37
32 C
1

OPERA
FR. ANTONII
CORDVBENSIS,

ORDINIS MINORVM REGVLARIS Obſeruantiæ, & Prouinciæ Caſtellæ Prouincialis Miniſtri,

LIBRIS QVINQVE DIGESTA,

I Quæſtionarium Theologicum.
II De Ignorantia.
III De Conſcientia.
IIII Arma fidei & Eccleſiæ, ſeu de Poteſtate Papæ.
V De Indulgentijs inſcribitur.

IN QVIBVS, QVAE IN VASTIS THEOLOGORVM, *& Iureprudentum codicibus diſperſa, & diffuſa ſunt, in vnum congeſta, & quæ ſeminatim, & confuſè; latius fuſiusq; (perſpicuitatis gratia) enucleata inuenies: ita tandem vt horum aſſertionibus funditus exploſis, iſtorum enodatis, cæterorum bonarum rationum fundamentis communitis, auctoris mens & nullatenus paruipendenda ſententia proponatur, & eluceſcat.*

His acceſſerunt Indices duo, quorum primus quæſtiones vniuſcuiuſque libri oſtendit: ſecundus, rerum notabilium ſententias inſinuat.

CVM PRIVILEGIO.

B A

Venetijs, ex Officina Iordani Ziletti. M D LXIX.

ILLVSTRI ADMODVM DOMINO,

AC REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI, DOMINO FRATRI BERNARDO FREXNEDA,

Ordinis fratrum Minorum, Confeſſario Regis Hiſpaniæ, Epiſcopo Conchenſi, ſuus

Frater Antonius Cordubenſis eiuſdem Ordinis

Profeſſor, ac Prouinciæ Caſtellæ Miniſter prouincialis, fœlicitatem æternam.

PROLOGVS.

IN omni genere rerum conſtat, ornatiſſime Præſul, nihil
tam eſſe perfectum quo non aliquid poſſit ſaltem cogita- *Eccleſiaſ.*
ri perfectius: quo humana conetur induſtria. Quæ ſi ni- 12.
hil aliud in eo proficiat: tamen dum nihil obſit, ſapiens
eſt atque probanda. Ea re fit ut ſcribendi Libros nullus
ſit finis: quantumuis nihil ſit quod non fuerit litteris ante
mandatum. Id quod ipſe Ariſt. in Meteororum libris fa- *Ariſt.*
tetur. Quæ tractantur (inquit) opiniones eas ferè omnes
à ſuperioribus ante fuiſſe agitatas. Id etiam ſapiens eccleſ. 1. nihil nouum eſſe *Eccleſiaſ.*
ſub Sole teſtatur. Adeò iam ſine auctore loquitur nemo. Et qui nunc ſcri- 1.
bunt non aliud quàm ex libris (ut aiunt) libros faciunt. Nam uel ſparſa collige-
re, uel collecta magis explicando diffundere totum ſcribendi negocium eſt.
Sed utrum eorum ſit magis proficuum: pro cuiuſcunque ingenio cenſeatur. Mi-
hi autem (ut interim de me ipſo pronunciem) ita placet utrunque ut ab exactiſſi-
ma lectione ſuper eo nihil amplius deſideretur. Sed & natiuum hominis inge-
nium eſt naturam ipſam æmulari: quæ uel cupida nouitatis, uel primæ materiæ
nimium tenax, res omnes nouis ac miris ſub inde modis quaſi renouans induit:
& uelut ludens in orbe terrarum, dum nihil non ipſa conuertit, & ex aliis for-
mis transfert alias, nouis aliquid ſemper agere uidetur. Hinc uiri docti in eo ſtu-
dio uerſantur: non.n. ſcribendo ſuperſedent: dum ingeniorum alia breuibus at-

que conciſis, alia contrariis uident delectari. Nempe ut ſæpius ac uariis modis eadem de re agentes & eam quaſi renouantes ab iniuria temporis, quo intereunt omnia, communi uendicent utilitati. In quo ſtudio ut nihil aliud ſit commodi, niſi ut aliorum opera dum uariè repetuntur nunquam non extent, certè non minor gratia debetur eorum conſeruatoribus quàm primis parentibus ac effectoribus: ſicut non minus iucundi ſunt iis dies quibus conſeruamur quàm quibus naſcimur. Nam ut incerta eſt naſcendi conditio nulluſq; in ea re ſenſus: conſeruatæ uerò ſalutis certa leticia uoluptaſq; non dubia: ita cùm primum libri foras eduntur, maior eſt timor ac ſolicitudo quem exitum ſint habituri quàm de fætura uoluptas. Poſtquàm uerò iidem aut caſtigati aut aucti aut in aliam formam induti iterum proferuntur: non eſt iam quod lucem ac forum reformident. quòd de uita reliqua ſoliciti ſint, proferentes altera editione iudicium de ſe ac clariſſimorum hominum teſtimonium. Quare nemini arbitror mirum uiſum iri quòd poſt tot illuſtres ſcriptores quot hactenus extiterunt, ìpſe quoque uoluerim manum calamo admouere: & quòd earum rerum ſuſceperim ſcriptionem de quibus multi ante me uarie ſatiſq; fœliciter egerint. Nimirum ea quæ apud diuerſos auctores diſperſa erant atque diffuſa collegi quo certius conſtarent: & quæ breuiter ac præcisè dicta, latius fuſiuſq; explicaui perſpicuitatis gratia: cuius in rebus omnibus ratio debet haberi uel præcipua. Idque eò magis in quibuſdam materiis theologicis facere ſum conatus quò res illæ mihi uidebantur frequentius ab omnibus ferè agitari. Ea uerò omnia quinque libris diſpoſita ſunt. In quorum primo qui quæſtionarium theologicum inſcribitur uariæ tractantur difficultates quaſi in ſiluam uariæ lectionis congeſtæ. In ſecundo qui de ignorantia prænotatur, quidquid ad eàm materiam pertinens à doctoribus agitatur diſtinctè & ordine ſuo digeſtum eſt. In tertio qui de conſcientia dicitur difficultates illæ quæ ipſam conſcientiam dubia & ſcrupulos tangunr, ediſſeruntur. In quarto cui de fide & poteſtare Papæ & Concilii titulus eſt, tractatus ille à me nuper editus arma fidei appellatus, nunc demum additus ſimul & alter de poteſtate Papæ continentur. In quinto denique libro, opus illud de indulgentiis à me olim compoſitum, me quoque àbſente infœliciter impreſſum, non autem denuò correctum multis item additionibus completum repoſitum eſt. Vbi maximè operam dedimus (neſcio an præſtiterimus) ut theſaurum indulgentiarum in agro eccleſiæ ditiſſimo abſconditum proderemus: qùo Chriſtiana pietas incitata auidius & alacrius inſequatur munus hóc à Deo conceſſum, & eo ad uitam æternam utatur confidenter. Noui namque multos qui de hac re minus quàm pro indulgentiarum dignitate loquantur: uerentes hæreticorum & impiorum conuitia & irriſiones, utpote qui rei nucleum nondum extraxerint. Quibus ego ſuppetias ferre pro uirili decreui, ne amplius haberent quod reformidarent: ſed hàbeant potius quod ſecundum ueram pietatem Chriſtianam intrepidè prædicantes, eam etiam ab hæreticis & impiis deriſoribus conſtanter tueantur. Quæ cauſa etiam fuit ut relicto cultiori ſcribendi genere, quod fortaſſe non omnino illepidè ſequi potuiſſemus, eo porius uoluerimus uti, quod uulgo ſcholaſticum appellanr. Vtique ne dum in rebus ipſis rationem communis utilitatis in primis habendam curauimus, id minus dicendi genere præſtaremus, ſi non eiuſmodi accommodaremus quale in uulgus iam olim

proba-

probatum eſt, & quo res theologicæ tradi ferè conſueuerunt. Is enim ſtylus, uti Gerſon grauiſſimus doctor ait, ad illuſtrandam ueritatem, acrior, breuior, clarior, & aptior eſt. Nam & ſincera ueritas phaleras neſcit, nec ambit pompam aut uerborum ornatum: id enim non negocii ſed ocii magis eſt. Auguſtinus etiam mauult claros quàm nitidos ſiue diſertos audire ſermones. *Diſt. 39. cap. Sedulo.* Quare non uerborum faſtu ambitioſè ornata, ſed ſermonis ſincera & cauta ſimplicitate honeſtata ueritas & diuina ſapientia conſtat, ſimul & aperienda & ſuadenda eſt: id quod ſe ita feciſſe prædicator gentium ad Corinthios apoſtolicè gloriatur. *1. Corinth. 1. & 2. cap.* Ego (inquit) ueni ad uos fratres non in ſapientia uerbi, non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ annuncians uobis Chriſtum. Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis &c. Proinde eo etiam ſcribendi genere quamplurimæ fidei & morum ueritates, antiquorum quoque doctorum uera ſenſa & dogmata in eorum libris & ſcripturis ſanctis incluſa, per ſcholaſticos doctores item ſacros, uidelicet Damaſcenum, Magiſtrum ſententiarum, Alexandrum, Albertum magnum, Diuum Thomam, Sanctum Bonauenturam, Henricum, Scotum & alios eiuſmodi ſine numero nouiſſimè tandem reſerata & magis elucidata ſunt. Ad id etiam munus palæſtræ uel ſcholæ litterarum in eccleſia quaſi quædam armaria munitiones & exercitamenta probantur, adeò iam impletum cenſeas propheticum illud Danielis, pertranſibunt (ait) tempora & multiplex erit ſcientia. *Dan. 2. cap.* Diuini nanque conſilii diſpenſatione poſt antiquos illos doctores ſanctos ſcholaſtici prodierunt: qui ſine ornatu & candore uerborum, quibus uel curioſitas uel incauta ſimplicitas hominum facilè capitur, per diſtinctas quæſtiones & dubiorum deciſiones & argumentorum reſponſiones, contra hæreticorum, philoſophantium fallacias atque Sophiſmata, plano ſermone clarè procedentes, per præciſas uerborum formas normasq́; loquendi in rebus fidei & morum tutiſſimam nobis theologicam ueritatem reddiderunt. Ita demum per eos dolentibus hæreticis & fidelibus ignorantibus ablata eſt occaſio prauè interpretandi doctrinas ſcripturæ & ſanctorum patrum, & quodlibet & quomodolibet dicendi cohibita licentia eſt. Non tamen ideo ſtylum eum probo qui per ſpineta Sophiſtica rem morum diſtrahit & fidei; illum probo qui planè aperit ueritatem, qui plenius dubia reſoluit & ad ultimum examen perducit. Porro dicam ſemel. Ad ueritatem Chriſtianæ religionis ſincerè ac plenè intelligendum eiusq́; dubia & difficilia penitus enodanda, & hæreſes confutandas, neque ſcholaſticorum doctorum duntaxat acre ſtudium ſufficit: neque ſine hoc aliorum originalium ſimul & ſcripturæ ſacræ lectio ſola cum linguarum peritia ſatis fida eſt. *Conſonat Gerſon alpha. 16. b & Dridon de dogmatibus eccleſiaſticis in prologo et 1. 4. cap. 1. latiſſimè de hoc agens.* Hoc etenim mihi certa experientia perſuaſit, eos qui ſcholaſticæ diſciplinæ regulas non tenuerint: niſi peculiari numine dirigantur ſimul & teneantur, quales doctores ſancti fuerunt, in lectione ſcripturæ ſacræ ipſorumq́; doctorum antiquorum facilè poſſe à ueritate deuiare. Hoc itidem probat ipſa noſtræ tempeſtatis amara experientia. Omnes nanque ferè qui ſcholaſticos doctores & ſcholaſticam diſciplinam ab eccleſia proſcribere tentauerunt, aut eam contempſerunt, dum magis ſuauitate, aut lenocinio ſermonis quàm ſententiarum ui & ueritate ſunt delectati in uarios errores inciderunt. Quæ cùm ita ſe quidem explorate habeant: reliquum eſt ut antiquæ

quæ nos tandem cõſuetudini accommodantes, hæc omnia opera noſtra non niſi præcellenti quodam patrocinio munita emitteremus in lucem. Morale eſt enim his qui præclara diſciplinarum ſtudia ſuis laboribus illuſtrare aut locupletare conantur, ſi quid in gratiam rei litterariæ ediderint, id protinus illuſtriori cuipiam uiro nuncupare. Quo uel operi ſuo immortalem quandam ſtabilitatem acquirant, uel maleuolorum inuidiam ſuppriment, uel antiquorum ſcriptorum conſuetudinem imitentur. Id ego (cùm hiſce diebus librum hunc quem ex uaſtis theologorum & iure prudentum ſcriptis ſummis laboribus in gratiam theologiæ collegeram fuiſſem euulgaturus) mecum ipſe recogitans, nihil prius habui quàm uulgatam hanc tot illuſtrium ſcriptorum conſuetudinem colere: quæ alioqui à Chriſtiana illa modeſtia, quam magnopere Chriſtus commendauit, non eſt aliena. dum enim noſtros fœtus litterarios alterius auctoritate committimus, nobis ipſis quodammodo diffidimus: dum autem nulli dicamus nullius mortalium ſuffragio egere nos inſinuamus. Principum gratiam in hoc opere uenari non libuit. Libuit tamen ornatiſſime præſul, inſtitutum noſtræ religionis in te uno præcipuè epiſcopali nunc munere decorato qualicunque hoc munuſculo colere: Hinc omnia noſtra hæc in templum domini donaria non niſi tui nominis ſplendore illuſtrata ac patrocinio ſuffulta in lucem prodire uolui. Nempe qui litteris & prudentia rerum gerendarum æque ac religione (quæ omnia uix in uno aut altero cohærent) ſemper iuſtus ac integerrimus, nec unquam minus ſed quotidie magis habens ab omnibus inuentus, à regibus & proceribus eccleſiæ probatus es. Qui zelo Chriſtianæ religionis et fidei nulli ſecundus rem eius ſtrenuè ſemper agis. Qui religionem quoque noſtram Seraphici patris Franciſci eius alumnus, tuis dotibus decoraſti. Qui magno ſemper animo in omnes præſertim noſtri ſacri inſtituti eruditos uiros propenſiſſimus fuiſti. Qui denique te totum omnibus natum præſtas quantum per temporis malignitatem licet præſtare. Nos quoque uiciſſim ea omnia recognoſcentes, tanquàm animi noſtri indicium præſtare tibi obſequia noſtra debemus, quales igitur quales has operas noſtras, immo uerò iam prorſum tuas, tuo nomini nuncupatas, tu reuerendiſſime Præſul, ut qui maximè omnium omnibus facilis es, grato animo accipias. Quæ ſi tuo numine fuerint afflatæ, maximam ſibi liber apud omnes gratiam conciliabit: auctori etiam ſuo & noſtræ religioni non parum accedet ornamenti. Valeas optime Præſul fœlix in Chriſto. ex noſtro Cœnobio Franciſcano Guadalfaiare, die 27. menſis Martii anno Domini 1569.

DOn Phelipe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Leõ, de Aragõ, uclas dos Secilias, de Ieruſalẽ, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaẽ, delos Algarues, de Algezira, de Gibralrar, Conde de Flandes y de Tirol &c. Por quãro por parre de vos fray Antonio de Cordoua Miniſtro Prouincial dela prouincia de Caſtilla dela orden de ſanc Franciſco, nos fue hecha relacion diziendo que vos auiades compueſto vn libro grande de Theologia diuidido en cinco libros, quel primero ſe dezia Queſtionario Theologico de diuerſas materias, el ſegundo de Ignoranria, el tercero de Conſcientia, el quarto de Poreſtate Pape, el quinto de Indulgentijs, delos quales faltaua de imprimir la mitad del quarto libro de Poteſtate Pape, y el quinto libro de Indulgentijs: y porque eran muy vtiles y neceſſarios nos ſuplico le mandaſſemos dar licencia para que qualquier impreſſor deſtos reynos pudieſſe acabar de imprimir el dicho quarto y quinto libro, para que impreſſos ſe pudieſſen publicar y vender, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, auiendo ſe hecho en los dichos libros la diligencia que la ley agora nueuamente hecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien: por la qual damos licencia y faculrad para que qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos pueda imprimir el dicho libro quinto de Indulgẽtijs, y lo que queda del quarto libro de Poteſtate Pape, que de ſuſo ſe haze menciõ, ſin que por ello caygan ni incurran en pena alguna. Y mandamos que deſpues de impreſſos no ſe puedan vender ni vendan ſin que primero ſe trayga al nueſtro Conſejo juntamente con los originales que en el fueron viſtos que van rubricados y firmados de Iuan dela Vega nueſtro eſcriuano de camara delos que reſiden en el nueſtro Conſejo, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a los originales, y ſe taſſe el precio por que ſe ouiere de vender. La qual dicha impreſsion ſe haga cõ las enmiendas que en los dichos libros ſe hizieron por la vniuerſidad dela villa de Alcala de Henares donde por nueſtro mandado fueron viſtos: e no fagan ende al. Dada en Madrid a ſiete dias del mes de Agoſto de mill y quiniẽtos y ſetenta años. D. Cardinalis. Segunt. El licenciado Menchaca. El doctor Durango. El licenciado don Antonio de Padilla. El doctor Franciſco de Villafaña. Yo Ioã dela Vega eſcriuano de Camara de ſu Mageſtad la fize eſcreuir por ſu mandado con acuerdo de los del ſu Conſejo. Regiſtrada. Iorge de Onlaal de Vergara. Por Chanciller. Iorge de Onlaal de Vergara,

El Rey.

POr quãto por parte de vos Fray
Antonio de Cordoua dela Orden de ſant Franciſco de la
prouincia de Caſtilla, nos fue hecha relacion diziendo quẽ
vos auiades fecho vn libro intitulado Queſtionario Theo
logico, que por prouiſion nueſtra ſe auia impreſſo: y por q̃
era muy vtil y neceſſario y de buena dotrina nos ſuplica-
ſtes le mandaſſemos taſſar el precio por que ſe auia de ven
der, y dar priuilegio para que por tiempo de veynte años
ninguna perſona le pudieſſe imprimir ni vender, o como la nueſtra merced fueſſe.
Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, auiendo ſe hecho en el dicho libro la dili
gencia que la Prematica por nos agora nueuamente hecha diſpone, fue acordado
que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon, e nos to
uimos lo por bien: y por la preſente damos licẽcia y facultad a vos el dicho fray An
tonio de Cordoua, o a quien vueſtro poder huuiere, para q̃ por tiempo de diez años
cumplidos primeros ſiguiẽtes, que corran y ſe quenten deſde el dia dela fecha deſta
nueſtra cedula en adelante, podays imprimir e imprimays el dicho libro que de ſu-
ſo ſe haze mencion, y le podays vender en todos eſtos nueſtros Reynos y ſeñorios.
Y mandamos y defendemos que durante el dicho tiempo ninguna ni algunas per
ſonas deſtos dichos nueſtros Reynos y ſeñorios no ſean oſados de imprimir el dicho
libro, ni lo puedã vẽder ni traer a vẽder de fuera deſtos Reynos, ſaluo vos el dicho
fray Antonio de Cordoua o la perſona que para ello el dicho vueſtro poder huuie-
re. So pena que qualeſquier otras perſonas que los vendieren e imprimierẽ el dicho
libro, e le traxeren de fuera, no ſiendo lo que vos hizieredes imprimir, pierdã todos
los que huuieren impreſſo, e tuuieren en ſu poder, e demas incurra en pena de cin-
quenta mill marauedis, e pierdan todos los moldes y aparejos con que los huuieren
impreſſo: las quales dichas penas ſean la mitad para la nueſtra camara, y la otra mi
tad para el juez que lo executare, e para vos el dicho fray Antonio de Cordoua, e pa
ra el denunciador, por tercias partes. E mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſi-
dente y Oydores delas nueſtras audiencias, alcaldes, alguaziles dela nueſtra caſa y
corte y chancillerias, e a otras qualeſquier nueſtras juſticias de todas las ciudades vi
llas y lugares delos nueſtros Reynos y ſeñorios, aſsi a los que agora ſon, como a los
que ſeran de aqui adelante, que guarden e cumplan eſta nueſtra carta y lo en ella cõ
tenido, y contra el tenor y forma della no vayan ni paſſen ni cõſientan yr ni paſſar
en tiempo alguno ni por alguna manera durante el dicho tiempo delos dichos diez
años, ſo pena dela nueſtra merced y de diez mill marauedis para la nueſtra camara
a cada vno que lo contrario hiziere. Y mandamos quel dicho libro no ſe pueda ven
der ni vẽda a mas preſcio de a tres marauedis cada pliego entero del. Fecha en Ma
drid a.xxvj. dias del mes de Enero, de mill y quinientos y ſetenta y vn años.

Yo el Rey.

Por mandado de ſu Mageſtad
Antonio de Eraſſo.

ANTONII CORDVBEN.
ORDINIS MINORVM
REGVLARIS OBSERVANTIAE
PROVINCIAE CASTELLAE,

QVAESTIONARIVM THEOLOGICVM
Libris quinque diſtinctum,

Quorum primus quæſtiones LVII. perdifficiles ac ſubtiliſsimas complectitur.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum ſacramentum pœnitentiæ ſe extendat habeatq́; virtutem ad remiſsionem culpæ & pœnæ æternæ.

Opin. 1. RESPONDEO, quòd in hoc ſunt quatuor opiniones, prima ꝙ licet hoc ſacramentum (ſicut & alia ſacramenta nouæ legis) cõferat gratiam ex opere operato: non tamen confert primam gratiam iuſtificãtem: neque illã operatur; ſed ſolũ oſtendit factam eſſe remiſsionem peccatorũ quo ad culpam & pœnam æternam. Ita ꝙ ſicut ſacerdotes veteris legis non mũdabant leproſos a lepra corporali, quippe qui gratiam ſanitatum non habebant: ſed tantum auctoritate ſua mundatos ab ea oſtendebant: Ita & ſacerdotes nouæ legis non quidem abſoluunt, vel mundant pœnitentem à peccatis, neque ad id, aut ad collationem primæ gratiæ illi, aut ſacramentum pœnitentiæ vllam virtutem, aut poteſtatem habent, niſi ſolus Deus. Sed abſolutum iam à Deo pœnitentem quem iure abſoluit: vel non abſolutum à Deo, quem ipſi iure non abſoluunt, ex poteſtate ſeu auctoritate clauis ſolum indicant & oſtendunt.

Hanc opinionem tenet Magiſter in quarta diſtinct. 18. & Alexander de Alis quarta parte. q.80. membro. 1. art. 1. & membro. 2. articu. 2. & Bonau. in 4. diſt. 18. arti. 2. q. 1. vbi hi duo vltimi doctores addunt quòd merito congrui per viã deprecationis ſæpe ſacerdotes impetrant pœnitenti diſpoſitionem ad primam gratiã: ideoq́; præmittunt, miſereatur tui &c. non autem per modum impartientis, aut per modum imperantis. quamuis vt dictum eſt, hoc ſacramentum operetur in pœnitente augmentum gratiæ, & remittat pœnã temporalem in toto, vel in parte: eam inquam pœnam temporalem, in quam per contritionem fuerat æterna pœna commutata. Fundamenta huius opinionis ſunt quinque. primo remittere peccata ſolius Dei eſt. Eſa. 43. Ego ſolus deleo iniquitates. Et Ambro. ut habetur de pœnitentia diſtin. 1. cap. verbum. Verbum Dei peccata dimittit, ſacerdos Iudex eſt; officium quidem exhibet, ſed nullius poteſtatis iura exercet. Itẽ Aug. contra Iulianũ. Nemo tollit peccata, niſi ſolus Deus, qui eſt agnus tollens peccata mũdi. Item idem contra Creſconi. cap. 5. ait. quòd hoc peculiare eſt ipſi Chriſto, quòd ſcilicet ſolus ipſe baptizat interius. Et ſuper Ioan. 11. ſolus uiuificat interius. Et tracta. 6. ſuper Ioan. Sibi Chriſtus retinuit poteſtatem: ſeruis miniſterium dedit: cumq́; poſſet nihil amplius dedit; ne ſeruus in ſeruo ſperaret. Itẽ Beda ſuper Mar. 2. ait verũ dixiſſe Iudæos, quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus? ergo ſacerdos in ſacramento id nõ operatur, ſed oſtendit.

Secundo probatur, quia uel talis pœnitens ante abſolutionem ſacramentalem eſt debite pœnitens, aut non. ſi ſic: iam eſt in gratia, & per contritionem iuſtificatus, ut patet: & per conſequens tunc non habet primam gratiam, & remiſsionem pœnæ æternæ per hoc ſacramentum. Si autem ſine cordis debita pœnitentia accedit: iam non eſt dignus, ſed indignus abſolui à ſacerdote: quia non abſoluitur à Deo, immo & obiicem ponens gratiæ ſacramentali peccaret ſic uolens abſolui: & clauis erraret tentando abſoluere quem Deus non abſoluit. Neque ſibi talis abſolutio ualeret, ſed obeſſet diſcordans à Dei iudicio, & uoluntate ſecundum gloſ. interl. ſuper id Io. 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, i. quos dignos remiſsione iudicaueritis. Et Greg. homil. 26. ſuper euangelia, & habetur vndecima quæſt. tertia, plerunque ubi ait. quos omnipotens Deus per gratiam compunctionis uiſitat, illos paſtoris

ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis cum æterni iudicis ſequitur arbitrium. Et ſtatim id confirmat ex eo quòd CHRISTVS non prius Apoſtolis Lazarum abſoluendo commiſit, quam eum viuificaſſet: ideo ſubdit. Ex qua conſideratione intuendum eſt quòd illos nos debemus per paſtoralem auctoritatem ſoluere quos auctorem nouimus noſtrum per ſuſcitantem gratiam viuificare.

Tertio probatur idem, quia Ioan. vndecimo Lazarus prius uiuificatus à Chriſto iubetur ſolui, à diſcipulis, & non ante. Vnde colligit Gregor. ubi ſupra, & Auguſt. tracta. 6. ſuper Ioan. peccatorem prius à Deo per gratiam viuificari, quam per ſacerdotem à ligaturis peccati ſoluatur. Et idem dicit ſermone 48. de tempore. & ſermone 44. de verbis domini vbi ait. Dominus ſuſcitat mortuum: diſcipuli ſoluunt ligatum: reuixerunt quibus diſplicet quòd fuerunt: ſed reuiuiſcentis ambulare non poſſunt. Hæc ſunt vincula reatus: opus eſt, ut ſoluatur, & ire permittatur. Et gloſ. eiuſdem Auguſt. Matth. 16.. Chriſtus per ſe intus viuificat: miniſtris poteſtatem ſoluendi poſt vitam tribuit. Non enim aliquem ſoluere poſſunt niſi viuat quem ſoluunt. Item idem Auguſt. ſuper pſal. 87. Nunquid medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? ait, viuentes curare miniſterio ſuo poſſunt ſacerdotes, non autem mortuos ſuſcitare. Quarto probatur idem ex Matth. 8. & Luc. 17. vbi leproſis iam ſanatis à Chriſto iubentur ſe ſacerdotibus præſentare, vt eorum iudicio mundati oſtenderentur. Quod fuit figura confeſſionis ſecundum communiter doctores ibidem, & præcipue Hieron. ſuper id Matth. 16. tibi dabo claues regni cœlorum, ubi ait. quidam de ſupercilio phariſæorum ſibi ſumentes putant ſe innoxios damnare, uel ſoluere noxios: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. In Leuitico ſe oſtendere ſacerdotibus leproſi iubentur, quos illi non leproſos, uel mundos faciunt, ſed diſcernunt qui mundi, uel immundi ſint. Hæc ille. Quinto probatur idem quia Chriſtus æqualiter, & ſimul legitur dediſſe ſacerdotibus poteſtatem ligandi, & ſoluendi, & remittendi, & retinendi peccata Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata &c. Et Matth. 16. 18. quę ſolueritis &c. ſed ſacerdos non poteſt hominem ligare, neque retinere peccata ſic quòd illum culpabilem faciat obnoxiumque damnationis æternæ, ipſumq; gratia priuet: cum inuito etiam ſacerdote peccator poſsit ſua contritione iuſtificari. ergo neque per ſuam ſententiam ſacerdos poteſt illum à culpa, & ęterna damnatione ſoluere, uel liberare per primæ gratiæ collationem: ſed ſolum talem indicare, & ex auctoritate oſtendere poteſt.

Reprobatio dicta opinionis.

Sed hæc opinio non eſt uera: & uidetur contra determinationem Concilij Florentini: & Tridentini ſeſſ. 3. ſub Iulio. 3. cap. 3. & cap. 6. vt infra in quarta opin. patebit: cuius fundamenta ſunt contra opinionem hanc: neque rationes ſupra poſitæ pro ea valēt, nā ad illas reſpōdetur.

Reſpon. ad primam probationem.

Ad primam reſpondeo, quòd ſolus Deus à ſe principaliter, & effectiue peccata dimittit, & gratiam confert per ſe, & per miniſtros, & per ſacramenta: ſacerdos autem miniſterialiter tantum per ſacramentum, tanquam per inſtrumentum diuinum ad hoc à Deo inſtitutum, ex dono, & gratia, auctoritate, & operatione ipſius. Sicut dicitur Mar. 9. Nemo bonus niſi ſolus Deus, & ſolus ſanctus, qui & facit mirabilia ſolus. pſal. 71. videlicet à ſe, & principaliter. Et tamen cum hoc ſtat id Matth. 24. Euge ſerue bone, &c. Et Leuit. 19. & 20. Sancti eſtote, quia ſanctus ſum. Et Eccleſi. 31. de viro iuſto dicitur, quòd fecit mirabilia in uita ſua. quia uidelicet quo ad hæc Deus ipſe miniſtros ſuos & ſeruos, Deos per participationem facit, ut ait Hugo de ſancto Victore libro ſecundo de ſacramento parte decimaquarta cap. 8. Et Richar. de ſancto Victore cap. duodecimo, de poteſtate ligandi, & ſoluendi. unde ſicut ſacerdos recte ait, Ego te baptizo, ita & ego te abſoluo à peccatis. qui & dicere poſſet ego remitto tibi peccata, ut ait beatus Thomas in opuſculo vigeſimoſecundo, ſed melius dicit ego te abſoluo à peccatis: tum ut formæ conſuetę ab eccleſia ſe coaptet, tum quia ſententia iudicialis in foro iudicii ſacramentalis potius ſignificatur dicēdo ego te abſoluo, quàm dicendo ego remitto tibi peccata. Ideo qui aliter uteretur peccaret contra ritum eccleſiæ temere agens, & curioſe. Et ad Ambroſ. Auguſt. & Bed. ſimiliter reſpondeo, quòd ideo ſacerdotibus non tribuunt poteſtatem dimittendi peccata, ſed miniſterium, atque iudicium, quia cum Deus potuiſſet illis communicare poteſtatem excellentię, quam habet humanitas Chriſti, ut etiā ſine ſacramento poſſent peccata dimittere: tamen ſolum dedit eis, ut hoc poſſent per ſacramenta. Et niſi ſic prędictę auctoritates, & alię ſimiles intelligantur, certe per eaſdem cogeremur male negare hanc poteſtatem remittendi peccata fuiſſe etiam in humanitate Chriſti, quod abſit.

Ad ſecundā

AD ſecundam probationem reſpōdeo, quòd ſtat aliquem non eſſe ſufficienter pœnitentem, neque immediate diſpoſitum ad gratiam ſine ſacramento: bene tamen cum ſacramento. Et ita is ad ſuſceptionem ſacramenti accedit ſufficienter pœnitens, & dignus abſolutione ſacramentali: per quam fiat ſufficienter pœnitens, atque diſpoſitus ad primam gratiam à Deo tādem obtinendam. Neque in hoc circa tales errat clauis ſacerdotalis: neque à recto Dei iudicio

diſcordat,

diſcordat, dum non indignos, ſed dignos abſolutione ſacramentali ſacerdos abſoluit: ſimul etiam Deus gratiam conferens per ſacramẽtum interius operatur efficitq; ſufficienter pœnitentes, & abſoluit. Et ad Gregor. homil. 26. Reſpondeo, quòd non intelligitur quòd ſacerdotes in abſoluendo ita ſequantur diuinum arbitrium ut neminem abſoluant, niſi quem crederent iam prius à Deo abſolutum eſſe: cum oppoſitũ conſtat ex Matth. 16. quodcunque ſolueris &c. Et Ioan. 20. quorum remiſeritis peccata &c. vbi ſecundum gloſ. ſententiam Petri, & ſacerdotis ſequitur ſentẽtia Dei. Sed intelligitur quòd ſequatur arbitrium, id eſt uoluntatem & legem Dei illi ſe conformando, ne ſcilicet abſoluant niſi dignos abſolutione ſacramentali, per quam gratiam obtineant inuiſibiliter à Deo interius operante, ut dictum eſt. Et hi qui ſic ſufficienter pœnitentes, & ad abſolutionem ſacramẽtalem, licet non immediate ad gratiam, digni accedũt; iam ſecundum Sco. in 4. diſt. 18. & Bonauent. diſtin. 17. art. 4. q. 5. à Deo viſitantur, & quodammodo videlicet initiatiue uiuificantur, de quo latius infra quæſtione ſecunda, in quarta opinione habetur.

Ad tertiam. Ad tertiam reſpondeo ſicut ad ſecundam, & ad Greg. & Aug. ex Ioan. 11. iam dictum eſt ſecundum Scotum quòd, ibi ſolum ſignificatur quod abſolutio, & gratia ſacramentalis nõ niſi aliquo modo licet imperfecte, & initiatiue prius viuificatis per aliqualẽ diſplicentiam, vt diximus conferenda eſt, cuius etiam rei ſigna ſacerdos attendere debet, & procurare, ut pœnitens abſolutione ſacramentali, & fructuoſa dignus ſit. Vnde & in dicta Lazari ſolutione prius per Chriſtum reſuſcitati tria ſignificantur. primo ſecundũ glo. ſuper Matth. 16. quodcunque ſolueris &c. quòd ſolus Chriſtus à ſe, & auctoritate ſua ut Deus eſt, & per poteſtatem excellentiæ ſibi, ut homo eſt à Deo patre communicata, remittit peccata ſine ſacramento, mundat, & viuificat interius, & gratiam confert. Sacerdos autem non niſi miniſteriali poteſtate à Chriſto data in ſacramento, ut hoc etiam ait gloſ. Ioan. 11. Soluite & ſinite abire. Secundo, ſecundum Thomam opuſculo 22. ibi ſignificatur quòd ſacerdos non debet abſoluere niſi dignum, aut diſpoſitum ad abſolutionem ſacramentalem fructuoſam, cui Deus coöperetur viuificando illum interius.

Tertio, ſecundum Sco. in 4. diſtin. 14. quęſt. quarta, & Bonauen. & doctores communiter ibi ſignificatur, quòd viuificatus etiã à Chriſto per gratiam à morte peccati, & à ſepulchro reatus damnationis ęternę ſuſcitatus, manet adhuc ſacramentaliter abſoluendus per ſacerdotem virtute clauis à pœna temporali, in quam ęterna pœna fuerat per contritionem commutata: ſimiliter, & à reliquiis aliis pœnalibus ex peccato relictis, puta à cęcitate intellectus, fragilitate uolũtatis, & prauarum inclinationum, & habituum vinculis, quę peccata, & vincula dicuntur. quę omnia per gratiam ſacramentalem etiam perfecte cõtrito collatam in toto uel in parte utiq; ſoluuntur. ſecũdum Aug. ſupra, & Amb. lib. 1. de pœnitentia cap. 1. & Hugo. & Richar. de ſancto Victore ubi infra in tertia opin. referuntur.

Ad quartam de leproſis Matth. 8. & Luc. 17. Reſpondeo, vt ſupra ad primum quòd ſolum ibi ſignificatur quòd Deus ſolus à ſe, & principaliter mundat per gratiam: ſacerdos autem miniſterialiter per ſacramentum. Similiter quòd non niſi aliquo modo per aliqualem pœnitentiam mundatis, & initialiter ſanatis à Chriſto ſacramentalis abſolutio, & per eam gratia ſalusq; perfecta impendenda eſt, ut in reſponſione ad ſecundam & tertiam dictum eſt. Et hoc vult dicere Hieron. ubi ſupra, & nihil aliud. Primo enim ſignificat quòd ſicut ſacerdotes veteris legis leproſum non auctoritatiue ſeu effectiue mũdabant: ſic nec in lege noua ligant, uel ſoluunt à ſe, & principaliter. Eſt tamen differentia, quia etiam miniſterialiter auctoritate Dei cooperantes per ſacramentum idem efficiunt: in quo, & illos excellunt, ſicut & noſtra ſacramenta nouæ legis in gratię collatione ſacramenta ueteris legis excellunt. Secundo ibi Hieron. vult dicere, quòd ſacerdotes non poſſunt pro uoluntate, & arbitrio ſuo quoſcunque ſoluere, uel ligare, damnando innocentes, & ſoluendo in peccatis perſeuerare volentes: ſic enim clauis ſacramentalis erraret, & nihil faceret contra iudicium, & legem Dei. cum quo ſtat quòd poſſunt, & debent ſoluere quos dignos abſolutione ſacramentali rationabiliter iudicauerint, quales ſunt illi de quibus infra artic. ſecundo, opin. quarta habetur. Nam ex eo quòd gloſ. interl. Ioan. vigeſimo, quorum remiſeritis peccata, ait, id eſt quos duabus clauibus ſcientię, & poteſtatis dignos remiſsione iudicaueritis, conſtat ſecundum Adri. quòd intelligitur non ſolum de iudicio declarationis uerbalis, ſed & de iudicio facti efficacis, quo ſacerdos rationabiliter ex iudicio, & poteſtate abſoluit. Verba nanque ſacramentalia non ſolum ſignificatiua, ſed & efficaciter ſunt operatiua remiſsionis peccatorum in pœnitente diſpoſito.

Ad quintam reſpondeo dupliciter, primo ad minorem, quòd licet ſacerdos non poſsit pœnitentem gratia priuare, & culpabilem facere, ut patet: tamen bene poteſt ipſum ligare, eiuſque peccata retinere: dum iure ac rationabiliter non abſoluit, ſed ligatum, utpote indignum obnoxiumq; ęternæ damnationi relinquit. Falſum eſt etiam quòd iure ac rationabiliter inuito ſacerdote non abſoluente poſsit quis per ſolã cõtritionem iuſtificari. Nam nemo poſt baptiſ-

mum iuſtificatur, qui actu, uel uirtute uotum non habet confitendi dignus abſolutione ſacerdotali. Et ita ſi dignus eſt, eius peccata ſacerdos rationabiliter retinere non poteſt: neque rationabiliter, ſed irrationabiliter eo inuito pœnitens iuſtificatur. Si indignus eſt, iam eius peccata ſacerdos rationabiliter retinet: neque ipſo ſacerdote ſic rationabiliter inuito & peccata retinente peccator ille iuſtificabitur. Itaque remiſsio quæ fit in contritione dependet à clauibus: immo fit uirtute clauium, ſicut gratia quæ data fuit ante paſsionem CHRISTI virtute ipſius.

Secundo reſpondeo, etiam ſi totum antecedens concedatur, negatur conſequentia ſecundum beatum Thom. opuſc. 22. & Adria. de confeſsione, & Medina item de cōfeſsione quęſtio. 51. quia non eodem modo fit abſolutio, & ligatio. Abſolutio enim à culpa fit poſitiue, ſcilicet miniſterialiter ſacramentum impartiendo, & virtutem eius, & gratiam: ut ſic pœnitens à Deo effectiue, & principaliter abſoluatur per gratiam à peccatis. Ligatio autem ſiue retentio peccatorum fit negatiue, ſcilicet præſuppoſita cauſę cognitione non impendendo ſacramentum, utpote indigno: ſed illum in ligamine ſuæ culpæ, & peccatorum relinquendo: & ita per ſolam declarationem fieri poteſt; remiſsio autem proprie non niſi per collationem remiſsionis, & gratię.

Opin. 2. SECVNDA opinio eſt, quòd ſacramentum hoc non quidem in actu tantum ſuſceptum, ſed in voto, ſeu propoſito mentis habitum confert primam gratiam, & remittit culpam, & pœnam æternam adultis. In uoto autem dicitur haberi, id eſt in contritione, in qua uirtualiter includitur propoſitum ſuſcipiendi hoc ſacramentum oportune, ſecundum præceptum Chriſti, & eccleſiæ. Et ita ſaluat hæc opinio quòd hoc ſacramentum vere operatur remiſsionem peccatorum, quam eius forma ſignificat, ego te abſoluo, quòd etiam ex opere operato confert primam gratiam & ſalutem: quia ſcilicet in voto id operatur, ſeu quatenus comprehendit cōtritionem veram, quę eſt pars eius: ſine cuius ſacramenti uoto poſt baptiſmum prima gratia non præſtaretur quantumlibet contrito: quæ tamen daretur contrito ſine aliorum ſacramentorum voto, ex quo ad ſalutem neceſſaria non ſunt. Ideo hoc ſacramentum ſicut, & baptiſmus, & non alia dicuntur conferre primam gratiam iuſtificantem.

Quòd autem ita ſit, quòd ſcilicet non actu tantum, ſed in voto, id eſt in contritis hoc ſacramentum id operetur, probatur dupliciter. primo quia quando actu ſuſcipitur hoc ſacramentum ſine contritione non habetur gratia iuſtificans: cum contritione autem, iam virtute eius ſaltem natura præuie pręceſsit gratia, atque remiſsio peccatorum: ergo prædictam remiſsionem, & gratię infuſionem operatur hoc ſacramentum in voto. Secundo probatur idem: quia forma ſacramentalis, ego te abſoluo, ſemper habet eundem ſenſum, neque variatur propter varietatem pœnitentum. dum autem iam iuſtificati abſoluuntur, non ſignificat illos per eam vere tunc à culpa & pœna æterna abſolui: quia tunc falſa eſſet. ergo neque per eam tunc vere à prædictis abſoluuntur illi qui non habent veram cōtritionem; aliàs prædicta forma variaretur. & ergo prędicta forma vera, & inuariabilis habet hunc ſenſum, quòd ſcilicet abſolutio ſacramentalis in voto habet effectum abſolutionis peccatorum quam ſignificat. Et hoc idem tenet hæc opinio de baptiſmo ab adultis ſuſcepto, quòd ſcilicet, non niſi in uoto, uel contritis confert primā gratiam, quamuis hoc & omnia ſacramenta in actu ſuſcepta conferant augmentum gratiæ cōtritis ſeu diſpoſitis ad eam. Hæc opinio fuit quorundam antiquorum, vt referunt, & reprobant eam Alexander. 4. par. quęſt. 80. membr. 1. art. 1. & Bonauen. in 4. diſtin. 18. art. 2. q. 1. & poſtea eam tenuerunt Okam, & Gabriel in 4. diſt. 14. q. 2. notabili. 2. in reſpōſione ad tertium argumentum, & in diſt. 18. q. 1. & eius ſupplementum in 4. diſt. 23. q. 2. ar. 2. latius & Maioris ead. diſtin. & quidam alii moderni. Sed neque hęc opinio uidetur uera propter quinq; primo quia hoc ſacramentū ex opere operato efficit remiſſionem peccatorum, quam ſignificat eius forma, ego te abſoluo à peccatis, ſicut & ego te baptizo. ſed hanc non præſtat ex opere operato quando in voto tantum ſuſcipitur, quia tunc virtute contritionis tantum: & per conſequens ex opere tantum operātis habetur prima gratia iuſtificans. tunc. n. nihil operatur ſacerdos aut clauis, aut ſacramentum nondum realiter exiſtens. ergo quomodo realiter in actu ſuſcipitur id efficit ex opere operato. Si dicatur quòd tūc etiā exiſtit in uoto & in uoto operatur. Contra. quia ſic potius operaretur idem in actu realiter exiſtens, & applicatum, quàm intentionaliter in voto uirtualiter tantū exiſtens. Quia omnis res maiorem virtutem habet in ſua reali applicatione, & realiter exiſtens, quàm intentionaliter, & in propoſito duntaxat, ſecundum Alexand. Bonauentu. &c. ubi ſupra. Secundo arguitur ad idem: quia uel ſacerdos poteſt realiter remittere peccata, uel non: ſi non, ergo fruſtra realiter eſt illi data poteſtas Ioan. 20. & Matth. 16. Si ſic, quęro quando remittit natura, uel quando actualiter peccatorem ſacramentaliter abſoluit: & ſic habeo intentum contra opinionem, vel in voto tantum, quando uidelicet peccator prius contritionem habuit: ſed tunc ſacerdos nihil ſacramentaliter operatur: quia nec ipſe, nec ſacramentum realiter eſt: ſed ſolius

Reprobatio opi. 2.

eſt: ſed ſolius contritionis virtute id totum fit ut dictum eſt, ergo non proprie ſacerdos, neque realiter peccata dimittit, quod abſit.

Tertio, quia ſi quando uerba ſacramentalia proferuntur, peccata nõ remittuntur, ſed prius per hoc ſacramentum in uoto remiſſa erant, ergo falſa eſt, tunc realiter & proprie illa forma ſacramentalis, ego te abſoluo, ubi ſignificatur tunc de pręſenti fieri abſolutionem à peccatis quãdo profertur. Neque.n.ibi ſignificatur abſolutio à debito cõfitendi, ſed à peccatis. Neq; ibi dicitur ego ſignifico te abſolutum à peccatis per abſolutionem ſacramẽtalem in voto ſuſceptam, vt male ait opinio. Sic.n.forma ſacramentalis realiter & proprie potius eſſet ſignificatiua, quàm efficaciter operatiua remiſsionis peccatorũ contra doctrinam eccleſiæ. Quarto, quia *Ioan.* 20. quorum remiſeritis peccata, & *Matth.* 16. quodcunque ſolueris &c. ſecundũ *gloſ. ibidem* ſententiã ſacerdotis ſententia ſequitur cœli, ubi apparet ꝙ ſacerdos prius ſaltem natura abſoluere debet, & deinde per ſententiam Dei abſolutiuam in cœlis approbari. Sed per ſacramenta in uoto iam oppoſito modo realiter fit: nam Deus ibi per contritionem prius remittit, & poſtea ſequitur remiſsio ſacramentalis realiter applicata. ergo opinio falſa.

Quinto, quia dicere ꝙ quia ſacramentum pœnitentię comprehendit contritionem, quæ eſt pars eius, virtute cuius confert primam gratiam, ideo dicitur conferre primam gratiam ex opere operato; hoc certe non ſtat. quia undecunque etiã ſi ab actuali ſacramenti ſuſceptione talis cõtritio, vel diſpoſitio ad gratiam proueniat: iam non niſi uirtute cõtritionis ex opere operãtis prima gratia cõferretur, ut ſupra probatum eſt. Item hoc dicere non poteſt hęc opinio de baptiſmo. quia non habet contritionem partem ipſius, ut ſic uirtute eius habeat ſuum effectum collationis gratię. Et tamen opinio dicit idem eſſe iudicium de utroque ſacramento. Adde quod Adrianus, & multi doctores dicunt, ꝙ ſi contritio habet virtutẽ iuſtificãdi in lege gratię: id habet ante baptiſmũ uirtute eius actu uel uirtute optati: poſt baptiſmum uero, uirtute ſacramenti pœnitẽtiæ in actu, uel in uoto ſuſcepti; & ut pars quædam ipſius eſt: & nõ econtra, ut male dicere uidetur opinio. *Reſponſio ad primum.* Ad rationes autem opinionis huius Reſpondeo ad primum negando ꝙ hoc ſacramentum realiter ſuſceptum ſine contritione nõ conferat gratiam: dico.n.ꝙ eam confert etiam probabiliter tantum cõtritis, ut infra q.2. in 4. opi. habetur. *Ad ſecundum.* Ad ſecundum reſpondeo, ꝙ ſenſus formę ſacramentalis uerus & inuariatus eſt, ego confero tibi ſacramentalem abſolutionem habentem uirtutem abſoluendi à peccatis quoad culpam & pœnam ęternam &c. Si eges, uel niſi huic effectui obiicem ponas, uel impedimẽtum. Et ſimilem ſenſum habent omnes alię formę ſacramentales baptiſmi, & extremę unctionis &c. etiamſi ſanctificatis conferrentur, ut ait Alexan. 4. par. quæſtio. 77. membro. 5. artic. 7. & Hugo de ſancto Victore ubi ſupra, quòd formæ ſacramentales non actum, uel euẽtum, ſed virtutem ſuorum effectuum ſignificant.

Opin. 3. Opinio tertia eſt, quòd licet per contritionem ante baptiſmum, & poſt eum ante abſolutionem ſacramentalem peccator iuſtificetur: at uero nunquam liberabitur à reatu damnationis æternæ ante baptiſmum, neque poſt eum ante ſacramentalem abſolutionem, niſi cum in articulo mortis locus nõ eſt horum ſacramentorum ſuſceptioni. Et hæc opinio dicit, & ſupponit alia duo. primum quòd ſtat hominem in gratia ſimul, & in reatu ad pœnã æternam eſſe: ſicut olim ſancti patres in limbo erant in gratia, ſeu charitate, & in reatu æternæ pœnæ damnati: à qua non niſi per mortem Christi liberari potuerunt. Et quo ad hæc opinio eſt ſingularis. Secundo dicit, ꝙ per contritionem Deus ſolus per ſe dat gratiam ſeu charitatem remittitq́; culpam mortalem & tollit quicquid eſt iniquitatis & impietatis, id eſt, iniuriæ, & offenſæ in peccatis, & abſoluit à debito quod Richar. de ſancto Victore, ubi infra uocat debitum captiuitatis, & ſeruitutis peccati. Sacerdos autem, & ſacramentum nullo modo habet poteſtatem, vel virtutem ad hæc, in quo concordat prima opinio Magiſtri, & aliorum; ſed ſolum ad remittendum in parte pœnas temporales debitas pro peccatis: & ad abſoluendum à debito quod hęc opinio appellat expiationis: & ad remittendum pœnam æternam, & commutandum illam in temporalem: ac perinde ad abſoluendum à debito damnationis, vt Richardus appellat. quæ quidem communiter fieri non creduntur ſine gratiæ infuſione. & quoad hoc ſecundum dictum hæc opinio etiam ſingularis eſt.

Hanc opin. tenet Hugo de ſancto Victore libr. 2. de ſacramentis parte decimaquarta, cap. octauo. & Richar. de ſancto Victore parte prima, tractatu de poteſtate ligandi, & abſoluendi cap. duodecimo, quam & videtur probare Alexander quarta parte, quæſtio. 79. membro tertio, articu. ſecundo. & eam referunt magiſter in quarta diſtinct. decimaoctaua, & Bonauent. eadem diſtinct. articul. ſecundo, quæſt. prima, & eam reprobat vt inſufficientem, & ſimiliter Adrianus in 4. de clauibus. quæſt. 2. refert, ſed neque probat, neque reprobat. Et tandem clariſsimus doctor Medina magiſter meus de confeſsione quęſt. quinquageſima prima, hanc opinionem tenet, ſed cum moderamine, & limitatione, quòd ſcilicet intelli-

gatur de pœna æterna damni, non ſenſus, quam ipſe appellat exulationem æternam à regno cœlorum: ſicut poſt remiſſam culpam patres cum gratia in limbo exulabãt à regno cœlorum quouſque per CHRISTVM illis apertum fuit. Sic dicit de pœnitente, cui per contritionẽ Deus ſolus, non ſacerdos neque ſacramẽtum, confert primam gratiam culpamq́; remittit, & pœnam ſenſus æternam. manet tamen damnatus exilio à gloria quouſque per ſacerdotalem abſolutionem ei rite confitenti regnum cœlorum aperiatur. Itaque eo ipſo quo peccator de peccatis ſuis uere confitetur redit in gratiam: & eſt abſolute ordinatus ad gloriam ſecundum præſentem iuſtitiã, ita quòd ſi in tali ſtatu gratiæ in quo eſt decederet, finaliter gloriam haberet: cum quo ſtat quòd etiam ſecundum pręſentem iuſtitiam ſit etiam conditionaliter ordinatus ad pœnam damni æternam, ſeu ad exiliũ æternum à gloria, ſi videlicet per eũ ſtet quo minus à ſacerdote confeſſus abſoluatur. Nam ſi per eum non ſtat vtique id non exigit Deus, ſed ſupplet miſericorditer ſecundum omnes opiniones. Hanc enim confeſsionem ſpecialiter in lege gratiæ exigit Deus in peccati ſatisfactionem, & ut hoc onus ſit leue confert gratiam in ſacramento. Et poteſtatem contulit ſacerdotibus per ſacramentum non ſolum ad abſolutionem à tali vinculo ſeu exilio gloriæ ſupra dicto: ſed & à debito pœnarum temporalium in toto vel in parte, ſecundum diſpoſitionem pœnitentis. & ideo ſacerdos dicitur habere clauem regni cœlorum: quam exercet dum abſoluit à peccatis, i. à vinculo pœnæ exilii prædicti, aliarumq́; pœnarum temporalium, vt dictum eſt. Ideo & ſacramentum pœnitentiæ dicitur ſecunda tabula poſt naufragium.

Et cum hac opinione ſic intellecta videntur cohærere auctoritates dicentes ꝙ ſolus Deus remittit culpam ſiue peccata: & maculã obdurationemq́; peccati per gratiam tollit: & reatũ æternæ pœnæ remittit, i. pœnæ ſenſus æternæ, ut ait prima opinio. Cohærent etiam auctoritates & opiniones dicentes quòd ſacerdos per ſacramentum uere aperit cœlum, & peccata remittit, cum abſoluit, ſ. à vinculo exilii ſeu relegationis æternę iam dicto. Et cum hac opin. ſic declarata concordare videntur licet non expreſſe Richar. & Alex. & alii ubi ſupra. Sed vt ipſe doctor Medina per me poſtea ſingulariter requiſitus dixit, hæc eius opinio differt à ſupradicta Hugonis & Richardi opinione etiam in hoc, quòd ſecundum opinionem illorũ quando per peccatorẽ ſtat quo minus per ſacerdotem abſoluatur, & ſic decedit à vita, etiam ſi prius fuerit contritus punietur æternaliter non ſolum pœna damni, ſed etiam ſenſus, etiã pro illis de quibus erat contritus. Secundum tamen hãc moderationẽ ſeu opinionem doctoris Medina, punietur ſolum pro commiſsis quę noluit confiteri, pœna tantum damni, ſi de illis fuerat prius contritus: punietur autem etiam pœna ſenſus pro illo peccato tantum quo noluit confiteri: quia nullo modo remiſſum eſt. Et hæc tendit quod communiter dicitur, quòd peccata ſemel dimiſſa redeunt in recidiuante, ſ. quoad pœnã damni, & non ſolum per modum circunſtantiæ. Probatur hæc opinio ſic limitata, & declarata quoad utrunque pũctum, in quo differt ab aliis. quia id Ioan. 20. quorum remiſeritis peccata &c. vbi ſignificatur præcedere ſententiam ſacerdotis, & ſubſequi abſolutionem Dei in cœlis, non poteſt intelligi de abſolutione tantum oſtenſiua ſeu declaratiua: ſed de efficaciter operatiua, ut ſupra in reprobatione ſecundæ opi. & infra q. 2. in 4. opi. habetur. Nec de abſolutione à peccatis quoad reatum pœnæ ſenſus æternæ annexum ipſi culpæ; quia hoc ad ſolum Deum pertinet, ut patet ex auctoritatibus primæ opi. ſuprapoſitæ. Neque de abſolutione à peccatis quoad pœnam tantum temporalem: ex quo ad eius remiſsionem non eſt neceſſe peccata confiteri ſecundum omnes doctores: cum hic, & in purgatorio ſolui poſsit, ergo à ſufficiente diuiſione reſtat, vt de abſolutione à peccatis quoad vinculum relegationis æternæ à regno cœlorum, quæ ſtat cum ſtatu gratiæ ut dictum eſt, intelligatur. Sed ſalua debita reuerentia Magiſtri mei ſupradicti hæc opinio nec in ſe, nec in fundamento videtur ſtare, neq; à doctoribus cõiter approbatur. Nam contra utrunque ubi dicitur ꝙ cum ſtatu gratiæ poſt remiſsionem culpæ per contritionem manet reatus pœnæ æternæ relegationis à gloria, ut olim erat in limbo. Arguitur tripliciter, primo quia nulla auctoritate ſcripturæ uel eccleſiæ diffinitione, aut ſufficiente ratione id probatur, ſed potius oppoſitũ. quia in peccatoribus adultis hęc tria nũc & ſemper ſunt, & fuerunt annexa, ſ. culpa mortalis, reatus ęternę pœnę ſenſus & damni, & reatus relegationis ęternę à regno gloriæ. Nam talis æterna relegatio à gloria reducitur ad æternam pœnam damni, ut patet. exulatio autem temporalis à gloria qualis de lege fuit in iſtis patribus olim in limbo vſque ad mortem CHRISTI, & nunc eſt in ſanctis uiris purgatorii, & uitæ huius, non facit ad rem. Quare falſum eſt quòd in illis erat exulatio æterna de lege ut nos loquimur, ergo remiſſo altero iſtorum trium per cõtritionem, uel per ſacramentum iam ſimul ſemper & ubique, alia duo de lege neceſſario annexa, & inſeparabilia remittuntur. Et id maxime eſt uerum in lege gratię quando per CHRISTVM ianua regni cœlorum aperta eſt. Neque enim dabitur inſtantia in uiuis, uel in defunctis ali-

quo

quo modo. Secũdo arguitur, quia modo iſta tria ſint aliàs ſeparabilia, modo non: quòd tamen quoad remiſsionem ſint inſeparabilia de lege probatur per Aug. in pſal. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. vbi ait. remitti peccata eſt ea ad pœnam ęternã non imputari. Nunc autem prędicta ęterna exulatio ſiue reatus ad eam eſt ęterna pœna damni, uel ad eam reducibilis, ut conſtat. ergo cum Aug. nihil excipiat: ſequitur quòd qua ratione vna pœna ęterna remittitur, eadem & omnes aliæ pœnę ęternę, & ęterna exulatio cum ipſa culpa per contritionem, uel per ſacramentum remittuntur. non ergo remiſſa culpa per contritionem manet exulatio uel aliqua ęterna pœna damni per ſacerdotem in ſacramento remittenda. Quod etiam coofirmatur, quia olim ante legem gratię per contritionem, oon ſolum culpa, ſed etiam omnis ęterna pœna ſenſus, & damni, & ęterna exulatio à gloria remittebatur. Quod inde patet, quia iuſtificati ſolum ad pœnam temporalem, & ad limbum ſanctorum, vbi de lege relegatio erat duntaxat temporalis uſque ad mortem CHRISTI, deſtinabatur ut ſupra dictum eſt. ergo etiam nunc contritio eandem & non minorem, immo maiorem uirtutem habet in lege gratię. Nam ante inſtitutiooem ſacramenti confeſsionis habetur Matth. 3. pœnitentiã agite, appropinquabit regnum cœlorum. Et à diebus Ioannis Baptiſtę, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenter rapiunt illud: quia uidelicet iam incipiebat regnum cœlorum per CHRISTVM aperiri. Vbi & ſine ulla differentia pœnarum ęternarum Ireneus li. 3. contra hęre. c. 35. ait, pœnitentibus largitur Deus benedictionem ſuam. Et in Coocilio Lateranen. abſolute diffinitum eſt, & ca. firmiter. de ſum. tri. & fide catho. habetur. Et ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit per verã pœnitentiam poteſt ſemper reparari. Et doctores communiter dicunt uirtutem cõtritionis nunc & ſemper pœnitentem ſaltem ad eundem ſtatum gratię, & ius ad gloriam omnino reſtituere, in quo erat antè peccatum, ſecũdum Ezech. 18. Quoties ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius oon recordabor. Tertio ad idem, quia ſi ex eo quòd dictum eſt, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, rectè colligitur etiam ſecundum hãc opinionem, ꝙ ſacerdotes poſſunt remittere pœnam ęternam dãni, aut exulationem ęternam à regno cœlorum, ergo eadem ratione ex ſcripturis ipſis, uel aliis ſimiliter dicentibus Deum remittere peccata pœoitẽtibus colligi debet, quòd Deus illis peccata remittit, non ſolum quoad culpam, ſed ẽt quo ad omnem pœnam & exulationem ęternã. Neque.n. fauorabilius debet ſacra ſcriptura pro ſacerdotum quàm pro Dei auctoritate, ſeu poteſtate exponi. Et hę tres rationes ſupradictę procedunt tam contra prędictam opinionem ſine limitatione, quàm cum limitatione ſeu modificatione clariſsimi doctoris Medina intellectam. Nam ſi ſine dicta limitatione accipiatur, multa inconuenictia alia ſequuntur ex ea, puta ꝙ quis ſit in gratia, & filius Dei habens ius ad gloriam, ſimul & reus pœnę ęternę filiusq́; gehennę, & perditionis uti Dei inimicus. Neque ratio ſupra adducta pro illa opinione quicquam ualet, quatenus dicit quòd id Ioan. 20. quorum remiſeritis peccata &c. non poteſt intelligi de remiſsione quoad culpam & pœnam ęternam. quod reprobatum eſt ſupra contra primam opin. & amplius patebit id eſſe falſum in 4. opin. ſequente. Sed neque dictę opinioni ſuffragatur Aug. diccos quòd non poteſt quis à peccato iuſtificari niſi confeſſus fuerit ante peccatum. Et Beda ſuper Iacobi. 5. dicens, ſine confeſsione nequeunt peccata dimitti. Nam hi omnes & alii doctores ſimiliter loquentes ſolum oſtendunt pręceptum confeſsionis, & oeceſsitatem eius actu uel uirtute. Alioqui ſimiliter inde probaretur pœnitentem per contritionem ueram non poſſe iuſtificari ſine confeſsiooe actuali, neque gratiam haberet, quod omnino falſum eſt.

Reſponſio ad rationes huius opin.

Opinio 4.

OPINIO quarta & vltima, in qua ſtãdum eſt, tenet quòd hoc ſacramentum pœnitentię inſtrumẽtaliter, & ſacerdos miniſterialiter cõfert primam gratiam & ſalutem: & remittit peccata quoad culpam, & pœnam ęternam quancunque: idq́; ex dono, & gratia, & auctoritate, & operatione diuina, modo attingat uirtute diuina productionem gratię modo non, de quo nil nunc diſſerimus. Ita quòd peccator aliqualiter attritus, de quo in ſecunda quęſtione ſequenti dicetur, uirtute ſacramenti fit uere contritus, & iuſtificatus, de iniuſto, & de inimico amicus & gratus filius Dei, & hęres glorię.

Quod probatur quadrupliciter. 1. quia Ioã. 20. quorum remiſeritis peccata &c. ſacerdotes in ſacramento proprie & uere peccata remittere poſſunt: & non fit differeotia quoad culpam, uel pœnam hanc uel illam, ergo quoad hæc omnia, & per conſequens non niſi per collationem primæ gratię iuſtificantis. Probatur antecedẽs. Quia proprie remittere debitum nõ eſt ſolum declarare eſſe remiſſum, ſed uere & proprie remittere. ergo ſimiliter id fit dum Ioan. 20. Conceſſum eſt ſacerdotibus à CHRISTO remittere peccata. Item quia ibi ſatis indicatur non eſſe prius in cœlo quàm à ſacerdote in terra uere ſoluenda aut remittanda peccata, aut ſaltẽ aliquando uere ſoluenda, aut remitteoda eſſe in cœlo, quia à ſacerdote vere ſoluerentur, & remitterentur in terra. Nam ſi nunquam hoc futurum erat: potius dicẽdum fuiſſet quorum remiſeritis

miſeritis remiſſa uel ſoluta iam fuerũt. Neque ſatis intelligi poteſt quomodo ſacerdotibus aſſerere ualeamus hanc poteſtatẽ retinendi peccata: ſi nunquã peccata retinentur a Deo quia retinentur, i. quia nõ abſoluuntur a ſacerdote. Nam ſi nunqam ſic poſſunt ſacerdotes abſoluere a peccatis ut primam gratiam conferant, faciantq; adeo non retineri peccata, quæ ante ipſorum abſolutionem retinebantur: non igitur habent poteſtatem retinendi peccata. Sicut rector ciuitatis non haberet poteſtatem retinẽdi aliquos reos in carcere aut illos inde ſoluendi: ſi nunquam poſſet quemquam eorum à carcere eripere, niſi ipſi potius compediti etiã co inuito inde ſe poſſent liberare. Ita neque ſacerdos recte diceretur clauem abſolutionis & regni cęlorum habere: ſi nemini poſſet illud aperire: ſed peccator potius per ſuam contritionẽ præfatam clauem haberet. Et confirmatur, quia ſicut ex illis uerbis Apoc. 3. qui habet clauem Dauid qui aperit & nemo claudit, arguitur poteſtas Chriſti ad uere & proprie ſoluenda peccata quoad culpam & pœnam æternam. Ita ſimiliter ex Math. 16. Quodcũq; ſolueris ſuper terram &c. & Ioan. 20. quorum remiſeritis peccata &c. arguitur poteſtas miniſterialis ſacerdotum ad uere peccata remittendum & ligandum quo ad omnia prædicta. Nam & ideo Chriſtus pręmiſit Ioa. 20. Accipite ſpiritum ſanctum, & ſicut miſit me pater, i. qua poteſtate & ad eundem finem: ita ego mitto uos & cõſtituo nos pro me ad peccata per ſacramentum quod nunc inſtituo uere remittendum. Ad ſolum namque declarandum peccata eſſe a Deo remiſſa certe parum neceſſaria erat ſpiritus ſancti donatio atque poteſtas. Neque ualent euaſiones & gloſſæ prædictarum auctoritatum quæ infra in corolariis in fine huius opin. refutantur. Secundo principaliter probatur opi. quia ſacramentum pœnitentiæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium ſecundum Hiero. ſuper Eſa. 3. & epiſtola prima de uirginitate ad Demetriadem, & habetur de pœnitẽtia diſt. 1. ca. ſecunda tabula. Et Tertulianum lib. de pœnitentia, & Cyprianum, & Bonauẽ. Tho. 3. par. q. 84. art. 6. & alios doctores communiter. Et non ſolum id dicitur de pœnitentia uirtute, ſed potius de ſacramento, ut ait concilium Tridẽtinum ſeſs. 6. c. 14. quòd Chriſtiani hominis pœnitentia, quam ſecundam tabulam poſt naufragium ſancti patres appellauerunt, continet non ſolum ceſſationem à peccatis & eorum deteſtationem, ſed & ſacramentalem eorum confeſsionem & ſatisfactionem. Hæc ibi. Et etiã medicina contra peccata poſt baptiſmum, qui prima tabula nuncupatur, uiuificans mortuos ſecundum communiter doctores infra allegatos, ergo ſicut baptiſmus actu ſuſceptus uere liberat à morte peccati ex opere operato conferens primam gratiam iuſtificantem etiam adultis, qui ſine illo periclitarentur, nec illam haberent: ita & pœnitentiæ ſacramentum. Neque enim minus aperta ſunt priuilegia clauium ad remittenda peccata actualia, quàm baptiſmi ad originale ſimul & actuale remittendũ. Alioqui non eſſet ſecunda tabula poſt naufragium & medicina ſalutaris aut uiuificans mortuos, ſecũdum c. presbiter. & c. agnouimus. 26. q. 6. ſi non niſi iam uiuis aut ſanis ad vitam prodeſt & ſalutem. Nam ſi hac via ſacramenti pœnitentiæ peccator non redit in gratiam iuſtificãtem: certe per eam non eſſet nunc quam ante legem gratiæ facilior facta uia ſalutis; cuius tamen oppoſitum communiter dicunt doctores.

Tertio probatur opinio, quia in c. presbiter. 26. q. 6. habetur quòd presbiter denegans pœnitentiam, i. abſolutionem morientibus, reus erit animarum. Et ſtatim in c. agnouimus. ea. q. de presbitero negante morientibus abſolutionem petentibus dicitur, quid aliud eſt niſi morienti mortem addere, eiusq; animam ſua crudelitate ne abſoluta eſſe poſsit occidere? ergo inde uidetur quòd abſolutio ſacramentalis in caſu uitam pręſtaret ijs qui moriuntur, alioqui ea denegata non daretur cauſa condemnationis ipſis morientibus. Neque ad hoc valet primo dicere quòd ibi loquitur textus de abſolutione ab excommunicatione, de qua tota illa. 6. quęſtio procedit. Nam occaſione abſolutionis ab excommunicatione ibi principaliter intente, etiam de abſolutione à peccatis ſacramentali interim agitur expreſſe, ut patet quia ibidem in c. agnouimus, dicitur: cui autem pœnitentia non negatur, nec reconciliatio. vbi conſtat quòd de pœnitentia quæ in ſacramento hoc fit, textus dicit, quòd cui illa uel abſolutio à peccatis non negatur ab eccleſia in illo articulo mortis, non debet etiam negari reconciliatio, i. abſolutio ab excommunicatione. Sic namque ſæpe contingit occaſione unius materiæ interim agi de alia illi annexa. Neque ſecundò valet dicere ut dicit clariſsimus doctor Medina de confeſsione q. 52. quòd id ideo dicitur in dicto textu de negante abſolutionem à peccatis: quia uidelicet occaſionaliter eſt cauſa damnationis & mortis æternę, dum ex negatione abſolutionis ſacerdos dat cauſam deſperationis infirmo, maxime ſi probabiliter creditur propter hoc quaſi deſperatus obiturus, qui abſolutus valde confortaretur & uiuificaretur contra dęmonum tentationes ad ſalutem. Et quòd hæc gloſſa non valeat inde patet, quia id non ſignificatur in textu, ſed quòd ſacerdotis crudelitas ſtat in hoc, quòd negatio abſolutionis ſacramentalis eſt occidere animam infirmi morituri ne poſsit eſſe abſoluta, ſ. a Deo per gratiam.

gratiam. Et ibidem in c. agnouimus, ſequitur. ſalutem ergo hominum adimit qui tẽpore mortis ei denegat pœnitentiam, i. ſacramentalem abſolutionem. Nam per negationem abſolutionis ab excommunicatione duntaxat, quæ & pœnitentia non dicitur, utique non tollitur ſalus pœnitentis. Quarto principaliter probatur opinio per auctoritates doctorum, quia gloſſ. Matth. 16. & Aug. contra quinque hæreſes dicit quòd eccleſia põt oĩa peccata dimittere, quia ei datæ ſunt claues regni cœlorum. Et idem lib. 2. de adulte. coniug. c. 9. & c. ſi. de pœn. diſt. 1. habetur in fine, Deus ſalutis & ſanctitatis auctor atque largitor plerumque præbet hanc ſuæ pœnitentię medicinam inuiſibili adminiſtratione, plerumque medicorum operatione. Item Chriſ. lib. 3. dialogorum ait. Hæc eſt excellentia euangelij ſacerdotum ſupra ſacerdotes ueteris legis, quòd *illi lepram* oſtendebant corporalem eſſe mundatam: hi uero ſpiritualem probant ſimul & mundant. Et idem homilia 85. ſuper id Ioa. 20. Quorum remiſeritis peccata &c. ait. Non erraret quiſpiam ſi tunc eos poteſtatem quandã & gratiam ſpiritualem accepiſſe diceret; non tãtum ut mortuos ſuſcitarent & uirtutem oſtenderent: ſed ut peccata dimitterent; differentes enim ſunt gratiæ ſpiritus. Item in 6. tomo ſuorũ operum tractatu de dignitate ſacerdotali lib. 3. c. 6. ait ſacerdotes legis gratiæ non corporis lepram ut illi ueteris legis: ſed immundiciam mẽtium non ex parte probandi ſed omnifariam mũdandi obtinent poteſtatem, & indulgendi peccata. Item Ambr. lib. de pœnitentia c. 7. contra Nouatianos ait. Cur baptizatis ſi per hominem peccata dimitti non licet? vtiquę in baptiſmo remiſsio peccatorum eſt. Quid intereſt utrum per pœnitẽtiam an per lauacrum hoc ius ſibi datum vendicent ſacerdotes? Nonne Dei nomen vtrobique operatur? Et ad idem eſt Hilarius ſuper Matth. 16. quodcunq; ſolueris &c. & Theophi. ibidem ait. quòd diuinam auctoritatem ſacerdotes habent ad ſoluenda peccata; & honorandi ſunt ut Deus, etiam ſi mali ſint: quia donorum diuinorum miniſtri ſunt. & per eos gratia operatur. Ad idem eſt Cyrillus lib. 12. ſuper Ioa. c. 56. dicens. Cùm ſacerdotes peccata remittunt aut detinent; ſpiritus qui habitat in eis per eos id facit. Et Bern. ſerm. 1. beati Petri & Pauli ait. Quid illo potentius qui claues regni cœlorũ tam ſingulariter accepit ut præcedat ſententia Petri ſentẽtiam cœli. Et tandẽ concilium Florentinum ſub Eugenio. 4. ait. Sacerdotes uere abſoluere & ſacramentum pœnitentiæ eſſe peccatorum remiſsionem. Et in cõcilio Tridentino ſeſs. 3. ſub Iulio 3. c. 3. habetur quòd effectus huius ſacramẽti quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, recõciliatio eſt cum Deo. Et inferius c. 6. habetur. Hoc concilium docet ſacerdotes tanquam Chriſti miniſtros functionem remittendi peccata exercere: eoſque habere non ſolum miniſteriũ annunciandi euangelium vel declarandi remiſſa eſſe peccata: ſed ad inſtar actus iudicialis & ab ipſo velut a iudice ſententia pronunciatur. Hæc ibi. Corolarie ſequitur ex dictis primo quòd forma ſacramẽtalis non ſolum eſt oſtenſiua uel ſignificatiua remiſsionis peccatorum, ſed etiã efficaciter operatiua. Neque valet gloſſa ſeu potius euaſio dicens, ego te abſoluo, i. abſolutum ſignifico iudicialiter vel oſtendo. Quod quadrupliciter probatur. tum primo quia ſecundum glo. Matth. 16. ſententia cœli ſequitur ſententiam ſacerdotis, i. eam approbat, ergo eam præſupponit uere abſolutiuam vel ligatiuam latam eſſe. Tum ſecundo quia quæro a quo & cui oſtenditur abſolutus? à Deo vel ab eccleſia? Non ab eccleſia: cum per opinantem oppoſitum non fuerit ante abſolutus ab ea. Non etiam à Deo: quia tunc ſenſus eſſet, quæ oſtenditis à me eſſe remiſſa vel abſoluta, ego quoque ſoluam ſiue remittam, & ecõuerſo, iſte autem ſenſus eſt abſurdus. Nã ſi remiſsio per Deum facta pręcedit remiſsionem ſeu ſententiam ſacerdotis, ergo nihil facit ad remiſsionem peccatorũ, quòd ſacerdos poſtea oſtendat illum eſſe abſolutum à Deo vel non.

Corolarium primum.

Item neque Deo id oſtenditur, ut conſtat; neque ipſiſmet pœnitentibus aut ſacerdotibus ipſis aut eccleſiæ, ſacerdotes oſtendunt peccatores eſſe abſolutos. Quia ipſi pœnitẽtes poſſunt dę ſua iuſtificatione & nos de illorum abſolutione ſeu etiam iuſtificatione ambigere: cùm ex fide certo ſcire non poſsimus quod nullus interceſſerit obex, aut quòd ſufficiens fuerit diſpoſitio pœnitentis eum ſacramento ad fructum abſolutionis uel gratiam ſacramentalem obtinendam. Secretiſsimus etiam eſt forus ſacramentalis: neque in iudicium eccleſiæ exterius deferri poſſunt quæ inter pœnitentem & ſacerdotem aguntur. Igitur non ſine periculo falſitatis manifeſte poſſunt dici hæc verba, ego te abſoluo, i. abſolutum à peccatis oſtendo, ut probatum eſt.

Tum tertio quia ſimiliter peccata quoad pœnam temporalem mortalium & venialium iam quoad culpam remiſſorum ſacerdos in ſacramẽto nõ vere remitteret ſed oſtenderat eſſe remiſſa: ſicut & quoad culpam & pœnam æternam, id quod omnes doctores cuiuſcunque opinionis conſtanter negant, ergo eodem modo vere ibi uirtute ſacramenti remittitur culpa & pœna tẽporalis & æterna, & non oſtenditur ſolum eſſe remiſſa, cum ibi nulla fiat differentia. Tum demũ quarto idem patet; quia talem ſenſum, ego te abſoluo, i. ſignifico te abſolutum irrident cõmuniter doctores, pręſertim Richardus de ſancto Victore par. 1. de abſolutione ſacramentali c. 12. Et Hugo de ſancto Victore lib. 2. de ſacra-

mentis

mentis par. 14.c.8.& glo.Matth.16. Quodcunq; ſolueris &c. Et doctores ſupra allegati.in 4. probatione.

Corolarium ſecundum.

Secundo corolarie ſequitur ex dictis quòd nõ valet alia gloſſa vel potius euaſio dicens quòd prædicta poteſtas remittendi peccata intelligitur ſolum quo ad pœnam temporalem & reliquias peccatorum: cum ibi ſupra dicatur poteſtas ad mortuos ſuſcitandum, & animæ ſordes lepramq; mundandum, & à culpa iuſtificandum, & à peccatis abſolute ſine vlla reſtrictione: ſicut & baptiſmus mũdat à peccatis quo ad culpam & pœnam.

Corolarium tertium.

Tertio corolarie ſequitur quòd non valet alia gloſſa, ſaltem non ſufficit dicere quòd ideo dicitur in hoc ſacramento peccata remitti, quia in ſacramento confertur gratia, per quam magis peccata remittuntur, & culpa expellitur, vt de ſacramentis omnibus in generali in 3.par. q.62. art.2.& de ſacramento confirmationis ſpecialiter ait beatus Tho.& communiter doctores. Nã ſimiliter diceremus per omnia ſacramẽta in quibus gratia confertur æque peccata remitti atq; per ſacramentum pœnitentiæ, licet per hoc magis quàm per alia. Neque dare gratiam ſolum eſt idem quod eam augere, ſed eſt gratũ & amicum de non grato facere Deo.

Corolarium quartum.

Quarto corolarie ſequitur quòd nõ valet alia gloſſa vel euaſio dicens quòd quo ad eccleſiam ſolum fit prædicta culpæ remiſsio in hoc ſacramento. Nam licet fiat quo ad eccleſiam ſecundum Aug. in enchiridio c. 62. præcipue tamen fit etiam coram Deo, ut ſignificatur manifeſte Ioa. 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, ſ.à me ſecundum gloſſam & doctores cõmuniter ibi. Et Matth.16. quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlo.

Reſponſio autẽ ad oppoſita argumenta, patet ex Reſponſione ad motiua opinionum præcedẽtium, vt latius ſupra poſita ſunt. Hanc quartam opinionem tenẽt communiter doctores in 4.diſt.18.& ſignanter beatus Tho.diſt.17.q.14.& 18.& diſt.18.q.3.& diſt.23.q.2.& 3.parte ſũ. q.83.art.3.& q.86.art.1.& 6.& in opuſculo. 22.& in 4.quodlibeto art.10. Et Alexander Alenſis 4.par.q.60.membro primo art.3. & latius q.77.membro 5.art.7. licet propter difficultatem materiæ videatur variare, dum alibi videtur cũ 1.& 3. opinione tenere vbi ſupra allegatus eſt, ſed ſano modo intellectus ſibi conſtat. Similiter & Bonauentura in 4.diſtin.17.articulo 4. q.3.& art.2.q.4. Quamuis diſtin.18.art.1. etiam videatur cum prima opinione Magiſtri. Item Richardus in 4.diſtin.17.art.2.q.8.& diſtin.18.art.2.q.1. Item Scotus diſtin.14.q.4. & diſtin. 18. q.2. Item Durandus diſtin.18.& 17. q. 13. Et Palud.& Capreolus diſtin.17.q.2. Et Gerſon alphab.34.lib.3. Et Abulen. Matth. 16. q.76.& Leuit. 1.q.16. Item Adrianus de clauibus. q. 2. quamuis in 5.quodlibeto art. 3. aliqualiter diſſonare videatur, ſed vere non diſſonat. Item Caietanus in 2.quodlibeto q.12.quæſito 2. de confeſsione. Et Vega de iuſtificatione lib.9. c.14. 15. Et Soto in 4.diſtin. 18.q.3.art.1.& tandem omnes fere, vt ipſe etiã Gabriel qui tenet oppoſitum in 4.diſtin.14.q.2.notabili.2.confitetur.

QVAESTIO II.

Qualis diſpoſitio aut diſplicentia peccati requiratur & ſufficiat cum hoc ſacramento ad primam gratiam iuſtificantem.

Opinio prima.

RESPONDEO quòd in hoc ſunt quatuor opiniones. quarum prima tenet quòd eſt neceſſaria vera contritio, quam opi. tenet Okam & Gabriel in 4.diſtin.14.& omnes doctores tenentes tres priores opiniones in articulo præcedente, quia hæc opinio ſequitur ex ipſarum fundamentis: ſed quia illa corruunt ut ibi viſum eſt: ideo & hęc opinio ibi ſuperædificata ſtare nõ poteſt, niſi vt infra in 4. opinio. recte intelligatur ſicut & recte intelligenda eſt.

Opinio ſecunda.

OPINIO ſecũda Scoti in 4. diſt.14.q.1.& 4. & ſequaciũ eſt, quòd diſplicentia de peccatis omnibus propter Deum cum propoſito cauẽdi in futurum ſi non eſt ſufficienter intenſa aut cõtinuata quantum requiritur ſecundum Dei legẽ aut voluntatem, ſufficit cũ ſacramento confeſſionis ad primam gratiam iuſtificantem: quæ tamen ſine ſacramento non ſufficeret, & talis dicitur attritio quæ virtute ſacramenti fit contritio: & non alia. Et ita ſecundum hanc opinionem attritio dupliciter differt à contritione. primo intrinſece penes intenſionem & remiſsionẽ, ut ſ. remiſſus dolor voluntatis vel non ſufficienter continuatus, & per conſequens per ſe non ſufficiens diſpoſitio ad gratiam ſit attritio: intenſus vero aut ſufficienter continuatus & per ſe ſufficiens ad gratiam de lege ſit contritio. Secũdo modo differt extrinſeca denominatione, ut ſ. attritio ſit omnis dolor non informatus gratia: contritio vero iam gratia formatus. Vnde idẽ dolor prius eſt attritio, & accedente ſacramento per gratiam ibi collatam fit contritio.

Vbi nota quòd decipiũtur Gabriel in 4. diſt. 14.q.2.notabili.2.& Alman.ea.diſt.q.4.& Adri. in 5.quodlibeto art.3.in Reſponſione ad ſecũdũ argumentum principale.& Silueſtrina titu.confeſsio.1.q.21.& Summa Angelica confeſsio.1.§.27.& confeſsio.2.§.1.& Summa Roſſella cõfeſsio.1.§.4. & quidam alii putãtes Scotũ vbi ſupra ſenſiſſe nullo dolore de peccatis habito, dummodo non ſit ad peccatum aliquis actualis affectus ſeu complacentia, ſit vero animus ad ſuſcipiendum ſacramentum baptiſmi vel confeſsio-

nis

nis in remiſsionem peccatorum, talem peccatorem virtute ſacramenti primam gratiam ſuſcipere iuſtificantem & ſalutem. Sed quòd non ita ſenſerit Scotus inde conſtat, quòd vbi ſupra diſtin.14.q.4.ſeipſum explicat expreſſe dicens ꝙ requiritur & ſufficit cum hoc ſacramento diſplicentia ſaltem, aliàs de ſe inſufficiens quæ ſupra dicta eſt. Et in diſtin.4.q.5. agens de baptiſmo idem dicit expreſsius. Et ad idem eſt in primo diſtin.43.q.1. Et in 3.diſt.19.q.1.& 2. Itaque Scotus ponit duo remedia peccatorum; primum ſine ſacramento: & hoc eſt per veram contritionem: quæ ſecundum eum eſt dolor propter Deū ſufficienter intenſus vel continuatus: alterum cum ſacramento: & eſt per attritionem: quæ ſecundum eum eſt dolor etiam ſi ſit propter Deū, nō tamen ſufficienter intenſus vel continuatus. Et de hoc loquitur in 4.diſtin.14.q.1. vt ſupra dictum eſt. Vt etiam Vega de iuſtificatione lib. 9.c.15.& lib.13.c.23.24. late proſequitur & aliqualiter Soto de natura & gratia lib.2.c.15.

Et hæc opinio præſupponit vt fundamentum, quòd ad veram cōtritionem quæ de lege ſit ſufficiens diſpoſitio ad primam gratiam iuſtificantem, eſt neceſſarium quòd ſit diſplicētia omniū peccatorum propter Deum, ſufficienter intenſa in certo gradu à Deo determinato: dicit tamen quòd defectum huius intēſionis poteſt ſupplere temporis continuatio. Et quidem quo ad intenſionem requiſitam idem cum Scoto prima facie tenere videntur Alexander Alenſis 4. par. q.68. membro 1. art.2.& 3. Et Bonau. in 4.diſt. 16.art.4.q.1.& diſt.17.art.2.q.2. Et Richardus diſt.17.art.1.q.5. Et beatus Tho. in 4.diſt.43.q.1.art.3. ſimul cum dictis ab eo in ſecunda ſecundæ q.24.art.6. Et in 4.diſtin.17.art.3. Et Palude in 4.diſt.17.q.7.q.8. Et Adrianus de pœnitentia & in 5.quodlib.art.3. niſi forte vt ait Vega de iuſtificatione lib.13.c.25. hi doctores dicentes requiri dolorem maximum intenſiue intelligāt appreciatiue actu vel virtute, aut ſuper omnia, vt alij doctores communiter dicunt, quod tunc ſit quando ita diſplicet homini peccaſſe vt nulla ratione velit conſenſiſſe aut de cetero conſentire peccato, idq; propter Deum, quod & ego credo ſic illos intellexiſſe. Et quo ad continuationem ſupplentem defectum intēſionis tenet Scotus in 4.diſt.14.q.2.art.2.& q.3.art.1.& latius q.4. Et Richardus vbi ſupra: licet Almayn in 4.diſtin.14.q.2. dicat quòd id non clare dicit Scotus, ſed quòd ex eius dictis elicitur. Sed hæc opinio prædicta quo ad intenſionem requiſitam probatur dupliciter. primo quia ſecundum rectam rationem, & Deut.20. pro menſura delicti erit & plagarum modus, quod ſecundum gloſſam & Gregorium intelligitur quo ad ſatisfactionem pro delicto, & non eſt maior ratio de ſatisfactione quo ad pœnam, quàm quo ad culpam: ex quo vtrobique eſt iuſtitia cum miſericordia. ergo ſicut ad ſatisfactionem pro delicto quo ad pœnā requiritur intenſior pœna pro grauiore ſeu maiore peccato: ita etiam quo ad culpam intenſior contritio: & per conſequens de quolibet mortali requiritur aliqua intenſa contritio in certo gradu ſoli Deo cognito & ſtatuto: ita quòd minor non ſufficit. Secundo probatur idē per Aug. vt habetur de pœn.diſt.3.c. ſunt plures. Et ſermone.11. ad fratres in eremo. & ſermone 7. ad eoſdem. & ſermone 7. de tempore. Et Ambro. lib.2. de pœnitentia.c.10. Et Cypria. ſermone.5. de lapſis: dicentem. quàm magna deliquimus tā granditer defleamus. alto vulneri diligens & lōga medicina non deſit. pœnitentia minor crimine non ſit &c. Et Chriſoſt. lib.2. de compunctione. & ſuper id ad Rom. 8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus. Et Grego. in pſal. 50. Et Ber. in lib. de modo viuendi. c.1. & 27. & communiter doctores dicentes eſſe neceſſaria lamenta, afflictionem ſpiritus contribulati, gemitus & huiuſmodi ad peccati expiationem & indulgentiam; quæ ſine magna diſplicentię intenſione eſſe non poſſunt. Tertio probatur idē ſpecialiter quo ad temporis continuationem ſupplentem defectum intenſionis. quia licet non eſſentialiter, at vero accidentaliter melior eſt idem actus continuatus per multum quàm per paruum tempus; ſicut & perſeuerans eſt melior quàm non perſeuerans: & continuatio diſplicentiæ per maius tēpus æquiualet in bonitate intenſioni eiuſdem in minori tēpore, vt de hoc latius Angeſt. in morali c.9. ergo bonitas continuationis ſupplet defectū bonitatis debitæ intenſionis, patet conſequentia: quia ad Dei miſericordiam pertinet bonum æquiualens acceptare.

Reprobatio opinionis.

Sed hæc opinio quo ad intenſionem non tenetur communiter à doctoribus; & multo minus quo ad continuationem diſplicentiæ. quia nec videtur auctoritas aut ratio ſufficiens ad id: ſed potius oppoſitum, vt in c. talis. c. ſunt plures. de pœni. diſt.3. ex Chriſoſt. de reparatione lapſi, & in prologo ſuper Ioa. Item quia non videtur quòd Deus nos obliget ad gradum & modum actus incognitum, ſicut nec ad legem incognitam & nōdum ſufficienter promulgatam, vt Adria. in 5. quodlibeto, & Medina de pœnitētia q.5.& Vega de iuſtificatione lib.13.c.23.24. latius proſequuntur.

Reſpon. ad primam.

Ad rationes Scoti ſupra poſitas Reſpōdeo ad primam negando minorem, & illa adhuc conceſſa negatur cōſequentia, tum primo quia non tenetur peccator in hac tantum vita per viam pœnitentiæ illam iuſtitiam punitiuam exequi: cū poſsit velle illam pati in purgatorio, vt late probat Medina vbi ſupra. tū ſecundo quia & ſi ad id in hac vita peccator teneretur: non tamen attenditur ſemper maior pœna aut ſatisfactio penes

maiorum

maiorem intenſionem, continuationem, aut delectationem peccati: ſed penes maiorem grauitatem eius vel offenſæ. Ita videlicet vt grauiori peccato grauior vel acerbior licet non intenſior pœna debeatur, vt ait Durandus in 2. diſtin. 42. q. 7. Et Angeſt. in morali. c. 3. tum 3. quia ſecundum Thomam prima ſecundæ q. 71. art. 3. & & ibi Caietanus. Et Scotus in 2. diſt. 35. Et Almayn in 4. diſtin. 14. q. 2. ex Adam Godam, & communiter doctores, conuerſio ad Deum per contritionem reſpondet auerſioni ab eo, in quo ſtat formalis ratio peccati mortalis, ergo ſicut ad auerſionem eſt impertinens intenſio vel continuatio actus: ita & ad conuerſionem ad ipſum per contritionem. Pœna autem reſpondet non ſolum auerſioni, ſed etiam conuerſioni voluntatis ad creaturam, in qua non formalis, ſed materialis eſt ratio peccati. Ideo ſecundum menſuram delectationis maioris vel minoris in peccato intra genus ſeu ſpeciem grauitatis eius ſæpe licet non ſemper ſecundum iuſtitiam reſpondet maior vel minor intenſio pœnæ.

Reſpon. ad ſecundam. Ad ſecundam reſpondeo dupliciter primo quod omnes illę auctoritates intelliguntur de diſplicentiæ magnitudine non quidem intenſiua ſeu graduali, ſed prælatiua: qua videlicet actualiter vel virtualiter nollet homo offendiſſe Deū pro quocunq; bono creato. Secundo Reſpondeo quòd talis intenſio & lachrimę corporales afflictio & gemitus requiruntur ad plenam expiationem & indulgentiam peccatorum quo ad culpam & pœnam: vt ſic omnino placetur Deus: & eo præſertim tempore vbi non erat tanta indulgentiarum abundantia, quando doctores illi loquebantur.

Reſpon. ad tertiam. Ad tertiam Reſpondeo. poteſt maior negari vt infra q. 9. dubio 4. in 5. opinione: ſed adhuc cōceſſa maiore quo ad bonitatem actus: negatur vtrūque quo ad impletionē legis & quo ad alios effectus. Neque enim ad impletionē legis ſufficit æquiualens exhibere: niſi Deus aut legiſlator alius acceptet: aut niſi lex id alternatiue exigens admittat. Quod patet, quia qui tenetur hodie ieiunare non ſufficit ſi loco eius oret tota die vel det eleemoſynam, aut ſe flagellet, & huiuſmodi. Cum autem non appateat vbi Deus ſtatuerit ſe continuationem actus pro eius intenſione acceptare etiamſi intēſio aliqua eſſet in obligatione. Neque oportet ſecundum legem Deum facere omnem miſericordiam ſecundum omnem modum poſsibilem. Poteſt enim multa alia & alijs modis miſericorditer agere quæ non agit. Neque decet ipſum de lege agere, niſi ea quę & quomodo agit & ſtatuit: quod ſi aliter vellet agere & ſtatuere, id vtique tunc ipſum deceret: quia prima regula totius bonitatis atque decentię voluntas diuina eſt, igitur illa ratio non valet.

Opinio tertia. TERTIA opinio beati Thomæ & multorū aliorum inferius allegatorum ſtat in tribus punctis ſecundum triplicem attritionem ſeu potius diſpoſitionem accedentium ad hoc ſacramentū. Quarum prima non ſufficit vt ibi ſit ſacramētū. ſecunda ſufficit vt ſit verum, non tamen formatum & fructuoſum tunc ſed informe ſacramentum. tertia ſufficit vt ſit verum & formatum ſeu fructuoſum. tametſi hæc omnia tria puncta non ab omnibus doctoribus huius opinionis explicātur: ſed partim ab his partim ab illis, vt inferius in probationibus notabuntur.

Primum punctum. Igitur primum pūctum eſt de prima in diſpoſitione, quæ cum confeſsione & abſolutione nō ſufficit vt ibi ſit ſacramentum, qualis eſt indiſpoſitio eorum qui ſine vlla diſplicentia vel cū propoſito peccatorum ſcientes ſe non eſſe diſpoſitos neque pœnitentes confitentur, etiamſi hanc ſuam indiſpoſitionem explicent in confeſsione. Vel ſecundo ſi habent aliquam diſplicentiam: at ex propoſito ſcienter ſine rationabili cauſa dimidiant confeſsionem. Vel tertio qui nullo modo intendunt ſacramentum vel abſolutionem ſacramentalem accipere: ſed ſolum ſecreto de aliquo negotio colloqui cum confeſſore: aut pœnam humanam vitare: vel ſolo intituitu humano ſpecietenus confiteri ſine vllo reſpectu ad Deum, prout à timore hominū ne pecunia mulctentur, vel ne confuſi excommunicati notentur in populo, & huiuſmodi. Quia hi omnes non ſuſcipiūt verum ſacramentum etiam ſi forma ſacramentalis abſolutionis proferatur. Et ideo poſtea talis confeſsio reiteranda eſt ad Dei pręceptum & eccleſiæ adimplendum. Probatur quia vbi non eſt materia huius ſacramenti nō eſt ipſum ſacramentum: quia eius eſſentia neceſſario cōſtat ex materia & forma, ſed materia neceſſaria huius ſacramenti eſt pœnitens ſaltem imperfecte per attritionem aliquam integre de omnibus ſe accuſans vel confitens, quia Deum offendit, vt patet tum primo ex concilio Florentino ſub Eugenio 4. vbi dicitur quòd materia vel quaſi materia huius ſacramenti eſt peccatum contritum & confeſſum. Ait enim concilium. quaſi materia huius ſacramenti ſunt actus pœnitentis: qui in tres diſtinguuntur partes, cordis contritionē, oris confeſsionem, operis ſatisfactionem. Hæc ibi. Et hoc idem habetur in concilio Tridentino ſeſs. penultima de ſacramentis c. 4. Vnde liquet quòd contritio, cuius nomine etiam attritio intelligitur, ut in 2. puncto latius de hoc, eſt pars huius ſacramenti. vt etiam ratio exterioris confeſsionis vere & non ficte accuſatorie de offenſa Dei. Quòdq; ad cōfeſsionem vere accuſatoriā, quæ eſt materia propinqua huius ſacramēti, pertinet vt pœnitens omnia mortalia integre confiteatur, ita quòd à propoſito ſine cauſa rationabili nullum mortale cuius habet conſcientiam omittat. Tum ſecundo idem patet. Nā

confeſsio

confeſsio quæ à nulla cordis pœnitentia proficiſcitur non vere ſed ficte accuſatoria & quaſi hiſtoriæ narratio eſt; & ex conſequenti non poteſt eſſe ſufficiens materia huius ſacraméti: quæ accuſationem peccati aliquo modo diſplicentis quia Deum offendit repræſentat. Igitur vbi nulla eſt diſplicentia offenſæ Dei, nullumue propoſitum cauendi in futurum, vel vbi ex propoſito per ſe dimidiata confeſsio eſt: nullo modo eſt verum ſacramentum, neque ſufficiens materia eius: ex quo ſuper eam forma abſolutionis ſacramentalis non poteſt cadere, & niſi ex vtraque ſacramentum hoc conſtare non poteſt. fit inde quòd per talem confeſsionem non vere ſed ſolum apparenter ſacramentalem præcepto diuino vel humano confeſsionem ſacramentalem præcipienti homo non ſatisfacit: ſed talis confeſsio reiteranda eſt.

Et in hoc primo puncto omnes doctores concordant: neque de hoc videtur dubitandum, vt patet apud B. Tho. in 4. diſtin. 14. quæſt. 1. articu. 1. quæſt. 4. & diſtin. 16. quæſt. 1. articu. 1. quæſt. 14. Et 3. parte quæſt. 86. articu. 2. & 6. & quæſt. 85. articu. 2. & quæſt. 90. articu. 2. Et Durandus in 4. diſtin. 17. quæſt. 13. quamuis diſtin. 16. quæſt. prima aliqualiter videatur diſſonare. Item Palude ead. diſtin. quæſt. vlti. Et Capreolus quæſt. 2. Cótra quẽdam Bernardum de Gana co qui male tenuerat oppoſitum. Ad idem eſt etiam Gabriel ead. diſtin. & Caietanus in ſecundo quodlibeto q. 5. de cófeſsione, & quæſt. 1. de contritione. Et clariſsimus Medina de confeſſione quæſt. 22. queſt. 28. & quæſt. 51. & Cano de pœnitentia, Et tandem Soto in 4 diſtin. 18. q. 3. artic. 2. & 3. Ex dictis patet quomodo verum ſit quod Siluefter titu. confeſsio. 1. quæſt. 7. & alii Summiſtæ communiter dicunt quòd non eſt ſacramentalis neque valida confeſsio eorum qui principaliter confitẽtur propter vanam gloriam vt ſcilicet, boni æſtimentur, vel ne notentur in populo, vel ne pecunia mulctentur, neue excómunicati confundantur apud homines, vel ob aliud malum vel temporalem finem. Nam hoc eſt verum ſi id in tali confeſsione ita intendunt, quòd nullo modo ſacramentum recipere volút, ſed ſolum prædictum ſuum finem temporalem per eum modum confeſsionis obtinere. Quod ſi ſacramentalem confeſsionem tandem facere & abſolutionem ſumere intendant, quamuis prędictis finibus temporalibus inducti, ita etiam quòd non aliter confiterentur: tunc certe confeſsio eſt ſacramentalis & valida ſecundum hanc tertiam opinionem Thomiſtarum. Immo & ut ait Soto vbi ſupra articu. 3. quamuis confeſsio hæc non ſit actus virtutis, quia eſt peccatum veniale: tamen quia veniale peccatú non eſt obex gratiæ, fieri poteſt ut non ſolum ſit ſacramentalis ſed etiam fructuoſa, ſi alium defectum non habet. Nam nihil obſtat quo minus quis poſsit ſpe veniæ & gratię habendæ vere confiteri ſimul & ob vanam gloriam vel ob alium finem temporalem. Quando vero ob finem aliàs mortalem fieret: quia tunc homo eſt in affectu peccati, nó quidem fructuoſa ſed ſacramentalis tantum, & valida confeſsio eſſe poteſt, iuxta ea quæ in ſecundo puncto ſequenti dicentur: poterit etiam omni dolore, vel propoſito cauendi in futurum ea confeſsio adeo vacua eſſe, vt neque ſacramentalis ſit. Neque contra ſupra dicta Scotus vnquam dixit aut ſenſit oppoſitum vt ſupra in ſecúda opinione huius articuli habetur. ſed neque Caietanus. 3. par. quęſt. 86. articu. 2. vt quidam eis imponunt. Et pulchre de hoc agit Soto vbi ſupra, & de natura & gratia lib. 2. cap. 13. & 15. & Vega de iuſtificatione lib. 9. c. 15. Illud autem cap. maiores. de baptiſmo & eius effectu, vbi dicitur, tunc characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obijcem contrarie voluntatis non inuenerit obſiſtentem, intelligitur vt ipſa verba ſonant, quòd ſcilicet, ad characterẽ baptiſmi ſufficit voluntas illum ſuſcipiendi, ita quòd ſi quis abſque illata vi tacet dum baptizatur: ſilentium illud atque permiſsio reputatur conſenſus talem obiicem contrariæ voluntatis abiiciens, qui autem nullam attritionem habet, quamuis ex hoc non impediatur habere voluntatem ſuſcipiendi baptiſmum, & ne poſsit eſſe ſufficiens materia baptiſmi: at vero ex quo ſine vlla diſplicentia manet in obiice peccati ſeu prauę voluntatis præcedentis: iam vt dictum eſt non poteſt eſſe materia ſacramenti pœnitentię, alia enim huius, alia alterius ſacramenti materia eſt.

Secundum punctum principale huius opinionis eſt de ſecunda indiſpoſitione ſupra dicta, quæ ſufficit ad veritatem, non tamen ad fructum huius ſacramenti tunc obtinendum. Et ea eſt vbi quiſpiam dolet quidem ſe offendiſſe Deum non tamen principaliter ex eius amore, ſed ex timore pœnæ hic, vel in alia vita à Deo infligendæ; ita quòd talis dolor ex fide quidem, ſed intuitu tantum Dei punientis principaliter eſt, idq; aperte ab ipſo cognoſcitur. Vel ſi principaliter dolet propter Deum: non tamen habet verum abſolutum, ſed inefficax vel conditiouatum propoſitum cauendi in futurum, ſi videlicet commode potuerit. Itaque ſi iſte quomodocunque dolens imperfecte ſcienter manet in aliquo affectu peccati, à quo recedere non niſi inefficaciter vult. ſciensq; defectum ſuum humiliter ſe huic ſacramento pro aliquali animæ remedio ſubiicere volens, integre confiteatur etiam indiſpoſitionem hanc ſibi cognitam, ita quòd per eius notabilem ſeu mortalem negligentiam ſeu ignorantiam non ſtet

Secundum punctum.

quo minus prædicta omnia integre confiteatur: tunc hæc opinio ponit quatuor dicta.

Primum dictum.

Primum, ꝙ iſte non eſt abſoluendus; alioqui tam ſacerdos abſoluens, quá pœnitens ipſe abſolutionem petens & accipiens peccat mortali peccato ſacrilegii & irreuerentiæ ſeu iniuriæ cõtra ſacramentum. Niſi pœnitens bona fide videlicet putans ſe bene agere abſolutionem humiliter petẽdo à dicto mortali per inuincibilem ignorantiam excuſetur; quo modo ſacerdos qui id ſcire tenetur excuſari non poteſt.

Secundum dictum.

Secundum dictum eſt, quòd ſi huic de facto abſolutio ſacramentalis impendatur ſuſcipit verum ſacramentum: non quidem formatum vel fructuoſum conferens tunc primam gratiam iuſtificantem; ſed informe, validum tamen ad implendum præceptum Dei & eccleſiæ, ita quòd talis confeſsio nullo modo poſtea neceſſario reiteranda eſt etiam ad fructum gratiæ & remiſsionem peccatorum obtinendum.

Tertium dictum.

Tertium dictum eſt, quòd recedente prædicta fictione ſeu indiſpoſitione per veram contritionem, vel cum ſola confeſsione huius poſterioris fictionis, qua ſacrilege abſolutionem ſacramentalem accepit, poſtea ſi ſit ſufficienter diſpoſitus confitens habebit gratiam iuſtificantem.

Quartum dictum.

Quartum dictum eſt, quòd ſi prædictus imperfecte pœnitens integre confitetur, ſed non abſoluitur, ſicut nec abſolui debet vt dictum eſt: talis confeſsio ſecundum aliquos eſt quidem ſacramentalis & valet ad implendum præceptum eccleſiæ de confitendo, non tamen ad præceptum diuinum implendum: vnde & quando voluerit gratiam iuſtificantem habere reiteranda eſt. Sed probabilius ſecundum alios plures de hac opinione talis cõfeſsio ſine abſolutione nec actu eſt pars ſacramenti, nec valet ad implendum præceptum Dei vel eccleſiæ: ideo reiteranda eſt.

Probatio primi dicti huius ſecundi puncti principalis.

Primum dictum huius ſecundi puncti probatur, quia vterque ſcienter irritat abſolutionem ſacramentalem à ſuo effectu per ipſa verba ſacramentalia ſignificato: & quantum in ſe eſt facit vt ſacramentum ſignum mendax ſit. Item ſacerdos ſpecialiter peccat abſoluens quem rationabiliter iudicat à Deo non abſolui, ab eius regula recedens, ſecundum Hiero. & glo. Matth. 16. Verum eſt quòd ſi talis pœnitens confitetur vt obediat eccleſiæ præcepto & conſilium ſalutare à ſacerdote habeat, aut ſi forte vel inter cõfitendum eius animus per gratiam Dei mutetur in melius: & ſic abſolutionem petit & accipit ſacramentum æſtimans ſe in hoc bene agere: hic vtique à peccato ſacrilegii mortalis excuſatur, non autem ſacerdos abſoluens vt dictum eſt. Secus ſi aliter ſe habet volens in peccato ſcienter abſolui: vel ſi ſuam hanc indiſpoſitionem, ſeu etiam virtuale propoſitum peccati ſibi cògnitũ tacet: quia de hoc non eſt inuincibilis ignorantia excuſans, cum omnes etiam mulierculę id eſſe confitendum non ignorent.

Et in hoc primo dicto concordant B. Th. opuſculo. 12. in Reſponſione ad ſeptimum & 13. argumentum. Alexander de Alis. 4. par. q. 77. membro 5. art. 7. Rich. in 4. diſtin. 17. art. 2. q. 8. ad 5. Durandus ea. diſtin. q. 13. Palude q. vlti. Capreo. q. 2. Gabriel. q. 1. dub. 2. Et Soto in 4. diſtin. 18. q. 3. art. 2. & 3. Item Silueſter confeſsio. 1. quęſt. 7. & quod ibi dicit quòd talis confeſsio non valet neque eſt ſacramentalis, intelligitur ſi non intendit ſacramentaliter confiteri nec humiliter ſe clauibus ſacerdotis ſubiicere, de quo in primo puncto dictum eſt. Secus ſi ut hic diximus ſe humiliter ſubiicit ſacerdoti, ut ipſe etiam Silueſter ibidem q. 23. & Cõfeſſor. 3. q. 7. q. 10. q. 12. Et Confeſſor. 4. q. 5. Et Adrianus de confeſsione q. 4. dubio 4. & tandẽ Cano in relectione de pœnitentia par. 5. fo. 122. & communiter Thomiſtę cum pluribus aliis opinantur, maxime quia vt ait Maioris in 4. diſtin. 17. q. 3. nemo talium eſt tam imprudens qui quo tempore confitetur non deteſtetur aliquo modo ſaltem virtualiter peccata ſua, aliquando quidem ſufficienter aliquando inſufficienter ad gratiam tunc obtinendam vt dictum eſt.

Probatio ſecundi dicti.

Secundum dictum quòd, ſcilicet, ſi impendatur abſolutio eſt uerum licet informe ſacramẽtum &c. probatur quadrupliciter primo quia ibi eſt materia & forma, ergo de forma conſtat. de materia autem patet: quia eſt confeſsio integra peccatorum vt ſupponitur, & vere accuſatoria; quia diſplicentia peccatorum eatenus duntaxat requiritur ad eſſentiam huius ſacramenti & eſt pars eius, quatenus eſt ratio confeſsionis vere & non ficte accuſatoriæ: qua videlicet pœnitẽs vere & humiliter ſeipſum vt reum coram ſuo ſacerdote in hoc ſacramẽtali iudicio proponat. ad hoc autem ſufficit diſplicentia imperfecta ſupra dicta: nam cum ea poteſt pœnitens vere ſe reum omnium ſuorum peccatorum ſacerdoti accuſare ut liquet, ergo ſufficit ad id.

Secundo probatur idem, quia ſicut omnia alia ſacramenta dantur vera & informia, ideſt, ſine fructu gratiæ propter indiſpoſitionem ſuſcipientium: ita & hoc ſacramentum pœnitentiæ. Quia non eſt maior ratio de hoc quàm de aliis ſacramentis & indiſpoſitionibus ſeu attritionibus quo ad hoc, neque vlla lex eſt quæ quo ad hoc inter hoc & alia ſacramenta diſcrimen faciat. Omnia etiam alia præcepta poſſunt in ſtatu peccati adimpleri, cur ergo non etiam hoc.

Si dicatur eſſe diſcrimen in hoc quòd effectus huius ſacramenti eſt abſolutio à peccatis, quæ ſine gratia iuſtificante non habetur. Gratia autem ſine dilectione Dei ſuper omnia, & per

conſequens

conſequens ſine uera contritione non eſt, ut in cap. ſi enim, de pœn. diſtin. 2. ut latius infra in tertio argumento contra quartam opinionem habetur. Effectus autem aliorum ſacramentorum proprius eſt alius per ſuas formas ſacramentales deſignatus. Inde conſequitur quòd alia ſacramenta vera quamuis informia & eorum proprios effectus ſufficit voluntas ea ſuſcipiendi. Ad ſacramẽtum autẽ pœnitentiæ verum & eius effectum non ſufficit niſi adſit contritio: neque informe eſſe poteſt. Contra hæc replicatur. Nã licet fructus huius ſacramẽti ſicut & aliorum ſit abſolutio fructuoſa à peccatis & gratię collatio: at vero proprius eius effectus eſt abſolutio ſacramentalis: non quidem de facto peccata remittẽs & fructuoſa, ſed de ſe remiſsiua peccatorum, ſi non adſit impedimentum ex parte ſuſcipientis ut infra in primo argumento contra hãc opinionem habetur. facit Aug. lib. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas. c. 12. & habetur de conſec. diſt. 4. c. tunc valere, vt proxime in tertio dicto ſequenti latius habetur. Tertio probatur idem, quia ſi hoc ſacramentum non poſſet eſſe verum ſimul & informe: iam nullus eſſet certus ſe eſſe vere confeſſum: oporteretq; ſemper hominẽ de confeſsione & reconfeſsione ſolicitari ſine termino quod abſurdum eſſet: nam viri boni atque prudẽtes licet non ſint certi ſint ne in gratia, non inde anxii neque dubii ſunt an præceptum hoc de ſacramentaliter confitendo vere adimpleuerint, nunc autem norma vitæ ex more & uſu prudentum ſecundum Ariſt. 2. ethi. ſummenda eſt.

Sed ad hoc poteſt reſponderi quòd ad tollendum illud abſurdum ſufficit certitudo moralis ſiue probabilis, quòd quis eſt recte confeſſus & in ſtatu gratiæ quæ certitudo facile poteſt habeṛi. Quarto probatur idem ſecundum aliquos. quia vt ſuperius in primo dicto præcedenti ſecũdum cõiter doctores habetur, qui ſic vult abſolui ſacrilegiũ cõmittitur uel intentat. hoc autem nõ eſſet, niſi ibi verum eſſet ſacramentum, ergo &c.

Sed ad hoc reſpondet Adrianus negando minorem, nam ad ſacrilegium formaliter ſaltem intentatum ſufficit quòd ſit ſacramentum non quidem in ſe verum, ſed illicite intentatum, ut patet de eo qui intra quartum gradum conſanguinitatis ſacramentum matrimonij intentat. Ideo duæ rationes priores fortiores ſunt pro hoc ſecũdo dicto. Ex quibus ſequitur quòd ſi ibi eſt verum licet informe ſacramentum, ergo talis confeſsio cum abſolutione valet ad implendum præceptum Dei & eccleſiæ, ita quòd poſtea neceſſario non reiteranda eſt. Quia ſecundum Benedictum xi. in extrauaganti, inter cunctas, peccata à quibus ſemel ſumus vere abſoluti non eſt neceſſarium iterum confiteri. Hoc ſecundum dictum tenent expreſſe B. Tho. in 4. diſtin. 17. q. 3. art. 4. & ea. diſtin. Palude q. vltima. Capreolus. q. 2. Florent. 3. part. titu. 14. cap. 19. §. 5. Silueſter titu. confeſsio. primo q. 21. q. 22. & Cano in relectione de pœnitentia par. 5. in Reſponſione ad quartum argumentum, & Soto in 4. diſtin. 18. q. 3. art. 2. & 3. & communiter Thomiſtæ. & conſonat Alexand. Alenſis. 4. par. q. 77. membro 3. art. 7. & Duran. diſtin. 17. q. 13. cenſet hoc eſſe probabile, ſed oppoſitum probabilius. Et tandem Caietanus in 2. quodlibeto quęſito. 5. de cõfeſsione idem tenet cum B. Tho. ſed in ſummula titu. confeſsionis iteratio, tacite ſe retractat dicens quòd id ſolum eſt verum, quando pœnitens dolet de omnibus cum efficaci propoſito cauendi non tamen propter Deum ſumme dilectum: aut non odit peccatum ſupra omne odibile, & cauendum ſuper omnia cauenda, neque tanquam pro ſummo malo peccatum mortale ut Dei offenſiuum habet. Sed uel dolet ſicut ſi offendiſſet vnum alium hominem, & doleret de eius offenſa, leuiter intendens non amplius offendere, vere iam in animo dicens, parce præteritis, & te iam non amplius offendam: vel ſi ſolum ex timore iuſtitiæ diuinæ dolens cõfitetur, vel ſi ex negligentia uel ignorantia non notabili neque mortali dimidiauit confeſsionẽ. Et cum eo concordat Nauarro in ſumma c. 1. §. 36. 37. Itaque doctores Thomiſtæ in hoc ſecũdo dicto non ſibi conſtant: ſed neque in alijs inde ſequentibus. Item Adrianus de confeſſione quęſt. 4. idem cenſet eſſe probabile cum B. Tho. ſed ſolum in caſu quo vno actu voluntatis talis pœnitens vult ſimul & integre confitetur, & per alium actum vult ſacramentaliter abſolui ſimul & abſoluitur. Tunc enim licet peccet per iſtum ſecundum actum vt in præcedente primo dicto habetur: non tamen peccat per primum vt iam dictum eſt & latius in quarto dicto ſequenti patebit. Secus in caſu quo talis pœnitens vnico actu voluntatis efficaciter uult vtrunque ſcilicet, confiteri ſimul & abſolui. tunc enim per talem actum peccaminoſum non ſatisfacit ulli præcepto: quod non uiſi de actu moraliter bono eſt, qui ſimul malus eſſe non poteſt: & ex conſequenti talis confeſsio reiteranda eſt.

Sed eadem argumenta procedunt contra hoc quæ & contra B. Tho. inſuper & hoc fundamentum Adriani non tenetur à doctoribus communiter dicentibus quòd per actum degenere bonum, quamuis ex circunſtantia moraliter malum, ſatisfieri poteſt generaliter præceptis diuinis & humanis: iis exceptis quę ſine gratia aut charitate impleri non poſſunt, ut eſt præceptum de habendo charitatem actualem aut contritionem, vt de his latius Medina de confeſsione queſt. ſecunda. & Cano ubi ſupra & Vega de iuſtificatione lib. 11. cap. 21. & Soto etiam ubi ſupra.

Probatio tertij dicti. Tertium dictum, quòd ſcilicet recedente fictione valet dicta confeſsio ad fructum gratiæ. &c. probatur primo quia ex quo ille attritus ſuſcepit verum ſacramentum, iam non tenetur illud reiterare, vt dictum eſt. ergo recedente fictione conſequitur effectum ſeu fructum eius, ſ. gratiam iuſtificantem. patet conſequentia, quia iam habet gratiam, & apertum eſt illi contrito regnum cœlorum quod illi fuerat clauſum per peccatum mortale, vt conſtat, ergo virtute clauium in ſacramento præcedente eſt hoc illi conceſſum, quia non aliter niſi per clauem ſacerdotalem in ſacramento regnum cœlorum clauſum peccatoribus aperiri poteſt, ſecundum Ioan. 20. quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, quorum retinueritis, i. non abſolueritis, ſecundum gloſſam retenta ſunt.

Secundo probatur idem per Augu. de conſecra. diſtin. 4. c. tunc valere. vbi aſſerit baptiſmum recedente fictione ſuũ effectum ſortiri, & id non niſi virtute ſacramenti baptiſmi iam præcedentis: alioqui ille nõ regeneratus ex aqua & ſpiritu ſancto cõtra Io. 3. & Mar. vlti. regnũ cœlorũ intrauit ſine baptiſmo. Cum ergo ſacramentum pœnitentiæ ſit peccatoribus baptizatis neceſſarium ad ſalutem: iam ſi ex vi ſolius contritionis, & non ex vi huius ſacramenti peccata alicui remitterentur: vtique ſine remiſsione ſacramentali peccata illi remiſſa eſſent, contra id Ioan. 20. quorum retinueritis &c. vt dictum eſt.

2. In hoc tertio dicto concordant expreſſe B. Tho. Duran. Palu. Capreo. Florent. vbi ſupra in primo dicto habetur: & Silueſter confeſsio. 1. q. 22. & Caieta. in ſuo caſu limitato in ſecundo dicto præcedente, & Cano vbi ſupra fol. 123. dubio. 4. Sed Alexander ſuperius videtur dubius, & Soto repugnat.

Probatio quarti dicti. Quartum dictum quòd. ſ. talis confeſsio etiã ſine abſolutione ſufficit ad implendum præceptũ eccleſiæ, probatur, quia illa confeſsio eſt vere ſacramentalis, i. pars ſacramenti vel materia eius, ſi non actu, ſaltem in potentia propinqua quia videlicet ſi forma abſolutionis impendatur erit verum ſacramentum, vt in ſecundo dictu habetur, etiamſi peccet petens & accipiens & impendens abſolutionem, ergo ſufficit ad implendum præceptum eccleſiæ de ſacramentaliter cõfitendo. Conſequentia probatur. Quia eccleſia neque in c. omnis. de pœni. & re. neque alibi præcipit vt ſacramentaliter confitens percipiat ſiue procuret abſolutionem ſibi ſacramentalem impendi: ſed vt offerat materiam ſufficientem huic ſacramento. immo ex clementia videtur eccleſia talem confeſsionem ſacramentalem tantum percipere & acceptare, in c. quod quidam, eo. titu. vbi expreſſe præcipit eorum confeſsionem, qui cum aliqua diſplicentia integre confitentur, dicentes ſe à peccato vel à ſtatu peccati abſtinere non poſſe aut non velle, eſſe admittendam. Conſtat autem id non ſolum præcipi vt conſilium & pœnitentia illis præbeatur, ut limitat & intelligit Durãdus & plures alii doctores. Nam talem limitationem non dicit textus: neq; erat neceſſarium ſic limitare aut docere; cum cõſtet opus eſſe charitatis conſulere, & talem iuuare peccatorem in hoc ſacramento ſe humiliter ſubiicientem, ut reſipiſcat. Sed ſimpliciter præcipit eccleſia talium confeſsionem admittendã eſſe, vtique non niſi ad præceptum eccleſiæ de confitendo adimplendum. Et in hoc quarto dicto concordant expreſſe Alexander & Richardus ubi ſupra in primo dicto allegantur: idque ſolum tenent in caſu quo per talem confeſsionẽ ſacramentalem ipſe pœnitens intendit eccleſiæ præcepto ſatisfacere, putans bona fide ſe in hoc bene agere, ut ibi dictũ eſt. Idem tenet Cano vbi ſupra fol. 122. fo. 125. dubio. 3. & 5. etiamſi ſacrilege uelit & intendat abſolutionem recipere ſacramentalem, & conſonat Adrianus quãdo vno actu ſolum uult efficaciter confiteri ſine abſolutione: uel uno actu uult confiteri & alio ſacramẽtaliter abſolui, licet de facto non abſoluatur, uti ſuperius in primo & ſecundo dicto latius habetur, & ad idem videtur Caietanus. ſed oppoſitũ tenet Soto ubi ſupra.

3 Tertium punctum principale huius opi. eſt de tertia attritione uel indiſpotione pœnitẽtis quæ ſufficit ut hoc ſacramentum ſit uerum & fructuoſum tunc ad gratiam iuſtificantem obtinendum. *Tertium punctum.* & talis eſt is qui quocunque genere attritionis dolet quidem, ſed imperfecte, ſe offendiſſe Deũ: puta quia non propter Deum principaliter, ſed ex aliquo reſpectu Dei, præcipue tamen quia peccatum turpe eſt aut malum contra rectam rationem, aut quia ipſi peccatori nociuum eſt, aut timore Dei hic uel in alia uita punientis, & huiuſmodi, dolet offendiſſe Deum: Ita tamen quod nullus manet affectus ſiue complacentia peccati mortalis aut ſtatus eius in conſcientia ipſius pœnitentis: quamuis lateat in anima eius, qui inefficax uel conditionatum tantum propoſitum cauendi ſi commode potuerit habet. Nam etſi ſciat ſe non eſſe perfecte aut uere cõtritum neq; diſpoſitum ad gratiam ſine ſacramento obtinendam: ſi tamen æſtimat ſe eſſe diſpoſitum uel id ſufficere ad ſacramentum, ut eo mediante & uirtute eius iuſtificetur: & cum tali bona fide omnia mortalia integre confitetur & abſoluitur, ita quod per eius notabilem negligẽtiam nullum mortale omittatur: utique uirtute ſacramenti habet primam gratiam iuſtificantem, fitq; de attrito contritus, id quod ſine ſacramento nõ haberet.

Probatur dupliciter primo quia ſecundum Tho. 3. par. q. 79. art. 3. ad ſecundũ. & q. 80. art. 4. ad ſecundum & in quarto diſtin. 17. quæſt. 1. articu. 5. quæſt. 1. & in addi. 3. part. quæſt. 10. art. 1.

art.1.& diſtin.24.q.1.art.3.q.1.art.3.q.1.ad tertium, & ſupra q.1.in 4.opin. probatum eſt ſacramentum baptiſmi & pœnitentiæ per ſe ordinantur ad præſtandnm vitam mortuis & remiſsionẽ culpæ, ſed hoc nõ fieret niſi prædicto modo attritis gratia iuſtificans præſtaretur. Quod inde patet: quia vita non confertur iam viuentibus atque ſanatis per contritionem: ſicut abſurdum eſt dicere, quòd medicinas corporales à natura potiſsimum inſtitutas ad ſanãdum corporis morbos mortales ſumere non poſsit qui ſe ęgrum eſſe cognoſceret: niſi is tantum qui ſanus eſſet, aut qui ſe iam ſanum ęſtimaret. Neque vita ſpiritualis & ſalus confertur ijs qui nullo modo attriti ſunt, vt patet ex primo puncto principali: neque attritis habentibus in cõſcientia obiicem actualis ſeu virtualis maculæ voluntatis complacentiæ vel affectus peccati mortalis, vt patet ex ſecundo puncto ſuprapoſito. Igitur à ſufficiente ductione in iſtis ſupra dicto modo attritis in ſua æſtimatione carentibus obiice malæ voluntatis ſacramentum pœnitentiæ ſicut & baptiſmi confert gratiam iuſtificantem. Nihil enim obſtat quòd talis pœnitens vel attritus ſciat vel ignoret ſe ſine ſacramento eſſe indiſpoſitum ad gratiam & imperfecte contritum: vel quòd ęſtimet vel non æſtimet probabiliter ſe eſſe vel non eſſe contritum aut ſanum aut ægrum, dummodo in conſcientia careat obiice vel affectu peccati mortalis: vt ſic huiuſmodi inſufficienter contritus virtute huius ſacramenti gratiam obtineat iuſtificantem.

Nota concilium Tridentinum. Secundo probatur idem ex concilio Tridentino ſeſs.14.de ſacramentis c.4.vbi ſic habetur. Illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quia vel ex turpitudinis peccati cõſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur: ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ: declarat ſancta ſynodus donum Dei eſſe & impulſum ſpiritus ſancti non adhuc quidẽ inhabitantis, ſed tantum mouẽtis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quãuis ſine ſacramento pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationẽ perducere peccatorem nequeat: eum tamen ad Dei gratiam in ſacramẽto pœnitentiæ impetrandam diſponit. Hæc ibi. Igitur taliter attritus vtiliter & fructuoſe confitetur, & virtute ſacramẽti iuſtificatur. Nam nõ poteſt decretum hoc aliter intelligi, cum in vltimis verbis expreſſe dicat ꝙ in ſacramento & nõ extra, illa attritio ad gratiã obtinendã diſponit.

In hoc tertio pũcto expreſſe cõcordat Cano in ſua relectione de pœnitẽtia ſecũdũ Thomam vbi ſupra, & Durãdus, Palude, Capreolus, Florentinus cum multis aliis, qui in ſecundo pũcto principali in ſecũdo eius dicto ſuperius allegati ſunt. Excepto Caietano & Soto vbi ſupra, & de natura & gratia, de quibus infra erit ſermo.

Reprobatio ſecundi puncti, quo ad ſecundum dictum. Sed hæc opin. tametſi probabilis, at vero quo ad ſecundum & tertium punctum principale nõ tenetur à plurimis doctoribus. Nam contra ſecũdum eius punctum, & præcipue contra ſecundũ eius dictum, vbi dicitur quòd ibi eſt verum ſacramentum impletiuumq; præcepti, quamuis informe; arguitur quadrupliciter. *Argumẽtum primum contra illud.* primo quia non eſt verũ ſacramentum hoc, neq; forma ſacramẽtalis, ego te abſoluo à peccatis eſt vera, niſi ipſũ ſacramẽtũ ſit de facto fructuoſum tunc gratiã cõferens, per quã remiſsio peccatorũ ſimul à Deo cõferatur, vt patet Io.20. quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, & ĩ me ſecundum gloſſam & doctores ibidem. & Math.16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. ſed in illa confeſsione iniũcta abſolutione non cõfertur tunc gratia neque remiſsio peccatorum à Deo, vt ipſa confitetur opinio. ergo ibidem neque verum ſacramẽtum, neque præcepti impletiuum, neque vllo modo validum eſt.

Euaſio primi. Si primo euadendo negetur illa maior, & dicatur quòd ad veritatem huius ſacramenti & formę ſacramentalis ſufficit, quòd in virtute vel in potentia vel de ſe ſit ſalutare vel collatiuum gratiæ, & Deus ſimiliter paratus, ſit per ſacramentum eam conferre, & remiſsionem peccatorum: quamuis non actualiter nec de facto conferatur propter impedimentum ſuſcipientis, & ita ſenſus formæ ſacramentalis, ego te abſoluo, non eſt, ego do tibi abſolutionem qua nunc actualiter abſolutus ſis à peccatis: ſed ſenſus eſt, ego iudicialiter ſententiam fero abſolutiuam virtute cuius poſsis etiam coram Deo à peccatis abſolui & liberari, ſi tu velis talem fructum debite diſpoſitus accipere & non manere ligatus in vinculo aut carcere peccatorum. Et ſimiliter ego te baptizo, ideſt ego do tibi ſacramentum baptiſmi ablutiuum peccatorum, quo videlicet tua peccata coram Deo deleantur, ſi per te non ſteterit, aut ex parte tua non ponatur impedimentum, vt hoc expreſſe ait Cano de pœnitentia par. 5.q.6.dubio.2.& Soto vbi ſupra ſecundum Tho. in 4.diſtin.17.q.1.4.ad tertium. Et Alexandrum de Alis.4.par.q.77.membro 5.art.7. alioſq; doctores, & ad hunc ſenſum ſemper eſt vera forma ſacramentalis attrito & contrito collata: eſtq; ibi verum ſacramentum & medicinale in habitu vel virtute, niſi ponatur obex vt dictum eſt: ſicut ignis eſt vere calefactiuus, quia valet paſſum diſpoſitum calefacere.

Contra hoc replicatur, quia ſi forma ſacramẽtalis vt ſit verum ſacramentum ſufficit quòd verificetur in habitu vel virtute vt dictum eſt, ergo ſimiliter eſſet verum ſacramentum abſolutio impenſa ei qui nullo modo attritus eſt in caſu primi pũcti principalis huius opinionis ſupra poſiti: etiam in fictum fictione contra ſacramentum ſi forma ſacramentalis proferretur, eſſet verum

ſacramentum baptiſmi ordinis & cõfirmationis & huiuſmodi. Quia ſimiliter diceretur quòd talis forma ſacramentalis licet tunc non actu at in habitu ſeu virtute habet ſeu haberet ſuum eſſe ctumetiam characterem ſacramentalem. ſi non ponatur obex, conſequens autem eſt falſum, ergo & antecedens.

Euaſio tertia. Sed ad hoc poteſt reſponderi negando conſequentiam: quia non eſt ſimile de habente fictio nem contra ſacramentum, vel defectum materiæ requiſitæ ad eſſe ſacramenti, & de habente ſolum fictionem contra fructum eius, aut defectum perfectæ materiæ ad fructum ſacramenti percipiendum. Illic enim non eſt ſacramentum: & ex conſequenti forma ſacramentalis nec actu nec virtute tunc vel poſt vllum effectum habet. Hic autem eſt verum ſacramentum quamuis informe vt ſuperius dictum eſt. ideo eius forma ſacramentalis actu vel virtute vt diximus efficax eſt. ſed certe qui ſic diceret deberet probare ſufficienter, ut tuta eſſet opinio.

Argumentum ſecundum. Secundo principaliter ad idem arguitur. quia talis confeſsio non valet ad implendum præceptum de confitendo, ergo nec eſt verum ſacramentum, & per conſequens reiteranda eſt. Antecedens probatur. quia in c. omnis. de pœn. & re. eccleſia non ſolũ finaliter intendit ſed obiectiue præcipit eam confeſsionem quam Chriſtus inſtituit. hæc autem non eſt niſi ſacramentalis ſimul & actualiter fructuoſa, qua actualiter ſit pœnitens ſufficienter diſpoſitus ad ſacramentum euchariſtiæ digne ſuſcipiendum. Quod inde conſtat. Quia ſi eccleſiæ cõſtaret talem atritũ etiã confeſſum & abſolutũ de facto eſſe indignũ ad fructuoſe cõicandũ, ſicut talis eſt manens adhuc in ſtatu vel affectu peccati ſibi cogniti, puta in cõcubinatu & huiuſmodi: vtiq; illũ repelleret à cõione ſecundũ oẽs doctores in 4. diſt. 9. & ut refert Gabriel in canõ lect. 87. illũ ẽt repelleret ab abſolutione ſacramentali illã illi denegãdo, vt ẽt cõcedit opi. hæc ſuperius in primo dicto huius ſecundi pũcti principalis. Nõ aũt hæc denegaret ſi per talem cõfeſsionẽ & abſolutionem ſatisfieret ſuo & diuino pręcepto, ergo per illam nõ ſatisfit tali pręcepto; & per cõſequẽs nec eſt verũ ſacramentum quod Deus & eccleſia præcipit.

Reſpon. Ad hoc poteſt reſponderi conformiter ad ſupradicta negando antecedẽs, & ad eius probationem negatur minor: ſed ſufficit quòd ſit habitu vel virtute confeſsio & abſolutio fructuoſa, qua poſsit ſi velit homo diſponi ad digne communicandum. Eccleſia autem ideo repellit indignum ſibi cognitum, non quia non implet, ſed quia male implet præceptum de talibus ſacramentis ſuſcipiendis: implet enim ea quo ad ſubſtantiam actus præcepti, licet non debito modo nec ad intentionem præcipientis, quæ non cadit ſub tali præcepto; & eccleſia iuſte vti tenetur, prohibet ſiue repellit illũ & oẽs ne implẽdo hoc vel aliud pręceptũ quo ad ſubſtãtiã actus faciant contra aliud præceptũ de nõ indigne ſiue ſacrilege dando vel recipiendo vera ſacramenta. Sed contra hoc replicatur. quia ſecundum Aug. qui male implet præceptum nõ implet, & habetur de re. iur. qui ex timore, & ibi gloſſa. quamuis illa opinio dicat quòd non implet ad finem, bene tamen quo ad ſubſtantiam præcepti.

Argumentum tertium. Tertio principaliter arguitur ad idem, quia materia huius ſacramenti eſt contritio, quantũ eſt ex hac parte diſplicentiæ ad hoc ſacramentũ requiſitæ, ut patet ex concilio Florentino & Tridentino vbi ſupra, vbi non dicitur attritio, ſed quòd contritio eſt pars ſeu materia huius ſacramenti: modo ſit pars integralis ſeu potentialis directe vel indirecte, abſolute vel relatiue huius ſacramenti. ergo illa attritio non ſufficit ad ſalutem. quia deficiente materia non eſt ſacramentum, etiamſi ſecundum Scotum in 4. diſt. 14. q. 4. & diſt. 16. q. 1. forma ſit in qua principalius eſt ſubſtantia huius ſacramenti.

Prima euaſio. Si ad hoc primo dicatur, vt ex B. Tho. ait Cano vbi ſupra, ꝙ nomine contritionis & attritio intelligitur, & quęlibet diſplicentia peccati ſufficiens ad gratiam.

Replica. Contra, quia concilium Florentinum, & expreſsius Tridẽtinum ſeſ. 6. c. 6. & 14. c. 4. vt proxime contra ſecundam euaſionem ſequentem habetur, & in ſeſ. 4. ſub Iulio c. 3. & 4. & Cano. 4. explicauit per contritionem intelligi dolorem peccati cum propoſito cauẽdi in futurum, & cor contritum & humiliatum, vbi perfectus dolor & receſſus à peccato ſine vllo eius affectu & vera contritio ſignificatur. Sed hoc poteſt negari dicendo quòd ſolum dolor ſufficiens ad gratiam ibi notatur, qui vt infra latius de per accidens poteſt etiam eſſe attritio cum ſacramento: quamuis per ſe & regulariter ſit contritio vt habetur in dictis auctoritatibus.

Secunda euaſio. Si ſecundo dicatur quòd contritio ſecundum omnes eſt certa indubitata & perfecta materia huius ſacramenti: de attritione autem non eſt ita certum: ideo dicta concilia communiſq; ſententia doctorum, tenendo certum & perfectum, & relinquendo incertum, & imperfectum, dicunt contritionem eſſe partem atque materiam ſcilicet, perfectam huius ſacramenti. Loquuntur enim de hoc ſacramento integro perfecto & fructuoſo, vt patet expreſſe in dicto concilio Tridentino ſeſ. 8. & penul. cap. 3. ideo ibi non eſt facta mentio de tali attritione non ſufficiente ad ſacramentum perfectum & fructuoſum; ſed inferius ibidem cap. 4. de alia attritione ſufficiente ad prædictam perfectionem & fructum ſacramenti, ut ſupra in tertio puncto principali habetur, mentio facta eſt.

Contra,

Replica. Contra, quia licet de hac attritione eſſet incertum: tamen ſi aliquo modo ſaltem imperfecta materia ueri ſacramenti eſſe poterat, ut ait opinio: non deberent dicta concilia id omnino prætermittere: ex quo ibidem de omni remedio peccatorum agebatur, diffinitioq; de ſacramentorum neceſsitate veritate, & utilitate perfecte tradebatur. Quod etiam inde arguitur. quia cum concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 6. priuſ loqueretur de pœnitentia requiſita ante baptiſmum, quæ non tanta requiritur quanta in lapſis poſt baptiſmum, de qua nos agimus: poſtea cap. 14. dicit, Docendum eſt pœnitentiam Chriſtiani hominis poſt lapſum multo aliam eſſe à pœnitentia baptiſmali: eaq; contineri non modo ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationē, aut cor contritum & humiliatum: uerumetiam eorundem ſacramentalem confeſsionem ſaltem in uoto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalē abſolutionem. Hæc ibi. Vbi nomine deteſtationis peccati contritionem cōcilium intelligit, & expreſsius in ſeſſ. 14. cap. 4. idem declaratur.

Tertia euaſio. Si tertio euadēdo cum Caietano in 2. quodlibeto q. 11. & cum Soto, & Cano, ubi ſupra dicatur quòd materia huius ſacramenti quantum eſt ex parte diſplicentiæ requiſitę eſt contritio: non quidem ut eſt uirtus neque abſolute. Sic enim ſemper etiam ante legem gratiæ fuiſſet pars ſacramenti pœnitentiæ nōdum inſtituti. quod abſit: ſed contritio, ut relata ad claues eccleſiæ, uel ad hoc ſacramentum, quatenus uidelicet eſt ratio confeſsionis uere, & non ficte accuſatoriæ de peccatis, ad quam ſufficit attritio prędicta.

Replica. Contra, quia ex hac relatione ad hoc ſacramentum contritio non mutat, neque amittit eſſentiam, & virtutem ſuam, ſ. quòd ſit diſplicentia peccatorum propter Deum, aut de offenſa Dei cum uero propoſito cauendi in futurum. & cum dicta concilia Florent. & Trident. ubi ſupra omneſq; doctores ſacri expreſſe dicant de eadē contritione quæ ſemper etiam in lege naturæ fuit neceſſaria ad ſalutem, quòd eſt pars, & materia huius ſacramenti abſolute & proprie loquendo, ergo etiam relata ad hoc ſacramentum contritio eſt neceſſaria, & nō ſufficit attritio prædicta ad ueritatem huius ſacramenti.

Quarta euaſio. Ideo tandem quarto prædicta opinio poteſt etiam conſequēter ad ſupra dicta optime reſpōdere, quòd utique contritio eſt per ſe, & regulariter neceſſaria ad integritatē, & perfectionem huius ſacramēti, ut ſit de facto fructuoſum, idq; uel antecedenter, uel concomitanter, uel conſequenter. Sicut & ſatisfactio quæ poſt abſolutionem ſacramentalem requiritur ad integrum perfecteq; fructuoſum ſacramentū, de quo prædicta concilia expreſſe, & doctores loquuntur. Cum quo ſtat quòd ad uerum, licet non integrū neque perfectum, aut formatum uel fructuoſum tunc ſacramentum, attritio prædicta ſine contritione, & ſatisfactione ſufficit.

Argumentum quartum. Quarto principaliter arguitur ad idem, quia omnino impœnitens de preteritis, ſed nullū affectum, neque propoſitum peccati in futurum habens ſi abſoluatur non ſuſcipit hoc ſacramentū: ex quo ibi nulla eſt materia, ut patet ex primo puncto principali huius opinionis, ergo nec prędicto modo attritus de quo in hoc ſecundo puncto agitur. Patet conſequētia, quia ęque, aut magis indiſpoſitus eſt iſte ad ueritatem, & fructum ſacramenti, quàm primus: nam iſte ſcienter in affectu ſeu propoſito ſaltem uirtuali peccati ſuſcipiens abſolutionem, ſacrilegam irreuerētiam etiam poſitiue æque, aut magis quàm ille committit.

Reſpon. Sed ad hoc poteſt reſponderi negando conſequētiam, & eius probationem, quia licet quo ad fructum ſacramenti tunc percipiendum ſit uterque indiſpoſitus magis uel minus: at uero quo ad ueritatem ſacramenti, iſte ſecundo modo attritus habens aliquam diſplicentiam peccatorum eſt magis diſpoſitus, ut ſit materia ſufficiens ad ueritatem ſacramenti, quàm ille primus qui uel utrūq; uel alterum iſtorum non habet, ut ſupradictis patet. Et ita patet quomodo ſuſtentari poteſt opinio hæc quo ad ſecundum dictum, à quo alia pendent, & quidem niſi quo ad hoc hæc opinio ſit vera magna pars Chriſtianorum periclitaretur, qui hoc modo attriti confitentur, neque tales confeſsiones reiterant poſtea redeuntes ad cor: ſed cum corde contrito de peccatis prędicto modo confeſſis pie credunt ſe gratiam habere, & ſalutem, ideo ſatis probabilis, & pia quoad hoc videtur opinio hæc.

Contra tertium dictū, ſecundi puncti principalis. Contra tertium dictum eiuſdem ſecundi puncti principalis huius opinionis, vbi dicitur quòd recedente fictione cum ſola confeſsione eius habetur fructus ſacramenti præcedentis, &c. arguitur. Quia etſi ſit ſacramentum, poſtea non habet effectum, quia iam tranſactum non manet in ſe ut cōſtat: neque reliquit characterem, ut baptiſmus: nec ornatum, ut ſupponitur ſecundū Thomiſtas modernos: qui iam conuicti, & reſipiſcentes talem ornatum, utpote fictitium penitus abnegant, quamuis antiquiores illum effinxerint. Neque ad id eſt pactum aliquod diuinum ut ſomniabat Durandus, in 4. diſt. 17. q. 13. cum nulla auctoritas, aut ratio certa de tali pacto, uel acceptatione diuina dari poſsit. Neque Aug. in c. tunc ualere, de conſe. diſt. 4. ei ſuffragatur, quia quadrupliciter ad id reſpondetur. primo ſecundum Scotum in 4. diſt. 4. quòd ſolum ibi Aug. intendit dicere quòd baptiſmus eſt ianua aliorum ſacramentorum, ſ. imprimentium characterem, vt illum imprimere poſsint quem ſine præuio baptiſmo non imprimerent. Et ſimiliter eſt ianua omnium ſacramentorum quo ad gratiam ſacra-

mentalem conſerendum:quia niſi pręcederet baptiſmus actu uel uoto:nullum ſacramentum cõferret gratiam ſuſcipienti,& maxime ſacramentum pœnitentię nullum eſſet,& inefficax. Et ita baptiſmus iam ſemel ab indiſpoſito ſuſceptus poſtquã irreiterabilis eſt, poſtea ceſſante fictione ſeu indiſpoſitione ualere incipit,ſ.aliis ſacramentis,ut iam ſuum habeãt effectum. Et iſte ſenſus patet ex ipſius Auguſtini verbis præcedentibus,& ſubſequentibus ibidem.

Secundo dicitur etiam ſecundum Medina de confeſsione q. 28. nõ eſſe omnino certum quòd baptiſmus valeat ad gratiam baptiſmalem recedente fictione. Quia aliqui doctores, ut etiam vbi ſupra ait Scotus, tenent quòd ille pœnitens per ſolam contritionem gratiam obtineat.& ita intelligitur Auguſ.quòd ſcilicet poſtea ceſſante fictione per cõtritionem,ille prius baptizatus reponitur in ſtatu ſalutis in quo per baptiſmũ reponeretur niſi prius obiicem poſuiſſet.

Tertio dico quòd licet baptiſmus qui eſt ſacramentum non iterabile incipiat valere ad gratiam ſacramentalem recedẽte fictione:hoc ideo eſt,quia alioqui homo gratia huiuſmodi regenerationis priuatus maneret in æternum: cum non ſit locus eam per tale ſacramentum irreiterabile recuperandi,ſecũdum Hebr.6.impoſsibile eſt rurſus renouari &c. Quæ ratio in aliis ſacramentis iterabilibus non habet locum, & maxime in ſacramento pœnitentiæ, ubi gratia non quidem primarię regenerationis, ſed reconciliationis præſtatur. ideo non eſt ſimile de hoc, & de ſacramẽto baptiſmi. neque ſequitur quòd ſine clauis abſolutione, & ſine ſacramento pœnitentiæ fiat remiſsio peccatorum contra Ioan.20. Quorum remiſeritis peccata &c. Nam ſicut ante omnem confeſsionem per contritionem fit peccatorum remiſsio uirtute clauis ſacramẽti in uoto poſtea realiter oportune ſuſcipiendi,& id ſufficit ſecũdum omnes doctores, ut etiam ipſemet Cano late probat ubi ſupra fol. 73. ita in propoſito per contritionem ſequentem fit remiſsio peccatorũ virtute clauis,& ſacramenti in uoto. Nã poſtea neceſſario confeſsio, & abſolutio ſacramentalis vt oportet de omnibus facienda eſt. Tale autem uotum baptiſmi irreiterabilis poſt iam ſemel ſuſceptum baptiſmum eſſe non poteſt.

Quarto dico quòd ratio differentia ſacramẽti pœnitentiæ,& baptiſmi eſt, quia hoc nõ requirit pro materia actus ſuſcipientis, neque ullam eius pœnitentiam, ſed ſolam uoluntatem ſuſcipiendi in adulto:illud autẽ ſic,ut ſuperius ſecundum concilia,& B.Tho.3.par.q.90.art.1.& in 4. diſt.17.q.3.art.4. dictum eſt. ideo baptiſmus ab impœnitente ſuſceptus eſt uerum ſacramẽtum: non autem ſacramentum pœnitentiæ. & ita Soto in quarta diſtin.18.quæſt.3.arti.3. tenet cum opinione communi,quo ad hoc quoque D.Tho. ita demum ſenſit.

Contra quartum dictum eiuſdem ſecundi pũcti principalis probatur quòd talis cõfeſsio ſine abſolutione non eſt ſacramentalis, nec impletiua præcepti. primo quia confeſsio ſacramentalis à Chriſto, & eccleſia præcepta nõ eſt niſi fiat cum ſpe ueniæ, ſeu abſolutionis ſacramẽtalis ab eccleſia ſimul,& abſolutionis à Deo aſſequẽdæ. Quod patet ex diffinitione confeſsionis,quæ eſt legitima peccatorum accuſatio corã ſuo ſacerdote in ſpe ueniæ.Alioqui uana eſſet propoſitio materiæ huius ſacramenti ſine forma. quo fit ut talis ſpes veniæ non tantum finis, ſed etiam conditio pertinens ſit ad materiam præcepti eccleſiaſtici, atq; diuini de ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendo. *Cõtra quartum dictum ſecundi puncti principalis.*

Item ſecũdo quia præceptum eſt de ſuſcipiendo ſacramentum pœnitentiæ ſicut & ſacramentum baptiſmi. hoc autem ſacramentum conſtat ex vtroque, ſcilicet ex materia confeſsionis, & forma abſolutionis ut liquet, ergo illud præceptum non impletur niſi fiat utrunque,ſcilicet cõfitendo ſimul, & abſolutionem ſacramentalem debite procurando,ita quòd per pœnitentẽ non ſtet quo minus debite ſuſcipiatur.

Item tertio,quia in ca. omnis,de pœni. & remi.ideo præcipitur confeſsio, ut pœnitẽs debite ſuſcipiat eucharistiam, etiam ſecundum B.Tho. & communiter doctores. hoc autem per ſolam confeſsionem ſine abſolutione ſacramentali nõ fit. ergo ibidem uel unico, uel pluribus præceptis vtrunque pręcipitur, & ſuſceptio integri ſacramenti pœnitentiæ. igitur per ſolam confeſsionem id non impletur.

Item quarto, quia ſi per talem confeſsionem ſolam ſatisfaceret eccleſiæ præcepto, ſequeretur quòd poſtea neceſſario reiteranda non eſſet, quia qui ſemel ſuo debito ſatiſfecit non tenetur amplius eodem debito, ſecundum extrauagan. Benedicti.11.inter cunctas.de pœn.& re.ſed cõſequẽs eſt falſum:quia neceſſarium eſt talia peccata per ſacerdotem remitti.Ioan.20. Quorum remiſeritis peccata &c. Neque remitti,uel abſolui poſſunt ſine pręuia confeſsione,ſi commode fieri poteſt: aliàs non uere habetur in uoto ut patet.ergo per illam confeſsionem ſine abſolutione non ſatiſfit præcepto Dei, & ita Soto ubi ſupra tenet cum opinione communi quoad hoc.

Ad quid ergo in ca.quod quidam. de pœni. & re. præcipit eccleſia quòd illa confeſsio admittatur? Reſpondeo, non ut ille abſoluatur indignus: neque ut per eam ſatisfaciat eccleſię pręcepto, ut dictum eſt; ſed ut per eã vitet ille pœnam iuris communis in ca.omnis,eo. titu. ut ait Medina de confeſsione q.22.Et Durandus in 4. diſt.17.q.14.non autem uitabit aliam pœnã impoſitam per diœceſanos contra eos qui non confitentur, & abſoluuntur ex culpa ſua, ut nunc eſt

in uſu

in uſu excõmunicatione; & pecunia illos punire qui in quadrageſima non confitentur, & abſoluũtur eucharistiamq; ſuſcipiunt. Similiter admittitur illa ſola confeſsio, ut ſalubriter illi pœnitẽti conſulat ſacerdos, & ad veram pœnitentiam inducat: ſi forte per huius humilitatem Deus illũ illuſtret, & det cor ad uere pœnitendum, & ſacramentum utiliter ſuſcipiendum. Et quidem opus fuit, vt hoc doceret eccleſia, ne quis putaret ſacrilegum eſſe ſub ſpecie confeſsionis ſacramentalis confiteri; non intendendo ſacramẽtalem abſolutionem ſuſcipere, ſed ſolum pie, & humiliter ſe coram ſacerdote accuſare ad finem aliquem ſpiritualem, ut dictum eſt. Quibus nõ obſtantibus, propter graue ſcandalum aliquãdo probabiliter imminens licebit forſan confeſſori ſimpliciter dicere, & ſcribere illum ſibi eſſe confeſſum in quadrageſima, tacendo de abſolutione, & quicquid alij intelligãt, ille ex legitima cauſa utens hac arte ueritatem dicit.

Reprobatio tertii puncti

Contra tertium punctum principale, vbi dicitur quòd ſi talis attritus ſciat ſe non eſſe uere cõtritum, neque diſpoſitum ad gratiam extra ſacramentũ, ſed adhuc in reatu precedentis peccati manere, Si tamen in ſua conſcientia iam non habet ullum affectum peccati mortalis hic utique uirtute ſacramenti huius habet gratiá, fitq; uere contritus ſi æſtimat id ſufficere, arguitur quadrupliciter. primo, quia per ſacramentalem confeſsionem peccator non liberatur ab obligatione, ſeu neceſsitate legis de habenda pœnitentia cordis neceſſaria ad gratiam, ſed ex lege fuit ſemper neceſſarium habere veram actualem, & non ſolum uirtualem contritionem omniũ peccatorum ad gratiam & ſalutem. quod ſuppono, ut optime probat clariſsimus doctor Medina magiſter meus de pœnitentia q. 2. & paulo inferius proxime habetur ex concilio Tridẽtino ſeſſ. penul. c. 4. ergo ſicut olim ſine ſacramento erat actualis contritio neceſſaria ad gratiam, & ſalutem obtinendam: ita & cum hoc ſacramento, & non ſufficit attritio cognita. conſequentia patet cum minore quæ ſupponitur, & maior in qua eſt difficultas probatur. quia ſi peccator à tali lege abſolueretur: hoc eſſet primo; quia talis lex ſiue præceptum reuocatum eſſet per ſacramentum confeſsionis, aut ſecundo, quia ratione huius ſacramenti quilibet excuſaretur ab impletione illius legis ſiue præcepti de uera contritione tunc habenda, aut tertio, quia per hoc ſacramentum tanquam per æquiualens ſuppleretur contritio tunc obligatoria, aut aliàs ad gratiam, & ſalutem neceſſaria. aut tandem quarto, quia per hoc ſacramentum perficeretur, aut efficeretur uera contritio. ſed nihil horum ualet liberare à dicta obligatione, uel neceſsitate ueræ contritionis. quod probatur. Nam non primum, tum primo, quia nulla lex reuocans dabitur: neque enim per ipſum ſacramentum reuocatur lex de cõtritione neceſſaria ad gratiam & ſalutem. Alioqui nullus qui confitetur teneretur ante, uel poſt ad contritionem, quod eſſet contra Concilium Triden. ſeſſ. 6. cap. 14. ubi habetur. Docendum eſt pœnitentiam poſt lapſum multo aliam eſſe à baptiſmali, & continere cor contritum, & humiliatum, & ſacramentalem confeſsionẽ ſaltem in uoto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem. Hæc ibi. Et in ſeſſ. 14. cap. 4. habetur. Cõtritio quæ primum locum inter actus pœnitentes habet, animi dolor eſt ac deteſtatio peccati commiſsi cum propoſito de cetero non peccandi. Fuit autem quouis tempore ad impetrandum ueniam peccatorum hic cõtritionis motus neceſſarius. Hæc ibi. Et ſeſſ. 6. ca. 6. habetur, quòd talis deteſtatio debeat fieri propter Deum. Nam ibi dicitur quòd peccatores iuſtificantur dum per fidem, & ſpem in Deũ, illum tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationem. Hæc ibi: tum ſecundo, quia eadem ratione nullus teneretur ad aliquam attritionem cum hoc ſacramento: cum nullo præcepto, aut lege talis attritio, ſed contritio obligatoria, aut neceſſaria ſit; uel ſi eſt, at per hoc ſacramentum ſicut & lex de contritione ſecundum opinantem reuocata eſſet. Neque eſt maior ratio aut lex de hac quam de illa quo ad hoc. Et notanter dictum eſt quòd cõtritio de præcepto, uel de lege neceſſaria eſt, quia uidelicet quando peccator ſe ad gratiam diſponere tenetur: tunc ſub nouo peccato contritio de præcepto obligatoria eſt: alio autem tempore quo ſe in gratia reponere uoluerit, ex ſuppoſitione huius finis contritio de lege neceſſaria quamuis non ſub nouo peccato obligatoria eſt.

Neque ualet ſecundum, quia nullus excuſatur ab impletione alicuius legis, uel præcepti, niſi per aliquod legitimum impedimẽtum, puta per ignorantiam inuincibilem, aut per impotẽtiam, & huiuſmodi. ſed hoc ſacramentum non eſt huiuſmodi impedimentum, ſed potius adiutorium ad ueram contritionem habendam, ut patet. ergo per id non excuſatur. Sed ad hæc duas, & ad ſequentes reprobationes poteſt optime dici pro opinione B. Tho. quòd contritio ex lege requiſita ad gratiam non ſemper eſt contritio uera, ſed contritio ſufficiens ad eam. Hæc autem ſine ſacramento eſt contritio uera, cum ſacramẽto autem eſt etiam attritio prædicta. ideo omnia hæc argumenta non ualent quæ fundãtur in hoc quòd ſemper de lege eſt neceſſaria contritio uera ad gratiam, quod etiam ex primo, & ſecundo dubio infra patebit. Sed adhuc poteſt replicari quòd attritio predicta non ſufficit ad gratiam cum ſacramento. tum quia eadem ratione quælibet attritio ſufficeret cũ ſacramẽto, tum etiam

quia

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM. II

quia ut ex infra dicendis conſtabit niſi eſtimetur contritio certe cum ſacramento non ſufficit ad gratiam. Neque tertium ualet quia præceptũ uel lex de aliquo faciendo nõ poteſt ſuppleri per alind ęquiualens etiam melius: niſi alternatiue ſe ratur, aut id expreſſe concedatur. quia qui ex le ge tenetur orare non ſatisfacit ieiunando, aut eleemoſynã faciendo. Nunc autem cum nulla le ge concedatur quòd neceſsitas uere contritio-nis actualis poſsit ſuppleri per attritionem, aut per hoc ſacramentum, ſicut nec e conuerſo: cum non ſit maior ratio de uno quàm de alio: & quia eadem ratione poſſet etiam ſuppleri attritio ſi-cut & contritio per hoc ſacramentum: & neutra cum ſacramento eſſe neceſſaria, quod abſit. Ergo, ſufficientia, uel æquiualentia vnius non ex-cludit obligationem, uel neceſsitatem alterius ad ſalutem. Sicut & contritus, & iuſtificatus te-netur baptizari, & confiteri ad conſeruandã gra tiam & ſalutem, idq; propter impletionem præ-cepti, aut legis ad gratiam neceſſariæ. Et quan-tumlibet purificatus à mortalibus per contritio-nem tenet confiteri antequam ſumat euchari-ſtiam ſecundum concilium Triden. ſeſſ. 7. ca. 7. ut inferius q. 16. habetur.

Neque tandem quartum ualet. quia hoc ſacra mentum nõ perficit, neque facit materiam ſuam eſſe ſufficientem, ſed eam prærequirit, & præſup ponit, ſicut & alia ſacramenta, ut cum forma ſa-cramentali ſit uerũ ſacramentũ. Nunc aũt mate ria ſufficiens prærequiſita ad ueritatem huius ſa cramenti quantum eſt ex parte diſplicentię eſt illa quę ex lege aliàs requiſita, aut neceſſaria eſt. Hæc autem non eſt niſi contritio, ut patet. quia de ea ſecundum omnes doctores, & concilia de hoc agentia, & de pœnitentia neceſſaria, & non de attritione eſt lex, ſiue præceptum de pœniten tię uirtute quę eſt pars huius ſacramenti, ut ſupe rius probatum eſt. Alioqui eadem ratione dice retur quòd nec attritio eſt materia ad id requiſi-ſita, ſed ſolum non ponere obiicem prauę uolun tatis: cum nulla lege ut diximus præcipiatur. er-go illa attritio cognita cum hoc ſacramento nõ ſufficit ad gratiam & ſalutem.

Argumentum ſecundum. Secundo principaliter contra idem tertium punctum arguitur, quia ſcienter ſumens hoc ſa-cramentum cum obiice, uel impedimẽto ad gra tiam non habet eam neque fructum ſacramenti, ut ipſa etiam concedit opinio in ſecundo pũcto & B. Tho. vbi ſupra, & in 3. par. q. 79. art. 3. Et ibi Caietanus, & q. 72. arti. 7. & in addi. 3. part. q. 10. art. 1. & q. 30. art. 1. Nunc autem talem obiicem habet is qui habet peccatũ in conſcientia in rea-tu ſicut in actu, ſed illud non remouet per diſpli-centiam ſufficientem, aut per oppoſitam uolun-tatem rectificantem: quia adhuc ſcienter manet in illo reatu, uel praua uoluntate ſaltem uirtuali quæ eſt impedimentum gratiæ quouſque per cõ tritionem rectificetur, atque tollatur. Eadẽ quip pe ratio eſt de obiice gratiæ in actu, & in reatu ex quo uterque impedit, & repugnat gratiæ. Et maxime erit etiam nouum peccatum: ſi quo tem pore quis tenetur ad contritionem, uel ad ſuſci-piendum ſacramẽtum, talis obex ſiue peccatum quo ad reatum exiſtens in cõſcientia, ſiue cogni-tum per contritionem aliquam non tollatur. er-go qui ſcit ſe indiſpoſitum ad gratiam, uel habet peccatum in conſcientia extra hoc ſacramentũ, non habet gratiam cum hoc ſacramento, & indi gne ſuſcipit illud, & hæc ratio efficax uidetur cõ tra hanc tertiam opinionem ſicut & tertia, quæ ſubſequitur.

Ad hoc poteſt reſponderi quòd obex peccati in reatu tantum licet impediat immediatam gra tiam, non tamen ſacramenti dignam ſuſceptio-nem, & per illud ipſam gratiam nõ impedit: ob-ex autem peccati in actu impedit utruoque, ideo negatur minor argumenti. ſed hæc euaſio futilis eſt: quia eadem ratio militat contra obiicem gra tię in reatu, & in actu, ut patet in argumento de-inſequenti. *Reſpon.*

Tertio, principaliter ad idẽ arguitur, quia de prædicta attritione, ſeu diſpoſitione ex ſe inſuffi ciente ad gratiam extra ſacramentum cognita ego quæro ad quid ponitur cum ſacramento? Nam uel ponitur ad hoc ut cum ſacramento, & uirtute eius ſit ſufficiens diſpoſitio ad gratiam. & hoc non: quia dũ manet illa in conſcientia, ſeu cognita, nec ante, nec poſt ſacramentum eſt di-ſpoſitio ſufficiens ad gratiam. Nec illa cogni-tio eius inſufficientiæ tollitur per ſacramentum ut conſtat: ſemper enim manet idem obex gra-tiæ, ſcilicet peccatum in conſcientia. quo manen te nõ poteſt ſimul taliter attritus eſſe paratus ad ueram contritionem habendum ſi ſuum defectũ uere contritionis recognoſceret: & ex cõſequen ti non eſt diſpoſitus, vt virtute ſacramẽti fiat ue-re cõtritus, & gratiam obtineat, ut infra in quar-ta opi. & in ſecundo eius dubio clarius oſtẽditur. vel attritio illa ponitur, ut qualiſcunque diſpoſi-tio ſubiecti pro digna ſacramenti ſuſceptione, & ex conſequenti pro eius fructu habendo. Sed ne-que hoc uidetur, quia habens peccatum in con-ſciẽtia habet obiicem, & indigne accedit ad hoc ſacramentum: & neque uirtute ſacramẽti habet fructum eius, neque fit contritio, ut ex ſecundo argumento præcedenti liquidum eſt, & nõ uide-tur ad quid aliud ponatur. ergo illa indiſpoſitio, uel attritio cognita cum ſacramento non ſufficit ad primam gratiam iuſtificantem. hęc ratio ui-detur ſatis efficax. *Argum. tertium.*

Quarto principaliter ad idem arguitur aucto ritate ca. ſi enim. de pœn. diſtin. 2. ubi ſic habe-tur. Opera uel ſacramentorum participatio, niſi ex charitate procedant, apud Deum nec iuſtitiã, nec innocentiam præſtant. Hæc ibi. Nunc autẽ *Argu. quartum.*

ſu-

ſuſceptio huius ſacramenti cum prędicta attritione cognita non procedit ex charitate, cum nõ fiat uere propter Deum, ut ſupponit. ergo patet intentum contra tertium punctum opinionis. hæc auctoritas eſt etiam efficax contra illam tertiam opinionem.

Inſt. Si tamen ad hoc reſpondeatur quòd illud ca. Si enim, poteſt intelligi, ut ly ex charitate, aut propter Deum, nõ denotet cauſam finalem, uel effectiuam amoris Dei à quo bonum opus, aut ſacramẽti ſuſceptio procedat: ſed ut denotet obiectum, aut cauſam motiuam, & determinatiuam operis, ad hũc ſenſum, quòd nihil valet opus, aut ſacramẽti ſuſceptio niſi fiat intuitu Dei, aut eius gratiæ, uel alterius doni ſeu amicitię eius finaliter obtinendę: non autem ſi principaliter intuitu, & reſpectu mũdano puta timore infamię, aut mulctę *pecuniarie*, & huiuſmodi de quibus ſupra in *primo*, & ſecundo puncto huius opinionis habetur.

Replica. Contra hoc effugium replicatur tum primo, quia textus expreſſe dicit, niſi ex charitate procedant, ubi non ſolum obiectum motiuum, aut etiam determinatiuum, ſed efficientia charitatis ſaltem acquiſitæ præcipue denotatur. tum ſecundo, quia ibi dicitur nec iuſtitiam, nec innocentiã præſtat, ubi non de impetratione aliorum donorum Dei, ſed de iuſtificatione à peccatis agitur, quòd hæc per nulla opera, uel ſacramenta præſtari poteſt, niſi ex charitate procedant, quantũcunque aliàs intuitu Dei fiant. tum tertio, quia ſi ad gratiam & iuſtificationem obtinendum ſufficeret quòd intuitu Dei illa fierẽt; iam ergo quælibet attritio etiam ſine ſacramẽto ſufficeret ad iuſtificationem, dummodo intuitu Dei, & eius gratiæ obtinẽdæ haberetur. quod abſit. Et quod id ſequatur patet, quia ſimiliter dicitur de ſacramentorum ſuſceptione, & de aliis operibus ſine ſacramento quòd præſtabunt iuſtitiam ſi eodem modo fiant ex charitate, id eſt intuitu Dei, ut ait euaſio prædicta. igitur gloſſa, uel euaſio nulla de prædictis huic opinioni patrocinatur. Ad rationes autem illius opi. infra in quarta opin. & in reſponſione ad quintum argumentum latius reſpondetur.

Quarta opi. Quarta, & vltima opinio, in qua demum ſtandum eſt, tenet quòd quamuis per ſe, & regulariter contritio uera requiritur cum hoc ſacramento ad gratiam iuſtificantem: quia ſic doctores omnes, atque concilia docent de lege requiri. at uero per accidens ratione ignorantiæ ſufficit probabiliter æſtimata contritio, quamuis ſit uere attritio: eaq; ſaltem requiritur cum hoc ſacramento ad gratiam iuſtificantem. Et non ſufficit quòd pœnitens ſciens ſe non eſſe uere cõtritum ęſtimet quacunque bona fide ſe ſic eſſe ſufficienter diſpoſitum ad habendam gratiam per hoc ſacramentum, ut tertia dicebat opinio pręcedens, niſi probabiliter etiam æſtimet ſe eſſe cõtritum, ut dictum eſt.

Pro declaratione nota quòd uere contritus dicitur is, qui uere dolet de peccatis omnibus propter Deum, uel quia Deum offendit cũ propoſito actuali, uel etiam virtuali ſecundum plurimos doctores, non illum amplius mortaliter offendendi in quocunque gradu dolor ille ſit intenſus, ſiue remiſſus. Probabiliter tantum contritus dicitur is qui probabiliter æſtimat ſe eſſe dicto modo uere contritum, uel in gratia, uel ſufficienter diſpoſitum ad eam: cum tamen nõ ita ſit, ſed adhuc in latẽte mortali peccato quo ad reatum permaneat: idq; ex aliqua facti, uel etiam iuris ignorantia, uel inaduertentia non adeo notabili, nec ſic affectata, quæ æquiualeat cognitioni: ſi tamen paratus ſit ad vere dolendum, ſi cognoſceret ſuum defectum, aut ueritatem. Igitur modo defectus iſte uerę contritionis proueniat ex defectu ipſius doloris, aut diſplicẽtiæ omnium peccatorum, aut ueri efficacisq; propoſiti cauendi in futurum, modo ex defectu finis, uel uerę dilectionis Dei neceſſarię ad iuſtificationem quęcũque illa ſit, modo ex defectu debitæ examinationis conſcientiæ, aut ex alia cauſa quacunque: ſi tamen defectum hunc ipſe pœnitens ſine prædicta ſua notabili culpa mortali ignorat ignorãtia facti uel iuris, putans ſe eſſę uere contritum, uel ſufficienter diſpoſitum ad gratiam obtinendum per ſacramentum, ſi etiam ſit paratus ad ueram contritionem habendum, ſi ſuum defectum aduerteret, & ſciret ueram contritionem eſſe ad id neceſſariam: hic dicitur probabiliter tantum cõtritus. De quo hæc quarta opinio dicit, quòd ſi bona fide confitetur & abſoluitur, utique uirtute ſacramenti habet gratiam iuſtificantem fitq; uere contritus, id quod ſine ſacramento non haberet. Quo fit ut illi, & præſertim ſimplices, qui uel inferni timore, uel amore gloriæ, & ſuæ ſalutis, uel ex conſideratione pudoris, uel malitiæ peccati ſine ulla eius complacẽtia, & affectu, de omnibus memoriæ occurrentibus dolent, parati, ſi aduerterentur ſuum defectum, uel id eſſe neceſſarium, ad uere & actualiter dolendũ, quia Deum offenderunt, & ita in ſpe uenię cum bona fide confitentur, ut oportet, nihil aliud conſiderantes ſi ſunt uere contriti, & in ſtatu gratiæ vel non; vtique ſunt probabiliter contriti: & hi virtute ſacramenti fiunt vere contriti, & primam gratiam habent iuſtificantem. quam non haberent ſi æſtimarent ſe non eſſe uerę aut ſufficienter cõtritos, aut diſpoſitos ad gratiam obtinẽdam per ſacramentum, neque eſſent parati ad veram cõtritionem habendum ut dictum eſt. Et ita intellectum concilium Triden. ſeſſ. 14. ca. 4. de ſacramentis, quod habetur ſupra in tertia opin. in tertio eius puncto principali conſonat cum hac quarta opi. Illa etiam tertia opinio beati Thom.

ibidem dicens quòd attritio cognita cum hoc ſacramento ſufficit ad gratiam, uidetur ſatis probabilis, quando ſic attritus paratus eſſet veram contritionem habere conari, ſi crederet illã eſſe neceſſariam. nam ſicut probabilis ignorantia facti uerę contritionis excuſat, & facit ut cum ſacramento ſit diſpoſitio ſufficiens ad gratiam, ut proxime probabitur: ita eadem ratione de probabili ignorantia iuris idem dicendum eſt: quia tunc uidetur ſaltem virtualiter eſſe probabiliter contritus, & ita diſpoſitus, ut per ſacramentum uere contritus efficiatur. Secus ſi ſic attritus, & id cognoſcens non ita paratus eſſet ubi defectũ recognoſceret: tunc enim non probabiliter contritus eſſet, neque diſpoſitus, ut de attrito uere contritus fieret per ſacramentum, ut ex infra dicendis in ſecundo dubio poteſt facile conſtare.

Prima pars Igitur hæc quarta opinio ſic declarata quo ad primum, quòd ſcilicet requiritur prædicta contritio ſaltem probabilis: ita quòd nec minor, nec attritio cognita ſufficit cum hoc ſacramento: quantumcunque, ut tertia dicebat opinio pręcedens, bona fide pœnitens æſtimet illam ſufficere ad ſalutem & gratiam iuſtificantẽ: probatur per quatuor rationes, quæ ſuperius cõtra tertium punctum principale ipſius tertiæ opinionis in quatuor argumentis ibi poſitis habentur. ꝙ. ſ. illa ſaltem attritio requiritur quæ per ſacramentum poſsit fieri contritio, & gratia formari. hæc autem eſt ſola contritio probabilis, vt probatur ibidem. ergo &c.

Secũda pars Quo ad ſecundum autem, ꝙ per accidẽs ſufficit ſupradicta probabilis, & non ſit neceſſaria vera contritio cum hoc ſacramento ad ſalutem, in quo ſtat etiam difficultas huius opinionis, probatur tripliciter. primo, quia ſicut ex parte confeſſionis non facit irreuerentiam, neque iniuriam notabilem, neque ponit obiicem huic ſacramento, nec eius gratiæ ſacramentali, is qui ſic confitetur, quòd in eius conſcientia, vel cognitione nihil habet, nec ſub mortali habere tenetur neceſſario confitendum: ita ex parte doloris nõ ponit obiicem huic ſacramento, nec eius gratię ſacramentali is qui ſic dolens de peccatis abſoluitur, quòd in eius conſcientia, uel æſtimatione nihil habet, nec habere tenetur, de quo amplius dolere ſub mortali teneatur, qui & eſt ita diſpoſitus, ut per ſacramentum poſsit fieri ueræ contritus, & gratiam habere. Talis autem eſt probabiliter contritus. ergo ipſe recipit abſolutionem ſacramentalem, & gratiam iuſtificantem. Conſequentia patet, quia ſacramenta efficiunt quod ſignificant in non ponente obiicem ſufficiẽter diſpoſito ad illa ſuſcipiẽdũ. Maior probatur. Quia non eſt maior ratio de præcepto debite dolendi quàm debite confitendi ad finem gratiæ uirtute huius ſacramenti obtinẽdæ. Minor ẽt probatur. Quia licet probabiliter contritus uere habeat mortale peccatum in reatu, & obiicẽ gratiæ immediate ſine ſacramento ſuſcipiendæ: non tamẽ habet illud in cõſcientia, uel ęſtimatione, nec habere tenetur ſub mortali talem conſcientiam, ex quo ut ſupponitur per illam ignorantiam ab ampliore cognitione ſub mortali habenda excuſatur: & ex quo paratus eſt uere dolere ſi defectũ cognoſceret, iam eſt diſpoſitus, ut per ſacramentum fiat uere contritus, & gratiam habeat iuſtificantẽ, ut infra in ſecundo dubio latius oſtẽditur.

Secũdo probatur idẽ, quia qui cum bona fide probatus exiſtimás ſe eſſe in gratia ſine conſciẽtia peccati mortalis accedit ad ſacramentum eucharistię, digne ſuſcipit illud, & eius gratiam, etiamſi ſit in mortali inuincibiliter ignorato, ſecundum Tho. 3. par. q. 79. art. 3. & q. 80. art. 4. ad 5. & in 4. diſt. 9. & Alex. Alen. 4. par. q. 46. memb. 3. art. 2. Et Richar. Scotũ, Duran. & alios doctores cõiter ea. di. 9. & diſt. 12. Et Gerſ. alphabeto. 37. R. & Adria. in 4. de Euchariſtia q. 1. & 2. & de cõfeſsione q. 5. dubio. 5. & Vega de iuſtificatione lib. 13. ca. 34. & Soto ubi ſupra, & de natura, & gratia lib. 2. ca. 15. & Honcala de digna ſumptione euchariſtię in ſententia idem tenet. Quãuis Bonau. ea. diſt. 9. q. penul. & Palnde, Capreolus, & Gerſ. tract. 9. ſuper magnificat, & Gabriel in 4. diſt. 9. q. 2. & in Canone lect. 8. dicãt ꝙ talis accedit ad euchariſtiam non quidem indigne poſitiue ita ꝙ peccet: nec digne ita ꝙ habeat gratiã: ſed non digne priuatiue medio modo, ita ꝙ licite accedit, non tamen habet gratiam, nec peccat de nouo ſumendo euchariſtiam. Quæ diſtinctio non placet niſi ſecundum ſupradicta intelligatur, ita ꝙ digne accedit qui eſt in charitate: indigne poſitiue qui cũ conſcientia peccati mortalis: medio modo non digne accedit qui non eſt in gratia, nec habet conſcientiam peccati mortalis, ſed potius probabiliter ęſtimat ſe eſſe cõtritum uel in gratia: & hic uirtute ſacramẽti habet gratiam uti declarat Honcala, ubi ſupra. Nam ẽt ſecundum ipſum Bonauent. diſt. 12. art. 4. q. 1. is digne accedit ad euchariſtiæ ſacramentum, qui ſe præparat quantum debet. Talis autem eſt qui modo prædicto probabiliter contritus, & confeſſus exiſtimans ſe non eſſe in mortali, aut ſine cõſcientia eius accedit: ex quo per ignorãtiam inuincibilem excuſatur ne ad ampliorem diligentiam, uel conſcientię examinationem ſub mortali teneatur. ergo habet gratiam ſacramentalẽ ex quo digne accedit, & ergo ſimiliter, & à fortiori talis probabiliter contritus uirtute ſacramenti pœnitentię habet gratiam iuſtificantem fitq; cõtritus. Patet hęc ultima conſequentia. Quia quantũ eſt ex hac parte diſplicẽtię nõ requiritur maior diſpoſitio ad ſacramentum pœnitẽtię fructuoſe ſuſcipiendum, quàm ad ſacramentum euchariſtię: immo minor ſufficit ſecundum omnes doctores ubi ſupra, inferiusq; dicetur.

Et hoc

Et hoc idem dicit beatus Thom. in 4. diſtin. 23. quæſt. 2. de ſacramento extremæ unctionis, quòd ſcilicet in hoc ſacramento gratia confertur quæ non compatitur peccatum. Ideo ex conſequenti ſi inuenit peccatum mortale, uel ueniale tollit illud quo ad culpam, dummodo non ponatur obex peccati actualis ex parte recipientis: quia & facit per gratiam quã infundit quòd motus liberi arbitrii in peccatum ſit contritio: ſicut etiam in euchariſtia, & confirmatione id accidere poteſt. Hæc ille. Et idem 3. parte quæſt. 30. articu. primo, & in 3. parte quæſt. 72. artic. 7. idem dicit de confirmatione, quod apte intelligi non poteſt niſi de probabiliter contrito, ut patet ex dictis, & infra dubio tertio latius.

Tertia ratio. Tertio probatur idem, quia niſi ſic dicatur non uidetur quomodo, aut quibus ſacramentum pœnitentiæ ex opero operato, ſeu ui clauium conferat primam gratiam iuſtificantem, & uiuificet mortuos. quia ſi pœnitens accedit, uel illud ſuſcipit uere contritus: iam ex opere operantis uirtute contritionis habet primam gratiam iuſtificantem. Si ſcienter attritus, certe neque per hoc ſacramentum habet gratiam, ut dictum eſt. ergo ſolum probabiliter contrito illam confert hoc ſacramentum.

Et confirmatur ex concilio Triden. ſeſſ. penul. ca. 4. ut ſupra in tertio puncto tertiæ opinionis in eius probatione habetur, quia ualet ad propoſitum à fortiori, & hæc eſt ſatis efficax ratio pro hac opinione.

Et ita patet hæc opinio probata, quam etiam expreſſe tenent etiam quo ad ſacramentum euchariſtiæ Alexan. de Alis. quarta parte, quæſt. quadrageſimaſexta, membro tertio, articu. ſecundo, & quæſt. ſexageſima, membro primo, articu. tertio. Et B. Thom. tertia parte, quæſt. ſeptuageſimanona, articulo tertio. Marſilius in quarta quæſt. ſexta, articu. quarto, conclu. prima. Gabriel in canone. Et Bonauentura in 4. diſtinct. decimaſeptima, articulo quarto, quæſt. tertia. §. 91. & articulo ſecundo, quæſt. quarta. §. 47. & in gloſſa magiſtri. §. 19. & diſtinct. duodecima, articulo 4. quæſt. ſecunda. §. 63. §. 66. Et Richar. diſtinctio. decimaſeptima, artic. ſecundo, quæſt. octaua, ad quintum, & diſtinct. 18. artic. ſecundo, quęſt. prima. Et Durandus diſtin. decimaſeptima, quæſt. decimatertia, id ualde probabile cenſet. Ad idem videtur Adrianus de confeſſ. artic. quinto, dub. 5. licet non aperte, & de euchariſtia quæſt. prima. Et Soto de natura, & gratia lib. 2. ca. decimoquinto, & in quarto ſententiarum diſt. decimaoctaua, quęſt. tertia, articu. ſecundo. Et diſtinct. duodecima, q. 1. art. 4. & diſt. 11. q. 2. art. 3. & diſt. 6. q. 1. arti. 7. & diſt. 7. q. 1. art. 7. & di. 20. q. 2. arti. 1. & latius Vega de iuſtificatione lib. 13. ca. 34. & in q. 13. de iuſtificatione concluſ. 3. & 4. Et Ambro. Catharinus de certitudine gratiæ aſſertione ſeptima, & hanc opinionem quòd probabiliter contritus cum ſacramento habeat gratiam iuſtificantem tenere habent à fortiori doctores de 3. opinione præcedente. doctores etiam de 4. opinione. q. præcedentis. Similiter hanc opinionem tenet Victoria in ſua prima relectione de poteſtate eccleſiæ. q. 2. Et Nauarro in ſum. ca. 1. num. 37. 39. & alii plures.

Dubium 1. Dubitatur primo. Vtrum talis probabiliter contritus ſi poſtquam confeſſus eſt nouit defectum ſuæ uerę contritionis teneatur ſub mortali peccato ueram actualem contritionem habere. Nam quod non teneatur reconfiteri non eſt dubitandum.

Respon. Reſpondeo. eſt duplex opinio, prima magiſtri Vega. q. 13. de iuſtificatione conclu. 3. quòd ſic: idq; vt impleat legem, vel pręceptum Dei de uera actuali contritione habẽda: à cuius impletione excuſatus eſt ſolum durante ignorantia inuincibili, ſiue probabili. Sicut & qui iam uere contritus habet gratiam tenetur implere præceptum confeſſionis integre licet per ignorãtiam aliquod mortale omiſerit confiteri: & diligens Deum ſuper omnia ſi poſtea recolit mortalia tenetur confiteri.

Et ſi arguatur, quòd ſi iam virtute ſacramenti factus eſt ille de attrito contritus, ergo iam habet contritionem ueram: & per conſequẽs etiãſi defectum pręcedentem poſtea recognoſcat non tenetur iterum ad aliam contritionem.

Reſpondeo negando conſequẽtiam, quia per ſacramentum factus eſt contritus habetq; cõtritionẽ non quidem actualem ueram, ſed uirtualẽ in gratia, & charitate infuſa. Vel ſi habet actualẽ id ſolum eſt extrinſece, quæ ad uirtualem reducitur. Nunc autem ſpeciale pręceptum eſt de uera actuali contritione, & dilectione Dei habenda, quòd pœnitens implere tenetur dum poteſt, & dum defectum recognoſcit, ut dictum eſt. ſicut in dilectione Dei ſuper omnia eſt uirtualiter contritio, qua non obſtante tenetur homo ad actualem, quam ſi virtute ſacramenti dum illud pœnitens ſuſcipit habet: iam & non aliter ab ampliore contritione, & obligatione liberatus eſt.

Sed alia eſt opinio Durandi in 4. diſtinct. 17. quęſt. 13. & Soto in 4. diſtinct. 18. quęſt. 3. artic. 2. & 3. qui videntur tenere quòd iſte non obligatur ad aliam actualem ueram contritionem propter rationem pręfatam, cui etiam tacitę uidetur annuere ipſe Vega de iuſtificatione libro decimotertio, capitulo vigeſimo, & hæc opinio uidetur uerior: quia non eſt ſimpliciter in omni caſu neceſſaria, neque pręcepta pœnitentia uera ad gratiam, & peccati remiſſionem, ſed ſolum actualis pria ſufficiens ad gratiam,

vt conſtat ex fine huius præcepti aut legis. hæc autem eſt contritio uera ſine ſacramento, aut probabiliter æſtimata cum ſacramento, ut patet ex dictis. hinc patet reſponſio ad rationem præcedentis opinionis, quæ fundatur in hoc quòd ad gratiam ſemper eſt neceſſaria actualis contritio uera.

Dubium 2. Dubitatur ſecundo, quomodo probabiliter tantum contritus ſit uere contritus: & illa attritio ſit uera contritio uirtute ſacramenti? Reſpon. Reſpondeo ſuppoſita opinione communi, uidelicet quòd eſſentialiter, & ſpecifice attritio differt à contritione uera, idq; ratione obiecti, ſeu finis, & non penes gradualem intenſionem actus. Nam contritio eſt diſplicentia de offenſa Dei: ſeu quod idem eſt de peccatis propter Deum actualiter, ſeu virtualiter ſuper omnia efficaciter dilectum: modo id fiat per vnicum actum medii, & finis: modo per duos actus alterum medii, alterum finis. Attritio autem eſt imperfecta diſplicentia peccati, vndecunque iſta imperfectio proueniat, & maxime ex defectu uere dilectionis Dei ſuper omnia. Itaque nomine contritionis ſecundum omnes intelligitur actus pœnitentiæ perfectus, quo peccata etiam extra ſacramentum remittuntur; Et nomine attritionis actus imperfectus, quo ſine ſacramento peccata non remittuntur, nec homo iuſtificatur, qui actus, ut dictum eſt ſecundum Tho. 3. parte quæſt. 85. & communiter doctores intrinſece differunt ſpecie.

Quomodo ergo attritio de qua iſta quarta opinio agit fiat contritio uera uirtute ſacramenti: dico id dupliciter contingere. Aliquandò quidem intrinſece per aduentum noui actus contritionis, quia uidelicet per auxilium Dei illuſtratur, & mouetur homo, & ipſe conſentiens mutat actualiter finem doloris, & ipſum obiectum: & ita recedente attritione producitur nouus actus uere contritionis. Et quamuis Adria. de confeſsione articu. 5. dubio. 5. & Caietanus & frater Barnabas de Boſalibus in ſuo tractatu de pœnitentia cum aliis dicant quòd ſemper hoc modo attritio fit contritio; id tamen non uidetur uerum, ſed aliquando ita fit. Sæpius autem, immo & ut ait Soto in 4. ubi infra ſemper fere non fit niſi extrinſece, quia uideſicet ratione gratiæ aduenientis uirtute ſacramenti iam illemet actus qui eſt attritio, ſeu contritio probabilis manens inuariatus efficitur Deo gratus, uel tãtum ualet apud Deum cum ſacramento ad iuſtificandum illum pœnitentem, quantum actus uere cõtritionis intrinſece ex actuali Dei amore productus valeret.

Et quòd non aliter, uel fere ſemper niſi hoc modo extrinſece id fiat probatur dupliciter. primo, quia per habitum charitatis infuſæ, ſeu gratiæ inclinatur quidem, ſed non neceſsitatur uoluntas ad deſiſtendum ab actu quem habet, & alium producendum: neque ipſe habitus ſolus ſine concurſu uoluntatis id efficere poteſt, ut conſtat. mutare autem obiectum, ſeu finem actus eſt abiicere unum actum, & alium producere. ergo non ſemper id fit per aduentum gratiæ, uel charitatis.

Secundo idem probatur. Quia experimur ſæpe probabiliter tantum contritum, qui non eſt niſi attritus, accedere ad hoc ſacramentum: qui illo temporis articulo quo abſoluitur, & etiam poſt omnino ceſſauerit habere actum pœnitentiæ per diuagationem mentis, uel per abruptionem cogitationis. & tunc conſtat non commutari actum: & tamen talis euadit in gratia, & ex attrito contritus. ergo ſine noui actus aduentu id fit. Et in hoc concordat Soto de natura, & gratia lib. ſecundo, ca. decimoquarto, & decimoquinto, & in 4. diſtin. 12. quæſt. prima, arti. quarto, & diſtin. 17. quæſt. 2. art. 5. & Vega de iuſtif. lib. 13. ca. 34.

Quomodo autem idem actus attritionis fiat contritio extrinſece, uel intrinſece, & propter Deum & gratus manens inuariatus quo ad ſubſtantiam ſine eius, aut ipſius obiecti, aut finis actuali mutatione: ſic accipe. Nam ratione gratiæ, & charitatis infuſæ aduenientis uirtute ſacramenti eſt inclinatio uirtualis ad dilectionem Dei ſuper omnia, & animi promptitudo ad exeundum in actum dilectionis, ſi homo defectum aduerteret, aut recoleret Deum, idq; tunc fieri debere. Quo fit ut illemet actus attritionis, qui contritio tantum probabilis eſt, manens inuariatus quo ad ſubſtantiam, uel materiale iam gratia, & charitate infuſa informatus incipiat in eodem temporis inſtanti habitualiter, uel uirtualiter eſſe ſeu continuari propter Deum non autem actualiter; & ita finis, & obiectum illius actus non realiter, & actualiter, ſed uirtualiter tantum mutatur. Nam ſicut agens naturali aliquam formam naturalem introducens ſimul etiam diſponit ſubiectum ultimate ad illam, ut patet in igne lignum ignefaciente. Ita agens ſupernaturali uirtute, quale eſt hoc ſacramentum, aut Deus ipſe per ſuum ſacramentum, confert homini diſpoſitionem ſufficientem ſimul cum ipſa forma gratiæ. Ita quòd virtute ſacramenti ſupernaturali ſiue diuina cor prius imperfecte pœnitentis probabiliter tantum attriti, per gratiam, & charitatem ibi introductam ſimul tempore inclinatur, atque mouetur aliquando quidem actualiter, aliquando autem ſolum uirtualiter per promptitudinem quandam ad actualem Dei dilectionem, & contritionem intrinſece ueram producendam, ſi recoleret id fieri debere, vt proxime dictum eſt. Itaque numquam eſt contritio intrinſece, uel extrinſece

actualis

actualis effecta virtute ſacramenti: quin ſimul tempore ſit etiam gratia, & charitàs habitualis, uel actualis initiatiue, aut concomitanter concurrens, ut patet ex dictis. aliàs non videtur quomodo uerum ſit, quod ubi ſupra ait concilium Triden. ſeſſ. decimaquarta, ca. quarto, quòd attritus dolens ſolum ex turpitudine peccati virtute ſacramenti fit contritus, & habet gratiam: niſi prędicto modo dilectionem etiam Dei habeat.

Et cum his conſonat B. Tho. in quarta diſtin. 9. artic. tertio quæſt. prima, & ſecunda, etiam diſtin. 17. quæſt. 3. arti. 1. & diſtin. 18. quæſt. 1. arti. 3. queſtiuncula. 1. & diſtinct. 23. quæſt. 1. articu. 2. queſtiuncula prima ad ſecundum, & in 3. par. quæſt. 72. artic. 7. & quæſt. 80. art. 4. & quæſt. 84. artic. 2. & quæſt. 86. art. 6. & quæſt. 87. artic. 2. & in 4. quodlibeto art. 10. & de veritate quæſt. vigeſimaoctaua, art. 5. & 8. Si omnia ſimul coniugantur. Quamuis Cano in relectione de pœnitentia in 5. par. in reſponſione ad tertium argumentum principale, & in reſponſione ad quartum dubium hunc vltimum locum beati Thomæ de veritate corrumpat male illum de ſermonis improprietate redarguens, conſonat etiam Bonauen. in 2. diſtin. 41. art. 1. quæſt. 3. §. 35. & Angeſt. in morali ca. 8. de circunſtantia finis agens, cum aliis quibuſdam doctoribus in 2. diſtin. 41. tenentibus quòd opus moraliter bonum factum ab exiſtente in gratia eſt meritorium: quia ibi eſt relatio in Deum virtualis, quam Bonauen. appellat aptitudinalem, & maxime hoc eſt verum ſi ab inclinatione etiam habituali charitatis tale opus procedat. & concordat Vega de iuſtif. lib. decimotertio, ca. 25. Sic igitur conſtat in propoſito quòd actus contritionis probabilis per gratiam ſacramentalem aduenientem iam virtualiter ſaltem refertur in Deum: & quamuis extrinſece tamen contritio effecta eſt.

Quo fit ſecundum Adria. ubi ſupra quòd ſi talis pœnitens ſtatim poſt abſolutionem ſacramentalem non habet talem virtualem Dei dilectionem in animi præparatione, ſeu promptitudine ſaltem virtuali: certe ſignum eſt quòd nec vere, nec probabiliter contritus, nèc debite diſpoſitus ad hoc ſacramentum acceſsit: quodq́; virtute eius iuſtificatus non eſt: ſed neque ſecundum eum aliosq́ue doctores huius quartę opinionis uerum ſumpſit ſacramentum propter obiicem, ut ſuperius contra tertiam opinionem probatum eſt.

Dubium 3. Tertio dubitatur quæ differentia ſit inter ſacramentum baptiſmi, & pœnitentiæ, & euchariſtiæ, & alia ſacramenta quo ad hoc: ſi ut ſupra dictum eſt hæc omnia ſacramenta etiam conferunt primam gratiam probabiliter contritis.

Reſpondeo, ſecundum Soto ubi ſupra, & Turrecremata in ca. ſi quotieſcunque. de conſecratione diſtinct. ſecunda, articu. ſecundo, ad tertium argumentum, quòd ad gratiam uirtute baptiſmi obtinendam requiritur ſaltem, & ſufficit attritio ſupradicta etiamſi ſit cognita ab ipſo pœnitente, dummodo non habeat iam aliquem affectum, ſeu propoſitum peccati, aut ſtatus peccati. Ad ſacramentum autem pœnitentiæ fructuoſum requiritur ſaltem, & ſufficit prædicta attritio dummodo non ſit cognita, ſed probabiliter æſtimetur contritio: in qua non ſolum includitur, quòd non habeat reatum mortalis peccati in conſcientia, ſed etiam quòd non habeat affectum peccati, ut ſupra probatum eſt. Ad fructuoſam autem euchariſtiæ ſuſceptionem requiritur ſaltem, & ſufficit prædicta contritio probabilis inſuper, & ſacramenti pœnitentiæ præuia ſuſceptio ſi commode haberi poteſt.

Quæ omnia probantur. Nam ſuppoſito ſecundum communiter doctores, & veritatem quòd ad fructuoſum baptiſmum requiritur aliqua diſplicentia, uel attritio peccatorum, vt Soto vbi ſupra, & Scotus in quarta diſtinct. quarta optime probant: probatur etiam quòd ſufficiàt prędicta attritio etiam cognita. quia cum baptiſmus ſit ſpiritualis regeneratio, & directe inſtitutus ſit ad regenerandum infidelem nullum eſſe vitę ſpiritualis habentem, fit ut de ſe non requirat, ut baptizandus habeat eſſe gratię aliquo modo, ſcilicet in veritate, vel in conſcientia ſeu ęſtimatione ſua, ſed eam tantum deteſtationem quę tollat obiicem affectus, ſeu propoſiti ad peccatum. Et hoc uidetur dicere B. Tho. 3. par. quęſt. 68. & quęſt. 79. artic. tertio ad ſecundum, & quod ibidem, quęſt. ſexageſima octaua, idem ſecundum doctores communiter in quarta diſtinct. quarta, dicit non eſſe conferendum baptiſmum ei qui eſt in peccato, dicit Soto eſſe intelligēdum de eo qui habet affectum uel propoſitum peccati ſcienter.

Sed hoc multis non placet dicentibus idem iudicium eſſe de baptiſmo, & de aliis ſacramentis: quòd ſcilicet, non debeat etiam eſſe peccatum in conſcientia ſuſcipientis, ut illi gratia ſacramentalis conferatur, tum quia auctoritates doctorum quę allegantur de pœni. diſtin. ſecunda, ca. ſi enim, & de conſecratione diſtinct. quarta, ca. ſolet, & 15. quęſt. prima, ca. firmiſsime, & concilium Triden. ſeſſ. ſexta, ca. ſexto, & ſeſſ. decimaquarta, ca. primo, & quarto, expreſſe dicunt eandem pœnitentiam requiri ad ſalutem cum baptiſmo, & poſt eum quę requiritur ante illum. hęc autem eſt dolor peccati ex fide, & charitate, & ſpe procedens, ut ibidem habetur, & hęc eſt contritio. ergo ipſa uera, uel ęſtimata requiritur, ut ſupra dictum eſt.

Ideo Nauarro in ſumma ca. primo, numero quadrageſimo, dicit quòd ut habeatur gratia per baptiſmum, requiritur, & ſufficit contritio prędicta ſaltem probabilis omnium peccatorum in generali, & totius malæ uitæ præteritæ: dummodo aliqua mortalia quæ magis occurrunt, ad memoriam reducantur, etiamſi non omnia in ſpeciali recogitentur, ut in ſacramento confeſsionis facere oportet. Ratio huius eſt, quia act. 2. & 8. cap. ea contritio ſignificatur in illis qui per Apoſtolos conuerſi ad fidem baptizabantur. & conſonat Margarita confeſ. de contritione agens, fol. trigeſimotertio.

Pœnitentiæ autem ſacramentum cum ſit directe ad uiuificandum, uel ſuſcitandum fidelem ſpiritualiter mortuum poſt baptiſmum, & reconciliandum inimicum Deo, inde prærequiritur diſpoſitio uitalis per aliquod eſſe vitæ ſpiritualis ſaltem initiatiue: ex quo talis ſuſcitatio, & reconciliatio ſine bono motu amoris ſuſcitandi de lege fieri non poteſt. hoc autem non eſt dum prædicta attritio ſiue defectus uerę contritionis cognoſcitur, niſi inuincibilitee ignoretur, ita quòd ſit probabiliter contritus, & de omnibus in ſpeciali ea recogitando, ut ſupra probatum eſt. Vnde in concilio Triden. ſeſſ. ſexta, cum prius in ſexto capitu. dicatur quòd ante baptiſmum requiritur motus aduerſus peccata per odium aliquod, & deteſtationem: hoc eſt per eam pœnitentiam, quam ante baptiſmum agi oportet: poſtea tamen in decimoquarto capitulo ibidem ſubiungitur. docendus eſt homo pœnitentiam poſt lapſum multo aliam eſſe à baptiſmali: & continere coe contritum, & humiliatum, & ſacramentalem confeſsionem in uoto, & ſuo tempore in actu faciendam. Hæc ibi. Ex quo concilio patet prędicta differentia.

Sacramentum autem euchariſtiæ cum directe ſit inſtitutum, ut cibus, & nutrimentum eorum qui iam per gratiam iuſtificati uiuere creduntur: à fortiori poſtulat per ſe, & regulariter, ut non niſi à talibus per ſacramentum etiam pœnitentiæ examinatis, & iam uiuificatis recipiatur. Quia hi & non alii digne ſummere credendi ſunt, ut etiam patet ex ſupradictis.

Quòd ſi contra præfata obüciatur B. Thom. tertia parte, quæſt. octuageſima, articulo qnarto ad ſecundum dicens, quòd euchariſtia non debet dari, niſi iam liberatis à peccato: ſacramentum autem baptiſmi, & pœnitentiæ concedi poteſt adhuc febre peccati laborantibus: quia hæc duo ſunt medicinæ purgatiuæ, illud autem medicina confortatiua eſt. ergo attrito etiam conſcio ſuæ indiſpoſitionis ſacramentum pœnitentię ſicut & baptiſmi ſalubriter conferri poteſt: ex quo hæc duo ſacramenta ſecundum Tho. pari paſſu currunt.

Reſpondeo negando conſequentiam, quia ſolum uult dicere B. Thom. quòd ſacramentum pœnitentiæ eſt conferendum illi qui ſe, ut peccati reum pœnitens accuſat, & recognoſcit, ſicut & baptiſmus largiendus eſt peccatori ſe recognoſcenti, ſed differenter, ut dictum, & declaratum eſt. Euchariſtia uero non niſi ei qui per ſacramentum pœnitentię abſolutus iam ſecundum ſuam conſciam formam gerit hominis iuſtificati, ut dictum eſt.

Sacramenta denique confirmationis, & extremę unctionis, & omnia alia etiam per accidens conferunt ſimiliter primam gratiam probabiliter contritis, ſicut & ſacramentum baptiſmi, & pœnitentię: ſed differenter: quia ſacramentum baptiſmi, & pœnitentię id efficiunt directe, quia uidelicet ad id tantum utpote regulariter neceſſaria ſunt inſtituta. Alia autem ſacramenta ex quo non tanquam ad id neceſſaria, ſed ad alios effectus directe ſunt inſtituta, inde non niſi indirecte, & ex conſequenti primam gratiam efficiunt, quia videlicet conferunt gratiam non indigne ſuſcipienti, qualis eſt probabiliter contritus, ut liquet ex ſupradictis. gratia autem repugnat omni peccato mortali, & illud expellit. ergo ex conſequenti pec illa alia ſacramenta prima gratia, & remiſsio peccatorum confertur. Sic tenet B. Tho. vbi ſupra in ſecũda probatione huius opinionis allegatus eſt, & Soto ſimiliter latius explicat.

Quarto dubitatur. Vtrum quęlibet dilectio Dei, & dolor ex tali dilectione procedens ſuffi- *Dubium quartum.* ciat ſine ſacramento hoc uel cum eo ad gratiam iuſtificantem obtinendum.

Reſpondeo prius notando ſecundum Soto *No. triplex dilectio dei & diſplicentia peccati.* de natura & gratia libro primo, capitulo vigeſimoſecundo, & libro ſecundo, cap. 15. & 16. & Vega de iuſtificatione lib. 6. ca. 28. ca. 30. ca. 34. 35. & libro vndecimo, capitulo decimoſeptimo ex B. Tho. ſecunda ſecundę quęſt. 109. arti. tertio, quòd dilectio Dei, & ſimiliter dolor peccatorum inde actualiter, uel uirtualiter ortus poteſt eſſe triplex.

Prima dilectio Dei eſt quidã ſingularis actus amoris inefficacis erga Deũ, qualis hac oratione profertur, uolo uel potius uellem Deo in omnibus placere. & hęc communiter uocatur dilectio obiectiua Dei, ſeu complacentia quędam inefficax. & ſimiliter eſt dolor peccatorum, uel de offenſa Dei inefficax.

Secunda eſt dilectio Dei efficax quę omnibus cõiter eſt in præcepto, qua uidelicet homo ſic Deũ diligit, ꝙ omnia eius mandata ſeruare uult, atq; ſeruire proponit ut uero Deo, & hoc eſt ipſum diligere tota mente, non adhibendo fidem aliis ſectis, aut doctrinis repugnantibus fidei diuinæ: toto corde, non diuidendo ſuum affe-

ctum

ctum in obſequium alterius Dei vel creaturæ contra præceptum Dei : tota anima, non diuidendo ſenſum et appetitum ſenſitiuum in aliqua a Deo prohibita : et tota virtute, ſeu viribus ſuis, non diuidendo vires executiuas animæ ſuæ in aliquid ab ipſo Deo prohibitum. Et talis vocatur communiter a doctoribus dilectio Dei ſuper omnia obedientialis. Tametſi ſit alia dilectio Dei ſuper omnia efficax de ſupererogatione quæ et perfectorum eſt : quę vt ait Vega vbi ſupra libro ſexto capitulo trigeſimo quarto, ſecundum Adrianum in quinto quodlibeto, non ſolum impletiua omnium mandatorum Dei eſt vt illa communis quæ dicta eſt : ſed etiam in Deum nos transformat et ſic vnum cum illo ſpiritum facit, vt ſupra omnia illum amemus et nihil niſi in ordine ad ipſum, neque in cœlo neque in terra diligamus : quæ nullius peccati complacentiam admittit, ſed potius dolorem eius tempe raret ſi recoleret homo prædicto modo Deum amans.

Et iſta ſecunda dilectio Dei efficax ſuper omnia, tam communis quam ſupererogatoria eſt adhuc duplex, ſcilicet naturalis, et ſupernaturalis. Supernaturalis, quæ et ſecunda in ordine ſit, eſt illa qua quis Deum per fidem ſupernaturalem cognitum eſſe vnum et trinum et redemptorem noſtrum prædicto modo præfert et diligit ſuper omnia; vt principium et finem beatificum et ſupernaturalem noſtrum. Et ſimiliter eſt diſplicentia ſupernaturalis inde orta de Dei offenſa. Et hæc eſt in omnibus fidelibus Chriſtianis debite pœnitentibus.

Naturalis autem dilectio Dei efficax vel ſuper omnia quæ et tertia in ordine ſit, eſt qua Deum naturaliter tantum cognitum tanquam principium et finem totius boni naturalis ; puta creatorem conſeruatorem, et gubernatorem omnium omnibus creatis præfert et amat, efficaciter ei volens ſubijci et obedire ſuper omnia, nihil eius amicitiæ contrarium admittens: ſeque et ſua omnia vno actu referens in ipſum tanquam in principium ſupremum et finem totius boni naturalis, aut quia ſic recta ratio naturalis dictat eſſe faciendum : quam dilectionem philoſophi ſine fide infuſa aut ſine fide Chriſti ſecundum rectam rationem viuentes habere potuerunt. Et ſimiliter eſt dolor de eius offenſa ex tali amore procedens : ita quod homo iam nulla ratione vellet offendiſſe aut de cetero Deum ſic cognitum et amatum offendere.

De prima dilectione Dei. Igitur de prima dilectione Dei inefficaci et de diſplicentia inde orta ſatis conuenit inter omnes doctores, quod non ſufficit ſine ſacramento ad primam gratiam iuſtificantem: quia nec vera dilectio nec contritio, ſed ficta et inefficax eſt : ex quo cum mortali peccato et cum ignorantia mortaliter culpabili ſtare poteſt, vt probat Angeſt. in morali capitulo decimo tertio in fine, et capitulo decimo quarto, et patet in hereticis et meretricibus et concubinarijs et alijs eiuſmodi peccatoribus. Et hæc poteſt ex naturalibus viribus ſine ſpeciali Dei auxilio haberi ſecundum rectam rationem ſe habendo : quia eſt tantum moraliter bona, vt latius hæc omnia probat Soto vbi ſupra, et libro primo capitulo vigeſimo tertio, et Vega de iuſtificatione libro ſexto capitulo trigeſimo tertio. Scoto in ſecundo diſtinctio. vigeſima octaua, et in quarto diſtinctione decimaquarta quæſtione ſecunda, et alibi. Vtrum autem cum ſacramento vbi eſt fides, ſufficiat ad ſalutem, ſupra in hac quarta opinione dictum eſt, quod quando probabiliter æſtimatur contritio ſufficit, alias non ſufficit. Quia tunc ſine auxilio Dei ſpeciali non habetur.

De ſecunda dilectio ne Dei. De ſecunda autem dilectione Dei efficaci ſupernaturali quæ communiter omnibus eſt obligatoria, et de diſplicentia peccatorum inde orta, eſt duplex opinio. prima Caietani in ſecundo quodlibeto de contritione quæſt. prima, et de confeſſione quæſtio. 4. vbi ponit tria dicta, primũ quod quando non ſit ex ſpeciali motione aut directione ſpiritus ſancti non eſt vltima neque ſufficiens diſpoſitio ad gratiam ſtatim infallibiliter obtinendam, neque eſt vera contritio quouſque gratia informetur, ſed ſolum eſt contritio informis acquiſita vel humana : ſimpliciter autem eſt attritio.

Quod probat tum primo, quia alioquí certus quis eſſe poſſet de ſuo ſtatu gratiæ: cum certus ſit de tali Dei dilectione et diſplicentia peccati propter Deum ſummæ dilectum, ſi ſtatim gratia haberetur.

Tum ſecundo, quia ſicut faciens quod in ſe eſt humano modo ſeruando legem naturæ non ſtatim illuminatur a Deo de neceſſarijs ad ſalutem: ſed opportune ſi perſeuerct. Ita etiam nõ ſtatim datur gratia iuſtificans, ſed poſtea opportune quando placuerit Deo ſi homo perſeueret in dicta Dei dilectione et dolore peccati.

Tum tertio, quia pœnitentia aut dilectio Dei vt a libero arbitrio procedit non eſt ſufficiens præparatio ad gratiam, ſed vt a ſpiritu ſancto procedit : cuius motio eſt principium pœnitentiæ ſalutaris ſecundum Thom. prima ſecundæ quæſtione. 112. articulo ſecundo et tertio, ſed dilectio Dei et diſplicentia ſupradicta poteſt ſuppoſita fide a nobis haberi, eſtque in noſtra poteſtate ſine ſpeciali directione aut motione ſpiritus ſancti ; quia ſicut in noſtra poteſtate eſt conſtituere nobis pro vltimo fine delectationem veneream, lucrum, regnum, vel honorem : ita in poteſtate noſtra eſt habere DEVM pro fine etiam vt eſt beatificus

nobis aut ſanctis, ita quod deliberemus et intendamus ipſum in voluntate noſtra præferre omnibus quæ deſiderari aut haberi poſſunt. Igitur tunc talis dilectio ſuper omnia diſplicétiaque peccati inde orta, quando a noſtro libero arbitrio ſine ſpeciali motione et directione ſpiritus ſancti habetur, eſt humana tantum dilectio et contritio informis inſufficienſque diſpoſitio ad gratiam ſtatim infallibiliter obtinendam.

Secundo dicit Caietanus quod tunc talis dolor infallibiliter gratia informatur fitque vere contritio: quando mouetur homo per auxilium ſpeciale a ſpiritu ſancto ad pœnitendum, quando etiam ea pœnitentia vel dolore vtitur ſpiritus ſanctus ad gratiæ collationem ſecundum Thomam vbi ſupra, quæ quidem motio ſiue directio ſpiritus ſancti fit per hoc quod habita prædicta humana diſplicentia a libero arbitrio, habetur etiam alia a ſpiritu ſancto mouente et diſponente hominis voluntatem ad eam, vel potius per hoc quod eadem numero diſplicentia humana prius ſine ſpiritu ſancto producta poſtea dirigitur et continuatur ſpecialiter per ipſum ſpiritum ſanctum aut per eius auxilium ſpeciale ad gratiæ præparationem, vt ſit vltima diſpoſitio ad gratiam de lege.

Tertio dicit quod hæc motio ſiue directio ſpiritus ſancti prædicta, quæ extra ſacramentum aliquando differtur, in ſacramento non differtur: ſed ſtatim ſimul cum ſuſceptione huius ſacramenti ſemper et infallibiliter fit virtute eius. Et ita ſimul virtute huius ſacramenti ſupradictus homo fit de attrito vere contritus, et iuſtificatur per gratiam ibi collatam virtute ſacramenti. Itaque ſecundum Caietanum illa dilectio Dei ſuper omnia et diſplicentia peccati extra ſacramentum eſt vltima et immediata diſpoſitio ad gratiam, non quidem immediatione temporis ſed alterius diſpoſitionis. Cum ſacramento autem vtroque modo eſt immediata et vltima diſpoſitio ad gratiam.

Opinio. 2. Secunda opinio eſt omnino oppoſita quoad illud dictum primum prædictæ opinionis: et quidem illa opinio quoad id eſt omnino falſa, durisſima et temeraria contra omnes fere doctores, vt eam optime reprobat Soto de natura et gratia libro ſecundo capitulo decimo ſexto et libro tertio capitulo vltimo, et Vega vbi ſupra, et libro nono capitulo. 39. et libro decimo tertio, capitul. 28. et. 34. Nam male conſonat omnibus auctoritatibus ſacræ ſcripturæ de pœnitentia loquentibus ſimul et Theologis docentibus, eodem inſtanti temporis ſimul concurrere vltimam ſeu perfectã diſpoſitionem et gratiam. Quia neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia ſecundum Ambroſium, et Pſal. Dixi confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam, et tu rem. &c. Et Ezech. 18. et. 33. Impietas impij non nocebit ei in quacunque die cõ-

uerſus fuerit. Vbi Auguſtinus ſanctique doctores ſemper intelligunt, in quacunque hora et momento, vt ait Chryſoſtomus, et ad idem eſt expreſſe B. Thom. prima ſecundæ, quæſtione. 112. articulo ſecundo et tertio. Vbi in forma quæſtionem hanc diſputans concludit, quod ex neceſſitate non quidem coactionis ſed legis et infallibilitatis promiſsionis ſuæ Deus dat gratiam per eius auxilium ſe ad eam præparanti: licet gratis hoc et omnia operetur. Nam gratis et ſine vlla probabilitate negatur lex in operibus gratiæ quam Deus inſtituit in operibus naturæ: nempe quod vltimam diſpoſitionem ſimul tempore comitatur et forma. Igitur efficax dilectio Dei ſuper omnia et diſplicentia peccati inde orta etiam extra ſacramentum eſt ſufficiens diſpoſitio ad primam gratiam iuſtificantem remiſſionemq; peccatorum, quando videlicet homini Chriſtiano ſiue fideli vſque adeo diſplicent peccata ſua quia Deum offendit, vt nulla ratione velit peccato conſenſiſſe neque de cetero conſentire: etiam ſi non actu ſic ſit affectus vt malit potius in alia mala incidiſſe quam in peccata, etiam ſi nullam comparationem faciat ad omnia alia mala vel odibilia, vt vbi ſupra faciendum eſſe male dicebat Caietanus.

Et ad rationes eiuſdem ſupra poſitas in prima opinione reſpondeo ad primum negando quod ex hoc ſequatur quod quis poſsit habere infallibilem certitudinem fidei vel euidentiæ de ſuo ſtatu gratiæ: ſed moralem ſiue opinatiuam duntaxat quod ſua præparatio eſt ſufficiens ad gratiam.

Ad ſecundam negatur conſequentia, quia illuminationes non ſunt abſolute neceſſariæ ad reponendum hominem in ſtatu ſalutis, vt patet Actu. decimo, in Cornelio qui ſecundum Auguſtinum antequam per Petrum illuminaretur erat in ſtatu gratiæ: ideo Deus non ſtatim illuminat facientem quod in ſe eſt. At vero quia gratia eſt ad ſalutem neceſſaria: ideo ſtatim eam confert homini per auxilium Dei ſufficienter ad illam diſpoſito, vt dictum eſt, et ita patet diſcrimen.

Ad tertiam quod eſt fundamentum eius negatur minor, videlicet quod ſine auxilio ſpeciali aut ſpiritus ſancti directione æque eſt in noſtra poteſtate diligere Deum ſuper omnia, et dolere de peccatis propter Deum, ac velle vel odiſſe regnum, honorem, diuitias aut ſupplicia, aut præſtituere alium finem humanum. Nam in hoc certe diſſonat a ſeipſo, prima ſecundæ quæſtione. 109. articulo ſecundo et tertio, et a communi doctorum ſententia catholica de auxilio ſpeciali neceſſario ad diligendum Deum ſuper omnia. Quod ſi aliud voluit ſentire, adhuc male coniunxit finem humanum cum ſupernaturali.

De tertia

In tertia dilectione Dei. De tertia tandem dilectione Dei efficaci quidem ſed naturali tantum, & de diſplicentia inde orta eſt etiam quadruplex opinio.

Opinio prima. OPINIO prima Caieta. in quodlib. vbi ſupra, quòd etiam cum hoc ſacramento non ſufficit ad gratiam: niſi habeat peccatum pro ſumme odibili ſupra omnia odibilia, vt ſupra de ſecunda dilectione Dei, & diſplicentia ſupernaturali dictum eſt, quia hic habet locum à fortiori, ſufficit tamen vt cum ea ſacramentum pœnitentiæ ſuſceptum ſit verum, quamuis informe, & vt talis confeſsio reiteranda non ſit, vt ſupra in tertia opinione in ſecundo eius puncto principali dictum eſt.

Secunda opinio. SECVNDA opinio eſt quòd ſine ſacramento non ſufficit ad gratiam iuſtificantem, quia eſt ſine motu fidei theologicæ, ſine qua nullus iuſtificatur in lege gratiæ. Cum ſacramento autem ſufficit ſi probabiliter æſtimatur contritio, aliàs non, vt ſupra in hac quarta opinione latius habetur, quia in tali ſuſceptione ſacramenti eſt profeſsio & motus fidei neceſſarius atq; ſufficiēs ad gratiam cum aliis requiſitis. Sic tenere videtur tacite quàuis non expreſſe Soto de natura & gratia lib. 1. c. 22. & 23. & lib. 2. c. 15. 16. ex Beato Thoma prima ſecunde q. 109. art. 3. & q. 113. & alibi ſi omnia ſimul iungantur. & expreſsius in 4. ſententiarum diſtin. 17. q. 2. art. 5. & diſtin. 18. q. 3. art. 3.

Opinio tertia. TERTIA opinio magiſtri Cano de pœnitētia par. 3. fo. 33. & par. 5. fo. 131. quòd ſine ſacramento non ſufficit: & cum ſacramento hoc etiá ſi ſit cognita attritio credit probabiliter ꝙ ſufficit ad gratiam. quia ibi eſt motus fidei vt proxime dictum eſt: & quia tenet cum tertia opi. principali ſuprapoſita in tertio eius puncto, quòd quęlibet attritio etiam cognita, ſi affectum peccati excludat ſufficit cum hoc ſacramēto ad gratiam iuſtificantem obtinendam.

Opinio quarta. QVARTA opinio magiſtri Vega de iuſtificatione lib. 6. c. 19. 20. & c. 28. & lib. 13. c. 25. eſt quòd talis dilectio Dei immo & diſplicentia naturalis etiam quia peccatum eſt cōtra rectam rationem, ſufficit etiam extra ſacramentum ad iuſtificationē eius qui haberet inuincibilem ignorantiam Dei vel Chriſti & fidei eius: ſine alio motu explicite fidei Chriſti. Et ſecundum eum à fortiori ſufficeret regulariter cum hoc ſacramento, vbi aliquis motus fidei explicite in Chriſtum & eius profeſsio eſt, vt etiá idem tenet lib. 13. cap. 34.

Reſolu. Mihi tamen ſaluo meliori iudicio videtur ꝙ talis dilectio Dei & diſplicentia naturalis tantú inde orta vix dari poteſt in homine fideli, etiam maxime explicitam fide Chriſti habente. quia hic iam habet cognitionem ſuper naturalem per fidem qua actu vel virtute credit & diligit Deū etiam vt principium & finem ſupernaturalem. ſi enim quádo de eius offenſa dolet aduerteret eū eſſe redemptorem & trinum & vnum & beatiſicum nobis: vtique æque & magis ea ratione doleret illumq; diligeret quàm diligit ipsū vt creatorem & finem naturalem hominis actualiter conſideratum. Nec eſt neceſſarium quòd quoties fidelis homo pœnitens vult peccatorum remiſsionem & gratiam per contritionem obtinere exeat in actum fidei huius habendo actualem cōſiderationem de Deo quòd eſt principium & finis ſupernaturalis, puta quòd eſt trinus & vnus redemptor iuſtificator & glorificator hominū. Sed ſufficit quòd cum ſola conſideratione Dei, aut quòd eſt Deus vel benefactor noſter, à quo habemus eſſe & vitam & omne bonum. Vel ꝙ eſt omnipotens vel infinite bonus, ſiue digniſsimus Deus à nobis offenſus, ad ipſum conuertatur fidelis homo peccator per eam dilectionem qua diſpliceat ei illum offendiſſe, & nulla ratione velit iam cum amplius offendere, ſed potins in omnibus mandatis ei obedire. Itaque ſub quacunque harum & ſimilium rationum cum Dei auxilio ſpeciali poſſumus illum ſuper omnia diligere vt principium & finem naturalem vel ſupernaturalem. Nam fides ad hæc omnia credenda de Deo ſe extendit etiamſi ratione naturali demonſtrari poſsint ſecundum Tho. 1. par. q. 1. & 2. Et Seotū in prologo. q. 1. Taliſq; dilectio & diſplicentia peccatorum inde ſuborta, modo vocetur naturalis modo ſupernaturalis, iam ſaltem virtualiter procedit ex præſuppoſita fide theologica aliàs neceſſaria infuſa & acquiſita habituali vel actuali implicita vel explicita Chriſti, de quo aliàs latius, & vt ait Vega vbi ſupra & ſufficit etiā extra ſacramentum ad gratiam iuſtificantem; eſtq; contritio vera vt dictum eſt. Hoc probatur tripliciter. primo quia cuilibet homini fideli habenti dilectionem Dei ſuper omnia veram & efficacem & diſplicentiam veram peccatorum inde ortam de offenſa Dei, Deus ipſe ſine vlla differentia dilectionis huius vel illius præſuppoſita fide & ſpe & aliis (aliàs) neceſſarus de lege promiſit gratiam & remiſsionem peecatorum, vt patet Ioa. 14. Si quis diligit me mandata mea ſeruabit, & pater meus diliget eū &c. Et Matth. 22. & Luc. 10. diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. hoc fac et viues. Et prouerb. 8. ego diligentes me diligo. Et Matth. 3. pœnitentiam agite appropinquat regnum cœlorum. Et Ezech. 18. & 33. Si auerterit ſe peccator ab iniquitatibus ſuis vita viuet. Ad idem eſt Iocl. 2. & Zacha. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos &c. Secúdo probatur idem, quia illa diſpoſitio eſt vltima perfecta atq; ſufficiens ad gratiam ſtatim & infallibiliter obtinendam, quæ ex parte hominis eſt ſufficiens ſimul & ad illam Deus ſpecialiter mouet quam & inſpirat & dirigit per auxilium ſuum ſpeciale ad

finem gratiæ conferendæ, ſed talis eſt prædicta dilectio Dei ſuper omnia & diſplicētia inde ſub orta. ergo eſt ſufficiens ad gratiam. Cōſequētia patet, & maior probatur. tum ex ipſo Beato Thoma prima ſecūdę q. 112. art. 2. id expreſſe dicente. Et Caieta. in quodlib. vbi ſupra. Et Soto de natura & gratia lib. 2. c. 3. & 16. minor autem probatur. Nam quòd ſit ſufficiens ex parte hominis patet quia nihil aliud requirit Deus ab homine ad gratiam iuſtificantem niſi quod conuertatur toto corde ſuo ex fide diligens Deum ſuper omnia, & de eius offenſa doleat vt ſupra probatum eſt. Quod autem Deus ad eam ſpecialiter moueat, conſtat cum ſit ex fide, & ſine auxilio Dei ſpeciali haberi non poſsit ſecundū Tho. prima ſecundę q. 109. art. 3. Et ibi Caieta. & Soto vbi ſupra & c. 22. quamuis Caieta. in quodlib. vbi ſupra id etiam de ſuper naturali Dei dilectione negare videatur. Quod etiam Deus moueat ad prædictum finem gratię conferendę inde patet, quia non dabitur ad quē alium finem Deus moueat: maxime quia id ipſe promiſit in autoritatibus proxime allegatis & aliis eiuſmodi in numeris. Tertio probatur idem, quia niſi ſic dicatur iam infinita fere multitudo ſimpliciū Chriſtianorum non haberet gratiam iuſtificantem extra ſacramentum, qui cum ſola conſideratione quòd Deum offenderunt diligentes eum ſuper omnia, quia Deus eſt vel benefactor noſter, vel omnipotens Deus, vel in quo viuimus mouemur & ſumus ſine alia conſideratione principij, aut finis ſuper naturalis, dolent de eius offenſa cum propoſito amplius non peccandi. Dicere autem omnes hos adhuc in peccato manere impium videtur atque duriſsimum, & contra actu 10. vbi Cornelius ſimiliter amans Deum ſuper omnia etiam antequam per Petrum de fide Chriſti illuminaretur iuſtus erat, vt ibidem ait Aug. Et quidem hæc dilectio Dei quia infinite bonus ſapiens creator & benefactor noſter eſt, licet à Thomiſtis & aliis appelletur naturalis obiectiuè quia eſt de Deo vt eſt principium & finis naturalis, & ſecundum rectam rationem. at vero potius videtur appellanda ſupernaturalis quia ſcilicet, à cauſa ſupernaturali puta à fide vel auxilio ſpeciali, & non ex ſolis viribus naturæ procedit. Ideo non probo quod alioqui doctiſsimus Vega de iuſtificatione conſequenter ad ea quæ ipſe ſuperius lib. 6. c. 18. 19. 20. dixerat, ſcilicet, poſsibilem eſſe etiam nunc ignorantiam Dei inuincibilem, quod inferius in lib. 2. in noſtro tractatu de ignorantia q. 5. latius reprobamus. & poſtea ipſi lib. 13. c. 25. ait apud ignorantem inuincibiliter Deum eſſe, aut ipſum noſtris peccatis offendi, ſufficere ad eius iuſtificationem dolere de peccatis, quia contra rectam rationem ſunt. Hoc vtique non placet & omnino falſum videtur. tum quia ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, & iſte nec fidem nec dilectionem Dei ſufficientem habet ad ſui iuſtificationem. tum etiam quia contra communem doctorū ſenſum & contra decretum cōcilii Triden. ſeſs. 6. 7. & 8. videtur, vbi expreſſe dicitur motū fidei in Deū per Chriſtum aut in ipſum Chriſtum requiri vt principium iuſtificationis. Et quamuis inuincibiliter ignorans ſi daretur excuſetur à nouo peccato non habens fidem: non tamen ſine ſacramento defectum ſupplente fit ex hoc ſufficienter diſpoſitus ad iuſtificationem, vt hoc etiam ait dictum cōcilium ſeſs. 14. c. 4. videlicet quòd dolor ex turpitudinis peccati conſideratione ſine ſacramento ad iuſtificationem nequit perducere peccatorem: bene tamen cum ſacramento vti ſuperius declaratum eſt. Neque huic eſt tunc præcluſa via ſalutis: quia ſi faciat quod in ſe eſt, etiam ſtatim illuminabitur de fide Dei, etiā tunc ad gratiam & ſalutem ſimpliciter neceſſaria. Hic autem non agimus vtrum ſola Dei dilectio ſuper omnia ſine actuali diſplicentia peccati ſufficiat ad iuſtificationem. Eſt enim opinio Scoti & magiſtri Vega de iuſtificatione lib. 6. c. 33. vſque 36. & lib. 9. c. 4. & aliorū quòd ſic, quādo ſic peccator vt ſanctus Bonifacius intētus eſt fortificādo ſeipſum in martyrio & nō cōmode pōt intēdere vt actualiter doleat de mortalibus memorię occurrentibus. Cōtrariū tenēt Soto de natura & gratia lib. 2. c. 13. & 16. & Cano de pœnitentia par. 3. & quidam alij.

Contra ſupradictam quartam opin. principalem huius quæſtionis ſeptempliciter arguitur. primo quia vel illius probabiliter contriti ignorātia eſt inuincibilis aut vincibilis, ſi vincibilis nō ſufficit etiam cum ſacramento, vt ipſa etiam cōcedit opinio; ſi inuincibilis iam ſi cum tali ignorantia pœnitens credit ſe habere diſpoſitionem quam tenetur habere, puta dilectionem Dei, & contritionem veram, ergo vere diligit & conteritur vt oportet. quia nihil eſt tā in poteſtate voluntatis quàm actus eius prædictus cum auxilio diuino ad id requiſito, aliàs non eſſet inuincibiliter ignorans. Quod & confirmatur. quia qui vere vult diligere & diſplicere de offenſa Dei, is vtique ſaltem mediate vel indirecte iam vere diligit & diſplicet ei, vt hoc etiam ait Vega de iuſtificatione lib. 13. c. 28. ex Scoto aliiſq; doctoribus: quamuis non habeat neq; poſsit habere dolorem ſenſitiuum vel triſtitiam intellectiuam quantam ipſe vellet habere, idq; ex aliqua cauſa paſsionem hanc impediente: ergo & ſiā propoſito dum id ſe facere credit. *Argumentum primum.*

Reſpon. ad argumentum poteſt dici ibi eſſe ignorantiam inuincibilem: & ſimiliter vincibilem, craſſam, leuem, vel venialem, non tamen affectatam æquiualētem cognitioni neque mortalem vt ſupra dictum eſt. Et tunc negatur conſequētia: & ad eius probationem dico quòd iſte *Reſpon. ad primum argumentum.*

habere

habere poteſt & habet quidem affectum faciendi quod tenetur ad diligendum & dolēdum, ſed ineſſicacem quod & inuincibiliter vel leuiter ſine mortali ignorat. ignorantia autem hæc licet non tollat poſſibilitatem voluntatis tollit tamen voluntarium ne videlicet efficaciter voluntarius ſit actus verę contritionis, quem tunc habet aut ęſtimat ille pœnitens ſe habere. Ad confirmationem negatur conſequentia. ibi enim iam vere diligit & conteritur qui vere diligere vult & diſplicere: in propoſito autem minime ſed probabiliter tantum.

Replica primum. Quod ſi replicatur primo, quòd ſi talis inuincibiliter ignorat, ergo iam facit quantum in ſe eſt, & tenetur vt negotium poſtulat ad ſciendū ſi vere diligit & cōteritur, aut ſi debite diſcuſſit conſcientiam ſuam: vt ſic ſuppleat defectum: ergo & ad ipſam Dei dilectionem & contritionem veram & debitam examinationem habendam ſecit quod tenebatur. Et cum ad nihil amplius iā ſit obnoxius: ſequitur vlterius quòd iam eſt vere contritus, & illi ſunt remiſſa peccata ante ſacramentum, vel quod non habet prædictam ignorātiam neque probabiliter contritus eſt.

Respon. Respond. negando ſecundam cōſequētiam, quia bene ſtat quòd quis inuincibiliter ignorans factum ſuum credat ſe eſſe in gratia & feciſſe quod tenebatur ad ſalutem, & quòd fallatur in facto, vel quòd non ſe debite diſcuſſerit nec fecerit: quamuis habeat animum id faciendi ſi ſuum defectum recognoſceret. Aliud eſt enim facere quod quis tenetur ad ſciendum ſi fecit aut habet tale quid: aliud eſt facere quod tenetur ad id faciēdum, aut ad ſe reponendum in ſtatu gratię. & ita ſolum ſequitur quòd non peccat de nouo per omiſſionem verę contritionis.

Replica ſecunda. Si vero replicetur ſecundo, quòd ſi talis probabiliter cōtritus & inuincibiliter ſuum defectū ignorās fecit quod in ſe eſt ad ſciendum defectū illum cum affectu ſupplēdi defectum cognitum: ergo Deus ſuccurrit iuuando vt id ſciat & ſuppleat & conteratur vti tenetur. Nam ſecundum communem doctrinam & veram facienti quod in ſe eſt Deus opportune adeſt ad ſalutem.

Reſpon. Reſpon. concedendo cōſequētiam quòd ſcilicet Deus adeſt opportune quando & quomodo oportet ad finem intentum. quod ideo dico quia facienti quod in ſe eſt vt Deus illum illuminet & conferat alia dona non ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem nō oportet q̃ Deus ſtatim, ſed opportune quomodo ſibi placuerit, non ad votum ſed ad vtilitatem videlicet quomodo expedierit, illuminet atque donet ſecundum communiter doctores. facienti autem quod in ſe eſt ad gratiam & ſalutem cum auxilio diuino Deus vtique ſtatim eam confert: quia ad ſalutem neceſſaria eſt. Nunc autem probabiliter contritus nō facit quod tenetur ad gratiam niſi cum ſacramēto actualiter ſuſcepto, vel cum vera contritione ſe ad gratiam vere diſponat, & tunc Deus illam confert. Ad ſciendum autem ſi vere contritus ſit vtique facit quod tenetur & vt à Deo illuminetur, ex quo vt ſupponitur inuicibilem ignorantiam de hoc habet. Sed cum hæc illuminatio non ſit ſimpliciter neceſſaria, ex quo ſine illa per ſacramentum aut per veram contritionē gratia cum tali ignorantia haberi poteſt: non oportet quòd eam Deus tunc vel poſtea concedat, niſi quando & quomodo ipſi placuerit & viderit expedire.

Replica tertia. Tertio tandem replicatur. ſi dicatur quòd illius probabiliter contriti aut eius qui ęſtimat ſe ſufficienter pœnituiſſe ignorantia vincibilis ſed venialis eſt, vt ait Victoria vbi ſupra, ſic melius eſſe dicendum. Contra, quia iam ſequeretur quòd iſte ad ſacramentum hoc accedens ex tali ignorātia indiſpoſitus peccaret mortaliter, nec haberet gratiam ſacramentalem.

Reſpon. Reſpon. dupliciter. primo negando cōſequētiam, non enim facit irreuerentiam ſacramento niſi qui in mortali ſcienter accedit. Sicut ſi quis celebraret ſine ara, quantumcunque eius ignorantia eſſet craſſa, non peccaret mortaliter. Secundo reſpondeo quòd talis ignorantia eſt quidē vincibilis reſpectu delectionis peccatorum, aut præcepti de contritione ſi quod eſſet. inuincibilis autem reſpectu ſacramēti. nec hoc eſt mirabile: aliqua enim ignorantia excuſat reſpectu vnius, quæ non excuſat reſpectu alterius. Exempli gratia. Ignorantia quę excuſaret conferentem ſacramentum in mortali non excuſaret recipientem, vt notum eſt. Quia maior examinatio conſcientiæ requiritur ad recipiendum euchariſtiam quàm ad conferendum, etiam ſi ad vtrunque exigatur conſcientiæ examinatio. ſic Victoria vbi ſupra reſpondet.

Sed tertio modo videtur melius eſſe reſpondendum, quòd illa ignorantia eſt quidem vincibilis reſpectu vtriuſque, ſed venialis, ideo dicitur contritio probabilis & ſufficiens ad excuſandum. Alioqui non excuſaret, neque ibi contritio probabilis eſſet, ſi notabilis aut mortalis eſſet ignorantia.

Argumentū ſecundum. Arguitur ſecundo principaliter ad idem, quia etiam ſi inuincibilis ignorantia ibi detur: at illa ſolum excuſat à nouo peccato dum manet, ſi pręceptum verę contritionis non impleatur: non autem ſufficit ad faciendum ſine ſupplēdum cōtritionem veram, aliàs ad gratiā de lege neceſſariam: neque ad implendum præceptum de illa habenda. Nunc autem diſpoſitio per ſe & de lege neceſſaria ad gratiam ſacramentalem etiam per ſacramentum ſuſcipiendum eſt contritio vera, vt hoc latius probabitur infra in argumentis ſequentibus. ergo prædicta ignorantia non ſufficit, vt ratione eius probabiliter contritus

fiat,

fiat, quamuis per accidens vere contritus aut ſufficienter diſpoſitus ad gratiam ſacramentalem: quamuis excuſet ab indigna ſuſceptione ſacramenti. Maior probatur. quia qui non habet fidem, ſpem, & charitatem, & gratiam, putans inuincibiliter ſe hæc habere, non ideo habet illa. Similiter inuincibiliter credens ſe eſſe baptizatum & ordinatum ſacerdotem, quodq; ſine intentione valet conſecratio, non ideo vere baptizatus & ſacerdos, neque vere conſecrans eſt. & ſimiliter qui nullo modo refert actum in Deum putans inuincibiliter id non eſſe neceſſarium ad meritum vtique non meretur, & ſimiliter non implet præcepta honorandi parentes, aut dandi eleemoſynam, aut confitendi, aut cómunicandi, neque eorum fructum habet: is qui per impotentiam vel per ignorantiam neceſſitatis eorum aut confeſſoris nil tale facit: quamuis à peccato tranſgreſſionis excuſetur: & per bonam animi præparationem actualem id faciendi ſi ſciret aut poſſet mereatur. ita in propoſito putans inuincibiliter ſe eſſe vere contritú & in gratia, non inde fit vere contritus, nec in gratia, neque vere diſpoſitus ad eam, neque præceptum vere contritionis impleuit. Alioqui poſtea quádo ſibi de tali præcepto conſtaret nó teneretur ad eam, cuius oppoſitum ſupra dubio primo dictum eſt. Conſequentia autem probatur, videlicet quòd ratione ignorantiæ prædicta contritio probabilis non fit vera neque ſufficiés diſpoſitio ad gratiam ſine ſacramento. ergo neque cú eo, quia eiuſdem naturæ & virtutis eſt ipſa ignorantia ſemper & vbique, & eſt quid priuatiuum: ſuppletio auté poſitiue diſpoſitionis non niſi per aliquid poſitiuum fieri poteſt.

Reſpon. ad ſecundũ argumentum. Reſpon. ad ſecundum argumentum negádo minorem: conceditur autem maior, ita videlicet quòd ignorantia per ſe non eſt cauſa gratiæ. neque vllius diſpoſitionis ad gratiam vel ad ſacramentum ſuſcipiendum: negatur vero per accidens & mediante ſacramento, & ita negatur conſequentia. dico enim quòd ignorantia per accidens vt priuatiuum quid remouens, prohibens, ideſt, remouens conſcientiam peccati in reatu tantum exiſtentis, quæ conſcientia peccati eſt impedimentum digne ſuſceptionis ſacramenti huius, vt ſupra probatum eſt, iam immediate facit eſſe probabilem contritionem: facit etiam per accidés & immediate illam eſſe diſpoſitionem ſufficientem non quidem ad gratiá ſed ad dignam, vel nó indignam nec iniurioſam ſuſceptionem huius ſacramenti: & eo mediante iam etiam per accidés eſt cauſa gratiæ ſacramétalis & contritionis ſeu diſpoſitionis ad ipſam gratiam. Sacramentum autem per ſe & immediate eſt cauſa inſtrumentalis efficax gratiæ ipſius ſimul & contritionis, ſeu perfectæ diſpoſitionis ad eam in eo qui probabiliter tantum contritus eſt, ſeu diſpoſitus ad ſacramentum. Et ita ignorantia ſemper eſt cauſa per accidens tam probabilis contritionis ſeu diſpoſitionis ad ſacramentum, quàm gratiæ ſacramentalis & contritionis: quamuis illius immediate, huius autē mediate. Sacramentum autem ſemper eſt cauſa per ſe quamuis inſtrumentalis, gratiæ & contritionis ſeu diſpoſitionis ad gratiam, vt ex ſecúdo dubio ſupra patet. In prædicta autem maiori & eius probatione tangitur etiam difficultas, vtrum probabiliter vel inuincibiliter ignorans æſtimansque ſe vere contritum & feciſſe quod tenetur iam coram Deo ſit ſufficienter diſpoſitus & impleat legem & habeat gratiam etiam ſine ſacramento, ac ſi vere feciſſet, modo illa ſit ignorantia iuris modo facti. Nam Maioris in 4. diſtin. 9. q. 1. Et Vega de iuſtificatione lib. 13. c. 26. dicit id probabiliter & pie poſſe ſuſtineri. Soto autem de natura & gratia lib. 2. c. 15. & in 4. diſtin. 18. q. 3. artic. 2. cum quo magis mihi conſtat, id negat.

Argumentum tertium. Tertio principaliter ad idem arguitur. Nam ſecundum omnes doctores peccator contritus eſt materia huius ſacramenti, vt etiam patet ex concilio Florentino & Triden. ſeſs. 14. c. 3. vbi expreſſe dicitur quòd materia vel quaſi materia huius ſacramenti ſunt actus pœnitentis, videlicet cordis contritio, oris confeſsio, & operis ſatisfactio. Neque valet dicere ꝙ ibi intelligitur etiam attritio, vt ſupra in reprobatione tertiæ opinionis. iſte ſenſus cum aliis quibuſdam confutatus eſt. Neque etiam valet dicere ꝙ intelligitur de contritione vera vel probabili, quod quadrupliciter probatur. Tum primo quia ſi cócilium id intendiſſet certe id facile exprimere potuiſſet. Tum ſecundo quia concilium loquitur de cótritione ex lege requiſita ad gratiam & peccati remiſsioné tam extra ſacramentum quàm cum ſacramento. hæc autem eſt vera & non ſolum probabilis contritio, vt patet ex reprobatione tertii puncti tertię opinionis.

Tum tertio quia cócilium Triden. ſeſs. 6. c. 6. ait diſponũtur peccatores ad iuſtitiam dum excitati à diuina gratia & adiuti fidem concipientes mouentur in Deum &c. Sequitur illumq; tanquam omnis iuſtitię fontem diligere incipiút: ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationem &c. Vbi odium & deteſtatio peccati requiſita etiá ad baptiſmú ſalutarem dicit cócilium quòd oriri debet ex dilectione Dei: & à fortiori ad ſacramentum pœnitentiæ fructuoſum. talis autem eſt contritio vera nó autem probabilis tantum, ergo illa prę-requiritur. Tum denique quarto quia ſecundum communiter doctores dolor peccatorum requiſitus etiam cum ſacramento ad ſalutem debet neceſſario eſſe ex charitate ſeu dilectione non ſolum concomitante aut aſsiſtente ſed effe-

ctiue

ctiue ad doloris productionem concurrente: ex quo ille dolor eſt propter Deum offenſum. vel ſaltem prædicta dilectio Dei aut dolor propter Deum præcedere debet ſuſceptionem ſacramẽti. quod patet ſecundum Hieronymum & habetur de pœnitentia diſtin. 2. c. ſi enim, vbi habetur. Opera ſeu ſacramentorum participatio, niſi ex charitate procedant, apud Deum nec iuſtitiam nec innocentiam præſtant. Hæc ibi. Et ad idem eſt Auguſtinus de vera & falſa pœnitentia c. 4. c. 9. & alii doctores qui referũtur de pœ. diſt. 2. c. charitas vt mihi, c. charitas eſt aqua. c. ſemel, c. tolle, c. cognouerunt. Et diſtin. 3. c. ſunt plures. & de conſecra. diſt. 4. c. ſolet. & c. quomodo. & c. gratia, de quo latius Medina de pœnitentia q. 2. q. 4. & de confeſsione q. 51. & Soto de natura & gratia lib. 2. c. 13. & Vega de iuſtificatione lib. 13. c. 14. lib. 6. c. 28. 30. & Cano de pœnitentia par. 3. conclu. 1. ergo cõtritio vera neceſſaria eſt, & probabilis non ſufficit cum hoc ſacramento ad iuſtificationem.

Reſpon. ad [illegible] Reſpon. ad antecedens quòd verba conciliorum atque doctorum loquuntur de materia per ſe & regulariter ſacramenti pœnitentiæ quæ eſt contritio vera: quo non obſtante per accidens eſt etiam probabilis. & ad primam probationem in oppoſitum quòd ſcilicet concilium id expreſſiſſet ſi id intendiſſet, dico quòd non erat talis expreſsio neceſſaria: tum quia regulariter loquens, de materia quæ eſt contritio vera regulariter requiſita, loqui debuit. Ideo nec oportebat caſus ſpeciales contingentes explicare in quibus per accidens ratione ignorantiæ contritio etiam probabilis poteſt eſſe materia & diſpoſitio ſufficiens ad hoc ſacramentum actualiter fructuoſum. Sicut & materia cõfeſsionis fructuoſe regulariter eſt & dicitur cõfeſsio vocalis: qua non obſtante etiam ex cauſa rationabili eſt confeſsio per nutus & ſigna & per ſcripturam præſentis pœnitentis. tum ſecundo quia ſufficit quod alibi dictum concilium ſeſ. 14. c. 4. id ſufficienter explicuit, dum ait attritionem ex conſideratione turpitudinis peccati ortam cum hoc & nõ ſine illo diſponere ad ſalutem, vt ſupra declaratum eſt quod non niſi de ea quæ eſt cõtritio probabilis intelligi poteſt. Ad ſecundam autem probationem Reſpon. quòd contritio de lege regulariter requiſita eſt vera contritio: per accidens autem poteſt etiã eſſe probabilis vt dictum eſt. Ad tertiam Reſpon. quòd ſicut vera contritio ex vera Dei dilectione procedit: aut ſimul eſt cum ea: ita & probabilis ex probabili Dei dilectione eſt: modo id fiat per duos actus quorũ alter in Deum puta dilectio Dei ſit, alter puta dolor in peccatum ex dicta Dei dilectione vere vel probabiliter habita procedat: modo id fiat per vnicum actum quo tendit homo in medium ſimul & in finem, puta per odium peccati propter Deum vel per dolorem de offenſa Dei vere vel probabiliter ſuper omnia dilecti. Et ita concilium optime intelligitur de Dei dilectione vere vel probabiliter habita, quòd hæc ſaltem prærequiritur & ſufficit cum hoc ſacramento ad iuſtificationem. Ad quartam ſimiliter Reſpon. negando antecedens, dico enim quòd dolor prærequiſitus cum ſacramento debet eſſe per ſe ex Dei dilectione vere, vel probabiliter habita per accidens vt proxime dictum eſt. & tunc virtute ſacramentum ſicut efficitur vera contritio intrinſeci vel extrinſeci vt ſupra dubio ſecundo veraq; dilectio Dei: ita ſimul tempore eſt gratia & charitas infuſa. quam non oportet præcedere ſed ſufficit comitari veram cõtritionem & dilectionem Dei quæ eſt vltima diſpoſitio cõcomitans ipſam formam gratiæ, vt patet ex ſupradictis & late probat Vega de iuſtificatione lib. 6. c. 35. contra B. Tho. & alios. quæ quidem vltima diſpoſitio non ſemper tempore ſed natura in genere cauſæ materialis ipſam formã gratiæ præcedit: non autẽ in genere cauſę efficientis ſiue formalis: de quo latius Scotus in 4. diſt. 14. & B. Tho. prima ſecundę q. 113. art. 3. & 6. & 8. & Soto de natura & gratia lib. 2. c. 8. & c. 3. & alibi doctores communiter. Et ad c. ſi enim dico quòd id eſt generaliter verum quod requiritur per ſe charitas vere, vel probabiliter habita per accidens cum ſacramento. ſicq; intelligitur accommode, ita videlicet quòd niſi opera ex vera charitate ſaltem acquiſita procedant vel propter Deum fiant extra ſacramentum: & ſacramẽtorum participatio ſiue ſuſceptio niſi procedat ex dilectione Dei vere vel probabiliter habita non præſtant iuſtitiam nec innocentiam.

Alię autem auctoritates ſolum probant ſicut & conceduntur quòd ad iuſtificationem requiritur gratia & charitas vel dilectio Dei & contritio vera. Quod vtique verum eſt: nam hæc omnia ſimul habentur virtute ſacramenti cum contritione probabili ſuſcepti vt declaratum eſt. Nã & dum probabiliter contritus nititur ad veram contritionem quæ ex vera Dei dilectione procedit, iam ad ipſam nititur dilectionem Dei, & ideo dicitur initiatiue vere contritus, ſicut & vere reſuſcitatus initiatiue licet non perfecte ante ſuſceptũ ſacramẽtũ: eo aũt ſuſcepto virtute eius vere & pfecte contritus & reſuſcitatus eſt à morte peccati. ad quod de nõ probabiliter contrito, qui ad veram contritionem ſcienter exiſtens in peccato non nititur, dici non poteſt.

Quarto arguitur ad idem, quia de lege prærequiritur ad hoc ſacramentum pœnitentia cordis impletiua legis ſiue præcepti de pœnitendo ad remiſsionem peccatorum habendam, vt patet tum ex hac ipſa opin. 4. tum etiam quia ſecundũ omnes doctores non videtur vbi alia pœnitentia cum hoc ſacramento peccatoribus impoſita ſit.

talis

talis autem eſt contritio vera non autem probabilis tantum, quæ vera contritio eſt, ergo contritio probabilis cum hoc ſacramento non ſufficit ad ſalutem.

Reſpon. ad quartum argumentum.

Reſpon. negando maiorē ſi intelligatur de pœnitentia impletiua præcepti etiam extra ſacramentum de qua argumentum procedit. Conceditur autem ſi intelligatur de pœnitentia impletiua præcepti vel legis, quæ eſt neceſſaria ad finem remiſsionis habendę etiam cum ſacramēto, & tunc negatur minor. Nam ſecundum Scotum & alios eſt duplex via vel lex pœnitentię ad ſalutem: altera extra ſacramentum & hæc eſt contritio vera: altera cum ſacramento & hæc eſt per ſe contritio vera, vel probabilis per accidens; vt prædicta noſtra tenet opinio.

Argumentum quintum.

Quinto principaliter ad idem arguitur probādo quòd attritio etiam ſcita de qua tertia opinio in tertio puncto vbi ſupra egit etiam ſi non ęſtimetur probabiliter cōtritio ſufficit cum hoc ſacramento ad ſalutem. Quia illa attritio, qua videlicet ex timore inferni quiſpiam dolet de omnibus peccatis ſuis, ſufficit cum hoc ſacramēto ad gratiam iuſtificantem, vt expreſſe habet concilium Triden. vbi ſupra in tertio puncto tertię opinionis allegatum, quæ ſine ſacramento non ſufficit. Et in illo concilio nil dicitur ſi ſit probabiliter ęſtimata contritio vel non: ſed ſimpliciter & indiſtincte dicitur quòd illa cum hoc ſacramento diſponit ad gratiam vel perducit ad ſalutem, ergo non oportet quòd ſit probabilis contritio. Conſequentia patet. Quia vbi vis non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus ſecundum gloſſ. in c. Saluator. 1. q. 3. & c. ſolite de maiori. & obedi.

Et confirmatur, quia quod ex ſe & ſimpliciter ex lege eſt tale: etiam ſcitum adhibitum ſuę operationi eſt tale: Nam quod eſt per ſe non variatur ex ignorantia vel ſcientia per accidēs adueniente, ſed hoc ſacramentum eſt per ſe directe & ſimpliciter à Chriſto inſtitutum ad viuificandum vel ſuſcitandum mortuos ſpiritualiter per remiſsionem mortalium peccatorum, vt ſupra dubio tertio, ipſa etiam concedit opinio 4. ergo in quocunque attrito etiam ſciente ſe in ſufficienter contritum, dummodo non habeat obiicem affectus peccati etiam ſi nō ſit probabiliter contritus hoc ſacramentū confert gratiam iuſtificantem. alioqui ſolum per accidens vel à caſu & indirecte hoc ſacramentum ſuum effectum haberet. quando videlicet pœnitens inuincibiliter errauerit, & ex tali ignorantia punctum verę contritionis nō attigerit & ęſtimauerit ſe verę contritum. Et quidem ridiculum videtur quòd ſacramentum hoc, quod de ſe eſt medicina ſalutis & vitæ & viuificat mortuos eā non præſtet, niſi ei qui iam illam habuerit per veram contritionem, vel qui per probabilem putauerit ſe habere.

Reſpon. ad quintum argumentum.

Reſpon. negando conſequentiam. Quia illud concilium nō dicit quòd illa attritio ſufficiēter diſponit aut perducit cū ſacramento ad gratiam, ſed quòd diſponit ad eam. quod verum eſt ſed non ſemper eodem modo: nam etiā in ſacramento aliquando diſponit inſufficienter remote vel nō niſi mediātibus alijs diſpoſitionibus melioribus ad quas paulatim ducit, quādo ſcilicet, cognoſcitur ꝙ non eſt vera contritio ſed attritio. Aliquando vero diſponit ſufficienter & immediate vel de propinquo ſine vlla alia diſpoſitione ſed cum ſacramento, quando ſcilicet, ille ſic attritus ęſtimat probabiliter ſe eſſe cōtritū. Et quāuis id ibi non exprimatur, ſufficit ꝙ talis limitatio ſiue diſtinctio aliunde ſufficienter habeatur, vt ſupra in probationibus quartæ opinionis late oſtenſum eſt. Et ad confirmationē Reſpon. negando conſequentiam, quia licet virtus ſacramenti in ſubiecto diſpoſito non varietur ex ignorantia vel cognitione per accidēs adueniente; variatur tamen diſpoſitio ſubiecti, i. pœnitentis: qui ratione ignorantiæ probabilis ſit ſufficienter diſpoſitus ad ſuſceptionem ſacramenti: qui cum conſcientia vel cognitione peccati non eſſet, vt ſupra probatum eſt. Et ita hoc ſacramentum non per accidens ſed per ſe ſuum ſemper habet effectum, quamuis in eo ſubiecto ſeu pœnitente qui per accidens, ſcilicet, ratione ignorantiæ probabiliter contritus ſufficienterque diſpoſitus ad illud ſalubriter ſuſcipiendum effectus eſt. Neque id ridiculum ſed rationabiliſsimum eſt, vt ſacramentum ſalutis & vitæ non niſi digne vel ſaltem non indigne accedentibus & præparatis ſalubriter præſtetur: quales illi duntaxat ſunt qui initium aliquod vitæ ſpiritualis per veram vel probabilem contritionem habent, vt ſupra & dubio ſecūdo & tertio latius declaratum eſt in quarta opinione.

Argumentum ſextum.

Sexto arguitur ad idem. quia ſi contritio probabilis cum hoc ſacramento ſufficit ad iuſtificationem: hoc ideo eſt quia ipſum ſacramentum ſaltem per accidens nō exigit diſpoſitionem de ſe ſufficientem ad gratiam, puta non exigit contritionem veram, ſed ſolum diſpoſitionem amouentem obiicem peccati vt ita ſacramentum digne ſuſcipiatur, vt patet ex ſupradictis in ipſa quarta opinione. Sed idem obex tollitur ſecundum prædictam tertiam opinionem per illam attritionem etiam cognitam ſine affectu peccati, ergo illa ſufficit & nō opportet ꝙ probabilis cōtritio ſit cum hoc ſacramento, conſequentia patet cum maiore: & minor probatur. quia primo non requiritur quòd tollatur obex peccati in ſe vel per veram eius contritionem vel remiſsionē ante ſacramentum vt patet, quia nec contritio probabilis ſic tollit, neque ſacramentum vnquā conferret gratiam iuſtificantem. Nec ſecundo

requiritur

requiritur quòd tollatur obex peccati in conſcientia per hoc quòd pœnitens credat ante ſuſceptionem ſacramenti eſſe iam ſibi remiſſum & ſe eſſe in ſtatu gratiæ. Quod inde conſtat, quia ipſa etiam quarta concedit opinio quòd quomodocunque attritus ſi probabiliter eſtimat ſe diſpoſitum, aut præſtitiſſe quod requiritur ad hoc ſacramentum digne ſuſcipiendum, vtique virtute ſacramenti iuſtificatur. Nunc autem prædictus attritus etiam ſciens ſibi ante ſacramentum non eſſe remiſſa peccata propter doloris imperfectionem, ſed credens per ſacramentum eſſe remittenda, maxime ſi opinatur ſe eſſe ſic diſpoſitum ad digne ſuſcipiendum hoc ſacramentum, vt tertia opinio dicit: vtique hic probabiliter æſtimat ſe præſtitiſſe quod requiritur ad hoc ſacramentum digne & cum bona fide ſuſcipiendum. ergo virtute ſacramenti iuſtificatur: nec vlla alia probabilis contritio requiſita eſt.

Reſpon. ad ſextum argumentum. Reſpon. ad ſextum negando minorem: & ad eius probationem negatur ſecundum, quòd ſcilicet non requiratur quòd tollatur obex peccati in conſcientia, vt ibi dicitur. Immo dico id eſſe neceſſarium, quòd actualiter vel virtualiter pœnitens acceſſurus ad hoc ſacramentum id credat, vel ſaltem non credat ſe eſſe in mortali actu vel in reatu ſeu quouis modo: & non ſufficit quòd æſtimet ſe eſſe diſpoſitum ad digne ſuſcipiendum hoc ſacramentum, niſi ſimul ſaltem virtualiter æſtimet probabiliter ſe iam ab omni peccato mortali liberum eſſe, & hoc intelligit prædicta quarta opinio per contritionem probabilem vel per probabiliter contritum.

Idq; ſæpe ſimplicibus bona fide confitentibus accidit: qui probabiliter æſtimantes ſe eſſe ſufficienter examinatos & diſpoſitos aut ſine mortali negligentia præſtitiſſe quod tenentur ad debite vel digne confitendum, parati ſupplere defectum ſi recognoſcerent, cum ſua attritione ſine affectu peccati nihil aliud examinantes nec aduertentes ſi habent peccatum in conſcientia vel gratiam; cum bona fide putantes ſe per ſacramentum remiſsionem peccatorum & gratiam adepturos confitentur: hi vtique iam virtualiter æſtimant ſe probabiliter eſſe contritos & in ſtatu gratiæ, dignosq; ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum: quos ego in ſtatu ſalutis virtute ſacramenti pie cenſeo eſſe reponendos.

Secus de viro docto qui ſe cognoſceret ſe non eſſe vere contritum, ſed potius conſcientia peccati mortalis in actu vel affectu vel in reatu grauiter remorderi: vtique non eſt ſufficienter diſpoſitus ad hoc ſacramentum digne ſuſcipiendum. Quod ſi iſte vir doctus teneret cum tertia opinione talem diſpoſitionem ſufficere ad digne accedendum ad hoc ſacramentum: & ſic illud ſuſciperet: excuſaretur quidem à noua culpa ratione ſuæ ignorantiæ inuincibilis ſequendo probabilem illam opinionem. Sed vtrum haberet gratiam iuſtificantem virtute ſacramenti, ipſe diceret quòd ſic: ego autem ſtans in hac opinione quarta dicerem quòd non.

Si contra hoc arguatur. quòd ſi ratione ignorantiæ iſte doctus à nouo peccato excuſatur accedendo ad hoc ſacramentum: ergo iam digne vel ſaltem non indigne accedit: & ergo habet gratiam iuſtificantem.

Reſpon. negando primam conſequentiam, ſed ſolum ſequitur quòd ratione ignorantiæ non peccat de nouo ſic digne accedendo ad hoc ſacramentum: quòdq; ipſe probabiliter credit quòd non indigne accedit.

Septimo ad idem arguitur, quia hæc opinio exponit homines perpetuę perplexitati & anxietati, ſi videlicet habuerint probabilem contritionem ignorantiamq; probabilem & gratiam vel non, ſi tandem eſt reiteranda confeſsio vel non. Nam hæc omnia pendent ex hoc ſcilicet, ſi illa ignorantia fuit inuincibilis vel non. Nunc autem id cognoſcere valde difficile eſt. quod inde patet: quia aut homines communiter nouerunt quidem ad veram contritionem eamq; attigerunt, aut non. Si non, ergo ſemper erit ignorantia inuincibilis quoties putauerint ſe eſſe contritos, eruntq; ſemper probabiliter contriti. Si ſic, quod & potius dandum videtur, cum ſint communiter de hoc inſtructi & ſæpe vere contriti: ergo nunquam erunt probabiliter tantum contriti: quia nunquam habebunt ignorantiam inuincibilem ſed vincibilem de eo quod oportet facere ad veram contritionem habendam. Nam qua ratione bis aut ter veram contritionem habuerunt, eadem & quoties voluerint facere quod in ſe eſt ſcient & poterunt eam habere. igitur ex hac opinione vel omnes ſcrupuli exponuntur: vel dicendum eſt quòd etiam vincibilis ignorantia ſaluat, & quòd etiam cognita attritio prædicta ſine affectu peccati vt ait tertia opinio, cum hoc ſacramento ſufficit ad iuſtificationem. *Argumentum ſeptimũ*

Reſpon. ad ſeptimum argumentum. Reſpon. negando quòd ex hac opinione exponantur homines perplexitatibus &c. & ad probationem negatur minor, quòd ſcilicet id cognoſcere ſit valde difficile. & dum id probatur, dico quòd homines communiter id nouerunt quid de lege requiratur ad veram contritionem: negatur tamen conſequentia, quòd ergo nunquam erunt probabiliter tantum contriti. Nam cum illa cognitione iuris aut legis ſtat probabilis ignorantia facti, ſi videlicet ſufficienter id fecerunt, ſi vere propter Deum

ſuper omnia & efficaciter doluerunt aut verum propoſitum cauendi habuerunt, ſi & fecerunt quod ſe ad ſalutem facturos eſſe nouerunt vt oportet, vt ſupra in reſpōſione ad primum argumentum latius habetur. & talis probabilis ignorantia iuris aut facti ſæpe contingens potius liberat homines à multiplici perplexitate atque periculo, eosq; ſæpe probabiliter contritos facit: & cum ſacramento vt dictum eſt prodeſt ad ſalutem.

QVAESTIO III.

Vtrum miſſa, oratio, vel quodlibet aliud ſuffragium ſeu bonum opus pro multis factum æque poßit ſingulis ac ſi pro vno tantum fieret eorum, & æque ſit ſatisfactum ſingulis eorum quibus id ſpecialiter promiſſum eſt.

RESPON. Circa hoc ſunt quinque opiniones ad quarum declarationem quinque notabilia præmittenda ſunt.

Notabile primum. Primum eſt, quòd in miſſa ſunt tria ſecundum Tho. tertia par. ſum. quæſt. 79. articu. 7. & in 4. ſententiarum diſtin. 12. quæſt. ſecunda, arti. 2. quæſtiuncula. 4. Nam ibi eſt ſacramentum, & ſacrificium vel oblatio, & oratio eccleſiæ vel ſacerdotis. Eſt quidem ſacramentum quatenus eſt ibi Chriſtus ſub ſpeciebus ſacramentalibus, & quantum ad hoc non eſt ad propoſitum: quia effectus ſacramentalis eſt ſolum reſpectu ſumentis: & non efficit remiſſionem pœnæ directe per viam ſatisfactionis, ſed concomitanter ratione gratiæ quæ confertur, vt de hoc latius Gabriel in canone lectione 85. quatenus autem eſt ſacrificium vel oblatio paſsionis & mortis Chriſti rememoratiua ſeu repræſentatiua, quæ à nobis Deo offertur, vtique eſt ad propoſitum: ſimiliter quatenus ibi eſt oratio ſacerdotis nomine ſuo & eccleſiæ.

Notabile ſecundum. Not. ſecundo quòd meritum & præmium ſeu fructus ſacrificij vel ſacramenti poteſt eſſe duplex, ſcilicet, ex opere operantis, & ex opere operato proueniens. Ex opere operantis eſt illud quod ratione boni motus ſeu operis ipſius agentis, modo ſit ipſe miniſtrans modo ſit ſuſcipiens, & propter meritum eius cōgrui vel condigni ipſi vel alteri prouenit. Ex opere autem operato eſt quod virtute aut ratione ipſius ſacramenti vel ſacrificij tanquam inſtrumenti applicatiui paſsionis Chriſti & applicati ſecundum Dei & eccleſiæ inſtitutionem prouenit, videlicet propter merita Chriſti tantum ibi applicata. Ita in ſacramentis & in ſacrificio miſſæ vltra fructum prouenientem ex bono motu offerentis vel ſuſcipientis eſt alius fructus proueniens propter merita Chriſti ſpecialiter ex inſtitutione diuina: & iſte dicitur ex opere operato, qui aliquando pōt eſſe ſine primo fructu ex opere operantis, vt in paruulis baptizatis.

Et quamuis Caietanus in quodlib. de valore miſſę dicat quòd miſſa vt eſt ſacramentum habet quidē valorē ex opere operato, non autem vt eſt ſacrificium quod offertur, & putat pro ipſo facere B. Tho. tertia par. quæſt. 79. art. 5. & quæſt. 82. artic. 6. at vero communiter tenetur quòd etiam vt eſt ſacrificium, quod conſtat ex conſecratione, oblatione, & ſumptione, habet virtutem ex opere operato, ideſt, ex inſtitutiōne diuina etiam ſi nullus offerens ſit in gratia. idq; eadem ratione diuinæ inſtitutionis, qua vt eſt ſacramentum dicitur habere virtutem ex opere operato, vt hoc etiam dicit Couarruuias vbi infra, & Soto in 4. diſtin. 3. quæſt. 2. artic. 1. in quodam dubio, latius probat ſecundum Tho. tertia par. quæſt. 79. articu. 7.

Sed vtrum iſte fructus creſcere poſsit vel minui ſecundum maiorem vel minorem diſpoſitionem ſuſcipientium vel operantium: an ſit taxatus ſecundum diuinam inſtitutionem quo ad omnes latius infra in 5. opinione concluſione quarta habetur.

Rurſus dubitatur. Vtrum in hoc ſacrificio & ſuffragiis & orationibus quibuſcunque per eccleſiam inſtitutis factis ab eius miniſtris nomine ipſius eccleſię, id quod ſolum prouenit ex merito ipſius eccleſię vltra fructum ipſius miniſtri ſit aut dici poſsit ex opere operato an ex opere operantis? *Dubium.*

Reſpon. Reſpon. Vtroque modo appellatur à multis: mihi vero melius videtur ex opere tantum operantis dicatur. quia non ex ſolo merito Chriſti & eius inſtitutione talis fructus prouenit: tum etiam quia non ſemper ea omnia ſunt inſtrumenta applicatiua paſsionis Chriſti ab ipſo Chriſto inſtituta, ſed potius, vt ſupponitur, ratione boni motus aut meriti eccleſiæ id obuenit, ſicut & alia quæ ex meritis alterius ſperantur. quamuis id Scotus in 20. quodlibeto art. 2. ex virtute ſacrificii. & Gabriel in 4. diſtin. 1. & 4. & 45. cum aliquibus aliis id ex opere operato appellent, & nobiſcum conſonat expreſſe Couarruuias in repetitione de excommunicatione in ca. alma mater. de ſententia excom. par. 1. §. 5. nume. 6. fo. 47. 48. In bonis autem operibus quæ neq; per Chriſtum neq; per eccleſiam inſtituta ſunt, neque nomine eccleſiæ fiant, vt in eleemoſyna, ieiunio, & oratione particulari & eiuſmodi, vnicus tantum fructus ex opere operantis eſt.

Notabile partum.

Nota. tertio ex Scoto vbi ſupra, & aliis doctoribus, quòd ſacrificium & quodlibet bonum opus poteſt tripliciter valere ſiue prodeſſe, ſcilicet., ſpecialiſsime, generaliſsime, & medio modo, ſpecialiter alicui illud applicando.

Specialiſsime quidem applicatur ſeu valet ipſi ſolum operanti diſpoſito, nec poteſt alteri applicari. & iſte fructus eſt fieri bonum ex tali opere, & mereri immediate gratiam & gloriam, & implere mandatum, vel legem gaudium conſcientiæ ex illo bono opere, & alia huiuſmodi quæ non niſi ipſi operanti ex natura operis & lege diuina conuenire aut prodeſſe poſſunt.

Secundo modo generaliſsime valet idq; dupliciter, ſcilicet, vel ratioue tantum vnionis gratiæ, vel charitatis, vel ratione generalis ſeu habitualis intentionis applicantis. Primo modo videlicet ratione vnionis charitatis hoc ſacrificium ſicut & quodlibet bonum opus viri iuſti prodeſt generaliter omnibus & ſolis exiſtentibus in gratia, etiamſi eis per intentionem nullo modo applicetur, vt ait B. Tho. in ſexto opuſculo ſuper id, Credo ſanctorum communionem, ſecundum communiter doctores, pſalm. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te Domine. Nec ab hac participatione poteſt excludi qui eſt in gratia vel charitate: quia charitas facit ſocietatem in Chriſto & amicorum ſpiritualium bona omnia ſpiritualia communicabilia eis eſſe communia: ſicut in beatitudine omnes inuicem ſibi communicant atque participant gaudium, vt eis conuenit. Ratione autem generalis intentionis ſaltem habitualis eccleſiæ, aut viri iuſti bonum opus facientis, vtique hoc ſacrificium ſicut oratio valet & prodeſt toti eccleſiæ, & omnibus fidelibus eius non præciſis, etiamſi ſint peccatores in mortali peccato, vt ait Scotus vbi ſupra & alii doctores communiter, quia ex charitate qua iuſti tenentur omnes diligere & de facto diligunt, & intendunt ſaltem virtualiter vt bona ſua proſint generaliter omnibus aliis. membris ſeu filiis eccleſiæ, quibus & quomodo ſine alicuius præiudicio illis prodeſſe poſſunt, ideo & quando pro ſe vel pro alio ſpecialiter orant etiam tũc generaliter pro omnibus orant & offerunt ſacrificium hoc, dicentes, pater noſter qui es in cœlis &c. Et ſuſcipiat dominus ſacrificium hoc ad vtilitatem totius ſanctæ eccleſiæ &c. Et ad hunc ſenſum etiam intelligitur articulus ille fidei, Credo ſanctorum communionem, vt bene id declarat quidam alius magiſter Soto de inſtitutione Chriſtiana lib. 3. ca. 16. fol. 205. fol. 209. dicens quòd duas cõmunicationes, ſcilicet, exteriorem in ſacramentis & conuerſatione Chriſtiana, & interiorem ſub vno capite vnius eccleſiæ habet hæc communio ſanctorum, ideſt, fidelium omnium. Qui etiam ſi ſint peccatores, non præciſi dicuntur, & ſunt ſancti ſicut & tota eccleſia dicitur ſancta, vocatione ſacramenti, & fine ſeu etiam inſtituto vel officio vel miniſterio miniſtrorum eccleſiæ, hæc etenim omnia ſancta ſuut & ad ſanctitatem acquirendam, conſeruandam, vel præſtandam dedicantur & ordinantur; ex quibus eccleſiæ vera vnitas conſtat: & orationibus & meritis omnes omnibus fidelibus proſunt atque communicant.

Si quæratur quę bona ſeu fructus hoc vel illo modo generaliſsimo communicantur vel participantur. Reſpon. quòd ſunt gaudium ſpirituale & bona alia ſpiritualia & etiam temporalia, puta collatio bonorum, remotio malorum, & dęmonum tentantium debilitatio, & alia eiuſmodi quæ Deus liberaliter concedit aliquibus propter orationes & bona amicorum opera, ſecundum diſpoſitionem & dignitatem participantium ſimul & diuinum beneplacitum. Ideo quando ſunt plures ſancti, & plura bona opera ſanctorum in eccleſia, plura etiam beneficia Deus largitur eccleſiæ.

Satisfactio autem pœnarum ſecundum Scotum vbi ſupra non eſt fructus proueniens hoc modo generaliſsimo, quod ego limito, ſi ratione vnionis charitatis tantum fiat; alioqui ille qui eſſet in maiori charitate eſſet tunc debitor minoris pœnæ quàm alii, propter maiorem eius diſpoſitionem ad plus participandum de ſatisfactionibus huius ſacrificii & aliorum iuſtorum, quod non videtur verum. Supplementum autem Gabrielis in 4. diſtin. 45. quæſt. ſecunda. dubio tertio. prop. 7. & Honcala in tractatu de valore miſſę articu. 6. tenent probabiliter & indiſtincte quòd ſic. quod ego limito de fructu ſatisfactorio proueniente ratione intentionis generalis ſeu habitualis huius valoris ſeu modi generaliſsimi, vt ſupra declaratum eſt. quia ſcilicet eccleſia & ſancti generaliter intendunt quòd hoc ſacrificium & bona eorum valeant quibus & quomodo valere poſſunt ſine alicuius præiudicio: aut quòd talis eorum fructus ſatisfactorius ſuperabundans reponatur in eccleſiæ theſauro diſtribuẽdus per indulgentias, vt in tractatu de indulgentiis latius egimus. Gratia vero gratum faciens non eſt fructus hoc modo generaliſsimo immediate proueniẽs alicui ex alterius miſſa ſeu opere bono: ſicut nec ~~ecclesia~~ eſſentialis [gloria] bene tamen diſpoſitio ſeu Dei auxilium diſponens ad gratiam.

Tertio modo ſpecialiter valet ſeu prodeſt bonũ opus tam ipſi operãti quàm etiã aliis quibuſ-

D 2 cunque

cunque, ex intentione etiam virtuali operantis mediate vel immediate fuerit ſpecialiter diſtinctè vel confuſe applicatum. & hic valor pendet ſolum ex intentione ſpecialiter applicantis, vt dictum eſt. Et iſta applicatio ſpecialis poteſt fieri diſtinctè pro vno aut pro multis in particulari, & etiam confuſe pro illis multis aut pro omnibus applicando. idq; vel ex æquo cuilibet eorum: aut vni vel aliquibus pluſquam alii vel aliis vt placuerit applicanti. quæ diuerſa intentio applicantis ſi actualiter vel virtualiter non eſſet: non plus valeret vni quàm alteri eorum quibus ſic ſpecialiter ex æquo applicatur ſecundum diuerſas quo ad hoc opiniones quæ infra citantur.

Et quòd iſte tertius modus valoris ſpecialis diſtinguatur ab aliis duobus ſupra dictis ſecundum Scotum in 20. quodlibeto tam quo ad vim meritoriam quàm quo ad ſatisfactionem, patet ex ritu eccleſię inſtituentis miſſam aut aliud ſuffragium ſpecialiter pro hoc vel illo homine, pro ſalute, pro tali bono obtinẽdo, pro pace &c. qui valor non eſt ſpecialiſsimus pro ipſo ſolo operante: neque generaliſsimus, ex quo valet etiam peccatoribus quibus non valeret niſi eis ſpecialiter applicaretur: ergo valet ſpecialiter illis tantum quibus applicatur. Alioqui fruſtra eſſent tales ſpeciales miſſarum & orationum applicationes per eccleſiam inſtitutæ.

Et ſi quæratur ad quos fructus valet iſte tertius modus ſpecialis? Reſpon. quòd ad omnes illos quos ex merito congrui homo ſibi & aliis promereri poteſt: inſuper & ad ſatisfactionem pœnarum pro peccatis, ſi applicans intendit ſaltem virtualiter ad hunc fructum ſatisfactorium ſuum opus vel ſacrificium applicare: aliàs non. Nam iſte modus non extenditur vltra intentionem ſpecialiter applicantis. ſed de hoc in quarto notabili ſequenti latius habetur ad quos fructus & quo modo valeat.

Notabile quartum. Not. quarto ꝙ iſto tertio modo valoris ſpecialis proxime dicto poteſt bonum opus vnius alteri valere cui applicatur dupliciter, ſcilicet, per viam ſatisfactionis ſeu ad fructum ſatiſfactionis pœnarum: ſi opus ipſum ſatisfactorium eſt, ſi & ad talem fructum ſpecialiter applicatur. Poteſt etiam valere per viam meriti congrui ad releuationem pœnarum & ad ea omnia quæ de cõgruo vnus alteri mereri põt.

Dico per viam meriti congrui: quia regulariter nullus alteri de condigno aliquid meretur, niſi ſolus Chriſtus gratiam & gloriam pro nobis, ſed ſolum de congruo. quia Deus regulariter non ſtatuit ſe infallibiliter acceptaturum bonum opus vnius pro alio ad effectum omnem intentum ipſius applicantis, ſecundum Adrianum in octauo quodlibeto, ſed id reſeruat ſuo beneplacito liberali. ideo vna de conditionibus regulariter neceſſariis ad infallibiliter impetrandum à Deo eſt quòd oratio pro ipſo orante fiat. De congruo autem amicorum preces & bona pro aliis audit vel acceptat: ita quòd ſi non exaudiat neque ſua vtatur liberalitate, non ex hoc dici poteſt quòd facit iniuſte, aut contra aliquam ſuam legem, vel promiſsionem: quia nulla reperitur generaliter lata quo ad hoc: quamuis in aliquibus caſibus ſpecialibus ſit, vt Iob 42. Iob ſeruus meus orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiam. Et Gene. 22. patet de Abraam, & reſpectu talium talis oratio pro aliis erit meritoria ſeu impetratoria de condigno, aut potius ratione promiſsionis ſecundum Adrianum vbi ſupra. tametſi Gerſon tertia parte ſum. alphab. 77. litera, & de valore orationis & alii videantur dicere quòd oratio vnius in charitate facta pro altero eſt rei petitę meritoria de condigno: vis videtur partim eſſe in vocabulo.

Sed ad rem de ſacrificio miſſæ vt eſt tale vel vt offertur, dubium eſt ad quos fructus & quo modo valeat ex opere operato tam ipſi ſacerdoti celebranti quàm aliis pro quibus offertur vel celebratur ſpecialiter. *Dubium.*

Reſpon. in hoc eſt quadruplex opinio. prima tenet quòd per hoc ſacrificium vt ſacrificium eſt & offertur, ex opere operato remittuntur peccata mortalia & venialia quo ad culpam & pœnam, & datur gratia tam ipſi ſacerdoti celebranti quàm aliis pro quibus offertur vel applicatur, ſicut de ſacramento euchariſtiæ & aliis omnibus ſacramentis dicunt communiter doctores, quòd iis quibus applicantur ſi ſint probabiliter contriti ſiue diſpoſiti conferunt per ſe vel per accidens etiam primam gratiam & omnes alios fructus prædictos vti ſuperius. quæſt. ſecunda in quarta opinione latius habetur. in qua vero quantitate id illis & vnicuique eorum proſit inferius diſputatur. Hane opinionem videtur tenere Gabri. in canone lect. 85. h. x. l. cum quibuſdam doctoribus aliis. *Opinio prima.*

Quæ opinio tripliciter probatur. primo quia de conſecra. diſtinct. ſecunda ca. cum omne crimen. & ca. quid ſit. ſimul & doctores communiter dicunt omne crimen & ſordes animæ per hoc ſacrificium deleri. Nam &, vt habetur in ipſo canone miſſæ, offertur in remiſsionem peccatorum & pro redemptione animarum eorum qui offerunt & pro quibus offertur.

Secundo probatur, quia eccleſia in collecta poſt purificationem pro viuis & defunctis quæ incipit, purificent nos quæſumus domine ſacramenta quæ ſumpſimus &c. ait de hoc ſacrificio. Sit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium,

lium, ſit viuorum & mortuorum fideliũ remiſsio omnium delictorum. & alibi etiam ait, quòd eſt ablutio ſordium & macularum animæ. Quarum nomine non ſolum pœnæ ſed etiam & potius maculæ culparum expreſſe ſignificantur & comprehenduntur.

Tertio probatur. quia idem Chriſtus cum ſuis meritis in miſſa offertur patri, qui ſe obtulit in cruce, & nunc in cœlo ſe offert ad eoſdem effectus videlicet ad remiſsionem omnium peccatorum quo ad culpam & pœnam & ad gratiæ collationem illis etiam pro quibus offertur, vt conſtat in conſecratione calicis, vbi dicitur, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum &c.

Secunda opinio. Secunda opinio tenet quòd non valet ad remiſsionem culpæ vel pœnæ nec ad gratiam ex opere operato: ſed ſolum per viam impetrationis vt oratio & eleemoſyna. quod inde probatur. quia eccleſia in collectis ſupra dictis in prima opinione & multis aliis deprecando ait, ſit ablutio ſcelerum & remiſsio peccatorum, & ſit intercesſio ſalutaris ad veniam &c. ad quod etiã facit B. Tho. in 4. diſtin. 12. quæſt. 2. articu. 2. querela 2. dicens ꝙ hæ locutiones, ſit ablutio ſcelerum &c. ſunt impropriæ: nam hoc ſacramentum ideo dicitur abluere ſcelera, quia ipſa impedit dum contra ea rubur adminiſtrat. Et ad quartum argumentum ibi reſpondens ait quòd inquantum eſt ſacrificium habet effectum in illis pro quibus offertur, in quibus non præexigit vitam ſpiritualem in actu. Ideo ſi eos diſpoſitos inuenit eis gratiam obtinet virtute veri ſacrificij à quo omnis gratia in nos influxit: & per conſequens mortalia peccata in eis delet non ſicut cauſa proxima, ſed in quantum gratiam contritionis eis impetrat. Hęc ibi.

Opinio tertia. Tertia opinio tenet quòd hoc ſacrificium ex opere oprato remittit ſolum pœnas non autem culpas etiam veniales: quæ ſolum per ſacramenta & ſacramentalia proportionabiliter ex opere operato remittuntur.

Sed contra has opiniones & præcipue nunc *Reprobatio harum opinionum.* contra primam arguitur vt etiam arguit Cano de locis theologicis lib. 12. ca. 13. in Reſpon. ad quintum argumentum. Nam ſi per hoc ſacrificium culpæ mortales ex opere operato remittuntur illis pro quibus offertur; ergo ſacramentum pœnitentiæ non eſt neceſſarium ad ſalutem, vt patet ſi prius per miſſæ ſacrificium poſſunt mortalia remitti per ſacerdotem pro peccatore celebrantem & offerentem. ita etiam fieret vt ſacerdotes in miſſa remitterent mortalia peccata ſine vlla confeſsione in re vel in voto: neque opus eſſet aliqua alia confeſsione ſacramentali vel abſolutione vel remiſsione. Deus namque qui nihil ſuperflue agit non inſtituit duo ſigna exteriora vel ſacramẽtalia proxime & per ſe vel ęque principaliter ad eundem effectum, videlicet ad mortalium remiſsionem. In quo & cauendus eſt Catharinus male dicens quòd peccata ante baptiſmum remittuntur per ſacrificium Chriſti in cruce: poſt baptiſmum autem commiſſa omnia etiam per ſacrificium altaris. hoc inquam vltimum vt ſonat eſt falſum, niſi ſano modo intelligatur. Nam ſacrificium Chriſti in cruce eſt generalis cauſa remiſsionis omnium peccatorum ante & poſt baptiſmum commiſſorum, vt patet ad Rom. 3. & 5. & ad Hebreos. 7. 9. & 10. ca. quæ remiſsio prius per baptiſmum, poſtea vero per ſacrificium altaris & per ſacramenta alia & per bona opera proportionabiliter & diuerſimode iam baptizatis applicatur. & ita patet quòd illa prima opinio non valet. Sed ad hoc illa prima opinio reſpondere poteſt: ſicut doctores communiter tenentes quòd euchariſtiæ ſacramentum & alia ſacramenta cum ſacramento confeſsionis in voto conferunt per ſe vel per accidens primam gratiam, conferunt & mortalium remiſsionem, vti ſuperius quæſt. 2. opinione quarta latius habetur.

Ad primam autem eius rationem Reſpon. tripliciter. primo quòd peccata ibi intelliguntur quo ad pœnam non quo ad culpam vel maculam mortalem, vti ſępius etiam in ſacra ſcriptura ſic accipiuntur, vt patet 1. Machab. 12. vt à peccatis ſoluantur.

Reſpon. ſecundo quòd illa intelliguntur de ſacrificio miſſæ completo in ipſa ſumptione ſacramenti, & virtute eius. Et ita non virtute ſacrificii, vt tale eſt, vel offertur, ſed vt eſt ſacramentum, & ſumitur confertur gratia ſoli ſuſcipienti ipſum ſacramentum: & ex conſequenti ſi adhuc manet peccatum remittitur quo ad culpam & pœnam in eo qui iam debite confeſſus digne ad id ſacramentum accedit. Et hoc ſignificat eccleſia vbi ſupra dicens, ſumpta ſacramenta quęſumus domine omnia crimina noſtra detergant, &c. Et ſit ablutio ſcelerum &c.

Tertio Reſpon. ꝙ illa intelliguntur non quidem ita quòd hoc ſacrificium proprie & immediate virtute ipſius oblationis faciat omnes illos effectus qui virtute ſacramenti ibi fieri dicuntur: Sed improprie, videlicet impetratorie vel vt eſt impetratorium vel de congruo meritorium, vt inferius in quarta opinione latius declaratur. vel mediante ſacramento & eius virtute vt proxime dictum eſt, ſicut oratio dicitur facere id quod ipſa oratione impetratur, vti ſuperius in ſecunda opinione ex B. Thoma allegatum eſt. Sic enim dicitur ab eccleſia in hymno, Solue vincla reis, profer lumen cęcis &c. videlicet impetrando. Similiter in Hymno Apoſtolorum. Nos à peccatis omnibus

ſoluite iuſſu quæſumus, ſcilicet libenti voluntate impetrando. Sed neque vocabulum remiſsionis peccatorum eodem modo quo ad culpas & pœnas ſemper accipi debet: ſed accomode ſecundum naturam cuiuſque rei vel ſacramenti. ita videlicet quòd in ſacramento pœnitentiæ & virtute eius ex opere operato intelligatur remiſſio fieri peccatorum quo ad omnia: extra ſacramentum autem hoc non quo ad culpam mortalem directe & per ſe: ſed aliquando quidem quo ad penas tantum vt in indulgentiis: aliquando vero etiã quo ad culpas veniales vt in omnibus aliis ſacramentis fit directe & per ſe ratione gratiæ ibi collatę, quo ad mortales autem non niſi per accidens & conſequenter ad gratiam ex vi ſacramenti collatam digne ſuſcipienti. at vero in ſacrificio miſſæ vt eſt oblatio vel vt offertur ex opere operato fit tãtum remiſsio quo ad omnes pœnas & quo ad omnes culpas tantum veniales vt inferius in quarta opinione latius explicatur. & ita patet Reſpon. ad primam rationem primę opinionis. Ad ſecundam autem eiuſdẽ probationem Reſpon. quòd vt latius infra habetur in quarta opinione, ibi petitur & fit etiam ex opere operato aut virtute ſacrificii ablutio ſcelerum & ſordium quo ad culpas veniales & quo ad pœnas reliquiasq; omnium peccatorum. Nam hæc omnia dicuntur etiam maculę & ſordes animarum, à quibus hic & in purgatorio expurgamur, quæ poſt remiſſam culpam aliquo modo manent. à quibus in pſal. 50. Dauid dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, Et aſperges me iſopo & mundabor. Et ſimiliter eccleſia vbi ſupra pro ſuis fidelibus poſt remiſsionem mortalium petit emundari: vt ita tota macula peccatorum omnino auferatur. Ad tertiam probationem Reſpon. negando conſequentiam. quia ſicut cauſa vniuerſalis nõ totam ſuam vim in ſingulis cauſis ſecundis particularibus cooperantibus effundit, ſed ſecundum earum naturam & ad alios & alios effectus plus vel minus ſecundũ naturam eorum & ſubiecti diſpoſitionem. Ita oblatio Chriſti in cruce fuit vt cauſa generalis quæ remittit peccata in ſacramentis baptiſmi & pœnitentiæ, ſed non æqualiter quo ad pœnas eorum vt conſtat: in aliis autem ſacramentis nõ niſi vt dictum eſt ad primam probationem: quia nõ ſunt per ſe inſtituta ad mortalium culparum remiſsionem. In hoc autem ſacrificio altaris vt eſt ſacramentum fit remiſsio culparum mortalium in ſuſcipiente duntaxat vt in aliis ſacramentis non per ſe ſed per accidens ratione gratię ibi collatę: vt autem eſt oblatio vel ſacrificium, vt offertur non fit remiſsio culparum mortalium, ſed ſolum venialium atque pœnarum per ſe ex opere operato, ſecundum tamen diſpoſitionem eorum pro quibus offertur, vt infra de hoc latius habetur. Ex prædictis etiam patet falſitas ſecundę opinionis: nam remiſsio pœnarum fit in hoc ſacrificio ex opere operato & ex iuſtitia legis, vt proxime etiam habetur in quarta opinione. Patet etiam falſitas tertiæ opinionis præcedentis quo ad remiſsionem culparum venialium. Nam ſecundum doctores communiter vt habetur ẽt in de conſecra. diſt. 2. c. itera tur & c. vtrũ. culpę veniales per hoc ſacrificiũ altaris vt offertur ſicut per aquã benedictã & per alia ſacramentalia ex opere operato remittuntur ſicut & pœnæ peccatorum. Nam & conuiuium amicorum, in cuius ſigno & ſpecie hoc ſacrificium offertur leues offenſas veniales eo ipſo oſtendit ibi remitti.

Ideo quarta opinio communis, quam etiam tenet Cano vbi ſupra ſtat in quatuor dictis. primo dicit quòd hoc ſacrificium vt eſt ſacramentum ex opere operato per ſe confert gratiam & remittit culpas veniales & pœnas ei tantum qui digne id ſuſcipit. per accidens autem ratione gratiæ ibi collatæ remittit etiam culpam mortalem ſi qua eſt in eo qui probabiliter æſtimans ſe eſſe debite contritum atque cõfeſſum digne vel ſaltem non indigne id ſuſcipit ſacramentum, ſecundum B. Thomam tertia parte q. 79. art. 1. & 3. 4. & 5. & Soto in 4. diſtin. 11. q. 2. in eiſdem articulis, & doctores communiter. Secundo dicit quòd vt eſt ſacrificium vel vt offertur habet triplicem virtutem, ſcilicet, ſatisfactoriam, impetratoriam, & meritoriam, aliquando de congruo, aliquando de condigno. vt ergo eſt ſatisfactorium, eſt ſibi proprium ex Chriſti inſtitutione vt de ſe ex opere operato ſit ſatisfactoriũ pro pœnis debitis pro peccatis mortalibus & venialibus iam quo ad culpam remiſsis, tam pro viuis pro quibus ſpecialiter offertur quàm etiam pro defunctis. pro viuis quidem de iuſtitia legis & de cõdigno & infallibiliter ac ſi ipſi de ſuo ſoluerent precium aut pœnam pro ſuo debito pœnarum: pro defunctis vero non niſi per modum ſuffragii vel deprecationis ſicut indulgentię illis valere dicuntur. Quid ex Chriſti inſtitutione per eiuſmodi externum ſignum paſsionis Chriſti commemoratio fit & applicatio ad prædictum effectum: ideo dicitur ex opere operato valere vltra id quod ex opere operantis eius qui offert & pro quo offertur ad prædictam pœnarum ſatisfactionem prodeſt. Et in hoc omnes fere doctores vbi ſupra communiter conueniunt.

Tertio dicit quòd vt eſt ſacrificium meritorium valet per viam meriti de congruo cuilibet offerẽti aut celebranti & ei pro quo offertur vel celebratur etiam exiſtẽti in peccato mortali, ad omnia bona etiam gratiæ iuſtificantis mediate vel immediate, & ad releuationem pœnarum aliorumq; malorum releuationem, & ad culparum venialium remiſsionem, prout ipſe fuerit capax atque diſpoſitus, ad quæ alia bona opera

per

per uiam hanc meriti de congruo valere, & prodeſſe poſſunt: & multo magis hoc modo ualet hoc ſacrificium, quod pre omnibus operibus excellentius, & Deo acceptabilius eſt. Sed hic fructus non eſt certus, & infallibilis: quia nec certa de hoc lex eſt quòd Deus id concedit, puta auxilium aliquod ſpeciale, vel bonum motū, ut hic uel ille reſipiſcat, & conuertatur, uel aliquod bonum temporale, uel ſalutem, & huiuſmodi, ſed ſolum ut Deus nouerit expedire, & ei placuerit, & ſecundum diſpoſitionē eius pro quo offertur.

Et hoc idem dicendum eſt, ut eſt ſacrificium impetratorium, quòd ſcilicet, per uiam impetrationis, uel orationis, aut ſuffragii eodem modo, ut de merito congrui dictum eſt ualet & offertur pro uiuis, atque defunctis ad prædictos effectus proportionabiliter. in quo etiam concordat Soto in 4.diſt.11.q.2.art.7. & diſt.13.q.2.art.1. & communiter doctores.

Quòd ſi contra hoc vltimum arguatur, quòd oratio Chriſti ſemper exaudita eſt, & exauditur pro ſua reuerentia. ad Heb.5. hoc autem ſacrificium Chriſtus in cœlo ſemper offert patri pro nobis: ergo ſemper habet effectum qui petitur ibidem, uel impetratur.

Reſpondeo negando conſequentiam, & ad antecedens dico quòd licet oratio facta ab ipſo Chriſto per ſe ipſum ſemper fuerit, & ſit exaudita: non tamen illa quam facit per nos etiam in hoc ſacrificio. ſicut cauſa prima, aut Deus ipſe quos effectus per ſe ſine alia cauſa ſecunda cooperante edere uoluit. Nunquam fruſtra egit: fruſtratur autem ſæpe quando cum cauſis ſecundis operatur propter earum indiſpoſitionem, uel inſufficientiam, uel quia eis non expedit quod petunt ad votum obtinere, ſed ad vtilitatem, ſecundum ſuam diſpoſitionem. Similiter quando Chriſtus hoc ſacrificium pro nobis nunc offert, ut uere offert in cœlo, non ad omnem effectum ſanguinis ſui id inſtituit offerre: ſed ad effectus ſub certis ſpeciebus, & figuris ſacramentalibus panis, & uini diffinitos.

Quarto dicit hæc opinio quòd hoc ſacrificiū, ut eſt meritorium de condigno ex opere operato non confert immediate primam gratiam iuſtificantem, neque mortalium peccatorum remiſſionem, uti ſuperius contra primam opinionem probatum eſt. In quo & conſonant Cano, ubi ſupra, & Soto in 4.diſt.11.q.2.art.5.& 7. & diſtin. 13.q.2.art.1.& doctores communiter.

Sed vtrum de condigno conferat augmētum gratiæ ei qui iam eſt in gratia pro quo offertur, Soto ubi ſupra dicit quòd ſic: maxime quando is pro quo offertur eſt etiam aliquo modo offerens mediate uel immediate, uel cauſaliter concurrit ad huius ſacrificii oblationem, uel celebrationē, puta dando eleemoſynam ſacerdoti, uel ipſum inducendo ad celebrandum pro illo, uel miſſę celebrationi aſtando, & huiuſmodi. quia ſic offerendo hoc ſacrificium vltra prædictum fructum quem habet ex ſuo merito ex opere operātis habet etiam ſimul ampliorem ex merito condigni operis operati, id eſt hoſtiæ quę offertur ex Chriſti inſtitutione.

Et de remiſsione culparum veniali ū nihil ibi dicit Soto: ſed uidetur quòd conſequēter debeat dicere quòd ſicut ratione augmenti gratiæ, quæ ex opere operato, & merito cōdigni in ſumptione digna ſacramenti euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum à baptiſmo, & pœnitentia confertur, etiam remittuntur peccata uenialia, uti ſuperius in primo dicto huius quartæ opinionis ſecundum B.Tho. & doctores communiter, & ipſum Soto in 4.diſt.11.q.2.art.4. declaratum eſt. Ita eadem ratione idem dicere debet, quòd ratione augmenti gratię collatę ex opere operato, & virtute huius ſacrificii, & de condigno ſimul etiam uenialia remittuntur ei qui eſt in gratia quando illud augmentum gratiæ confertur. Sed Cano ubi ſupra quamuis teneat, quòd ex opere operato huius ſacrificii peccata uenia etiā quo ad culpā remittuntur exiſtenti in gratia pro quo ſpecialiter offertur, uti ſuperius contra ſecūdam & tertiam opinionem probatum eſt: Nihil tamē dicit de hoc gratiæ augmēto: & potius illud quaſi tacite negare uidetur: nam uenialia ſine collatione gratiæ exiſtenti in gratia per ſacramentalia, & per alia multa etiam quo ad culpam remitti poſſunt.

Item ſuppoſito quòd exiſtenti in gratia hoc ſacrificium, ut eſt meritorium de condigno, & ex opere operato confert augmētum gratiæ uti ſecundum Soto dictum eſt: Vtrum etiam eadē ratione eodem modo ex opere operato conferat primam gratiam, & remiſsionem mortaliū peccatorum quamuis de per accidens ei qui probabiliter tantum æſtimans ſe eſſe in gratia ſiue cōtritum digne offert hoc ſacrificium mediate, uel immediate, ut prima dicebat opinio, ſicut de ſacramento euchariſtiæ, & de aliis ſacramentis ſuperius in primo dicto huius quartæ opinionis ſecundum doctores communiter dictum eſt. Certe quamuis Gabriel ubi ſupra breuiſsime tāgens id affirmare uideatur, quod non probat: nihil tamen ſuper hoc aperte diſſertū apud doctorem aliquem ego uidi. Quo fit ut citra temeritatem hoc uel illud aſſerere non debeam. Illud tantum probabiliter dixerim, non eandem omninò quo ad hoc eſſe rationem ſacrificii, & ſacramenti. Sed neque id ullo modo concederem alicui non ſacrificanti: Sicut nec ipſi ſacerdoti celebranti prorſus denegarem. Magnum nanque diſcrimen in participando fructum huius ſacrificii ex opere operato eſt inter ipſum miniſtrum ſacramentū facientem, ac immediate offerentē, & quēlibet alium non ſacra tractantem, nec niſi

mediante

mediante ſacerdotē ſacrificium hoc offerētem.

Notabile 5. Quinto principaliter non ſecundum Scotum, ubi ſupra, & Gabriel in canone lectio.25.26.& & Gerſon ſuper magnificat tracta.9.alphab.90. c. quòd ſacerdos in perſona eccleſiæ offerēs hoc ſacrificium,& orās poteſt eius fructum etiam ex opere operato diſtincte, uel confuſe alicui, uel aliquibus ſpecialiter applicare,& non aliis ad libitum ſuum, quo ad illum tantum valorem medium,uel ſpecialem de quo in tertio notabili dictum eſt. Quia quilibet poteſt quibus vult tantū & non aliis applicare bona ſua, aut ſuper quæ habet auctoritatem applicatiuam,ſeu diſpenſatiuā non limitatam. Sed ſacerdos ex quo eſt eccleſiæ miniſter ratione gradus,ſeu miniſterii eccleſiaſtici,habet prædictam auctoritatem ſuper miniſteria eccleſiaſtica ſibi commiſſa, puta ſuper ſacrificia, orationes, & ſuffragia nomine eccleſiæ ab eo facta: & ſine vlla limitatione regulariter, ut conſtat. ergo.

Dico regulariter, quia aliquando tenetur ſecundum ſtatuta eccleſiæ, vel fundatorum, aut aliunde aliis applicare, ita quòd ſi aliter fiat non ſolum grauiter peccaret, ſed etiam inualida coram Deo eſſet talis applicatio ſpecialis contra applicationem iam factam per ſuperiorem, aut contra præceptum eius,vel cōtra diſpoſitionem fundatoriis aut ſtatuti, maxime ſi applicatio aliter per ſacerdotem facta irritatur ipſo facto. Nam ſi non irritatur credo quòd valet ei cui ſacerdos de facto applicat: quamuis grauiter peccet ſic applicando cōtra præceptum ſi quod eſt, niſi intendat manere obligatus ad applicandum aliam miſſam illi cui aliàs ex fundatione ſtatuto, aut lege,uel ex pacto,uel ſuperioris præcepto tenetur,niſi cōſuetudo aliter interpretetur, Quāuis doctor Honcala in tractatu de valore miſſæ art.2.& 10. aſſerat indiſtincte id quod Scotus in 20. quodlibeto dubitando dicit, videlicet quòd non ualet miſſæ applicatio alteri facta per ſacerdotem contra pactum, & præceptum eccleſiæ, uel ſuperioris. Sed ut dixi hoc limitandum eſt ſi talis applicatio ſacerdotis per ſuperiorem ipſo facto irritatur. Multa nanque probibentur quæ facta tenent: de quorum numero eſt miſſæ applicatio ſpecialis:& ita tenet uſus, & ritus eccleſiæ.

Opinio 1. His igitur ſuppoſitis de quæſtione principali eſt quincuplex opinio: quarum prima eſt, quòd miſſa æque prodeſt ſingulis, quo ad omnem ſuū fructum tam ſatisfactorium pro peccatis, quàm meritorium,& bonorum impetratorium.

Ratio eſt triplex. prima, quia bonum ſpirituale eſt ſimile ſpiritui, ideo enim dicitur ſpirituale. Nunc autem ſpiritus totus, & nō per partes communicatur. non enim anima eſt minus in pede,quàm in capite, ergo ſimiliter bonū ſpirituale,qualis eſt fructus,ſeu ualor miſſæ, & alterius etiam boni operis cuiuſcunque.

Secunda ratio quia licet lucerna ſpecialiter, aut principaliter principi accēdatur, aut ipſi fiat lectio,aut prędicatio uerbi Dei: non ideo ceteri minus illuminantur,& audiunt: ſed ſępe etiā melius participant ſine alicuius detrimento: ſi ſint ęque,aut magis propinqui,atque diſpoſiti. ergo ſimiliter in propoſito eadem ratione dicendum eſt. ſpiritualia nanque maioris virtutis, & efficaciæ quàm corporalia ſunt.

Tertia ratio ex Hiero.& habetur de conſecr, diſt.5. ca. non mediocriter, ubi poſtquam dixerat decantationem quinque pſalmorum cum mētis alacritate, & ſerenitate, modulationi totius pſalterii cum triſtitia,& anxietate cordis pręſtare: ſubiungit. Igitur cum pro cunctis animabus pſalmus, uel miſſa dicitur, nihil minus quàm ſi pro uno quolibet ipſorum diceretur accipitur. Hęc ibi.

Hanc opinionem tenuit Prępoſitiuus uti eam ſic referunt indiſtincte, & illi aſcribunt doctores in 4. diſt.45. quamuis Gabriel in canone lectione.27.dicat quòd non intellexit illam Prępoſitiuus quo ad fructum pœnarum ſatisfactoriū, ſed impetratorium, ſeu meritorium, & quo ad alios fructus. Et forte Gabriel occaſionem accepit ad illam opinionem ſic limitandum ex Scoto in 20. quodlibeto articu. 1. ubi arguens contra hanc opinionem ait, dices quòd per modum ſatisfactionis non ualet tantum,ſed per modum meriti &c. in quibus uerbis Scotus non dicit Prępoſitiuum, uel alium opinātem ſic ſenſiſſe: ſed quod etiam ſi hoc modo prędictam opinionem limitaret adhuc non ſtaret in veritate. Et ita communiter doctores ubi ſupra ſine ulla limitatione prętatam referunt,& reprobant opinionē Prępoſitiui. ſed quia partim uera partim etiam falſa eſt,ut inferius in 5.opinione patebit ideo illuc uſque eius plena examinatio differatur.

SECVNDA opinio eſt, q ſacrificiū miſſę, uel oratio,aut aliud bonum opus pro multis generaliter, aut ſpecialiter etiam ex ęquo in eodē gradu factum uel applicatum, non ęque prodeſt directe ſingulis, ac ſi pro uno, aut pro paucioribus eorum fieret: & hoc eſt uerum tam quo ad vim ſeu fructū ſatisfactorium, quàm quo ad meritorium,& quo ad omnes alios fructus. *Opinio 2.*

Probatur tripliciter. primo, quia virtus finita tam ſatisfactoria,quàm meritoria diuiſa per applicationem ex ęquo in plures eſt minor in ſingulis, quàm ſi vni tantum, aut paucioribus tota applicaretur. ſed uirtus ſatisfactoria,& meritoria miſſę,& cuiuſlibet boni operis etiam ex opere operato eſt finita quo ad fructum, uel effectū ſuum. ergo eſt minor in ſingulis. Conſequentia patet cum maiore: quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. Minor autem in qua ſtat difficultas

cultas

cultas probatur dupliciter. primo; quia uirtus ſacrificii prędicta non attenditur ex quantitate ſolum rei oblatę, id eſt Chriſti, & meritorum eius quæ ibi offeruntur: ſed etiam & potius ex quantitate ſeu uirtute offerentis immediati. Quod patet tum primo ex Gregorio in homilia ſuper Luc. 21. non quantum ſed ex quanto in eius ſacrificio offeratur Deus penſat. Tum etiam ſecũdo quia ſacrificium, uel oblatio hęc duo ex ſua natura importat, ſcilicet rem oblatam, & actionem offerentis: ſacrificium enim miſſę eſt oblatio rei ſacrę, id eſt Chriſti ſub ſacramento, & meritorum eius. Quod etiam tertio inde liquet quia ſacrificium Chriſti in cruce non fuit infiniti ualoris ſola ratione rei oblatæ: ſed ratione offerentis, quia ſcilicet offerens ipſe Deus homo; & patri infinite gratus erat. Vnde euchariſtia in pixide reſeruata ſi nõ offerretur per ſacerdotem in miſſa, vel ſi per infidelem offerretur, utique nihil prodeſſet, neque oblatio, aut ſacrificiũ Deo placitum eſſet, ut conſtat. Nunc autem uirtus tam ſatisfactoria, quàm meritoria cuiuſlibet offerentis in miſſa eſt finita, ut patet de virtute eccleſię, & ſacerdotis celebrantis, & aliorum omnium quomodocunque offerentium, & pro quibus offertur, quę dicitur uirtus ex opere operantis, quia finita eſt ſicut & gratia, & charitas eorũ omnium, ex qua bona opera procedunt, & uirtus meritoria, & ſatisfactoria penſatur. Virtus autem ex parte ipſius Chriſti quę dicitur ex opere operato etiamſi ibi ſeipſum offerret non eſt infinita. Tum primo, quia non ipſe ſed ſacerdos nomine eccleſię; ut miniſter eius eſt immediatus offerens, & ſacramentũ faciens. abſurdum eſt. n. dicere quòd Chriſtus ibi celebrat, & ſeipſum ſacramentaliter offert ſiue meretur, cõtra id Heb. 9. Chriſtus ſemel oblatus eſt, & ſeipſum obtulit immaculatum Deo, &c. Neque ut ſępe ſeipſum offerat &c. Et prima Pet. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Tum ſecundo, quia licet Chriſtus ſit ibi aliquo modo ſeipſum offerẽs, ut ait Ambroſius lib. 1. de officiis. ca. 48. quia uidelicet inſtituit ſe ibi offerendum, & tunc dedit ei ualorem, & acceptationem: eſt tamen magna differẽtia hic & in cruce. Nam in cruce meruit dum ſolus ipſe ſeipſum immediate per mortem obtulit patri uerum ſacrificium pro mundi redemptione. Hebr. 9. & 1. Pet. 3. ubi ſupra. In ſacrificio autem miſſę nihil ipſe tunc immediate offert, neque de nouo meretur: quia in miſſa eſt paſſiua Chriſti oblatio rememoratiua tantum paſſionis eius, facta quotidie immediate per miniſtrum eccleſiæ, ſecundum Lu. 22. hoc facite in meam commemorationem. Et 1. Corinth. 11. ut latius differit Ambroſius ſuper ad Heb. 9. & 10. ca. ergo ſacrificium miſſę eſt minoris uirtutis, & efficacis quàm ſacrificium Chriſti in cruce. & ergo eſt finitę, & per conſequens determinatę, ſeu à Deo taxatę uirtutis: uel ad finitum, & taxatum fructum ſupradictum acceptatum eſt.

Secundo probatur eadem minor ſupradicta ſimul & opinio. Quia niſi uirtus prædicta miſſę finita eſſet, & niſi diuina in plures minueretur in ſingulis: iam ſequeretur quòd per vnicam miſſam, & per vnicum bonum opus ita poſſet quis mereri primam gratiam, & alia bona, & ſatisfacere pro quotcunque peccatoribus, & peccatis etiam animarum purgatorii uoluerit applicare, ſicut pro uno tantum; quod tamen eſt falſum. Tum quia ſicut in amicitia humana amicus per ſuam ſupplicationem, uel obſequium meretur maius bonum uni, uel paucis quàm multis, idq; ſecundum iuſtam legem amicitiæ, ergo ita ſimiliter fit apud Deum; quia iuſtitia humana exemplificatur à diuina. Tum etiam ſecũdo, quia cum omnis pœna uiuorum & mortuorum ſimul ſit finita: iam ſi uirtus miſſę eſſet infinita ſequeretur intentum etiam quo ad ſatisfactionem. quod tamen eſt contra ritum eccleſię, & doctrinam eius inſtituẽtis multas miſſas, & multa ſuffragia etiã pro uno defuncto, & pro boni alicuius impetratione.

Tertio probatur opinio præcipue quo ad uim ſeu uirtutem meritorium. quia ſicut plures pœnæ minores æquiualent uni maiori: & ideo non relaxãtur niſi per opus ſatisfactorium maius, uel per plura ſatisfactoria equiualentia: ita etiam de pluribus bonis impetrandis, & pro pluribus hominibus dicendum eſt, quòd ſcilicet ęquiualent uni bono maiori: & ideo non niſi per plura merita, & opera impetrantur. quia non eſt ratio quare non ſufficiat aliquid ad ſatisfaciẽdum pro pœnis, quod tamen ſufficit ad merendum, ſeu impetrãdum bona: cum hoc videlicet mereri bonum ſit maius, quàm ſoluere debitum pœnę. Et ita patet hęc opinio ad cuius rationes pręfatas inferius in 5. opi. conclu. 2. & 3. latius reſpondetur.

Hanc opinionem tenent Scotus in 20. quodlibeto, & Gerſon de ualore orationis alphab. 37. a. b. alphab. 77. litera. & 2. alphab. 78. a. & in regulis moralibus 25. c. Et Gabriel in Can. lect. 27. & ſupplementum eius in 4. diſt. 45. q. 2. art. 2. dubio. 2. Et tandem Soto de iuſtitia, & iure lib. 9. q. 2. art. 2. ubi & dicit beatum Thomam tenere hãc opinionem. Sed poſtea idem Soto in 4. ſententiarum diſt. 11. q. 2. art. 5. & latius diſt. 13. q. 2. arti. 1. tacite ſe retractans quaſi per quandam moderationem illius opinionis demum tenet cum 4. opinione quę inferius habetur, quam Caietanus, & Thomiſtę ſequuntur fere omnes. Et ſimiliter quo ad uim ſatisfactoriam hanc opinionem tenent diuus Bonauen. ea. diſt. 45. arti. 2. q. 5. Et Richar. art. 2. q. 2. & 3. Et Duran. q. 3. Et Palude. q. vltima. Adrianus in 8. quodlibeto artic. 3. Nam quo ad uim meritoriam beatus Thomas, diuus Bonau. Richar. cum aliis, uel nõ loquuntur

uel

uel potius ab ea diſſident, & tenent cum 3. uel potius cum 5. opin. ſequente, ut inferius de hoc latius.

Et quidem hæc ſecũda opinio eſt communiſſima: ſed deficere uidetur in tribus. Primo, quia nullam facit differentiam inter virtutem, & fructum ex opere operantis, & ex opere operato ſacrificii miſſæ, & aliorum bonorum operum. dicit etiam non ſolum finitam, ſed etiam taxatam, & determinatã regulariter eſſe quo ad omnes participantes talem uirtutem, & fructum miſſę ex opere operato. quorum oppoſitum probatur infra in quinta opinione cõcluſione tertia & quarta, ibi uideatur.

Secundo deficit hæc opinio, quia ipſe Scotus, ubi ſupra art. 2. tenet quòd licet oratio, aut miſſa plus ualeat illi cui ſoli applicatur quâm ſi alii, uel aliis etiam cũ eo ex ęquo applicaretur, ut dictum eſt. tamen poſtquam eſt illi ſpecialiter in primo gradu applicata: ſi aliis applicetur in aliis gradibus ſubſequentibus ualet illis: & nihil primo detrahitur per illas alias applicationes pro aliis in gradibus poſterioribus, ſeu non ex ęquo factas. Exempli gratia. Si miſſa ſpecialiter Petro in primo gradu applicetur ut illi ualeat quantum ualere poteſt, deinde in ſecundo gradu pro Franciſco, ut illi ualeat quantum ualere poteſt poſt Petrum. deinde in tertio gradu pro Martino, ut ei valeat quantum poſt ſupradictos ualere poteſt. & ſic procedendo in infinitum; nihil inquit detrahitur prioribus propter poſteriores; ſed omnibus illis ualet miſſa, uel oratio quo ad utranque vim, & fructum eius in ſuis gradibus non ex ęquo applicata.

Contra hoc arguitur probando quòd non cohæreant. quia iam uidetur quòd miſſa, & oratio quo ad utranque uim meritoriam, & ſatisfactoriam ſit infinitæ uirtutis. Nam colligendo omnes illos gradus in infinitum procedẽtes, utique ſunt infiniti, modo ſint ęquales modo non. Et ita uel eſt infinita uirtus ſacrificii extenſiue, & intẽſiue ſaltem ſyncathegorematice: & ex conſequẽti nil detrahitur uni ex participatione alterius; uel ſi detrahitur; iam uel non applicatur primo tota uirtus, & fructus qui poterat applicari, & quem ille ſibi applicari intendebat: uel nõ remanet fructus pro aliis in aliis gradibus poſterioribus applicandus.

Quòd ſi pro Scoto dicatur quòd totus ille fructus ſpecialis de quo agimus qui de iuſtitia debetur à ſacerdote applicatur primo: aliis autem in aliis gradibus remanet, vt ex gratia, & liberalitate ſacerdos applicare, & Deus acceptare poſſit.

Contra. quia quomodocunque ſit, adhuc ſequitur infinitas graduum, & uirtutis, &c. ut proxime dictum eſt. Item ſi alteri poſt primum applicetur totum illum reſiduum quod aliis in diuerſis gradibus in infinitum procedentibus poteſt applicari; iam ęque, aut pluſquã primus participabit ſecundum ſuam diſpoſitionem. & idem dicam de tribus, & de pluribus aliis.

Tertio deficit opinio quia illa diuerſitas graduum non uidetur ſufficiente ratione, uel auctoritate fundata: neque fundamenta prædictæ opinionis ſatis ſolida apparẽt, ut infra in quinta opinione cõcluſione tertia patebit ubi ad ea, & aliarum opinionum rationes reſpondetur. Ideo ad alias opiniones diſcutiendas tranſeamus.

Tertia opinio, quòd miſſa, uel bonũ opus per uiam ſatisfactionis pœnarum minus prodeſt uni quando etiam alteri applicatur: per uiam autem meriti ſui impetrationis nil detrahitur uni ex cõſortio aliorum; non tamen ęque omnibus prodeſt, nec æque facile, aut ſemper pro pluribus ac pro paucis impetrat. *Opinio 3.*

Hanc opinionem tenent Palud. in 4. diſt. 45. q. vltima, & HolKot in 4. ſententiarum. q. 3. in 5. puncto, & Adrianus in 8. quodlibeto. art. 3. & clariſsimus doctor Medina in tractatu de oratione q. 30. & quo ad primam eius partem quòd per viam ſatisfactionis minus ualet ex cõſortio aliorum tenent eam doctores de ſecunda opi. præcedente. Sed differt hæc opinio ab illa in hoc quòd hæc opinio nõ ponit diuerſitatem graduũ quam illa ponebat. Sed dicit quòd per hanc uiam ſatisfactionis quantum applicatur uni detrahetur alteri: & non plus prodeſt niſi quantum quis intẽdit ex æquo, aut non ex æquo ex illa finita, & taxata uirtute ſeu fructu ſatisfactorio miſſę uel alterius operis ſatisfactorii huic uel illi iuſto, uel peccatori applicare. Probationes huius opinionis quo ad primam partem ſunt illæ quæ in ſecunda opinione pręcedente habentur. Quo ad alias autem partes latius habentur infra in quinta opinione concluſione ſecunda & tertia.

Hæc opinio deficere uidetur primo, ꝙ quo ad uim ſatisfactoriam non facit differẽtiam, neque maiorem tribuit uirtutem in ſacrificio miſſę ex opere operato, quàm in ipſo, & aliis ſatisfactoriis ex opere operantis: ſed utranque cenſet eſſe finitam, & limitatam ſeu taxatam regulariter, in quo etiam deficiebat ſecunda opinio præcedẽs: cum tamen in hoc ſit differentia, ut inferius in quinta opinione concluſione tertia, latius probatur.

Secundo deficit hæc opinio, quia quo ad uim meritoriam uidetur dicere quòd ſacrificiũ miſſę ex opere operato habet uirtutem meritoriã tantum de congruo reſpectu omnium quę ibi impetrantur: cum tamen probabilius ego credam ꝙ eam habet meritoriam de condigno ſicut & ſacramenta, non ſolum reſpectu ad augmentũ gratię, & gloriæ, ſed etiã reſpectu ſatisfactionis pœnarum ſaltem in hoc mundo uiuentium. Nam reſpectu animarum purgatorii ualet miſſa ſicut & omnia ſuffragia per modum tãtum ſuffragii,

uti

uti de his latius ſupra in quarto notabili in 4. opinione in ſecundo & quarto eius dictis habetur.

Opin. 4. QVARTA opinio eſt quòd miſſa pro multis ad eam celebrandam cauſaliter quomodocunque concurrentibus ſpecialiter applicata, nõ minus prodeſt cuilibet eorum, quo ad uim meritoriam, & ſatisfactoriam ex opere operato, & operantis, quàm ſi pro uno tantum ipſorum applicaretur: ita quòd nihil detrahitur uni ex cõſortio aliorum. ſed unicuique ipſorum prodeſt ſecundum ſuam deuotionem cauſaliter concurrẽtem. Secus ſi illi cauſaliter non concurrant: tunc enim ex conſortio alterius detrahitur alteri.

Pro declaratione nota quòd ille dicitur cauſaliter ad miſſę celebrationem concurrere, ſeu ad bonum opus, qui petit, inducit, miniſtrat, uel cooperatur, aut fauet, uel aſsiſtit, aut quomodocũque eſt cauſa quòd illa miſſa, aut bonum opus fiat. & iſte etiam ab aliis dicitur offerens ſacrificium hoc mediate. & huius deuotio dicitur cauſaliter concurrere ſecundum quam quantificatur fructus miſſæ, uel boni operis, ut ait hæc opinio; non autem deuotio aut diſpoſitio illorũ quibus ſolum applicatur, niſi aliquo modo offerant, aut cauſaliter concurrant, ut dictum eſt. Quia ſecundum Gregorium non quantum ſed ex quãto, id eſt, ex quanta deuotione in eius ſacrificio offeratur Deus penſat. ergo deuotio determinans quantitatem fructus ſacrificii, uel boni operis eſt illa tantum quę offert, uel cauſaliter concurrit. Ex quo ſequitur ait hæc opinio quòd defuncti ſecundum eorum præcedentem deuotionem in communibus, uel ſpecialibus ſuffragiis eccleſiæ, & ſecundum deuotionem uiuentiũ pro eis offerentium: viuentes autem circunſtantes tanquam ſeruitores ſeu fautores: uniuerſi uero fideles tanquam tali ſacrificio miſſæ illi fauẽtes, hi omnes deuotionem habent maiorem, uel minorem offerentem, uel ad id cauſaliter concurrẽtem: ſecundum quam plus, uel minus eorum ſingulis proſit ſine præiudicio aliorum.

His ſuppoſitis iam prima pars opinionis quòd ſcilicet ex opere operato ęque ualeat miſſa quo ad omnem ſuum fructum ſingulis, &c. probatur dupliciter. primo, quia prędicta uirtus miſſæ eſt de ſe ſeu abſolute ſumpta infinita ſyncathegorematice, id eſt indeterminata, & ſufficiens pro quotcunque, ita quòd non tot, quinetiam pluribus, & in maiori gradu applicari, & prodeſſe poſſit. ergo ex conſortio alterius nil detrahitur alteri: ſed ſecundum cuiuſque deuotionem prædictũ fructus miſſę participatur à quocunque. patet hæc conſequentia. quia alioqui non eſſet uirtus, ut dictum eſt infinita. antecedens autem patet ex ſecunda probatione ſequente.

Secundo probatur idem. quia in canone miſſæ non ſolum generaliter pro eccleſia pro principibus, & omnibus Chriſtianis: ſed etiã ſpecialiter pro his qui in memento cogitantur, & pro omnibus circunſtantibus hoc ſacrificium offertur. Et non ſolum quo ad uim meritoriam: quia pro redemptione animarum ſuarum, id eſt pro ſatisfactione pœnarum ſecundum B. Tho. 3. parte. q. 79. art. 7. offertur. Nunc autem non eſt determinatus numerus in memento cogitandorũ, & circunſtãtium pro quibus ſpecialiter offertur ſacrificium, & orat ſacerdos. ergo neque ex conſortio multorum aliquid detrahitur alicui eorũ. alioqui quilibet iuſte poſſet ab audienda miſſa, & à memento alios excludere, ſi ſibi ſuus fructus ex aliorum conſortio minueretur.

Quòd etiam ex opere operantis fructus miſſæ, & orationum non minuatur in ſingulis ex cõſortio aliorum, ſicut de opere operato dictũ eſt. patet quo ad uim meritoriam: quia cum cõſiſtat in quadam decentia, & liberalitate diuina: quæ non minuitur circa unum ex alterius largitione propter obſequium ei gratius oblatum. gratius autem & ei magis acceptum eſt bonum opus ex maiore charitate, maior uero charitas ſaltẽ extenſiue eſt quæ ad plures extenditur dũ pro pluribus bonum opus offertur. ergo nõ minuitur in aliquo eius fructus ex conſortio aliorum.

Et quo ad vim ſatisfactoriam probatur idem. quia omne ſatisfactorium ex opere operantis habet vim ſatisfactoriam ſecundum deuotionem offerentem, vel cauſaliter concurrentem, ſecundum B. Tho. vbi ſupra, & in 4. diſt. 12. q. 2. arti. 2. quęſtiũcula. 4. ut ẽt in canone miſſæ dicitur pro quibus tibi offerimus, uel qui offerunt hoc ſacrificium laudis: quorum fides tibi cognita eſt, & deuotio nota &c. Et Gregorius non quãtum ſed ex quanto in eius ſacrificio offeratur Deus penſat. ergo ſecundum hanc deuotionem quantificatur, & participatur hic fructus à quocunque ſine alterius præiudicio. Et prædicta procedunt tam de ſacrificio miſſæ, quàm de quibuſlibet aliis bonis operibus quo ad vim meritoriam, & ſatiſfactoriam eorum: quamuis in miſſa quo ad quãtitatem rei oblatæ ſit fructus infinitę ſufficiens: qui non eſt in aliis bonis operibus, vt ſupra dictũ ẽſt. Et ita patet probatio primę partis huius opinionis.

Secunda pars, ſcilicet ſecus ſi non cauſaliter concurrant &c. probatur: quia fructus prędictus quantificatur, & participatur à quocunque non ſolum ſecundum intentionem applicantis, ſed ſecundum deuotionem offerentem, uel cauſaliter concurrentem. ergo ſi talis deuotio abſit, uel minuatur iam non ſequitur tantus fructus in eis. antecedens patet quia virtus ſacrificii, vt ſupra, & in ſecunda opinione dictum eſt, non ſolum ex re oblata, ſed ex ipſa oblatione, vel actu offerentis attenditur.

Sequuntur corolaria. primum, ſi ego proprio motu celebro vnam miſſam, vel facio bonum Corol. 1.

opus

opus cum deuotione cui reſpondet ſatisfactio vnius anni,& applico uni tantum puta Petro:ille reportat totum fructum ſatisfactoriũ unius anni. Si pro Petro, & Martino æqualiter : iam quilibet nõ niſi fructum pro dimidio anno habebit. Si pro tribus iam quilibet nõ niſi tertiam partem habebit. & ita de aliis proportionabiliter dicendum eſt. Et ſimiliter de Franciſco faciente celebrari vnicam miſſam,aut fieri orationem,ucl bonum opus:quia ſi pro uno tantum fit,ille reportabit totum fructum ſatisfactorium reſpondẽtem deuotioni tantum ipſius Frãciſci:ſi pro pluribus, diuiditur inter eos,ut dictum eſt. Et ſimiliter dicatur de quotcunque aliis proprio motu facientibus eandem miſſam celebrari. Semper enim ſatisfactio cuilibet deuotioni reſpondens eſt finita : quæ ſi ad plures per intẽtionem applicetur diuiditur inter eos, & minus à ſingulis participatur. Et ſic intelligitur ſententia Theologorum dicẽtium effectum miſſæ eſſe finitum,& diuiſum minorari in ſingulis quibus applicatur: intelligitur enim non in ordine ad plurium deuotionea cauſaliter concurrentes ſecundum quas fructus ille participatur: ſed ut iam participatum ab hac vel illa deuotione cauſaliter concurrente, vt in ſecunda parte opinionis, & in hoc corolario dictum eſt.

Corol. 2. Secũdum corolarium. quòd miſſa rogata,uel petita à pluribus plus prodeſt ceteris paribus, quàm à paucioribus:quia ex pluribus deuotionibus cauſaliter concurrentibus offertur. Et ſimiliter miſſa rogata ab aliquibus plus valet illis, quàm ſi ex ſola deuotione, & proprio motu ſacerdotis,vel alterius petentis pro illis diceretur, quia ibi effectus eſt ſecũdum deuotionem etiam rogantium:hic autem non.

Corol. 3. Tertium corolarium. quòd qui promiſit alicui dicere vnam miſſam pro anima patris:& alteri alteram pro anima patris, aut matris, & alteri alteram pro ſalute:& ſic de aliis vſque ad cẽtum: dicendo vnicam miſſam pro omnibus illis æqualiter applicando,non minus habebit quilibet eorum ſecundum ſuam aut petẽtis pro eo deuotionem,quàm ſi pro illo ſolo diceretur. Non autẽ reportaret tantum fructum ſi ſacerdos ſuo proprio motu illam vnicam miſſam pro omnibus illis ſpecialiter celebraret, neque illis omnibus ſatisfaceret.Neque etiam ſatisfaceret per illã unicam miſſam ſi vnus tãtum ab eo petiſſet tres,aut quattuor pro ſe vel pro aliis celebrari:quia vnica illius petentis deuotio cauſaliter concurrens,ſecundum quam fructus miſſæ quantificatur, non eſt tãta in vnica miſſa, quãta in tribus actualiter vel virtualiter repetita,vel replicata deuotio eſt.

Corol. 4. Quartum corolarium. quòd cum ſacerdos oret, & offerat miſſæ ſacrificium in perſona totius eccleſiæ: & quilibet fidelis ſit membrũ eius: iam quilibet per ſacerdotẽ orat,& offert, etiam exiſtens in purgatorio ſecundum ſuam præcedẽtem in hac vita deuotionem; Viuens autem ſecundum præſentem. Et ita quilibet fidelis etiam exiſtens in purgatorio habet ſaltem virtualiter deuotionem cauſaliter concurrentem ad miſſæ ſacrificium. Et omnibus illis quibus applicatur prodeſt ſecundum ſuam cuiuſque deuotionem prædictam,quam virtualiter in communibus, & ſpecialibus ſacrificiis, & orationibus eccleſiæ, & generali communione ſanctorum habent. Neque ideo eſt æqua petentis miſſam,vel ſuffragiũ, & non petentis conditio. Sicut nec eſt magis,& minus deuoti æqua conditio:neque eius qui vno tantum,& eius qui vno, & altero modo facit ſibi aliquid eſſe debitum. Rogare nanque & eleemoſynam ad id tribuere,& inducere,& corporaliter aſsiſtere,& miniſtrare, & alia eiuſmodi maioris ſunt deuotionis:& faciunt,vt non ſolum ex communione ſanctorum, & aliorum deuotione, ſed etiam ex tali actu ſpecialiter concurrente ſibi ſuus fructus maior proueniat.

Hanc opinionem expreſſe tenent Caietanus. 3.parte.q.79.arti.5. & latius in tertio quodlibeto. Et Syluester tit. miſſa.1.q.9.q.11. & Summa Angelica eo. ti.§.52. & Margarita confeſſorum in q.moralibus. quamuis in modo declarandi variẽt. Nam Syluester loquitur ſolum de ſacrificio miſſæ, & ſimiliter Summa Angelica quo ad virtutem,& fructum eius ex opere operato duntaxat. Et ad idem videtur B.Tho.3.par.q.79.artic.7.& in 4.diſt.45.q.2.art.4.ad vltimum. quamuis Soto aliter intelligat, de quo latius infra in quinta opinione cõcluſione tertia. Sed & Sylueſter vbi ſupra.q.9. male refert opinionem Scoti, & ſumma Ange.§.51. & multa eis imponit quæ ipſi nõ ſenſerunt. Et nota quòd Soto prius in lib.9. de iuſtitia,& iure q.2.arti.2. tenuit cum ſupradicta opinione ſecunda Scoti: poſtea vero in quarto ſententiarum diſt.13.q.2.arti.1.quaſi modificãs ſe ipſum tandem tenet hãc quartam opinionem in ſententia,licet eius verba aliud ſonare videantur. Hanc etiam opinionem tenet Cano de locis Theologicis lib.12.ca.13. in reſponſione ad 10. argumentum.

Et ſecundũ ſupradicta ſaluat hæc opinio quomodo ſit infinita virtus huius ſacrificii ſecũdum ſe abſolute; finita autem in vnoquoque participata. Saluatur & auctoritas doctorum,& ritus eccleſiæ in celebrando pro particulari; & maior fructus in vno quàm in pluribus : & conſuetudo tam offerentium pro vna miſſa,vt accidit in parrochiis,quàm celebrantium pro pluribus eandẽ ſine fraude,vt in ſolennitatibus accidit.dico ſine fraude:quia,vt ait etiam Sylueſter tit. miſſa.1.q.10.& ſumma Angelica vbi ſupra, ſi ſacerdos tardaret dicere miſſam ſibi commendatam expectans,vt in ea ſimul ſatisfaciat pro pluribus poſtea plures miſſas commendantibus: certe mortaliter

taliter peccaret defraudans fructum generalem eccleſiæ,& Dei honorem.

Hæc opinio deficit in tribus. primo in eo qđ dicit quòd fructus miſſæ ex opere operato nõ eſt neque reſpondet alicui,niſi illi duntaxat qui mẽſuratur ſecundum deuotionem cauſaliter concurrentem. Nam ex hoc ſequuntur tria inconuenientia. primo quòd ſi ſacerdos in mortali exiſtens, proprio motu celebret pro animabus purgatorii,uel pro aliquo viuente ignorante talem miſſam pro eo celebrari: tunc nullus fructus ſpecialis illis applicaretur:cum nec illi,nec ipſe ſacerdos habeant talem deuotionem cauſaliter cõcurrentem. Et quòd hoc ſit abſurdum concedere inde patet, quia omnes Doctores ex Auguſtino conſentiunt ex opere operato non minus ualere miſſam mali, quàm boni ſacerdotis quibuſcunque,ut expreſſe etiam dicit B.Tho.in 4.diſt. 45.q.2.art.1.

Si ad hoc dicatur ſicut Caietanus ſupra in quarto corolario dicere videtur, quòd quilibet fidelis etiam in purgatorio exiſtens habet deuotionem ſaltem uirtualem cauſaliter concurrentem. Contra. quia iam non opus eſſet diſtinguere, ſed uniuerſaliter diceretur, quòd cuicunque applicetur prodeſt magis, uel minus ſecundum ſuam cuiuſque deuotionem, ſicut in memento miſſæ generaliter dicitur,quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio. Et ita omnia corolaria prædicta ruunt.

Tum ſecundo ex dicta differentia deuotionis concurrentis, & non concurrẽtis ſequitur quòd Sortes cum deuotione,ut unum celebrans unam miſſam pro tribus ſingulariter eam petentibus, quorum quilibet habet deuotionem cauſaliter concurrentem ut duo tantum, melius ſatisfaceret illis magiſq; prodeſſet eis: quàm cum deuotione, ut tria celebrans unam miſſam pro omnibus illis non petentibus eã aut etiam petẽtibus cum deuotione cuiuſlibet,ut dimidiũ unius gradus. Probatur ſequella,quia ſi ſolũ deuotio cauſaliter concurrens cõſiderãda eſt ad fructus quãtificationẽ: iam ſimul colligendo oẽs gradus omniũ prædictarũ deuotionũ in primo caſu faciunt ſeptem gradus: in ſecundo autem caſu faciunt tres, aut quatuor cum dimidio. Quod autem hoc conſequens ſit falſum inde patet. quia ex opere operantis acceptior, & per conſequens fructuoſior eſt miſſa ſacerdotis cum maiore deuotione celebrantis quibuſcunque applicetur: ex opere autem operato non minuitur eius fructus, nec augetur in ſe ex maiore, uel minore deuotione celebrantium,aut eorum pro quibus celebratur,ut ſupra dictum eſt. quamuis deuotio, aut dignitas eorum quibus applicatur multum faciat ad plus, uel minus de tali fructu participandum,ut infra in 5.opinione conclu.quarta latius de hoc.

Tũ tertio ſequitur ex dictis quòd ſi ſacerdos in mortali celebraret pro illis tribus petentibus illam miſſam cum deuotione cuiuſq; eorum ut duo, melius illis ſatisfaceret magiſq; prodeſſet eis: quàm ſi exiſtens in gratia cum deuotione, ut quattuor eam pro illis tribus non petẽtibus eam celebraret. patet calculando omnes deuotiones, ut ſupra, quod tamen concedere abſurdum eſt.

Secundo deficit hæc opinio, quia idem cenſet de oratione,ieiunio,& eleemoſyna,& alio bono opere ſolum ex opere operantis uirtutem habente:quod de miſſa quo ad utranque vim meritoriam & ſatisfactoriam. & ita nullam differentiam facit quo ad hæc. quæ tamen facienda eſt, ut infra in quinta opinione latius habetur,ubi ad eius motiua reſpondetur.

Tertio deficit opinio in ſe:quia ex ea ſequeretur quòd ſaltem ſecrete, & ceſſante ſcandalo liceret ſacerdoti pro vna miſſa petita à duobus tribus & centum,centum item ſtipendia ſuſcipere: neque in hoc fraus ulla eis fieret, quia ſecundum hanc opinionem neminem eorum ſuo defraudat fructu; neque ulli facit iniuriam qui ſoluit quod ei promiſſum eſt: quamuis defraudet fructum eccleſiæ honoremq; diuinum. quod cõcedere uidetur intolerabile, & contra communem ſenſum fidelium,& eccleſiæ.

Quarto ait Soto de iuſtitia, & iure libro nono quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, quòd hæc opinio deficit etiam in hoc: quia habet pro fundamento, quòd hoc ſacrificium nullam uim ſeu fructum ex opere operato confert: ſed totum taxatur ſecundum gradus prædictæ deuotionis. Sed certe ipſe Caietanus, vbi ſupra id non dicit, ſed quòd ex opere operato ſic eſt infinitæ virtutis quo ad ſufficientiam, quòd quo ad efficaciam non eſt taxatus aliquis certus gradus fructus pro quocunque: ſed talis taxatio fit ſeu menſuratur ſecundum quantitatem prædictæ ſuæ deuotionis. Quod quomodo uerum ſit quomodo non: tum ex dictis,tum maxime ex quinta opinione ſequente amplius patebit.

OPINIO quinta,quæ mihi ex omnibus ſupradictis conflanda videtur ſtat in quinque concluſionibus. Quarum prima eſt,quòd miſſę ſacrificium,& quodlibet bonum opus quo ad omnem vim ſuam plus ualet alicui, vel aliquibus ſpecialiter quàm eiſdem generaliter tantum: & magis diſtincte quam confuſe applicatum. Opinio 5. Conclu. 1.

Probatur quadrupliciter. primo, quia ſine ſpeciali applicatione ſolum ualeret aliquibus ratione unionis charitatis, aut generalis, ſiue habitualis intentionis eccleſiæ: & plus valeret eis ſi inſuper ex intentione ſpecialiter illis, & maxime quo ad uim ſatisfactoriam applicaretur; ut patet ex tertio notabili ſuprapoſito. igitur,&c.

Si dicatur quòd generaliter pro omnibus factum poteſt ſimul ex intentione quamuis cõfuſe omnibus, & ſingulis corũ applicari, atq; ualere: adhuc tamen probatur quòd plus ualeret eiſdem ſi ſpecialiter, & diſtincte ſingulis eorum applicaretur, quia actus quo cõfuſior eo minus bonus eſt ceteris paribus. Sed ille actus applicatiuus miſſę, uel boni operis pro omnibus in generali confuſiſsimus eſt: ergo eſt minor in bonitate: & per conſequens in ualore ſeu fructu quo ad participantes: quàm ſi diſtincte eiſdem applicaretur. Conſequentia patet, & maior probatur. quia actus quo confuſior eo imperfectior eſt, & magis remotus ab efficacia; quia minus diſtincte rationem boni cogniti habet. Exẽpli gratia. Melior eſt iſte actus, volo dare eleemoſynã Petro, quàm iſte actus, volo dare eleemoſynam alicui. Itẽ ſi Sortes in capite quadrageſimæ habet hũc actum, volo ieiunare totam quadrageſimam: nõ eſt tã bonus ille actus ſicut ſi haberet diſtinctas uolitiones dierum ſingulorũ illic uirtualiter incluſas. Sic in propoſito. Et ita patet maior. Minor etiam probatur quia quãto actus eſt pluriũ: tanto eſt cuiuſlibet eorũ magis indiſtinctus magiſq; confuſus. Exempli gratia. Notitia hominis eſt indiſtincte, & confuſe omnium hominum repręſentatiua: & ipſorum eſt magis confuſa notitia generica animalis: & confuſior notitia ſubſtãtiæ: & confuſior notitia entis. Sic & uoluntatis actus illis notitiis correſpõdentes hoc modo explicabiles. Diligo hominem, animal, ſubſtãtiam, ens, ut de hoc Angeſt. in morali ca. 9. latius.

Igitur actus confuſior ſicut eſt minus bonus, ita etiam eſt minus utilis, & fructuoſus aliquibus quàm eſſet diſtincte eiſdem applicatus, ceteris paribus loquor ſemper: quia aliunde actus confuſus, & minus bonus poſſet eſſe vtilior. Dicit etiã Gabriel in canon. lectio. 26. ſecundum Gerſon quòd ſpecialis, & diſtincta applicatio eſt utilior propter augmentũ deuotionis actualis, quam naturaliter producit recordatio beneficiorum, & perſonæ: quia particularia magis mouent. ſacerdos etiã ex his ſpecialibus applicationibus redditur certior, & ſecurior de ſui debiti impletione.

Secundo probatur concluſio, quia, ut aiũt Gabriel & Gerſon ubi ſupra, Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ uult ſæpe conferre aliqua ſi pro ipſis ſpecialiter bona noſtra applicamus, & diſtincte, & non aliter: quamuis nõ indigeat hac intẽtione, uel applicatione noſtra ſicut, nec aliis bonis noſtris, ut aliis quibuſcunque benefaciat. ergo niſi ſic applicetur per ſacerdotem ſpecialiter, & diſtincte, vt Deus decreuit non habebitur tantus fructus.

Tertio probatur concluſio, quia ſic habet ritus eccleſiæ: quæ non ſuperflue inſtituit ſpeciales miſſas, & orationes pro his, uel illis ſpecialiter, & diſtincte applicandas, puta pro benefactoribus, pro parentibus, pro periclitantibus, pro uno defuncto &c. ut patet in miſſali, & in canone ſeu memento miſſæ uiuorum & mortuorum pro. N. N. quæ omnia fruſtra eſſent, niſi eſſent utiliora illis quibus ita ſpecialiter, & diſtincte applicantur.

Quarto idem probatur, quia oppoſitum dicere eſt coincidere cum errore Wicleff: condemnato in concilio Conſtantien. ſeſſ. 8. dicentiſq; ſpeciales orationes applicatæ uni perſonæ per prælatos, uel religioſos non plus proſunt eidem quàm generales ceteris paribus. ait concilium, error iſte. 15. eſt.

Contra præfatam primam concluſionem arguitur dupliciter. primo, quia opus quo melius, & Deo gratius, eo utilius eſt quo ad omnem eius fructum iis quibus applicatur. Sed factũ generaliter pro pluribus eſt melius, & Deo gratius quàm ſi ſpecialiter, & diſtincte pro paucioribus ceteris paribus. tum quia pluralitas obiectiua auget bonitatem, vel malitiam actus: nã melior eſt actus uolentis ſuccurrere tribus quàm duobus, & multis quàm paucis. tum etiam quia eo ex maiore charitate procedit quo ad plures generaliter ſe extendit, ut oratio dominica. ergo. *Argum. 1.*

Secundo arguitur quia ſacrificia, & ſuffragia proſunt illis qui hic meruerunt ſecundum Auguſtinũ de cura pro mortuis, & in enchiridio, & habetur. 13. q. 2. ca. non æſtimemus. ca. tempus. ſed omnes exiſtentes in gratia etiam in purgatorio meruerunt, aut merentur in hac uita, ut eis illa prodeſſent, & ſunt digni: ergo nõ minus proſunt eis generaliter quàm ſpecialiter facta. *Argum. 2.*

Reſpon. ad primum, negando conſequentiã. Solum enim cõcluditur quòd pro pluribus factũ eſt melius, & Deo gratius, & vtilius illis quàm factũ pro paucioribus, quod ingenue fatemur. Sed negatur conſequentia, neque concluditur, quòd generaliter, & confuſe factũ pro pluribus eſt melius, & vtilius illis quàm ſi ſpecialiter, & diſtincte fieret pro eiſdẽ. immo eſſet melius, & Deo gratius ceteris paribus, & vtilius illis pluribus eſſet ſi pro ipſis omnibus ſpecialiter fieret, & diſtincte. diſtincta. n. applicatio ſpecialis ſiue pro uno, ſiue pro multis fiat, ſuperaddit bonitatem, & fructum ad generalem ſiue confuſam pro eodem, uel pro eiſdem, ut ſupra probatum eſt. *Reſpõ ad 1.*

Ad ſecundum reſpon. negando cõſequentiã. Solum. n. concluditur ſicut, & cõceditur, ꝙ oĩbus exiſtentibus in gratia quibus applicantur aliquo modo ſuffragia, & ſacrificia ualẽt. cum quo ſtat ꝙ plus ualent eis, & ſingulis eorum ſi ſpecialiter & diſtincte, quàm ſi generaliter, & cõfuſe tantũ applicentur eiſdẽ. & plus ſi generaliter, quàm ſi nullo modo ex intẽtione, ſed ſolũ ex unione charitatis illis applicẽtur, aut ipſi participent. quia ut ait B. Tho. in 4. diſtin. 45. q. 2. art. 2. exiſtentes in gratia meruerunt conditionaliter, ut eis ſuffragia *Reſpõ. ad 2.*

fragia

fragia prodeſſent ſi & quomodo pro eis fierent ad pœnarum ſatiſfactionem:& ita habiles, & capaces tantum ex ſuis meritis ſe fecerunt ad id. Vnde non eſt inconueniens quo ad hoc pauperes,& meliores, pro quibus ſpecialiter aut generaliter ſuffragia ex intentione nullo modo fiũt, eſſe peioris conditionis, quàm alii minores pro quibus fiunt, & ex intentione illis applicantur. quia hoc eſt præmium accidentale:ipſi autẽ ſimpliciter melioris ſunt conditionis,ex quo quo ad meritum,& præmium eſſentiale alios excellunt. Quo ad ſpirtualem uero conſolationem,& bona alia charitatem conſequentia, & indirecte,talia ſuffragia generalia magis proſunt melioribus: quia magis merentur, ut Deus liberaliter eis benefaciat, & alii pro eis tam in hac, quàm in alia uita.

Et de reſiduo ſuffragiorũ ſpecialium pro aliquibus iam non indigentibus, credibile eſt ſecundum Thom. vbi ſupra, & Adria. in 8. quodlibeto articu. 3. quòd per diuinam miſericordiam eorum fructus aliis ſecundum eorum merita diſtribuantur: niſi ipſi facientes uirtualiter ſaltem intendiſſent, quòd ſibi, uel aliis ualerent ſi illis pro quibus ea ſpecialiter applicabant non proficerent. ſecũdum id Matth. 10. pax veſtra ad uos reuertetur. Et pſal. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. aut certe illud reſiduum in theſauro reponitur eccleſiæ per indulgentias diſtribuendum.

Concl. 2. Secunda concluſio. Sacrificiũ miſſæ,& quodlibet bonum opus pro multis in ſpeciali diſtincte, uel confuſe applicatum, quo ad vim meritoriam de congruo ſeu impetratoriam, tam ex opere operato, quàm operantis, non minus ualet ſeu prodeſt cuilibet eorum, quàm ſi eodẽ modo pro uno illorum tantum fieret: ita quòd ex cõſortio aliorum nil fructus prædicti detrahitur alicui.

Probatur dupliciter. primo, quia opus nõ eſt minus meritorium de congruo ex eo, quòd eſt melius,& Deo gratius, quale eſt quod pro multis fit ex latitudine charitatis, ceteris paribus, ſtante ſcilicet eodem conatu,& deuotione, &c. Sed ſi pro uno illorum tantum fieret eſſet meritorium de congruo pro illo. ergo es conſortio aliorum, cum ſit opus melius,& gratius Deo pro multis cum illo factum, non deſinit eſſe eodem modo meritorium ad fructum intẽtum pro ipſo.

Nam meritum congrui non iuſtitiæ, & eius æqualitati, ſed diuinæ potius innititur liberalitati: quæ non minuitur circa unum ex alterius largitione propter obſequium ei gratius oblatum. Neque enim Deus repellit orationem hominis; quia multa ex charitate petit, aut pro multis: dũmodo non petat ultra quàm decet. Neque facit ut rex ille Antigonus, de quo refert Seneca, & glo. in ca. etſi quæſtiones. de ſymonia, quòd repulit Cynicum primo dum talentum ab eo peteret, quia plus eſſet quàm Cynicum accipere: Secũdo cum denarium, quaſi minus peteret quàm regẽ dare deceret. Cũ tamen ex ſententia Senecæ potuiſſet,& talentũ ut rex,& denariũ, ut Cynico dare. Non igitur ita dominus quærit occaſiones petita negandi, ſed potius dandi, ſecũdum id Lucę 11. petite,& accipietis. Ideo & oratio dominica ab eo inſtituta nõ eſt minus meritoria ſeu impetratoria pro illis quibus ſpecialiter applicatur, ex eo quòd ẽt generaliter ex intentione pro multis fit dicendo, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, &c. ut Cyprianus de oratione dominica pulchre agit. Et forte hac de cauſa eccleſia in miſſa ſpecialiter pro aliquo facta, generaliter etiam multa petit, & applicat ſpecialiter in memento pro viuis, atq; defunctis: ut uel ſic per talem orationem,& ſacrificium magis impetret pro illo cui ſpecialiter applicat, uel intendit. Neque ideo minus efficax eſt oratio,& miſſa pro tota eccleſia: quãuis ſint plures de gremio eius. Secundo idẽ probatur ex ca. non mediocriter, de cõſec. diſt. 5. ut latius hæc auctoritas ad propoſitũ exponitur infra in tertia concluſione in reſpon. ad ſeptimum argumentum. Et prædicta omnia eo magis procedũt quo ad uirtutem meritoriã miſſæ ex opere operato, quo maior eſt eius uirtus, & aliquo modo infinita, ut inferius in tertia conclu. dicetur.

Et not. primo, quòd cum prædicta concluſione ſtat quòd per dictum ſacrificium ſeu bonum opus pro pluribus factũ non impetratur de facto quod intenditur pro illis pluribus facilius, quàm ſi pro paucioribus fieret eorum. quia licet ipſi facienti ſit de cõdigno meritoriũ gratiæ & glorię, & remiſsionis pœnarũ pro peccatis: tamẽ quo ad impetrationem aliorũ bonorũ ſibi & aliis eſt ſolum meritorium de congruo:& eius effectus à ſola liberalitate diuina ſperatur, ut ſupradictũ eſt. quæ nulli facit iniuriam: neque contra ullã legẽ, aut promiſsionem ſuam, neque cõtra ſuam liberalitatem agit, ſi non concedit huic uel illi quod petitur ab eo qui nihil ullo modo debet, aut promiſit alicui. Amicus autẽ homo poteſt alteri homini amico ex amicitia, aut beneficio obligari, ita ut ſine nota aut uitio illiberalitatis, uel ingratitudinis negare non poſsit quod iuſte, aut decẽter petitur ab eo. Nota.

Quo fit ut cũ cõſilium diuinæ liberalitatis, & miſericordiæ decretum ſit nobis omnino incertum quo ad hoc,& ſibi ſoli notum ſit: ideo incertum quoque nobis eſt cui, quãtum,& ad quid de facto, uel efficaciter ualeat oratio, miſſa, aut aliud bonum opus factum pro alio per hanc uiam meriti congrui, aut impetrationis.

Nam primo aliquando decreuit Deus miſereri totius multitudinis ſi aliqui, uel unus tantum iuſtus oret aut ſit inter eos, ut patet Iere. 5. Circuite uias Hieruſalem &c. Et Gen. 22.

Secundo aliquando nec iuſtorum uult miſereri clamãtium, propter iniquos cõmixtos cum eis. Iob. 35. Clamabunt & non exaudiã propter ſuperbiam malorum. Et ibi glo. Et Grego. lib. 9. morali. ca. 12. ſuper id Iob. 9. Deus cuius irę reſiſtere nemo poteſt. & habetur. 23. q. 4. c. Nabucodonoſor. Et Hiero. ſuper id Hiere. 7. tu uero noli orare pro populo hoc &c. Et Ezech. 14. Si dixero gladio tranſi per terram &c.

Tertio, aliquãdo, immo & ſępe audit nos orãtes pro tota communitate, cui interſunt aliqui peccatores tam perditę vitæ quòd pro eorũ tantum proſperitate temporali Deus non exaudiret orantes. Sicut contingit quòd in magna multitudine pecuniarum exponimus denarium minus iuſti ponderis, qui ſolus oblatus non acceptaretur. Quarto aliquando ẽt orationẽ pro multis fuſam Deus acceptat pro uno & non pro alio ẽt iuſtiore, quã pro illo uno non acceptaret niſi ſic etiã pro multis fuſa eſſet. Quinto, ſed regulariter credendum eſt Deum liberaliter potius concedere quæ magis deſeruiunt ad ſuum honorem, & gloriam ampliãdum, ſecundũ pſal. 77. propter gloriã nominis tui libera nos. & pſ. 113. Non nobis domine ſed nomini tuo da gloriam. grauiter. n. fert dominus quòd nomẽ eius blaſphemetur inter gentes propter nos. Ro. 2. & Ezech. 36. quando videlicet noſtra culpa reſiſtẽte Dei miſericordiã repellimus: & miſeri opprimuntur: quaſi eum Deum colamus qui nõ poſsit de tribulationibus liberare. Hãc concluſionẽ tenent expreſſe doctores de tertia, & de quarta opinione, & ſimiliter à fortiori doctores de prima opinione tenere habent: quamuis aliis rationibus ſupradictis non ſatis efficacibus.

Argum. 1. CONTRA quã arguitur primo, ꝙ ex hac concluſione ſequeretur primo, quòd orans aut celebrans pro omnibus hominibus uitę huius, & pro omnibus animabus purgatorii ex æquo: iã æque prodeſſet ſingulis & ad releuationem pœnarum, ac ſi pro una qualibet tantum illarum oraret.

Et ſecundo, ſequeretur quòd quilibet & maxime eccleſia ſecundum charitatem deberet pro omnibus, & non pro uno, uel aliquibus tantum orare, uel celebrare. quia magis debet uelle per eundem actum proficere pluribus dum per idẽ opus cuique eorum ęque proficere poteſt.

Reſpon. Reſpondeo ad primum negando ſequellam: nam concluſio ſolum dicit quòd nil detrahitur uni ex conſortio aliorum. Cum quo ſtat ꝙ de facto non omnibus proſit per uiam meriti cõgrui: quia hoc pẽdet à diuina liberalitate pro hoc magis quàm pro alio uolente acceptare, ut proxime in notabili poſt probationes dictum eſt. quamuis poſsit etiam omnibus, & ſingulis ęque proficere ſi ſint ęque digni, aut ſi Deus æque uellet pro omnibus liberaliter acceptare.

Ad ſecundam ſequellam reſpon. illam ſimpliciter negando. quia licet id eſſet ſępe verũ quo ad vim meritoriam, uel impetratoriam: non tamen quo ad ſatisfactoriam, ut ſupra, & infra latius habetur. eccleſia uero ſæpius celebrat & orat, vt per uiam ſatisfactoriam pro aliquibus ſpecialiter applicet uti tenetur. huc accedit quòd quo ad utranque uim noſtræ fragilitati, & tepiditati ſępius magis expedit pro aliquibus ſpecialiter tantum orare, celebrare, aut bene facere, quãdo uidelicet inde potius quàm pro omnibus generaliter id faciendo deuotione inflamamur.

Secũdo arguitur. quia tale opus eſt finitæ uirtutis etiam meritorię de congruo, uel de condigno. ergo diuiſa hęc uirtus in plures minuitur in ſingulis, ut in prima ratione ſecundę opinionis ſuprapoſitæ habetur. Argum. 2.

Reſpondeo, quicquid ſit de antecedente, de quo inferius in tertia cõcluſione latius, negatur conſequẽtia, quia nõ merito operis nec iuſtitię, nec legi alicui, ſed præcipue liberalitati Dei innititur virtus aut fructus meriti congrui. ideo nihil detrahitur uni ex conſortio alterius propter opus gratius ei oblatum: licet nõ omnibus ęque proſit, & infallibiliter, ut dictum eſt. Reſpon.

Tertio arguitur, quia merito finito reſpondet præmium finitum, & non poſſumus etiam de cõgruo per idem opus tantũ mereri pluribus quantum paucioribus. ergo &c. ut ſupra in ſecũda ratione ſecundæ opinionis habetur. Argum. 3.

Reſpondeo, ut ad ſecundum proxime dictum eſt, etiamſi detur antecedens negatur conſequẽtia, quia non merito operis, ſed liberalitati diuinę innititur fructus meriti cõgrui. quod ſi ex maiori fiat charitate, & Deo gratius ſit, dũ pro pluribus offertur: iam non minus, ſed magis impetratorium pro eodem, uel pro eiſdem eſt, quàm ſi non ita fieret, ut diximus. Reſpon.

Quarto arguitur, quia maius eſt mereri bonũ ſibi uel alteri etiam de cõgruo quàm ſoluere debitum pœnæ, ſed per unum opus ſatisfactorium non æque ſoluimus pro hoc, & illo debito huius, & aliorum: ſed ex conſortio aliorum minuitur fructus ſatisfactorius in alio. ergo à fortiori idẽ dicendum eſt de fructu ex merito congrui, ut ſupra in tertia ratione ſecũdæ opinionis tactũ eſt. Argum. 4.

Reſpondeo, quòd maior eſt uera de merito condigni, quod attenditur ſecundum iuſtitiã legis, & ualorem operis ſic qualificati, de merito autem cõgrui diſparata eſt comparatio ad opus ſatisfactorium; quia hoc iuſtitiæ illud liberalitati innititur diuinæ; ideo ibi non eſt maius, & minus ſub eodem genere. Et ita cum non ſit eadem ratio fructus acceptati in opere meritorio de congruo, & ſatisfactorio, non ualet conſequentia, ſicut non ualet dicendo, iſte modicum ſoluit. ergo Deus non liberaliter agit, uel ergo modica ſeu parua dona de congruo meremur per obſequia gratiora Deo facta. Reſpon.

Quinto

Argu. 5. Quinto arguitur, & eſt replica contra omnes ſolutiones præcedentes, quia omnes prædictæ ſolutiones procedũt de fructu huius ſacrificii quatenus eſt meritorium de congruo: non autẽ quatenus de condigno, & ex opere operato aut de iuſtitia legis meritorium aut ſatisfactorium eſt: de quo argumenta ſi fiant magnam habent vim. Quòd autem hoc ſacrificium ex opere operato de condigno, aut de iuſtitia legis meritorium ſit gratiæ & gloriæ, & aliorum fructuum, & ſatisfactorium pœnæ pro illis quibus ſpecialiter applicatur: quamuis quo ad alios fructus de congruo, meritorium ſit; facile probatur. Nam quod nobis prouenit ex opere operato huius ſacrificii, ſolum ex meritis, & inſtitutione Chriſti prouenit. quod eſt uerum non ſolum ut ſacramentum, ſed etiam eadem ratione, ut ſacrificium eſt: quia uidelicet utroque modo eſt inſtrumentum applicatiuum paſsionis Chriſti, & meritorum eius ab ipſo Chriſto inſtitutum ſecundum ueram doctrinam catholicam, ut breuiter tãgit Scotus vbi ſupra, & B. Tho. 3. par. q. 79. & in 4. diſt. 45. q. 2. arti. 1. Nunc autem Chriſtus de condigno, & de iuſtitia legis pro nobis meruit gratiam & gloriam, & quicquid aliud pro nobis meruit, ſecundum communem doctrinam, & ueram, ergo fructus huius ſacrificii ex opere operato ex merito Chriſti de cõdigno, & de iuſtitia legis nobis aduenit ſeu datur: præcipue gratia, & pœnæ ſatisfactio.

Reſpon. Reſpondeo, vtique conceditur quòd quo ad uirtutem meritoriã de condigno huius ſacrificii, ſeu ſatisfactoriam ex opere operato non procedunt ſolutiones præfatæ: ſicut nec argumenta contra ſecundam cõcluſionem, quę de ſolo merito congrui poſita eſt, quòd ſi de merito condigni argumenta procedant paulo inferius in tertia concluſione ſequenti ad illa & multa alia reſpondetur: ibi uideatur.

3. Conclu. Tertia concluſio eſt, Sacrificium miſſæ pro multis ſpecialiter confuſe, aut diſtincte applicatum, æque ualet cuilibet eorum ex opere operato quo ad vim meritoriam de condigno, & ſatisfactoriam, ac ſi eodem modo pro uno tantum ipſorum fieret: ita quòd nihil prædicti fructus detrahitur vni ex conſortio aliorum. Ex opere autem operantis tam miſſæ, quàm cuiuſlibet boni operis fructus prædictus minuitur in ſingulis ex conſortio aliorum, ita quòd minus valet cuilibet quàm ſi pro illo tantum fieret, uel applicaretur: & diuiditur inter eos quibus applicatur.

Prima pars probatur quadrupliciter. primo, quia talis uirtus miſſæ ex opere operato in ſe, & abſolute ſumpta eſt infinita ſyncathegorematice, uel extenſiue, & eſt indeterminata: quamuis cathegorematice finita ſit: ita quòd non applicatur, nec applicari poteſt tot hominibus, & in tanto gradu quin pluribus, & in maiori gradu applicari, & ualere poſsit. ergo nihil prædicti fructus detrahitur uni ex conſortio aliorum. Conſequentia patet quia alioqui nullo modo eſſet infinita, & indeterminata prædicta uirtus, ut conſtat.

Antecedens autem, in quo ſtat tota difficultas huius concluſionis, probatur dupliciter. primo, quia res oblata in hoc ſacrificio eſt Chriſtus paſſus ibi repręſentatus, & infinita eius merita ibi applicata. ergo virtus huius oblationis, uel ſacrificii prædicto modo infinita eſt.

Si negetur hęc conſequentia, ſicut eam negat Scotus vbi ſupra in ſecunda opinione: quia uirtus ſacrificii non ex quantitate rei oblatæ, ſed offerentis immediati, puta ſacerdotis, uel eccleſiæ attendenda eſt, ut ibidem latius in prima ratione probare conatus eſt.

Contra hoc arguitur probando dupliciter, quòd licet id ſit verum quo ad virtutem ſacrificii ex opere operantis: non tamẽ quo ad eius uirtutem ex opere operato de qua hæc cõcluſio procedit. primo, quia ſi ita eſſet quòd hæc virtus ſacrificii menſuratur ſecundum deuotionem offerentis immediati: vtique ſequeretur quòd miſſa ſacerdotis in mortali peccato celebrantis, aut quando pauciores iuſti eſſent in eccleſia non æque prodeſſet ex opere operato Martino pro quo celebratur, ſicut miſſa in ſtatu gratiæ, aut quãdo plures iuſti eſſent in eccleſia pro illo celebrantis. Hoc autẽ eſt contra Auguſtinũ, & contra cõem doctrinam eccleſiæ de cõſec. diſt. 2. c. vtrum. vbi dicitur nihil à bono maius, nihil à malo minus efficitur. ergo. Secundo idem patet, quia ſicut uirtus ſacramentorum ex opere operato non pendet ex deuotione, virtute, ſeu dignitate miniſtri, uel eccleſiæ, ſed ex meritis Chriſti ibi applicatis ex eius inſtitutione: ita de virtute ex opere operato huius ſacrificii quatenus tale dicẽdum eſt. Patet hæc conſequentia, quia vtrobiq; eſt virtus ex opere operato ex eadẽ cauſa proueniẽs: vtrobiq; eſt inſtrumentum paſsionis Chriſti, & meritorũ eius applicatiuum ex ipſius Chriſti inſtitutione, ſecundum Tho. in 4. diſt. 45. q. 2. art. 1. & 2. Et 3. par. q. 79. & cõiter doctores. Igitur licet requiratur intentio miniſtri ſecundum ritum eccleſię applicatiua huius ſacrificii: non tamen ex ea, uel ipſius offerentis, uel eccleſiæ deuotione, uel dignitate prouenit virtus ex opere operato ipſius, ut eſt ſacrificium, ſicut nec ipſius ut eſt ſacramẽtum, nec aliorum ſacramentorum uirtus, niſi ex meritis tantum Chriſti ibi ſecundum ritum eccleſiæ legitime applicatis ex Chriſti inſtitutione eſt. & ergo inde colligitur eius infinita virtus ſyncathegorematice, uel indeterminate, & extẽſiue ex opere operato, ut ſuperius aſſumptũ eſt.

Secundo principaliter eadẽ prima pars cõcluſionis ſimul & prędictũ antecedẽs probatur. quia ſicut in ſacramẽtis eſt ſua prædicta virtus ex opere operato infinita ſyncathegorematice, uel extẽ

ſiue in ſe abſolute conſiderata ante applicationẽ huic uel illi factam, uel quo ad ſufficientiam: ita uidelicet, quòd eorum virtus licet non ſit infinita cathegorematice, uel intenſiue, ſed finita: non tamen eſt ſic determinata ſiue taxata à Deo ad tot homines ſiue gradus gratiæ, uel fructus, quòd non ad alios, nec ad plures homines, & gradus extendi poſsit. Poteſt enim extendi ad plures in infinitum: & non tot quin pluribus, & in maiori gradu ſecundum cuiuſque diſpoſitionem maiorem ſuſcipientis ualere, & prodeſſe poteſt: quamuis non niſi in quantitate finita; & determinata à quocunque participetur. Ita de uirtute huius ſacrificii, uel ſacramenti ex opere operato dicendum eſt. Eſt enim ut cauſa vniuerſalis de ſe indeterminata ad tantum, uel tantum effectum: ſed à cauſa particulari puta à deuotione, uel diſpoſitione ſuſcipientis ad hunc uel illum maiorem, uel minorem effectum determinatur ſine alterius detrimento, ut ait concluſio prædicta. & hoc fundamentum, & ratio hæc amplius probatur infra in quarta concluſione ſecundum doctores communiter, ibi videatur.

In quo recte ait Caietanus in quodlibeto, eſt multorum doctorum communis error putãtium hoc ſacrificium, & alia ſacramenta ex inſtitutione diuina habere ex opere operato certum, atque taxatum gradum uirtutis ſuæ quæ applicatur huic uel illi: ultra quem non poteſt ipſi, uel alteri aliquid amplius applicari. quod ex dictis, & dicendis conſtat non eſſe verum, niſi forte quo ad paruulos baptizatos. Et ita Caietanus non tollit uirtutem huius ſacrificii ex opere operato, ut illi magiſter Soto, ubi ſupra in ſecunda opinione falſo imponit: ſed ponit eam non taxatam in ſe, ſed ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientis, ut dictum eſt. Et hoc eſt idem quod eſſe infinitam ſincathegorematice, id eſt ſufficientem de ſe, ita quòd non tot, quin pluribus, & in maiori gradu ſecundum cuiuſque diſpoſitionem applicari, & participari poſsit. Si autem conſideretur hoc ſacrificium, ut iam applicatum huic uel illi: ſic eius effectus ex opere operato eſt finitus, & determinatus ſecundum quãtitatem, & diſpoſitionem participantium. Nam intentio miniſtri applicat virtutem ſacrificii, uel ſacramenti: deuotio autem uel diſpoſitio ſuſcipientis quantificat eius virtutem, uel effectum. Ideo in canone miſſæ dicitur, tibi offerimus hoc ſacrificium pro eccleſia ſancta tua &c. Et, memento domine famulorum. N. &c. vbi actus intentionis applicantis notatur, deinde actus deuotionis quantificantis fructum eius ſubiungitur dicendo, quorum fides tibi cognita eſt, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, &c. ut infra in quarta concluſione latius de hoc habetur, & ita patet. prima ratio ſiue probatio huius tertiæ conclu.

Vbi nota, quòd ex ſupradictis confutatur opinio Gabrielis in 4. diſtinct. 4. q. 2. concluſione 7. & aliorum doctorum dicentium quòd virtus ſeu ualor ſacramentorum, & huius ſacrificii ex opere operato creſcere, & augeri poteſt ex deuotione miniſtri, & aliorum. quam opinionem quo ad hoc ſacrificium magiſter Soto reputat uerã non quo ad ſacramenta. Sed certe ex dictis conſtat quòd nec in hoc ſacrificio, nec in ſacramentis talis uirtus proprie uel in ſe, augetur, ſed ſolum quantificatur ex deuotione quorumcũque: cum ex ſolis meritis Chriſti ibi applicatis ex eius inſtitutione proueniat. & ad hunc ſenſum quòd augetur in ſuſcipiente, cui applicatur, vt diximus, uerum eſt.

Tertio principaliter probatur prima pars cõcluſionis, quia in canone miſſæ non ſolum generaliter pro eccleſia pro principibus Chriſtianis, ſed etiam ſpecialiter pro iis qui in memento cogitantur, & pro omnibus circunſtantibus docet eccleſia hoc ſacrificium offerri & applicari: idq; quo ad omnem vim ſuam tam meritoriam quàm ſatisfactoriam ex opere operato ſeu ex ui ſacrificii, & non ſolum quo ad vim impetratoriam eius uel orationum eccleſiæ, quia ibi expreſſe dicitur, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis pro redemptione, id eſt ſatisfactione animarum ſuarum. redemptio enim à malis eſt, & ſatisfactio per modum ſolutionis: ſicut Chriſtus redemit nos ſatisfaciendo pro nobis: & ſacrificium ſpecialiter eſt ad pœnarum ſatisfactionem ſecundum B. Tho. 3. par. q. 79. & communiter doctores. Conſtat autem non eſſe determinatum numerum cogitãdorum in memento, & circunſtantium. ergo ex opere operato nihil detrahitur vni ex conſortio aliorum de fructibus prædictis. alioqui quilibet, & maxime faciens pro ſe miſſam celebrari, iuſte poſsit quemlibet alium circunſtantem, aut ſuperuenientem ab ea repellere, & prohibere ne in memento alii cum eo memorarentur: ne ex eorum conſortio illius miſſæ fructus prædictus ſibi minueretur. & quidem hæc ratio ualde urget, quam magiſter Soto ubi ſupra ſoluere conatur: ſed actum agit, fortiſsima enim eſt.

Quarto probatur eadem quarta pars, quia etiam ſecundum Scotum, & alios doctores de ſecunda opinione ſuprapoſita, virtus miſſæ prædicta extenditur in diuerſis gradibus ad multos in infinitum procedendo ſine præiudicio aliorum, quibus in priori gradu applicatur & ualet: & nihil detrahitur uni ex conſortio aliorum in gradibus ſequentibus. ergo eadem ratione ſimiliter dicendum eſt abſolute, ut ait tertia concluſio, non curando de illa inæqualitate graduũ ſequentium & præcedentiũ. Ex quo nullũ fundamẽtũ habet in ſacra ſcriptura, nec vlla ſufficiẽte

ratione

ratione fulcitur talis inęqualitas graduum: niſi ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientium ponatur, vt ſecundum eam virtus vel fructus ſacrificii de ſe indeterminatus & quodammodo infinitus quantificetur & determinetur in hoc vel illo cui applicatur, vt ſupra dictum eſt.

Secunda pars huius tertiæ concluſionis, quòd ſcilicet ex opere operantis miſſa ſicut & quodlibet opus quo ad prædictos fructus non ęque valet multis ac ſi pro vno tantum eorum fieret, ſed minuitur in vno ex conſortio aliorum, probatur, quia talis virtus omnino finita eſt ſecundum deuotionem vel dignitatem operantis. ergo diuiſa in plures minuitur in ſingulis.

Dubium. Si quęratur cum vtraque virtus, ſcilicet, tam ex opere operantis quam ex opere operato quo ad prędictos fructus finita ſit cathegorematice vel intenſiue, vnde prouenit quòd illa ex opere operato eſt infinita ſyncathegorematice indeterminate vel extenſiue, & diuiſa in plures non minuitur ſed quantificatur ſecundum diſpoſitionē ſuſcipientis: hæc autem ex opere operantis ſemper & omnino manet finita & indeterminata, ita quòd diuiſa in plures minuitur & non quantificatur ſecundum ſuſcipientis diſpoſitionem.

No. Reſpon. Reſpon. ratio diſcriminis eſt. Nam virtus ex opere operato, ex quo eſt virtus duntaxat meritorum Chriſti ibi applicatorum, qui eſt caput noſtrum, inde eſt vt cauſa vniuerſalis creata, puta vt lux & Sol vel cœlum; quæ quidem cauſa in duobus habet ſimilitudinem cum prędicta virtute ex opere operato. primo quia licet in ſe nō ſit infinitę ſed finitę virtutis intenſiue: eſt tamen indeterminata & ſufficiens vt cum omnibus particularibus cauſis in infinitum aduenientibus tota licet non totaliter cōcurrat ad ſuos effectus. Sic finita quidem virtus ex opere operato in hoc ſacrificio & in ſacramentis eſt vniuerſalis pro omnibus hominibus capacibus eius, infinita autem ſyncathegorematice in ſe vel quo ad ſufficientiā in ſuo genere ſeu indeterminata ad ſuos effectus: neque enim eſt aſſignabilis certus numerus hominum quibus & non pluribus valere poſſit: eſt namque ſufficiens pro quibuſcunque: & non tot quin pluribus applicari & prodeſſe poſt.

Item ſecundo, quo ad effectum ſeu fructum prędictę virtutis eſt etiam ſimilitudo. Nam licet illa tota virtus cauſę vniuerſalis createę concurrat cum cauſis particularibus ad ſuos effectus totalitate cauſę: non tamen totaliter totalitate effectus: quia videlicet licet agat ad vltimum ſuę potentię: non tamen in hoc vel illo effectu exhauritur tota virtus eius: ſed manet adhuc ſua virtus ad concurrendum etiam tunc ſimul cum aliis cauſis particularibus quibus applicatur intra ſphęram actiuitatis ſuæ, ad alios ſimiles & maiores effectus, ſecundum cauſarum particularium & ſubiectorum applicationes & diſpoſitiones: à quibus determinatur & quantificatur virtus illa cauſę vniuerſalis. Ita infinita meritorū Chriſti virtus ex opere operato huius ſacrificii & ſacramentorum tota quidem, ſed non totaliter applicatur & participatur, ſed ad ſuos effectus determinata ſeu quantificata ſecundum ſuſcipientis diſpoſitionem. Inde ſit quòd non diuiditur ſed quantificatur prędicta virtus & eius fructus à pluribus participatus: neque minuitur in vno ex conſortio aliorum: neque poteſt tot aut in tot gradibus quin pluribus & in pluribus gradibus ſecundum cuiuſque diſpoſitionē applicari & participari poſſit. Et hoc eſt eſſe virtutem ex opere operato infinitam ſyncathegorematice vel indeterminatam: quamuis in ſacrificio vel ſacramento cathegorematice vel intenſiue finita ſit, vti ſuperius declaratum eſt.

Virtus autem ex opere operantis nihil tale habet maxime quo ad prędictam vim de condigno meritoriam & ſatiſfactoriam. quia nec eſt virtus capitis, nec vllo modo vniuerſalis, nec infinita, nec indeterminata; ſed particularis & à Deo taxata in ſe & in ſuo fructu. Ideo neque alteri prodeſt niſi quantum ipſa virtus finita & limitata ex intentione ipſius applicare potentis fuerit applicata. Inde etiam ſit quòd poteſt diuidi per partes & applicari, quòdq; diuiſa in plures minuitur in ſingulis vel ipſa vel fructus eius. Ideo ait Summa angelica titu. miſſa. §. 52. quòd miſſa & ſacramentum magis valet ad remiſſionē peccatorum, quàm alia opera bona habentia ſolum virtutem hanc ex opere operantis, quod intellige ceteris paribus. Præfatam tertiam concluſionem quo ad primam eius partem tenent doctores de prima opinione ſupra poſita. Similiter & B. Tho. 3. par. ſum. q. 79. art. 7. dicens quòd ſacramentum euchariſtiæ quatenus eſt ſacrificiū habet vim ſatisfactiuam: & ex ſua quātitate ſufficit ad ſatisfaciendum pro omni pœna. tamen ſit ſatisfactoriū illis pro quibus offertur vel etiā pro ipſis offerentibus ſecundum quātitatem ſuę deuotionis & non pro tota pœna. Hæc ille. quo nihil clarius ad rem. quamuis Soto vbi ſupra extorqueat ad ſenſum ſecūdę opinionis ſupra poſitę. Et idem B. Tho. in 4. diſtin. 45. art. 4. dicit ad vltimum. quòd quamuis virtus Chriſti quæ continetur in hoc ſacramento vel ſacrificio ſit infinita (ſcilicet, in ſe abſolute & ſyncathegorematice aut indeterminate:) at vero determinatus eſt effectus ad quem ſacramentum illud ordinatur. Hæc ille. Et quod dicit quòd eſt determinatus effectus eius nō intelligitur quòd de ſe eſt determinatus & taxatus in omnibus cum proxime dixerit quòd eſt de ſe infinita virtus eius: ſed intelligitur quòd eſt determinatus, ſcilicet, ſecundum deuotionem ſuſcipientis quantificatus in hoc vel illo, vt ipſe vbi ſupra in 3. par. & in 4. diſtin. 12. q. 2. quæſtiuncula 4. ſeipſum declarauit.

ne

ne ſibi ipſi contradicere videatur, vt late etiam dictum eſt. Similiter & Caietanus & alii de quarta opinione vbi ſupra idem tenent: excepto quod male limitant ſolum quo ad petentes ſeu cauſaliter concurrentes, quod ibi reprobatum eſt.

Quo ad ſecundam partem concordant doctores de ſecunda opinione ſupra poſita, qui in numeri ſunt. quo ad vtramque partem concordat Summa Ange. vbi ſupra titu. miſſa. §. 52. alios nō vidi. Contra primam partem huius tertiæ conclusionis arguitur quadrupliciter. nam tria argumenta ſunt illę tres rationes, quibus probata eſt ſecunda opinio ſupra poſita. Quartum autem eſt illud primum argumentum ſupra poſitum cōtra ſecundam conclusionem præcedentem huius quintę opin. ibi uideatur. Contra ſecūdam autem partem eiuſdem tertiæ conclusionis tripliciter arguitur. primo, & in ordine quinto, ſic. Hoc ſacrificium & omne opus ſatisfactorium vnius pro altero factū innititur præcipue diuinę virtuti, ſed apud Deum nil refert iuuare vnum vel plures per vnicum vel plura opera vel ſacrificia. ergo cum ſit liberaliſsimus, ſequitur quòd apud ipſum non minus valet ſingulis ex conſortio aliorum etiam ex opere operantis quo ad vtramque virtutem de qua concluſio procedit.

Argumentū primum. ſecundum. tertium. quartum. quintum.

Sextum.

Sexto ad idem arguitur contra ſecundam partem: quia alioqui eccleſia in miſsis ſpecialibus pro ſatisfactione peccatorum pro vno viuo vel defuncto nō inſtitueret ſimul etiam pro aliis orari & offerri ſacrificium & eis applicari pro redēptione ſeu ſatisfactione pœnarum, ſi ex hoc aliquid fructus ex opere operantis ſacerdotis vel eccleſiæ illi detraheretur.

Septimum.

Septimo contra eandem ſecundam partem arguitur per tres illas rationes ſupra poſitas in prima opinione. ibi videantur.

Reſpon. ad primum.

Reſpon. ad primum, quòd illa maior ſolum eſt vera de virtute finita ſimpliciter: quæ videlicet taxata vel determinata, non autem de ea quę ſyncathegorematice infinita vel indeterminata, vt cauſa vniuerſalis eſt. Et tunc negatur minor: nam vt ex dictis cōſtat virtus miſſæ, ſic eſt finita quòd eſt ſyncathegorematice infinita vel indeterminata: & hæc non diuiditur ſed quantificatur ſecundum diſpoſitionem ſubiectorum. Et ibi ſolum probatur quòd eſt cathegorematice finita virtus miſſę. quod ingenue concedimus. Negatur etiam quòd ibi dicitur quòd ſcilicet, virtus ſacrificii ex opere operato non ex quantitate rei oblatę ſed ex virtute offerentis attenditur. probatum enim eſt quòd non ex deuotione vel dignitate offerentis ſed ex meritis Chriſti ibi vel in ſacramentis ſecundum ritum eccleſię legitime applicatis ex Chriſti inſtitutione prouenit prædicta virtus ex opere operato. Et in hoc ſtat radix & fundamentum huius cōcluſionis: in quo fundamento ſalua reuerentia errasse videtur doctores de ſecūda opinione. Quia & dum ipſi ponunt virtutem ſacrificii ex opere operato ex ſola deuotione aut virtute offerentis ſacerdotis vel eccleſiæ prouenire: vtique virtutem eius tollunt ex opere operato & ſolam ex opere operātis cōſtituunt. igitur ex ſolis meritis Chriſti prouenit ibi applicatis: quamuis quantificetur prædicta virtus & determinetur ſecundum diſpoſitionem offerentis & ſuſcipientis. Et ad prædictam applicationem requiritur & ſufficit intentio ſacerdotis ſine alia deuotione eius vt ſupra in quinto notabili habetur. Et hæc intentio duntaxat eſt quam tenetur ſacerdos apponere, quam etiam requirunt regulariter illi qui petunt pro ſe ſpecialiter miſſas celebrari, dum de deuotione etiā apponenda non fit mentio ſpecialis.

Illud autem Grego. non quantum ſed ex quāto &c. intelligitur ſicut & ipſe loquitur de virtute proueniente ex opere operantis: nō quidē ſic quòd ad talem virtutem ſeu bonitatē operis nil faciat quantitas rei oblatę: facit. n. tam quantitas & genus operis quàm etiam circunſtantia ad bonitatem & meritum operis & operantis: ſed vt declarat B. Tho. 3. par. q. 79. art. 5. quòd ſcilicet, ad prędictam virtutem & bonitatem ex opere operantis magis eius deuotio attēditur a Deo quàm quantitas rei oblatę. Quo fit vt ſacerdotis hęretici vel ſciſmatici extra gremium & ritū eccleſię celebrantis ſacrificium vel oblatio nihil valeat ex opere operato & operantis: quia eius intentio & actus non conformatur intentioni & ritu eccleſiæ, nec eius nomine offert: & ita nulla intentio eſt quę ſufficiat oblationem legitimā facere. Quare non magis valet quàm ſi fieret ab infideli, vel ſi in pixide ſine vlla oblatione euchariſtia maneret. Sacerdotis autē in peccato mortali etiam excommunicati ſecundum fidem & ritum eccleſiæ celebrantis, ex quo eſt intra gremium eccleſiæ quamuis à conſortio & communione fidelium repulſus ſit, vtique tale eius ſacrificium ęque valet ex opere operato, ſicut & in ſtatu gratiæ celebrantis: quia vtrobique legitimum ſacrificium & applicans intentio eſt: quāuis diſpar ſit deuotio miniſtri offerentis.

Negatur etiam quod ibi dicitur, quòd ſcilicet talis virtus ex opere operato diuiditur in plures quibus applicatur. dictum eſt enim ſuperius quod vt cauſa vniuerſalis non diuiditur ſed participatur, tota quidem ſed non totaliter, ſed ſecundum ſuſcipientis diſpoſitionem: & ita non minuitur ſed quantificatur & determinatur in ſingulis, vt declaratum eſt. Et ita patet reſponſio ad omnia quæ in illa prima ratione vel argumēto tāguntur.

Reſpon. ad ſecundum.

Reſpon. ad ſecundam rationem vel argumentum concedendo ſequellam, ad hunc ſenſum, quod ſcilicet, vna miſſa ex opere operato poteſt prodeſſe multis & innumeris hominibus & animabus purgatorii, quo ad vtramque vim, ſcilicet

meritoriam & ſatisfactoriam, ſecundum ſuam cuiuſque diſpoſitionem duntaxat: ſi omnibus eis ſpecialiter ad id applicatur per ſacerdotem: & ita nil detrahitur vni ex conſortio aliorum: quia quilibet recipit ſecundum ſuam diſpoſitionem ac ſi pro eo ſolo celebraretur. Quod non habet locum in virtute ex opere tantum operātis, quę omnino finita eſt, vt ex ſupradictis conſtat: de qua prima probatio ibi adducta procedit. neque id concedere de opere operato vllum inconueniens eſt. Nam ad ſecundam probationem ibi adductam quo ad hoc quòd ſcilicet eſt contra ritum eccleſiæ &c. Reſpon. id negando. Nā ideo eccleſia & quidem recte inſtituit multas miſſas ſpecialiter pro vno viuo vel defuncto ad prædictos fructus celebrari, vt qui non eſt diſpoſitus niſi ad participandum vnum vel duos gradus prędictorum fructuum vnius miſſę, iam ex alterius miſſę celebratione alios dies participans maiorē fructum ex pluribus quàm ex vna miſſa recipiat.

Quòd ſi replicetur vt in quarto argumento, reſponſio videatur vbi ſupra in primo argumento contra ſecundam concluſionem pręcedētem, & hic etiam paulo inferius habetur.

Reſpon. ad tertium. Ad tertiam rationem vel argumentum. Reſpon. quòd ſolum procedit & conceditur id de virtute ſeu merito condigni ex opere operantis, ſecus ex opere operato: quia eius virtus infinita quodammodo & indeterminata eſt, vt ex ſupra dictis ſatis conſtat.

Reſpon. ad quartum. Ad quartum argumentum, quod primum cō tra ſecundam concluſionem præcedētem ſupra poſitum eſt, Reſpon. ad primam ſequellam ibi poſitam illam cōcedendo ex opere operato: nec illud eſt inconueniens vt ſuperius ad primum argumentum reſponſum eſt. ſecus de virtute orationis ex opere operantis de qua ſequens ſecunda pars huius tertię concluſionis procedit.

Ad ſecundam ſequellam Reſpon. illam cōcedendo de debito conſilij: non autem de debito pręcepti, vt ſuperius in Reſpon. ad primum argumentum contra ſecundam concluſionem habetur. quanto magis quòd ſancta mater eccleſia illud conſilium ſatis adimplet, dum in omnibus miſsis etiam ſpecialiter pro hoc vel illo celebratis ſtatuit etiam generaliter pro omnibus viuis atque defunctis tam in memento quàm alibi commemorationem fieri & celebrari, vt omnibus ſecūdum ſuam cuiuſq; diſpoſitionē proſint.

Si replicetur, quòd ergo inutile eſſet miſſas ſpecialiter pro hoc vel illo ſpecialiter celebrari ſi omnibus proſunt ſecundum ſuam diſpoſitionem: nec eſſet melioris conditionis is qui pro ſe ſpecialiter facit celebrari, quàm alius qui eam non facit celebrari, cui ęque ſpecialiter applicatur, cui & ſecundum ſuam diſpoſitionem prodeſt ſicut ei qui eam facit celebrari.

Reſpon. negatur ſequella. Nam illi pro quo ſpecialiter celebratur plus valet quàm aliis pro quibus non ſic ſpecialiter nec ita diſtincte celebratur vt ſupra conclu. prima probatum eſt. Itē qui eam facit pro ſe celebrari inde eſt dignior atque deuotior magisq; diſpoſitus quàm alii ceteris paribus, vt ille pluſquam alij pro quibus ēt ſpecialiter celebratur de fructu miſſę participet. Sacerdos etiam tenetur ei præ aliis diſtinctius vel etiam in potiori gradu miſſam applicare. Et ita eius conditio melior ex hoc facta eſt ad prædictos fructus: quamuis alii quo ad aliud aliūde prouenienś vel ſimpliciter digniores & magis diſpoſiti ſint.

Reſpon. ad quintum. Ad quintum, quod eſt primum contra ſecundam partem huius tertię concluſionis Reſpon. negando conſequentiam, quia ſecūdnm B. Tho. in 4. diſtin. 45. q. 5. art. 4. non ſolum conſideratur fructus ſacrificii vel ſuffragii ex parte Dei ſed ēt ex parte facientis & diſpoſitionis eius, vt patet ex ſupra dictis & dicendis inferius in quarta concluſione; & ita ex vtroque pendet effectus ſacrificij vt rationabiliter fiat à Deo qui omnia in numero pondere & menſura conſtituit. Ideo non in quolibet opere totam nec æqualem virtutem poſuit, nec ad omnem nec ęqualem effectum ſeu fructum: licet ipſe omnia poſsit.

Reſpon. ad ſextum. Ad ſextum Reſpon. quòd ideo eccleſia id inſtituit quia ex opere operato nil detrahitur vni ex conſortio aliorum vt ſupra ad quartum argumentum reſponſum eſt. quo ad virtutem autem ex opere operantis dico ſecundum B. Tho. vbi ſupra & Adria. in 8. quodlibeto quòd ideo eccleſia id inſtituit, vt talis virtus pro vno ſpecialiter applicatur proſit etiam aliis; non quidem æqualiter ſed minus principaliter quātum prodeſſe poteſt per viam ſatisfactionis aut per viam meriti ſeu impetrationis. Nam magis proſunt ex intentione ſpecialiter, & diſtincte applicata quàm ſi non ita applicarentur, vt ſupra ſecunda concluſione latius habetur.

Reſpon. ad ſeptimum. Ad ſeptimum Reſpon. ad primum de ſimilitudine ſpiritus negando antecedens pro vtraque parte, quo ad maiorem quidem, quia eſt differentia inter ſpiritum & bonum ſpirituale: nam ſpiritus eſt in ſua ſubſtantia indiuiſibilis: ideo nō poteſt per partes communicari. bonum autem ſpirituale vel fructus, puta ſatisfactio pœnarum & gratia & huiuſmodi, diuiſionem & partitionē admittit quo ad gradus & durationem & quo ad alia: ideo poteſt vni valere quo ad vnum, alteri quo ad alium fructum vel effectum duntaxat. Quo ad minorem autem etiā negatur; nam eſt falſa ſi intelligatur quòd ſpiritus totus communicatur ſeu totaliter quo ad ſuam efficaciam vel effectum. Nam licet anima ſit tota in toto & in qualibet corporis parte: non tamen quo ad omnem ſuum effectum: quia maiorem virtutem cō municat cordi aut cerebro quàm pedi, quem nō

tam

tam velociter nec tam virtuoſe mouet. Sicut etiam duo poſſunt habere ex æquo dominiū vel poteſtatem ſpiritualem vel ſuper iure aut re ſpirituali: non tamen ex æquo habent effectum vel vſum eius. Sic miſſa vel oratio ex opere operantis tota quidem quo ad ſubſtantiam non tamen quo ad eius virtutem ſeu fructum ſingulis applicatur. Ad aliud de lumine, voce, ſeu doctrina &c. Reſpō. omiſsis multis quæ Scotus in 20. quodlibeto adducit ꝑ ſimile de moueri ad æquato &c. clarius negatur conſequentia, non enim eſt ſimile: quia illa agunt naturali neceſsitate in quodlibet paſſum eque propinquum & diſpoſitū ſecundum diſpoſitionem eius. Opus autem ſatiſfactorium finitę virtutis nō niſi ſecundum intentionem applicantis, & voluntatem Dei acceptantis, & virtutis finitę habentis quantitatem diuiſibilem in plures vt dictum eſt. Ideo nec ipſe applicans poteſt efficaciter velle quòd tota talis virtus cuilibet totaliter poſsit. Alioqui ex dictis exemplis ſimiliter probaretur quòd opus ſatiſfactorium aut aliud bonum opus eque proficeret iis quibus non applicatur ſicut iis quibus applicatur. Ad vltimum ex Hieronymo in c. non mediocriter. de conſecra. diſtin. 5. Reſpon. tripliciter ſecundum gloſſam ibidem. primo, quòd loquitur de ſacramentorum virtute ex opere operato, propter ſpiritum ſanctum qui non datur ad menſuram. Sed hæc ſolutio vt bene ait Adrianus in 8. quodlibeto non valet, tum quia etiam expreſſe loquitur de pſalmo qui virtutem tātum ex opere operantis habet, tum etiam quia puritas cordis ſerenitas & anxietas de quibus etiam loquitur textus ſunt impertinentia ad augēdum vel minuendum valorem ex opere operato. Male etiam allegatur quòd ſpiritus ſanctus non datur ad menſuram: cum hoc ſit ſpeciale priuilegium Chriſti quòd ei non ſit datus ſpiritus ad mēſuram. Ioa. 3. illud autem c. nec quemquam, ſolū dicit ſpiritum ſanctum non menſurari ſed totū infundi; quod vtique eſt verum, ſed cum magna effectuū diuerſitate. 1. corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus & idem ſpiritus diuidens ſingulis pro vt vult. Ideo ſecunda ſolutio eſt quòd procedit quo ad ipſum orantem vel celebrantem, ꝙ ſcilicet tātum valet ei ſpecialiſsime ac ſi pro vno tantum diceretur, ſed hoc nil valet; quia expreſſe dicitur quòd non minus accipitur, ſcilicet à quolibet ac ſi pro ipſo tantum fieret.

Tertia ſolutio eſt quòd non minus valet miſſa vel pſalmus cum hilaritate mentis cum dicitur pro pluribus, quàm ſi cum anxietate pro vnoquoque diceretur: ita quòd nullus priuatur eius fructu ſecundum cuiuſque charitatem: non tamen dicitur quòd æqualiter quiſq; participat, ſed comparando orationem vel miſſam dictam pro vno ad eam quæ ſit pro pluribus, dicit quòd idem eſt vtriuſque valor, quòdq; omnibus prodeſt: non tamen dicit quòd æqualiter ac ſi pro vno ipſorum diceretur, & hic ſenſus magis placet Adriano & doctori Couarruuias in relectione de excommunicatione in cap. alma mater. de ſen. exco. par. 1. §. 5. numero 9. fo. 49. & Turrecremata in eodem ca. non mediocriter. ſecundum B. Tho. vbi infra videatur ad idem.

Sed quarta ſolutio eſt, vt ait Medina de oratione. q. 29. quòd homo ex opere operantis plus prodeſſet multis quibus prodeſſe cupit, vnam miſſam vel orationem ſeu pſalmum pro illis multis dicendo cum cordis puritate & hilaritate ſeu deuotione, quàm pro ſingulis eorum miſſas vel pſalmos cum anxietate dicendo, quia ſcilicet ex parte ipſius operātis maioris valoris eſt vna oratio vel miſſa cum maiore deuotione facta, quàm plures cum minore & cum anxietate & faſtidio. Et videntur cum hoc concordare diuus Bonauē. Richar. Scot. Duran. Gerſon. & Gabriel in canone lectione. 27. & tandem Honcala de valore miſſę. art. 11. Sed quia textus expreſſe tādem & generaliter dicit quòd non minus quàm ſi pro vnoquoque diceretur accipitur: ideo pro maiore claritate præcedentis quartę ſolutionis dicāmus quòd dictum ca. loquitur & intelligitur de virtute meritoria de congruo tantum ex opere operantis, vt in ſecunda concluſione habetur, quia modo ſit pſalmus modo miſſa eſt maioris valoris facta cum hilaritate & deuotione quàm cum anxietate & faſtidio: modo fiat pro vno modo pro multis, hoc enim nihil valoris eius tollit, vt ſupra in quarta ſolutione ſecūdū Medina &c. dictum eſt. ꝙ ſi melior, ergo eſt etiam vtilior & de congruo magis meritoria ad bonum impetrādum & releuationem pœnarū omnibus pro quibus fit. Et ex conſequenti non minus quilibet accipit de eius fructu ac ſi pro vnoquoque tantum diceretur: quia videlicet vnuſquiſque de ea participat ſecundum ſuam diſpoſitionem vel dignitatem & Dei liberalitatem, vt ſupra in ſecunda & infra in quarta concluſione latius habetur. Itaque textus loquitur ſolum de merito congrui ex opere operantis aut per viam impetrationis in caſu prędictæ ſecundę non autem in caſu tertię huius cōcluſionis. Et cum hoc ſenſu videtur etiam B. Tho. in 4. diſtin. 45. q. 2. art. 2. vt etiam refert & tenet Soto vbi ſupra dicens quòd ſi ſacrificium vel ſuffragium æſtimetur ex radice charitatis non minus prodeſt ſingulis ſi offertur pro multis, id eſt, quòd meritum charitatis offerentis æqualiter ſingulos iuuat: quia extenſione non minuitur. Hęc ibi. quæ verba cum præfato ſenſu conſonant ſimul & doctores de tertia opin.

Item contra eandem tertiam concluſionem ſunt alia tria argumenta: quorum primum, & in ordine 8. eſt, quia ſi virtus ſacrificij eſt cathegorematica finita: quæro an ſit certa taxata vel determinata quo ad tot gradus eius: vel non. Si ſic *Argumentum octauum*

puta

puta vt decem exempli gratia. ergo ſi alicui vel aliquibus hæc tota virtus applicatur, vt certe applicari poteſt quomodocunque talis applicatio fiat: iam ſequitur quòd nihil remanet aliis applicandum: vel quòd illa finita & taxata virtus diuiſi in plures minuitur inter eos: alioqui etiam cathegorematice infinita eſſet vt proxime etiam probabitur. Si autem non eſt determinata neque taxata, ſed indeterminata quo ad gradus & perſonas, vt ipſa dicit opinio: ita quòd in infinitum procedi poteſt pluribus applicando æquales & maiores gradus virtutis ſecundum ipſorum diſpoſitionem, ergo eſt etiam cathegorematice vel intenſiue infinita virtus eius: quia non eſt dare terminum illius aut finem: neque vnquam exhauriri poteſt, nec eſt differētia inter infinitam virtutem huius ſacrificii & paſsionis Chriſti.

Reſpon. ad ſecundum argumentum. Reſpon. dando ſecundum quòd eſt indeterminata virtus ſacrificii vt ibi dictum eſt, ſed negatur ſecunda conſequentia, & ad eius probationem dico quòd bene datur terminus eius virtutis & exhauritur vel ceſſat actu licet nō in potentia. & eſt differentia inter eam & virtutem paſsionis Chriſti. Nam hæc eſt in ſe etiam actualiter infinita intenſiue, vel ratione ſui vel ratione acceptationis diuinę: & actu manens repoſita apud Deum in ęternum, etiam ſi actu nullus eam participet; & eſt pro infinitis & ad omnia ad ſalutem oportuna abſolute ſufficiens: quamuis non niſi finite & in gradibus determinatis à ſingulis ſecundum eorum diſpoſitionem participetur. In hoc autem ſacrificio & in ſacramētis nō ita eſt. Nam ibi non manet nec actualiter eſt alia nec minor virtus à meritis Chriſti defluens, quàm ea quæ à ſuſcipientibus actu participatur: quamuis maior defluere & participari poſſet ſi maiorem diſpoſitionem illi vel alii participantes haberent. Quod patet exemplo cauſę vniuerſalis & lucis aut calidi aut ignis: neque enim plus actu efficiunt aut concurrunt, quàm cauſa particularis aut paſſum applicatum & diſpoſitum eſt, & ab eis participatur: quamuis maior concurſus & effectus vel virtus eſſe & participari poſsit. Sicut etiam à fonte perēni in paruulam piſcinam defluunt aquę, eo duntaxat tempore quo in alia vaſcula vel in areas hortorum ſecundum eorum menſuram inde exhauriuntur vel deriuantur vt opus eſt: Ita ſane ab infinita fontaliq; meritorum Chriſti virtute in piſcinulas ſpirituales vel in paruula vaſa gratię à Deo inſtituta, id eſt, in ſacramenta & miſſę ſacrificium, non niſi dū fiunt, defluit ſemper ipſa virtus quę dicitur ex opere operato: ſed non niſi ſecundum menſurā diſpoſitionis eorum quibus applicata participatur. Quo quidem in ſacramento vel ſacrificio & eius virtutis actuali ſuſceptione ceſsāte ceſſat & ipſius meritorū Chriſti virtutis influxus actualis, & actualiter exhauritur, id eſt, ceſſat influere virtus illa: quæ tamen maior & in pluribus eſſe & defluere magis poterat ſi à pluribus aut à magis diſpoſitis participaretur. Et ita liquet quomodo ſacrificii huius & aliorum ſacramentorum menſura virtutis finita actu eſt & exhauriri vel ceſſare poteſt: ſicut non niſi finitis hominibus & in gradibus finitis ſuarum diſpoſitionum ea virtus actualiter & de facto applicatur & quantificatur. Potentialiter autem eſt infinita vel indeterminata nec exhauriri pōt nec datur terminus eius, quod eſt idem quod ſyncathegorematice infinitam eſſe: dū à meritis Chriſti defluere magis ac magis ac maior & in pluribus ſecundum eorum diſpoſitionem applicari & eſſe poterat. Et cum ſupra dictis ſtat quod maior virtus ex opere operato à meritis Chriſti defluit & communicatur etiam ęqualiter diſpoſitis per vnum quàm per aliud ſacramentum ſpecie differens ab eo: puta maior per ſacramentū pœnitentiæ vel euchariſtiæ quàm per ſacramentum extremę vnctionis vel matrimonii: quia ſic à Deo ſtatutum & decretum eſt.

Si replicetur. primo ponatur quòd de facto prædicta virtus miſſę applicatur omnibus perſonis etiam diſpoſitis in omnibus gradibus poſsibilibus applicari: iam non poterit aliis nec in maioribus gradibus applicari neque valere niſi minuatur in ſingulis. *Replica prima.*

Reſpon. primo, caſus eſt moraliter impoſsibilis nec admittendus: ſicut quòd detur actu infinitus numerus rerum producibilium à Deo, aut vltimus numerus poſsibilis, aut vltima pars diuiſionis continui per partes proportionales. Secundo dico quòd eo dato vel admiſſo, tunc conceditur quòd non poteſt vltra procedi non propter defectum virtutis ſacrificii ſed propter defectum eorum quibus communicari poſsit: quia ex hypoteſi neque alii neque aliorum graduum capaces eſſe poſſunt. Ideo nec ſequitur quòd ex cōſortio aliorum prædicta virtus minuitur in ſingulis. *Reſpon.*

Si ſecundo replicetur, quòd prædicto modo intelligendo infinitam virtutem huius ſacrificii ſyncathegorematice vel indeterminate, ſequitur quòd etiam omnis virtus omnium bonorum operum ex opere operantis eſt hoc modo infinita: quia & pluribus & magis ac magis valere poteſt ſecundum diſpoſitionem operantis, ſi ipſe melius orando vel ieiunando & huiuſmodi operetur, idque quo ad omnem eorum fructum ſatisfactorium & quomodocunque meritorium. & ita nulla erit differentia inter illa & hoc ſacrificium. *Replica ſecunda.*

Reſpon. negando ſequellam & ad eius probationem dico non eſſe ſimile. Nam licet melius operando poſsit opus illud melius eſſe magisq; proficuum tam operanti quàm aliis: at vero finitam & taxatam virtutem habet: ac proinde non *Reſpon.*

augetur:

augetur: ſed neque quantificatur ſecundum diſpoſitionem eorum quibus applicatur, ſed præcipue ſecundum intentionem recte applicantis & voluntatem Dei acceptantis: & ita demum ex conſortio aliorum minuitur in ſingulis; excepto quo ad vim de congruo meritoriam de qua ſuperius concluſione ſecunda, & infra conclu. 4. habetur. Virtus autem ſacrificii ex opere operato in ſe eadem ſemper manet apud Deũ, neque eſt melior aut maior, quia eſt eadem virtus meritorum Chriſti: quamuis magis aut minus participetur in hac aut in illa miſſa ſecundum diſpoſitionem participantium, vt proxime in quarta concluſione ſequenti dicetur. Et quamuis finita ſit & participetur: non tamen determinata & taxata eſt, ex quo pluribus & magis, vt dictum eſt poterat participari.

Argumentum nonum. Nono arguitur. Si virtus miſſę eſt infinita ſyncathegorematice, non tot quin pluribus applicabilis; ergo debet diuidi & applicari proportionabiliter, id eſt, non per partes æquales ſed per proportionales, vt fit in diuiſione continui in ſemper diuiſibilia diuidendo, vt habetur primo Phyſi. puta quia talis virtus applicatur vni tota vel immediate, alii in ſubduplo, alii in triplo vel quadruplo minus, & ſic in infinitum. Sed ita diuidendo vel applicando, iam vel vnus eorum totam illam virtutem ſibi applicatam habebit: & alii vel nihil vel non niſi in ſubduplo minorem ſimul vel ſucceſſiue vnus poſt alium habebit: & ita tandem ex conſortio aliorum ea virtus minuitur in ſingulis. ita etiam infinita virtus ſyncathegorematice ſumpta nil iuuat quia & eſſe poteſt in quolibet opere bono, cuius virtus ex opere operantis ſic proportionabiliter in infinitum non tot quin pluribus applicabilis eſt. Et eſt contra rectam rationem ſacerdotis valorem miſſę multis ex ęquo aut plus huic quàm illi ſępe applicare volentis: cui Deus ſe conformat.

Reſpon. ad nonum arg. Reſpon. negando primam conſequentiam. neque enim ſic accipitur hæc virtus infinita ſyncathegorematice: ſed quia inde terminata nec taxata eſt à Deo quin etiam pluribus & in maiori gradu ſecundum eorum diſpoſitionem applicari & valere poſſet.

Argumentũ decimum. Decimo arguitur, quia falſum eſt fundamentum huius opinionis, quòd ſcilicet, hoc ſacrificium miſſę valet non tot quin pluribus, ſicut ſacramentum baptiſmi vel cõfeſſionis & alia eiuſmodi: quando plures ſimul baptizantur communicant & abſoluuntur. Nam ibi pręſupponitur quòd tunc omnes illi ſimul ſuſcipiunt vnum & idem numero ſacramentum, ſicut & vnica miſſa multis applicatur: quod tamen conſtat eſſe falſum. Nã quot ſunt formę ſacramentales actualiter vel virtualiter ſeu æquiualẽter, & quot ſunt ſuſcipientes: tot numero ſunt ſacramenta. puta hęc forma, ego baptizo vel abſoluo vos, æquiualet his, ego baptizo vel baptizo te & te &c. ſecundum doctores communiter in 4. diſtin. 6. & ita vnum numero ſacramentum ſolum valet vni ſuſcipienti & non aliis: & virtutem omnino finitã & determinatam habet in illo ſuſcipiente. Sacrificium autem miſſę, idem numero valet pluribus quibus applicatur. igitur non eſt ſimile: vel ſi eſt certe ſequitur quòd miſſa ſicut & ſacramentum omnino finitam & determinatam virtutem habet in ſuſcipiente: quę proinde diuiſa in plures minuitur in ſingulis.

Reſpon. decimo argumento. Reſpon. quòd vtique ſimilitudo huius ſacrificii & ſacramentorum non eſt quo ad homines quibus applicatur vt ibi probatum eſt, ſed quo ad gradus virtutis: quia ſcilicet vtrobique eſt virtus finita ſed indeterminata, ita quòd ab eo cui ſacramentum & miſſa applicatur eius finita virtus poterat etiam in maiori gradu finito participari ſi magis diſpoſitus eſſet. inſuper & ſacrificium miſſę habet hoc vltra ſacramentum quòd ex quo idem numero poteſt pro pluribus offerri vtique poteſt & applicari, & omnibus ipſis valere ſecũdum eorum diſpoſitionem vt dictum eſt. de quo fundamento quomodo ſit verum & ſecũdum doctores communiter in quarta concluſione ſequente proxime latiusq́; patebit.

Cõcluſio. CONCLVSIO 4. Miſſa pro multis applicata valet ſingulis eorũ quo ad vim eius ſatisfactoriam & de condigno meritoriam ex opere operato ſecundum applicantis intẽtionem ſimul & pręcipue ſecundum cuiuſque dignitatem vel diſpoſitionem. Ex opere autem operantis tam miſſa quàm opus ſatisfactorium ſimiliter valet, ſed pręcipue ſecundum applicantis intẽtionem. Quo ad virtutem vero de congruo meritoriam valet ſecundum cuiuſq; dignitatem ſimul & pręcipue ſecundum Dei liberale beneplacitum.

Poſtquam in pręcedentibus concluſionibus actum eſt vtrum ex conſortio aliorum aliquid fructus ſubtrahatur alteri: nunc in hac quarta conclu. agitur quantum valet miſſa vel aliud bonum opus ei cui ſoli vel cum aliis applicatur & cuilibet eorum, & continet tres partes vt cõſtat.

Prima pars de valore miſſę ex opere operato probatur ſepte mpliciter. primo, quia beneficia gratię quo ad hoc conferuntur inſtar operum naturę, puta ſecundum diſpoſitionem ſubiecti: & ita vberius ei qui aptius præparatur & magis diſpoſitus eſt ad id, quia Deus non eſt perſonarum acceptator. Secundo, quia ideo communia ſuffragia proſunt alicui quia meruit vt illi prodeſſent. ergo ſi magis meruit magisq́; diſpoſitus & dignus eſt, magis ei proſunt. patet cõſequentia in ſe per ſe pędicatis, & ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter ita magis ad magis.

Tertio, quia qui meruit vt eis talia prodeſſent meruit etiam citius per ea liberari. ſed ſi non magis prodeſſent digniori qui id magis meruit: iam

ergo dignior qui per ea meruit citius liberari non citius ſed tardius per ea liberaretur, quod videtur repugnare & eſſe contra iuſtitiam & æquitatem.

Quarto quia oblatio Chriſti in cruce magis profuit digniori. ergo & hoc ſacrificium miſſæ illam repręſentans. hæ rationes ſunt ſancti Bonauenturæ in 4. diſtin. 45. articu. 2. quæſt. ſecunda. & Beati Thomę ibidem.

Quinto, quia licet ſpecialis miſſæ applicatio quo ad prædictos fructus ſubiiciatur intentioni ſacerdotis applicantis, ut ſupra in quinto notabili habetur: non tamen quo ad tantam vel tantam quantitatem fructus ex opere operato, quia ſi ſubiiceretur, ergo per vnicam miſſam poſſet omnes uiuos atque defunctos ab omnibus ſuis pœnis liberare, & omnes gradus gratiæ illis obtinere, applicando illis quo ad hæc totaliter infinitam virtutem huius ſacrificii, quę ſuperius in tertia concluſione probata eſt.

Sexto, quia in ſacramentis fit quantificatio gratiæ & aliorum fructuum ſacramentalium ex opere operato non ſecundum voluntatem miniſtri ſed ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientium, ut patet in ſacramento pœnitentiæ baptiſmi. &c. ergo ſimiliter eadem ratione idem eſt de fructu huius ſacrificii ex opere operato. Non enim eſt ratio diſcriminis vlla, neque inſtitutio aut lex diuina in oppoſitum: nam detur illa. Si dicatur quòd ergo non eſſet potior conditio facientis miſſam pro ſe celebrari & non facientis, iam reſponſum eſt ad hoc ſupra in tertia concluſione in reſponſione ad quartum argumentum. Habet autē ſacrificium miſſę id ſpeciale, quòd ſcilicet bene ſtat in ſacerdotis offerentis volūtate plus huic quàm illi vel aliis applicare quòdq; eius fructus ex opere operato plus huic valeat quàm illi: quamuis vt diximus quantitatem fructus huic vel illi applicanti taxare non poſsit.

Septimo ad idem ſunt communiter doctores dicentes, quòd vltra fructum reſpondentem merito operantis cōfertur in ſacramentis alius fructus vel gradus eius ex opere operato cuilibet adulto, non quidem propter ſed ſecūdum illius deuotionē vel diſpoſitionē quantificatus. Et ita tenet Abulen. Matth. 16. q. 77. q. 79. quo ad remiſsionē pœnarum ex opere operato ſacramēti pœnitentiæ: quāuis probabiles reputet opiones alias Alexādri, Beati Bonauen. ſancti Thomę, & aliorum. & cum Abulenſę concordat Richardus in 4. diſtin. 18. art. 2. q. 2.

Et de ſacramēto baptiſmi idem tenet Beatus Bonauentura in 4. diſt. 4. art. 1. q. 3. dicens quòd adultus recipit maiorem gratiam ex opere operato ſecundum maiorem diſpoſitionem; quod & latius probat per rationes ſupradictas, & concordat Richardus ibidē. q. vltima, & beatus Tho. ça. diſt. art. 2. q. 7. dicēs expreſſe quòd ſicut actus actiuorum ſunt in paſſo magis vel minus diſpoſito ut ſic magis uel minus operentur, ſicut accedens ad ignem magis diſpoſitus magis participat eius effectum: Sic de effectu ſacramenti qui libet ex opere operato participat ſecundum maiorem vel minorem diſpoſitionem. quæ non eſt concauſa, ſed materialis tantum diſpoſitio ad talem effectum gratiæ vel remiſsionis pœnarū virtute ſacramenti recipiendū. ad idem eſt etiā 3. parte q. 69. art. 8. Et Ledeſma de ſacramentis par. 1. q. 10. art. 8. idem ex profeſſo tenet eſſe de mente. B. Thomę & aliorum doctorum. Item Scotus eadem diſtin. quæſt. 7. idem tenet, & cōmuniter doctores ibidem. Et tandem Concilium Triden. ſeſs. 6. cap. 7. ſpecialiter de iuſtificatis per baptiſmum ait. iuſtitiam in nobis ſuſcipientes vnuſquiſque ſecundum ſuam menſuram quam ſpiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem & cooperationem. Hæc ibi. Et conſtat quòd loquitur etiam de virtute ſacramenti quæ dicitur à doctoribus ex opere operato, & non ſolum de virtute ex opere operantis. Quāuis Gabriel ea. diſt. 4. q. 2. conclu. 6. cum multis doctoribus teneant oppoſitū dicentes quòd eſt certus atque taxatus gradus gratiæ ex opere operato ſeu ex inſtitutione diuina, qui confertur quibuſlibet ſuſcipientibus baptiſmum & alia ſacramēta: qui non augetur nec minuitur propter maiorem vel minorem ſuſcipientis diſpoſitionem. Sed hoc vt conſtat ex dictis non videtur verum: niſi quo ad paruulos qui nullam diſpoſitionem habere poſſunt: de quibus ideo communiter dicitur quòd ſuſcipiunt minimam gratiam baptiſmalem, ſcilicet in certo gradu taxato omnibus ipſis à Deo, qui nec augetur nec minuitur nec quātificatur ſecundū diſpoſitionē quā nō habēt.

De virtute ſuffragiorum communium pro multis idem tenent B. Thomas, & diuus Bonau. in 4. diſt. 45. art. 3. q. 2. propter rationes ſuprapoſitas, & Richardus eadem diſtin. art. 2. q. 2. & cōmuniter doctores.

De ſacrificio miſſæ & de ſacramento euchariſtiæ expreſſe idem tenet B. Tho. in 4. diſt. 12. q. 2. arti. 2. quæſtiuncula 4. Et in 3. parte ſum. q. 79. art. 7. ad ſecundum.

Et tandem quo ad ſacrificium & omnia ſacramenta idem tenet Caietanus in 3. quodlib.

Et quamuis oppoſitum cum Gabriele & aliis teneat Soto in lib. de iuſtitia & iure vbi ſupra: tamen probabilem cenſet hanc noſtram opinionem, quam ego probabilem cenſeo. Neq; enim videtur ratio aut ſufficiēs ſcripturæ uel eccleſię auctoritas qua illa taxatio graduum ex opere operato equaliter in omnibus conſtituatur. Et ita patet prima pars probata. Quare & ipſe

Soto poſtea tacite ſe retractans, in 4. diſtin. 6. quæſt. 1. articu. 6. Et diſtin. 11. quæſt. 2. articu. 5. in hoc nobis aſſentitur.

Secunda pars quòd ſcilicet, quo ad vim ſatisfactoriam ex opere operantis miſſa & omne opus bonum valet alteri vt dictum eſt. Patet, quia Deus conformatur in hoc iuſtę voluntati hominis ſuum opus ex charitate alteri applicantis. iuxta id Galat. 6. Alter alterius onera portate. vt ſupra in tertia opi. dictum eſt. quo fit vt ſi opus ſatisfactorium Petri habet ſex gradus: & intendit applicare Martino duos & Ioanni alios duos ſeu medietatem & ſibi vel aliis reliquos, ita Deus acceptat. Acceptat inquam vel ex iuſtitia legis infallibiliter quo ad totum prædictum fructum alteri applicatum ſecundum vnam opinionem: vel ex liberalitate diuina, quæ diſpoſitionem vel dignitatem attendit ſuſcipientis vt ad totum vel partem acceptet ſecundum aliam opinionem, vt latius hanc materiam pertractamus infra li. 5. de indulgentiis quæſtione. 5. in reſponſione ad octauum argumentum, & cum hac ſecunda parte concordat ſecunda & tertia opinio.

Tertia pars, quo ad virtutem de congruo meritoriam &c. patet, quia quo ad hoc eius valor vel fructus pendet à Dei liberalitate: qui dignitatem attendit & diſpoſitionem eius cui liberaliter benefacere vult, vt latius ſupra in tertia conclu. probatum eſt. Et cum hac tertia par. expreſſe concordat tertia opinio ſuprapoſita.

Argumentū Quòd ſi contra prædicta maxime contra primam partem huius quartæ conclu. arguatur, quia ſi ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientis quātificatur fructus miſſæ ex opere operato: ergo ex defectu ſuæ diſpoſitionis quamuis homo ſit capax non tamen recipiet, neque recipere poterit de lege totam virtutem aut fructum vnius miſſæ ſibi neceſſarium vel ſufficientem, niſi partem ſuæ diſpoſitioni reſpondentem. Et ergo etiam ſi multæ miſſæ replicentur & illi applicentur non plus recipiet ex eis quàm ex illa vna recepit: neque plus ei proderunt quàm vna duntaxat. ſed hoc erroneum eſt: ac proinde illud ex quo id ſequitur. hæc autem ſecunda conſequentia probatur. quia ſi ille eſt in diſpoſitus ad vlteriorem fructum illius miſſę percipiendū, & fructus aliarum miſſarum eſt eiuſdem rationis cum primo, ergo more agentis naturalis, quod quādo inuenit productum ab alio agente eiuſdem rationis quantum erat producibile ab eo in ſubiecto ſic diſpoſito, vtique ceſſat actio: ſic & virtus aliarum miſſarum ceſſat in illo ad vlteriorem fructum prioris miſſę in diſpoſito, & in eadem omnino numero diſpoſitione vt ſupponitur permanente. Sicut etiam is qui eadem vnica diſpoſitione ſumit plures hoſtias non recipit maiorem gratiam quàm vnam ſemel aſſumendo. Sic in propoſito dicendum videtur ꝙ aliorum ſacrificiorum fructum non habet: aut ſi eſt diſpoſitus ad vlteriorem fructum miſſarum aliarum percipiendum, quare non etiam ad maiorem fructum primæ miſſę?

Reſpon. Reſpon. negando ſecundam conſequētiam, & ad eius probationem negatur iterum conſequentia, neque enim eſt ſimile de agente naturali, quod non niſi in ſibi aliquo modo diſſimile paſſim agere poteſt vt illud ſibi ſimile faciat: & de agente ſupernaturali ſiue diuino, qualis eſt virtus ex opere operato ſacrificii huius & ſacramentorum; quę ex inſtitutione diuina quoties applicatur ſubiecto quoquo modo diſpoſito, ſuū effectum ſeu fructum ſortitur in eo ſecundum eius diſpoſitionem. Quare nec valet ſimile de ſumente plures hoſtias ſimul: nam ibi vnica tantum ſumptio plurium hoſtiarum eſt: in pluribus autem miſſis plures oblationes & ſacrificia ſępius in eodem ſuum fructum operantia, atque adeo plus illi proficua ſunt, ſicut & ſecūdum cōmuniter doctores plures abſolutiones eorūdem peccatorum plus valent eidem ſępius eadem cōfitenti. Plures etiam eucharistiæ ſumptiones plus proſunt eidem in eadem diſpoſitione permanenti.

Corolariū Ex quibus ſequitur primo, quòd dans maius ſtipēdium maiorem fructum illius miſſę cęteris paribus recipit, quàm ſi minus daret. quòd fit dignior ad maiorem fructum participandum ex opere operantis & operato.

Secundo ſequitur ſecūdum Sco. & alios de ſecunda & tertia opi. doctores ſupradictos ꝙ optimus & ſecurior modus applicandi miſſas atque ſuffragia ſpecialiter pro multis eſt, quòd facta prius ſpeciali atque diſtincta recordatione illorum quibus magis vel minus homo vult vel intendit applicare atque proficere: tandem relinquat totum in manu Dei eiuſque diſpoſitioni cōmittat, vt videlicet ipſe acceptet atque diſtribuat illis plus vel minus, ſicut Deus ipſe ſcit & vult ipſum debere & recte velle applicare. Nam vti ſuperius dictum eſt diſpoſitio fructum miſſę quantificans non ſolum eſt dignitas ſuſcipientis, ſed etiam quodammodo ſaltem quo ad ſatisfactorium eſt voluntas & intentio applicantis, quamuis ipſe applicans talem fructum taxare non poſſit. Vtrumque namque ſimul intelligo nomine diſpoſitionis aut dignitatis fructū huius ſacrificii ſuſcipientis. Voluntas enim applicātis iam illius facta eſt cui per talem ſacrificii applicationem præſtatur.

Cōcluſio 5 QVINTA concluſio quamuis ex aliorum conſortio nihil fructus miſſæ ex opere

operato

operato prouenientis detrahatur aliis quibus ſpecialiter applicatur: non tamen ſacerdos ſuo debito ſatisfacit niſi tot miſſas pro eis celebret quot & quomodo ſingulis eorum promiſit.

Pro declaratione ſupponatur ſecundum Caietanum & Soto & alios vbi ſupra tanquam verius & in communi practica fidelium acceptatum, quòd qui petit miſſam & ſacerdos eam promittens non intendunt regulariter, niſi forte, in aliquo caſu de hoc fiat mentio ſpecialis, petere & promittere deuotionem & fructum ex opere operantis ipſius ſacerdotis: ſed eius tantum intentionem applicatiuam ſacrificii & fructuum eius ex opere operato, & orationum eccleſiæ, ad impetrandum & ſatisfaciendum pro illo principaliter, quamuis Scotus in 20. quodlibeto articu. tertio. Et Honcala in tractatu de valore miſſę artic. 10. cum aliis de ſecunda opinione ſupra poſita teneant oppoſitum.

Hoc ſuppoſito iam prima pars huius quintæ concluſionis conſtat ex ſupra dictis.

Secunda autem pars in qua eſt difficultas probatur dupliciter. tum primo, quia qui petit miſſam vtique intendit petere & applicari ſibi totum fructum eius, qui & quomodo illi prodeſſe poteſt, tam ex opere operato quàm ex communibus orationibus eccleſiæ; non ſolum directe, ſed etiam indirecte proueniente, puta ex ampliatione cultus diuini quam ex ſua miſſa facere intendit ad maiorem Dei honorem & vtilitatem eccleſiæ & animarum purgatorii: ut per hoc amplius & efficacius promereatur & obtineat quod ex tali miſſa fideliter optat. Et quòd ea ſit eius intentio inde conſtat, quòd ſi homines ſcirent ſacerdotem pro decem ab vno vel à diuerſis hominibus ſibi commendatis vnicam tantum miſſam celebrare: certe quilibet eorum ſe defraudatum reclamaret. Nunc autem ex vnica vel ex paucis miſsis non prouenit illi vel illis, qui eas commendauerunt, tantus fructus directe & indirecte ex opere operato, & ex orationibus eccleſię, & ex ampliatione cultus diuini, quantus ex pluribus proueniret; vt conſtat quòd non ita ampliatur cultus diuinus ex paucioribus, ſicut & pluribus. ergo ſacerdos ſuo debito non ſatisfacit.

Tum ſecundo idem probatur ratione promiſsionis. quia etiam ſi nihil fructus vllo modo detraheretur alicui: tamen cum non pro fructu, ſed pro miniſterio vel obligatione vel promiſsione miſſæ tale ſtipendium detur & accipiatur: ergo per vnicum miniſterium vel laborem in vna miſſa non ſatisfit multis obligationibus ex iuſtitia & promiſsionibus particularibus ad plures miſſas ſeu plura miniſteria, pro quibus ab vno vel à pluribus hominibus plura ſtipendia recepit: & maxime ſi fraudulenter ex auaritia id fiat.

Si dicatur quòd per vnicum actum ieiunandi & orationis vel eleemoſynæ poteſt ſatisfieri multis obligationibus iuris diuini & naturalis & eccleſiaſtici ad idem opus vel eodem die: hoc non valet, quia ſecundum Scotum in 20. quodlibeto articu. tertio obligatio completa ſiue quæ fit in ſolidum quando eſt alia & alia ad idem in ſpecie, ipſa eſt ad aliud & aliud, vt patet. ff. de obliga. Secus eſt quando eſt ad idem numero, vt quando pluribus obligationibus obligor hac ſexta feria ieiunare, puta ex præcepto eccleſiæ quattuor temporum, & iterum quia eſt vigilia Apoſtoli ieiunanda, & iterum ex regula mea uel ex voto; & iterum ex iniunctione ſacerdotis in confeſsione: omnibus his obligationibus quia ſunt ad idem numero ſatisfactio vnico ieiunio. Secus eſt ſi ad idem in ſpecie, vt dixi. Et ratio eſt quia obligatio non eſt ad impoſsibile: quotcunque autem ſunt obligationes ad hoc, nulli poteſt ſatisfieri niſi ſoluendo hoc & nunc, non ergo tenetur ad aliud. Sed quando ſunt plures obligationes ad idem in ſpecie poteſt ſatisfieri aliud & aliud ſoluendo. Nunc autem in caſu propoſito eſt alia & alia obligatio completa & ad idem in ſpecie, ſcilicet, ad dicendum miſſam hanc vel illam nunc vel poteſt, ergo ſimpliciter non ſatisfacit niſi reddat diſtinctas miſſas.

Et confirmatur. quia ad obligationem ex parte eius cui fit obligatio ſiue promiſsio erat aliud & aliud alliciens vel inducens obligatum ex iuſtitia, puta aliud & aliud ſtipendium. ergo debet eſſe obligatio ad aliud & aliud correſpondens alteri, & alteri ſtipendio inductiuo. hęc Scotus.

Et concordat Panormitanus cum ſupra dictis & communiter doctores in cap. ex literis, de probatio. Et Palude in 4. diſtinct. 14. quæſt. prima. artic. ſecundo dicentes quòd per vnam ſolutionem ſuper vnum actum non poteſt quis pluribus debitis ſeu obligationibus ſatisfacere, quando ſunt ad idem in ſpecie, vt dictum eſt. Et maxime ſi id fiat in fraudem pacti promiſsionis ſeu obligationis, aut præcepti. Nunc autem in caſu præſenti id contingit, quòd ſcilicet, ſinguli commendantes ſuas miſſas vtique ſentiunt ſe defraudatos contra iuſtitiam, vel in fructu, vel etiam in ſibi facta promiſsione, ſi vnica miſſa pro omnibus illis celebreẽ cũ ſua ſolita ſtipẽdia pro ſingulis miſsis contribuerint. Et multo magis

gis defraudarentur ſi ſemel aut bis tantum celebraretur pro eo qui quattuor aut plura ſolita ſtipendia perſoluit, vt quater pro eodē ſacerdos ſacrum faceret. Nam verba in contractibus generaliter prolata debent accipi ſecundum ius & conſuetudinem & communem regionis illius intelligentiam in tali materia, ſecundum ius & conſuetudinem & communem regionis illius intelligentiam in tali materia, & cap. cum dilectus, de conſuetud. & in dubiis contra cum ſit interpretatio qui fuit in dolo, vt de his breuius & bene agit Siluester titu. conſuetudo. quæſt. 15. titulo contractus. quæſt. 8. titulo interpretatio. quæſt. tertia. quæſt. 10. Et cum ſupradictis expreſſe concordat Soto vbi ſupra & lib. 9. quæſt. 3. articu. primo. Et Honcala vbi ſupra articu. 11. ſol. 36. 32. & omnes doctores communiter agentes quomodo per actum aliàs obligatorium poteſt quis implere pœnitentiam iniunctam à Sacerdote: quomodo non.

QVAESTIO IIII.

Quæ ſint iuſta ſtipendia miſſarum vltra quæ ſacerdos capere non poſſit.

RESPONDEO, huius quæſtionis declaratio pendet ex ſequentium ſex dubiorum ſolutione. quorum primus eſt. Si ſtipendium miſſę lege aut conſuetudine taxatum ſit: & commendantes miſſas non totum illud ſed diminutum ſtipendium perſoluunt: vtrum tunc liceat pauciores dicere miſſas accipiendo pro illis vſque ad quantitatem ſtipendiorum ſibi debitam ſecundum legem, vel conſuetudinem. *Dubium. 1.*

Reſpon. Reſpon. quòd vtique licitum eſt: nec eſt obligatio reſtituendi, ſi illa ſtipendia lege, vel conſuetudine taxata ſunt, maxime ſi per iudicem illud ſtipendium conſuetum ſine ſcandalo & litibus & aliis inconuenientibus exigi poteſt. Nam ſi poſſet: tunc vtique non niſi per ſententiam iudicis præcedentem accipi licite poſſet, ſecundum ca. ad apoſtolicam, de ſymonia. tametſi non eſſet tunc obligatio reſtituendi, ex quo id taxatum & certum ſibi debitum eſt lege vel conſuetudine. Sicut de aliis debitis liquidis & certis communiter dicitur à doctoribus, quòd in defectum iudicis aut quando commode recuperari non poſſunt poteſt quiſque ſibi ius dicere ſibi debitum accipiendo.

Quo fit vt vbi eſſet conſuetudo ipſis etiam ſecularibus nota, quòd loco miſſæ ponitur ſolum vna collecta, aut fit commemoratio, quia valde diminutum ſtipendium datur: vtique ſatisfactum eſſet in vna miſſa pro omnibus illis: dummodo non extendantur collectę & ſtipendia vltra quantitatem lege, aut conſuetudine pro vna integra miſſa taxatam. Nam ſi extenderentur vtique abuſus eſſet ſcandaloſus, & incentiuum præbens auaritiæ & pluribus iniquitatibus. conſonat Honcala de valore miſſæ. arti. 11. & 16.

Prædicta omnia ſunt vera: excepto vbi expreſſe plures miſſę integrę ſecundum illa plura ſtipendia quamuis diminuta peterentur & acceptarentur: ita quòd illa ſtipendia non darentur niſi tot miſſę dicerentur, quot ille commendauit expreſſeque petiuit: tunc enim non ſatisfieret niſi tot quot promiſſę ſunt dicantur: aliàs fieret iniuſtitia & eſſet obligatio reſtituendi, vt patet hoc amplius in ſecundo dubio ſequenti. Nam ſi ſacerdotis relinquitur arbitrio, tunc non procedit hæc exceptio, & ſimiliter non videtur mortale ſed veniale mendacium, ſi ſacerdos ſine ſtipendio accepto liberaliter promittat tot dicere miſſas, & non niſi collectas ponat, vel etiam ſi nullas miſſas dicat vel orationes.

Secundo dubitatur, ſi certum ſtipendium ſufficiens vel inſufficiens pro vna miſſa lege aut conſuetudine taxatum non ſit: Vtrum liceat ſacerdoti plura ſtipendia pro vna miſſa accipere vſque ad quantitatem neceſſariam pro ſua decente vnius diei ſuſtentatione. *Dubium. 2.*

Reſpon. in hoc eſt duplex opinio. prima magiſtri Honcala de valore miſſę. articu. 11. & 16. & Soto vbi ſupra quæſt. tertia articu. 1. & multorum aliorum, quòd ſic, & ita quotidie fere celebrans poteſt tot ſtipendia accipere quot ad decentem ſuſtentationem pauperis mercenarii pro ſua vita neceſſaria ſunt: & non amplius. Et nomine ſuſtentationis intelligitur victus & veſtitus & habitatio, & ea ſine quibus ſacerdos mercenarius pauper decenter viuere non poteſt, vt Siluestr titu. alimenta. ſecundum communiter doctores refert, & elicitur ex 1. corinth. 9. qui altario ſeruit de altario viuere debet. vbi neceſſaria vitæ conceduntur. Et notanter dicunt, quòd non niſi decens ſuſtentatio pauperis mercenarii accipi poteſt: quia talibus ſacerdotibus non licet de prædictis miſſarum ſtipendiis apparatum ſtatus ſuſtentare, neque tam abundanter viuere, vt curati, vel præbendati; ſed pauperem vitam gerere. Nam hac de cauſa cautum eſt vt abſque aliqua bonorum poſſeſsione ad ordines non admittantur. *Opinio. 1.*

tur. ideo qui ſua culpa vel effictis titulis pauper ordinatus eſt, paupertatẽ æquo animo ferat vel aliunde ſuo iuſto labore acquirat. Ratio huius opinionis eſt, quia ſic cõceditur iure diuino Mat th.10. dignus eſt operarius vel mercenarius cibo ſuo. Et 1. Corinth.9. vbi ſupra. Sacerdos autẽ habens curam animarum vel eius ſubſtitutus, ex quo tenetur pro populo celebrare & ad id habet iam ſua ſtipendia, non poteſt licite hoc facere vt mercenarius.

Sed vtrum hoc ſit verum etiam ſi ſacerdos prædictus vagus ſeu mercenarius aliàs vel ex patrimonio ſit diues vel abundans: dicit magiſter Soto vbi ſupra quòd ſic: quamuis id non deceat, quia iudicium non eſt ferendum ſecundum id quod eſt per accidens, ſed ſecundum naturam rei. Nunc autem nulla iniuſtitia eſt decentem ſuſtentationem accipere pro vnius miſſę miniſterio vt probatum eſt, ergo, modo ſit pauper modo diues ſacerdos, ſine vlla iniuſtitia id facere poteſt.

Alii autem de illa prædicta opinione tenent quòd quamuis non ſit peccatum iniuſtitiæ; eſt tamen auaritiæ. quia ſtipendium ſuſtentationis pro ſpiritualibus poteſt licite accipi, ſicut & conceditur ſolum pro neceſſaria vitæ ſuſtentatione. vbi ergo non eſt neceſſaria cùm aliunde habeat ſacerdos iam illicite accipitur. Sed certe hæc ratio etiam probaret quòd qui habet aliàs diuitias non poſſet licite accipere ſtipendium etiam lege aut conſuetudine taxatum pro vna miſſa, quod abſit. Ideo ſtando in pręcedente opinione ſi eſſet vera, magiſter Soto magis con ſequenter loquitur ad illam.

Sed ſtando in præfata prima opinione vtrũ nomine decentis ſuſtentationis intelligantur etiam parentes & filii olim habiti pauperes omni aliorum auxilio deſtituti, quibus ipſi ſacerdos etiam mercenarius aliàs iure naturali atque diuino ſuccurrere & eos alere tenetur: ita vt etiam pro ipſorum neceſſaria ſuſtentatione in ſua paupere uita poſſit ſtipendia neceſſaria pro vna miſſa accipere. dicunt multi de illa opinione quòd non, ſi aliunde habet vnde illos ſuſtentare poteſt: poterit autem ſi non habet, dummodo ſe occupet ſufficienter per maiorem partem diei in rebus pertinentibus ad ſuum officiũ ſacerdotale, puta orando, ſtudendo, & diuino cultui & bonis operibus incumbendo pro illis qui talia ſtipendia dederunt; aliàs non erit tutus niſi in his vt dictum eſt recompenſet. quia qui miſſas ei commendauerunt non tenentur illius ſacerdotis familiam atque parentes niſi ipſum ſolum ſacerdotem ſuſtentare, ut pro illis debite poſſit celebrare, vt patet ex auctoritatibus ſupra dictis. Quid igitur faciet pauper ſacerdos vt ſuſtentet ſuos filios ante ſacerdotium habitos atque parentes pauperes quibus diuino & naturali iure tenetur? Certe aliunde ex honeſto labore vel excercitio corporali vel ſpiritnali acquirat, ſicut & alii eiuſmodi facere ſolent, vt diſtin.91. cap. clericus. Et de celebra. miſſæ. cap.1. cautum eſt. Multo igitur minus poterit illa tot ſtipendia accipere ad maritandum alendumque ſorores, quibus nullo iure tenetur.

Plurimi autem de illa prima opinione dicunt quòd ſolum pro ſua pauperis mercenarii non autem pro parentum aut filiorum decente ſuſtentatione illa ſtipendia accipere poteſt.

SECVNDA opinio clariſsimi doctoris Medina & Nauarro vbi ſupra eſt in oppoſitum. *Secunda opinio.* tenet enim quòd ſacerdos etiam pauper mercenarius non poteſt etiam pro ſua tantum decente ſuſtentatione accipere vltra id quod ſibi datur pro vna miſſa vel lege vel conſuetudine dari ſolet, quamuis modicum ſit.

Et ratio eſt quadruplex. prima quia tale ſtipendium non datur nec accipitur, vt pretium pro re ſpirituali, quia eſſet ſymonia: nec vt pura eleemoſyna, quia ſic ſacerdos diues non poſſet accipere, nec eſſet ullo modo debitum ex iuſtitia. Igitur datur & accipitur ut merces laboris, vel potius vt ſtipendium ſuſtentationis ſecundum varias opiniones quo ad hoc. quomodocunque autem ex his duobus modis detur, nõ tenetur commendans miſſas plus dare quàm meretur ſacerdos pro illo celebrando, ut conſtat ex recta ratione: & multo minus teneretur ſi per viam eleemoſynę liberaliter daret. Nam illud Matth.10. dignus eſt mercenarius vel operarius cibo aut mercede ſua, vt Lu.10. habetur & prima Corinth.9. qui altario ſeruit &c. cum loquatur indeterminate intelligitur proportionabiliter, quòd ſcilicet, ſecundum miniſterium vel laborem ita quilibet in ſpiritualibus miniſtrans pręmietur aut ſuſtentetur, plus vel minus recipiendo ſecundum quòd plus uel minus ſeruit atque laborat. Alioqui diaconus vel alius qui ſolum deſeruit altario legendo euangelium vel epiſtolam vel miſſam officiando, ęqualem deberet mercedem uel ſuſtentationem vitæ accipere ſicut qui celebrat, & ipſe vel ſimplex ſacerdos ſicut curatus vel Epiſcopus. Nunc autem conſtat quòd in præparatione & celebratione miſſæ ſacerdos vnam vel duas circiter horas dũtaxat conſumit. non ergo tenetur propter hoc totum victum diei retribuere is pro quo eam celebrauit, ac ſi totum penè diem ad eius vtilitatem expenderet. Et ex conſequenti nec ipſe ſacerdos niſi gratis datum ſit exigere aut accipere poteſt vltra id quod lege aut conſuetudine dari ſolitum eſt. Secundo probatur idem, quia ſi eadem die ſacerdos ſępe celebraret, ſi licite poſſet: certe contentus eſſet cum paruo ſtipendio ſibi dato pro qualibet celebratione,

quia ex multis illis ſtipendiis illarum miſſarum conflaretur vnum integrum ſtipendium ſufficiens & abundans pro illius diei ſuſtentatione: ac ſi ſæpius eadem die cantaret euangelium, ergo etiam ſi non niſi ſemel die celebraret non amplius mereretur ſtipendiū pro vna miſſa quàm pro eadem mereretur & ſibi deberetur ſi ſæpius celebraret: nec amplius niſi liberaliter datum recipere poteſt. Patet conſequentia. quia ex hoc quòd ſæpius celebret vel non, non variatur valor aut præmium vnius celebrationis, id enim eſt per accidens.

Tertio probatur idem, quia ſi tota ſuſtentatio decens pro illa miſſa illius diei deberetur, ergo ſacerdoti valde honorabili in dignitate conſtituto plus deberetur ad ſuam decentem ſuſtentationem, & iſte plus poſſet accipere quàm pauper. quod abſit. paupertas ergo ſacerdotis vel abundantia neque tollit neque ponit iuſtitiam aut debitum illorum qui illi pro miſſa vna tãtum & non amplius ſtipendium dare voluerunt.

Quarto probatur idem, quia ſicut qui tenue beneficium acceptauit, etiam ſi non ſufficiat ad decentem ſuſtentationem, tenetur ei deſeruire, nec amplius poteſt exigere, vt habetur diſt. 91. cap. clericus. Et Medina de oratione quæſt. 8. fol. 186. Latius agit. ergo ſimiliter de ſtipendio miſſę quantumlibet diminuto dicendum eſt ſi ſic ſacerdos acceptauit, quia eadem vtrobique ratio eſt.

Igitur quod amplius accipitur reſtituendum eſt, tum ſecundum Scotum in 20. quodlibeto illa merces vel ſtipendium debetur ex iuſtitia; & ita cõtra ipſam iuſtitiam pluſquam pro vna miſſa datur accipitur: ergo & reſtituendum eſt. tum etiam quia ob cauſam finalem datum cauſa non ſecuta repetendum & reſtituendum eſt, ſecundum leges & rationem naturalem, vt latius probat Medina de reſtitutione quæſt. 24.

Et ex prædictis patet reſponſio ad rationem primæ opi. quæ fundatur in prima corinth. 9. qui altario ſeruit &c. quod ſupra ſolutum eſt, maxime quia nec Chriſtus nec eccleſia miſſas inſtituerunt ad alendos pauperes ſacerdotes. illa vero prima opinio patitur anguſtias & ſecum pugnare videtur dum in fine dicit, quòd ſacerdos ſi habet aliàs vnde pauperes parentes & filios ſuſtentare poſſit non poteſt ad id accipere multa ſtipendia: poteſt autem ſi non habet dummodo ſe occupet per maiorem partem diei &c. Nam hæc non videntur ſibi conſtare. Nam ſi illa ſtipendia ſibi debentur: iam modo aliũde habeat modo non, certe poterit accipere: modo per maiorē partē diei ſe occupet modo nõ. Si nõ debẽtur: tũc modo aliũde habeat modo non, vtique non poteſt capere alienum inuito domino ad ſuccurrendum alicui, etiam patri aut filio non extreme indigenti, etiam ſi in orationibus compenſet. Igitur aliàs acquirat honeſte vnde illis prouideat. Et ita hæc ſecunda opinio tutior & probabilior videtur, quam etiam tenet Nauarro in ſumma. c. 25. numero. 92.

Dubitatur tertio. Vtrum per diſpẽſationem vel conceſsionem papę poſsit ſacerdos prædicta plura ſtipẽdia pro vna miſſa accipere etiam quãdo ſtipẽdium vnius miſſę taxatum ſufficiens eſt. Dubium. 3

Reſpon. quòd non, niſi ſit rationabilis cauſa ad id, quia Papa non poteſt in pręiudicium tertii alteri temporalia concedere: neque ab obligationibus naturalibus ſine rationabili cauſa; quæ in caſu ſupponitur abeſſe, abſoluere vel liberare poteſt: quia nec eſt dominus ſed diſpenſator diuinę legis & naturalis, nec habet poteſtatem in deſtructionem ſed in ędificationē eccleſię; neque habet dominium omnium rerum temporalium & hominum & contractuum humanorum, ſed iuriſditionem & poteſtatem ad debitam eorum gubernationem quatenus ad finem ſuper naturalem aliquo modo expediunt, vt de hoc poteſt breuiter videri in Silueſtrina titu. Papa. q. 12. q. 13. Si autem cauſa rationabilis ſit: vtique poteſt cum aliquibus diſpenſare vel id cõcedere: ſicut & ex cauſa poteſt relaxare obligationem votorum, iuramentorum, pactorum & promiſsionum inter homines initorum: licet in re diuino & naturali Deo & hominibus ad hæc teneamur, quorum obligatio ex noſtra fit vel conſurgit voluntate. rationabilis autem cauſa, dum aliud non conſtat, cenſenda eſt vbi Papa id concedit ſiue diſpenſat.

Quare rationabilis ęſtimanda eſt illa cõceſſio, quam aliquibus monaſteriis aliquarum religionum aliquando Papa concedit, quòd poſſint ad tempus duntaxat pro vna miſſa ſtipendia vſque ad vnum Iulium ſiue regale accipere, quia magna tunc premuntur paupertate: & quia ex eorum ſuſtentatione magna prouenit vtilitas in eccleſia, dum totum penè diem in cultu diuino, litteris orationibus prædicationibus & confeſſionibus & vita tandem exemplari expendunt, vnde ipſis etiam commendãtibus miſſas vtilitas redundat & pro eis eorum bona opera applicantur. quòd ſi hæc vel alia ſimilia bona non ſint, non videtur cauſa rationabilis nec tuta diſpenſatio etiam ſi ſit temporalis. Ideo cum monaſterijs religioſis vbi hæc bona frequentius adſunt: vtique tutior quàm cum clericis & perſonis particularibus in quibus hęc non ita contingunt, diſpenſatio ad tempus facta videtur.

Poteſt etiam Papa rationabilia & ſufficientia taxare ſtipendia miſſarum & aliorum exercitiorum & miniſteriorum ſpiritualium: vltra quę nil amplius niſi mere liberaliter datũ recipi poteſt. Immo & Epiſcopus in ſua diœceſi maxime in ſynodo prouinciali id ſtatuere poteſt. Id quod ad ſerenitatem conſcientiarum fieri pro omnibus

valde

valde expediret. Nam ſi id poteſt facere conſuetudo, pariter vel à fortiori & lex uel ſtatutum id poteſt.

Dubium 4. Dubitatur quarto. Vtrũ lege vel ſtatuto poſſit ſtipendium miſſæ ſic ſtatui atque taxari, vt etiam ſub excommunicatione pręcipiatur ne minus detur à laicis nec minus à ſacerdotibus accipiatur.

Prima opinio. Reſpon. per duo puncta quorum primum eſt quo ad laicos, vel facientes miſſas celebrari: de quibus Soto de iuſtitia & iure lib. 9. q. 6. art. 1. in Reſpon. ad ſecundum argumentum. Et Nauarro in ſum. c. 23. nu. 109. licet non tam expreſſe vt Soto, tenent quòd tale ſtatutum præcipiens ſub excõmunicatione laicis ne minus taxato ſtipendio dent illicitum eſt. quod probant triplici ter. primo, quia quod datur ratione miſſę non niſi per viam eleemoſynę datur, de ratione autẽ eleemoſynę eſt quòd liberaliter aut libere non autem coacte detur; per talem vero legem aut præceptum excommunicatione aggrauatio vtique coacte fieret. ergo.

Secunda ratio: quia licet poſt ſpiritualium ad miniſtrationem licitum ſit per ſententiam iudicis cogere etiam ſub excommunicatione laicos ad ſoluendum ſtipendia conſueta ſecundum laudabilem conſuetudinem, ſecundum ca. ad apoſtolicam, de ſymonia: non tamen ante ſpiritualium adminiſtrationem: quia ſpeciem mali aut ſymonię habet, vt ait etiam B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 100. art. 3. ad ſecundum tale autem prędictum ſtatutum eſt.

Tertia ratio; quia id ſtatutum eſt in laicorum præiudicium: ac pro inde ſine ipſorum conſenſu fieri non poteſt, ſecundum c. ſuper eo. de offi. delega. & l. 3. Si quis à principe. ne quid in loc. publi. Sed certe rationes iſtæ non probãt ſufficienter intentum: quod inferius patebit ad eas rationes reſpondendo.

Secunda op. Ideo ſecunda opinio & verior eſt, quòd licitum eſt id ſtatutum. quia etiam ſuppoſito quòd non pro labore celebrationis miſſę vt pretium detur & accipiatur, in quo tamẽ ſunt opiniones: ſed vt ſtipendium ſuſtentationis quamuis nõ neceſſarię id datur & accipitur: id quod omnes licitum eſſe concedunt. Probatur intentum, quia lex & ſtatutum ſuperioris poteſt id quod eius ſententia & conſuetudo poteſt efficere, vt conſtat. tum quia lex poteſt agere ſpecialiter & derogare conſuetudinem, ęque aut magis quàm conſuetudo poteſt contra legem præualere: tum ẽt, quia ex lege eſt poteſtas iudicis ſuper eadem re ſecundum legem iudicantis ſententiamq́; ferentis. Nunc autem ſuperior in ſpiritualibus videlicet Epiſcopus per ſuam ſententiam decernere poteſt iuſtum ſtipendium deberi ſacerdoti celebranti, ſicut & iure diuino & naturali debitum eſt: ipſumq́; taxare vti ſuperius in tertio dubio dictum eſt, quamuis Soto vbi ſupra id male neget: ſicut & conſuetudo eam taxationem facere poteſt: & eadem ratione ſuperior decernere poteſt minus ſtipendium non eſſe ſufficiens neque iuſtum, ſicut neque vere eſt, vti ſupponitur. ergo poteſt per legem ſic taxare & ſtatuere ſiue præcipere etiam ſub excommunicatione, vt minus debito ſtipendio taxato laici non dent: ſed iuſtum vti tenentur ex iure quocunque aut conſuetudine ſtipendium reddant. Nam & eadem ratione hoc ita facere poteſt: qua & iuſtum ſtipendium ſiue debitum aut ius aliud ratione cuiuſcunq; ſpiritualis miniſterii, ſecundum laudabilem conſuetudinem, etiam ſub excommunicatione præcipere poteſt per ſuam ſententiam vel per ſtatutum, vt clericis ſoluatur ſecundum c. ad apoſtolicam. de ſymonia. Nihil enim refert quòd hoc vel illud debitum ratione miniſterii ſpiritualis hoc vel illo iure diuino naturali vel humano vel à conſuetudine proueniat vel debitum ſit, ad hoc vt Epiſcopus per ſententiam vel per ſtatutum etiam ſub excommunicatione præcipere poſsit vt plene ſine vlla diminutione ſacerdotibus ſoluatur. Et cum ex hoc nulla ſit ſpecies mali nec ſymonię, dum hæc exactio non fit ſpiritualia ſubtrahendo, vt inferius magis patebit, ſequitur opinionis huius intentum.

Ad rationes autem primæ opinionis Reſpon. ad primam, negando, quòd per ſolam viam eleemoſynæ pro celebratione miſſę datur ſacerdotis: ſed datur per viam debiti ſtipendii, quod etiam ad iuſtitiam quodammodo pertinet & non ad puram miſericordiam, vt ſatis ſignificatur in q. 1. c. ſi. vbi ſtipẽdia ſãctis laboribus, aut miniſteriis debita dicuntur, vt etiam ait Scotus in 20. quodlibeto, ipſe etiam Soto & Nauarro vbi ſupra. Alioqui eadem ratione non poſſent laici etiam poſt miſſę celebrationem per iudicem compelli ad ſoluendum ſtipendium etiam conſuetum, ſicut nec ad alias eleemoſynas etiam conſuetas, niſi in extrema vel quaſi extrema neceſsitate. Sed neque ipſe ſacerdos ſi diues eſſet poſſet per ſolam viam eleemoſynę ſtipendium miſſę non neceſſarium etiam poſt eius celebrationem exigere nec accipere liberaliter oblatum. Nam eleemoſyna non niſi indigenti debetur: nec niſi ab eo licite recipitur. Ad minorem etiam prædictæ rationis dici poteſt quòd ad opera miſericordiæ & pietatis aliquando per præcepta & leges humanas & excommunicatione aggrauatas homines cogi poſſunt, vt de his latius Silueſter titu. eleemoſyna. q. 6. tit. medicus. q. 5. & tit. obligatio. q. 2. q. 7. ſecundum doctores communiter agit.

Ad ſecundam rationem Reſpon. negãdo eſſe illicitam ſemper exactionem iuſti ſtipendii ante ſpiritualium miniſtrationem: ſed ſolum eſt illicita quando fit per ſpiritualium ſubtractionem, niſi

niſi ſtipendia ſoluantur ante miniſterium eorũ:
aut quando ante miniſterium exiguntur ſtipen-
dia cum ſcandalo, uel ſi ſpeciem ſymoniacam ha
bet exactio, aut alterius mali. Et nihil aliud dicit,
& intendit B. Tho. ubi ſupra. Per prædictam au
tem legem, uel ſtatutum nihil horum malorum
eſt: quia nec ſubtrahuntur ſpiritualia quę deben-
tur: nec ulla ſpecies, nec intẽtio ſymoniæ, aut al
terius mali eſt: Item per talem legẽ non fit exa-
ctio, nec executio ſtipendii, ſed ſolum per dictas
leges iuſte & prudenter prouidetur contra iniu-
ſtitiam, amicitiam, & multa alia incõuenientia,
quæ hincinde facile ſuboriri ſolent. ſicut & B.
Tho. ubi ſupra art. 4. ad tertium, & ipſe etiam So
to ubi ſupra quęſt. 7. articu. 1. in fine dicunt lici-
tam eſſe legem, qua annatę beneficiorum eccle-
ſiaſticorum conferendorum exiguntur, uel ſolui
prius pręcipiuntur ſine ulla diminutione.

Ad tertiam rationem, negatur id eſſe in lai-
corum pręiudicium, quia non ad eos, ſed ad pręe-
latos eccleſiæ ſpectat ſtipendia iuſta taxare mo-
do pręedicto, quę ratione ſpiritualiũ miniſterio-
rum, clericis exhibenda ſunt.

Secundum punctum. Secundum pũctum eſt quo ad ipſos clericos,
an etiam illis per ſtatutum poſsit pręcipi ſub ex-
communicatione, ne de pręedicto ſtipendio per
legem taxato remittant.

Ad quod reſpondeo, id ſtatutum regulariter,
& ſimpliciter illicitum eſſe: neque illo aut eius
excommunicatione clerici ullo modo ligantur.
in quo omnes doctores conueniunt. quod etiam
quadrupliciter probatur. primo, quia ſi clericus
põteſt minori pretio alia bona ſua uendere, &
alia miniſteria corporalia, & ſpiritualia, ſeipſum
& ſuas operas locare et obligare, & ea om-
nia omnino gratis & liberaliter facere, atque do
nare, quæ ex ſua natura gratis fieri non debent,
neque donari, ut pſallere, cantare, ſcientiamq́;
aliquã docere: ergo à fortiori miſſam ipſam pro
minori ſtipendio, & omnino gratis poteſt cele-
brare, non obſtante ſupradicto ſtatuto, quia miſ-
ſa, & miniſtratio ſacramentorum ex natura ſua
magis debent fieri gratis: ſicut & ea poteſtas om
nino gratis à Deo accepta eſt, iuxta id Mat. 10.
gratis accepiſtis, gratis date.

Secũdo probatur idem, quia taxatio omnium
rerum, & miniſteriorum in temporalibus, & ſpi-
ritualibus non fit, ut gratia, & liberalitas uolen-
tis impediatur, ſed ut iniuſtitia undique uitetur.
non ergo fieri poteſt, niſi ita ut non plus, nec mi-
nus iuſto pretio taxato detur, uel exigatur alte-
rutra parte inuita. Et ita non obſtante prædicto
ſtatuto remiſsio in toto uel in parte, ſicut & am-
plior donatio liberalis utrinque fieri poteſt.

Tertio probatur idem, quia opus uirtutis aut
cõſilii, qualis eſt prædicta remiſsio liberalis, aut
pia ratione amicitiæ liberalitatis, miſericordiæ
aut alterius uirtutis facta, prohiberi humana le-
ge uniuerſaliter non poteſt. Eſſet enim error in-
tolerabilis, & manifeſtus reddens legem ipſam,
& excommunicationem nullam ipſo facto, ut do
ctores communiter docent in materia excom-
municationis. haberet etiam ſpeciem mali aua-
ritiæ, uel ſymoniæ: eſſetq́; ſcãdaloſum ſtatutum
illud, cedens etiam in miſſarum, & deuotionis
fidelium diminutionem, & ita nullo modo li-
garet.

Quarto probatur idem, quia ad id faciunt B.
Tho. 2. 2. q. 100. art. 3. ad ſecundum, doctoreſq́;
communiter dicentes, quòd licet poſsit ſtatui in
aliqua eccleſia, quòd fiat proceſsio, ſiue ſolenni-
tas officii in tali funere, uel feſto pro eo qui tan-
tam dederit quantitatem, quia id pertinet ad gra
titudinem: non tamen poteſt ſtatui quòd nõ fiat
pro eo qui non dederit; quia ſpeciem mali ha-
bet, ut dictum eſt. igitur idem in propoſito.

Similiter propter eaſdem cauſas ſtatui nõ po-
teſt in uniuerſitatibus, ut graduandi de ſuis iuri-
bus taxatis alicui remittere non poſsint: neque
id ſtatutum obligat etiamſi iuratum ſit. Eſt enim
illicitum utpote quod prohibet opus miſericor-
diæ, uel alterius uirtutis ſimpliciter, & regulari-
ter, ut ſonat.

Quibus non obſtantibus ſi alicubi lites, frau-
des, ſiue tyrannides, uel alia inconuenientia al-
terutra ex parte, ut plurimum ſequerentur ex li
bertate clericorum ad faciendam pręedictam re-
miſsionem ſtipẽdii taxati: uel ſi clerici uariis mo
dis etiam palliatis per laicos de ſibi debito ſtipẽ
dio taxato, uel non taxato in toto, uel in parte
remittere cogerentur: tunc certe crederem lici-
tum eſſe ſtatutum etiam ſub excommunicatio-
ne prohibens clericis de illo quicquam remitte-
re. quia tunc ex iuſta cauſa ad illa inconuenien-
tia præcauendum quę uel remiſsionem coactam
faciunt, uel uitiant, uel ex ea quouis modo, uel oc
caſionaliter ſequũtur: utique licitum eſſet in eo
caſu remiſsionem generaliter prohibere. dum-
modo etiam tunc nõ ſpecialiter prohibeatur ea
remiſsio quæ omnino liberaliter, & uirtuoſe fie-
ret, puta per uiam eleemoſynæ pauperibus ueris
non fictis aliquid remittẽdo, aut etiam pro ipſis,
& pro diuitibus omnino gratis, & pure liberali-
ter ſine ullo ſtipendio, ſine ulla fraude celebran-
do. Etſi id ſtatutum generaliter fieret, ita eſſet
intelligendum, uidelicet ut per ipſum occaſiones
ſupradictæ, & fraudum palliamenta tollantur: &
non ut per id uirtutum, & pietatis ſit detri-
mentum.

Quinto dubitatur utrum ſit tutus in conſcien *Dubium.*
tia, & liber à reſtitutione ſacerdos qui recipit
abundantia ſtipendia gratis data pro miſsis cele
brandis, puta unum regale pro qualibet miſſa:
& ipſe eas aliis ſacerdotibus commendat pro di
minuto ſtipendio conſueto puta pro dimidio re-
gali, aut pro uiginti nummis, aut parum plus.

Reſpondeo

Prima opin. Reſpódeo. eſt duplex opinio. prima magiſtri Soto ubi ſupra lib. 9. q. 3. art. 1. quòd ſic, ſi talis ſacerdos eſt curatus, aut habens curam populi illius. quia cum vt ſupponitur, iuſtum ſtipendium ipſe alus ſacerdotibus pro illis miſsis perſoluat: iam nulli facit iniuriam ſi ipſe reliquum accipiat pro cura, & onere quod ſubit ex officio paſtorali: cui creditum eſt, ut quo potuerit honeſto ſtipẽdio faciat illas miſſas pro ſuis ſubditis celebrari. Sacerdos autem non habens curam illius populi non eſt tutus, neque liber à reſtitutione: niſi totũ ſtipendium aliis det pro illis miſsis celebrandis. quia cùm non habeat curam non eſt ſibi creditũ ut curam habenti.

Secunda opin. Aliorum opinio eſt, quòd nec habens curam nec non habens eſt tutus: niſi quando ex lege uel conſuetudine, uel ex voluntate ſaltem tacita cõmendantium ipſas miſſas dantiumq́; maiora ſolito ſtipẽdia, taxatum uel ordinatum eſt aliquod premium, uel aliqua pars illorum determinata, uel indeterminata pro ipſo habente curam faciẽ dillas miſſas pro ſuo debito aliàs ſtipendio celebrari. Et hoc modo limitata illa prior opinio magiſtri Soto eſt vera, aliàs non. vt ait Nauarro in ſumma ca. 28. nu. 91.

Quod & probatur dupliciter. primo, quia ille curatus pro ſua cura in hoc & aliis pertinẽtibus ad ſalutem ſubditorum iam aliàs ſufficiẽs habet ſtipendium in decimis, primitiis, uel aliis particularibus ſtipendiis ſibi taxatis pro his, vel illis actibus, modo ſit principalis curatus modo ſubſtitutus, ſiue vicarius, cui ipſe curatus decenti ſtipendio prouidere tenetur, ut uice eius ſeruiat populo ſicut ille ſeruire tenetur. quòd ſi iſte ſubſtitutus ſic acceptauit: iam nihil amplius pro ſuo miniſterio debito accipere poteſt: ſicut nec curatus principalis, ſecundum omnes doctores, vt tangit B. Tho. 2. 2. q. 100. art. 3. Nunc autem pro hac cura, ſeu onere particulari quod ipſe libenter ſubit nihil eſt datum, neque promiſſum ab illo qui ei, illas miſſas commendauit: qui & ſolum pro ſtipẽdio ſuſtentationis id dedit celebranti. ergo nullo iuſto titulo poteſt de illo ſtipendio ſibi quicquam accipere. qua de re tenetur totũ dare, niſi ille omnino liberaliter remiſerit, id quod de nullo præſumitur.

Neque valet dicere, vt vbi ſupra ait Soto, ꝙ tacite videtur illi datum pro ſua cura ut faciat illas miſſas celebrari. quia hoc eſt diuinare: & vbi de voluntate dantis nulla eſt probabilis certitudo, ſtandum eſt eius uerbis expreſsis, quòd ſcilicet pro qualibet miſſa tantum ſtipendiũ aſsignauit, utique non niſi eam celebranti, ut eſt conſuetudo generalis aſsignandi ſtipendia pro qualibet miſſa non niſi eam celebranti.

Secundo probatur idem, quia alioqui licite poſſet curatus ditari undique miſſas innumeras congregando, pro quibus abundantia ſtipendia aſsignata ſunt: faciendo eas celebrari pro diminutis ſtipendiis, & reſiduum ſibi reſeruando. qui utique modus turpe lucrum eſſet, & ſcãdaloſum ſimul, & iniuſtitiam continens, ut probatum eſt. Ideo hęc ſecunda opinio verior videtur. & ex dictis, tam opinio præcedens, quàm eius ratio confutatur.

Et quia de curatis, & eorũ ſubſtitutis hic egimus: hic etiam interim duo addamus. primum quòd Soto, ubi ſupra dicit illos teneri pro ſuo populo quotidie fere celebrare. Alii autem dicunt, quòd non niſi diebus feſtis. ego autem conſuetudini aut legi dyœceſis ſtarem. Item ait ſecundò Soto. quo fit, ut non poſſent pro ſuis miſsis alia ſtipendia accipere niſi à ſuis tãtum ſubditis, idq́; in caſu quo liberaliter omnino ab eorum aliquo donẽtur, vt pro eo ſpecialiter celebretur illa eadem miſſa, quę & pro populo fit, vel in caſu quo aliquę paucule miſſę alicuius ſui parrochiani ipſi commendantur, puta nouenarium, & huiuſmodi pro aliqua neceſsitate imminente. Quia ſui parrochiani non debent ad hoc alios quęrere ſacerdotes. quòd ſi plures ſint miſſę particulares, tunc alii ſacerdotes auxiliarii quęrendi ſunt qui has, vel illas celebrent, vt ſupra dictum eſt. Hęc ille. Sed certe hoc ſolum eſt uerum tenendo cũ ipſo Soto vbi ſupra, quòd quotidie pro ſuo populo celebrare tenentur: aliàs non eſt verum.

In omnibus tamen ſupradictis tandem ſecũdum Caietanum 2. 2. q. 100. art. 3. Et Soto vbi ſupra lib. 9. q. 6. articu. 1. notetur quòd quamuis ex ſua natura non ſit illicitum ſi ante miſſæ celebrationem ſacerdos dicat ſe nolle celebrare niſi ſibi ſufficiens victus, aut ſtipendium detur vnde viuat. at vero de quantitate cõtendere, puta quòd tantum vel tantum, vix citra ſcandalum fieri poteſt, quia & ſpeciem ſymonię habet.

TANDEM ſexto dubitatur. primo, Vtrum valeat talis applicatio miſſę, puta Petrus celebrat pro intentione Martini, id eſt pro eo cui poſtea Martinus eam miſſam applicauerit: cum tamen ipſe Martinus quando miſſa celebratur, nec tunc nec ante, ſed poſtea illam applicet, neque de tali applicatione ante cogitauerit. Dubium. 6.

Item ſecundo, Vtrum valeat miſſa dicta pro eo qui poſtea commendauerit, aut petierit.

Reſpondeo ad primum, quòd ſic: & ſtatim vt prędicta miſſa celebratur applicatur per ipſum Deum illi qui eam petiit, vel cui Martinus poſtea tandem applicaturus eſt. Neque eſt inconueniens quòd Deus fructum illius miſſę applicet alicui antequam per hominem diſtinctę ei applicetur; ſi tandem illi diſtincte per hominem applicanda eſt, cui iam petenti ſacerdos, determinate quidem ex parte obiecti, uel eius cui eſt applicãda per Martinum, quamuis confuſe ex parte ipſius ſacerdotis, eam applicat uel applicuit. Quia Deus cui omnia etiam futura viuunt, & pręſentia Reſp. ad 1.

tia ſunt antequam ſint, conformat ſe intentioni quamuis confuſe applicantis, & quamuis homo confuſe, Deus autem diſtincte ſciat. Quòd ſi Martinus poſtea nulli diſtincte applicauerit: Deus etiam nulli applicauit: idq; ita forę ſciuit, & voluit ab æterno ſine vlla ipſius mutatione, ut in materia de prædeſtinatione, & de futuris contingentibus agitur à doctoribus.

Si autem quis dicat quòd licet talis applicatio fiat alicui determinatę perſonæ quamuis ignotę atque confuſe: tamen à Deo ſuſpenditur eius effectus, ſeu fructus quouſque Martinus illam miſſam applicet. Sicut quando Papa in ſuis bullis cōcedit indulgentiam illi cui applicauerit is qui dederit tantam quantitatem. Nam ſicut Papa eſt miniſter applicatorq; theſauri eccleſiæ, ſic & ſacerdos reſpectu fructus miſſæ: hoc vtique probabiliter diceretur, ſed probabilius id quod ſupradictum eſt.

Reſp. ad 2. Quo ad ſecundum reſpondeo, quòd non valet miſſa à me celebrata pro eo qui illam à me poſtea cras, vel poſt annum, vel annos petierit pro ſe vel pro aliis celebrari: nec illi nunc ego pro illo ſatisfacio: niſi poſtea quando petierit pro eo celebrauero. quia opera & præſertim ſacramenta, & ſacrificium miſſę ſtatim, vt fiūt habent ſuū valorem, & effectum, ſaltem meritorium gratiæ & gloriæ, & ſatisfactorium ex opere operato ſecundum diſpoſitionem participantium. Hanc autem diſpoſitionem, vel deuotionem petentis pro ſe miſſam celebrari nullus habet antequam illā petat. ergo eius fructum debitum petenti ſecundum petentis diſpoſitionem, & deuotionem poſtea non habebit, niſi poſtquam petierit pro illo ſpecialiter celebretur: nec aliter illi erit ſatisfactum: quamuis illa miſſa valeat ei ſecundum aliā ſuam deuotionem, aut diſpoſitionem non petentis, ſicut & valet aliis pro quibus non petentibus generaliter, vel ſpecialiter offertur, vel applicatur.

Neque hoc contrarium eſt ei quo ad primum proxime reſponſum eſt. Nam illud habet veritatem quòd ſcilicet valet miſſa applicata per ſacerdotē illi cui poſtea Martinus applicauerit, quando videlicet ille eam miſſam petierat valet ei ſecundum diſpoſitionem petentis: quòd ſi non petierat valet ſolum ſecundum diſpoſitionem non petentis, quam habet quando miſſa prædicto modo à ſacerdote celebrata illi determinate quamuis confuſe applicatur, vt ſupra dictum eſt. Nunc autem dicimus quòd non valet alicui miſſa vt petenti niſi poſtquam petierit, vt pro eo celebretur.

Immo neque quiſquam poteſt fructum miſſæ vel alterius boni operis ſibi vel alteri in poſterū reſeruare pro quando indiguerit, vel voluerit: ſed vt dictum eſt ſi eſt capax illius ſtatim habet illum ſecundum ſuam diſpoſitionem: aliàs reſeruatur in communi eccleſiæ theſauro quo ad vim ſatisfactoriam, ſecundum communem doctrinā eccleſiæ in materia de indulgentiis. De ſacramento autem baptiſmi quod recedente fictione poſtea valet ad ſalutem alia ratio ſpecialis eſt: vti doctores in 4. diſt. 6. communiter docent.

QVAESTIO QVINTA.

Quæſtio quinta de adoratione Chriſti, & ſanctorum, & imaginum, continet decem dubia, quorum primum eſt; Quid & quotuplex ſit adoratio.

PRO quo nota primo, ſecundum Thomam Walden. lib. de ſacramentalibus titu. 13. c. 118. Dubium 1. Notabile 1.
& Auguſt. de Ciuitate Dei li. 10. & 19. quòd eſt differentia inter reuereri, honorare, laudare, glorificare, adorare, & colere. Nam reuereri eſt magniducere ſeu ęſtimare bona quę in aliis conſideramus. Honorare eſt reuerentiam, vel ęſtimationem interiorem ſigno exteriori, verbo videlicet, vel opere demōſtrare. & talis honor eſt teſtimonium virtutis. 1. Eth. Sed ſępe alterū pro altero vſurpatur. Laudare ſuperaddit: quia eſt commendare, vel prędicare bona quę in aliis cōſideramus. Glorificare inſuper addit, quòd longe lateq; illa prędicemus: ita vt inde incipiat celebris, & nominatus haberi is quem laudamus. Nam ſecundum Ambroſium gloria eſt clara notitia cum laude. Adorare eſt nos alicui, vt ſuperiori, vel eminenti proſternere, vel aliam humilitatis ceremoniam aut ſignum exhibere. Colere eſt ſuperius ad hęc omnia, nā in his omnibus colimus eum quem reueremur, honoramus, laudamus, & adoramus; ſed vt diximus ſępe vocabula vſurpantur.

Sed nota quòd hęc reuerentia, honor, cultus, & adoratio poteſt fieri interius, & exterius. Exterius fit multipliciter, verbis aut factis, orando, laudando, vouendo, offerendo, obſequendo, & huiuſmodi. Interius autem proprie adoratio nō fit niſi per recognitionem excellentię, & affectū ei conformem ſecundū varias opiniones de quibus infra in ſecundo notabili ſequenti habetur, & Gabriel in canone lectione 49. 50.

Secundo no. ſecūdum Medina in tractatu de oratione q. 2. contra B. Thomam in 3. par. q. 25. Notabile 2.
& Gabriel ubi ſupra, & in 3. diſt. 19. quòd adoratio formaliter non eſt actus intellectus. Nam per ſolum intellectum non adoramus, nec honoramus. neque enim adoratio eſt ipſa cognitio qua cognoſcimus huic talem deberi adorationē, vel honorem, quamuis talis cognitio requiratur: ſed eſt velle conferre illum honorē. & ita latria, vel dulia eſt, volo huic honorem vel obſequium tale in recognitionem excellentiæ exhibere.

Neque

Neque eſt virtus mixta partim intellectualis, partim moralis, partim theologalis, ſed eſt vna virtus,& vnus habitus moralis inclinans ad exhibendum honorem alicui, quod ad voluntatem pertinet.

Neque eſt virtus theologa, quia hæc habet Deum pro obiecto immediato: latria autem operationes humanas, vt credere, amare, ſperare, & reddere honorem & obſequium Deo vel Sãctis, ut oportet. Eſt igitur virtus moralis, quæ ad iuſtitiam pertinet ſiue reducitur, quæ eſt in voluntate. Et quamuis ad latriam requiratur fides: non tamen eſt fides, ſed ab ea imperatur. Nam velle reddere honorem Deo non eſt credere, ſed velle, vt dictum eſt. de his latius Gabriel in canone lectione 50.

Notabile 3. Tertio no. quòd diuerſæ ſunt ſpecies adorationis. Nam religio eſt qua cultus Deo exhibetur,& ad hanc pertinet latria. Pietas eſt per quã patri,& patriæ,& ſanguine iunctis debitum officium,& cultum exhibemus. Obſeruantia eſt per quam homines in dignitate cõſtitutos colimus, vt prælatos, iudices, magiſtros, ſapientes, &c. *Dulia* eſt proprie per quam debitus cultus dominis à ſuis ſeruis exhibetur. Nam dulia idem eſt quod ſeruitus: tamen extenditur etiam ad pietatem,& obſeruantiam. Et quælibet iſtarum ſub ſe plures aliàs continet ſpecies.

Sed quatenus ad rem ſpectat, latria eſt cultus ſoli Deo debitus, quæ & ſtricte dicitur adoratio: & poteſt eſſe interior, & exterior, vt ſuperius habetur.

Dulia eſt veneratio exhibita creaturę propter eius excellẽtiam, vel perfectionem, ſiue interior, ſiue exterior ſit: & hoc modo eſt genus complectens etiam hyperduliam, id eſt duliam maiorem. Nam hyperdulia eſt ſeruitus quædam reuerentialis exhibita creaturę ratione eminentis, & ſingulariſsimæ excellentię eius, qualis eſt reuerentia, quæ beatæ Virgini, quæ mater Dei eſt exhibetur. Dulia minor ſiue communiter, & ſimpliciter dicta eſt reuerentia communis alicui exhibita creaturæ ratione excellentiæ communis ei,& multis aliis. de quibus omnibus Gabriel vbi ſupra ſecũdum communem doctorum ſententiam latius agit.

Notabile 4. Quarto no. quòd dupliciter aliquid adoratur, ſcilicet per ſe,& per aliud ſeu per accidens. Per ſe adoratur, vel honoratur quod in ſe rationem, vel cauſam talis adorationis habet, vt eſt perſona quæ adoratur: & hęc eſt propria adoratio, & vere id ſic adoratur. Per aliud autem & per accidens adoratur id quod non ratione ſui, ſed ratione coniuncti ſic adoratur: ita quòd nõ ipſum in ſe, ſed res cui illud coniunctum eſt rationem, aut cauſam talis adorationis habet, vt veſtis qua rex indutus eſt, cum ipſo rege, & ſolum ratione eius ſimul adoratur, vel honoratur. Sic dicitur à durando quòd humanitas Chriſti adoratione latriæ ratione verbi cui unita eſt per accidens adoratur, vt infra dubio. 3. latius de hoc. Et hoc modo non proprie illa adoratione adoratur, quamuis alia adoratione proprie adoretur.

Item nota, quòd obiectum adorationis eſt duplex, ſcilicet materiale,& formale. Materiale eſt ipſa res quæ per ſe, aut per accidens magis, aut minus principaliter adoratur. Formale uero eſt ratio ſeu cauſa quare illa res ſic adoratur: modo ſit forma quędam, ut excellentia aliqua illius rei, modo conſideretur per modum formæ, ut ſapiẽtia bonitas, &c. Siue per modum operationis, quia ſcilicet eſt creator, redemptor, aut benefactor,& huiuſmodi.

Item obiectum illud materiale adorationis eſt triplex, ſcilicet motiuum tantũ: & eſt id quod illa adoratione nõ adoratur, ſed excitat, vel mouet ad aliud adorandum, ut eſt uox uel ſcriptura nominis Ieſu vel Dei, quæ non adoratur latria, quamuis alia adoratione veneretur: ſed mouet nos,& ad memoriam adducit rem ſignificatam; id eſt Chriſtum vel Deum, vt illum latria adoremus. Aliud eſt obiectum terminatiuum tantum, & eſt ipſe Chriſtus ad quem illa adoratio finaliter terminatur, ſeu eſt id quod principaliter, vel finaliter per ſe vel per accidens adoratur. Aliud eſt obiectum motiuum, & terminatiuum ſimul, quod videlicet, & mouet ad aliud principaliter adorandum,& terminat ipſam adorationem ſeu ſimul adoratur eadem adoratione quamuis non ultimate, ſed minus principaliter,& in ordine ad id quod principaliter,& vltimate adoratur. quæ ideo dicitur analogica adoratio illius, quia ſcilicet ratione alterius, uel relatione, aut aliqua proportione, ad alterum ad quod mouet abſolute, & principaliter adorandum, illa adoratione adoratur. Et hoc modo ſecundum communem opinionem & veram, imago eadẽ adoratione qua & imaginatum adoratur: & ipſa dicitur obiectũ materiale, imaginatum autem formale, quia ratione eius illa adoratur, vt de hoc infra dubio 4. latius habetur.

Dubium ſecundum, quomodo & quare Deus adorandus ſit. Dubium 2.

Reſpondeo, Certum eſt Deum eſſe latria adorandum ratione ſupremæ ſuæ excellentiæ in ſe. Sed dubium eſt inter catholicos an ratione eius, vt nobis communicatur per creationem tãquam dominus ſupremus omnium, an etiam per redẽptionem, ut ſupremus redemptor noſter, latria adorandus Deus ſit. de quo latius Scotus in 3. diſtin. 9. ſed non determinat.

Videtur tamen probabilius quòd quacunque illarum trium rationum ei debetur latrię adoratio. ita quòd ſi gratia declarationis fingãtur tres dii, ut fingit Scotus: quorũ primus habeat ſuam infinitam, & ſupremam excellentiam in ſe, nihil boni

boni ad extra communicando vllo modo, neque creando, ſed ſolum ſit Deus, & non creator, neque redemptor. Et ſecundus omnia creet, conſeruet, & gubernet, vt nunc facit: ita quòd ſit ſupremus dominus omnium quo ad bona tantum naturalia, & nullo modo redemptor ſit, nec glorificator. Tertius ſit ſolum redemptor, ut nūc eſt: ita quòd quo ad dona ſupernaturalia gratiæ, & gloriæ ſupremus, & independens benefactor omnium ſit, qui redemptor naturæ lapſæ ideo appellatur. Dico quòd cuilibet illorum ratione ſuę ſupremæ, & independentis excellentię in ſuo genere honor, & adoratio latriæ debetur. & ita nūc ipſi unico Deo hac triplici ratione latria debita eſt.

Quod probatur de primo, quia ſi ſapienti homini ſuus honor, & adoratio ratione illius excellētiæ debetur: ergo & Deo ratione ſupremæ huius infinitæ ſapientiæ, bonitatis, & omnipotentiæ &c. ſuus honor & ſuprema adoratio latriæ à fortiori debetur. Sicut & amor ratione ſuæ infinitę bonitatis in ſe. De ſecundo ſimiliter probatur, quia ſi domino à ſuis ſeruis, & ſuperiori ab inferioribus, & parentibus à filiis, ratione dominii, & doni naturalis, & principii debetur honor, cultus, & ſua adoratio: ergo à fortiori ſupremo domino creatori & gubernatori, vbi eadem ratio in ſupremo gradu reperitur, ſua debetur latriæ adoratio. De tertio idem patet, quia non minus, ſed maius donum, aut bonum eſt, ſupernaturale eſſe & æternum quod ratione redēptionis nobis communicatur, quàm naturale quod ratione creationis: ergo à fortiori redemptori ratione huius ſupremæ excellentiæ, atque principii totius boni ſupernaturalis ſua adoratio latriæ debetur.

Cum quo ſtat quòd ratione alicuius harū triū excellētiarum aliquis modus adorationis latriæ, vel cultus ſub eadem ſpecie latriæ debeatur uni, qui non debetur alteri, in quo ratio illius excellētiæ non eſt. Sufficit enim ad ſpeciem latriæ quod ratione ſupremæ excellentiæ huius vel illius, hoc uel illo modo, hic vel illic cultus Deo exhibeatur. Nam à ratione formali non à materiali ſumitur ſpecies adorationis. Hyperdulia autem ratione ſingularis quamuis non ſupremæ excellentiæ debetur alicui, vt proxime dictum eſt.

Cum ergo nunc in Deo hæc triplex ratio ſimul ſit: vtique eadem triplici ratione, ſeu titulo ſumma latriæ adoratio: ſicut & amor ſuper omnia ratione ipſius triplicis bonitatis Deo debetur. Ideo & Matth. 4. dicitur Dominum Deum tuum adorabis. Et eccleſia in inuitatorio Epiphaniæ ſolennius ſolito canit, Venite adoremus eū, quia ipſe eſt dominus Deus noſter. Deus dicitur quo ad primam, dominus quo ad ſecundam, noſter quo ad tertiam rationem ſeu titulum adorationis. quibus & ſua dona, videlicet thus Deo, aurū domino regi ſeculorum, mirrha redēptori perfecto à culpa & pœna reſpondent. Et dū Luc. 10. ca. dicitur diliges dominum Deum tuum. eędem tres rationes bonitatis Dei, & amoris correſpondentis ſuper omnia ſignificantur. Reliqua videantur in canone Gabrielis lect. 49. & 50. vbi plene hæc omnia tractat, & in fine tertii puncti ſequentis videatur argumentum ex B. Tho.

Inſuper nota, ꝙ ſumma adoratio honoris, & reuerentiæ debetur Deo quatenus Deus in ſe ſummum bonum eſt. ſumma aūt adoratio ſeruitutis, & obedientiæ debetur eidē quatenus ſummę dominus, & bonus nobis eſt creator, redemptor, & glorificator. ideo quo ad primū dicitur, Dominum Deum tuum adorabis: & quo ad ſecundum, Et illi ſoli ſeruies. quia idem ſupremus dominus, & Deus eſt.

Dubium. Dubium tertium. Vtrum & quomodo alii à Deo ſint adorandi: & præcipue ſanctiſsima humanitas Chriſti.

Primum punctum. Reſpondeo per quatuor puncta. primū, quòd viuentes alii à Deo ſint honorandi nō dubitatur, vt pſal. mihi autē nimis honorati ſunt amici tui Deus. Item 1. Pet. 2. regē honorificate. & Paul. ad Rom. 13. cui honorē honorē. & ad Eph. 6. honora patrē tuum. Et Chryſoſt. ſuper 1. Timo. hortatur fideles honorare ſanctos. & ratio eſt quia honor eſt præmiū virtutis, & ſignum excellētiæ alicuius: ſed alii ſunt aliis meliores, & excellētiores. ergo præ aliis honorādi, & honorabiles ſunt. Et ſecundum Tho. 2. 2. q. 102. ſunt de hoc virtutes diſtinctæ, vel continentur ſub dulia generaliter accepta, vt ſupra dubio primo dictum eſt.

Secundum punctum. Secundum punctum eſt de ſanctis qui ſunt in cœlo glorioſi, ꝙ ſint honorandi, & dulia adorandi, & orandi à catholicis non dubitatur, & hæreticum eſſet oppoſitum tenere. quod patet ex vſu eccleſiæ, & cōi doctrina eius, atque doctorū, ut de hoc latius Carpen. contra Eraſmū de Hierarchia eccleſiaſtica, & Aug. lib. 2. contra Maximū prope finem. & de vera religione. & Damaſcenus in 3. ſenten. ca. 7. & Beda, & Rabba. lib. 3. ſuper Gene. 23. & Echius in ſuo enchiridio. titu. de veneratione ſanctorum breuiter tāgit, & noſter Dorantius de locis catholicis lib. 3. ca. 13. vſque 24. & Tho. Waldenſis. de ſacramentalibus ti. 12. vſque tit. 16. & præcipue titu. 14. ca. 130. latius agunt.

Tertium punctum. Tertium punctū eſt de Angelis ſanctis ꝙ ſint ēt venerandi dulia probatur ex ſacris ſcripturis, vbi id ſæpe habetur: & cōiter ſic tenet, & celebrat eccleſia. Si cōtra hoc arguatur quòd Apoc. 19. & 22. Angelus prohibuit Ioannē procidentē volentē illum adorare. Nā nō videtur quòd Apoſtolus plenus ſpiritu ſancto voluerit idolatrare, illum latria ſoli Deo debita adorando: neque quòd ignorauerit illum Angelum, & non Deum eſſe. ergo adorationem duliæ prohibuit.

Reſpon.

Reſpon. ꝙ Apoſtolus volebat illum Angelum latria, nō abſolute, ſed analogice, & in ordine ad Deū adorare, vti inferius de imaginibus dubio 4. cōiter dicitur à doctoribus. Putabat. n. ꝙ ſicut angeli non vt meri nuncii Dei, ſed vt legati noīe, & auctoritate Dei aliquid facturi quondā apparere ſæpe ſolebant: & ita loquebantur vt Deus, dicentes ſe dominū Deū eſſe: ac proinde vt Deus analogica latria adorabantur, vt cōſtat Gen. 18. & ibi glo. Et Exo. 3. & 4. & 19. & 23. ca. ſecūdum doctores ibidem, & alibi ſæpius. Sic inquā putabat Ioannes, tunc angelum nomine & auctoritate Dei apparere: ideo vt diximus analogica latria adorare volebat. Sed angelus illum edocuit, ꝙ iā poſt Deum hominem factum nō hac auctoritate, & noīe Dei apparent: nec vt tales, vt olim latria, ſed vt meri nuncii Dei ſecundum ſuum angelicum officium apparent, & dulia adorandi ſunt. Poteſt ēt dici cum Marſilio in 3. q. 8. art. 2. Et Horantio in locis catholicis li. 3. c. 15. & multis aliis, ꝙ dulia voluit illum Ioānes adorare. ſed ab ipſo angelo curialiter prohibitus eſt, vt in hoc ſignificaret, quo ad officium, vel dignitatem apoſtolicā Ioannem parem eſſe, vel ēt præſtare angelis, quia apoſtoli ſunt ab ipſo Chriſto miſſi, & inſtituti doctores, & paſtores, & prælati eccleſiæ: per quorum doctrinā reuelatam à Deo ēt angeli multa didicerunt, vt habetur Epheſ. 3. vt innoteſcat principatibus in cœleſtibus, &c. Et hoc ſignificatur Apoc. 19. vbi dicitur. Conſeruus. n. tuus ſum & fratrum tuorum, i. apoſtolorum &c. q. d. iā oēs habemus idē officiū: & vos apoſtoli maiorē quodammodo dignitatem apoſtolicam habetis.

Quartum pūctum eſt de humanitate Chriſti, de qua Gabriel in canone lectio. 50. & in 3. diſt. 9. tres refert opiniones, ſed tādem ipſe ſuā quartam ponit, per quā oēs illas conciliat in veritate, cui ſi paucula ſuperaddantur ſtandum cenſeo.

Dico igitur primo, quòd humanitas Chriſti in ſe cōſiderata cum ſuis donis non vnita verbo diuino, eſſet adorāda non latria, ſed dulia maiori & ſumma, quæ dicitur hyperdulia, quia eſt creatura pfectiſsima oēs excellēs: nō tamē extra, aut ſupra genus creaturæ, & in hoc oēs conueniunt.

Secundo dico, ꝙ humanitas Chriſti, vt naturæ diuinæ perſonaliter in Chriſto vnita, vel ſi adoretur ſimul cū verbo in abſtracto, adorāda ē latria, nō quidē proprie, ſed large, & analogice ſumpta, vel vt alii dicūt non per ſe, ſed per aliud, ſiue per accidēs. Quòd nō adoretur latria proprie, & per ſe, patet, quia talis latria ſoli Deo debetur rōne ſuæ ſupremæ excellētiæ diuinæ: quæ in ipſa natura humana nō eſt, ex quo ipſa nō eſt Deus in abſtracto: neque per illā vnionē ad verbum exit ter minos excellētiſsimæ creaturæ, neq; quo ad ſubſtantialia mutatur. ꝙ aūt latria large ſumpta, & per aliud adoretur, inde patet, quia talis latria eſt quæ debetur ſumme, & ſingulariter verbo, aut diuinitati coniunctis, & rōne ipſius diuinitatis coniunctæ. Etſi hoc modo intellexit Durādus dicēs, ꝙ humanitas Chriſti adoratur latria per accidēs, bene dixit. Et nota ꝙ hoc modo adorās humanitatē Chriſti latria, eadem rōne adorat humanitatē ſimul, & diuinitatē: ſed diuinitas eſt ratio formalis, quare humanitas terminat talē adorationem latriæ. quo fit vt eadem adoratione qua adoratur humanitas, tunc ēt diuinitas adoretur: ſed non econuerſo qua adoratione diuinitas, eadem humanitas adoratur. quia humanitas analogice, & per aliud, diuinitas autem proprie, & per ſe latria adoratur, vt inferius dubio 4. de imaginibus & imaginatis latius habetur.

Tertio dico, ꝙ humanitas Chriſti in cōcreto latria proprie ſumpta adoranda eſt, quia homo Chriſtus hac latria proprie adoratur, ſicut & Deus, & verbum per cōicationē idiomatū. Non ꝙ humanitas ſit terminus aut ratio huius adorationis, ſed ipſa perſona diuina in vtraque natura ſubſiſtens. & hoc modo humanitas in cōcreto, i. homo Chriſtus non per accidens, ſed per ſe, & proprie, vt diximus, latria adoratur, quod eſt contra Durandum, ſi ipſe intellexit quòd hoc modo ſumpta humanitas in concreto per accidens adoratur. & hoc etiam modo eſt uerum quod cōiter dicitur, quòd dum perſona adoratur, adoratur & omnia quæ ſunt in ea, ſ. per ſe, & proprie, in concreto: aliàs autem per aliud, vel per accidens, vti ſuperius dictum eſt.

Quarto dico, ꝙ melius eſt nō diſtinguere humanitatem à verbo in adoratione, quia cū poſſumus adorare regem cum ſua veſte, non decet ſolā veſtem honorare. Tum etiā quia daretur anſa hæreticis ad dicendum Chriſtum eſſe purā creaturam. Ideo ſicut abſolute non dicitur Chriſtus orare pro nobis: ita nec humanitas ſola, vt creatura abſolute à nobis adoranda eſt. Et ita in ſexta ſynodo generali diffinitum eſt. Vnde & Caietanus 3. parte quæſt. 25. articu. 3. admonet quòd eccleſia vult ne in exteriore adoratione humanitatem Chriſti à verbo diuidamus. Quod etiam iterum probatur, quia ſumpturi euchariſtiā abſolute dicimus. Domine non ſum dignus, &c. Ad idem eſt Auguſtinus, Ambroſius, Damaſcenus, et cōiter doctores, quos ēt refert Gabriel in canone lectio. 50. vbi de omnibus ſupradictis abunde pertractat. Sed et Caietanus, vbi ſupra dicit quòd eccleſia non reprobat debitā adorationem humanitatis Chriſti à verbo diſtinctè interius in mente factam: ſed ſolum prohibet ne exterius diſtinguatur.

Si contra prædicta in tertio dicto arguatur, ꝙ Chriſto ratione humanitatis debetur hyperdulia: ergo Chriſtus vt hō, vel Chriſtus hō ēt in concreto eſt hyperdulia et non latria adorandus. Probatur antecedēs per B. Tho. 3. par. q. 25. arti. 2. dicentem ꝙ ſuppoſito Chriſti debetur latria

ratione deitatis, & hyperdulia ratione humanitatis,& dulia propter dominium creaturarum.

Reſpondeo negando conſequentiam: quia in antecedente loquitur de ratione formali adorationis B.Tho.vt vbi ſupra declarat,in conſequenti autem de termino illius: & ita fit æquiuocatio à ratione formali ad terminum adorationis. ad aliud quòd dulia debetur Chriſto propter dominium creaturarum, dico ibi dulia non accipitur, vt eſt ſpecies,ſed genus commune ad omnes ſpecies adorationis,& eſt idem quod adoratio:ſicut diſpoſitio aliquando accipitur, vt eſt genus ad diſpoſitionem & habitum.

Dubium 4. DVBIVM quartum eſt de imaginum adoratione,in quo ſunt duo articuli. Primus continet ea quæ certa ſunt inter catholicos:& quę ſunt dubia inter eos explicantur, in quibus ſunt opiniones. In ſecundo autem articulo diſputantur ea quæ dubia ſunt, maxime quo ad modum imagines adorandi.

Arti. I. Igitur quo ad primum articulum, dico in hac materia nouem propoſitiones inter catholicos eſſe certas: ſex autẽ dubia & opinabilia haberi.

Prima propoſitio. Primum igitur certiſsimũ eſt, quòd vſus imaginum ſanctorum eſt licitus & vtilis.quod probatur ſecundum Echium ubi ſupra,quia admonent doctos,docent rudes,& ex eis omnes eleuantur, & afficiuntur ad imaginata. Item antiqui ideo erigebant ſuorum imagines ne eorum memoria aboleretur:& in eis benemeriti colerentur. Neç in hoc populis datur occaſio idolatrandi,ſi rudes admoneãtur quòd potius imaginata in ipſis adorantur id quod ne rudiſsimus quidem ignorat. adde quòd eccleſia eas ſæpius approbauit in ſeptima ſynodo generali Nicena: & in ſexta ſynodo generali Conſtantinopolitana,& in tribus cõcilijs lateranen. ſub Grego.2.& 3.& Stephano, & habetur in c.venerabiles, & ca. perlatum diſt. 3. Et Euſebius lib. 7. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ ca. 44.& hiſtoria tripartita c.41.& Damaſcenus referunt miraculum cuiuſdam imaginis Chriſti qui etiam ad Abagarum regem ſuam miſit imaginẽ. de hoc etiam agit Auguſt. epiſtola 103.& de Ciuitate Dei li.22.ca.8. & contra Fauſtum lib. 20. ca.21.& Baſilius epiſtola ad Iulianum.Quare hęreticum eſt imagines reprobare, uti de hoc etiã Echius, Catharinus, & Caſtro de hæreſibus ex Tho. Walden.de ſacramẽtalibus ca.150. & Soto de iuſtitia & iure lib.2.q.4.art.2.latius agunt.

Propoſitio 2 Propoſitio ſecunda. Certum eſt quòd imagines reuerenter tractandæ,& interius,& exterius colendæ ſunt. Nam aliàs ſuperfluus eſſet earum vſus,quia & irreuerẽter eas tractare cedit in iniuriam eius quem repræſentant. ca.perlatum. & c. venerabiles,de conſecra.diſt.3.

Propoſitio 3 Propoſitio tertia. Certum eſt quòd imagines non ſunt ita colẽdæ, vt recognoſcamus illas eſſe ſummum bonum noſtrum: aut aliquid diuinum in ſe realiter continere: aut quòd in ipſis totam fidẽ ſpemq; reponamus, ſed in repræſentatis per eas,ſecundum ca.venerabiles. vbi ſupra. alioqui ad gentilium errorem id ſpectaret. Neque credimus quòd illa imago taliſq; ſimilitudo nos redemit ſiue creauit:ſed quòd Chriſtus per illam repræſentatus id fecit.

Propoſitio 4 Propoſitio quarta. Certum eſt ꝙ imagines, vt ſunt res viſibiles, & materiales figuræ ſiue delineationes non ſunt adorandæ: ſed ſolum ut ſunt imagines repræſentatiuæ eorum qui merentur adorari; ita quòd tota ratio quare adorantur eſt repræſentatũ per eas. quia nulla res præter creaturã rationalẽ ab hoĩe.propter ſeipſam digna eſt adorari.quia homo præſtat oĩbus alijs,ut probat B.Tho.3.par.q.25.art.3. Nã & in imagine nulla eſt excellẽtia,ut res eſt:ſicut nec in litteris regis, uel ſponſi, quæ tamẽ capiti ſubditorum,& in ſinu ſponſæ ratione tantum mittentis,& repręſentati honorifice imponuntur,& collocantur.

Propoſitio 5 Propoſitio quinta. Certũ eſt,ꝙ oẽs qui catholice imagines adorãt magis adorãt repræſentata per eas quàm ipſas imagines, modo id fiat per vnicũ & eundẽ actum, vel adorationẽ modo per diuerſos actus uel adorationes, de quo inferius in 4.argumẽto latius. & hoc eſt uerũ etiãſi tunc quãdo illas adorãt non ſit actualis memoria, uel conſideratio eorũ qui per ipſas repræſentantur. Quod probatur,quia non adorãtur imagines ꝑꝑ ſe,ſed propter repræſentatum per eas,& ratione illius, ut conſtat ex 3. & 4. propõne præcedẽte. Nunc aũt propter vnumquodq; tale,& illud magis:ergo magis adorãtur ipſa repræſentata. Item qui vult medium ꝑꝑ aliquem finem etiãſi non ſit actualiter memor illius finis,is dicitur magis velle ipſum finẽ quàm medium ad illũ, ut qui diligit proximum ꝑꝑ Deũ magis diligit Deũ ſaltẽ uirtualiter. Sic in propoſito qui adorat imagines ꝑꝑ ſanctos ibi repræſentatos magis illos adorat.

Propoſitio 6 Sexta propoſitio. Certum eſt ꝙ licet ſit utile, & ſanctum inclinare caput, & genuflectere corã imagine; vtilius & melius eſt actuali cõſideratione, & affectu interiori trãſire ad repræſentatum per eã, ita quòd affectus & intentio ad ipſum repræſentatum actualiter feratur. Patet quia melior eſt repræſentatorũ, quàm ipſorum imaginũ adoratio;& quia uſus imaginũ ideo eſt bonus,ut uidelicet per eas mẽtẽ ad Deũ eleuemus per rememorationẽ,& uoluntatis affectum. Nã imagini ut ab ipſo imaginato diſtinguitur certe nõ debemus eũ affectum,& cultum interiorẽ,ut recognoſcamus in ea eſſe talem excellentiã,puta eſſe redemptorem filium Dei,& huiuſmodi,ut ſupra in 3.propoſitione dictũ eſt. ergo neque ratione harũ excellentiarũ quæ in eis non ſunt,illas adorare debemus, ſed ſolum ratione repræſentati: cui illæ excellentiæ uere conueniunt. quapropter utilius magis, & principaliter ad ipſum

repræ-

repræſentatum adorandum mente, & affectu actualiter, vel virtualiter, vt diximus tranſire debemus. Sed vtrum neceſſaria ſit actualis aut ſufficiat virtualis hæc recogitatio, & effectus, de hoc ſunt opiniones inferius art. 2. pertractandæ. Et opinio communis tenet quòd ſufficit virtualis, vt in 6. argumento ibidem habetur.

Propoſitio 7 Propoſitio ſeptima. Certú eſt quòd de facto poſſumus eadem adoratione interiore, & exteriore adorare ſimul imaginem, & repræſentatú per eam. Quod inde conſtat, quia poſſumus multa ſimul adorare etiamſi nullum ordinem habeát inter ſe. Nam poſſum ad tres imagines inclinare caput: ergo ad imaginem ſimul & repræſentatú per eam. Item quia nos proſtramus ad imaginé; ergo ſignum eſt quòd etiam túc repræſentatum per eam adoramus. Sed vtrum id liceat facere per eundem aut per diuerſos actus adorationis; in hoc ſunt opiniones, vt infra tertio & quarto argumento latius habetur.

Propoſitio 8 Octaua propoſitio. Certum eſt quòd non omnes imagines ſunt æqualiter adorandæ, ſed proportionaliter, ſicut repræſentata per illas.

Similiter certum eſt apud catholicos quòd ſi ad præſentiam alicuius imaginis Deus faceret grande aliquod miraculum, aut ſoleat miracula facere, vel fidelium preces exaudire: túc illa imago in maiori veneratione habenda eſt.

Probatur primum, quia non eſt æqualis iniuria omnium imaginum, puta Chriſti, & alterius ſancti: ergo nec æqualis adoratio eſſe debet. quia contrariorum eadem eſt diſciplina. & antecedens patet, quia non eſt æqualis iniuria comburentis imaginem Chriſti, & & alterius ſancti. Tum etiam ſecundo, quia repræſentata non ſunt æqualis excellentiæ, nec æqualiter adoranda: ergo nec ipſorum imagines, quæ non niſi ratione repræſentatorum adorantur. Tum denique tertio, quia imagines gentilium non æqualiter venerabantur ab eis: ſed eo magis hæc quàm illa, quo & homo, vel Deus per eam repræſentatus magis de republica benemeritus erat.

Secundum autem probatur, quia ibi Deus maiorem excellentiam, aut beneficium exhibet quàm alibi: ergo ibi maior illi debetur adoratio ſeu veneratio intra ſuam ſpeciem adorationis. Item ſicut in vno loco magis quàm in alio Deus aut ſanctus adoratur, quia ibi maiora exhibet beneficia: ergo ſimiliter de imaginibus dicendum eſt. De quo Gabriel in canone lectione quadrageſimanona in fine, & lectione 33. latius agit.

Propoſitio 9 Propoſitio nona. Certum eſt quòd imagines non ſunt adorandæ oratione vocali, nec alloquendæ niſi per tropum ſeu figuram: ſicut eccleſia adorat, & alloquitur crucem, clauos, & lanceam, dicens. O crux aue ſpes vnica &c. quia inanimata non audiunt nec ſentiunt, vt de hoc infra dubio quinto & vltimo latius habetur.

Sunt autem ſex dubia, & opinabilia inter catholicos in hac materia. Primum vtrum imagines ſint proprie, & vere adorandæ, ita quòd adoratio ad ipſas terminetur quamuis ratione repræſentati: an ſolum ad ipſum repræſentatum: & imago ſit ſolum obiectum motiuum, vel rememoratiuum adorationis. Nam communiter tenetur quòd etiam ſunt obiectum terminatiuum adorationis analogicæ, alii uero tenent quòd non.

Secundum, Vtrum quoties imagines adoramus, adoremus non ſolum virtualiter, ſed etiam formaliter repræſentata per eas.

Tertium, Vtrum ſit neceſſarium ſemper actu cogitare de re repræſentata per imaginem quádo ipſa imago adoratur. Nam communiter dicitur quòd non eſt neceſſarium, quamuis ſit neceſſaria relatio ſaltem virtualis in repræſentatú. Sicut quando pharmacum ſumimus nó oportet, quòd actualiter cogitemus de ſanitate ad quam ordinatur. Aliqui autem tenent quòd talis cogitatio actualis neceſſaria eſt.

Quartum, Vtrum ſit idem adorare imaginem ut imago eſt: & adorare in imagine ipſum repræſentatum.

Quintum, Vtrum æquali adoratione adoretur imago, vt imago eſt, & repræſentatum per eam.

Sextum, Vtrum eadem adoratione, & eodem actu adoretur imago, & ipſum repræſentatum. Nam in his omnibus ſunt opiniones, quæ inferius art. 2. ſequenti diſputantur, & in argumentis ibidem explicantur.

Quo ad ſecundum articulum, quomodo imagines ſint adorandæ, ſunt trea opiniones. Artic. 2.

PRIMA eſt, quòd non ſunt proprie, & vere adorandæ ita quòd ipſæ ſint terminus adorationis: ſed ſolum ſunt obiectum motiuú, vel ſignum rememoratiuú adorationis, ita quòd nihil aliud eſt imaginem adorare, quàm coram ea ipſum repræſentatum adorare. & ita proprie imago Chriſti nulla adoratione adoranda eſt, ſed improprie & abuſiue dicitur adorari. Opin. 1.

Ita quando communiter dicitur ab eccleſia, & doctoribus quòd imagines debent venerari a ibi capitur ſignum pro ſignato ad hunc ſenſum, quòd res per imaginem repræſentata ad præſentiam imaginis adoratur ac ſi in ſe præſens eſſet. Non autem quòd ipſa imago adoretur aut ullo modo terminet adorationé. rationes huius opinionis infra in argumentis contra tertiam opinionem tanguntur, & ibidem ſoluuntur.

Hanc opinioné tenent Durandus in 3. diſt. 9. q. 2. Et Holchoth ſuper Sap. 13. ca. lecti. 157. ad quá videtur declinare Gerſon alphab. 17. litera x. & 87. h. & eam tenet atq; defendit Picus Mirandulanus in ſua apologia. q. 3. quamuis ab ali-

quibus dicatur ſe retractaſſe. Vbi etiam citat pro eadem opi. Henricum & Ioãnem de Guarra magiſtrum Scoti, & Petrum de Aquila, & Mayrones dicentem quòd oppoſita opinio B. Thom. quæ & infra patebit cõmuniter tenetur, eſt periculoſa.

Opin. 2. OPINIO ſecũda, quam clariſsimus doctor Medina magiſter meus in ſua lectura quondam tenuit eſt, ꝙ imago Chriſti ſiue quatenus crux ſiue quatenus eius imago aut repręſentatiua, nec ratione ſui, nec repræſentati eſt adorãda eadem adoratione, videlicet latriæ, qua & ipſum repræſentatũ. Sed ſolum dulia ratione illius repræſentationis imago Chriſti, & ſanctorũ adorãda eſt.

Prima pars probatur, quia ad latriam requiritur quòd de re adoranda prædicẽtur aliqua prędicata diuina, ſed de nulla imagine etiam vt imago eſt talia dicuntur, quia iſta eſt falſa, iſta imago iſta crux, vt imago, vel vt res diſtincta à ſuo imaginato eſt infinita, aut me redemit ſiue creauit, aut ſummę ſapiens eſt. ergo nõ eſt latria adoranda qua & ipſum repræſentatum adoratur. Et hoc eſt verum ſiue illa vox inquantum reduplicatiue, ſiue expecificatiue capiatur. Sed proprie loquendo in præſentia imaginis nõ ipſa, ſed repræſentatum puta Chriſtus interius, & exterius tali adoratione latriæ adoratur. quia iſtæ adorationes ab intellectu proueniunt, quo recognoſcuntur excellẽtiæ, ratione quarum res ubi tales ſunt excellentiæ adorandæ ſunt.

Secunda pars huius opinionis, quòd imago dulia adoranda eſt, patet: quia omnibus habentibus aliquam excellentiam debetur aliqua venerario, vel adoratio infra latriam quę ſoli Deo debetur. Sed omnis imago & ſcriptura ſancta vt talis habet hanc excellẽtiam communem ipſis, præ aliis imaginibus, & ſcripturis prophanis, quæ videlicet habet quãdam habitudinem aut ordinem ad res altiſsimas, & ſanctas quas repræſentant. ergo ratione huius communis excellentię in ea exiſtẽtis debetur cuilibet imagini, & ſcripturæ ſanctæ, & ipſi etiam cruci Chriſti ſuus cuique reſpondẽs affectus, & tale ſignum, id eſt exterior veneratio. Cum quo ſtat quòd hæc veneratio exterior fiat maior imagini Chriſti quàm aliis in ſignum maioris excellentiæ, & adorationis ipſius repræſentati: ſed ipſa imaginum quarumcũque & ſcripturarum ſanctarum interior adoratio non niſi dulia eſt.

Argum. 1. Si contra hanc opinionem arguatur, primo, quòd dulia ſolum debetur ſanctis propter eorũ excellentias. ſed de imaginibus ipſorum aut etiã Chriſti non ſentimus id quod de ipſis ſanctis, ergo nec dulia ſunt eorũ aut Chriſti imagines adorandæ: vel ratione repręſentatorũ eadẽ adoratione qua & ipſa repræſentata adorandæ ſunt.

Reſpon. Reſpon. negando maiorem. Nam vt dictum eſt non ſolum ſanctis, ſed aliis quibuſcunque rebus ſacris propter excellẽtiam ordinis ad diuina cõem omnibus eis debetur duliæ adoratio. Nam licet una imago puta Chriſti maiorem excellentiam repræſentati repræſentet, quàm imago alicuius ſancti: non ideo formaliter habet maiorem excellentiam quàm ſit prædicta habitudo repræſentationis: quæ ipſi & omnibus ſacris imaginibus, & ſcripturis communis eſt.

Si ſecundo arguatur, quòd imago continet ip *Argum. 2.*
ſum imaginatum continentia repræſentatiua, ſed imaginato debetur talis adoratio, ergo & eius imagini.

Reſpondeo negando conſequentiam, quia *Reſpon.*
propter hanc excellentiam repræſentationis aut ordinis ad ſacra ſolum debetur imaginibus, & & aliis ſacris duliæ adoratio, vel veneratio, magis aut minus intra ſpeciem duliæ, vt dictum eſt.

Si tertio arguatur, quòd auctoritates ſancto- *Argum. 3.*
rum, & eccleſiæ dicunt, quòd eadem adoratione imago & imaginatum adoratur.

Reſpondeo, quòd debẽt intelligi quòd ſic de- *Reſpon.*
bent adorari non quidem in ſe, nec ut repræſentant: ſed quia ſic debemus adorare rem repræſentatam in illis. & ita ibi accipitur ſignum pro ſignato. Vel alio modo dico ſicut de humanitate Chriſti ſuperius dubio tertio dictum eſt. quòd in concreto latria adoranda eſt, ſic quòd talis adoratio non ad humanitatem, ſed ad verbum tendat vel terminetur, cui ipſa humanitas vnita eſt. Ita & imago eadem adoratione qua & repræſentatum adoranda eſt, ſic quòd talis adoratio non ad imaginem, ſed ad repræſentatum ibidem repræſentatiue exiſtens terminetur, de quo illas credimus excellentias, uti ſuperius dictum eſt. & idem de reliquiis ſanctorum quod & de imaginibus iudicium ſit.

Reprobatio huius, & præcedẽtis opinionis ex fundamentis tertiæ ſequentis patebit.

TERTIA opinio communis, in qua ſtandum *Opi. 3. cõis*
eſt, tenet ꝙ imagines proprie & vere ſunt adorãdæ, ita quòd adoratio ad eas terminetur. & eadẽ adoratione qua & ipſa repræſentata: quamuis nõ abſolute, ſed analogice, vel in ordine ad ea, & ratione ipſorum adorentur.

Ad declarationẽ & probationẽ huius opinionis præſupponãtur ea quæ ſuperius in 1. dubio notabili. 4. de duplici adoratione abſoluta & analogica, & de duplici obiecto, ſ. materiali, & formali. & de obiecto motiuo tantum, terminatiuo tantum, motiuo ſimul & terminatiuo adorationis dicta ſunt.

His ita ſuppoſitis iã prima pars opinionis, ꝙ. ſ. imagines uere & proprie adorandæ ſunt quincupliciter probatur. primo ex cõciliis ſupra allegatis in 1. art. propoſitione prima dicẽtibus abſolute ꝙ ſunt adorandæ. Nunc aũt impium uidetur aſſerere in re tam graui in qua hæreſes erant ea improprie loqui decernẽdo, ubi ex tali modo loquendi periculum erat erroris. ergo.

Item

Item ſecundo ſi ore dicimus ſimpliciter quòd Chriſtus eſt homo: certe ipſe vere & proprie eſt homo. ita ſi imagines ſunt adorandæ: vtique vere & proprie ſunt adorandæ. Quia quod improprie eſt verum: ſimpliciter non eſt verum.

Item tertio, quia ſicut proprie fit etiam imaginibus iniuria, & non ſolum imaginatis, dũ ab hæreticis credentibus Chriſtum, ſed circa imaginũ cultum errantibus comburuntur, & lacerantur. ergo proprie à fidelibus honorantur, quia contrariorum eadem eſt diſciplina.

Item quarto, quia non ſunt contumelioſe, vel irreuerenter tractandę: ergo ſunt vere adorãdę. patet antecedens: quia etiam in lumine naturali reus cenſetur qui alicuius imaginem comburit, aut cedit iniurioſę: cũ imaginis iniuria in repręſentatum per eã cedat. Vnde & aliquando Deus vindicauit iniuriam factam imaginibus ſacris, vt ex hiſtoriis conſtat ſanctorum. Et merito inquiſitores hæreticæ prauitatis procedunt contra eos qui contumelioſe tractant imagines, tanquã contra reos læſæ diuinæ maieſtatis.

Item quinto, quia non ſolum antiqui gentiles ſed & fideles adorabant, & nunc adorant, & reuerentur non ſolum repræſentata corã ſuis imaginibus etiam prophanis, ſed etiam ipſas imagines propter ipſa. Ideo nanque uſus imaginum ab omnibus, ẽt gentilibus inuentus eſt: vt in eis de repub. benemeriti, & excellentes viri qui iam è vita deceſſerunt, vel abſentes honorarentur in illa reuerentia, & honore ſuis imaginibus impenſo. Item ſicut aliquis non ſolum diligit, & veneratur regem ſponſum, & amicum ſeu patrẽ ſuũ, ſed etiam ea quæ illius ſunt, & ad illum attinent propter ipſum, vtpote fratrem, litteras, & annulum eius: idq; fieri poteſt vnico eodem actu, numero, vel ſpecie, vtriuſque, ſcilicet medii propter finem, & ipſius finis. Sicut etiam eodẽ actu numero, vel ſpecie veneramur prætorẽ propter regem, ſimul & ipſum regem in eo, & non ſolum regem coram aut in illo prætore: quem ſi nõ eſſet eius prætor certe illa veneratione non adoraremus. ita ergo ſimiliter non ſolum Chriſtũ coram imagine, ſed ipſam quoque imaginem eius propter ipſum adoratione illius, vel eadem, vel alia ſpecie latriæ, ſiue per vnum, ſiue per diuerſos actus vtriuſque, de quibus inferius in quarto argumento plenius habetur, adoramus. Alioqui, vt hæretici quidam dicunt, quod abſit, nulla adoratione imago Chriſti eſſet adoranda, niſi ſolum venerabiliter tractanda propter repręſentatum: ſicut ſcripturæ, uaſa, & ornamenta ſacra: quæ neque dicuntur, neque debent vllo modo adorari; ſed ſolũ tractari reuerenter, vel honorari, vti ex dictis ſuperius dubio primo põt facile conſtare.

Igitur oppoſitum cum prima opinione ſentiẽtes vtique videntur in modo loquendi parum diſtare ab hæreticis, quamuis in re ipſa valde differant ab eis: quia non dicunt imagines eſſe frangẽdæ nec irreuerenter, ſed honorifice potius tractandas eſſe, & ita patet prima pars.

Secunda pars opinionis, quòd ſcilicet eadem adoratione quamuis analogice, vel reſpectiue ſumpta ſint imagines adorandę qua & ipſa repręſentata, probatur ſexcupliciter. Primo quia adoratio imaginis Chriſti, vt eius imago eſt, eſt ipſius imaginis adoratio propter Chriſtum, & ratione eius: ergo adoratio Chriſti eſt. hæc autem eſt latria: ergo & imaginis eius. probatur antecedens, & prima conſequentia, nam cetera patent. Quia motus in imaginem, vt eſt imago, eſt idem cum motu in rem repræſentatam per eam. Nam vbi vnum propter alterum ibi tantum vnũ eſt: & vbi eſt eadem ratio formalis adorationis ibi eſt eadem adoratio numero, vel ſpecie. ergo adoratio quæ fit imagini Chriſti propter ipſum & ratione eius eſt eadem numero vel ſpecie adoratio Chriſti, vel fit ipſi Chriſto in eius imagine repræſentato: quamuis aliter in ſe videlicet realiter tantum, aliter in ſua imagine videlicet repręſentatiue ſolum Chriſtus ſit. Quo fit, ut Chriſti imaginem adorare nihil aliud ſit, quàm in illa Chriſtum ibidem, vel per eam repræſentatum adorare. Nam ideò apud antiquos fuit vſus imaginum, vt in earum honore ipſi repræſentati honorarentur, vti ſuperius probatum eſt. Vnde & nominis eorũ imagines quoq; appellãtur dũ cõiter dicimus ille ẽ Cęſar, ille Hector, vel Achilles, ille rex, ille Chriſtus, hic Petrus, ille Paulus eſt.

Sed pro maiori horũ, atq; ſequẽtiũ declaratione notetur primo ſecundũ Caietanũ, vbi infra ex B. Tho. ꝙ imago dupliciter conſideratur vno modo vt res, alio modo, vt imago eſt. Imago vt res cõprehendit non ſolum materiã, puta, ligneã ferreã, ſed ẽt formam, ſeu figurã, aut delineationes imaginis, aut materiã taliter figuratam ſiue depictã. Imago aũt ut imago, vltra hæc cõprehendit relationẽ, uel ordinem eius ad eum qui per ipſam repræſentatur. Et eſt differentia inter duo hæc: nã motus intellectus, & voluntatis in imaginem, vt res eſt, ſiſtit in ipſa imagine cõſiderãdo ſolum eius pulchritudinẽ ſubtilitatẽq; picturæ, vel quã ad proprium, vt aiũt, facta eſt, & huiuſmodi: & vlterius ad ipſum repræſentatum nõ progreditur. Et tunc imago dicitur ſolum exercere actum rei quando prædicto modo conſideratur, & hoc modo nullatenus adoranda eſt. Motus aũt in ipſam, ut imago eſt non ſiſtit ibi, ſed ad ipſum progreditur repręſentatum. & tunc ipſa dicitur actũ imaginis exercere quando conſideratur in ordine ad repræſentatum in ea, & ad excellentiã illius. Et hoc modo imago, ut imago uere adoratur, & terminat talẽ motum, & adorationem: ſed non principaliter neq; finaliter, aut vltimàte, niſi in ordine ad id quod in ea repræſentatur, & ratione eius, quod alii dicunt analogice

Secundo nota, quòd aliud eſt ratio, vel cauſa adorationis imaginis Chriſti, aliud cōditio eius. Nam ratio vel cauſa illius adorationis eſt ipſe Chriſtus abſolute: cōditio autem eſt modus quo Chriſtus eſt in ſua imagine, ſ. habens eſſe repræſentatum ibidem. Nam illo modo, ſeu conditione ibi Chriſtus, vt repræſentatus exiſtēs eſt ratio mouens ad tunc adorandum, & terminat adorationem ipſius Chriſti in ſua imagine repræſentati, vel adorationem ipſius imaginis in ordine ad ipſum. Sine qua conditione vel modo, nec ipſa imago exerceret actum imaginis: neque tunc Chriſtus à nobis illo modo conſideraretur, nec moueret nos ad adorandum, nec adoraretur, niſi ibi eſſet nobis in ſua imagine repręſentatus. Itaque imago, vt repręſentatiua Chriſti eſt cōditio, vel potius in imagine eſt conditio, qua ipſe Chriſtus in ea principaliter adoratur: Chriſtus autem eſt ratio formalis qua ipſa imago eadem adoratione quamuis analogice, vel reſpectiue ſimiliter adoratur. Et ita non eſt concedendum ſimpliciter quòd creatura adoratione latria adoratur; quamuis bene concedatur, quòd talis adoratio analogicę terminatur ad creaturam puta ad imaginem: & quòd illa creatura adoratur, non quidē abſolute, & principaliter, ſed analogice, vel in ordine ad aliud puta ad Chriſtum ibi repręſentatum, & ratione eius: & tunc nō creatura, ſed creator ibi repręſentatus principaliter adoratur: quia talis adoratio non cōditioni, ſed rationi rei adorandæ, i. Chriſto ſeu creatori in tali cōditione, ſeu modo principaliter exhibetur: ipſe enim Chriſtus adoratur repręſentatus in imagine, vt in conditione in qua adoratur.

Et ita patet quomodo motus adorationis in imaginem Chriſti, vt imago eſt terminatur ad ipſam, ſed ratione alterius in ipſa exiſtentis. in ipſam quidem quia in ipſa eſt conditio, puta Chriſtus in eſſe repręſentato, ī quo ipſe Chriſtus adoratur in imagine. ratione autem alterius in ipſa: quia ratio terminandi eſt Chriſtus qui eſt aliud ab ipſa; & conſtat quòd ſecundum eſſe repręſentatum eſt in imagine ipſa, vt dictum eſt. Et quia talis motus in imaginem finaliter terminatur in ipſum Chriſtum ideo dicitur quòd idem eſt, aut numero, aut ſpecie; de quo latius infrà in argumento tertio & quartò habetur. Nam eadē perſona repręſentata terminat finaliter motum, vel in ſeipſa, vel in ſua imagine. Conditiones enim ſicut nō variāt ſpeciem termini vltimati ita nec ſpeciem motus in ipſum terminum, vel adorationis ipſius. Et ita patet hæc prima ratio.

Secundo probatur eadem ſecunda pars tertię opinionis cōis, quia ſi eſt alia adoratio imaginis Chriſti ſpecie diſtincta ab adoratione latriæ ipſius Chriſti: quæro qualis eſt. Nā aut eſt aliqua, vel nulla. non eſt dicendum quòd ſit nulla, vt patet ex ſupradictis ī prima parte huius opinionis, & in articulo pręcedente. Quòd ſi eſt aliqua adoratio imaginis Chriſti: tūc ſi eſt eadē cum adoratione ipſius Chriſti repręſentati: habetur intentū. Si eſt alia minor: quæro quæ, & quare illi exhibetur. Et cum dici non poſsit niſi quòd quia talis imago puta Chriſti eſt ideo adoratur: ergo non niſi ipſius Chriſti adoratione. Quia ſi non: certe non eſt cur alterius ſancti, vel alia adoratione illa adoretur. Quod ēt inde patet: quia cū inter adorationē imaginis Chriſti, & imaginis alterius ſancti aliqua inæqualitas ſit. ergo illa erit adoratio maior puta latriæ: hæc autem minor, videlicet duliæ, aut hyperdulię duntaxat.

Tertio probatur idem, quia ad eādem virtutē pertinet adorare Chriſtū in ſe, & eius imaginē. Sed adorare Chriſtum in ſe pertinet ad latriam: ergo & adorare eius imaginem. antecedēs probatur. quia non ponimus plures virtutes latriæ ſpecie diſtinctas: & quia ad eandem virtutē pertinet colere regem, & eius imaginem: & ſanctos, & imagines eorum. & cum non ſint ęquales adorationes eorum, & Chriſti. ergo.

Quarto ad idem, quia blaſphemia, vel contumelia illata imagini Chriſti ſpectat ad idem vitiū ad quod illata contra ipſum Chriſtum: quamuis non ſit æqua grauitas vtriuſque. ergo adoratio imaginis Chriſti ſpectat ad eandem virtutem latriæ, ad quam adoratio ipſius Chriſti: quamuis non ſit æqualis excellentiæ. quia oppoſitorū eadem eſt diſciplina. & ſicut propoſitum in propoſito ita & oppoſitum in oppoſito eſt.

Quinto ad idem, quia amare Deum, & amare proximum propter Deum ſpectat ad eandē virtutem charitatis, quę ad vtrunque inclinat ſecundum oēs doctores: & ſimiliter corpus, & animam meam & proximi: quamuis non eodem gradu, & ordine diligenda ſint: ergo eadem ratione idem de adoratione Chriſti, & imaginis eius, et de qualibet imagine et eius imaginato dicendū eſt, quòd videlicet ad eādem virtutem latriæ, aut duliæ, aut hyperduliæ proprie, uel analogice pertinet vtriuſque adoratio.

Sexto ad idem, et pręcipue quòd talis imaginum adoratio ſit non quidem proprie, vel abſolute, ſed analogice eiuſdem ſpeciei cuius eſt imaginati adoratio, probatur, quia ſiue vno, ſiue pluribus actibus adoremus imaginē, et repręſentatū, non eſt æqualis vtriuſque adoratio, vt conſtat ex pręcedēte art. 1. propoſitio 5. Et quia nō eſt ęqualis adoratio prætoris propter regem et ipſius regis. Nā maior adoratio interior et exterior exhiberetur ipſi regi quā eius pretori, et maior Chriſto pręſenti quàm eius imagini. ergo licet ſint eiuſdē ſpeciei: tamen adhuc eſt differentia: quia illa quę Chriſto repręſentato per imaginem exhibetur eſt propria et abſoluta: quæ autem eius imagini non niſi analogica, et reſpectiua in ordine ad repręſentatum adoratio eſt.

Hæc

Hæc opinio tertia ſic declarata, eſt B. Thomę tertia par. q. 25. art. 3. & ibi Caieta. & communiter tenetur à doctoribus, & eam tenet Thomas Waldē. lib. de ſacramētalibus tit. 17. c. 156. &c. ex Origine homilia prima ſuper Gene. & Augu. lib. 2. ad Simplicianum prope finem, & lib. 20. contra Fauſtum. Et Damaſ. lib. 4. ſententiarum. c. 8. & Gabriel in cano. lect. 49. per ſupradictam diſtinctionem adorationis proprie ſeu abſolute & analogice vel reſpectiue conatur omnes prædictas opiniones ad concordiam reducere: putatque quæſtionem hanc ſeu controuerſiam eſſe de nomine: cum tamen potius ſit de re, quamuis forte etiam in ęquiuoco aliqua ex parte laboretur.

Argum. 1. Contra ſupra dictam tertiam opinionem arguitur octupliciter. primo, quia nulla creatura adoranda eſt? Sed imago vt imago eſt pura creatura: ergo nec latria: nec etiam dulia, vtpotę inferior homine adoranda eſt. antecedēs patet: quia vt imago eſt ſimilitudo repręſentatiua Chriſti qui eſt realiter diſtinctus ab ea.

Reſpon. Reſpon. conceſſo antecedente negatur abſolute conſequentia, quia licet non ſit concedendum abſolute quòd creatura adoratur latria ſcilicet ratione ſua: at uero abſolute conceditur ꝙ imago vt imago adoratur: quia ibi includitur ratio formalis adorationis: quòd ſcilicet non ratione ſui ſed repręſentati vel analogice adoratur.

Quòd ſi replicetur quòd ſi imago Chriſti vt eius imago latria adoratur, ſed hęc abſolute eſt creatura: ergo creatura abſolute latria adoratur. Negatur conſequentia, quia variatur appellatio. Nam vt diximus imago vt imago includit rationem formalem adorationis & quòd reſpectiue adoratur: hoc autem creatura in cōſequente non importat: & ita ibi adoratio cadit ſupra materiale, niſi explicetur dicendo quòd creatura ratione repręſentati Chriſti, vel potius ipſe Chriſtus ibi repręſentatus latria adoratur: & ita erit repugnantia in adiecto quòd abſolute adoretur.

Et ad probationem ſupra poſitam illius antecedentis quòd ſcilicet imago realiter diſtinguitur à repręſentato, dico id ſolum eſſe verum quo ad materiale: & conditionem repręſentati, non autem quo ad rationem formalem terminandi motum adorationis. Nam eadem eſt ratio formalis licet non eadem conditio terminandi motum adorationis ipſius imaginis & Chriſti repręſentati in ea, vt ſupra dictum eſt.

Argum. 2. Secundo arguitur ad idem, quia conditio imaginis, vel rei quæ adoratur non eſt terminus ipſius adorationis. ſed imago Chriſti eſt conditio Chriſti qui ſic in ſua imagine adoratur, vt hæc omnia patent ex prima probatione tertię opinionis communis, contra quam hic arguitur. ergo imago Chriſti non eſt terminus adorationis latriæ, nec illa adoratione adoratur.

Reſpon. Reſpon. quòd maior ſolum eſt vera de termino principali ſeu finali adorationis, non de minus principali vel non vltimato. Ad minorē etiā dico quòd potius dicitur quòd in imagine eſt cōditio quàm quòd ipſa ſit conditio rei quæ finaliter adoratur, & ita negatur conſequentia. Nam imago ita eſt conditio vel in ea eſt conditio ꝙ etiam ipſa imago eſt terminus licet non vltimatus nec principalis adorationis.

Si replicetur quòd imago vt imago eſt ſimilitudo repręſentatiua rei adorandę, ſed vt ſimilitudo repręſentatiua eſt ſolum obiectum motiuum & non terminatiuum adorationis, quia vt talis ſolum ducit nos in memoriam rei adorandę & eſt ſignum rememoratiuum eius: ergo illa non adoratur.

Reſpon. negando minorem & eius probationem: quia ſic mouet in ordine ad repręſentatum in ea, quòd etiam terminat actum intellectus & voluntatis, licet non principaliter nec vltimate, ſed in ordine ad ipſum repręſentatum in ea, vti ſuperius in prima probatione ſecundę partis. tertiæ opinionis dictum eſt.

Argum. 3. Tertio arguitur ad idem, quia ſi imago eadē adoratione imaginati eſſet adoranda: maxime quia actus vel motus adorationis in imaginem eſt idem numero vel ſpecie in genere moris cum actu vel motu in ipſum imaginatū, ut ſupra probatum eſt, ſed de hoc eſt falſum: nam tales motus differunt numero & ſpecie. Quod inde patet, quia obiecta differunt ſpecie, puta imago Chriſti & ipſe Chriſtus realiter diſtinctus & repręſentatus ab ea: ergo & ipſi actus vel motus adorationis maxime ex parte voluntatis à qua pēdet adoratio quæ virtus moralis eſt, differunt ſpecie. Quia etiam ſi per eandem cognitionē cognoſcam vtrumque correlatiuum, imaginem, ſcilicet & imaginatum: at poſſum alterum ſine altero velle amare & odire: Sicut & patrem Sortis & nō ipſum Sortem amare & odiſſe poſſum. Sic in propoſito fit: maxime quia imago non habet excellentias eiuſdem rationis cum imaginato: neque de illa credimus quòd nos creauit atque redemit, ſicut credimus de ipſo Chriſto per eam repręſentato.

Reſpon. Reſpon. negando illam minorem argumenti. & ad probationem negatur etiam quòd obiecta quo ad formale differant ſpecie: nam licet ſint duo obiecta materialia ſpecie differentia imago Chriſti & ipſe Chriſtus: at obiectum formali ſeu ratio formalis adorationis vtriuſque eſt idem vel eadem, ſcilicet ipſe Chriſtus qui formaliter & principaliter ſeu finaliter in ſe vel in ſua imagine terminat motum illius adorationis tā ex parte intellectus quàm voluntatis. Quia vbi vnum propter aliud ibi tantum vnum, & vnitas actuum

ſpecifica

ſpecifica moralis: ex ratione formali non ex materiali ſumitur obiecto.

Replica prima. Si contra hæc replicetur dupliciter. primo,ꝙ rationes etiam formales obiectorum imaginis & Chriſti imaginati differűt ſpecie morali, quia non habent excellentias eaſdem nec eiuſdem rationis: neque ſentimus de imagine idem quod de Chriſto quòd videlicet nos redemit &c. vt dictum eſt.

Replica ſecunda. Item ſecundo, quia actus medii differt ſpecie in genere naturæ & moris ab actu finis vt conſtat quia eſt alia & alia ratio formalis vtriuſque. Sed actus adorationis imaginis eſt actus medii, & actus adorationis Chriſti eſt actus finis: quia imago Chriſti eſt mediű vt repręſentetur Chriſtus & adoretur: ergo & tales adorationes differunt ſpecie.

Reſpon. ad primam replicam. Reſpon. ad primam replicam vt dictum eſt,ꝙ nő eſt ibi niſi vnica ratio formalis obiectiua adorationis, neque eſt niſi vnica excellentia obiecti formalis: quamuis ſit alia & alia ratio & bonitas obiecti materialis de qua illa replica procedit.

Reſpon. ad ſecundam. Ad ſecundam Reſpon. quòd illa maior eſt vera quãdo actus medii habet ſuam diſtinctam bonitatem vel rationem formalem ab alio actu finis: aliàs non eſt vera, quando eſt vnicus actus vtriuſque. Et quia regulariter ita eſt quòd ſunt diſtincti actus habent diſtinctam rationem formalem, ideo & regulariter conceditur, ſed negatur conſequentia. tum primo, quia in imagine & imaginato eſt vnica ratio formalis vnius actus adorationis. tum ſecundo, quia nec ex parte termini principalis ipſius adorationis eſt aliquod medium: ſed ſolum ſecundum diuerſam conditionem ipſius termini: nam eadem perſona repręſentata puta Chriſtus vel in ſe vel in ſua imagine terminat formaliter motum illius adorationis. Conditiones autem non variant ſpeciem termini, & per conſequens nec ſpecię motus in terminum. Et ita poteſt etiam negari illa minor quòd imago eſt medium vt Chriſtus adoretur, dico enim quòd potius eſt conditio termini, id eſt, Chriſti in ſua imagine adorandi.

Argum. 4. Ad idem, quarto arguitur, quia vel vnico eodem actu ſimul imaginem Chriſti & ipſum Chriſtum ibi repręſentatum: vel duobus actibus eiuſdem ſpeciei latrię altero imaginem, altero Chriſtum adoramus. ſed neutro modo licitum eſt vtrumque eadem latria adorare. ergo.

Quòd duobus actibus eiuſdem ſpeciei non liceat probatur, quia non licet latria adorare imaginem Chriſti ibi ſiſtendo ſine relatione ad Chriſtum. quia non eſt eadem excellentia in imagine & in Chriſto vt ſupra dictum eſt: neque debemus tantum honorem imagini vt ipſi Chriſto vt ſupra art. 1. propoſitione. 5. habetur. Cum relatione autem ad Chriſtum ſi adoretur imago eius: iam non oportet aliam adorationem latrię ipſi Chriſto per ſe exhibere: nam per illam latrię adorationem ei in ſua imagine factam vtrique ſatisfacimus.

Quòd autem vnico actu latriæ vtrumque adorare non liceat probatur. tum primo, quia obiecta non ſunt idem, nec plura eiuſdem rationis vel ſpeciei vt in argumento tertio præcedente dictum eſt. tum ſecundo, quia quando vno actu licet ferri ſuper aliqua duo diſtincta, quorum vnum eſt propter aliud: tunc etiam licitum eſt ſuper eadẽ ferri actibus diſtinctis, vt patet quia ſi vnico actu licitum eſt diligere proximum propter Deum, licitum quoque eſt diligere proximum per ſe, & altero actu Deum per ſe. idem patet de dolore peccatorum propter Deum ſumme dilectum. idem de actu qui eſt vſus & fruitio reſpectu diuerſorum, vt in primo. diſtin. 1. Gabriel & doctores communiter, & Angeſt in morali ca. 3. & 9. plenè tractant. Idem patet de aſſenſu concluſionis propter præmiſſas. Si igitur vnico actu latriæ licet imaginem & Chriſtum in ea repręſentatum adorare: vtiq; & diuerſis actibus latrię adorare licebit vtrumque per ſe, hoc autem iam eſt proxime reprobatum: ergo nullo modo licet imaginẽ Chriſti latria qua & ipſum Chriſtum: ſed neque aliam alterius imaginem eadem adoratione qua & ipſum repręſentatum per eandem rationem adorare licitum eſt.

Et confirmatur argumentum, quia etiam ſi propter imaginatum adoretur imago vel vnico vel diuerſis actibus, certe ſicut alio honore rex in ſua imagine vel prætore, aut regis imago vel prætor propter ipſum regem: & alio maiore rex ipſe in ſe rationabiliter adoratur: immo & ſi aliter fieret indignum aut iniurium ſibi æſtimaret, ſi videlicet eodem honore ſuus prætor vel imago propter illum ſicut ipſe adoraretur. ergo ita ſimiliter nő eſt ſimili adoratione imago qua ſuű imaginatum, etiam ratione eius & propter ipſum proſequenda. Et conſequentia inde patet, quia non minus rationabiliter politia diuina vel eccleſiaſtica quàm humana inſtituta & ordinata eſt.

Reſpon. in hoc quarto argumento duæ tangűtur difficultates. prima, vtrum vnico actu an diuerſis adoretur imago & imaginatum in ea. Secunda, vtrum eadem adoratione eiuſdem ſpeciei. Quo ad primam, ſunt opiniones, nam quidam dicunt quòd non niſi diuerſis actibus tendimus in finem & medium propter finem. Alii plures communiter tenent quòd id fieri poteſt vnico actu & pluribus diſtinctis vt vbi ſupra allegatum eſt. Gabriel in cano. lectio. 49. videtur nunc hanc nunc illam tenere opinionem. Sed certe ad propoſitum parum refert quòd per vnű aut per plures actus fiat imaginis adoratio. Nam quomodocunque fiant ſemper eſt difficultas vtrum ſint eiuſdem ſpeciei cuius eſt adoratio repręſentati *Reſpon.*

tati

tati per eam: & an licite eadem ſpecie adoratio-nis imago & imaginatum adoretur. Nam ſi dicatur quòd ſunt plures actus iam in argumento, probatur quòd actus quo adoratur imago Chriſti non eſt eiuſdem ſpeciei cum actu quo ipſe Chriſtus adoratur. Si dicatur quòd eſt vnicus vtriuſque actus iam ibi probatum eſt inconueniens: vel ſaltem quòd quatenus tendit in imaginem non eſt eiuſdem ſpeciei moralis puta latriæ, cuius eſt Chriſti adoratio vel quatenus per ipſum ipſe Chriſtus adoratur.

Ideo ad ſecundam hanc difficultatem dico argumentum probare quòd alia maior eſt adoratio imaginati puta Chriſti in ſe quàm eius imaginis, vt ſupra arti. 1. propoſitione. 5. & 6. dictum eſt: ſed non alterius ſpeciei: ſed quòd in eadem ſpecie latriæ habet altiorem ſeu maiorem gradũ adorationis latriæ perfecte & abſolute adoratio Chriſti in ſe: quàm eius in ſua imagine vel quàm eius imaginis, quæ non niſi latria analogice vel reſpectiue & non tam perfecta latria eſt, vti ſuperius in declaratione & probatione prædictæ tertiæ opinionis communis latius habetur.

Et per hæc patet Reſponſio ad argumenta: quia ſi vnico actu adoratur imago & imaginatũ, illa adoratio imaginis eſt in ordine ad Chriſtum & eſt latria analogice: reſpectu autem ipſius Chriſti eſt latria perfecta & abſoluta: & ibi eſt eadem ratio formalis obiectiua, vt in Reſpon. ad tertium argumentum præcedens dictum eſt. neque eſt neceſſarium aliũ actũ adorationis Chriſti in ſe habere vel replicare ab eo quo ĩ ſua imagine adoratur: quamuis ſi homo vult illum repli care, vtique melius ageret ad ipſum repræſenta tum perfectiori latria tranſeundo. Si autem duo bus actibus adoratur: ſimiliter dicatur quòd altero actu latriæ analogice adoratur imago in ordi ne ad repræſentatum. Neque enim imago niſi in ordine ad repræſentatum adoranda eſt: altero autem actu latriæ perfecte & abſolute ipſe Chriſtus in ſe adoratur. Et quamuis proximus aut aliud in ſe diligibile per ſe ſine vlla ad alterũ relatione ſuo ſpeciali & diſtincto actu diligi poſſit, quia in eo diſtincta ratio formalis illius actus dilectionis eſt: ſicut de vſu & fruitione commu niter dicitur. at non ita de imagine ſine ordine ad imaginatum dici poteſt: quia in ſe ſine tali or dine nullam rationẽ adorationis habet nec imago ut imago ſed vt res tantũ conſideratur & eſt. & per hæc ad omnia patet reſponſio.

Nu. Reſponſio. Et ſi quæratur Vtrum ſit idem imaginẽ Chriſti vt eius imaginem, & ipſum Chriſtum in ea vel coram ea repræſentatum adorare, & intelligo de adoratione ipſius Chriſti non ſolum ſeorſum ſed etiam in ipſa imagine vel coram illa con ſiderati & repræſentati, Vtrum ſit eadem nume ro cum adoratione ipſius imaginis, & vtrum ſit eadem actio.

Reſpon. Reſpon. quòd non: Sed ſunt diſtincte actiones & adorationes eiuſdem ſpeciei latriæ; Chriſti quidem eſt perfectior & abſoluta, imaginis autem imperfectior & analogica vt ſuperius dictum eſt.

Probatur primo, quia nõ eſt idẽ blaſphemare in Chriſtum repræſentatum in imagine, & in ipſam ipſius imaginem vt imaginem eius, vt patet de hæreticis qui condemnant imagines Chriſti & ſanctorum in eaſque blaſphemant: non tamen in ipſos repræſentatos in illis. Et econuerſo blaſphemans in Chriſtum non blaſphemat nec irro gat iniuriam in eius imaginem, etiam ſi coram imagine aut in ipſa imagine blaſphemet in illum ſibi repræſentatum: ergo non eſt idem adorare imaginem & repræſentatum in ea. quia ſicut pro poſitum in propoſito ita oppoſitum in oppoſito.

Secundo ad idem, quia non eſt idem adorare humanitatem Chriſti, & adorare verbum ſubſiſtens in eius humanitate; ſicut neque blaſphemans in verbum in eius humanitatẽ blaſphemat.

Tertio quia eodem modo Chriſtus poteſt in ſua imagine adorari ac ſi extra eam adoraretur. Sed adorare illum extra eam non eſt eius imaginem adorare: ergo ſi ſic in imagine adoretur vtique eius imaginem adorare non eſt.

Rurſus quarto, quia adorare Chriſtum in ſua ſacra ſcriptura non eſt adorare ſcripturam. ergo ſimiliter ipſum in ſua imagine adorare non eſt adorare eius imaginem.

Tandem quinto, quia Chriſtus in ſua imagine poteſt coli adoratione latriæ perfecte & abſolute, ſed eius imago non ſic ſed analogice & in or dine ad ipſum adorari poteſt, vt ex ſupra dictis & ſequentibus patet: ergo aliud eſt Chriſti imaginem, aliud Chriſtum in ea repræſentatum ado rare.

Cum quo ſtat quòd quando eius imaginem adoramus, ipſum quoque Chriſtum adoramus in ea. Chriſtum namque abſolute ratione ſui, imaginem vero analogice ratione illius vel vnico vel diuerſis actibus eiuſdem ſpeciei, vt diximus, adoramus. quo ad hoc videantur argumen ta ſequentia. Adorare autem Chriſtum coram ſua imagine tamquam repræſentatum in ea, eſt idem quòd illam eius imaginem adorare.

Argum. 5. Quinto arguitur ad idem, quia ſi non eſt idẽ adorare Chriſtum in ſua imagine repræſentatũ, & eius imaginem adorare, vt proxime dictum eſt: ergo eius imaginem adorando ipſum latria non adoramus. vel ſi ſic, ergo vtrumque ſimul eadem latria perfecta vel imperfecta vnico vel diſtinctis actibus adoramus. Quod probatur, quia aliàs ſequeretur quòd ipſum duplici latria adoraremus perfecta quidem in ſe vel in ſua ima gine ipſum adorando, vt proxime in fine reſpõſionis ad quartum argumentum in illa difficulta te dictum eſt: imperfecta vero quando eius ima

ginem

ginem adorãdo ipſum etiam ibidem adoramus. Et inde ſequeretur quòd eius imaginẽ & ipſum in ea illa imperfecta latria adorando, detrahere mus ei aliquid perfectę adorationis ibi Chriſto debitæ, quam haberet integre ſi non eius imago, ſed ipſe tantum coram ea vel extra illam coleretur. Et ex conſequenti fit inde quòd eius ima go ideo adoranda non eſt, ſed ipſe Chriſtus coram ea duntaxat.

Reſpon. Reſpon. negando duas primas cõſequentias, & ad ſecundę probationem: vtique conceditur quòd Chriſtus illa duplici latria adorari poteſt: neque inde aliquid debitę adorationis ſibi ſubtrahitur. Alium namq; honorem ſibi in ſe, aliũ minorem in ſua imagine vel in ſuo prætore propter ipſum regem rex vult ſibi rationabiliter exhiberi: & ſimiliter Deus vult, vt ſupra in reſponſione ad quartum argumentum dictum eſt. Nihil enim amplius in illa imaginis Chriſti adoratione illi debemus, nec amplius exigit ipſe Deus ibidem. igitur ſunt diuerſi gradus adorationis in eadem ſpecie latriæ duliæ & hyperduliæ proportionabiliter. nec omnes eiuſdem ſpeciei adorationis ſunt æquales.

Argum. 6. Sexto arguitur, quia ſi adoratio imaginis Chriſti eſſet latria, ideo eſſet quia terminatur ad Chriſtum, ſed non eſt neceſſarium quòd ſemper terminetur ad Chriſtum: ergo tunc illa adoratio latria non eſt. conſequentia patet, & maior probatur. primo, quia ex obiecto adorationis ſumit ſpeciem adoratio, inde enim eſt alterius ſpeciei latria & dulia vel hyperdulia. item ſecundo, quia ſi adorando imaginem adoramus Chriſtum, ergo illa adoratio principaliter terminatur ad ipſum: nam omnis actio terminatur ad obiectum in quod finaliter & formaliter tendit.

Minor autem etiam dupliciter probatur. primo, quia quando adorans imaginem Chriſti nõ recordatur eius, tunc talis imaginis adoratio nõ terminatur ad ipſum Chriſtum. Secundo, quia ſicut amans honoráſq; proximum propter Deũ, aut pauperi propter Deum benefaciens, nõ terminat illos actus formaliter in ipſum Deum, neque Deus eſt obiectum ſed finis illorum: quia non ipſi Deo formaliter ſed proximo quamuis propter Deum ea impendit. Neque illi amor proximi eſt ſuper omnia nec honor latus ſoli Deo debitus: neque ſunt eiuſdem ſpeciei opera habentia proximum cum operibus habẽtibus Deũ pro obiecto immediato; quamuis illa propter Deum finaliter fiant. Alioqui (quod abſit) deberet homo ſemper coram proximo vel paupere genuflectere ipſumque latria adorare propter Deum ſicut & ipſum Deum, quoties illum honorat aut ei eleemoſynam erogat propter Deum. ita ergo ſimiliter de imaginis Chriſti adoratione propter ipſum dicendum eſt, videlicet quòd nõ terminatur ad Chriſtum, quòdque eſt alterius ſpeciei ab ipſius Chriſti adoratione.

Reſpon. Reſpon. conceſſa maiore de terminatione ad Chriſtum nõ ſolum formaliter ſed etiam virtualiter, negatur minor, & ad primam eius probationem dico quòd quãdo adorans imaginem nõ recordatur ipſius Chriſti, tunc talis adoratio terminatur ad Chriſtum non formaliter ſed virtualiter, quia ſcilicet, ſi recoleret Chriſtum, tunc formaliter ratione eius adoraret imaginẽ & ad ipſum formaliter illam terminaret adorationẽ.

Et ad ſecundam probationem illius minoris, negatur conſequentia, quia honor & beneficentia proximo impenſa propter Deum habet aliã rationem formalẽ obiectiuam propriam terminantem illos actus in ipſum proximum: à qua ſpecificantur actus illi habentes proximũ pro obiecto immediato quamuis referantur in Deum. Honor autem imagini impenſus propter Chriſtum non habet aliam rationẽ formalẽ obiectiuam ſpecificantem actum illum niſi ipſum Chriſtum ibi repręſentatum. ideo illa adoratio imaginis finaliter & principaliter terminat. ad Chriſtum. Vnde quando dicimus quòd imago Chriſti adoratur latria propter Chriſtum: ly propter non dicit circunſtantiam finis, ſed rationem formalem obiectiuam vt dictum eſt hic, & ſupra & in reſponſione ad tertium & quartum argumentum, vt ſit ſenſus quòd imago adoratur & terminat adorationem latriæ non ratione ſui ſed Chriſti ibidem repręſentati.

Replica. Ex his patet Reſpon. ad replicam vel argumẽtum aliud, ſcilicet quod in ſe eſt illicitum nõ poteſt fieri licitum ſi fiat propter Deum, vt fornicari propter Deum. Sed adoratio latriæ exhibita creaturæ, puta imagini, etiam vt imagini diſtinctę realiter ab ipſo Chriſto repręſentato eſt illicita in ſe; ergo non fit licita ſi fiat propter Chriſtum.

Reſpon. Reſpon. patet ex dictis, quòd fit ęquiuocatio: nam in maiori ly propter dicit circunſtantiam finis: & in conſequentem rationem formalem obiectiuam actus ipſum rectificantem & ſpecificantem. & ita negatur conſequentia & etiam minor: quia quamuis imago quo ad materiale realiter diſtinguatur à ſuo repręſentato, non tamẽ quo ad rationem formalem terminandi motum adorationis, & hanc rationem formalem includit imago vt imago Chriſti, vel vt excitet actum adorationis eius, vti ſuperius ſępe dictum eſt.

Argumentum ſeptimum. Septimo arguitur ad idem, quia vſus imaginum ideo inuentus eſt, vt ſigna ſint tantum rememoratiua imaginatorum, vt videlicet illis viſis recordemur repręſentatorum in eis, & illa nõ illorum imagines honoremus: ergo ſatis ſit imaginum vſui, ſi in earum pręſentia ipſa tantum repręſentata recolamus & honoremus vel adoremus. Et antecedens probatur, quia ca. prælatũ. de conſe. diſtin. 3. imagines ſunt ſcripturę laycorum

rum & loco ſcripturarum. Nunc autem ſcripturas etiam ſacras repręſentantes nobis Deum nō adoramus latria, qua & ipſum Deum: quamuis eas veneremur & honoremus: ergo nec imagines adorare eadē latria qua & ipſum Chriſtum, ſed ſolum venerari debemus.

Et confirmatur. primo, quia ſcriptura nominis Ieſu viſa in pariete, aut eius prolatio & auditio in eccleſia in miſſa vel in ſermone publico non minus practice repręſentat & mouet nos ad ipſum Chriſtum adorandum & genuflectendum vel inclinandum caput, quàm ipſius Chriſti imago. quia ad Philip.2. In nomine Ieſu omne genuflectatur &c.ſed in illa adoratione & genuflexione nō illam vocem aut ſcripturam ſed ipſum Chriſtum ibi practice repręſentatū adoramus: nec illa vox aut ſcriptura ſed Chriſtus ipſe eſt terminus adorationis latrię ad illius vocis prolationem: quamuis illam vocem & ſcripturam alio honore reuereamur propter Chriſtum: ergo ſimiliter de Chriſti imagine per eandem rationē dicendum eſt, quòd videlicet non illam ſed Chriſtum coram illa, adoratione latrię adoramus.

Secundo confirmatur, quia ſi imaginem Chriſti eo quòd eius repręſentatiua eſt, latrię adoratione adorare debemus: ergo eadem ratione omnia quæ ipſum Chriſtum nobis repręſentant, vt Beatus Franciſcus ſtigmatizatus, vel alius homo ſanctus & vt ſiint veſtes & vaſa ſacra & libri ſeu ſcripturę ſacrę & templa ipſa diuina, latria adoranda ſunt.

Reſp. Reſpon.ad ſeptimum argumentum negando antecedens & conſequentiam. ſunt enim imagines non ſolum vt per ea recordemur repręſentatorum, ſed etiam vt ipſę imagines ratione illorum & illi in eis honorentur, vt ſupra probatum eſt. Et ad probationem antecedentis, dico quòd imagines vtiq; ſunt ſcripturæ laycorum quo ad rememorandum & inſtruendum: ſed non ſolum hoc habent, ſed etiam vicem repręſentatorum, vt in eis ipſa repręſentata honorentur, vt ſępe dictum eſt. ideo negatur conſequentia conceſſa illa minore. eſt enim differentia inter ſacras ſcripturas & imagines: quòd ſcripturæ Deum vtique nobis repręſentant, ſed vt ſignum tãtum ſpeculatiuum inſtitutum de ſe & directe ad informandum intellectum de geſtis illius: & ex cōſequenti & indirecte ad mouendum affectum ad deuotionem & illum imitandum; non autem vt à legentibus vel audientibus ſtatim adoretur. Imago vero repræſentat illum expreſſius ad ſenſum, vt ſignum practicum ex conſuetudine naturali & eccleſiæ inſtitutione ordinatum immediate atque directe ad hunc finem, vt videlicet ea viſa ipſum repręſentatum in ea cognoſcamus ſimul & adoremus ac ſi præſentem videremus. Et ita imago & ſcriptura ſe habent vt viſio imperatoris, & narratio vel auditio geſtorum illius. conſtat enim quòd viſio illius obligat ad ipſum ſtatim adorandum vel reuerendum, non ita dum ipſe vel eius nomen aut geſta illius narrãtur vel audiuntur, vt ipſa etiam conſtat experientia.

Ad primam confirmationem, quæ videtur replica contra præfatam ſolutionem, Reſpon. negando conſequentiam, quia licet vtrumque ſit ſignū practice ad Chriſtū adorãdum tūc repręſentans: eſt tamen differentia, quia imago expreſſe repræſentat, ita quòd ex naturali conſuetudine & eccleſiæ inſtitutione vicem illius aut repręſentati habet vt in ea directe ac ſi pręſens eſſet adoretur: nomen autem ipſius prolatum vel ſcriptum non hoc officium, vt diximus, neque perſonę ad idem vicem habet.

Ad ſecundam confirmationem Reſpon. negã do conſequentiam, quia non omnia æqualiter Chriſtum repræſentant: & imago ideo adoratur quia practice & expreſſe atque totaliter Chriſtum ita repræſentat quòd nullam aliam in ſe rationem honoris aut adorationis habet. Ideo mulier pulchra repręſentans Beatam Virginem, vt eius Imago viua non adoratur: quia aliam rationem adorationis vel honoris ſibi propriam habet, & vt periculum caueatur. ſimiliter de aliis eiuſmodi dicendum eſt. Cum quo ſtat quòd in omnibus creaturis quatenus in eis aliqua excellentia ſplendet, Deus ipſe ſuper omnia amandus honorandus & adorandus eſt. Vaſa vero & ornamenta ſacra non adoranda ſed veneranda ſunt, vt ex ſupra dictis & in primo dubio facile hæc omnia patent.

Octauo ad idem arguitur auctoritatibus. primo, quia Exo.20. habetur non facies tibi ſculptile neque adorabis ea. Et Deut.4.& 5.& 27. eſt ad idem quod nullibi reuocatum eſt vtpote morale præceptum. Secūdo, quia 4.Regū.18. Ezechias laudabiliter fregit ſerpentem æneum quem fecit Moyſes: ergo multo minus talis imago nunc licet, quando vt Ioan.4. habetur veri adoratores in ſpiritu adorant. Tertio quia Grego. in c. perlatum de conſe. diſt.3. laudat Serenum epiſcopum eo quòd prohibuerit imagines adorari; quamuis illum reprehendat quòd eas confregerit. Item idem in 53. epiſtola ad Secūdū epiſcopum, in regiſtro lib.7. dicit quòd adoramus imaginem non quaſi ante illam quaſi coram diuinitate procidamus, ſed illum adoramus quem per imaginem natum vel paſſum recolimus. Item Damaſcenus lib.4.c.8. dicit quòd quando coram imagine procidimus non imaginem ſed imaginatum adoramus. Item Origenes homilia prima, ſuper Geneſim dicit quòd videre imaginem nō eſt ibi ſiſtere viſu ſed in eum tranſire cui ipſa competit adoratio: & qui adorat imaginem, ipſum potius adorat imaginatum. Item in ſeptima Synodo Nicena, & habetur in ca. venerabiles. de conſecra. diſt.3. dicitur quòd Argum. 8.

Chriſtiani

Chriſtiani ad memoriam & recordationem primitiuorum, id eſt, repręſentatorum, venerantur & adorant imagines: ſed non eis ſeruiunt cultu diuino nec alicui creaturæ. & actione. 2. & 7. habetur quòd vera latria non imagini ſed ſoli Deo debetur ad quem imaginis adoratio illa refertur.

Reſpon. Reſpon. ad primum ex Exo. 20. & Deut. ſecũdum Tho. Walden. de ſacramentalibus tit. 13. c. 118. & tit. 17. c. 156. quòd intelligitur vt idolatre faciebant ea adorantes vt Deos tanquam aliquod numen vel diuinitatem in ſe habentes, vel vt imagines falſorum deorum quos gentes adorabant, vt in fine ipſius ca. dicitur non facies deos argenteos ſtantes contra me. Ad idem eſt Auguſt. q. 78. ſuper Exo. Et Beda de templo Salomonis ca. 19. & Echius in ſuo enchiridio titu. 16. de imaginibus. & c. venerabiles, de conſecra. diſtin. 3. vt ſupra art. 1. propoſitio. 3. habetur. Vel ſecũdo, ſecundum alios vt etiam refert Soto de iuſtitia & iure lib. 2. q. 4. art. 2. id erat tunc illi tãtum populo prohibitum ne inde ſumeret occaſionem idolatriæ ad quam pronus erat: itaque ex cauſa illi tantum prohibitum eſt. qua cauſa ceſſante, ſicut & ipſa lex nunc ceſſat, nulla prohibitio eſt. Si dicas, non eſt præceptum. eſto: de quo tamen inferius dubio ſeptimo. at, vtilitas & conſilium eccleſiæ de imaginibus eſt. Ad ſecundum ex 4. Regũ. 18. Reſpon. negando cõſequentiam, quia ideo ille ſerpens fractus eſt, quia inde iudei occaſionem errandi ſumpſerunt illum adorando quaſi quid diuinum haberet. & hoc etiam modo liceret nunc aliquas imagines deſtruere ſi inde occaſio idolatriæ acciperetur. quæ tamẽ nõ eſt, quia etiam ſimpliciſſimi Chriſtiani ſciunt ibi nihil numinis aut diuinum niſi repræſentatiuę tantum contineri. Si dicatur ꝙ datur cauſa laſciuiæ: dico id ſolum contingere dum imagines laſciuæ aut impudicę effigiãtur vel ornantur, id quod per eccleſiam prohibitum eſt. Illud autem Ioan. 4. veri adoratores in ſpiritu &c. non obſtat. Nam imagines ad id conducũt, ſicut & ſẽſibilia mũdi maxime ſacra, & ad ſpiritualia nos mouent & inducunt. ad Rom. 1. inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. niſi homo aliquando eis velit abuti, qui tamen abuſus nec communis eſt nec ab eccleſia approbatur: ſed potius oportune dedocetur: & à nullo fere Chriſtiano ignoratur.

Ad tertium ex Gregorio & aliis doctoribus & conciliis Reſpon. dupliciter. primo, quòd intelliguntur quòd ipſa repręſentata principalius, & magis quàm ipſæ imagines adorantur. Et actus quo eis loquimur ſoli Deo loquimur: imaginibus autem non niſi per tropum vt ſupra artic. 1. propoſitio. 5. & 9. & infra dubio 5. & 10. latius habetur.

Secundo Reſpon. quòd intelliguntur quòd imagines non ſunt adorandę adoratione perfecta & abſoluta qua ipſa imaginata ſed analogice vel in ordine ad ea. & eodẽ modo de dulia & hyperdulia aliorum adorabilium proportionabiliter dicatur. Tandem vtrum liceat trinitatis & diuinitatis imagines facere & adorare, & Chriſtum in ſpecie agni & huiuſmodi. Videtur quòd ſic: ſicut in ſacra ſcriptura leguntur appăruiſſe & ibi depinguntur ad aliquam excellentiam nobis ſignificandum; dummodo id fiat ſecundum eccleſiæ conſuetudinem approbatam vel ab ea toleratam & ſine erroris communis occaſione propinqua ſiue probabili, aliàs non. vt de his Caietanus. 3. par. q. 25. art. 3. pulchre agit. quamuis Siluester titu. imago, videatur oppoſitum tenere dicens, quòd in figura agni non eſt adorãdus: quia agnus non eſt imago Chriſti: ſicut nec leo, bos, caper, vacca ruffa, aut lapis: quia illum non repręſentant vt imago vt ita adorentur, ſed ſolum ſunt figura eius, vt alię figurę veteris teſtamenti illum tantum ſignificantes. Et quamuis horum aliqua in aliquibus cõciliis prohibita ſint propter vitandum errorem: tamen eo ceſſante præualuit in oppoſitum conſuetudo per eccleſiã tolerata. quare nunc iniurius error videtur vniuerſaliter talia reprobare: dum per eccleſiam tolerantur.

Tandem queritur an licite fideles ad vnã magis quàm ad aliam imaginem Chriſti vel eiuſdẽ ſancti adorandam afficiantur.

Reſpon. quòd ſic, quia ſicut ad bene operandum & pœnitendum & Deum honorandum ſæpe magis mouemur ex conſideratione diuine miſericordiæ quàm eius ſapientiæ vel omnipotentiæ. & ſæpe econuerſo; magis etiam ex auditione & viſione eiuſdem diuinę excellentiæ, quàm ex ipſius lectione. magiſq; afficimur & colimus Deum in eis locis & rebus vbi maiora in nos ſuę miſericordię & excellentię opera videmus. ita magis ex viſione aut contemplatione vnius aut pulchrioris imaginis quàm alterius ad eius adorationem ſupra dictam rectè incitamur.

DVBIVM quintum eſt, quomodo Chriſti crux & ſanguis nunc in terra inuentus & inſignia paſsionis eius adoranda ſint? Dubium.

Reſpon. in hoc ſunt quattuor puncta, alterũ de cruce, alterum de aliis inſigniis ipſius Chriſti, tertium de ſanguine, quartum de comparatione crucis ad alia inſignia Chriſti. Reſpon.

Igitur de adoratione crucis Chriſti, eſt certiſsimum inter catholicos quòd tam ipſa crux in qua pependit Chriſtus quàm eius ſignum venerãda ſunt & adorãda ratione eius qui pro nobis in ea paſſus eſt. quia per mortem Chriſti quod ante erat ſupplicium malefactorum, nunc factum eſt venerabile & amabile ſignum triumphaleq; inſtrumentum noſtrę redemptionis. Ideo Galat. 6. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Primum dub.

ſtri Ieſu Chriſti. Ad idem eſt ritus totius eccleſiæ eiuſque determinatio vt de hoc latius Tho. Walden. lib. de ſacramentalibus titu. 20. cap. 158. 160. & Caſtro de hęreſibus titu. adoratio, nam oppoſitum hæreticum eſt.

Et à fortiori ipſa crux in qua Chriſtus pependit ratione contactus ipſius Chriſti & ſanguinis eius ſanctificata: & ideo præ aliis crucibus adoranda eſt.

Sed dubium eſt inter catholicos qua ado ratione tam hæc quàm alia quæcunque crux adoranda ſit. Et loqnimur de cruce ſola non habente in ſe imaginem Chriſti crucifixi, nam ſi habet tunc eſt idem iudicium quod de imagine Chriſti quæ vt conſtat ex quarto dubio præcedente latria adoranda eſt. igitur de ſola cruce eſt etiam communis opinio, quòd omnis crux habens figuram crucis in quacunque materia ſit eſt adoratione latriæ analogice ſicut & imago crucifixi ado randa. quia eſt vt imago crucifixi ipſum repræſentans. Quod inde patet. quòd crucem in omni materia alloqnimur vt ipſum crucifixum dicentes. Salue crux precioſa &c. vt legitur in hiſtoria beati Andrææ apoſtoli & eccleſia canit. O crux aue ſpes vnica, auge piis iuſtitiam &c. Item quia crux præcedet aduentum Chriſti ad iudicium, ideo illum ſpecialiter reprę́ſentat vt baculus regis ſiue prælati ipſum præcedens illum repræſentat. Et licet ex natura rei non ſit magis Chriſti quàm aliorum crucifixorum repræſentatiua: at ex deuota fidelium vel eccleſiæ impoſitione ipſum tantum Chriſtum crucifixum repręſentat, quia propter ipſum tantum pingitur & erigitur adoranda.

De illa autem met cruce in qua Chriſtus pependit vtrum ratione etiam contactus corporis & ſanguinis Chriſti ſit etiam latria an ſolum hyperdulia adoranda. Quidam tenent quòd ſolum hyperdulia, & ſecundum hoc illa fragmenta de ligno crucis quæ multis in locis habentur non latria ſed hyperdulia veneranda vel adoranda ſunt. Et hanc opinionem tenet nunc Marſilius in tertio quæſt. 8. articu. ſecundo. & illam tenuit prius Bea. Tho. in 3. diſtin. 9. qnæſt. ſecunda, vt referunt etiam Duran. & Capreo. ea. diſtin. & Gabriel in cano. lecti. 50. quamuis Caietanus neget id Bea. Tho. tenuiſſe. ad hanc etiam opinionem Bonauent. accedere quamuis non clare videtur. Sed tandem alii & quidem communiter cum Bea. Tho. in tertia par. quæſt. 25. articu. quarto. & ibi Caieta. & Gabriel vbi ſupra tenent quòd etiam ratione contactus eſt latria adoranda, Et non ſolum quatenus crucifixum Chriſtum reprę́ſentat; & conſequenter fragmenta de ligno crucis ratione contactus latriā ſunt adoranda. faciunt pro hac opinione ea quæ in ſecundo puncto ſequenti dicuntur.

Secundum punctum eſt de aliis inſigniis paſsionis Chriſti & monimentis eius, vt ſunt claui, lancea, corona, veſtes Chriſti & huiuſmodi. Dico quòd latria analogica vel in ordine ad Chriſtum ratione contactus ſicut & ipſa crux in qua pependit adoranda ſunt, ſecundum Tho. tertia par. q. 25. artic. 4. & Gabriel, & Tho. Walden. etiam vbi ſupra c. 120. *Secundum punctum.*

Ad idem eſt Hieronymus contra Ruffinum dicens ſe in bethleem adoraſſe pręſepe & cunabula Saluatoris. Et in epitaphio Paulæ laudat eam quia hæc adorauerit. Et Damaſcenus lib. 4. fidei orthodoxæ & ca. 3. idem dicit, & doctores communiter.

Et ratio eſt quia omnia quæ Chriſtum tanquam aliquid eius tetigerunt, ratione contactus ſunt prædicta latria analogica vel in ordine ad ipſum & ratione ipſius eadem ado ratione ſpecifica adoranda, qua & ipſe adoratur, vti ſuperius dubio quarto. arti. ſecundo. de imaginibus dictum eſt. Dixi omnia quę ipſum tetigerunt tanquam aliquid ipſius, id eſt, ea quæ ipſe poſſedit vel quibus vſus eſt ipſe vel alii circa ipſum, vt ſunt veſtes, claui, monnmentum ſiue ſepulchrum, & huiuſmodi, per quod excluduntur manus crucifigentium & aliorum qui in eum tetigerunt: quia ipſe non vſus eſt illis vtiliter, neque ipſum amanter reprę́ſentant, vt infra in Reſpon. ad ſecundum argumentum habetur. Aſina quoque in qua Chriſtus ſedit in die palmarum non ado raretur ſi nunc viueret, ad vitandum errorem & irriſionem ignorantum.

Tertium punctum ex dictis infertur quòd à fortiori ſanguis Chriſti qui nunc reperitur in terris, etiam miraculoſe ab imaginibus produ ctus, & ſimiliter aqua quę de eius latere fluxit ſi alicubi reperiretur prædicta latria analogica ſunt adorāda. Quia ſi crux & claui quia ipſum tetigerunt ratione contactus & vt perfuſa ſanguine eius dicta latria adorantur, vti ſuperius dictū eſt. igitur à fortiori ipſe ſanguis & aqua quę partes corporis & vnita fuerunt diuinitati, illa latria debent adorari. & ſimiliter capilli eius adorandi ſunt. Et hoc eſt verum etiam ſi modo ipſi diuinitati vnita vel coniuncta nō ſint. Nam ſi modo coniuncta ſint, vtique propria latria ſimul cum illa vt humanitas Chriſti adoranda eſſent. *Tertium punctum.*

Ideo quod Gabriel in can. lect. 50. b. & multi alii dicunt quòd talis ſanguis Chriſti qui

nunc diuinitati non vnitus in terra reperitur non latria ſed hyperdulia, vt humanitas Chriſti verbo non vnita adorandus eſt: intelliguntur de latria perfecta & abſoluta, vt ait Silueſter in ſua aurea roſa in quæſt. 34. ſuper euangelia cum omnibus ſupradictis concordans. Sed certe talem ſenſum non videntur illi doctores habuiſſe: nec eſt eadem ratio de humanitate non vnita verbo; quæ ratione ſuæ excellentiæ in ſe aut per ſe hyperdulia eſſet adoranda; & de ſanguine Chriſti qui per ſe nullam talem excellentiam habet, & ita nec hyperdulia eſſet adorandus, igitur ſola ratione contactus, vt ſupra diximus ſicut crux latria analogica debet adorari. Et doctores oppoſitum ſentientes ſalua reuerentia non ſatis conſequenter nec rationabiliter videntur locuti. Et hoc videtur verum, etiam ſi ſanguis iſte miraculoſus non ſit verus ſanguis Chriſti, ſed ſolum vt imago illum repræſentans.

Quartũ pũctum. Quartum punctum eſt; Vtrum Chriſti crux debeat maiori veneratione quàm alia inſignia eius paſsionis adorari.

Reſpon. quòd ſic, etiam intra eandem ſpeciem latriæ analogicę. Quod patet ex vſu totius eccleſiæ.

Et ad id eſt ratio quintuplex. prima, quia vbique ex quacunque materia fiat crux Chriſti accipitur à fidelibus pro ſpeciali ſigno eius: non ita de aliis inſignis, quia crux ex ipſa ſua figura & brachiorum extenſione magis ipſum crucifixum repræſentat.

Secunda, quia crux eſt ſignum venturi Chriſti ad iudicium & ſpeciale vexillum eius.

Tertia, quia plures ſunt figuræ & prophetiæ de cruce quàm de aliis inſigniis.

Quarta, quia maiores dolores & opprobria in illa pro nobis quàm in aliis pertulit Chriſtus.

Quinta, quia crux eſt perfectum ſignum totam paſsionem Chriſti ſimul & eius perfectum amorem & eius mortem nobis repræſentans. Non ita lancea quæ ſolum latus eius iam mortui vulnerauit, & claui eius manus & pedes duntaxat. Ideo ſicut totum magis quàm ſuæ partes ſeorſum, ita crux ipſa præcipue, quia in ea conſumatum eſt pretium noſtræ redemptionis, adoranda eſt. Et hæc vltima ratio pouſsima videtur.

Argumẽ. 1. Contra ſupra dicta arguitur tripliciter. primo, quia non eſt idem motus adorationis in crucem & alia inſignia Chriſti, & in ipſum Chriſtum: ergo non debent eadem latria adorari. Patet antecedens, quia non ſe habent hæc vt imago & imaginatum, neque ſentimus de eis id quod de Chriſto, quòd ſcilicet eſt ſaluator & huiuſmodi.

Reſpon. Reſpon. dupliciter. primo: conceſſo antecedente vt concedit Gabriel negatur conſequentia, quia ſatis eſt quòd illa inſignia adorentur in ordine ad Chriſtum, ſiue per vnum ſiue per plures motus vel actus: id enim impertinens eſt vt latria analogica adorentur. & quamuis non ſe habeant vt imago & imaginatum: ſufficit quòd aliquem ordinem puta rationem contactus ad Chriſtum habeant.

Secundo modo Reſpon. negando antecedens nam ratione prædicti ordinis quem habent ad Chriſtum eſt idem motus in vtrúque, vel formaliter vel virtualiter in ipſum Chriſtum terminatus. Nam qui crucem aut clauos quia ſunt Chriſti vel in memoriam eius adorat, iam illum virtualiter ſaltem adorat vti ſuperius dubio quarto, articu. ſecundo. in reſponſione ad ſextum argumentum de imaginibus dictum eſt.

Argumẽ. 2. Secundo arguitur, quia veſtes regis non ſunt adorandę, ſaltem non vt ipſe rex, quando illis indutus non eſt: quamuis venerabiliter propter ipſum tractandę ſunt. Sed iam Chriſtus in cruce & aliis inſigniis non manet neque coniunctus eſt, neque illum contingunt: ergo non ſunt adoranda ſed veneranda duntaxat.

Reſpon. Reſpon. ad minorem, quòd licet ibi Chriſtus non maneat contactu reali, manet tamen virtuali & repręſentatiue: quia videlicet ſuo contactu hæc conſecrauit, & ideo manet in eis ratio formalis terminans illam adorationem quamuis analogicam. Rex autem talem virtutem in ſuis veſtibus non reliquit, ideo & negatur conſequentia.

Si replicetur quòd talis virtus non manſit in labiis Iudæ & manibus iudæorum & crucifigentium; ergo nec in illis inſignis:

Reſpon. negando conſequentiam. nam illa inſignia non habent illam virtutem neque adorantur quia abſolute Chriſtum tetigerunt: ſed quia vtiliter vt inſtrumenta noſtrę redemptionis & victorię Chriſti, aut operationum & vitæ ipſius ipſum tetigerunt, vt eſt veſtis, habitaculum, pręſepe & huiuſmodi. ita quòd ſuo officio & vſu Chriſtum amanter repręſentant: & ideo illa non alia adoramus, vt dictum eſt.

Argumẽ. 3. Tertio arguitur, quia adoratio eſt locutio interior & ex ea procedens, ſed hęc locutio non poteſt fieri rebus inanimatis non intelligentibus,

ligentibus, qualia hæc inſignia ſunt: ergo nullo modo adoranda ſunt.

Item ſecundo, quia quando crux ab ecclesia adoratur, non dicimus adoramus te crux, ſed adoramus te Chriſte; non crux ſed Chriſtus coram ea adorandus eſt.

Item tertio. Ambroſius de obitu Theodoſij dicit quòd Helena titulum & crucem inuenit: ſed regem Chriſtum, non lignum adorauit: vtique, quia hæc vanitas & error impiorum eſt. Ad idem faciunt actoritates Hieronymi, Auguſtini &c. & de conſecra. diſtin. tertia. cap. perlatum. cap. venerabiles. vt ſupra dubio quarto. articu. 2. in 8. argumento adductę ſunt.

Reſpon. Reſpon. negando maiorem; neque enim omnis adoratio locutio eſt, quamuis ex cognitione procedat vt ſupra dubio primo latius. Item conceſſa maiore dicitur ad minorem, quòd illa locutio ad illam rem fit ad quam principaliter terminatur illa adoratio & ratione ipſius: & ipſi ſoli fit, ſicut & quando imaginibus loquimur per tropum, vt infra dubio vltimo latius habetur, & ſupra dubio quarto. in reſponſione ad octauum argumentum, in fine dictum eſt.

Ad aliud quòd adorando crucem dicimus adoramus te Chriſte &c. dico quòd etiam dicit eccleſia, tuam crucem domine adoramus, & nunc hoc nunc illo modo adorat eccleſia vt populus intelligat quòd hæc Chriſtum repræſentant, propter quem coram illa fit adoratio.

Ad Ambroſium & alios doctores Reſpon. primo, quòd loquuntur de cruce & imaginibus in ſe conſideratis non in ordine ad Chriſtum: quia vt ſic non adorantur, ſed in ordine ad Chriſtum vt ſancta adorauit Helena. Secundo dico quòd ſancti loquuntur de adoratione latriæ perfecta & abſolute ſumpta non analogica: quia illa ſoli Deo aut Chriſto debita eſt, vt ex ſupra dictis in quarto dubio præcedente ſatis conſtat.

Dubium. 6. DVBIVM ſextum. Vtrum ſint aliquę adorationes proprię ſoli Deo exhibendę.

Reſpon. Reſpon. quòd ſic. Nam latria proprie & abſolute accepta ſoli Deo debetur vt ſupra dubio quarto latius. Et patet Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies, & non de alia ſeruitute niſi de latria, quæ ſumma vt ſummo bono debetur, intelligi poteſt. Item ſecundum lumen naturale repugnat aliud à Deo tanquam ſummum bonum ſupremum dominum ſuper omnia habens & vt ſupremum benefactorem ſuprema adoratione latriæ adorari. Vnde & idolatria contra lumen naturale eſt, ſicut & plures Deos habere. Quo fit vt omnes partes adorationis latriæ proprie ſumptæ ſoli Deo exhibendæ ſint. Ideo Ambro. libro de offic. cap. vigeſimo octauo ait quòd hymnus ſoli Deo debetur: quia hymnus eſt honor & laus Dei vt ſummi boni ſecundum pſal. 64. te decet hymnus Deus in Syon &c.

Secundo nota quòd nulla exterior adoratio ex natura ſua eſt ſignata magis Deo quàm hominibus. quia omnia ſigna exteriora ſignificant ad placitum ex impoſitione & acceptatione hominum: & ita ſunt æquiuoca, quia ſcilicet, ita poſſunt ſignificare ſeruitutem Deo ſicut & hominibus debitam, vt patet de genuflexione quæ etiam irriſorie fieri poteſt.

At vero ex iure gentium, ſeu ex ratione naturali, qua omnes gentes ductę modum colendi Deum ſibi vniuerſaliter conſtituerunt, quod idem eſt, bene ſunt aliqui actus exteriores vel adorationes ſoli Deo proprie & nulli alteri exibendæ.

Et nunc nouem ſunt. primo, ſacrificium altaris, quia hoc nulli ſancto nec humanitati Chriſti per ſe offerendum eſt. & ad idem ſeruiunt ſeu pertinent thurificationes illo modo factæ in ſacrificio illo. Malachię primo. In omni loco offertur mihi oblatio munda: vbi ex illo verbo in omni loco non poteſt intelligi de ſacrificiis veteris legis, ſed de oblatione euchariſtiæ in miſſa contra Lutherum oppoſitum dogmatizantem.

Secundo. Martyrium quia id non debetur niſi pro veritate diuina infallibili & ſupernaturali, aut pro defenſione virtutis quę ad idem reducitur. Cum quo ſtat quòd pro repu. aut alibi contra Martinum de fortitudine, & pro ſpirituali ſalute fratris aut proximi, & pro æqualis amici ſola neceſſitate corporali laudabiliter & aliquando de præcepto quis morti ſe exponat: ſed talis mors non dicitur martyrium, id eſt, teſtimonium fidei. quia tale teſtimonium veritatis diuinę per mortem ſolum debetur aſſertioni diuinæ, vt in materia de fortitudine & martyrio agitur à doctoribus.

Tertio collatio & ſuſceptio ſacramentorum. quia etiam ſi fiat in memoriam vel honorem alicuius ſancti quia feſtum illius eſt, ille cultus ſoli Deo exhibetur ſicut & miſſę ſacrificium.

Quarto petitio veniæ peccatorum quæ à nullo etiam ſancto petenda eſt, quia nemo poteſt auctoritatiue peccata dimittere & gratiam & gloriam dare niſi ſolus Deus,

qui præcipue per peccatum offenditur, & ſolus poteſt mittere in gehennam. Ideo oblatio cordis contriti ſacrificium Deo & cultus illi ſoli debitus eſt. pſal. 50. tibi ſoli peccaui &c. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contritum &c.

Quinto petitio gratiæ & gloriæ, quæ à ſolo Deo petenta ſunt, qui ſolus ea præſtare poteſt, bene tamen peti poſſunt per merita & orationes beatæ Virginis & omnium ſanctorum.

Sexto percuſsio pectoris contriti, quia ſolus Deus colendus eſt. tum quia eſt ſignum petitionis venie de peccatis: tum quia eſt etiam ſignum quòd ſolus Deus eſt qui ſcit oculta cordis, & ſcrutator renes & corda hominum.

Septimo. Conſtructio templorum, quia ſecundum Auguſtinum ſoli Deo templa eriguntur quamuis in memoriam & honorem ſanctorum.

Octauo iuſtitutio feſtorum, in quo tamen multi errant putantes feſta ad cultum tantum ſanctorum eſſe: cum tamen non niſi ad cultum Dei & in memoriam & venerationem eorum ſint.

Nono. Vota & iuramenta. hęc enim ſoli Deo fiunt vota videlicet, in iuramento autem teſtimonium ſolius Dei aut infallibilis diuinæ veritatis principaliter eſt. Nam & ſi ſanctis aliquando vouemus ſiue iuramus vt in profeſsione religionum fit: id vtique quaſi teſtibus noſtræ profeſsionis, Deo autem principaliter vouetur.

Tandem not. ſecundum Auguſt. libro decimo de ciuita. Dei. cap. 4. 8. & 10. Et Walden. de ſacramentalibus titu. 13. & 17. de ſanctis & imaginibus adorandis. quòd licet multæ ſint adorationes & ſeruitutes ab officio & cultu diuino vſurpate & ad homines tranſlate: ſiue ex nimia humilitate ſiue adulatione & ambitione peſtifera, at vero ea quæ ſupra ſunt poſita ſoli Deo & eius cultu intacta reſeruata ſunt.

Dubium. 7. DVBIVM ſeptimum. Vtrum ſit præceptum de colendo vel adorando Deum & imagines eius, & ſanctorum & crucem.

Reſpon. Reſpon. per duo puncta. primum, nullum ſpeciale præceptum diuinum vel humanum eſt de aliquando adorando imagines & crucem & inſignia paſsionis Chriſti. Sed ſolum eſt obligatio ad id ex iure naturali quo tenemur non nos difformare ab aliis Chriſtianis cum quibus vitam agimus: & ita tenemur ea adorare quando alii generaliter adorant, puta quando eccleſia crucem adorandam proponit, & omnes genuflectunt & huiuſmodi. ratio primi eſt quia non dabitur tale ſpeciale præceptum niſi vt dictum eſt.

Cum quo ſtat quòd homo tenetur nullam eis irreuerentiam facere ſed potius tractare reuerenter & honorifice. quòdque, quando adorat, debet ea, adoratione debita adorare vt ſupra de his dubio quarto & quinto dictum eſt. Aliàs etiam eis fieret irreuerentiam cõtra ius diuinum & naturale: niſi quomodo & quando dictum eſt adorentur.

Secundum punctum de obligatione adorandi Deum iuxta id Matth. 4. Dominum. de tu. ado. latius & doctiſsime vt ſolet agit Soto De iuſtitia & iure lib. ſecundo. quæſt. tertia, articu. quarto. Et quæſt. quarta. articu. ſecundo ibi videatur. Nam & Deut. 6. & 9. Et Exo. 20. dum dicitur. Audi Iſrael dominus Deus tuus vnus eſt. Et ego ſum dominus Deus tuus. Iam ex conſequenti intimatur ibidem affirmatiuum præceptum de credendo & ſperando in ipſum, & ſuper omnia amando timendo. obediendoque fideliter illi: ipſumque colendo & vt Deum verum adorando.

DVBIVM octauum de tempore quo tenemur Deum adorare. *Dubium 8.*

Ad hoc Reſpon. quòd tempore veteris legis præceptum de colendo Deum in die ſabbati obligabat, nunc autem in lege gratiæ quantum eſt de iure naturali vel diuino nullo certo tempore obligat. tempore vero legis naturæ quamuis ſit dubium: probabilius eſt quòd etiam ſabbato obligabat. *Reſpon.*

Prima pars certa & ab omnibus conceſſa eſt.

Secunda autem pars eſt Bea. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 122. articu. 4. & theologorum quamuis multi etiam dicant quòd dies dominica iure diuino ad id inſtituta ſit. Sed nec inuenitur tale præceptum nec id probatur ſufficienter. Solum namque reperitur vt late & optime refert Couarruuias in reſolutionibus libro quarto cap. 19. nu. 6. 7. & 8. de die dominico & de aliis feſtiuitatibus Chriſti, puta natiuitatis, reſurrectionis, aſcenſionis, pentecoſtes, paraſceues, quòd eccleſia à tempore apoſtolorum & præcipue loco ſabbati dominicam diem in memoriam reſurrectionis Chriſti & mundi creationis ea inſtituit vel mutauit. Quòd ſi inde arguatur ſufficienter ideo ea eſſe de iure diuino ſicut & alia eiuſmodi multa: aliorum eſto iudicium.

Tertia pars, quòd ſit dubiũ Vtrũ in lege naturæ ſabbatũ de præcepto ſanctificandũ eſſet, ex eo videtur ꝙ licet oẽs homines generaliter tunc ſabbatũ colerent; non tamen conſtat de

tali

tali præcepto aut quòd tãquam de præcepto diuino vel naturali illud obſeruarẽt. Itẽ quia quidã de hoc variè opinantur vt etiam refert Angeſt in morali cap. 8. de circunſtantia temporis agẽs quamuis ipſe teneat quòd non erat de præcepto legis naturalis.

Quòd autem ſit veriſimilius quòd illud vt obligatorium tunc à fidelibus ſeruaretur, inde probatur contra Angeſt vbi ſupra, quia veri fideles aliquo certo die Deum colebant; vt omnes in tali ritu generaliter ſine differentia conuenirent. Non autem videtur in quo die magis quàm in ſabbato: quia non alium diem à maioribus ſuis à principio mundi per ſeriem generationum didicerant, quàm ſabbatum quo Deum nouerant quieuiſſe ſiue ceſſaſſe ab opere creationis. ergo, quòd etiam tanquam diuinitus inſtitutum vel aliàs obligatorium ſabbatum colerent inde probabilius quàm oppoſitum eſt, quòd non tamẽ vniuerſaliter omnes fideles illum diẽ præ aliis obſeruandum ſibi deligerent, niſi aliquo modo à Deo inſtitutũ vel de iure gentium vt ſupra dubio 6. dictum eſt de adorationibus Deo propriis, deſignatum Deo intellexiſſent. ſaltem hoc valde probabile eſt quòd ratione cõmunis cõſuetudinis apud fideles temporis illius vigentis de ſabbato obſeruando, etiam alii veri Dei cultores tenebantur in hoc illis ſe conformare cum quibus vitam agebant, vti ſuperius dubio 7. de tempore imagines & crucem adorandi dictum eſt. Et ad id videtur Scotus in 3. diſt. 37. dicens quòd dubium eſt vtrum obſeruantia ſabbati ſit de iure naturę ſtricte, bene tamen eſt de ipſo iure naturę large ſumpto, id eſt, conſonum iuri naturę: & ideo diſpenſabile eſt.

Prima difficultas. Sed pro maiori horum declaratione duo ſunt hic differenda. primum: vltra dies feſtos quando obligat generaliter omnes præceptum hoc de colendo Deum vel ipſum adorando. ſecundum vtrum ſit obligatoriũ de iure diuino ad talẽ cultum vel adorationem aliquos dies feſtos inſtituere ſiue aſſignare.

Reſpon. Ad primam difficultatem Reſpon. quòd præceptum hoc dę adorando ſiue colendo & amando Deum non obligat tantum ſemel in vita vel in articulo mortis. quia ridiculum videtur, quòd poſtquam ſemel id fecerit homo non amplius teneatur niſi in articulo mortis: tum etiam quia tota ratio hujus obligationis eſt, quia Deus eſt dominus & redemptor noſter. ſed poſtquam ſemel dilexerimus & adorauerimus adhuc manet prædicta ratio: ergo & diligendi & adorandi obligatio. tum demum quia præceptum de amando & colendo Deum eſt vt pie & religioſe viuamus: ergo non ſolum ſemel in vita nec in articulo mortis obligat: quia 2. phyſi. ex neceſsitate finis neceſsitas medii ſumenda eſt.

Tunc igitur quãtum eſt de iure diuino vel naturali prædicta adorandi Deum eſt obligatio, quando diuinus honor periclitaretur niſi tũc homo illum tueretur vt poteſt, vel pro eo reſpondendo vel aliud ad id opportunum agendo. Ideo peccaret ſi per magnum tempus homo adorare, vel colere Deum omitteret: quia tunc apud ipſum debita Dei & beneficiorum eius recognitio & vitæ religio, & ad Deum pietas notabiliter per talem omiſsionem aboleretur vel etiam periclitaretur Sicut ſi non eſſet pręceptum diuinum de tempore certo & determinato communicando & celebrando: vtique contra ipſum præceptum mortaliter peccaret homo per magnum tempus vitę ſuę id omittendo, ſecundum B. Tho. & doct. communiter. Sic etiam in propoſito, quia talia præcepta diuina ſunt vt pie & religioſe viuamus vt dictum eſt. Conſonat Soto de iuſtitia & iure lib. 2. q. 3. art. 10. loquens de dilectione Dei ſuper omnia.

Ad ſecundam difficultatem, ſcilicet Vtrum de iure diuino vel naturali teneamur aliquos dies feſtos ad cultum Dei aſsignare. *Secunda difficultas.*

Reſpon. quòd ſic: ita quòd non ſolum eſt tale præceptum de colendo Deum in aliquo tempore ſeu hora indeterminate, id quod omnes cõcedunt: ſed etiam eſt præceptum diuinum & naturale de aliquibus diebus feſtis inſtituendis ſeu feriandis ad diuinum cultum. Quamuis qui & quot dies & quo modo feriandi ſint: id arbitrio eccleſiæ & humanæ diſpoſitioni relictum ſit. *Reſpon.*

Quod tanquam veriſimilius quàm oppoſitum probatur. quia modo ſunt decem præcepta legis naturalis & diuinæ ſicut & ſemper fuerunt: ergo manet adhuc quo ad aliquid illud tertium præceptum de ſanctificatione ſabbati. Sed non manet quo ad ceremoniale de dię ſabbati: ergo quo ad morale, ſed morale eſt quòd ſit aliquis dies dicatus cultui diuino. quod inde patet quia id eſt conſonum iuri naturali. & quia male poteſt ſeruari vniuerſaliter ab omnibus pręceptum hoc de colendo Deũ & ſanctificatione diei vel temporis alicuius ad id; niſi vniuerſaliter etiam omnibus inſtituatur aliquis dies feſtus ad vacandum cultui diuino. Nam ſi nullus eſſet dies feſtus vtique diuinus cultus periclitaretur. Vnde nulla fuit tam barbara natio quæ non aliquos dies ſignatos haberet ad colendum Deũ ſuũ. Igitur morale eſt aliquos dies feſtos inſtituere. & ex conſequenti de iure naturali large vel ſtricte ſumpto & non ſolum diuino. Nam præcepta decalogi principia quędam ſunt legis naturalis, quamuis ex aliis vniuerſaliſsimis & primis principiis deducantur.

Ex quo infertur quòd ſi eccleſia per magnum tempus hoc facere omitteret, vtique peccaret contra prædictum ius diuinum & naturale; quamuis etiam factum teneret ſi omnia feſta mutaret et etiam tolleret eccleſia.

at ſpiritus ſanctus non id permitteret, neque prędictam eccleſiæ omiſsionem: ſicut neque totius eccleſiæ vel legitimi concilii generalis, peccatũ vel errorem circa fidem & mores ſtatuendo vel decernendo permitteret. Conſonat Soto vbi ſupra q.4.art.4.quamuis non tam expreſſe. Conſonat expreſsiſsime Couarruuias in reſolutionibus lib.4.c.19.conclu.4.& 5.cum aliis quos refert ibidem.

Tertia difficultas. Tertio eſt difficultas, Vtrum qui die feſto nõ poſſunt audire miſſam teneantur colere Deum aliquo alio actu.

Reſpon. Reſpon. Videtur quòd non. quia iure diuino vel naturali ad illum tunc non obligatur vt patet ex ſupra dictis. nec etiam humano quia obligatio temporalis ad actum ſignatum audiendi miſſam iam tranſijt, nec alia obligatio ad ęquiualens loco illius relicta eſt. Scotus autem in tertio diſtin.9.& cum eo Angeſt in morali ca. 8. & aliqui alii tenent oppoſitum, ſed non video rationem vrgentem ad id.

Sed vtrum tunc, ſcilicet die feſto et pręcipue dominico die teneatur homo ad actum dilectionis Dei. dic etiam quòd non, vt communiter tenetur à doctoribus neque etiam ad contritionẽ aliquam etiam generalem de peccatis, vt bene id probatur in primo poſt quodlibeto Adriani. neque Scotus in hoc ſenſit oppoſitum dum in tertio diſtin.9.ait quòd die feſto tenemur ad actum latrię interiorem, intellexit enim conſequẽter ad ſuam opinionem ſupra poſitam, quòd die feſto tenemur loco auditionis miſſę ad aliquem actum latrię: & nunc dicit quòd ad actum etiã latrię interiorem tenemur, videlicet prout eſt ratio exterioris cultus qui ſecundum eum tunc debitus eſt. Non autẽ intellexit de interiori actu latrię perfectę aut formatę qualis actus dilectionis Dei eſt. de quo expreſſe poſtea ſub dubio dixit in tertio diſtin.27.& 37. quòd ad illum forte dominico die tenemur. quamuis Soto vbi ſupra q.4.art.4.& multi alii dicant illum in oppoſitum affirmatiue ſenſiſſe.

Dubium. 9. Dubium nonum. Vtrum ſit aliquis certus & determinatus locus in quo homines in particulari vel in generali cum aliis adorare debeãt.

Reſpon. Reſpon. quòd non de iure diuino vel naturali. patet Ioan.4. Venit hora quando nec in mõte hoc &c. Item primo Thimot. 2. volo viros orare in omni loco leuantes manus &c. Et Malach.1. in omni loco offertur oblatio mũda &c. in veteri aut lege erat determinatus locus ad orandum & ſacrificium offerendum, & in quibuſdam temporibus vnde Dani.6. vertebat ſe ad orandum verſus templum.

Secundo dico quòd conuenientiſsime eccleſia determinauit certa quædam loca vbi fideles conuenirent ad hoc, puta, ad orandum celebrandum & diuina audiendum & ſacramenta ſuſcipiendum & miniſtrandum & huiuſmodi; quòd & talia loca conſecrarentur & magnis priuilegiis ornarentur ſicut & quondam Deus qui religionẽ veteris legis inſtituit, voluit quoq; tabernaculum ſibi ditiſsimum erigi vbi Iudæi ad prædicta conuenirent. ergo multo rationabilius propter honorem ſanctiſsimi ſacramenti eccleſia nunc templa & loca ſacrata ad id dedicauit.

Tertio tandem dico quòd aptiſsime verſus orientem nunc adoramus, ſecundum Tho. ſecunda ſecundę quæſt.84. art.3. ad tertium & vltra tres cauſas ibi poſitas poteſt addi.4. quia videlicet in lege gratiæ eſt iam totum oppoſitum ad illas cauſas propter quas iudęi verſus occidentem adorabant. Nam illi erant in tenebris & in figura, quia nondum illis ortus erat ſol iuſtitię Chriſtus Deus noſter nobis autẽ ſic. Roma.13. Nox præceſsit dies autem appropinquauit &c. Item lex illa tandem finienda erat atque caſura & ad occaſum cum ſtatu illo tendebat: & ita tandem occidit iam in morte Chriſti. Noſtra autem eſt teſtamentum æternum quod ab oriente Chriſto ſole iuſtitiæ ſtabit in æternum. De quibus omnibus Thomas Walden. de ſacramentalibus latius proſequitur, & noſter orantius de locis catholicis lib.5. cap.5.

Dubium. 10. Dubium decimum. Vtrum eccleſia conuenienter in animata alloquatur puta crucem Chriſti adorando. O crux aue ſpes vnica &c.

Reſpon. Reſpon. quòd ſic. quia iſte vſus in ſacra ſcriptura habet fundamentum, vt patet Ioſue 10. Sol contra gabaonẽ ne mouearis. Et pſal. 148. Laudate eum Sol & Luna &c. Et Dani. 3. benedicitte aque omnes quę ſup cœlos ſunt do &c. Et Deut. 32. Audite cœli quæ loquor &c. Et Mar. 4. mare tace & obmuteſce, vt Ambroſius Catharinus late diſputat contra Caietanum, & Tho. Waldenſis contra hæreticos.

Et iſta locutio fit per tropum ſiue figuram valde vſitatam apud poetas & oratores ſecundum Quintilianum lib. 4. cap. 7. quæ dicitur præſopopeia quæ eſt fictio perſonæ, ac ſi eſſet perſona quod non eſt. Sic dum crucem adoramus & imaginem Chriſti fingimus ac ſi perſona eſſet animata, et propter Chriſtum ibi repręſentatum ad quem principaliter illa locutio fit. itaque ſicut adoratio ita et locutio analogice ad imagines fit.

Idque fit rationabiliter ex triplici cauſa prima, vt oſtendatur præſentia et potentia Dei in omnibus et ſuper omnia creata: qui audire poteſt pro ipſis creaturis eius quę non habent auditum.

Secunda, vt oſtendatur poteſtas eccleſiæ et ſanctorum diuinitus eis conceſſa etiam aliquando ad miracula ſuper omnem creaturam.

Tertio

Tertio, vt ſic vehementer inflametur noſter affectus ad laudandum,& ſeruiendum Deo in & pro omnibus creaturis eius nobis ad id ſeruientibus. quia & ad hunc finem Deus ad noſtrum obſequium,& ſuum honorem omnia creauit.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum circunſtantia feſti ſit mortaliter aggrauans peccatum mortale tunc commiſſum,& contra ſpeciale præceptum de ſanctificatione feſti,ita quòd hæc circunſtantia feſti ſit neceſſario confitenda.

Opin. 1. RESPON. eſt duplex opinio prima tenet quòd non, quamuis mortale peccatum tunc ratione feſti ſit grauius, quàm alio tempore commiſſum, videlicet quatenus ſit irreuerentia venialis tempori ſacro.

Probatur, quia per præceptum de ſanctificatione ſabbati non prohibetur,niſi quod contrariatur alicui ex iis quæ ſub tali præcepto cadunt, aut præcipiuntur. peccatum autem mortale,vt tale non contrariatur alicui ex iis quæ ſub tali pręcepto cadunt,aut præcipiũtur. ergo per tale peccatum non ſit contra tale præceptum:neque ſabbati ſanctificatio ibi præcepta violatur, quare non eſt alia ſpecies,ſeu ratio peccati mortalis neceſſario confitenda. diſcurſus eſt bonus, & maior probatur. quia virtute præcepti affirmatiui, quale eſt de ſanctificatione ſabbati, non prohibetur niſi quod,& quatenus poſitiue cõtrariatur ei quod ſub tali pręcepto cadit, vt eſt communis regula doctorum, quia neq; videtur quare aliud prohibeatur. Minor etiam probatur, ſuppoſito quòd pręceptum de ſanctificatione ſabbati quatenus eſt morale legis naturalis & diuinæ, de deputando aliquod tempus ad vacandũ Dẽo,ſeu ad ipſum colendum, eſt iam per eccleſiam determinatum quo ad tempus,& modum. Et tempus quidem eſt dies feſtus:modus autem eſt,vt miſſa audiatur, & ceſſetur ab opere ſeruili in toto die feſto. & totũ hoc dicitur obiectum,vel finis pręcepti intrinſecus, finis uero eiuſdẽ præcepti qui dicitur extrinſecus, ſeu præſtitutus eſt,vt homo vacet Deo per cultum interiorem fidei, & charitatis, & ſic coram Deo ſanctificetur, & gratiam obtineat,vel conſeruet toto illo die feſti.

His ſuppoſitis probatur ſupradicta minor, quòd.ſ. peccatum mortale non contrariatur alicui eorũ quæ in præcepto de ſanctificatione ſabbati,ſeu feſti præcipiuntur. Nam nulla lege per tale præceptum de ſanctificatione feſti præcipiũtur,niſi illa duo priora.ſ.facere tunc aliquem cultum latriæ exteriorem,indeterminatum quidem lege naturali atque diuina, determinatum autẽ nũc per eccleſiam,ſ.audire miſſam:& ceſſare ab opere ſeruili litteraliter, & proprie non miſtice intellecto. Nam illud vltimũ quod eſt huius præcepti finis extrinſecus.ſ. cultus interior per fidẽ, & charitatem non cadit ſub hoc præcepto,vt expreſſe dicit B,Tho.vbi infra, quia & ſecũdum cõmuniter doctores præcepta non obligant ad intentionem præcipientis,vel ad finem extrinſecũ ſeu præſtitutum quod idem eſt:ſed ad id tantum quod præcipitur, quòd videlicet materia, vel obiectũ,ſeu finis intrinſecus ipſius præcepti eſt. Nunc autem mortale peccatum, vt tale, nec in actu, nec in reatu contrariatur prædicto cultui exteriori. Quod patet,quia peccatum in actu nõ impedit auditionem miſſæ obligatoriam: ex quo in vna parte diei feſti miſſa poteſt audiri, & in altera parte diei actus peccati committi,ita quòd propter vnum alterũ non omittatur. Neque peccatum in reatu repugnat auditioni miſſæ ſeu cultui exteriori, quia exiſtẽs in reatu peccati poteſt id facere,& implere tale præceptum: ex quo nec virtute ipſius præcepti, aut alterius tenetur homo in die feſto conteri de peccatis, aut ſe in ſtatu gratiæ reponere ſecundum communem doctrinam & ueram, quamuis aliqui doctores, aliter & male dixerint quo ad hoc. Sed neque peccatum,vt tale eſt opus ſeruile proprie,& ad literam intellectum,vt patet Exod.12.16. 20.23.& Leu.23. vbi nomine operis ſeruilis ibi prohibiti, explicantur opera mechanica ſeu corporalia exteriora:nõ autẽ fornicatio, homicidium, ludus, detractio,& huiuſmodi peccatum corporale, vt peccatum eſt,quod ſolum miſtice, & ſpiritualiter opus ſeruile eſt, ſecundum Tho. 2. 2.q.122. art.4.ad primum. Et in tertio ſententiarum diſt. 17.q.1.art.1.quæſtiuncula.2.& ſuper Matth.12. Et Alexan.Alen.3.par.q.32.membro 1.& 4.art. 1.& memb.5.art.2.Et Abulen.Exo.12.q.24.25. vbi ait quòd opus ſeruile in hoc præcepto prohibitum moraliter eſt operatio laborioſa potentię executiue corporalis,nulla vrgente cauſa ad humanam vitam oportuna: formaliter autem opus ſeruile eſt prædicta operatio corporalis mercenarie facta propter lucrũ. Et ita patet quòd peccatum, vt tale non eſt opus ſeruile materialiter, aut formaliter proprie,& ad literam intellectum neque prohibitum in dicto præcepto:neque contrariatur alicui eorum quæ ſub tali præcepto cadunt,aut præcipiuntur: licet contrarietur extrinſeco fini ipſius præcepti,ſ.cultui interiori ſupradicto qui ſub tali præcepto non comprehenditur, & ita ſupradicta minor, & tota ratio manifeſta eſt.

Hanc opinionem tenet Silueſter in ſua aurea roſa ſuper euangelia in q. impertinentibus caſu. 63. vbi latius hanc materiam proſequitur:vbi & refert quoſdam magiſtros ſui ordinis in quodã eorum cõcilio pro defenſione beati Thomæ ſpe

cialiter

cialiter congregatos ſic decreuiſſe. Idem in ſum. confeſsio. 1. q. 10. & circunſtantia q. 3. & dominica dies. q. vlti. Item Caietanus 2. 2. q. 122. arti. 4. & in ſecundo quolib. q. 10. & ſumma Tabiena titu. circunſtantia. §. 11. & magiſter Cano in ſua relectione de pœnitentia q. 6. in reſponſione ad quartum argumentum principale. & Soto de iuſtitia, & iure lib. 2. q. 4. art. 4. & in quarto ſententiarum diſt. 17. q. 2. art. 4. & Almayn eadẽ diſt. 17. q. 1. & Nauarro in ſumma ca. 6. num. 9. & multi alii moderni doctores, qui & conantur ad hanc ſuam opinionem retorquere beatum Thomam vbi ſupra expreſſe reclamãtem, vt proxime patebit, cum quibus tandem eſt Couarruias in ca. alma mater. de ſen. excom. par. 1. §. 5. num. 3. fol. 45.

Opin. 2. OPINIO ſecunda tenet oppoſitum: quòd ſcilicet eſt circunſtantia alterius ſpeciei neceſſario confitenda, & ex ſuo genere mortalis. Quæ quadrupliciter probatur. primo, quia in hoc præ- *Prima rõ.* cepto ſanctificationis feſti prohibetur omne opus impeditiuum non ſolum eorum quæ tali præcepto præcipiuntur; ſed etiam impeditiuum finis ſpecialis extrinſeci ipſius præcepti, puta opus impeditiuũ ſanctificationis hominis, aut cultus latriæ interioris per fidem, & charitatem eodem die. ſed omne peccatum mortale eſt huiuſmodi, ſcilicet eſt impeditiuum prædicti finis ſpecialis extrinſeci præcepti ipſius, æque aut magis, quàm opus ſeruile mechanicũ aliàs licitum. ergo æque aut magis per hoc præceptum prohibetur. Conſequentia patet cum minore ſecundum omnes doctores in quo non eſt dubium. Maior autem eſt in qua eſt tota difficultas, nam Caietanus, & alii de prima opinione bene quidem confitentur peccatum mortale contrarium eſſe fini extrinſeco illius præcepti de ſanctificatione feſti: negant tamen propter hoc contrarium ipſi præcepto ex quo non aduerſatur fini intrinſeco aut iis quæ tali præcepto obiectiue præcipiuntur. Prædicta autem maior, & hæc opinio dicit, quòd eo ipſo quo peccatum mortale contrarium eſt ſpeciali fini ẽt extrinſeco illius præcepti eſt etiã contrarium ipſi præcepto: quòdque ex conſequenti per ipſum præceptum ſpecialiter prohibitum eſt.

Hæc inquam maior in qua ſtat tota difficultas probatur etiam quadrupliciter. primo, Quia licet homo non teneatur ad finem extrinſecum etiam ſpecialem præcepti ſicut nec ad intentionem præcipientis, in quo nullum dubium eſt. at vero in omni præcepto quo præcipitur aliquid in ordine ad aliquem finem ſpecialem etiam extrinſecum, prohibetur non ſolum omne opus cõtrarium, ſeu impeditiuum eius quod ibi præcipitur, ſed etiam impeditiuum prædicti finis præcepti ipſius. Hoc fundamentum cui prędicta maior innititur probatur tripliciter. primo, quia finis præſtat iis quæ ſunt ad ipſum finem. ergo magis cauendum eſt, & prohibetur ipſo præcepto id quod contrariatur eius fini ſpeciali, quàm quod contrariatur mediis præceptis ad ipſum finem, vel quàm id quod contrariatur ei quod præcipitur ad talem finem obtinendum. Patet hæc cõſequentia ſimul, & confirmatur prædicta ratio. Nam qui ſcienter tollit, & reſpuit finem præcepti, vtique tollit bonum eius, & quãtum in ſe eſt reddit ipſum præceptum inutile, & inane, & ex conſequenti præceptum ipſum vitiat ac ſi ipſum ſaltem interpretatiue contemneret notabiliter. quod inde patet. quia non alia ratione in præcepto de aliquo medio in ordine ad aliquem ſpecialem finẽ includitur prohibitio cuiuſlibet contrarii, ſeu impeditiui illius medii præcepti, niſi quia impeditiuum medii, eſt etiam impeditiuum finis illius. alioqui fruſtra illud medium præciperetur, & eius impeditiuum tãtum prohiberetur, ſi per ipſum præceptum licitum eſſet aliàs eius finem prædictum impedire, cõtra regulam iuris, cum aliquid vna via prohibetur, ad id alia nõ admittitur. dico quòd prohibentur ea quæ contrariantur fini ſpeciali ipſius præcepti, vt ſecludamus ea quæ contrariantur fini generali, aut communi ipſius, & aliorum præceptorum. Non enim prohibentur hoc vel præcepto ieiunii ea omnia quæ vitia nutriunt, mentem deprimunt, virtutes gratiam & præmium gloriæ impediunt. Nam hos fines generales præceptorum multa opera etiam inculpabilia, & culpabilia contra alia præcepta poſſunt impedire.

Secundo idem fundamẽtum, & maior ſupradicta probatur per exempla. primo, quia ideo in præcepto de correctione fraterna, quæ eſt ad ſpecialem finem extrinſecum, ſ. ad emendationem proximi, prohibetur non ſolum opus cõtrarium ſeu impeditiuum ipſius correctionis, ſeu monitionis iniunctæ, puta praua ſuaſio, ſeu inductio contraria rectę correctionis, ſed etiam omne opus impeditium talis emendę proximi finaliter intentę, vt dicunt communiter omnes doctores etiam ipſe B. Tho. 2. 2. q. 33. art. 6. & in 4. diſt. 19. vbi dat pro ratione huius dicẽs, quia ea quæ ſunt ad finem debent regulari ſecundum exigentiam finis. 1. Poſteri. & 2. Metaph. & ibidem in reſponſione ad ſecundum & tertium argumẽtum dicit, quòd aliàs bona admonitio quando eſt impeditiua finis puta emendationis fratris, vel quando inde homo deterior efficitur non habet rationẽ boni ſed mali: & ideo cauenda eſt. Hæc ille. Item vt etiam dicit Adrianus in fine primi quodlibeti, quando ex punitione peccati grauius malum ſequitur vitioſa eſt contra finem iuſtitiæ punitiuæ, ſecundum Auguſtinum 23. q. 4. ca. non poteſt. vbi ait, cum contagio peccandi &c.

Item ſecundo idem patet in medicinis ad ſanitatem ordinatis. quæ ſi in aliquo caſu potius

inducerent

inducerent infirmitatem, vel ſanitatẽ ipſam impedirent: fatuus eſſet medicus illas proſequens etiam ſecũdum generalia præcepta, aut regulas medicorum. nam & medicus intendens ſalutem inducere non ſolum prouidet de his quæ ad ſalutem iuuant: ſed prius aut æquè remouet ea quæ illam impediunt.

Item tertio ſi extremæ indigenti ſic de tali remedio prouiderem quòd inde eius mors acceleraretur, vtique iudicarer æque cõtra præceptum agere ac ſi illi non prouiderem.

Item quarto, ſi Papa præciperet quòd celebretur concilium ſiue capitulum, vt ibi de concordia, & pace regum agatur, vel ut fiat electio prælati: certe non ſolum ageret contra tale præceptum qui celebrationem illam impediret, ſed ille etiam qui impediret eius finem, ne ſcilicet ibi agatur de concordia, aut de electione prætenta.

Item quinto, ſi mihi præciperetur ne occupẽ Petrum in opere mechanico, vt poſsit dormitioni vacare, quia eget: certe non ſolum contra tale præceptum agerem illum in labore mechanico occupando, ſed etiam ſi illum ſi aliàs impedirem ne poſſet dormire, aut requies cere: quia contra finem illum ſpecialem extrinſecum illius præcepti agerem. ergo ſimiliter in propoſito eadem ratione dicendum eſt.

Item ſexto, quia ideo doctores communiter dicunt eſſe graue peccatum ſi vir ſuam vxorem intra vas naturale cognoſcat eo modo extraordinario quo generatio, vel conceptio ſequi non poſsit: quia eſt contra finem intentum à natura in tali actu: nam omne id quod impedit finẽ principalem intentum à natura in aliqua operatione eſt prohibitum ipſo iure naturæ.

Item ſeptimo, qui conderet legem contra bonum commune, vel ad priuatam vtilitatem, certe peccat contra præceptum quo tenetur bene gubernare rempub. eo ipſo quòd contra ipſius præcepti finem intentum agit: quamuis omnes aliàs conditiones iuſtę legis ſeruaret. Igitur intentum.

Tertio idem fundamẽtum, & maior prædicta probatur per doctores etiam de prima opinione ſuprapoſita. Nam ipſe Caietanus in ſummula. titu. feſtorum violatio, in dicta ratione fundatur: dicens quòd qui voluntarie diſtractus ad alia intendens eſt in celebratione miſſæ, nõ implet, ſed potius facit cõtra præceptum de audienda miſſa. quia vt ait, agit contra intẽtionem eccleſiæ præcipientis audire miſſam, vt habeat homo attentionem, vt ſic oret & offerat cum ſacerdote, & per illum. Hæc ille. Vbi notanda eſt ratio eius, quia ſcilicet agit contra intentionem aut finem præcepti uel præcipientis.

Item Turrecremata in ſum. de eccleſia. lib. 2. ca. 114. In ſecunda propoſitione ad Papam ſicut ſpectat ius & auctoritas plantandi fidem per totum mundum: Ita iuriſdictionem habet ampliorem ad deſtruendam idolatriam quæ magis cõtrariatur ipſi fidei, & eam magis impedit quam cętera vitia. quia ad intendentem aliquem finem ſicut ſpectat eligere ea, quæ ſunt congrua illi fini, ita & tollere ea quæ ſunt impedimenta ad cõſecutionem eiuſdem finis. Hæc ille. Quid clarius ad rem?

Item Adrianus in quarto de ſatisfactione dicit quòd ex vi pręcepti tenemur non agere contra eius intentionem uel finem.

Item B. Tho. 2. 2. q. 147. art. 3. ad ſecundum, & ibi Caietanus aiunt, quòd tranſgrediens pręceptum de ieiunio ex contemptu, vel impediendo finem eius peccat mortaliter, niſi ex cauſa rationabili id agat, uti latius hoc idẽ probat Honcala in tractatu de ieiunio fo. 117. quamuis Caietanus aliter interpretetur illa verba B. Tho. & ad idem eſt Silueſter titu. lex. q. 8. & q. 9. in caſu. 8. & queſt. 57. q. 58. vbi ſecundum plures doctores probat quòd non ſolum mens obiectiua, ſed finis legis, aut ratio finalis eſt ipſa lex: & qui agit ſecundum aut contra illam, agit ſecundum aut contra ipſam legem. Idẽ etiam B. Tho. in 4. diſt. 19. & art. 2. q. 4. ad quartum dicit quòd qui prędicando in mortali impedit finem doctrinę vtique peccat.

Item in prędicto fundamento faciunt vim omnes doctores qui ſunt pro hac ſecunda opin. communi qui inferius allegantur: dum dicunt ꝙ quia peccatũ mortale ęque aut magis repugnat fini ſanctificationis feſti quàm opus mechanicũ aliàs licitum: ideo ęque aut magis quàm opus mechanicũ in hoc pręcepto prohibetur: & per peccatum mortale ęque aut magis quàm per opus mechanicum contra pręceptum hoc peccatur. Quid clarius ab eis dici poteſt pro hac ſecunda opinione?

Et quia de beato Thoma eſt concertatio quid circa quęſtionem hanc ipſe ſenſerit, & de fundamento ſupradicto: ideo ipſius verba omnia ad literã referre placuit: vt aperte conuincamus non cum prima, ſed cum hac ſecunda opinione communi ſuprapoſita illum aperte ſenſiſſe: & in pręfata ratione ſuam hanc ſimul, & noſtrã firmaſſe ſententiam. Ille igitur in 2. 2. q. 122. art. 4. ad tertium ſic ait. Alia opera ſeruilia, ſ. mechanica, & peccata contrariantur obſeruantię ſabbati, inquantum impediunt applicationem hominis ad diuina. & quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati quàm per opus aliàs licitũ corporale ſiue mechanicum: ideo magis contra hoc pręceptum agit qui peccat mortaliter in die feſto, quàm qui aliud corporale opus aliàs licitũ agit. Vnde Auguſtinus de decem cordis ait. Melius faceret Iudęus in agro ſuo aliquid vtile in ſabbato quàm in theatro ſeditioſus exiſteret: & fœminę Iudęorum melius lanam facerent, quàm

quàm in neomeniis impudicę ſaltarent. Hęc B. Thom. Et paulo inferius ibidem ait. Qui autem peccat venialiter in ſabbato nõ facit contra hoc præceptum:quia peccatum veniale non excludit ſanctitatem. Hæc ille. Ex quibus verbis, vel cæco clariſsime conſtat quòd B.Tho.dat pro ratione quare peccatum mortale ſit contra præceptum de ſanctificatione ſabbati æque, vel magis quàm opus mechanicum: quia inquit per peccatum æque, vel magis quàm per opus mechanicũ impeditur homo à rebus diuinis, uel à ſanctitate in tali præcepto finaliter intenta: à qua non impeditur per peccatum veniale:ergo pro certiſsimo habet fundamento,quòd in hoc diuino præcepto prohibetur etiam omne opus prædicti finis impeditiuum, quale mortale peccatum eſt. alioqui in ſuo proceſſu atque ratione præfata nõ recte aſſumeret pro maiori quòd peccata ſicut & opera mechanica contrariantur obſeruantiæ ſabbati inquantum impediunt applicationẽ hominis ad diuina, quæ applicatio eſt finis huius præcepti: neque inde bene inferret quod intulit dicens, & quia magis homo impeditur &c. niſi pro fundamento haberet,quòd in hoc præcepto prohibetur omne opus impeditiuum prædicti finis ipſius præcepti. Quod etiam amplius patet ex eodem, quia paulo ſuperius ibidem ſic ait. Opus autem ſeruile quod eſt opus latriæ pertinens ad ſeruitutem Dei, vt circuncifio in ſabbato,& oblatio ſacrificiorum, geſtatio arcę,& huiuſmodi opus corporale ad honorem Dei factũ non prohibetur in die ſabbati:quia hoc eſſet contrarium fini obſeruationis ſabbati. ad hoc enim homo abſtinet ab aliis operibus in ſabbato, vt vacet operibus ad Dei ſeruitutem pertinentibus. Hæc ille. Vbi patet quòd cenſet eſſe contra hoc præceptum omne opus contrarium eius fini. & conſtat quòd nõ loquitur de fine intrinſeco ſeu obiectiuo,qui in hoc præcepto præcipitur,qui & ſecundum ipſum Caieta. vbi ſupra non impeditur per peccatum:ſed de fine extrinſeco ſpeciali qui intenditur à præcipiente:qui licet non cadat ſub ipſo præcepto bene tamen per peccatũ mortale impeditur. de hoc igitur fine ſpeciali extrinſeco ait B.Tho.quòd quia per peccatum mortale peccatum impeditur: ideo per ipſum peccatũ æque aut pluſquàm per opus mechanicum agitur contra hoc præceptum. Sed non agitur contra præceptum niſi fiat quod per ipſum prohibetur. ergo ſub mortali per ipſum præceptum prohibetur peccatum mortale tunc fieri, æque, aut magis,quàm opus mechanicum:ex quo idem omnino cẽſet B.Tho.de peccato mortali,& de opere mechanico, per eandem rationem vtrobique militantem, quia ſcilicet vtrunque contrariatur fini ſupradicto ipſius præcepti. Quomodocũque enim exponatur dictio illa, inquantum, ſiue reduplicatiue, ſiue expecificatiue: bene ſequitur ꝙ omne impeditiuum finis, quodcunque illud ſit, ea ratione qua talis finis impeditiuum eſt, quale eſt omne peccatum mortale, in hoc præcepto prohibetur. Ex quibus conſtat beatum Tho. concedere manifeſte illud fundamẽtum ſiue maiorem quæ probanda erat; ſimul & ſecundam hanc opinionem tenere quam probamus. Et in expoſitione præceptorum decalogi ibi memento, ut diem ſabbati ſanctifices. Et in tertio ſententiarũ diſt. 37. in eſpoſitione magiſtri idẽ tenet expreſſe. Item Sanctus Bonauentura in 3. diſt. 37. in gloſſa marginali ſupra textum magiſtri §.6.& 7. idem tenet dicens, quòd à fortiori opera carnalia & ebrietas, lites & iurgia quæ maxime repugnant ſpiritus libertati ne homo Deo vacet dicuntur ſuntq́; opera ſeruilia, & in hoc pręcepto ſunt prohibita potius quàm opera mechanica, & quàm negotia terrena quę animum diſtrahũt ne homo diuinis intendat ſecundum Auguſt. de decem cordis di. melius faceret Iudęus &c. Hæc ſanctus Bonauentura.

Quarto. Probatur prędictum fundamentum, & maior illa. quia ſi peccans mortaliter in feſto agit contra intentionem huius pręcepti, ut ipſa prima opinio fatetur. Quęro, an ſic faciẽdo, peccet aliquo modo contra ipſum pręceptũ an non. Si non, ergo non magis peccat contra ipſum in feſto, quàm in profeſto idem agens & peccans, quod tamen & ipſi de prima opi. ſecũdũ B. Tho. bene negant. Si ſic, ergo vel ipſo, vel alio ſpeciali pręcepto prohibetur agere contra finem pręcepti peccando in die feſto. Facere autem contra talem prohibitionem eſt ſpeciale peccatum mortale, ſicut & contra aliud ſimile pręceptũ de non furando, non mœchando, & de diem feſtum ſanctificando. & cum nõ appareat aliud ſpeciale pręceptum contra quod ſic peccetur. igitur contra hoc ipſum de ſanctificatione feſti, tunc mortaliter peccando ſicut & ſeruile opus faciendo peccatur, vt dictum eſt. Et ita patet tota ratio prima ſupraposita: patet etiam falſitas illius maioris aſſumptę ad probationẽ primę opinionis, quatenus dicit quòd virtute huius, & cuiuſcũque pręcepti affirmatiui non prohibetur niſi quod cõtrariatur alicui eorum quę tali pręcepto pręcipiuntur. Dico enim quòd etiam prohibetur omne quod contrariatur eius fini extrinſeco ſpecialiter intento, & quod illum impedit, vt ſupra probatum eſt, & in hoc fundamento, prima opinio deficit ſimul & veritas eius.

Secund.

Secundo principaliter probatur hęc ſecunda opinio communis, quia omnis iniuria, & irreuerentia loco & tempori ſacro illata, eſt vt ſacrilega iure diuino, & naturali ſpecialiter prohibita. Sed per omne peccatum mortale in feſto commiſſum ſit prędicta iniuria, & irreuerentia illi tẽpori ſacro. ergo ſpeciale peccatum contra feſtũ committitur. Conſequentia patet cum maiore,

&

& minor probatur,quia ſicut per peccatum in lo co ſacro ſciẽter commiſſum fit ei ſacrilega iniuria mortalis, vel venialis ſecundum qualitatem modumq; peccati ibi commiſsi. Quod communiter tenent doctores quãdo locus ſacer eſt obiectum talis actus peccaminoſi interioris, puta uolo furari, occidere, aut aliquem infamare in eccleſia,vt tenet etiam ipſe Silueſter,& Soto vbi ſupra, & Caietanus in ſecundo quodlibeto in 12. reſponſione ad ſecundum dubium, & Angeſt in morali ca.8. Et ſimiliter eſt verum hoc quando locus ſacer non eſt obiectum, ſed circunſtantia actus peccaminoſi exterioris,ſecuodum communiter doctores; uel etiam ſecundum Medina de confeſsione q.11.quando locus ſacer eſt circunſtantia tantum actus peccaminoſi interioris,puta quia ego exiſtens in eccleſia ſciẽter habeo voluntatem fornicandi, vel furandi alibi extra eccleſiam;quamuis Silueſter, Soto & Caietanus in hoc ab illo diſſentiant. In hoc tamen omnes con ueniunt quòd ratione loci ſacri peccatum etiam in ſola voluntate commiſſum,etiam quãdo locus ſacer eſt ſolum circunſtantia aſsiſtens infert ſpecialem aliquam irreuerentiam loco ſacro quamuis venialem,quæ & aliquando poteſt eſſe mortalis ſecũdum qualitatem peccati ibi commiſsi, puta furti, aut fornicationis, aut huiuſmodi. ergo ſimiliter & per eandem rationem per peccatum mortale in feſto cõmiſſum fit ei aliqua ſpecialis iniuria & irreuerentia ſacrilega, maior vel minor,ſecundum peccati tunc commiſsi qualitatem. Quod ideo dico quia per fornicationẽ,aut litem,& ſeditionem voluntariam exteriorem impedientem notabiliter ſpiritus libertatem ad vacandum Deo,maior iniuria fit illi tempori ſacro quàm per ſolam volũtatem, & quàm per alia peccata non ita notabiliter impedientia,vt vbi ſupra dixit ſanctus Bonauent. ideo & doctores communiter non ſolum dicunt, quòd per peccatum mortale violatur præceptum de ſanctificatione ſabbati:ſed etiam quòd violatur ſabbatum,i. præceptum diuinum, vel oaturale de non faciendo iniuriam ſacrilegam tempori ſacro:quamuis Medina vbi ſupra dicat quòd ſolum hoc vltimum dicunt probantq; doctores.

Euaſio. Ad hanc rationem reſpondet Silueſter vbi ſupra quòd licet per peccatum quodcunque fiat aliqua iniuria tempori ſacro, & inde peccatum illud ſit grauius quàm alio tempore cõmiſſum, quod nullus negat:id tamen nõ fit directe,& per ſe,eo uidelicet quòd tali tempore ſit ſpecialiter vllo iure particulari prohibitum:ſed ex ſuppoſitione,quia ſcilicet aliàs per aliud præceptum tale peccatum pro omni tempore prohibitum eſt. ideo talis irreuerentia temporis ſacri noo eſt cõtra aliquod ſpeciale præceptum de non faciendo irreuerentiam tempori ſacro: niſi ipſum tempus ſacrum habeat pro obiecto, puta cũ quis in contemptum feſti peccaret. ſed illa talis irreuerẽtia eſt ſolum venialis, & per modum circunſtantiæ reducitur ad ſpeciem ipſius peccati foroicationis,furti, aut detractionis in feſto commiſsi, ad quam indirecte pertinet, & reductiue. Exempli gratia. Accipere voluptatem ex muliere in die feſto nulli legi repugnat ex ſe, alioqui vbicũque eſſet talis voluptas etiam in reddendo debitum coniugi petenti eſſet mortale,quod abſit:ſed ſolum repugnat legi ſuppoſito quòd mulierẽ aliàs illicite contra aliquam legem cognoſcat: nam ſi talis actus non eſſet aliàs prohibitus, non eſſet iniurioſus tempori ſacro, quamuis eſſet iniurioſus loco ſacro etiã ſi ſit aliàs licitus propter ſpecialẽ eius ibi prohibitionẽ. Etſi noo ſit aliàs niſi peccatum veniale:iam nõ niſi venialis iniuria fieret ipſi tempori ſacro, pertinẽs reductiue ad ſpeciem ipſius peccati,vt dictum eſt. Hæc Silueſter.

Replica. Sed contra hanc euaſionem replicatur. quia licet per hoc præceptum ſanctificationis feſti nõ prohibeatur furari,aut fornicari, & huiuſmodi, aut etiam iniuriam, & ſacrilegium contra tẽpus, aut locum ſacrum cõmittere ſub iis rationibus propriis,ſed per alia præcepta ſpecialia: prohibetur tamen ſpecialiter ipſum, & quodlibet mortale ſub hac ratione videlicet quatenus eſt contra finem ſpecialem huius præcepti, ideſt, cõtra ſanctitatem animæ ibi ſpecialiter intẽtam, vt in prima ratione latius probatum eſt. Ideo falſum eſt, quod vbi ſupra,ait Silueſter quòd ſcilicet nullo iure ſpeciali prohibitum eſt peccatum mortale in feſto committi,ſed ſolum ex ſuppoſitione. Et quòd hoc ſit falſum probatur etiam ex doctrina Durandi in 4.diſt.16.q.3. Vnde Silueſter illam ſuam euaſionem ſumpſiſſe videtur. Nam circunſtantia quæ ſecundum ſe importat diſconuenientiam ad rectam rationem ponit in actu ſpecialẽ rationem peccati diſtinctam ab ipſo peccato, quia ibi ſunt plures deformitates ſpecifice,quarum vna non eſt per ſe determinatiua alterius, ſed in peccato mortali tempore & loco ſacro cõmiſſo, puta, in furto & fornicatione eſt duplex deformitas ad rectam rationem: voa quæ fit contra legem de non furando, & de non fornicãdo; altera eſt irreuerentia loci aut temporis ſacri,vt patet. & voa non eſt determinatiua alterius per ſe, quia poteſt fieri furtum, & fornicatio alio loco & tempore ſine irreuerentia loci & temporis ſacri:& è conuerſo poteſt fieri irreuerentia loco & tempori ſacro per alios actus, quàm per furtũ & fornieationem, & quàm per id quod de ſe eſt peccatum. ergo illa circunſtantia irreuerentiæ temporis ſacri ponit rationem peccati alterius ſpeciei diſtinctam ab ipſo peccato: ſicut & circũſtantia loci ſacri. quapropter ſi illa irreuerentia eſt tam notabilis quòd ſit de genere mortalis peccati,neceſſario confitenda eſt.

Si quæratur quando talis iniuria eſt mortalis, & ſpe-

& ſpecialiter confitenda quando nõn. Reſpon. quòd quando peccatum mortale exterius notabiliter impedit ſpiritus libertatem ne homo poſſit vacare Deo, vt ſunt rixæ, & opera carnalia tũc ſecundum Bonauent. vbi ſupra eſt mortalis iniuria feſti, & eſt mortalis circunſtantia neceſſario confitenda. aliàs ſolum venialis iniuria eſt: & hac ratione non eſſet confitenda neceſſario. at vero alia ratione ſupradicta, quia ſcilicet finem intentum puta ſanctificationem interiorem impedit omne peccatum mortale in die feſto commiſſum circunſtantiam habet contra ſanctificationem ſabbati neceſſario confitendam. Ideo illa prima ratio videtur efficacior magisq; ſufficiens pro hac ſecunda opinione.

Tertia rõ. Tertio principaliter hæc ſecunda opinio probatur. quia niſi ſic dicatur, vtique ſequeretur q̃ ſi quis in fornicatione die feſto occupatus omitteret audire miſſam non teneretur id in confeſſione explicare, ſed ſufficeret dicere, quòd ſine cauſa miſſam omiſit. probatur hæc ſequella. quia ſi ſolum mortaliter peccauit contra ſanctificationẽ ſabbati omittendo miſſam præceptam: nec ratione huius præcepti tenetur niſi tollere impedimenta quatenus tenetur nõ omittere miſſam. ergo non trãſgreditur hoc præceptum fornicando, ſed omittendo miſſam: nec tunc id explicare tenetur, licet alibi teneatur ſicut & alia mortalia confiteri. Si ad hoc reſpondeatur quòd quatenus per illam fornicationem impedita fuit auditio miſſæ, non quatenus peccatum in feſto commiſſum, fuit contra ſanctificationem feſti, & cõfitenda eſt; ſicut & aliud opus quo auditio miſſæ impedita eſt. Euaſio videtur apparens: ſed adhuc concedere cogitur quòd confitendo ſufficit dicere quòd ſe aliis operibus implicando miſſam omiſit.

Quarta rõ. Quarto principaliter probatur hæc ſecunda opinio pér auctoritatem diui Ambroſii ſuper id Luc. 13. Archiſinagogus indignans, quòd Ieſus ſabbato curaſſet &c. qui ait. Lex in ſabbato non hominem curare, ſed ſeruilia opera facere, id eſt peccatis grauari prohibet. & habetur in gloſ. ordi. ibidem. Item gloſ. Mar. 1. & 3. Si licet ſabbatis bene facere? ait. Opus ſeruile peccatum eſt: à quo Chriſtus docet nos ſabbato abſtinere. Item gloſ. ordi. ſuper id Luc. 14. Cuius veſtrum bos, aut aſinus in puteum cadit, &c. ait. in feſto à malis non à bonis operibus feriandum eſt. Item ex Lu. 6. in ſabbato licet bene an male facere? videtur intentum elici ad literam. Nam ex tacita reſponſione Chriſti quòd ſcilicet in ſabbato non licet male facere, ſequitur quòd ratione feſti eſt ſpecialiter prohibitum in ſabbato malefacere. Nam alioqui fruſtra diceretur ſi liceat in ſabbato male facere: cum conſtet id etiam quocunque alio tempore illicitum eſſe.

Item Auguſtinus de decẽ chordis ait. Melius Iudæus in agro ſuo aliquid vtile in ſabbato faceret, &c. vt ſupra in prima ratione principali in tertia probatione maioris, ſeu fundamenti huius ſecundæ opi. habetur.

Item gloſ. interli. Iere. 7. nolite portare pondera ſabbato, ait, pondera, id eſt peccata in ſabbato. & quidem niſi id ſpecialiter in feſto prohibitum eſſet: non magis in ſabbato, quàm alio tẽpore põdera portare, i. peccata committere ibi prohiberetur. Etiam concilium Colonienſe eſt ad idem, vt infra habetur.

Neque valent euaſiones Caietani, & Silueſtri aliorumq; de prima opinione ad prædictas auctoritates dicentium primo quòd prędicti doctores loquuntur, & intelligunt quòd peccata ſunt contra ſanctificationem ſabbati non quidem cõtra id quod ibi præcipitur, ſed contra eius finem intentum. *Euaſio 1.*

Sed contra hanc euaſionem arguitur, quòd ſi ſunt cõtra eius finem extrinſecum. ergo eodem præcepto prohibentur, vt ſupra in prima ratione late probatum eſt. *Refutatio eius.*

Secunda euaſio eſt quòd doctores prædicti loquuntur de illo præcepto miſtice, ſeu moraliter ſimul & literaliter intellecto. Quod inde patet, quia nunc de vno nunc de alio modo intellecto eſempla ponunt vbi ſupra. Nunc autem præceptum morale de cauendo omne peccatum in feſto non eſt ſpeciale, ſed generale de non peccando, tunc vel ſemper ſecundum Thom. & Alexan. Alen. vbi ſupra membro primo, dicit quòd eſt præceptum ſpiritualiter intellectum reductiue incluſum in hoc ſpeciali præcepto de ſanctificatione ſabbati, & per conſequens non eſt ſpeciale præceptum diſtinctum à ſpecie huius præcepti de ſanctificatione ſabbati ad literam intellecto, quapropter. peccatum in feſto ratione feſti non habet aliam ſpeciẽ peccati ab ipſo peccato tunc commiſſo. Nam ſicut animal non addit ſupra hominem: ſic nec fornicatio aggrauatur mortaliter, & ſpecifice ex generali irreuerentia Dei, & ingratitudine, & animæ ſpirituali occiſione, aut ex non declinando malum: quæ ſunt prohibita præceptis ibi ſpiritualiter, aut generaliter incluſis. quia neque ſunt plures deformitates ſpecifice contra ſpeciales prohibitiones diuerſas, ſed generales duntaxat. Similiter facere cõtra vnum præceptum literaliter intellectum, & proprie ſimul & contra aliud miſtice ſumptum non eſt duplex peccatum formaliter: nec ibi eſt circunſtantia alterius ſpeciei, puta fornicatio carnalis, aut auaritia quæ eſt quædam idolatria ſpiritualis, & miſtica, & animæ occiſio ſpiritualis: non tamen propter hoc eſt proprie ſpeciei idolatriæ, aut homicidii: neque vt de peccato idolatriæ, aut homicidii confitendum eſt. ſed doctores ad oſtendendum peccati grauitatẽ ex eius effectibus multa hmõi mala ĩ pctõ cõtineri miſtice, & vere docẽt. *Euaſio 2.*

Sed

Refutatio. Sed certe nec iſta euaſio valet, quia vt patet ex ſupradictis cum prædicti doctores expreſſe dicant quòd in feſto prohibetur peccatum ſicut aut magis quàm opus ſeruile mechanicum. Hoc autem mechanicum opus non niſi ſpeciali præcepto de ſanctificatione ſabbati ad literam intellecto prohibetur. ergo omne peccatum ſimiliter, & non ſolum miſtice, aut generaliter prohibetur ibidem. iniuria quoque quæ ex peccato tempori, & loco ſacro infertur ſpeciale peccatũ eſt.

Euaſ. 3. Tertia euaſio ſpecialiter ad auctoritatem Auguſtini de decem chordis eſt, quòd non intelligitur quòd illa ſola circunſtantia feſti ſit grauius peccatum atque mortalis, ſed quòd aggrauatum ex illa, & ex peccato tunc commiſſo eſt grauius, quàm ſi mechanice in feſto laboraretur.

Refutatio. Contra, quia niſi illa circunſtantia feſti mortaliter aggrauaret: certe non erat cur Auguſtinus, tam acriter reprehenderet illud peccatum magis tunc quàm alio die commiſſum. Si igitur Auguſtinus proprie & uere locutus eſt non poteſt aliter intelligi, niſi quòd comparando ſolam iniuriam, & grauitatem violationis feſti quæ fit per peccatum mortale tunc commiſſum ad violationem feſti per opus mechanicum, cenſet grauiorem eſſe primam quàm ſecundam, aut ſaltem æqualem, & contra ſanctificationem ſabbati: vt ita doceret quomodo à ſabbati violatione hoc, & illo modo cauendum ſit. Vtique contra eos intendit qui non putabant per peccata mortalia niſi per opera mechanica ſabbatum, aut præceptum de ſanctificatione ſabbati mortaliter violari. & ita patet probatio prædictæ ſecundæ opinionis communis.

Hanc ſecundam opinionem expreſſe tenet Alexan. Alen. tertia parte quæſt. trigeſimaſecunda, membro quinto, articulo ſecundo, & membro primo. Et ſanctus Bonauentura, & beatus Thomas, vbi ſupra citati ſunt in prima probatione principali huius opi. Et Albertus Magnus in tertia diſtinct. trigeſimaſeptima. Et Florent. 3. par. ſu. titu. 14. ca. 19. §. 7. Gerſon alphab. 31. T. Nico. Lyr. ſuper id Matth. 12. Si licet ſabbato curare, & Exod. 20. Scotus & Gabriel in tertio diſtinct. 37. & iſte etiam in quarto diſtin. 17. quęſt. prima, conclu. quarta. Adrianus in quarto de confeſsione quæſt. quarta, & in octauo quodlibeto, articulo primo. Angeſt in morali ca. 8. de circunſtantia temporis agens. Clariſsimus doctor Medina magiſter meus de confeſsione quæſt. 10. & de oratione quæſt. decimanona, præceptorium Nider in tertio præcepto ca. primo, & ca. nono, & ſumma Ange. titu. confeſsio. 1. §. 22. titu. ferię §. trigeſimoſexto, titu. interrogationes. circa tertium præceptum. & titu. præceptum. §. quinto, & ſumma Ro. titu. confeſsio. ſecunda. §. ſeptimo, & titu. feriæ. §. ſexto. Et Ambroſius Catharinus contra Caietanum libro quinto, vbi de ſacramento confeſsionis agit. & Abulen. Exod. vigeſimo, quæſt. vndecima in fine, & quæſt. duodecima, idẽ tenet. & quod Exod. 12. quæſt. trigeſimaprima, dicit quòd non omnis peccans in feſto frangit illud, vt ſymoniacus mentalis celebrans intelligitur quòd non frangit illud per opus ſeruile formaliter, & proprie ſumptum: cum non faciat id pro lucro. Frangeret autem ſi pro lucro conueniret, vt tunc cantaret, vel celebraret: quia tunc eſſet opus proprie quamuis formaliter tantum ſeruile ſecundum ipſum: in quo tamen alii diſsident ab eo dicentes, quòd facere opus pro mercede non facit illud eſſe ſeruile ſi ex genere ſuo aliàs ſeruile non eſt. Cum quo ſtat quòd frangit illud feſtum alia ratione, quia ſcilicet mortale peccatum eſt contra finem illius præcepti, & illi iniurioſum, vt ipſe Exod. vigeſimo, vbi ſupra latius docet, & late probatum eſt. Item maioris in 4. diſtinct. 17. quæſt. 4. & plures alii.

Tandem concilium Colonienſe anno domini 1536. in tractatu de exteriori pœnitentia, folio 180. idem tenet, & docet expreſſe dicens, quòd bis peccat qui diem dominicum ſcortis, rixis, & pugnis, & aliis obſcœnis agit.

Et niſi hanc circunſtantiam mortalem eſſe cenſerent doctores ſupradicti, & alii quàm plures quos faſtidii uitandi gratia omitto: vtique non multum curarent eam tam acriter aggrauare; & reprehendere, atque docere eſſe neceſſario confitendam, vti præfatum concilium docet.

Quare hæc ſecunda opinio, vtpote communis omnibus doctoribus antiquis pluribusque modernis, & vtique verior amplectenda eſt: a prima uero, vtpote non niſi paucis neotericis probata, ſed neque ſatis tuta refutanda videtur.

Et nota ſecundum ſummam Angelicam titu. interrogationes. ubi ſupra, quòd quando prædicta circunſtantia feſti fuerit confitenda, non oportet in ſingulis peccatis in feſto commiſſis id explicare: ſed ſufficit dicere, quòd mortale peccatum bis; aut ter, aut toties, vt recolit in feſto commiſit; quòd ſi non recolit, ſufficit dicere multa horum mortalium quæ confiteor tam in hac, quàm in alia materia in die feſto commiſi, & prout occurrebant nulla differentia, aut reſpectu ſacri temporis habito. & id ſufficit quantum attinet ad hanc circunſtantiam feſti confitendam. Quamuis Silueſter aliter ipſam ſummam Angelicam intelligens in titu. confeſsio. 1. quæſt. decima, male mordeat vti ſolet.

Et nota ꝙ ſecundum hanc ſecundam opinionem etiam Iudęi mortaliter peccãtes in ſabbato, vt nunc Chriſtiani, dupliciter peccabant per eandem rationem.

Argum. 1. Contra præfatam ſecundam, & communem opinionem arguitur quincupliciter. primo, præceptum de ſanctificatione ſabbati eſt religionis non charitatis. Sed non omne peccatum mortale contrariatur præcepto religionis, & cultus diuini, vt patet, quia non eſt cõtra diuinnm cultum detrahere, dicere falſum teſtimonium, odiſſe proximum, fornicari, & furari. ergo hæc & alia mortalia tunc commiſſa non ſunt contra præceptum hoc.

Argum. 2. Secundo arguitur, quia eccleſia non habet poteſtatem directe ſuper actus animæ pure interiores, vt ſupponitur, ſed omnia feſta quæ ſunt in lege noua ſunt de iure eccleſiaſtico, etiã obſeruantia dieĩ dominicæ in quam dies ſabbati per eccleſiam trãſlata eſt, quod etiam ſupponitur ſecundũ communiter doctores. ergo peccatum interius non prohibetur ſpeciali præcepto de ſanctificatione feſti, & per conſequens non habet duplicẽ malitiam mortalem neceſſario confitendam.

Argum. 3. Tertio arguitur, nam ex prædicta opinione ſequeretur hoc abſurdum, quòd ſcilicet nullus in die feſto poſſet vnum tantum peccatum mortale, niſi ſaltem duo ſimul mortalia committere. quæ ſequella patet: quia quocunq; peccato quis in feſto peccet peccat etiam contra hoc præceptum de ſanctificatione feſti.

Si dicatur quòd laborans, vel nõ audiens miſſam in feſto peccat vnico peccato contra hoc præceptum de feſti ſanctificatione. Contra, iſte peccat contra præceptum primum de ſanctificatione feſti, peccat etiam contra aliud ſpeciale præceptum de non peccando in die feſti, ſeu de non agendo contra finem præcepti de ſanctificatione feſti, vt ait opinio. ergo peccat duplici peccato mortali.

Reſpon. ad primũ arg. RESPONDEO ad primum argumentum, quòd illa minor eſt vera ſolũ quo ad materiam præcepti: nõ autem quo ad finem eius; nam licet odium proximi, aut homicidium, aut fornicatio non ſit hac ratione materiæ contra præceptum religionis, ex quo horum materia non eſt directe prohibita illo præcepto. at vero ea ratione qua eſt contra finem latriæ, ſeu religionis, vel ſanctificationis ſabbati: iam quo ad finem eius, ſeu formaliter etiam eſt contra præceptum ipſum quo prohibetur etiam illud quod eius fini contrarium eſt.

Reſpon. ad ſecundũ ar. AD ſecundum reſpon. etiam ſuppoſito antecedente, cuius maior non probatur ab omnibus, tamen ea ſuppoſita negatur adhuc conſequẽtia, quia præſuppoſita tẽporis, & loci ſanctitate, ſeu applicatione ad cultum diuinum, modo talis ſanctitas, ſeu applicatio fiat iure diuino, vel naturali modo iure eccleſiaſtico: iam irreuerentia, & iniuria illata tempori, & loco ſacro, & cuilibet eius parti eſt diuino, & naturali, & non ſolum humano iure prohibita. ſicuti licet inſtitutio prælati, & prælaturæ applicatio ad hunc hominem, & benedictio vaſorum, & hominum eccleſiaſticorum conſecratio ſit de iure humano: irreuerentia tamen, & iniuria, & contemptus eorum contra ius diuinnm eſt. Sic in propoſito: maxime quia quo iure, ſiue præcepto prohibetur agere contra religionem, & contra præceptum ſanctificationis ſabbati; eodem etiam prohibetur contra eius finem agere, vt ſupra probatum eſt. Poteſt enim eccleſia præcipere, & prohibere actus interiores, ſi non directe, vt ſecundum opin. communem ſupponitur: bene tamen indirecte, & vt aliquo modo pertinent ad exteriores, id quod in propoſito contingit.

Reſpon. ad tertium arg. RESPON. ad tertium argumentũ concedẽdo ſequellam, vt plurimum. neque eſt abſurdum ꝙ peccãs in materia aliorum peccatorum in die feſto duplici peccato formaliter peccet, vt ibi probatur. peccans aũt in materia tantum huius præcepti, puta opera mechanica exercendo, vel miſſam omittẽdo in die feſto, vnico tantũ peccato peccat contra ſanctificationẽ feſti, & negatur ꝙ tunc peccetur contra aliud præceptũ de non peccando in die feſto ſeu de non agendo contra finẽ eius, quia non eſt aliud præceptũ hoc, diſtinctum à præcepto de ſanctificatione feſti: eodem nanque præcepto præcipitur ſanctificatio feſti ceſſando ab opere ſeruili, & audiendo miſſam: & prohibetur omne contrarium eius fini, vt ſupra probatum eſt. Quo fit, vt ubi eſt vnicus actus tranſgreſſionis in materia huius præcepti, puta opus mechanicũ: vel vnica omiſſio materiæ præceptæ, puta omiſſio miſſæ: ibi ſit vnicum peccatũ tam ex parte materialis, & formalis, & præcepti ſanctificationis ſabbati, quàm ex parte finis contra quem agitur. Vbi aũt aliquid horũ multiplicatur, ſeu in materia alterius præcepti mortaliter peccatur: ibi multiplex rõ peccati, quarũ una contra hoc præceptum, aut contra eius finẽ, aut contra ius naturale, & diuinum de non violando ſanctitatẽ ſabbati ꝑ peccatũ mortale reperitur.

Argum. Si vlterius quarto arguatur, ſi tam omne opus mechanicũ aliàs licitũ, quàm omne peccatũ mortale in hoc præcepto prohibetur eadem ratione, quia. ſ. vtrunque eſt impeditiuũ finis, i. ſanctitatis interioris in eodem præcepto intente: vel quia vtrunque violat ſanctitatẽ tẽporis ſacri, vt probatum eſt. ergo qua ratione vnum modicum opus mechanicum in feſto excuſatur à mortali, ſ. ꝓꝑ modicitatẽ aut paruitatẽ materiæ, ſicut & paruulũ furtum modice rei eſt ſolum veniale peccatũ: ita eadem ratione vnum peccatum mortale parũ durans in feſto, puta fornicatio, non niſi venialis violatio feſti erit. quia parum durat, vt modicum opus mechanicum in feſto, & ſicut tranſacto modico illo opere mechanico poteſt homo etiam ſi ſit aliàs in reatu peccati mortalis in reliqua parte diei feſti ipſum obſeruare, uel ſanctificare,

ctificare, audiendo diuina, & ſe per orationem, & pœnitentiam ad ſanctitatem præparare: ita poſt tráſactum actum peccati mortalis, & eodem modo facere poteſt: quamuis finem præcepti non obtineat, quia nec ad ipſum tenetur.

Reſpon. ad 4. argum. RESPON. negãdo cõſequẽtiã. nã falſum eſt quòd vnum mortale peccatum modico tẽpore commiſſum in modico impediat finem, i. ſanctitatem interiorem huius præcepti ſicut modicum opus mechanicum parum, vel eodem tantum tẽpore durans. Et eſt aperta differentia. Licet. n. peccatum mortale parum duret dum ipſum cõmittitur: at vero ex ſua natura nõ modicum, ſed multum, & omnino impedit finem, i. ſanctitatem interiorem, & ei contrariatur ex quo eã non ſecum compatitur, vt conſtat. Opus autem mechanicum ex ſua natura illam compatitur: inde modicitas, aut paruitas eius actus, vel temporis excuſat à mortali tranſgreſsione huius præcepti. Similiter etiam peccatum veniale ex quo compatitur eandem ſanctitatem: inde cenſetur, vt modicum opus mechanicum factũ in die feſto. quo fit vt quamuis per ſequentem pœnitentiam tollatur impedimentum præcedẽtis peccati mortalis: die feſto commiſsi, non tamen tollitur quin per illud iam ante fuerit feſtum violatum. Rurſus cũ per quodcunque peccatum non deobligetur homo ab obſeruantia diei feſti quantum fieri põt: fit vt poſsit illum ſæpius eodem die interius, & exterius violare ſæpe peccando mortaliter ante & poſt ipſam pœnitentiam: ſicut & eodem die ieiunii ſæpe nolendo ieiunare, aut etiam ſæpius carnes prohibitas tunc comedendo, vti probabiliter tenet opinio.

Argum. 5. Quinto ad idem arguitur. Nam agere contra finem præcepti non prohibetur ipſo præcepto, vt conſtat quando ſemel tãtum, ſed nimis exceſsiue quis comedit cibos non prohibitos in die ieiunii. Tunc enim ſecundum Caietanum ſecunda ſecundæ quæſt. 147. articulo tertio. & Medina de ieiunio non peccat contra præceptum de ieiunando: quamuis peccet contra finem eius, dum contra temperantiam in illo præcepto intentam, non tamen illo, ſed alio præcepto temperantiæ præceptam peccat. ergo ſicut ſufficit tunc confiteri ſe exceſsiue comedendo, vel bibendo peccaſſe non dicendo ſe id in die ieiunii feciſſe: ita de fornicante in die feſto dicendum eſt.

Reſpon. ad 5. argum. RESPON. negando cõſequentiam, etiamſi concederetur antecedens, quod negari poteſt, nec eſt ſimile vtrobique, neque enim nos dicimus quòd ſemper in omni caſu agere contra aliquem finem præcepti prohibetur ipſo præcepto, vt in antecedente ſignificatur: ſed ſolum quando agitur omnino contra finem, vel contra omnem finem principalem, vel ſpecialem ipſius præcepti: ita quòd cum tali actione cõtra finem præcepti ſtare non poteſt aliquis præcipuus, vel ſpecialis finis ipſius; vti ſuperius pro hac ſecunda opinione probatum, & explicatum eſt de correctione fraterna, quando ſic ſcienter fit quòd ex ea peccator peior efficitur. & ita dicimus de peccante mortaliter in die feſto. Exceſsiue autem comedere ſemel tantum in die ieiunii licet ſecundum Caietanum, & Medina de ieiunio, & plures alios non violet præceptum ieiunii, vt in argumento dictum eſt: tametſi Honcala ubi ſupra, & Couarruuias in reſolutionibus lib. 4. cap. 20. num. 11. 12. oppoſitum opinentur. ut vero quòd vt diximus ipſa exceſsiua comeſtio non violet ieiunium, vti ſupponitur, hoc ideo eſt, quia nõ tollit omnino, vel non omnem finem principalem ſpecialiter intentum in præcepto ieiunii: nam cum illo exceſſu contra temperantiam bene ſtat aliquis finis præcipuus, & ſpecialis etiam extrinſecus ipſius præcepti: videlicet quòd per eum modum ieiunii abſtinendo ab aliis cibis ſicut & aliis uicibus, aut horis ipſo die prohibitis peruenire poſsit, & diſponatur homo ad virtutẽ abſtinentiæ, & ad ſatisfaciendum aliquo modo pro peccatis, & alios aliquos fines qui in ieiunio eccleſiaſtico ſpecialiter intenduntur. quo fit, ut per ſolum illum exceſſum illud ieiunii præceptũ licet aliqualiter, aut venialiter, at vero non omnino violetur: ſicut per quodcunque mortale peccatum violatur præceptum de ſanctificãdo diem feſtum.

Si contra hoc replicetur ꝙ nullus peccat niſi quia contra aliquod præceptum agit vel omittit. ſed non eſt præceptum de fine, ſed de mediis ad finem. quia finis ſecundum omnes ſub ipſo præcepto non cadit: ergo non peccatur cõtra ipſum præceptum agendo contra finem ipſius. *Replica.*

RESPON. negando conſequentiam. quia licet non ſit præceptum de fine obtinendo: & ita non peccatur contra ipſum præceptum ſi eius finis non obtineatur uti deberet inferri in conſequentia, eſt tamen præceptum ipſum de non agendo contra finem ipſius, vti ſuperius probatum eſt ꝙ id ipſo, & in omni præcepto prohibetur. Quare ſi in minori huius replica ſubſumeretur perfecte vti erat ſumendum, quòd non eſt præceptum de fine, neque de non agendo contra finem ipſius præcepti: vtique ratione huius vltimæ partis illa minor falſa, & neganda eſſet. *Reſpon.*

Fit igitur ex dictis quòd cum hoc, quòd per peccatum mortale fornicationis furti, aut homicidii in die feſto commiſſum ſpecialiter peccatur contra alia præcepta, & contra aliud ius diuinum, & humanum de non faciendo iniuriam diei feſto: & per id ipſe dies feſtus, aut ſacer violatur, vti clariſsimus doctor Medina, vbi ſupra dicit: cum hoc inquam ſtat ſimul quòd etiam cõtra ipſum præceptum de ſanctificatione feſti ſpecia- *Reſolutio.*

liter peccetur, ex hoc quòd per eam iniuriam, vel irreuerentiam temporis ſacti etiam omnino agitur contra omnem finem præcipuum, & ſpecialem ipſius præcepti. & ita non ſolum ſabbatũ aut feſtum, aut ſacrum tempus, ſed etiam præceptum ipſum ſanctificationis feſti per quodlibet mortale tunc commiſſum ſpecialiter violatur, vt dictum eſt. nam idem eſt violare feſtum, & violare præceptum de ſanctificatione eius: & B. Tho. pro eodem accipit utrunque, vti facile conſtare poteſt eius literam, & intentum intuenti: quamuis meus clariſsimus doctor id inficietur. forte etiam pro concordia prædictarum opinionum dici poſſet, quòd peccatum in feſto commiſſum quamuis ex eo quod eſt contra finem præcepti de ſanctificatione feſti, ſit etiam contra ipſum præceptum, & alterius ſpeciei: non tamen ex eo eſt mortalis circunſtantia, ſed ſolum venialis: & ideo non neceſſario confitenda eſt. neque enim omne quod eſt contra finem præcepti eo ipſo eſt mortale: ſicut neque omne quod eſt contra ipſum præceptum etiam ſi ſub mortali obliget, ſemper mortale eſt: Sed certe cum non ſit modicitas materiæ, neque deliberationis aut voluntarii, non uidetur adhuc quare talis præcepti violatio excuſetur à mortali neceſſario cõfitendi.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum mortaliter in ſomno, uel in uigilia etiam fornicando pollutus licite ſuſcipiat eucharistiam, aut celebret illa die ſi de his ſufficienter contritus, et confeſſus ſit.

Propõ. 1. RESPON. per duas propoſitiones, quarum prima eſt, quòd pollutione nocturna, id eſt in ſomno accidente fœdatus, etiã ſi ex mortali peccato illa proueniat, non peccat mortaliter, ſed venialiter tantum, illa die celebrando, vel eucharistiam reuerenter ſuſcipiendo, ſi de omnibus ſufficienter contritus, & confeſſus eſt.

Quod quadrupliciter probatur. primo, quia illud tantum ſub peccato mortali impedit ſuſceptionem, aut celebrationem huius ſacramenti propter quod homo indigne ipſum ſuſcipit, aut celebrat. ſed ſufficienter contritus, atque confeſſus aliàs deuote, ac reuerenter id ſuſcipiens, aut celebrans ac ſi non ita peccaſſet, poſt quæcunque mortalia commiſſa non aliàs legitime impeditus non accedit indigne. Quod inde patet, quia nihil aliud exigit Paulus, prima Corinth. 11. probet autem ſeipſum homo, &c. ſcilicet per contritionem, & confeſsionem ſecundum Auguſtinum de dogma. eccleſiaſt. ca. quinquageſimotertio, & clarius in epiſtola tertia ad Iulianum comitem ca. 9. & nihil aliud exigit eccleſia in ca. omnis. de pœnitentia & re. nec alibi: niſi quòd communicaturus accedat probatus, id eſt in ſtatu gratiæ ſecundum ſuam probabilem æſtimationem rite contritus, & confeſſus, ut aiunt communiter doctores cum B. Tho. inferius allegati. ergo non mortaliter peccat, neque indigne accedit.

Secundo ad idem, quia uel illa pollutio impedit ſumptionem euchariſtiæ poſt contritionẽ, & confeſsionem, quia ipſa pollutio eſt peccatum, vel quia mentem diſtrahit. non primum: quia grauius eſt homicidium, & non impedit contritum & confeſſum. nec ſecundum; quia tunc legitimus concubitus ſub mortali etiam impediret, quod nullus concedit eſſe niſi veniale: & tamen magis diſtrahit dum in vigilia factus eſt. ergo.

Tertio ad idem, quia non videtur quanto tempore debeat ſic abſtinere ſub præcepto, neque de eo conſtat alicubi, quamuis Albertus Magnus & alii communiter dicant quòd per vigintiquatuor horas abſtinendum ſit: ſed id non probant, niſi de decentia, vt infra ſecunda propoſitione habetur: neque id habet locum ſecundum Palude, niſi quando circa mediam noctem talis pol[-]lutio contingit.

Quarto ad idem faciunt Auguſtinus epiſtola 118. ad Ianuarium dicens ſolum contemptum non vult cibus ille: ſicut manna faſtidium. Et idẽ de dogma. eccleſi. ca. quinquageſimotertio, & habetur de conſecra. diſtinct. ſecunda, ca. quotidie. vbi habetur, omnibus diebus dominicis communicandum hortor: ſi tamen mens in affectu peccati non ſit.

Item Hilarius, & habetur ea. diſt. ſi non ſunt. vbi dicitur ſi non ſunt tanta peccata, vt quis excommunicetur, non ſe debet homo à medicina corporis, & ſanguinis domini ſeparare. quod intellige ſi deuote accedat vti ſuperius ſecundum Thomam declaratum eſt. Et cum præfata propoſitione expreſſe concordat Palude in 4. diſt. 9. q. 3. Et Maioris ibidem q. 2. conclu. 2. & 6. & ſanctus Bonauent. diſt. 12. q. 3. Et Durandus ibidem q. vlti. & Gerſon de præparatione ad miſſam conſideratione 8. & alphab. 37. litera. 3. Et Turrecremata in decreto diſt. 6. ca. 1. & Raulin, ipſum etiam referens in tracta. de euchariſtia ſermo. 8. propoſitione 4. q. R. Et Gabriel in cano. lectio. 10. Et Adrianus in 4. de euchariſtia q. 4. de impedimento pollutionis. Et Caietanus in ſummula tit. cõmunicare. Et Nauarro in ſumma Hiſpane edita ca. 21. nu. 50. Et Silueſter tit. euchariſtia. 3. q. 10. in fine vbi dicit q̃ B. Tho. oppoſitum tenens. 3. par. q. 80. art. 7. locutus eſt ex opinione aliorum. tandem idem tenet Ledeſma ex Victoria prima parte, ſuper quarto ſentẽtiarum q. 21. art. 7. dubio 2. Et Abulen. Matth. 4. ca. queſt. 75.

latius

latius de hoc. cum ſupradictis concordat, & Soto in 4. diſtinct. duodecima quæſt. prima, articulo 7.

Nam Richardus in 4. diſtin. 9. arti. 2. quæſt. 3. & B. Thom. vbi ſupra, & in opuſculo. 64. ca. 7. Vtrum propter pollutionem nocturnam ab euchariſtia abſtinendum ſit cum multis aliis antiquis quos ibi ſequitur videntur tenere oppoſitũ, quòd ſcilicet talis pollutio nocturna ex mortali peccato procedens etiam ſub mortali impedit illa die aſſumptionem euchariſtię, etiamſi homo ille contritus, & confeſſus ſit: niſi ſuperueniat aliqua ratio, vel cauſa rationabilis de qua inferius propoſitione ſecunda habetur, idq; propter rationes tactas in argumento primo inferius, quæ ibi ſoluentur.

Igitur iſte de quo hæc prima propoſitio agit, ſolum venialiter peccat accedens ad euchariſtiam propter aliqualem irreuerentiam, excepto ſi ex cauſa rationabili id fiat, vt in ſecunda propoſitione ſequenti etiam de fornicarie polluto habetur.

2. propoſ. Propoſitio ſecunda. Mortaliter in vigilia, vel per fornicationem illa nocte pollutus, etiamſi ſufficienter contritus, & confeſſus ſit, vtrum mortaliter peccet illa die ad euchariſtiam accedẽs, dubium eſt. Nam Gerſon, & Raulim in tractatu de matrimonio ſermone octauo, cap. & alibi. & Nauarro in ſumma, vbi ſupra cum multis aliis doctoribus tenent, quòd is mortaliter peccat, quia valde irreuerenter accedit: quamuis hoc non ſatis ſufficienter probetur, excepto in caſu quo quis ex magna deuotione, vel ex rationabili cauſa, vel in neceſsitate iam ab omnibus huius peccati reliquiis purgatus accederet: tunc enim ceſſat ratio peccati mortalis, vt ex prima propoſitione liquet. Immo & venialis peccati ratio ceſſat omnino ſi ſit magna, & inſolita deuotio, vel obligatio pro ſe, vel pro alio, tunc celebrandi, vel neceſsitas, quia videlicet eſt dies feſtus, nec eſt alius qui populo celebret, vel quia eſt dies quo ipſe cum aliis communicare, aut celebrare debet, ita quòd ſine ſcandalo, aut notabili nota id omitti non poteſt. Et in hac exceptione omnes doctores conueniunt. Sed Soto, & Nauarro in ſumma poſtea emendata, vbi ſupra ex Palude, & Silueſtro cum multis aliis doctoribus tenent, quòd niſi alia irreuerentia vel diſtractio notabilis interueniat non peccat mortaliter celebrando illa die, vel nocte mortaliter in vigilia pollutus ſi contritus, & confeſſus eſt: quia nulla ratione ſufficiente probatur. & hæc opinio probabilior eſt.

Fit ex dictis ſecundum omnes, quòd religioſi qui raro in tali peccato incidere ſolent, & alii eiuſmodi viri ſpirituales qui ſtatim redeunt ad cor, & ſe recolligunt conſcientiam, & mentem à dicto peccato eiuſque reliquiis omnino repurgantes, & deuotiores inde ſæpe redduntur, vtique ſine mortali, & ſæpe ſine veniali illa die contriti, & confeſsi ad hoc ſacramentum, vel ad celebrandum accedant.

De aliis autem non mortaliter, ſed ſolum venialiter in ſomno, vel etiam in vigilia pollutis conſtat, ſecundum omnes, quòd ſolum venialiter, & aliquando nullo modo peccant cum deuotione ad euchariſtiam accedendo, vel celebrando: maxime ſi iam contriti, & confeſsi ſint. Et quamuis tunc de conſilio abſtinendum ſit: at cum deuotione accedere non eſt ueniale, immo & cum magna deuotione, vel ex rationabili cauſa aliqua de ſupradictis accedere, & celebrare melius, & ſæpe meritorium eſt. Videatur B. Thom. & Gerſon cum aliis doctoribus vbi ſupra.

Argum. Contra ſupradicta arguitur, & maxime contra primam propoſitionem. primo, quia Exod. 19. Et Leuit. 7. & 15. ca. Et Deut. 23. taliter polluti erant immundi vſque ad veſperam poſt ueſtium lotionem. Et primi Reg. 21. de panibus propoſitionis pollutis non erat licitum veſci, & illi panes ſignificabant hoc ſacramentum.

Item de pœnitentia diſt. 1. ca. nonnulli. canibus, & porcis ſancta dari non debent, & quia tales irreuerenter accedunt.

Reſpon. RESPONDEO, ſecundum Gregorium in epiſtola ad Auguſtinum epiſcopum Anglorum ca. 10. ca. 11. & habetur diſtinct. 6. ca. teſtamentum. Illa erant ceremonialia quæ iam non valent: niſi quo ad intellectum ſpiritualem, quòd ſcilicet culpam illam lachrimis pœnitentiæ ille pollutus abluat: & quouſque ignis tentationis cum ſuis reliquiis abſceſſerit ad ſancta non accedat, vt ſupra declaratum eſt, quòd aliquando quidem ſub mortali: aliquando ſub veniali: aliquando vero ſine vllo peccato talis accedit. Et aliquando de decentia, & conſilio, aliquando de neceſsitate præcepti debet abſtinere.

Ad ca. autem. nonnulli. Reſpond. quòd poſt contritionem, & confeſsionem deuote accedens non canis, nec porcus eſt.

Ita etiam in caſibus ſupradictis aliquando de pręcepto ſub ueniali, aut ſub mortali aliquando ſolum de conſilio, atque decentia huic ſummo ſacramento ſumma debetur reuerentia munditiæ corporalis.

QVAESTIO OCTAVA.

Verum quoties quis in ſtatu gratiæ ſumit euchariſtiam, ſed ſine actu charitatis, quia diſtractus, uel quia accipit per actum qui eſt peccatum ueniale, puta ſtatim poſt mortalem pollutionem, uel ex uanagloria, & huiuſmodi, ita quòd illa ſumptio peccatum ueniale tantum eſt, charitatis augmentum, & gratiæ accipiat.

1.Opin. RESPONDEO. in hoc eſt duplex opinio. prima Caietani in 3.par.q.79.artic.1.& 8.quòd non tunc, ſed poſtea quando ceſſantibus his impedimentis diſpoſitus fuerit. Et ad idem eſt ipſo 1.2.q.vlt.art.8. Et 2.2.quæſt.24.art.6.

Quæ opinio probatur ſexcupliciter. primo, quia hoc ſacramentum eſt nutrimentum in vita ſpirituali, ſed non nutritur per talem cibum niſi qui per actum vitalem ſumit illum, vt patet etiã in nutrimento corporali. talis autẽ actus non eſt peccatum veniale, neque actus diſtracti ſumentis. ergo.

Secundo, quia ſi ſemper gratia augeretur ſequeretur ꝙ multi ſacerdotes etiam religioſi qui ſic fere quotidie accedunt haberent magnã gratiam, ſed conſequens hoc videtur falſum: quia tepide operantur diligendo Deum, & alia bona faciendo. quod certe non facerent ſi ita magnam gratiam haberent.

Tertio, quia cum illa ſumptio ſit peccatum: iã ergo per & propter peccatũ datur gratia, & per opus demeritorium, quod implicare videtur.

Quarto, quia ſequeretur quòd pueris daretur gratia ante vſum rationis ſi ſumant hoc ſacramẽtum: ſicut in eccleſia olim alicubi fiebat. poſtquã non requiritur deuotio actualis. Et ſimiliter furioſis, & amentibus qui hoc ſacramentum ante petierant.

Quinto, quia B.Tho.in 4. diſt.12.q.2.art.1.q.3.dicit quòd cum peccato veniali nõ recipit quis gratiam etiam cum ſacramento, & idem in q.7. de malo art.12.ad ſecundum dicit nulli unquam infunditur gratia ſine actuali feruore charitatis.

Sexto, quia ẽt ſi gratia cõferatur, & augeatur: ẽt per quodlibet opus meritoriũ extra ſacramentum, quia non eſt habitus operatiuus, vt ingenue Soto de natura, & gratia lib.2.ca.17. confitetur. at vero ꝙ charitas nõ augeatur, ſic probat ibidẽ. quia habitus operatiui dum remiſſe operãtur potius remittuntur quàm intenduntur, vt patet in remiſſe orante, canente, prædicante, prælíãte, & huiuſmodi, vt late probat Caietanus 2. 2. q. vbi ſupra. propter quod Ber. & Richar. de ſancto Victore ſæpe dicunt ꝙ in via Dei non progredi regredi eſt: & non proficere eſt deficere. Et Hiere. 48. maledictus qui opus Dei facit negligenter, aliàs fraudulenter. Nunc autem charitas eſt habitus operatiuus ad opera charitatis immediate inclinans. ergo non ſemper augetur in diſtracto, aut cum peccato veniali culpabiliter ſumẽte hoc ſacramentum.

SECVNDA opinio eſt in oppoſitum, quæ cõiter tenetur à doctoribus, & expreſſe à B. Thoma 3.par. q.79.art.8. vt bene eã refert ex Victoria Ledeſma, vbi ſupra q.20.art.1.dub.4.& artic. 8. quamuis talis homo de quo eſt dubium præſens ratione dicti impedimenti non habeat illam refectionem actualẽ dulcedinis ſpiritualis, i. actualem delectationem ſpiritualem. at vero augmentum gratiæ ex opere operato, ſeu virtute huius ſacramenti ſemper habet, quamuis Caietanus male interpretetur beatum Thomam. 2.Opin.

Hæc opinio probatur tripliciter. primo, quia non poteſt ad euchariſtiam quis accedere in gratia ſimul & indiſpoſitus: niſi aut quia non habet actum charitatis: aut quia cũ veniali accedit in ipſo actu ſumptionis venialiter peccans. ſed neutrum iſtorum impedit effectum gratiæ ſuſcipiendæ. ergo. Conſequẽtia patet cũ maiore: & minor probatur quo ad non habentem actum charitatis dupliciter. tum primo, quia ſacramẽtũ hoc cõfert illud augmentũ gratiæ ex opere operato: ad quod non requiritur actus; ſed ꝙ præceſſerit in adulto, & abſit contemptus. Quod inde patet: quia freneticis, & amentibus qui prius hoc ſacramentũ petierunt cõceditur. 26.q.6.c.is qui. & c. qui recedunt. ſi in illis ſigna cõtritionis apparuerunt. & ſimiliter infantibus ſi nunc daretur ſicut olim in aliquibus eccleſiis dabatur, vt refert Auguſt. epiſtola 23.26.107.& lib.3.de trini. ca.10. & de peccatorum meritis, & remiſſ. li.1.ca.10.& contra duas epiſtolas Pelagii li.1.c.12. Et cõtra Iulianũ li.4.c.4.& li.1.c.1.& li.3.ca.1. Et Hiero. in dialogo contra Luciferianos. Et Cypria. ſerm. 5.de lapſis, & habetur de cõſecr. diſt.4.c.ſi quis, ex Auguſtino de eccleſiæ dogma. quãuis modo eis non detur, neque debeat dari, nec ſit neceſſariũ ſecundum B.Tho.3.par.q.80.art.9. & cõiter doctores. tamẽ ſi illis daretur ſicut olim dabatur vtique illi ſicut & frenetici reciperent gratiã ſacramẽtalem: quia ad hoc dabatur illis vltra alios effectus ſacramenti, vti ex Victoria dicit Ledeſma vbi ſupra q.21.art.9.dub.2.& 5. contra Caietanũ vbi ſupra, & contra Maioris in 4.diſt.9.q.1. art.2. Tũ ſecundo, quia expreſſe dicit B.Tho.in 4.diſt.16.q.2.ar.1.q.1.ad 3.ꝙ ad recipiendã gratiã nõ ſemper requiritur actualis actus, ſeu intẽtio: ſed ſufficit habitualis, vel vt alii clarius dicũt virtualis, videlicet habuiſſe actũ, & non mutaſſe intentionem voluntarie. Hæc ille. Et conſonat idem 3.par. q.79.artic.8. & ita patet minor quo ad non habentem actum.

Et quo ad peccatũ veniale ẽt ꝙ non impediat infu-

infuſionem gratiæ, patet: quia nihil impedit nec expellit aliud puta gratiam, niſi quod eſt illi cõtrarium. Sed veniale non contrariatur gratiæ habituali nec quo ad infuſionem nec quo ad exiſtẽtiam, alioqui propter veniale quis damnaretur: quia propter illud gratia priuaretur: igitur gratia & peccatum veniale bene ſtant ſimul, tam in exiſtentia quàm in infuſione videlicet in eo tẽpore quo fit & infunditur ante vel poſt aut ſimul vtrunque, nam eadem vtrobique ratio eſt.

Secundo probatur ſecunda opinio, quia attritus ſine affectu peccati mortalis ſecundum omnes Thomiſtas, & multo magis ſi probabiliter ſe æſtimat contritum ſecundum communiter doctores, confeſſus accedens ad euchariſtiam habet gratiam ſacramentalem qua de attrito fit cõtritus, vt de hoc ſupra q. 2. latius agitur: ergo à fortiori contritus & confeſſus communicans nonobſtante actuali diſtractione & veniali peccato gratiam ſacramentalem habebit.

Tertio ad idem: quia ſi iſte ſtatim moreretur vtique tunc in eadem diſpoſitione exiſtens gratiam ſacramentalem communicãs haberet, quia etiam ſecundum ipſum Caietanum vbi ſupra nõ priuatur illa in æternum. ergo etiam tunc ante mortem communicans viuus & ſanus. probatur conſequentia. quia ponatur quòd iſte non erit poſtea melius diſpoſitus quàm nunc, & quidem ſtatus vitæ vel mortis per accidens eſt & impertinens ad virtutem ſacramenti, & per conſequẽs ad gratiam ex opere operato obtinendam.

Reſpon. ad primam rationem. Ad rationes igitur prioris opinionis, Reſpon. ad primam negando conſequentiam: quia licet illud peccatum non ſit actus vitalis requiſitus: ſufficit tamen quòd ille homo habet vel habuit alium actum vitalẽ, quo videlicet voluit vel nũc etiam vult accipere ſacramentum manẽs in gratia ad hoc quòd eius augmentum virtute ſacramenti accipiat.

Ad ſecundam. Ad ſecundam Reſpon. concedendo ſequellã; & ad eius improbationem dico quòd ratio quare illi ſacerdotes cum magna gratia tepide operantur, non eſt defectus gratiæ quam habent: ſed quia gratia vt talis non eſt habitus immediate ad operandum vt bene dicitur in concilio Mileuitano: ſed mediate, nempe per habitus charitatis & aliarum virtutum. Nam gratia immediate acceptum facit Deo: non autem diligit ſed charitas ſeu quatenus charitas eſt, vt latius de hoc in reſponſione ad vltimum habetur. Item nec gratia nec charitas aut habitus quicunq; cogit habẽtem, ſed inclinat ſuauiter ad ſuum opus ſi velit ea vti: & ſępe non ſentitur. inde illi non operantur ſecundum talem inclinationem: quia ex culpa ſua nolunt vti gratia & habitibus & aliis donis quæ habent ſecundum totam eorum inclinationem. Quod præcipue dupliciter contingit; tum, quia occultis quibuſdam vitiis laborant, qualia ſunt, in ordinatus ſui amor, propria voluntas & delectationes ſenſuales, quibus paulatim gratia Dei amittitur ſi illa ſtudioſe ſectẽtur. Nobilis namque amicitia Dei riualem non admittit, ſed cor ſolum ſola vult poſsidere: vt ait Bernardus. tum etiam quia ex conſuetudine plerique potius quàm ex affectu ſeu charitate operante accedunt; nec apud ſeipſos permanent. Ideo tanquam ab ingratis Deus ſua dona tollit ſecundum Matth. 25. habenti, id eſt, bene vtenti donis acceptis, dabitur: ei autem qui non habet, id eſt, qui non bene vtitur, & id quod habet, id eſt, quod accepit, auferetur ab eo, vti Crhyſoſtomus exponit.

Reſpon. ad tertiam. Ad tertiam Repon. dupliciter. primo, ſecundum Ledeſma vbi ſupra q. 20. art. 8. ex victoria, quòd non datur gratia propter peccatum formaliter: ſed propter operationem quæ eſt ſumptio ſacramenti, non quia peccatũ ſed quia ſumptio eſt. Hæc ille. Sed hæc reſpõſio non videtur bona, tum quia ſimiliter dicere poſſemus quòd per peccatum poſſumus mereri gratiam, nõ quatenus peccatum, ſed quatenus actus vel operatio eſt, quod concedere eſt abſurdiſsimum, & implicat quòd per peccatum mereamur: quamuis per alium actum coniunctum peccato mereri poſsimus. Immo per peccatum etiam veniale non meremur apud Deum præmium aliquod temporale, vt latius de hoc agit Nauarro in ca. quando. de conſe. diſtin. 1. c. 20. num. 29. 30. 66. 67. 68. 69. tum etiam quia falſum eſt proprie loquendo quòd propter illam culpabilem ſumptionem, aut etiam propter actum ſumptionis obtinemus gratiam ſacramentalem. Nam ly propter dicit cauſam ſeu rationem vnde illa gratia prouenit quæ non ex opere operantis ſed ex opere operato virtute ſacramenti confertur.

Ideo ſecundo & melius Reſpon. concedendo quòd per peccatum non propter peccatum habetur gratia ſacramentalis ex opere operato de qua loquimur, nec id eſt inconueniens: ex quo nõ virtute aut merito aut ratione operis operantis confertur, ſed per illud opus aut mediante illo, ita quòd actus ille ſumptionis culpabilis & peccatum illud eſt, nõ meritum ſed medium aut cauſa ſine qua non illius ſacramentalis gratiæ virtute ſacramenti prouenientis. Et ita per peccatum proprie non meremur gratiam ſed eſt medium quo habemus ſacramentum virtute cuius gratiam obtinemus. Quod ſi ly propter dicat medium aut cauſam ſine qua non, ſicut ly per, tunc conceditur quòd per & propter peccatum & per opus demeritorium datur gratia adq; ſenſum iam declaratum: non tamen quòd per peccatum gratiam mereri poſsimus vt dictum eſt.

Reſpon. ad quartam. Ad quartam de pueris & furioſis conceditur vt ſupra in prima probatione huius ſecundę opinionis dictum eſt. Item non eſt eadem ratio

quia

quia illi nunquam habuerant actum vt adulti.

Reſpon. ad quintam. Ad quintam ex B. Thoma in 4. diſtin. 12. Reſpon. vt Ledeſma vbi ſupra q.20. art.1. quòd ipſe poſtea ſe correxit in 3. par. q.79. art.8. vt ſuprà dictum eſt.

Ad aliud in 7. q. de malo Reſpon. quòd intelligitur ſine ſacramento aut ex opere operantis: ſecus ex opere operato ſacramenti.

Reſpon. ad ſextam. Ad ſextam Reſpō. quòd id ſolum procedit ſecundum B. Tho. & alios tenentes quòd gratia & charitas ſunt diuerſi habitus realiter diſtincti: non autem ſecundum Scotum & alios tenentes quòd ſunt idem habitus realiter & ſolum diſtinguuntur ratione effectuum: quia quatenus gratum facit Deo dicitur gratia: & quatenus inclinat ad diligendum illum dicitur charitas. de quo Vega de iuſtificatione lib. 7. cap. 25. latius egit vſque ca. 27.

Secundo dico, quòd illa maior eſt vera quòd ſcilicet habitus remiſſe operantes remittuntur, non quidem quo ad ſubſtantiam ipſorum ſed quo ad ſuos actus, quia ſcilicet producūt actus remiſsiores. Cum quo ſtat quòd etiam per illos actus remiſsiores ipſi habitus formaliter intendantur vel augeantur: maxime ſecundum opinionem communem quòd intenſio fit per additionem gradus ad gradum. & præcipue hoc eſt verum in habitibus infuſis quorum eſſe vel infuſio & augmentum eſt à ſolo Deo effectiue ſecundum meritum vel diſpoſitionem ſuſcipiētis, igitur nō requiritur alia intenſio vel conatus voluntatis actualis ex parte noſtra; niſi ſolum diſpoſitio de lege neceſſaria ad gratiæ infuſionem & augmentum ex opere operato vel virtute ſacramenti obtinendum: quicquid ſit de gratiæ & charitatis augmēto ratione operis meritorū vel ex opere operantis proueniente, de quo inferius ſecundum varias doctorum opiniones tāgemus. quia ſacramenta ſunt inſtituta diuinitus ad remedium & adiutorium gratiæ etiam nunc ante mortem præſtandam ea digne vel non indigne ſuſcipienti.

Argumē. 7. Si tandem ſeptimo arguatur replicando contra ſupra dicta, quòd gratia ſacramentalis ex opere operato datur ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientis, maior vel minor ſecundum B. Thomam & communiter doctores vt ſupra q.3. in 5. opinione propoſitione. 4. latius habetur. ergo vbi nulla eſt diſpoſitio, qualis in propoſito contingit, ſequitur quòd nulla gratia recipitur.

Reſpon. ad ſeptimam. Reſpon. ad ſeptimam negando quòd nulla eſt ibi diſpoſitio. dico enim quòd ſicut in illo eſt actus vitalis præcedens, ſcilicet volitio ſumendi hoc ſacramentū in ſtatu gratiæ: ita eſt diſpoſitio ſecundum quam gratia confertur virtute huius ſacramenti.

QVÆSTIO NONA.

Vtrum per quodlibet opus meritorium, gratia vel charitas augeatur.

Respondeo quòd quo ad hoc ſunt quatuor dubia enodanda, quorum primum eſt. Vtrum habitus infuſi augeantur ſecundum proportionem aut quantitatem meriti aut intenſionis gradualis actus. *Dubium. 1.*

Ad quod Reſpon. quòd licet in hoc ſint opiniones tamen probabilius eſt quòd augeantur ſecundum proportionem aut quantitatem meriti: non autem ſecundum quantitatem intenſionis, niſi quatenus talis intenſio actus facit ad meritū. *Propo.*

Pro probatione ſupponatur quòd meritum non proportionatur intenſioni actus interioris, ita quòd ſi dilectio Dei ſit intenſa vt tria ſit etiā meritoria vt tria, ſed vt etiam refert Almayn in morali tracta. 2. ca. 10. ſecundum communiter doctores proportionatur & attenditur ſecūdum conatum voluntatis, & gratiæ ſuæ charitatis cōcurſum, & obiectum & alias circūſtantias actus. quod patet de eo qui dat eleemoſynam vnius oboli vel leuem patitur iniuriam per actum intēſiorem: quàm alius qui per actum remiſſum totam ſubſtantiam pauperibus diſtribuit vel patitur martyrium, aut qui cum maiori difficultate idem opus per actum remiſſum operatur, quia iſte plus meretur quàm ille primus.

Quo ſuppoſito probatur opinio vel propoſitio ſuprà poſita. primo, quia virtutes infuſę ſunt dona ſolius Dei & quodammodo præmia quamuis non finalia actuum bonorum. ergo melioribus & melius vtentibus illis dātur meliora dona atque virtutes & earum augmentum, magis aut minus ſecūdum maius aut minus meritum vniuſcuiuſque in eis, quantumcunquę alius habeat actus intenſiores ſed non ęque meritorios. & hęc conſequētia patet, quia videtur inconueniens quòd qui eſt melior per maius meritum non habeat maiorem charitatem & gratiá, cuius augmentum eſt quodammodo præmium, licet non conſumatum vt dictum eſt.

Secundo probatur idem, quia Matth. 25. habetur in parabola de quinque talentis. Euge ſerue bone quia in pauca fuiſti fidelis &c. Sequitur habenti dabitur, id eſt, bene vtenti dabitur amplius ſecundum Chryſoſt. & alios doctores. nullus autem melius vtitur & fidelius quàm qui melius & meritorie operatur: ergo ipſi datur à Deo augmentum ipſorum donorum & charitatis quibus prædicto modo bene vſus eſt.

Si contra hoc arguatur pro oppoſita opinione, primo, quia habitus infuſus augetur meritorie ſicut effectiue ab actu augeretur ſi actus eum poſſet augere. Sed ſi augeretur effectiue ab actu, certe ſecundum eius intenſionem gradualem &

non

non ſecundum meritum augeretur: vt patet de habitu acquiſito qui augetur ab actu meritorio nõ ſecundum proportionem meriti ſed ſecundũ gradualem eius intenſionem, ergo ſimiliter de habitu infuſo dicendum eſt.

Reſpon. Reſpon. negando maiorem, quia ſi augeretur ab actu augeretur naturaliter, & per conſequens ſecundum intenſionem naturaliter operantem: meritorie autem à ſolo Deo effectiue & libere, quamuis ſecundum meritum actus vel perſonę augetur.

Argum. 2. Secundo arguitur, quia per actum meritoriũ virtutis acquiſitę augetur habitus infuſus, ergo proportionabiliter ſicut augetur habitus acquiſitus ſecundum intenſionem gradualem & non ſecundum meritum illius actus, ita etiam augetur habitus infuſus.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam, neq; enim eſt eadem ratio, quia actus meritorius virtutis acquiſitę non auget effectiue & naturaliter habitum infuſum ſicut auget acquiſitum: ſed ſolus Deus libere & effectiue auget habitum infuſum ad poſitionem actus meritorii virtutis acquiſitę, & ſecundum meritum nõ ſecundum intẽſionem eius, vt dictum eſt.

Argum. 3. Tertio arguitur, quia augmentum charitatis non facit per ſe ad præmium ſed ſolum ad intenſiorem actum eliciendum. Præmium namque glorię nõ eſt reſpectu charitatis ſed gratię: neq; charitati ſed gratiæ aut quatenus gratia eſt, reſpondet, vt infra in ſecundo & tertio dubio latius de hoc. ergo ex intenſione charitatis potius habetur reſpectus ad intenſionem quàm ad meritum actus.

Reſpon. Reſpon. negando antecedens quatenus dicitur ibi quòd charitas ſolum facit ad intenſionem & non ad meritum actus. Nam & ſecundum B. Tho. in 1. diſt. 17. q. 2. art. 3. & ſecunda ſecundæ q. 24. art. 6. facit & præcipue ad actum meliorẽ & digniorem, & per conſequẽs meritorium magis vel minus eliciendum, quamuis gratia ſecundum ipſum B. Tho. vel ipſemet habitus vt eſt gratia ſecundum Scotum faciat gratum Deo & ſit diſpoſitio ad gloriam.

Dubium 2. Secundo dubitatur, Vtrum quilibet actus procedens à charitate ſit meritorius gratiæ & glorię & eam augeat.

Ad quod ſupponatur quòd ſunt opiniones ſi gratia & charitas infuſa ſit vnus & idem habitus realiter an diuerſi. Nam Thomiſtę tenẽt quòd ſunt diuerſi habitus ſeu qualitates; & gratia facit gratũ Deo: charitas autem inclinat ad Deũ amandum, quamuis ſemper ſint ſimul. Scotus vero & nominales & alii tenent quòd eſt vnicus habitus & ſolum diſtinguitur quo ad effectus: & nomine tantum diuerſificatur. Nam quatenus gratum facit Deo dicitur gratia: quatenus autẽ inclinat ad ipſum amandũ eſt & dicitur charitas.

Propo. 1 Quo ſuppoſito ad dubium Reſpon. per tres propoſitiones. prima eſt quòd per quemlibet actum meritorium vel à charitate procedentem quantumlibet remiſſum homo meretur nouam gloriam eſſentialem: & eam maiorem habebit. Probatur primo, quia ex fide & ſacra ſcripturà tenemus quòd pro bonis actibus ex gratia procedentibus aut propter Deum factis meremur & habebimus prẹmium in cœlo. ad Rom. 2. reddet vnicuique iuxta opera ſua. Et Apoc. 14. Opera illorum ſequuntur illos. Et Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Et omnis qui reliquerit domum aut patrem &c. centuplũ accipiet & vit. ęter. poſs. & c. 10. qui dederit calicem in nomine diſcipuli non perdet mercedem ſuam. Et c. 28. Eſuriui & dediſtis mihi &c. ideo venite benedicti &c. Nunc autem per actus etiam remiſſos implentur prædicta mandata & conſilia: etiam martyrium quis per actum remiſſum pati poteſt, ergo pro illis meretur & habebit vitam æternam. Aliàs pro merito de condigno non daretur homini præmium ſibi ex lege debitum.

Secundo probatur idem, quia aliàs viri perfecti eſſent ex hoc peioris conditionis, ſi videlicet habentes habitus charitatis intenſiſsimos, aliquando forte minus intenſos actus eliciẽtes penitus prẹmio fruſtrarentur: qui tamen actus apud imperfectos eſſent valde meritorii.

Tertio probatur idem, quia videtur abſurdum quòd ſi quis heri habuiſſet actum vt decẽ, & pro illo magnum præmium habuiſſet: & hodie quia ex illo actu creuit ille habitus qui, vt ſupponitur, heri erat remiſsior, iam inquam hodie pro ſimili actu vt decem nullã mercedem habeat. & ita gratia vel charitas maior quam nunc habet, eſſet illi cauſa non merendi nũc maiorem vel eũdem gradum glorię quem heri meruit cum gratia aut charitate minori. Quod tamen inde patet falſum: quia maior gratia illius eſt circunſtantia perſonæ reddens illum, & ex conſequenti opus eius magis acceptum Deo ad maiorẽ gloriam.

Quarto probatur idem, quia contritio quantumcunque remiſſa dummodo alias habeat debitas circunſtantias eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam & gloriam.

Hanc opinionem tenent communiter doctores cum Scoto in 4. diſt. 14. & in 1. diſt. 17. & in 2. diſt. 27. & B. Tho. prima ſecundæ q. vltima art. 8. & ſecunda ſecundæ q. 24. art. 6. quamuis forte in primo ſententiarum diſtin. 27. q. 2. art. 3. & in 2. diſt. 27. q. 1. art. 5. cum quibuſdã aliis, ſicut de charitatis augmento aliter ſenſerit. Sed nunc cõmuniter inter doctores dubium non eſt de gloriæ augmento: licet varie opinentur vtrum per actus remiſſos gratia vel charitas augeatur & quando.

Propo. 2. Secunda propoſitio. per quemlibet actum meritorium quantumcunque remiſſum etiam meretur

tur homo nouã gratiã, quia gloria proportioné habet ad eã tanquã ad diſpoſitioné de lege prerequiſitam, ex quo gloria eſt ipſa gratia conſumata vt declarat B. Bonauentura in 2. diſtinc. 27. art. 2. q. 3. ergo per eundem actum meritorium gloriæ meretur homo nouam gratiam, & in hoc conueniunt omnes doctores cum B. Tho. prima ſecundæ q. vlt. art. 8. & ibi Caietanus, quamuis forte etiam in hoc cum quibuſdã aliis aliter ſenſerit in 2. diſtinct. 27. q. 1. art. 5. ſicut & de merito augmenti gloriæ vbi ſupra in prima propoſitione dictum eſt. quamuis etiam de tempore huius augmenti gratiæ & charitatis varie doctores opinentur vt in tertia propoſitione ſequenti latius.

Propo. 3. Tertia propoſitio: probabilius eſt quòd ſtatim vt homo meretur gloriam vel eius augmentum etiam per actum remiſſum datur & augetur gratia nec differtur in poſterum. Dico hoc eſſe probabilius: ſunt enim duę opiniones circa id. Nam B. Tho. vbi ſupra in 2. diſtin. 27. & prima ſecundę q. vlt. art. 8. & ibi Caietanus & Durandus & alii Thomiſtę ea. diſt. cum aliis doctoribus tenentibus quòd gratia & charitas ſunt habitus diſtincti. *Opinio 1.* dicunt quòd tale gratię ſicut & charitatis augmentum non ſtatim datur ſicut nec gloriæ: ſed eo tantum tempore quo quis fuerit ſufficienter diſpoſitus ad id: quod tunc ſolum eſt quando homo ita vtitur gratia accepta ſecundum proportioné virium ſuarum vt in nullo deſit ipſi gratię acceptę per negligentiam.

Scotus autem in 4. diſt. 21. & in 1. diſt. 17. tenens gratiam eſſe eundem habitum cum charitate quamuis in effectibus diuerſum, dicit idem cũ B. Tho. ſed ſuper addit quòd ſi in hac vita propter defectum diſpoſitionis ſupra dictę non datur augmentum gratiæ reſeruatur pro tempore mortis vbi gloria danda eſt ſimul cũ gratiæ augmento quæ ad gloriam eſt diſpoſitio prerequiſita: & tunc augetur ille habitus in eſſe gratię vel ad effectum gratiæ: etiam ſi non augeretur in eſſe charitatis inclinantis ad opera eius. Et idẽ tenet Richardus in 2. diſt. 16. cum aliis, ratio diuerſitatis gratiæ & charitatis patebit amplius ex tertio dubio ſequenti. Ideo ſecundum omnes prædictos doctores non eſt opus ſi actus eſt nũc meritorius gratiæ quòd eam mereatur dari pro nunc, ſed pro ſuo tempore ſupra dicto, nec niſi pro tunc debita eſt.

Opinio. 2. Alia eſt opinio ſecundum quam tertia propoſitio poſita eſt, quam tenent communiter doctores moderni cum nominalibus, vt refert etiam Gabriel in 1. diſt. 17. q. 4. & in 2. diſt. 27. & in 4. diſt. 14. q. 3. dub. 3. Et Almayn eadem diſtin. & in morali. 2. tracta. c. 12. & tenet etiam Victoria in relectione de augmento charitatis. Quæ probatur tripliciter. primo, quia tenendo cum Thomiſtis quòd gratia diſtinguitur à charitate ſtat quòd augeatur gratia & non charitas infuſa: ſicut communiter dicunt doctores de Chriſto qui habuit infinitam gratiam non autem infinitam charitatem nec infinitas virtutes nec actus omnes infinite meritorios. hoc ſuppoſito probatur propoſitio. Quia quilibet actus meritorius etiã remiſſus auget gloriam ſecundum totam latitudinem actus, ita quod tot gradus glorię ei reſpõdent quot ſunt gradus meriti vt ſupra in prima propoſitione habetur. Nunc autẽ gloria & gratia ſibi correſpondent ſecũdum communiter doctores. ergo ſi iſte per tale opus meritorium etiam remiſſum eſt nunc gratior Deo vt duo quàm antea erat, ſequitur quòd nunc eius gratia eſt aucta vt duo pluſquã erat. probatur hæc conſequentia. quia nihil aliud eſt eſſe gratius Deo quàm eſſe ei magis acceptum per maiorem gratiam. & hoc idem ſequitur tenendo quòd eſt idẽ habitus gratiæ & charitatis. Stat enim quòd per tale opus meritorium iſte qui eſt gratior Deo eius habitus ſit nunc auctus in eſſe gratiæ: & non in eſſe charitatis, id eſt, non magis quàm ante inclinet & moueat ad actus charitatis, quouſq; ad hoc augmentum ſit homo diſpoſitus vt dictũ eſt. & dicetur in tertio dubio ſequenti.

Secundo probatur idem, quia alias ſequeretur quòd ex pluribus meritis etiam remiſsis magis gratus & acceptus Deo ad maiorẽ gratiam & gloriam poſtea accipiendum, eſſet nunc minus gratus per minorem gratiam de præſenti. Quod non quadrat rationi nec auctoritati, cum per eandem gratiam ſit gratus magis aut minus nunc & poſt; ſuppoſito quòd non ſolum ſecundum præſentem iuſtitiam ſed & ſecundum finalem prædeſtinationem idem homo ad eam gloriam acceptus ſit.

Tertio probatur, quia fauores ſunt ampliandi dum oppoſitum nec ex ſacra ſcriptura vel auctoritate nec ratione ſufficiente habetur. quod certe in propoſito contingit: quia omnes rationes oppoſitę opinionis facile ſoluuntur, vt in tertio dubio ſequenti patebit.

Tertio dubitatur, Vtrum charitas augeatur per quemlibet actum meritorium etiamſi remiſſus ſit. *Dubium*

Reſpon. per duas propoſitiones, quarum prima eſt, quòd per actum intenſiorem habitu augetur ipſe habitus charitatis & gratiæ. Hęc propoſitio certa eſt apud omnes. *Propo. 1*

Sed eſt difficultas quomodo vel quot gradibus augeatur: videlicet vtrum actus intenſior habitu augeat illum ſecundum totam ſuam latitudinem omniũ graduum ipſius actus, an ſolũ ſecũdũ ſuũ exceſſum quem habet ſupra habitum. Exẽpli gratia. Si habitus eſt vt quattuor & actus intenſior vt ſex: vtrum habitus ille augeatur per omnes illos ſex gradus ita vt iam ſit intenſus vt decem, an ſolum per duos ita vt non ſit habitus *Prima difficultas.*

intenſus

intenſus niſi vt ſex. In quo eſt triplex opinio.

Opi. 1. PRIMA, quòd actus intenſior auget ſuum habitum ſecundum totam ſuam latitudinem, quia ex ſupra dictis pro tali actu debetur gloria ſecundum totam latitudinem graduum actus meritorii. & gloria reſpondet gratiæ ſecundum communem ſententiam. ergo ibi eſt aucta gratia ſecundum totam latitudinem graduum actus illius. Exempli gratia. Si gratia eſt vt quattuor & actus meritorius vt octo, dico ꝙ gratia fiet vt duodecim ſicut & gloria, aliàs nō ſeruaretur debita præmiorum ad merita proportio. Quod patet: quia ſi Petrus habet actum meritorium vt quattuor & per conſequens habitum charitatis & gratiæ vt quattuor: & poſtea habeat alium actum meritorium vt octo: Si actus non augeat habitum per totam latitudinē ſed ſolum ſecundum exceſſum, ſequeretur quòd habitus charitatis & gratiæ in Petro erit ſolum vt octo, & cum gloria gratiæ reſpondeat etiam erit vt octo: & tamen habebit meritum vt duodecim, & ita gloria eſſet minor meritis, quod eſt inconueniens. Item ſecundo, quia iſte eſt gratior vt octo quàm prius erat: ergo gratia eſt aucta vt octo pluſquam prius erat.

Opi. 2. SECVNDA opinio eſt ꝙ actus intēſior nō auget habitum per totam ſuam latitudinem ſed ſolum ſecundum exceſſum quem ſupra habitum habet. probatur primo quia in agentibus naturalibus agens intenſum non auget effectum minorem ſecundum totam ſuam latitudinem ſed ſolum ſecundum exceſſum. Nam ſi calefactiuum vt octo applicetur calido vt quattuor non faceret calidum vt duodecim ſed ſolum vt octo; ergo ſimiliter dicendum eſt in habitibus & actibus tam acquiſitis quàm infuſis, quia tam hæc quàm illa agentia naturaliter agunt ad vltimum de potentia.

Secundo probatur idem quia ſi actus intēſioe augeret habitum ſecundum totam ſuam latitudinem: certe cum actus ab habitu acquiſito naturalis potentiæ intellectus vel appetitus ſenſitiui naturaliter ſecundum totam ſuam inclinationem vel ad vltimum de potentia productus ſit: & ita ſaltem erit æque intenſus vt ſuus habitus, exempli gratia, vt decem: nam ideo agens dicitur eſſe virtutis vt decem quia poteſt producere effectum vt decem. ergo ſi actus habitum illum auget ſecundum totam latitudinem, ſemper augebit illum in duplo. Immo & inde vlterius ſequitur quòd per quemlibet actum ſequentem ille habitus augetur pluſquam per omnes actus præcedentes: quod tamen eſt contra experientiam & rationem. Et idem ſequitur de habitu infuſo quocunque etiam in voluntate exiſtente, ſi quis per illum ex toto conatu producat actum ſaltē æque intenſum, vt conſtat. Ex quo etiam ſequeretur quòd ille vltimus actus ſicut erit intenſior ita & magis meritorius ceteris paribus: quàm omnes alii præcedentes: quodq́; pro quolibet actu ſequente homo habebit maiorem gloriam quàm pro omnibus præcedentibus. quæ omnia abſurda ſunt. Neque enim eſt opinabile quòd Ioannes Baptiſta vel beata Virgo Maria, aut etiam Chriſtus vt homo per quemlibet actū in vltimo vitæ ſuæ, quem etiam ſuppono aliàs ex toto conatu productum circa idem obiectum & cum eiſdem circunſtantiis, meretur pluſquam per omnes præcedentes in tota vita ſua: ſed neque experientia docet tantam intenſionem habituū infuſorum & charitatis in ſanctis viris diu in bonis operibus perſeuerantibus.

TERTIA opinio media quam tenet Victoria vbi ſupra eſt quòd actus intenſior, immo & quilibet actus meritorius auget quidē gratiam, ſi diſtinguitur à charitate, vel ſi non diſtinguitur auget habitum gratiæ in eſſe gratię, ſecundum ſuam totam latitudinem: charitatem autem vel ineſſe charitatis auget ſolum ſecundū exceſſum ſi quem habet ſupra illum habitum. Opin. 3.

Ratio eſt quia gratia vel ineſſe gratię non eſt habitus operatiuus: charitas autem vel ineſſe charitatis ſic: ideo hæc nō niſi vt alia agentia naturalia intenditur vt dictum eſt. Et ita concordare ſe putat duas ſupradictas opiniones per rationes ibi adductas. Nā prima opi. eſt vera de habitu gratiæ vel de gratia ineſſe gratiæ. Secunda autē de habitu charitatis vel ineſſe charitatis. & ita ſaluaē proportio præmii ad meritū vt prima dicebat opinio dum gratia vel habitus ineſſe gratiæ per actum intenſiorem augetur ſecūdum totam latitudinem, cui & non charitati vel non in eſſe charitatis gloria reſpondet. Sed certe cōtra ipſum videtur, quia etiamſi ſecundum ipſum omnes habitus infuſi augentur non ſecundū proportionem intēſionis gradualis ſed meriti, vt ſupra dubio primo dictum eſt. Sequitur quòd habitus charitatis infuſe non augetur ab actu intenſiori meritorio ſecundum exceſſum intenſionis eius: quia ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita & magis ad magis & minus ad minus: & ita impertinēns eſt intenſio ad augmētum habitus infuſi, niſi quatenus facit ad meritum.

Ideò ſaluo meliori iudicio ſit quarta opinio, quòd actus intenſior auget ſuum habitum acquiſitum ſolum ſecundum exceſſum, vt ſupra habetur in ſecunda opinione, gratiam autem vel in eſſe gratiæ: & ſimiliter charitatem infuſam vel ineſſe charitatis, ſecundum latitudinem non quidem intenſionis ſed meriti. & generaliter dico quòd quilibet actus meritorius auget ſuum habitum infuſum ſecundum totam latitudinem meriti. Probatio huius patet ex primo dubio, nec ex hoc ſequuntur aliqua inconuenientia adducta in ſecunda opi. ſupra poſita: quæ de latitudine intenſionis procedunt; & in habitibus tantum Opin. 4.

acquiſitis

acquiſitis qui naturaliter intenduntur vel augentur habent locum ut dictum eſt. Et faciunt ad hoc ea quæ infra in ſecũda propoſitione ſequenti tãdem ſecundum communem opinionem decernuntur.

Prope. 2. Propoſitio ſecũda. problematicum eſt quòd habitus infuſus augeatur ſolum per actus meritorios intenſiores an etiam per remiſsiores, & probabilius eſt quòd per quoſcũque meritorios etiam remiſſos augeatur.

Prima pars patet, quia de hoc eſt duplex opinio probabilis. prima Beati Thomæ prima ſecundę q.52. arti.3.& ſecunda ſecundæ q.24.arti.6.& ibi Caieta.& in primo diſt.17.q.2.arti.3. & in ſecundo diſtin.27.q.1.art.5.Et Durandi in primo diſt.17.q.8.&Scoti ea. diſt. & Richar. in ſecundo diſtin.26.& eſt ſatis communis opinio doctorum antiquorum, quòd ſolum per actus

1. Ratio. intẽſiores augentur. Quæ probatur primo ſecundum Durandum quia non eſt dignus dandis qui non bene vtitur beneficiis acceptis. ſed qui habet charitatẽ intenſam tepide & remiſſe operans negligenter ſe habet & abutitur illa. ergo non eſt dignus eius augmento. conſequentia patet, & antecedens probatur, quia cum ab humanis liceat arguere ad diuina ſecundum id Rom. 1. inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Et Matth. 25. de abſcondente talentum, & de negociantibus in talentis acceptis habetur. habenti dabitur, ei autem qui nõ habet auferetur, id eſt, ſecundum Chryſoſtomum & communiter doctores bene vtenti acceptis dabitur amplius, & econtra. & hoc eſt morale in vita politica, vt qui in obſequendo & promerendo apud principem fit negligentior atque remiſsior, etiam ſi aliàs non illum offendat, non creſcat in eius gratia &amicitia: ſed bene agitur cum illo ſi in eadẽ gratia perſeueret in qua prius erat: ergo ſic cum Deo in propoſito contingit.

Sed ad hanc rationem poteſt reſponderi negando minorem, nec enim abutitur charitate neque negligenter operatur is qui inculpabiliter quamuis remiſſe agit, ſed bene quamuis nõ optime operatur: ex quo nec ad id obligatur. Et quamuis iſte nõ ſit dignus maioribus aliis donis extraordinariis: eſt tamen dignus ordinariis & ſibi de lege promiſsis, vt eſt charitatis & gratiæ augmentum. Nam & is dicitur in via Dei proficere & progredi qui in ea perſeuerat; nec per peccatum retro cedit: quia etiam ſecundum ipſum B. Tho. ſecunda ſecundę.q.24.artic.6.ad tertium non ſolum qui actualiter creſcit in charitatis augmento, ſed & qui per quodlibet bonũ opus meritorium ad id aliquo modo diſponitur vtique in via Dei proficit.

Secundo probatur opinio ſecundum B. Tho.

2. Ratio. quia agens naturale remiſſum nõ agit effectum intenſiorem. ergo nec actus charitatis remiſſus auget habitum charitatis intenſum. patet conſequentia. quia de ſpiritualibus & ſupernaturalibus debemus iudicare per proportionem ad naturalia & rationem naturalem, niſi oppoſitum ex ſacra ſcriptura vel eccleſię conſtet determinatione. Sed ad hoc etiam poteſt reſponderi negando conſequentiam in habitibus infuſis: quia vt dictum eſt in eorum augmento non habetur reſpectus ad int[en]ſionem ſed ad meritũ actuum. ideo per quemlibet actum meritorium augetur charitas ſicut & gratia. quicquid ſit de habitibus acquiſitis in quibus forte habet locũ illa opinio: quia eorum augmentum fit naturaliter & ita reſpectu gradualis intenſionis actuum.

Tertio probatur opinio, quia habitus acquiſi- 3. Ratio. tus nõ augetur per actus remiſsiores habitu. ergo nec infuſus. patet conſequentia, quia licet habitus infuſus non augeatur effectiue ab actibus ſed ab ipſo Deo: eſt tamen veriſimile quòd communiter ita augetur à Deo ac ſi ab actibus effectiue augeretur, ſicut & habitus acquiſitus augetur. aliàs ſi non ſeruaremus hanc proportionem ad naturalia, nihil fere de ſupernaturalibus vtpote nobis ignotis cognoſcere poſſemus vt ſupradictum eſt. Nunc autem ſi charitas infuſa augeretur effectiue per actus meritorios, certe nõ aliter augeretur niſi ſicut habitus acquiſitus effectiue ꝑ ſuos actus augetur. ergo. patet hæc conſequentia, etiam ex eo quòd ſecundum oppoſitam opinionem per eoſdem actus per quos meritorie augetur habitus infuſus etiã augetur effectiue habitus acquiſitus. Antecedens autem illud in quo eſt difficultas, quod negatur non ſolum ab oppoſita opinione ſequente ſed etiam ab ipſo Durando, qui tamen tenet hanc primam opinionem, probatur, quia ex 2. ethi. Similes actus ſimiles habitus efficiunt. ergo actus remiſsi non poſſunt efficere habitum intenſum & diſsimilem illis. Item quia omne agens intendit aſsimilare ſibi paſſum, quod ex 2. de anima in principio eſt diſsimile & in fine ſimile agenti. ergo actus remiſſus non auget habitum intenſum: aliàs in fine actionis non ſimilis ſed diſsimilis eſſet. Item quia calidũ vt quattuor non agit in calidum vt quinque. ergo nec actus vt quattuor agit in habitum vt quinque illũ augendo. patet hæc conſequentia, quia vtrumque agit naturaliter ad vltimum de potentia.

Sed ad hanc rationem etiam poteſt reſponderi ſimiliter vt ad ſecundam præcedentem negando conſequentiam vt ibi dictum eſt.

Quarto probatur opin. quia experiẽtia cõſtat 4. Ratio. ꝙ ſi quis remiſse & tepide quamuis frequentius operetur, non inuenit ſe promptiorem ſed potius inhabiliorem & facile amittit habitũ illum, vt eſt adagium commune de fabro ferrario opidi Arganda, qui vtens officio oblitus eſt. eſſet autem promptior & firmior & ab eo difficilius

habitus

habitus ille amoueretur ſi per actus illos remiſſos augeretur. ergo agens naturale remiſſum, qualis eſt actus remiſſus frequentatus, non facit ſuum effectum nec habitum intenſiorem, quamuis hoc etiam durandus perneget.

Sed ad hoc etiam poteſt reſponderi, quicquid ſit de experientia in habitibus acquiſitis; negatur conſequentia & ſimilitudo in habitibus infuſis vt ſupra & in Reſpon. ad 2. dictum eſt. Nec eſt inconueniens quòd ſit auctus habitus infuſus & nos id per ſuos actus non experiamur, id enim prouenit ex noſtra libertate, quin non ſemper vtimur habitibus ſecundum totam eorum inclinationem: nam ſecundum Ariſto. habitibus vtimur vt volumus: & noſtræ voluntati quo ad hoc ſubordinati vel ſubiecti ſunt.

Quinta ratio. QVINTO probatur opinio, quia ex prima propoſitione præcedente actus intenſior auget habitum charitatis ſolum ſecundum exceſſum. ergo actus æqualis vel minor qui non excedit nihil auget: alioqui augeret ſecundum totam latitudinem quod ibi reprobatum eſt. Sed ad hoc patet reſponſio ex ſupra dictis quia in habitibus infuſis id locum non habet.

Opin. 2. OPINIO ſecunda nominalium & modernorum vt refert Gabriel in primo diſtin. 17. q. 4. & in 2. diſtinct. 27. q. 1. & Almayn in morali tracta. 2. ca. 11. & 12. & eſt ſatis communis, quòd charitas infuſa ſicut & quilibet habitus acquiſitus augetur per actus etiam remiſsiores.

Prima ratio. QVAE probatur quincupliciter. primo quia experientia docet quòd tria & quattuor luminoſa vel calefactiua ſuperuenientia primo luminoſo aut calefactiuo intenſiori vel æquali augent lumen & calorem & plùs illuminant & calefaciunt quàm primum duntaxat; ergo agens remiſſum vel æquale intendit habitum. quia idẽ iudicium eſt de actione actuum in ſuos habitus & de agentibus naturalibus: ex quo omnia naturaliter agunt ad vltimum de potentia.

Sed ad hoc reſponderet prima opinio negando antecedens: immo & diceret quòd experientia eſt in oppoſitum, nunquam, enim lumen aut calor productus ab omnibus illis ſimul eſt maior uel maius quàm ſit in vno tantum luminoſo vel calefactiuo maximo: Si omnia illa ſimul non excedant gradus illius & eodem modo ſe habeant vt illud maximum in operando, ſcilicet intra ſpheram actiuitatis in eadem diſtantia &c. ſed certe hoc videtur contra experientiam.

Secunda ratio. SECVNDO probatur opinio, quia niſi habitus virtuoſus fieret & augeretur per actus etiam remiſſos, iam nullus fieret virtuoſus niſi per actus intenſiores operando, quod tamen videtur contra experientiam.

Ad hoc reſponderet prima opinio, quòd ſi actus virtuoſi multiplicentur vel continnentur ita quòd æquiualeant vni actui intenſiori, tunc augetur habitus acquiſitus: aliàs non, nec oppoſitum docet experientia, ſed quod per illos actus remiſſos diſponitur vt tandem fiat virtuoſus vt dictum eſt.

TERTIO probatur, quia quando cauſæ nõ differunt niſi ſecundum magis & minus, effectus etiam puta habituum augmentatio non debet differre niſi ſecundum magis & minus. *Tertia ratio.*

Et ad hoc etiam poſſet reſponderi, quòd hoc eſt verum ſuppoſito quòd ſit aliquis effectus vtriusq; cauſæ, & quòd vtraque cauſa ſit ſic diſpoſita aut talis virtus quòd agere poſſit aliquem effectum, quod non eſt in propoſito: quia minus non poteſt agere in maius vel æquale quamuis poſsit diſponere vt dictum eſt.

QVARTO probatur, quia omnis actus etiã remiſſus ex charitate procedens eſt meritorius gloriæ & gratiæ, vt ſupra in ſecundo dubio habetur. ergo & charitatis & eius augmenti etiam ſtatim obtinendi. *Quarta ratio.*

Ad hoc poſſet negari conſequentia, quia etiam ſi gratia & charitas ſit idem habitus, ſtat quòd gratia ineſſe gratiæ augeatur & non ineſſe charitatis, & a fortiori ſi ſint habitus diſtincti vt ſupra dubio 2. propoſitiõe tertia habetur.

QVINTO tandem probatur idẽ, quia augmentum habitus infuſi attenditur penes quantitatem meriti & non intenſionis, vt ſupra dubio primo habetur: ergo omnis actus meritorius quantumlibet remiſſus auget habitum infuſum charitatis ſicut & gratiæ, & intenſio gradualis eſt impertiuens ad id niſi quatenus facit ad meritum, & ita vbi maius meritum ſiue per vnum ſiue per plures actus magis vel minus intenſos ibi eſt maius charitatis & gratiæ augmentum. Alioqui is qui per plura opera meritoria ẽt remiſſa ex charitate vt octo ſit melior, non maius charitatis augmentum haberet quàm ipſe vel alius qui eandem charitatem habens cum ea non operatur nec melior efficitur. Abſurdum etiam videtur quòd qui habet charitatem vt centum & orat per actum meritorium vt triginta per totum diem, non mereatur charitatis augmentum, & hæc ratio eſt fortiſsima & ſufficiens pro hac opinione, quia & innititur fundamento etiam ab ipſis Thomiſtis & ab ipſo Victoria vbi ſupra approbato, vt de hoc etiam in prima propoſitione præcedenti dictum eſt. *Quinta ratio.*

Ex quo ſequitur quòd nil refert ꝙ quis habens charitatem vt quattuor faciat opus meritorium vt duo, vel econuerſo habens charitatem vt duo faciat opus meritorium vt quattuor. Nam tam hic quàm ille ex quo efficitur ęqualiter melior

K vide-

videlicet vt ſex ſic meritorie operando, tandem auctam habet charitatem æqualiter ſicut & gratiam vt ſex. Quamuis oppoſita opinio id neget habens reſpectum ad intenſionem: quod tamen vt diximus non niſi in habitibus acquiſitis forte locum habet. Et ita hęc opinio ſecunda ſecundum quam, ſupradicta ſecunda propoſitio procedit, probabilior eſt.

Dubium 4. QVARTO dubitatur. Vtrum plures actus remiſsi vel vnus continuatus æquiualeant in merito vel in intenſione vni actui intenſo, & per conſequens ad augendum habitum acquiſitum vel infuſum.

Opinio 1. RESPON. in hoc eſt quadruplex opi. prima, quòd per actus remiſſos neque multiplicatos neque continuatos nunquam augetur charitas nec gratia; neque illi æquiualent vni actui intenſo. hanc opinionem tenent ſcholaſtici antiqui vbi ſupra.

Opinio 2. SECVNDA opinio eſt in oppoſitum quam tenent communiter nominales & alii moderni.

Opinio 3. TERTIA opinio media quòd per actus remiſſos multiplicatos vel continuatos non augetur habitus ſed fit diſpoſitio ad tale augmentum: quod fit aliquo actu intenſo vel vltimo actu poſteriori poſt pręcedentes adueniente: virtute quorum omnium ſimul augetur habitus, ſicut eſt exemplum commune de vltima gutta quę tandem cauat lapidem virtute ipſius ſimul & guttarum præcedentium. Sic tenet B. Tho. ſecunda ſecūdæ quæſt. vigeſimaquarta articulo ſexto, ad ſecundum, & in primo diſtin. 17. q. 2. arti. 3. Et cum eo videtur Scotus & alii doctores tenentes quòd habitus per actus remiſſos non augetur.

Opinio 4. OPINIO quarta eſt quòd quando peruenitur ad meritum vnius actus intenſi ſiue per multiplicationem actuum ſiue per continuationem vnius actus: tunc iſti æquiualent vni actui intenſo tam quoad intenſionem quàm quoad meritum quàm etiam quoad augendum habitum infuſum. & non ante, quia vt ſupra dubio primo habetur intenſio habitus infuſi fit ratione meriti & non intenſionis. ergo ſi per tales actus vel per continuationem vnius peruenitur ad ęquale meritum vt eſſet vnus actus intenſus, ſequitur quòd per illos ſicut & per hunc ille habitus augetur: habet etiam æquales virtutes à Deo. eſſet etiam inconueniens quòd qui eſt melior non habeat maiorem charitatem. ſi ergo quis per multiplicationem aut continuationem vel perſeuerantiam fit melior quàm alius per intēſionem vnius actus: ſequitur quòd maiorem charitatem ſicut & maius meritum habet. Et cum hac opinione concordat B. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. vigeſimaquarta articulo ſexto, dicens quòd quilibet actus ex charitate meretur charitatis augmentum: licet non ſtatim ſed quando homo ſe ſufficienter diſpoſuerit. & videtur quòd hæc diſpoſitio ſit ſolum quando peruenitur ad meritum æquale cum actu intenſo & non ante. Hanc opinionem tenet Victoria vbi ſupra.

Sed hoc quod dicit quòd non ante augetur habitus per actus meritorios niſi perueniatur ad meritum actus intenſiui, certe ex ſupradicto ſuo fundamento facile repellitur. Nam ſi, vt ipſe tenet & ſupra dictum eſt, augmentum habitus infuſi ſumitur ex merito & non ex intenſione actus, ſequitur quòd omnis actus meritorius etiam remiſſius auget habitum vt ſupra in primo & tertio dubio ſępe dictum eſt.

Opinio 5. IGITVR reſolutorie dicamus & ſit quinta opinio, quòd per vnum & per multos et remiſſos actus meritorios augetur habitus charitatis & gratiæ. Multiplicatio autem actuum remiſſorum vel continuatio actus remiſsi poteſt æquiualere intenſioni graduali vnius actus intenſi ſi tot ſint gradus hic & illic. quoad meritum autem dico cum Scoto in ſecundo diſtinc. 5. quæſt. 1. & in tertio diſtin. 27. articulo 3. & Gabriel. in ſecundo diſtin. 5. quæſt. 1. art. 1. quibus conſonat Victoria vbi ſupra, quòd plures actus remiſsi vel continuatio vnius actus remiſsi, facientes tot gradus ſimul puta decem, vel centum non æquiualent in merito vni actui intenſo in eiſdem gradibus vt decem, ceteris paribus, ideſt circa idem obiectum &c. Volo dicere quòd exempli gratia, magis meritoriua eſt vnua actus dilectionis Dei aut vna oratio vel contritio intenſa vt decem quàm decem dilectionea vel orationes contritionesque remiſſę quarum quęlibet eſt vt vnum: vel quàm continuatio earum vt decem: immo & ſępe magis meritoria eſt vna dilectio Dei vel oratio vel contritio peccatorum perfecta vt decem quàm centum imperfectæ quarum quęlibet eſt vt vnum.

Probatur hæc tertia pars dupliciter. primo, quia difficultas & conatus multum faciunt ad meritum. nunc autem maior difficultas & ſępe maior conatus voluntatis eſt in habendo vnam dilectionem orationem & contritionem intenſam & deuotam & attentam ſiue perfectam quàm centum imperfectas atque remiſſas etiam eiuſdem ſpeciei. ergo.

Secundo probatur idem, quia ſic eſt in æſtimatione rerum. plus nanque æſtimatur vna res perfecta in ſua ſpecie quàm multæ imperfectę, vt patet in margaritis: precioſior eſt enim adamas magnitudinis auellanæ, quàm centum minuti adamantes etiam ſi omnes ſimul maioris ponderis ſint, & idem eſt in omni genere margaritarum. Item in animalibus pluris æſtimatur vnus equus perfectus quàm decem imperfecti & inualidi, idem in omnibus alius rebus iudicium eſt. Item etiam in actibus noſtris

ſtris maioris pretii & meriti eſt apud Deum vnum opus hero icum & virtutis perfectæ quàm multa imperfecta minuta ſiue remiſſa in eadem ſpecie.

Et idem iudicium eſt de continuatione. eſt enim ridicula in theologia quorundam ſcholaſticorum calculatio, ſcilicet ſi quis in electione actus mereatur vt tria quòd in quolibet inſtanti liberæ continuationis etiam mereatur vt tria.

Dico enim quòd niſi ſit magna continuatio & perſeuerantia in actu, vel etiam actuum remiſſorũ magna multiplicatio notabiliter in gradibus excedens vnum actum intenſum meritorium, non æquiualet merito illius actus: quia non eſt tanta difficultas quanta in illius actus intenſi productione. poſſet tamen eſſe tanta continuatio & perſeuerantia vel cum tanta difficultate & talis actuum multiplicatio, quòd ibi ſit etiã maius meritum quàm in vno actu intenſo & eius productione.

Ad prædicta facit B. Gregorius in homilia dicens, non quantum ſed ex quanto ei offeratur Deus penſat. facit etiam parabola Matth. 20. vbi ad vineę culturam conducti idem pretium videlicet denarium prius acceperunt qui hora vndecima quàm qui hora prima & tertia venerunt: quia ſecundum doctores ibidem ad meritũ plus feruor deuotionis quàm diuturnitas temporis facit, etiam & à Deo plus æſtimatur. id quod in feruentiſsima conuerſione Magdalenę & aliorum eiuſmodi ſanctorum conſtat. dicitur enim Luc. 7. dimittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. expreſſe hoc tenet Sco. & cum eo Gabriel vbi ſupra, dicentes quòd magis meritorius eſt vnus actus valde intenſus, quàm mille remiſsi circa idem.

QVAESTIO DECIMA.

Quid ſit peccatum originale: & in quo ſtat ratio formalis ipſius.

RESPON. hic ſunt aliqua certa & de fide tenenda & præſupponenda. Primum quòd peccatum originale eſt in nobis omnibus, in quo & de lege communi omnes concipimur & naſcimur & in reatu pœnę æternæ, quouſq; in baptiſmo per gratiam remittatur atq; tollatur. quodq; id non ſolum eſt pœna ſed etiam culpa ſiue peccatum ex Adam in nobis contractum, in quo & omnes peccauimus.

Item ſecunda, quòd in nobis eſt concupiſcentia propter peccatum ipſum effrenis ſiue de ordinata in malum: quæ & dicitur fomes peccati ſeu lex membrorum, vt de his latius Auguſtinus ad Valerium, & de peccatorum meritis, & de peccato originali, & alibi ſępius, & doctores cõmuniter in ſecundo diſtin. 30.

Tertio ſimiliter de fide tenendum eſt quòd peccatum originale ineſt cuilibet ſuum propriũ ex parte ſubiecti: ita quòd vere eſt in quolibet homine ſuum peccatum originale, & formali denominatione, & non ſolum denominatiua ab eo ſicut & ab actuali peccato ſuo proprio quilibet vere eſt & dicitur peccator ſecũdũ ad Ro. 5. Si cũ adhuc peccatores eſſemus &c. Et ĩ quo oẽs peccauerunt: & per inobedientiam vnius, peccatores conſtituti ſunt &c. Et ita ſub anathemate ſynodus Tridentina decreuit vbi paulo inferius allegatur. quamuis ex parte cauſæ non ſit proprium noſtrum peccatum originale, quia ſcilicet nos illud non noſtra propria actuali & perſonali voluntate commiſimus, ſed ex neceſsitate naturæ illud contrahimus ab Adam: In quo voluntarie peccante, & nos in eo virtualiter exiſtẽtes virtuali quoque voluntate noſtra peccauimus. Vnde & abſolute concedendum eſt peccatum originale eſſe cuiq; proprium & voluntariũ ab Adæ actuali & noſtra virtuali in eo voluntate, ſecundum Auguſti. libro primo de peccatorum meritis & alibi vbi ſupra, & præcipue libro primo retracta. ca. 13. ca. 15. & communiter doctores. in quo inter catholicos dubium nõ eſt. Nam licet voluntarium perſonale ſeu actuale non niſi in ſuo ſubiecto ſit vbi peccatum eſt, quia ex tertio ethi. Voluntarium eſt ab intrinſeco paſſo conferente vim: at voluntarium originale, quod philoſophi non cognouerunt, ſufficit ſi in ea ſit voluntate, ſcilicet Adæ, a qua ratio peccati trahitur originalis, vt latius de hoc Alexander Alen. ſecunda par. q. 122. membro. 2. arti. 2. & communiter doctores vbi ſupra pertractant.

Sed vtrum homini voluntarium virtuale ſufficiat ad propriam veramque rationem culpę in nobis: dico quòd licet olim fuerint opiniones inter catholicos, quibuſdam tenentibus quòd nõ, vt ſignificare videtur Durãdus in 2. diſt. 3. q. 2. quòdq; large dicitur culpa ſiue peccatum, aliis tenentibus oppoſitum. iam vero ſecundum ſententiam doctorum tenendum eſt quòd id ſufficit ad propriam veramq; rationem culpę ſiue peccati originalis: maxime quia ſic videtur iam ſub anathemate decretum in cõcilio Triden. ſeſſ. 5. canone. 5. Nam in ſecundo canone ſic habetur. Si quis ſoli Adæ præuaricationem ſuam nõ aliàs etiam eius propagini aſſerit nocuiſſe: inquinatoque illo per inobedientiæ peccatum mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum et ſecundum communem legem tranſfudiſſe, non autem et peccatum cui prò pœna debebatur vtraque mors corporis et animæ, anathema ſit. Et canone tertio ſic habetur. Si quis morbum huius originalis peccati

quod vnum eſt, & in nobis propagatione non imitatione diffuſum reſidet vnicuiq; propriū &c. Et canone quarto ſic habetur. Si quis paruulos dicit in remiſsionem peccatorum Baptizari, ſed nil ex Adam trahere originalis peccati quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam, anathema ſit. Et canone quinto ſic habetur. Si quis per Ieſu Chriſti gratiam quæ in baptiſmo confertur reatum peccati originalis remitti negat: aut etiam aſſerit non tolli totum id quod veram & propriā rationem peccati habet: ſed illud dicit radi ſeu non imputari, anathema ſit. Et in ſeſs.6. ca.3. ſic habetur. Homines niſi ex ſemine Adæ propagati nunquam naſcerentur iniuſti: cum ea propagatione per ipſum dum concipiuntur propriam iniuſtitiam contrahant. Hæc ibi. igitur ex his prædicta omnia certiſsima tenenda ſunt.

Dubium. DVBIVM autem huius quæſtionis eſt in quo ſtat ratio formalis peccati originalis: propter quod quidlibet noſtrum vere peccator eſt, & dignus & reus pœnæ æternæ aliarumque pœnarum. in quo ſunt ſex opiniones.

Opin. 1. PRIMA opinio tenet quòd peccatum originale eſt quędam morbida qualitas in anima vel etiam in corpore cum natura contracta, inclinans ad inordinate concupiſcendum. Quæ ideo habitualis concupiſcentia inordinata, fomes, tyrannus, lexque membrorum appellatur. Hæc opinio eſt magiſtri in ſecundo. diſt. 30. & Gregorii Arimi. aliorumque multorum putantium ſe in hoc ſequi diuum Auguſtinum.

Quæ opinio ſatis communiter à doctoribus impugnatur: quia non videtur quomodo Adam potuerit hanc qualitatem animabus aut etiam corporibus imprimere poſterorum, quomodo etiam corpus animæ aduenienti illam infigat. Adde quòd vt ſimus rei peccati ipſius Adę in quo ipſa ratio culpæ conſiſtit, fruſtra prædicta qualitas fingitur: ſicut & anima naturalem ſuam aut ſui corporis concupiſcentiam inordinate ſequatur.

Auguſt. autem in lib. de peccatorum meritis cap. 16. & alibi ſępius dicens ſolum concupiſcentiam carnis eſſe peccatum, eamque non eſſe ſubſtantiam ſed affectionem male qualitatis, nihil aliud intendit quàm repellere Manichæos dicentes malum in nobis eſſe ſubſtantiam ingenitam à ſuo malo Deo. Ideo ait quòd malum concupiſcentiæ non eſt nobis à natura, quam bonus Deus ſanam fecit: ſed accidentaliter nobis ineſt ex Adę peccato. Ideo & eam peccatum appellat quia ſcilicet ex Adæ peccato prouenit & ad peccatum inclinat, vt decreuit etiam Concilium Tridentinum ſeſsione quinta canone.5. & quando ipſe Auguſt. & alii ſancti dicunt animam inſici ex carne tanquam ex vaſe: id certe dicere intendunt, quòd ſcilicet anima non trahit hoc malum eo quòd de corpore migret in corpus, vt Pytagorici & Platonici ſonniabant, neque quòd anima educatur de potentia materiæ: & ita ab anima patris in animam filii hoc malum per generationem deſcenderit, vt in brutis animalibus fit. Sed quòd licet anima cuiuſque à ſolo Deo creetur: non tamen à Deo ſed inde quòd infunditur carni ab Adam ſeminatę, id eſt, quia concipitur filius Adę peccatum contrahit originale, vt Soto de natura & gratia lib. 1. cap. 8. hoc optime declarat, & Ambroſius Catharinus in tractatu de peccato originali latius ſecundum communiter doctores confutat. Sed de hac qualitate morbida vtrum ſit ponenda ad alium effectum latius habetur infra quæſt. 44.

SECVNDA opinio eſt Beati Anſelmi lib. 1. de conceptu virginali cap. 27. & de caſu diaboli cap. 5. cap. 6. & Scoti & communiter doctorum in verbis licet non omnino in ſenſu verborum, quòd formalis ratio peccati originalis eſt carentia iuſtitiæ originalis debitę, vt in ſecundo. diſtin. 30. Scotus late proſequitur. Opin. 2.

Sed contra hanc opinionem capiendo iuſtitiam originalem pro illo dono habituali ſupernaturali faciente tres rectitudines in homines, ſcilicet animæ ad Deum, & virium ſenſitiuarum ad rationem, & corporis ad animam, vt doctores de hac opinione intelligere videntur, arguitur primo quia illa carentia ſeu priuatio illius doni quatenus eſt à Deo effectiue non eſt peccatum nec habet rationem culpæ, ſicut nec priuatio gratiæ propter peccatum. Quatenus autem eſt ab ipſo homine defectiue & demeritorie ſicut & carentiam gratiæ etiam non eſt peccatum: ſed propter peccatum ſeu demeritum aliquo modo præcedens, quod habet rationem culpæ in Adam & in nobis: ſicut in adulto actualis culpa præcedit propter quam ſubſequitur carentia gratiæ & gloriæ, quæ propter demeritum præcedens pœnæ potius quàm culpæ à Deo inflictę rationē habet. ergo licet culpabilis amiſſio iuſtitiæ originalis & gratiæ peccando contra præceptum Dei ſit vere peccatum & culpa in Adam & in nobis actualis vel originalis: nō tamen ipſa priuatio ſiue carentia ipſius doni ſubſequens in ipſo vel in nobis vt dictum eſt.

Secundo arguitur ad idem, quia talis carentia iuſtitiæ originalis non remittitur in baptiſmo: ex quo ipſa iuſtitia originalis ibi non reſtituitur, ſicut neque carentia rectitudinis cuiuſcunque peccati auctualis iam præteriti remittitur, neque ipſa rectitudo reſtituitur quæ iam præteriit: ergo ipſa carentia non eſt peccatum originale quod remittitur in baptiſmo quo ad reatum culpæ.

Sed

Sed ad hoc bene poteſt cum Scoto reſponderi, quòd ideo dicitur remitti in baptiſmo quia ibi confertur ęquiualens, ſcilicet gratia ad reſtituēdum hominem in amicitiam Dei & in aliam rectitudinem debitam cum Deo & in ius ad gloriam: ſicut & ideo dicitur actualis culpa ſiue peccatum remitti.

Tertio arguitur ad idem, quia per collationē gratiæ in baptiſmo non liberatur homo ab vllo debito quo ante tenebatur: ergo neque à debito habendi iuſtitiā originalem. Sed ad hoc etiam poteſt reſponderi quòd antecedēs eſt verum ſolum de debito legis quo aliquid fieri indicitur: non autem de debito pœnę ex delicto. Nunc autem ad habendum vel conſeruandum iuſtitiā originalē licet teneretur homo ante peccatum ſaltem mediate, id eſt, cauendo peccatum propter quod illā amittere mereretur: at uero poſt peccatum nunc tali debito legis non tenetur, quia iam id ei impoſsibile factum eſt, ſed nunc eſt debitum pœnæ ex delicto, id eſt, eſt reatus pœnæ æternæ propter culpabilem amiſsionem iuſtitiæ originalis vltra reatum culpæ: & hoc debitum remittitur in baptiſmo cum ipſa culpa. Ideo negatur ſimpliciter illa conſequentia, ſed prima ratio contra hanc opinionem videtur efficax.

Opi. 3. TERTIA Opinio eſt quòd peccatum originale materialiter eſt concupiſcentia, vt ait prima opinio, excepta illa qualitate morbida ſuper addita quæ non acceptatur communiter à doctoribus huius opi. formaliter autem eſt carentia iuſtitiæ originalis, vt ait ſecunda opinio præcedēs. & ita conciliantur illæ duæ opiniones. Hanc tertiam opinionem tenere videtur B. Tho. ſecunda ſecundę. q. 82. art. 1. & 3. Alexander, S. Bonauentura & communiter doctores vbi ſupra, vt etiam refert & tenet Gabriel in ſecūdo. diſt. 30. q. 2. & Caietanus dicit eſſe habitum vel infirmitatem habitualem. Sed vt patebit in ſexta opinione ad alium rectum ſenſum ibi explicatum hæc eſt opinio communis & vera. Nam ad ſenſum ſupra poſitum in ſecūda opinione quòd eſt carentia ipſius doni iuſtitię originalis procedunt augmenta contra hanc opinionem ſicut ibi contra ſecundam & contra primam probatum eſt. quia hæc omnia ſunt effectus & non ratio formalis ipſius peccati originalis. Similiter neque peccatum originale formaliter eſt amor terrenorum vt aliqui dicunt. quia ſi de actu amoris intelligunt: iam non originale ſed actuale peccatum eſt. Si vero de amore ſenſualitatis vel de inclinatione animæ qua apta eſt ſuū ſenſum ſequi: iam effectus aut materiale ſicut & concupiſcentia potius quàm ratio formalis peccati originalis eſt.

Opi. 4. QVARTA opinio tenet quòd peccatū originale eſt reatus pœnę æternę aliarumq; pœnarū propter peccatum Adę, quod ipſi fuit actuale, noſtrum autem virtuale: quia illud nos in eo virtualiter exiſtētes virtualiter quoque ipſo peccante peccauimus: propter quod reatum ęternę pœnę aliarumque pœnarum contrahimus. Iſte reatus pœnę dicitur peccatum noſtrum originale: qui & ideo dicitur reatus culpę quia propter peccatum Adę in nobis relictus eſt. Quæ opinio ſic declaratur. Nam ſicut tranſeunte actu peccati dicitur quis peccator à remanēte reatu pœnę ęternę & ab indignitate poſitiua ad gratiā ſeu à dignitate ſimul & obligatione ad pœnam ęternam: & propter eandem cauſam talis reatus pœnę ęternę dicitur etiam communiter reatus culpę & etiam culpa: & ab eo dicitur quis peccator & manere in peccato quo ad reatū quouſq; per gratiam remittatur: cum tamen talis reatus pœnæ nec vere ſit culpa neq; habeat rationem culpę: Vnde & improprie reatus culpę appellatur. Sic in propoſito ex peccato Adę quo nos in eo virtualiter exiſtentes peccauimus manet in ſingulis ſuus reatus pœnę ęternę cum natura contractus: in quo reatu manet illud peccatum vt cauſa in ſuo effectu: à quo quidem reatu licet improprie ſumus & dicimur peccatores originaliter, quouſque per gratiam liberemur.

Hæc opinio probatur dupliciter. primo, quia nihil quod eſt in paruulo per originem eſt ei culpa ſiue peccatum niſi quod ipſi Adę fuit culpa: vt patet quia in eo fuit plus de voluntario. Sed nullus alius defectus per originem exiſtens in paruulo poteſt dici culpa Adę niſi dictus reatus vel indignitas: vt patet quia iam actus peccati Adę cum ſua deformitate pręteriit: neque iam poteſt manere aut in poſteros trāſire niſi quo ad dictum pœnæ reatum. ergo.

Secundo probatur, quia ad Rom. 5. habetur. Sicut per vnius, ſcilicet Adę inobedientiam peccatores cōſtituti ſunt multi: ita & per vnius, ſcilicet Chriſti obedientiam iuſti conſtituentur multi. Nunc autem ex merito obedientię Chriſti quo efficimur iuſti non fit in nobis niſi donū gratię nobis aliqualiter debitū propter meritum eius. ergo ſimiliter ex peccato Adę non fit in nobis niſi carētia alicuius doni prius habiti ab ipſo & debiti haberi à nobis, & reatus pœnę propter culpabilem eius amiſsionem in Adam & ergo propter eius demeritum efficimur peccatores, id eſt, rei pœnæ ęternę indignique ad gratiā vel iuſtitiam originalem & gloriam habendam.

Quod & amplius confirmatur, quia ibidem ad Rom. 5. dicitur, in quo ſcilicet, Adam ſeu in quo eius peccato omnes peccauerunt ſecundum Aug. & magiſtrum in 2. diſt. 30. ergo nō niſi reatum illius peccati incurrunt, ratione cuius carēt iuſtitia originali & gratia & gloria carebūt quouſq; per gratiam liberentur. Hác opinionem refert magiſter quoſdam tenuiſſe: ſed eam refe-

runt & reprobant B. Anſelmus in lib. de conceptu virginali c.23. 24. 26. Et Holchoth de imputabilitate peccati q.1. in reſponſione ad primum argumentum principale.

Hanc etiam opinionem latius & expreſſe tenet Durandus in ſecundo. diſt. 30. q.3. ſed ibi tãdem addẽs dicit quòd prędictus reatus eſt etiam & dicitur indignitas poſitiua ad iuſtitiam originalem ſeu ad gratiam vel amicitiam Dei, ſeu dignitas vel debitum ad non habendum iuſtitiam, gratiam vel amicitiam Dei propter peccatum Adę. Vel ſi indignitas ſeu dignitas præfata diſtinguitur à reatu tanquam cauſa à ſuo effectu immediato vt ipſe tandem opinatur: tũc præcipua ratio peccati originalis ſtat in dicta indignitate ſeu dignitate, ex qua ſequitur prȩfatus reatus ad pœnam æternã, propter rationes ſuprapoſitas. & talis indignitas non eſt à Deo ſed à nobis: quamuis ipſa pœna, effectiuaque ad eam obligatio & priuatio iuſtitię originalis & gratiæ ſit à Deo. Ideo etiam ait quòd carentia iuſtitiæ originalis ſe habet vt materiale: indignitas autẽ ſiue reatus prędictus eſt ratio formalis peccati originalis. quòdque ad hunc ſenſum diffinitio communis quæ ſupra in ſecunda opi. poſita eſt optima videtur. Hanc opi. Durandi tenent multi moderni doctores.

Contra hanc opinionem videtur primo, quia tam reatus quàm indignitas & dignitas carentiæ ſiue demeritum ſicut & ipſa carentia gratiæ & iuſtitiæ originalis potius ſunt effectus conſequentes ipſum peccatum & rationem eius formalem, quàm rõ formalis ipſius peccati propter quod ad pœnam æternam damnamur & dicimur peccatores & ſumus, ſecundum Ro.3. & 5. & Epheſos. 2. ca.

Secundo quia peccatum originale vere & proprie eſt peccatum vnicuique proprium & formaliter adiacens licet ex Adę peccato contractum; & non ſolum eſt reatus pœnę dignitas vel indignitas: vt expreſſe dicunt communiter doctores & Cõcilium Triden. ſeſs. 5. cano. 2. & 3. & 5. & ſeſs. 6. ca. 3. vt ſupra in notabili poſito in principio huius quæſtionis habetur.

Tertio quia dicere, vt dicit Durandus quòd peccatum originale ideo dicitur carẽtia iuſtitię originalis debitę, quia debitum & dignum eſt ea vel gratia carere propter peccatum Adę: certe eſt extorſio manifeſta verborum ſenſuſque doctorum: qui per dicta verba potius intendunt ſignificare quòd ipſa iuſtitia originalis eſt aut fuit debita haberi, vt ipſe etiam Durandus vel veritate conuictus tandem dicit ibidem.

Quarto quia licet propter peccatum alterius poſſet quis eſſe diciq; indignus aliquo bono aut hęreditate paterna & reus etiam pœnę temporalis: nulla tamen talis indignitas ſiue reatus pœnę cuiuſcũque ſufficit in veritate & coram Deo efficere, conſtituere aut denominare peccatorẽ aliquem neque reum culpę & pœnę ęternę aut inimicum Dei: niſi id ex ſua etiam culpa aliquo modo proprio peccato ipſius peccatoris proueniat, vt patet Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipſa morietur. & filius non portabit iniquitatem patris, ſcilicet quo ad culpam & pœnam æternã ſecundum communiter doctores. Et prouer. 9. Si ſapiens fueris tibi ipſi eris: ſi illuſor ſolus portabis malum. Nunc autem omnes dicuntur nõ ſolum peccaſſe in Adam vel in peccato eius: ſed & quòd contrahunt illud, & ſuum quiſque proprium peccatum originale habet contractum ex Adam: propter quod omnes dicuntur ſuntque vere & corã Deo peccatores & inimici eius, & in originali peccato concepti, & ad pœnam æternam vel in reatu eius propter id condemnati, vt patet ad Rom. 3. & 5. & Epheſ. 2. & in Concilio Triden. vbi ſupra: ergo aliquid aliud à prædicta indignitate & reatu pœnę, quod vere habet rationem culpæ atque peccati eſt in nobis, quod eſt propria ratio peccati originalis. & ergo falſa eſt illa minor in prima probatione prædictę opinionis aſſumpta, & ſimiliter mala eſt conſequentia prima ſecundæ probationis & ipſius confirmationis. Illud autem ad Rom. 5. potius eſt in oppoſitum: nã inde melius probatur quòd ſicut ex Chriſto gratia & ius ad gloriam propter eius merita per regenerationem in nos mẽbra eius: ita ex Adam culpa ſiue peccatum & reatus culpę & pœnę per propagationem in nos omnes filios eius vere redundauit, vt de hoc latius infra in 5. & 6. opinione habetur. Ideo hæc quarta opinio etiam per Concilium Triden. vbi ſupra reprobata videtur.

Qvinta opinio eſt quòd non vere neque formaliter ineſt ſingulis hominibus ſua culpa aut macula peccati originalis ſed ſolum imputatiue. ita quòd illud peccatum vnum actuale Adę quod ipſi ſoli fuit propria culpa ab eo commiſſa à qua & formaliter dicitur peccator: illud inquã eſt noſtrum peccatum originale: non quidem vere & formaliter nobis adiacens neque formaliter & vere & proprie nos efficiens, conſtituens & denominans peccatores: ſed ſolum imputatur nobis ad culpam & pœnam & reatum eius: & denominatiue tantum nõ quidem à dicto reatu pœnę illius peccati, ſed ab ipſo vnico actuali peccato Adę prædicto modo nobis imputato dicimur omnes peccatores & in originali peccato concepti. Exemplo declaratur hæc opinio. Nã ſicut propter peccatum patris proditoris cenſentur ſimiliter filii proditores in foro humano: & inhabiles ſunt ad officia dignitates & alia bona: priuanturque hęreditate paterna aliiſque bonis quę ex patre non peccante illis prouenirent: idque propter peccatum patris quod in ipſis filiis vere proprie & formaliter nõ eſt, ſed ſolum imputatiue, Opinio 5.

putatiue, quia ſcilicet per legem, aut per ſententiam regis illis ad culpam, & pœnas ſupradictas imputatur. Ita in propoſito cenſet hæc opinio inter nos, & Deum agi.

Probatur dupliciter. primo, quia non poteſt quis vere, proprie, & formaliter eſſe, aut dici peccator à culpa, vel deformitate inhærente alteri homini, nam duobus hominibus, ſiue ſubiectis culpa, vel accidens idem numero formaliter inhærere non poteſt. Sed peccatum Adæ eiusq; deformitas, ſeu ratio culpæ eius ipſi tantum Adæ inhæſit ſicut & propria ipſius voluntate commiſſa eſt: neque de ſubiecto in ſubiectū puta in nos ab eo trāſfundi, migrare, aut formaliter ſiue realiter multiplicari poteſt. ergo ipſum Adam ſolū formaliter, & vere facit, & denominat peccatorem: nos autem non niſi denominatiue, & imputatiue, quia ſcilicet nobis ad culpam, & reatum eius imputatur, vt dictum eſt.

Secunda ratio. quia ſolo peccato Adæ omnes peccauimus, & cōſtituti ſumus peccatores, ſicut & meritis Chriſti iuſtificamur. ad Rom. 5. ſecundum Auguſt. de peccatorum meritis lib. 1. cap. 10. & in hypognoſti. lib. 2. & in lib. 1. retracta. ca. 15. vbi ait. Vnius Adæ reatu nos implicati ſumus cuius voluntate illud peccatum commiſſum eſt quod originaliter trahimus. ergo illud vnum peccatum, & non plura peccata ſua ſingulis originalia nobis inſunt, vt ſupra declaratum eſt.

Hanc opinionem tenet Albertus Pighius, quē Soto de natura, & gratia lib. 1. ca. 9. dicit eſſe primicerium eius, cum tamen antiquior opinio ſit: quem & aliqui moderni ſequūtur: & Ambroſius Catharinus in tractatu de peccato originali eam tenet in ſententia, vt Vega de iuſtificatione libr. 4. ca. 2. refert etiam illum cum quibuſdam aliis ita ſentire: quamuis dictus Ambroſius, vbi ſupra nullam mentionem præfatæ imputabilitatis faciat. Nam expreſſe dicit habetq; pro fundamento quòd vera ratio culpæ eſſe non poteſt niſi in quo actus peccati eſt, in quo vtique errat cum Alberto. in pueris autem non eſt, neque transfunditur peccatum ipſum actuale Adæ quod iā tranſiit. ergo neque uera ratio peccati illius. & cum in reatu, vel in dignitate, aut carentia iuſtitiæ originalis non ſtet vera ratio formalis peccati originalis, vt ipſe Ambroſius fatetur, & contra prædictas opiniones probatum eſt: Iam ex prædicto fundamēto ſequitur ipſum Ambroſium cum Alberto ſentire quòd imputabilitas tantum illius peccati Adæ ad culpam, & pœnam habet rationem formalem peccati originalis in nobis: quòd que ipſum actuale peccatum Adæ in quo nos omnes virtualiter peccauimus eſt noſtrum peccatū originale. quod & dum concipimur ſinguli contrahimus non quidem quo ad eſſentiam peccati ipſius neque quo ad rationem culpæ, ſed quo ad imputabilitatem: quia ſcilicet tunc incipit ſingulis actualiter imputari ad culpam illud peccatum quod virtualiter nos in Adam peccante peccauimus: & propter hoc vt ipſe ait, dicimur contrahere peccatum originale, quia illud non in ſe, neq; rationem culpæ eius, ſed imputabilitatem ipſius ad culpam ſimul, & reatum æternæ pœnæ, & concupiſcētiam, in qua vtpote in ſuis affectibus peccatum ipſum viuit, ſimul cum natura contrahimus ab Adam. Inde & peccatum dicitur originale, quia videlicet commiſſum eſt ab Adam qui fuit originale noſtrum principium, à quo in nos omnes naturales filios eius ſtante lege imputabilitas culpæ eius reatusq; pœnarum cum natura transfunditur. Hæc in ſententia Ambroſius Catharinus.

Hanc opinionem referūt, & reprobant B. Anſelmus de conceptu virginali ca. 23. 24. 26. & Holchoth in tractatu de imputabilitate peccati. q. 1. in reſpōſione ad primum argumentum principale. & Soto, & Vega, vbi ſupra. Et certe hæc opinio cum fide catholica non omnino cohæret. tum primo, quia vbi nō eſt peccatum ipſum, aut uera ratio culpæ ſiue peccati, nullo modo iuſte, & vere coram Deo eſſe poteſt imputabilitas ad culpam, neque reatus culpæ, aut pœnæ æternæ p̄p talem culpā, ſiue peccatum. Sed neq; macula illius eſſe pōt, neq; poteſt quis vere dici, & eſſe peccator pollutus, & inimicus Dei, & dignus pœna, niſi propter peccatum, aut rationem eius, ſeu culpæ uere, & formaliter ipſi inhærētem, vel adiacentem. Quod inde patet, quia iniuſte imputaretur alteri peccatum alterius: ſi aliquo modo non eſſet ſuum. Contra id Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris. Et Prouer. 9. Si fueris illuſor ſolus portabis malum. Et B. Proſper in tractatu de libero arbitrio contra Caſsianum ait. Si in Adæ poſteros pœnam quis dicit tranſiſſe non culpam omnino falſum dicitur. Nimis enim hoc impium eſſet ſentire de Dei iuſtitia quod à præuaricatione liberos cum reis voluerit eſſe damnatos. Hæc ille. Et ad idem eſt Auguſtinus ad Valerianum, & alibi ſæpius agens de peccato originali, & in lib. de peccatorum meritis, & doctores cōmuniter. Nunc autem per peccatum originale omnes ſumus, & dicimur vere peccatores coram Deo polluti, & inimici, & in reatu culpæ, & pœnę æternæ ab ipſa ſtatim conceptione, vt patet ad Ro. 3. & 5. Et Epheſ. 2. ca. & in concilio Triden. ſeſſ. 5. & 6. vt ſupra in principio huius quæſtionis habetur. ergo in nobis vere, proprie, & formaliter eſt aliquid habens veram rationem culpę peccati, & maculę originalis cōtractum ex Adę peccato, & diſtinctum ab eo ſecundum diſtinctionē ſubiectorum ſeu hominum ſingulorum: & non ſolum ad culpam, vel reatum pœnæ imputatum: & illud eſt ſuum cuique proprium peccatum originale ueram eius rationem formalem habens.

Et hæc

Et hæc opinio, & omnes aliæ præcedentes cōcedunt nos omnes in Adam peccante peccaſſe: nosq; peccatum illud originaliter contrahere, & habere contra Pelagium: ſed differunt in modo aſsignandi rationem formalem peccati originalis, & in modo trāsfuſionis eius in nos ab Adam. Nam prima opinio dicit peccatum originale eſſe concupiſcentiam, ſeu morbidam qualitatem. Secunda carentiam iuſtitiæ debitæ. Tertia vtrunque, alterum de materiali, alterum de formali. Quarta reatum pœnæ, ſeu indignitatem ex Adæ peccato prouenientem. Quinta ipſummet peccatum actuale Adæ nobis ad culpam, & pœnam imputatum, vt hæc omnia ſatis declarata ſunt. & licet nulla harum opinionum hæretica ſit: tamen hæ duæ vltimæ, & hæc poſtrema magis ad hæreſim Lutheranam accedere videntur.

Ideo ad primā rationem huius opinionis reſpondeo negando minorem, quæ & fundamentū erat Ambroſii Catharini. dico enim quòd licet ille idem actus peccati Adæ eiusq; deformitas actualis non tranſeat in alterum, neque realiter multiplicetur: tranſit tamen & transfunditur per propagationem per modum habitus ab eo derelicti in natura tam quoad rationem culpę, quàm quo ad reatum eius, vt proxime in ſexta opinione ſequente latius declarabitur. Poteſt nanque eſſe ratio culpæ ſiue peccati, & reatus eius ubi actus peccati realiter, aut formaliter non eſt: ſufficit enim quòd fuerit actus peccati virtualiter in eo in quo ratio culpæ eſt. & ita cum nos virtualiter in illo actuali peccato Adæ cum ipſo peccante peccauerimus: & ille actus ipſius quidem formaliter, noſter autem omnīū virtualiter fuerit, vt ſupra in principio huius quęſtionis notatum habetur: inde ratio culpæ eius in ſingulos tranſfunditur; & eſt. & in hoc deficit hæc quinta opin.

Ad ſecundam rationem ex Ro. 5. aſſumptam reſpondeo negando conſequentiam. conceditur enim quòd illo tantum peccato Adæ peccauimus: non tamen quando concipimur illo peccato peccamus, ſed tunc contrahimus illud cum natura. Contrahimus inquam illud non quidem idem nec eūdem actum peccati numero, ex quo iam actus ille peccati pertranſiit: ſed contrahimus illud per modū habitus, quia videlicet quo ad eius deordinationem, & quo ad veram rationem culpæ, & reatum eius uere māſit in tota natura: quæ vere in ipſo Adam virtualiter erat: & ex pacto ſeu lege diuina illius peccati tunc rea facta eſt quando virtualiter illo peccāte peccauit. Et ſicut vere ab Adam ſuam quiſq; naturam trahit: ita & peccatum illud per modum habitus derelicti in ipſa natura, & rationem culpæ ſiue reatum eius quiſque ſibi proprium per propagationem ſimul cum natura transfuſum contrahit.

Hugo autem de ſancto Victore libr. 1. de ſacramentis par. 7. ca. 26. ca. 27. dicens ꝙ illa culpa actualis Adæ eſt noſtra originalis in nobis, intelligitur ſecundum Alexan. Alen. ſecunda par. q. 112. membro. 2. art. 1. non quidem per prædicationem identicam, ſed cauſalem. ita videlicet ꝙ non eſſentialiter, & realiter eſt eadem numero culpa: ſed eſt cauſa noſtræ culpæ ſeu peccati originalis in ſingulis. quòdque ita ſenſerit Hugo inde patet: quia ibidem conſequenter ſeipſum declarans ſubdit dicens, quod Adæ fuit actuale peccatum, in nobis eſt originale: quia in nos per ſolam naturam deſcendit quod in illo per actionem fuit. Hæc ille. & ita patet reſponſio.

Sexta opinio, & vltima in qua tandē ſtandum cenſeo eſt, quòd formaliter peccatum originale eſt carentia iuſtitiæ originalis debitę, capiendo iuſtitiam originalem pro ſignificato formali ipſius doni. Et in hoc ſtat ratio culpæ originalis peccati per modum habitus in ſingulis hominibus contracti, & trāsfuſi, quod & reatus culpæ originalis appellatur. *Opinio. 6.*

Pro cuius declaratione notandum eſt quòd iuſtitia originalis eſt donum habituale ſupernaturale Adæ collatum pro ſe, & ſuis poſteris ſi illud ipſe per peccatum non perderet. Et faciebat tres rectitudines in homine, prima erat rectitudo animæ ad Deum: non quidem meritoria, hoc enim pertinet ad gratiam: ſed erat rectitudo naturalis, quatenus ſcilicet per tale donum voluntas hominis libentiſsime, & facillime in omnibus voluntati Dei parata erat obedire; & inclinabatur valde licet nòn neceſsitaretur ad conformandum ſe voluntati diuinæ. Secūda rectitudo erat virium inferiorum ſeu ſenſitiuarum ad rationē. Tertia rectitudo corporis ad animam, de quibus latius infra q. 46. & harum omnium prima rectitudo præcipua eſt, & radix aliarum: quia illa manente manerent; & ea recedente aliæ duæ cum ipſo dono recederent. & ideo illa prima rectitudo dicitur ſignificatum formale illius doni inſtitiæ originalis, vt patet in B. Tho. in 2. diſtin. 32. q. 1. Et ad idem videtur in 1. 2. q. 82. artic. 3. & ibi Caietanus. Aliæ autem duæ rectitudinis dicūtur quaſi materiale ſignificatum iuſtitiæ originalis. in quo & concordat Soto lib. 1. de natura & gratia ca. 5. & 9.

Sed ibi ſuperaddit qoòd illa prima rectitudo animæ ad Deum non eſt effectus iuſtitiæ originalis, ſed ſolum ratio formalis eius. ſed certe dicere quòd non ſit effectus eius eſt contra omnes doctores, & B. Tho. 1. 2. q. 33. & art. 3. & ibi Caieta. Nam iuſtitia originalis ſupponit pro illo dono habituali infuſo, vel identificato cum gracia gratum faciente, vel ab ea diſtincto ſecundum diuerſas opiniones quo ad hoc: & de formali cōnotat omnes illas tres rectitudines, vtpote effectus eius. Et quia præcipua erat illa prima rectitudo animæ ad Deum à qua & aliæ dependebāt: ideo illa ſola dicitur eſſe formale ſignatum eius

cum

cum tamen in rei veritate non ſit niſi præcipua pars illius ſignificati formalis iuſtitiæ originalis: & aliæ duæ rectitudines dicuntur etiam quaſi materiale, vel effectus iuſtitiæ ipſius.

Igitur quomodocunque hoc ſe habeat prædicta opinio ait, quòd peccatum originale formaliter eſt carentia, ſeu defectus iuſtitiæ originalis quo ad illam primam rectitudinem animæ cum Deo quæ dicitur formale ſignificatum eius. Illa inquam carentia manẽs in nobis per modum habitus qui & reatus culpæ dicitur, vt proxime declarabitur, eſt formale peccati originalis. Carentia autem aliarum duarũ rectitudinum inde ſequentium præſertim illius ſecundæ rectitudinis eſt quaſi materiale; quæ & concupiſcentia, vel ægritudo habitualis, quæ eſt qualitas, vel inordinatio habitualis aliarum virium animæ, communiter & maxime à B. Tho. 1.2.q.82.art.1.& ibi Caieta. appellatur.

Dixi quòd eſt quaſi materiale: quia illa concupiſcentia non proprie eſt materiale, neque ſubiectum illius carentiæ primæ rectitudinis, vt actus peccati eſt ſubiectum rectitudinis, vel carentiæ ipſius: neque ipſa rectitudo animæ ad Deũ adiacet concupiſcentiæ prædictæ, vt ſuo ſubiecto, neque eam proprie peccatum denominat. Sed anima ſecundum B. Tho. vel voluntas, ſecundũ Scotum, vel potius ipſe homo, ſeu totũ compoſitum eſt ſubiectum peccati originalis quo ad prędictũ eius formale, vbi inerat iuſtitia originalis: & ab eo formaliter homo peccator eſt, & denominatur. Sed quia in hoc genere peccati originalis excogitare nequit materiale ſicut in actuali, & concupiſcentiæ motus in prohibitum. Fuit primus ac proximus effectus iuſtitiæ abſcedentis: placuit Auguſtino, & B. Tho. vbi ſupra, & aliis doctoribus vocare eam peccatum quo ad materiale prædictum, vtique ut ſic oſtenderent rem eſſe malam, vitioſam, & nociuam, contra Pelagiũ qui negabat prædictam inordinatam concupiſcentiã effectum eſſe peccati. Igitur ante baptiſmum propter coniunctam formalem rationem peccati originalis in anima (cuius ipſa concupiſcentia eſt proximus effectus) dicitur materiale peccati ipſius: formaliter autem peccatum originale eſt carentia iuſtitiæ originalis quo ad primam eius rectitudinem animæ ad Deum, vt declaratũ eſt: carentia vero ipſius doni habitualis ſicut & gratiæ, & aliorum donorum, ſiue bonorum eſt effectus conſequens, & concomitans formalem rationem ipſius peccati originalis. Forte etiam dici poſſet quòd ipſum donum eſt materiale iuſtitiæ originalis: & illa prima rectitudo eſt eius formale: aliæ autem duæ rectitudines ſunt effectus inde ſequentes.

Et hæc opinio ſic intellecta eſt beati Tho. 1.2. q.82.art.3.& ibi Caieta. & in 1.par. q.95.arti.1. & latius Soto de natura & gratia lib.1.ca.9. & ſecundum hanc opin. intellecta diffinitio communis, quòd ſcilicet peccatum originale eſt carentia iuſtitiæ originalis debitę, eſt optima. & tres primæ opiniones ſi ſic limitentur, & intelligãtur conſonant cum hac ſexta opinione. Nam & ideo doctores de ſecunda, & tertia opinione dicunt ꝙ peccatum originale formaliter eſt carentia iuſtitiæ originalis: per iuſtitiam originalem intelligẽdo tam eius formale prædictum, quam etiam ipſum donum habituale prout naturaliter inclinabat, ſeu faciebat illam primam rectitudinem animæ cum Deo quæ erat radix omnium aliarum rectitudinum, vt dictum eſt. Quia per carẽtiam illius formalis, ſeu primæ rectitudinis neceſſario ex lege ſecuta eſt carentia illius doni facientis illam rectitudinem, quo ablato iam & non ante carentia totalis rectitudinis hominis cum Deo pleniſsime facta eſt. Ideo neque tota ratio illius peccati quo ad vtrũque, ſcilicet materiale, & formale eius niſi per carentiam debitę iuſtitiæ originalis perfecte explicatur.

Igitur prædicta opinio, & diffinitio peccati originalis prædicto modo declarata probatur. quia peccatum originale eſt peccatum ab Adam in prolem per propagationem transfuſum ex cõcilio Triden. ſeſſ. 5. canone 3. vt ſupra habetur in principio huius quæſtionis. ergo id quod in illo fuit formalis ratio peccati, & in nobis relinquitur per modum habitus, eſt formalis ratio peccati originalis in nobis: & qui in illo effectus ſui peccati erant itidem ſunt effectus ipſius peccati in nobis. Nunc autem quodcũque illud peccatum fuerit in eo, ſiue ſuperbia, ſiue eſus ligni prohibiti, ſiue inobedientia, vel aliud quodcunque peccatum: formalis ratio illius peccati fuit voluntaria animæ obliquitas, & deflexio à lege, & ordine Dei, ſeu à rectitudine cum Deo ad quam iuſtitia originalis inclinabat, ſed non neceſsitabat. igitur hæc eadem deordinatio, aut ratio culpæ, quæ per modũ habitus qui reatus culpæ appellatur, manſit infixa naturæ quæ in ipſo erat, quamq; cũ ipſa natura ſinguli propriam cõtrahimus, eſt propria & formalis ratio peccati originalis in nobis. Aliæ autem deformitates, & priuationes, puta carentia gratiæ, aut macula, indignitas, demeritum, & dignitas pœnæ reatusq; pœnarum ſunt effectus ipſius peccati in nobis, ſicut & in ipſo Adam fuerunt. Et cum prædicta deordinatio, ſiue culpæ reatus ſit carentia per modũ habitus iuſtitiæ originalis quo ad eius formale (vt dictũ eſt:) habetur intentum opinionis diffinitioniſq; communis.

Quòd ſi contra hæc arguatur, quòd carentia *Argum.*
illius rectitudinis animæ cum Deo, quæ dicitur formale peccati originalis, ſecuta eſt ex carentia ipſius doni habitualis iuſtitiæ originalis: quæ erat cauſa illius rectitudinis ad quam inclinabat licet non neceſsitaret voluntatem, vt patet. Et carentia

tia

tia huius doni habitualis iuſtitiæ originalis fuit effectus pœnalis peccati Adę, quod libere culpabiliterq́; deflexit à dicta rectitudine cũ Deo idum noluit prædictæ inclinationi recte ipſius doni iuſtitiæ originalis aut gratiæ conformari. ergo de primo ad vltimum carentia illius primæ rectitudinis cum Deo quam iuſtitia originalis efficiebat eſt effectus, & non ratio formalis peccati ipſius Adę, & noſtri peccati originalis, quia quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.

Reſpon. Reſpondeo ad maiorem, illam diſtinguendo de duplici carentia illius rectitudinis, altera quæ formaliter eſt peccatum vel culpa, altera quæ ſolum eſt pœna illius peccati. Concedo enim ꝙ carentia hæc illius primæ rectitudinis cum Deo, quę eſt pœna peccati, & prout illa rectitudo erat ſolum ab ipſa inclinatione iuſtitiæ originalis, bene ſecuta eſt ex carentia ipſius doni iuſtitiæ originalis ex peccato Adæ, aut noſtri peccati originalis. Et hæc bene manet poſt baptiſmum ſicut & carentia doni iuſtitię originalis, & aliarum rectitudinum, ſeu effectum eius. at vero carentia voluntaria rectitudinis quę eſt culpa, i. voluntaria culpabiliſque deflexio qua Adam libere noluit ſe illi rectitudini conformare, ad quam donũ iuſtitię originalis inclinabat, non eſt effectus, ſed ratio formalis peccati Adę: & per cōſequēs illa per modum habitus, ſiue reatus culpę eſt ratio formalis noſtri peccati originalis. Et hęc eſt, aut fuit cauſa carentię ſecundę, & ipſius doni iuſtitię originalis, & omnium aliarum rectitudinũ, & effectuum illius. Quamuis Caietanus. 1.2.q. 81.art.3.dicat, quòd formale primum ipſius peccati eſt carentia ipſius doni quę mentem Deo ſubdebat: ſecundarium autem eſt etiam ipſa priuatio ipſius ſubiectionis, ſeu rectitudinis. quod non videtur verum ſi de voluntaria, & culpabili priuatione, ſeu carentia rectitudinis id intelligit: ſed eſt verum ſolum de priuatione, ſeu carentia quę erat pœna, & erat vel etiam eſt carentia ipſius doni iuſtitię originalis, vt dictum eſt. Et hęc voluntaria culpabiliſque carentia rectitudinis ad Deum non manet poſt baptiſmum: ſed ibi remittitur per gratiam nos Deo gratificantem, & per charitatem infuſam nos cum illo rectificantem, ſicque negatur conſequentia.

Et cum ſupradictis omnibus vidẽtur omnino concordare doctores communiter dicentes, ꝙ peccatum Adę fuit iniuſtitia: & noſtrum peccatum originale eſt iniuſtitia originalis ex iniuſtitia Adę contracta, vt expreſſe ait Anſelmus, & doctores omnes, vbi ſupra in ſecunda opinione allegantur, & ſynodus Triden. ſeſſ.6.ca.3.ex Paulo ad Rom.5. Item Alex.2.par.q.122.membro 4.ait ad idem quòd eſt quędam iniuſtitia quã homo ſibi facit adultus peccans: alia quę ſibi fit ex alio, vt paruulo ex peccato Adę in quo peccante peccauit. & membro 1. ait quòd Adam ab originali iuſtitia cadente cecidit etiam quęlibet uoluntas poſteriorum: caret enim voluntas cuiuſlibet illa rectitudine quam habuiſſet ſi Adam ſtetiſſet. Et membro 2.art.3. ait ꝙ ex hoc quòd volũtas eſt auerſa ab incommutabili bono per peccatum Adæ ſequitur ignorantia.

Item peccatum originale dicitur peccatum, & pręuaricatio: & nos ex eo peccatores, & pręuaricatores ſumus, & uere appellamur, & proprie. ad Rom. 5. & in concilio Triden. vbi ſupra, & quidem ſępe.

Dicitur etiam meritũ pœnę, vt ait gloſſa Auguſtini ſuper pſalmum 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Et Alexan. vbi ſupra, membro 2. art.1. & ſanctus Bonauentura in 2. diſtin.35.§.3.

Dicitur etiam deformitas, macula, & immunditia, & inquinatio animę ſecundum Alexãdrum, vbi ſupra, & in concilio Triden. ſeſſ.5.& 6. vbi ſupra habetur.

Dicitur etiam deordinatio animę à diuo Bonauentura in 2.diſt.30.artic.2.q.1. Vbi ait quòd peccatum originale eſt concupiſcentię immoderatio, vel concupiſcentia cum debitę iuſtitię carentia ab origine nobis ex Adę peccato proueniens. quia (vt ipſe ait art.1.q.2.) iuſtitia, rectitudo, & ordinatio eſt: et Adam quia perdidit iuſtitiam, & innocentiam quam ſibi, et omnibus poſteris conſeruare debebat: ideo in eius infectione culpabiliter omnes infecti ſumus, propter debitum ordinationis quę nobis debet ineſſe, et propter carentiam illius innocentię quam debemus habere, et propter pręd ominantiam concupiſcentię per quam animę noſtrę inordinatę ſunt et iniuſtę. Hęc ille.

Ex quibus omnibus videtur quòd doctores fere vidẽtur formalem rationem culpę Adę, et noſtri peccati originalis ponere in illa culpabili, et voluntaria ipſius Adę carentia, deflexione, ſeu actione defectuoſa ab illa rectitudine ad quam iuſtitia originalis inclinabat: quę deflexio, vel carentia ab ipſo Adam per modum habitus qui reatus culpę vocatur ad nos per propagationẽ trãſfuſe eſt, et rationem formalem noſtri peccati originalis conſtituit.

Et hoc expreſſe etiam videtur ſentire Hugo, vbi ſupra libr.1. de ſacramentis par.7.ca.26.27. dicens eſſe inobedientiam mandati diuini. Et tandem ait quôd id quod Adę fuit actuale peccatum nobis eſt originale: quia in nos per ſolam neceſſitatem deſcendit quod in illo per actionem fuit. Hęc ille. Ad rectum ſenſum Alex. Alen. ſupra poſitum in fine quintę opinionis, quod. ſ. actuale peccatum Adę eſt noſtrum originale: non quidem eſſentialiter, ſed cauſaliter, et ideo dicitur carentia iuſtitię originalis, ſ. per modum habitus: quia licet poſſet appellari amiſsio iuſtitię originalis, iniuſtitia, priuatio, deordinatio, demeri-

tum

tum originale, & melius reatus culpę originalis: tamen ſignificantius dicitur quòd eſt carentia iuſtitię originalis: vt plena ratio formalis eius explicetur ſimul & radix eius propria eiuſq; proximus effectus vt ſupra declaratum eſt, & ad hunc ſenſum concordant communiter doctores de ſecunda præcipue & tertia opinione licet nō ſatis explicuerint.

Dubium. Et ſi queratur quomodo prædicta carentia iuſtitiæ originalis ſeu culpabilis Adæ deflexio per modum habitus manet in natura & tranſit ſeu transfunditur in nobis: cum actus ille cū ſua carentia & deformitate iam irreuocabiliter præterierit nec poſsit multiplicari?

Reſpon. Respon. per triplex exemplum, primum eſt ſecundum Thom. 1. 2. quæſt. 81. art. 1. q ſicut omnia membra ſunt vnus homo: & ideo voluntas totius reputatur omnium membrorum. Vnde fit quòd peccata ab anima ad mēbra quibus committitur deriuatur: puta homicidium, quod tamen non eſt peccatum neque voluntarium illius membri puta manus ratione ipſius, ni ſi quatenus illud membrum eſt aliquid ipſius hominis quod à principio motiuo, ſcilicet à voluntate eius mouetur, propter quod & peccatum & voluntarium eſt & vocatur. Sic omnes vtpote membra eius eramus in Adam quodammodo vnus homo, ideo & voluntaria eius inordinatio manet in tota natura, quam generationis motione ab eo recipimus.

Item ſecundo ſecundum S. Bonauent. & alios doctores, ſicut ab arboris radice vel ſemine leſo vel infecto fructus ibi virtualiter exiſtentes leſi quoque vel infecti oriuntur. Sic etiā nos virtualiter in Adam exiſtentes atque peccantes eius leſionem & infectionem puta deordinationem culpę cum ipſa natura contrahimus. ideo & peccatum dicitur originale, quia ſcilicet ab origine cum natura contractum eſt.

Item tertio ſicut in homine tranſeunte actu peccati manet ipſius culpę reatus & animæ inordinatio ſeu macula, quouſque per gratiam remittatur ordinetur & emundetur: ita in propoſito, tranſeunte actu peccati ipſius Adæ manſit in tota natura & in nobis contrahitur illa carentia & culpa per modum habitus, qui reatus ſeu ratio culpę illius atque deordinatio habitualis appellatur. Et inde ſequitur macula & indignitas gratię & gloriæ. qui quidem reatus culpę non eſt poſitiua qualitas, ſed mera priuatio iuſtitiæ rationem culpæ habens.

Nam nota quòd eſt duplex reatus, vnus eſt reatus pœnę, idest obligatio ad pœnam propter culpam, alius eſt reatus culpæ, ideſt ratio ipſa peccati manens tranſacto actu peccati non dimiſsi per gratiam: à quo reatu homo fit & habetur adhuc reus, ideſt culpabilis & peccator, & dignus pœna & reus eius, ideſt obligatus ad eā, vt exo. 32. dicitur reatus vituli. Et deut. 21. reatus ſanguinis. Vnde & reatum culpę ſiue peccati dilui in Baptiſmo ſiue remitti eſt crimen & culpam & rationem eius tolli vt homo iam non ſit reus neque culpæ rationem habens. Ad quod eſt Auguſtinus lib. 1. retracta. ca. 15. vbi prędictū duplicem reatum breuiter tangit contra pelagianos negantes peccatum originale dicens. Quaſi vero peccatum quod nos ex Adam dicimus originaliter trahere, ideſt reatu eius implicatos & ob hoc pœnę ob noxios detineri, nuſquā eſſe potuerit niſi in voluntate qua cōmiſſum eſt quando diuini precepti eſt facta transgreſsio. hæc ille. vbi duplicem reatum ſignificat: alterum culpę dum dicit reatu eius implicatos: alterum pœnę dum ait & ob hoc pœnę obnoxios &c. de quo duplici reatu latius magiſter in ſecundo diſtin. 30. & 32. & 42. Et Gaie. ſecundum B. Tho. prima ſecundæ quæſt. 86. art. 1. Et Sco. in 4. diſtin. 14. quamuis differant aliqualiter inter ſe. Et de prædicto reatu culpæ originalis expreſſe ait Concilium Tridentinum. Seſſ. 5. cap. 5. ſi qui per domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam quæ in Baptiſmo confertur reatum peccati originalis remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totū id quod veram & propriam rationem peccati habet; ſed illud dicit radi aut non imputari, anathema ſit. hæc ibi.

Pro quorum maiori declaratione not. ſecundum prædictos doctores vbi ſupra eſt Bea. Thom. ibidem, & quæſt. 8. & ibi Gaietanus, & Abulen. in defenſorio de abſolutione ſacramentali & in prima paradoxa cap. 4. & Gerſon de vita ſpirituali lectione prima. alphab. 61. corolario. 6. Et Soto in 4. diſtinc. 15. q. 1. art. 2. & diſtinc. 14. quęſt. 1. art. 3. vbi bene reprehendit Abulenſem vbi ſupra dicētem quod proprię nemo abſoluit à culpa & pœna, igitur ſecundum hos alioſq; doctores, peccator per peccatum actuale ſex mala ſimul tempore incurrit, licet vnum ſit prius altero prioritate naturę vel pręſuppoſitionis ordinis aut conſiderationis. Nota.

Primvm eſt ipſum actuale peccatū, quod eſt offenſa Dei & auerſio à Deo per cōuerſionē ad creaturam relicto Deo & eius lege ſiue pręcepto. nam peccare formaliter & agere contra legem Dei rectamq; rationem, & ab ea deuiare & deordinari in opere ſuo. pręcipue eſt deuiare à lege Dei qui eſt ſuperior dominus omnium: quę quidem lex per rectam rationem nobis intimatur atq; cognoſcitur. Ideo proprię peccatum & offenſa Dei nō eſt principaliter niſi quatenus contra Deum & eius legem eſt. ſecundum pſal. 50. tibi ſoli peccaui. 5. principaliter, vt bene ait Gaietanus. prima ſecundæ quęſt. 71. art. 6. & quęſt. 87. arti. 4. & per talem offenſam Dei & auerſionē ab eo vel ab eius lege, in qua ſtat formalis ratio peccati, expellitur charitas creata forma- Peccatum actuale vel offenſa dei.

formaliter,& amicitia vel amore Dei ſecundum omnes:& etiam effectiue tanquam per ſuum cõtrarium ſecundum beatum Tho. diſtinguentem charitatem à gratia.

Reatus culpæ uel ſtatus peccati.

Secundum malum eſt ipſum peccatum in reatu, aut ipſe reatus culpæ manens tranſacto actu peccati: qui & dicitur peccatum per modum habitus,vel ſtatus peccati. & eſt eſſe aut manere hominem deuium à recta ratione, & deordinatum in ſe, & auerſum à Deo, & in eius offenſa quaſi habituali quouſque ad ipſum conuertatur. & iſte dicitur reatus culpæ manens tranſacto actu peccati,ſiue peccandi.à quo reatu homo dicitur peccator tranſacto ipſo actu peccati. & reatus iſte eſt relatio rationis fundata in hoc quod eſt hominem peccaſſe actualiter, & auerſum eſſe à Deo: & terminatur ad hoc quod eſt non eſſe conuerſum ad Deum,nec in ſe eſſe reordinatum; ſed ſic quaſi habitualiter, uel in ſtatu peccati auerſum, & inordinatum manere. ſecundum vero reales, vel ſecũdum nominales reatus peccati eſt ipſum peccatum præteritũ,connotando non eſſe emendatum,vel hominem nondum de illo pœnituiſſe, ſed adhuc in eo ſtatu manere quaſi habitualiter, vt dictum eſt.

Inimicitia Dei. priuatio gratiæ. Macula.

Tertium malum ſimul inde ſequens eſt inimicitia Dei,& priuatio gratiæ,& macula.nam propter prædictum peccatũ,& offenſam Dei in actu vel in reatu Deus odio habet peccatorem,& inimicus eius efficitur, & priuat eũ gratia ſua dum homo manet in peccato. & hæc inimicitia Dei eſt relatio rationis qua homo eſt obiectum diuinæ voluntatis odientis illum propter peccatum, vel offenſam ſupradictam, & id iuſte, nam ſicut homo peccando abiecit amorem Dei, & amicitiam:ita Deus abſtulit ab eo ſuam gratiã,& amicitiam,& illum odit,vt inimicum. Eccl.12. altiſſimus odio habet peccatores.

Et inde ſequitur macula: quæ eſt priuatio nitoris, & pulchritudinis ſupernaturalis in anima: quam quidem pulchritudinem habebat homo dũ erat in gratia,& Deo gratus. nunc autem ablata gratia propter peccatum iam redditus eſt homo abominabilis ipſi Deo. Trenorum.4. denigrata eſt facies tua ſuper carbones.& Sap.14. odio eſt Deo impius,& impietas eius.

Demeritum, indignitas, imputabilitas.

Quartum malum ſequens eſt demeritum priuatiue,& poſitiue. quia videlicet meretur pœnã damni,& ſenſus. damni quidẽ quia meretur peccator priuari omni bono accepto,& accipiendo, & gloria hic & poſt in æternum,vtpote indignus etiam pane quo veſcitur ſecũdum Auguſtinum. & hac ratione à quibuſdam doctoribus proprie dicitur indignitas, vel demeritum priuatiue reſpectu pœnæ damni. Reſpectu autem pœnæ ſenſus quam peccator hic & poſt meretur,& dignus eſt,dicitur demeritum poſitiue,ab aliis imputabilitas appellatur:ſed ſæpe vocabula uſurpantur.& utrunque nomine demeriti, uel indignitatis, uel etiam imputabilitatis priuatiue, & poſitiue generaliter appellatur:melius autem res ipſę per ſua propria vocabula diſtinguuntur ut dictũ eſt.

Reatus pœnæ.

Quintum malum ſequens eſt reatus pœnæ. i. ordinatio, & obligatio actualis peccatoris ad prędictam pœnam damni, & ſenſus, quam ipſe peccator meruit. & iſte reatus pœnæ actiue oritur à uoluntate diuina: & eſt ſecundum Scotum relatio rationis fundata in voluntate diuina ab æterno, & terminatur ad peccatorem. quia. ſ. Deus ab æterno vult ſecundum legem ſuam ordinare peccatorem pro tali tempore ad prędictam pœnam quam meretur. reatus autem pœnæ paſſiue fundatur in ipſo peccatore qui dicitur obligatus ad eam pœnam: & terminatur ad Deum obligantem,vt dictum eſt. vel ſecũdum Ocham & nominales iſte reatus pœnæ eſt cõnotatio qua peccator dicitur ſicut vere eſt à Deo obligatus ad pœnam propter peccatum. Et iſte reatus pœnæ paſsiue præſuppoſito reatu culpæ ſecundũ Scotum in 4.diſtin.14.q.1.eſt id ã quo tranſacto actu peccati homo eſt, & dicitur peccator, & in peccato manere quouſque ei remittatur: non autem à reatu pœnæ actiue ſumpto,vti Caieta.1.2. q.86.art.1.& q.113.art.1. male illum interpretatur. ſed certe quomodocunque Scotus accipiat reatum pœnæ, ſiue paſsiue,ſiue actiue:non ab eo tantum:ſed à ſupradicto reatu culpæ dicitur homo peccator tranſacto actu peccati,vt in hoc recte loquitur Caieta.ibidem.

Pœna contracta.

Sextum malum ſequens eſt pœna ex ipſo peccato contracta. quæ multiplex eſt,videlicet intellectus,aut rationis obſcuratio, & etiam execratio maxime ſi peccator diu maneat in peccato obſtinatus:& virium animæ debilitatio ad bonũ, & ad malum pronitas, & in naturalibus vulneratio. de quibus Pſal.37.dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum non eſt mecum. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. de quibus beatus Tho.1.2.quæſt.85.artic.3.ſecundum doctores ſanctos latius agit. & Soto in 4. vbi ſupra etiam differit quomodo reliquiæ peccati nõ ſemper,nec omnino tolluntur per pœnitentiam, & primam gratiam iuſtificantem.

Dubium 2.

ETSI amplius ſecũdo quæratur:ſi donũ Chriſti eſt maius,quàm peccatum Adæ:ad Rom.5.et peccatum Adę inficit omnes homines in eo,vt in ſuo capite,et radice virtualiter exiſtentes. quare ergo gratia Chriſti capitis noſtri non redundat efficaciter in omnes ad ſalutem etiam ſine meritis noſtris?

Reſpon.

Reſpon.ex B. Thoma. 1.2.q.81.art.3.ad tertium ꝙ peccatũ Adę redundat in omnes qui ſunt filii eius naturales: et ſimiliter gratia Chriſti in omnes qui ab eo ſpiritualiter regenerantur per fidem, et baptiſmum, ad tollendum culpã actualem,

lem & originalem etiam ſine meritis propriis. Nam prima gratia non cadit ſub merito ſimpliciter: licet in adultis requiratur aliqua diſpoſitio voluntaria ad filiationem Dei voluntariam: Sicut ad ſtationẽ naturalem requiritur ſua diſpoſitio naturalis. Et ita patet totius quæſtionis plena reſolutio.

QVAESTIO VNDECIMA.

Vtrum epiſcopus poſsit diſpenſare in gradibus matrimonij aliàs de iure papæ reſeruatis quãdo eſt caſus occultus & non poteſt commode remedium adhiberi, & quid ſit conſulendum taliter impeditis.

[illegible] Reſpondeo. in hac quæſtione duo articuli tanguntur, primo. Vtrum epiſcopus poſsit in dictis caſibus diſpenſare. ſecundo, quid ſit conſulendũ ſic impeditis.

Opin. 1. Quo ad primum dico in hoc eſſe duas opiniones quarum prima tenet quòd bene poteſt epiſcopus diſpenſare in caſu prædicto & ſimilibus, propter quinque rationes: quarũ prima eſt, quia ratione magnæ neceſsitatis ſeu etiam vtilitatis nouiter emergentis & tempore conſtitutionis inexcogitatę poteſt epiſcopus diſpenſare in quibus alias de iure nõ poteſt, ſed ſolus Papa, vt hoc tenent communiter doctores in ca. at ſi clerici, de iudiciis. & allegantur à Silueſtrina titu. diſpẽſatio quæſt. 9. & alibi. & præpoſitus in ca. conſequens. diſtinct. 11. vbi dicit quòd quo ad forum pœnitentialem niſi ſit ſpecialiter prohibita diſpẽſatio videtur in dubio permiſſa etiam inferioribus epiſcopo, & gloſſ. in ca. menſuram, de pe. & re. diſtin. 1. & archidi. in ca. niſi rigor. 1. quæſt. 7. & in ca. Deus de pe. & re. & Aſten. in ſum. lib. 5. titu. 31. & Raymun. vt etiam refert Summa Angelica titu. conf. 6. §. 4. & Silueſter confe. 1. q. 27. & latius Panormi. in ca. ſicut dignum. de homicidio, & de conſang. & affini. ca. dilectio. Nunc autem caſus præſentis quæſtionis eſt huiuſmodi. ergo patet conſequentia: quia vbi eſt eadem ratio eſt idem ius: etiam ſi non exprimatur, vt latius de hoc Silueſter titu. lex q. 18.

Secunda ratio, quia eccleſia nemini iniicit laqueum peccati, vt habetur ca. de Viduis ſecundo 27. quæſt. 1. Et neminem obligat ad aliquid cum Scandalo: quia & ipſa vitare tenetur illud tam actiuum quàm paſsiuum: neque poteſt præcipere nec ſtatuere id vnde Scandalum probabiliter imminet, vt patet ca. 2. de præſcriptio. & ca. nihil. de noui oper. nunciatio. & in ca. ex tenore, & ca. ad aures. de tempori. ordin. & ibi gloſſa. & Silueſter titu. obedientia. q. 5. Videatur. Sed ſi mulier ſic illegitimata ad matrimoniũ negaret debitum viro & declararet impedimentum aut ab eo inuito ſepararetur aut ſi maneret cum eo: eſſet vtiq; in periculum vitę aut animæ ſuæ & in Scandalum & turbationem viri & aliorum vt in caſu ſupponitur. ergo vel ſtatutum eccleſiæ illos illegitimans in tali caſu non valet: aut poteſt epiſcopus diſpenſare: aut etiam proprius Sacerdos ſecundum alios. quia & ſic intendit & vult eccleſia ſaltem implicite & actu debito ſuas leges in talibus caſibus intelligi & valere & non aliter: cum aliter licite velle non poſsit vt dictum eſt. Alioqui eccleſia non prouideret vt pia mater oĩbus periculis & perplexitatibus filiorum, ſed potius impie & crudeliter vellet manere eos ĩ periculis & laqueis animarũ, quod abſit.

Tertia ratio, quia in caſu extremę neceſsitatis quilibet Sacerdos poteſt in quemlibet, & à quolibet caſu & ſententia reſeruata abſoluere poteſt præſtita debita cautione: & hoc conceditur vel à iure diuino vel eccleſiaſtico ſecundum diuerſas opiniones, idq; propter periculum probabiliter imminens euitandum. ergo ſimiliter videtur eccleſia concedere poteſtatem diſpenſandi ſaltem epiſcopis modo prædicto in caſu neceſſitatis de quo eſt quęſtio pręſens & aliis huiuſmodi caſibus. patet conſequentia per identitatem rationis.

Quarta ratio, quæ & eſt replica contra reſpõſionem quæ ad hanc tertiá rationem proxime dictam dari poſſet, quia ſicut in caſu mortis corporalis quomodocunque etiam ex malitia alterius probabiliter imminentis non valet diſpoſitio vel lex humana qua factum eſt vt illa res ſit Sortis illa Platonis: ſed tunc iure naturali & diuino etiá ſecluſa humana diſpoſitione omnia fiunt communia ſaltem quo ad vſum ſufficientem releuare ab illa extrema neceſsitate corporali: & per conſequens ibi non eſt furtum formaliter diuino iure prohibitum. ergo ſimiliter & à fortiori in caſu matrimonii prædicto, vbi etiam indirecte & per accidens ex malitia viri ſeu aliorum probabiliter timetur mors alicuius corporalis ſeu ſpiritualis ex declaratione impedimenti ſeu ex debiti negatione vel ſeparatione ſeu etiam ex cohabitatione: Sequitur quòd non valet diſpoſitio humana, nam de gradibus diuina vel naturali lege prohibitis non loquor, illegitimans tales ad matrimonium: Sed quòd tunc poſſunt inuicem conſentire & legitime contrahere et alter in alterius poteſtatem tranſire, etiam ſi nulla adſit diſpoſitio humana id concedens; et per conſequẽs ibi non erit fornicatio prohibita iure diuino.

Quinta ratio, quia ca. literas de reſt. ſpo. videtur fauere huic opinioni, ná ibi dicitur ꝙ in gradibus humana cõſtitutione prohibitis reſtitutio locũ habet cũ effectu: cũ in his valeat diſpenſari. Vnde nõ peccat qui ad mãdatum eccleſiæ in hoc caſu debitũ reddit cõiugale. Hæc ibi. vbi etiá clare dicit textus quòd non reprobatur opinio dicẽtium ꝙ in gradibus humana lege prohibitis de quibus loquimur vxor, de cuius impedimẽto liti

gatur debet ante cauſæ diffinitionem reſtitui vito petenti, & ei reddere debitum ſine peccato: etiamſi in rei veritate prædictum habeat impedimentum. Et ratio quæ ibi datur in textu eſt: quia ex quo eccleſia poteſt diſpenſare, iam cenſetur diſpenſare quando mãdat tales, ut coniuges cohabitare etiam quo ad thorum, vt patet ex illa ratione, ſcilicet cum in his valeat diſpenſare &c. ſed in caſu præſenti, quando ſcilicet prædictum impedimentum matrimonii eſt ſecretum, aut tale quòd non poteſt legitime probari, neque commode declarari propter ſcandalum, & huiuſmodi, iam eccleſia præcipit eos non ſeparari: quia etſi de facto ſeparentur dicit reſtitutionem petenti eſſe faciendam, & præcipit eos cohabitare etiam quo ad thorum, vt patet ea dictis. ergo cēſetur diſpenſare, vt etiam quo ad thorum licite cohabitent ad prædictum mandatum etiam implicitum eccleſiæ: quouſque per eccleſiam aliud legitime decernatur, aut præcipiatur in tali caſu.

Propter has rationes videtur hæc opinio probabilis: quòdq; poteſt practicari: maxime ubi eſſet talis conſuetudo quòd epiſcopus diſpenſet in talibus caſibus periculoſis, vt infra in fine ſecundæ opinionis, & totius huius articuli, & inferius. q.12. habetur de diſpenſatione cum inceſtuoſis.

Et hanc opinionem tenent expreſſe ſumma Siluestrina titu. diſpenſatio. q.9. & ſum. Ang. eo. tit. §.5. & ſumma Nauarri in ca.22. nu.87. & margarita confeſſorum agens de diſpenſatione, & à fortiori eam tenebit Hugo de ſancto Victore li. 2. de ſacramentis par.11. ca. 6. & magiſter in 4. diſt.38. Nam iſti duo doctores tenent aliud difficilius quòd ſcilicet viuēte prima vxore legitima cum qua quis clandeſtine contraxit poteſt licite vir cum ſecunda cū qua in facie eccleſiæ contraxit ad mandatum eccleſiæ cohabitare etiam quo ad thorum propter mandatum eccleſiæ, & propter uitandum ſcandalum. & quidem hoc eſt difficilius, quia eſt contra legem diuinam, contra quam eccleſia præcipere, aut diſpenſare non poteſt: quamuis horum opinionem Adrianus in 1. quodlibeto art.3. in reſpon. ad tertium argumentum non reprobat, neque approbat, ſed ut probabilem relinquit: licet communiter à doctoribus in 4. diſtin.38. vt erronea contra. ca. inquiſitioni, de ſen. excom. reprobatur.

Opinio 2. SECVNDA opinio tenet ꝙ non poteſt epiſcopus diſpenſare in caſu quæſtionis propter duas rationes. prima eſt, quia contra canonem Papæ, vel concilii diſpoſitiuum, qualis eſt inhabilitans, ſeu illegitimans aliquos ad matrimonium, non poteſt epiſcopus diſpenſare quo ad aliquid in futurum agendum: niſi hoc ei expreſſe cōcedatur, aut niſi quãdo canon dicit ſuper eo poſſe diſpenſari, aut niſi ſit conſuetudo legitime preſcripta qua epiſcopus ſuper eo diſpenſet. Nunc autem hec poteſtas nullibi conceditur expreſſe: nec eſt conſuetudo epiſcopis præſcripta, ſed potius oppoſita. ergo conſequētia patet, & minor probatur: quia ſi Papa, uel eccleſia non cōcedit actualiter poſſe diſpenſari, non ualet diſpenſatio epiſcopi in prædictis: vt communiter tenent doctores in ca. nuper. de ſen. excom. & in ca. dilectus, de tempori. ordi. & refert, & tenet ipſe Silueſter titu. diſpēſatio. q.9. Minor etiam probatur. quia & Papa, & eccleſia expreſſe reclamat quãdo ſcit epiſcopos aliquando in prædictis diſpēſare. quod & ſæpe expertus ego ſum: nã & prælati quidam ſeu epiſcopi ſatis docti, & timorati inſtructiq; de illa prima opinione, atque rogati, ut diſpēſent in prædicto caſu quãtum poſſunt in foro cōſcientiæ, ut coram Deo valeat quãtum eorum diſpenſatio ualere poteſt, nolunt diſpenſare, neque audent id attentare.

Neque ualet conſequētia, volunt actu debito: ergo & de facto ualet, aut conceditur epiſcopis diſpenſatio ac ſi actu elicito illi voluiſſent. patet inſtantia in omnibus actibus quorū effectus ſequitur ſolū ex actuali operatione, & nō ſolum ex debita actione, ut in cōſecratione, baptiſmo, & ſacramētalibus effectibus, in quibus nō ſequitur ꝙ ſi miniſter debet id facere. ergo ſi nō actualiter facit illicite omittēdo iam cēſetur facere de facto. Similiter in diſpēſationibus, & abſolutionibus cenſurarū, & caſuum, & legitimationibus perſonarum maxime in caſu neceſſitatis. igitur non ualet prædicta cōſequētia ab actu debito ad actum elicitum generaliter in omnibus: quãuis ualeat in iis in quibus ius uel ratio manifeſta ſupplet defectum talis conſenſus, Secundum Medina de confeſſione q.42. & de reſtitutione q.2. ut in operationibus quarum effectus pendet aut ſequitur ex iuſtitia operationis; ut in contractibus contingit: quia ſi Sortes tenetur cōcedere mihi nunc & tali modo hanc rem, & actualiter eã non concedit actu elicito: ſi tamen ego eam accipio nunc & eodem modo, iam cenſetur concedere, & habetur eundem effectum ac ſi actu elicito cōceſſiſſet ſecundū Scotū in 4. diſt.15. & cōiter doctores. Alioqui ſi prædicta conſequentia ualeret in omnibus: Sequeretur etiam ꝙ papa & epiſcopo culpabiliter nolente diſpenſare in gradu prohibito in quo certe deberet diſpenſare propter rationabiles cauſas ad id: iam quilibet ſacerdos aut iudex id poſſit: immo ꝙ ſi ipſe ſacerdos aut iudex nollet ſeu ſi ad eum non poſſet cōmode haberi recurſus: iam ipſo facto cenſeretur facta diſpenſatio & legitimatio: Sicut in extrema neceſſitate ipſo facto omnia ſunt cōia quoad uſum: quod quia abſurde cōceditur patet ex dictis & dicēdis et in reſpōſione ad rōnes primę opinionis.

Secunda ratio huius ſecundę opi. eſt: quia in d. c. literas, de reſti. ſpol. licet nō omnino reprobetur prædicta prima opinio quo ad caſum ibi contentum: tamen non approbatur finaliter, ut

patet

patet ibidem. Multa autem non reprobantur, neque cōdemnantur, licet ſint digna reprobatione vt falſa, & erronea, quia tunc nō conſtat omnino de eorum falſitate: multa.n. falſa, ſunt probabiliora quibuſdam veris ſecūdū Ariſt. ſufficit aūt pro eorum reprobatione ꝙ cōiter non acceptantur à doctoribus, neque ab eccleſia. ideo temere quis tali opinioni ſcienter ſe committet: ſecus ſi ignoranter, ignorantia nanque inuincibilis poteſt in hoc ſicut in aliis grauioribus excuſare, vt late, & bene Adrianus in 1. quodlibeto vbi ſupra. & illos ignoranter vtentes illa prima opinione Hugonis non reprobauit Adrianus, ſecus ſi ſcienter aut temere vterentur. Et quidem iure non acceptatur illa prima opinio in illo ca. literas, quia ſi poſtea legitime in foro eccleſiæ cōſtaret de impedimento matrimonii, & illegitimitate perſonæ, & per conſequens de inualiditate matrimonii, & vellet alter cui iam id cōſtat ſeparari; certe ēt per ſententiam eccleſiæ poſſet ſeparari tale matrimonium, ſuper quo tamen iam erat habita diſpenſatio implicita in mandato eccleſiæ. Quod tamen eſt inconueniens: nā ſi talis diſpenſatio implicita erat ſufficiens legitimare illos: iam datur matrimonium validum ratum, & conſumatum ſeparabile contra doctrinam Chriſti, & eccleſiæ, ſi non erat ſufficiens legitimare. ergo habetur intētum ꝙ.ſ. non eſt valida illa diſpenſatio quòdq; nō eſt ibi verum matrimonium, ſed præſumptū tātum quo ad faciem eccleſiæ: & per conſequens ꝙ is cui conſtat de ueritate non pōt reddere, nec exigere debitum. Ad quod facit idem ca. literas, & ca. inquiſitioni, de ſent. excom. & ibi doctores, vbi expreſſe habetur, ꝙ is cui conſtat de inualiditate matrimonii non debet etiam ad mandatum, ſeu excommunicationem eccleſiæ exigere, nec reddere debitum, ergo patet ꝙ in mādato eccleſiæ mandantis cohabitare eos de quorum matrimonio dubitatur non intēdit eos legitimare, aut diſpēſare cum eis; ſed ſecundum iuſtitiam reſtituit ſolum in poſſeſſionem: & ſecūdum Adrianū, loquitur in foro præſumptionis in facie eccleſiæ qui cedere debet veritati. igitur multo minus id vult aut intendit quādo nihil mandat ſuper hoc: ſed potius tacet, aut negat de facto talem diſpenſationem, vt dictum eſt. Gloſſa autem quam in 1. quodlibeto, vbi ſupra dat Adrianus per quam nititur eludere hunc ſenſum dicti ca. inquiſitioni, non valet vt patet intuenti, de quo infra libro tertio, in noſtro tractatu de conſcientia. q. 8. latius habetur.

Reſp. ad 1. [illegible] 1. opinio. Ad rationes aūt primæ opinionis reſpō. ad primā negādo minorē; quia iſti caſus tametſi ſecreti tamen nō ſunt raro, ſed ſępe cōtingentes etiam in publico: & per cōſequēs non ſunt inexcogitati quādo tale ſtatutum eos illegitimās factum eſt. Sicq; potius videtur veriſimile ꝙ Papa, & eccleſia velit tales manere illegitimatos ad matrimonium niſi Papa diſpenſet.

Ad ſecūdam, reſpon. ꝙ maior eſt uera ad hūc ſenſum, ꝙ directe eccleſia nihil præcipit, aut ſtatuit quod ſit ſcādaloſum, aut laqueus peccati, vt ibi probatur: indirecte autem, aut per accidēs negatur illa maior. Nam eccleſia præcipit, & ſtatuit multa quæ per ſe nō ſunt ſcādaloſa, neque laqueus peccati, bene tamē per accidēs: quia ſcilicet ex culpa aliorum, ſeu etiā ſine culpa alii ſumpſerūt, vel fecerūt ſibi uel aliis occaſionem, aut laqueum peccati: ſicut ex bene factis Chriſti, & ſanctorum Iudæi, aut alii fecerūt, & ſumpſerunt occaſionē peccati. Similiter & multi ſunt huiuſmodi laquei emergētes occaſionaliter ex aliis cōſtitutionibus Papæ & eccleſiæ: & tamē nō obſtā. his ſunt validę tales cōſtitutiones, vt patet in materia excommunicationum, ſuſpēſionum, & matrimoniorum, & caſuum reſeruatorū, vt late refert, & deflet Gerſon de vita ſpirituali animæ lect. 4. & 6. & alibi ſæpius. Ad minorem autē reſpondeo, quòd ibi ſolum eſt ſcandalum, aut laqueus occaſionaliter indirecte ſubſequens ex eccleſiæ ſtatuto. Reſp. ad 2.

Si dicas eccleſia tenetur prouidere ſuis filiis de remedio etiam in his ſcādalis paſsiuis, & laqueis occaſionatis, &c. Reſpōdeo, cōcedēdo id, quātum attinet ad peccatorum debitam, & ſufficiētem liberationem, ſeu præſeruationem: nō tamē quo ad damnorum omnium temporaliū remedium præſtādum. datur enim perplexitas tam in lege Dei, quàm eccleſię inter duo mala, quorum alterum eſt culpæ alterum pœnæ, ita quòd neceſſario eſt in alterum illorum incidēdum pro vitatione alterius: ut patet in caſibus multis ubi non poteſt quis uitare peccatum niſi patiatur iacturam vitę rerum aut honoris. & ſic eſt in caſu præſenti: nam Deus, & eccleſia ſufficienter prouidet in talibus caſibus quomodo uitetur peccatum fornicationis, & omne aliud peccatum: ſi tamen uir, quàm mulier, & alii omnes faciunt quod debent; quamuis inde ſequatur iactura temporalis, vitę, rerum, aut honoris. Quid autem & qūo fieri debeat, ut uitetur oē peccatū in huiuſmodi caſibus: id in ſecūdo articulo ſequēti habetur, et ſi ſequitur damnum tēporale ex his patienter feratur, & ſuis peccatis imputetur, & Deo offeratur cum aliis uitę incōmoditatibus: melius eſt.n. animam quàm corpus ſaluare.

Ad tertiam reſpondeo negando conſequentiam: & ad probationē negatur quòd ibi ſit idētitas rationis; & dato quòd ſit omnino eadem ratio adhuc negatur conſequentia: ratio eſt quia quāuis caſus exceptus à lege, ſeu regula iuris extendatur ad caſum eiuſdem, uel ſimilis rationis, quando lex, ſeu exceptio talis caſus fundatur in ſola ipſa ratione etiam ante principis, ſeu iuris diſpoſitionē: quia tunc ſecundū talē rōnē eſt ſenſus legis, & exceptionis prædicti caſus, vt cō- Reſp. ad 3

muniter tenent doctores, & refert Silueſtrina titu. lex. q. 18. & Adrianus in quarto in materia excommunicationum. q. 3. in 8. exceptione. Tamen hoc non eſt verum quando exceptio illius caſus à lege communi fundatur, non ſolũ in ipſa ratione, ſed etiam idq́; principaliter in principis, ſeu iuris humani diſpoſitione & voluntate: ita quòd ſi princeps, aut lex non excepiſſet illum caſum à lege communi, certe nõ fuiſſet exceptus, quamuis eſſet iuſta ratio, ut excipi deberet, vt hoc ait Adria. vbi ſupra ſic limitans, & intelligens Ioannem Andr. & alios doctores qui videntur oppoſitum dicere. Nunc autem ille caſus exceptus à lege communi, ſcilicet quòd in caſu extremę neceſsitatis corporalis poteſt ſacerdos quilibet in quemlibet &c. non habet fundamentum in ſola ratione, vel iure ſolo diuino, quamuis multi doctores teneant oppoſitum: ſed præcipue ex Papæ, uel eccleſiæ, ſeu iuris diſpoſitione: ita ꝙ niſi Papa, aut ius id conceſsiſſet, aut excepiſſet, certe non eſſet exceptus talis caſus, neque poſſet quilibet in quemlibet: quamuis ad talẽ exceptionem faciendam eſſet cauſa rationabilis, vt tenent plurimi doctores. ergo non eſt extendendus ille caſus ad caſum præſentis quæſtionis: quia iſte non eſt ſimiliter exceptus ex ſola ratione, ſed neque ex iuris diſpoſitione: quãuis ſit eadem iuſta cauſa, vt excipi deberet.

Reſp. ad 4. Difficultas. Ad quartam reſpondeo negando conſequentiam, quia non eſt ſimile. Pro cuius declaratione nota quòd ibi quæritur quare ex ipſa ratione naturali id concedente ſine alia diſpoſitione humana omnia fiunt communia omnibus in extrema neceſsitate: & non ſimiliter perſonæ fiunt cõmunes omnibus ad vſum copulę carnalis ſeparabilis, aut inſeparabilis in caſu mortis corporalis aut etiam ſpiritualis ad præſeruandum ſaltem à tali periculo. quare inquam lex, uel diſpoſitio humana approprians res temporales ceſſat in caſu mortis, non autem lex humana illegitimans perſonas ad matrimonium.

Ad quòd reſpondeo, quòd duplex eſt ratio diſcriminis. prima quæ & ſumitur ex fine proprio, & immediato ipſarum rerum & perſonarum. Nã res omnes præter perſonas à natura ſua creatæ ſunt, & ordinatę directe, vel indirecte, vt mediũ neceſſarium ad vitam temporalem, ſeu ad cõſeruationem indiuiduorum, id eſt, ſingulorum hominum, vt etiam patet Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam. &c. & Gen. 9. Omne quod mouetur erit vobis in cibum &c. & ideo ſuadente ratione naturali eſt humanitus facta diſtinctio dominiorum, & appropriatio rerum, vt commodius vita ipſorum ageretur in vſu ipſarum, quando ergo talis uita hominis periclitaretur niſi rẽ aliquam in vſum aſſumeret: iam ipſa ratio lexq́; naturalis concedit rem ipſam ad ſuum finẽ proprium, ſcilicet ad cõſeruationem illius hominis: & per conſequens ceſſat omnis alia diſpoſitio, & voluntas humana tunc militans contra ſuum finem intentum. Secus in vſu perſonarum ad copulam; nam finis proprius, & immediatus, & directus copulę carnalis viri, & fœminæ eſt conſeruatio ſpeciei humanæ, ad quam talis copula, vt medium neceſſarium proprie, & immediate ordinata eſt à natura, & ab ipſo Deo actore naturę, non ad conſeruationem indiuidui: in quo communiter omnes doctores tam theologi, quàm philoſophi conſentiunt.

Secunda ratio, & melior ſecũdum Medina de reſtitutione q. 20. eſt. quia auferre, ſeu detinere alienum non eſt peccatũ niſi quatenus talis ablatio, ſeu vſurpatio eſt iniuſta, & iniurioſa proximo. quæ cauſa cum ceſſet ſi dominus in tali ablatione actu elicito, vel ſaltem debito conſentiat, vt patet: ideo ergo in tali caſu extremæ neceſsitatis redditur licita ablatio, ſen detentio rei alienę. At vero non ſuæ mulieri, vel non ſuo uiro ſciẽter commiſceri eſt illicitum lege diuina, & naturali illud prohibente, cuius malitia per humanam uoluntatem, & cõſenſum, ſeu legem, vel per aliquã circunſtantiam ſtante lege auferri nõ poteſt, ſicut poteſt in acceptione rei alienæ. Ideo niſi ad cognoſcendum non ſuam accedat diuina licẽtia ſeu diſpenſatio, licite fieri non poteſt.

Sed cõtra hoc replicatur: quia ſolum datur rõ diſcriminis quare in extrema neceſsitate licitum ſit vti re aliena, & non ſit licitũ vti muliere ſeu uiro alieno, ſeu nou ſuo. argumentũ aũt petit quare in extrema neceſsitate, ſicut ceſſat lex humana diſtinguẽs dominia, & ita res aliena efficitur propria ſaltẽ quo ad uſum pro tũc: & ſicut lex eccleſiaſtica de ieiunando, & euitando excõmunicatum nominatim denũciatũ ceſſat in caſu mortis, ut patet in ca. ſacris, de his quæ vi me. ve. &c. ſecundum cõiter doctores, & Adria. in 4. de excõmunicationibus in 8. exceptione: & lex de audiẽdo miſſam die dominico: & de ceſſando ab opere ſeruili die feſto: & ẽt de confitendo in quadrageſima, aut in articulo mortis, aut ad ſuſcipiẽdum euchariſtiã quando ſine periculo probabili mortis, aut magnæ iacturæ honoris legitimum confeſſorem hõ adire non põt, ſecundum cõiter doctores tenentes ꝙ in his, & ſimilibus caſibus non obligat lex eccleſiaſtica, & diuina cum periculo mortis, ſed tũc eius obligatio, & vis ceſſat in tali caſu. quare ergo non ſimiliter ceſſabit vis legis eccleſiaſticæ illegitimantis hos uel illos in caſu periculi mortis corporalis, & ſpiritualis? Ita ꝙ poſsint inuicem conſentire, & matrimonialiter copulari ac ſi nulla eſſet lex eccleſiaſtica id prohibens, & illegitimans in tali caſu. *Replica.*

Reſpon. ꝙ ratio differentiæ eſt, quia lex etiam eccleſiaſtica ſæpe obſeruãda eſt etiam periculo mortis non obſtante, puta quando contẽptus legis, uel ſcandalum graue, aut iniuria fidei interueniret, *Reſpon.*

uenirer, vel diſcrimen aliud publicum ſiue commune: & ita ex operis grauitate attentis circunſtantiis, atque ſequella, talis obligatio in periculo mortis penſanda eſt, vt ait Soto de iuſtitia, & iure lib. 1. quæſt. ſexta, articu. quarto, & Caieta. prima ſecundæ quæſt. 96. articu. 4. quem ibidem optime limitat. ideo lex diuina, vel eccleſiaſtica de ieiunando, de confitendo, de audiẽdo miſſam die feſto, de vitando excommunicatos, & huiuſmodi non obligat in diſcrimine mortis; niſi graue ſcandalum, aut legis contemptus, vt diximus interſit. Lex autem de celebrando cum vaſis, & veſtibus ſacris, & lumine, & lex illegitimans ad matrimonium in diſcrimine mortis obligat, & ſeruanda eſt, quia niſi etiam tunc generaliter ſeruaretur, vtique vel irriſio fidei, aut reipub. Chriſtianæ, & humanæ politiæ bonum periclitaretur, aut graue damnum eius, vt plurimum ſequeretur. Nam vt multiplicibus fraudibus, & peccatis aliis obuietur, legiſlator etiam humanus recte tales leges cum tanto diſcrimine inuiolabiliter vult & intendit obligare, & ſeruari, id quod ex practica eccleſiæ etiam perpendi poteſt. Quæ ſi aliquando vellet benignè agere etiam ſtante operis grauitate, vt in caſu præſenti vtique poſſet per ſuam legem cum diſcrimine mortis nos nõ obligare, vt ita multis periculis animæ, & corporis proſpiceretur.

Reſp. ad 5. Ad quintum reſpondeo negando antecedens & conſequentiam, quia eccleſia non approbat illam opinionem, neque in practicã ducit: neque intendit concedere diſpenſationem, neque legitimare eos quos ſimul cohabitare præcipit in dubio impedimento. Immò ibidem vt expreſſe, quòd is cui conſtat de tali impedimento non poteſt exigere, nec reddere debitum, vt ſupra probatum eſt in ſecunda probatione huius ſecundæ opinionis.

Re. ſpõſio. Igitur hæc opinio ſecunda videtur probabilior quam etiam tenet Soto de iuſtitia, & iure libro primo, quæſt. 7. art. 3. & in quarto ſententiarum diſtinct. 37. quæſt. 1. articulo ſecundo, quæ cõmunis eſt, & practicatur in eccleſia. Tametſi illa prior opinio pia, & probabilis ſit eo præſertim caſu quo matrimonium non clam, ſed in facie eccleſiæ cum bona fide eſſet celebratum ab æſtimante nullum intercedere impedimentum dirimens matrimonium: quod tamen poſt ipſum iam bona fide contractum eſſe cognouit. Tũc enim ait Soto, vbi ſupra quòd ſi non commode eſſet aditus ad Papam in caſu quo ille poſſet, etiã poſſet Epiſcopus diſpenſare: quamuis id non aſſerat. Aequum tamen eſſet vt his pia mater eccleſia prouideret.

Sed iam in concilio Triden. ſeſſ. 24. ca. primo, ſub Pio quarto prouiſum eſt, vt videlicet matrimonium non ſit validum niſi præſente parrocho & duobus ſaltem teſtibus contrahatur. Et ſeſſ. eadem ca. 6. etiam habetur quòd liceat epiſcopis in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex occulto delicto prouenientibus (excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum) diſpenſare: & in quibuſcunque caſibus occultis etiam ſedis Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in ſua diœceſi, per ſeipſos, aut per vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem etiam in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ, eis tantum non eorum vicariis ſit permiſſum. Hæc ibi. Sed vtrum in his concedatur etiã poſſe diſpenſare in impedimẽtis occultis matrimonii; aliorum eſto iudicio. videtur enim quòd non, nã ſecundum iura nomine ſuſpenſionis non videtur prædicta impedimenta comprehendi.

Articulus ſecundus huius vndecimæ quæſtionis eſt quid interim conſulendum ſit mulieribus impeditis, atque perplexis in caſibus prædictis, ſcilicet impedimentis occultis matrimoniorum: quando non poteſt fieri ſeparatio, aut negatio debiti, aut cohabitatio ſine ſcandalo, aut periculo mortis corporalis, vel ſpiritualis alicuius probabiliter imminente. *Artic. 2.*

Ad quod reſpondeo per tria dicta præſuppoſita ſecunda opinione magis probabili in primo articulo præcedenti. quorum primum eſt quòd mulier cui conſtat de impedimento nullo modo poteſt petere, nec reddere debitum: quia eſſet fornicatio, vt patet ex ca. inquiſitioni, de ſenten. excommu. & ex articulo præcedente, quouſque habeatur diſpenſatio ſimul, & nouus conſenſus matrimonialis vtriuſque, qui quidem conſenſus habita diſpenſatione facile poteſt, & induſtrie obtineri, ita quòd vir non intelligat petitionis cauſam huius conſenſus, vt ipſa amãtium & indigentium docet experientia. *1. Dictum.*

Sed nota quòd ſi tale impedimentum à iure diuino procedit, difficilius remedium eſt. Tale eſt quando mulier prius contraxit occulte cum vno non tamen conſumauit matrimonium: & poſtea in facie eccleſię cum ſecundo contraxit, & conſumauit, cum quo iam multis annis permãſit, à quo & filios habet: & ſine graui ſcandalo, & periculo corporali ſeparari non poteſt. Tunc enim docto res tenẽtes, quòd Papa poteſt in matrimonio tantum rato non conſumato diſpenſare, conſequenter dicerent, quòd cum prędicta muliere poterit diſpenſare, vt maneat cum ſecundo cum quo matrimonium conſumauit. Sed doctores communiter tenent oppoſitum: quibus, & ego magis aſſentio, & eorum opinionem uériſsimam cenſeo. Iam tamen ſuper hoc, vt proxime diximus per Concilium Trident. prouiſum eſt, ne illa clandeſtina matrimonia ualida ſint.

2. dictum. Secundum dictũ eſt quòd ſi ex negatione debiti, aut ex reuelatione prædicti impedimẽti per ſe, vel per alium etiam per confeſſorem, aut ex ſeparatione ſequatur ſolum ſcandalum mariti, vel etiam aliorum, nihili pendendum eſt: prius tamen facta debita inſtructione, vel relatione de cauſa talis ſeparationis. Quia vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas ſcilicet uitę relinquatur. Nam tale ſcandalum potius imputabitur viro, vel aliis qui poſt ſufficientem inſtructionem de veritate deberent ſaltem dubitare de ſecundo matrimonio, & inquirere veritatem: dum non haberent cauſam legitimam ad oppoſitum uehementer ſuſpicandum, quòd ſcilicet id mendaciter, fraudulenterve confingitur. Et prædicta ſunt vera quãdo ex tali reuelatione veritatis ſperaretur fructus ſeu finis intentus, ſcilicet ſeparatio, aut ſaltem fraternalis tantum cohabitatio ſine vlla commixtione carnali. Aliàs autem non debet fieri prædicta reuelatio impedimenti ſi nõ ſperatur prædictus fructus: quia vel non credetur ei, neque id poteſt probari cum ſit occultum: vel quia maritus quacunque ex cauſa id nõ permitteret: ſed potius ſcandalum, & forte etiã alia pericula, & damna ſine fructu ſequentur: tunc. n. talis ſcandaloſa reuelatio non eſt de ueritate vitę quando nullus fructus de prædictis ſperatur.

Quid ergo remedii cum ſit tunc diſcrimen atque periculum mortis ſpiritualis, ſcilicet fornicationis reddendo debitum, ſeu potius dando corpus ſecundo uiro non ſuo: aut mortis corporalis, & infamiæ ex negatione, vel fuga? Reſpon. per tertium dictum ſequens.

3. dictum. Tertium dictum eſt, quando mulier eſt inter prędicta diſcrimina fornicationis, aut mortis corporalis, & infamiæ, nec poteſt euadere alterum iſtorum per diſpenſationem aliquam Papæ ſecretam, uel manifeſtã: tunc vnicum ſibi remedium patet, quod ſcilicet caute, & cum debita ſocietate, & debito modo fugiens in domum propinqui non ſuſpecti, vel in monaſterium monialium vbi ſit ſine ſuſpitione, & ſine calumnia mariti de fuga adulterina: & inde iudicialiter agat petendo diuortium opponendo ſęuitiam uiri, ſeu adulterium eius, vel aliam cauſam veram, & ſufficientem ad diuortium ſi illam probare poteſt, quia vtique audietur.

Quòd ſi nihil horum ſufficiens ad diuortium probare poteſt, tunc utique ego remedium certũ non video: ſed vel fugiat vbi reperiri non poſsit: vel maneat quiete cum illo ſecundo viro cum animo denegandi illi corpus ſuũ reſiſtendo quãtum potuerit.

Sed quando non potuerit illi reſiſtendo denegare, dicunt aliqui quòd ſi non conſentiat, nec vllo modo corpore cooperetur, ſed vt coacta tacens, & immota patiatur, & permittat: tunc videtur eſſe cum tuta conſcientia, ſecundum opinionem magiſtri in 4. diſt. 38, & Hugo, & aliorum quorundam: maxime ſi tunc accedat ſententia iudicis eccleſiaſtici mandantis illam cum eo cohabitare, poſtquam ipſa illi aliquam cauſam ad diuortium propoſuit, nec potuit probare. Sed certe hoc vltimum conſilium eſt periculoſum, & videtur erroneum, ſicut & opinio Hugonis in qua fundatur erronea eſt. Quia ſic cum illo manendo, & id permittẽdo videtur ſe illi ſceleri accommodare, & conſentire, vt Soto de iuſtitia & iure libr. 5. q. 1. art. 5. in reſponſione ad tertium argumentum tãgit. Ideo non poteſt permittere ſe cognoſci ab illo viro non ſuo; ſed uel fugiat, vel faciat, vt paulo ſuperius dictum eſt. Quòd ſi mulier aliqua detrimẽta corporalia propter hoc incurrit: ſibi imputet, quia ſe in talẽ diſcrimen ſtulte proiecit: & ęquo patiatur animo. De uiro autem ſimiliter dicatur: qui tamen facilius poteſt in prædictis ſibi prouidere.

Quòd ſi illi eſſent in tali impedimento coniugati, ex ignorantia inuincibili cum bona fide manentes, putantes ſe eſſe cum bona conſcientia, & non ſperatur fructus ex veritatis reuelatione: tunc ſtultum, & crudele eſſet illis, aut ignoranti mulieri aliquid reuelare, vt de hoc Medina de cõfeſsione q. 26. fo. 74. latius habet.

QVAESTIO DVODECIMA.

Quæ ſit pœna inceſtuoſi ſecundum ius canonicum quo ad contrahendum matrimonium & uſum eius. & quis poſſet in hoc diſpenſare.

RESPONDEO, hic ſunt duo articuli. primus de pœna inceſtuoſi, ſecundus de eius diſpenſatione. Art. 1.

Quo ad primum ſunt duo dicta, alterum de affinibus, alterum de conſanguineis. quo ad affines dico, quòd ſcienter inceſtuoſus cum affinibus, id eſt, cum conſanguineis uxoris ſuę ligatur duplici pœna: quia ſcilicet ſub mortali peccato non poteſt petere debitum à ſua vxore quam iam habet, quæ per inceſtum illius ipſi affinis facta eſt, quamuis illi exigenti reddere teneatur: neque ipſa vxore mortua licite contrahere poteſt cum alia quacunque legitima muliere ſine diſpenſatione, de qua inferius in articulo ſecundo habetur. Quia ſic habetur expreſſe in ca. tranſmiſſæ, & ca. diſcretionem, & in aliis ca. extra. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuę. & vigeſimaſeptima quæſt. ſecunda, qui dormierit. & trigeſimaſecunda quæſt. ſeptima, & trigeſimaquinta quæſt. tertia, ca. de inceſtis, & alibi ſæpius. In quo & doctores utriuſque iuris ſine dubio concordant. Et idẽ proportionabiliter de inceſtuoſa cum affinibus, i. cũ conſanguineis 1. Dictum

ſui viri dicendum eſt. idem etiam verum eſt vt ait Couarruuias in epitome de matrimonio par. 2. ca.6. quando quis cognouit illam cum qua habet publice honeſtatis iuſtitię impedimentum. ca. duo pueri. de ſponſa. impuberum.

Quòd ſi de facto prędictus inceſtuoſus poſt mortem vxoris cum alia legitima muliere ſine diſpenſatione contraxerit mortaliter peccat ſtãdo in rigore iuris vt inferius articulo ſecundo habetur, ſed matrimonium valet. at vero vtrum ſine diſpenſatione ab ea poſsit debitum petere quæ per inceſtum illum non eſt ſibi affinis effecta, probabilius eſt quòd ſic, vt infra in ſecundo dicto ſequenti habetur.

Dictum eſt quòd ſcienter inceſtuoſus cum affinibus prædictas pœnas incurrit; ſecus ſi omnino ignoranter. Nam in hoc inuincibilis ignorantia iuris & facti ſicut in aliis excuſare poteſt à culpa & pœna prædicta; vt ait Palud. in 4. diſtinct. 34. q. 1. & Soto in 4. diſtinct. 37. q. 1. ar. 1. concl. 2. & de vera cruce in ſpeculo coniugiorũ par. 1. art. 23.

Ex quo ſequitur quòd ſi vir ex ignorantia facti inceſtum committit adulterãdo, cum vxoris conſanguinea vel ſorore: cuius cognationẽ ignorabat vel neſciebat eſſe ſororem ſed aliam mulierem diſsimulatam; quamuis affinitatem contrahat cum ſua vxore non tamen incurrit ſupradictas pœnas ſicut nec culpam inceſtus: & ita poteſt ſine diſpenſatione ab illa ſua vxore petere debitum & poſt eius mortem cum alia legitima libere contrahere: in quo & omnes doctores cõueniunt. Sed Vtrum ſit idem iudicium quando vir ille haberet ſolum inuincibilem ignorãtiam iuris humani prohibentis inceſtum cum conſanguineis vxoris ſuę, & ſcienter adulteraretur cum ea quam ſciret eſſe Sororem vel conſanguineam vxoris ſuę: dubium eſt: nam doctor ille de vera cruce vbi ſupra expreſſe dicit quòd eſt idem iudicium & ita nullam pœnam incurreret, ſicut neq; quando haberet inuincibilem ignorantiam facti: & cum eo videntur Palude & Soto vbi ſupra & plures alii. Sed in oppoſitum ſunt alii plures quibus & ego magis aſſentio, de quo infra lib. 2. de ignorantia quæſt. 27. Vtrum committens actum lege naturali vel diuina reprobatum ignorans legem humanam illum etiam prohibentem ſub aliqua pœna incurrat hanc pœnam legis humanę, latius agitur: hinc enim pendet deciſio pręſentis difficultatis, vbi videatur.

Notetur etiam vt ait Soto in quarto diſtinct. 37. q. 1. art. 1. quòd vxore mortua committens inceſtum cum eius Sorore vel conſanguinea nõ incurrit aliquam pœnam, quia iura ſolum loquũtur de inceſtuoſo cum conſanguineis vxoris viuentis.

SECVNDVM dictum eſt quoad conſanguineos proprios, quòd in hoc ſunt tres opiniones prima quòd inceſtuoſus cum propriis conſanguineis nullam pœnam de prædictis incurrit: quia à iure non prohibetur à ſua vxore petere debitum neque ea mortua contrahere cum alia legitima, præterquam fornicator cum nouerca; cui in deteſtationem criminis, in ca. Si quis cum nouer. ca. 32. q. 7. imponitur pœna, quòd ſi quis cum ſua nouerca coierit neuter ad coniugium poſſit peruenire. Et hanc opi. tenet B. Tho. in 4. diſtinct. 34. q. 1. & Richar. eadem diſt. Floren. 3. par. titu. 1. ca. 16. §. 4. Silueſter titu. matrimonium. 7. q. vlt. & titu. luxuria quæſt. 4. Et doctor de vera cruce, vbi ſupra & multi alii cum quibus videtur eſſe Gratianus in ca. ſi quis cum nouer ca. 32. q. 7.

SECVNDA opinio tenet quòd omnis inceſtuoſus etiam cum propriis conſanguineis prohibetur contrahere cum aliqua legitima muliere & petere debitum ab ea quam habuerit poſt inceſtum. quia cui in pœnam criminis prohibetur contrahere prohibetur etiam petere debitũ tanquam acceſſorium vel neceſſario annexum ſuo principali; nam ad hoc contractus ille matrimonialis ordinatur, & ita tenent gloſ. in ca. Si quis cum duabus 33. q. 2. ſecundum aliquos: licet ibi male dicatur quòd ſi contrahat matrimonium non tenet: hanc etiam ſecundam opin. tenet Panormi. in dicto ca. tranſmiſſe cętera de eo qui cognouit conſangui. vxo. ſuę. Et ſumma Angelica titu. inceſtus. §. 5. & multi alii. quorũ aliqui cum Panormi. etiam dicunt quòd non poteſt petere debitum ab ea vxore quam tempore inceſtus habebat. *Opinio. 2.*

Et hæc opinio male fundatur in aliquibus textibus; qui potius de inceſtuoſis cum affinibus loquuntur quo ad non petendum debitum ab vxoribus ratione illius inceſtus factis affinibus viris ſuis inceſtuoſis, vt ſupra in primo dicto latius habetur. Neque ratio prædicta valet pro hac opinione quo ad hoc: quia cum nullum ius expreſſe prohibeat prędictis inceſtuoſis cum ſuis conſanguineis petere debitũ à ſuis legitimis vxoribus ante vel poſt inceſtũ habitis: ſitq; pœnale: vtiq; reſtringendum eſt ſecundum regulã iuris odia reſtringi &c. Et in pœnalibus mitior interpretatio facienda eſt. Item intolerabilis lex eſſet & dura & forte etiam periculoſa, quæ legitimæ cõiugatis & ſibi ipſis nõ factis affinibus in pœnam inceſtus actum ipſum cõiugalem petitionis debiti prohiberet, id enim Vxoribus innocentibus etiam valde onerosũ eſſet quæ debitum nõ quidem petere à viris prę verecundia naturali ſed ſolum reddere ſolent.

TERTIA Opinio media quę & verior videtur & in qua ſtandum eſt, tenet quòd inceſtuoſus cum ſuis propriis conſanguineis prohibetur ſolum contrahere, cum alia quacunq; ita quòd ſi ſine diſpenſatione contrahat, de rigore iuris pec- *Opin. 3.*

cat

cat quidem mortaliter ſed matrimonium validũ eſt. debitum autem petere à ſua legitima coniuge habita ante vel poſt inceſtum non prohibetur.

Primum, ſcilicet quòd contrahere prohibetur, probatur, quia 32.q.7.ca. Si quis Viduã. habetur, ſi quis neptem, nouercam, nurum aut conſobrinam aut filiã auunculi polluerit, eos diſiungi & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus. Vnde conſtat ſecundum gloſ. ibidem præcipi inceſtuoſos illos cum affinibus & cõſanguineis quomodocunque coniunctos à ſuo malo ſtatu fornicario ſeparari: inſuper nec ſecum nec cum aliis matrimonium contrahere, vt ipſa litera ſonat & cõmuniter exponitur. Quamuis Gratianus infrà in ca. ſi quis cum nouerca. ca. 9. dicat illud ca. ſi quis Viduam. intelligendum eſſe ſolũ de illis inceſtuoſis ſub titulo matrimonii male contracti contra interdictum eccleſiæ cõiunctis in gradibus prohibitis. Sicut in eodem caſu loquuntur alia ca. Si duo viri. & ca. ab iſto die primo. 35.q.6. &.q.8. ca. hæc ſalubriter. & ca. inceſtuoſi. Sed vt diximus communiter à doctoribus exponitur ſicut & illud ca. loquitur de quocunq; inceſtuoſo & cũ cõſanguineis fornicante vt dictum eſt. Item ca. ſi duo viri. 35. q.6. eſt ad idẽ. & ca. ab iſto die. ea.q. Item in ca. de inceſti. 35. q. 3. habetur inceſtuoſos vere nullo coniugii nomine deputandos. & nominat qui ſint tales vere inceſtuoſi dicens. Si quis conſobrinæ ſobrinæq; ſe ſociauerit. & ſubditur, aut quia ex propria cõſanguinitate aliquam habuerit vel cõcubitu polluerit, vt ibidem gloſ. exponit & doctores communiter, licet doctor de vera cruce vbi ſupra tenens primam opin. aliter ad ſuam intentionem contra ipſius textus intentum inepte ſatis exponat, & ita patet prima pars huius tertiæ opinio.

Secunda autem pars quòd talis inceſtuoſus cũ propriis conſanguineis nullo iure prohibetur petere debitum à ſua vxore, conſtat quia non dabitur tale ius vt ſupra in reprobatione ſecundæ opinionis dictum eſt.

Hanc opinionem quoad vtranq; eius partem expreſſe tenent Palu. in 4. diſtin. 34.q.1.& ſum. roſ. & Soto in 4. diſtin. 37.q.1. art. 1. & 2. & Caſtro de lege pœnali lib. 1. ca. 7. in fine. & Nauarro in ſumma ca. 22. num. 74. 75. & plures alii. Et quoad primam partem ſunt etiam doctores de ſecunda opi. & quoad ſecundam doctores de prima opinione ſupra poſita aſtipulantur.

Artic. 2. Quoad ſecundum articulum quis poſſit diſpenſare cum ſupra dictis inceſtuoſis ſunt variæ opiniones quas referunt ſumma Angelica titulo inceſtus. §. 5. & matrimonium. 3. §. 9. & Silueſter luxuria. q. 4. et matrimonium. 7. q. 6. Sed pro maiori claritate earumq; concordia per quinq; dicta ſequentia nos hæc omnia reſoluimus.

Primum dictum. Quorum primum eſt quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum quocunque inceſtuoſo vt cõtrahat cum alia legitima vxore, & vt ab ea petat debitum quæ ratione illius inceſtus ipſi affinis effecta non eſt. probatur. quia vt etiam refert Silueſter, diſpenſatio q. 9. & Summa Angelica eo. tit. §. 5. ſecundum doctores communiter epiſcopus poteſt contra canonem papæ aut concilii pure pœnalem diſpenſare quando ei hoc ſpecialiter non prohibetur. Talis autem eſt Canon prohibens inceſtuoſum cõtrahere cum aliàs legitima & ab ea petere debitum, vt conſtat. ergo. Item quia ſic conceditur ei in ca. ab iſto die. 35. q.6. Item quia ſic eſt cõſuetudo legitime præſcripta, in quo omnes fere doctores concordant, vt etiã referunt & tenent Silueſter vbi ſupra & Caietanus in ſummula titu. matrimonium impedientia ca. 2. & Soto in 4. diſtinct. 37. q. 1. arti. 1. & 2. Et Nauarro in ſum. ca. 22. num. 74. 75. 86. & doctor de vera cruce in ſpeculo cõiugiorum par. 1. articulo. 23. & Couarruuias in epitome part. 2. ca. 7. nu. 6.

Secundum dictum. Secundum dictum ſit quòd Iuuenis inceſtuoſus, qui videlicet eſt in ea ætate quòd iure de eius incontinentia timetur, & iſte eſt qui ſexageſſimum etatis annum nondum attingit: Senex autem eſt qui attigit ſecundum doctores communiter in ca. 1. de conuerſi, coniuga. ille ergo. Iuuenis quomodocunque inceſtuoſus ſine vlla alia diſpenſatione cum legitima vxore contrahere poteſt & ab ea debitum petere quæ ſibi per ſuũ inceſtum affinis effecta non eſt. quia hoc ei ipſo iure communi conceſſum eſt ſine vlla alia limitatione, vt patet in ca. Si quis cum duabus. 33. q. 2. & ibi gloſ. ſecundum opinionem quam finaliter amplecti videtur, & gloſs. in ca. ab iſto die. 36. q. 5. & facit ca. Si duo viri. 35. q. 6. & gloſ. ibidẽ. & expreſſius ca. in adoleſcentia, & ca. antiqui, & ca. interfectores. 33. q. 2. & ibi gloſs. & ca. ex literis extra de eo qui cogno. conſanguin. vxor. vbi ſine limitatione à contrario ſenſu ſignificatur intentum. Et ita eſſe in conſuetudine legitime præſcripta dicunt Monal. Roden. Io. And. Guilliel. & alii doctores in ca. in adoleſcentia. 33. q. 2. & Palud. vbi ſupra. & Floren. 3. par. titulo primo ca. 16. §. 4. ſecundum B. Tho. in 4. diſtinct. 34. art. vlt. et Silueſter matrimoniũ. 7. q. 6. igitur ita teneri licite poteſt. quamuis gloſ. in dicto ca. ſi quis cum duabus, et in ca. in adoleſcentia, et in ca. 1. et in ca. ex literis. extra de eo qui cogno. conſang. vxoris, et ſum. roſ. et Panorm. in dicto ca. 1. et Nauarro in ſum. ca. 22. nu. 77. et alii doctores in hoc Vacillantes dicant quòd prædictus iuuenis ſcienter inceſtuoſus de rigore iuris non poteſt denuo licite contrahere niſi de licentia epiſcopi vel niſi ſit conſuetudo legitime præſcripta, ſed vt diximus iam prædicta cõſuetudo eſt.

Tertium dictum. Tertium dictum eſt quòd vbi non eſt conſuetudo

tudo

tudo petendi diſpenſationẽ:& vbi non eſt in hominum memoria vt ipſi diſpenſent vt inceſtuoſus quicunq; contrahat matrimonium: non eſt peccatum mortale contrahere ſine epiſcopi diſpenſatione, vt ait Sotó in.4. diſtin. 37.q.1. arti.1. ſecundum Caietanum in ſummula titu. matrimonium impedientia, ca.2. immo & nullum peccatum eſt vt ait doctor de vera cruce in ſpeculo coniugiorum. art.23.28. quia tunc epiſcopi videntes inceſtuoſos communiter contrahere & non recurrere ad eos neque prohibent, iam videntur tacite conſentire & diſpenſare: ſicut in aliis pręceptis eccleſiæ id eo modo contingit, vt quòd Sacerdotes adinuicem confiteantur & ſe abſoluant. quamuis tutius eſſet ſi ſupradicti inceſtuoſi ſecrete per tertiam perſonam diſpenſationem epiſcopi ad cõtrahendum poſtularent. Cõſonant cum prædictis Palud. Floren.& doctores communiter vbi ſupra.

Sed Vtrum ſit iam conſuetudo hæc vt quilibet inceſtuoſus non petat epiſcopi diſpenſationem ad contrahendũ. Credo quòd ſic maxime quando inceſtus occultus & non deductus ad forũ iudiciale, eſt vt doctor de vera cruce & Guil. vbi ſupra & in ſecundo dicto & alii doctores ibi ſupra relati dicunt de inceſtuoſo adoleſcẽte, & Panor. in ca. literis de præſumpti. ait inceſtum occultũ nullum eſſe impedimentum ad matrimoniũ contrahendum, quod & Sotó vbi ſupra probat.

Sed Verum ſimile ſit judiciũ de petitione debiti ab vxore per inceſtum facta affine ipſi viro: ita quòd ſit conſuetudo non petendi diſpenſationẽ à Papa vel epiſcopo vt inceſtuoſus à prędicta ſua vxore ſibi affine poſsit petere debitum, nihil expreſse dicunt doctores ſupradicti, ideo quo ad hoc in quarto & quinto dictis ſubſequentibus aliquantulo prolixius immorabimur.

Quart. dicum. Quartum dictũ in quo ſtat maior difficultas. Vtrum, ſcilicet inceſtuoſus cum conſanguinea vxoris ſuæ poſsit ab ipſa vxore ſua iam ei facta affine per prædictũ ĩceſtũ petere debitũ ſine Papę diſpenſatione ẽt ſi ſit iuuenis. Nam licet doctores ſupra citati in primo & ſecundo dicto dicant quòd ſic de licentia epiſcopi vt ibi dictũ eſt. Nos tamen hic probabilius dicimus quòd licet id de conſuetudine poſsit vt in quinto dicto ſequenti dicetur: at vero de rigore iuris id non poteſt: non quidem ratione criminis ipſius inceſtus, ſed ratione affinitatis de nouo contractę cum illa ſua vxore ex ſuo inceſtu prædicto. Itaq; ſicut non poſſet epiſcopus cum tali diſpenſare vt de nouo contraheret cum ipſa ſi non fuiſſet iam ipſi matrimonialiter copulatus: ita de rigore iuris non poteſt diſpenſare cum ipſo inceſtuoſo iuuene & ſene vt petat ab ea debitum coniugale; idq; ratione prędictæ affinitatis ex inceſtu contractæ quæ affinitas licet non dirimat matrimoniũ præcedens: impedit tamen quod poteſt, ſcilicet exactionem debiti quo ad ipſum inceſtuoſum culpabilem ſine Papæ licentia aut diſpenſatione. tenetur tamen talis inceſtuoſus reddere debitum vxori ſuæ petenti ſi non fuit ipſa etiam in culpa prædicti inceſtus vnde talis aſſinitas cum ea contracta eſt: vt habetur in ca. tuæ fraternitatis. & ca. iordane, de eo qui cogno. conſang. vxo. quãuis magiſter in quarto diſtinct. 37. dicere videatur oppoſitum. Si autem ipſa vxore etiam in ea fuiſſet culpa dicti inceſtus & affinitatis: tunc nec ipſa poſſet petere nec vir eius teneretur reddere debitum. quòd ſi ipſa fuiſſet ſimiliter inceſtuoſa cum conſanguineo viri, idem iudicium omnino eſſet de ea ſicut de viro inceſtuoſo cum conſanguinea vxoris ſuæ vt dictum eſt.

Quod probatur dupliciter, primo quia vt etiã refert Silueſter titu. diſpenſatio.q. 9. & Summa Angelica, eodem titulo.§.5. ſecundum communiter doctores contra canonem Papæ aut Concilii diſpoſitiuum & non pure pœnalem nõ poteſt epiſcopus diſpenſare quo ad aliquid in futurum agendum; niſi ei expreſſe cõcedatur: aut niſi quãdo dicit poſſe ſuper eo diſpenſari aut niſi conſuetudo legitimę præſcripta ſit & rationabilis. Nũc autem talis canon Papæ & Cõcilii prohibens inceſtuoſum cum conſanguinea vxoris ſuæ petere debitum ab ea non ſolum eſt pœnalis ſed etiam diſpoſitiuus, vt patet in ca. diſcretionem, & ca. tuæ fraternitatis, de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuę. vbi ſic habetur. Sed nec affinitas quæ poſt cõtractum legitime matrimonium inter virum & vxorem inique contrahitur ei debet officere quę huiuſmodi iniquitatis particeps non exiſtit: cum ſuo iure non debeat ſine ſua culpa priuari. Hæc ibi. Et in ca. ex literis. eodem titulo habetur. Semper continentiam ſeruare tenentur & enorme deflere delictũ vir et mulier quod pro ſua nefanda libidine, ſcilicet inceſtuoſa contraxerunt: præſertim ſi circa perſonas huiuſmodi de lapſu carnis minime timeatur. Hæc ibi. Ex quibus textibus videtur quòd dicti canones ſunt non ſolum pœnales ſed & diſpoſitiui, ſaltem videntur præſupponere & fundare ſe in diſpoſitione iuris, ne. ſcilicet affinis cũ affine in gradu prohibito cõtrahant aut ſe inuicẽ carnaliter cognoſcant. Et non videtur vbi expreſſe concedatur epiſcopis poſſe diſpenſare in tali canone diſpoſitiuo. Nam detur illud: certe non dabitur quod ego viderim licet ſuper hoc omnia iura reuoluerim. Vtrum autem ſit conſuetudo præſcripta vt epiſcopi diſpẽſent ſuper hoc, credo quòd ſic vt infra in. 5. dicto habetur: ideo notanter dixi quòd de rigore iuris epiſcopus diſpenſare non poteſt. in quo cõcordat Silueſter titu. debitum coniugale.q.9. & matrimonium. 8. q.15. par. 7. & Florentinus & alii.

Secundo probatur idem, quia in ca.1. & ca. ex literis, & ca. tuæ fraternitatis, & ca. iordane de

eo

eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. expreſſe ſignificatur ſine papali diſpenſatione talem inceſtuoſum non poſſe petere debitum à prædicta ſua vxore de nouo ſibi facta affine ex ſuo inceſtu culpabili: neque de nouo contrahere niſi vt ſupra dictum eſt.

Argumentum 1. Et ſi contra hoc quartum dictum arguatur primo quòd facilius diſpenſatur cum prædicto inceſtuoſo vt petat debitũ à ſua vxore ei facta affine quàm diſpenſaretur vt de nouo cũ ea contraheret, vt patet, quia & manet aliquod ius ſaltem naturale ad talem copulam licet impeditum iure poſitiuo ratione nouę affinitatis, quale ius nõ manet ad contrahendum de nouo: Sicq; patet quòd fortius vinculum aut ius manet in tali inceſtuoſo ad copulam cum ſua vxore quàm ad contrahendum cum ea de nouo. ergo non eſt ęque indiſpenſabilis ad petẽdum debitum ab ea ſicut ad contrahendum cum ea de nouo. quare licet non niſi per Papam diſpenſari cum eo poſsit ad contrahendum de nouo cum ea: non ſequitur ꝙ ſimiliter non niſi per papam poſsit cum eo diſpẽſari ad petendum debitum ab eadem. igitur poteſt per epiſcopum cum eo diſpenſari ad petendum debitum.

Reſpon. Reſpondeo: conceſſa prima & ſecunda conſequentia negantur duę vltimę conſequentię: dico enim quòd licet facilius diſpenſetur cum eo ad petendum quàm ad contrahendum cum dicta ſua vxore ſibi affine propter rationem ibi tactã: non tamen ſequitur quòd per alium inferiorem poteſt fieri talis facilior diſpenſatio: ſed quòd per eundem papam de rigore iuris fit facilius talis diſpenſatio & non per alium.

Argumentum 2. Si ſecundo arguatur quòd ſi talis affinitas impediret inceſtuoſum petere debitum à prædicta ſua vxore ſine papali diſpenſatione. ergo ſimpliciter ipſam vxorem inculpabilem impediret petere quia etiam eſt ei affinis.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam: quia non eſt ſimile: quia ius diſponit ipſum inceſtuoſum culpabilem tantum eſſe impeditum ratione dictæ affinitatis ad petendum & non alium, vt patet in dicto ca. diſcretionem. & ca. tuæ fraternitatis & aliis ca. vbi ſupra.

Argumentum 3. Si tertio arguatur quòd ex vi iuris diſpoſitiui affinitas ſolum impedit contrahere, non autem petere debitum ab affine quamuis ratione iuris pœnalis impediatur petere debitum: nunc autẽ contra ius pœnale poteſt epiſcopus diſpenſare niſi ſpecialiter ei prohibeatur. ergo ad petendũ poteſt epiſcopus diſpenſare.

Reſpon. Reſpondeo negando maiorem: dico enim quòd ius prout eſt diſpoſitiuum prohibet affines contrahere in gradu prohibito, & etiam copulã matrimonialem ratione talis matrimonii ſine papali diſpenſatione: ex quo contractus matrimonialis ad ipſam copulam ex ſe ſeu ex ſua inſtitutione finaliter ordinatur. ideo prohibito principali prohibetur & acceſſorium & neceſſario annexum ſeu conſequens & finaliter intentum ex natura ſua vt patet.

Argumentum 4. Si quarto arguatur quòd ratione periculi poteſt ſicut in impedimentis occultis matrimonii diſpenſari.

Reſpon. Reſpondeo id negando quatenus eſt de rigore iuris, vt de hoc latius habetur ſupra. q. 11. & doctores dicentes quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum dicto inceſtuoſo vt petat debitum intelligũtur quatenus eſt ratione criminis ſicut cum aliis crimino ſis, non autem ratione prædictę nouę affinitatis. Item intelligunt de inceſtuoſo cul ratione talis inceſtus ſua vxor non eſt facta ei affinis vt ſupra in tertio dicto habetur. Item intelligunt & loquuntur non de rigore iuris ſed de conſuetudine: nam de conſuetudine bene poteſt vt proxime habetur in quinto dicto ſequente.

Quintum dictum. Quintum dictum. his non obſtãtibus vbi eſt conſuetudo ſcita & tolerata à papa, vel vbi ipſo papa ignorante eſt iam conſuetudo hęc per tempus quadraginta annorum diſpenſantium cum dicto inceſtuoſo de quo in quarto dicto dictum eſt: bene poteſt talis inceſtuoſus de diœceſani ſui licentia ſeu diſpenſatione petere debitum à ſua vxore ſibi facta affine: quia quando diſpenſatio non eſt in præiudiciũ boni cõis aut libertatis eccleſiaſticæ, ſi ſuperior ſcit & tolerat: tunc conſuetudo diſpenſandi abrogat legem contrariam humanam vel tribuit ius aut iuriſditionem tanquam ſignum taciti cõſenſus ſuperioris: quia ex quo ſuperior ſcit & libere tolerat, iam non videtur velle iniicere laqueũ omnibus, ſed potius conſentire. Et facit gloſ. in ca. 1. de treug. & pa. & quod ibi notat gloſ. & do. Anto. & Panor. ſi autem ſuperior ignorat talem conſuetudinem: tunc ſi ipſe non reclamat aut ſi lex non habet clauſulã derogatoriam conſuetudinis: conſuetudo plurium rationabilis ſimul & præſcripta per legitimum tempus puta per 40. annos, etiam ſi à principio ex vitio aut errore introducta ſit, derogat legem canonicam ſecundum communiter doctores, vt hoc etiam refert & tenet Silueſter titulo conſuetudo. q. 6. q. 7. & alii ſummiſtę. Et bene valet ad deobligandum à lege, & ad introducendum libertatem contra legem canonicam diſpoſitiuam; propter rationem prædictam quia videlicet tunc ſuperior debet & cenſetur tacite conſentire dum non expreſſe reclamat. Et in hoc communis error facit ius ad ſenſum dictum, vt ait & declarat Gerſon alphab. 7. q. & 24. ca. Nunc autem in caſu huius quinti dicti ex cõſuetudine diœceſanorum communiter diſpẽſantium non fit præiudicium bono communi aut libertati eccleſiaſticę, vt patet, & eſt conſuetudo rationabilis & pia: quia eſt ad tollendum periculum animarum talium inceſtuoſorum, & ad liberan-

liberandum hominem à rigore ſtatuti ſtringentis poteſtatē diſpenſandi, & eſt fauorabilis animabus vt patet. & papa ſcit & tolerat: aut ſi ignorat ſaltem non reclamat. Nec aliqua lex in caſu prædicto habet clauſulam derogatoriam conſuetudinis, & eſt talis conſuetudo iam præſcripta per quadraginta annos & amplius à maiore parte prælatorum eccleſiæ vbique fere terrarum vigens, vt patet quia Guillel. qui fuit ante centū annos & multi alii doctores vbi ſupra in ſecundo & tertio dicto tactum eſt id dicūt licere, quia ſic erat in cōſuetudine ſuorum temporum: & nunc ſimiliter viget talis conſuetudo. ergo quamuis ex iuris humani ignorātia aut aliàs ex vitio eſſet introducta, valet vt epiſcopus in hac debiti petitione poſsit diſpenſare. Et prædicta ratio procedit de inceſtuoſo iuuene & ſene maxime vbi inceſtus occultus eſt. Et forte etiam ſine vlla alia epiſcopi diſpenſatione poſſet talis inceſtuoſus petere debitum ſicut & contrahere vbi prædicta conſuetudo ad vtrumq; vigeret, vti ſuperius in ſecūdo & tertio dicto habetur.

Ad prædicta etiam facit Soto in 4. diſtin. 37. quæſt. 1. articulo primo & latius art. 2. conclu. ſecunda dicens quòd tam ad contrahendum quàm ad petendum debitum à quacunque vxore ſua legitima poteſt epiſcopus diſpenſare, & debet cum quolibet inceſtuoſo cum cōſanguineis ſuis vel vxoris ſuæ quando matrimonium non eſt inualidatum ſiue dirēptum ratione inceſtus illius: quamuis crimen ante conſumatum matrimoniū poſt ratum interceſſerit: ſaltem ſi ad papam ex quacunque cauſa facile non pateret acceſsus; immo etiam ſi pateret, vti hoc ēt ait ſpeculū coniugiorum par. 1. art. 50. & part. 3. arti. 17. dicens expreſſe quòd ſecluſo contemptu etiam ſine diſpenſatione epiſcopi poteſt prædictus inceſtuoſus occultus quicunque ille ſit petere debitum ſine peccato mortali: quamuis Abulen Math. 5. quæſt. 200. Et Caſtro de lege pœnali libro ſecūdo ca. 5. & plures alii dicant eſſe mortale. Immo & videtur ait ſpeculum, quòd ſine vllo peccato id facere poteſt inceſtuoſus occultus ſine prædicta epiſcopi diſpenſatione vbi eſt conſuetudo quo ad debitum exigendum non petatur diſpenſatio à papa vel ab epiſcopo, ſicut nec ad matrimonium contrahendum, vti ſuperius in ſecundo & tertio dicto latius habetur. Hæc dicta ſunt de occulto inceſtuoſo quocunque & in foro cōſcientiæ. nā de manifeſto & in foro contentioſo aliud iudicium eſt.

Tandem nota quòd ad contrahendum vel de nouo conſentiendum in matrimonium cum affine vel conſanguinea in gradu prohibito ſine papali diſpenſatione nulla conſuetudo alicubi eſt. Ideo diocœſani quo ad hoc etiam in impedimentis occultis diſpenſare non poſſunt, vt ſupra q. 11. late dictum eſt.

QVAESTIO TERTIADECIMA.

Vtrum ſtuprans virginem teneatur in aliquo ſatisfacere?

Dictum 1. Reſpondeo per ſeptem dicta, quorū tria priora tractant quando vir promiſit eam ducere vxorem: reliqua autem quando ſine hac promiſsione illam cognouit. eſt ergo primum dictum q̄ quicunque non ficte ſed vere promiſit ſe illā ducturum vxorem, ſiue eam cognouerit ſiue non, ſiue ſit illi æqualis in conditione nobilitatis aut diuitiarum, ſiue ſuperior; vtiq; regulariter ſub peccato mortali tenetur promiſſum in quantum in ſe eſt adimplere, quia qui in re graui iniuriam alteri facit peccat mortaliter, ſed iſte non implēdo promiſſum eſt huiuſmodi vt conſtat, ergo. Ad quod etiam faciunt doctores cōiter dicētes quòd poſt ſponſalia de futuro tranſire ad aliud matrimonium eſt mortale; quamuis ipſum matrimonium poſt ſponſalia cum alia contractum teneat, & in hoc dubium non eſt.

Dixi regulariter: quia eſt exceptio in aliquibus caſibus, puta ſi ex tali matrimonio grande ſcandalum immineret, aut ſi promittens ille erat in ordine ſacro conſtitutus, aut alteri matrimonio alligatus, aut ſi parentes puellę nolunt eam illi copulare. Nam in his caſibus ſi eam ſub prædicta promiſsione fornicarie cognouit, tenetur ſolum ei ſatisfacere ad arbitrium boni viri, vt proxime in ſecundo dicto ſequenti habetur.

Dictum 2. Secundum dictum, qui ficte promiſit alicui puellę eam vxorem ducere quam corrupit, ſi ſit ei æqualis uel inferior in conditione nobilitatis aut diuitiarum, vltra mortale peccatum quod commiſit ficte promittendo tenetur etiam ſub mortali eam vxorem ducere vti promiſit: ſecus ſi illam non corrupit. ſi autem is ſit notabiliter excedens in conditione prædicta, quia videlicet ille vir nobilis ſiue ditiſsimus & illa ruſticana vel filia cerdonis ex infima plebe eſt, & puella id nō ignorat: non tenetur ille ſub mortali eam ducere: ſed ſolum in conſcientia tenetur aliàs ſecundum eius conditionem ad arbitrium boni viri ſatisfacere vt poteſt. Et hoc idem iudicium valde probabiliter eſt etiam ſi puella id ignoraſſet.

Prima pars probatur, quia talis tenetur damnum reſarcire aut promiſſum implere, cum ipſius ſit æqua conditio vel inferior, ſed hoc non aliter poteſt niſi eam ducendo, vt ſupra in primo dicto habetur. ergo eam ducere tenetur. ſi tamen aliam ducat: peccat quidem mortaliter, ſed matrimonium tenet & alio modo illi puellę ad arbitrium boni viri, vt proxime dicetur ſatiſfacere tenetur. In quo & conſonant Scotus in quarto diſtinct. 30. q. 1. & B. Tho. diſtinct. 28. & Florent. par. 2. titu. 5. ca. 6. §. 1. Et Adrianus &

Nauar-

Nauarro in ſum. ca. 16. num. 16. 18. & Speculū coniugiorum par. 3. arti. 19. conclu. 6. & alu doctores communiter.

Secunda pars, ſi autem ſit notabiliter excedens &c. probatur. quia ſi talis teneretur eam ducere, maxime quia videtur puellam innocentem ſe duxiſſe. Sed hoc non: quia non præſumitur ſeducta, ex quo cognoſcēs exceſſum viri debuit præſumere ſeductionem ac ſi ipſe clare dixiſſet ſe ficte promittere: & ita videtur ipſa in talem ſeductionem libere conſenſiſſe: ac proinde non tenetur ille eam ducere, quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria. ſolum ergo tenetur aliàs ad arbitrium boni viri ſatisfacere, vt proxime dicetur. Sic tenet Nauarro & Speculum vbi ſupra concluſione tertia & doctores communiter.

Tertia pars, quòd ſcilicet: hoc idem iudicium probabiliter eſt etiam ſi puella conditionem viri ignoraſſet ac ſi non ignoraſſet. Sic tenet Speculum coniugiorum vbi ſupra conclu. quarta. licet Nauarro vbi ſupra nume. 18. ſignificet oppoſitum in hoc caſu. Et ratio Speculi eſt, quia ſi teneretur eam ducere hoc maxime eſſet quia vere eam ſeduxit & ipſa ſeducta eſt non volens. Sed hoc non ſufficit ſuppoſito quòd vir non habuit voluntatem vere contrahendi tale matrimoniū, quia eſt inęqualitas in eo cōtractu ex parte puellę: nec debet vir compelli vt det pluſquam ipſa dabat: ſed ſi compelleretur eam ducere vtique ad iniuſtum compelleretur. igitur ſufficit puellę ſi ratione illius fictę promiſsionis, quæ æquiualet ſaltem precibus importunis & vehementibus ſuaſionibus & vt ipſa ſeducta cenſeatur ad effectum ſatisfactionis ei faciendæ, vir ille compellatur ad ſatisfaciendum ei ſecundum eius conditionem & ad arbitrium boni viri.

Et notetur pro hac quæſtione quòd quando dicimus quòd ſeducens puellam tenetur ſatisfacere ad arbitrium boni viri, non dicimus quòd tenetur eam plene dotare aut totam dotem ei dare: ad hoc enim cum ſit iudiciale atque pœnale nullus tenetur niſi poſt iudicis condemnationem. Sed ſolum tenetur de ſuis facultatibus vt poteſt ſuperaddere ad facultates puellę ſeductę vt ita fiat perfecta dos, vt illa ſecundum ſuam conditionem talem inueniat virum qualem inueniret ſi ſeducta & corrupta non eſſet, vel vt reponatur ſi ipſa vult in ſtatu honeſto vbi decenter viuere poſsit. Et ad hoc recte cenſendum in particulari arbitrium boni & prudentis viri requiſitum eſt. in omnibus ſupradictis conſonant expreſſe Siluester, Nauarro & alii vbi ſupra.

Dictum 3. Tertium dictum eſt, qui puellę occulte corruptę, quæ in ęſtimatione & ſtatu virginis erat ficte promiſit ſe eam ducturam & ita eam cognouit, cuiuſcunque conditionis ille ſit, quamuis aliquid ad arbitrium boni viri ei ſatisfacerę teneatur: idq; ratione damniſicationis famę illius cuius ipſe cauſa fuit: non tamen in foro conſcientiæ eam ducere tenetur. ratio huius eſt, quia ipſe etiam in æſtimatione virginitatis puellę ſeductus eſt: & cum aliter quàm eam ducendo poſsit ad arbitrium boni viri ſatisfacere: ad nihil aliud in foro conſcientiæ tenetur neque compellēdus eſt. Conſonat Speculum vbi ſupra. In foro autē contentioſo aliud iudicium eſt, vt ex deut. 22. & exo. 22. eccleſia in ca. 1. de adulteris, ſtatuit, vt Panor. aliiq; doctores ibidem & alibi latius agunt.

Quartum dictum eſt, qui non quidem promi- Dictū qu… tum.
ſit puellam virginem in vxorem ducere, ſed ſolū blanditiis & perſuaſionibus vehementibus eam induxit ſiue ſeduxit eamq; corrupit: vtique in conſcientia tenetur vel eam ducere vel ei ſatisfacere ad arbitriū boni viri, vti ſuperius in fine. 2. diſtinct. declaratum eſt. Et hoc eſt verum non ſolum quando propter id illa infamata & in nuptiis damnificata eſt: ſed etiam quando occulte ſtuprata iam decenter nupſit viro, qui quia poſtea, ſenſit & inuenit eam non eſſe virginem ideo eā reliquit abiens ad regiones longinquas, vel eam odit & male tractat: nam propter hoc ſtuprator ille tenetur etiam ei ad arbitriū boni viri aliquid ſatisfacere. Secus ſi occulte ſtuprauit eam ita etiam quòd vltra lęſionem ſignaculi virginalis quam vir eius nō perſenſit, nihil detrimenti propter hoc in rebus & honore illa paſſa eſt: tunc enim ille ad nihil manet obligatus, vt Nauarro ait vbi ſupra nume. 17. 19. licèt aliqui quo ad hoc oppoſitum opinentur, dicentes etiam in hoc caſu etiam ſtupratorem aliquid ſatisfacere teneri pro læſione ſignaculi virginalis ſicut pro læſione corporali quantumuis occulta. Sed certe oppoſitum videtur probabilius vti ſecundum prædictos alioſq; doctores dictum eſt: quia quando ſigilli virginalis læſio ita occulta eſt vt nulla alia damnificatio ſiue iactura ſequatur, non reputatur damnificatio: ac proinde nulla requiritur ſatisfactio, ſed ſolū placatio pro aliquali iniuria: quam remittere poteſt ipſa puella quæ ſola in ſecreto iniuriam illam vel deformitatē pertullit. Et ad hoc faciunt ea etiam quæ inferius in 6. dicto habentur.

Quintum dictum eſt, qui non quidem promi- Dictū qu… tum.
ſit ducere vxorem, ſed ſolum blanditiis precibus & perſuaſionibus vehemētibus puellam iam corruptam quæ tamen in ęſtimatione & fama virginis erat, induxit ſiue ſeduxit. vt ei conſentiret, & ita eam cognouit, vnde illa infamata eſt: quamuis in foro conſcientiæ ratione ablatę virginitatis quæ non erat, ad nihil teneatur: tenetur tamē ratione damnificationis in fama cuius cauſa ipſe fuit, ad arbitrium boni viri ſatisfacere, vt ſupra in fine ſecundi dicti habetur. Conſonat Nauarro vbi ſupra nu. 19. & Maioris i 4. diſt. & doc. cōmuniter.

Dictum. 6. Sextum dictum. qui non quidem promiſit vxorem ducere neque vehementibus precibus, & perſuaſionibus ſeduxit, ſed ſolum leuibus blanditiis induxit eam quæ vere virgò, vel infama virginis erat; & illa leuiter rogata libere conſenſit, & ita ille eam cognouit: ad nihil ille in conſcientia tenetur de rigore iuſtitiæ, niſi ad id ſolum, ſi quid illi promiſit. quia ſcienti, & conſentienti, non fit fraus nec iniuria. de regulis iuris lib. 6. in quo conſonant Siluester luxuria. q. 5. ſecundum Florent. & Nauarro vbi ſupra numero 16. & Soto de iuſtitia, & iure lib. 4. quæſt. 7. articu. 1. in reſpon. ad ſecundum argumentum. fol. 360. & Speculum vbi ſupra articulo. 19. in fine.

Vbi & iſti duo vltimi ſuper addunt hoc eſſe verum etiam ſi puella ſit ſub cura parentum. Sed hoc vltimum ego limitarem, & crederem eſſe verum ſolum quando ita occulte ſtuprata eſt, vt propter hoc nullam iacturam in fama rebus, vel nuptiis paſſa ſit: licet aliqui dicant etiam in hoc caſu neceſſariam eſſe aliquam ſatisfactionem. Nam ſi iacturam aliquam de prædictis inde pateretur puella quæ eſt ſub cura parentum ſiue tutorum: tunc certe ſtuprator ſupradictus ſatisfacere tenetur, ad arbitrium boni viri, vt ſupra declaratum eſt: etiam ſi libenter, non ſeducta, neque coacta puella in ſtuprum conſenſerit, neque ipſius puellæ remiſsio ſufficiens eſt: quia ſecundum B. *Tho.* ſecunda ſecundæ. quæſt. 154. articu. 6. & ibi Caieta. iniuria non ſolum puellę ſed ēt parentibus, vel tutoribus habentibus cuſtodiam puellæ, & ſignaculi virginalis facta eſt. & iſti quorum curæ aut poteſtati ante matrimonium ſubdita eſt habent ius, & actionem ad id, & eam maritare, vel de ſua dote prouidere tenentur. ideo ipſi ſunt damnificati, vel iniuriam paſsi: & eis ſatisfaciendum eſt: dummodo in fraudem contra puellam nihil agatur.

Itaq; qui vere virginem, vel infama virginis exiſtentem leuibus blanditiis libere conſentientem cognouit, ſolum tenetur in foro conſcientiæ ſatisfacere, quando ipſa exiſtens ſub poteſtate parentum ſiue tutorum inde infamata eſt: non autem ſi illa ſecrete vitiata, nullam aliam iacturam in fama, rebus, aut nuptiis paſſa eſt: quia nulla notabilis dānificatio, vel iniuria, ibi facta cenſetur, maxime quia quantum ad iuſtitiam attinet quoad actus naturales præcipue occultos, puella cenſetur domina ſuorum membrorum, dum nullum aliud damnum inde redundat exterius, vt ait Soto in. 4. diſtinct. 18. q. 2. articu. 4. licet Caietanus oppoſitum ſignificet.

Similiter ſtuprator ille, non tenetur ſatisfacere quando puella libera eſt à cura, & poteſtate parentum atq; tutorum, & ſic leuiter inducta conſenſit: etiam ſi inde iacturam, in fama, rebus, & nuptiis paſſa ſit: quia licet in corporis abuſu, atq; membrorum, plenum ius illa non habeat cōtra legem id prohibētem, ut ſine peccato eis poſſit abuti: habet tamen in eis, & in temporalibus, in quibus dānificata eſt ius politicum, & actionem. Ideo illi ſcienti, & conſentienti, nulla iniuria, neq; iniuſtitia facta eſt: & eo ipſo quo libere conſenſit, omne ſuum damnum remittere cenſetur, illa quæ ſui iuris eſt.

Quòd ſi contra hoc arguatur. ꝙ ſemper reſpublica dānificatur in ſtupro quocunq;, etiā ſi puella libera à poteſtate parētum, atq; tutorum, libere conſentiat damnumq́; remittat, ergo ſtuprator etiam occultus nunquā eſt liber à ſatisfactionis debito. patet cōſequentia. & antecedēs probatur. tum primo quia reſpub. ſuccedit loco parētum, aut tutorum quoad hoc, uel quoad cuſtodiam ſignaculi uirginalis. tum. 2. quia ſi ibi eſt ſtuprum ut ueræ eſt: ibi eſt ēt iniuria ſpeciē ſtupri ſub iniuſtitia cōſtituens ſecūdum. B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 184. art. 6. & ibi Caie. Et hæc iniuria non eſt contra puellā omnino libere cōſentientem. ergo contra parentes, uel tutores, uel contra rempub. ſuccedentem loco parentum. Argumen.

Reſpon. negando antecedēs dico enim quòd proprie nō fit reipub. dānificatio, iniuria, ſeu iniuſtitia illa ſpecialis quæ ſpecificam rationē ſtupri conſtituit: ſed ſolū ipſi virgini, aut ēt parentibus, ad quos ſpecialiter pertinet prædicta cuſtodia ſigilli virginalis, à qua ēt trahitur ſpecies ſtupri, ſecundum. B. Tho. vbi ſupra. Negatur etiā prima probatio quòd ſcilicet reſpub. ſuccedit loco parentum vel tutorū quoad hanc ſpecialē cuſtodiā dicti ſignaculi à qua trahitur ſpecies ſtupri. Sed dico ꝙ reſpub. nō aliter damnificatur in ſtupris, quàm in adulteriis, fornicationibus, furtis, & homicidiis, rapinis, & huiuſmodi quę ſunt cōtra iuſtitiā, & pacē, bonumq́; reip. nec aliter habet curā virginū vt ſint apte nuptiis quā per iuſtitiā legale habet generalē curā pupillorum vt alimententur, & nutriantur: & vt teſtamenta impleantur: & ne fiāt iniuriæ, in adulteriis, furtis, & homicidiis, & iniuſtitiis: & ad vindicandū cōmiſſa contra leges ad bonū cōmune ex bono particulariū mēbrorū reſultās, ſeu ne ex malo, aut dāno particulariū cōe dānū ipſius reipublicæ ſubſequatur. Reſpon.

Et ad ſecundā probationē prædicti antecedētis reſpon. quòd vbi eſt ſtuprū eſt ēt iniuria tā cōtra ipſam puellā ēt in ſtuprū libere conſentientē, quā ēt contra parentes, aut tutores ſi eos habet, quā ēt contra rempub. Sed aliter, & aliter. Nam contra puellā liberā à parentibus, & tutoribus eſt ſolom iniuria legalis in eo ꝙ non eſt iuris ſui plene, quia, ſcilicet nō potuit licite cōſentire in abuſu ſui corporis contra legē: quā iniuriā quatenus aliquo modo eſt contra iuſtitiā, ipſa pōt cenſeturq́; remittere, eo ipſo quo in ſtuprū cōſenſit vti ſuperius declaratū eſt. Contra parētes aūt, aut tutores ſi eos habet eſt ēt iniuria ad iniuſtitiā pertinens:

nens: ideò ipſis tenetur ſtuprator vt ſupra dictũ eſt. quòd ſi eos non habet: quid obſtat ſi per accidens non ſit iniuria iniuſtitiæ contra ſpecialem hanc cuſtodiam illius ſigilli. ſicut per accidens non eſt ipſa cuſtodia actualis: dummodo maneat ordo naturalis ad illam? Neque enim eſt neceſſarium vt ſit ſemper qui hanc ſpecialem cuſtodiam habeat, vt patet in virgine grandeua iam emancipata, vt Caietanus vbi ſupra confitetur. Contra rempub. vero eſt iniuria ſolum legalis quatenus fit contra legem, ſicut in adulteriis, furtis, homicidiis, vt dictum eſt. Ideo facta reſtitutione particulari perſonę damnificatę quæ habet ius, & actionem ad id, ſeu habita remiſſione partis, in omnibus prædictis, & aliis eiuſmodi iniuriis ſeu damnificationibus: etiam in ſtupro, iam non eſt obligatio reſtituendi alicui nec ipſi reipub. ſed ſolum propter iniuriam legis tenetur homo pati pœnam poſt iudicis condemnationem: ad quàm eſt impertinens reſtitutio aut damni reparatio huic vel illi in foro conſcientiæ in quo loquimur. ſola namq; iniuria contra iuſtitiam obligat ad reſtitutionem.

Quod inde etiam patet: quia ſi ſtuprator in vim reſtitutionis daret aliquid ipſi puellæ liberę à cura parentum, & tutorum, & poſtea ipſa remitteret: certe ipſe accipere poſſet, & liber eſſet à debito reſtitutionis. ergo ſi ipſa à principio remittit explicite, vel etiam implicite libere in ſtuprum conſentiens: ſimiliter ille eſſet liber: & reipub. non tenetur reſtituere. ex quo quoad hoc ipſa puella eſt iuris ſui, & reipub. non ſuccedit loco parentum aut tutorum. Nam ſi ſuccederet, non vtiq; ſufficeret puellę remiſſio ante vel poſt ſtuprum facta ſine parentum tutorum aut reipublicæ remiſſione.

Idem etiam amplius patet: quia ſi ipſa puella iudicialiter peteret damni reparationem ab ipſo eius ſtupratore: & probaretur quòd ipſa non coacta neque ſeducta, ſed omnino voluntarie conſentiens ſtuprata eſt: certe non condemnaretur ſtuprator ille: ſed omnino liber iudicaretur. ergo neque puellæ prædictæ neque reipub. ad aliquid in vim reſtitutionis ſeu damni reparationis ille tenetur.

Dictum. 7. Septimum dictũ eſt, quòd virgo dicitur ſeducta vel coacta in materia præſenti quando promiſſionibus donis aut vehementibus ſolicitationibus ad opus nepharium ſtupri inducta eſt: quæ aliàs nolebat & repugnabat, ſecundum Abulen. ſuper exo. 22. quæſt. 12. Nico. lira. ibidem. Et Panormi. in ca. 1. de adulteri. & communiter doctores ibidem. Et Silueſter titu. Luxuria. quæſt. 5. ſecundum Floren. Nauarro vbi ſupra num. 16. & alios doctores, & Summa Angelica, & Caieta. ſecunda ſecundæ. quæſt. 154. arti. 6. & ratio eſt quia quod vehementibus precibus, & ſolecitationibus extorquetur ab eo qui non aliter vellet, dicitur quodammodo coacte fieri, & non omnino voluntarie. Ideo & mulier quæ precibus pecunias magnas extorquet à ſuo fornicatore tenetur reſtituere: quia non omnino voluntarie date ſunt ſecundum Medina de reſtitutione. q. 20. fo. 67. & vbi quiſpiam talibus ſuaſionibus habentibus vim coactionis inducitur ad ludum vbi, & perdit: tenetur lucrator reſtituere: quia non omnino voluntarie ille luſit ſecundum Medina vbi ſupra quæſt. 22. fol. 74. & communiter docto. & in multis caſibus donationes, legata, & alia eiuſmodi precibus extorta. ſunt inualida quia nõ omnino voluntarie fiunt: nam tales preces, & ſolicitationes inductionesq; uehementes habent vim coactionis impedientis aut minuentis rationem voluntarii, & ad coactionem ſeu vim reducuntur. Sic in propoſito dicitur puella ſeducta, quia prædictis modis extra plenam libertatem quodammodo ducta & non à ſe, nec à ſua concupiſcentia inducta eſt. Ad quod facit. C. de raptu virginum. l. vni. ca. & ibi doctores, & Nauarro vbi ſupra. quamuis aliqui aliter, & male, id vocabulum ſeductionis, interpretentur, vel exponant.

QVAESTIO QVARTADECIMA.

Vtrum quando venditor ipſe ſolus ſcit, aut probabiliter credit, abundantiam mercium, puta frumenti, & huiuſmodi, ad locum breui superuenturam, propter quam illarum pretium poſtea notabiliter minuetur, poſsit ſine peccato, & ſine obligatione reſtitutionis, ſimiles ſuas merces ibidem vẽdere, pro pretio tunc currente.

Reſpondeo in hoc caſu quędã certa, & ab omnibus conceſſa ſunt. quorum primum eſt, quòd ſi illa abundantia proxime futura, communiter omnibus venditoribus, & emptoribus cognita, aut incognita ex ęquo ſit: tunc licite, & ſine ulla reſtitutionis obligatione merces ille pro pretio currente uendi poſſunt. quia ęqua omnium conditio, & conſenſus eorum, ac perinde nulla iniuria eſt. Secundo etiam certum eſt quòd ſi ſolus uenditor abundantiam illam proxime futuram nouit: & merces illas pluribus uel diuerſis emptoribus pro pretio currenti uendit ad ſtatim eas conſumendum, uel tandem ita quòd nullus eorum notabile damnum inde patiatur, non eſt mortale nec obligatio reſtituendi, quia nullus, uti ſupponitur, notabiliter lęditur.

Dubium autem quæſtionis eſt quando ſolus uenditor nouit abundantiam mercium ſuperuenturam, & pro pretio tunc currente uendit alicui emptori ſimiles merces ad eas ſeruandum, uel poſtea aliis uendendum quando fuerit opportunũ; ita quòd ex hoc notabile damnum emptor ille patiatur. Nam in hoc

Opin. 1. ſunt duæ opiniones prima Conrra. de contractibus quæſt. 66. quam ſequitur clariſsimus doctor Medina magiſter meus de reſtitutione. q. 35. quòd vtiq; venditor ille mortaliter peccat: & reſtituere tenetur; non quidem quantum deſcenderet pretium: ſi mercium ſuperabundantia iam in illo loco actualiter exiſteret, ſed paulo minus, ita quòd ei maneat de illo pretio quantum ad arbitrium prudentis viri, iuſtum pretium tunc taxaretur: ſi illa abundantia proxime futura communiter omnibus nota eſſet. Et ad idem eſt Bartho. in l. quæro ff. de actio. empto. & gloſſ. in l. contra leges ff. de legibus. & Romanus. in ſingularibus 282. & videtur ad idem Tullius de officiis lib. 3. licet non clare.

1. ratio. Hæc opinio quadrupliciter probatur. primo, quia ſicut penuria mercium non ſolum præſens ſed etiam de propinquo ſperata auget: ita & abũdantia non ſolum præſens ſed etiam proxime futura minuit valorem & pretium earum: & hoc eſt verum etiam ſi actu non ſit in illo loco ſed in locis propinquis. Quia quod parum diſtat nihil diſtare videtur; vt ipſa etiam experientia conſtat. Nam merces in hoc loco non ſunt tanti pretii quando in locis propinquis ipſarum abundantia eſt vel proxime futura ſperatur, quanti eſſent ſi ibidem non venderentur nec earum abundantia proxime futura ſperaretur.

2. ratio. Secundo probatur idem, quia quando ſolus venditor ſcit bonitatem rei intrinſecam vel etiã extrinſecam eſſe diminutam vel breui minuendam ſiue tollendam maxime ſi ſit ad corruptionem diſpoſita, tenetur hoc ipſum ignoranti emptori intimare, vel ſaltem in pretio deſcendere; ſecundum exigentiam illius diſpoſitionis, ſecundum omnes doctores: ergo ſimiliter ad idem tenetur quãdo vendit rem in valore vſuali vel pretio in breui minuendam. patet conſequentia. quia non minus léditur emptor quando res in hoc valore vſuali vel pretio in breui minuenda, pro integro pretio vẽditur illi, quàm ſi in bonitate vel valore naturali diminuta vel in breui minuenda pro integra & perfecta illi venderetur; quia & ſimiliter hæc merces eſt in via & diſpoſitione ad corruptionem vel diminutionem valoris, huius vſualis vel pretii, in caſu præſenti; ſicut quando merx eſt in via vel diſpoſitione ad corruptionem vel diminutionem valoris vel bonitatis ſue naturalis.

3. ratio. Tertio probatur idem, quia communis æſtimatio non qualiſcunq; ſed prudens & diſcreta, non autem ex errore vel ignorantia procedens facit ad valorem & iuſtum pretium rerum, vt cõſtat: quia plus valet res quæ plus & minus quæ minus æſtimatur. Nam ſi communitas aut rectores communitatis ex quacunq; cauſa notabiliter errarent in mearum mercium taxatione, non mihi liceret illo pretio vendere, vt ipſe Medina ibidem quæſt. 31. latius agit. Nunc autem in caſu præſenti illa æſtimatio pretii currentis procedit ex errore vel ignorantia facti: quia ſi emptor & alii communiter ſcirent illam mercium abundantiam proxime ſuperuenturam ſicut venditor ipſe ſcit, non vtique tanti facerent illas merces. ergo illud pretium currens non vere ſed ſolum æſtimatiue ex errore vel ignorantia iuſtum eſt: & ex conſequenti ipſi emptores non vere in illa pretii quantitate conſentiunt.

4. ratio. Quarto probatur idem, quia niſi hæc opinio eſſet uera ſequeretur hoc abſurdum, quòd uidelicet rex intendens ualorem monetæ in menſe ſequente diminuere, licite nunc ante tempus illud omnes ſuos aureos pro maiori numero expendere commutare ſiue cambire poſſet.

Opinio. 2. SECVNDA. opinio eſt beati Thome ſecunda ſecundæ quæſt. 77. articulo tertio ad quartũ. & Silueſtrine titu. emptio quæſt. 15. Et Soto de iuſtitia & iure lib. 6. quæſt. 3. arti. 3. in reſponſione ad tertium argumentum principale, & Alexan. in tracta. dierum geniali. lib. 6. ca. 1. ut refert & tenet Couarruuias in regula. peccatum. part. 2. §. 4. & aliorum plurimorum. Et hæc opinio tenet oppoſitum, quòd ſcilicet nec ibi eſt ulla iniuſtitia nec obligatio reſtitutionis. Et fundamentum huius opinionis eſt, quòd penuria uel abundantia mercium uel mercatorum non auget nec minuit ualorem & pretium earum, niſi ſolum quando communiter cognoſcitur q eſt præſens: uel proxime futura ſperatur.

1. ratio. Quæ opinio quadrupliciter probatur. primo, quia particularis tantum cognitio uel ignorantia iuſti pretii, uel aliarum conditionum mercis ab extrinſeco & per accidens facientium ad iuſtitiam ipſius pretii, impertinens eſt: & non uariat iuſtum pretium rei iam uere exiſtens: uel conſtitutum: ita quòd propter illam particularem tantum cognitionem uel ignorantiam alicuius non redditur iniuſtum, quod ſine illa erat iuſtum, nec e conuerſo redditur iuſtum, quod ſine illa erat iuſtum pretium currens mercis illius; ſed in caſu quæſtionis præſentis eſt ſolum cognitio particularis ipſius uenditoris, de illa conditione extrinſeca mercis, ſcilicet de abundantia proxime futura, uti conſtat atq; ſupponitur. ergo non uendit eam iniuſte pro illo precio currente; neque propter illam ſuam cognitionem redditũ eſt iniuſtum quod ſine illa erat iuſtum pretium mercis illius conſtitutum: neq; propter hoc tenetur aliquid reſtituere. Conſequentia nota eſt cum minori.

Sed maior ubi eſt tota difficultas probatur. & primo illa prima pars eius ubi dicitur quòd ſola particularis illa cognitio uel ignorantia iuſti pretii non uariat illud; neque propter illam redditur iniuſtum uel e conuerſo, Nam quod

vni eſt iuſtum omnibus ſcientibus & neſcientibus iuſtum eſt. Iuſtitia enim vel iniuſtitia pretij à parte rei eſt: ſicut & ipſa iuſtitia in medio rei conſiſtit vt habetur. 5. ethico. nec ex cognitione vel ignorantia huius vel illius particularis dependet. Id quod ipſe etiam Conradus vel eius compilator quaeſtio. 57. in tertio dicto plane confitetur. Secunda autem pars praedictae maioris vbi dicitur quòd illa etiam particularis cognitio vel ignorantia illarum conditionum mercis ab extrinſeco & per accidens facientium ad iuſtum pretium earum, non variat illud, neque propter illam redditur de iuſto iniuſtum pretium illarum. huiuſmodi conditiones ſunt, ſi merces illae de loco remoto vel de propinquo, ſi de abundanti vel ſterili, ſi cum magno vel paruo periculo & labore adductae ſunt, Et ſimilis conditio eſt ſi proxime futura ſit earum penuria vel abundantia. quòd ergo harum conditionum cognitio vel ignorantia ſolum particularis non variet pretium iuſtum earum vt dictum eſt, Probatur, quia ſicut non quidem particularis huius vel illius emptoris aut venditoris, ſed ſolum communis neceſsitas vel vtilitas aut ęſtimatio facit ad iuſtitiam pretij, eius rei quae libere exponitur venditioni: ita non ſola particularis huius vel illius ſed communis cognitio vel ignorantia eorum quae pertinent ad communem neceſsitatem vtilitatem & aeſtimationem facit ad iuſtum vel iniuſtum pretiũ eiuſdem rei, & illud iuſte mutare poteſt. quia haec cognitio vel ignorantia ad illa praedicta ordinatur, & ex cognitione vel ignorantia communi iam dicta & non ex alia particulari tantum pendet recta vel non recta ęſtimatio communis, & iuſtitia vel iniuſtitia pretij currentis. De cognitione autem & ignorantia aliarum conditionum intrinſece & per ſe facientium ad iuſtitiam pretij rerum conſtituendum, puta ſi res eſt defectuoſa, in ſubſtantia, qualitate, vel quantitate, non loquitur ſupradicta maior aſſumpta in hac prima probatione: quia non eſt ad rẽ. inferius autem aliqualiter tangitur de his occaſione aliquarum obiectionum quae diſſolnentur, & ita illa maior probata eſt.

Si ſupradictum fundamentum atq; rationem quiſpiam cum Medina vbi ſupra excludere conetur negando maiorem praefatę primae probationis ſimul & conſequentiam; dicendo non eſſe ſimile; quia multum refert vendere rem doloſe aut cum bona fide. Nam rem defectuoſam aut in proximo corrumpendam vti ſanam & perfectam pro integro pretio ſcienter vendens ignoranti, iam doloſe facere videtur, & ex conſequenti emptor ille rationabiliter iniuſtus eſt, & iniuſtitiam patitur. Secus eſſet ſi vterq; id ignoraret ſimul cum aliis emptoribus & venditoribus. Nam ſtante ignorantia, vel errore facti communis, ſimul & concurrente communi curſu pretij, & bona fide ipſorum contrahentium & non aliter; vtiq; iuſta eſſet illa emptio atq; venditio pro illo pretio currente: quia ille communis error facti facit ius. Sicut ſi vinum quod nunc communiter venditur, pro quinq; vendatur, quia omnes ſimul & venditor ipſe putant diu conſeruari poſſe: Et tamen contingit vt ſubito ad temporis alterationem ab omnibus, etiam ab ipſo venditore ignoratam, alteretur, & ipſum, & ad corruptionem tendat: vtiq; venditor ille non eſt obnoxius reſtitutioni; ſi tamen id à ſolo venditore praecognitum eſſet, debuiſſet in pretio deſcendere, & ita patet quòd ſolius venditoris cognitio mercis defectuoſae & dolus multum facit ad variandum iuſtitiam pretij: quamuis eius ſolius ignorantia ad id non ſufficiat.

Sed certe haec euaſio non valet contra ſupradictam probationem. quia illa probatio & eius maior aſſumpta ſicut & quaeſtio ipſa ſolum procedit & loquitur, de cognitione, & ignorantia conditionum, extrinſece & per accidens facientium, ad iuſtitiam vel iniuſtitiam pretij conſtituendum: euaſio autem haec loquitur de cognitione & ignorantia conditionum intrinſece & per ſe ad id facientiũ, qualis eſt cognitio vel ignorantia mercis defectuoſae, ideo non eſt ſimile: Sed magnum diſcrimen harum & illarum conditionum eſt. Nam cognitio & ignorantia particularis conditionis intrinſecae & per ſe facientis ad iuſtum pretium conſtituendum, quia eſt, quo ad ſubſtantiam, qualitatem, vel quantitatem rei defectuoſae, aliquando variat iuſtum pretium rei conſtitutum aliquando non. quòd variet, patet de cognitione particulari ipſius tantum vendentis rem defectuoſam: propter quam quia ęquiualet dolo, redditur illi in iuſtum pretium currens, vt conſtat in exemplo vendentis vinum defectuoſum vt proxime in praefata euaſione dictum eſt. ignorantia autem particularis ipſius tantum venditoris rei defectuoſae cum bona fide eam vendentis pro pretio curreuti tanquam ſanam, quamuis illum excuſet à peccato & dolo, non tamen variat pretium iuſtum illius, neq; de iniuſto reddit ipſum iuſtum: quia aliud pretium rei defectuoſae aliud rei integrae atq; perfectae iuſtum eſt. ideo poſtea cognito defectu tenetur ad petitionem emptoris defraudati vel reſcindere contractum, vel ipſum ad ęqualitatem reducere, reſtituendo quod vltra iuſtum pretium rei accepit, vti de his Medina vbi ſupra & q. 33. 34. doctiſsime differit. Secus eſt de cognitione, vel ignorantia particulari, tantum conditionis extrinſece, & per accidens facientis ad iuſtnm pretium conſtituendum, qualis eſt abundantia, vel penuria proxime futura; nam cum conditio haec ſit extrinſeca atque per accidens, per quam res ipſa nec in ſua bonitate vel valore na

turali

turali nec in qualitate vel quantitate mutatur: ſit vt neque per eius accidentalem videlicet particularem ſolius venditoris vel emptoris, ſed per ſolam communem cognitionẽ vel ignorantiam & æſtimationem inde pendentem eius rei valor vel iuſtum pretium currens demutetur: & ita ſolida manet hæc prima probatio huius ſecũdæ opinionis.

2. Ratio Secundo probatur eadẽ ſecunda opinio, quia niſi eſſet vera condemnarentur mercatores ſolicite atq; ſecrete illo ſine perquirentes vtrum de propinquo futura ſit abundantia merciũ & mercatorum ſine penuria, vt ſibi prouideant tũc vel opportune vendendo pro maiori pretio currente & emendo pro minori: & ſimiliter illi qui in nundinis ſuas merces venderent pro maiori pretio currenti quando eſt magna multitudo mercatorum, & certũ eſt quòd inde ad tres vel quatuor dies plures emptores recedent. & quòd ex illa prima opinione hoc ſequatur, conſtat per ſuam rationem; quia videlicet ſicut valor merciũ per ſperatum ſimilium mercium ſuperuentum decreſcit: ita ſimiliter decreſcit per ſperatũ emptorũ receſſum, vti hoc ipſa conſtat experientia. Similiter & male condemnaretur is qui coniectans aut probabiliter ſciens futuram anni ſterilitatem, multas merces emit & fructus pro minori pretio currẽti quàm in futurum timetur quòd valebunt. Et ſimiliter illi qui ſcientes quòd hoc anno vinum, oleum & triticum abundabunt vendunt nunc fructus ſuos pro maiori pretio currenti quàm poſtea futurum ſperatur. Et quòd hoc ſequatur patet, quia ſicut valor mercium per ſimilium ſuperuentum ſperatum decreſcit: ita & per ſimilium penuriam breui futuram augetur.

Et quamuis ad hæc inconueniẽtia reſpondeãt doctores de prima opinione negando hæc ſequi ex illa, dicentes non eſſe ſimile de his caſibus & de venditore ſolo ſciente abundantiam vel penuriam proxime futuram. Nam in his caſibus non ſolus ipſe venditor id ſcit: ſed omnes mercatores idem ſimiliter ſciunt vel facile ſcire poſſunt eodem modo ſi diligenter attendant ſibiq; cautæ proſpiciant: & ita pretium currens ſecundum communem ęſtimationem venditor ille iuſte recipere poteſt. Secus aiunt eſſe ſi ſolus venditor eſſet diuinitus aut alio modo particulariter vel extra ordinario certior factus de fertilitate vel penuria anni futura: tunc enim teneretur in pretio deſcendere vel aſcendere, ſicut in prima opinione dictum eſt.

Sed certe hoc vltimum non valet. tum primo quia Gen. 41. laudatur Ioſeph qui diuinitus ipſe ſolus ſciens futuram ſeptem annorum vbertatẽ, quàm ſubſecutura erat aliorum ſeptẽ ſterilitas, vili prius pretio currente emendo & poſtea care vendendo regem ditauit ſimul & regno prouidit. ergo ſimiliter id diuinitus ſciens facere poſſet. tum. 2. quia ſi quis per ſuam notabilem prę ceteris induſtriam & diligentiam vel per aſtrologiam id ſolus ſciret: vtiq; poſſet ſibi præ ceteris prouidere vendendo, & emendo ſecundum pretium currens: Sicut & alii qui non fuerunt tam diligentes. Alioqui ex ſua laudabili diligentia & ſtudio incõmodum reportaret & ſua ſors ſiue conditio peior aliis facta eſſet. Ad idem eſt hiſtoria Thaletis Mileſii quam primo polyt. ca. 7. Ariſto. enarrat & probat. Nam philoſophus ille cum ei ceu opprobrium obiiceretur, philoſophiam ſuos alumnos pauperes efficere: & ipſe per aſtrologiam vbertatem oliuarum illo anno futuram proſpexiſſet: collecta exigua pecunia credito emit in hieme ſub confuſo quantum quiſque olei collecturus eſſet: poſtea vero, tum quòd ingens copia prouenit, tum quòd ſolus ipſe venditor eſſet, ampliſſimam pecuniam confecit. nimirum oſtendens facile eſſe ſapientibus ditari, ſed eorum eſſe diuitias deſpicere. Exemplum quoque eſt Ciceronis libro tertio de officiis, de Alexandrino mercatore, Vtrum cum Rhodum annonę penuria laborantem frumentum ipſe aduexiſſet ſciens alios mercatores poſt ipſum proxime venturos, teneretur ciues de hoc præmonere, an vero tacitus poſſet pretio tunc currẽte diuendere. Antipater enim id affirmabat: Diogenes autem negabat: cuius ſententiã ſecunda hæc ſequitur opinio. exempla hæc, vbi ſupra etiam refert Soto.

Tertio probatur idem, quia niſi hæc opinio eſſet vera ſequeretur hoc abſurdum, videlicet quòd qui nunc emit aliquas merces pro pretio currente: & ſtatim poſt horam ſolus ſcit abundantiam earum proxime futuram, non poſſet ſine obligatione reſtitutionis tunc ſtatim eaſdem reuendere ſuo primo venditori volenti eas emere pro eodem pretio currente. 3. Ratio

Quarto probatur idem, quia illa abundantia proxime futura à me ſolo præcognita ſi per naufragium vel per incendium vel per aliud infortunium aut alio modo impediatur, vt facile contingere poteſt: tunc non eſſet iniuſta illa venditio mercium pro pretio currenti, modo ſit ibi alia culpa modo non: ergo nec antequàm illa abundantia impediretur hæc venditio erat iniuſta. quia per illud infortunium vel impedimentum mihi etiam ſoli cognitum vel ignoratum, non fit iuſtum vel iniuſtum pretium illarum mercium, quia id omne valde per accidens & impertinens eſt ad iuſtam æſtimationem communem & iuſtum pretium currens immutandum. Alioquin ſequeretur etiam quòd ſi meæ merces, quæ à populo præcognitę proxime ſuperuenturę ſperabantur, in naufragio vel incendio me ſolo euadente idque ſciente perirent: ego non poſſem iuſte emere in illo 4. Ratio

populo multas aliàs ſimiles merces pro pretio currente ſicut emunt & alii. quia ſolus ego ſcio penuriam imminentem propter quam ſcio ibidẽ proxime carius eſſe valituras, id autem condẽnare certe duriſsimum eſt.

Ad rationes autem primę opinionis hæc ſecunda opinio reſpondet. Ad primam quòd id ſolum eſt verum de penuria & abundãtia communiter cognita quòd eſt præſens vel proxime futura: non autem de ea quæ ab aliquo particulari venditore vel mercatore tantum cognita eſt, vt ſupra in prima probatione ſecundæ opinionis probatum eſt.

Ad ſecundam negatur conſequentia: & ad eius probationem dico eſſe diſcrimen inter ualorem rei defectuoſę qui eſt ab intrinſeco conditionis illius rei, & valorem ex abundantia vel penuria proxime futura, qui ſumitur ab extrinſeca conditione illius mercis, vti ſuperius in prima probatione huius ſecundæ opinionis latius habetur.

Ad tertiam Reſpon. negando minorem & cõſequentiam. quia affluentia mercium minuit quidem & earum penuria auget pretium earum et ſi proxime futura ſit: ſed hoc ſolum quando id communiter cognoſcitur vel ſperatur, vel quando pretium earum tunc denuo imponendum vel taxandum eſſet. Secus ſi non cõmuniter cognoſcitur nec ſperatur & pretium iam lege vel conſuetudine conſtitutum & taxatum eſt, quod pretium currens appellatur, vti in hac ſecunda opinione ſępe dictum eſt.

Ad quartam Reſpon. quòd ſi id rex faciat doloſę & in fraudẽ, volens videlicet mutare valorem monetę eo tantum fine & ſine vlla legitima cauſa ſed vt ſic populum expilet & ſibi pecuniã acquirat; tunc ad exactionem iniuſtam licet occultam vel fraudulentam pertinet, & ita reſtituere tenetur. Secus ſi ex legitima cã illam monetę mutationẽ facere intenderet: nã tunc tam ipſe quàm quilibet alius id ſciens ſibi prouidens licite & ſine obligatione reſtitutionis facere poſſet. Et hæc practica nunc etiã viget multis in locis quæ nõ facile ſine ratione manifeſta condẽnãda eſt: id quod multum facit pro hac ſecunda opinione.

Opinio 3. Sed pro concordia harum opinionum forte placebit noſtra meditatio: quæ & tertia opinio medium tenens ſub diſtinctione ſit, quòd ſcilicet ſi pretium illarum mercium iam à repub. vel reipub. rectore taxatum ſit, vel ſecundum communem æſtimationem aut conſuetudinem id ſit pretium ibidem currens: tunc locum habet ſecũda opinio & vera eſt. Si autem non ſic ſed vagũ pretium eſt & denuo taxandum à communitate vel eius rectore vel ab ipſo venditore ſtatuendũ ſit: tum illa prima opinio locum habet & veritatem.

Ratio huius diſtinctionis vel diſcriminis eſt, quia cum pretium illarum mercium vſq; tunc taxatum vel communiter currens iuſtũ ſicut & iuſte taxatum vel introductum ſit, vti ſupponitur. ergo etiam tale eſt & manet quouſq; rationabiliter mutetur vel mutari debeat: aut denuo aliud iuſtum pretiũ introducatur, vt ipſe Medina vbi ſupra q. 31. fatetur. & rurſus: cum talis mutatio pretii fieri non debeat, niſi ad id iuſta vel rationabilis cauſa ſit atq; ſciatur ab ipſis qui eam mutationem vel noui pretii introductionem facturi ſunt: nec venditor ipſe teneatur ad id illis eã abũdantiam proxime futuram ſignificare niſi de hoc debite interrogetur. ergo manet adhuc iuſtum pretium currens ſiue taxatum: niſi ad ipſius venditoris inſtantiam vel ab ipſo nouum pretiũ ſtatuatur: tunc enim niſi reuelet abundãtiam proxime futuram quam ſolus ipſe ſcit vt ſecundũ illam denuo iuſtum pretiũ ſtatuatur, tenetur exceſſum huius iuſti pretii reſtituere vt in prima opinione dictum eſt.

Concl. 1. Ex prædictis liquet quid ſecundum noſtram hanc tertiam opi. reſpondendum ſit ad. caſus ſequentes: quos omnes prima opinio condemnat, ſecunda iuſtificat. quorum primus eſt. Si mercator ſolus ſciat obſidionem ciuitatis, in qua ſuas merces venales habet, breui euenturam aliis id ignorantibus: & ideo ipſe ſolicite curat ſuas merces pro pretio tunc currente cito vendere: qua venditione facta illico ciuitas ab hoſtibus obſidetur, ratione cuius mercium illarum pretium diminutum eſt. Nam dicendum eſt quòd vendens pro pretio currente reſtituere non tenetur: teneretur autem ſi pro pretio denuo impoſito, niſi illud minueret ſecundum illius periculi exigentiam.

Secundus caſus. cum quidam tritici abundantiam tempore cariſtię & famis haberet: certo ſciuit principis voluntatem ad moderationem pretii pro tritico tradendi determinatam eſſe: ideo ante decreti vel pragmaticę promulgationem, aliis decretum ipſum proxime futurum ignorantibus, totum ſuum triticum vendidit pro magno tunc pretio currenti, idq; indiſtincte, ſciẽs videlicet quoſdam triticum emere ad ſui atq; ſuorũ ſubſtentationem, quoſdam vero ad id ſeruandũ & poſtea indigentibus vendendum, vnde lucrum notabile ſperabant: & tam hii quàm alii ſuperueniente pragmatica coacti ſunt damnum pati. Nã ad hoc dicẽdum eſt ſicut ad primum caſum proxime præcedentem.

Tertius caſus. quidam copiam monetę habẽs ſolus ipſe ſciebat ex decreto principis illam cito in valore & pretio minuendam: & ante diminutionis promulgationem totam monetam quam habebat, aliis decretum ignorantibus vel per viã mutui vel cambii vel permutationis vel emptionis vel alterius aliàs liciti contractus aliis id neſcientibus tradidit: quos conſtat ex hoc dam-

num

rum notabile eſſe paſſuros. Nam ad hoc dicendum eſt quòd neque mortaliter peccat neque quicquam reſtituere tenetur: ex quo pro iuſto pretio currenti id fecit.

Quartus Caſus. quidam domum ſuam locauit ad annum pro centum ducatis vbi regis curia reſidebat: & illud reputabatur tunc iuſtū pretium ſuppoſito quòd certum eſſet principis curiā illic per annum permanſuram: attamen qui domum locauit ſciebat curiam ab illo loco cito receſſuram id populo communiter ignorante; Vnde qui domum conduxerat manſit defraudatus: quia nec poſt curiæ receſſum conueniebat illi in domo illa habitare: nec reperire potuit cui domum illam ſine magno damno locare poſſet. Nam ad hoc ſub diſtinctione dicendum eſt ſicut ad primum caſum præcedentem. tametſi iuxta prædicta hæc ex quo nullū hic videtur pretium currens ſiue taxatum à repub. ante ipſam domus locationem fuiſſe: inde etiam abſolute ipſe locator tenetur reſtituere exceſsū iuſti pretii quod fuiſſet ſi receſſus curiæ futurus etiam à conductore vel aliis communiter præcognitus eſſet.

QVAESTIO QVINTADECIMA.

Vtrum vere fructuoſe poſsit quiſpiam de uno mortali peccato dolere non dolendo etiam actualiter de aliis etiam memoriæ tunc occurrentibus.

Opinio 1. Reſpondeo. in hoc eſt duplex opinio, loquendo ſemper de lege poſita. Prima eſt clariſsimi doctoris Medina magiſtri mei in codice de pœnitētia q. 12. quòd poteſt homo vere non ſolum quo ad exiſtentiam doloris, ſed etiā fructuoſe & meritorie dolere propter Deū de vno peccato mortali à ſe commiſſo nondum dimiſſo, abſq; hoc qꝫ actualiter ſiue formaliter doleat in ſpeciali aut etia in generali de aliis mortalibus nōdū dimiſſis memoriæ occurrentibus.

Ratio 1. Quod probatur tripliciter primo quia poteſt quis vere & meritorie diligere Deum ſuper omnia, etiam ſi de peccatis memoriæ occurrentibus actualiter illum non pœniteat. Quod patet, ſi diligat Deum tempore illo quo de peccatis formaliter dolere non tenetur. Nam cum dolere de peccatis ſit præceptum affirmatiuū quod non pro ſemper obligat: igitur dabile eſt tempus aliquod pro quo non currat eius præcepti obligatio. illo ergo tempore poterit vere & meritorie Deum diligere non dolendo actualiter de peccatis. & ex conſequenti poterit tunc de vno vere & fructuoſe dolere propter Deum nō dolēdo formaliter in ſpeciali nec in generali de aliis memoriæ occurrentibus, quo facto ſtatim Deus illi omnia remittit per gratiam collatam ipſi dilectionem Dei ſuper omnia ſimul & dolorem illius peccati habenti. quia licet non acto at in voto & virtualiter de omnibus dolet, dum ſimul propoſitum habet dolendi actualiter & cōfitendi ſuo tempore quo ad id obligatur.

Ratio 2. Secundo. probatur idem, quia ſola dilectio Dei obedientialis ſuper omnia ſine vlla formali pœnitentia ſufficit ad gratiam, maxime quando non tenetur homo formaliter pœnitere. quia illa eſt pœnitentia virtualis, vt etiam Vega de iuſtificatione lib. 6. ca. 33. 34. latius agit. Sed per hoc quòd cū illa dilectione ſimul homo formaliter tantum de vno peccato doleat, non euacuatur virtus eiuſdem dilectionis, ergo cum hac pœnitentia formali vnius tantum vel aliquorum virtuali autem omnium aliorum peccatorum omnia per gratiam illam deleantur.

Si dicatur quòd dilectioni Dei ſuper omnia aut dolori de vno peccato propter Deum eſt neceſſario annexus dolor formalis de omnibus aliis mortalibus non dimiſsis memoriæ occurrētibus in particulari aut in generali. Contra hoc eſt tertia ratio ſequens, Ratio 3. quia ſi ita eſſet quòd dolens de vno propter Deum neceſsitatur dolere de aliis actualiter ſeu formaliter ſaltim in generali vt dictum eſt: Vel hæc neceſsitas prouenit ex aliquo præcepto: aut ex ipſa dilectione Dei; aut ex dolore vnius peccati, cui dolor aliorum annexus eſſet. Non poteſt dici primum, nam vt ſupponimus nos loquimur de dolore peccati pro eo tempore quo ipſe dolor non cadit ſub obedientia ſiue præcepto. Neque ſecundum dici poteſt: Nam illa dilectio Dei ſi eſt ſimplex amor complacentiæ, qua ſcilicet quis vult Deo bene eſſe, non neceſſitat voluntatem ad volendum ſeruare mandata ſeu conſilia diuina: & per conſequens neq; ad dolendum formaliter de omnibus propter Deum: Sicut nec dilectio qua filius diligit patrē ſuum compellit illum ad eius mandata ſeu conſilia ſeruandum, vt conſtat. ſi autem ſit dilectio Dei obedientialis. non etiam neceſsitat peccatorem ad deteſtandum peccata, niſi pro illo tempore quo ipſa deteſtatio cadit ſub obligatione: non pro tempore quo cadit ſub conſilio, quale eſt tempus de quo caſus quæſtionis poſitus eſt vt conſtat. Sed neque tertium poteſt dici quòd ſcilicet dolori de vno peccato eſt neceſſario annexus formalis aliorum dolor. Nam dolor de vno non eſt annexus dolori de alio ex natura rei, ſicut neque complacentia vnius eſt neceſſario annexa complacentiæ alterius: neque ex præcepto, quod pro tunc non obligat vt ſupponitur, dolori de vno, formalis etiam dolor de alio peccato vllo modo annexus eſt.

2. Opinio. Secunda opinio communis quę & mihi magis placet eſt in oppoſitum. tenet enim quòd peccator fructuoſe aut meritorie ita quòd ei per gratiam omnia ſua mortalia à Deo remittantur, nūquam dolere poteſt de vno mortali niſi ſimul ēt

de

de omnibus mortalibus nondum dimiſsis actualiter ſeu formaliter doleat: particulariter quidẽ de omnibus memoriæ occurrẽtibus, generaliter autem de aliis non occurrentibus quæ probabiliter credit ſe commiſiſſe. ita quòd quo tempore ex præcepto ad contritionem obligatur peccabit quidem nouo peccato niſi prædicto modo de omnibus actualiter doleat. Extra tempus autẽ obligationis non quidem peccabit dolendo de vno & non de aliis: Sed neque habebit gratiam neq; vllius peccati mortalis remiſsionem niſi vt dictum eſt de omnibus ſimul actualiter doleat. quod intelligitur ſi habet tempus ad id & nõ impeditur vehementia martyrii aut afflictionis aut alterius iuſtæ occupationis imminentis & excuſantis: tunc enim ſufficeret dolor generalis aut dilectio Dei ſuper omnia ſecundum Scotum & alios doctores. fundamentum huius opinionis eſt quia talis lex diuina ſtatuta omnibus eſt.

1.Ratio. Quod probatur quadrupliciter. Primo quia nullus peccator poteſt Dei gratiam & peccatorũ remiſsionem habere niſi debite doleat de peccatis ſuis quocunq; tempore talem gratiam & remiſsionem voluerit obtinere, vt patet ex Auguſtino & habetur de conſecra. diſtinct. 4. ca. omnis. Omnis voluntatis ſuæ arbiter non poteſt nouam vitam inchoare niſi eum veteris vitæ pœniteat. Et ca. non ſufficit. de pœni. diſtinct. 1. eſt ad idem, quamuis gloſſa ibidem male dicat quòd intelligitur quo ad forum exteriorem: cum tamẽ Auguſt. quoad Deum loquatur, vt patet ibidem, & doctor ipſe Medina latius probat vbi ſupra q. 2. Nam ad finem prædictę remiſsionis pœnitentia cordis ſeu dolor peccatorum ordinatus & de lege neceſſarius eſt, quocunq; tempore ſe in ſtatu gratiæ reponere voluerit, vt hoc etiam expreſſe in Concilio Triden. ſeſſ. 14. ca. 4. ſub Iulio tertio decretum eſt, vbi ſic habetur. Fuit autẽ quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorũ contritionis motus neceſſarius. Hęc ibi. Nunc autem contritio ſeu dolor de peccatis debitus & neceſſarius ad prædictam gratiam & remiſsionẽ obtinendam eſt non ſolum virtualis ſed formalis ſeu actualis ſi homo habet tempus et facultatem ad id, particulariter quidem de omnibus memorię occurrentibus, generaliter autem de aliis vt dictum eſt, vt latius & bene probat ſupradictus doctor clariſsimus vbi ſupra quæſt. 2. & q. 3. art. 1. contra Caietanum & alios oppoſitum quodámodo opinantes. Igitur talis omnium dolor ad gratiam & remiſsionem eorum neceſſarius eſt.

2.Ratio. Item & eſt ſecunda ratio huius ſecundæ opinionis, quia ſi extra tempus præcepti ad gratiam obtinendam non eſt neceſſarius actualis vllus dolor omnium peccatorum memoriæ occurrentiũ in particulari vel in generali ſed ſufficit dolor de vno mortali: ergo nullus dolor etiam de vno mortali eſt neceſſarius tunc ad obtinendam gratiam & remiſsionem eius. conſequens eſt falſum vt ſupra in præcedente ratione aſſumptum eſt ſecundum Auguſt. & ipſemet doctor Medina vbi ſupra probauit. Et conſequentia patet: quia qua ratione ponitur neceſſarius ille dolor de vno ad eius remiſsionem & gratiam habendam: eadem debet etiã poni de aliis omnibus memorię occurrentibus ad gratiam & remiſsionem de omnibus. & qua ratione de omnibus negatur: eadem & de vno quoq; vel de aliquo negandus eſt extra tempus præcepti ad prædictum finem eſſe neceſſarius. Nam & hic præſupponitur quòd de lege poſita, vt loquimur, Deus non remittit vnũ mortale ſine alio, vt doctor clariſsimus vbi ſupra q. 12. optime probat.

Tertio probatur idem per Auguſti. & habetur de pœnit. diſtinct. 3. ca. Sunt plures, vbi ait Etiam ſi ſint mille peccata, oportet de omnibus pęnitere. Et infra. Pœnitentes oportet ſimul dolere de omni crimine. Et inferius. recte pœnitens quicquid ſordis poſt purificationem cõtraxit, oportet vt abluat, ſaltem lachrimis mentis. Et infra. quem, ergo pœnitet, omnino pœniteat. Hæc ibi. Et diſtinct. 1. ca. non poteſt. habetur ꝙ non poteſt quis gratiam Dei accipere niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati, per pœnitentiæ confeſsionem, & per donum Baptiſmi ſalutaris. Et ca. quem pœnitet. ea. diſtinct. habetur. quẽ pœnitet omnino pœniteat, id eſt de omnibus peccatis conteratur. ſecundum gloſ. ſecũdum ca. conſideret, diſtinct. 5. vbi dicitur, & de omnibus indulgentia petenda eſt. & ca. qui vult. diſtinct. 6. eſt ad idem. in quibus locis principaliter intenditur, quòd vera pœnitentia ſalutaris debet neceſſario ita eſſe de omnibus peccatis ꝙ non maneat propoſitum recidiuandi in futurũ: tamen etiam ibidem intenditur quòd neceſſario debet eſſe de omnibus peccatis ſimul: vt de omnibus ipſis remiſsio habeatur. 3.Ratio.

Quarto probatur idem, quia confeſsio ſacramentalis debet eſſe integra & non dimidiata: alioqui non erit fructuoſa ſi ex propoſito aut ſciẽter fiat de aliquibus & non de aliis: etiam pro tẽpore quo ex præcepto neceſſaria non eſt. ergo. Similiter dolor ſeu contritio peccatorũ non erit ſalutaris niſi de omnibus memoriæ occurrentibus habeatur, vt ſupra dictum eſt. Patet conſequentia: quia confeſsio eſt ſignum contritionis apud Deum: & ſibi inuicem correſpondent, & quo iure integritas vnius ad ſalutem eadem & alterius etiam quo ſub præcepto nõ cadunt neceſſaria eſt. 4.Ratio.

Ad fundamenta igitur primæ opi. Reſpondeo ad primum negando quòd peccator habens memoriam peccatorum mortalium & facultatẽ dolendi poſsit vere & meritorie Deum ſuper omnia obediẽtialiter diligere aliquando, niſi tunc etiam actualiter de omnibus ſimul doleat, vt ſu- Reſpon. ad prim.

pra

pra dictum eſt. Et ad probationem vbi dicitur q eſt præceptum affirmatiuum quod non obligat pro ſemper: dico id uerum eſſe, non tamen obſtat ſecundæ opinioni prædictæ: quæ non ratione præcepti, aut connexionis doloris de uno peccato cum dilectione Dei, aut cũ dolore de aliis: ſed rõne ſtatuti, ſeu legis diuinæ id requirentis habet ueritatem, quòd.ſ.ex ſuppoſitione finis puta ſi homo uult habere gratiam, & remiſsionem peccatorum, neceſſario debet habere dolorẽ ſicut & quando vult cõfiteri, debet integram facere confeſsionem omnium mortalium memoriæ occurrẽtium propter Deum, vt ſupra probatum eſt. Item quando eſt pręceptum contritionis debet de omnibus mortalibus eſſe. Et per hæc etiã patet reſpon. ad tertium.

Reſp. ad 2. Ad ſecundum reſpon. negãdo maiorem neq; enim ſola dilectio Dei ſufficit, nec eſt pęnitẽtia uirtualis, niſi quãdo homo paratus eſt, & uerum animum habet ad formaliter dolendum de omnibus memoriæ tunc occurrentibus ſi & quomodo debite poſſet. Qui quidem animus non eſt in caſu præſenti, ubi homo habet animum non pœnitendi tunc de omnibus, etiamſi commode poſſit: quamuis habeat uotũ poſtea pœnitendi quando ad id lege tenebitur.

Reſp. ad 3. Et per ſupradicta. patet reſponſio ad tertium quòd de lege eſt annexus dolor omnium memoriæ occurrentium.

Et nota quòd per dolorem particularem de omnibus memoriæ occurrentibus non intelligo tot numero, uel ſpecie dolores, quot ſunt peccata, ſed quòd per vnũ vel per plures actus homo actualiter doleat de omnibus illis memoriæ occurrentibus, ut ipſe Medina vbi ſupra declarat.

QVAESTIO SEXTADECIMA.

Vtrum de iure diuino ſemper ſit præmittenda cõfeſsio ſumptioni eucharistiæ, dum de mortali homo remordetur.

Opin. 1. RESPON. in hoc eſt triplex opinio. Prima tenet quòd nullo iure eſt ſub pręcepto confeſsio præmittenda, etiam tempore paſchali, ita quòd eam omittens tunc mortaliter peccet. quam opinionem tenet Caietanus in ſummula titu. communicatio. & in 3. parte q. 80. art. 4. & Panor. in ca. de homine. de celebra. miſſæ. idq; dicunt eſſe uerum, etiamſi peccator cõtritus, habeat de pręſenti copiã idonei cõfeſſoris: nec ſperet poſtea commodiorem habere: quia talis uere contritus poteſt ſine peccato mortali celebrare, & euchariſtiam accipere non præmiſſa confeſsione ſacramentali. Et ad idem aliquo modo uidentur Richar. in 4. diſt. 17. art. 3. q. 6. Et Palud. ea. diſt. Et Adria. q. 3. de confeſsione quo ad ius diuinum.

Quæ opinio probatur quadrupliciter. primo, quia quòd nullo iure diuino id præcipiatur patet: quia ſi aliquo maxime. 1. Corinth. 11. probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. Sequitur qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat. Ex quo argui poteſt, quòd mortaliter peccat indigne communicans, indigne autem communicat, qui in peccato communicat. in peccato autem manet peccator, quandiu ab ipſo non eſt ſacramentaliter abſolutus, ſi per eum ſtat quo minus abſoluatur: nam peccata quæ à ſacerdote nõ ſunt remiſſa, non ſunt etiam à Deo remiſſa. Ioã. 20. quorum retinueritis retenta ſunt. ergo neceſſario pręmittenda eſt confeſsio. Hæc inquam ratio ſumpta ex 1. Corinth. 11. non probat ſufficiẽter de iure diuino præmittendam eſſe neceſſario confeſsionem. Nam quãuis prærequiratur conſcientiæ examinatio, & probatio, & peccatorum emũdatio ſeu abſolutio, & dignificatio ad euchariſtiæ ſumptionem: hoc tamẽ nõ probatur quòd neceſſario fieri debet, per ſacramẽtalem abſolutionem, ſed ſufficit ſi fiat per veram contritionẽ: per quam habet peccator gratiam, & abſoluitur à Deo, quia & ibi abſoluitur etiam à confeſſore in uoto: quod ſufficit cum propoſito confitendi actualiter tẽpore quo aliàs obligatur. Nõ enim dicit Paulus probetur à cõfeſſore, ſed probet ſeipſum homo: quod fit, vel totam vitam diſcutiendo, & ad memoriam reuocãdo, vt de ſingulis doleat vt oportet propter Deum: uel etiam ſine tali particulari dolore, & recogitatione peccatorũ, exiſtimando probabiliter ſe eſſe in gratia: puta ſi experiatur ſe diligere Deum ſuper omnia, dolẽs ſe Deum offendiſſe, & vitę, & morum correctionem in poſterum proponens. Quæ cum quis in ſe experitur dicitur ſeipſum probare digneq; euchariſtiam etiam ſine pręuia confeſsione recipere. 1. Ratio.

2. Ratio. Secundo probatur idem, quia non eſt contra ius diuinum accedere ad euchariſtiam cõtritũ, non confeſſum. Quod patet. quia ſi eſſet iam nullo caſu liceret contra tale ius diuinum, uel naturale agere, etiam propter implendum quodcunque præceptum ſuperioris uel eccleſiæ. Sed ſecundum omnes, licitum eſt in neceſsitate quando non eſt copia confeſſoris, immo & ſecundum Richardum Palud. & alios quando contritus habet de præſenti copiam idonei confeſſoris: nõ tamen talis qualem ipſe uellet, ſperans ſe poſtea alterius copiam habiturum cui lõge deuotius confiteri putat: & ſecundum Scotum, & alios quãdo neceſsitas eſt uitandi ſcandalum, uel infamiam, uel ſatisfaciẽdi officio ſibi iniũcto ſi curatus eſt, vel pręcepto ſuperioris, aut quando aliqua urgẽs cauſa celebrandi, uel communicandi occurrit: & confeſſor idoneus nec habetur, nec expectari poteſt: in his inquam caſibus, & ſimilibus contritus ſine pręuia confeſsione licite, & fructuoſe com-

municare

municare poteſt. ergo non eſt contra ius diuinum vel naturale.

Et confirmatur, quia de ſe non eſt peccatum mortale: communicare contritum non confeſſum, ergo etiam copia cōfeſſoris idonei exiſtente, & nullo incommodo de ſupradictis occurrente, non eſt mortale. Patet conſequentia. quia eſſe copiam confeſſoris, & non occurrere incommodum eſt per accidens, neque uariat id quod eſt per ſe; atque ideo ab arte, & regula reiiciendum eſt.

3. Ratio. Tertio probatur, quòd nullo præcepto eccleſiaſtico id ſit neceſſarium, quia ſi aliquo maxime illo ca. Omnis utriuſque ſexus. de pœni. & remiſ. vbi propter ſumptionem euchariſtię, præcipitur præuia confeſſio in quadrageſima. quæ ratio militat in omnibus aliis temporibus: quibus quis uelit communicare ne irreuerentia fiat tanto ſacramento. Sed hoc non probat intentum, quòd ſcilicet ſit iure eccleſiaſtico, neceſſaria præuia confeſſio. Tum primo, quia quamuis ibi prius ponatur præceptum de cōfeſſione, quàm de ſumptione euchariſtiæ: nō inde fit, quòd ideo id eccleſia fecerit, quòd intenderit fideles obligare ad confeſſionem ad hunc finem tantum, ut euchariſtiā digne ſuſcipiāt. Quod inde patet, quia peccator non minus tenetur ſemel in anno confiteri, non ſumpturus euchariſtiam, quàm illam ſumpturus. Stat enim peccatorem deobligari, à ſumptione euchariſtiæ tempore paſchæ, quia copiam nō habet miniſtrantis, vel quia patitur frequentem uomitum, uel quia non habet ſufficientem ętatem, uel diſcretionem ad communicandum, bene autem ad confitendum, uel ob aliam cauſam: & tamen non inde deobligatur à confeſſione. deobligaretur autem ſi ad finem tātum ſumendi euchariſtiam eſſet præcepta confeſſio: ſicut deobligatur quis à correptione fraterna quando emenda non poteſt, aut deſperatur euenire. Quanto magis, quòd præcepto de confitendo ſemel in anno ſatisfacit quis quacunque parte anni confiteatur ſecundum multos doctores. Igitur nō ad ſolum finem digne ſumendi euchariſtiam in paſchate ab eccleſia confeſſio iuſſa eſt. Tum ſecūdo, quia dato quòd ad illum finem illo tempore iuſſa ſit, non ſequitur quòd ſimiliter in quolibet alio tempore ad eundem finem iubeatur: etiam ſi eadem ratio militet ſemper. quia non ex hac ſola ratione; ſed ex alia etiam cauſa, & ex præcipientis uoluntate: pendet tale pręceptum confitendi ſemel in anno, aut in quadrageſima, vt patet in his qui à communione non autem à confeſſione ſupra dicta excuſantur, ut dictum eſt.

4. Ratio. Quarto probatur utrunque ſimul, quòd ſcilicet nullo iure confeſſio euchariſtiæ ſumptioni neceſſario præmittenda ſit. Quia ſecundum communiter doctores licitum eſt contritis alia ſacramenta miniſtrare, & ſuſcipere abſque præuia cōfeſſione: quamuis Palud. in 4. diſt. 17. q. 2. arti. 4. cum aliis paucis teneat oppoſitū. ergo ſimiliter ſacramentum euchariſtiæ. nō enim eſt alia ratio hic & illic: neq; præcepta ſunt noua ſuperſtitione introducenda.

Sed ut infra patebit hæc opinio ſcandaloſa, & erronea eſt.

Opinio 2. SECVNDA opinio tenet, quòd confeſſio ſemper præmittenda eſt ſumptioni euchariſtiæ ſub peccato mortali, excepto caſu neceſſitatis quo id commode fieri non poſſit. idq; non quidem iure aliquo ſcripto diuino uel eccleſiaſtico, ut patet per rationes opinionis præcedētis; ſed ratione antiquiſſimæ cōſuetudinis totius populi Chriſtiani à tempore apoſtolorum obligatoriæ inductæ: & per conſequens eo iure cōfeſſio erit obligatorie præmittenda, quo antiquiſſima conſuetudo obligatorie inducta neceſſario ſeruāda eſt: quod quidem ius ad diuinum, & naturale quāuis mutabile, & diſpenſabile refertur pariter, & eccleſiaſticum, vt patet ex Auguſt. diſt. 11. ca. eccleſiaſticarum. Et quòd talis ſit conſuetudo hæc: inde patet, quia in tota eccleſia latina ſacerdotes antequam celebrent, & laici, antequam communicent ſi copiam habent confeſſoris ſemper confitentur: & qui oppoſitum agūt ſe delinquere putant, & ab aliis acriter arguuntur, maxime ſi eos de aliquo mortali conſcientia redarguit.

Ex qua tamen conſuetudine non poteſt cōcludi id eſſe de iure diuino ſimpliciter, vt eſt præceptum de confitendo abſolute. Nam multæ ſunt conſuetudines, & ritus eccleſiaſtici qui in ſacramentis, & alibi à tempore apoſtolorum in eccleſia tanquam obligatorii obſeruātur, ſicut & multa ſtatuta apoſtolorum: quæ tamen non ut de iure diuino tenentur, ut eſt ieiunium quadrageſimæ, ſignatio crucis in fronte, & alia de quibus latius ca. eccleſiaſticarum. diſ. 11. quorum multa iam per non uſum exciderunt, multa etiam per papalem diſpēſationem, aut per ſtatutum eccleſiæ oppoſitum, in toto uel in parte in generali, aut in particulari ſemper cadunt, & cadere poſſunt à ſua obligatione. Et ita eſt in propoſito pręſentis quæſtionis, cum ad id nullum ius diuinum aperte poſſit exhiberi; neque factum, aut dictum Chriſti uidetur refragari; cum conſtet corpus ſuum diſcipulis nondum ſacramentaliter confeſſis in cœna tradidiſſe. Doctores autem ſimpliciter, uel abſolute dicentes neceſſario præmittendam eſſe cōfeſſionem euchariſtiæ intelliguntur, ut dictum eſt: Nam pauci eorum cum Scoto oppoſitum opinantes expreſſerunt id de iure diuino eſſe neceſſarium. hanc opinionem tenet clariſſimus doctor Medina magiſter meus de confeſſione q. 17. cum quibuſdam aliis.

Opinio TERTIA opinio communis: quæ mihi magis placet, eſt quòd cōfeſſio de mortalibus neceſſario euchariſtiæ præmittenda eſt, non ſolum ratione

tione conſuetudinis, vt dicebat ſecunda opinio præcedens, ſed etiam iure diuino pec apoſtolorum traditionem, & conſuetudinem antiquiſsimam eccleſiæ ad nos deriuato, & declarato.

Quod probatur dupliciter. primo, quia talem conſuetudinem tam riguroſe obligátem, & per papam etiam indiſpenſabilem, & immutabilem, nec apoſtoli introduxiſſent, nec eccleſia ſibi impoſuiſſet, aut acceptaſſet pro quocunque tempore euchariſtia ſumenda eſſet: niſi intellexiſſent talem confeſsionem à Chriſto oretenus, uel ab aliquo: alio modo nobis ſub præcepto iniunctam eſſe. Sicut de ſacramento confeſsionis abſolute obligatorio ex iure diuino communiter dicunt doctores: quia apoſtoli ſemper recuſarũt onera grauia aliàs non neceſſaria nobis imponere, vt patet Actu. 18. Quid tentatis imponere iugum quod neque nos, &c.

Nam licet multa obligatoria ſint per apoſtolos in conſuetudinem eccleſiæ introducta, quæ non ſunt de iure diuino obligatoria, ut in ſecunda opinione dictum eſt, ex ca. eccleſiaſticorum. diſt. 11. illa tamen ſunt mutabilia, & diſpenſabilia per eccleſiam, neque ſemper ut obligatoria recepta ſunt. At uero ea quæ non poſſunt per eccleſiam mntari, neque diſpenſari, qualis eſt confeſsio abſolute ſuo tempore ex præcepto facienda, & maxime ante euchariſtiæ ſumptionem ſi commode fieri poteſt: qualia ſunt etiam verba conſecrationis euchariſtiæ, & multa alia de quibus habetur in ca. cum Matth. de celebra. miſſ. vtique de iure diuino neceſſaria, & obligatoria ſunt, ut in eo, ca. dicitur, quòd ſcilicet multa tam de verbis, quàm de factis dominicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa: quæ apoſtoli, uel ſuppleuiſſe uerbo, uel facto expreſsiſſe leguntur. Hæc ibi. Et tale eſt hoc de præmittenda confeſsione euchariſtiæ, ut dictum eſt, maxime quia per Paulum. 1. Corinth. 11. ita traditum eſt, vt in probatione ſequenti explicatur.

Secundo principaliter idem probatur ex 1. Cor. 11. probet ſeipſem homo &c. quod communiter doctores exponunt de probatione per examinationem conſcientiæ, & eius purificatione per contritionem, & confeſsionem, ut expreſſe exponit Auguſtinus in epiſtola ad Iulianum comitem, quæ eſt epiſtola. 111. ca. 19. vbi ſic ait. Vnuſquiſq; antequam corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti accipiat ſeipſum probet, & ſecundum apoſtoli præceptum ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Quando enim eũ accipere volumus ante, ad confeſsionem, & pœnitẽtiam recurrere debemus: & omnes actus noſtros curioſius diſcutere: & peccata ſi in nobis ſenſerimus cito feſtinemus per confeſsionem, & ueram pœnitentiam abluere: ne cum Iuda proditore diabolum intra nos celantes pereamus.

Item idẽ in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus per ipſũm collectis, & per genãdium (ut fertur) adauctis in 53. loco ſic ait. Nam quem mortalia crimina poſt baptiſmum cõmiſſa premunt: hortor prius publica pœnitentia ſatisfacere: & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari: ſi uult non ad iudicium, & condemnationẽ ſui euchariſtiam, percipere.

Item Cyprianus in quinto ſermone de lapſis, vbi reprehẽdens indignam ſumptionem euchariſtiæ ait. Spretis his omnibus quidam ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio, & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis, & comminantis domini pacem putant, &c.

Item Richar. de ſancto Victore prima par. tractatu de poteſtate ligãdi, & ſoluẽdi ca. 21. quem etiam ſub nomine Hugonia de ſancto Victore magiſter, & S. Bonau. in 4. diſt. 16. & Medina vbi ſupra allegát, ſic ait. Andacter dico ſi ante ſacerdotis abſolutionem ad communionem corporis, & ſanguinis Chriſti quis acceſſerit: pro certo ſibi iudicium manducat, & bibit: etiam ſi cũ multum pœniteat, & doleat uehementer, & ingemiſcat.

Ad idem ſunt diuus Gregor. & B. Bernardus, & alii antiquí qui ad hoc propoſitum allegant id 1. Corint. 11. non ſolum per uiam applicationis ſed quaſi ad literam ſic ſenſerit diuus Paulus inſtructus à Chriſto. Nam & omnes doctores ſcholaſtici diſtinguentes articulum quadrageſimæ, in qua ex ſtatuto eccleſiaſtico, ab aliis caſibus in quibus iure diuino fideles confiteri tenẽtur, ſemper computant hunc caſum, quãdo ſcilicet quis debet euchariſtiam accipere inter caſus de iure diuino, ut id expreſſe dicit Scotus in 4. diſtin. 9. & diſt. 17. art. 2. & Gabriel ea. diſ. q. 1. dubio 1. & in canone lect. 7. & omnes fere ſummiſtæ titu. confeſsio. & idem dicunt, licet non tam expreſſe B. Tho. in 4. diſ. 17. q. 3. arti. 4. & in primo quodlib. art. 11. & S. Bonauent. in 4. diſt. 16. in gloſſa marginali §. 12. & Richar. diſt. 17. art. 3. q. 6. & latius diſt. 9. q. 2. artic. 2. Et Durandus diſ. 17. q. 10. & 14. & diſt. 9. q. 4. Florent. 3. par. ſummę titu. 14. ca. 19. §. 3. ſecundum Palud. & alios, & tandem Soto in 4. diſt. 18. q. 1. art. 4. hoc etiam late probat. Et quidem ſi aliqui iſtorum doctorum aliter intellexiſſent: Scotus nõ tam ſicco (ut aiunt) pede pertranſiſſet quin eos impugnaſſet: tanquã ſentientes oppoſitum eius quod ipſe expreſſe tenuit, ut dictum eſt. Signum eſt ergo quod omnes doctores etiam ſcholaſtici ita ſenſerũt cum eo, ſcilicet eſſe de iure diuino neceſſarium præmittere confeſsionem euchariſtiæ, ut dictum eſt: nec in hoc ullam ſenſerunt eſſe repugnantiam inter prædictos, & alios doctores antiquos tam ſcholaſticos, quàm originales, ſeu textuales: ſed

id

id omnes concordi ſenſu tenuerunt.

Igitur ad præfatum ſenſum eſt prædicta Pauli authoritas intelligenda: quamuis gloſſa ibidē, & S.Bonauent.in 4.diſt.9.q.3. & Hugo, & multi alii, & quidem bene aliter illam extendāt, & reſtringant. Nō eſt enim maior ratio quòd magis hoc quàm illo modo debeat intelligi: ex quo ſenſum vtrūque à doctoribus ſanctis probatum admittit ſine ulla repugnantia. Et ita patet probatio huius tertiæ opinionis communis. Ad prædicta autem facit expreſſe cōcilium Triden. quod infra in fine totius huius quæſtionis habetur: hic reponatur.

Reſp. ad 1. Ad fundamenta igitur primæ opinionis reſpon. ad primum, quòd illa probatio requiſita ex 1.Corinth. 11. non ſufficit, quòd fiat per contritionem, ſed requiritur etiam per confeſsionem, vt ſupra probatum eſt. Nam & homo probat ſeipſum, non ſolum per ſeipſum, ſed & per confeſſorem, aut per confeſsionem ſacramentalem: ſicut & homo probat aurum, & argentum per ignem, & malum, & non ſolum tactu, & uiſu ſuo, & ſingula ſuis mediis oportunis probantur.

Reſp. ad 2. Ad ſecundum reſpondeo negando maiorem, quia illud ius diuinum nō obligat abſolute in omni caſu: ſed cum limitatione, ſcilicet dum id commode fieri poteſt, & non aliàs, vt bene dicitur ibidem in minore: quia ſuas admittit epicheias.

Ad confirmationem negatur conſequentia, & ad eius probationem ubi dicitur quòd id quod eſt per accidēs nil facit ad eſſe obligatorium, vel ad eſſe mortalem actum vel omiſsionē: id vtique negatur ad ſenſum ibi prætentum: nam inde ſequeretur quod omne quod non eſt de ſe aut ex genere ſuo peccatum nō fiet peccatum quamuis adueniat circunſtantia uitians, ex quo id eſt per accidens: quod tamen eſt falſum ut patet. Nam diuitem nō dare eleemoſynam indigenti nō eſt de ſuo genere peccatū: alioqui ſemper eſſet peccatum ſiue occurrat, ſiue nō occurrat indigens: Et tamen bene efficitur peccatum ratione eius quod eſt per accidēs, puta ſi occurrat indigēs. Igitur dicēdum quòd in moralibus illud dicitur per accidēs, & non conſiderādum, quod eueniēs non cauſat actionē in genere moris, quod uidelicet omnino eſt præter intētionem: ut ſi ſagittans ad ſcopum gratia ludi, trāſeuntem hominem nullo modo præuiſum occidat: nō eſt reus homicidii: quia nō occidit illum niſi per accidēs, & à caſu id non intendēs: quia accidit, ut inter ſagittandum ille tranſiret, & ſic occideretur. Et talia ſunt ea quæ per accidens non conſiderantur à prudente vt inde ſumat iudicium, quæ & repelluntur à regula generali, & ab arte. Et huiuſmodi non eſt habere, uel non habere copiam cōfeſſoris, ut patet. nam eſt magna differentia inter eum qui habet commodum confeſſorem, & non confitetur, & illum qui talem non habet. Nam qui habet, & non confitetur, conuincitur nec habere in uoto: quia omnis qui habet in uoto facere quicquam: utique illud facit, tēpore quo illud debet facere ſi commode poteſt, quale eſt tempus ſumendi eucharistiam, ut ſupra probatum eſt. Si enim tunc non facit conſtat quòd id non habet in uoto. Quid enim obſtaret ad faciendum ſi uere, & efficaciter uellet?

Reſp. ad 3. Ad tertium reſpon. quòd quamuis ex ipſa litera ca. Omnis. non eliciatur: bene tamen elicitur ex cōſuetudine quę eſt optima interpres legum. ca. cum dilectus, de conſue. quòd ibi confeſsio pręcipitur per eccleſiam facienda in quadrageſima, tam ab iis qui in paſcha communicare nō tenentur propter aliquam cauſam rationabilem: quàm etiam ab iis qui tunc debēt communicare, ut tunc impleatur præceptum diuinum de præmittenda confeſsione ſumptioni euchariſtiæ. Et ita hoc in ſuo præcepto etiam intendit eccleſia præcipere iis qui in paſcha debent communicare: non communicaturis autem, præcipit in quadrageſima confiteri ſi aliàs huius præcepti ſunt capaces. Et vt dixi totū hoc ex conſuetudine conſtat eccleſiæ ſic interpretante. Nam qui non confitētur in quadrageſima, & ante communionem paſchę, utique huius præcepti ſe præuaricatores exiſtimāt: & ut tales per ſuos curatos excommunicari, & alia pœna pecuniaria puniri ſolent. Vnde & Eugenius quartus, & alii pontifices in ſuis bullis ſæpe concedunt, quòd quocunque tempore quadrageſimæ quis cōfeſſus fuerit, & communicauerit cenſeatur huic præcepto ca. Omnis, ſatisfeciſſe. Igitur intentū eccleſiæ eſt, vt diximus, vt de hoc bea. Thom. in 4.diſt. 17. & Sco. ea. diſt. vbi ſupra cum communiter doctoribus, & Medina de confeſsione q. 18. 19. latius probant.

Reſp. ad 4. Ad quartum reſpon. negando conſequētiam, neque ſuperſtitioſe noua præcepta introducuntur, ſed ex ratione urgenti: quia ius diuinum, & eccleſiaſticum præcipit ad ſumptionem euchariſtię præmittere confeſsionem: nō autem ad aliorum ſacramentorum miniſtrationem, vel ſuſceptionem, vt ſupra probatum eſt.

Ad 5. ad 2. opinionis. Ad quintum, quod eſt fundamentum ſecūdæ opinionis reſpōſio patet ex ſupradictis, quod eſt magna differentia inter ea quæ per apoſtolos ſunt per antiquam conſuetudinem obligatoria quidē ſed nō immutabiliter, neque indiſpēſabiliter introducta: & ea quæ immutabiliter, & indiſpēſabiliter ad nos deriuata ſunt. Nam illa nō abſolute, neque proprie dicuntur de iure diuino: hæc autem ſic, quale eſt hoc præceptum de pręmittēda confeſsione ſumptioni euchariſtiæ, ut ſupra oſtenſum eſt.

No. Concilium Triden. Ad ſupradicta facit expreſſe decretum cōcilii Tridētini ſeſſ. 13. de euchariſtia. 11. die Octobris anno Domini 1551. ſub Iulio tertio, in cuius 7.

capitulo

capitulo ſic habetur. Communicare uolenti reuocandum eſt in memoriam eius, præceptum illud prima Corinth. 11. probet ſeipſum homo. eccleſiaſtica autem cõſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe: ut nullus ſibi conſcius peccati mortalis: quantumuis ſibi contritus uideatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione ad ſacram euchariſtiam accedere debeat. Quod à Chriſtianis omnibus etiam ab iis ſacerdotibus quibus ex officio incubuerit celebrare hæc ſancta ſynodus perpetuo ſeruandum eſſe decreuit: modo non deſit illis copia confeſſoris: quia ſi neceſſitate urgente ſacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit quamprimum confiteatur. Hæc ibi. Et ibidem inferius canone vndecimo, ſic habetur. Et ne tantum ſacramentum (ſcilicet euchariſtiæ) indigne, atque ideo in mortem, & condemnationem ſumatur: ſtatuit, & declarat ipſa ſancta ſynodus illis quos conſcientia peccati mortalis grauat: quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris neceſſario præmittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Si quis autem contrarium docere prædicare, uel pertinaciter aſſerere, ſeu publice diſputando defendere præſumpſerit: eo ipſo excommunicatus exiſtat. Hæc ibi. Quòd ſi ut ibi ſynodus dicit eccleſiaſtica conſuetudo declarat, & non ſolum præcipit, uel inſtituit prædictam probationem apoſtoli fieri debere neceſſario etiam per præuiam confeſſionem. igitur patet intentum: cum declaratio , & declaratum idem ſint.

Niſi ad hoc dicatur, ut ſecunda dicebat opinio, quòd utique præuia confeſſio eſt neceſſaria, ut ibi declaratur: non tamen iure diuino, ſed alio iure, ut ſupra dictum eſt. Sed contra hoc procedunt rationes huius tertiæ opinionis, quæ ſuprapoſitæ ſunt, & ita patet quomodo illa prima opinio erronea ſatis debilibus fundamentis, tertia autem quæ communis eſt ſolidæ firmata ſit.

Dubium. Si dubitetur quæ nam ſit ea neceſſitas in qua in abſentia legitimi confeſſoris licitum ſit communicare, uel celebrare abſque confeſſione: vtrum ſola deuotio uolētis celebrare ſufficiat cum contritione.

Reſpon. Reſpondeo, vt ait Soto, vbi ſupra, quòd non, ſed urgens neceſſitas requiritur, ubi peccati mortalis conſcientia grauat, ut expreſſe dicitur in prædicto concilio Tridentino, & ita in quatuor tantum caſibus id licitum erit. Primo in articulo mortis, ut ſi eſſet ſolus ſacerdos cęcus, & ſurdus, aut mutus qui confeſſionem audire, uel abſolutionem proferre non poſſet: tunc poſſet contrito periclitanti euchariſtiam ſine confeſſione præbere: poſſet etiam eidem infirmo iacenti per diaconum illam mittere, ut ipſe Soto ibidem, & diſt. 13. quæſt. 1. arti. 3. poſſet etiam ipſe ſacerdos iam moriturus conſecrare, uel ſumere ſacramentum ſi non eſſet alius cui confiteretur.

Secundo in caſu neceſsitatis quæ ex officio pēdet, ut ſi ruſticus plebanus nō haberet ſacerdotem niſi longe diſtantem: tunc non tenetur quotidie ire ad quærendum confeſſorem, & ita poteſt ſine confeſsione contritus uno, aut forte duobus diebus, maxime diebus feſtis, non tamen pluris celebrare. In quo cauendum eſt à conſuetudine, & fraude. Qui enim in concubinatu, aut alio peccato permanet, potius debet ſaluti animæ conſulere, quàm honori, uel vitæ corporali, & à ſacris abſtinere quandiu peccādi nō amouet occaſiones.

Tertio in caſu ſcandali, puta ſi ſcādalum probabiliter immineret ubi quis in paſcha, uel die ſolenni cum aliis non communicaret, uel celebraret, & legitimus confeſſor non adeſſet; tunc cum propoſito confitendi legitimo cōfeſſori, quam citius commode poſſet, poſſet contritus communicare, aut celebrare. Id autē licite facere non poteſt qui ſine prædicta neceſſitate uellet pro ſua deuotione die feſto cōtritus ſine cōfeſſione cōicare, vel celebrare, cum ſine ſcādalo poſſit à ſacramēto abſtinere.

Quarto in caſu decentiæ, uel reuerētiæ ad hoc ſacramentum, ut ſi illi qui ſunt communicaturi coram plebe, & ſacerdote in altari, & ibi recolunt aliquid mortale, ſi ſine aliqua nota uſque ad aliā miſſam differre non poſſunt communionem: utique poſſunt ibi cum contritione, & propoſito ſtatim cōfitendi communicare. Similiter ſi ſacerdos poſt inceptam miſſam recolit aliquod mortale, & ſine nota confiteri non poteſt, ēt miſſam poteſt, & debet perficere. Et in hoc Silueſter euchariſtia. 2. q. 7. & Nauarro in ſumma. ca. 2. nu. 10. & Victoria in 4. de confeſſione q. 123. & de euchariſtia. q. 7. & Medina, & Soto ubi ſupra, & diſt. 13. q. 2. art. 6. & Richar. Palud. & doctores communiter concordant, cum ſum. Angelica. euchariſtia. 2. §. 5. & 6. & euchariſtia. 3. §. 28.

Ex quibus ſequitur. primo, ꝙ in caſu quo nulla alia cauſa de ſupradictis intercedat, niſi ut abſens confeſſore expectetur cui deuotius, & cōmodius fiat confeſſio quamuis Richar. in 4. diſt. 12. arti. 3. q. 6. Adria. de confeſſione q. 3. & Gerſon, & alii dicant, quòd tunc contritus abſque cōfeſsione mortalium poteſt euchariſtiam ſumere, uel celebrare: tutius tamen, & probabilius eſt, ꝙ id facere nō poteſt ſi confeſſorem habet cui tuto ſine periculo alicuius mali, & ſine rationabili timore de reuelatione confeſsionis poteſt tunc cōfiteri, ut hoc ēt optime tenet Soto, ubi ſupra, & ſumma Angel. euchariſtia. 2. §. 5. & Silueſter ubi ſupra.

Sequitur ſecūdo, ꝙ ſola uerecundia de cōfeſſore hoc, uel illo non eſt ſufficiens cauſa, ut cōtritus poſsit cōicare, uel celebrare ſine confeſsione integra mortalium: ſi ut diximus legitimus confeſſor adeſt cui tuto ſine periculo, atque timore de reuelatione confeſsionis poſsit confiteri.

N Sequitur

Sequitur tertio, quòd omnia ſupradicta intelliguntur, & uera ſunt quando peccato mortali non eſt annexa excommunicatio, nec eſt peccator publicus. Nam ſi quis excommunicatus eſt, aut publicus peccator, in nullo caſu de prædictis, niſi in articulo mortis, ut in primo caſu dictum eſt, poteſt cõtritus ſine confeſsione, & abſolutione præuia communicare, uel celebrare. Excepto quãdo ſacerdos poſtquam miſſam incepit, & recolit ſe eſſe excommunicatum, nec habet à quo tunc commode abſoluatur: Nam tunc ſi id recolit poſt conſecrationem, utique poteſt, & debet cum ſola contritione miſſam perficere: Ante conſecrationem autem potius miſſam inceptam relinquere debet, ut ſecundum Thomam ait ſumma Angelica, & Silueſter, & Soto, vbi ſupra, & diſt. 13. q. 2. art. 6.

Sed in caſu quo peccator occultus excõicatus non habet a quo poſsit abſolui, & vehementẽ ſuſpicionem criminis præberet ſi non communicaret, uel non celebraret, & ita periculum vitæ, vel pœnæ corporalis grauiſsime, vel infamiæ incurreret: vtrum poſsit, tunc contritus ſine confeſsione communicare, uel celebrare, dic ut infra q. 35. prope finem latius habetur.

Quæſtio decimaſeptima.

Quomodo ſint qualificandæ propoſitiones Theologales.

§. I. Respon. quòd multipliciter, vt in §. ſequentibus patebit.

Propõ de fide catholica. Ideo propoſitio de fide catholica, ſeu veritas catholica, eſt propoſitio, ſeu veritas reuelata immediate, vel mediate ad religionem pertinens.

Veritas catholica. Dicitur, primo. Veritas reuelata, in quo tangitur obiectum formale fidei: quia videlicet veritas diuina ſupernaturaliter reuelata eſt ratio formalis quare alicui per fidem catholicam credimus. Vnde ſi non ſit ueritas diuinitus, uel ſupernaturaliter reuelata, ſed naturali tantum ratione, ſeu lumine adinuenta non dicitur, nec eſt veritas catholica, neque de fide vllo modo. Quo fit, vt omnia principia moralia in decalogo cõtenta, & in ſacra ſcriptura, licet ſint naturali lumine cognita: quia tamen ſunt etiam ſupernaturaliter reuelata, & ut talia creduntur, ſicut & Deum vnicum eſſe, & omnipotentem, ſint ueritates fidei catholicæ de qua loquimur.

Item ſecundo dicitur ad religionem pertinens, vbi tangitur obiectum materiale fidei catholicæ, ad religionem autẽ pertinet id omne quod ad fidem attinet, & ad mores quomodocunque, videlicet directe, uel indirecte, ſeu reductiue, qualia ſunt ea quæ ad credenda, ſperanda, amanda, agenda, & uitanda quoquomodo ordinãtur. quia ſecundum beatum Thomam, ſecunda ſecundæ quæſtio. prima, articulo primo, & ſexto, ſub fide catholica non cadunt, niſi ea quæ aliquo modo nos ordinant ad Deum: principaliter quidem ea quæ nos uidenda ſperamus in patria: minus autem principaliter ea quæ ad hæc manifeſtanda, uel conſequenda, uel quomodocunque ad hæc ordinantur, aut pertinent. Hæc autem omnia ad religionem pertinere dicuntur: quia ſecundum ipſum beatum Thomam ſecunda ſecundæ quæſtio. octuageſimaprima, articulo primo, religio importat ordinem ad Deum, vt ad finem. Quare ſub obiecto materiali fidei catholicæ cadunt iſta duntaxat, quæ ad religionem pertinent.

Sed quo ad hoc dubitantur tria, primum. *Dubium* Vtrum ueritates aliæ pertinentes ad alia naturalia, uel artificialia tantum ſi ſint diuinitus reuelatæ ſint de fide catholica. Ad quod reſpondet Gabriel in 4. diſtin. 13. quæſtio. 2. ſecundum Ocham libro 1. & 2. dialogorum quòd non: neque ibi hæreſis proprie eſſe poteſt.

Sed certe ſi hoc indiſtincte uerum ſit, ſequeretur quòd non eſſet de fide catholica, quòd ſtella differt à ſtella in claritate, aut quòd Thobias habuit Canem, aut quòd Machabeus hoſtes debellauit, cum tamen in ſacra ſcriptura contineantur Thob. 11. & prima Corinth. 15. & 1. Machab. Quòd ſi ideo ſunt de fide, quia conſtat eſſe in ſacra ſcriptura reuelata. ergo ſimiliter eſſent de fide quæcunque aliæ ueritates ſi eodem modo reuelarentur, puta quòd ſtella differt à ſtella in virtute, & magnitudine, aut quòd ſunt tot ſtellæ maiores tota terra, & quòd triangulus habet tres angulos, & quòd reubarbarum eſt purgatiuum choleræ, & quòd cras, uel in tali tempore erit bilibris tritici denario uno, aut quòd rex debellauit infideles, & huiuſmodi: quamuis ad aliàs facultates aliaq; negotia pertineant. & ibi hæreſis proprie eſſe poſſet: nec opus eſſet illam addere limitationem ad religionem pertinens. Et conſonat Gerſon alpha. 13. K. dicens, quòd nulla eſt propoſitio uera quę non poſsit eſſe catholica ſi in ſacra ſcriptura ſit.

Ideo ſaluo meliori iudicio per tria dicta reſpon. Primum, quòd non ſolum illę ueritates quę iam in ſacra ſcriptura reuelatę continentur: ſed etiam omnes alię ad quancunque facultatem, ſiue materiam pertinentia ſi ſimiliter diuinitus reuelentur, & omnibus communiter credendę propo nantur, uel præcipiantur: utique iam ſunt de fide catholica, & per conſequens ad religionem aliquo modo pertinent: & ibi hæreſis propriæ eſſe poteſt. Hoc patet per eandem rationem utrobique mili tantem. Et hoc idem dicẽdum videtur de illis quę in bona conſequentia neceſſaria ex his omnibus ſupradictis ueritatibus immediate reuelatis conſequũtur. Et pro his immediate reuelatis, ut ab oĩbus credantur nõ opus erat addere illam particulã ad religionem pertinens: ſed pro aliis mediate reuelatis quę per eccleſiam determinantur, de quibus in ſecundo

in ſecundo dicto ſequenti habetur; quia conſtat ex quo illa pertinent ad fidem catholicam, ad religionem etiam pertinere. Nam fides ideo eſt, diciturque catholica, quia eſt de obiecto catholico, i. cõmuni, & uniuerſali, quod uidelicet omnibus in cõi credendum per prophetas, & apoſtolos, & per ipſam eccleſiam ſub præcepto propoſitũ eſt, & ad quod generaliter oẽs explicite, uel implicite credẽdum obligati ſunt. Nam & ideo dicitur eccleſia catholica, quia uidelicet habet eadem credibilia, & eadem ſacramenta ab omnibus fidelibus undecunque, & ubicunque collectis, & exiſtentibus generaliter credenda, atque tenenda, ſicut & unum eundem Deum, & dominum Ieſum Chriſtum, ſecundum id Epheſ. 4. Vnus Deus, vna fides, vnũ baptiſma. Hoc autẽ totum ad religionem Chriſtianam pertinet. ergo, & ad fidem catholicam ſimul.

Secundum dictũ eſt, ꝙ determinationes, & diffinitiones papæ, & conciliorum, niſi ſint de his quæ ad religionem pertinent, ſeu ad fidem, uel mores, non utique ſunt ueritates fidei catholicæ: neque ut talibus neceſſario credendum eſt, neque ibi hæreſis eſſe poteſt, ut ſi determinet, ꝙ ſtella eſt maior tota terra, uel ꝙ cœlum habet talem influẽtiam in inferiora, ꝙ alchimiſtæ non faciũt uerum aurum, quòdque multa falſa promittũt, ut habetur in extrauagan. ſpõdent, de crimine falſi. uel quòd in rerum uſu conſumptibilium uſus non diſtinguitur à dominio, uel proprietate, ut decreuit Io. 22. in extrauagan. de uerb. ſigni. lib. 6. contra multos doctores oppoſitum probabilius defendentes, & hmõi alia ad aliàs facultates pertinẽtia. Nam eis nõ credens; ſed irrationabiliter, ſeu improbabiliter diſcredens non hæreticus, ſed uel rebellis, uel temerarius eſt: ſecus ſi rationabiliter, uel probabilius eis diſcredat, tunc. n. nullum peccatum erit. Et rõ huius eſt, quia Deus non promiſit eccleſiæ, ſecundum oẽs doctores, aut ẽt papæ, ſecũdum cõem eorum ſententiam (licet in hoc aliqui diſſentiant) nõ inquam promiſit aſsiſtentiam ſpiritus ſancti ad docendum, & reuelandum oẽm ueritatem abſolute; niſi ſolum in diffiniendo de pertinentibus ad fidẽ, uel mores, idque ſi faceret quod in ſe eſt ad id ſciẽdum: & non aliàs, ut oẽs concordi conſenſu dicunt doctores. ſupra dicta autem non ſunt hmõi, ut ſupponitur in hoc ſecundo dicto. ergo non eſt certitudo diuinæ reuelationis: & ex conſequenti, neq; de fide catholica talia ſunt, niſi ad fidem, & mores, & per conſequens niſi ad religionem Chriſtianã pertineant. Ideo dicitur quòd debent eſſe ad religionem pertinentes, ut ſuperius in primo dicto tactũ eſt. & in hoc conſonat etiam Silueſter titulo hæreſis. 1. q. 2. expreſſe.

Tertium dictum eſt, ex ſupradictis ſequitur, ut ait B. Tho. 2. 2. q. 1. art. 3. ꝙ non eſt de fide catholica, quòd hæc hoſtia eſt conſecrata, aut quòd adorãda eſt, nec oppoſitum eſt hæreticum; ſed temerarium, & aliquando de hæreſi ſuſpectum; niſi quãdo de infidelitate, aut defectu ſacerdotis nõ rite conſecrãtis probabilitas eſſet. Et ratio eſt, quia in hoc ſyllogiſmo, omnis hoſtia rite conſecrata adoranda eſt. hæc hoſtia eſt rite cõſecrata, ergo, hęc hoſtia adoráda ẽ, ex illa maiori de fide, & ex illa minore opinata, ſeu de fide logica, uel humana uehemẽter credita, illa concluſio ſequẽs debiliorem partẽ nõ poteſt eſſe de fide catholica, ſed de fide logica, uel uehementer opinata, uel ſapiens fidem, ut infra in §. 2. latius habetur, eſſet autem de fide catholica, ꝙ hæc hoſtia rite conſecrata, uel ſi eſt rite conſecrata adoranda eſt: & oppoſitum eſſet hæreticum, quia ibi præſuppoſita conſecratione rite facta ſine ullo eius dubio, iam de fide catholica eſt, quòd ei adoratio debetur, ut in maiore aſſumptum eſt.

Dvbitatvr ſecundo. Si alicui particulariter reuelaretur aliquid, puta ſua glorificatio, aut ſalus finalis, aut talis futura victoria, aut quòd intret religionem, uel oret, aut quòd talis herba ualet ad ſanitatem, & hmõi, ut ſunt reuelationes ſanctæ Brigidæ, & aliorum ſanctorum: ita tamen quòd Deus non præciperet ei, ut hanc reuelationem generaliter oibus aliis fidelibus ſub præcepto credẽdam manifeſtaret, ſed ipſi tantum, uel aliis id cõſtaret. Dubitatur inquã in hoc, & aliis ſimilibus caſibus. primo, Vtrum is, aut illi cui, uel quibus talis reuelatio in quacunque materia etiam in moribus, & fide certitudinaliter facta eſt etiam conſtat de eius ueritate teneantur illi credere: & ſecundo, Vtrum per fidem catholicam id credant: & tertio, Vtrum incurrant peccatũ, & pœnã hæreſis ſi id nõ credãt. Dubium. 2.

Reſpon. ad primum, ꝙ non eſt dubiũ, ꝙ teneantur illi credere eadem certitudine qua, & articulis fidei creditur; quia utrobique eſt diuina ueritas infallibilis de certitudinaliter reuelatis, ut ſupponitur.

Sed quo ad ſecũdum, ſcilicet, Vtrum per fidem catholicam id credant, in hoc eſt duplex opinio. Nam magiſter Soto de natura, & gratia lib. 3. ca. 11. tenet, quòd non, ſed per aliam fidem infuſam alterius ſpeciei. quia inquit fides catholica ſolum inclinat ad obiectum catholicũ quale nõ eſt hoc. Alia eſt opinio magiſtri Vega de iuſtificatione lib. 9. ca. 3. ca. 7. & Ambroſii Catharini in apologia contra Soto de certitudine gratiæ cap. vltimo, ꝙ per eandem fidem catholicam infuſam credimus talibus particularibus reuelationibus per quã credimus articulis fidei. quia licet non ſit idem obiectum materiale, ex quo non eſt obiectum catholicum; eſt tamen idem obiectum formale, & eadem ratio formalis, ratione cuius credimus omnibus reuelatis à Deo generalibus, & particularibus quibuſcunque: quia. ſ. ſunt ueritates à Deo reuelatæ. hæc. n. eſt rõ formalis obiectiua fidei theologicæ. Igitur cum ubicunque eſt eadem rõ formalis obiectiua, debeat eſſe idẽ habitus eiuſdẽ ſpeciei, quicquid ſit de obiecto materiali: ſequitur ꝙ per eandem fidem infuſam, ſeu theologicam credimus

articulis fidei,& aliis oĩbus reuelatis à Deo. Et talis eſt fides catholica eſſentialiter:quia eſt idem habitus in ſpecie:licet non ſit fides catholica obiectiue, .i. licet non ſit de obiecto materiali catholico, ſeu uniuerſali: niſi Deus eam reuelationem aliis generaliter credendam obligatorie ad ſalutẽ communẽ oĩum uellet proponi, & manifeſtari per eccleſiam,ſicut credimus de reuelatione facta beatæ virgini,& apoſtolis de ſua gratia,& finali eorũ ſalute,& glorificatione. Tunc.n.id credendum eſſet per fidem catholicam eſſentialiter, & obiectiue, ſicut & articuli fidei creduntur. Hoc tamen eſt certum apud oẽs, ꝙ nihil dicitur pertinere ad fidẽ catholicam,neque eſt ueritas,aut fides catholica ſimpliciter,& proprie: niſi ſit obiectum catholicum, aut de obiecto catholico,quod videlicet omnibus credendum propoſitum eſt ſub præcepto.

Sed quo ad tertium.ſ.vtrum diſcredens pertinaciter tali reuelationi particulari cognitæ de obiecto materiali non catholico, ſed particulari,ſit hæreticus,& ibi ſit hæreſis proprie dicta.

Reſpõdet magiſter Vega,vbi ſupra ca.3. ꝙ ſic, quia eſt cõtra eſſentiam fidei infuſę catholicæ, ex quo eſt contra obiectum formale eius:quo ablato aufertur & habitus fidei:licet non ſit contra obiectum materiale fidei catholicæ,ex quo nulli obiecto catholico repugnat, aut cõtrariatur,vt ſupponitur,& patet ex dictis. Magiſter Soto conſequenter ad ſuam opi. ſuprapoſitam diceret,ꝙ ibi, nec eſt hæreſis,nec hæreticus proprie, ex quo non repugnat fidei catholicæ ullo modo, ſed alteri fidei infuſę. Sed ſaluo meliori iudicio & ſuppoſita opi.magiſtri Vega,ꝙ.ſ. illi reuelationi creditur per fidem infuſam catholicã eſſentialiter,per quã creditur aliis articulis fidei,ut ad ſecundum proxime dictum eſt:videtur ꝙ ei diſcredens, licet ſit infidelis, aut perfidus, & ibi ſit infidelitas, ſeu perfidia, qua perditur fides ſi quam habebat infuſam,& catholicã: ſicut & qui miraculis uiſis, & manifeſtis credere nollet,ut fuerunt phariſæi tempore Chriſti. Tamen ille talis proprie hæreticus non eſt,nec ibi eſt hæreſis proprie dicta,nec ibi habet locũ pœna hæreſis, aut hæretici, ſed alia infidelitatis alterius,aut arbitraria. Ratio horum omniũ eſt,quia hæreſis proprie non eſt niſi cõtra ueritatem catholicam,ueritas autem catholica non eſt niſi de obiecto, etiã materiali catholico, quale non eſt in propoſito,ut ſupponitur ex dictis,ergo. Et cum his uideatur Gabriel, & Ocham,ubi ſupra,& Axiomata Chriſtiana li.2.art.6.ca.10. Et forte magiſter Vega,vbi ſupra,accepit large nomẽ hæreſis pro quacunque infidelitate, qua amittitur fides catholica in homine Chriſtiano.

Argum. Si cõtra hoc arguatur. Omne reuelatũ à Deo, cognitum, tale eſt uerum, & neceſſario ab omnibus credendum. talis reuelatio particularis eſt cognita,quòd eſt à Deo, ut ſupponitur. ergo,ut eſt uera,neceſſario credenda,et per fidem catholicã.

Reſpon. Reſpondeo,conceditur cõſequentia, quòd ſub peccato,& pœna infidelitatis, aut perfidiæ eſt credenda talis reuelatio: non tamen,ut ueritas catholica, neque ſub peccato, & pœna hæreſis,ut ſupra dictum eſt,nec aliud probat argumentum.

Replica. Si replicetur,quòd illa maior prædicti argumẽti, eſt ueritas catholica, & obiectum omnino catholicum,quia eſt fundamentum fidei,& omnium credibilium per eccleſiam diffinitum. minor autẽ eſt euidens, ut ſupponitur quòd euidenter cognoſcatur reuelatio diuina,aut certitudine ſupernaturali. Et illa conſequentia eſt bona, & neceſſaria, quia eſt in darii. ergo concluſio præfata,ſ.quòd talis reuelatio particularis, eſt neceſſario credenda, &c. eſt ueritas catholica. Quod patet.quia propoſitio quæ bene ſequitur ex reuelatis,eſt de fide catholica,& ueritas catholica,ut proxime dicetur in 3. particula ſequenti. ergo ſi eſt ueritas catholica ſequitur quòd oppoſita propoſitio proprie hæretica eſt.

Reſpon. Reſpondeo,ſolum concluditur,ſicut & conceditur, quòd hæc concluſio eſt ueritas catholica, ſ. huic reuelationi particulari neceſſario etiam per fidem catholicam,vel per aliam, credẽdum eſt ab iis quibus ſufficienter conſtat: & oppoſita propoſitio,quòd.ſ.ei non eſt credẽdum ab eiſdem,eſt hæretica,uel ſapiens hæreſim:negatur tamen ꝙ inde ſequatur, quòd eidẽ reuelationi eſt,ut ueritati catholicæ neceſſario credẽdum. Nam,ut ſæpe dictũ eſt,non eſt ueritas catholica, neque eius oppoſita eſt hæreſis, niſi talis ueritas reuelata, ut generaliter omnibus neceſſario credenda poſita ſit ab eccleſia. Stat enim quòd aliqua ueritas reuelata catholica non ſit. Quo fit,ut licet ſit hæreticum dicere,quòd tali reuelationi particulari,ſeu ueritati diuinæ cognitę non ſit credendum: non tamẽ eſt hęreticum tali ueritati nõ credere, ſed eſt peccatum infidelitatis,aut perfidię. Sicut hęreticum quidem eſt dicere, quòd fornicari,non eſt peccatum: non tamẽ eſt hęreticum ipſum fornicari, ſed aliud peccatum eſt. Et ita patet illa particula ad religionẽ pertinẽs. Tertio dicitur ueritas reuelata immediate,uel mediate; quod alii dicũt in ſe,uel in ſuo antecedente. pro quo nota, quòd ueritas dicitur reuelata immediate, uel in ſe, tripliciter. primo, quia in propria forma continetur in ſacra ſcriptura, puta,in principio creauit Deus cœlum, & terram:in principio erat uerbum,&c.& tota ſcriptura ſacra huiuſmodi eſt. Secundo eſt omnis ueritas quam eccleſia determinate recipit credẽdam, tanquam ab indubitata relatione, ſeu traditione apoſtolorum,quibus Chriſtus, aut poſtea ſpiritus ſanctus eã eccleſię, uel apoſtolis immediate reuelauit, generaliter oĩbus proponendã,ut credatur: quę per continuam, & uniuerſalẽ fidelium ſucceſſionem ab apoſtolis ad nos uſque peruenit, ſecundum Auguſt.lib.4. de baptiſmo contra donatiſtas cap. 44. Et uidetur ad idem ca. Cum Marthę, de

eclebra.

celebr.miſſ. & talia ſunt ea quæ quo ad materiam, et formam ritumq́; ſacramẽtorum uniuerſalis eccleſia ſemper ſeruauit, et ſeruat, et tãquam à Chriſto per apoſtolos tradita docet.

Tertio eſt oĩs veritas ſpecialiter alicui, uel aliquibus diuinitus nunc de nouo reuelata. Nam hæc eſt ſine dubio credẽda ab ipſis tãtum quibus de tali reuelatione cõſtat ſufficiẽter, ſicut et ſacra ſcriptura. Alii aũt quibus nõ ita cõſtat de hmõi reuelatione non obligantur credere, niſi per miraculum, uel per eccleſiam, uel aliàs ſufficienter eis conſtat, ut ait Gabriel, et Gerſon vbi ſupra, et cũ eis uidetur cõcordare magiſter Vega, vbi ſupra. Sed certe hoc vltimum eſt limitandum ſecũdum ſupradicta, ita uidelicet, ꝙ ſi talis reuelatio particularis præcipiatur ꝙ oĩbus cõiter credenda ponatur per eccleſiã, et manifeſtetur, vt oportet, ſicut et alia quæ de fide catholica oĩbus credẽda proponuntur: tũc quidẽ eſſet ueritas catholica, ut ſacra ſcriptura ſub peccato, et pœna hæreſis neceſſario credenda, maxime poſtquam per eccleſiam ſufficienter notificata eſſet. Quòd ſi non ſic, ſed particulariter alicui, vel aliquibua fieret, uel cõſtaret de tali reuelatione ẽt per miraculum, et per eccleſiã nõ proponeretur cõiter oĩbua credẽda; tunc non eſſet ueritas catholica, ſed diuina duntaxat. Et illi tãtum quibua de ea ſufficiẽter ẽt per miracula cõſtaret, peccarẽt quidem peccato infidelitatis, ſeu perfidiæ ſi ei non crederent, non tamẽ de peccato hæreſis quouſque per eccleſiam, ut uera reuelatio diuina oĩbus credẽda proponeretur, et fieret ueritas catholica. et hoc patet, et ſequitur ex ſupradictis. Veritas aũt reuelata mediate, uel in ſuo antecedẽte ẽ illa, quæ ex ſupradictis ueritatibus catholicis in ſe, ſeu immediate reuelatis infertur in bona cõſequẽtia: nõ quidẽ probabili duntaxat, neque euidẽti euidentia mathematica: ſed in bona cõſequẽtia certa, et neceſſaria, in lumine fidei ſeu naturali, licet in propria forma talis ueritas in ſacra ſcriptura non contineatur, ut ꝙ Chriſtus eſt uerus Deus, et hõ ex humana carne, et aĩa rõnali ſubſiſtens, ꝙ habuit neruos, et ſanguinẽ, et alios humores, oſſa, et uenas, et hmõi. Et ad hoc genus ſpectãt oẽs fere determinationes, ſeu diffinitiones cõciliorum ſummorumq́; pontificum in materia tantum fidei, et morum, quæ prædicto modo ex ſacra ſcriptura deducũtur, et oĩbus neceſſario credẽdę expreſſe proponuntur, ut ꝙ ſpũs ſanctus procedit à patre, et filio, ꝙq́; eſt eis cõſubſtantialis, ꝙ eſt Deus oĩpotẽs, et creator oĩum rerũ uiſibiliũ, et inuiſibiliũ, et hmõi. Secus ſi talea determinationes põtificum, et eccleſiæ nõ ſint in materia fidei, uel morum, ſed in aliis facultatibus, ut ſupra dubio primo, dictum eſt.

Et ſimiliter ad idẽ genus pertinent oẽs ſnĩæ, uel determinationes in materia fidei, et morũ in quibus oẽs eccleſiæ doctores approbati, ſine ulla cõtradictione cõcorditer cõſentiũt. Talis nãque concors eorum omniũ ſentẽtia, cui nullus impune cõtradixit eſt, tãquam eccleſiæ determinatio, ſeu diffinitio de fide tenẽda. Tum primo, quia tãquam talis per eccleſiam approbatur, & oppoſitũ reprobatur, atque punitur. Neque.n.eccleſia tã vniuerſaliter, tamq́; cõſtãter eam doceret, & oppoſitũ reprobaret, neq; tam acriter puniret: niſi illã ueritatẽ tãquam à Deo reuelatã reciperet. Quod inde patet, quia ideo ſine punitione permittit vbi nõ eſt ſcãdalum tenere beatam virginẽ eſſe cõceptam in peccato originali, quia nõdum certa eſt de reuelatione diuina. ergo dũ aliquid horũ impune nõ permittit, ſignum eſt, ꝙ id tanquã reuelatum à Deo per ſuos doctores, vel per generalẽ celebrationem eccleſiæ tenẽdum recipit de fide. Tum ſecundo idem patet, quia ex quo Deus eccleſiæ ſuę dedit, nõ ſolũ apoſtolos, & euãgeliſtas, atque prophetas, ſed etiã doctores ſanctos, quos in dubiis, & nõdum certis, neque ex ſacra ſcriptura euidẽter notis, ſiue deductis ſequamur, ſecũdũ id Ephe.4. dedit quoſdã apoſtolos, euangeliſtas, atque doctores, &c. iam ſequitur Deum illos in pertinẽtibus ad fidem & mores, & eccleſiæ ædificationẽ illuminare; neque permittere oẽs illos ſimul erraſſe in hia quæ ſecundũ illorum ſenſum, atque doctrinã, nobis credẽda, & tenẽda præcipit. Alioqui fallibilem regulam credendorum Deua nobis dediſſet. Matth.23. Super cathedram Moyſi ſederũt ſcribæ, & phariſæi, quæ dixerim uobis facite &c. Et Luc.10. Qui uos audit me audit. Et Matth.5. Vos eſtis lux mũdi, quod nõ ſolũ de apoſtolis, & prælatis, ſed ẽt de doctoribus intelligit, & canit eccleſia. Et Deut.32. Interroga maiores tuos, & dicẽt tibi. Igitur tanquam mediate reuelata, vt de fide credẽda, & tenenda talis concors omnium doctorum approbatorũ ſnĩa ſupradicta, & eius oppoſita hæretica cenſenda eſt, vt Caſtro, vbi infra allegatur, & Simancas in catholicis inſtitutionibus ca.21. late proſequuntur. Quòd ſi nõ oẽs, ſed plurimi in eã ſnĩam cõſentiant, à quibus aliqui pauci doctores approbati diſſentiũt, neque propter hoc ab eccleſia de hæreſi, uel errore notantur, uel reprobantur: tũc talis eorũ ſnĩa non eſt, ut de fide, ſed vt cõis, & uera tenẽda, & eius oppoſita nõ ut hæretica, ſed vt erronea, uel temeraria habẽda, & notãda eſt. Si uero nõ aſſertiue, ſed probabiliter tantum ab oĩbus, vel à pluribus teneatur, nec oppoſitum tenẽtes eccleſia puniat: tunc de pietate tantũ fidei, & ut probabilior cenſenda eſt.

De his, & de auctoritate doctorũ eccleſię latius Abulen. in defenſorio par.2.ca.81.82. Et Couarruuias in reſolutionib. lib.4.ca.16.nu.6.& 10. latius agunt. Vbi ait iſte doctor, & Caſtro de punitione hæreticorũ li.1.ca.5.& 6. ꝙ nullus citra papã, & cõciliũ generale legitimum, ẽt ſi ſit diœceſanus cum ſuo concilio prouinciali, & cũ aliqua uniuerſitate, poteſt propoſitionẽ dubiam diffinire hæreticam, aut de fide eſſe: licet doctrinaliter docere poſſet, & prohibere tanquam ſuſpectã, uel ſcandaloſam; niſi foret adeo manifeſta, ut de ea re nulla poſſit

apud catholicos eſſe controuerſia. Sed Gerſon alphab. 13. litera. y. 3. ait id ſolum eſſe uerum de vltimata diffinitione. nam diœceſani cum cõſilio ſapientum, & maxime quando ſcãdalum, aut periculum erroris culpabilis eſt, poteſt iudicialiter circa fidem, & mores diffinire: quamuis hęc diffinitio debeat ultimate diffinitioni papę, uel concilii generalis eſſe ſubiecta, & conſonat tractatus vltimus qui poſt articulos Pariſien. habetur ca. 1.

Vbi & notandum eſt, quòd non omnia quę tradit, uel tolerat eccleſia, vt publice legenda, etiã in officio, & cultu diuino ſunt catholicę ueritates proprie, & ſtricte de fide hoc vltimo modo ſumptę: neque ut tales de neceſsitate ſalutis credẽda ſunt: quia ut inferius. §. 3. 4. & 5. patebit multa huiuſmodi ſunt de pietate fidei duntaxat.

Illę autem ueritates quas non ſolum per trãſitum, aut per occaſionem, uel narratiue, ſed ſub diffinitione iudiciali à propoſito, & expreſſe, & nõ ſolum tacite eccleſia, uel papa tradit generaliter omnibus neceſſario credẽdas, vel earum oppoſita reprobanda, cõcurrente vniuerſalis eccleſię, ſeu concilii generalis legitimè congregati conſenſu, ſeu approbatione explicita, uel implicita, ſunt de fide tenendę, & credendę neceſſario; etiam ſi ibidẽ nõ dicatur id eſſe de fide, vel ſub anathemate tenendum, ut latius infra lib. 4. de fide, papa, & concilio. q. 3. latius agitur de hoc in reſpon. ad quartum argumentum, & in fine illius quęſtionis in 2. & 3. dubio quę poſt 6. arg. habentur. Et tales ſunt omnes decretales ſummorum põtificum de fide, & moribus principaliter, & à propoſito diffinientes quę ſunt per vniuerſalem eccleſiam acceptatę. Nam ea quę per occaſionem ibi narrantur, neque à propoſito ibi diffiniuntur non quidem de fide, ſed ut probabiliora tãtum credẽda ſunt: ſicut & ea quę à doctoribus cõiter dicũtur: quia nõ niſi ut talia ibi narrantur, vel allegãtur. Sic etiam tenet magiſter Vega de iuſtificatione lib. 9. ca. 41. in fine. Et Ambroſius Catharinus cõtra Soto de certitudine gratię ca. 18. Et Abulenſis, vbi ſupra.

Dubium. SED quid de illis determinationibus, ſiue ſententiis, aut decretis eccleſię etiam à propoſito in materia fidei, & morum, non tamen expreſſe, aut iudicialiter traditis per totã eccleſiam, de quibus nulla præcepta fidei data ſunt: ſed ſolũ de ipſis eſt quidam tacitus diuturnus, ac generalis conſenſus eccleſię. putá quòd beata virgo nullum unquam habuit actuale peccatum, ꝙ fuit ſancta ante quàm nata, ſiue quòd nata eſt ſine peccato originali, modo id fuerit per ſpeciale priuilegiũ ſanctificationis in utero modo per ſpecialiſsimũ potius priuilegium preſeruationis, ꝙ preſentata eſt à parẽtibus in tẽplo: ꝙ tãdẽ corpore, & anima glorioſo aſſumpta eſt, & regnat in cœlo. Et alia eiuſmodi quę uniuerſalis eccleſia in ſuis celebritatibus tenet, & prędicat? Vtrũ talia ſint, ut catholicę ueritates de fide proprie, uel ſtricte, an large credenda neceſſario, ita quòd eorum oppoſita ſint hęretica.

Reſpon. Ad hoc reſpõdet Caietanus in tractatu de cõceptione B. Virginis in tertio quodlibetorum libro ꝙ ſolum pie, & probabiliter hęc credẽda ſunt, nec eorum oppoſita ſunt hęretica: quòdq; hęc, ſicut & multa alia de quibus infra §. 3. 4. & 5. communia eccleſię pietas, etiam in officio diuino ſolum probabiliter tenet, & credit. Et quo ad aſſumptionem B. Virginis cum eo concordat Gabriel in ſecundo ſermone eiuſdem feſti. Sed Ambroſius Catharinus in vltimis annotationibus cõtra Caietanum libr. 4. in tractatu de immaculata conceptione B. virginis, dicit quòd talia ſunt de fide neceſſario credẽda: & eorum oppoſita ſunt hęretica; quamuis eccleſia nõ condemnaret ea, neque puniret, vt hęretica, ex quo non ſunt expreſſe tradita ſub pręcepto credenda, ſed ut erronea, temeraria, preſumptuoſa, ſchiſmatica, & ſcãdaloſa. Et doctiſsimus Caſtro, vbi infra ca. 9. & 10. videtur ad idem indiſtincte, dicẽs talia eſſe hęretica quę cõtra tacitam eccleſię determinationem ſunt.

Mihi uero ſaluo meliori iudicio ex practica eccleſię videtur quòd horum aliqua diffiniũtur, & ſunt de fide neceſſario credẽda, ita ꝙ oppoſitum eſſet hęreticum, vel ſapiẽs hęreſim. Aliqua de fidei pietate, ita tamẽ quòd ſine peccato temeritatis, & erroris oppoſitum teneri, aut ẽt ſine ſcãdalo prędicari nõ poteſt, ſed neque ſine punitione eccleſiaſtica oppoſitũ dogmatizaretur. Aliqua ſunt de fidei pietate, ita quòd ſine ullo peccato erroris, & ſine punitione oppoſitum crederetur. Exemplũ primi, quòd beata virgo nullum actuale peccatum habuit, quòdq; ſine originali nata eſt. hęc ſunt de fide neceſſario credẽda: & oppoſita ſunt hęretica. Tum quia hęc cõcorditer ab omnibus doctoribus ſacris tenẽtur, & aſſerũtur, ita quòd ſi aliqui pauciſſimi eorũ aliter dixerũt, ſtatim id ab omnibus doctoribus cõiter, & per vniuerſalem eccleſiam reprobatum eſt. Tum ẽt quia in cõcilio Tridẽ. ſeſſ. 6. can. 23. habetur ꝙ de B. Virgine vniuerſalis tenet eccleſia ꝙ ex priuilegio ſpeciali oia peccata ẽt uenialia in tota uita ſua omnino uitauit, vt de hoc latius infra q. 40. habetur. Item de præſentatione B. Virginis in tẽplo, & de feſto niuiũ, & de feſto expectationis eiuſdẽ. ꝙq; beata Anna, & Ioachim parẽtes eius fuerũt, & alia eiuſmodi. Sic ego cẽſerem eſſe de fide ꝙ eorũ oppoſita hęretica, vel ſapiẽtia hęreſim iudicarẽ, quia uniuerſalis eccleſia ea celebrat, tradit, prędicat, approbatq; hiſtorias de his agẽtes, ita ꝙ rõnabiliter negari nõ poſſunt, vti de hoc infra. §. 8. latius habetur. Exẽplũ ſecũdi eſt de glorioſa B. Mariæ Virginis corpore, & aia aſſumptione, quæ ita ab oĩbus creditur de pietate fidei, ꝙ oppoſitũ, temerarius error, preſumptuoſus, & ſcãdaloſus, dignusq; punitione eſt. quia contra cõem ſenſum doctorũ ẽ, & eccleſiæ, licet nõ ſit hęreticũ, vt ait Cano de locis theologicis li. 12. c. 12. Immo, & ut ait Ambroſius Catharinus in tractatu conce-

conceptionis contra Caietanum ſapiens hæreſim eſt, quatenus eſt contra tacitam ſententiam eccleſiæ Romanæ, ſiue catholicæ ipſam aſſumptionem corpore, & anima celebrantis, idq; in ea celebratione intendentis. Et forte etiam hæreticum cenſendum eſſet, per hanc eādem rationem: maxime quia ſic eam aſſumptionem celebrat eccleſia tota Romana ſiue Catholica, & iam doctores omnes ita conſentiunt; vt neminem permittant oppoſitū impune dicere, vel opinari. Vnde videtur hæc ſicut, & alia multa olim dubia in exordio naſcentis eccleſiæ, iam temporis diuturnitate occulta quadam ſpiritus ſancti reuelatione, aut inſpiratione communi omnium fidelium, animis in fixa, per eccleſiam in cultu diuino, vt certum de fide approbari atq; teneri.

Exemplum tertii eſt de immaculata. B. virginis cōceptione: quæ ita creditur de pietate fidei, quòd oppoſitum credens, nullo erroris peccato notatur ab eccleſia, neq; punitur: niſi forte propter ſcandalum de quo infra. q. 44. latius habetur.

De omnibus ſupradictis ſpeciatim agit Turrecremata in ſumma de eccleſia lib. 4. par. 2. ca. 8. & 9. Et Gerſon Alpha. 14. e. f. l. Et Ocham lib. 1. & 2. dialogorum. Et Gabriel in. 4. diſtinct. 13. q. 2. Et liber dictus Axiomata Chriſtiana lib. 2. & præcipue art. 6. ca. 11. Et tandem Caſtro de punitione hæreticorum lib. 1. ca. 3. 4. & 8. & 9. & 10. dilucide agit. Et Symancas de hæreticis. ca. 25. 26. & 47.

§. 2. Propoſitio Sapiens fidem, dupliciter dicitur, primo vt ait Cano vbi ſupra, & multi alii, quando nō quidem aperte eſt de fide, vel veritas catholica aliquo mō de ſupradictis in primo. §. præcedēte: ſed ſecundū cōem ſenſum ſententiamq; doctorū cenſetur eſſe de fide, vel ad eā pertinere, vt de aſſumptione. B. virginis in fine prædicti. §. 1. proxime dictum eſt.

Secundo modo, ſecundum Gerſon, & Gabriel, & Simancas vbi ſupra, & Medina vbi infra refertur, & communiter doctores, & videtur melior diffinitio, quòd illa propoſitio ſapit fidem, quæ ex vna de fide ſimul, & ex vna alia, quę licet nō ſit de fide, tamē rationabiliter negari non poteſt in bona conſequentia neceſſaria poteſt inferri. Vel ex qua ſimul & ex vna alia quæ rationabiliter negari non poteſt, in conſequētia neceſſaria, poteſt inferri vna de fide. Vel quæ in conſequentia entimematica probabili, quæ rationabiliter negari nō poteſt, ſequitur ex vna, vel pluribus de fide: aut ex ea, vel ex eis in eadem conſequentia infertur vna de fide.

Exemplum primi: iſta propoſitio. in hoſtia altaris eſt Chriſtus, vel hoſtia altaris quæ à Sacerdote celebrante eleuatur eſt adoranda, ſapit fidem. Nam ſi diceretur, quòd in hoſtia rite conſecrata eſt Chriſtus, aut quòd illa eſt adoranda, vtiq; eſt de fide. Sed dicere ſolum quòd in hoſtia quæ eleuatur à Sacerdote eſt Chriſtus, aut quòd illa eſt adoranda, ſapit fidem. Quia bene ſequitur in Barbara, vel in darii. in omni hoſtia rite conſecrata eſt Chriſtus, & illa eſt adoranda, ſed hoſtia altaris aut, quæ à Sacerdote celebrante eleuatur eſt rite conſecrata. ergo in illa eſt Chriſtus, & adoranda eſt. Ecce quomodo in conſequentia neceſſaria ex maiori de fide, & ex minori, quæ rationabiliter ſine magna temeritate, negari non poteſt quamuis de fide non ſit, ſequitur illa concluſio quæ ideo ſapit fidem.

Exemplum ſecūdi ſic. In hoſtia altaris eſt Chriſtus, & adoranda illa hoſtia eſt quę a Sacerdote celebrante eleuatur. Sed non eſſet ibi Chriſtus, neq; illa hoſtia eſſet adoranda: niſi eſſet rite conſecrata. ergo in omni hoſtia rite cōſecrata eſt Chriſtus & illa adoranda eſt.

Exemplum tertii ſic arguendo. In omni hoſtia rite conſecrata eſt Chriſtus, & illa eſt adoranda. ergo in hoſtia altaris, eſt Chriſtus, & illa & ea quę à Sacerdote celebrante eleuatur adorāda eſt. Vel econuerſo ſic. In hoſtia altaris, vel quæ à Sacerdote celebrante eleuatur eſt Chriſtus, & illa eſt adoranda, ergo in hoſtia rite conſecrata eſt Chriſtus, & adoranda eſt. Patet vtraq; cōſequentia entimematica; quia rationabiliter, negari nō poteſt quòd hoſtia altaris, aut quæ à Sacerdote celebrante eleuatur rite conſecrata ſit.

Hæc autem propoſitio, confeſsio vocalis Sacramentalis eſt neceſſaria de iure diuino, vel de fide, & eius oppoſita hęretica eſt, quia ſic decretum eſt in Concilio Triden. Seſsione. 4. ſub Iulio. 3. ca. 5. quamuis clariſsimus Medina de confeſſ. q. 4. dixerit ſapere fidem, & oppoſitum ſapere hæreſim duntaxat.

Similiter ſapit fidem hæc propoſitio. Bea. Gregorius fuit Papa, quia bene Sequitur. fuit Papa, & non niſi quia fuit canonice electus. ergo omnis canonice electus in Papa eſt Papa, quæ eſt de fide, vt eam decreuit Martinus 5. in Concilio. Conſtantienſi: quæ Sequitur ex illa. Vel econtra ſic arguendo. Omnis canonice electus eſt Papa, B. Gregorius fuit canonice electus. ergo fuit Papa. Vel ſic entimematicæ. Beatus Gregorius fuit Papa, ergo omnis canonice electus eſt Papa. Vel econuerſo. omnis canonice electus eſt Papa. ergo. B. Gregorius fuit Papa. Patet hoc vtraq; conſequētia, quia fuit canonice electus, quod rationabiliter negare non poteſt, & non propter aliud quiſpiam eſt Papa.

Et talis propoſitio ſapiens fidem, eſt etiam, & dicitur accedens, & pertinens ad fidem. Hæc Gerſon. Turrecremata, Gabriel, & alii vbi ſupra, & Medina de confeſsione. q. 4. de his etiam videatur infra. §. 8.

Propoſitio de probabilitate fidei eſt quæ ex diffinitis per papam, vel eccleſiam, vel per omnes doctores ſacros, vel ſcholaſticos in rebus fidei, & morum ſequitur ſolum probabiliter, vel in conſequē- §. 3. *Propoſitio de probabilitate fidei.*

tia

tia, nō quidem neceſſaria, & euidenti, ſed topica vel probabili; vel quæ tenetur ab aliquibus doctoribus ſanctis approbatis, vel à pluribus alius ſcholaſticis, ſine aliorum plurium contradictione, vt de hoc latius infra. §. 10. 11. habetur.

§. 4. *Propoſitio de pietate fidei.*

Quæ ſi ſimul fouet pietatem, ſeu deuotionem, dicitur etiā de pietate fidei. Tales ſunt multæ propoſitiones cōmuniter à doctoribus aſſertę in materia fidei, vel morum, prædicto modo deductæ. Talia etiam ſunt mulra opera ſanctorum per papā vel eccleſiam approbata: quia, ſcilicet in prædicta materia, ſunt pro maiori parte vera, & per totum fere probabilia, & de hæreſi non ſuſpecta, ſed vtilia ad bene viuendum. Ita quòd niſi oppoſitū quoad aliquid eorum ſufficienter probetur debēt pro veris haberi. Et talium auctoritas ſufficientem facit probationem. Hæc Gerſon, & Turrecremata vbi ſupra ca. 9. &. 10. Et Abulenſis ſecunda parte defenſſorii ca. 83. Et in quadam notula ſuper hoc, quæ habetur poſt articulos Pariſien. contra quoſdam annotatos.

§. 5. *Propoſitio pia.*

Propoſitio autem pia, ſeu de pia credulitate tātum, eſt propoſitio probabilis quę fouet pietatem vel deuotionē etiam ſi ex diffinitis per eccleſiam nullo modo ſequatur, vt quòd B. virgo in hac vita vidit clare eſſentiam diuinam, quòd Angelus cuſtos, & alii ſancti quibus homo ſpecialiter, fuit deuotus in vita, fauēt ei ſpecialiter in morre, & quòd ipſi eum aliis ſimul exeunt obuiam illius animæ in cœlum intranti, ipſam honorifice comitātes ad tribunal Chriſti, ſeu ad coronam percipiendam, vt ait B. Vincentius in quodam Sermone de defunctis. quòd talis, vel talis ſanctus in celo habet hanc vel illam prærogatiuam ſpecialem, ad hoc vel illud bonum ſiue remedium hominum: Tales ſunt etiā aliquæ translationes ſacræ ſcripturæ olim æditę à quibuſdam, & per ſummos pontifices approbatę extra iuditium ſine rei cognitione, & examinatione ſapientum, & ſolita in ſacra ſcriptura approbāda ſolemnitate: Sed ſolum de primo aſpectu per papam approbantur, & commendantur non quaſi omnino, vt ſacra ſcriptura expertes erroris, ſed vt ille in quibus non apparet notabilis error periculoſus: & vt valeant emendari, vt ait Ambroſius Catharinus tractatu de clauibus claue prima de æditione vulgata agens. Sed iam hæc noſtra editio vulgata eſt in Concilio Triden. ſeſſ. 4. ſolemniter approbata vt ei non liceat contradicere. Ad idem liber rertius, & quartus Eſdrę pertinere videntur. Tales etiam ſunt reuelationes ſanctæ Brigidæ quæ per papam approbatę ſunt: & legendæ, & vitæ ſanctorum patrum quæ in eccleſia, & in officio diuino leguntur, & approbantur, ſolum vt piæ, & probabiles hiſtoriæ, vel veritates ſine aſſertione pertinaci tenendę, ut ait Gerſon aliiq; doctores vbi ſupra.

Sæpe tamē propoſitio pia, & de pietate, aut probabilitate fidei pro eodem accipiuntur.

§. 6. *Impertinens ad fidem.*

Propoſitio impertinens ad fidem, eſt, quæ cū ſit in materia fidei, vel theologa, vel morali, non tamen ſequitur neq; repugnat fidei vllo modo. Vt dicere, quòd tot homines ſaluabuntur, quot Angeli ceciderunr. Quòd actus vel peccatum ex ignorātia inuincibili, eſt vel non eſt alterius ſpeciei moralis, ac ſi fieret ſciēter, Quòd actus exterior habet vel non habet diſtinctā malitiam ab interiori, & alia eiuſmodi. Gerſon alphabeto. 14. litera e.

§. 7. *Hæreſis. Hæreticus Hæretica propoſitio.*

Hæreſis, eſt error pertinax in fide. Vnde ad hæreſim propriæ, & formaliter ſumptam, duo requiruntur. Primum quòd ſit error in materia fidei, vel morum. Nam ſicut fides principaliter in corde vel in intellectu vt mouetur à voluntate, & ſecūdario in verbis conſiſtit. Ad Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſsio fit ad ſalutem: ita hæreſis ei oppoſita principaliter, & eſſentialiter conſiſtir in intellectu, ideo & dicitur error: & ſecundario, & denominatiue eſt in verbis, vel in ſcriptura. Et nota quòd error dicitur in fide, quando eſt contra aliquam propoſitionem reuelatam aliquo modo de ſupradictis in. §. 1. Ideo Hilarius de Trini, lib. 8. vt etiam refert magiſter in. 4. diſtinct. 13. ait. de intelligentia non de ſcriptura hæreſis orta eſt: & ſenſus, non ſermo, fit crimen, ſcilicet hæreſis. adde, quòd verba ſecundum Ariſtote. ſunt animæ conceptionum, ſeu paſsionum note.

Sequitur ex dictis quòd in operibus, hęreſis propriæ aut verę non eſt: ſed ſignum, aut præſumptio, aut ſuſpitio de hæreſi, atrentis circunſtantiis inde haberi poteſt, & maxime ſi opera ipſa: ex ſua natura. ſeu inſtitutione diuina, vel humana ſint hæreſis ſignificatiua: qualia ſunt ſacrarum imaginū ignominioſa combuſtio, vel confractio, aut baptizatio, & ceremonię, ritusue iudaici ſeu mahometici, aut aliorom infidelium. De quo latius lapus, butrio. Panormi. Ioan. de Imola in elemen. 1. de vſuris. §. ſane. Et facit ca. non ſolum. 11. q. 3. & ca. Violatores. 25. q. 1. & Ioan. Andre. ca. 2. de hæreticis. lib. 6. & Gabri. in 4. diſtinct. 13. q. 2. dub. 1. ſecundum glo. in ca. firmiter de hæret. & Ocham vbi latius de his. & breuiter Silueſter titu. hæreſis. 1. q. 5. & q. 1. & 2.

Vbi etiam refert quòd hæreſis, & hæreticus improprie, ſeu interpretatiue dicitur Simoniacus, & excommnnicatus, & peruerſor ſanctorum. Et multi alii criminoſi, tum propter præſumptionem, tū propter horrorem criminis, vt latius notat glo. in dicto ca. firmiter, de hæreti. & in ca. inter hæreſim. 24. q. 3. Et concordat Turrecremata de poteſtate papæ lib. 4. par. 2. & communiter doctores in 4. diſtinct. 13.

Secundum requiſitum ad hæreſim criminalem, & propriæ dictam, & formaliter facientem, & denominantem aliquem hæreticum, eſt pertinacia. quæ tunc eſt quando homo ſciens tale quid eſſe contra determinationem eccleſiæ de fide aut con

tra

tra id quod ipſa tanquam de fide credit, & tenet, ipſe voluntarie ſeu deliberate id credit, & tenet vel dubitat, vel ſic credens profert exterius. & hoc eſt verum vndecunq; & quomodocunq; ad id deliberate tenendum inductus ſit. Vel ſi ignorat, id eſſe contra fidem, & contra determinationem eccleſiæ de fide, non tamen eſt paratus corrigi, & adquieſcere eccleſiæ: ſed refugit id ſcire aut veritatem ædoceri deliberate in ſuo errore permanens ſiue conſentiens. Vel ſi deliberate dubitat de eo quod ſcit tanquam de fide teneri ab eccleſia refugiens ædoceri, vt dictum eſt, vt in ca. dubius. de hære. de quo & Silueſter titu. hæreſis. 1. q. 3. Et Simancas in catholicis inſtitutionibus. ca. 25. 26.

Vbi nota ſecundum Caietanum ſecunda ſecundæ. q. 11. art. 2. ex B. Thom. ibidem, & lect. 4. ſuper. 1. Corinth. 11. ca. quòd ad dictam pertinaciã non requiritur, quòd homo diu, aut multis diebus in ſua deliberatione erronea, aut in ſuo dubio deliberato de fide obſtinate perſeueret: ſed ſufficit quòd ſemel ſuo errori aut dubio in fide ſcienter, & deliberate conſentiat, vt dictum eſt. Quamuis Silueſter titu. hæreſis. 1. q. 2. ſecundum aliquos dicere videatur oppoſitum. Sed vt dixi, ad pertinaciam ſufficit deliberatio contra id quod ſcit teneri per eccleſiam. Perſeuerantia autem multorum dierum facit obſtinationem, ſeu etiam incorrigibilitatem poſt ſufficiẽtes monitiones. Sicut enim ad fidem, & fidelem ſufficit quòd quis deliberate volens, & ſciens, id eſſe de fide etiam paruo tempore credat: ita & ad hæreſim, & hæreticum pertinacem, & perfectum ſufficit quod ſciens id eſſe contra fidem eccleſiæ, etiam paruo tempore deliberate conſentiat, & teneat, vt Gerſon alphabet. 14. o. p. latius agit, & Simancas in inſtitutionibus catholicis. ca. 47. optime conſonat.

Ex quo ſequitur quòd ignorans tale quid, puta ruſticus ignorans cõtineri in ſacra ſcriptura quòd Abraam duos filios habuit, & ideo id deliberate negat, aut ignorans confeſsionem vocalem credi aut teneri per eccleſiam eſſe de fide aut de iure diuino neceſſariam: quamuis, id aliàs culpabiliter ignoret ſecundum B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 11. arti. 5. ſciens etiam eſſe præceptã ab eccleſia omnibus Chriſtianis ſicut, & ieiunium quadageſsime, & ſic deliberate credit, & dicit non eſſe de fide aut de iure diuino obligatoriam: vtiq; non eſt hæreticus, ſed erraticus tantum: nec habet pertinaciam ſi paratus eſt corrigi, & eccleſiæ veritatẽ docenti ſufficienter acquieſcere, non refugiens, id ſcire, aut veritatem à doctis ædoceri. Et vt ait Cano vbi infra refertur, iſti dicuntur modicę fidei qui non ex malitia, ſed ex ignorantia, et culpabili; non recte credunt. Sicut apoſtoli aliquando, & Mar. vlti. de hac in fidelitate reprehenduntur. Nõ quia non crediderunt Chriſto, ſed quia aliis diſcipulis dicentibus ipſum ſurrexiſſe, non crediderunt ex ſua fragilitate: ideo non hæretici, ſed modicę fidei fuerunt. Eſſet autem hæreticus pertinax ſi ſciens eſſe præceptum eccleſiæ de confeſsione, aut ieiunio in quadrageſsima crederet, & dicere intenderet, non eſſe neceſſarium nec ullo iure ſeu nullo modo obligatorium confiteri, aut ieiunare tunc, vel eccleſiæ præcepto obedire: quia iam ſcit eccleſiam credere, & tenere, de fide eſſe, ſuperioribus obedire, cuius oppoſitum ſcienter, & deliberate, & per conſequens pertinaciter, ipſe credit, & tenet. Et ſimiliter ex ignorantia etiam culpabili, ſine pertinacia credens: & aſſerens, nõ eſſe mortale mentiri, aut cognoſcere non ſuam: hoc vel illo modo: ſi ſit paratus corrigi, vel ſi etiam culpabiliter neſcit eſſe contra decretum eccleſiæ de fide, non eſt pertinax, neq; hæreticus. Et quamuis ex qualitate perſonæ, & aliis circunſtantiis præſumi poſsit hæreticus, vt infra in tertio notabili habetur: & temerarius, vel ſuſpectus de hæreſi ſit, nõ tamen vere, & proprie hæreticus ſine prædicta pertinacia, iudicandus eſt: etiam ſi vir alioqui doctus: putans ſe melius ſcire, non ſtatim acquieſcat inquiſitoribus, & aliquibus aliis viris doctis oppoſitum aſſerentibus, vt ait Cano de locis theologicis lib. 12. ca. 9. Itaq; intentio, ſenſusq; loquentis, omnino indagandus eſt: vt ſciatur ſit ne, vere pertinax, & hæreticus, an non, is qui propoſitionẽ hæreticam profert. Secus de idiota, doctoribus non credente, vt infra in dubio. 3. notabili. 5. in fine huius. §. ſeptim, & inferius. §. 10. habetur. Ignorantia autem illa culpabilis: eius qui non eſt pertinax, ſeu eius error in fide, aut infidelitas illa, non proprie, neq; directe, ſed reductiue, eſt in ſpecie hæreſis, vt proxime dicetur: neq; per illum errorem, perditur fides infuſa, ſicut neque per illum, homo efficitur hæreticus, vt dictum eſt. Nã qualitas non facit, neque denominat ſubiectum tale, niſi ei in hereat, in quantitate: ſeu modo ſufficiente illud tale efficere, & denominare. Ideo Auguſt. errare potero, hæreticus non ero. Inde ſecundum Iſidorum, hæreſis dicitur quaſi diuiſio, & hæreticus diuiſus. Vel ſecundum Hieronimũ. 24. q. 3. hæreſis, ideſt electio, & hæreticus electiuus, quia, ſcilicet ex hoc aliquis efficitur hæreticus, quòd ſingularem eligit opinionẽ tenere diuiſam à communi eccleſiæ dogmate, & fidei determinatione.

Ad ſupra dicta omnia faciunt expreſſe. 24. q. 3. ca. dicit apoſtulus. Et de ſum. trini. & fide, catho. ca. firmiter. et ibi Inno. & Bald. & eo. titu. clem. 1. §. porro. & clem. 1. de vſuris. §. penul. & ibi canoniſte, & B. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 11. & Caieta. ibidem articu. 1. & 2. et Gerſon alphab. 3. litera. q. et 14. o. s. t. v. vbi latius agit, de pertinacia vera, atque præſumpta, et Caſtro de punitione hæreticorum lib. 1. ca. 9. et 10. et Gabriel ſecundum Ocham, et communiter doctores in. 4. diſti. 13. et Simancas, vbi ſupra latius agit.

SED dubitatur primo vtrum prædicta pertina *Dubium 1.*

cia

cia ſit ſolum requiſita, vt quis ab hæreſi, ſit & denominetur hæreticus, vt dictum eſt, an etiam ſit de intrinſeca ratione ipſius: ita quòd nullus error in fide, erit vere, & eſſentialiter hæreſis: niſi habeat pertinaciam adiunctam, tanquam formam aut differentiam ſpecificam conſtituentem eſſentiam hęreſis in ſuo eſſe ſpecifico, diſtincto ab aliis ſpeciebus infidelitatis.

Reſpon. Reſpõdeo in hoc eſt duplex opinio prima Caietani in ſecunda ſecũdæ. q. 11. arti. 1. & 2. & Eraſmi, & quorundam aliorum, præcipue Thomiſtarum, quòd pertinacia requiritur ad vtrumq;. Huius eſt ratio triplex. Prima quia hæreſis ita eſt cõtraria fidei, quòd & per eam perditur, ſed nõ perditur per errorem: niſi ad ſit pertinacia ergo non eſt hæreſis vera, & proprie dicta ſine pertinacia.

Secunda ratio quia contraria ſunt circa idem, ſed fides non eſt intellectu tantum ſpeculatiuo, ſed practico, ſeu vt mouetur à voluntate. Nemo enim credit niſi volens, ſecundum Auguſt. quia & aſſenſus fidei producitur ab auctoritate, ſeu ratione probabili, ſimul & pia affectione; adeo, quòd non erit aſſenſus fidei, ſinę voluntatis determinatione ſeu electione ergo neque error fidei cõtrarius, erit perfecte in ſua ſpecie hæreſis, nequę erit hæretica propoſitio, niſi prædicta ad ſit voluntatis pertinacia.

Tertia ratio, quia eadem ſententia, ſeu propoſitio erronea, puta mortui non reſurgent, ad oẽs ſpecies infidelitatis põt pertinere; vt cõſtat, quòd dicta propoſitio ab hæretico hæretica, à judeo perfida, à pagano infidelis, ſeu gentis denominatur, ergo nullam prædictarum ſpecierum ſecundum ſe abſolute ſibi vendicat; Sed per diuerſas rationes, ſeu qualitates ſubiectorum, & reſpectu eorum, puta hominum ſic ſentientium, tanquam per ſuas rationes formales in hac, vel illa ſpecie eſſentia ipſius conſtituitur. Et ex conſequenti in ſpecie hæreſis, non niſi per pertinaciam hominis baptizati error in fide eſſentialiter reponitur. Sicut columna dextera, vel ſiniſtra non niſi reſpectu dexteræ, vel ſiniſtre, animalis formaliter, eſt & denominatur.

Igitur ſecundũ hãc opinionẽ, ſentẽtia, aut propoſitio erronea in fide eſt quidem contraria fidei, & reductiue pertinet ad hæreſim: non tamen proprie per ſe, & formaliter hæreſis, nec hęretica ſine ſupradicta pertinacia.

Secunda opinio eſt Ocham prima par. dialogorum lib. 2. ca. 11. & Turrecremata vbi ſupra lib. 4. par. 2. ca. 3. & Adria, de confeſsione. q. 1. & communiter doctorum tenentium quòd veritas catholica ſemper fuit talis: & ſimiliter hæreſis ſemper fuit hæreſis, quam opinionẽ ſequitur Caſtro lib. 1. de punitione hæreticorum ca. 1. dicens, quòd dicta pertinacia requiritur ſolum vt quis vere ſit, & denominetur hæreticus vt ſupra: ſine qua error in fide vere, & eſſentialiter eſt, & dicitur hæreſis, & hæretica propoſitio, & non ſolum erronea aut cõtraria fidei. Probatur dupliciter, primò: quia ad eſſentiam quæ eſt de intrinſeca ratione rei, modo ſit ſubſtantia modo accidens, non requiritur aliquid extrinſecum, puta talis, vel talis diſpoſitio ſubiecti; quamuis id requiratur ad permanendum, vel actualiter inhæredum, & formaliter denominandum tale, vt patet in albedine quæ eſſentialiter albedo eſt, etiam ſi actu non inhæreat, vt in hoſtia conſecrata, modo ſit cum aliis accidentibus, modo non, ergo errorem, aut propoſitionem erroneam in fide eſſe eſſentialiter hæreſim in ſua ſpecie hæreſis non pendet ab extrinſeca qualitate ſeu diſpoſitione ſubiecti, puta à pertinacia aſſentiẽtis, vel proferentis, ſed potius præſupponitur eadem.

Sed quia prædictũ antecedens negari poſſet in qualitatibus, ſeu rebus aliquo mõ reſpectiuis præcipue vitaliter immutãtibus, quales ſunt aſſenſus: nam aſſenſus fidei opinionis, & euidentię per aliquid extrinſecum, à ſuo materiali, puta per firmitatem formidinem, & claritatem, & quælibet noticia per tendentiam tenentem, ſe etiam ex parte ſubiecti, conſtituuntur in ſuis rationibus, ſeu ſpeciebus eſſentialibus, et ita de hęreſi dici poſſet: maxime cum ſit actus compoſitus, ſeu dependens à duabus potentiis, & eius ratio formalis, ſeu ſpecifica eſſentialis, vt pote aliquo modo reſpectiua ex ordine ad ſubiectum ſumatur.

Ideo, ſecundo probatur prædicta ſecunda opinio, quia hæreſis quoad ſubſtantiã actus, eſt actus ſolum intellectus: Sed iſte actus intellectus, eſt ſolum error in fide: etiam ſine pertinacia volũtatis. ergo ipſe ſolus eſt eſſentialiter hæreſis. Conſequẽtia patet cum minore, & maior probatur, quia etiã ſecundum B. Tho. & Caie. prima ſecundæ. q. 13. arti. 1. & q. 58. arti. 5. & q. 17. q. 78. arti. 2. actus omnes, & compoſiti, ſeu pendentes à duabus potentiis, qualis eſt hæreſis proprie ſumpta, dicuntur eſſentialiter, & ſimpliciter eſſe illius potẽtię à qua eliciuntur, ſeu producuntur immediate quoad materiam, vel ſubſtantiam ipſorum actuum, vt patet de aſſenſu fidei, & de prudentia proprie, & ſtricte ſumpta; quæ licet pendeant à voluntate puta à pia affectione, ſeu recto appetitu, quia tamen ab intellectu immediate eliciuntur, ſeu producuntur: ideo dicuntur eſſentialiter, & ſimpliciter ad intellectũ pertinere.

Sed pro concordia opinionum videtur, q̃ talis error in fide ſine pertinacia eſt quidem materialiter, ſeu quoad eius materiam, vel eſſentiam vere, et realiter hæreſis, vt ait ſecunda opinio, non autẽ formaliter, et perfecte ſeu quoad cõnotationem: quia videlicet non eſt crimen hæreſis: quamuis ibi eſſe poſsit peccatum aliud ignorantiæ culpabilis: et ideo non ſufficit hæreticum efficere, vel denominare, vt ait prima opinio: at quãuis propter hoc non ſit propria, et perfecta hęreſis: at uero abſolute, et ſimpliciter hæreſis, et hæretica propoſitio

vere eſt, et appellatur, etiam ſi nullus hæreticus pertinax, aut nullus homo in mundo ſit. Termini namq; in diſfinitionibus non dicunt actû, ſed aptitudinem, & in communi vſu fidelium tales propoſitiones quoad materiam vere hæreſes, & hæreticę in conciliis ſimpliciter appellari, & condemnari ſolent. Vt quòd ſubſtantia panis, & vini manet in ſacramento altaris, quòd anima rationalis, non eſt per ſe, & vere forma corporis humani. Et in Concilio Conſtantien. ſeſſ. 8. & 15. vt hæreticum condemnatur, quòd oratio priuati hominis, nulli prodeſt, quòd omnes ſunt Symonaici, qui ſe obligant ad orandum pro ſubuenientibus illis in temporalibus, quòd populares poſſunt ad libitum punire ſuos dominos publice delinquentes. Et multę alię propoſitiones ſimpliciter hæreticę alibi condemnantur ab eccleſia quamuis aſſertores nulli, aut non hæretici ſint. In hoc etiam Conſonat Couarruuias in reſolutionibus lib. 3. ca. 1. nume. 2. Sed de his vide etiam ſupra. §. 1. et inferius. §. 15. vbi de blaſphema ſimul, et hęretica propoſitione agitur.

Dubium 2. DVBITATVR ſecundo vtrû, ſit vere, et proprie hęreticus, is qui opinionē aliquā tā firmiter credit, et docet ac ſi vere eſſet articulus fidei: qui et pro eius defenſione ita paratus eſt mori ſicut pro articulo fidei, aut pro alia veritate catholica.

Reſp. Reſpondet Caſtro vbi ſupra lib. 1. ca. 8. quòd ſic, ſi ita firmiter ei adhęret quòd paratus eſt non obedire neque credere eccleſiæ oppoſitum dicenti circa id, præſuppoſito quòd id ſit de materia fidei aut morum aut ad eā quoquomodo pertineat. Et ratio eſt, quia cum ſecundum Auguſt. in enchyridion ca. 17. errare ſit verum putare quod falſum eſt, falſumq; quod verum eſt: vel certum pro incerto, incertumue pro certo habere, ſiue falſum ſit ſiue verum. Ille autem tenet incertum pro certo, ergo errat in materia fidei, vel morum, & pertinaciter, ex quo non eſt paratus eccleſiæ, oppoſitum diffinienti ac docenti acquieſcere; & per cōſequēs ſaltem virtualiter credit eam errare poſſe diffiniēdo ea quæ fidei ſunt. conſtat igitur talem hæreticum eſſe.

Secus ſi talem opinionem in materia fidei quātulibet firmo animo tenens, & putans illam eſſe fidem catholicam paratus ſit obedire & ſtare eccleſiæ aliud docenti, vel diffinienti: quia talis etiā ſi erraret non eſſet hæreticus: Hæc ille. Immo & Ambroſius Catharinus in apologia de certitudine gratię contra Soto fo. 163. Cum his concordans addit quòd multa proponit eccleſia ſolum, ut pie credenda, puta de immaculata beatæ uirginis conceptione, & alia eiuſmodi, quæ ex fide licet non obligatorie creduntur: & tamen ſunt qui interius eo lumine ita perſuadentur, ut etiam eccleſiæ non cogente præcepto, ipſi ſic interius perſuaſi, & pene conuicti ſi non credant utiq; peccent. Sed vt dixi parati tandē ſunt, et eſſe debēt ſtare eccleſiæ præcepto, & determinationi.

Tertio poteſt dubitari utrum omnis propoſitio contraria cuicunquę diffinitioni papæ, uel Concilii generalis etiam aſſertiue facte in materia fidei, & morum ſit hęretica ita etiam, quòd illam pertinaciter tenens hæreticus ſit. Dubium 3.

Reſpondeo, ut infra lib. 4. de poteſtate Papę quęſt. 3. in fine eius in dubiis, quæ poſt omnia argumenta habentur, ibi uideatur. Reſpon.

Ad ſupradicta etiam nota primo quòd eſt propoſitio hæretica non quidem in ſe, ſed in ſua radice aut pręſuppoſito quæ tamen ab aliis dicitur ſapere hæreſim, ut infra. §. 8. ut dicere, quòd ad recordandum dominæ noſtræ non opus eius imagine, ſed ſufficit videre aliquam mulierem. in ſe quidem eſt inſana propoſitio præſumptuoſa, & erronea: ſed quatenus videtur pręſupponere, quòd non ſunt habendæ, vel honorandę imagines ſanctorum videtur hęretica. Similiter dicere quòd ideo quis nō vult ieiunare in quadrageſsima, quia ipſi non eſt neceſſarium: in ſe quidem eſt propoſitio temeraria, & pręſumptuoſa: Sed quatenus pręſupponit quòd perfecti non tenentur obedire pręceptis eccleſię eſt hęretica. Similiter dicere quòd ambulare ex ſua voluntate eſt peccatum; in ſe quidem eſt propoſitio erronea, & temeraria: Sed quatenus pręſupponit quòd omnes actus liberii, arbitrii ſunt peccata hęretica eſt. & vt tales omnes iſtę propoſitiones ſunt ſimpliciter cōdemnatę contra illuminatos. Nota. 1.

Nota ſecundo. quòd propoſitio malę ſonans de qua infra. §. 14. non eſt abſolute hęretica dicenda, eſſe quo in bono ſenſu quem patitur catholica eſt: Sed cum addito, videlicet in malo ſenſu quē ſonat hæretica eſt dicenda; & abſolute, vt malę ſonans reprobanda, & cauenda eſt, vt infra in dicto. §. 14. et latius. §. 15. habetur. Quia etiam ſecundum doctores in cle. 1. de vſuris, quando effectus prouenire poteſt ex duplici cauſa non eſt ſimpliciter vni cauſę tribuendus quouſq; conſtet quòd ab ea tantum procedit. facit ad idem Alex. Alen. 2. part. q. 183. membro. 2. vbi agit de apoſtaſia. Et Silueſter titu. hęreſis. 1. q. 5. et. 6. licet ad aliud propoſitum. Nota. 2.

Nota etiā. tertio quòd ab eccleſia ſępe aliquis pręſumitur hæreticus, et pertinax in multis caſibus: niſi ſeipſum loquendo modificet, aut purget poſtea ſufficienter, vt de his latius Ocham lib. 1. dyalogorum, et Gerſon alphab. 3. litera. s. et alph. 4. t. v. alpha. 14. o. p. t. v. Et Turrecremata de poteſtate eccleſię lib. 4. et alibi doctores. Et id pręcipue contingit dogmatizando: et pręſertim quando nomine eccleſię populo in eccleſia pręicando quiſpiam errorem aliquem aſſerit; niſi vt dixi, tūc ſe modificet ſufficiēter, aut poſtea purget, de quo etiam infra. §. 10. §. 14. habetur latius. Nota. 3.

Id etiam contingit quando aliquis, etiam theo-

logus

logus parum doctus negat aliquam propoſitionem catholicam quæ manifeſte ſequitur ex ſacra ſcriptura: quia ipſe ignorat conſequentiam eſſe bonam vel principia naturalia ipſius: & admonitus à doctoribus nollet illam propoſitionem concedere aut conſequentiam quam docti ſapiĕteſq; concedunt & ſciunt communiter. Puta negans Chriſtum eſſe riſibilem: quia ignorat quòd ex principiis humanæ naturæ ſequitur neceſſario & naturaliter quòd homo eſt riſibilis: cum tamē docti, & ſapientes omnes, id ſciant, & dicant: certe ſi eis non credat temerarius eſt & grauiter peccat: & apud eccleſiam præſumeretur pertinax hæreticus: & vt talis puniretur: quamuis credat Chriſtum eſſe verum hominem. Et à fortiori idem dicendum eſt de ſimplici idiota: qui ſi admonitus à doctis, & Epiſcopo, vel inquiſitoribus, aut ſi ſcit id cōi conſenſu fidelium ſuæ terræ ſiue regionis teneri, vt de fide, & ipſe credere noluerit: is iure pertinax hæreticus eſt atq; cenſetur. Et hoc modo verum dicunt Bartho. in l. tutor. ff. de ſuſpect. tute. & Felinus in rubrica de hæreti. & Cardi. in clem. 1. de ſumma trini. & fid. catho. & Cano. de locis theologicis lib. 12. ca. 10. & Gerſon vbi ſupra.

Quod ēt tripliciter probatur, primo quia eccleſia recte præſumit quòd ille negat illā propoſitionem, Chriſtus eſt riſibilis, nō quia nō credit oēm hominem eſſe riſibilem, cū ſit naturale principiū omnibus fere, vel parum doctis ſatis notum quòd omnis homo riſibilis eſt: Sed quia non credit Chriſtum eſſe verum hominem, & per conſequens neque riſibilem. Item ſecundo, quia talis non credĕs doctrinæ Sapientum in materia fidei vtiq; grauiter peccat, & præſumitur pertinax. Item tertio, quia in ca. ad abolen. de hæreti. habetur quòd quicunq; fuerit manifeſte in hæreſi deprehenſus tradatur curię ſeculari: clericus autē prius ſit omni officio & beneficio priuatus, & degradatus: niſi cōtinuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicę vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium epiſcopi regionis, publice conſenſerit abiurare, & ſatisfactionē cōgruam exhibere. Vbi nota quòd non dicit ſi fuerint hæretici: quia de hæreticis pertinacibus dicitur ibidem paulo ſuperius; & infra in ca. excommunicamus, eo. titu. quòd ipſo facto ſunt excommunicati, & aliàs pœnas incurrunt. Sed dicit ſi quis fuerit manifeſte in hæreſi deprehenſus: Nam omnis talis etiam ſi non ſit hæreticus pertinax: tamē præſumitur talis, ideo & mandatur puniri prædictis pœnis ibi taxatis.

Vbi nota quòd dicitur manifeſte in hæreſi deprehenſus non ſolum per euidentiam facti, puta ſi publice aliquam hæreſim prædicauerit: vel per legitimam probationem teſtiū, vel per ſuam ipſius confeſsionem, vt ibidem ait gloſſa, de quo non eſt dubium. Sed etiam ſi ſine animo hæreticandi, & ſine pertinacia aſſerit aliquam propoſitionem in aliquo Concilio condemnatam: quia talis præſumitur hæreticus, & punitur, vt dictum eſt, ſecundum ca. ad abolendam. Et ait Silueſter titu. hæreſis. 1. q. 8. quòd iſte eſt ipſo facto excommunicatus ſicut verus hæreticus pertinax. Sed certe id non eſt verum: Sed excommunicandus ſi ad iudicis arbitrium congrue ſe purgare, & ſatisfacere renuerit, vt expreſſe dicitur in ca. excommunicamus in eod. titul. nec in textibus à Silueſtro allegatis habetur quòd ille eſt ipſo facto excommunicatus. Immo & Caſtro de punitione hæreticorū lib. 2. ca. 6. & Simancas in inſtitutionibus catholicis ca. 25. 26. dicunt quòd nulla pœna iuris inflicta contra hæreticos comprehendit eum qui ſine pertinacia labitur in hæreſim, qui admonitus ſtatim reuocat errorem ſuum: Sed huic eſt arbitraria pœna per inquiſitorem adhibenda conſiderata erroris, & perſonæ qualitate, vt in dicto ca. habetur, ſuſpectis autem de hæreſi purgatio canonica imponenda eſt.

Vnde ſi aliàs conſtet ſufficienter quòd non ex intellectus errore: ſed vel ex ſub reptione, vel alia paſsione, vel iocoſe homo etiam culpabiliter affectus ad horam hæreſim dixit: nō proprie nec perfecte niſi materialiter tantum illa dicitur hæreſis: nec ille dicitur proprie in hæreſi deprehenſus manifeſte: quamuis vt ſupra, propoſitio hæretica ſit: ſed ad blaſphemiam reducitur quodāmodo hæreticalem de qua latius infra. §. 15. Verba namq; maxime pęnalia in ſua propria ſignificatione accipiĕda & reſtringenda ſunt, & de his Simancas in catholicis inſtitutionibos ca. 25. 26. 40. latius agit: & in ca. 31. §. 3. &. 4. agit Verum is qui putans ſe baptizatum cū vere non ſit, ſi pertinaciter erret in fide hæreticus ſit: & ſimiliter Cathecuminus, et de illo dicit quòd ſic: de Cathecumino autem dubitat, licet Caſtro de punitione hæreticorum lib. 1. ca. 8. dicat quòd ſic.

Tandem nota quòd vt quis ſit hæreticus relapſus requiritur, quòd ante vel poſt abiurationem de vehementi, vel confeſsionem criminis incidat in aliquam veram hæreſim ſecundum domi. et philip. Fran. in ca. accuſatus. §. cum vero. lib. 6. Vnde, licet Sępius etiam poſt abiurationem de vehementi incidat in hæreſim tantum præſumptam, puta matrimonium cum pluribus viuente priore coniuge contrahens ex libidine, vel auaritia non eſt relapſus, quia ibi eſt ſolum hæreſis præſumpta ex fictione, vel præſumptione iuris. fictiones autem multę non æquiualent veritati, Conſonat Simancas vbi ſupra ca. 54. vbi pulchre de hoc agit. et ca pir. 1.

Nota etiam quòd pertinacia non præſumitur niſi probetur ſecundum Ioan. Andr. in ca. cum cōtumacia, de hæreti. libro. 6. Et Ioannem de Anania in ca. excommunicamus, eodem titulo, & communiter doctores vti Simancas ſupra, et ca. 14. ca. 51. proſequitur.

Propoſitio

§. 1. Propoſitio ſapiens hæreſim.

Propoſitio ſapiens hæreſim eſt illa, ex qua ſimul & ex vna alia quæ cum non ſit de fide non poteſt rationabiliter negari, ſequitur propria hæreſis: vel quæ ſequitur ex hæreſi ſimul & ex vna alia quæ rationabiliter negari non poteſt: vel quæ in conſequẽtia Syllogiſtica ſeu enthymematica quæ rationabiliter negari non poteſt ſequitur ex hæreſi: aut ex ea ſequitur hæreſis, ſecundum Gerſon alphab. 14. e.l. & turrecremata vbi ſupra ca. 12. & Gabri. in. 4. diſtinctio. 13. quæſt. ſecunda, & Ocham in dialogo & Medina de confeſsione. q. 4. & in. 4. EKium lib. 1. de primatu petri ca. 6. & Symancas vbi ſupra. ca. 52.

Exemplum primi, iſta propoſitio, beatus Gregorius nõ fuit Papa, & iſta, in hoſtia altaris vel quæ à Sacerdote celebrante eleuatur non eſt Chriſtus nec adorãda eſt, vti ſuperius in. §. 2. probatum eſt quòd eorum oppoſitę ſapiunt fidem. ibi videatur deductio: nam oppoſito modo vel ex oppoſitis iſtę propoſitiones probantur ſapere hęreſim. & hoc eſt verum conſiderando ipſas propoſitiones ex parte ipſarum abſolute vel ex parte obiecti.

Nam alio modo propoſitio ſapiens hæreſim cõſideratur ex parte ſubiecti, ideſt illam proferentis. Sicut eadem aqua ex diuerſitate vaſorum aut locorum per quæ trãſit diuerſum ſaporem dulcem vel amarum ſalſum ſulphureum Vinaceum acetoſum aut mellitum contrahit. Ita eadem propoſitio ſępe contingit vt à catholico prolata catholica aut ſapiens fidem: ab hæretico ſapiens hæreſim ſit, quia ab hæretica radice & animo ad hæreticũ ſenſum prolata eſt. Exempli gratia. Pater maior me eſt, prolata ab euangeliſta Ioanne, 14. ca. nomine Chriſti eſt catholica, quia ad ſanum ſenſum dicta eſt: ſed prolata ab Arrio & ſequacibus dicentibus filium aut Chriſtum in diuinis eſſe minorem patrę & creaturam etiam vt verbum patris eſt, vtiq; ſapit hęreſim Arrianam: quia ad ſuum ſenſum illam proferunt. Inde etiam ait Cano de locis Theologicis lib. 12. ca. 11. quòd hæc propoſitio, Chriſtus eſt creatura, & incepit eſſe, abſolute prolata eſt hęretica in rigore: quia perſona Chriſti non eſt creatura nec ex nihilo nec incepit eſſe. Nam in rigore logico prius debet tolli connotatio quàm exponatur vt conſtat. Ita etiam ſapit hæreſim lutheranorum negantium Chriſtum eſſe in eucharistia vel in hoſtia rite conſecrata, dicere ſimpliciter quòd ridiculum eſt ſacramentum eucharistiæ ſolemni ritu per vicos circumferre & ipſum adorare: quia in nullo pio ſenſu ea propoſitio vera eſt. Itaq; ex prudentia potius quàm ex ſcientia propoſitio ſapiens hæreſim hoc modo ſumpta conſideranda eſt. Nã diſtinguitur ab hæretica, ſicut res ſapiens vinum & mel ab ipſo melle & vino, & res olens vnguentum ab ipſo unguento diſtincta eſt.

Similiter ſapit hæreſim dicere quòd in actu matrimoniali homo poteſt eſſe ęque aut magis vnitus Deo per actualem contemplationem atque in oratione, quia regulariter, ut in materia morali loquendum eſt, id ſimiliter poteſt in bona conſequentia deduci eſſe contra conſilium Pauli prima ad Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi, & ita hæc propoſitio vt ſapiens hæreſim contra illuminatos condemnata eſt.

Et nota, quòd hæc propoſitio ſapiens hæreſim ſępe etiam dicitur accedere & pertinere ad hæreſim: aut illi eſſe propinquam ſicut & ſapiens fidem: dicitur propinqua fidei vel ad illam accedere.

Multi etiam & ſatis communiter dicunt quòd illa propoſitio ſapit hæreſim, quæ non aperte ſed ſecundum doctorum communem ſenſum ſiue ſententiam contrariatur dogmati aut veritate catholicæ. Sed mihi potius videtur quòd ea propoſitio ſit & dicatur erronea in fide aut ſuſpecta & etiam temeraria, & aliquando hæretica, vt conſtat ex ſupra dictis, & latius infra. §. 9. 10. 11.

Aliqui etiã dicunt, propoſitionem male ſonantem in fide, de qua inferius. §. 14. agitur, ſapere hęreſim, & de hæreſi ſuſpectam eſſe, uti Simancas, vbi infra ca. 52. refert.

Alii etiam dicunt, propoſitionem ſapientem hęreſim eſſe hæreticam, non in ſe, ſed in ſua radice, vel præſuppoſito, & conuerſo ut ſupra. §. 7. de hoc habetur. Sed iſti uocabula: & omnia confundunt propter rerum propinquitatem.

Et nota, quòd opera illa, etiam ſapiunt hæreſim, quæ natura ſua, præ ſe ferunt aliquam hæreſim, ut baptizare imagines, rebaptizare puerum, orare: aut ſacrificare ad aras idolorum, ad ſepulchrum mahometi, ut ait gloſſa, & doctores, in ca. accuſatus. §. ſane. de hęreti. lib. 6. & dominicus, conſilio. 54. & Oldrandus: conſilio 210. Et Silueſter, hęreſis, primo. quęſt. 5. hęreſis ſecundo, quęſt. 3. et latius agit Simancas in inſtitutionibus catholicis, ca. 10. ca. 30. et Caſtro, vbi ſupra, lib. 1. ca. 1.

Ideo ille duæ priores diffinitiones ſupra poſitę; ſunt meliores, magisq; communes, magisq; declarant rei ueritatem. hoc etiam certum eſt, quòd ſicut omnis propoſitio oppoſita, poſitiue, vel priuatiue; propoſitioni de fide, uel catholicę veritati eſt hęretica. Ita et ea quę opponitur ſapienti fidem: Sapiens hęreſim eſt. et hęc apud eccleſiam: Si ſit cum pertinacia, ita facit hæreticum, atque punitur, ſicut hęreſis, eadem vel alia pœna, vt elicitur ex multis condemnationibus Concilii Conſtantien. ſeſſ. 8. et. 15. et alibi.

Cum ſupra dictis, conſonant expreſſe: Gerſon, & Turrecremata, vbi ſupra ca. 10. & ca. 12. et Medina de confeſsione quęſt. 4. & Caſtro de punitione hęreticorum libro primo ca. 3. & doctores communiter, in quarta diſtinctio. 13. Ad quæ etiam faciunt ea quæ inferius. §. 9. 10. 11.

O haben-

§.9. *Erronea in fide.*

habentur. facit etiam Simancas, vbi ſupra.

Propoſitio erronea in fide, multipliciter à doctoribus accipitur. Nam Cano de locis theologicis, lib. 12. ca. 6. & latius ca. 11. dicit quadrupliciter eam accipi poſſe. primo pro omni propoſitione hęretica materialiter tantum, ideſt ſine pertinacia proferentis, ut ſupra. §. 7. dubio. 1. declaratum eſt: quia ſalſitas, uel error, ēt in materia fidei à ſolo intellectu eſt: hæreſis autem proprie: & formaliter etiam eſt à uoluntatis pertinacia: contra determinationem eccleſiæ.

Secundo modo, propoſitio erronea in fide, eſt illa, quæ ſic opponitur catholicæ ueritati quá tenet eccleſia, quòd tamē nō ipſi fidei, nec ipſam fidem tollit, ſed eam obſcurat & infirmat. Et iſti errores ſunt hæreſi proximi: quia ſunt contra ea, quæ ſunt appendicia uel connexa fidei: non autem contra ea quæ ſunt proprie de fide. ut eſt dicere, quòd oratiōes ſpeciales: applicatæ per prælatos uni perſonæ non proſunt illi magis quàm generales. Item quòd Sacerdos in memento: nō debet aliquid ſpecialiter petere à Deo. Itē, quòd religioſi, tenentur labore corporali, uictū quærere, neq; eis licet mēdicare, uti Martinus. 5. in Concilio Conſtan. hoc de religioſis condēnauit, ut erroneū in fide: quāuis id ēt forte hæreticum eſſet: quia contra expreſſam diffinitionem eccleſiæ in ca. exiit, de uerbo. ſigni. lib. 6.

Tertio modo, propoſitio erronea in fide, eſt illa, quæ eſt cōtra aliquam ueritatē quæ ſecundū uehementem omnium fere ſapiētum opinionem, eſt uel cenſetur ueritas fidei: nō tamē plane ab eccleſia diffinita, nec certa probatione demōſtrata eſt.

Quarto modo, propoſitio erronea in fide, eſt illa, quæ certe, & manifeſte, ueritati fidei aduerſatur: non tamen aperte, ſed ſecundum omnium fere ſapientum ualde probabilē, ac ferme, neceſſariam ſententiam uel opinionem. Nā grauiter errat, qui pertinaciter defendit, quod oēs uiri docti ſentiunt eſſe periculum & diſcrimen fidei.

Hucuſq; Cano, ubi ſupra. Sed ſaluo meliori iudicio, uidetur, quòd erronea in fide primo modo, ſit ex ſua natura hæretica propoſirio (quamuis materialiter tātū) erronea uero aliis tribus modis, ſit potius ſapiens hæreſim, aut temeraria, uti ex dictis ſuperius in. 7. &. 8. §. & infra. §. 13. conſtare poteſt.

Ideo magis proprie, & forſan uerius, dicamus, quòd. 5. modo, erronea in fide propoſitio illa eſt: quæ in materia fidei & morū, eſt cōtra rectā rationem: aut contra aliquam catholicam ueritatem non aperte, ſed ſecundum communem ſenſum doctorum.

Pro quo nota, quòd propoſitio falſa, & erronea ſimpliciter, & erronea in fide, & hæretica, differūt ualde inter ſe. Nam propoſitio falſa eſt, quæ aliter ſignificat quàm aperte rei eſt. Et conuenit cuiq; facultati: in quacunque materia: & eſt nomen generaliſſimum, & non eſt qualitas propria: facultati, aut materiæ, theologicæ, ſed omnibus communis eſt. Erronea autem abſolute, eſt propoſitio falſa ſimul & contra rectā rationem, uel ſenſum cōmunem ſapientum, in quacunque facultate & materia. Ideo dicitur propoſitio erronea in logica, in philoſophia, in medicina, & theologia. Erronea uero in fide, eſt quæ proxime, in hoc ultimo uel quinto modo diffinita eſt. Nota etiam, quòd hæc propoſitio erronea in fide, differt ab hæretica in duobus, primo quòd erronea in fide, eſt nomen generale: comprehendens hæreſim cum pertinacia, & ſine ea, & perfidiam, & in fidelitatem quancunque poſitiuam, circa fidem. Secundo quòd erronea in fide dicitur illa: quæ eſt cōtra credibilia fidei, quæ aut quatenus ſola ratiōe naturali probari poſſunt: quāuis expreſſe non ſit contra ſacram ſcripturā, aut contra determinationem eccleſiæ, ſed eſt contra eam, ſecundum communem ſapiētum, ſiue doctorum ſenſum, uel intellectū. Hæreſis autem, eſt, & dicitur, quæ & quatenus eſt, contra credibilia. quæ ſola ratione naturali probari non poſſunt, ſed ſunt diuinitus reuelata mediate vel immediate, ut ſupra. §. 7. habetur. ꝙ ſi aliquod credibile fidei, tale ſit, ut præter rationem naturalem: poſsit etiam per ſacram ſcripturā, uel eccleſiæ diffinitionē, aut per apoſtolicam tradditionem, uel per concordē doctorum omnium ſententiam probari: tunc contraria propoſitio, erit erronea, ſimul & hæretica, aut hæreſim ſapiens. ut quòd non eſt Deus. quòd non eſt unicus. quòd non eſt omnipotens, quòd nō habet omnium ſcientiam, aut prouidentiam, & huiuſmodi. Si uero de aliqua propoſitione in materia fidei, non conſtat quòd ſit contra rectam rationem, uel contra reuelata. ſecundum communem ſenſum doctorum: quia hinc inde ſunt uariæ doctorum ſententiæ: tunc non dicitur erronea in fide, ſed opinio, ut quòd in ſacramentis noue legis, eſt, uel non eſt, aliqua creata uirtus uel qualitas, gratiam inſtrumētaliter efficiens. quòd beatitudo pręcipue, cōſiſtit in uiſione potius quā in fruitione, vel econtra.

Proferens etiam propoſitionem erroneam, in fide, & moribus, aliquando peccat, & eſt dignus punitione: aliquando non, ſecundum qualitatem & obligationem perſonarum, ut ex ſupradictis in §. 7. conſtare poteſt.

Differt etiā erronea in fide, à propoſitione hæreſim ſapiente, in hoc, quòd illa, eſt in materia fidei, uel morum, contra rationem manifeſtam, uel contra reuelata. non quidem expreſſe, ſed ſecundū cōem, & certū doctorū ſiue ſapiētū ſenſum, vel intellectū. Sapiens aūt hæreſim, ſolū eſt, cōtra reuelata, ſecūdū probabilem ſequellam uel rationē, aut ſententiam probabilem ipſorum, ut ex ſupradictis in. §. 8. præcedente facile conſtat.

Iſte ſunt proprie, propoſitiones non hæreticę, ſed erroneæ in fide. anima eſt, ex traduce uel ex ſe-

mine

mine parentum, ſicut corpus, ex corpore, vt ait Caſtro de hæreſibus. Item, quòd humanitas Chriſti, habet quandam dependentiam ad patrem, & vt ralis condemnata fuit, contra virues ab inquiſitoribus hiſpaniæ. Item, quòd licet non proferantur verba conſecrationis, ſufficit ad conſecrandum dicere ea mētaliter. Item, quòd charitas infuſa, qua Deum & proximū formaliter diligimus; eſt ipſemet Deus, vti hoc notatur contra. Magiſtrum in primo diſtin. 17. Item, quòd Chriſtus: in triduo mortis ſuæ fuit homo, vt etiam notatur contra ipſum in. 3. diſtinc. 22. & in articulis Pariſien. ca. 33. quæ propoſitio, non eſt hæretica, quia non eſt expreſſe contra aliquam veritatem catholicam: nec contra determinationem eccleſiæ: neq; ſapit hæreſim, quia non eſt contra prædicta expreſſe: ſecundum probabilem tantum, ſed ſecundum certum communemq; ſenſum ſapientum, & contra rationem naturalem manifeſtā: ideo eſt erronea in fide. Nam bene ſequitur, eſt homo. ergo non eſt mortuus. quamuis magiſter male neget conſequētiam: dicens contra omnes, quòd vt verum ſit & dicatur homo, ſatis eſt, quòd habeat corpus & animam rationalem, ſibi: vel in ſeipſo vnita, tanquam in vno tertio, & mediate, licet non ſint anima & corpus immediate vnita inter ſe, & ita poſſunt ſtare & hominem conſtituere, ſimul cum veritate huius: Chriſtus tunc mortuus eſt. Item, erroneæ in fide, & non hæreticæ propoſitiones, ſunt, dicere, quòd Chriſtus in triduo vere dicitur mortuus, & non mortuus. quódq; anima ſeparata eſt perſona. quòdq; in angelis præmium præceſsit meritum, vt notatur contra Magiſtrum, in articulis Pariſientibus ca. 33. Ibidem etiam ca. 4. & 27. condemnatur vt erroneū dicere, quòd multæ veritates creatæ fuerunt ab eterno, quæ non ſunt ipſe Deus. Item, quòd primum nunc, vel principium; & creatio paſsio, non ſunt creator, nec creatura. item, quòd malus Angelus, in primo inſtanti ſuæ creationis, & ſemper fuit malus. item, quòd Angelus in eodem inſtanti, poteſt eſſe in diuerſis locis, & eſt vbiq; ſi velit. item, quòd habens meliora naturalia: neceſſario habebit maiorem gratiam & gloriam. item, quòd liberum arbitrium, habet potentiam naturalem tantum paſsiuam; ad recipiendū gratiam, & non effectiuam aliquo modo, vt habetur ibidem ca. 6. item, ibidem ca. 7. quòd Angelus, & anima ſeparata, nuſquam eſt, nec mutatur in operatione, & quòd Angelus nihil intelligit de nouo. item. ibidem ca. 8. quod quando anima rationalis recedit ab animali; ad huc remanet animal viuum. item, quod anima Chriſti, non eſt nobilior anima iudæ; quod intellige; in naturalibus cōſequētibus ipſam ſpeciē hominis, & cōplexionem nam in ſpecie conſtat quod neutra alterā excedit, quo ad eſſentialia ſpeciei hominis, ex quo vterque homo, eiuſdē ſpeciei eſt. item, quod nullus intellectus eſt alio nobilior, quod itellige vt dictū eſt. itē, ibidē ca. 9. quod manente ſciētia in particulari & actu, voluntas non poteſt agere contra eā. quodq; ſi ratio recta, ēt voluntas recta eſt. itē, ibidē ca. 11. quod ſi celū ſtaret ignis nō ageret ī ſtupā quia nec Deus eſſet. itē, ibidē ca. 28. quod Deus vult volūtate bene placiti, quod ille peccet, & ſit peccator: quod tamē Deus ipſe, per ſuā legem reprobat. itē, ibidē ca. 25. quod malus, quacunq; malicia actuali & habituali, æqualibus adinuicē, non eſt peior ex actuali & habituali ſimul, quā ex actuali tantū, vel tantum ex habituali: & ſimiliter de bono, quod nō eſt melior ex vtroq;, quàm ex altero tantum. item, quod nulla creatura: nec circūſtantia rei bona diminuit peccatū, quin ſit tantū: quantū foret ſine illa, cœteris paribus. quia ex his naturalibus nō augetur bonitas, nec malicia actus. itē, quod pia intētio & pietas naturalis, augent & nō diminuunt peccatū, cęteribus paribus. item, quod probabile eſt, cognitionē & volitionē nō eſſe diſtinctā ab aīa, immo quod eſt ipſa aīa. item, quod tenendo, cū communi ſnia doctorū: ꝙ volitio & ſenſatio ſint qualitates ſubiectiue in aīa exiſtentes: quas Deus ſe ſolo creare pōt, debet ēt conſequenter cōcedi, quod Deus poteſt facere ſe ſolo, vt aīa odiret, Deum & proximū non demeritorie. item, quod propter bona opera futura alicuius præuiſa, Deus prædeſtinauit hominē ab eterno, & propter bonū vſum liberi eius arbitrii præuiſum. item, contra illuminatos, vt erroneum condēnatū eſt dicere, quod ſexta feria ebdomadæ ſanctæ: nō eſt ploranda paſsio domini noſtri ieſu Chriſti, ſed potius, intus & foris, letandū eſt. Sed hæc ēt, videtur ſapere hæreſim, vel ſuſpecta, quatenus videtur reprobare conſuetudinē, & doctrinā cōem eccleſiæ. itē, dicere quod oīs actus, qui nō ſit propter Deū, mortale peccatū eſt. item, quod in beatitudine eſt fides aliquo modo, vt ſolet notari cōtra durandum. & hoc videtur ſapere hæreſim cōtra id prima Corinth. 13. videmus nunc per ſpeculum tūc autem facie ad faciem &c. Et ibidem, tunc euacuabitur, quod ex parte eſt. itē, erroneum eſt dicere, quod melius eſt conſiderare alia Dei beneficia quā Chriſti paſsionē, & ita per inquiſitores cōdēnatū eſt cōtra illuminatos. item, multis videtur erroneū & nō ſolū rigurofum dicere, quod decedētibus pueris in ſolo peccato originali, debetur pęna ſenſus, vti Silueſter in ſua aurea roſa ſuper Euangeliū de defunctis, & cōiter doctores in. 2. diſtin. 33. latius probantur. itē Angeſt in morali ca. 6. cōtra Florētinū & alios dicit erroneū et nō ſolū riguroſum eſſe, tenere, quod motus primo primi, qui videlicet ſine vlla deliberatione, etiā interpretatiua aliciti aut producti ſunt, neq; ſunt in noſtra poteſtate, ſint peccata venialia, vel ad aliquam culpam, vel pœnam imputabilia ſint.

Multæ etiam aliæ ſunt propoſitiones erroneę in fide, ſimul et hæreſim ſapientes, vel etiam hæreticæ in ſe vel in ſua radice vel præſuppoſito. quales ſunt quæ ſequuntur. quod actus exteriores

adorationis aliarumq; uirtutum non ſunt neceſſarii ſi in corde habentur: Immo & quòd ſunt actus imperfectorum. Item, quòd non eſt bonum producere in proceſsionibus imaginẽ Dominæ noſtræ. Item, ꝙ non eſt plorãda paſsio domini noſtri &c. vt ſupra dictum eſt. Item, quòd in memento miſſę Sacerdos non debet ſpecialiter aliquid petere à Deo. Item quòd non eſt bonum legere ſanctos libros pro ſpirituali animæ conſolatione. Itẽ quòd opus factum ex charitate non fit propter Deum ſed ex proprio intereſſe. Item quòd Adam etiam ſi non peccaſſet non intraſſet cœlum niſi Chriſtus pateretur. Quamuis iſtæ propoſitiones ſolum vt erroneæ contra illuminatos per inquiſitores ſint condemnatæ. tales etiam videntur ſequentes propoſitiones, quamuis in articulis Pariſien. ſolum vt erroneæ condemnentur, in ca. 5. 8. & 9. quòd intellectus omnium hominum eſt vnus, & idem numero. Item, quòd falſum eſt: vel ſaltem improprie dicitur, quòd homo intelligit. Item, quòd liberũ arbitrium eſt potentia tantum paſsiua, non actiua: quòdq; neceſſario mouetur ab appetibili. Itẽ, ibidem ca. 6. quòd de Deo non poteſt cognoſci niſi quia eſt, ſiue ipſum eſſe. Item, quòd Deum eſſe ens per ſe poſitiue, non eſt intelligibile, ſed priuatiue eſt ens, aut per ſe intelligibile. Item, ibidem ca. 9. quòd appetibile & obiectum eſt tota ratio motus voluntatis. Itẽ, ca. 10. quòd humanitas non eſt forma rei, ſed rationis. Itẽ, ca. 14. quòd nihil contingenter euenit, ſed omnia neceſſario. item, ca. 18. quòd non eſt curandum de ſepultura: item, ca. 24. quòd generare & generari accepta notionaliter: ſunt idem inter ſe. Item ca. 28. quòd ſi quis homine vſum liberi arbitri, ſi ſic tentetur de adulterio, quòd ei etiam cum gratia reſiſtere nõ poſsit, & ita cognoſcat alienam: non committit adulterium, & ſic de aliis peccatis. Sed hæc hæretica videtur in præſuppoſito, contra id prima Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari vltra id quod poteſtis &c. Item, ca. 33. quòd ſolum reſurget in iudicio id quod ab Adam, in quemlibet hominem deſcendit per propagationem: quia nihil extrinſecum tranſit in veritate, humanæ naturæ. Sed hæc ſapit ẽt hæreſim aut eſt hæreſis contra id Iob. 19. In nouiſsimo die ſurrecturus ſum: quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius &c. Itẽ, quòd brutum nõ comedit verum corpus Chriſti etiam ſi videatur. hæc etiam videtur ſapere hæreſim, aut hæretica in præſuppoſito, quatenus præſupponit cum Lutheranis: quod non eſt Chriſtus ſub ſpeciebus ſacramentalibus, niſi quatenus eſt ad vſum hominũ. Item, quod qui vxore viuente aliam alibi duxit, & ex conſcientia vult hanc dimittere, & non poteſt quia cogitur ab eccleſia eam tenere & ei debitum reddere, quia ſibi nõ creditur, quod excuſatur per obedientiam, & timorem & tenetur ei debitũ reddere, ſi petatur. Sed hæc etiam videtur hæreſim ſapere, aut hæretica eſt. quia id eſt fornicari: nec in hoc tenetur eccleſiæ obedire cõtra Deum: nec id præcipit eccleſia ſed oppoſitum decernitur in ca. inquiſitioni, de ſent. excom. quamuis excommunicationem humiliter pati teneatur, & multæ aliæ eiuſmodi erroneæ propoſitiones ſunt. Immo & in Concilio Baſilien. ſeſſ. 22. propoſitio male ſonans dicitur erronea in fide: forte quia ad illum malum ſenſum quem ſonat, erronea in fide, & ſępe etiam heretica eſt, vti ex ſupra dictis atq; dicẽdis poteſt conſtare.

§. 10. *Suſpecta de hæreſi.*

Suſpecta autem de hæreſi, dicitur illa propoſitio, quæ ẽt proprie impia eſt, videlicet ea: quæ ſi nõ ſit hæreſis manifeſta, tamen eius ſuſpitionẽ generat, apud uiros bonos atq; ſapiẽtes. Et ita impium, & de hæreſi ſuſpectum eſt dicere, quod non eſt curandum de hiſtoriis vitiisq; ſanctorum, quas eccleſia legit & admitit in officio diuino: neq; de vitis patrum, & reuelationibus, & miraculis ſanctorum per eccleſiam tanquam piæ etiam probabiliter credendis, & approbatis, de quibus ſupra. §. 3. 4. 5. dictum eſt. quodq; non eſt eis vlla fides adhibenda. Item dicere quod non eſt curandum de ceremoniis exterioribus quia vergunt ad iudaiſmum vti cenſura Pariſien. inter alia in titu. 18. hæc ita & optime notauit contra Eraſmum. Suſpecta etiã de hæreſi, vt ait Scotus in. 2. diſtin. 2. q. 6. eſt illa propoſitio quæ in aliqua vniuerſitate inſigni ſolemniter eſt condemnata. Addo & ego, quod hæc ſępe eſt etiam hæretica, vel erronea, vel ſapiens hæreſim. Aliquando etiã ſuſpecta de hæreſi dicitur ea quæ eſt male ſonans aut hæreſim ſapiens, vti ſuperius. §. 8. & 9. dictum eſt. Ad hęc autem ſecundum Gerſon alph. 14. t. notandum eſt quod prædicta ſuſpitio de hæreſi, aut de ipſam propoſitionẽ proferente, vel ſuſpectum ipſum de hæreſi faciens, aliquando eſt leuis, aliquando vehemens, aliquando violenta. Suſpitio leuis de hæreſi tunc eſt, quando ex ſignis exterioribus operum: vel verborum bene perpenſis: eſt coniectura per quam concluditur, non quidem frequenter; ſed raro vel contingẽter; vt in paucioribus, quod talia agẽs vel dicens hęreticus eſt. Ita quod eſt conſequentia quædã leuis & topica, vt ſi arguatur. Petrus non venit ad eccleſiã in natiuitate B. virginis, ergo nõ bene ſentit de ea. item, Petrus frequenter peierat ergo nõ bene credit de Deo. Suſpitio vehemẽs eſt, quæ prouenit ex ſignis vel verbis ex quibus arguitur frequẽter vt in pluribus, quod talia agens, vel dicens, hęreticus eſt. Vt ſi quis publice & palam neget ea quę debet ex officio ſcire pluſquam alii: quamuis poſsit in rei veritate negatio talis, ex ignorantia vel ex animi leuitate, non ex hæretica prauitate prouenire, vt ſupra. §. 7. in. 3. notabili dictum eſt de viro parum litterato, qui negaret Chriſtum eſſe riſibilem. Suſpitio violenta eſt, quę ſumitur, ex ſignis, vel verbis, ex quibus efficaciter, & ſemper concludi ſolet quod talia, dicens, & faciens, hęreticus eſt. vt ſi quis publice prędicet, ꝙ Chriſtus non

fuit

fuit verus Deus & homo, quòd nõ eſt altera vita, quòd licitũ eſt fornicari, & homines paſsim vt beſtias occidere; aut ſi publice vel manifeſte, adoret ſepulchrum Mahometi: aut Serio non ioco, deferat manifeſte habitum iudeis appropriatum. Conſtat enim quòd poſsibile eſt ita facientem, tenere veraciter intus in animo ſuo fidem catholicam, vt dicitur de Salomone propter mulieres idolatrante, & de ſancto Marcellino, idolis ex timore thurificante: qui non ideo vere hæretici in mente dicuntur. At vero eccleſia, non de occultis ſed de exterioribus iudicans, arguit in talibus præſumptionem, aut ſuſpitionem violentam, & ſecundum eam iudicium fert, vti. tertio regum. 3. de meretricibus, Salomon legitur iudicaſſe. Et hoc eſt verum niſi talis violenter ſuſpectus: ſe legitime purgaret, allegando, & probando ignorantiam timorem, vel fictionem, vel aliud eiuſmodi, paratũ corrigi ſe demonſtrans. hæc Gerſon. Et conſonant iuriſtæ licet ad aliud propoſitum vti Silueſter. iudicium. q. 3. & præſumptio. Et Simancas in inſtitutionibus catholicis ca. 1. 25. 26. 49. 53. 54. optime hæc omnia reſoluunt. Sępe etiam iſtę propoſitiones, aut etiam opera vehementer ſuſpecta de hæreſi dicuntur ſapere hæreſim, vt ſupra in. §. 8. dictum eſt.

§. 11. Impia. Propoſitio impia poſitiue, eſt illa: quæ non eſt probabilis, & ſimul notabiliter detrahit pietati fidei & deuotioni fidelium. Sępe etiam dicitur illa, quę in fidelis, vel blaſphema, vel etiá hæretica eſt.

Non pia. Illa autem propoſitio, quæ cùm ſit probabilis contrariatur, pię credulitati vel illam negat non tamẽ notabiliter derogat fidei pietati, aut deuotioni, nõ dicitur impia poſitiue, ſed non pia priuatiue.

§. 12. Rigoroſa. Dura. Rigoroſa vero, vel dura propoſitio eſt illa, quę ad nimis difficile aſſerit nos obligari, ſine motiuo ſufficiente, aut non ſatis probabiliter, vt quòd pueri ſine baptiſmo decedentes pœna ſenſus torqueri debeant. Item quòd omnis motus primo primi ſunt peccata. quam etiam Angeſt. dicit erroneam vt ſupra. §. 9. Item quòd diebus feſtis tenemur nos in ſtatu gratiæ reponere. Item ſecundum multos doctores dura opinio videtur quòd ſatisfactio facta in peccato mortali non valet coram Deo ad releuationem pœnarum debitarum pro peccatis iam quo ad culpã remiſsis. Et multæ aliæ ſunt eiuſmodi duræ, vel rigoroſæ doctorũ opiniones, quæ tamen non ab omnibus reprobantur.

§. 13. Temeraria. Propoſitio temeraria eſt, quæ nõ de errore nec de hæreſis ſuſpitione, ſed de temeritate, & impudentia notatur. Et eſt ea, quæ in doctrina fidei, vel morum inſolenter & nimis audacter, ſine ſufficiẽte motiuo, vel probatione profertur. Quæ duplex eſt. Prima, quæ aſſerit pro certo, id quod nulla ratione, vel auctoritate probari poteſt, etiá ſi id poſſit eſſe verum. quia ad ſic aſſerendum nulla ratio probabilis, vel auctoritas ſufficiens habetur. vt dicere, quòd hinc ad tot annos mundus finietur. Itẽ, quòd iſtæ vel illę eſt præſcitus, aut prędeſtinatus: ſaluus, aut condemnatus. aut quòd tot ſunt in hoc die ſalui, aut condemnati. quòd illa hoſtia altaris non eſt conſecrata, ideo nec adoranda. Et hmõi ſunt multæ vanæ prophetiæ, & reuelationes. quæ quidem temerariæ propoſitiones, quando ſunt ſcádaloſæ, aut iniurioſæ, aut continent aliquem errorem, vtiq; pertinent ad inquiſitores: aliàs non.

Secundo modo, temeraria propoſitio eſt, quæ ſine ſufficiente ratione, vel auctoritate manifeſta eſt contra aliquos doctores ſanctos per eccleſiam approbatos, vel contra cõem doctrinam ſanctorũ ſiue doctorũ approbatorum, aut contra decretũ, vel cenſuram cõem, atq; ſolẽnem alicuius vniuerſitatis celebris, in eccleſia, puta Pariſienſis, Salmãticen. Compluten. & ſimilium, & hæc dicitur à Scoto quòd eſt etiá de hęreſi ſuſpecta, & ſępe erronea in fide vt ſupra. §. 10. habetur. Et à fortiori erit propoſitio temeraria, quæ eſt contra doctorum omnium ſcholaſticorũ cõem firmamq; ſñiam in fide, & moribus, & vix hęc ab hęreſi, vel errore erit immunis.

Quod ẽt probat Cano de locis theologicis, lib. 8. ca. 4. & lib. 12. ca. 11. quadrupliciter. primo quia in cle. 1. de ſum. tri. & fid. cath. eligitur vt probabilior opinio iuniorũ ſcholaſticorũ de virtutibus infuſis in baptiſmo. ſecundo quia nõ ab oĩbus idẽ aſſereretur, niſi diuino ſpiritu ad eandẽ veritatis ſententiam agerentur. quo fit, vt contra cõem eorum omnium firmam ſententiam, vel hęreſis, vel ei proximũ ſit. quia ea ſñia ſemper deducitur à ſacra ſcriptura, vel tradditione apoſtolorũ, vel decretis Cõciliorũ, ſiue pontificũ eccleſię Romanę. quę ſi euidenter inde deducatur eius oppoſitum erit hęreticum; ſi probabiliter eius oppoſitum ſapiens hęreſim erit, vt ſupra. §. 7. & 8. habetur. tertio quia eccleſia in ſuis diffinitionibus ſequitur cõmunẽ ſententiam ſcholaſticorũ, quæ ſi eſſet erronea, certe, vel exploderetur manifeſte, vel eius errorẽ totá redundarẽt eccleſiam quod fieri non poteſt. quarto quia id Math. 10. Qui vos audit me audit, ẽt cõuenit his doctoribus ſcholaſticis ſucceſſoribus pręcedentium, ſecundum id, Epheſ. 4. Dedit quoſdá paſtores, & doctores &c. Plurium autem, licet nõ omnium ſcholaſticorum ſententia, tantã probabilitatem facit, quantum eius rationes & auctoritates probãt: ideo oppoſitũ huius ſententię nõ temerarium, ſed probabile, vel opinatum eſt, ſecundũ aliorum probabilem ſententiam tenere. Ideo diximus quòd cõtra cõem omnium ſcholaſticorum firmam ſententiam tenere, temerarium valde eſt.

Similiter eſt temeraria propõ, quę ſine manifeſta, et ſufficiẽte probatione, eſt contra aliquá hiſtoriá, legendã, aut reuelationem per oẽs fere, aut per plurimos cõmuniter ſapientes, aut per eccleſiá approbatam, ſiue receptam, ut pie & probabiliter credendam, ſiue tenendam: aut quæ eſt contra ri-

tum uel conſuetudinem alicuius eccleſiæ catholicæ, de quibus ſupra. §. 3. 4. 5. latius habetur? Et hæc propoſitio temeraria. ſecūdo modo ſupradicto, dicitur etiam impudens, & inſolens & grauiter puniri ſolet ab iniquiſitoribus hæreticæ prauitatis: ad quos eius punitio pertinet: quia uix caret errore aut hæreſis ſuſpitione ſiue ſapore, & de auctoritate doctorum ſanctorum Abulen. in defenſorio par. 2. ca. 83. latius agit.

Temeraria & impudēs.

Et Turrecremata in ſum. de eccleſia lib. 4. par. 2. c. 11. dicit ꝙ temeraria propō eſt, quæ eſt cōtra ea quæ probabiliter tātū ſequitur ex diffinitis, per Papam, uel Conciliū generale, uel per omnes doctores ſanctos, uel approbatos. Sed hanc ego potius ſapientem hære ſim appellarem uti ex ſupradictis hic & in. 8. §. conſtare poteſt.

Igitur temerarium hoc ſecundo modo & impudens eſt iuſtificare aliquem actum ſiue cōtractum ſine ratione ſufficiente quem doctores communiter condemnant: uel econtra reprobare: quę illi iuſtificant. Item, dicere cū Eraſmo, cōtra omnes theologos ſcholaſticos, quòd Chriſtus ut homo, non fuit beatus in anima, neq; habuit ſemper claram uiſionē ſuę diuinitatis ab inſtāti ſuę cōceptionis. Item, quòd plorātes ſua peccata ſunt proprio tanti ſuæ uoluntatis. Sicut etiam in philoſophia eſſet temerarium & impudens, dicere contra omnes philoſophos, quòd lapis non componitur ex materia & forma, uel quòd non eſt mixtus ex elementis formaliter, aut uirtualiter. Item, quòd nō eſt ploranda paſſio Chriſti in. 6. feria ebdomadæ ſanctæ: quàmuis & hæc etiam ſit erronea ut ſupra §. 9. habetur. Item, quòd beata uirgo non eſt aſſumpta glorioſa in corpore & anima ſimul in cœlum. ut ſupra §. 1. in fine latius habetur. Item dicere quòd uirtutes non infunduntur ſimul cum gratia in baptiſmo: quia ut probabilius oppoſitum eligitur ab eccleſia in clem. 1. de ſumma. trini. & fid. cath. Item, dicere quòd hic uel ille, priuilegio, ſanctificationis ī utero matris, a cōi lege fidei uel ſcripturæ ſacræ, eſt liber à peccato, ſicut beata uirgo, aut Ioānes Baptiſta fuit. Quia licet per hoc priuilegium, non tollantur ſed ſimul ſteut leges communes fidei: at uero, ſine cauſa rationabili & ideo temere infringūtur, ut ait ēt Cano ubi ſupra lib. 12. cap. 11. ubi hæc late proſequitur. Similiter temerarium uidetur negare reuelationes ſanctæ Brigidæ & hiſtoriam Abbatis Vlſini quæ legitur in multis eccleſiis de celebranda immaculata conceptione beatæ uirginis Mariæ. Inſuper & erroneum & impium eſt reprehendere talem celebritatem in his temporibus ſecundum ritum eccleſiæ Romanæ, uel etiam plurium eccleſiarum, ex quo eccleſia Romana, hoc recipit, tenet, & fouet, ut pium & probabile, magis quàm oppoſitum, de hæreſi autem taceo.

Tandem nota, quòd non eſt temerariū id quod proponitur tanquàm ueriſimiliter dictum, aut factum ad pios affectus excitandum & ad bonū promouendum, ut ait Caſtro de punitione hæreticorum lib. 1. cap. 3: & Simancas de hæreticis cap. 52. §. 8. qualia ſunt multa quæ boni uiri pie contemplantur, ueriſimiliter dicta, aut facta eſſe, ſine aſſertione tamen pertinaci, quàmuis fatuæ quædam deuotiones ſint. ideo hæc non pertinent ad inquiſitores hæreticæ prauitatis.

Propoſitio male ſonans & piarū auriū offenſiua: eſt, quæ cū bonū & malum ſenſum habere poſſit; & cum expreſſa modificatione ſit uera & bene ſonans: tamē ſic abſolute prolata communiter accipitur in malo ſenſu quem ſonat: ideo & dicitur piarum aurium offenſiua ſimul & male ſonans. quia & abſurdum & peregrinum ſenſum ſonat & refert auribus religioſorum, ſapiētumq; uirorum communiter: & à ſincero & ſano eccleſiæ ſermone atque doctrina diſcrepare uidetur. quàmuis bonū ac uerum ſenſum habere poſſit. Et nota quòd illæ dicuntur aures piæ quæ recte callēt ſenſum propoſitionis auditæ ſimul & recte de fide ſentiunt & moribus. Quo fit ut ſi talibus auribus propō male ſonat piarum auriū offenſiua ſic, & male ſonās. Iſtæ propoſitiones abſolute prolatæ ſunt malæ ſonantes. Deus creat aut facit malum. Deus non facit malum. Vtraq; n. contradictoria quàmuis contineatur in ſacrā ſcriptura condemnatur a Beato Auguſtino in lib. de hæreſibus cap. 65. 67. & ab Iſidoro 24. q. 3. cap. Vltimo, quędam autem. quæ tamē cum limitatione expreſſa ſunt uerę, puta quòd Deus facit malum pœnæ, non autem malum culpæ nec naturam eſſentialiter malam. §. 14.

Male ſon[ans] Piarum a[u]rium offe[n]ſiua.

Item, male ſonat dicere abſolute quòd in diuinis pater eſt maior filio, & quòd Chriſtus eſt creatura, & quòd orat pro nobis. quòdq; Chriſtus quotidie peccat. quæ propoſitio in concilio Baſilienſi, ſeſſ. 22. ēt dicitur erronea in fide. quę tamē propoſitiones cū ſuis limitationibus expreſſis ſunt uerę & bene ſonantes, puta, quòd pater eſt maior filio homine, ſeu ut homo eſt. quòd Chriſtus, ut homo eſt, creatura, & orat pro nobis, quòd Chriſtus miſticus qui eſt eccleſia, uel corpus Chriſti miſticum quotidie peccat in aliquo membro, ſeu perſona eius.

Item, male ſonat dicere, quòd impertinens eſt Chriſtianę perfectioni manducare uel non mādu care carnes, aut quòd homines in ſola lege naturę ſaluari poſſunt, aut potuerunt: nam ſi excludit fidē Chriſti, hęretica eſt, uera autem ſi illam includit aut pręſupponit. ideo id explicandum eſt.

Itē male ſonat, quòd tres perſonę diuinę, ſunt tres dii, quàmuis habeat bonū ſenſum, in quo moderni dialectici in rigore ſuę dialecticę eam concedunt, ſ, quòd tres perſonę habent eandem deitatem: ideò explicanda eſt, quia abſolute eccleſia in Symbolo Athanaſii oppoſitū cōfitetur unus Deus & non tres Dii. Multa namq; tacita ſępe nocent, quę expreſſa iuuant & econuerſo.

Item

Item, male ſonat quòd eccleſia Romana eſt Synagoga Sathanæ, ſed explicanda eſt, quòd in eccleſia Romana ſunt multi peccatores faciẽtes Synagogam Sathanę, multi etiam Iuſti facientes eccleſiam iuſtorum & diuinam. Sed quia prædictum bonum ſenſum vix habere poteſt, & in malo, & hæretico ſenſu communiter accipitur: ideo ſimpliciter hæretica, & ſcandaloſa dicenda eſt. Ad prędicta, nota primo quòd licet, aliquæ propoſitiones, nobis male ſonantes: abſolute habeantur in ſacra ſcriptura, & in doctoribus ſacris antiquis: & poprer eorum reuerentiam & maieſtatem talis illis licentia licuerit & toleretur: maxime illo tempore quo non erat periculum, neque tunc male ſonabant, ſed in bono ſenſu communiter accipiebantur, vt de ſapientia genita ſiue diuina dicitur, quę eſt creata eccleſiaſt. 24. ab initio & ante ſecula creata ſum. Et Eſa. 45. Ego Deus creans malum vt ſupra. Iam tamen nobis, nõ licet ſic abſolute loqui, neq; talis licentia extendenda eſt; ſed cum ſua explicita modificatione catholica, & ad certam normam ſecundum communiter doctores tales propoſitiones proferendæ ſunt. Neque enim eadem licentia conuenit omnibus quæ maieſtatem regiam, ſiue diuinam decet. Ex quibus etiam conſtat, quòd aliquo tempore ſunt aliquæ propoſitiones abſolute male ſonantes ex aliqua cauſa tunc vigente, quæ alio tempore tali cauſa ceſſante, male ſonantes nõ ſunt. Aliæ autem ſunt ſemper male ſonantes, & pias aures offendentes, vt ipſa conſtat experiẽtia. Cum his omnibus ſupradictis concordat Caſtro de punitione hæreticorum lib. 1. ca. 3. Et Simãcas, in inſtitutionibus catholicis ca. 52.

Nota ſecundo quòd propoſitio male ſonans nõ abſolute hæretica, ſed cum addito, ſcilicet in malo ſenſu quem ſonat hæretica: abſolute aut male ſonans cenſenda, & vt talis abſolute reprobanda eſt, vt ſuperius. §. 7. latius de hoc. Tametſi in Concilio Baſilien. ſeſſ. 22. appelletur hæretica abſolute, propter ſenſum hæreticum quẽ abſolute prolata propoſitio ſonat, & in 24. q. 3. quidam autẽ. idẽ ea de cauſa ſimiliter fit quoad illas propoſitiones, Deus facit malum, Deus non facit malum. Quomodo aũt cõtra tales procedẽdũ ſit inferius ſequẽti. §. 15. latius habetur in. 5. notabili ibi videatur.

§. 15. Blaſphema. Propoſitio blaſphema eſt, quæ conuitium, aut vituperium iniuriam, vel irriſionem, aut derogationem, ſeu diminutionem honoris, vel excellentiæ diuinæ vel alicuius ad Deum quoquo modo pertinentis infert, in ſe vel in modo dicendi. Quare vituperia, in Sanctos, in eccleſiam, in legem diuinam, in ſacramenta, in cultum diuinum, & huiuſmodi, quæ ad Chriſtum referuntur blaſphema ſunt. Vnde blaſphemũ eſt dicere, ſanctos nõ eſſe colendos, nec orandos, nec poſſe iuuare deuotos ſuos, vel quòd æque fidendũ eſt orationi cuiuſlibet peccatoris viuentis, ſicut orationi cuiuſlibet ſancti aut ẽt B. virginis iã in celo regnantis, vt blaſphemabat lutherus. Item, quòd religiones ſunt laquei animarũ, & quòd ſancti eas fundantes peccauerunt, vt blaſphemabat Wicleff. Item, quòd omnes actus, procedentes à libero arbitrio, ſunt peccata, quòdq; actus exteriores, adorationis, & humiliationis ad ſacrã euchariſtiã, ſunt actus imperfectorũ, & vt blaſphemæ ſunt hæ propoſitiones cõdẽnatæ cõtra illuminatos. Blaſphemũ eſt etiã dicere, Deũ eſſe iniuſtum; vel excedere in punitione, ſeu reprobatione aliquorũ, aut aliquem male tractare, aut improuide, & non recte ſe habere in tali vel tali actu, aut Deũ poſſe peccare aut mẽtiri, aut ipſum non poſſe aliquid quod eius bonitati vel omnipotentiæ nõ repugnat. Item, dicere quòd ſacramẽta ſunt vana, aut illaqueatiua animarũ, aut quòd in frequenti confeſſione plus ſordidatur homo, & quòd indulgẽtiæ ſunt pię fraudes Chriſtianorũ.

Blaſphema ſunt ẽt, quædã ſpurcorũ hominum ſordida ſimul & falſa dicta, quę ſpurcicias de Chriſto, & Sanctis ẽt iocoſæ cõtinẽt: aut ſonant, vt ſunt ſcomata fęda quæ ſpurci hoĩes iocoſe dicunt. oẽs etiam ſupradictæ ſimul hæreticæ ſunt.

Nota. 1. Sed ad maiorẽ declarationẽ nota primo, quòd ſtat ſæpe propoſitionẽ eſſe blaſphemã ſimul & hæreticam, in ſe aut in ſuo præſuppoſito, hæreticam quidẽ quatenus cõtra fidẽ, blaſphemã aũt; quatenus contra debitã, & honorificã confeſſionẽ fidei, aut ĩ eius aut Dei vituperiũ eſt, ſiue quoquomodo redundat, in ſe, ſeu in modo dicendi. Quod ideo dico: quia iurantes per pudenda, mẽbra Chriſti, vel ſanctorũ, licet nõ ſint blaſphemiæ ratione dicti in ſe, eo quòd nõ mentiuntur, neq; quid falſum dicũt contra eos, cũ uere talia mẽbra habeant uel habuerint: at vero in modo dicẽdi blaſphemi ſunt, dũ innuunt, atq; ſignificant adhuc aliquid in Chriſto, & ſanctis, ſicut in nobis eſſe pudendum, ignominioſum, aut vituperabile. ſtat rurſus blaſphemiã in factis eſſe, ſiue demõſtrari, ſicut in verbis. Nã qui per contumeliã expueret in Chriſti, aut ſancti alicuius imaginẽ, aut illã cæderet aut cõculcaret, hic plane blaſphemus iniurioſus eſſet, ſicut qui iracũdus pugnum contra Deũ in celũ minitans erigeret, aut lapides in eũ, furibundus iactaret.

Nota. 2. No. 2. quòd ſtat ẽt aliquẽ proferẽtẽ blaſphemiã hæreticã, ſeu hereticalẽ, & nõ eſſe hæreticum, quia ſine errore ĩtellectus, & ſine pertinacia eſt: ſed blaſphemũ duntaxat. Ideo, vt ait Caſtro de punitione hæreticorũ, lib. 1. ca. 12. & ex. §. 7. dubio. 1. ſuperius cõſtat, nec proprie erit hæreſis, nec erit hæretica propõ niſi ſolũ materialiter, ſed proprie & ſolũ erit blaſphema, & homo blaſphemus: quãdo ille nõ ita ſentit in ĩtellectu, vt loquitur blaſphemãs neque ex erroneo aſſenſu ſeu eſtimatione procedit blaſphemia illa hæreticalis: ſed ex prauo affectu, dolore, iracũdia, aut ex alia vehementi paſsione, aut iocoſe vel ex ſubreptione in illa verba blaſphema, ſimul & hæretica, prorupit. Puta, dicendo Deũ nõ poſſe illũ à tali pœna liberare, aut iniuſte

ſe

ſe habere cũ ipſo, aut non eſſe Deũ, aut dũ ei male dicit, & mala iprecatur, quaſi Deus, vt homo impotens: his malis ſubiici poſsit, & alia huiuſmodi ex ſolo appetitu ſeu paſsione procedentia: cum tamẽ ea proferens credat oppoſitum ſciatque ſe in hoc mentiri, & pro nera fide quam circa hoc habet ſit paratus etiam martirium pati.

Similiter neque quis uere erit hæreticus, neque uere hæretica erit propoſitio, nec hæreſis ullo modo: quando in ſua mente talem dicit ille propoſitionẽ, & in ſolo intellectu reuoluit, ſine ulla illius credulitate, nel aſſenſu, ut ſupra dictum eſt. Et idẽ fere indicium eſt, de propoſitione male ſonante, qnam non in malo ſenſu quis protulit.

Et ratio prædictorum omnium eſt, quia ſecundnm Hilarium de trinitate, de intelligentia hæreſis orta eſt: & ſenſus, non ſermo fit crimen; ſcilicet hæreſis coram Deo, ut ſupra. §. 7. habetur. Ad idẽ eſt de verb. ſigni. ca. intelligentia, & 1. q. 1. ca. Marchion, & 22. q. 5. ca. humanæ. & ibi gloſſa.

Not. Not. tertio, qnòd in foro exteriori, ſerioſe proferens propoſitionem hæreticam, aut blaſphemã, hæreticalem, ſæpe iudicabitur hæreticus, & hæretica propoſitio: niſi ipſe ſe ſufficienter purget, aut probet: quòd nõ cum pertinacia, neque animo hęreticandi, neque ex errore in fide, neque in ſenſu hæretico, aut quòd non ſerioſe: ſed ex ioco, aut ex paſsione uehementi commotus: eam dixit: aut niſi hoc ex coniecturis probabilibus, aut ex aliis circunſtantiis negotii, & perſonæ: probabiliter conſtet, ut ſupra. §. 7. in 3. notabili ex ca. ad abolendam, de hæreti. dictum eſt. Et quia omne male factum prauæ præſnmitur actum, ut in l. ſi non conuitii: c. de iniuri. & de præſumptionibus ca. 1. niſi ut diximus: aliud ex coniecturis appareat. Nihilominus tamen, iſte talis, qui non ex errore intellectus: ſed ex paſsione, ioco, aut ex ſubreptione, blaſphemiã hæreticalem, aut hæreticam protulit propoſitionem, puniendus eſt aliqua pœna arbitraria: moderata ſecundum negotii, & perſonæ, & excuſationis, maioriſq; uel minoris culpæ qualitatem. ſecundum Lapum & Cardi. in clementina 1. de vſuris. §. ſane. quòd ſi non fuit in culpa: illam proferens ſine ulla deliberatione, tũc, uel in cauſa unde ad illam proferendum motus eſt: uel ſi iuſtam cauſam paſsionis uehemẽtis, qua illam protulit, habuit, nullo modo puniendus eſt. videatur breuiter Silueſter titu. blaſphemia. q. 9.

Not. Proferens autem blaſphemiam nullo modo hæreticalem, quæ & nullam cum hæreſi communionem, aut connexionem habet, qualis eſt, quæ committit iurando per Chriſti, aut ſanctorum mẽbra, pudenda, aut quæ uituperium, iniuriam, ſeu contẽptum tantum eorum ſonat, non cẽſetur hęreticus: neque eius punitio: ſpectat iure ordinario ad inquiſitores hæreticę prauitatis.

Not. Not. quarto, quo ad cognitionẽ, & punitionem blaſphemię, ꝙ illa blaſphemia, quæ eſt aliquo modo hęreticalis, ſeu quę cum hæreſi uicinitatem, aut connexionem habet, aut de hęreſi ſuſpitionem, ad inquiſitores ſpectat hæreticæ prauitatis inquirere: non ſolum ex conſuetudine, ſed etiam ex poteſtate ordinaria: eis à iure communi delegata, ſicut & omnia uerba, & facta hęreticalia, aut ſaporem, ſeu ſuſpitionem hęreſis habentia: etiamſi iocoſe fiant. ſecundum ca. ad abolendam. de hęreti. & eo. ti. lib. 6. cap. accuſatus. §. ſane. & ca. vt officium, & Lap. & Cardin. in clemen. 1. de uſuris. §. ſane.

In cuius examinatione, conſideranda eſt qualitas perſonę: ſi ſit aliàs de hęreſi ſuſpecta, uel non, ſimul & tẽpus, & modus, puta ſi ex paſsione in tribulatione: uel citra illam, ex malitia homo ille: in talem blaſphemiam irrupit. Et tunc, ſi his conſideratis: conſtet probabiliter illum ex infidelitate, ſeu errore in fide blaſphemaſſe: procedet inquiſitor, ad illius tanquam hęretici punitionem; pręſertim, ſi ille ſic ſe credere dicat. Si autẽ neget, ſe ita credere quod dixit: & conſideratis pręfatis circumſtantiis: adhuc maneat ſuſpicio illum ex infidelitate dixiſſe: iniungatur illi purgatio ſecundum ius, & de inde pœnitentia moderata. Quòd ſi in purgatione defecerit: tunc id de ipſo faciẽdum eſt: quod de aliis de hęreſi ſuſpectis in ſua purgatione deficientibus: canonica iura diſponunt, in titu. de hęreticis. & de purgatione canonica, & alibi ſecũdum ſubiectam materiam. Si uero, prędictis circunſtantiis conſideratis: conſtet illum non ex infidelitate, ſed ex impatientia, & paſsione aliqua, uel ioco, uel ex ſubreptione blaſphemaſſe: tunc, quia ille non hęreticus: nec ibi proprie hęreſis, ſed ſolum blaſphemns, & blaſphemia, quamuis materialiter tantum hęreticalis eſt, & cẽſetur, ut ſuperius in 2. notabili dictum eſt: iam non habet inquiſitor hęreticorum, ius in illum ad puniendum: ex ſuo iure ordinario, vt aliqui dicunt. Et Simancas in ſuis inſtitutionibus catholicis cap. 8. num. 6. & 8. ait, ꝙ hoc crimen eſt mixti fori pertinens ad tribunal eccleſiaſticum, & ſeculare pręuentiue, ut habetur in ca. 2. de maledi. & in ca. cum ſit generale. de for. compe. Hęc ille. Solent tamen inquiſitores, pręſertim in Hiſpania: vbi viget ſincera fides, & zelus eius, hanc habere ſibi ſpecialiter delegatam auctoritatem, etiam ad puniendum huiuſmodi blaſphemias: maxime quia propter criminis grauitatem, ſimul et cum hęreſi uicinitatem, uel conſonãtiam, ſaltem apparẽtem, cõſuetudo legitime pręſcripta uidetur in hoc, ſicut et in quibuſdam propoſitionibus periculoſis, ſcandaloſis, iniurioſis, et ſeditioſis, et quibuſdam ſuperſtitionibus, et aliis etiã iocoſe dictis, aut factis, ſapientibus hęreſim, uel cum eã communicãtibus, iuriſdictionem tribuiſſe. Quare licet horum cognitio, et punitio ad diœceſanos, et alios iudicea etiam ſeculares de iure pertineat: cũ tamen de conſuetudine legitime pręſcripta, et forte etiam de iure, ut diximus, etiam pertineat ad inquiſitores. uidetur quòd ſit locus pręuentioni.

Cum omnibus ſupradictis: concordat Caſtro, vbi ſupra lib. 1. ca. 12. & latius Simancas in ſuis inſtitutionibus catholicis. ca. 8. & 52. & quòd legitime præſcripta conſuetudo tribuat, ſeu etiam transferat: iuriſdictionem hanc, tenet gloſ. in ca. cum contingat. de foro competenti. & in ca. accedentibus. de exceſſ. præla. & Panor. in ca. ad noſtram. de conſuetu. & in ca. cum dilectus. eo. ti. & in c. quoniam. el 1. Ne prælati uices ſuas. & Turrecremata. 11. q. 3. ca. conqueſtus. num. 3. fo. 168. & q. 1. ca. inexperientiæ. num. 6. fo. 178. & de pœ. diſt. 1. ca. in Leuitico. num. 4. 5. fo. 40. & vnus actus iudicialis: ſine contradictione, ſufficit ad probandum conſuetudinem: quæ valet etiam ſi ſine iudicio contradictorio: fuerit obtenta, ut tenet, & probat Panor. cõtra gloſſam in ca. ſi. de conſuetu. in 6. requiſito. & in c. abbate. in 3. conclu. in gloſ. in verbo contradictorio iudicio, de uerb. ſigni. quòd etiam negligentia prælati: poteſt per alium ſuppleri, videatur Siluester titu. iudex. 1. q. 3. & ti. concilium. q. 4. & extra. de ſupplen. negl. præla.

No. quinto, quo ad propoſitionem male ſonantem, de qua ſupra. §. 14. quòd inquiſitores de illa iudicantes: non ſtatim debent illam abſolute hæreticam, nec eius aſſertorem hæreticum pronunciare: ut ſuperius. §. 7. etiam dictum eſt. Sed propoſitionem ipſam, in malo ſenſu quem ſonat: vtique ut hæreticam damnare, & in bono ſenſu expreſſo quem patitur permittere, abſolute aut ſine alia explicatione, ut male ſonantem reprobare. Tametſi concilium Baſilien. ſeſſ. 22. & Iſidorus. 24. q. 3. ca. quędam autem, abſolute, ut hæreticam condemnant. propter ſenſum hæreticum, quem abſolute prolata ſonat, ut ſupra. §. 14. dictum eſt. Circa aſſertorem autem eius, debent conſiderare: an aliquis illã propoſitionem abſolute prolatam: iuxta ſenſum hæreticũm intellexerit, & ſcandalizatus ſit: & tũc uocandus eſt illius propoſitionis aſſertor: & cogendus, ut uerum illorum verborum ſenſum quæ dixit publicę interpretetur: ut ſic ſcandalum auditorum auferatur. Si autẽ illius propoſitionis aſſertor aliàs de hæreſi ſuſpectus ſit: ſed nullum auditores ſcãdalum ex illis verbis cõceperunt: tunc ſecreto vocandus eſt, & de verborum ſuorum intelligẽtia, interrogãdus: & ſi iuxta catholicum ſenſum dixiſſe conſtet, liber, abſque vlla punitione dimittendus eſt: neque opus eſt, illum ad publicam verborum ſuorum declarationẽ cogere, ne forte ex hoc aliquis ſcãdalizetur, qui ante non fuerat ſcandalizatus. Iuſtum tamen eſt, vt ille per inquiſitores admoneatur: ne ſimilia ſine manifeſta verborum declaratione, iterum audeat dicere. Si uero is neget ſe iuxta hæreticum ſenſum credere: & tamen conſideratis conſiderãdis maneat adhuc ſuſpicio illum ex errore in fide, ſeu ex infidelitate dixiſſe: iniungatur illi purgatio canonica cum moderata pœnitentia, in qua, ſi defecerit, fiat cum eo, ut cum ſuſpectis de hęreſi in ſua purgatione deficientibus, ſecundum iura fieri debet, vt ſuperius in 4. notabili de blaſphemis dictum eſt. Concordat in his Caſtro, vbi ſupra ca. 3. Et Simancas in ſuis inſtitutionibus catholicis, ca. 8. latius ca. 52. & ca. 25. 26.

§. 16. *Infidelis.* Propoſitio infidelis eſt, quæ paganorum infidelitatem ſonat, uel enunciat, vt quòd Deus non eſt, vel quòd ſunt plures dii, quòd non habet omnium ſcientiam, uel prouidentiam, quòd crux, uel ſacra euchariſtia non eſt adoranda, neque ſunt ſancti colendi, & huiuſmodi quæ tenent pagani, quòd in altera uita erit uſus ciborum, & mulierum ut nunc.

§. 17. *Perfida.* Quòd ſi talis error, ad infidelitatem propriam iudæorum pertineat: tunc talis propoſitio proprie perfida eſt: ſicut & ipſi iudæi proprie perfidi ſunt, atque dicuntur: quia negant, & uiolant fidem, et legem Chriſti Deo promiſſam, et pactum ſanctorum patrum eorum, et in ipſorum ueteri lege implicite contentum, ut dicere quòd Chriſtus nõdum venit, quòd lex vetus obligat, et huiuſmodi. Concordat expreſſe Caietanus ſecunda ſecundæ quæſtio. 11. art. 1.

§. 18. *Inſana. Stulta.* Propoſitio inſana, et ſtulta eſt, quæ omnino irrationabilis eſt, et de ratione læſa, aut deprauata, ſeu nõ bene ſana procedere videtur. vel quæ cõtra manifeſtam rationem rectam, ſeu cõtra communem animi conceptionem, cõtinet quod in rectum ſenſum vix cadere poteſt. ut dicere quòd ad recordãdum dominę noſtræ nõ eſt opus eius imagine, ſed ſufficit videre aliquam mulierem. Et quòd petere à Deo aliquid in ſpeciali, eſt vitium proprietatis, et quòd ſexta feria hebdomadæ ſanctæ, nõ eſt plorãda paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed ſolum lætãdum intus, et foris. et quòd opus bonum ex infuſa charitate factum: non fit propter Deum, ſed ex proprio intereſſe, et omnes iſtę propoſitiones, vt inſanæ, condemnatę ſunt, contra illuminatos.

§. 19. *Crudelis.* Propoſitio crudelis eſt, quæ horrorem generat apud audientes: ex crudelitate quam cõtra rectam affectionem naturalem ſonat, uel enũciat, in materia theologa, uel morali, ut dicere, quòd imago beatæ Virginis, aut crux, ita licite cõburi poteſt: ut aliud lignum. Item, quòd nõ curetur de animabus purgatorii: ſed relinquãtur pati, ſecũdum diuinam iuſtitiam, vt Deus vult. Et vt crudeles, hæ propoſitiones cõdemnatę ſunt: cõtra illuminatos. Item, crudele, et irreuerens eſt dicere, quòd ſacra euchariſtia: muribus, aut igni exponi poteſt, ex quo nihil ibi patitur Chriſtus. Item, quòd ſi iudęi Chriſtum nõ crucifigerẽt: beata Virgo illum crucifigeret, ſi opus eſſet pro mundi redemptione, vt volũtati diuinę etiam in uolito, et ex charitate, omnino ſe cõformaret. Quod etiam erroneum eſt, quia prohibitum lege committeret homicidium, niſi de hoc ſpecialem reuelationem, vt Abraam Gen. 22. habuiſſet.

§. 20. *Scandaloſa.* Propoſitio ſcãdaloſa eſt, quę etiam ſi uera ſit ſcãdalum, uel occaſionem ruinę, ſiue peccati, præſtat auditoribus; et maxime ſimplicibus, et infir-

mis,

mis,ut eſt narratio incommodorum confeſsionis ſacramentalis;quam ſecit Eraſmus.Narratio etiá, vel fictio peccatorum occultorum religioſorum, ſiue Pontificum in vulgus.quia inde illi remouentur à confeſsione,& religionum deuotione, & ſuperiorum obedientia,& tandem à fide.Item,abſolute dicere, quòd decimę non ſunt de iure diuino. Item,quòd malus prelatus,eſt fur,& latro, quòdque per cenſuras eccleſiaſticas clerus ſuppeditat populum.& multiplicat auaritiam. quòdq; ſacerdotes malę viuentes polluunt ſuam poteſtatem. quòd ſtulti ſunt clerici ſtudentes in decretalibus. quòd fatui ſunt dantes eleemoſynas religioſis. ꝙ confirmatio,ordinario,& conſecratio iuuenum,& virginum, ex cupiditate reſeruatur epiſcopis, & multa alia eiuſmodi,quorum plura etiam erronea in fide ſunt.Conſonat Simancas in inſtitutionibus catholicis ca.52.

§.21. *Periculoſa.* Periculoſa autem propoſitio eſt, quę abſolute, & generaliter dicit: licitum eſſe, & fieri poſſe, id quod non niſi uix ab aliquibus, & cum multis circunſtátiis fieri poteſt,ut diceret,quòd ſolus cum ſola, in lecto manere diu: & nimis familiariter conuerſare diu cum mulieribus: licite homo poteſt. Item,quòd ſine ieiuniis, & abſtinentiis:homo põt. eſſe perfectus. Item,ꝙ non eſt curandum pugnare contra tentationes,aut malas cogitationes:neque ſunt expellendę,ex quo,ſi non conſentitur eis, nullum peccatum eſt. Item,ꝙ exteriores actus uirtutum, puta adorationum, & aliarum ſanctarum cęremoniarũ,non ſunt neceſſarii,neque expedientes ad perfectionem:ſed potius ſunt actus imperfectorum,quia in corde hęc haberi debent ſecũdum id Io.4. ſpiritus eſt Deus, & in ſpiritu uult adorari. Et omnes hę propoſitiones,ut periculoſę,& ſcádaloſę,& non ſolum ut temerarię, & erroneę,condemnatę ſunt:contra illuminatos.

§.22. *Seditioſa.* Propoſitio ſeditioſa eſt, quę uiam parat ſeditionibus,& factionibus,vt dicere,ꝙ quilibet tiránus poteſt licite occidi,per quemcunque ſubditũ ſuũ. & hęc ut talis, & ſimul heretica cõdemnata eſt cõtra Wicleff, & Io. Guſſ. in concilio Conſtantien. ſeſſ.8.& 15. Nam ultra hoc quod eſt heretica:eſt etiam ſeditioſa,quia ex tali aſſertione aperitur via ſeditionibus, & factionibus,in populo, & rebellionibus ſubditorum. Et per tiránum intelligitur is, qui iniuſte,aut ſine iuſto titulo dominatur,eſtque iam in pacifica poſſeſsione, ſine bello cõtra populum,quamuis per vim illum acquiſierit. Item,ſeditioſum eſt dicere,quod nõ ſunt ferendę iniurię, & iniuſtitiæ, exactiones, & angarię, ſuperiorum in ſubditos:ſed quòd propter hoc cõtra eos rebellandum eſt. Itẽ,quòd ſubditi poſſunt ſuos ſuperiores publice delinquentes, licite punire, eoſq; abiicere:uel ꝙ eis non tenentur obedire.

§.23. *Sciſmatica.* Quòd ſi talis propoſitio, uiam aperit diuiſioni ſubditorum à ſe inuicem: uel à prelatis ſuis maxime à papa:in pertinẽtibus ad poteſtatem,& ſubiectionem eccleſiaſticam: ſciſmatica eſt: quatenus vnionem tollit corporis miſtici, uel eccleſię, ut ſi dicatur quòd papę uendenti diſpẽſationes, & beneficia eccleſiaſtica, aut ea danti pro pecunia, etiam ſi inde nõ ſit diſpendium: aut generale ſcádalum totius eccleſię, nõ eſt obediendum. Item,ꝙ papa errare poteſt iudicialiter diffiniendo: circa fidem & mores,uidetur in his temporibus:ſciſmatica propoſitio hęc abſolute dicta, & ſeditioſa: quia infirmis datur anſa contra papam rebellãdi: licet etiam de hoc opinio aliquorum ſit.

Propoſitio iniurioſa,uel contumelioſa, uel irriſoria,eſt, quę in aliquem aſſerta irrogat ei iniuriá, irriſionem,ſeu contumeliam, aut eius detrahit honori,maxime ſi ſit perſona notabilis,ſtatus,dignitas,congregatio,aut conditio fidelium. erit & blaſphema ſi ſit iniurioſa contra ſacramentum, aut ritum eccleſię. ut ſi dicatur quod de monachis tantũ unus,de clericis autem tot eſſe deberent in eccleſia:quot ſoles ſunt in cœlo. Item, ꝙ papa eſt antichriſtus,& Cardinales ſunt eius miniſtri: quę etiá blaſphema eſt. Item,ꝙ tales clerici,aut abſolute quod clerici,uel religioſi: ſiue prelati,ſunt perditi, adulteri,tyráni,ambitioſi,aut in malo ſtatu: aut ꝙ clerici,uel religioſi cauendi ſunt ab iis, qui ſunt in articulo mortis,ne rapiant eorum bona. Item,ꝙ conſtitutiones eccleſię, ſunt onera phariſæorum, quod confeſsio frequens plus ſordidat animam, quod papa confert indulgẽtias ſymoniace, aut indulgentias indiſcretas: has uel illas,& ſine legitima cauſa,& per conſequẽs inualidas. Item,ut iniurioſę condemnatę ſunt: contra illuminatos etiam ſi ſint temerariæ, & erroneę, propoſitiones iſte,ꝙ ſcilicet plorãtes peccata ſua ſunt proprietarii ſuę uoluntatis,aut ſui ipſorum, ꝙ dimittatur conſideratio paſsionis Chriſti: quia melius eſt conſiderare alia Dei beneficia, & quod ſoliloquia ſancti Auguſtini:ſunt quędam nenię,aut quid fictitium.

§ 2… *Iniurioſ… Cõtume… Irriſo…*

Quare prędicatoribus apprime: cauendum eſt, nedum uitia carpunt ad perſonarum declinẽt iniurias,male illas notãdo,uel ſtatum,uel cõditionem aliquorum:quia ſic poſſent, ut iniurioſi merito puniri:& ne id faciant in clem.religioſi. de priui. per eccleſiam cautum eſt.

§ 2… *Præſum… ptuoſa. Arroga…* Propoſitio pręſumptuoſa,uel arrogans eſt,quę ſine ratione ſufficiente,uel probabili:affirmat aliquem poſſe:ſeu de facto habere,id quod communiter eſt ſupra hominum uires:aut ſupra legẽ communem, ut dicere quod in actu coniugali: poteſt quis habere,ſeu de facto habet: tantam cõtemplationem,& animę puritatem,& eleuationem,& ſerenitatem,quantam in ſancta lectione,vel oratione. Item, ꝙ exiſtens in mundo uxoratus & cum poſſeſsionibus,eſt,aut eſſe poteſt tam liber à curis mundi,& occaſionibus peccatorum,tamq; quieto animo cum Deo,ſicut in religione. Item,ꝙ talis homo uidet cor alterius, tã clare ut manũ ſuam, & ut tales:ſunt omnes hę propoſitiones condem-

natæ

natæ cõtra illuminatos, etiam ſi aliquæ eorum ſint aliàs erroneæ, & aliter qualificatæ, vt patet ex ſupradictis. Item, dicere quòd ipſi reuelantur multa ſecreta diuinitus, & aliorum cogitationes, ꝗꝗue, ipſi apparẽt animæ purgatorii: ſæpe petentes auxilium.

Sæpe etiam propoſitio præſumptuoſa dicitur temeraria: & econuerſo.

§.16. *Fantaſtica.* Propoſitio fantaſtica eſt, quæ potius videtur per affectionem, per fantaſiam vel per imaginationem facta, uel fabricata, quàm ut per rationem uel per auctoritatẽ, probabilis aut uera uideatur, vt dicere quòd animæ purgatorii: in die animarũ apparent ſuis benefactoribus ſpecialibus, aut aliis gratias agentes: pro ſuffragiis: per quæ à purgatorio liberatæ ſunt. Item, ꝗ dies iudicii erit hinc ad tot annos, vt ipſi aſſertori videtur colligi: ex certo numero literarum apocalipſis. Similiter videntur fantaſticæ, multæ diuinationes de futuris cõtingẽtibus, pendentibus præcipue à voluntate diuina: vel à noſtro libero arbitrio: habitæ, & collectæ, ex quibuſdam coniecturis, & ſignis cœleſtibus inefficacibus.

§.17. *Superſtitioſa.* Propoſitio ſuperſtitioſa eſt, quæ ſuperſtitionẽ aſſerit uel enunciat, quæ ſecũdum diuerſas ſpecies ſuperſtitionum multiplex eſt; & aliqua puta hæreſim ſapiens: pertinet ad inquiſitores hæreticæ prauitatis, aliqua non: ſed ad ordinarios, vel alios, vt ſupra. §. 15. de blaſphemia dictum eſt. De quibus ſuperſtitionibus, & aliis eiuſmodi, breuiter agit Silueſter titu. hęreſis. 2. q. 3. & hæreſis. 3. & titulo ſuperſtitio, & Caietanus in ſummula eo. tit. & incantatio, & Paulus Guillandus, & Caſtro de punitione hereticorum, latius agunt.

§.18. *Vana. Scrupuloſa.* Sũt & aliç qualitates propoſitionum, Nam quędam dicitur vana, quædam ſcrupuloſa, quædam irreuerens aut honoris ſeu dignitatis derogatoria, & huiuſmodi, ſecundum cauſas vel effectus ſuos: quæ ad prædictas qualitates facile reduci poſſunt.

Not. Tandem nota, quòd hęc genera ſeu qualificationes propoſitionum: non ita diſtinguuntur quin ſæpe multę earum, ſimul in eadem propoſitione concurrant. Et ita erit eadem propoſitio hęretica, erronea, temeraria, blaſphema, pręſumptuoſa, periculoſa, vel ſcandaloſa, vt dicere ꝗ homo nõ indiget miſericordia Dei ad ſalutem. quòdꝗ; licite poteſt homo recipere ſacramentum euchariſtiæ, ſine pœnitentia peccatorum: confidendo de Dei miſericordia, quæ plus participatur à maiore peccatore. Et quòd non eſt curandum de doctrina ecclesiæ & doctorum, ſed de ſacra ſcriptura ad literã tantum, ut ſonat intellecta.

Et nota, ꝗ huiuſmodi propoſitionum: diuerſæ qualificationes ſumuntur, ex conciliis, & uniuerſitatibus doctorum ſcholaſticorum: & proceſſibus inquiſitorum hęreticę prauitatis: prędicto modo eas qualificantibus, ſecundum etiam communem doctrinam theologorum in 4. diſt. 13. & alibi ubi ſupra allegatorum, vt patet etiam in concilio Conſtantien. ſeſſ. 8. & 15. contra Wicleff, & Ioan. Huſſ. & alios hęreticos, ubi ut dictum eſt eorum errores ita qualificati, diſtinguuntur & condemnantur.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

Vtrum clericus de redditibus ſuis eccleſiaſticis; teneatur in pauperes, & in pios uſus: erogare reſiduum, excepta ſua ſuæq; familiæ decente ſuſtentatione.

Pro reſponſione: pręſupponuntur aliqua ſecundum Abulen. ſuper Matth. 6. q. 74. 75. primo ſupponitur: ꝗ eccleſiaſticorum, quędam ſunt bona propria ſeu patrimonialia, quę ipſi habẽt: non ratione, nec intuitu eccleſię, nec alicuius officii, aut exercitii eccleſiaſtici, ſed aliunde: & de his nõ agimus nunc, nam. eſt idem omnino iudiciũ quod de aliis bonis ſecularibus, & eodem modo ea expendere poſſunt: quomodo res ſeculares poſſent diſtribui. *Nota.*

Secundo, alia ſunt bona eccleſiaſtica, quę ſcilicet ad uſum eccleſię ſpecialiter deſtinata ſunt: puta: ad fabricam, ornamenta, & huiuſmodi, & de his clericus nihil ſumere ſibi poteſt: neq; in alios uſus expendere: neque etiam in eleemoſynas regulariter: niſi in caſu, & cũ certis limitationibus. de quibus etiam ſæpe dicitur in iure: quod alienari non poſſunt, & de his propoſiti noſtri nunc agere non eſt.

Tertio, alia ſunt bona deſtinata ad eleemoſynas, & alios certos vſus pios ex diſpoſitione inſtituentium, aut ea donantium, ut contingit in bonis hoſpitalium, aut capellis pro dotationibus puellarũ, & pro certo genere pauperum: aut ſtudẽtium, & cõſtat quod neque de his bonis poſſunt clerici: aut alii quibus hęc diſtribuenda committuntur: aliter aut in alios uſus diſponere, aut conuertere.

Quarto, alia ſunt bona ſpecialiter pro ipſis clericis aſsignata: vt ſunt redditus, & fructus ſuarum præbendarum. Et ſi hæc ſunt bona immobilia: puta poſſeſsiones, conſtat quod in his clerici habent ſolum vſum fructum eorum: dominium autem pertinet ad ipſam eorum eccleſiam, ſeu ad ipſos in communi: ideo nec poſſunt alienari, ut patet. de rebus eccle. non alienan. et alibi ſępius. de his immobilibus non agimus hic.

Tãdem quinto ſunt alia bona: pro ipſis clericis ſpecialiter aſsignata, puta redditus, et fructus ſuorum beneficiorum: ex decimis, et primitiis, et oblationibus prouenientes quæ ſunt bona mobilia: quę intuitu eccleſię, et pro eorum eccleſiaſtico miniſterio, et officio, ſeu exercitio, ab eis habentur, et de iſtis eſt quęſtio pręſens, et ad propoſitũ, etc.

Et pro fundamento dicẽdorũ: præſupponatur ꝗ etiam hic non intendimus agere, utrum transferatur dominium in eorum expenſione, uel donatione,

tione, in uita et in morte, ea donando uel expēdendo, aut teſtando. Sed agimus vtrum licite ſine peccato: poſsint clerici ea in quoſcunque vſus aliàs licitos expendere, an teneantur in pauperes, & pios vſus duntaxat reſiduum decẽtiæ diſtribuere? Ideo præſupponatur hic, ꝙ clerici ſiunt: ſuntq́; ueri domini. horum mobilium, ita quòd quomodocũque, licite vel illicite, ad pios vel prophanos, etiam ad turpes & inhoneſtos vſus: clerici viuentes ea donent, conſumant, vel diſtribuant, valet talis donatio, fitq́; tranſlatio dominii: ita quòd nec ipſi clerici, nec illi ad quos quocunque modo perueniunt: ea reſtituere tenentur ipſis clericis, vel eccleſię, et hęc opinio: vt iam communis et probabilior, ſupponatur: licet ſit alia opinio in oppoſitum, vt de hoc latius Gabriel in 4. diſt. 15. conclu. 4. & 5. Et Abulen. vbi ſupra, & Adrianus in 4. de reſtitu. q. Vtrum clericus prodigæ conſumens teneatur reſtituere, vt eruditus vir Soto de iuſtitia, & iure lib. 10. q. 4. art. 3. & 4. pulchre tandem hanc quæſtionem reſoluit: & limitat, & declarat opinionem Caietani. 2. 2. q. 185. art. 7. ſecũdum Tho. & alios doctores. Igitur hac opi. ſuppoſita ad propoſitũ quęſtionis pręſentis reſpõdeo per duas propoſitiones ſubſequentes.

1. Propō. Prima propoſitio. de ſupradictis bonis mobilibus, ſeu redditibus eccleſiaſticis: tenentur ipſi clerici, ſpecialiter pręaliis Chriſtianis: in pauperes & in pios vſus diſtribuere, idq́; iure diuino diſpenſabili tamen, & eccleſiaſtico olim ad quartam tenebantur. nunc autem: nullo iure, eſt aliqua ſignata quantitas.

Probatur primum dupliciter, quòd ſcilicet iure diuino præ aliis: ad id clerici teneantur. primo, ratione ipſius ſtatus clericalis. quia quo excellentior ſtatus eſt quàm ſecularis clerici, ad opera pietatis eo magis aſtricti ſunt: atque adeo magis, quo in lege gratię: miniſtri eccleſiaſtici à Chriſto & eccleſia deſtinati ſunt patres pauperum, & paſtores ouium Chriſti: præcipue quidẽ, ad præbẽdum eis paſtum ſpiritualem, minus autẽ principaliter ad corporalem, quatenus ad ſpiritualẽ ordinatur: & ad opera pietatis pertinet. Quod probat Abulẽ. vbi ſupra. q. 73. & Caietanus 2. 2. q. 185. art. 7. ſecũdum B. Thom. ibidem. quia Io. 13. Chriſtus legitur loculos habuiſſe pro ſubſtentatione ſuorum diſcipulorum & pauperũ: in quo dedit eccleſiæ formã, ſe ſimiliter habendi: ad eius imitationem, ut hoc dicit expreſſe Auguſtinus: & habetur. 12. q. 1. cap. habebat Dominus. vbi ait habebat Dominus loculos à fidelibus, oblata cõſeruãs, & ſuorum neceſsitatibus: & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum: eccleſiaſticę pecunię forma inſtituta eſt. Hæc ibi. Item 1. ad Thim. 3. & 4. Oportet Epiſcopum eſſe hoſpitalẽ: vbi ex Chriſti inſtructione dicit neceſſarium id eſſe epiſcopis: vt patet diſt. 42. ca. 1. & ſeq. vbi habetur quod neceſſe eſt, vt ordinãdus ſacerdos, ad imitationem Chriſti: pauperes hoſpitio recipiat, & per opera pietatis ſe inſtituat: alioqui indignus eſt ordinari. Vnde & 85. diſt. ca. Florẽtinum. beatus Gregorius, vtpote indignum: repulit ab epiſcopatu archidiaconum illum Florẽtinum: quia non erat hoſpitalis, i. pauperum exceptor. idq́; eccleſia, & B. Gregorius, ut neceſſarium non docuiſſent: niſi iure diuino, & ex doctrina prædicta, et inſtitutione apoſtolorum, habuiſſent. Et ad idem eſt diſt. 86. ca. fratrem noſtrum. & ca. non ſatis, vbi habetur. Grandis culpa eſt, ſi te ſciente, fidelis egeat: ſi ſcias eum erumnã perpeti qui pręſertim egere erubeſcit &c. Facit & 2. Cor. 8. & 9. ca. & Galat. 2. vbi oſtenditur maxima cura apoſtolorum: in procurãdis eleemoſinis pro pauperibus: quam certe non haberent niſi eis ſpecialiter iniunctam, & commedatam, à Chriſto pręaliis Chriſtianis: cognouiſſent. Ideo ergo, qui eis in officio ſuccedunt clerici: omnes ſimiliter tenentur, plus, vel minus, ſecundum quòd plus, vel minus ad curam paſtoralem, & epiſcopalem appropinquant: ex quo intra ſtatum miniſterii clericalis continentur, ut uidetur ſentire Hiero. in ca. quoniam. 16. q. 1. dicens. Quoniam quicquid habent clerici pauperum eſt, &c. & ait Abulen. vbi ſuprà. et gloſ. in ca. de monachis. titu. de præben.

Secundo probatur idem: ex natura, et conditione ipſorum bonorum eccleſiaſticorum. Nã ſecundum Abulen. Matth. 6. q. 74. et Caieta. ubi ſupra, hęc bona eccleſiaſtica: conſtant ex oblationibus, et eleemoſynis fidelium collatis eccleſiæ, vt expẽdantur ad honorem Dei et eccleſiæ vtilitatẽ, pro ſalute animarum ipſorum offerentium: nam talis eſt intentio omnium offerentium eleemoſynas eccleſię: Conſtant etiam ex decimis, et primitiis, ut patet. Et ex hac parte liquet quòd prædicta bona dãtur in lege gratiæ: principaliter quidem, pro decenti ſubſtentatione clericorum, ſeu miniſtrorum eccleſiæ: vt ſtipendia eorum, vt patet 1. Corinth. 9. qui altario ſeruit etc. Et de conſecratione diſt. 1. c. Nemo. et 1. q. 2. ca. frater. vt late etiam probat Panor. in ca. epiſcopus. de præben. Conſequenter autem et minus principaliter dantur: ut in pios uſus, et in pauperes, quorum cura ipſis ſpecialiter ex officio incumbit, vt ſic ad honorem Dei et ad vtilitatem eccleſiæ, expendantur. Nam in hoc differũt decimę, in antiqua, et in noua lege ſecundum Caietanum 2. 2. q. 37. art. 1. ꝙ in antiqua lege decimæ dabantur: ſolum pro miniſtrorum templi et familiæ ſuę ſubſtentatione, vt patet num. 18. vbi nulla fit mentio pauperum, neque paupertas erat à Deo ſic commendata et prædicata, ut in lege gratiæ. in lege autem gratiæ dantur decimæ pro miniſtrorũ eccleſię ſubſtentatione principaliter, et cõſequenter pro pauperibus. ut dictum eſt. Licet Adrianus in 4. de reſtitutione. q. an liceat mercari cum uſurario, in fine eius dicat: quòd etiam in lege veteri dabantur decimæ miniſtris, pro pauperibus ut nunc: ſed ut dixi: oppoſitum uidetur uerius.

Et ad

Et ad prædicta omnia confirmanda faciunt auctoritates ſanctorum, puta Auguſti. & habetur. 16.quæſt.1.ca.decimæ.vbi dicitur. Decimæ tributa ſunt egentium animarum, vt etiam idem dicitur in ca. tua nobis.de decimis. ſequitur, Qui decimas dare noluerint res alienas inuadunt: quia rem à Deo pauperibus delegatam ſuis vſibus reſeruāt. Hæc ibi. Et nota illa verba rem à Deo pauperibus delegatam. Item ea. 16. quæſtio. 1. cap. quoniam. Hieron. ait. Quoniam quidquid habent clerici pauperum eſt: & domus illorum, omnibus debent eſſe communes: ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debent: maxime curandum eſt illis, vt de decimis, & oblationibus cœnobiis, & xenodoxiis, qualem voluerint, & potuerint ſubſtentationem impendant. Et idem Hiero. in ca. reuertimini. ibidem ait. Inferte decimas in horrea mea. Malach.3. hoc eſt, in theſauros templi, vt habeant ſacerdotes & leuitę qui mihi miniſtrant cibos, &c. Et ſequitur ibidem. Si quando fames, penuria & egeſtas opprimit mundum: ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere: qui ſe in pauperibus ſi non accipiant eleemoſynam, fraudari loquitur ſua poſſeſsione. Item ea. 16. & quæſtio. ea cap. quia iuxta habetur. Quia iuxta ſanctorum patrum traditionem nouimus, res eccleſiæ, vota fidelium, eſſe precia peccatorū, & patrimonia pauperum. Et ibidem cap. in canonibus. habetur in canonibus, in Gangrenſi eccleſia Apoſtolica auctoritate conditis: De fructuum oblationibus: quæ miniſtris eccleſiæ debentur, & de his quæ in vſus pauperum conferuntur ſcriptum habetur, &c. Sequitur, Valde iniquum et ingens ſacrilegium eſt, quæcunque, vel pro remedio peccatorum, vel pro ſalute animarum ſuarum aut requiæ, vnuſquiſque venerabili eccleſiæ contulit, aut certe reliquerit, in aliud transferri vel conuerti. Et Ambro. vt habetur. 23. quæſtio. 8. cap. conuenior. ait. Omnia mea pauperum ſunt. Item & 12. quęſt. prima, ca. habebat. vbi ſupra. & cap. epiſcopus. habetur. Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habet poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes qui indigent. Et cap. præcipimus. habetur in canonibus apoſtolorum hoc modo. Præcipimus vt in poteſtate ſua epiſcopus res eccleſiæ habeat: ſi enim animæ hominum precioſiores illi creditæ ſunt; multo magis oportet eum curam de pecuniis agere: ita vt poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros & diaconos etc. et in cap. res eccleſiæ. habetur. Res eccleſię, non quaſi propriæ, ſed vt communes et domino oblatæ, cum ſummo timore, non in alios quam in præfatos vſus, ſunt fideliter diſpenſandæ. Et in cap. nulli. habetur. Epiſcopus, ex his quę ſibi aſsignata ſunt: primum ſibi neceſſaria percipiat: quę vero ſuis neceſsitatibus ſuperſunt: in communes vſus eccleſię expendat. Et 12. q. 1. in ca. ſi priuatum. habetur. Si priuatum poſsidemus: quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt quorum procurationem quodammodo gerimus. Item duodecima quęſtio. ſecunda, cap. aurum, habetur, Aurum habet eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget et ſubueniat in neceſsitatibus. & cap. gloria, habetur. Gloria epiſcopi, eſt pauperum operibus prouidere: et ignominia ſacerdotis, eſt propriis ſtudere diuitiis. Item. 1. quęſtio. 2. clericos habetur. Clerici qui bonis parentum, et opibus ſuis ſubſtentari poſſunt: ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profecto committunt, et per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant et bibunt. et cap. paſtor. habetur ad idem. et cap. ſacerdos, habetur. Sacerdos, cui diſpenſationis cura commiſſa eſt: non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum pietate laudis, accipit à populo diſpenſanda et fideliter diſpenſat accepta. Item decima quęſtio. ſecunda, cap. epiſcopus, habetur, Epiſcopus habeat poteſtatem in rebus eccleſiæ, vt diſpenſet neceſsitatem patientibus cum omni reuerentia, et timore: et ei participare, cum etiam oportet quæ neceſſaria ſunt, ſi tamen ipſe aut qui cum eo ſunt fratres indiguerint, ſi autem res eccleſiaſticas, epiſcopus in ſuas proprias voluptates vſurpare voluerit aut aliis dederit: hunc oportet obnoxium eſſe concilio: ſin aliter, epiſcopus vel qui cum eo ſunt presbyteri aut diaconi, accuſentur: quia ea, quę vel ex redditu, vel ex quolibet actu eccleſię: veneunt in ſuos vſus, ſcilicet non neceſſarios, vt patet ex ſupradictis, colligunt: et pauperes fraudant, et famę conficiunt. Et Bernar. in epiſtola. 42. ait. Clamant nudi, et famelici conqueruntur: et dicunt. Dicite pontifices, in freno: Quid facit aurum? noſtrum eſt quod effunditis: nobis crudeliter ſubtrahitur: quod inaniter expenditis. Vita noſtra, cedit vobis in ſuperfluas copias, noſtris neceſſitatibus ſubtrahitur; quicquid accedit vanitatibus veſtris. Annuli, catenulę, tintinabula, et clauate quædam corrigię, multaq; talia, tam ſpecioſa coloribus, quàm ponderibus precioſa: multorum dependent ceruicibus: fratrum autem lateribus: nec ſemicincta miſerantis apponitis. hi omnes, in futuro, ſtabunt in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: ſtante quippe pro eis: patre orphanorum, et iudice viduarum, dicente, quandiu non feciſtis vni ex minimis meis, nec mihi feciſtis. Hæc ibi.

Item, idem in declamationibus ſuper Matth. decimonono. Ecce nos reliquimus omnia, etc. ait. Veh tibi clericæ: mors in olla, in huiuſmodi delitiis eſt: non modo quia ſecus introitum, delectationis poſita eſſe cognoſcitur: ſed ob id maxime quia populi conſtat eſſe peccata quæ comedis. ſumptus eccleſiaſticos gratis habere te reputas, cantando (vt aiunt) tibi prouenire videntur: ſed bonum erat magis fodere: aut etiam mendicare. peccata populi comedis: ſolicitus ergo eſto tanquam redditurus rationem pro eis, gemitus effunde. dignos age fructus pœnitentię: alioqui tibi ea noueris imputanda; quę modo

inter delitias comedis,& paruipendis. Venient.n. ante tribunal Chriſti: audieturq; populorum querela grauis,accuſatio dura, quorum clerici vixere ſtipendiis nec diluere peccata. Quid tibi inſipiés, delitiæ ſapiunt,atque diuitię, quibus mercaris tam graue iudicium? De altario viuat clericus,cui deſeruit,viuat non luxurietur,non ſuperbiat,non ditetur,neque ex clericatu ditior fiat: non ſibi de bonis eccleſię ampla palatia fabricet mutans quadra ta rotundis, nec loculos inde congreget, nec in vanitate,nec in ſuperfluitate diſpergat. nõ extollat, de facultatibus eccleſiæ conſanguineos ſuos aut neptes, ne filias dixerim nuptui tradat,res pauperum non pauperibus dare, par ſacrilegii crimen eſſe dignoſcitur.Sane patrimonia pauperũ,facultates eccleſiarum ſunt: & ſacrilega eis crudelitate ſurripitur,quidquid ſibi miniſtri & diſpenſatores, non vtique domini vel poſſeſſores, vltra victũ accipiunt,& veſtitum. Sed quando poterit neceſſariis eſſe contentus qui eo animo introiuit altaris miniſterium,vt ſtipendia cleri, in vſus voluptatis, curioſitatis,& vanitatis congreget ſeruet & expédat? Nam funiculus triplex hominem miſerum in perniciem trahit,qui impure intrat,indigne miniſtrat,ſed & ipſo fructu abutitur temporali.iſte eſt impius qui Eſa.16. in terra ſanctorum iniqua geſſit, qui.ſ. in eccleſiaſticis poſſeſsionibus quæ ſanctorum fuerant vſibus aſsignatæ in domo Dei, quam decet ſanctitudo,iniquę ſe habuit. Et infra. Qui & cum diuite epulone Luc.16.multos Lazaros,& ipſe videt eſurientes nudos ægrotos:& plus de iumentis ſuis,plus de eorum phaleris, quàm de iſtorum miſeriis cogitat. Hæc beatus Bernardus.

Ex quibus omnibus auctoritatibus diuino iuri innitentibus,vt ait Adrianus in 4. de reſtit. (in q. vtrum is qui patrimonialibus bonis abundat poſſit viuere de redditibus eccleſiaſticis) conſtat clericos iure diuino ſed diſpenſabili ſpecialiter teneri diſtribuere pauperibus de ſuis bonis eccleſiaſticis (ut dictum eſt) tenentur quidem nõ ex iuſtitia ita quòd aliter diſtributum reſtituere teneantur: ſed ex miſericordia potius quàm alii ſeculares. Quamuis Soto de iuſtitia & iure lib.10.q.4.art.3. & 4. dicat quòd ſolo iure eccleſiaſtico ad talẽ miſericordiam tenẽtur. niſi forte intelligat quòd ad id ex iure diuino ſtricto,& indiſpenſabili non obligantur. Nam hoc modo nobis cum illo plane conſtat. Quòd etiam iure eccleſiaſtico ad idem teneantur patet.16.q.1.cap. quia iuxta.& diſtin.88. ca.epiſcopus gubernationem.& 12.quæſt.1.ca.vidi dentes.ca.nulli.ca.res eccleſiæ.ca.præcipimus.ca. epiſcopus &c. vt ſupra habetur,vbi explicando ius diuinum idem etiam eccleſia clericis imponit: quia cum ſit à Deo inſtituta, & ordinata in ſuis actibus conformat ſe voluntati diuinæ & rationi circa hoc. Et ita patet prima pars propoſitionis quòd ſcilicet iure diuino & eccleſiaſtico clerici ſpecialiter tenentur de bonis ſuis eccleſiaſticis pauperibus erogare. infra autem (propoſitione ſecũda) dicetur in quo ſtat iſta ſpecialis eorum obligatio præ aliis Chriſtianis.

Nunc autem probatur ſecunda pars quòd ſcilicet quo ad quotam olim erat obligatio, ex ſolo iure eccleſiaſtico. quod patet, quia ius diuinum non determinat quantam partem ſuorum bonorum clericus aut laicus teneatur pauperibus erogare: nam non dabitur ubi. igitur hoc ius diuinum indeterminatum poteſt eccleſia determinare: ſicut & quodlibet ius diuinum vel naturale, quale eſt ius indeterminatum de dandis vel ſoluendis decimis quod & eccleſia determinauit quoad quotam. Et talis obligatio quoad quotam eſt de iure eccleſiaſtico, vt late & bene probat Adrianus in 5.quodlibeto ſecundum communiter doctores. Ita in propoſito obligationem iuris diuini abſolutam & indeterminatam de dãdo pauperibus iniunctam clericis ſpecialiter præ aliis Chriſtianis, eccleſia olim ad maiorem ſecuritatem determinauit debere fieri ſic ſcilicet ꝙ omnia bona eccleſiaſtica diuiderentur in 4.partes,quarum prima daretur epiſcopis,ſecunda clericis,tertia fabricæ,quarta pauperibus,vt patet 12.q.2.ca.vobis. ca. vulteranæ.cap.conceſſo.cap.quattuor.& cap. ſequenti.

Nam ante illa tempora vbi diſtinctio prædicta facta eſt, omnes clerici viuebant in communi vt religioſi, vt patet 12.q.1.c. clericus.& ca.ſequen. & tunc non tenebantur vllo iure ad illam quartam partem ſed ſecũdum ius diuinum aliquando plus, aliquando minus diſtribuere tenebantur. Poſtea vero conceſſum eſt clericis habere proprium, vt patet. 12.quæſt.1. cap. certe. & cap. ſequen. & q. 2. cap. vobis. & ſequen. quo tempore, & pro quibus,facta eſt prædicta diſtinctio quartarum,vt dictum eſt.

Nunc autem iam à longo tempore immemorabili non fit prædicta diſtinctio quartæ ſpecialiter pro pauperibus, neque pro fabrica, niſi ſolum pro epiſcopo & pro clericis diuiduntur bona eccleſiaſtica: & aliquando ſeu alicubi aliquid aſsignatur pro fabrica & ornamentis:aliquando autem & alicubi nihil, ſed relinquitur arbitrio, & obligationi ad quam ex iure diuino epiſcopus & clerici tenentur. Et in Hiſpania de decimis fiunt aliquando tres, aliquando plures partes: quarum una eſt pro regibus ex cauſa rationabili aſsignata ex priuilegio papali, et conſuetudine legitime præſcripta. Et iam non eſt illa obligatio iuris eccleſiaſtici quoad quotam, quoad quartam partem pro pauperibus, et pro fabrica: ſed clerici remanent quoad hoc in ſola obligatione iuris diuini ſupradicta, ut tempore primitiuo, de prouidendo pauperibus et reparatione fabricę, et ornamentorum, et de expendendo bona eccleſiaſtica in pios vſus, vt patet ſpecialiter quoad fabricam: extra. de eccle.ædifi.ca.de his. et quoad pauperes iam dictum eſt, et dicetur latius, et particularius in ſecunda propoſitione ſequenti.

Et

Et prædicta omnia, habēt locum in clericis omnibus habentibus redditus eccleſiaſticos, modo habeant curam animarum modo non, quamuis illi magis quàm hi, ad prædicta teneantur, ratione ſtatus, ut ſupra probatum eſt.

2. Prop. Secunda propoſitio, in hoc tempore quando nō currit diſtinctio quotæ aſsignatæ pauperibus, aut piis vſibus, facta per eccleſiam, clerici de ſuis redditibus eccleſiaſticis: quorum dominium iā acquiſierunt, modo habeāt curam animarum modo non, oēs tenentur iure diuino & eccleſiaſtico; erogare pauperibus, & in alios pios vſus diſtribuere totum reſiduum eorum: excepta ſua, ſuæq; familię decente ſubſtētatione: ita quòd ſi notabiliter omittant, peccant mortaliter.

Probatur primum. q. ſ. poſſunt de talibus redditibus decentem ſubſtentationem ſumere, in quo non eſt difficultas, quia 1. Corinth. 9. quis militat ſuis ſtipendiis? Et qui altario deſeruit &c. Et Luc. 10. & 1. Timoth. 5. ca. dignus eſt operarius mercede ſua. & 1. Timoth. 5. qui bene præſunt presbyte: dupli. hon. digni ſunt. Nunc autem tales redditus ſunt ſtipendia clericorum vt patet nu. 18. & de cōſecra. diſt. 1. ca. nemo. & 1. q. 2. ca. fi. vt late agit Panor. in cap. epiſcopus. de præben. & communiter doctores. ergo.

Ra. Et nota: q nomine decentis ſubſtentationis cōprehēduntur omnia: quæ ad ipſius, & ſuæ familiæ, honorabilem ſubſtentationem requirūtur: recreationes etiam, & amicabilia conuiuia moderata & honeſta: & donationes ſeu munera aliqua parua, ſeu moderata, non quidem paraſitis, ſed aliis perſonis in ſignum gratitudinis, & amicitiæ, rationabiliter exhibita. quæ oīa conſideranda ſunt ſecundum conditionem gradus, dignitatis, & qualitatis, vel ſtatus ſui, & regionis, in qua tales clerici commorantur, nō quidem: ut pompatice, & uoluptuoſe viuant, vt ſeculares: ſed quatenus hæc oīa requiruntur plus vel minus ad hunc finē, videlicet, ut ſic poſſint, debite, honorabiliter, & gratanter ſeu amicabiliter uiuēdo, ſuum exequi miniſterium. Plura enim requirit archidiaconus, quam ſimplex beneficiatus: & plura epiſcopus, & archiepiſcopus: & plura vir illuſtris, & regius quàm alius non ſic qualificatus, qui & non eſt tam vtilis eccleſiæ, in tēporalibus, & ſpiritualibus, ut patet ex concilio Baſilien. ſeſſ. 31. anno domini. 1438. in quibus oībus, modicus exceſſus, non vitiat niſi forte venialiter: notabilis autem mortalis eſt, ſecundum Aug. diſt. 25. ca. vnum orarium. & in prædictis cōcordat Caieta. ſecunda ſecundæ quæſt. 100. arti. 3. & quæſt. 185. articulo ſeptimo, & Abulen. Matth. 6. quæſtio. ſeptuageſimaquarta, & Adria. in quarto de reſtitu. in quæſt. an pluralis in præbendis, teneatur alterius fructus reſtituere, & communiter doctores.

Secundū videlicet, q excepta tali decente ſubſtentatione, totum reſiduum tenētur clerici, de ſupradictis ſuis redditibus eccleſiaſticis expendere in pauperes et uſus pios, iure diuino, & eccleſiaſtico ut ait propoſitio probatur dupliciter.

Primo auctoritatibus, nam gl. ordi. Ambr. tractantis id 1. ad Timoth. 5. qui bene præſunt presbyteri &c. ait, non vt abundent: ſed vt non deſint eis. & glo. ordi. Aug. ait ibidē. Tanta merces debet eſſe euangelizanti, qua neque cōtriſtetur, neque extollatur. Item Hiero. & habetur 44. diſt. c. 1. dicit. Tibi ſacerdos permittitur de altari viuere, non luxuriari, i. non abundare ſecundum gl. ibidē. Abundat autem: qui diuitias congregat & reſeruat, qui vltra decentiam ſtatus ſui in non pios vſus expendit. & idem habetur diſt. 93. ca. diaconi. Itē Augu. ſermo. 37. ad fratres in heremo. ad ſacerdotes ait. Mementote q pauperē vitā, ſacerdos gerere debet: quod ſupereſt præter victum et veſtitū pauperibus dare non differat: quia oīa pauperum ſunt. et in ſermone 219. vnde deſumptum eſt ca. decimę. 16. q. 1. ait. Quidquid excepto victu mediocri et veſtitu rationabili ſuperfluerit, nō luxurię reſeruetur, ſed in theſauro cœleſti per eleemoſynā pauperū deponatur: quicquid. n. nobis Deus pluſquā opus eſt dederit: non nobis ſpecialiter dedit, ſed per nos aliis erogandum tranſmiſit: quòd ſi nō dederimus: res alienas inuaſimus. Hæc ille. Item gl. Hiero. ſuper id Eſa. 3. Vos. n. depaſti eſtis vineā meam, rapina pauperum in manu ueſtra, loquens de ſacerdotibus ait. In quorum domibus rapina pauperum eſt: dum eccleſiæ opes ſibi theſaurizāt: & in delitiis abutuntur, quæ ad ſubſtentationē pauperum dantur, & ſibi reſeruant vel propinquis diſtribuunt, & aliorum inopia ſuas vel ſuorum diuitias faciunt. Item idem probatur in ca. decimæ. 16. q. 1. & 13. q. 2. ca. qui oblationes. Qui decimas non ſoluit, vel qui oblationes defunctorum eccleſiis reddere moratur: dicitur pauperum necator & ſacrilegium committere. ergo vbi eas ſacerdos inutiliter expenderit & pauperibus delegatas non dederit: eodem crimine, rapinæ, & ſacrilegii irretietur. Patet conſequentia. tum propter eandē cauſam, tum quia ſecūdum Ambroſium ſermone 82. & habetur diſt. 47. ca. ſicut hi. Quis tam iniuſtus quàm qui multorum alimenta non ſuum vſum, ſed abundantiam & delitias facit? Neque enim minus eſt crimen &c. vide ibi latius. Item idem Amb. ſermone 6. ait. Quid igitur cenſeri debet de ſacerdotibus qui Chriſti ſanguinem, & precia peccatorum prodigunt: atque in delitiis abutuntur? Itē ad idem facit. 1. q. 1. ca. ſacerdos. ca. paſtor. ca. ſi quis. ca. clericos. & Orige. ſuper Exo. cap. vigeſimoquinto, ibi videantur.

Item Bernardus epiſtola. 2. & 42. & latius in declamationibus de his agit. & expreſsius conſonat ſupradictis, vt ſupra recitatum eſt in propoſitione prima ibi videatur.

Secundo probatur idem ratione, quia clerici iure diuino, & eccleſiaſtico, præ aliis Chriſtianis ſpecialiter tenentur erogare pauperibus, vt ſupra propoſitione prima probatū eſt. ergo eodē iure:

tenentur totum reſiduum: vltra decentiam ſuam: in pauperes & in pios vſus diſtribuere. Patet cõſequẽtia. quia quilibet Chriſtianus tenetur in dictos vſus expẽdere id quod eſt abſolute, & ſimpliciter, ſuperfluum ſuæ decentiæ, ut dè hoc latius infra q. 26. habetur. Et nota: ꝙ valde cauendum eſt ne mentiatur iniquitas ſibi, dum eccleſiaſtici prælati: prætextu neceſſitatis atque decentiæ: dicunt ſe oĩbus ſuis redditibus indigere: ad decentiam ſtatus ſubſtentandam: neue ecõuerſo, alij ſcrupuloſæ inquieti in conſcientia reddantur: quaſi vltra decentiam cõſumant, & minus debito pauperibus impẽdant. Nam vt optime ait Soto de iuſtitia & iure li. 10. q. 4. art. 4. præceptum hoc atque decentię taxatio: non poteſt vniuerſim & omni tempore, ſecundum hanc vel illam quottam determinari. Sed ſecundum iudicium prudentum, pẽſata, tum prouẽtuum quantitate, tum, pauperum indigẽtia, ac temporum calamitate. Nam: qui tam diminutos prouentus habet: vt vix decẽter viuere poſſit, nõ tenetur regulariter ad illas eleemoſynas. Qui autem pluſculum habet, vtique maiuſculas: qui vero pinguiſſimos redditus accipit, abundantiſſimas eleemoſynas facere tenetur. Et tutiſſimum eſſet vt ſic abundãs, taxationi antiquæ: de quarta pauperibus eroganda quantum poſſet ſe aptaret: ita, ne nimis ab ea recederet. Attendenda eſt ẽt calamitas temporum, & multorum pauperum magna tunc penuria clamans: tunc enim abundãtior ſolito: eleemoſyna ẽt à ſecularibus, nedum ab eccleſiaſticis eroganda eſt. Quo fit: vt non ſemper huic præcepto: prælatus ſatisfaciat, ſi vel ſeptimam, vel ſextã duntaxat partem bonorum eccleſiaſticorum in pauperes, & in alios pios vſus, impendat. Sæpe nanque tenetur multo plus: ut dictum eſt erogare.

Et ſi quæratur, in quo ergo differũt clerici à ſecularibus quo ad hoc, ſi oẽs ſunt domini ſuorum bonorum: & oẽs æqualiter tenẽtur totũ reſiduum ſuæ decentiæ in pauperes & in pios vſus erogare? Reſpon. differunt in duobus. ſecundum Abulen. vbi ſupra. Primo quidẽ: quia laici non tenentur ex officio, ſeu ſtatu ſuo, quærere qui ſint pauperes: neque eorum talem curã habere: ſed ſufficit eis: ſi occurrentibus dent oportune. Clerici aũt ratione ſtatus: ad id tenentur ſpecialiter, & maxime prælati: qui ideo curati dicuntur: ꝙq́; inuigilare debent ad id, vt habetur 16. q. 1. ca. quoniam. vt ſupra propoſitione prima probatum eſt, ex ratione ſui ſtatus & miniſterij clericalis, in quo & concordat Medina. vbi ſupra in fine: quo ad prǽlatos.

Secundo ſeculares pluribus indigent pluraq́ue ſunt eis expedientia: ad decentiam ſui ſtatus. Nam intra ambitum decentiæ ſtatus ſecularis: includuntur omnes vſus: aliàs liciti, etiam theſaurizare: ad ditandum filios & propinquos, etiam ad ſubleuandum ſe & ſuos, ad ſtatum altiorem aliàs licitum, vt ſupra dictum eſt: ſicq́ue raro dicuntur in eis eſſe ſuperflua decentiæ ſimpliciter, & conſequenter raro contingit tempus, quo ſub mortali, teneantur pauperibus erogare ſuperflua decentiæ ſuæ. At vero intra ambitum & limites decentiæ ſtatus clericalis: ſolum includuntur ea, quibus ipſe clericus, ad ſuam, ſuæq́ue familię, decentem ſubſtentationem, requiruntur, ita, quòd non poteſt ea: in quoſcunque vſus. ſeculares etiam aliàs licitos, notabiliter expendere: quia non poteſt ditare conſanguineos, neque theſaurizare ſibi, vel illis, neque multo altiorem ſtatum, puta, de infimo, ad illuſtrem ſtatum eleuando, ſibi vel aliis quantumcunque propinquis, ex bonis eccleſiaſticis procurare, neque luxuriari, aut voluptuoſe viuere, aut in exceſſiuis ſumptibus ea expendere, vt ſupra dictum eſt & latius dicetur inferius. Ideo ſæpe, & communiter regulariterq́ue contingit: tempore quo curatus pingues redditus habet, ſub mortali tenetur, ſuperflua ſuæ decentiæ, in pauperes, uel in pios uſus, oportune diſtribuere. Et conſonat Honcala de rebus eccleſiaſticis c. 13. & 14.

Vnde fit primo, quòd propter prędictam differentiam: bona clericorum, dicuntur bona pauperum: non autem bona ſecularium. quia ſcilicet clerici præ aliis ſecularibus, tenentur ſuperfluum ſuæ decentię, in pauperes & in pios uſus expendere: & in hoc ſtat ſpecialis clericorum obligatio, vt dictum eſt. quamuis gloſ. in dicto ca. quoniam 16. q. 1. dicat ꝙ ideo bona clericorum dicũtur pauperum: quia in extrema neceſſitate illis debentur. Sed certe propter eandem rationem bona ſecularium etiam dicerentur pauperum, quia in extrema neceſſitate debentur eiſdem ſecũdum omnes doctores, ideo hęc gloſſa nihil valet.

Item ſecũdo, quia ideo clerici licet ſint veri domini ſuorum reddituum & bonorum eccleſiaſticorum, vt ſupra præſuppoſitum eſt ſecundum opinionem magis probabilẽ: non tamen ſunt pleni domini eorum, quia non poſſunt ea expẽdere, in uita & in morte ad libitũ, vt de bonis ſecularibus, ſed cũ limitatione, aut onere prędicto: quia et eccleſia cõformans ſe iuri diuino, non aliter conceſſit eis dominium vſumq́; bonorum prædictorum, ſed cum onere, ſeu obligatione, ut. ſ. poſt ſuam decentem ſubſtentationẽ, reliqua in pauperes & pios uſus diſtribuant. vt de iure diuino tenẽtur: neque intẽdit clericos ditare quia eſt occaſio mali. 1. Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, ut ſupra propoſitione prima dictum eſt. Ideo & clerici, & præcipue prælati, dicũtur procuratores rerum eccleſiaſticarũ. 14. q. 1. & 12. q. 1. c. ſi priuatum. & ibi gl. aliquando defenſores. 16. q. 1. c. in ſacris canonibus, & patres pauperum. Et eorũ bona dicuntur patrimoniũ Chriſti & pauperum et bona pauperum: quia ſunt Chriſto in eius membris puta clericis, & eccleſiæ donata pro ipſorum ſubſtentatione et pauperum, vt dictum eſt. Dicuntur etiam precium peccatorum, & animarum, quia donata ſunt vt oretur pro donantibus illa, & ut expendantur ad honorem Dei, et eccleſiæ vtilitatem, ut ſupra propoſitione prima, ſæpe dictum eſt. Et

hæc

hæc oĩa habent locum, in clericis habentibus redditus eccleſiaſticos: etiam ſi non habeant curã aĩarum. quamuis magis in prælatis: qui ſpãliter de pauperibus tenẽtur eſſe ſoliciti: quàm in aliis clericis: quia, & auctoritates, & rõnes ſuprapoſitæ, de omnibus id concludunt, vt patet ex ſupradictis.

Igitur, ex omnibus ſupradictis reſolutorie concluditur: ꝙ nulli clerico licet vltra ſeruitii, & militiæ ſpiritualis impenſæ, dignitatem, & proportionem, ſtipendia ſumere: neque vltra decentẽ ſubſtẽtationem, & familię, ſtipendia eccleſiaſtica conſumere: in notabile præiudicium pauperũ: quibus debẽtur: minus certe de eccleſiæ publico, quàm de forenſi & mundano ſtipendio: cum aliquo modo ſit contra iuſtitiam diſtributiuam, & contra intentum Chriſti, & eccleſiæ, præceptum, vel onus clericis iniunctum. Ideo clericus, videns ſe habere ſuperflua notabiliter: vltra decẽtiam ſui ſtatus ſupra dictam, ſi nõ habeat veram, efficacemq́; intẽtionẽ, illa oportune: ante mortem, & in morte diſtribuendi in pauperes, & pios vſus: ſed potius illa poſſidendi, & retinendi: ut diues ſit & abũdans; etiam ſi nõ intendat aliquem malum finẽ ex eis: aut ea in vſus inhoneſtos diſpẽſare: videtur peccare mortaliter: contra ſupradictam obligationem. Et facit ca. negociatorem. diſt. 88. vbi dicitur. clericum de paupere diuitem factum ut peſtem fuge.

Cũ ſupradicta reſolutione, & propõne ſecunda expreſſe in ſnĩa, & ad literam cõcordat Abulen. ſuper Math. 6. q. 74. & Adrianus in 5. quodlibeto ar. 1. & in 4. de reſtitutione in q. Vtrum eccleſiaſticus prodige conſumens: teneatur reſtituere conclu. 3. & in q. Vtrum pluralis in præbendis: teneatur fructus alterius reſtituere. & in q. vtrum habens bona patrimonialia: poſſit viuere de bonis eccleſiæ. & B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 7. & q. 43. arti. 8. & ibi Caietanus. Et idem B. Tho. in 6. quodlib. art. 12. & Alex. Alen. 3. par. ſum. q. 63. memb. 5. & Gerſon alphab. 42. g. & alphab. 39. Florentinus 3. par. ſum. tit. 15. ca. 1. §. 19. Gabriel in 4. diſt. 25. q. 8. conclu. 5. Richardus in 4. diſt. 45. art. 3. q. 1. & Maioris diſt. 24. q. 6. Silueſtrina titu. clericus. 4. q. 19. q. 15. 16. Pau. in ca. 1. de eccleſi. ædif. & ca. epiſcopus. & ca. cum ſecundum. de præben. & alibi ſępius. Item B. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 1. ad 4. ait. Tertiæ aut decimæ quas cũ pauperibus ſacerdotes comedere debebãt, ſ. in veteri lege, augẽtur in noua, per hoc ꝙ dominus, nõ ſolum decimam partem: ſed oĩa ſuperflua, pauperibus iuber exhiberi. Lu. 11. quod ſupereſt, date eleemoſynam &c. vt Caietanus ibidem & in quodlib. de eleemoſyna ca. 2. latius probat. Item, Nauarro in ſum. ca. 23. nu. 71. & ca. 25. nu. 126. uſque 131. & communiter doctores canoniſtæ: & Theologi in 4. diſt. 15. & 24. et Honcala de rebus eccleſiaſticis ca. 13. 14. et tandem Soto de iuſtitia & iure lib. 10. q. 4. articulo 4.

Vbi nota corolarie primo, ſecundum Abulen. vbi ſupra, ꝙ ſi clericus ſuccurrens oportune: pauperibus aliquibus occurrentibus: ut faciunt alii ſeculares reſeruat tamẽ bona ſuperflua quæ habet: vt ea poſt mortẽ relinquat eccleſiæ ſuæ, vt ſibi ſuccedat, nõ faceret bene: & melius faceret, ſi ea omnia in pauperes expenderet, in vita, vel in morte, oportune. Tum primo, quia ſic non differret à laico: niſi in morte: quia. ſ. laicus, relinquit ſua bona filiis: clericus autem eccleſiæ: cum tamẽ in vita, debeat exercere officium ſuum, puta, actum hoſpitalitatis, & curam pauperum, vt ſupradictũ eſt. Tum ſecundo quia alioqui, potius diceretur, et eſſet conſeruator, poſſeſſor, et defenſator quàm diſpẽſator bonorum huiuſmodi, & quàm curator, et procurator, et pater pauperum. Tum tertio quia potius in neceſſitates pauperũ: quàm in alios uſus eccleſiaſticos cæteris paribus: expendere tenetur. quia excepta ſubſtentatione decente miniſtrorum eccleſię, res eccleſiaſticæ, ſunt propter neceſſitates potius pauperum, quàm pro aliis uſibus eccleſiaſticis cæteris paribus, ut patet. 12. q. 2. ca. gloria. et diſt. et 86. ca. non ſatis.

Corol. 2. Nota ſecundo corolarie ꝙ de prædictis bonis eccleſiaſticis: clericus non poteſt notabilem quantitatem dare conſanguineis, etiam parẽtibus diuitibus, neque aliis diuitibus, ad eos ditãdum, uel in ſtatũ valde diuitę reponendum, et ad eleuandũ eos ad multo altiorem ſtatũ. ſed ſolũ poteſt et debet eis ut aliis pauperibus ſuccurrere, et releuare à miſeria, et dedecore, et iactura decentiæ ſui ſtatus, et in ea decentia illos conſeruare: ne dedecus, et iacturam patiantur, ſicut et hoc poteſt fieri cum aliis: in ſimili neceſſitate conſtitutis: et multo magis cum conſanguineis, dũ modo nõ valde notabiliter excedatur. Et ratio eſt: quia cum hęc bona, non niſi in pauperes poſſint expẽdi per uiã eleemoſynę: eleemoſyna aũt neceſſitatem reſpicit: et miſeriã eius cui impẽditur. ergo ſi ualde notabiliter excedatur in his mortaliter peccat clericus qui dat, et cõſanguineus qui recipit, vt habetur in ca. paſtor. 1. q. 1. et 80. diſt. c. nõ ſatis. et ca. eſt ẽt. et 12. q. 2. c. quiſquis epiſcopus. et 10. q. 2. c. epiſcopus. et Aug. ſer. 113. de tempore. et gloſ. Hiero. ſuper Eſa. 13. Vos depaſti eſtis etc. Et Bernardus in declamationibus vbi ſupra. et Abulenſis Math. 6. q. 75. et Gabriel et Adrianus, et Silueſtrina tit. clericus. 4. q. 15. et cõiter doctores. et Hõcala ca. 14. ubi ſupra. Sed ẽt dicit B. Tho. 2. 2. q. 158. ar. 7. ad 2. ꝙ clericus uel epiſcopus, ſi de eo quod ſuis vſibus ſpãliter deputatũ eſt, velit ſibi ſubtrahere et cõſanguineis, vel aliis dare: nõ peccat, dũmodo illud faciat moderate, i. vt non indigeant: non autem ut ditiores inde fiãt. Hæc ille. Et Soto vbi ſupra prudenter dicit, ꝙ non videtur illicitum: ſi epiſcopus ualde abundãs, et potẽs, cauendo ſcãdalum, et ſine pauperũ omiſſione, de ſuis ſumptibus defalcans, ditet pauperes cõſanguineos ad mediocrẽ ſtatum eleuando ipſos, et eorum ſucceſſores ſicut cum aliis non cõſanguineis: facere poſſet: non tamen primogenituram, aut maioratum illuſtrem, illis inſtituere ualet.

Sed filiis in damnato coitu habitis in clericatu,

ſolum poſſunt alimenta præſtare: non autem ad decentiam ſtatus notabiliter: quia ſecundum iura: in odium criminis, tales filij clericorum ſtatum honorificum non habent: neque ex bonis eccleſiaſticis habere poſſunt. Conſonat Nauarro vbi ſupra ca.25.numero 127.

Sed nota, quòd donare modicum etiam diuitibus, & munuſcula (cauſa gratitudinis) illis dare, ſicut inter amicos, & conſanguineos eiuſmodi conditionis, & qualitatis hominum: in tali regione: per uiam gratitudinis, & amicitię, donari ſolet: non eſt illicitum clericis: cum ſit opus uirtutis. Similiter, dotare conſanguineas pauperes: ſecundum decentiam ſtatus earum, uel ut diximus paulo plus, licitū eſt: quia cauſa dotis, in mulieribus, inter cauſas pias cenſetur, vt Honcala, & Soto, vbi ſupra etiam docent.

Coroll. 3. Tertio corolarie nota, quòd clericus habēs bona patrimonialia: poteſt uiuere de bonis eccleſiaſticis decēter, ut dictum eſt, dummodo reſiduum horum, & illorum bonorum mobilium, expendat in pios vſus, & in pauperes. Poteſt etiam, omnia bona ſua patrimonialia: in vita, & in morte, omnino dare, & relinquere hęredibus, uel conſanguineis, aut quibus uoluerit aliàs licite: & viuere de bonis eccleſiaſticis, ſecundum Abulen. ubi ſupra q.75. Et Silueſt. titu. clericus. 4.q.16. & communiter doctores: licet Adrianus vbi ſupra, aliquo modo diſſentiat. excepto, quando pauperes ſint in tanta neceſſitate, ꝙ pro ea releuanda: etiam vaſa diuino cultui dedicata: diſtrahi deberent, aut pro redēptione captiuorum: tunc enim peccaret mortaliter clericus: habēs bona patrimonialia, de quibus decēter viuere poſſet: ſi bona eccleſiaſtica in ſuos, & non in dictas neceſſitates pauperum expēderet ſecundum Hieroni. ut declarat B. Tho. & Caieta. vbi infra, & Nauarro ubi ſupra cap.28. num.130. 131. & Honcala de rebus eccleſiaſticis ca.2.

Coroll. 4. Tandem quarto corolarie notandum eſt, ꝙ Caiet. 2.2.q.185.art.7. cum quo concordat Honcala opuſculo 10. de rebus eccleſiaſticis c.8. dicit duo. primum quòd quando redditus epiſcoporum ſunt ualde pingues, et abundantes vltra decentiam ſtatus eorum: tūc tenentur epiſcopi: duas quartas ſaltem eorum, diſtribuere iuxta canones antiquos, alteram in pauperes, alteram in fabricam, ſeu ſupellectilem eccleſię. Et ratio huius eſt, quia ex hoc, ꝙ alii clerici iam habent ſuam portionem: in redditibus ſuis aſsignatis, non eſt ſubſtracta per ius commune pauperibus: portio illis debita ex ipſo iure: neque ſimiliter fabricę ſubtracta eſt portio illi ex iure debita: ſed illa bona epiſcopalia, remanēt affecta tali iuris diſpoſitione antiqua: ita, ꝙ ſicut quādo bona eccleſiaſtica, erant communia, & diuidēda in quatuor partes: videlicet pro epiſcopo, clero, pauperibus & fabrica, commiſſa erāt epiſcopo cum vinculo, & debito talis diſtributionis: ita iam excluſo vno membro, ſ. clero à tali diſtributione: quia iam clerici habent proprias prębendas: loco ſuę quartę portionis: remanent bona epiſcopalia communia: reliquis tribus partibus, & in eas diuidenda. ſic quòd pauperibus remanet debita ſua quarta portio, quę prius eis debebatur: & ſimiliter fabricę eccleſię, ſua quarta: de prędictis redditibus epiſcopalibus abundantibus. Nam non eſt credibile, quòd eccleſia tantam reddituum ſuperabundantiam epiſcopis aſſignauerit, pro ſola eorum decēte ſubſtentatione, ſed etiam pro fabrica, & pauperibus, & ut patribus pauperum, diſpenſanda commiſit, ut dictum eſt. Et inde ſequitur, ſecundum eius dictum, quòd ſi non diſpenſat prędictas quartas portiones: in fabricam, & pauperes tenetur prędictus epiſcopus, abundans reſtituere, et ſimiliter illi, quibus ipſe prodige notabiliter donauit. Sed de epiſcopis non habentibus tam notabiliter abundantes redditus, non currit ratio prędicta, neque eſt idem iudicium ait Caietanus: ſimiliter neq; de aliis quibuſcūque beneficiatis, & pinguiſſimos redditus habētibus: quia vt ait ibidem & 2.2.q.43.ar. 8. iā iſti redditus ſunt eis, pro ſua quarta portione aſsignati: epiſcopis aūt abundantibus: remanent alię quartę, pro fabrica, & pauperibus cōmiſſę, vt patribus pauperum, & diſpenſatoribus bonorum eccleſiaſticorum.

Sed certe hęc non omnino videntur habere veritatem. Non primum dictum, nec eius ratio: quia ut patet ex ſupradictis in propoſitione prima iam per conſuetudinem legitimam: ceſſauit illa diſpoſitio antiqua eccleſię, de illis quatuor portionibus: & per conſequens manent tam bona epiſcopalia quęcunque, quàm aliorum prębendatorum: ſeu clericorum bona eccleſiaſtica: quę eis intuitu eccleſię, aut cuiuſcunque miniſterii eccleſiaſtici proueniunt, obnoxia: vt ſecundum ius diuinum, ſine vlla modificatione eccleſiaſtica, vltra decētiam ſtatus ſuperflua: in pauperes, & in pios vſus expendātur, vt ſupra probatum eſt.

Item, neque ſecundum eius dictum de reſtitutione valet: quia licet olim quando viuebant in communi clerici, & non habebant ſuos redditus particulares, neque dominium eorum, ſi male expenderent in alios uſus, reſtituere tenerentur: nūc autem non, quando ut prę̨ſuppoſitum eſt, clerici fiunt domini ſuorum redditnum eccleſiaſticorum abundantium, & non abundantium: licet peccent in alios uſus diſtribuendo, vt dictum eſt. Item contra ipſum Caietanum eſſet eadem ratio de clericis minoribus habentibus pinguiſſimas prębendas. Igitur, ſtandum uidetur quo ad hoc, eis quę ſecundum communiter doctores in propoſitionibus dicta ſunt. Nam & Soto, vbi ſupra lib.10.q.4.arti.3. nobiſcū concordans optime reprobat ſupra dicti Caietani opinionem, ubi latius videatur.

Si contra prędicta in ſecunda propoſitione arguatur. primo, quia papa, & eccleſia dat licentiam teſtandi aliquibus: de prędictis bonis eccleſiaſticis: & per conſuetudinem legitimam: in diuerſis regnis, licite iam teſtantur clerici Ar.

inferiores

inferiores epiſcopo, vt ait Adrianus in.4. vbi ſupra in reſpóſione ad primum & Siluestrina titu. clericus. quarto.q.2.&.3.&.4.& in francia omnes clerici, etiam epiſcopi, in vita, & in morte, & in teſtamento diſponunt ſicut de quibuſcunq; aliis ſecularibus bonis, idque ex legis regni, & conſuetudine antiqua. vt refert Guilliel. Benedictus in repet. in ca. Raynu. de teſtamentis, ver. & vxorem nomine Andelaſiam. num. 264. fo. 76. & Bartholomeus de Caſſaneo de cóſuetudinibus burgundię: in rubrica. 8.§.5. ſub.nn.30.&.63. fo. 298. Idem tenet Medina in ſua lectura: quòd.ſ. omnes clerici minores epiſcopis, propter conſuetudinem legitimam: Sufficientem derogare legem, poſſunt de omnibus redditibus, & ſtipendiis eccleſiaſticis teſtari: quorum dominium iam habent. Epiſcopi autem non poſſunt in hyſpania: quia quoad eos, ibi non eſt talis conſuetudo. Et latius Couarruuias lib.4. titu. de teſtamentis ca. cum in officiis. nu. 7. & ſeq. proſequitur. licet Gabriel in.4. diſtinct.15. q.8. cum aliis aliter dicat, & diſtinguat. ergo per hanc viam, poſſunt ea, in vſus prophanos aliàs licitos quoſcunq; diſponere, etiam conſanguineis illa donando & relinquendo. Alioqui, nihil eis valeret talis facultas, ea donandi & teſtandi de eis ſi ad certos vſus ſupra dictos dumtaxat, extenderetur. Et vlterius ſequitur ſi poſſunt clerici in teſtamento: quod ergo & in vita poſſunt ea ſimiliter donare. Nam plus eſt teſtari quàm donare, vt Sylueſter titu. clericus.4.q.5. refert.

Argu. 2. Secundo Arguitur ad idem, quia Papa ſępe concedit clericis, quòd poſsint prædicta bona dare, & de eis diſponere etiam, in non pios vſus aliàs licitos: ergo ſaltem ex diſpenſatione Papæ: id licet. Patet conſequentia: quia cum Papa ſit dominus: vel potius diſpenſator bonorú eccleſiaſticorum, & præcipue decimarum, & redditiuú inde clericis, & eccleſię aduenientium: videtur, quòd ſicut per vim penſionis, aliquam bonam partē eorum diſtribuit aliquibus ſecularibus, etiam ad non pios vſus: & in hyſpania per priuilegium, & conſuetudinem antiquam: regibus hyſpaniæ confertur tertia pars decimarum, etiam ad vſus non pios aliàs tamen licitos; Ita ergo, & Papa poteſt concedere clericis, quòd de prædictis bonis in vita, & in morte dent & diſponant, etiam in non pios vſus; non enim eſt maior poteſtas priuilegii. & conſuetudinis quàm Papæ, vt latius Couarruuias vbi ſupra differit.

Argu. 3. Tertio arguitur ad idem, quia dominium taliū bonorum: cum prædicto onere ſuccurrendi pauperibus, de tali portione, vel de reſiduo decentiæ: eſt de iure tantū eccleſiaſtico clericis conceſſum: & talis diſpoſitio, eſt de iure tantum eccleſiaſtico: quòd tantum vel tantum detur pauperibus, vt patet ſupra, propoſitio.1. ergo poteſt Papa concedere, vel diſponere, quòd detur tanta quantitas pauperibus, & reliqua in quoſlibet etiā non pios vſus aliàs licitos: licite expendantur: ſicut olim conceſſum erat, quando erat diuiſio talium bonorū in.4. partes. ergo non eſt de iure diuino quòd totum reſiduum decentiæ in pios vſus & in pauperes diſtribuatur, quia alioqui, non poſſet Papa & eccleſia contra ius diuinum diſponere, quòd ſolum duæ quartæ darentur: maxime vbi vltra has quartas: ēt pingues & abundantes redditus clericis remanerent. *Reſpō. ad. 1.*

Reſpon. ad primum argumentum conceſſo antecedente negando conſequentiam: nam talis licētia teſtandi generaliter, & indiſtincte conceſſa: quamuis ſit valida de facto: tamen vt ſit licita, intelligitur, et limitatur, ſecundum aliquos doctores: ad pios vſus tantum. Vel ſi etiam ſecundum alios et melius, extenditur ad vſus prophanos: tūc vt licite fiat talis diſtributio: non fieri poteſt niſi ex rationabili cauſa vt in reſponſione ad ſecundū argumentum proxime habetur ibi videatur. Quia neque aliter conceditur cauſa mortis poſſe clericum licite donare aut relinquere aliquibus, vt patet in ca. relatum. et ca. ad hæc. de teſtamen. vt ait Panormi. in ca. cum in officiis. eod. titul. et in ca. cum eſſes, de teſtamen. nu.30. et Barbatius in dicto ca. cum in officiis. et in tractatu de præſtan. Cardi. par.1.q.4. Et Silueſter titu. clericus.4.q.2. et.3. Et gloſſ. in pragmaticis ſanctionibus titu. de annatis. in gloſſ. acquiſitos. fo. 194. et Couarruuias, vbi ſupra, ſi ſic limetur et intelligatur. Et talis facultas valet, vt ſit valida talis donatio, vel diſpoſitio: etiam in pios vſus in foro eccleſiæ: quæ forte non eſſet valida ſine tali licentia vel facultate. Multæ namq; donationes in vita factæ valent, quæ nō valent in morte, vel teſtamento. *Ad 2. reſpō.*

Ad ſecundum argumentum reſpon. quòd Papa id poteſt concedere, ita quòd de facto valeat et non ſit obligatio reſtituendi, ſimiliter poteſt id licite concedere, ſed vt in reſponſione ad primū diximus: ſecundum aliquos doctores, reſtricte debet intelligi, ad pios vſus dumtaxat: vel ſi etiā ad prophanos, vt ſecundum alios verius exiſtimo; tunc vt talis diſtributio bonorum licite fiat: non quidē abſolute et quomodocunque: Sed cum duplici limitatione fieri debet. primo quòd id fiat ex cauſa rationabili, puta, quia eſt vir nobilis: aliàs de eccleſia bene meritus, vel à quo, vtilitas eccleſiæ ſperatur, vt honorabiliter ſubſtentetur, vel ratione gratitudinis: quia ab eo olim beneficia recepit et huiuſmodi. Secunda limitatio eſt, quòd non concedatur ei, de redditibus eccleſiæ: in notabili quantitate, quòd ſit valde oneroſa eccleſiæ talis conceſſio, aut in notabilem cultus diuini diminutionem, aut quòd propter hoc clerici reddantur omnino impotentes: ad ſuccurrendum valde egētibus pauperibus; ut de iure diuino quamuis diſpēſabili eos teneri dictū eſt. niſi forte pro defenſione reipubl. ab hæreticis vel tirannis: ſint neceſſaria etiam bona eccleſiaſtica, relictis pauperibus non valde indigentibus, vt in fine huius quęſtionis habetur. his limitationibus ſtantibus: papa id licite concedere

po-

poteſt: ſicut et penſiones,ſicut et decimæ in hyſpania regibus conceduntur, aliàs autem neque licite concedi, neque licite recipi poſſunt. Illi tamẽ quibus iam titulo ſeculari: etiam ſine rationabili cauſa tales fructus per Papam aſsignati ſunt. non tenentur amplius in alios pios vſus ea expendere, ſicut neq; ipſi pauperes tenentur. quia iam his, vel illis hominibus, ad vſus ſibi expedientes per papá, vel etiam per alios eccleſiaſticos viros: qui ſolum ad id tenebantur valide diſtributi ſunt, modo licite, modo illicite, id fecerint. diſtributione autẽ facta his, vel illis, tenet vt ſupra dictum eſt. illi ergo qui iam dominium, vel ius in dictis bonis habent, tenentur ſolum ſecundum ſuum ſtatum decenter ea expendere proportionabiliter: neq; alia obligatio ipſis bonis: ſed ſolum perſonis annexa eſt: neque tranſit cum eis ad nouos eorum poſſeſſores. Concordat Soto vbi ſupra libr. 10.q.4.arti. 3.&.4. quamuis alia etiam ratione, id ipſe iuſtificet.

Quòd ſi de bonis immobilibus ipſius eccleſiæ: aliter papa valde notabiliter donaret: non ſolum illicita, ſed forte etiam inualida eſſet talis donatio. Quia licet papa ſit dominus ſuorum reddituũ particularium: non tamen eſt abſolutus dominus, ſed adminiſtrator, vel diſpenſator, prædictorum bonorum immobilium communium eccleſiæ: ad eius vtilitatem, vt Caietanus refert. 2.2.q.43.art. 8.&.q.185.art.7.& in quodlib. in tractatu de indulgentiis. Et latius philippus Francus in rubrica de teſtamentis, in repetitone.q. an monachus de licentia papæ poſsit teſtari.q. 20.&.q.28. penult. in fine. Et Soto vbi ſupra aliqualiter tangit. Et cõſonat Nauarro vbi ſupra ca.25.nu.128.129.

Reſpõ.ad 3. Ad tertium argumentum, reſpon, negando antecedens, pro quanto ibi dicitur, quòd de ſolo iure eccleſiaſtico eſt, quòd clerici de reſiduo decentiæ pauperibus ſuccurrant. Nam id ſupra probatum eſt eſſe etiam de iure diuino: licet quoad quottam fuerit olim, & nunc uel poſt poſsit eſſe obligatio de iure eccleſiaſtico. Similiter negatur prima conſequentia & ſecunda. dico enim quòd licet papa, & eccleſia ſtatuere poſsit, quòd quarta, vel quinta pars in pauperes, vel in alios pios vſus expendatur, ſicut id olim ſtatuit, vt ſupra propoſitione prima dictum eſt: non tamẽ poteſt licite concedere, neq; ſtatuere, quòd reſiduum decentiæ in alios vſus prophanos: etiã aliàs licitos: ſine vlla rationabili cauſa clerici notabiliter expendant, maxime vbi pauperes eſſent valde indigentes, & nec alia bona clericorum nec illa quarta pauperibus aſsignata ſufficerent, pro ipſorum remedio oportuno. Neq; per talem eccleſiæ, aut papæ diſpoſitionem, clerici de obligantur ſicut nec olim fuerunt de obligati: à ſubuentione pauperum valde indigentium, de ſuperfluo decentiæ notabiliter, vt de iure diuino tenentur. Quia ſicut per limitationem, obligatoriamq; diſpoſitionem eccleſiæ de confitendo ſemel in anno, de ieiunando in quadrageſsima, & de audiendo miſſam diebus feſtiuis quã limitauit ius diuinum, indiſtincte poſitum de confitendo, & de ieiunando, & de exhibendo ei aliquem cultum latriæ, non de obligatur homo ab obligatione confitendi, ieiunandi, orandi, aut cultum latriæ exhibendi alio tempore, puta, mortis & huiuſmodi: quo videt id ſibi eſſe aliàs neceſſarium ad ſalutem: ſecundum ius diuinum vel naturale; ita ſimiliter in propoſito dicendum eſt.

Tandem nota, quòd cum ſupra dictis ſtat, quòd quando ad defenſionem regni ſiue reipublicæ ab infidelibus ſiue tiranis; non ſufficerent redditus regales, & alia bona ſecularia: tunc poſt poſitis pauperibus: non valde notabiliter indigentibus, licite poſſent prædicta bona eccleſiaſtica ſuperflua & ad defenſionem reipub. de voluntate clericorum vel etiam eis inuitis: de mandato papæ expendi, vt ait Soto de iuſtitia & iure lib. 10.q.4.art.5.& Hon cala tractatu de rebus eccleſiaſticis. ca.5. & ca.7. &.9. & Siluester titu. immunitas. q.5.q.4.q. 1. & titul. lex.q.15. & Victoria in relectione prima de. eccleſia.q.6.fo.97.&c. ad idem ſunt.

QVAESTIO DECIMANONA.

Vtrum prælatus eccleſiaſticus, iure diuino, teneatur ad perſonalem reſidentiam in ſuo curatu, uel epiſcopatu, & utrum non reſidens, teneatur ad fructuum reſtitutionem.

Reſpon. quoad primũ, ſcilicet quoad peccatum eſt vnica propoſitio, videlicet quòd reſidẽtia perſonalis eſt de iure diuino large ſumpto, & eccleſiaſtico: ita quòd prelatus habens curam animarum in ſuo curatu, per notabile tẽpus, ſeu per maiorem partem anni, non reſidens perſonaliter ſuum officium exercendo: etiam ſi de alio idoneo prouideat, peccat mortaliter, niſi rationabiliter excuſetur, aut diſpenſetur. Propõ. 1.

Prima pars, quòd ſcilicet iure eccleſiaſtico ad id teneatur, non eſt dubium inter doctores, vt patet per totum titulum de cleri. nõ reſi. & laic proſequitur eruditiſsimus Soto de iuſtitia & iure libr. 10.q.3.art.3.

Quòd autem iure diuino ad idẽ teneatur: quãuis in hoc ſint opiniones doctorum, quorum aliqui & quidem pauci tenent indiſtincte quòd non, de quorum numero eſt Ambroſius Catharinus in apologia contra Soto & contra Miranda. Alii autem & quidem omnes fere doctores utriuſq; iuris tenent indiſtincte quòd ſic. Sed utramq; opinionẽ, ſeu modum dicendi clarius reſoluendo: Videtur quòd talis obligatio perſonalis reſidentiæ, non eſt de iure diuino proprie, & ſtricte, ſed large ſumpto, de quo intelligitur hæc prima propoſitio.

Quod probatur. quia ius diuinum proprie & ſtricte ſumptum, eſt quod in ſacra ſcriptura expreſſe,

ſe continetur, uel quod ut tale eccleſia expreſſe decreuit, uel ab ore Chriſti, ſeu apoſtolorum, per antiquam tradditionem & ſucceſsionem eccleſiarum: vniuerſalis tenet eccleſia, vel quod in conſequentia neceſſaria & euidenti, ex prædictis propoſitionibus fidei, vel ex altera fidei, & ex altera euidenti infertur, vel quod cômuniter omnes catholici doctores ſemper ut tale tenuerunt: ſine illius contradictione impunita. Ius autem diuinum large ſumptũ eſt, quod ex prædicto iure diuino proprie ſumpto infertur in conſequentia tantum probabili, aut quod bene ſequitur ex vna propoſitione iuris diuini proprie ſumpti, ſimul & ex altera quæ cum non ſit iuris diuini vel naturalis proprie ſumpti: tamen ſecluſo etiam humano iure quocũque, rationabiliter negarl non poteſt, vt hæc propoſitio, hoſtia quæ à Sacerdote eleuatur adoranda eſt, quæ & eſt ſeu dicitur ſapere fidem, vt de his lauius ſupra. q. 17. Nunc autem ad propoſitũ, prędicta reſidentia perſonalis nõ habetur in ſacra ſcriptura; neque per eccleſiam vt de iure diuino expreſſe eſt decreta; neq; ab ore Chriſti ſeu apoſtolorum generaliter per eccleſiam, neq; euidenter in conſequentia neceſſaria deducta, neq; à doctoribus catholicis omnibus vt talis dogmatizata, cũ conſtet aliquos impune oppoſitum opinari, neq; per eccleſiam talis opinio vt hæretica condemnata eſt, vt fatetur B. Tho. 9. quodlib. art. 15. igitur illa reſidentia non eſt neceſſaria iure diuino proprie & ſtricte ſumpto, & per hominem indiſpenſabili.

Quod autem ſit de iure diuino large ſumpto, & per hominem diſpenſabili ex cauſa rationabili dũtaxat: probatur ex dictis, quia ex vna propoſitione de fide, ſeu de iure diuino proprie ſumpto, & ex altera quæ cum non ſit de dicto iure diuino, tamen ſecluſo etiam quocunq; iure humano rationabiliter negari non poteſt, bene ſequitur hoc modo arguendo. Iure diuino tenetur bonus paſtor ſpiritualis, ponere animam ſeu vitã ſuam pro ouibus ſuis: & ante eas vadere (ſcilicet verbo doctrinæ, & opere exemplari): illasq; paſcere ſacramentis, & cibo ſpirituali, prudentique gubernatione: & tandẽ caſdem cognoſcere, & vocare nominatim ſingulorũ euram gerendo. Hęc autem omnia: per alium ſine perſonali reſidentia ſufficienter facere nõ poteſt, idque regulariter. ergo eodem iure diuino, illi neceſſaria eſt reſidentia perſonalis, quo & enra, vel officium paſtorale inſtitutum eſt. Conſequentia patet, quia quo iure quiſpiam obligatur ad finem, obligatur etiam ad medium ſine quo finis ille obtineri non poteſt. Ex fine namque ſecundum Ariſt. primo phiſi. neceſsitas ſumitur mediorum ad finẽ. quod autem vt ibi dicitur cura paſtoralis & eius officium ſeu dignitas, ſicut & ſacerdotalis, à Deo inſtituta ſit, nullus catholicus negat: ſimiliter nullus negare poteſt, quòd paſtores ipſi inſtituti ſint principaliter effectiue ab ipſo Deo: quãuis inſtrumentaliter ab hominibus, mediate vel immediate creentur, vel inſtituantur, vt de hoc latins infra in reſponſione ad primum argumentum habetur.

Maior ſupradicti diſurſus expreſſe eſt iuris diuini Ioan. 10. bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis &c. quæ verba licet de Chriſto anthonomatice, at de omnibus prælatis cõmuniter intelliguntur: ibi enim non ſolum exemplum, ſed & regulam, diffinitionemq́ue boni paſtoris cuiuſcunq; Chriſtus expreſsit. ſecundum Auguſt. in lib. de paſtoribus, & de verbis domini ſermone. 5. & Gregorium in homilia. Athanaſium, Theophila. & cõmuniter oẽs doctores. quod ex ipſa ſerie textus euangelici patet, vbi ex conditionibus boni paſtoris, & mercenarii generaliter arguendo: deſcendit Chriſtus ad probandum ſe bonum eſſe paſtorem. Alioqui non bene probaret intentum: ſi de ſeipſo tantum in toto illo capitulo tanquam à particularibus Syllogizando: idem per idem probans, loqueretur.

Minor vero præfati diſcurſus (in qua ſtat tota difficultas) ſimul & intentum probatur quadrupliciter. tum. 1. quia proprium officium paſtoris eſt paſcere gregem, vt patet ex natura ipſius officii proprie ſumpti. hoc autem dicit exercitium perſonale, ſicut eſſe ductorem, gubernatorem, medicũ, aurigam, lucem gentium & huiuſmodi, & non ſolum prouidere de paſtore, ductore, gubernatore, & officialibus, ſeu coadiutoribus aliis: maxime ubi induſtria perſonæ ad id munus electa eſt, id quod in præſenti negotio omnibus liquet: cũ propter idoneitatem perſonæ prælatio illi ſit collata. Et ideo dignus vel dignior eſt eligendus: quia perſonalis eius induſtria requiſita eſt.

Tum. 2. idem patet, ex fine & modo reipub. eccleſiaſticę & gubernatorum eius. Ex fine quidem: nam licet omnia Deus fecerit propter hominẽ, ut ſcilicet omnia ei eſſent in ſubſidium uitæ & ipſe eſſet tanquam dominus omnium, & patres familias ſuas domos atq́ue diuitias propter ſuos ſucceſſores amplificent: ita, quòd in eiuſmodi familiis nõ perſonæ propter domos, ſed domus propter perſonas extructe ſunt. At uero in rebus publicis eccleſiaſticis, & ſecularibus, contra ſe res habet: nã regnum, non propter regem: ſed res, propter regnum & utilitatem eius inſtitutus eſt. in quo rex differt, à tyrano, quòd ſcilicet ille ad publicum bonum, hic autem ad proprium commodum: regno & omnibus utitur. & in repub. eccleſiaſtiea multo fortius id locum habet: Chriſtus namque, qui per ſeipſum fundauit eccleſiã, propter ipſam tũ alios paſtores, tũ maxime ipſos inſtituit. cuius reipub. eccleſiaſticæ finis proximus: ſempiterna felicitas eſt. Ex modo autem: nam quamuis principes ſeculares in modo ſuæ gubernationis, imaginẽ habeãt dominorum: prælatis autem eccleſiaſticis non licet niſi miniſtrorum forma & imago atq́ue ſeruiẽtium: ſecundum id Math. 20. Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſta-

tem

tem exercent in eos: nō ita erit inter vos. videatur abulenſis ibidem &c. Vnde Auguſtin. ſuper Eſa. homilia. 7. Qui uocantur ad epiſcopatum, non ad principatum vocantur: ſed ad ſeruitium eccleſiæ. Igitur tā ex fine, quàm ex modo eccleſiaſticæ reipub. & gubernationis eius; conſtat de iure euangelico: quòd ad vtilitatem eccleſiæ prælatus qui eſt ſeruus & miniſter illius, perſonaliter ſeruire, & ſe exercere debet.

Tum. 3. idem patet auctoritatibus Ioan. 20. Paſce oues meas. vbi dignitatis paſtoralis officium, non niſi officii & actionis perſonalis nomine deſignatur. Non enim ait Chriſtus, ſis præſul aut epiſcopus, nec paſtor: ſed paſce, ideſt non ſolum habitum: ſed & actum paſtoris habe, doce, inſtitue, guberna, & tandem exemplo meo meas oues perſonaliter cura. Ideo enim Lucę. 10. dicuntur operarii pauci, qui ſcilicet vſu poteſtatem exerceant vti tenentur. Et Leuit. 28. Applica ad me Aaron & filios eius: non ait vt Sacerdotes mihi ſint, ſed vt Sacerdotio fungantur mihi. Item, nume. 18. iubetur Aaron & filus eius excubare in cuſtodia ſanctuarii, quod magis conuenit Sacerdotio legis gratiæ, curam animarum habenti: cuius figura Sacerdotium illud fuit. Item prima Timoth. 3. qui epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat, ideſt, ſi legitimum eſt eius deſiderium, non ad dignitatem ſed ad opus referendum eſt: non vt præſit ſed vt proſit. ideo ſequitur ibidem. Oportet epiſcopum eſſe doctorem, vbi non habitus ſiue facultas & dignitas tantum, ſed vſus notatur. Vnde & Auguſt. ad Paulinum & habetur. 8. q. 1. qui epiſcopatū, ait. Exponere voluit Apoſtolus, quid eſt epiſcopatus, quia nomen eſt operis, non honoris. Et Hiero. ad Honoratum. qui epiſcopatum deſiderat, opus deſiderat. (hoc eſt) nō dignitatem, aut delitias, ſed opus & laborem. Ideo & hebre. vltimo Paulus ait præpoſitos ſic ſuper gregem inuigilare debere quaſi rationem pro animabus eius ſint reddituri. Rurſus Ioan. 10. bonus paſtor (vt ſupradictū eſt) noſce tenetur ſuas oues ideſt faciem & balatū earum: vbi ſignatur quòd non per relationem aut per alium, ſed de vultu, geſtu, & voce, animi morbum apte deprehendere poteſt. Ideo Prouer. 7. diligenter cognoſce vultū pecoris tui. vbi hebraice habetur. cognoſcendo cognoſces, ſeu euidenter cognoſce faciem pecoris tui, & pone cor tuū, ideſt amorem, & diligentiam ſollicitam ad gregē. Neque vero grex paſtorem ſuum ſatis cognoſcere uiciſsimq; diligere, eiusq; exemplū imitari valet, & libenter obedire mandatis vt oportet: niſi de vultu, & ſermone, illum quoque cognoſcat. Nā Ioan. 10. Alienum oues non norunt neque ſequūtur. Alienum inquit, non ſolum eum: qui non legitime ingreditur: ſed eum qui ab eis alienatur & incognitus eſt: qui videlicet, illegitime rem adminiſtrat, tam mercenarius eſt, quàm qui ea quæ Chriſtus ibi præmiſerat non ſeruat. Vnde Damaſus Papa in. 4. epiſtola de Chorepiſcopis depellendis agens, hoc Chriſti teſtimonio vehementer inuehit in epiſcopos, qui (vt meretrices ſuos filios) alienis ſuas plebes educandas concredunt. Et habetur diſtin. 68. ca. eccleſiis, & ca. ſequen. Item, Math. 5. prælati ſunt lux mundi vt doceant ignorantes: & ciuitas ſupra montem poſita, per vitam exemplarem & per refugium egentium: & ſal terræ, quo corrupti hominum affectus condiantur ne tandem putreſcant ſed reuertantur ad cor: quo & ſale, eiusq; ſapore vitæ, ſiue virtutum, ad meliora adducti animentur. Sunt denique errantiū duces, delinquentium regula, afflictorum refugium, egētium ſubſidium atque præſidium, infirmantiū medici. Et tandē vt Pius Papa c. oues. 6. q. 1. ait, ſunt veluti oculi eccleſię à Deo inſtituti, ſiue per quos Deus ipſe gregi ſuo prouidet: ſiue per quos populus: quæ diuina ſunt ſuſcipit. Hæc autē omnia munera, ſine actione perſonali: per alium commode fieri non poſſunt (vt conſtat aperte) & ita patet veritas quæ prætenditur.

Neque valet dicere id Ioā. 20. Paſce oues meas ſoli Petro dictum fuiſſe. Nam ibi eſt aliquid ſingulariter dictum Petro, ſcilicet vt tanquam vniuerſalis paſtor eccleſiæ ſuo gradu & ordine, vniuerſum paſceret gregem, ibi aſsiſtendo: vnde ſuis legibus & fide morumq́ue ſententiis: uniuerſos illuſtraret & inſtitueret, dignoſq́ue miniſtros cuique aſcriberet eccleſiæ. Generaliter autem, ibidem ēt explicata ē functio paſtoralis: quæ per ipſum Chriſtum: in Petro, & Apoſtolis ad alios prælatos deriuanda: ad eccleſiæ inſtitutionem conſtituta eſt. Ita uidelicet, ut cum primum unuſquiſque in paſtorem aſſumitur, iuſſum ab eodem Chriſto putaret: ut ſimiliter ſuum peculiarem paſceret gregē. Vnde Auguſt. libr. de paſtoribus ca. 13. ait, ob id Petro ſingulariter Chriſtū id quod omnibus erat commune dixiſſe, ut unitatem commendaret. hęc ille. Ac ſi dixiſſet. In uno cunctis poteſtatem dedit generalemq́ue regendi formam expreſsit: atque in uno cunctis idem iuſsit. Item, Ambro. in paſtorali, nobis, inquit, in uerbis diuinis credita eſt diſpenſatio, gregemq́ue Chriſti alendum ſuſcepimus. Et infra. Repetitum eſt à domino tertio paſce oues meas. Quas oues, & quem gregem non ſolum tunc beatus ſuſcepit Petrus: ſed nobiſcum ille ſuſcepit, & cum illo nos ſuſcepimus omnes. Iuſſit dominus Petro paſcere oues, per quem ad reliquos omnes, poteſtas & auctoritas paſcendi manat à Deo. Hæc ille, Vnde & papa creans epiſcopum uice Dei, quaſi explicās id Paſce oues meas, ait. Vade prædica populo tibi commiſſo. Sicut & Actu. 20. Paulus ut organum Dei ait. Attēdite uobis & uniuerſo gregi in quo uos poſuit Spiritus ſanctus epiſcopos &c. ſpiritus ſanctus illos poſuit, non ſolum quia eccleſia illos inſtituens & creans etiam quoad ſuas leges poſitiuas, eius nutu gubernatur, ſed etiam quia per ipſum Paulum Spiritus ſanctus principaliter effectiue, epiſcopos illos inſtituerat ad paſcendum gregem ſuum, ideo non

ait

ait ſe illos poſuiſſe ſed Deum: nam prima Corinrinth.7. Diſtinguit inter ea quæ Deus & quæ ipſe præcipit ſaltem expreſſe, de quo infra in reſponſione ad primum argumentum.

Tum demum.4. probatur idem, quia vbi ſtipendium pro opere impenditur, recta ratio docet illicitum eſſe vltra meritum operis ſtipendia ſibi capere, & multo magis illicitum eſſet alteri puta vicario(etiam digniori) operas & labores delegare ſibique maiorem ſtipendiorum partem relinquere. Nunc autem redditus eccleſiaſtici paſtoribus deſignati & debiti ſunt, non quidem pro ſciētia, probitate morum, pro dignitate alia quacunque ſeu iure etiam paſtorali dumtaxat: ſed præcipue pro præſidentia & functione, exercitio & opere ipſo paſtorali, in ſtipendium laboris & operis. ergo tenetur paſtor perſonaliter reſidendo per ſe vt commode poteſt actus ſui officii vel dignitatis exercere: aliàs illicite talia ſtipendia ſibi reportabit. Conſequentia patet, & maior ſimiliter ex illo ſecunda Timoth.3. Qui non laborat non manducet. Minor ſimiliter probatur. qui'ſi hoc eccleſiaſticum ſeruitium Chriſtianis vel eccleſiæ nō fuiſſet neceſſarium: certe nulla prælatio, nec officium paſtorale fuiſſet à Chriſto inſtitutum; neque vlla fuiſſet ab eodem vel ab eccleſia habita ratio perſonarum quæ idoneæ ſint quantum ad decimarū impoſitionem & redditum vel ſtipendiorum deſignationem. Vnde nu.18. non alia de cauſa Deus legitur decimas inſtituiſſe, quàm pro miniſterio quo leuitæ ac potiſſimum Sacerdotes, tabernaculo ſeruiebant. Et Luc. 10. Chriſtus Apoſtolos mittens vt meſſores; pro miniſterio ſuo ait dignos eſſe mercede ſua. Et Paulus prima Corinth.9. Omnia exempla naturalia ad hoc propoſitum adducit dicens, Quis militat ſtipendiis ſuis? & non alligabis os boui trituranti &c. Et prima Timoth.5. presbyteros non cenſet eccleſiaſtico præmio dignos quia boni ſunt ſed quia bene præſunt. Et tandem in ca. Cum ſecundum. de præben. Inno.3. per dictas auctoritates decernit, & conſtituit quòd ſtipēdia eccleſiaſtica, & dignitates ſolum propter opus conferuntur. Et in ca.fi. de reſcrip. beneficium aſſeritur dari propter officium, non ſolum propter officium diuinum, vt ait gloſſ. ibidem, & in extrauagan. Ioan.22. Execrabilis. de præben. Sed præcipue propter officium paſtorale exercendum, ut pulchre probat Soto, vbi infra & lib.10.q.5.arti.6. Et Gabriel in.4.diſtin.15.q.8. conclu.3.& dubio.2. Et patet extra: de decimis.& 16.queſt.1. Neque enim tot redditus iuſte per eccleſiam curato, ſiue paſtori tribuerentur: vt ſolum recitet officium diuinum, & ſubeat onus de Vicario ſeu de mercenario eccleſiæ ſuæ prouidendi.

Quòd ſi ſatis eſt laborare per alium & per amicos: ſatis etiam eſſe deberet manducare per illos. quòd ſi etiam eccleſiæ ſufficit talis mercenarius: ſufficiat etiam merces quam illi paſtor ſiue curatus aſſignat: & non rapiat ſibi prælatus ſine labore, tot alios redditus per eccleſiam in ſui miniſterii iuſtum ſtipendium tantum deſignatos.

Adde, multa mala atq; pericula quæ ex nō perſonaliter reſidendo regulariter ſequuntur. adeò vt ſecularis etiam mulier: titulum & curam poſſit habere paſtoralem, ſi eam per alium idoneū exercere licite poſſet, non perſonaliter reſidendo.

Igitur ex omnibus ſupra dictis: conſtat manifeſte prælatis etiam curatis, neceſſariam eſſe perſonalem reſidentiam: idq; regulariter & ex natura officii paſtoralis. Cū quo ſtat quòd in caſu, ex cauſa: paſtor paruo & magno tempore per alium licite reſideat, de quo infra. Stat etiam, quòd coadiutorem ſibi accerſire poſſit: vt Valerius epiſcopus fecit Auguſtinum ſibi ſubſtituens, quia ingraueſcēte iam etate vires ſibi non ſuppetebant: non tamē omnino à ſuo officio ceſſauit quin id quod poſſet efficeret. Hac etiam de cauſa Petrus Apoſtolus(vt refert Theodoritus lib. de 70. Diſcipulis & antiquiſſimus Epiphanius Tomo.2.ca.26.) quia illi opus erat ad prædicandum per aliàs eccleſias diuagari, ſubſtituit ſibi Cletum atq; Clementē epiſcopos, non qui eſſent ſummi Pontifices, ſed qui ſibi eſſent Vicarii auxiliarii.

Cum ſupradictis expreſſe concordant Magnus Athanaſius in epiſtola ad Imperatorem rogans vt epiſcopos eiectos ab vrbe, cogat ad ſuas eccleſias redire. Et in alia epiſtola ad epiſcopum Sardenſiū, & in altera ad epiſcopum Apameæ. Et Damaſus Papa ad epiſcopos Africanos, contra Cor epiſcopos, vbi omnes dicunt, quòd contra iura diuina, & eccleſiaſtica epiſcopus abeſt à ſua Dyoceſi. & de Scholaſticis idem tenent B.Tho.in.9.quodlib.art.15.&.2.2.q.185. art.5.& ibi Caietanus latius & Gabriel in.4.diſtin.15.q.8. dubio.2. & Gerſon alphab. 24.q.& 40. e. i.44.i. & Adrianus de reſtitu. vbi de beneficiis agit. Conradus de contractibus q.100. in reſponſione ad quintum argumentum. et de Canoniſtis Panorm. de cleri. non reſid.ca.fi. et ca. nonnulli. et gloſſa in ca. conquerente.eo.tit. et communiter canoniſtæ ibidem, et in ca. extirpādæ, de præben. et Silueſter titu. reſidētia.q.2. Summa Ang. titu. clericus.7.§.1. et tandem doctiſſimus Miranda archiepiſcopus nūc Toletanus ī ſuo tractatu de reſidentia prælatorum, et Soto de iuſtitia et iure Gab.10.q.3. ar.t.et.4.et.q.1.art.4. quāuis aliqui pauci, aliter et male opinentur niſi dicto modo intelligantur.

Secunda pars propoſitionis (niſi rationabiliter excuſetur aut diſpenſetur) patet, quia ſecundum omnes licitum eſt non reſidere, ex diſpenſatione legitima: et non aliàs. Diſpenſatio autem legitima eſt, quando ſuperior ad quem hoc attinet: generaliter uel ſpecialiter ex cauſa rationabili et nō aliter, diſpenſat, de quo late et pulchre agit Soto vbi ſupra arti.4. et ipſo iure communi ſunt multi caſus in quibus ſine alia particulari diſpenſatione, licite quis in ſuo curatu vel epiſcopatu poteſt non reſidere, ut patet, titu. de cleri. non reſiden. et in ca.

ca. ſuper ſpecula. de magiſtris, & in extrauagan. Ioan. 22. execrabilis. de præben.

Quòd ſi quis per Papam licentietur, aut diſpenſetur, ad non reſidendum ſine cauſa rationabili ſupra dicta, non eſt tutus in conſcientia apud Deú: licet in foro eccleſiæ valeat ei talis diſpenſatio, ne ſcilicet puniatur aut priuetur fructibus aut beneficio, vt bene ait Panormi. in ca. non eſt, de uoto & voti redemp. & communiter doctores vbi ſupra. Et nota quòd nunquam erit cauſa rationabilis niſi in caſu neceſsitatis ſpiritualis uel corporalis, vel niſi ad vtilitatem eccleſiæ vergat talis non reſidentia: propter quam videlicet eccleſiam, ipſa reſidentia iure diuino inſtituta & obligatoria eſt. Ex fine namq; ſumitur exigentia mediorum ad finem.

De reliquis tactis i quæſtione, quę per aliàs propoſitiones eſſent enodanda, libenter agerem: niſi ſatis dilucide diſerta vidiſſem, per quàm æruditû virum magiſtrum Soto de iuſtitia & iure lib. 10. q. 5. art. 6. ibi videantur.

Argum. 1. Contra ſupradictam primam propoſitionem arguitur ſexcupliciter, primo, quia ab eo habetur obligatio iniuncta ad reſidendum, à quo quis habet immediate epiſcopatum ſiue curatû ſibi traditum, vel applicatum: quamuis talis dignitas epiſcopalis ſeu gradus vel cura paſtoralis, à Chriſto ſit inſtituta. Sed epiſcopi & curati habent talẽ poteſtatem ſeu curam paſtoralem, & iuriſditionem ſibi tradditam ſeu applicatam: non à Deo immediate, ſed à Papa vel ab eccleſia eos ordinante, ſeu inſtituente in epiſcopos, ſiue curatos huius vel illius dyœceſis, vel eccleſiæ, vt patet. quia & omnis iuriſditio & poteſtas eccleſiaſtica: eſt à Papa, in ſingulis emanans vt à capite in membris corporis eccleſiæ, quia ei ſoli dictum eſt, Paſce oues meas, & Tibi dabo claues regni celorum &c. ca. ita dominus. diſti. 19. ca. in nouo. diſtin. 21. ergo à Papa vel ab eccleſiaſtico iure & non à diuino, eſt obligatio hoc vel illo modo reſidendi, gregemq; paſcendi.

Et confirmatur, quia ſi perſonalis reſidẽtia eſſet iniuncta de iure diuino, ſicut & aſsidua vita cõuictuſq; maritalis inter coniuges, ergo Papa non poſſet transferre vnum epiſcopum vel curatû, de vna Dyœceſi vel eccleſia, ad aliam, ſicut neq; coniuges ſeparare aliiſq; coniungere poteſt.

Argum. 2. Secundo arguitur ad idem, quia eccleſia in ca. extirpandæ, de præben. ſic ſtatuit. Si forte dignitati vel præbende parrochialis eccleſia ſit annexa: cõcedimus ut qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat eum in maiori eccleſia deſeruire, in ipſa eccleſia parrochiali idoneum & perpetuum habeat Vicarium canonice inſtitutum: qui congruentem habeat de ipſius eccleſiæ prouentibus portionem. Hæc ibi. Nunc autem ſi perſonalis reſidentia, in curatu eſſet iure diuino obligatoria: certe eccleſia non ſtatueret contra illud, vt ibi concedit generaliter ſtatuens, ergo de iure diuino non eſt.

Argum. 3. Tertio arguitur ad idem, quia etiam ſi reſidere in officio paſtorali ſic generaliter & indeterminate ſit de iure diuino: ita quòd debite grex paſcatur & gubernetur: non tamen determinatio modi talis reſidentiæ in ſpeciali per ſe vel per alium: ſed iuris eccleſiaſtici eſt, Sicut & ieiunium, cõfeſſio, & ſanctificatio feſti, ſic indeterminate ſunt iuris diuini vel naturalis: determinatio autem temporis & modi, puta quòd fiat ieiunium & confeſſio in quadrageſsima, & ſanctificetur dies Dominica, vel alia dies, hoc vel illo modo, iuris eccleſiaſtici eſt ſecundum communiter doctores.

Quarto arguitur ad idẽ, quia epiſcopus vel curatus ſępe poteſt facile per alium doctiorẽ ęque, aut melius quàm per ſe paſcere gregem ſuum. ergo non tenetur per ſeipſum perſonaliter reſidendo. patet conſequentia. quia ex fine debiti paſtus ſpiritualis, ſumitur exigentia mediorum ad illum finem: non enim tenetur paſtor reſidere, niſi vt grex ſibi commiſſus debite paſcatur. *Argum.*

Quinto arguitur. ad idem, quia ſi perſonalis reſidentia eſt de iure diuino quamuis large ſumpto, ſicut & confeſsio vocalis, vt ſupra dictum eſt. ergo eſt indiſpenſabilis per Papam, ſicut & ipſa confeſsio. patet conſequentia. quia nullum ius diuinum abſolutum, ſtricte, vel large ſumptum, quale eſt hoc, eſt diſpenſabile per Papam: quãuis ius diuinum vel naturale habens ortum à volũtate noſtra præſuppoſita, quale eſt votum & iuramẽtum, vel promiſsio, diſpenſabile ſit. *Argum.*

Seſto arguitur ad idem, quia ſi hæc propoſitio, reſidentia paſtoris eſt de iure diuino, ſapit fidem, vt ſupra in probatione primæ propoſitionis dictû eſt: Sicut & hæc propoſitio, hoſtia quæ eleuatur à celebrante adoranda eſt, ſapit fidem. ergo eius oppoſita ſapit hæreſim puta dicere quòd reſidentia perſonalis nõ eſt de iure diuino: ſicut dicere quòd hoſtia quæ eleuatur non ſit adoranda ſapit hæreſim. Sed conſequens eſt falſum: Cum conſtet de prędicta reſidentia eſſe opiniones non condemnatas per eccleſiam. communiter autem condemnatur & reprobatur tanquam ſapiens hæreſim uel hæreticum, dicere quòd hoſtia altaris non eſt adoranda uel quòd confeſsio uocalis non eſt de iure diuino. ergo non ſapit fidem dicere quòd reſidentia prędicta eſt de iure diuino large uel ſtricte ſumpto. *Argum.*

Reſponſio ad primum. Conceditur maior de applicante officium paſtorale, ſeu inſtituente hunc paſtorem principaliter & effectiue; negatur autẽ de miniſterialiter tantum id faciente, & tunc negatur minor ubi cõceditur maior. Nã ſolus Deus eſt, qui ex ſua inſtitutione principaliter & inuiſibiliter, cõfert poteſtatem & gradum paſtoralẽ huic, cui Papa uel eccleſia miniſterialiter ſcilicet, per ſuum miniſterium exterius eligendo, ordinando, & confirmando idem confert. Sicut Deus ipſe eſt qui principaliter immediata ſua operatione effectiua, confert uirtutem, effectumque ſacri baptiſmi, pœnitentię, ordinis, & huiuſmodi, ei quem miniſter *Reſpon. 1. arg.*

miniſter eccleſiaſticus immediata operatione ſua miniſteriali ſacramentum confert. igitur Deus ipſe eſt, qui ſolus, immediata operatione ſua effectiua principali, facit Epiſcopum, & paſtorẽ animarũ, habentẽ poteſtatẽ ad ſuũ munus obeundum, eũ quem Papa vel eccleſia ad idẽ elegerit, & ordinauerit: facit ad hoc actuu. 20. Attēdite vobis & vniuerſo greſi in quo Spiritus Sanctus poſuit vos Epiſcopos regere eccleſiam Dei. Item epheſ. 4. quoſdam dedit paſtores, & doctores ad cõſuma. vbi expreſſe dicitur nõ ſolum de Apoſtolis inſtitutis ſpecialiter à Chriſto, ſed etiam de aliis electis, & inſtitutis per Apoſtolos, & per eccleſiã, quòd ſunt inſtituti, & poſiti paſtores ab ipſo Deo, ſcilicet principaliter ſed mediante hominum electione, vt declaratum eſt.

Item quomodocunq; mediate vel immediate, à Deo, vel à Papa, vel ab aliis quibuſcunq; paſtores effecti ſint: non ſequitur quòd Papa creans illos paſtores: officium hoc illis applicando, poſſit naturam eius officii, à Deo inſtituti variare: ſicut non poteſt facere vt non ſit paſtor dum illum eligit in paſtorẽ, neque quòd non ſit Sacerdos, neque vt non poſſit conſecrare, is quem ordinat Sacerdotem. Quare ab ipſo etiam Deo, paſtores habent iniunctam obligationem ad perſonaliter reſidendũ vt dictum eſt. Sicut & Papa, quãuis ab hominibus electus poteſtatem Papalem non habentibus, iure diuino inter Chriſtianos in eccleſia cui præeſt reſidere tenetur.

Ad confirmationem reſpondeo negando conſequentiam: nec eſt omnino ſimile. Nam Papa mutando vnum epiſcopũ de vna dyœceſi ad aliã: ſolum mutat iuriſditionẽ nõ ſacramentũ ordinis: neque tollit characterem, neq; naturam officii paſtoralis, neque enim hoc Papali iudicio ſupremæque eius poteſtati ſuper omnes ſubiectum eſt.

Reſpon. ad 2. argumen. Ad ſecundum argumentum reſpõdeo, quòd in illo ca. extirpandæ. eccleſia non concedit prælatis reſidere in ſuis parrochiis, per Vicarios mercenarios: ſed quod inſtituant canonice Vicarios perpetuos: quod eſt idem fere quod curatos inſtituere, ipſiſque relinquere parrochias tanquã propriis earum curatis. Quod inde conſtat quia perpetuitas & canonica inſtitutio illorum Vicariorum: cõditiones nõ mercenarii, ſed proprii parrochi atq; curati ſunt. Videtur ergo. ius ibi concedere licẽtiam generalẽ vt ſit parrochiæ collator in alterũ: vt patronus poteſt eccleſiæ ſuæ prouidere, inſuper quòd propter hoc & propter aliquale ius, & curam ſibi remanentem adhuc ad prouidendum ſuæ parrochiæ de alio Vicario ſi opportuerit: poteſt recipere aliquam reddituum portionẽ dũmodo decẽs illi perpetuo Vicario remaneat. Poteſt etiam dici quòd ſi conceditur ibi talis reſidentia per alium: id vtiq; fit ex cauſa rationabili, vt ſcilicet ad maiorẽ honorẽ cultus diuini in eccleſia maiori deſeruiat, cui etiam tenetur.

Reſp. ad 3. Ad tertium reſpondeo, negando ſimilitudinem huius & aliorũ præceptorum diuinorũ quoad hoc: nam (vt patet ex ſupra dictis) talis modus reſidẽdi perſonaliter, ex ipſo iure diuino & naturali habetur ſine vlla alia eccleſiæ determinatione: quãuis quoad alia; modus & tẽpus reſidẽtiæ perſonalis, ſicut & ieiuniũ, confeſsionis & Sanctificationis ſabbati ſit ex eccleſiæ determinantis inſtitutione.

Reſpõ. ad 4. Ad quartũ reſpon. negando conſequentiã, tum quia paſtor nõ põt per alium debite ſupplere amorem proprii curati & paſtoris ad gregem ſuum, neque mercenarius tenetur ſe morti exponere pro grege in neceſſitate, ſicut proprius paſtor tenetur. tum etiã, quia licet ad id teneretur & faceret mercenarius quod ipſe paſtor: nõ tamen propter hoc proprius paſtor liberatur à ſua obligatione perſonali de reſidendo: ſicut neq; à perſonali obligatione recitandi, ieiunãdi, & huiuſmodi. Tum demum quia id eſt per accidens, per ſe autem proprius paſtor tenetur perſonaliter ad idẽ. Alioqui (vt ſupra habetur) ſecularis etiã mulier poſſet per alium reſidendo curam habere paſtoralem. Ex fine aũt ſumitur vel attẽditur per ſe & regulariter, & non per accidens: exigẽtia ſeu obligatio mediorum requiſitorum ad ipſum finem. Quare propter prædicta negatur etiã antecedens. Item licet Epiſcopus poſſit per ſubſtitutos multa munera epiſcopalia (quãuis non tam decenter ſicut per ſeipſum exercere) vt ordines conferre, confirmare, benedicere tẽpla, ornumenta, & virgines conſecrare, chriſmaq; conficere, punire, & alia eiuſmodi. Verũtamen ſunt alia multa, quæ niſi perſonaliter reſidẽdo per alium vt oportet, fieri non poſſunt: qualia ſunt de vultu cognoſcere gregem, & ab eo cognoſci: ut eius, & ſingulorum neceſsitatibus ſpiritualibus & corporalibus verbo & exemplo medeatur: is qui datus eſt in paſtorem, medicum, & patrem ſpiritualem, lucem & ducẽ animarum, vt ſupra probatum eſt.

Quòd ſi replicetur, ꝙ id cenſetur homo per ſeipſum, quod per ſuos amicos & ſubſtitutos facere poteſt. Reſpondeo id ſolum eſſe verum in iis, quæ de ſe, & de ſuis bonis ad libitum diſponere poteſt. Secus in publicis functionibus, & aliis huiuſmodi, idque regulariter. Nã in caſu, & ex cauſa, licitũ eſt per aliũ id facere & reſidere, vt dictum eſt.

Ad ſecundum reſpon. ſecundum doctores cõmuniter tenentes Papam in nullo iure diuino abſoluto, poſſe diſpenſare ius ipſum relaxando: ſed ſolum interpretando, videlicet, declarando talem caſum ab ipſo eodem iure diuino excipi: & tunc conceditur ſimpliciter quòd dum manet epiſcopus, ſiue curatus, per nullam pontificis diſpenſationem poteſt ab obligatione perſonalis reſidẽtiæ abſolui vel relaxari: ſed ſolum poteſt in caſu ex cauſa rationabili declarari, ac proinde licentiari per Papam: quòd tunc ad perſonalem reſidentiam non tenetur.

Eſt tamen differentia inter hanc reſidentiam, & confeſsionem, & votum. Nam reſidentia perſonalis eſt quidem de iure diuino abſoluto ſcilicet non

conſurgente ex voluntate noſtra, neque illã præſupponente vt eſt votum, non tamen abſolute in omni caſu obligante, ſed quaſi conditionale puta manente materia ipſius præcepti rum ſuis cõditionibus: dum videlicet, neceſsitas vel vtilitas maior eccleſiæ oppoſitum non ſuadet, tunc enim & non aliter maior eccleſiæ oppoſitum non ſuadet, tunc enim & non aliter (vt diximus) indiſpenſabile eſt. Confeſsio vero vocalis, eſt etiam de iure diuino abſoluto, & aliquanto magis abſolute pro ſuo tẽpore obligante, ſcilicet dum neceſsitas notabilis detrimenti Spiritualis vel corporalis ſeu temporalis non obſtiterit: nam in his caſibus ſecundum rõmuniter doctores tale præceptum: cum tanto diſcrimine non obligat. Quibus exceptis per Papam diſpenſabile non eſt, in caſibus vel tẽporibus quibus ad id diuino iure aliàs obligamur. Ideo in caſu maioris vtilitatis, quæ nunquam eſt in non confitendo quàm in confitendo, nulla cadit in hoc diſpenſatio. Voti autem adimpletio eſt etiam de iure diuino & naturali, non tamen abſoluto, ſed ex præſuppoſitione ortum habente, à voluntate noſtra. Ita videlicet, quòd in voto eſt duplex obligatio, prima ipſius voti vel promiſsionis, quam ſibi vouens induxit ſe obligans Deo ad tale quid agendum, vel omittendum: Secunda, quam lex diuina & naturalis ſuper induxit; dictans quòd promiſſum Deo fideliter impleatur: & hæc obligatio oritur ex prima. Diſpenſans autem in voto non tollit hanc ſecundam obligationem: ſed primam quę ex voluntate vouentis emerſit, quæ quodammodo eſt lex ſeu obligatio humana: ſuper quam, ſicut & ſuper alios contractus humanos diſſoluendos: ex rationabili cauſa neceſsitatis vel vtilitatis ſecũdum communiter doctores; Superior & maxime Papa habet auctoritatem. Itaq; diſpenſans in voto non tollit legem diuinam, neque eam relaxat, quæ eſt, vt dum votum manet firmum, quod eſt materia legis diuinæ & naturalis de implendo votum, ſeruetur, ſed ex rationabili cauſa tollit illam primã obligationẽ voti, quæ eſt materia legis diuinæ de reddendo Deo uota ſua. Et ideo generaliter dicitur quòd in votis cadit diſpenſatio ſuperioris, quæ eſt etiam, iuris relaxatio: quia ex rationabili tãtũ cauſa poteſt tollere illam primam obligationem, quæ eſt materia ſecundæ, id eſt legis diuinæ. in reſidentia autem prælatorum eſt unica obligatio iuris diuini: ſuper quod & ſuper materiam eius Papa non habet poteſtatem: ideo ibi tantum cadit ſua diſpẽſatio, quæ eſt ſolum iuris declaratio. In confeſsione uero Sacramentalis de iure diuino obligatoria minime. idque totum pendet & conſtat ex fine, & natura ipſorum præceptorum.

Quòd ſi quæratur. Vtrum in caſu maioris utilitatis manifeſte licitum ſit, etiam ſine ſuperioris diſpenſatione nõ reſiderr: ſicut & uotum non ſeruare, aut in melius commutare. reſpon. quòd ſic: quia iam conſtat ceſſare materiam illius obligationis, maxime dum ea neceſsitas inſtat, ne ad ſuperiorem facile pateat acceſſus. In caſibus autem iure expreſsis, nulla particularis alia diſpenſatio requiritur: dum ipſum ius in tali caſu ad non reſidendum facultatem indulget. Sed de his latius & pulchre agit Soto ubi ſupra, & de materia uotorũ lib. 8. q. 4. arti. 1. & 3. ibi uideatur.

Ad ſextum argumentum reſpon. negãdo antecedens: neque enim ubi ſupra dictũ eſt, quòd certum eſt ſapere fidem, dicere quòd reſidentia perſonalis eſt de iure diuino, ſicut quòd hoſtia adorãda eſt: ſed quòd eſt id probabilius opinatum: quia videtur eadem ratio utrobique. quamuis in hoc ſit differentia: quòd de adoratione hoſtiæ apud omnes catholicos id iam rerum eſt ſapere fidẽ, nec impune quiſpiam contradicet, de perſonali autem reſidentia opinatum tamen eſt. Quo fit ut dicere hoſtiam quæ à Sacerdote eleuatur eſſe adorãdam, certe ſapiat fidẽ, & oppoſitum ſapiat hæreſim uel hæreticum ſit: dicere autem reſidentiam eſſe uel non eſſe iure diuino neceſſariam, neque fidem, neque hæreſim ſapiat. Nam ut propoſitio ſit, & dicatur formaliter & proprie de fide aut ſapiat fidem, & oppoſitum ſapiat hæreſim, requiritur quòd talis propoſitio non ſolũ opinata ſed certa ſit apud eccleſiã ſiue catholicos quòd eſt de fide aut quòd ſapit fidem, ut de his ſupra quæſtione. 17. latius habetur. Reſp. ad.

Ex omnibus ſupradictis patet, quòd curatus uel epiſcopus in officio uiſitationis, inquiſitionis, fidei, uel uicarie generalis, uel in aliis negotiis eccleſiaſticis ad utilitatem eccleſię ſufficienter occupatus excuſatur à ſua reſidentia perſonali, ut de his pulchre agit Soto ubi ſupra lib. 10. quæſt. 3. arti. 4. ibi uideatur. Corolaria.

Similiter excuſatur epiſcopus uocatus à Papa ad reſidendum in curia Romana, ſi id eſt neceſſarium eccleſiæ uniuerſali aut ſuę particulari, & non aliter: ſicut ſi in negotiis Concilii aut ſuæ eccleſiæ rationabiliter occupatus eſſet. Ad quod facit extrauagans Ioan. 22. execrabilis, de pręben. quo ad epiſcopos cardinales, de quibus Caietanus ubi ſupra, et alii dicunt, quòd ſi eorum reſidentia in curia Romana, non eſt ualde utilis uel neceſſaria ad utilitatem eccleſiæ, non excuſantur etiam de licentia Papæ ibi reſidentes: et multo minus ſi ſolum pro ſua recreatione, uel ex ambitione ſeu auaritia, ibi uel alibi in curiis regum: ſuis epiſcopatibus relictis, diu demorantur: uel ut maiores ambiant epiſcopatus.

Similiter canonicus in eccleſia cathedrali quo modo poſſit habere curatum alibi ſine reſidentia perſonali ſer undum ea, Extirpandæ, de præbend. quo modo non, iam ſupra in reſponſione ad ſecundum argumentum dictum eſt.

Item, quomodo epiſcopus etiam de licentia Papæ, regulariter non licite occupatur in officio præſidentiæ regalis: poſtpoſita ſua perſonali reſidentia in ſuo Epiſcopatu, latius agit Soto, vbi ſupra: quamuis ad breue tempus in curia regali

poſsit

poſsit pro aliis etiam negotiis demorari. Et ſecundum hæc ego limito et intelligo gloſſam in ca. eos qui. 20. q. 3. & Panormita. in ca. Sed nec. et ca. clericis. Ne clerici vel Mona. et in ca. non eſt. de uoto et uo. redempt. et in ca. ſępe principes. et ca. ſi uobis. 23. q. 8.

Illud autem ſecunda Timoth. ſecundo Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus &c. ſolum prohibet eccleſiaſticos viros quoſcunq; implicari negotiis ſecularibus, ſcilicet ſeculariter, puta, cauſa lucri, ambitus, aut mundani fauoris ſecundum gloſſ. ordi. & Chryſoſtomum, Theodoritum. vel ſecundum Cyprianum lib. 1. epiſt. 9. & Titelmanum & alios, ibi prohibetur eccleſiaſticis præcipue, ne curis atq; negotiis vitæ huius plus debito ſe implicent: & maxime prælati: ſed magis inde ſe expediát ne à ſuo debito officio impediátur, quo fine ceſſante: per modicam & piam in temporalibus occupationem uel recreationem ceſſat & rigor obligationis de perſonaliter tunc reſidendo. Nam & multa ſunt & fuerunt præcepta Apoſtolorum atque diuina: non quidem abſolute ſed ſolum ex cauſa obligantia, vt de bigamis non ordinandis & homicidis, quòd mulier non tondeat caput, quòdque oret in eccleſia capite velato, quòd neophitus non ſit epiſcopus ne ſuperbiat, quòd fraterne corripiens adhibeat paucos teſtes, & alia eiuſmodi, quæ ceſſante cauſa præceptorum ſimul & ipſa ceſſant vel per Papam diſpenſabilia ſunt. & tale eſt pręceptum hoc ſecunda Timoth. 2. Nemo militans Deo &c. & præceptum de perſonaliter reſidendo vt dictum eſt.

Tandem nota quòd reſidere eſt officium ſuum perſonaliter exercere: & non ſolum in ſuo Epiſcopatu eſſe præſentem & nihil ferę ſui muneris facere: Sed in recreationibus & aliis prophanis occupari, reliqua ſuo ſubſtituto committendo, vti hoc etiam ait Soto vbi ſupra. Sic econuerſo qui ex legitima cauſa, puta propter ſanitatem quia locus curatus illius ſaluti contrariua eſt, aut propter ſtudium ad tempus, vel propter alendos parentes indigentes, qui ſuum incolatum alibi habentes illú relinquere commode non poſſunt, & propter aliàs eiuſmodi cauſas rationabiles ſecundum iudicium prudentum & maxime ſuperiorum, extra ſuum curatum habet domicilium, ità tamen frequenter & diligenter viſitat ſuas oues, eiſq; ſufficienter prouidet in Spiritualibus & temporalibus vt oportet, per ſe & per ſubſtitutum ac ſi ibidem moraretur aſsidue: hic certe quantum attinet ad ius diuinum cenſetur perſonaliter reſidere, niſi quò ad hunc modum & tempua reſidendi aliud eccleſia ordinaret. In quo tamen maxime cauendum eſt, ne iniquitas ſibi mentiatur. de hoc etiam videatur Couarruuias in reſolutionibus lib. 3. ca. 13. nu. 3. & 9. Vbi latius agit: opinioneſque conciliat, quæ in vocabulo reſidentiæ atque præſentiæ ſiue inter eſſentiæ videntur aduerſæ.

Poſtquàm nuper abſolueram quæſtionem hanc de reſidentia prælatorum, emanauit decretum Cōcilii Tridentini quod inferius hic habetur, iuxta quod intelligenda & limitanda ſunt ea omnia quæ in hac noſtra quæſtione dicuntur. Ex quo namque huic diffinitioni ſiue decreto per omnia ſtandum eſt: vtique fit, vt de hac re diſputandi vel dubitandi catholicis nullus iam locus relictus ſit.

Seſsio. 7. Concilij Tridentini ſub Pio. 4. die. 15. Iulij. 1563. quæ in ordine omnium Seſsionum. 23. eſt.

Decretum de reformatione Cap. 1.

Cvm præcepto diuino mandatum ſit omnibus quibus cura animarum commiſſa eſt oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbique diuini prædicatione ac verborum operum exemplo paſcere, pauperum aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cœtera munera paſtoralia incumbere, quæ omnia nequàm ab his præſtari & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant neque aſsiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt. Sacro Sancta Synodus: admonet & hortatur, vt diunorum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio & veritate paſcant & regant.

Ne vero ea quæ de reſidentia Sancte & vtiliter iam antea ſub Feli. re. Paulo tertio ſancita fuerunt in ſenſus à Sanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat, illis inhærendo declarat Sacro Sancta Synodus omnes Patriarchalibus metropolitanis ac Cathedralibus eccleſiis quibuſcunque, quocunque nomine & titulo præfectos, etiã ſi ſanctæ Roma. Eccle. Cardinales ſint obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia vel diœceſi reſidentiam: vbi iniuncto ſibi officio fungi teneantur neq; abeſſe poſſe niſi ex cauſis et modis infra ſcriptis.

Nam cùm Chriſtiana charitas, vrgens neceſsitas, debita obedientia, ac euidens eccleſiæ vel reipublicę vtilitas, aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent et exigant: decernit eadem Sancta Synodus hac legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſsimo Rom. Pontifice, aut à metropolitano, vel eo auſente ſuffragameo Epiſcopo antiquiori reſidēte (qui eiuſdem metropolitani abſentiam probare debebit) in ſcriptis eſſe approbandas, niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus et reipub. officium Epiſcopo adiunctum, cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ et interdum repentinæ, ne eas quidem ſignificari metropolitano neceſſe erit: ad eundem tamen cum Concilio prouinciali, ſpectabit iudicare de licentiis à ſe vel à ſuffraganeo datis, et videre ne quis eo iure abutatur, et vt pœnis canonicis errantes puniantur. Interea meminerint diſceſſuri ita ouibus ſuis prouidendum vt quantum fieri poterit ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniā aūt qui aliquātiſper tātū abſunt ex

veterum canonum ſententia, non videntur ab eſſe quia ſtatim reuerſuri ſunt: Sancta Synodus vult illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum extra prædictas cauſas: nullo pacto debere duos aut ad ſummum tres menſes excedere, & haberi rationem vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento: quod an ita ſit abſcendentium conſcientiæ relinquit.

Si quis autem (quod vtinam nunquam eueniat) contra huius decreti diſpoſitionem ab fuerit, ſtatuit Sancta Sinodus, præter aliàs pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo. 3. impoſitas & innouatas ac mortalis peccati reatum quem incurrit, cũ pro rata temporis abſentia fructus ſuos non facere nec tuta conſcientia, etiam alia declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe: ſed teneri (aut ipſo ceſſante) ſuperiorem eccleſiaſticum illos fabricæ eccleſiæ aut pauperibus loci erogare, prohibita quacunque conuentione vel compoſitione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus: in totum aut in parte ei remitterentur. non obſtan. quibuſcunque priuilegiis cuicunque collegio aut fabricæ conceſſis.

Eadem etiam quò ad culpam, amiſsionem fructuum, & pœnas, decuratis inferioribus & aliis qui buſcunque, qui beneficium aliquod eccleſiaſticum curam animarum habens obtinent, Sancta Synodus declarat & decernit. Ita tamen vt quandocunque eos cauſa prius per epiſcopum cognita & probata abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo ordinario approbandum cum debita mercedis aſſignatione relinquant. diſcendendi autem licentiam in ſcriptis gratisq́; concedendam vltra bimeſtre tempus niſi ex graui cauſa non obtineãt. quòd ſi per edictum citati & non perſonaliter contumaces fuerint: liberum eſſe vult ordinariis per cenſuras eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum aliaq́; iuris remedia etiam vſq; ad priuationem compellere: nec executionem hanc quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuſcunque beneficii, pactione, ſtatuto etiam iuramento, vel quacunque auctoritate confirmato, conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela cenſenda eſt, ſiue appellatione aut inhibitione etiam in Ro. curia, vel rigore Eugeniæ conſtitutionis ſuſpẽdi poſſe. Hæc ibi ad literam.

QVAESTIO VIGESSIMA.

Vtrum liceat plura beneficia, etiam ex diſpenſatione ſummi Pontificis, poſsidere.

Opinio 1. RESPONDEO hic eſt duplex opinio, prima, quòd Papa poteſt prohibito diſpenſare in pluribus beneficiis et curatis, ita quòd beneficiati erunt tuti in conſcientia, ſi ſint aliàs idonei & per ſe & per alios fecerint quod aliàs tenetur in eorum adminiſtratione, quia Papa poteſt diſpenſare, aut et ad libitum diſponere: in iis quæ non ſunt contra ius diuinum vel naturale. Sed pluralitas beneficiorum quorumcunque, non eſt contra prædictũ ius, ſicut nec habere plura regna ſiue dominia populorum, ſed ſolum contra ius humanum. ergo Conſequentia patet cum maiori.

Et minor in qua ſtat difficultas probatur dupliciter, primo quia plura beneficia poſsidere duo dicit aut includit, ſcilicet ius ad regendum plures eccleſias: & ius ad plures fructus recipiẽdum. Quoad primum ſolum eſt ius diuinum quòd ſit vnus Vicarius Chriſti, ſcilicet Papa qui toti Eccleſiæ præſideat: circa modum autem gubernandi eccleſiam, per ſe vel per alium, non ſe intromittit ius diuinum vel naturale, ſed hoc reliquit diſpoſitioni Petri & ſucceſſorum eius; ſimus ergo nunc in eccleſia primitiua ante omne ius humanum vel eccleſiaſticum: ſi Papa tunc committeret curam plurium eccleſiarum, aut populorum vni Sacerdoti idoneo: prætermiſſo etiam magis idoneo ſcienter: certe licet id culpabiliter faceret ex quo tamen poterat facere, nonne talis curatus eſſet tutus? Vtiq; quia vt dictum eſt, quoad modum gubernandi hos vel illos per vnum aut per plures: ius diuinum aut naturale nihil diſponit. ergo Papa poteſt nunc, ſicut & tunc, diſpenſando vel diſponendo, generaliter vel particulariter, ſimiliter agere. Nam eãdem poteſtatem habet nunc poſt diuiſa beneficia quàm ante. Sicut etiam nunc apud Indos poteſt plures populos & eccleſias vni epiſcopo ſiue curato committere de nouo inſtituendo, ſicut & de facto multa ſunt apud nos beneficia vnita & populi & eccleſiæ annexæ. idem igitur poteſt Papa quoad vniendum apud vnum beneficia iam diuiſa in plures beneficiatos. Ad quod facit. 16. quæſtione prima ca. & temporis. & ca. poſtquàm, vbi habetur quòd poteſt vnio fieri beneficiorum apud vnum.

Secundo probatur prædicta minor, quia hoc factum eſt de ſe bonum in quo hæc omnia includuntur ſcilicet inſtituere idoneum in paſtorem et dare ei poteſtatem ad alios idoneos ſi oportuerit curatos aut Vicecuratos ſubſtituendum: & obligare illum vt vigilet ſupra eos vt rectè ſe habeant, quæ omnia bona ſunt. Et hoc eſt dare alicui plura beneficia, ergo.

Aliud autem, ſcilicet recipere plures fructus, non eſt contra vllum ius diuinum vel naturale, ex quo (vt dictum eſt) de iure mere eccleſiaſtico eſt, quòd tot vel tot fructus, hoc vel illo modo recipiat, in quo Papa diſpenſare poteſt.

Facit etiam ad prædicta, quia ſi prædicta pluralitas beneficiorum eſſet contra ius diuinum vel naturale Papa nullo modo & nulla cauſa diſpenſare poſſet. Poteſt autem ex rationabili cauſa diſpenſare, vt patet ex ea. dudum. de electio. & ex aliis multis iuribus ſecundum etiam omnes doctores, vt infra patebit. igitur &c.

Hanc

Hanc opinionem tenent aliqui præcipue moderni poſt glo. in ca.dudum.de electio.& poſt Innoc.in ea. cùm ad monaſterium. de ſtatu monachorum. & ca. dudum.2.de electio.de quorum numero eſt Ambroſius Catharinus in apologia contra Soto de reſidentia prælatorum. Et clariſſimus doctor Medina, fertur etiam eam de rigore eccleſiaſtico tenuiſſe: quamuis oppoſitam opinionem communem proxime ſequẽtem,vt pote, tutiorem tenendam, practicandam & generaliter abſoluteq́; docendam,cenſuerit & prędicandam.Sed certe opinionem communem non ſolum tutiorẽ ſed & veriorem & præfatam primam opin. falſam & periculoſam exiſtimo, vt patebit inferius vbi ad fundamenta & euaſiones prædicte opinionis plene reſpondebitur.

Secunda opinio, eaq́; communis,eſt in oppoſitum, pro cuius declaratione & probatione pręſupponendum eſt, ex.B. Tho.in.9.quodlib.art.15. ꝙ eſt triplex ordo actuum humanorum. Primus eſt eorum qui deformitatem habent inſeparabilem, vt mentiri, fornicari,& huiuſmodi. ſecundus eſt actuum indifferentium, vt deambulare,comedere, plura veſtimenta habere.tertius eſt eorũ qui quãuis per ſe nude, & abſolute ſumpti deformitatem repreſentant & dicunt annexam: tamen per debitarum circunſtantiarum appoſitionem, & non aliter, poſſunt à ſua deformitate ſeparari & licite fieri, vt eſt occidere vel percutere hominem, quod à iudice & iuſtitia licite fit, & ab aliis cauſa defenſionis,& vendere officia publica,quod ſi perſonis bonis & idoneis,in precio fiat moderato, licitum eſt & non aliter.

Pręſupponatur etiam,quòd ſunt quædam beneficia quę nullam requirunt reſidentiam,neq; vllam habent curam animarum,vt ſunt ſimplicia Sacerdotia, & alia quæ dicuntur præſtameræ. ſunt alia quæ requirunt aliquam reſidentiam,ſed nullam curam animarum habent,vt ſunt canonicatus & huiuſmodi. Sunt denique alia quæ vtrumq́ue requirunt & habent ſcilicet curam animarum,& ex conſequenti reſidentiam requirunt perſonalem,vt patet ex.q.19.præcedente.

Prop. 1. His ſuppoſitis ſunt tres propoſitiones, quarum prima eſt. Illicitum eſt, contra ius diuinum & naturale ſaltem large ſumptum, poſsidere etiam ex Papæ diſpenſatione, plura beneficia curam animarum habentia: niſi ad id cauſa rationabili adſit, ita quòd aliter ea poſsidens non eſt tutus in conſcientia. Ex diſpenſatione autem legitima Papæ,rationabili cauſa ad id ſubſiſtente,licitum eſt.

Prima pars probatur quadrupliciter,primo quia actus tertii ordinis ſupra dicti, qui ſcilicet annexã quamuis ſeparabilem deformitatem habent & repreſentant,illici ſunt & contra ius diuinum & naturale: niſi per appoſitionem debitarum circunſtãtiarum talis deformitas tollatur,vt patet ſecũdum oẽs doctores atq; ſapientes mũdi(in quo nõ eſt dubium)vt ſupra exemplificatum eſt. Nunc aũt talis pluralitas beneficiorũ curatorũ eſt hmõi. ergo eſt illicita: niſi per debitas circunſtantias iuſtificetur, quarum vna vel pręcipua eſt, quòd ex cauſa rationabili fiat, vt habetur in ca.dudũ. de electio. & latius probabitur infra, ſuppoſita idoneitate & aliis requiſitis ad id. Conſequentia patet cum maiore. Minor aũt probatur à ſufficiente diuiſione,& quia talis pluralitas beneficiorũ curatorũ ſonat, atq́ue redundat primo in diminutionẽ cultus diuini.& ſecundo in detrimentũ ſeu impedimentũ debitæ curæ animarum: non enim poteſt quis bene paſcere oues diuerſarum eccleſiarũ: neque per aliũ ęque bene atque per ſe vt ſupra.q.19. habetur & tertio eſt in pręiudicium aliorum,& contra iuſtitiam diſtributiuam: dum propter hoc multi digni eſſent, & vnus abundat. Nam & monſtroſum eſt quòd vnum membrum plus nutrimenti, cum aliorum membrorũ debilitatione notabiliter ad ſe trahat: idq́ue tam in corpore miſtico quã naturali locũ habet. Et quarto, ordo gubernationis peruertitur dum vnus pluriũ perſonas induit, & aliorũ mẽbrorum ſeu miniſtrorũ officia vſurpat: cum ratio doceat,vt vnicuique miniſterio ſuus proprius deputetur miniſter,ſicut & ad Rom.12.Omnia mẽbra nõ eundem actũ habent,vt ad præſens propoſitũ hoc allegatur.89.diſtin.ca. ſingula, vt pro diuerſitate perſonarũ diuerſa ſint officia. Quinto eſt in præiudicium eccleſiarũ & bonorũ ipſarum: nã cum iſti redditus ſint ſtipendia eccleſiarum pro miniſterio earum,ouiumq́ue ſuarum,iam ſuo iure fraudãtur, vt patet experientia: quia multis præbẽdis ad paucas perſonas exageratis,vix vlla eccleſia reſtat cui pro ratione ſuorum reddituum digne ſeruiatur.6. Fomentum ambitionis et auaritiæ et aliarum abuſionum de propinquo inde miniſtratur. 7. ſtudia negliguntur ſpesq́ue bonorum debilitatur,(ſi meritorum nõ habita rõne)plura apud vnum beneficia coaceruantur.Hęc et alia multa de ſe et regulariter habet annexa pluralitas beneficiorum vt ait.B. Tho.vbi ſupra et habetur in ca.quia de præben.et in ca.dudum.2. de electio.et in extrauagã. Ioan.22.execrabilis.de præben. et glo.ibidẽ,et refert Gabriel in.4.diſtin.15.q.8.dubio.2.et doctores cõiter ipſa ẽr approbante experientia. Et ſic patet minor ſupradicta.

Neque valet euaſio dicentium, quòd hæc mala nõ ſunt neceſſario annexa, neq; per ſe ſequũtur ex ipſa pluralitate beneficiorũ,aut ex natura ipſorum ſed ex malicia et abuſu poſsidentium, ſicut ex abuſione ſacramẽtorũ et miniſterii ipſorum, mali miniſtri ſumunt auaritiæ occaſionẽ cum cõſtet talia mala ſeparari poſſe,à dicta beneficiorum pluralitate,ſtat enim quòd habens plura beneficia,per ſe et per alios idoneos optime regat ſuas oues et eccleſias, vt oportet: quamuis, vt plurimũ prædicta mala ſequantur.

Hęc inquã euaſio nõ valet. Tũ,quia ẽt ſi nõ per ſe ſed per accidens prædicta mala ſequerentur iat, ſufficit ꝙ vt plurimum ita ſit,quòd vix aut nunquã non ſequãtur,vt id generaliter reprobetur, maxime cũ id moraliter impoſsibile cẽſcatur, quod vix

fieri pōt. Tum etiā,quia non per accidens,ſed per
ſe, ex natura ſua talia mala ex beneficiorum plura
litate,quamuis ſeparabiliter ſequuntur, & ei an-
nexa ſunt: ibiq; includuntur,vt etiam hoc habetur
in ca. quia. de præben. & ca.dudum.2.de electio.
niſi per debitas circunſtantias amoueantur aut in
melius commutētur, vt ſupra in tertio genere ſeu
ordine actuum dictum eſt, quòd talium actuū de-
formitas non aliter ſeparari poteſt, quàm per de-
bitarum circunſtantiarum appoſitionem. itaq; pa
tet prima ratio opinionis, quæ vtiq; conuincit a-
perte.

Secundo probatur opinio & propoſitionis pri-
ma pars, quia beneficia curata non poſſunt recte
miniſtrari ſine reſidentia perſonali vt ſupra. q.19.
reſidere autem perſonaliter in pluribus nemo de-
bite poteſt.quia Math.6.Nemo poteſt duobus do
minis ſeruire. Nam ad hoc propoſitum hoc allega
tur.21.q.1. ca. Clericus & patet experientia.ergo
ſine cauſa rationabili non poteſt dicta pluralitas
haberi: neque ſuper ea, ſicut neq; ſuper reſidentia
perſonali diſpenſari poteſt, vt ſupra.q.19. dictum
eſt. Et quidem hęc ratio etiam valide probat inten
tum.

Tertio probatur idem,quia beneficiū, ideſt red
ditus beneficii ſunt ſtipendium pro ſeruitio eccle-
ſiæ & animarum.ſed vnus non poteſt pluribus ec-
cleſiis debite deſeruire. ergo neq; pro vno ſerui-
tio plura beneficia ſeu ſtipendia plurium habere.
quia Lu.10.Dignus eſt mercenarius mercede ſua,
non dupla non aliena.

Neque valet euaſio negantium minorē & con-
ſequentiam,atq; dicentium,quòd illa merces non
eſt aliena quamuis ſit dupla: ſed eſt ſibi debita pro
ſuo duplo miniſterio quo per ſe, aut per alium,vel
alios,vtriq; ſeruit eccleſiæ.

Hæc inquā euaſio nō valet:quia ſine cauſa rōna
bili à perſonali reſidentia & ſeruitio, excuſari nō
pōt ne mortaliter homo peccet, vt ſupra &.q.19.
late probatum eſt.

Quarto idē probatur auctoritate Chriſoſt. (vt
refert.B.Tho. vbi ſupra)dicentis.Leuitis non fuit
permiſſum vt qui capiebat in Bethleem caperet in
Ieruſalem.Et Bernat.in epiſtola.271.expreſſe ait.
Neque cuiquam vel adulto: plures in pluribus ec-
cleſiis dignitates eccleſiaſticas, licet habere: niſi
diſpenſatorie ob magnam vel eccleſiæ neceſsita-
tem vel per bonorum vtilitatem. Hæc ille. Itē ali-
bi dicit(vt refert etiam Carthuſien. in vita Chriſti
parte.1.ca.68.) Qui non vnus ſed plures eſt in be
neficiis,non vnus ſed plures erit in ſuppliciis.ergo
ſine legitima cauſa non eſt tutus, etiam ex Papali
diſpenſatione.

Neque valet dicere ad prædicta, Papa diſpenſa
uit ipſe viderit,quid ad nos iudicare de hoc qui di-
ſpenſati ſumus? Nam multum attinet ad nos,quia
Papa non eſt dominus ſed diſpenſator prædictæ
legis diuinæ & naturalis: diſpenſatio autem ſine
rationabili cauſa legitima eſſe non poteſt,neque
niſi diſsipatio eſt, prima Corinth.4. Sic nos exiſti-
met homo vt mi.chr.& diſpenſatores &c.ſecundū
Bern. de conſide.lib.3.& epiſtola.7.& de diſpen-
ſatione etiam præcepto, & cōiter doctores,vt hoc
etiam innuitur, in ca. de multa. de præben. vnde
qui iniquam diſpenſationē petit & extorquet, ini
quitatis cauſa & cooperator eſt: qui ea vtitur ea-
dem ſemper irretitur iniquitate. Iura autem dicen
tia, Papam habere plenam poteſtatem diſpenſan
di, & ex eius diſpenſatione poſſe plura beneficia
curata poſsideri.21.q.1.ca.relatio. & ibidem glo.
intelligunt in foro eccleſiæ: quia ſcilicet nō habet
ſuperiorem in terra à quo iudicetur, & vt ſic diſpē
ſatus puniri aut priuari non poſsit. Intelligunt ēt
in foro Dei,de legitima diſpenſatione ex rationa
bili cauſa duntaxat,vt innuitur in dicto ca. de mul
ta. & ſic patet prima pars propoſitionis ſeu opinio
nis communis.

Ad fundamenta vero primæ opinionis reſpon Reſp
deo ad primam probationem minoris quòd bene
quidem poteſt Papa vnire diuiſa beneficia, & in il
lis prælatum immediatū vnū vel plures inſtituere:
dummodo id fiat intra, vel ſaltem, non extra limi
tes recte rationis, ſcilicet pro eccleſiæ aut ſubdito
rum & cultus diuini vtilitate, & promotione, non
autem pro beneficiati vtilitate temporali, & quò
ad hoc habet poteſtatem à Deo ſuæque diſpoſitio
ni rationabili,& non aliter relictum eſt. Pluralitas
autem beneficiorum apud vnum, non cedit ad vti
litatem eccleſiæ: ſed potius in eius nocumentum
vt dictum eſt. ideo etiam de licentia Papæ, niſi in
caſibus infra dicendis & ſimilibus fieri non poteſt.

Ad ſecundam probationem eiuſdem minoris Reſp
reſpondeo ſimiliter, quòd prædicta inſtitutio pa
ſtoris quomodocunque facta nō eſt bona: niſi qua
tenus ad vtilitatem eccleſiæ,& gregis, & cultus di
uini promotionem cedit, et niſi cum aliis debitis
circunſtantiis fiat, aliàs eſt contra rationē natura
lem,qualis eſt pluralitas beneficiorū, vt ſupra pro
batum eſt. Et ſimiliter recipere plures fructus
pro pluribus obſequiis, ſeu miniſteriis perſonali
bus rationabiliter aſsignatos, vbi non niſi vnicum
perſonale miniſterium exhibetur, id certe eſt con
tra rectam rationem et in nocumentum eccleſiæ,
vt etiam ſupra latius habetur. Neque enim quoſcū
que fructus, et quomodocunque pro quocunque
miniſterio,papa conſignare poteſt, niſi id rationa
biliter fiat ad vtilitatem eccleſiæ et cultus diuini
promotionem, neque aliter etiam de licentia Pa
pæ licite recipi poſſunt: maxime in nocumentum
eccleſiæ,et cum aliis deformitatibus,quales in prę
ſenti negotio ſupra probatæ ſunt. Et ſic patet re
ſponſio ad omnia quæ obiici poſſunt.

Et cum omnibus ſupra dictis concordant com
muniter doctores theologi, et canoniſtæ, et præci
pue.B.Thom.vbi ſupra. et Gabriel in.4.diſtin.15.
q.8.dub.2.et Conradus de contractibus.q.vltima
in reſponſione ad quintum argumentum vbi et re
fert ſic olim fuiſſe pariſius decretum: quòdque op

poſita

poſita opinio periculoſa & cauenda eſt: & latius Adria. in 4. de pluralitate beneficiorum. vide ad idem pulchra exempla afferentem Carthuſien. in vita Chriſti par.1.ca.68. & Soto de iuſtitia & iure lib.3.q.6.art.3.& Hoſtien.& Panor.& Canoniſtæ in ca.quia.ca.de multa.ca.extirpandæ, de præben. & in ca.dudum.el.2.de electio.& gloſ.in extrauagan.communibus Io.22. execrabilis. de præben, & ſum. Angelica.& Silueſter, & Roſella. titu. clericus.titu. beneficium. Quod autem B.Thom.in: quodlib. vbi ſupra non auſus eſt determinare pluralitatem beneficiorum eſſe contra ius diuinū uel naturale,intelligit de iure diuino vel naturali ſtricte ſumpto,& per hominem indiſpenſabili. Nam de iure diuino & naturali large ſumpto, & ex cauſa rationabili tantum diſpenſabili, iam ſecundum ipſum,id expreſſe tenentem probatum eſt.

Secunda pars propoſitionis: quòd.ſ.ex diſpenſatione legitimę Papę ex rationabili cauſa ad id ſubſiſtente licitum eſt plura beneficia curata poſſidere. Probatur,tum quia pro vtilitate eccleſiæ maiori, minor vtilitas cedere debet,vt ſupra q. 19. latius habetur: ratione cuius illa pluralitas à ſua deformitate denudatur: & ita hoc ius diuinum diſpēſabile eſt. Tum etiam quia hoc expreſſe habetur in ca.de multa. de præben. in quo & doctores omnes concordant.

Cauſa autem rationabilis ad hoc eſt triplex,prima eſt neceſsitas eccleſiæ propter paucitatem clericorum, vt nunc fit apud indos, vt habetur 21.q.1.ca.clericos. & ibi gloſ. vel etiam propter inopiā ſeu raritatem hominum,i. incolarum. Et nota ꝙ etiam cenſetur raritas clericorum (vt ait Soto vbi ſupra) quando digni & docti rari ſunt: id enim vtilius eſt eccleſiæ, quàm in ſingulos ineptos ſingulis eccleſiis curatis præficere, & concordat Hoſtien. in ca. graue.de præben.dicens ꝙ ſi fuerit paucitas clericorum intra ciuitatem, poſſunt omnia beneficia ciuitatis vni, idoneo ſacerdoti conferri: quod limitat Io.de Ligna.in clemen.gratię.de reſcrip.& Adrianus in 4.niſi reperiantur extranei idonei qui ibidem intitulentur.

Secūda cauſa eſt,neceſsitas perſonæ, puta,quia redditus beneficiorum curatorum, non ſufficiunt propter ſuam tenuitatem alere decenter ſingulos ſacerdotes curatos, qualia beneficia & epiſcopatus ſunt in Italia: idq; eſt verum etiam ſi eccleſiæ non ſint vnitæ, neque vna ab altera pendeat: ſed cum ſuo vtriuſq; titulo: diuiſæ ſint, vt habetur. 10. q.3.ca.vnio.& 21.q.1.ca.illud.& de æta. & qualitate ordi.ca.eam te.quomodo autem fiat vnio eccleſiarum patet de religioſ.domi.cap.quia monaſteriū. Sed hic nota, ꝙ in hac tenuitate redditũ meditanda: non eſt habendus reſpectus perſonæ, ſed communis vtilitatis eccleſiæ, in quam hæc omnia referenda ſunt,licet Inno. in ca. Cum ad monaſterium,de ſtatu mona.& gloſ. in ca.dudum ſecundo de electio. teneant oppoſitum vt refert Silueſter beneficium.4.q.1. & q.2. Nam ſi homo ſupra dignitatem & munus, vel officium ſuum, vult amplam familiam ſumptuſq; facere vt mundi magnates: quia & illuſtres genere ſunt: non ideo tenuitas ſecundum hæc æſtimanda eſt. Similiter eſt vnio præbendarum cauenda: in fauorem perſonæ & in fraudem eccleſiæ, puta,ſi quis illuſtris procurat plura beneficia per viā vnionis habere,ad ſumptuoſe viuendum: ne plura beneficia videatur poſſidere. Nam propter has cauſas, vel ut patrimoniū augeatur,vt lautius viuat,ditetve propinquos: nō poſſunt plura beneficia tenuia æſtimari vel vniri,etiam per Papam: quia totum hoc: nō niſi ad eccleſiæ vtilitatem fieri debet, puta, quia tot,aut tales redditus plurium eccleſiarum, requiruntur ad congruam ſubſtentationem perſonæ & familiæ,ſibi pro ſuo officio & honeſtate neceſſaria, ſecluſa ſemper pompatica ſuperfluitate. Vnde & quando diſpenſatur cum ſublimibus, & litteratis perſonis ad plura beneficia habenda, vt infra in tiertio caſu dicetur, id fit non quidem finaliter propter ipſius perſonæ prærogatiuam,vel vtilitatem,ſed propter commodum eccleſiæ. Nam diſpenſatio nunquam licite fit: neq; acceptatur aut procuratur,niſi quādo habet reſpectū ſeu ordinem ad bonum commune,vel eccleſię vtilitatem, vt in his expreſſe cōcordat Gabriel Silueſter & Soto vbi ſupra cum Panor.in ca.dudum.2.de electio.& in ſuo reper. cap. extirpandę.de præben.& in ca. graue.eo.tit.& Io. de Ligna.& Goffred.& gloſ. in cap.conquerente. de cleri. nō reſiden. & communiter doctores ſunt adidem.

Tertia cauſa eſt vtilitas communis eccleſię,non autem particularis perſonæ præbendatę, vt proxime dictum eſt. Puta,ſi vna perſona propter ſuam induſtriam & bonam conſcientiam ſit valde vtilis defenſioni,cōſeruationi vel profectui, in pluribus eccleſiis, in ſpiritualibus aut temporalibus: nam propter hoc poteſt diſpenſari cum eo ad plura beneficia obtinendum. Sic Papa, Epiſcopo fundenſi commendat eccleſiam Terracinenſem 21. q.1.ca.relatio.& ca.ſequenti. ſic etiam licite quis habet vnam præbēdam in titulum & alteram commendaticiam.21.q.1.ca. qui plures. ſed vt dixi in foro conſcientiæ id eſt verum, in caſu quo plures in titulum habere liceret,ſcilicet,ad vtilitatem eccleſiæ, quia videlicet alia idonea perſona haberi nō poteſt cui titulus detur illius eccleſiæ.& loquor de commendaticiis perpetuis: nam de commendaticiis ad breue tempus,vtique licitum eſt eas habere interim dum ei prouidetur de ſacerdote curato. Conſonat Nauarro in ſumma ca.25.nu.134. cū aliis doctoribus & Soto vbi ſupra. Vnde & epiſcopatus qui Cardinalibus perpetuo Romæ reſidentibus commendantur idem eſt acſi in titulum: & fit in fraudem legis prohibentis eos habere epiſcopatus,vt ait Soto & Caietanus vbi ſupra. Nam is committit in legem, qui verba legis amplectēs, contra legis nititur voluntatem.de re.iur. et l.contra.ff.de legibus.& C.eo.ti.l.non dubium. Sed vt

ſupra

ſupra q.19. habetur alii iuſtificant hoc de Cardinalibus epiſcopis ſecundum extrauagan. Ioan.22. execrablis. de præben. Ad prædictum caſum communis vtilitatis eccleſiæ,refertur alius caſus, quo propter ſublimes ſanguine, potentia aut perſonas litteratas, quæ maioribus beneficis vtique ſunt honorandæ, licitum eſt eis ex Papæ vel iuris diſpenſatione, plura beneficia etiam curata poſsidere,vt expreſſe id habetur in dicta extrauagan. execrabilis.& cap.de multa. de præben. Sed (vt ſupra in ſecunda cauſa dictum eſt) id ſolum locum habet & veritatem,quando nō quidem ad ipſarum perſonarum, ſed ad eccleſiæ communem vtilitatem principaliter ceditur & ordinatur,puta, quia id requiritur ad ſplendorem eccleſiæ vel ad eius defenſionem,vt in principio cōtra tyrannos, vel hæreticos, eccleſia indigebat, nobilibus atque potentibus, & literatis prælatis mundanoq; fauore:ſi ſimiliter nunc indigeret,ſed id vix hoc tempore contingit,ſed potius oppoſitum. Quo non obſtan.etiam nunc & ſemper viri nobiles, moribus, prudentia, & literis ornati,cæteris paribus ſunt in hoc præponēdi, quia & ex eis plurimum vtilitatis & ſplendoris accreſcit eccleſiæ.Cum prædictis cōcordat Soto & Gabriel vbi ſupra.

Quis autem poſsit in pluralitate beneficiorum curatorum ex cauſa rationabili ſupradicta diſpenſare, dic breuiter, quòd ſolus Papa id poteſt:quia per ca.dudum.2.de electio.& per conſuetudinem iam ius antiquum derogatum eſt, ne epiſcopus id poſsit,ſed vt ſolus papa diſpenſet, vt ibidem notat Panor. quamuis ob neceſsitatem, dum non patet aditus ad papam:bene poſsit epiſcopus eccleſiam vacantem curato alteri ad tempus commmendare. Sed in hoc conſuetudini legitimę ſtandum eſt, vt etiam de his latius agit glo. in extrauagan.execrabilis. de præben. & Silueſter titu. beneficium quarto, & Gabriel vbi ſupra, vbi & diuerſæ referūtur opiniones.

Argumenta hic fieri poſſunt quę ſupra q.19.habentur,& ſoluta ſunt.

Propo.2. Secunda propoſitio huius ſecundę opi.communis eſt, quoad beneficia non habentia curam animarum quæ tamen requirunt reſidentiam. quòd talia beneficia, puta,canonicatus,& ipſis maiora, non poſſunt ad vnum ſine papali diſpenſatione rationabili, plurificari, quia ſic habet uſus: & quoad hæc nondum ius abrogatum eſt.facilius tamen poteſt haberi rationabilis diſpenſatio in his quàm in curatis,quia facilius à deformitatibus,& nocumētis annexis,talium beneficiorum pluralitas:denudari poteſt,vt patet ex ſupradictis.

In beneficiis autem canonicatu minoribus,quę reſidentiam requirunt, puta, quæ ſeruitio & ſacramentis intereſſendi obnoxia ſunt, nullus eſt vſus diſpenſandi,ſed ſubſiſtente cauſa rationabili: plura haberi poſſunt,dummodo aliunde,vel ex ſcandalo,vel aliis,id non vitietur,vt proxime in fine tertiæ propoſitionis ſequentis habetur.

Tertia propoſitio quoad beneficia non curata *Propo.* quæ neque reſidentiam vllam requirunt eſt, quòd talia vtpote, præſtameræ & huiuſmodi, poſſunt ex cauſa rationabili plura haberi,etiā ſine vlla diſpenſatione.Tum,quia ſic habet vſus: qui quatenus oppoſitū eſt de iure humano: derogare ſufficit illud. Tum,quia hoc non eſt contra ius naturale vel diuinum: quia licet in his ſit oculus habendus ad iuſtitiam diſtributiuam:potiſsimum tamen ad commutatiuam per quam eccleſiis de miniſtris prouidendum eſt. Vbi autem nec reſidentia requiritur,nec cura animarum eſt: ibi eccleſia non læditur, nec aliç deformitates ob talium præbendarum pluralitatem notabiliter conſequuntur. quamuis Adrianus hoc temperet dicens non eſſe plenam iuris abrogationem ſed derogationem,quatenus ſine vlla cauſa talis prouiſio fieri nō poteſt. Sed vt dixi iam ſine vlla cauſa conferūtur à prælatis Papę inferioribus abſque alia diſpenſatione, vt de hoc latius gloſ. in dicta extrauagan. Ioan. 22. execrabilis de pręben.licet alii aliter dicant,vt refert Silueſter & Gabriel vbi ſupra.

Verum eſt (vt Soto vbi ſupra optime notat) q etiam huiuſmodi beneficiorum coaceruationes, ſiue fiant per diſpenſationem,ſiue aliàs: non poſſunt eſſe ſine graui culpa, & quandoque mortali; & ſine magno ſcandalo in eccleſiarum detrimentum: prę ſertim vbi nimium accumulātur & perſonis deputantur indignis, vt ſupra in hac q.& infra q.21.probatur,maxime quia iam nulla ſpectantur merita,ſed peius quàm ſecularia ambiuntur,cambiuntur,veneunt,hęreditantur,regreſſantur,dilapidantur,& prophanantur.

SED ad prędictorum completam notitiam dubitatur primo. Vtrum qui iam ex diſpenſatione *Dubiu* non legitima,ſeu ſine rationabili cauſa: habet plura beneficia curata ſeu incompatibilia maneat adhuc in peccato mortali, indignusq; ſit ut abſoluatur,aut propter hoc ei abſolutio ſacramētalis deneganda ſit:niſi alterum illorum efficaciter relinquere proponat.

Ad quod reſpondet Caietanus in ſummula tit. *Re-Reſpo* beneficiorum multiplicatio, quòd ſi talis facit vt ſine mortali defectu, bene prouideatur per ſe, & per ſuos ſubſtitutos eccleſiis, & oıbus ſibi commiſsis, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus vt oportet: ſimul etiam prouidet ſcandalo, aliisq; deformitatibus mortalibus: quę ex tali beneficiorum pluralitate ſequuntur:tunc non eſt in mortali:neque ei abſolutio deneganda eſt:quamuis in actuali procuratione diſpenſationis, beneficiorūq; plurium ſuſceptione,mortaliter peccauerit.Secus ſi in aliquo prędictorum notabiliter deficiat, id quod probabilius eſt: nam vix & difficillime poteſt ſufficienter omnibus ſupradictis prouideri: & ex conſequenti moraliter impoſsibile videtur regulariter loquendo,quòd prędictis omnibus prouideatur ut oportet. ac perinde cum talis pluralitas mortaliter continuetur, & ſcandalum honorā

virorum

virorum videntium huiuſmodi exorbitantes pluralitates beneficiorum curatorum conſeruari, ab his qui in formam Chriſtiani gregis dati ſunt: inde enim alii ſimilia audent & ita in præceps quotidie magis ruit eccleſia Chriſti. Ideo qui hæc pa.ui- pêdit quia ſic à pluribus fit, & quia forte Papa male diſpenſauit: vtique non eſt abſoluendus. Hæc ille. Cui conſonat Soto de iuſtitia, & iure lib. 3. q. 6. art. 3. & Nauarro in ſumma ca. 28. num. 135. & placet, quod & verũ videtur in beneficiis curatis. In aliis autem non curatis compatibilibus, nõ eſt tale periculum: ideo ſi debite ſe habeat aliàs in fructuum expenſione: bene poterit abſolui etiam ſi talem pluralitatem procurãdo peccauerit: dummodo efficaciter proponat plura de cætero non accipere, quod valde notãdum eſt. Et hoc idem de pẽſionibus præſtimoniis dicatur, vt infra q. 21. dubio vltimo latius habetur. Sed quoad beneficia iam in concilio Triden. ſeſſ. 8. ſub Pio quarto anno domini 1563. ſtatutum eſt ꝙ nullus poſsit habere plura beneficia quæcunque, & huic ſtatuto ſtandum eſt: videatur ibi ca. 17.

2. SECVNDO dubitatur. Vtrum prædictus, qui ſine legitima aut ſine rationabili cauſa diſpenſatus illicite plura etiam curata obtinet beneficia, teneatur fructus alterius reſtituere.

1. opi. RESPON. in hoc eſt duplex opinio, prima Gabrielis vbi ſupra q. 8. dub. 2. & quorũdam aliorum quòd ſic: relictis ſibi duntaxat fructibus neceſſariis ad ſuam decentem ſubſtẽtationem. Tum primo, quia non reſidens nec reſidere intendens in beneficio, tenetur eius fructus receptos reſtituere. Hic autem habens plura beneficia ſine cauſa rationabili, habet animum non reſidẽdi in cæteris, in quibus reſidere non poteſt, ergo reſtituere tenetur fructus acceptos ab eis in quibus nec reſidet nec reſidere intendit. Tum ſecundo, quia id eſt maxime verum de fructibus, quos vltra decentem ſubſtentationem accepit, vel in malos vſus expendit. Tum tertio, quia ex quo ſine rationabili cauſa eſt diſpenſatus, non habet iuſtum titulum ad ea beneficia, nec ad fructus eorum. Cõſonat Couarruuias in reſolutionibus lib. 3. ca. 13. nu. 9.

2. SECVNDA opinio tenet, quòd ſi per ſe, & per ſuos ſubſtitutos ſine notabili defectu, ſuis ouibus, & eccleſiis in ſpiritualibus & temporalibus prouidet vt oportet, nil reſtituere tenetur: quamuis peccet procurando, & tenendo illa beneficia, & eorũ fructus male expendendo. Quod probatur, quia ſi reſtituere teneretur hoc eſſet, quia non habet iuſtum titulum aut quia non reſidet: aut quia fructus male expendit, vt videtur dicere prima opinio, ſed nil horum obſtat. ergo. Probatur primo, quia non ex defectu iuſti tituli. Nam quòd ille habeat iuſtũ titulum, & ius ad ea beneficia, & per conſequẽs ad fructus eorum per papalem diſpenſationem inde conſtat, quòd cauſa rationabilis quamuis requiratur, vt diſpenſatio ſit licita, & licite quis ea vtatur: non tamen vt ſit valida in foro eccleſiæ, ita ꝙ ſine cauſa rationabili diſpenſatio facta non valeat: ſed neque ad iuſtum titulum, & ius beneficii conferendum illa cauſa rationabilis neceſſaria eſt: ſed vt licite ſine peccato habeatur: & beneficiatus illo ſuo iure vel titulo vtatur, vt ipſe etiã Gabriel vbi ſupra fatetur ſecundum doctores communiter, & practicam eccleſiæ in diſpenſationibus papalibus obſeruatam. Item ſi iſte non haberet titulum iuſtum, ergo non poſſet etiam in pios vſus fructus beneficiorum ſuorum expẽdere, ſicut nec fructus alienos aut beneficii alieni. Itẽ ſecundo, ꝙ non ſit obligatio reſtituendi quia non reſidet, probatur. Quia eo ipſo quòd per papam diſpenſatur ad plura beneficia, diſpenſatur etiam: vt non niſi quo commode potuerit, per ſe, & per ſuos ſubſtitutos reſideat (vt dictũ eſt) & ita quo ad ius percipiẽdi fructus: habetur pro reſidente, licet vt diximus coram Deo illicite agat. Item etiam ſi non reſideat quantum eſt ex hac parte non eſt priuatus iure fructuum, neque reſtituere tenetur quouſque iudicialiter condemnetur, vt Silueſter titu. clericus. 4. q. 23. 24. & titu. reſidentia. q. 6. ſecundum doctores latius agit. Item tertio, ꝙ reſtituere non teneatur, ex hoc quòd male expendit fructus beneficiorum patet ſuppoſita opi. ſuprapoſita in q. 18. præcedente. Tum etiam ſi teneatur opinio alia: iam ſolum ſequitur quòd fructus male expenſos, & nõ alios reſtituere teneretur, etiã ſi plura habeat beneficia. Igitur illa prima opinio non ſatis fundata nec vera videtur, ſed dura et contra practicam eccleſiæ eſt. Quod eſt verum ſecundum ius naturale et diuinum, et etiam eccleſiaſticum: quod hucuſque editum et practicatum eſt. Sed iam in prædicto cõcilio Triden. vt ſuperius in fine primi dubii præcedentis, habetur quòd reſtituere tenetur habens vltra vnum beneficiũ, nec fructus ſuos facit. et ita ſtatutum eſt, vt prima dicebat opinio cui ſtandum eſt niſi papa diſpenſet.

QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

Vtrum annua penſio, quæ ex beneficijs eccleſiaſticis percipitur, & ſimiliter præſtimonium poſsit aſſignari mere laico, & an talis penſionarius, teneatur aliquid recitare?

RESPON. per tria puncta. Primum, ꝙ bene poteſt penſio aſsignari laico, nõ autem præſtimonium de iure communi, quia illa penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum: neque ullam habeat ſpiritualitatẽ annexam: ſed eſt mere temporalis, vt in ca. quamuis. 2. de præben. li. 6. vbi penſio diſtinguitur à beneficio. et in ca. ad audientiã. 2. de reſcrip. et ibi expreſſe ait Panor. et ad idem videtur Adrianus in 9. quodlib. in quinto argumento principali, et eius reſpon. neque viſa eſt aliqua regula cancellariæ Apoſtolicæ quæ obſtet, ideo nõ videtur quare non liceat. 1. punctum.

Item

Item ſecũdò probatur per ca. poſſeſsiones. 16. q. 1. in ver. aut certe peregrinis neceſsitate aliqua concurrente, quod cap. videtur facere ad propoſitum. Item glo. in ca. cum M. de conſtitu. & Panor. in ca. dilecto. de præben. & gloſ. in ca. ſi ſuper gratia. de offi. delega. lib. 6. Vbi dicitur ꝙ aliqua præbenda poteſt aſsignari laico in alimentum, quod certe non poteſt apte intelligi niſi de præbenda mere temporali qualis eſt etiam annua penſio de qua nunc agitur, quamuis non poſsit proprie dici præbenda quæ debet eſſe perpetua, & ad idem eſt clariſsimus doctor Medina de oratione. q. 9. & Soto de iuſtitia & iure lib. 9. q. 7. art. 2. & lib. 10. q. 5. art. 3. & Victoria in 9. relectione de ſymonia prope finem. Et ſi quæratur per quem poſsit aſsignari laico? Reſpon. ꝙ regulariter non niſi per papam, vt colligitur ex ca. paſtoralis de his quæ fi. à præ. & ex cap. prohibemus de cenſi. & ex Panor. ibidem & in ca. non ſatis. de ſymo. Epiſcopus autẽ id facere nequit niſi auctoritate papæ vel cum cõſenſu ſui capituli: & ad vtilitatem alicuius eccleſiæ vel ad ſubſtentationem religioſorum, vel pro ſe in quibuſdam certis caſibus, de quibus agitur in di. ca. paſtoralis. & de cenſi. c. prohibemus. & duobus ſequentibus. & in ca. cum venerabilis, de cẽſi. cum gloſ. & docto. præcipue Panor. ibidem & in aliis ca. citatis. Quòd ſi contra prædicta arguatur quòd Adrianus vbi ſupra. 9. quodlib. in reſponſione ad quintum argumentum principale dicit: ꝙ licet talis penſio ſit mere temporalis & pecunia æſtimabilis & redimibilis, de auctoritate papæ & non aliter, aſsignatur tamen quodammodo ſpiritualiter in alimentationem perſonæ, & ideo dicit ſine auctoritate papæ non eſſe redimibilem, ergo non videtur quid mere temporale ſed ſpirituale, & per conſequens non poſſe mere laico aſsignari etiam per papam. Reſpondeo negando conſequentiam & dictum Adriani, quòd. ſ. talis penſio aſsignatur quodãmodo ſpiritualiter, intelligitur, id eſt pro ſpirituali cauſa ſeu ex cauſa pia. ideo nõ ait abſolute ſpiritualiter, ſed quodammodo ſpiritualiter: quæ ſpiritualitas non facit ſymoniam neque ſpiritualem, neque irredimibilem penſionem ſimpliciter: cum ex auctoritate papæ vt ait ipſe Adrianus ſit redimibilis & non aliter propter dictam cauſam, idq; ex iure communi. Illa autem pẽſio quæ datur in titulum loco beneficii ſpiritualis vt habetur in ca. conquerente. de cleri. nõ reſi. & ca. per tuas, el. 3. de ſymoni. & no. Panor. ibidẽ, eſt quid ſpirituale: & nec laico aſsignari nec redimi poteſt, quia eccleſiaſticum beneficium eſt: de qua nunc hic non loquimur. Præſtimonium verò de iure communi inter beneficia eccleſiaſtica computatur, vt habetur lib. 6. de conceſsione præben. ca. quoniam, & ibi doctores. & habetur in apoſtilla. 1. ad extrauagan. Io. 22. ideo ſine ſpeciali papæ licentia vel diſpenſatione non niſi perſonis eccleſiaſticis conferri poteſt: cum tali autem diſpenſatione eis poteſt conferri ſicut in practica quotidie videmus, quæ dum certius de illicito non conſtat non eſt condemnanda. Neque enim tale beneficium de diuina, ſed eccleſiæ inſtitutione annexum ordini ſacro, & per conſequẽs eccleſiaſticum eſt. Vnde & per papam deſinere poteſt eccleſiaſticum eſſe, & ita limito magiſtrum Soto de iuſtitia et iure lib. 10. q. 5. art. 3. abſolute dicentem quòd laico vtpote, beneficium eccleſiaſticum nõ poteſt aſsignari, videlicet de iure communi.

Quoad ſecundum punctum dico, ꝙ prædicta penſio non niſi ex cauſa pia vel rationabili tam laicis quàm clericis, & in quantitate moderata licite etiam per papam aſsignari poteſt, quamuis ſi ſine dicta cauſa aut aliter fiat bene valeat in foro eccleſiæ. Probatur quòd non aliter poteſt licite clericis vel laicis aſsignari nec ab eis admitti, quia papa nõ habet liberam poteſtatem & dominium ſuper beneficia aut ſuper ipſorum redditus eccleſiaſticos: ſed ſolum poteſtatem diſpenſatiuam. Nunc autem tales redditus ſunt ſtipendia clericorũ pro miniſterio eorum ad vtilitatem eccleſiæ, & nõ niſi in pios vſus expendi licite poſſunt vt ſupra q. 18. latius habetur. ergo per legitimam diſpẽſationem talium fructuum ſiue redditum non poteſt papa eos diſtribuere aut concedere ſine reſpectu cauſę piæ, quibuſcunque neque in quoſcũque vſus prophanos quomodolibet expendere, qui nec vniuerſali nec particulari eccleſiæ aliquam afferant vtilitatem, neque aliter penſio prædicta recipi licite poteſt. Cauſa autem rationabilis quando laico prędicta penſio aſsignatur eſt, quia bene meritus eſt de eccleſia pro qua notabiliter pugnauit vel laborauit; ideo ad eius alimenta & ſubſtẽtationem de redditibus eccleſiaſticis per uiam penſionis licite fit recompenſatio (ſicut & regibus Hiſpaniæ hac de cauſa ab antiquo datur certa quota decimarum) aut vt ſtudeat Theologię vel literis, aut vt aliis incumbat vtilitati & negotiis eccleſię vel reipub. Chriſtianæ generalis uel particularis: vel etiam ſecundum aliquos ad dotandum ſeu maritandum puellas; quia hoc in cauſis piis computatur, non autem ad ditandum laicos, neque vt laici habeant vnde abundanter vel ſumptuoſe viuant, & luxurientur de bonis eccleſiaſticis quæ pauperibus debentur: neque vt ex dictis bonis decẽtiam ſtatus abundantis magnifice ſubſtentent etiam ſi ſint filii magnatum, niſi in eis aliqua de prædictis cauſis concurrat. Cauſa autem rationabilis in clericis vt eis penſio vel præſtimonium tribuatur eſt, quia eſt clericus pauper qui pro ſuo ſeruitio quod impendit eccleſię non habet redditus ſufficientes ad decenter in tali ſtatu viuendum, aut vt ſtudeat, & literis incumbat aut quia de eccleſia bene meritus eſt: aut quia ex eius labore & induſtria vtilitas eccleſiæ generalis vel ſpecialis probabiliter ſperatur, vt de laicis dictum eſt; aut cauſa litis dirimendę ſuper beneficia litigantiũ, & cauſa concordiæ & pacis inter eos componẽdę ut habetur in cap. niſi eſſent. de præben. & eo. titu. lib. 6. cap. quamuis.

in

quamuis.

quamuis. & cap. ad audientiam, el. 2. de reſcrip.

Quamuis vt dixi, ſi Papa aliter faceret, valeret quidem ſed male faceret ipſe, et qui ei cooperaretur, & qui penſionem vel præſtimonium acceptaret, ſecundum Felin. in dict. ca. ad audientiam, de reſcrip. & ſeq. & Oldrad. conſilio. 226. & Ancharra. conſilio. 264. & Decium. cõſilio. 436. & Romanũ. conſilio. 369. & Soto de iuſtitia & iure lib. 3. q. 6. arti. 3. & libr. 9. q. 7. arti. 2. Et victoria vbi ſupra in. 9. relect. de Symonia latius id concordant cum ſupradictis.

Dubium 1. Sed vtrum ſola reſignatio, ſeu ceſsio beneficii in fauorem alterius, ſit cauſa rationabilis & ſufficiens, ad licite imponendam penſionem ſuper tali beneficio, aſsignandam ipſi reſignanti.

Reſpon. Reſpondeo quòd non niſi adſit aliqua cauſa pia de ſupradictis, aut quia reſignans ob ſenectutem, vel infirmitatem, vel aliquod aliud impedimentũ, non poteſt eccleſiæ cui miniſtrauit iam debite ſeruire, & ſit pauper, & de eccleſia bene meritus, tũc enim ſi petit coadiutorem, vel dimittit beneficium alteri, qui ſeruire ualeat Eccleſiæ, poteſt licite ei reſeruari & ab eo ſimiliter recipi penſio: iure alimentorum ei conueniens & congrua: dummodo maneat ex ipſis redditibus Eccleſiæ: portio conueniens ad miniſtrorum alimenta & congruam ſubſtentationem, & non aliter licebit penſionem inſtituere, aut acceptare. Et ratio huius eſt, quia qui reſignat beficium ſi quod miniſteriũ illi Eccleſiæ ante reſignationem in ſui beneficii debita adminiſtratione olim impendit: iam ex fructibus ac redditibus ipſius beneficii perceptis, Satis ſibi fuit retributum. Sola autem beneficii renũtiatio aut reſignatio, eſſe non poteſt iuſta cauſa penſionis, quia ipſe renuncians tenetur vel debite ſeruire Eccleſiæ, vel gratis dimittere beneficium, vt integre detur & gratis ei qui ĩ eo valeat miniſtrare: cũ poſt renunciationem iam nihil iuris habeat ad percipiẽdam vel minimam, redditũum illius portionem.

Ex quo ſequitur non eſſe licitam pactionem illam, in Romana curia frequentiſsimam, qua conuenire ſolet, vt habẽs beneficiũ id reſignet in fauorẽ Petri, modo Petrus cõſentiat reſeruationi, certæ annuę pẽſionis in fauorẽ renũciantis. Probatur, quia ẽt ſi ex Papę fiat auctoritate, videtur illicita & Symoniaca, aut de Symonia ſuſpecta, hęc pactio & permutatio, ſi ex hac ſola cauſa fiat quia. ſ. ille renunciat illo beneficiũ aut quia iſte in cuius fauorẽ ille reſignat illi penſioni conſenſum præſtat ſecundum Panor. Ananiam, & Felin. in ca. non ſatis de Symonia. & Archidia. in ca. quicunq; 1. q. 1. præpoſiti, in ca. ſed adhuc. q. 3. & idem Felin. in ca. ad audientiam. el. 2. de reſcriptis. Imola. in clemen. 1. de ſupple. negligen. præla. §. eadem. Federi. in tractatu permutationum. q. 9.

A fortiori ſequitur illicitũ eſſe, & Eccleſiæ perniti oſum quod etiam in Ro. curia fieri ſolet, quòd ſcilicet quis reſignat ſuum beneficium Eccleſiaſticum, in fauorem Petri, cum eo pacto quòd Petrus conſentiat reſeruationi omnium fructuum beneficiũ, pro penſione à Romano pontifice facienda in fauorem ipſius renunciantis, & ad eius vitam. Nam ex hoc caſu ſequitur, quòd vni datur titulus beneficii Eccleſiaſti, & ei onera incumbunt, alteri vero redditus Eccleſiaſtici, & commoda beneficii conceduntur, ſine vllo eius officio, aut cauſa rationabili ad talem penſionem percipiendam, ſaltem in tanta quantitate, & cum grauamine alterius, cum ex beneficiorum inſtitutione, ratione naturali & iure canonico ad eum pertineant redditus, qui onera dignitatis, aut beneficiũ ſubire tenetur & vere ſubit. igitur illud eſt illicitum, niſi ipſe Petrus libere conſentiat penſionis impoſitioni, renuntians iuri ſuo, & habeat aliunde vnde decẽter viuat & miniſtret in beneficio, id quod vix contingit. facit Silueſter titu. renunciatio. q. 6. & doctores vbi ſupra allegati, & Medina de oratione. q. 9. fo. 186. quo ad vltimum concordat.

Dubium 2. Et ſi vlterius quæratur, quę quantitas reddituũ beneficii, ſit cenſenda moderata & rationabilis quę pro penſione poſsit alicui etiam qui per Papã, & non niſi ex iuſtis cauſis ſupra dictis reſeruari.

Reſpon. non poteſt ad hoc vniuerſaliter certa regula dari, niſi dicendo quòd ea portio & nõ maior, poteſt pro iuſta penſione imponi, quod ipſi beneficiato qui ſubit onus & titulum accipit beneficii: maneant inde, vel aliunde redditus ſufficiẽtes, ad ſuam decentem ſubſtentationem. Ideo regulariter videtur, quòd penſio non deberet excedere tertiam partem reddituum ipſius beneficii, idque quando iuſte imponenda eſſet vt dictum eſt.

Cum omnibus ſupra dictis in hoc ſecundo puncto expreſſe concordat Epiſcopus Abulen. Didacus Alaba Eſquiuel in ſuo tracta. de Cõciliis par. 2. §. 21. §. 36. et quo ad penſiones Soto de iuſtitia & iure lib. 3. q. 6. arti. 2. et lib. 9. q. 7. arti. 2.

Tertium punctum. Tertium punctum eſt, quòd clericus qui nõ eſt in Sacris, nec habens beneficium neque titulum eius, & Laycos penſionarius, non tenetur ratione penſionis ad vllas horas canonicas, ſeu aliud officium diuinum, vel Eccleſiaſticum dicendum vel exercendum, ex quo non habent beneficiũ Eccleſiaſticum, neque titulum eius neque ordinem Sacrum, ſed ſolum ius ad illos redditus ex cauſa rationabili, vt in ſecundo puncto dictum eſt. Neque in hoc defraudantur fundatores qui bona ſua eccleſiæ relinquerunt, neque ipſa eccleſia, ex quo beneficiati habentes ius beneficii, & onus ſoluendi officium, iam perſoluũt vt tenęntur horas canonicas, & alia officia diuina & eccleſiaſtica pro eis. ergo alii prædicti quibuſcunque bona eccleſiaſtica alio titulo ſeculari donantur nõ tenentur aliquid recitare, Sicut neq; reges aut milites qui titulo ſeculari ex rationabili cauſa decimas percipiunt aut partem earum, et concionator, lector, cantor, & organiſta, & alii eiuſmodi multi: qui non titulo clericali. Sed ex rõnabili cauſa de redditibus eccleſiaſticis: ad expendendum in ſuos uſus (etiam pro

phanos

phanos alias licitos) primum ſuum cuiuſque ſtatum recipiunt. Hi inquam omnes non tenentur aliquid, hac ratione recitare. illud autem ca. indigne. 12. q. 2. loquitur de conſilio & equitate.

Dubium 1. Dᴇ illis autem qui beneficia præſtimonialia poſsident: Vtrum recitare teneantur, ſunt opiniones. Nam aliqui dicunt quòd non. Sed alii cũ quibus eſt Soto de iuſtitia & iure lib. 10. q. 5. art. 3. abſolute dicunt quòd ſic: quia inquiunt, quòd ille titulus clericalis eſt & non ſecularis, & beneficiũ eccleſiaſticum eſt, vt habetur in ca. quoniam. de cõceſſ. præben. lib. 6. Ego vero hoc limitarem eſſe verum de iure communi Eccleſiaſtico, non de diuina inſtitutione. Quare ſi Papa diſpenſaret aut aliter concederet, Laycus nil recitare teneretur: & illi per Papam poſſet ex rationabili cauſa, præſtimonium non Sacerdotale, ſicut & penſio concedi, ſicut & id quotidie videmus practicari, vti ſuperius in primo puncto probatum eſt. Et ita, quæ videntur varie opiniones (ſuper hoc abſolute loquẽtes,) forte ſecundum hanc limitationem conciliantur.

Dubium 2. Sᴇᴅ Vtrum illi beneficiati, qui ſolum titulum habent beneficiati Eccleſiaſti, cuius fructus non ipſi ſed alius ex conceſsione Papæ habet pro penſione, teneantur ad diuinum officium, diuerſæ ẽt ſunt opiniones, de quibus ſumiſtæ, titu. hora canonica, & Ioannes Briart in ſuo quarto poſt quod libet. Adriani, vbi dicit quòd vtique tenetur, cum quibus eſt Medina de oratione. q. 9. Sed Soto vbi ſupra tenet oppoſitum, quando ipſi non ſunt in cauſa, neque per eos ſtat, vt titulum ſine fructibus habeant, aliàs cum Medina concordat vt ad diuinum officium teneantur.

Dubium 3. Sᴇᴅ Tandem tertio dubitatur Vtrum penſionarius qui multas penſiones aut qui multa præſtimonia ſine vlla cauſa legitima habet, ſit abſoluendus. reſponſio quòd ſic. dummodo ſe habeat vt ſupra. q. 20. dubio. 1. de habente plura beneficia cõpatibilia, dictum eſt.

Sed hic nota quòd quãdo tales redditus aut fructus eccleſiaſtici alicui layco aſsignati ſunt, non eſt illi iam obligatio illos expendẽdi in pios vſus, ſed in licitos atq; decentes, vti ſuperius. q. 13. in reſponſione ad ſecundum argumentum habetur.

QVAESTIO VIGESSIMA SECVNDA.

Vtrum prælatus eccleſiæ, pro vſu Spiritualis poteſtatis ad quem ex officio tenetur, poſsit abſque uitio Symoniæ à ſponte dantibus, ſiue ab inuitis, per expreſſam petitionem ſeu per Spiritualium ſub tractionem de bonis eccleſiæ uel de alijs bonis undecunque prouenientibus, temporale aliquid arripere uel exigere, & quo ei circa hoc male ſe habenti reſiſtendum ſit.

Reſpon. Rᴇsᴘᴏɴ. generaliter quòd non poteſt, immo ſi accipit erit vera Symonia, vel ſaltem ibi erit vehemens ſuſpitio, vel ſpecies eius, maxime ſi notabile quippiam temporale ante vſum poteſtatis ſpiritualis non mere gratis & liberaliter detur & accipiatur aut exigatur.

Pro declaratione & probatione prædictorum, præſuppouatur ex communi doctrina doctorum vtriuſque iuris diffinitio Symoniæ, quæ eſt ſtudioſa voluntas vendendi vel emendi aliquid ſpirituale vel ei annexum, & nomine emptionis & venditionis intelligitur omnis contractus illiberalis, puta, quando ratione rei ſpiritualis principaliter datur vel accipitur aliquid temporale vel vt pretium eius. Item quòd res ſpiritualis ſupernaturaliter, quæ ſcilicet, eſt à dono vel gratia ſupernaturali per ſpecialem Dei influxum & virtutem, eſt triplex, ſcilicet eſſentialiter, cauſaliter, & effectiue ſeu finaliter, & ſimiliter res annexa ſpirituali eſt triplex, ſcilicet antecedenter, conſequenter, & cõmitanter, vt de his latius Siluester titu. Symonia. q. 1. & Adrianus in. 9. quodlibet. ſecundum doctores agunt.

His ſuppoſitis iam prædicta ſententia ſexcupliciter probatur, primo, quia vt habetur 1. q. 1. ca. quidquid. quidquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquam quęſtubus vel quibuſlibet præmiis venundari debet, dicente domino Math. 10. gratis accepiſtis gratis date. Conſtat autem hæc ſpiritualia de quibus agimus, puta, vſum ſpiritualis poteſtatis per inuiſibilem gratiam tribui, quia vſus poteſtatis ſpiritualis, eſt ſpiritualis, vel ſpirituali rei effectiue annexus, videlicet quatenus à principio vel cauſa procedit ſpirituali, ſcilicet ab eccleſiaſtica ſpirituali poteſtate, quæ eſt gratia, vel donum ſupernaturale mediate diuinitus collatum prima Corrinth. 4. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. & Epheſ. 4. dedit quoſdã paſtores & c. ergo ſicut neque pro ipſa poteſtate ſpirituali, ita neque pro eius vſu qui ab ea procedit etiã ad quẽ ex natura ſua illa poteſtas ordinatur temporale aliquid vltra ſtipendia decentia aliàs iam ſibi decreta ſine vitio Symonię recipi poteſt. Item. ca. ſtatuimus. 16. q. 1. eſt ad idem. & extra. ca. non ſatis. de Symonia. 1. Ratio.

Secunda ratio, quia prælatus Eccleſiæ virtute ſpiritualis poteſtatis ſibi commiſſæ & ratione ſtipendii ſufficientis ad ipſius decentem ſubſtentationem conſtituti, obligatur ſuam adminiſtrare prouinciam, & ſuam poteſtatem in ſubditorũ vtilitatem exercere. ergo ſi quid temporale pro vſu eiuſdem poteſtatis vltra recipiat vel extorqueat nõ tam pro operibus quas iam gratis debet, id intelligeretur accipere quàm vendere vſum gratiæ ſpiritualis, vel duplicem mercedem, ſeu ſtipendiũ duplex pro eodẽ actu recipere. quorum alterum ſymoniacũ eſt et contra Math. 10. gratis accepiſtis gratis date. alterũ de ſymonia ſuſpectũ, et ſpeciem eius aut iniuſte concuſsionis habet. Nam qui aliquid accipit temporale pro eo quod aliàs ex officio gratis facere tenetur, turpiter accipit, et contra 2. Ratio.

tra iuſtitiam commutatiuam, & concuſsionis crimine tenetur ſecundum Auguſti. 23. q. 1. ca. militare. Quo fit, vt etiam Papa ſic acceptum maximè de bonis non Eccleſiaſticis inuito danti restituere teneatur: quamuis ad pœnas iuris Eccleſiaſtici non ligetur, vt ait Adrianus in. 9. quodlibeto art. 3. in quodam ſecundo proſuppoſito. Et hæ duæ rationes ſunt omnibus potiores, & fundamẽta ſequentium: & hæc ratio ſecunda procedit, modò principale quæſitum in vſu ſpiritualis poteſtatis ſit ſpirituale, modo temporale.

3. ratio. Tertia ratio, quia is cui aliquid commiſſum eſt, non poteſt accipere pro ſui officii vltra cõceſſum vel taxatum ei à principali domino vel delegante, ſed Deus & Eccleſia ſolum cõceſsit prælatis ſuos redditus ex decimis, & aliis huiuſmodi bonis Eccleſiaſticis, iam eis aſsignatos in ſtipendium decẽtis ſubſtẽtationis, ſecundum omnes doctores, vel etiam ſecundũ alios pro mercede laboris, vel operarum ſuarum, de quo latius infra in reſponſione ad primum argumentum, vt patet prima, Corinth. 9. & prima ad Timoth. 5. & prima ad Theſalo. 2. & Math. 10. & Lu. 10. Quis militat ſuis ſtipendiis &c. Et qui altari deſeruit de altari viuere debet. Et dignus eſt operarius mercede ſua vel cibo ſuo, & prohibuit alio modo accipere, dum Math. 10. præcepit Gratis accepiſtis gratis date, ergo vel ſymoniacum, vel de ſymonia valde ſuſpectum eſt, & ſpeciem mali habet, ſi prælatus plus accipiat ſola ratione dicti vſus, aut operarum ſuarum, ad quæ ex poteſtate ſua ſpirituali tenetur, vt dictum eſt.

4. ratio. Quarta ratio, ſi alicui donaretur ſuper naturaliter gratia miraculorum, & ſanitatum, certè pro vſu illius gratiæ, puta pro curatione infirmorum, ſeu ſanitate miraculoſe aut ſuper naturaliter impenſa, nihil temporale ei liceret accipere niſi ſuã decentem ſubſtentationẽ, vt latius probat Adrianus in 9. quodlibeto, quia illa curatio quatenus à principio ſpirituali, puta, à ſuper naturali dono vel gratia per ſpecialem influxum Dei procedit, cenſetur, & eſt ſpiritualis, ergo ſimiliter pro vſu poteſtatis ſpiritualis ſine labe ſymoniæ prælatus nihil accipere poteſt vltra ſuam decentem ſubſtentationem ſibi iam aſsignatam, quia talis poteſtas à qua vſus ille procedit, eſt donum ſupernaturale vltra vires naturæ, & diuinitus inſtituta, & eccleſiæ ſiue prælatis, mediatè vel immediatè collata, & ad ſupernaturalem finem vel effectum, ex ſua natura ſpecialiter ordinatur.

5. ratio. Quintò probatur idem auctoritate cuiuſdam decreti, quod ſuper hac re à fide dignis fertur diffinitum eſſe in quodam Cõcilio Cardinalium, cui interfuit ſanctiſsimus dominus noſter Papa Paulus. IIII. dũ eſſet Cardinalis, vbi ſic habetur. Non licet aliquo pacto in vſu clauiũ aliquid lucri utenti comparare. eſt in hac re firmum verbi Chriſti. Gratis accepiſtis gratis date. Hoc non ſolum ad Sanctitatem tuam pertinet, ſed ad omnes qui ſunt participes huius poteſtatis. Ideò, à legatis, & nuntiis vellemus idem ſeruari. Nam ſicut vſus qui nunc inualuit dedecorat hanc ſedem, & conturbat populum: ita ſi contra fieret maximum decus huic ſedi compararetur, & populus mirificè ædificaretur. Hæc ibi.

Sextò, probatur idem auctoritate B. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 100. art. 3. vbi ait. Accipere, aut dare aliquid pro ſubſtentatione miniſtrantiũ ſpiritualia, ſecundum ordinationem eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam licitum eſt: ita tamen quòd deſit intentio emptionis, & venditionis cuius nomine intelligitur omnis contractus nõ gratuitus ſecũdum ipſum arti. 1. ad tertium, & quòd ab inuitis non exigatur per ſpiritualium ſubtractionem, quæ ſunt eis exhibenda: hoc enim haberet quandam ſpeciem venditionis, & ſpeciem mali cauendi ſecundum 1. Theſalo. vltimo, Ab oĩ ſpecie mali abſtinete. Hæc ille. et paulò inferius ibidẽ in reſponſione ad ſecundũ argumentum, ait. Illicita eſſet ordinatio, ſi in aliqua eccleſia ſtatueretur, quòd non fieret proceſsio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem, quia per tale ſtatutum præcluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi: & quia habet ſpeciem exactionis: eſſet autem licita ſi ordinaretur, quòd danti talem pecuniæ quantitatem fieret officium, & huiuſmodi. Et in reſpõſione ad tertium ibidem ait magis ad propoſitum hoc modo. Ille, cui committitur ſpiritualis poteſtas ex officio, obligatur ad vſum poteſtatis ſibi commiſſæ in ſpiritualium diſpenſatione, & etiam pro ſua ſubſtentatione habet ſtatuta ſtipendia ex redditibus eccleſiæ: & ideò ſi aliquid acciperet pro vſu ſpiritualis poteſtatis, non intelligeretur locare operas ſuas, quas iam ex debito officii ſuſcepti debet impendere, ſed intelligeretur vendere ipſum vſũ gratiæ ſpiritualis, & propter hoc non licet pro quacunq; diſpẽſatione aliquid accipere, nec etiam pro hoc quòd vices ſuas committit: nec pro hoc quòd ſuos ſubditos corrigat, vel à corrigendo deſiſtat: licet tamen ei accipere procurationes quando ſubditos viſitat, non quaſi pretium correctionis, ſed quaſi debitum ſtipendium. Hæc ille, vbi omnia pertinentia ad hanc rem breuiter tangit. Conſonanc Alexan. Alen. & Hoſtien. in ca. ad Apoſtolicam. de ſymonia. 6. ratio.

Ex quo patet, quòd etiam ſtipendia, vel præmia talibus actionibus lege vel conſuetudine conſtituta non licet eo rigore exigere, vt nolentibus, aut non potentibus ſoluere ſpiritualia ſubtrahantur, quæ eis exhibenda ſunt, puta ſi prælatus ſiue plebanus nollet mortuum ſepelire niſi ſibi iura conſueta prius ſoluerentur, quia ſepultura neceſſaria eſt, ſcandalum daret, ſpeciemque ſymoniæ præ ſe ferret.

Si autẽ illi qui funus curant volunt cum magna pompa ſuum mortuum humari, nõ tenetur paſtor gratis illud exequi: & ideò licitè põt iura conſueta

R exigere,

exigere: ſed quia & hæc ordinem etiam ſpiritualium ſuo modo attingunt, cauendum eſt ſcandalum ſaltem antequam ſepulturæ fiat officium. Et ſimiliter in propoſito dicatur illicitum, ſi prælatus nollet vſum ſuæ poteſtatis exercere: niſi prius ſibi temporalia ſoluantur, etiam ſi ſint conſueta. At verò poſtquàm gratis prius exhibentur: licitè poſſunt, ſtatutæ, conſuetaq; oblationes ſeu ſtipendia à nolentibus, & potentibus ſoluere, authoritate ſuperioris exigi, vt habetur in ca. ad Apoſto. de ſymonia. & ait B. Thom. vbi ſupra art. 3. & art. 2. ad quartum, & in. 8. quodlibeto. q. 6. & in ſecundo quodlib. q. 6.

Et nota, quòd vbi ſupra ait B. Thom. quòd pro nulla diſpenſatione licitum eſt prælatis quippiam accipere, nomine diſpenſationis intelligitur, non ſolum legis relaxatio, ſed omnis adminiſtratio ſpiritualium. Quare ſymoniacum eſt, precium vel tẽporale aliquid accipere, vt cum aliquo ſubdito diſpenſetur in lege, quia diſpenſare pro cauſa legitima ad ſpiritualem curam vel gubernationẽ pertinet paſtoralem, quæ per donum vel gratiam ſpiritus Sancti fit, & ideò non niſi gratis fieri debet (vt ſuperius probatum eſt). Si autem talis diſpenſatio ſine cauſa fiat, iniqua eſt, & eò deterior quòd precio fit.

Cauendum eſt etiam ne illæ exactiones aut acceptiones rerum temporaliũ, quæ pro talibus diſpenſationibus fiunt, nomine compoſitionum aut commutationum fictè pallientur, quaſi qui legis, vel voti onere liberatur alterũ ſubeat. Deus enim non irridetur, & mentiri ſæpè ſolet iniquitas ſibi.

Et cum omnibus ſupradictis concordat expreſſè Gerſon alphabe. 36. litera. l. m. p. & ex parte Adrianus in. 9. quodlibeto, & Silueſter latius titu. ſymonia. q. 3. q. 5. q. 8. q. 9. vbi ex Florentino ſecunda par. ſum. tit. 1. ca. 5. per omnes illos. §. præcipuè. §. 6. refert, & colligit omnia ferè dicta doctorum. Et tandem Soto de iuſtitia, & iure lib. 9. q. 6. art. 2. pulchrè de his omnibus agit. Concordant. & communiter theologi in 4. diſtin. 25. Similiter, & canoniſtæ in titu. de ſymonia in diuerſis cap. & Turrecremata in decreto diſtin. 1. ca. omnis Chriſtianus, ſecundum Alexan. & Hoſtien. quamuis gloſſ. in dicto ca. omnis, ſecundum Hugo. teneat oppoſitum.

Argum. 1. Contra ſupradicta arguitur ſexcupliciter, primò, quia in ca. clerici. 1. q. 2. habetur. clerici, qui Eccleſiæ fideliter, vigilanterque deſeruiunt, ſtipẽdia Sanctis laboribus debita ſecundum ſeruitii ſui meritum conſequantur. ſ. propter laborem, vel vſum ſui officii ſecundum Lu. 10. dignus eſt operarius mercede ſua. Merces aũt aut ſtipẽdium, nõ niſi pro labore, & vſu datur, ergo pro vſu officii recipi poteſt. Et facit ca. ſtatuimus. 16. q. 1. vbi qui oblationes, vel decimas obligatorias negauerit, communione priuandum eſſe decernitur.

Secundò quia pro vſitatione Eccleſiæ, benedictione, conſecratione rerum, & perſonarum ad quæ prælatus ex officio tenetur, aliquid recipi poteſt, vt conſtat ex practica Eccleſiæ, & ex multis decretis, vt etiam habetur in clemen. de elect. ca. ſtatutum. vbi dicitur, quòd quidquid emolumenti Epiſcopo prouenerit, ex iuriſditione, vel ſigillo curiæ Eccleſiaſticæ, vel ſecularis, futuro ſucceſſori fideliter reſeruetur, ergo & pro quocunque officii exercitio.

Argum. 3. Tertiò arguitur, quia aliàs nõ liceret Papæ pro diſpenſationibus, compoſitionibus, & huiuſmodi aliquid recipere, & ita cum Lutheranis damnaremus annatarum primarum vſum antiquiſsimum in Eccleſia, vt refert Ioan. Andr. in ca. inter cætera, de offi. ordin.

Argum. 4. Quartò, arguitur, quia pro iam miniſtratis ſacramentis, & ſpiritualibus, iure cõpelluntur laici aliquid ſoluere, & laudabilem ſeruare conſuetudinem. ca. ad Apoſtolicam. de ſymonia, & ita licitum eſt, id tunc dare, & accipere, aliòqui Eccleſia non id ſtatueret, ergo pro ſacrorum, & ſpiritualium vſu licet aliquid dare, & accipere, etiam ante illorum vſum. Nam cùm dare, & accipere, ſit aliquando dare, & accipere. ca. eos. 1. q. 1. certè parum refert, quòd ante vel poſt detur vel accipiatur, quamuis ob vitãdum ſcandalum, & ad cautelam, Eccleſia in dicto ca. ad Apoſtolicam. & in ca. quam pio. & ca. ſicut. 1. q. 1. præcipiat ne quicquam ante exigatur. Papa autem huiuſmodi legibus humanis non ligatur. ergo ipſe ſaltem id facere licitè poteſt.

Argum. 5. Quintò, arguitur, quia non minus rationabiliter Papa poteſt petere, vel recipere pecuniam à beneficiando, & ab aliis, etiam priuſquam ei conferatur beneficium, & antequam ei fiat diſpenſatio, quàm canonici Eccleſiæ cathedralis qui de cõſuetudine recipiunt tàm pecunias quàm obligationes aliàs, ante poſſeſsionem, ſeu vſu receptionis ad poſſeſsionem. ergo & Papa poteſt ſimiliter pro vſu ſuæ poteſtatis petere, & accipere, etiam ante ſui miniſterii vſum vel diſpenſationem.

Argum. 6. Sextò, arguitur, eſto quòd ſit ſymonia accipere aliquid temporale pro vſu poteſtatis ſpiritualis, at illa non eſt ſemper iure diuino, ſed ſæpè eccleſiaſtico duntaxat prohibita, vt patet, quia leges tantum eccleſiaſticæ ſunt de gradibus matrimonii prohibitis, de ieiuniis, de permutationibus, & renuntiationibus beneficiorum, de penſionibus, de conſecrationibus, & benedictionibus vaſorum, veſtium, corporalium, perſonarum, & rerum Sanctarum, & eccleſiaſticarum, de conceſſionibus præbendarum, et quorundam officiorum eccleſiæ, ſecundum. 1. quæſt. 3. ca. Saluator, et huiuſmodi, ergo in vſu eccleſiaſtici poteſtatis, in cõſecrãdo, & diſpẽſando hæc pro tẽporali, eſt ſymonia iure tãtũ eccleſiaſtico prohibita ſicut et materia horũ iure tãtũ eccleſiaſtico ſpũalis cõſtituta eſt, & ergo ex cõſequẽti Papa, qui legibus

Eccle-

Eccleſiaſticis ſolutus eſt, tali vitio non tenetur obnoxius.

Reſpon. ad primum argumentum, quòd modo teneatur opinio Adriani i.9. quodlibeto, & multorum aliorum doctorum dicentium quòd pro labore, & operis in miniſterio ſpiritualium poteſt aliquid temporale recipi pro mercede, vt prætendit antecedẽs poſitũ in argumẽto, modò teneatur opinio B. Tho. vbi ſupra, & aliorũ etiam multorũ doctorum dicentium quòd nõ vt merces laboris, ſed in ſtipendium decentis ſubſtentationis recipi põt, quòdq; hoc modo intelligitur. ca. clerici. & Lu. 10. Nam Math. 10. amplius declaratur, dum ibi dicitur dignus eſt operarius cibo ſuo, ideſt ſubſtẽtatione. Quomodocũq; ergo dicatur, negatur cõſequentia ſupra poſita, quia prælatus habet iam aliàs ſufficiens ſtipendium ſeu mercedem pro ſua ſubſtentatione, ideò ſi plus recipit pro vſu ſuæ poteſtatis, iam vel Symoniacè vel iniuſtè, & cũ ſpecie mali recipit, vt ſupra probatum eſt. Ad capitulum aũt ſtatuimus, reſpon. quòd ſolum ibi dicitur eſſe per ſuperiorem excommunicandum, non aũt per ſubtractionem ſpiritualium aliquid ab eo eſſe exigendum.

Si dicatur quòd dominus Papa non habet ſufficiens ſtipendium, quia indiget etiam theſauro pro multis aliis neceſsitatibus emergentibus, puta pro bellis contra tirãnos atq; rebelles qui non aliter peccare poſſunt, ne conturbent eccleſiam, & huiuſmodi.

Reſpon. ad 1. argumen. Reſpon. primò ſi ita ſit vt replicatur, ipſi prælati viderint, & maximè dominus Papa, Deus nõ irridetur. Et eſto quòd ita ſit & quòd Papa ampliori ſtipẽdio indigeat, vtiq; poteſt in particularibus caſibus neceſſariis emergẽtibus ſibi prouidere aliis modis non habentibus ſpeciem hanc Symoniacã, pro ſua decente non pro ſuperflua ſubſtẽtatione: quòd ſi iam ordinarie indigeat, poſſet etiam tunc ordinariè decimas decimarum ſibi retinere, ſi tamen hac ratione reliquæ omnes exactiones, & cõpoſitiones extinguerentur, non tamen id poteſt per prædictam viam exactionis, aut extorſionis habentem ſpeciem mali, vt dictum eſt. Nam ſecundum Gerſon alphab. 36. I.m.p. non quolibet, ſed ad metas iuris diuini, & naturalis cui Papa ſubiicitur ſibi prouidere poteſt.

Ad 2. Ad ſecundum ſimiliter reſpon. ſicut ad primũ negando conſequentiam, quia vltra illa particularia ſtatuta vel conſueta ſtipendia, nil amplius pro vſu poteſtatis recipi poteſt, neq; in ſtipendiũ ſubſtentationis neq; pro mercede laboris, ſicubi aliquis labor neceſſarius ad prædictum vſum debitũ talis poteſtatis eſſet: quia ex quo prælatus ſufficiẽs habet ſtipendium, iam vel Symoniacè, vel iniuſtè illud acciperet, vt ſupra probatum eſt.

Ad 3. Ad tertium vtiq; conceditur quòd pro vſu ſuæ poteſtatis in diſpenſando ſua debita miniſteria, non licet Papæ temporale quicquam accipere.

De compoſitionibus autem ſuper incerta debita pro certa parua quantitate, quomodo licitè fieri poſsint per Papam latius infra In lib. 5. de indulgentiis. q. vltima habetur, vbi declaratur quòd nõ pro vſu ſuæ poteſtatis, ſed ex alia rationabili cauſa, illa quantitas licitè datur, & accipitur à Papa, vel ab alio cui ipſe aſsignauerit.

De receptione verò primarũ annatarum dico ſecundum Thom. vbi ſupra arti. 4. quòd ſi Papa ante beneficiorũ collationem ordinauerit, (ideſt communi & æqua lege ſanciuerit ſicut & nunc in Hyſpania ſancitum vel conſuetum eſt) partem fructuum beneficiorum pro ſua iuſta ſubſtentatione, aut pro aliis piis vſibus adimendam eſſe, rectè id facere poteſt: ſi verò ab eo cui beneficium confert præter poſitam antea legem requirat aliquid ſibi exhiberi de fructibus illius beneficii, idem eſt ac ſi aliquod munus ab eo exigeretur, & ideò vitio Symoniæ aut ſpecie eius non caret. Hæc ille. Et ita limito & intelligo Gerſonẽ alpha. 36. vbi ſupra, ſicut & alphab. 4. R. ſeipſum modificare videtur, licet ſuperius duriuſcule quo adhoc videatur loqui, dicens, quòd antequam beneficiatus recipiat redditus ſuos, non poteſt licitè cogi ad primas annatas perſoluendas.

Ad quartum, negatur conſequentia. Nam licet ante vel poſt (ceſſante ſcandalo, & ſpecie mali) licitè aliquid recipiatur in ſtipendium ſubſtentationis, vel pro mercede laboris ſibi verè interuenit ſecundum diuerſas opiniones, non tamen pro vſu poteſtatis ſpiritualis ad quem ex officio prælatus tenetur, ante vel poſt quicquam recipi poteſt ab inuito, ex quo iam ſufficiens ſtipendium, vel mercedem pro illo vſu habet, vt ſępè dictum eſt. Ad 4.

Ad quintum, reſpon. ſecũdum Gerſon alphab. 36. l. negando tam antecedens quã ẽt conſequentiam, quia non eſt eadem ratio, aut cauſa vtrobique. Eſt enim differentia, quia tales pecuniæ non exigũtur per canonicos pro beneficio vel officio, ſed pro communibus oneribus ſupportãdis in quibus canonicus ille recipiendus particeps erit quoad commune emolumẽtum, puta pro fabrica, pro pueris de choro, pro clientibus, pro cappa, & huiuſmodi. Non tamen negamus quin apud aliquos aliquando modus exigendi non ſit ſatis purus, & decens, licet ſymoniacus non ſit. Ad 5.

Ad ſextum, conceditur quidem quòd eſt aliqua Symonia ſolum Eccleſiaſtico iure prohibita; quando videlicet venditur officium Eccleſiæ annexũ, quod de ſe nõ eſt ſpirituale, vt eſt officium œconomi Eccleſiæ, ſachriſtæ organiſtæ, protectoris & hmõi, vt habetur. 1. q. 3. ca. Saluator. quia hæc aut per ſe nullo modo ſunt aut non conſtituũtur ſacra, de quo etiam Silueſter titu. Symonia. q. 4. ſecundum communiter doctores agit, & latius diſſerit Soto vbi ſupra lib. 9. q. 5. art. 2. & q. 7. articu. 1. contra durandum in 4. diſtin. 25. q. 5. & Gerſonem alphab. 36. m. Ad 6.

Conceditur ẽt ꝗ leges illæ & multæ aliæ Eccleſiaſticæ ſunt, materia quoq; illorũ, quæ in antece-

dente exemplificata ſunt, iure tamen eccleſiaſtico ſpiritualis conſtituta eſt. Negatur tamen id quod in antecedente dicitur, quòd ſcilicet Symonia in prædictis non niſi iure tantum eccleſiaſtico prohibita eſt, ideò negatur etiam conſequentia. Eſt enim diuino etiam iure prohibita contra aliquos canoniſtas in ca. I. de Symonia, & alibi. Nam ſicut emptio, & vẽditio vaſorum aliarumq́ue ſacrarum rerum, ſi ratione conſecrationis pluſquam ratione materiæ valent, vendantur, Symonia eſt contra ius diuinum, & naturale præſuppoſito diuino, quia conſecratio, & benedictio ibi annexa venderétur, quæ à dono ſupernaturali ſpiritualis eſt: quamuis lege eccleſiaſtica talis eorũ materia ſpiritualis facta aut conſtituta ſit. Ita & vſus à ſpirituali poteſtate talis eorum materia ſpiritualis facta aut conſtituta ſit. Ita & vſus à ſpirituali poteſtate procedens in diſpenſando, & operando prædicta pro re temporali, vtiq; Symoniacus eſt, vel eius ſpeciem & ſuſpicionem habet, contra ius diuinum, & naturale, vt dictum eſt.

QVAESTIO VIGESIMA TERTIA.

De ſenſualitate, & motibus eius, quando, & quale peccatum ibi ſit. Nota ad horum declarationem ſunt ſexdecim dubia pertractanda.

Dubium I. DVBIVM primum eſt, quid ſit ſenſualitas, & quis ſunt actus eius. Ad primum reſpon. quòd ſenſualitas propriè eſt ipſe appetitus ſenſitiuus quare nus præuenit rationem aut deliberationem eius, & ad carnalia depreſſus eſt. large autem ſenſualitas eſt ante, & poſt rationis deliberationem.

Pro cuius declaratione nota ex Gerſon alphab. 29.p.q.r. quòd anima duplicem habet potentiam ſeu vim: vnam apprehenſiuam, aliam motiuã. Apprehenſiua eſt ſui obiecti perceptiua, exterior, & interior. Exterior eſt quincuplex ſecundum quinque ſenſus corporales viſum, auditum &c. iterior etiam eſt quincuplex, ſcilicet ſenſus communis, imaginatio, eſtimatio, fantaſia, & memoria. Et ille ſenſus communis eſt potentia, quæ omniũ ſenſuum particularium obiecta apprehendit: à quo omnes ſenſus exteriores velut lineę à centro exeũtes originem habent. Et iſte ſenſus communis omnium ſenſuum particularium obiecta apprehendit, nam alii ſenſus ſimilitudines ſuorum ſenſatorum ad ſenſum communẽ reducuntur, quo mediante de ſingulorum proprietatibus iudicant & diſcernunt, nam ſecundum iudicium ſenſus cõmunis apprehendimus nos videre quando videmus, & audire quando audimus, & huiuſmodi. Imaginatiua autem eſt potentia apprehenſiua in qua imagines rerum ſenſibilium reſeruantur in abſentia rei, in quo differt à ſenſu communi, qui indiget præſentia rei particularis ſenſibilis, ſicut & ſenſus exterior, imaginatio verò non, quæ ideò theſaurus formarum appellatur.

Altera vis ſenſibilis eſt motiua, dupliciter, ſcilicet corporaliter, & ſpiritualiter: corporaliter quidem tripliciter, ſcilicet per virtutem naturalem, vitalem, & animalem. Virtus naturalis dicitur vt motiua eſt humorum mediantibus arteriis, quæ radicantur in epate per ſpiritum naturalem. Vitalis autem vt eſt motiua pulſuum mediantibus arteriis, quę radicantur in corde per ſpiritum vitalem. Animalis verò vt eſt motiua mẽbrorum netuis mediantibus per ſpiritum animalem, qui in cerebro radicantur: ſpiritualiter motiua vis ſenſibilis ſupradicta dicitur appetitiuã, quæ mouet, & inclinat amando, aut diligendo, proſequendo aut fugiendo obiectum cognitum, vel apprehenſum. Et inde oriũtur quattuor affectiones gaudium, ſpes, dolor & timor, et paſsiones alię, irę, odii, concupiſcentiæ &c. de quibus B. Thom. latius in. I. 2. q. 22.23.

Igitur ex ſupradictis conſtat quòd propriè ſenſualitas eſt vis animæ ſenſibilis ſpiritualiter motiua, & ad idem mouetur ad quod vis concupiſcibilis, & iraſcibilis: ſed ab eis differt dupliciter: primò quia ſemper appetit quæ corpori delectabilia ſunt, & ei nociua refugit: concupiſcibilis, autem, & iraſcibilis bene verſantur atque mouentur etiã circa bonum, & malum corpori non delectabile neque nociuum: ſecundò quia ſenſualitas magis corpori coniungitur magiſque ad carnalia depreſſa eſt: et ſicut in brutis, ita in homine, ſuo proprio motu mouetur, nec aliqua lege ſtrĩgitur quin ſemper in appetitu rerum ad corpus pertinentiũ moueatur. Nobilius tamen eſt in homine, quàm in brutis, quia in homine ei conuenit aliqualiter in ſuis motibus ſubiectam eſſe, et obedientem voluntati, & rationi. Concupiſcibilis autem & iraſcibilis rationi coniunguntur, et vt ſunt in homine ipſa ratione frenantur virtutibuſque puta temperãtia, et fortitudine, quæ in ipſis fundantur vtique reguntur. Ideò dictum eſt quòd ſenſualitas eſt ipſe appetitus ſenſitiuus, & non differt ab eo re, ſed ratione dumtaxat, aut connotatione. Nam appetitus ſenſitiuus eſt ipſe ſenſus exterior vel interior vt naturaliter eſt proſecutiuus vel refugitiuus ſui obiecti conuenientis, vel diſconuenientis per notitiam ſenſitiuam apprehenſi: ſenſualitas autem ſuper addit quatenus talis appetitus deliberationem rationis præuenit, & depreſſus eſt. Ad idem eſt B. Thom. prima parte, quæſt. 81. & prima ſecundę quæſt. 74. art. 4.

Quoad articulum ſecundum de motibus eius nota tria primò ex Gerſon vbi ſupra litera. R. q̧ in aĩa eſt triplex motus, ſcilicet naturalis, ſenſitiuus, & rõnalis. Motus aũt ĩ propoſito eſt animę inclinatio ad aliquid, propriè loquẽdo, ideò illis viribus aĩæ ſiue potentiis, quibus nõ conuenit inclinatio, certè nec motus propriè conuenire poteſt. Quare actus virtutum appetitiuarum animæ, non autẽ apprehẽſiuarũ, motus propriè vocãtur, large

autem motus etiam apprehenſiuarum appellátur. Motus igitur, vel appetitus naturalis eſt, quem non imaginatio gignit, vel cauſat, ſed ipſa qualitatum naturalium diſpoſitio, quibus naturaliter aiæ vires ſuas actiones exercenr, vt eſt repentinus motus ſeu appetitus cibi vel alterius. delectabilis. Et iſte motus in nullo ſubiacet rationi, nec directè voluntas vllum in eo habet dominium vel imperium, cum ſit naturalis, & ideò nec proprie niſi extrinſece vt infra dicetur bonus vel malus moraliter eſſe pôt. Et quamuis ſit in ſenſualitate in ſe ſimpliciter ſumpta, nõ tamen propriè ſed large dicitur motus ſenſualitatis ſed dicitur motus naturalis, quia vt dictũ eſt non ad apprehenſionem obiecti ſed ad naturalium qualitatum actionem cõſequitur. Motus aũt ſeu appetitus ſenſitiuus eſt, qui ex pręcedente imaginatione vel apprehenſione obiecti vel etiam ex præcedente motu naturali conſequitur. Et motus ſenſualitatis dicitur & proprie eſt, quia ſecundum impulſum fomitis, tendit impetuoſe ad ſenſibilia, præueniens rationem aut præter ordinem ipſius. Nam velle iraſci aut delectari nõ proprie eſt ſenſualitatis actus, quia non pręuenit rationẽ. Et iſte motus appetitus ſenſitiui dicitur ſenſualitatis quatenus humana eſt, quia videlicet aliquo modo eſt ad rationem ordinabilis & perſuaſibilis, & quodammodo eſt in hominis poteſtate, quodámodo non eſt, vt de hoc latius infra in dubiis ſequẽtibus habetur. De motu autẽ rationali inferius agitur, quia conſenſus & actus voluntatis eſt, & in hac tota quæſtione nullam facimus differẽtiam inter motum & actum, ſed vtrumque vſurpamus pro eodem.

Nota etiam. ſecũdò, ex Angeſt in morali ca. *6.* quòd de potentia ſenſitiua exteriori fit progreſſus ad interiorem ſenſitiuam, & inde ad intellectiuã, quia nihil in intellectu quin prius ſit in ſenſu. Et in qualibet iſtarum eſt triplex motus ſeu actus. Nam Primò eſt cognitio vel apprehẽſio ſui obiecti, Secundò appetitio vel fuga illius, Tertiò paſsio delectationis vel doloris triſtitiæ ire &c. & Quartò eſt motus membrorum præter rationem inde frequẽtius proueniens in corpore, vt patet experiẽtia de omnibus hic.

Sed de delectatione notetur ex B. Tho. & Gerſon vbi ſupra litera. x. quòd delectatio eſt virtutis appetitiuę quies, in eo quod amat vel appetit, præter rationem apprehenſa. Et ita delectatio corporalis ſenſitiua, ideſt de re ſenſibili, eſt quies appetitus ſenſitiui in ſuo delectabili præſenti per rationem apprehenſa, Nam ſi ratio illud vt corpori cõueniens, & appetitum non apprehenderet non eſſet propriè delectatio, vt patet ĩ infantibus, & animalibus ratione non vtentibus, quorum ſenſus licet ſuum obiectum tanquam ſibi conueniens apprehendat, & appetat eorum appetitus, & in eo quieſcat, quia tamen in eis ratio nihil apprehẽdit, neq; diiudicat, neq; ſe delectari cognoſcunt: ideò propriè non delectatur. Vnde licet delectationes hę ſenſitiuę à corpore, & ſenſu tanquã à ſuo proprio ſubiecto denominentur ſunt tamen totius cõpoſiti, ideſt ipſius hoĩs tã corporis quàm ẽt animę delectationes. Nã anima ẽt cum corpore delectatur, tam ex eo quòd oẽs vires appetitiuæ & apprehenſiuę ẽt corporales in ea cõſiſtũt, quàm ẽt propter apprehẽſionẽ ipſius rõnis inferioris, quæ ſimiliter illud idẽ quod per ſenſum tãquã ſibi bonũ, & conueniẽs apprehenſum eſt, ẽt tanquã bonum, & conueniẽs toti corpori ſibi cõiuncto apprehẽdit.

Quilibet, ergo prædictorũ. 4. motuũ ſeu actuũ appetitus ſenſitiui exterioris, vel interioris, & ẽt intellectiui naturaliter eis corre ſpõdentis, rõnem præueniens, dicitur tẽtatio carnis & motus ſeu actus ſenſualitatis: quãuis quartus ille motus puta membrorũ nõ proprie, ſed large à quibuſdã tentatio carnis ſenſualitatisq; motus appelletur. Et ſimiliter motus ſenſualitatis vocátur oẽs aliæ paſſiones quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo, videatur B. Thomas vbi ſupra.

Tertiò tãdẽ nota ꝙ motus primò primus, & ſecundò primus, multipliciter à doctoribus dicitur. Nam ſecundum Gerſon vbi ſupra litera. r. s. & alphab. *33.* litera. h. motus primò primi ſunt ſolum motus naturales non attingentes voluntatẽ nec vt natura nec vt libera eſt, ſed ſolũ in vi ſenſitiua brutali exiſtẽtes, quæ ſenſualitas large ſupra dicta eſt, & iſti motus ſunt illi tres priores actus appetitus ſenſitiui exterioris, vel interioris tantũ: puta apprehenſio, appetitio, & paſsio de quibus ſupra in. 2. notabili habetur. Secundò primi ſunt illi qui attingũt voluntatẽ vt natura, nõ vt libera nec vt deliberatiua eſt, & ſunt & tres. Primus eſt motus delectationis in voluntate naturaliter condelectante appetitui ſenſitiuo. Secundus conſenſus ſubitus voluntatis in delectationem, Tertius cõſenſus ſubitus ſeu deſiderium proſequendi in opus. et quilibet iſtorum trium eſt peccatũ veniale ſecundũ ipſum, de quo latius infra dub. *9.* et concordat Altiſioderen. vt ibidem habetur, et communiter doctores.

Sed Angeſt in morali cap. *6.* ait quòd quilibet prædictorum. 4. motuum cuiuſcunque potentiæ dum inſurgit dicitur primo primus, et dũ cõtinuatur non repreſſus, ſed ſine libero conſenſu voluntatis dicitur ſecundò primus, et moroſus mora tẽporis, non mora conſenſus, ſed quando eſt plenè liber voluntatis conſenſus, dicitur deliberatus.

S E C V N D O dubitatur quid ſit prædictus appetitus ſenſitiuus. reſpon. eſt duplex opinio, prima Gregorii Ariminen. in ſecundò diſtinctio. 1*6.* quæſt. prima, articu. tertiò, quòd appetitus ſenſitiuus nihil aliud eſt quàm voluntas, vt ſequitur cognitionem ſenſitiuam. Nam ipſe tenet quòd potentiæ cognitiuę non ſunt aliud, quàm ipſe intellectus, vt videt tali organo ſeu porta ſenſus, viſus, auditus &c. et appetitus ſenſitiuus nihil aliud eſt quã ipſa voluntas, vt ſequitur cognitionem ſenſitiuam vt dictum eſt. *Dubium 2.*

Secunda opinio eſt.B. Tho.1. par.q. 80. arti.2. & Scoti in.4. diſtin. 44. q.2. quòd appetitus ſenſitinus eſt quid diſtinctum ab intellectiuo qui dicitur voluntas. tum. 1. quia actus appetitus ſenſitiui diſtinguuntur ab actibus appetitus intellectiui, quia aliquádo eſt vehemens dolor in appetitu ſenſitiuo refugiente,& non eſt nolitio in appetitu intellectiuo. ergo actus diſtinguuntur & per conſequens appetitus illi. antecedens patet, quia martires gaudebant in tormentis quia & appetitu intellectiuo deliberate ea pati volebant, cum tamen in appetitu eorum ſenſitiuo vehemens dolor eſſet. Si dicatur quòd in eorum intellectu erat ſimul volitio & nolitio; Contra quia iam in eadem potentia eſſent actus contrarii ſimul, niſi dicatur quòd nullum eſt inconueniens ſi alter liber, alter naturalis ſit.

Tum.2.probatur opinio.B. Tho.& Scoti, quia aliquando eſt ira in appetitu ſenſitiuo & non in appetitu intellectiuo, vt patet in illis,qui viriliter reſiſtunt verbis prouocantibus ad iram, vel etiã quãdo quis fuit prius vehementer iratus,& poſtea,ſe deliberatè comprimit & iram ſuam,quæ nõ ſtatim omnino recedit neq; ſanguinis ebulitio iuxta cor ergo ira illa in appetitu ſenſitiuo & non in intellectiuo eſt.

Tum.3.idem probatur, quia homo poteſt habere ſimul & ſemel actus contrarios,puta delectationem & dolorem de eodem,valet de martirio propter Chriſtum, ſed non poſſunt iſti actus eſſe in eodem appetitu ſenſitiuo. ergo alter eſt in ſenſitiuo,alter in intellectiuo qui volũtas dicitur. Et hoc argumentum & militat contra ipſum gregorium Areminen. tenentem quòd triſtitia nõ paſsio ſed nolitio,& gaudium volitio ipſa eſt.

Dubium 3. DVBITATVR.3. vbi eſt iſte appetitus ſenſitiuus,reſpõ.eſt triplex opinio. prima Tho.de Garbo.in Sũma.q.76. quòd eſt i cerebro. ſed certè ibi potius eſt principium ſenſus quàm appetitus ſenſitiuus.

Secunda opinio Scoti in.4.diſtin.44.q.2.& i.3. diſtinct.16. quòd eſt per totum corpus, & præter hunc ſunt alii quinq; correſpondentes quinq; potentiis cognitiuis exterioribus. Et hæc opinio eſt valdè probabilis, maxime ſi nõ ponatur tertia entitas,quam ipſe in.4.vbi ſupra ponit dicẽs quòd in bruto potentia ſenſitiua exterior eſt quoddam ens particulare,ideſt tertia entitas compoſita ex parte corporis & ex parte animæ. In homine autem eſt compoſita ex parte corporis & ex tota anima,diſtincta eſt, inquit, illa entitas à partibus componẽtibus. Igitur non ponendo hanc tertiam entitatẽ, appetitus ſenſitiuus eſt ipſe ſenſus, & eſt quincuplex exterior,& vnus interior,qui dicitur fantaſia, immò.& vt ait Angeſt in morali ca.1.poſſunt etiã alii quinq; interiores correſpondentes exterioribus multiplicari.

Tertia opinio B. Thomæ.prima ſecundæ.q.48. arti.2. & de veritate.q.26.eſt quòd appetitus ſenſitiuus eſt in corde, quia ſecundum ipſum, cor eſt inſtrumentum paſsionum animæ. Etidem tenet Paulus Venetus ſecundo de anima. ca.29. & hæc opinio eſt etiam valdè probabilis. Nam ſi teneamus quòd eſt tantũ vnus appetitus ſenſitiuus,certè melius ponitur in corde tanquam in primo ſubiecto ipſius.ſi autem cum Scoto ponantur plures appetitus ſenſitiui particulares ſicut & plures ſenſus,vt ſupra dictum eſt,tunc etiam neceſſe eſt dicere quòd vltra illos eſt vnus principalis appetitus ſenſitiuus,qui correſpõdet ſuæ potentiæ primò cognitiue,qui ſecundum Tho.in corde eſt.

DVBIVM quartum Vtrũ in nobis experiri poſſimus actus ſeu motus ſenſualitatis? reſpon.primo quòd bene poſsumus ſeire quando non habuimus illos, & hoc quando experimur quòd non habuimus cogitationes obiectorum ipſorum actuum. Dubium 4.

Secundò dico quòd ex effectibus illos actus ſeu motus poſſumus experiri, & aliquando ex ſeipſis; puta quando video quòd ſum, vel fui iratus, vel ꝙ ebuliuit ſanguis circa cor, ſimiliter quãdo quis videt in ſe delectationem carnis, vel pollutionem ex ea ſequentem. Nam talis delectatio motus ſenſualitatis eſt.

Tertio dico quòd non poſſumus euidenter ſecernere prædictos actus ab actibus volũtatis, quia eadem eſt ratio de actibus intellectus & ſenſus, & de actibus voluntatis & ſenſualitatis. Sed non poſſumus euidenter cognoſcere multos actus an ſint ſenſus,vel intellectus. ergo neque an voluntatis vel ſenſualitatis ſint. Sed hoc eſt verum, niſi illi actus ſint contrarii: tunc enim ex eorum contrarietate euidenter ſecerni & cognoſci poſſunt, vt patet in martyribus,quorum ſenſualitas reſpuebat martyrium,quod eorum voluntas propter Chriſtũ vtique volebat.

DVBIVM quintum quæ ſit canſa horũ actuũ ſenſualitatis,& à quo fiunt,ſeu producũtur. reſpõ. per tria dicta,primum quòd nullus actus ſenſualitatis eſt à ſolo Deo, quia omnes iſti ſunt vicioſi & circa obiecta illicita. ergo non poſſunt à ſolo Deo eſſe,quia Deus neminem tentat ad malum inducẽdo. Iacobi primo Deus neminem tentat,& intentator malorum eſt. actus autem illi tentant ad malum directè prouocando. Dubium 5.

Secundũ dictũ ꝙ poſſunt cauſari,et ſępe, fiunt à dęmone, ſed eſt differentia, nã actus ſenſualitatis propriè ſumpti, de quibus ſupra in primo dubio dictum eſt, poſſunt fieri à dæmone mediate quam immediate, immediate quidem quia dęmon eſt fortius agens, quàm alia agentia naturalia horum actuum,ergo id poteſt,vt patet ex hiſtoria Sancti Cypriani, et Beati Pauli in quo Sathanas ſtimulum carnis vehementem excitauit, mediate, verò repręſentando aliquid puta lectionem aut aliud,viſum,vel auditum,ad quod ſequatur delectatio,vel ira,et huiuſmodi. Actus autem ſenſualitatis largè ſumptos puta motus membrorũ non põt dęmon niſi mediatè facere vt proximè excẽplificatum

ficatum eſt de delectatione ad quam motus membrorum naturaliter ſequantur.

Tertium dictum quòd prædicti actus ſeu motus poſſunt eſſe à cauſis naturalibus, puta ex nimio calore & cibo, ex viſione mulierum, ex lectióne & huiuſmodi. Poſſunt etiam fieri ex actibus appetitus ſenſitiui proprie ſumpti, puta ex concupiſcentia, ipſius appetitus. Poſſunt etiam fieri a voluntate nõ quidẽ immediate, Sed mediate ex imperio voluntatis volentis petere debitum ab vxore, vel ad alium actum, vnde motus illi ſequantur.

Sed vtrum imaginatio ſola poſsit eſſe cauſa horum motuum ſenſualitatis? Nam aliquibus videtur quòd ſic, quia ad ſolam fortem imaginationẽ commouentur humores & ſpiritus vitales animales, & ex tali commotione ſequuntur motus ſenſualitatis, vt communiter experimur: & quia ex ſola lectione librorum obſcœnorum, & eorum auditione communiter homines hos motus patiuntur niſi ſint ſanctiſsimi qui hæc faſtidiunt, quia. 1. Corinth. 5. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Sed reſpon. quòd ſola imaginatio ad id non ſufficit: Sed principium eorum eſt appetitus ſenſitiuus vel intellectiuus cum prædicta imaginatione, vt tenet Paulus Venetus in 2. de anima cap. 31. & Tho. de Garabo in ſumma q. 79. &c. quia Ariſt. lib. de ſenſu & ſenſato tenet quòd animalium motus fiunt per ſenſum & appetitum. & communiter doctores dicunt quòd appetibile eſt mouens immotum, appetitus autem mouens motum, Videatur Tho. & Caieta. 1. par. q. 80. art. 2. ex Ariſt. 3. de anima, & 12. Metaphyſices. Et nota quòd his non obſtantibus qui ex lectione vtili ſentit prædictos motus & pollutionem, nõ ideo peccat neq; deſiſtere debet, vt de hoc latius infra dubio. 9. habetur.

Dubium.6 DVBIVM ſextum, Vtrum his actibus ſenſualitatis reſpondeant alii ſimiles in voluntate? Reſpon. quòd ſic, niſi voluntas ſe velit ab eis defendere contra nitendo.

Prima pars patet, quia actui ſenſus reſpondet actus intellectus, ergo actui appetitui ſenſitiui reſpondet ſemper actus in appetitu intellectiuo, modò actus, modò motus appelletur, quia voluntas naturaliter nata eſt condelectari aut contriſtari appetitui ſenſitiuo ſibi naturaliter coniuncto, vt hoc latius proſequitur Scotus in 3. diſti. 15. & doctores communiter.

Opinio. SED quomodo id fiat eſt duplex opinio. Prima, OKam in 3. diſti. 12. & Buridanus eam ſequitur in ethicis, quòd id fit effectiuè, per hoc quòd à voluntate actum illecebre refugitiuum eliciente, producitur in appetitu ſenſitiuo ei rebellante motus aut actus alius ſimilis actui ipſius voluntatis refugitiuus. Et èconuerſò ab appetitu ſenſitiuo illecebre proſecutiuo producitur in voluntate ſimilis alius motus illecebre proſecutiuus, & ita in voluntate & in ſenſu circa ſenſualia ſemper eſt duplex actus eiuſdem obiecti ſibi inuicem nomine non te contrarius.

Sed hæc opinio optimè refellitur à doctoribus cõmuniter, vt etiam refert Angeſt. in morali ca. 1. & 12. Tum. 1. quia in appetitu ſenſitiuo non producitur actus proſecutionis aut fugè abſq; obiecti ſenſibilis conuenientis aut diſcouenietis ſenſatione: & non niſi ab ea vel ab obiecto vel ſpẽ eius, et nulla eſt tũc ſenſatio, ex hipoteſi: aliàs ſimul eſſent tũc eiuſdẽ obiecti ſenſatio tãquam conueniẽtis, & ſenſatio tanquã eidẽ ſenſui naturaliter diſconuenientis. Neq; voluntas põt per ſuum imperium neque naturaliter talem ſenſationem producere vel immittere ſenſui, ergo nec appetitionem vel fugam. Tum ſecundò quia docet experientia voluntatem nõ poſſe ad nutum per modum imperii, aut per ſuam naturam obiectũ ſenſui doloroſum facere illi delectabile, aut quòd illud doloroſum proſequatur. & delectabile refugiat.

Tum 3. quia voluntas non niſi per modum imperij extrà ſe agit, ſed ſtat voluntatem nihil ſenſui imperare ex quo ad id libera eſt, ergo tunc non producetur actus aut motus ſimilis in ſenſu.

Tum denique 4. quia aliàs in ſenſu eſſent actus contrarii ſaltem nomine, vt illa etiam cõcedit opinio, & non ſolum nomine, ſed etiam re 1 ex quo vterq; actus naturaliter, quamuis à diuerſis cauſis de eodem ſubiecto ibidem productus eſt. Et inde etiam ſequitur quòd in ſenſu ſimul ſtat dolor et delectatio de eodẽ ex prædictis actibus naturaliter cõſequentes, quod vtiq; experiẽtia reſpuit. Quòd autem ab ipſo ſenſu in voluntate talis actus non producatur: id indeprobatur à fortiori: quia, & ſenſus minoris eſt poteſtatis quàm ipſa voluntas: quæ à nulla cauſa creata cogi aut neceſsitari poteſt ad actum producendum, vel in ſe ſuſcipiendum. in hoc etiam ſtat libertas eius vt poſitis omnibus requiſitis ad agendum, actum elicere aut non elicere poſsit.

IDEO ſecunda opinio aliorum, quam tenet *2. Opinio.* Angeſt. vbi ſupra & latius in 3. cap. eſt quòd id fit per modum ordinis naturalis potentiarum, ratione connexionis earum et appetituum ſuorum. hoc modo videlicet quòd in ſenſu poſita proſecutione vel fuga producta à cognitione ſenſitiua, ſtatim ſuggeritur voluntati proſecutio vel fuga eiuſdem obiecti: quæ a cognitiõe intellectiua ipſius obiecti ſimul et ab ipſa voluntate, nõ vt libera, ſed vt natura eſt, continuò naturaliter producitur, niſi ſit aliunde diſtracta, aut niſi renitatur, vt hoc proxime declarabitur. Exempli gratia. Obiecto doloroſe ſenſum immutante, reſpõdet naturaliter in voluntate eiuſdem obiecti nolitio et odium cum triſtitia; pariter ab obiecto delectabiliter ſenſum immutante ſubrepit in volũtate naturaliter, eiuſdem obiecti volitio ſeu amor cum gaudio; et iſti ſunt motus voluntatis primò primi et ſubreptitii deliberationem ſæpè vſumque rationis præuenientes: quibus liberè ſe conformare et diſformare valet ipſa voluntas. Et ita nullum eſt inconueniens in voluntate compoſsibiles eſſe eiuſdem obiecti

duos

duos actus nomine tantum contrarios, quorum alter naturalis alter liber eſt.

Sed vt diximus, voluntas poteſt tales actus naturaliter ab ipſa productos impedire ne producantur, ſi velit contra niti. Nam licet ſit tanta voluntatis ipſius ad appetitum ſenſitiuum ſibi coniunctū inclinatio & promptitudo, vt mox illi regulariter, immo & naturaliter & neceſſario, vt ē natura coagat: niſi ſibi ipſi vt eſt libera reſiſtat. At verò poteſt libere reniti, & impedire tam oēs alias cauſas naturales inclinantes, quàm etiam ipſum appetitū ſenſitiuum actualem, ne vllus actus in ipſa voluntate vllo modo producatur. Nam (vt dictū eſt) à nulla cauſa creata neceſsitari poteſt ad aliquem actum, ſine ſuo proprio actu libero producendum.

Dubium. 7. DVBIVM ſeptimum, Vtrum prædicti actus in voluntate, ab actibus ſenſualitatis producti, aut eis correſpondentes, debeāt dici liberi an naturales & neceſſarii. Reſpondeo, eſt duplex opinio, prima communis ad quam OKam in 3. q. 12. & Buridanus, & Adrianus in ſeptimo quodlib. art. 1. accedunt, quòd ſunt naturales actus illi, & naturaliter in voluntate, vel ab ea nō vt voluntas, ſed vt natura eſt producuntur: quódq; voluntas multipliciter ad actus naturaliter producendum neceſsitari poteſt, vt refert Angeſt. in morali ca. 3.

Opinio 1.

Quæ opinio probatur 1. quia ſecundum Scotū in 3. diſti. 15. & in 2. diſti. 17. aliquæ paſsiones non liberæ ſunt in voluntate.

Secundò, quia actus illi in voluntate correſpondentes actibus appetitus ſenſitiui, vt in dubio præcedenti habetur, naturaliter ſequūtur ad actus ſenſualitatis, ſed iſti actus ſenſualitatis neceſſario & naturaliter producuntur, ergo & illi. patet conſequētia. quia non eſt in poteſtate voluntatis impedire effectum cauſarum naturalium ſufficiētium, & ſufficienter applicatarum, ſicut quòd oculus nō videat obiectum præſens ſibi debite applicatum: Quamuis poſsit impedire ne illæ cauſæ applicentur & quòd mens non aduertat, & potentiam alio diuertere poſsit.

Tertiò ſi mulier violenter cognoſcatur neceſſariò habet delectationem ſenſitiuam: & ex hac neceſſariò ēt in voluntate habet delectationem correſpondentem naturaliter, vt patet experientia. Si hoc negatur: contra, quia ſi voluntas hanc delectationem in ſeipſa poſſet impedire, hoc ideo eſſet quia poſſet impedire, ne in ipſa producatur actus vnde ſequitur talis delectatio. ſed talem actum impidire non poteſt, quia iam eſt priùs naturaliter in ea productus quam ipſum poſsit impedire, vt patet de vidente mulierem pulchram quia ad delectationem ſenſus ſequitur delectatio in voluntate, & ſecundum Auguſt. non eſt in poteſtate noſtra quin viſis tangamur. ſicut & qui ante quàm poſsit impedire percutitur habet triſtitiā. ergo fuit producta naturaliter ex actu in voluntate naturaliter conſequente dolorem in appetitu ſenſitiuo: nā paſsio in voluntate non niſi ex eius actu cauſatur.

SECVNDA Opinio tenet quòd tales actus ſunt liberi licet non deliberati, quia licet naturaliter producantur ſi voluntas non renitatur. At vero voluntas ſi aduertat poteſt eos impedire ne producantur, & ne continuentur etiam quando naturaliter producuntur. & ex cōſequenti paſsiones inde ſequentes in ipſa voluntate eatenus ſunt liberæ, quatenus actus vnde naturaliter ſequuntur liberi ſunt: & ita in ſua cauſa liberę dicuntur, vt patet ex ſupra dictis in dubio præcedente. Hanc opinionem tenet expreſſe Scotus in 2. diſti. 23. ad ſecundum, & in 3. diſti. 15. q. 1. art. 1. & in 2. dubio. & in 4. diſt. 49. q. 10. & in 16. quod libeto. Et B. Tho. 1. 2. q. 10. art. 2. et habetur infra dubio. 9. latius, & Angeſt. in morali ca. 3. & Almayn etiam in morali tractatu. 3. ca. 24. cum quibuſdam aliis, dicentes quòd nullus actus voluntatis in ſtatu viæ eſt quin ſit liber quamuis non ſit plene deliberatus, et quòd nulla paſsio nec habitus neceſsitat voluntatem. Conſonat victoria in vltima relectione de perueniēte ad vſum rationis par. 1. propoſitione. 3. & 5. Lopinio

Ad rationes autem prioris opinio. Reſpon. ad primam quòd nos loquimur de actibus, nō de paſſionibus quæ ex actibus libere productis vel aliunde neceſſario vel naturaliter producuntur.

Ad ſecundam reſpond. negatur maior vt patet ex dictis: quia in hoc ſtat libertas volūtatis, quòd muis non poſsit impedire effectum naturalem alterius potētię poſitis cauſis naturalibus, bene tamen actuum ſuum, quia ad id libera eſt.

Ad tertiam reſpon. Vno modo id concedendo de delectatione naturali, quę eſt paſsio naturaliter in ſenſu, & ex ſenſu in voluntate cauſata: ſecus de actu in voluntate. ſed quia poteſt replicari quòd in voluntate non poteſt paſsio ſine eius actū produci, ideo melius Reſpon. vt ſupra negando quòd in voluntate ſine eius actu formaliter aut interpretatiue libero, ſequatur talis delectatio. Et ad probationem negatur quòd voluntas tales actus impedire non poſsit, etiam antequam ſint producti. Et ad exemplum de vidente mulierē & ad Auguſt. reſpon. quòd ſolum probant quod non eſt in poteſtate noſtra quin illis tangamur, ſi non ſit vigil noſtra voluntas vt in oppoſitum libere conetur, & ſuos actus impediat vt ſupradictum eſt.

DVBIVM Octauum Vtrum & quomodo hos actus ſenſualitatis impedire poſsimus? Reſpond. quòd actus ſenſualitatis proprie ſumptos, qui videlicet ſunt proſecutio & fuga obiecti conuenientis vel diſconuenientis, poſſumus tripliciter reprimere vel impedere. 1. auertendo conſiderationem aut cogitationem ab eis. 2. cauendo occaſiones 3. exercitium et habitus virtutum in oppoſitum, vt de his latius hieroni. ad Euſtachium in ſuis epiſtolis, & ad Ruſticum monachum de forma viuendi, & alibi ſancti de his agunt & breuiter tangit Angeſt in morali ca. 3. & 12. & Gerſon. Dubium 8.

Actus aūt ſenſualitatis large ſumpti, puta motus mēbrorū illiciti ēt tripliciter reprimi poſſunt. 1. mo-

1. modo reprimendo primos actus ſenſualitatis ex quibus iſti ſequuntur: Secundo per ieiunia, orationesque: quia ſæpe ſequuntur ex nimio calore naturali. Tertio per frigefactiua oppoſita. 1. Corith. 9. Omnis qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, &c. Ideò ſancti graues fecerũt abſtinẽtias, vt Caſsianus enarrat, & ſæpius legitur in hiſtoriis. Vnde B. virgo etiam ſi tã abundantem gratiam nõ haberet, at verò propter virtutum aſsiduum exercitium & ſuam diligentiam ſupradictos motus nõ haberet, & multò minus dominus noſter Ieſus Chriſtus, & B. paulus ſimiliter, niſi diabolus in eo illos excitaſſet. 2. Corinht. 2.

Sed vtrum omnes actus ſenſualitatis poſsint impediri per ſolam libertatem volũtatis, dico quòd motus largè ſumpti, i. motus membrorum non poſſunt impediri omnes, vel ſemper, niſi ex ſpeciali auxilio rei & priuilegio.

De motibus autẽ propriè ſumptis, puta de proſecutione, & fuga obiecti, & concupiſcentia, & huiuſmodi eſt duplex opinio. Nam qui tenent quòd tàm ipſi quàm omnis tentatio carnis propriè ſumpta ſunt peccata imputabilia aliquãdo venialiter, aliquando mortaliter, iam conſequenter dicunt q̃ ſunt in noſtra p̃tãte in ſe, vel in ſua cauſa, quodq́; vitari poſſunt. Sic tenet B. Tho. 1. 2. q. 74. art. 3. ad ſecundam & alibi vbi infra in dubio 9. ſequenti. Et Durandus in 2. diſti. 21. q. 3. & diſti. 6. Alia opinio tenet oppoſitum. Sed clarius concordando has opiniones dicendum videtur ſecundum Angeſt in morali cap. 6. quòd nullus motus ſenſualitatis, neque ſenſus exterioris aut interioris eſt in noſtra p̃tãte immediatè, neque verè liber: quia non eliciriue, vt conſtat, quòd non eſt actus voluntatis elicitus: neque etiam eſt liber imperatiue, quia non eſt efficienter à voluntate, ex quo ab obiecto vel ſpecie & ſenſu debitè applicatis & diſpoſitis voluntas per ſolum eius imperium non poteſt impedire ſenſationem produci, & ipſa producta produci proſecutionis aut fugę motum, & ex iſtis productis produci delectationis aut doloris motum. Ideò nec in ipſis actibus eſt propriè bonitas aut malitia moralis: ſed impropriè, i. circa ipſos bonitate vel malitia exiſtente in voluntate liberè aliquid circa talem motum committente vel omittente. Et ita mediatè ſunt in noſtra poteſtate: quia poſſumus applicare & nõ applicare obiecta, & cognitiones ſic impedire, & alios motus inde ſequentes atque reprimere. Conſonat Altiſiodorenſis.

Dubium. 9. DVBIVM Nonum. Vtrum omnes actus ſenſualitatis, de quibus ſupra ĩ primo dubio habetur, ſint peccata mortalia aut venialia, modò rationaliter, modò liberè producantur.

Reſp. Reſpon. prius ſupponendo tria notabilia. primum ſecundum Angeſt in morali ca. 6. & communiter doctores, quòd deliberatio eſt agendi aut vitandi iudicium: conſenſus autem eſt conformis huic volitioni: & ita deliberatio ex parte intellectus, conſenſus ex parte voluntatis eſt. Prędicta autem deliberatio aliquãdo requirit tempus: quando videlicet agendum aut vitandum fuerit in ſe, vel in circunſtantiis dubitabile ad habendũ rectũ iudicium de eis: aliquando nõ requiritur tempus, ſed in inſtanti vel in paruiſsimo tempore haberi poteſt, puta iam acquiſito habitu, vel vbi fuerit euidens practica propoſitio. Inſuper prædicta deliberatio poteſt eſſe plena, & ſemiplena, aut imperfecta. Plena & perfecta eſt iudicium complete dictans de obiecto & circonſtantiis omnibus requiſitis: ſemiplena & imperfecta per oppoſitum: & ita erit magis vel minus plena aut perfecta deliberatio ſecundum maiorem vel minorem à complemento receſſum.

Itẽ deliberatio eſt duplex, ſ. formalis & interpretatiua: formalis eſt actuale agendi aut vitandi boni aut mali iudicium: interpretatiua eſt deliberandi facultas cum tempore ad deliberandũ ſufficiente. Et nota quòd non dicitur facultas deliberandi, niſi præceſſerit cognitio, ſiue iudicium aliquod de ea re, de qua deliberãdum eſt, vt proximè in ſecundo notabili ſequente habetur.

Similiter conſenſus voluntatis eſt duplex, videlicet formalis & interpretatiuus: formalis eſt operis actualis volitio deliberata: interpretatiuus eſt libera & aliquo modo deliberata permiſsio illius, quod voluntas poterat impedire. Sed vtrum ad talem conſenſum interpretatiuum requiratur aduertẽtia, ſiue iudicium eius, quod ſic liberè permittitur ſiue negligitur, proximè habetur in ſecundo notabili ſequente. Et ita conſenſus interpretatiuus non eſt actus, ſed libera permiſsio voluntatis, quæ ſine aliquo actu ſuo liberè permittit aut negligit aliquid fieri aut non fieri. Neque ad conſenſum hunc interpretatiuum ſeu permiſsionem oportet addere vt ſolet, quando tenetur non conſentire aut reſiſtere: nam conſenſus eſt interpretatiuus etiam in his, in quibus nulla eſt obligatio: tametſi ab obligatione ſuam culpabilitatem cõtrahit, nam tacens conſentire videtur, quando tenetur loqui.

SECVNDO nota quòd ad actum & conſenſum moraliter bonum requiritur deliberatio formalis vel tunc, vel ante præcedens: nam ſi tunc actualiter adhuc exiſtit cum actuali conſenſu, dicitur deliberatio formaliter eſſe: ſi autem præceſsit, & ex ea ad talem actum vel cõſenſum ventum eſt, dicitur virtualiter manere & talis actus dicitur virtualiter deliberatus: & alterutro iſtorum modorum requiritur & ſufficit prædicta deliberatio formalis ad actum moraliter bonum: quia ex Ariſto. requiritur quòd opus bonum fiat ſcienter actualiter vel uirtualiter. Ad actum autem vel conſenſum actualem moraliter malum ſufficit deliberatio interpretatiua quæcumque, qualis eſt eius, qui habet tempus ſufficiens & facultatem inquirendi ſeu deliberendi an liceat, & ſic omittit inquirere, & cum tali ignorantia culpabili vult agere Nota. 2.

re

re id, quod eſt contra legem, quamuis neſciat, nec intendat ſe malè agere, quia tenetur aduertere ſufficienter qui liberè aliquid agere vult: alioqui imprudenter agit & culpabiliter ignorat.

Sed Vtrum ad cõſenſum interpretatiuum & ad omiſsionem vel negligentiam liberam & culpabilem ſufficiat deliberatio tantum interpretatiua largè ſumpta, quando videlicet eſt ſine vlla aduertentia operis omiſsi, aut periculi, quod ex tali omiſſione ſeu negligentia probabiliter imminet, dubium eſt. Nam de omiſsione aliqui cum B. Tho. 1. 2. q. 71. arti. 5. tenẽt quòd datur libera & culpabilis omiſsio pura ab omni actu voluntatis & intellectus, & ſine vlla cognitione aut aduertentia operis omiſsi, aut omiſsionis ipſius, quia ad culpá eius ſufficit quòd ſit in poteſtate omittentis conſiderare & velle & agere: & tunc ſicut non velle, & non agere, cùm tempus fuerit, & obligatorium eſt voluntarium & culpabile: ita & non conſiderare aut non ſcire, nec credere ea, quæ ſcienda, aut credenda ſunt.

Sèd alii plures doctores, etiam Thomiſtę, quos ſequitur Angeſt in moral i ca. 6. & communiter tenent oppoſitum, quia nõ eſt in poteſtate hominis, nec liberi arbitrii ſine aliqua actuali cognitione præſenti aut præcedenti excitare intellectum ad certam ſubiecti conſiderationem, ſicut nec eſt in dormientis poteſtate excitare ſeipſum: quod inde patet, quia alioqui omiſsio cõſiderationis obiecti cuiuſcunque eadem ratione ſemper eſſet libera, & nulla eſſet inuincibilis obliuio aut inaduertẽntia: nam omni actu ſecluſo non eſt voluntati maior facultas ad excitãdum vnius ſubiecti, quàm alterius, conſiderationem. Igitur ſine aliqua cognitione vel aduertentia omiſsio conſiderationis talis obiecti, & per conſequens omiſsio actus libera aut culpabilis nullo modo eſt.

Quòd ſi contra hoc arguatur. pręceptum ſit Petro credere cras certo articulo, aut aliquid ſcire, & cras ex obliuione culpabili omittat credere & ſcire, & velle credere & ſcire: tunc illa omiſsio erit cras libera & culpabilis, & tamen ſine vlla cognitione ergo reſpon. ad maiorem quòd: ſi cauſa obliuionis non fuerit culpabilis nec libera, nõ erit cras omiſsio illa culpabilis nec libera: ſi autem fuerit libera, iam in omiſsione vel cõmiſsione illius cauſæ fuit tota ratio culpę & non cras in omiſsione, de his infra lib. 2. de ignor. q. 6. q. 18.

Quoad conſenſum autem interpretatiuum in aliquo opere malo, puta in delectatione ſeu in primis motibus immorando vel inſpectaculis & huiuſmodi, idem à fortiori dicit B. Tho. cum quo omnes doctores conueniunt, quòd, ſ. vt ſit culpabilis etiam venialiter ſufficit deliberatio prędicta interpretatiua large ſumpta, videlicet ſine vlla actuali vel virtuali cognitione vel aduertentia præſenti vel præcedenti. quia vt ſupradiximus qui aliquid agit incipiens aut proſequens tenetur ex aduertere vt poteſt, qualis eſt hic, de quo agimus: ex quo vt ſupponitur & cõſtat ex dictis, habet tẽpus cum facultate deliberandi. Quare culpabiliter omittit aduertere, dum agit. Ad peccatum autem mortale, ſeu ad cõſenſu interpretatiuum mortalem, nõ ſufficit illa deliberatio tantum interpretatiua, niſi adſit cognitio ſeu aduertentia actualis vel virtualis ipſius operis & periculi, cui homo ſe exponit, ſicut de actuali conſenſu paulò ſuperius dictum eſt, in quo & doctores communiter cõſentiunt, quamuis aliqui pauci forte diſsideant, vti latius inferius in 4. propoſitione dicetur.

NOTA tertiò ex Angeſt. vbi ſupra ꝙ datur actus voluntatis liber non deliberatus plenè aut ſemiplenè, vt patet de pueris non habentibus vſum rationis, aut liberi arbitrii, qui rogati multa faciunt, & non neceſſariò ſed libere, vt conſtat. Patet etiam de adultis multa indifferentia libere ſed indeliberate facientibus, puta confricare barbam ſeu frontem, ſcalpere caput ſeu manus, & huiuſmodi. patet etiam quia cum ſola operis vel obiecti apprehenſione voluntas poteſt volitionem eius elicere ſecundum Scotum, maximè dum vehementi paſsione, vel alio abſorbente ſeu impediente intellectum ne tunc poſsit de operis bonitate aut malitia iudicare, voluntas ad ſolam eius apprehenſionem ſine alio iudicio liberè elicit actum volitionis aut nolitionis quam non elicere poſſet. Similiter idem patet de volitionibus & nolitionibus ſubreptitiis, & de actibus vel motibus aliis in voluntate correſpondentibus naturaliter actibus appetitus ſenſitiui, de quibus ſupra dubio. 7. & de motibus ſenſualitatis quomodo ſint liberi et in noſtra poteſtate quomodo non ſuperius dubio. 8. habetur: nam omnes prædicti actus voluntatis ſunt liberè producti, ſed non plenè liberè neque vllo modo deliberatè, quamuis Caietanus et Adangodam in 1. diſti. 1. dicant illos nõ eſſe liberos, ſed neceſſariò produci, vt ſupra dubio 7. habetur, et conſonat, Victoria vbi allegatur ibidem. Et infra lib. 2. qui eſt de ignorantia q. 10. in fine, et q. 18. etiam latius habetur in reſpon. ad tertium argum. ibidem.

Nota. 3.

HIS ſuppoſitis iá ad præfatum dubium reſpõdent variæ opiniones: ſuppoſito etiam quòd omnes loquuntur de actibus ſenſualitatis circa obiecta mortalia. Eſt igitur 1. opinio, quam refert Henricus Gãden. in 6. quodlibeto q. 18. nec nominat eius auctorem, quem multi dicunt eſſe Altiſiodoren. apud quem tamen non reperitur: & hęc opinio dicit ꝙ omnes actus ſenſualitatis ſunt peccata: quia aut ſunt in noſtra poteſtate, et ita ſunt peccata: aut non, et ita etiam ſunt peccata: quia conſequuntur fomitem peccati originalis. Sed hęc opinio infra in 5. opi. propoſitione 1. refetatur. Opinio. 1.

SECVNDA opinio B. Tho. 1. 2. q. 74. art. 3. ad 2. et 3. par. q. 41. art 1. ad 3. in 2. ſententiarũ diſti. 24. q. 3. art. 2. Et duran. in 2. diſti. 21. q. 1. ad 2. et diſti. 6. Et Caieta. 1. 2. q. 74. art. 8. Et Florent. 2. par. tit. 5. ca. 1. §. 4. et de Tarantina in 4. diſti. 24. et multorum Opinio. 2.

rum aliorum eſt quòd omnes motus ſenſualitatis qui ſequũtur ex imaginatione ſeu cogitatione rei illicitę ſunt peccata, vt eſt appetitio et concupiſcentia et delectatio carnalis ſenſualitatis: et talis dicitur propriè tentatio carnis ſecundum Durandum vbi ſupra. Et hoc eſt verum etiam ſi ſimul ſit diſplicentia rationis aut voluntatis de tali concupiſcẽtia & delectatione carnali, vt ait Florent. quod & probare conantur: primò quia omnes tales motus poſſumus ſaltem antecedenter in ſua cauſa ſaltem in particulari quemlibet eorum vitare, licet non immediate in ſe nec omnes ſimul, & ſunt de obiecto illicito, aut tẽdũt in prohibitũ, ergo. Item ſecundo quia ideo Ioa. 1. habetur, ſi dixerimus quòd peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus &c. Et ad Ro. 7. quod odio malum, ſ. ſecundũ rationem, hoc ago, ſcilicet ſecũdum cõplacentiam & concupiſcentiam ſenſualem. Sed hæc opinio inferius in 5. opini. latius reprobatur in 1. & 2. propoſitione.

Opini. 3. OPINIO Tertia Nicol. Lira. ſuper id Math. 5. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum, &c. Et Almayn in morali 3. par. ca. 24. & videtur ad idem Altiſiodoren. lib. 2. tracta. 28. q. 4. & q. 1. qui ait. quòd omnis primus motus, qui eſt in voluntate, eſt peccatũ imputabile: quia omnis talis eſt in noſtra poteſtate in particulari: nõ aũt in generali oẽs motus ſimul: quia quilibet per ſe poteſt quis vitare, non tamen poteſt vitare quin aliquis ibi ſubepat & inſurgat, ſicut nauta poteſt vitare quòd aqua non intret per hoc foramen, non tamen quòd ſimul non intret per aliud, & iſte dicitur ab eo motus ſecũdò primus. At vero motus primò primus, qui videlicet eſt ſolum in concupiſcibili ſenſitiua parte brutali, cui nullo modo voluntas liberè conſentit neque eſt in noſtra poteſtate, nullum peccatum eſt, vt ibidem & q. 3. & clarius. q. 4. dicit. & cũ hoc etiam expreſſe conſonat Gerſon alphab. 33. h. & 29. r, ſ. vt patet ex ſupra dictis in 1. dubio pręcedente. Sed hæc opinio ex infra dicendis in 5. opinione & in 1. & 3. corola. poſito ibidem refutatur.

Opini. 4. QVARTA opinio Henrici Gãden. in 6. quodlibeto q. 18. qui putat omnia concordare, dicit quòd ſi iſti motus conſiderentur in ſe videlicet an ſint deformes, & tunc omnes ſunt peccata quia deformes à recta rõne. Si autem conſiderentur in ordine ad pęnam ſeu reatum etiam imputabilitatem, tunc motus primò primi ſupradicti non ſunt peccata in baptizatis: quia videlicet pro illis nunquã iſti punientur. Ad Ro. 8. Nihil igitur damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto. bene tamen ſunt peccata, i. imputãtur ad pœnam ſeu ſunt in reatu pœnę non baptizatis habentibus alia peccata mortalia: quia videlicet iſti pro omnibus illis ſimul punientur in ęternum. Et hæc opinio infra in 5. opinio propoſitione 1. & 2. confutatur.

Opinio. 5. QVINTA Et vltima opinio in qua tandem
Propoſi. 1. ſtandum eſt, continet quatuor propoſitiones: quarum 1. eſt. Motus carnis aut ſenſualitatis aut in actiua eius à dęmone propoſita vel immiſſa nõ ſunt peccata etiam venialia, neque etiam quicunq; motus naturales, qui nullo modo liberi, neque deliberati, neque in noſtra poteſtate ſunt aut facultate, modò dicantur aut ſint primi modo ſecundo primi.

Primum patet quia dęmon non poteſt nos cogere aut in neceſsitatem inducere ad peccatum etiã veniale, etiam ſi in pœnam præſenti præcedentis Deus illum nos tentare permittat. quia ad impoſſibile nemo ſub culpa obligatur a Deo.

Secunda pars etiam patet, quia per ea quæ nobis naturaliter inſunt nec laudamur nec vituperamur. Item quia peccatum non niſi voluntarium eſſe poteſt ſecundum Auguſt. & omnes, alioqui, nolens & faciens quod in ſe eſt damnaretur. Nec obſtat quòd ideò ſint peccata quia ex fomite & ex peccato Adæ ſeu ex mero peccato originali proueniunt. Hoc inquam non obſtat, nam eadem ratione eſſent peccata imputabilia mortaliter aut venialiter in pueris baptizatis ante vſum rationis, & in dormientibus adultis, quia in omnibus ipſius dicti motus ſicut in vtentibus ratione vigilantibus inſurgunt. Item ad peccatum etiam veniale actuale non ſufficit alterius ſed propria voluntas. Item 1. Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari vltra quam poteſtis. Si autem tentatio carnis nobis ineuitabilis peccatum eſſet: vtique deus pateretur nos tentari vltra quàm poſſumus, ergo. Item quia aliàs Paulus illis motibus tentatus peccaſſet: & non ſufficeret illi gratia dei ad non peccandum vllo modo in hac materia contra id 2. Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea. Item Iacobi. 1. Concupiſcentia cùm conceperit parit peccatum, ergo cùm non concipit non parit peccatum: ſed non concipit ſine voluntatis libertate, ergo nec parit peccatum ſine illa. Igitur vt bene ait Durandus vbi ſupra, nunquam propriè dicitur tentatio carnis neque peccatum niſi quando concupiſcentia et alii motus ſenſualitatis poſſunt euitari vel ex cauſa vitabili ſequũtur, et ita doctores antiqui ſunt intelligendi.

Et nota quòd motus dicitur naturalis quando ſic naturaliter prouenit et neceſſariò, quòd non eſt in poteſtate voluntatis, tunc talem motum et eius cauſam impedire aut tollere ne inſurgat vel continuetur, quęcunq; ſit illa cauſa de qua ſupra dubio 1. 5. et 8. dictum eſt. Nam poteſt talis motus adeò ex improuiſo inſurgere aut à cauſa tam forti tam breue eſſe tempus, aut tam modicum eſſe lumen rationis, vt voluntas etiam renitens non poſſit tunc tales cauſas et motus vel eorum continuationem impedire. quòd ſi tales cauſę poſsint euitari tunc eſt ſecunda propoſitio ſequens.

SECVNDA propoſitio. quando motus ſenſualitatis ſequitur ex cauſa quacunque vitabili: aliquando nullum, aliquando veniale, aliquando mortale peccatum eſt. talem cauſam non euitari ex Propoſi. 2

qua

qua talis motus neceſſario conſequitur.

Prima pars quòd, ſcilicet, aliquando eſt nullum peccatum conſtat, quando talis motus ſequitur ex occupatione honeſta vel vtili & licita, puta ex legēdo ſtudendoq́ue in rebus aut libris de lubricis aut carnalibus agentibus vt ſciat homo, doceatque cauere aut facere vt oportet, vel audiendo confeſsiones, vel vt medicus medeatur infirmis. Nam talis homo ſi ex hac occupatione vtili & licita alias non prohibita etiam ſi non ſit ei ſub præcepto iniūcta tales motus patiatur, nullo modo peccat etiam ſi interim ſentiat in ſe pollutionem ſequi: dummō inuictus illis non conſentiens ſed potius diſplicens patiatur, & non ſentiat periculum peccati mortalis ſibi inde probabiliter imminere.

Ratio huius eſt, tum 1. quia talis motus nullam habet malitiā in ſe, vt patet ex quo naturaliter ſe quuntur, neque in ſua cauſa, quia eſt aliàs licita & vtilis, etiam ſi non ſit obligatoria, nec aliunde videtur. Item ſecundò, quia non tenentur homines in huiuſmodi niſi ad ea quæ viri probi ſuę conditionis communiter facere ſolent, vt patet, quia non tenetur quiſpiam vitare vinum aut carnes & huiuſmodi quæ ſuę cōditionis homines communiter & rationabiliter comedunt aut faciunt, quia timet vel probabiliter credit ex hoc ſe in pollutionē nocturnā inciſurū: neq; medicus propter id tenetur vtilia cauere & ea non tractare. Item tertiò quia grauiſsimum iugum Dei eſſet & difficillimum & moraliter impoſsibile: ſi propter hoc, teneremur vitam conuerſationemque polyticam & rationabiles patrię conſuetudines hominū cum mulieribus euitare, quæ ſine nota cōmode ab hominibus talis conditionis omitti nō poſſunt. Neq; enim diuina lex licitam aliàs ciuilitatem & vrbanitatē tollit: etiā ſi ex ea aliquādo prædicti motus oriantur aut inſurgant, & ita nullū ſūc peccatū eſt.

Secunda pars quòd, ſcilicet aliquando eſt peccatum veniale, patet tum primo quando voluntas cum aliquali iudicio poteſt quidem præueniendo impedire cauſas talium motuum ſenſualitatis ne inſurgant aut ne continuentur, ſed potentia illa eſt valde tenuis, aut valde tenue periculum eſt & non ſufficiens probabiliter ad mortale, ſufficiens tamen ad veniale peccatum incurrendum. Tum ſecundo quando id quod cogitatur aut in quo homo occupatur licet in ſe licitum & indifferens eſt quòd nullam affert vtilitatem nec honeſtatem talis occupatio, vt ſi quis de nuptiis aliorum inutiliter cogitet ad bella ſedāda, ſi fierent, hoc vel illo modo, cùm tamen nulla vtilitas inde ſequatur: quia tunc ſi aduertitur & negligitur talium motuum inde ſurgentium repreſsio vel continuatio quæ facile cum ipſa occupatione inutili vitari poteſt: vtique peccatum eſt veniale. Tum tertio quando ex occupatione culpabili venialiter talis motus prouenit, veniale peccatum eſt. Tum quarto quando ex cauſa etiam mortali prouenit, ſed quia tepide reprimitur talis motus continuatur, peccatum veniale ibi eſt: dummodo ex intentione illi non conſentiatur, vt inferius dicetur.

Tertia pars, ſ. aliquādo eſt mortale, patet, quando ex cauſa mortali tunc euitabili ſequitur talis motus vel continuatur ſi deliberate non reprimatur vllo modo. Et ſimiliter eſt mortale quando quis perpendit periculum conſenſus aut operis mortalis ex tali occupatione etiā honeſta euitabili, ſi non ſit, tunc obligatoria ſibi imminere, & nō recedit ab ea. Quia Eccleſ. 3. Qui amat periculū peribit in illo. Hoc autem peccatum non eſt formaliter nouum in ipſo mutu qui naturaliter ſequitur diſtinctum a malitia ſuæ cauſæ puta culpabilis omiſsionis aut commiſsionis ſupradictæ: ſicut et communiter dicitur de prędictis à culpabiliter ebrio commiſsis quòd videlicet in ſua tantum cauſa & ab ea imputabilia ſunt.

Et cum omnibus ſupradictis concordant expreſſe Caietanus in 1. quodlib. q. 16. & in ſummula titu. pollutus. titu. delectatio. et Silueſter eodem titulo delectatio q. 1. q. 3. & 4. & communiter doctores exceptis his qui in præcedentibus opin. relati ſunt.

Arg. QVÒD ſi contra primā partem huius ſecundæ propoſitionis arguatur quòd omnis concupiſcentia libera et deliberata rei ſub mortali peccato prohibitæ eſt mortalis vel ſaltem culpabilis. Sed illa eſt huiuſmodi: quia ſaltem in ſua cauſa eſt libera & deliberata: quia & poteſt vitari & aduertenter non euitatur vt ſupponitur ex dictis, ergo culpabilis eſt.

Reſp. RESPON. Quòd nico. Lir. ſuper id Math. 5. qui viderit mulierem &c. id cōcedere videtur. ſed alij dicunt quòd illa maior ſolum eſt vera de concupiſcentia libera ad fornicationem ordinata ſecundum Auguſt. ibidem. & contra Iulianum lib. 6. et Hiero. epiſtola ad Algaſiam q. 8. et Chriſoſtoſto. ſupra 28. cap. Math. homilia 28. nunc autem non omnis concupiſcentia etiam libera ordinatur ad mœchiā, vt patet de complacētia nuda & incomplexa quæ ex aſpectu pulchrę mulieris conſequitur, & ita in quo ſenſu conceditur maior negatur minor.

Sed quia contra hoc replicari poteſt quòd ipſa concupiſcētia & motus ſenſualitatis ex inutili cauſa ſequatur vt in 2. part. propoſitionis probatum eſt: et ſimiliter cōſenſus in illum motum etiam ſi non ordinetur ad mœchiam peccatum eſt vt infra dubio. 11. latius habetur. Ideo alio modo reſpon. quòd illa maior eſt vera, excepto niſi illā concupiſcentiam aliàs ex cauſa rationabili conſequentem quis patiatur inuitus, vt in propoſito ſupponitur.

PROPOSITIO Tertia liber voluntatis motus ſine conſenſus actualis vel formalis, in motu ſenſualitatis, aliquando nullum, aliquando veniale, aliquando & ſæpe mortale peccatum eſt. Propoſ.

Prima pars quòd, ſcilicet, aliquādo nullum peccatum eſt, conſtat quando ille motus volūtatis eſt omnino indeliberatus propter defectum tēporis

aut

aur luminis intellectus ad deliberandū requiſiti, vt ex tertio notabili in hoc dubio ſuprà poſito patet quòd datur talis actus liber non deliberatus: tunc enim propter ignorātiā inuincibilē excuſatur motus ille à tota culpa, & malitia imputabili: quāuis aliqui teneāt oppoſitū cū Altiſiodo. vbi ſuprà vt bene refert, & cōtra eos tenet Angeſt in morali ca. 6.

Secunda pars quòd aliquādo eſt peccatū veniale patet, quādo nō eſt perfectè, ſed imperfectè formaliter aut interpretatiue deliberatus motus ille, circa materiā mortalē loquor ſemper, puta motus in fornicationē, blaſphemiā, homicidiū, & huiuſmodi: tūc.n. illa modica aut imperfecta deliberatio, cùm maior aut plena tunc non eſt poſsibilis, ſufficit ad peccatum veniale non autem ad mortale.

Tertia pars quòd ſępè eſt peccatū mortale patet, quando eſt plena deliberatio, & aduertētia periculi: tunc.n. eſt deliberatus cōſenſus formaliter, vel interpretatiue in motū illū circa materiā mortalem; quia tunc plenam habet rationem mali ſine vlla excuſatione à genere peccati mortalis.

Sed hic nota ex Angeſt vbi ſuprà quòd dupliciter accidere poteſt imperfectio deliberationis. 1. ex parte deliberationis vel conſenſus formalis, qñ videlicet habetur malitiæ aut prohibitionis iudiciū imperfectum ex defectu particularitatis, puta quia ſolū in genere dictat eſſe malū: aut ex defectu firmitatis, puta quia diſtat formidoloſè aut ex quadā cōiectura leui & ſcrupuloſa, cui inſiſtendū non eſt; non.n. debet vir prudens hmōi leuibus ſcrupulis aures facilè præbere, quia eccle. 19. Qui citò credit leuis eſt corde: poſſet igitur aliquo horum modorū iudiciū eſſe adeò imperfectū cū ipotentia habēdi aliud, quod nō ſufficeret ad peccatū mortale, ſed ad veniale. Et ita ſicut impoſsibilitas iudicii à toto excuſaret, ita tanta iudicii imperfectio ex Dei bonitate veniam malitiæ mortalis actus præberet, actum ipſum relinquens venialem. Sed quāta ſit perfectionis iudicii latitudo ſufficiens, quantave requiſita ad mortale, quanta ad veniale circa materiā mortalem ad punctum ſolus Deus nouit. Secundo modo prædicta deliberationis imperfectio contingere poteſt ex parte interpretatiui. Nā plena impotentia iudicii de malitia, & prohibitione actus omnino tollit malitiam eius perfecta verò iudicandi vel ſciendi facultas huiuſmodi malitiam, vel prohibitionem relinquit mortalem: diminuta aūt facultas valdè notabiliter ab executione recedens motui voluntatis libero circa materiam mortalem veniam præbet. Et ità paſsione, aut alia cauſa rationem abſorbente cōtingit tàm tenue lumen rationis, aut tantam eius eſſe diſtractionem, aut ad aliud fortem fixionem, vt propter tantam habendi iudicii difficultatem Dominus Deus motui libero ex hmōi carentia deliberationis elicito veniam det, idque ex ſua ordinaria bonitate nō ad nimis difficile volens hominem obligari.

Quanta verò ſit facultatis, atque potentiæ tenuitas veniale efficiens, quanta reddens mortale nouit ille, qui ſolus ſerutatur renes, & corda Deus qui & noſtræ infirmitatis miſertus hanc impendit miſericordiam.

Quarta propoſitio eſt de interpretatiuo voluntatis conſenſu in actum, vel delectationem in materia ſub mortali prohibita, an ſit mortalis; pro quo ſit. 10. dubium ſequens. *Propoſitio 4*

DECIMVM dubium vtrū conſenſus voluntatis interpretatiuus in ſenſualitatis actum, vel delectationem, vel motum ſuper materia ſub mortali prohibita ſit mortalis: quod aliis verbis quæri ſolet, vtrum iſtæ delectationes, vel actus, ſeu motus ſenſualitatis ſint aliquando peccata mortalia, antequam aduertat ratio, quando facilimè poſſunt euitari, & ex negligentia homo illa non euitauit, ſed diutius in eis immoratur. *Dubium 10*

Nam quòd talis conſenſus ſit peccatum non dubitatur à doctoribus, vt ſuprà in ſecundo notabili habetur, ſed vtrum ſit peccatum mortale, de hoc ſunt duæ opiniones. Prima tenet quòd ſic; quòdq; talis conſenſus eſt interpretatiuus, & ſufficiens ad mortale. probatur quadrupliciter. primo quia ante plenā deliberationem poteſt eſſe peccatū mortale, vt patet circa præcepta affirmatiua: ſi enim quando quis tenetur diligere Deum, vel illum colere, omittat ſine plena deliberatione, cùm id facere poſsit, peccat mortaliter. ergo & in caſu præſenti, & circa præcepta negatiua idem fieri poteſt: quia odiendo Deum, & peierando ſine plena deliberatione erit mortale, *Opinio 1.*

Secundò quia ante plenā deliberationē actus exteriores cōtra pręcepta negatiua sūt peccata morralia, puta ſi quis ex ſubito impetu irę alapā alicui infligat, vel vulnus, vel ipſum occidat, aut peieret, ergo ēt actus interiores, à quibus illi imperantur, ſi facilè reprimi potuerunt, ſunt mortalia peccata, ergo motus ſenſualitatis, de quibus hic agimus, quia eadem ratio in omnibus eſt.

Tertiò quia ignorātia vincibilis ēt ſi difficulter vincibilis ſit, nō excuſat à mortali, quāuis excuſet à tāto, ideſt à tāta grauitate, vel intēſione intra genus peccati mortalis: ergo neq; defectus plenæ deliberationis, qui facilè tolli, ſeu vinci pōt. Patet cōſequētia. quia potius deberet illa vincibilis ignorātia excuſare, ex quo difficilius, vt ſupponitur, vinci & tolli poterat.

Quartò, quia vt aliquis actus ſit mortalis, ſufficit cōſenſus virtualis, vel iterpretatiuus, ēt ſi nō ſit actualis, ſiuè formalis: ſed hic habetur ſaltē interpretatiuus, ex quo pōt iſte, de quo eſt caſus, facilē aduertere, & reprimere motus illos, & ex negligētia nō reprimit, ergo. Si dicatur ꝙ nō eſt conſenſus virtualis, nec interpretatiuus, niſi qñ hō prius ſciēter voluit illos motus ī ſe excitare ſumēdo electuaria ad id, quia tūc eſt virtualis cōſenſus negligendo illos reprimere, vel qñ hō aduertit, cognoſcitq; illos motus iſurgere, & periculū eorū, ſeu delectationē, puta quia expertus eſt ipſos motus trāſiſſe in ruinā, et cōſenſum, vel pollutionē, & nō re-

S primit,

primit,quia tūc tātū eſt conſenſus interpretatiuus ſufficiēs ad mortale,& nō aliàs, quantūcunq; poſsit aduertere,atq; reprimire;imò & quātūcunq; actualiter aduertat illos motus inſurgere, ſi nō aduertit periculū eorum, non eſt cōſenſus interpretatiuus ad mortale ſufficiens.

Opinio. 2

Si ſic dicatur vt communis tenet opinio īferius recitanda: cōtra hoc replicatur, eſtque prioris opinionis probatio in ordine quinta, quia poſtquā homo actualiter illos motus aduertit, etiamſi eorum periculum non aduertat,& non reprimir, iam liberè, & deliberatè concupiſcit vxorem alienam. ergo mortaliter peccat. Si dicatur quòd ſolum concupiſcit ſecūdum partem ſenſitiuam, contra. quia ſi ego video per occulū verè dicor videre. ergo Si ſenſualitas, aut hō per ſenſualitatē liberè concupiſcit, vtiq; ipſe hō liberè concupiſcit contra legem.

Sextò ad idem,quia tenetur homo,ſi poteſt, reprimere pollutionem nocturnam ſtatim vt eā euigilans aduertit, & ſi non reprimit, peccat mortaliter, ergo & iſtos motus,ſtatim vt eos aduertit, quia ſimiliter ſe maiori periculo per illos quàm per illam pollutionem exponit.

Septimò ad idem. quia mortaliter peccat qui poteſt vitare mortem,& ea, ex quibus probabiliter ſequitur mors corporalis,& ſpiritualis,ſua, vel alterius,ſi non vitatur,nec reprimit: Sed tales ſunt prædicti motus,vt ſupponitur, quòd inde mora ſpiritualis probabiliter imminet. ergo qui eos aduertit, poteſtque reprimere, mortaliter peccat negligendo. Hanc opinionem tenet Adrianus in ſeptimo quodlibeto art.1. ad primam rationem ante oppoſitam. cum multis aliis.

Secunda opinio, quæ eſt quarta propoſitio ſupra poſita in 9. dubio præcedente tenet quòd non eſt peccatum mortale, niſi quādo eſt prædictus cōſenſus virtualis vel interpretatiuus vt ſuperius declaratum eſt, et ita non eſt mortale, niſi quando vel dicti motus ſunt ſcienter voliti formaliter in ſe, vel in ſua cauſa:vel quando homo actualiter eos, eorumque periculum aduertit,& liberè negligit, cùm eos reprimere poſsit. Sic tenet B. Thom. prima ſecundę.q.74.art.4. vbi dicit, quòd non poteſt eſſe peccatum morrale in ſenſualitate, ſed in ratione. & art.6.explicat,quòd tunc eſt in ratione delectatio moroſa. quādo vel ratio illud imperat, vel ſibi complacet,vel conſentit. Et in reſponſione ad tertium, dicit quòd non eſt nec dicitur delectatio moroſa à mora temporis, niſi ratio aduertat,& condelectetur in ea. Et art.7. ad ſecundum eſt ad idem. &.q.88.art.5. ad ſecundum, et.q.15. de veritate art. 4. ad decimū argumentum idē expreſsius dicit,qui locus notandus eſt,quia dubium eſt inter Thomiſtas quid ī hoc ſenſerit doctor Sanctus. Ad idem eſt ipſe in ſecundo ſententiarum diſtin.24.q.3.art.1.&.4. Et durandus ea. diſtin.q.6. Et Diuus Bonauen. & Petrus de Tarantaſia, & Veructius ea. diſtin. Et Scotus in.2.diſtinctio.42. Marſilius vbi ſupra. Nider in ſuo præceptorio, Sylueſter tit. delectatio.q.1.§.4. et Caietanus in ſummula, titu. eo. et Nicolaus de lira vbi ſupra Math. 5. et Abulen.ca.4.q.75.et communiter doctores, et Almayn in morali tracta.3. ca. 24. potius ſentit cum hac opinione,quamuis aliqui dicant quòd cū prima. Et in hac opinione ſtandum eſt, quæ vt declarata eſt,eſt quarta propō.dubii.9. præcedentis.

Quæ probatur quincupliciter,primò, quia nunquam quis mortaliter peccat, niſi quando ei conſtare poſsit quòd peccat,quāuis ipſe non poſsit cognoſcere vtrum illud ſit mortale, vel veniale. Sed in prædictis motibus ſenſualitatis ante ſupra dictā eorum, et periculi aduertentiam certè de tali peccato conſtare non poteſt. ergo et antecedens indeliquet;quia alioqui ſequeretur quòd ante plenā deliberationem ſupradictam teneremur ſub mortali peccato euitare omnes cauſas, puta aſpectum mulierum,et huiuſmodi, ad quas tales motus neceſſario, et naturaliter conſequuntur, quod abſit, quia hoc eſſet nimis arctare vitam communem hominū,eoſq; ad vix poſsibile,ſiue nimis difficile obligare, id quod moraliter impoſsibile cenſetur.

Secundò probatur,idē,quia nemo pōt reparare gratiā perditā per dolorē non plenè deliberatū. ergo nec illā habitā amittere per actū nō plenè deliberatū aliquo modo de prædictis. patet conſequētia. ex rōne præcedente:& quia Deus pronior eſt ad miſerādū,quā ad puniendū,quia & tanta aduertētia requiritur ad demeritum mortale, quāta ad meritū gratiæ.Sed hęc rō non valet, quia pōt bene negari cōſequētia, eiuſq; probō ſecūdū Angeſt in morali ca. 6. & ſupra in ſecūdo notabili. dubio. 9.

Tertiò ad idē, quia ſi iſti motus eſſent peccata mortalia maximè hoc eſſet ex mora tēporis, quia ſcilicet hō diu moratur in illis. Sed hæc mora non facit mortale,quia in paruiſsimo ęquè ac in magno tēpore pōt fieri tranſgreſsio, & omiſsio mortalis, cuius grauitas,vel ſpēs non pendet ex tempore. ergo non inde, ſed ex mora conſenſus deliberati,& aduertentiæ præfatæ illi motus fiunt mortales.

Quartò ad idē,quia ſine prędicta aduertētia nō pōt eſſe deliberatio plena neq; ſufficiens ad mortale. illa aūt aduertentia prima nō eſt in noſtra poteſtate,ſicut nec à ſomno expergiſci, vel excitari, vt ſupra in.2.notabili dub.9. ſecūdū Angeſt in morali ca.6.probatū eſt.ergo ſine illa aduertentia nō eſt plena libertas ad illos motus reprimēdum, ēt ſi per vnum diem homo in illis immoretur, et ergo non ſunt peccata mortalia,quia ad mortale plena libertas,& deliberatio requiſita eſt. ſimiliter nec hęc ratio concludit,quia pōt negari maior, & vltima conſequentia,eiuſq; probatio. Nam non requiritur tanta deliberatio,neq; plena, & formalis ad mortale,quanta ad meritū requiſita eſt ſecundum Angeſt vbi ſupra.

Quintò ad idem B. Hiero. ſuper id Math.5. Qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum &c. vbi ait. Paſsio reputatur in vitium propaſsio licet, vitii culpam habeat, non tenetur in crimine, qui

ergo

ergo viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic pro paſsione percuſſus eſt: ſi verò non conſenſerit, & de cogitatione affectum fecerit, ſicut in pſalmo ſcriptum eſt Tranſierunt in affectum cordis, de pro paſsione ad paſsionē tranſiit, & huic non voluntas peccandi deeſt, ſed occaſio. Quicūq; ergo viderit mulierē ad cōcupiſcendū, ideſt ſi aſpexerit vt cōcupiſcat, vt facere diſponat, hic rectè dicitur mœchari in corde ſuo. Hęc ille. Vbi nūquā Hiero. dicit paſsionē crimine mortali teneri. Hęc auctoritas cū prima rōne videtur fortior pro hac opinione. Nam oēs aliæ facile ſolui poſſunt.

Reſpon. ad rationes primæ opinionis.

Ad rōnes aūt primę opi. reſpon. ad primū negādo antedēs quāuis Ochā teneat oppoſitū dicens in quodlibeto ꝙ nō ſunt ponēdi actus ſubreptitii in voluntate cōtra Dei præceptū, nec odiū Dei ſubrepticium; quòdq; in volūtate nullus eſt motus venialis circa materiā mortalē; ſed oīs eius motus liber eſt mortalis, ſed vt dixi hoc eſt nimis durū, neque communiter tenetur.

Ad ſecundā reſpō. ſimiliter negādo antecedēs, nā ſi nō ſunt plenè deliberati ſaltē īterpretatiuè cū aduertentia ꝙ ſunt mali actus illi, vt ſupra declaratum eſt, nō ſunt mortales corā Deo, ſed veniales: quāuis apud hoīes, propter ſequelā damni iniurię, vel ſcandali grauiter, & vt mortales puniātur, ideò neq; corā Deo propter illa peccata venialia incurritur excōicatio à iure, quæ nō niſi pro mortali infligitur. Aliæ aūt cenſurę eccleſiaſticę qūo incurrantur, quomodo non, latius infra lib. 2. de ignorātia. q. 26. habetur.

Ad tertiā, reſpon. negando conſequentiā, & ad eius probationem negatur ꝙ difficilius pōt vinci ignorantia vincibilis, immò facilius vinci pōt: ex quo, vt ſupponitur, vīcibiliter ignorās ſcit ſe teneri, & pōt illā vincere, & id iam ſufficiēter aduertit. Secus de eo, qui nō aduertit obligationē, & periculū talium motuū, quia iſte nec habet, neq; ſine tali aduertentia habere pōt facultatē deliberandi ſufficienter, vt ad mortale peccatum requiritur, vt ſupradictum eſt.

Si replicetur. ꝙ iſte habēs illos primos motus prohibitos, vel tenetur habere illud iudiciū, vel aduertentiā, & deliberationē, vel non. Si nō, ergo nullo mō nec venialiter peccat ommittendo illos, & non reprimendo, quod tamen eſt contra oēs doctores et opinantes. Si ſic, ergo mortaliter peccat non habendo illam aduertentiam, & illos motus non reprimendo, vt ſub mortali tenetur, ſicut qui vicibiliter ignorat quod ſub mortali ſcire tenetur.

Reſpon. ꝙ tenetur habere illā aduertentiā, ſed non ſub mortali, ſed ſub veniali peccato: quia eſt nimis difficile habenti motū illecebrē ſtatim ſe reflectere ſupra illū motum, & aduertere periculum eius: quāuis id facere poſsit. Deus aūt ad nimis difficile vt ſupradiximus nō obligat ſub mortali, ſed ſub veniali tantum peccato. Ita reſpōdet Almayn vbi ſupra.

Ad quartam, reſpon. quòd maior eſt vera ſolū quando quis plenè; aut ſufficienter aduertēs malū, & periculum illorum motuum omittit, cùm reprimere poſsit; aliàs ſolum ſufficit ad veniale, vt eſt in propoſito, modo appelletur interpretatiuus, modo non, vt ex ſupra dictis facilè conſtat.

Ad quintam, reſpon. negando quòd nullo modo plenè, liberè, & deliberatè cōcupiſcit alienam, ſi nō plenè aduertit periculum illorum motuū, vt patet ex dictis.

Ad ſextā, negatur antecedēs neq; enim illa pollutio eſt peccatū, nec polluit nō conſentientē: & ēt ſi ſcrupuloſis concedatur antecedens, negatur cōſequētia: quia ſępè maius periculum imminet delectationis, & conſenſus ex illa pollutione, ſi nō reprimatur, quàm ex primis motibus ſupra dictis.

Ad ſeptimā, reſpon. quòd maior ſolum eſt vera quando aduertit illa eſſe periculoſa, tunc enim tenetur cōſiderare ant deliberare quomō ea faciat, vel euitet ita ne ex eis probabiliter ſequatur mors. Secus autem ſi ea eſſe periculoſa non aduertit: & ita eſt in caſu præſenti: & ita negatur minor.

Reſolutio & concordia opinionum.

Igitur reſolutoriè pro cōciliatione opinionum dicamus quòd duplex eſt cōſenſus interpretatiuus in tales primos motus, ſeu delectationes ſenſuales. Alter quando eſt plena aduertentia ipſorum, & periculi ſępè ſequentis ex eis, & ſic homo reprimere negligit: & talis conſenſus ſufficit ad mortale, & iſte propriè dicitur cōſenſus interpretatiuus. Alter quando non eſt aduertentia prædicta, puta quia vel non eſt adnertentia, vel non plena de ipſis motibus, aut non de periculo ipſorum; aut non ſatis certa, ſed valde incerta de tali periculo imminente, quia putabat homo fortis, & tentationibus aſſuetus præualere, & ex illis motibus diu manentibus ſe nō ruiturum in mortale peccatum: & ideò illos non repreſsit; & talis conſenſus non ſufficit ad mortale, ſed ad veniale peccatum, neque propriè, ſed largè conſenſus appellatur interpretatiuus. Et Adrianus, Almayn, & alii de prima opinione dicentes quòd conſenſus interpretatiuus ſufficit ad peccatum mortale, ſi de illo primo conſenſu propriè ſumpto intelligantur, ſicut & intelligi poſſunt: tunc nulla erit diuerſitas opinionum, ſed doctores omnes in eandem ſententiam concilientur.

Ex omnibus ſupradictis ī hoc & in 9. dubio præcedente ſequitur primo corolariè contra Gerſon alphab. 29. R. S. dicentem quòd in motu brutali ſenſus exterioris voluntas dominiū ēt īcōpletū habere nō pōt ēt ſingulatim, nec eū impedire aut reprimere poteſt: & ideò ibi nullum peccatum eſt in motu aūt interiori ſenſus cōis habet dominium aliquod incompletum & imperfectum: quia quāuis non fiat per uoluntatis imperiū, pōt tamen uoluntas illum impedire & reprimere: non quidem ne inſurgat, ſed ne ulterius uſque ad delectationē & conſenſum procedat: ideò ibi peccatū tantum ueniale eſſe pōt. In motu uerò uoluntatis ipſa uoluntas cōpletum dominium habet: ideò ibi pecca-

tum mortale eſſe poteſt. Hęc ille Gerſon.

Sed crude & nõ ſufficienter nec uetè iſta dicta ſunt. quod patet. Tum primò, quia ut ait Angeſt, ubi ſupra c.6. non plus ſubiacet uoluntati ſenſus interior per modum imperii, quàm exterior, ut ipſe Gerſon concedit. Nam dupliciter ſubiacet ſenſus interior, vno modo quantũ ad liberum uoluntatis conſenſum: & quoad hoc conſtat volũtatem poſſe non conſentire ſuggeſtioni & motui ſenſus exterioris. Secundò indirectè per accidens, videlicet diuertendo potẽtiam à conſideratione: & hoc modo põt etiã ſenſum exteriorem diuertere per ſubiecti ablationẽ, aut per potentiæ remotionẽ ab obiecto. Igitur ità erit incompletum dominiũ atque indirectum ad motum ſenſuum exteriorũ, ut ad interiorum: & utrobique põt indirectè eſſe peccatũ. Tum ſecundò, quia ex permiſsione motuum ſenſus interioris, & exterioris contingit imminere periculũ incidendi in ueniale, & in mortale. ergo uoluntas illos reprimere negligens ſi aduertat, utroque modo omittere, & circa utroſq; motus uenialiter & mortaliter peccare põt. Poſſunt.n.titillationes carnis & hmõi motus in carne certis remediis naturalibus reprimi, ut ipſemet cõſulit, puta aſperſione aquæ frigidæ, & aliis huiuſmodi, de quibus ſupra Dubio 8. habetur. Quare eius modi ratio indirectè ſubiacet uoluntatis libertatis.

Corola. 1. Secundò corolariè contra eundem Gerſon alphab.29.q.& alphab.30.a.b. dicẽtem quòd ſexcupliciter uoluntas ſe habere põt ad illecebram, ſiue delectationem de mortali. Primò, ut abiiciens ſeu recuſans uel nolens huiuſmodi paſsionem, & ſic nullum peccatum eſt. Secundò, ut pręceps, uel ſubita, ita quòd inſurgente paſsione uoluntas nõ expectata deliberatione elicit quoddã uelle, licet imperfectum, & ſic eſt peccatũ ueniale. Tertiò, ut reprimens, uidelicet aliquandiu permittens, ſed tandem reprimens, & tunc talis permiſsio eſt ueniale peccatum propter aliquem conſenſum ibi aliquo modo deliberatum, nõ aũt ipſa repreſsio. Quartò, ut inaduertens, ita quòd nec reprimit nec expreſsè conſentit, ſed immoratur non benè aduertens periculum ratiocinando, atque deliberãdo per leges & regulas: tunc eſt ſolum peccatum ueniale, etiãſi aliquis conſenſus imperfectus, ſ. indeliberatus interueniat. Quintò, ut negligẽs, uidelicet ſi poſt debitã aduertentiã periculi peccati atq; ſufficientem deliberationẽ uoluntas immoratur non reprimẽs paſsionẽ: & tunc mortale peccatũ eſt. Sextò, ut expreſsè & deliberatè cõſẽtiẽs, & ſic ẽ mortale pctm̃.

Hæc illa Gerſon, quę tamen ſua indigent correctione & bona intelligentia. Nam quòad primum dico, quòd ibi põt eſſe peccatum propter tepiditatẽ nolitionis non ſufficienter efficacis, & tunc illa nolitio, ſeu diſplicẽtia inefficax illius illecebre nõ eſt peccatum, ſed bona & meritoria: quia eſt obiecti debiti & conformis rectę rõni dictanti illecebrã eſſe odiendam, nec uitiat remiſsio adiũcta, ſed peccatũ eſt ipſa adiuncta omiſsio efficacioris nolitionis, qua uoluntas illecebram per cauſæ ſubtractionem uel alio modo impedire poteſt.

Quoad ſecundum dico ſecundum Angeſt, ubi ſuprà, quòd ibi põt eſſe mortale, ut patet ſi ſit facultas plenè deliberandi, & obligatio propter eminẽs periculum peccati mortalis: põt etiã ibi nullũ eſſe peccatũ, ſi ſit tunc impoſsibile deliberare ex naturali cauſa in toto uel in parte abſorbẽte lumen rõnis, aut aliter. Quoad tertiũ dico, quòd ibi põt eſſe nullũ peccatũ, ut conſtat. põt & eſſe peccatũ ueniale: põt ẽt eſſe mortale, quia cõtingit uoluntatẽ inſufficienter reprimere, & torpẽter illecebrũ mortalẽ: & ita erit ibi culpa venialis, aut ẽt mortalis ſecundũ periculi qualitatẽ. Quoad quartũ dico ſimiliter ibi poſſe eſſe nullũ peccatum, ut patet, ſi tunc hõ nullo modo poſſet ſufficienter aduertere: põt ẽt ibi eſſe ueniale, ſi tũc eſſet ualdè difficile aduertere: põt ẽt eſſe mortale, ſi uidelicet tunc cũ periculo probabili ruendi in mortale eſſet ſufficiens, faciliſq; facultas cũ aduertentia ad ratiocinandum, ſeu ad iudicandum de illecebre periculo & conditione. Ad quintum dico etiã ibi poſſe eſſe peccatũ & mortale, quia contingit ſufficiens tempus, & facultatem reprimendi motũ illum de materia mortali eſſe aliquando tam modicam, ꝙ omiſsio digna erit venia, & aliquando tàm magnam, ut ſufficiat illam reddere mortalem.

Quoad ſextum tandem dico ibi eſſe poſſe aliqñ ueniale, aliqñ mortale peccatum, ſecundũ deliberationis defectum uel perfectionem, ut ſupra dub. 9. in 5. opinione in eius 3. propõne dictum eſt. ex qua, & ex aliis ſupra poſitis propoſitionibus hæc omnia facilè conſtare poſſunt.

Tertiò corolariè contra Altiſiodor. ut ſupra refertur dubio. 9. in 3. opi. ſequitur, ꝙ uoluntas poteſt etiã in uniuerſali omnes illius generis ſuos motus, uel actus primos liberos non deliberatos reſecare, quia põt illos liberè ſuſpendere nulli cauſæ mouenti ſuũ liberũ conſenſum prębendo: nec tẽporis diuturnitas eam neceſsitat, ſed potius libertati ſuæ cõducit: põt igitur diu ſine libero ſuo actu permanere. Ideò illud exẽplũ de nauta ſolũ procedit de motibus naturalibus, non de liberis actibus uoluntatis. Itẽ ratio, quã ipſe dat, ꝙ motus primi ſunt peccata, quia uidelicet mouẽt ad delectandũ in re ſenſibili, nõ ualet, quia ſecundũ Ariſt. in uſu moderato ſenſibiliũ delectationũ eſt uirtus, quæ ponit mediũ inter exceſſum & defectũ à regula rationis, quẽ uſum Deus nobis cõceſsit & aliqñ præcepit. ergo & ea, quæ ipſum uſum moderatum neceſſariò conſequuntur, uidelicet delectationes naturales, quę voluntati nõ ſubſunt. Igitur in earum vſu moderato licitè, poteſt quis uelle delectari, & aliquando ad id tenetur, quando uidelicet ad generationem, uel ſanitatem, uel ad aliud, ad quod ipſe obligatur, tales delectationes cibi & potus, & huiuſmodi neceſſariæ ſunt. Quò fit, ut primus motus liberi arbitrii, aut uoluntatis in uxorem uel ad comedendum ſæpè peccatum non ſit. Nam ex illa Corola. 2.

primitate

primitate nil includitur deforme rectę rationi, nec delectationis conditio ſemper ſufficit vitiari. Fit etiam contra eundē doctorem, ut bene etiam probat Angeſt. ubi ſupra. c. 6. quòd primus motus rationis in errorem non eſt peccatum, quia nō eſt in poteſtate uoluntatis, ſicut nec motus brutalis & naturalis ſenſualitatis etiam ſecundum ipſum Altiſiodoren. Item abutitur uocabulis, quia gaudium & delectatio non eſt actus nec paſsio intellectus, ut intellectus eſt, ſed potentię appetitiuę, ſ. voluntatis uel appetitus ſenſitiui: paſsiones autem intellectus ſunt formido, firmitas, claritas, obſcuritas, ideò non intellectus, ſed ſolum uoluntas tantum rationalis gaudet in alicuius ueritatis deciſione, uel inuentione. Et tandem quia, vt dictum eſt, licitus eſt gaudii, uel delectationis ſenſibilium & inſenſibiliū vſus. ergo licitus eſſe pōt primus motus uoluntatis delectationis, uel gaudii de ueritatis deciſione uel inuentione: quia oīa ēt ex propoſitionibus ſuprapoſitis in Dubio 9. facilè poſsūt cōſtare.

Corola. 4. QVARTÒ corolariè ſequitur ſecundū Angeſt, vbi ſupra, & Almayn in morali. 3. tract. c. 24. quòd unus motus alterum alleuiat, quia difficultat uolūtatem ad alterum reprimēdum. Vnde duobus motibus per vnam horam continuatis, ſi uoluntas poſſit vnum eorū tantum, & non vtrunque ſimul illa hora reprimere, & neutrum illorum reprimat, ut oportet, quia intendens vtriuſq; repreſsioni non valuit vtrunque reprimere, tunc uterque illorū nō repreſſus eſt peccatum, cum non ſit potior ratio de uno, quàm de altero. Sed non eſt maior grauitas omiſsionis vtriuſq; ſimul, quàm eſſet grauitas unius eorum tantum non repreſsi. Et hoc eſt uerū modò ibi dicantur duę omiſsiones, modò non, ſed utriuſq; motus vnica omiſsio, cùm uō teneatur, niſi unū tantum, uel utrunq; alternatiuè, vel ſub diſiunctione reprimere, dùm vtrunq; ſimul non pōt. ergo mutuò ſe alleuiant. Eſt analogia de potente unicū ab extrema neceſsitate releuare, & duobus occurrentibus neutri ſubuenit: nā utriuſq; omiſsio eſt peccatū: hę tñ duæ omiſsiones in grauitate ſimul ęquātur grauitati vnius omiſsionis ſubueniēdi uni ſoli occurrēti. Sic in propoſito dicatur.

Et ſi replicetur ꝙ ibi nullū peccatū eſt, ex quo circa utrūq; ſimul fecit quod potuit, nec amplius tenetur, ut aliqui opinātur: quod ꝓbatur, quia iſte nō magis occidit Platonē, cui nō ſubuenit, quàm ſi ſolū alteri ſubueniſſet in caſu p̄dicto: ſed ſubueniēdo illi ſoli nō peccaſſet, q̄a nihil āplius pōt ex hypotheſi. ergo nec nūc omittēdo ſubuenire Platoni ſimul, & alteri, puta Sorti, q̄a nō ꝑ vtriq; ſubuenire.

Reſpon. negādo maiorē, quia tenetur utriq; ſub uere ſub diſiunctione, & ſubueniēdo uni iam nō manet alteri obligatus, cui ſubuenire ſimul non poteſt, ſic in propoſito dicendum eſt.

Corola. 5. QVINTO & vlt. corolariè ſequitur ꝙ aliqua circunſtantia diminuens culpā auſert maiorē malitiā à peccato grauiori, q̄ à minori. Exēpli. g. Imperfectio deliberationis motū blaſphemię, fornicationisq; motū reddit ueniale: & ita maiorē à primò, quàm à ſecundo malitiā auſert. Itē adueniēs mortali ex genere, & veniali ex genere malitia mortalē auſert à primo, & non à ſecundo. Et ſi quæratur vtrum ab iſto ſecundo totā auferat malitiā uenialem, dico ꝙ non, ſed ſolum alleuiat uenialem, quā habebat, ſic tenent Angeſt, & Almayn, ubi ſupra.

DVBIVM 11. Vtrū conſenſus in delectationē obiecti mortaliter prohibiti ſine conſenſu in opus ipſū, vel in actum exteriorē, ſit peccatum mortale. Dubium 11.

Reſpon. 1 RESPON. In hoc tria certa ſunt, & vnum aliud eſt, de quo dubitatur. Nā primò certum eſt ꝙ cōſenſus delectatio, vel gaudium, quod quis commiſit aliquod peccatum mortale, eſt mortale peccatum. Secundò certum eſt quòd gaudium vel delectatio & conſenſus de ſpeculatiua tantum cogitatione turpium ſub ratione honeſta non eſt peccatum mortale, ſed licitum & bonum, puta quādo medicus delectatur, quia intelligit quomodo generetur fœtus, & confeſſor, quia intellexit modum talis prędicti & huiuſmodi, vt bene ſciant ſuū exequi officium. Tertiò certum eſt quòd gaudium & delectatio deliberata de ipſa cogitatione turpiū, aut de ipſo opere mortali prohibito, puta de actu carnali, non ſub ratione honeſta, ſed indifferente, & cōſenſus in tali delectatione eſt graue peccatū, & de ſe eſt periculoſum, & quando eſt periculum probabile peccati mortalis eſt peccatum mortale.

Sed dubium eſt an talis delectatio deliberata, & conſenſus voluntatis in talibus cogitationibus & delectationibus turpibus ſine vlla rōne honeſti, & q̄n non eſt periculū ruendi in aliquod mortale, ſed potius certus eſt hō probabiliter, ꝙ non conſētiet in illo actu, neq; illud cōmittet, an inquā illa delectatio, & cōſenſus in eā ſit peccatū mortale.

Opinio 1. RESPON. in hoc eſt duplex opinio: prima tenet quòd ſic: probatur quadrupliciter. Primò, quia talis delectatio eſt de obiecto mortaliter prohibito. ergo ipſa eſt mortalis & conſenſus eius. Antecedens patet & ſupponitur, & cōſequentia probatur per regulam topicam, cuius delectatio eſt bona ipſum quoque bonum eſt, & è contra, cuius delectatio mala, ipſum quoque malum eſt. Si ergo obiectum eſt malū, ipſa etiam delectatio eſt mala.

Secundò ad idē, quia cōplacentia & delectatio deliberata de morte alterius ſine rōne honeſti eſt peccatū mortale, ēt cum propoſito nunquā illum uel alium occidendi. ergo eadem rōne quęcunque deliberata delectatio de quocūq; alio peccato mortali, & cōſenſus uel cōplacentia illius delectationis, ēt cum propoſito nunquā illud mortale cōmittēdi, ēt peccatū mortale, quia ad Rom. 1. Nō ſolū qui faciūt, ſed qui cōſentiūt facietibus, dānabūtur.

Tertiò ad idem, quia illa delectatio & complacentia eius eſt mala, & non uenialiter, quia non ex indeliberatione, nam ſupponitur ꝙ ēt plenè deliberata, nec ex imperfectione materiæ redditur uenialis, nec ex genere ſuo, quia ſupponitur ꝙ ſit de obiecto mortaliter prohibito. ergò eſt mortalis.

& uolens libenter, quę ſtatim ut attigerunt animũ reſpui debuerunt, negádum eſt eſſe peccatum, ſed longè minus, quàm ſi etiam opere ſtatuatur implẽdum, & ideò de talibus cogitationibus uenia petẽda eſt, pectusq; percutiendum, & dicendum Dimitte nobis debita noſtra. Hæc ille. Vbi patet Diuus Auguſt. cum hac ſecunda opinione ſentire. Ideò ubi ſuprà dicit quòd qui delectatur in turpibus totus homo damnabitur &c. intelligitur quòd erit ad tẽpus priuatus beatitudine in purgatorio, niſi ſatisfaciat in hac uita, uel quòd is, qui contemnit iſta peccata, facilè labitur in mortale, ob quod damnabitur in ęternum: ſicut eo modo intelligitur, quod alibi in lib. de mendacio, cap. 6. & habetur in c. Si quis. 22. q. 2. dicit, quòd mentiendo, etiam pro uita hominis ſaluanda amittitur uita æterna: ubi non intelligit, quòd tale mendacium officioſum eſt mortale, ſed, ut dictum eſt, quòd ad tempus vita priuat ęterna, ſub beatitudine. Item idem Diuus Auguſ. lib. 2. de nuptiis & concupiſcentia dicit. Concupiſcentia non eſt peccatum, quando ad illicita opera non conſentitur; ut ſi non fit quod ſcriptum eſt, Nõ concupiſcas, fiat ſaltem quod alibi legitur Poſt concupiſcentias tuas non eas. Hæc ille. Et Nico. Lyr. ſuper id Matth. 5. Qui uiderit mulierem &c. & B. Hiero. ibidem & ad Algaſiam q. 8. intelliguntur ſimiliter quando eſt conſenſus opus peccati mortalis.

Reſolutio & conciliatio. IGIDVR Vtraq; opinio probabilis eſt, ſed prima eſt tutior & communiter tenetur à doctoribus, quæ, vt videtur, loquitur de his, quę vt plurimum contingunt, quia ſcilicet ſæpè in talibus delectationibus deliberatio interuenit conſenſus in opus vel periculum eius; ideò generaliter dicit ꝙ ibi peccatum mortale eſt. Secunda autem opin. loquitur, quòd aliter contingere poteſt; quia videlicet non eſt mortale de ſe & ſemper, niſi in caſu, quo talis conſenſus in opus aut periculum peccati mortalis probabiliter imminet, & ita fortè opiniones conciliantur. Sed certè ſi prædicta delectatio ſenſualis deliberata de actibus licitis eſt mortalis, quia non niſi in ordine ad actum matrimonialem conceditur, vt infra in dubio 12. & 13. habetur, ergo à fortiori de actibus illicitis eſt mortalis: ideò & regulariter prima opin. communis ſtatuenda & prædicanda eſt. Regula namque generalis in moralibus de iis, quæ vt plurimum contingunt, debet exhiberi.

Dubium. 12 DVBIVM Duodecimum, vtrum motus ſenſuales ſint mortales in coniugatis & viduis?

RESPON. quòd motus indeliberati ita ſunt peccata venialia in coniugatis, ſicut in non coniugatis, quia carent ordinatione rationis in finem debitum, ratione cuius à culpa non excuſantur, & in hoc omnes doctores conſentiunt cum Altiſiodoren. lib. 2. tract. 28. q. 2.

Si autem ſunt deliberati, non ſunt mortales in coniugatis, quando illos habens eſt in loco & tempore, & voluntate conſumandi, vel exercendi actum matrimonialem, niſi ità moraretur in eis, ꝙ indè probabiliter pollutio extraordinaria ſequeretur, quia tunc eſſet mortale, ſi tale periculum aduertens moraretur, vt ſupra dubio 9. latius de hoc, in quo etiam omnes conueniunt.

Si autem coniugatus in talibus motibus deliberatè moraretur non habens voluntatem cõſumandi cum ſua coniuge, in hoc ſunt opiniones. Nam Syluester titu. delectatio. q. 2. & Nauarro in ſumma ca. 16. num. 11. tenent quòd ſunt mortales ſicut in non coniugatis. Alii tenent quòd non, niſi veniales, vt proximè de viduis dicetur, & per eandem rationem.

Ideò de viduis dico quòd motus indeliberati ſunt peccata in eis ſicut in omnibus aliis, vt dictũ eſt; deliberati autem non ſunt mortales in eis, ſi delectatio illa ſiſtat in ratione, ſicut & conſenſus, quia videlicet volunt & gaudent actus coniugales fuiſſe, vt licitè fuerunt: aut ſi ſolum eſt in memoria de re præterita cum diſplicentia pręſentis concupiſcentiæ & delectationis ſenſualis indè ſequẽtis: & in hoc etiam omnes conſentiunt.

SED Vtrum ſit illis mortale deliberatè delectari in motibus ſenſualibus inſurgẽtibus ex memoria pręteritorum, dum imaginantur viros ſuos quõ carnaliter cum eis cõmiſcebantur, aut ſi nunc commiſcerentur, eſt duplex opinio: prima Caietani in ſecũdo quodlibeto de delectatione moroſa, & Syluestri titu. delectatio q. 3. & Nauarro in ſumma ca. 16. num. 11. & Gerſon alphab. 24. g. & communiter doctorum eſt, ꝙ eſt mortale. Et ratio eſt, quia iſta delectatio, & concupiſcentia ſenſualis non excuſatur à culpa, ſicut nec tactus impudici, niſi quatenus hæc ordinantur ad actum matrimonialem licitum: quod patet, quia ſine tali ordine manent in ſua deformitate culpabili, ſed talis actus matrimonialis eſt tunc impoſſibilis viduis iſtis, aut etiam cõiugibus in abſentia ſuorum cõiugum, ergo tunc in eis, ſicut in aliis, mortaliter culpabiles ſunt. Opinio. 1.

Alii moderni tenent quòd ſolum veniales ſunt, niſi periculum pollutionis immineat: cum quibus videntur Richa. & Floren. & alii etiam antiqui ſentire, quia talis delectatio eſt de obiecto licito, ſicut & conſenſus & cogitatio, ex quibus oritur. Sed prior opinio hoc negaret de delectatione ſenſuali propter rationem ſupra dictam, quamuis concederet de rationali, & de conſenſu, & gaudio rationis, vt ſuperius dictum eſt, vt hoc amplius patebit ex 13. dubio ſequenti. ideò illa prior opinio tanquam tutior & verior regulariter tenenda eſt. Opinio. 2.

DVBIVM 13. Vtrũ ſit mortale ſpõſis de futuro, aut pro eis, aut aliis quibuſcunq; deliberatè delectari de cõmertio carnali futuro cũ Vertha pro quando erit ſua, aut ſi eſſet ſua, & de talibus actibus cum illa, ſi eſſet ſua, delectari. Dubium 13.

RESPON. Eſt duplex opinio prima quòd non, dummodo non ſit aliàs ſibi prohibitum eam ſibi vxorem habere, vt ſunt religioſi, & iam coniugati, Opinio. 1.

qui

qui cum illa contrahere non poſſunt, & dummodo non ſit periculum pollutionis, & dummodo tales cogitationes & volitiones conditionatę ex aliquo bono fine habeantur, eſt veniale in prędictis conditionaliter ſenſualiter delectari.

Probatur opinio dupliciter. Primo, quia ille cōſenſus de illo actu & obiecto licito ſic qualificato, & cum conditione, quæ culpam excludit & deformitatem, eſt licitus, vt conſtat, ergo et delectatio indè naturaliter conſequens tàm in appetitu intellectiuo, quàm in ſenſitiuo etiam licita eſt.

Secundò probatur, quia ſi illa delectatio eſt licita in appetitu intellectiuo, & non in ſenſitiuo, vt ex dubio præcedenti concedit oppoſita opinio, ergo homo ille obligatur ad impoſsibile, idest ad nō habendum illam delectationem ſenſualem, quæ neceſſario ſequitur ex conſenſu licito iam habito, nec illam poteſt vitare, nec obſtat dicere quòd appetitus ſenſitiuus non poteſt ferri in futurum conditionatum, nam illa delectatio ſenſitiua eſt quidē de futuro, ſed vt de præſenti apprehenſo, & ſufficit quòd ratio ſuperior, a qua dirigitur, referat & ordinet ad futurum finem, vel actum licitum. ſic tenent aliqui moderni.

Opinio. 2. SECVNDA opin. Caietani, Syluestri, Nauarro, et aliorum tenet quòd eſt mortale, quia ſemper omnibus talis delectatio ſenſualis, ſicut & tactus, impudici ſunt ſub mortale prohibiti, niſi quando ad actum matrimonialem licitum conſumandum ordinantur. hoc autem non eſt in prædictis, vt ſuperius de viduis in 12. dubio pręcedenti dictum eſt ergo.

Item ſecundo, quia ibi regulariter eſt periculum conſenſus, aut complacentię abſolutè quamuis inefficacis in actum carnalem cum illa tunc, quando non eſt ſua, immò & Caieta. ibidem, & in ſumma titu. delectatio, addit, quòd ſemper illa delectatio ſenſualis eſt talis, neq; tendit in futurum, ſed in præſens apprehenſum abſolutè, quamuis conſenſus & gaudium appetitus rationalis tendāt in actum futurum licitum. Et hæc opinio videtur tutior & fortè etiam verior, ideò tenenda regulariter loquendo, quamuis in aliquo caſu non habeat locum.

Ad rationes autem prioris opinionis reſpōdeo. Ad primam negatur cōſequentia de delectatione ſenſuali, quia ſolū conceditur in ordine ad actum matrimonialem cōſumandum, vt dictum eſt. conceditur autem conſequentia de delectatione in rationali, quia hæc de obiecto licito nunquam prohibetur, neque rationem deformitatis ex ſua natura habet, vt ſenſualis.

Ad ſecundam negatur quòd obligatur ad impoſsibile ſimpliciter, quia in ſua poteſtate eſt euitare cauſam, idest conſenſum, ex quo ſequitur il la delectatio, quia licet ſit licitus in ſe, non tamen ratione ſequelæ illius delectationis ſenſualis. Ad impoſsibile autem ſecundum quid poteſt quiſque obligari.

Ad prędicta facit Gerſon vbi ſupra dicēs, quòd nullum deſiderium rei illicitæ habitum ſolū ſub conditione iuſtificante eſt mortale peccatum de per ſe, per accidens tamen propter appetitus ſenſualis commotionem nimiam, quæ ſcienter permittitur inualeſcere ex talis deſideris continuatio ne libera, vtique poteſt inter mortalia ſæpè deputari: Quia eccleſiaſt. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Hæc ille: conſonat Adria. in 10. quodlibeto ait. 2. & communiter doctores. de hoc etiā infra lib. 2. de ignorantia. q. vlt. latius habetur.

DVBIVM 14. Verum motus ſenſualitatis poſſit effici mortalis ex voluntate pręcedente, puta ſi quis deſideret habere iſtos motus, & delectari, vel ſi illos procurat ſumendo electuaria, & huiuſmodi, vt illos habeat, vel propter ſanitatem, vel delectationem, vel propter alium finem, ſi inquā ex hoc poſteà motus illi ſequantur, ſint peccata mortalia. Dubium. 14

Reſpon. ſecundum Altiſiodor. lib. 2. tract. 2. 8. q. 4. quòd non, quia non ſequuntur immediatè ex medicina, idest ſtatim poſt ſumptionem eius, neq; ex voluntate pręcedente, idest ex eo quòd voluit illam medicinam ſumere, ergo illi non ſunt peccata, ſed voluntas præcedens mala fuit.

Sed hæc ratio nil valet, quia ex ea ſequeretur ꝙ blaſphemia indeliberata ſiue periurium indeliberatum procedēs ex habitu peſsimorum hominum ad id aſſuetorum & homicidium commiſſum a culpabiliter ebrio, non eſſet peccatum mortale, quia iſti eodem modo ſe habent ad habitum, vel ebrietatem, & ad culpabilem voluntatem præcedentē, ſicut & illi motus ſenſualitatis ad volūtatem illam præcedentem, qua ille ſumpſit electuarium.

Igitur dicamus quòd vtiq; illi motus ſunt mortales ex ſe & in voluntate illa pręcedente, non autem noua, ſed eadem imputabilitate ſuæ cauſæ ſeu voluntatis illis præcedentis: Quòd ſint mortales ſuppoſito ꝙ ſint de obiecto mortaliter prohibito, patet quia ſunt, vel fuerūt liberi, & voliti in illa volūtate præcedēte vnde ſequūtur. Quòd nō noua imputabilitate, conſtat quia quādo fiunt non ſunt in ptāte illius motus, vel actus patientis, vel agentis, vt ſupponitur ꝙ naturaliter ex dicta voluntate ſequuntur, nec illa volitio, quæ iam præceſſit, eſt iam in poteſtate hominis. Et quamuis repreſsio illorum motuū ſit in noſtra poteſtate ne vlterius procedant, et ſi non reprimantur, erit nouum peccatum omiſsionis vel commiſsionis, vt patet ex dubio 9. & 10. pręcedente et dubio. 15. ſequente, tamen motus illi quando ex culpa præcedente oriuntur ſunt culpabiles in ſua cauſa, vt dictum eſt. Nā omnes conueniunt in hoc quòd in voluntate præcedente eſt culpa eorum, quamuis aliter, quando ſequuntur aliter, quando non ſequuntur, vt latius in 1. 2. 4. 8. inferius habetur.

DVBIVM 15. Vtrū quoties iſti motus ſunt peccata ſint peccatum omiſsionis an commiſsionis. Dubium. 15

RESPON. quòd ſunt peccata commiſsionis Reſpon.

etiam

etiam quando non ſequuntur ex poſitiua volitione mala, ſed eſt culpabili omiſsione voluntatis, eò quòd illos non præuenit, vel non repreſsit, vt tenebatur. quod probatur 1. quia iſti motes ſunt actus mali liberè eliciti, aut continuati contra legem, vt conſtat, ergo ſunt peccata commiſsionis, nam omiſsio non eſt actus, ſed priuatio eius, commiſsio autem eſt actus contra legem vel pręceptũ negatiuum.

Secundò, ad idem, quia eſt concupiſcentia libera licet non deliberata vxoris non ſuę, ergo eſt cõmiſsio contra præceptum negatiuum Nõ concupiſces. Si negatur conſequentia, quia per omiſsionem ſtat peccare contra præceptum negatiuum, vt patet de eo, qui non ſuccurrit fame morienti, cùm poſsit, quia per illam omiſsionem eſt homicida contra præceptum negatiuum NON OCCIDES. Contra. quia formaliter omiſsio eſt contra affirmatiuum de ſuccurrendo, quamuis cauſaliter ſit, vel ex conſequenti indè ſequatur contra negatiuũ tranſgreſsio, vt in caſu dicti homicidii: formaliter etiam oĩs actus contra legem qualis eſt primus motus, eſt commiſsio & non pura omiſsio.

Tertiò, quia actus potẽtię exterioris executiuę, vt percuſsio proximi vel ſui ipſius, eſt commiſsio, & non omiſsio, ergo ſimiliter actus ſeu motus potentiæ appetitiuę vel appetitus ſenſitiui.

Argum. 1 SI contra prædicta arguatur, primò quia iſti actus habent malitiam culpabilem à voluntate: ſed in voluntate nullus eſt actus, ſed ſolum negligentia, & omiſsio reprimẽdi illos, ergo ſolum ſunt peccata omiſsionis. patet conſequẽtia cũ maiore, quia culpa hæc eſt tãtum formaliter in voluntate.

SECVNDÒ arguitur, quia ſi non reprimerem Secundum. in alio prædictos motus, vel homicidium, & poſſem reprimere, certè per ſolam omiſsionem peccarem: ergo ſimiliter in me illos motus non reprimendo per ſolam omiſsionem pecco.

Reſpon. propter has rationes Almayn in morali tract. 3. ca. 24. cum quibuſdam aliis tenent quòd ibi eſt tãtum peccatum omiſsionis, & ad idem prima facie videtur Scotus in 2. diſti. 42. q. 3. ſed communis opinio, quam tenet B. Tho. 1. 2. q. 74. art. 3. & ibi Caiet. eſt in oppoſitum, vt ſupra probata eſt.

Reſpond. ad 1. argum. IDEO ad argumenta prædicta, Reſpon. ad primum negando conſeqentiam, & ad eius probationem iterũ negatur conſequentia, quia hoc modo probaretur quodlibet peccatum eſſe peccatũ omiſsionis, quia non cuito malam voluntatem, ſed opus eſt addere in minore, & in illa probatione, ꝙ in voluntate eſt ſolum peccatum negligentiæ vel omiſsionis, & non habetur aliquis alius actus, vel motus elicitus ibi, vel in alia potentia: ſed hoc negatur in caſu argumenti vel dubii præſentis. Et quando dicit Scotus vbi ſupra quòd nõ eſt ibi peccatum commiſsionis ſed omiſsionis, intelligit de formali peccato in voluntate, ad hunc ſenſum, ꝙ iſti motus non ſunt mali ex aliquo peccato cõmiſſionis in voluntate, ſed ex eius negligẽtia vel omiſſione culpabili, & ita in voluntate eſt ſolum peccatum omiſsionis, ex qua in tota homines ſequitur peccatum commiſsionis in motibus illis, ſicut ex omiſsione ſuccurrẽdi ſequitur homicidium culpabile. Et ita ſolum vult dicere quòd iſti actus aut commiſsiones ſolum ſunt mali, quia voluntas non reſiſtit, & non intendit negare quòd ipſi motus ſint peccata commiſsionis.

Reſpon. ad ſecundum. AD ſecundum argumentum, reſpon. negando conſequentiam, quia in caſu antecedentis eſt in me ſola omiſsio ſine vllo actu meo, quamuis ex illa omiſsione ſequatur homicidium, ſeu mors alterius, quæ mihi imputatur: Ideò ſum homicida non quidem formaliter per actum occidendi, ſed imputatiuè, ſeu cauſaliter, quia mea omiſsio eſt cauſa mortis alterius. In caſu autem conſequentis, & in propoſito de primis motibus meis, non eſt pura omiſsio vel negligentia, ſed etiam ſunt prædicti actus eliciti in me, & à me ipſo, vel à mea potentia, ideò peccata ſunt commiſsionis, vt dictum eſt.

DVBIVM 16. Vtrum motus ſenſualitatis ſint peccata quotieſcunque eſt omiſsio in voluntate illos reprimendi. Dubium. 16

RESPON. quòd ſic quotieſcunque voluntas potuit & debuit pręuenire vel reprimere, & omiſit, quia ſunt voluntarii in ſua cauſa, ideſt in illa omiſſione culpabili, ex qua ſequuntur, vt patet ex dubio. 15. pręcedente & aliis ſupra poſitis, & nunquam ſunt culpabiles, niſi ex culpabili omiſsione vel volitione ſequantur, quia alias non ſunt in noſtra poteſtate, ſed ſunt naturales, vt ex omnibus ſupradictis facilè conſtat, & concordat Scotus in 2. diſtin. 42. q. 4. Reſpond.

Sed Vtrum pręfati motus ex genere, vel ex propria natura ſint mali, & an debeant dici peccata, quæſtio eſt de nomine, ſed dico quòd quando ſunt naturales, & omnis inculpabiles, etiam communiter peccata, i. vitia dicuntur, quia ſunt corruptiones naturę, & de obiecto prohibito, & habent deformitatem contra rationem, quamuis non imputabilem, vt ait Henricus in 6. quodlibeto q. 18. q. 32. & B. Tho. 1. 2. q. 74. art. 8. ad ſecundũ à fortiori & propriè ſunt, dicunturque peccata, quando illi actus culpabiles aliquo modo in ſua cauſa ſunt, vt de hoc latius infra lib. 2. de ignorantia q. 23. diſſeruimus.

QVAESTIO VIGESIMAQVARTA.

VTRVM Papa poſsit in voto ſolemni caſtitatis monachalis vel religionis diſpenſare.

Opinio. 1. RESPON. in hoc eſt duplex opinio prima B. Thomæ & multorum aliorum, & Soto de Iuſtitia & Iure libr. 8. q. 2. art. 5. & q. 4. art. 2. & q. 5. art. 3. quòd nõ, quod probatur. primo quia quod eſt Dei ita quòd habet iam ius acquiſitum in eo, per hominem renocari, aut tolli non poteſt, ſicut nec alienum inuito domino, ſed per votum ſolẽne religioſus 1. Ratio.

ſus iam factus eſt Dei, & iuris illius ad religionis actus exercendum. ergo maior patet, quia quod ſemel Deo dicatum eſt ad prophanos vſus trāsferri non poteſt, ex Leuit. vltimo, de reg. iur. libr. 6. & quia contra ius naturale & diuinum eſt tollere alienum inuito domino Deo, vel homine. Minor autem probatur, quia ſicut per votum ſimplex fit ſola promiſsio actuum vel perſonæ ad actus continentię vel religionis: ità per votum ſolemne in profeſſione, vel ordinis ſacri aſſumptione fit non ſolum promiſsio prædicta, ſed etiã actualis traditio perſonæ in ius Dei, vel eccleſiæ loco & nomine Dei acceptantis, ad continentiam & actus religionis, vel ordinis ſacri exercēdum: & in hoc ſtat differentia voti ſolemnis à voto ſimplici, videlicet quòd in hoc eſt ſola promiſsio, in illo autem eſt etiã actualis perſonæ traditio in ius Dei & eccleſiæ: & inde ſunt ſuæ obligationes differentes ſpecie cõſurgentes. Aliæ autem ceremoniæ & benedictiones, quæ fiunt in profeſsione vel ordinis ſacri aſſumptione, ſigna ſunt potius, quàm ſubſtantia voti ſolemnis.

Ratio. Secunda ratio eſt, quia qui nõ poteſt in minus, non poteſt in maius ei ſubordinatum, vel eiſdem generis aut rationis, ſed Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio tantum rato: quod eſt minus vinculum, minusq́; perfectus ſtatus, quàm vinculum, & ſtatus religionis, ex quo illud per hoc diſſoluitur, & tanquam à minus perfecto ad perfectius ab illo ad religionem, & non è contrà fit tranſitus. ergò nec in voto ſolenni caſtitatis, aut religionis poteſt diſpenſare.

Ratio. Tertia ratio, quia in cap. cùm ad monaſterium, de ſtatu regularium. lib. 6. expreſſè habetur quòd paupertas adeò eſt annexa regulę monachali ꝙ in ea ſicut in continẽtia nec ſummus Põtifex poteſt diſpenſare. Nec valet dicere ꝙ Papa loquitur, vt doctor: cùm conſtet ibi, vt Papam iudicialiter diffinientem decernere: ideò enim dicitur reſpõſio decretalis, iudiciale decretum, vel diffinitio.

Et nota quòd hæc opinio loquitur de religione perfecta & euãgelica, cuius eſſentia ex inſtitutione diuina cõſtat ex tribus votis eſſentialibus, quorum altero ablato aufertur & ipſius ſubſtantia religionis, vt vbi ſupra probat Soto. Nam de voto ſolemni continentiæ ſacerdotalis conſtat ſecũdum communiter doctores ꝙ ex ſola eccleſiaſtica inſtitutione conſona iuri diuino & naturali annexum eſt ordini ſacerdotali, ac perinde per Papã poteſt diſpenſari. Similiter ait hæc opinio, ꝙ votum continentiæ ex inſtitutione tantum eccleſiæ aliis religionibus imperfectis, vel potius modis aliis viuendi annexum, quales nũc ſunt ordines militares, poteſt per Papam diſpenſari.

2. Opinio. SECVNDA opinio communis eſt, quam etiã tenent Scotus, & Richardus, & alii in 4. diſt. 38. quòd Papa poteſt in voto ſolemni cõtinentiæ monachalis vel religionis diſpenſare. cuius potiſsima ratio eſt, quia qua ratione poteſt in ſimplici, poteſt in ſolemni. Quod probatur. Nam in ſimplici diſpenſat tripliciter ſecundum triplicem modum dicẽdi doctorum. Aut primo, quia ex cauſa diſpenſat in iure diuino, vel naturali tollendo, vel relaxando eius obligationem de implendo vota, ſiue promiſſa Deo, & hominibus. Aut ſecũdo, quia vt tenet oppoſita opinio ſecũdum Thomam, & alios, remittit vel tollit materiam, i. votum vel promiſsionem & eius obligationem humanam iã Deo acquiſitam, & hoc ſecundum eſt materia prioris obligationis diuinæ & naturalis de implendo vota atque promiſſa. Aut tertio, quia declarat tàm hoc quàm illud ius, aut votum ex cauſa legitima tunc non tenere, neque obligare. Sed quocũque modo iſtorum poteſt ſimiliter Papa facere aut diſpenſare in voto ſolemni, in quo eſt etiam ipſum votum quod eſt materia prioris iuris diuini & naturalis: quia eandẽ habet poteſtatem diſpenſatiuam, relaxatiuam & declaratiuam ad hoc & ad illud ex cauſa legitima, vt ſupponitur: quia Ioan. 20. Paſce oues meas. & Matth. 16. 18. Quodcunque ſolueris ſuper terram &c. ſine vlla limitatione id Papæ conceſſum eſt.

Confut. 1. Si negetur minor dicendo non eſſe ſimile, quia in voto ſolemni vltra promiſsionem, quæ ſola eſt in voto ſimplici, eſt datio, vel exhibitio actualis Deo vel eccleſiæ nomine Dei, ratione cuius eſt iã ius Deo & eccleſiæ acquiſitum ſuper homine ad tales actus. Quod quidem ius, ſicut nec alienum tollere, nec cõtra ius diuinum agere, Papa derogare non poteſt, vt ait Soto de Iuſtitia & Iure lib. 8. q. 2. art. 5. & q. 4. art. 5. & q. 5. art. 3.

Replic. 1. Contra hoc replicatur. quia qua ratione Papa poteſt ex cauſa reuocare, tollere, & inualidare voti ſimplicis obligationem humanam iam Deo acquiſitam, vel ipſam promiſsionem, vel cõtra, tum inter Deum & hominem, quæ eſt materia iuris diuini & naturalis de implendo vota ſua, eadem ratione poteſt iam datam Deo rẽ vel obligationem hominis, & ſtatus religionis aſſumptionem, quæ fit in voto ſolemni, reuocare vel tollere, & ex conſequenti materiam iuris diuini de implẽdo votum ſolemne: ſicut & de alieno poteſt facere quòd non ſit alienum ex cauſa rationabili, quòdq́; iam id non ſit furtum, neque cõtra ius diuinum illud accipere, aut tollere. Quod etiam patet. quia ex cauſa poteſt Papa reuocare datum & contractũ inter Deũ & homines, & omnem obligationem humanam, quæ nõ requiritur ad eſſe ſacramenti, vt eſt cõtractus matrimonii, neque enim inſtituere, neque deſtituere poteſt ſacramenta: aliàs autem poteſt, vt diximus, reuocare prædictam obligationem humanam Deo quæſitam tàm in voto ſimplici, quàm in ſolemni, modò ſit obligatio cõſurgẽs ex ſola promiſsione, modò etiam ex actuali datione, vel exhibitione ſimul, & ſtatus religionis aſſumptione, ex quo ſola obligatio humana Deo acquiſita ex omnibus his actionibus hominis cõſurgit: ſicut & Papa poteſt calices, & templa Deo dicata, ſalua materia, execrare vel prophanare, & mancipia eccleſiæ donata ad prophanos vel ſeculares vſus in æter

num

num alienare ſecundum gloſſ. in re. iur. quod ſemel Deo,& ita hominem à ſtatu & obligatione religionis alienare, & illum non religioſum faccre poteſt.

Si euadendo, ſecundo negetur cōſequentia vel ſimile,eiusque probatio. tùm primo quia in datione,quæ eſt in voto ſolemni,eſt ſimul aſſumptio ſtatus per profeſsionem, vel ordinis ſacri receptionem in qua ſtat ſubſtantia voti ſolemnis, in illis autem exemplis minimè: tùm, ſecundo, quia ex datione & ſtatus aſſumptione, quæ eſt in voto ſolemni, non conſurgit ſola obligatio humana, ſed etiā ſimul diuina, ea ſcilicet quæ facit ſtatim perfectè

Euaſio. 2. religionis euangelicæ in tribus votis conſiſtere, quam Papa ideò diſſoluere non poteſt in voto ſolemni.

Replicatur. tùm primò, quia poteſt eſſe votum ſolemne ſine datione vel ſine ſtatus aſſumptione, vt ſi Eccleſia ſtatuat quòd votum continentiæ,vel religionis emiſſum coràm tribus vel quattuor teſtibus ſit ſolemne dirimens matrimonium: iam in illo voto ſolemni Papa poteſt diſpenſare ſicut in Sacerdotali etiam ſecundum ipſum Soto, & alios eiuſmodi opinionis, ergo ſolemnitas voti non ſtat in datione, & ſtatus mutatione,niſi ad hoc dicatur & bene,quòd illa opinio loquitur de voto ſolemni religionis ſtante lege eccleſiaſtica, & euangelica; quia de eius ratione eſt datio cum ſtatus perfectę religionis euangelicæ aſſumptione,de cuius eſſentia ſunt tria vota ex diuina inſtitutione,vt Soto probat vbi ſuprà. Votum autem ſolēne coram tribus teſtibus poteſt quidem inſtitui ab Eccleſia, ſed id eſſet alterius ſpeciei ab hoc, quod iam inſtitutum eſt, de quo loquimur: Ideò in illo poteſt Papa diſpenſare, ſicut in voto continentiæ ſacerdotalis, quia hæc de eſſentia huius ſtatus nō ē de iure diuino,ſed ex ſtatuto Eccleſiæ buic ordini annexa eſt.

Replica. Tùm, ſecundò, & fortius ad idem replicatur, quia dato quòd ſolemnitas voti ſtet in actuali datione, & ſtatus aſſumptione, tamen hoc non impedit quin Papa poſsit diſpenſare, quia ſicut Papa poteſt diſpenſare in paupertate, & obedientia relinquendo monachum ſub habitu ſuo, vel clericali, vt ſunt fratres Sancti Spiritus, & ſub obedientia Epiſcopi, vel alterius prælati, vel ipſius Papæ immediatè: & concedendo licentiam vt faciat de rebus ad libitum diſponendo in vita, & in morte, vt facit cum monachis, Epiſcopis,& cum aliis de monachatu ad clericatum tranſeuntibus, vt eſt pratti ca Eccleſię quæ non eſt reprobanda, dùm manifeſtè non conſtat de oppoſito,vt in præſenti non cōſtat vbi ſunt opiniones. Ita ergo ſimiliter in uoto ſolemni continentiæ poteſt diſpenſare, & ſoluere hominem ab obligatione, qua ſe religioni obligauit per ſimplex & per ſolemne votū, & de religioſo facere non religioſum:quamuis non poſsit facere quòd maneat vera & perfecta religio, & perfectus religioſus euangelicus ſine tribus votis, neq; ſtatum Euangelicæ Religionis diſſoluere poſsit, vt bene habetur in ca. cùm ad monaſterium. de regulari. lib.6. neque illud faciendo diſpenſat in iure diuino de implendo votum, ſed in materia eius vt dictum eſt.

Et ad illud quod ſecundo, in ſecunda euaſione dictum eſt quòd ex datione, & ſtatus aſſumptione conſurgit etiam obligatio diuina, contra quam Papa non poteſt,in quo ſtat tota difficultas: ad probādum id eſſe falſum nota quòd, vltra cōmunē obligationem iuris diuini, & naturalis de implendo omne votum tàm ſimplex quàm ſolemne, de qua non loquimur, quia ſupponitur quòd in ea Papa diſpenſare non poteſt, in voto ſolemni religionis ſunt quattuor, primum eſt promiſsio actuum religionis, ſecundum datio perſonæ Deo vel Eccleſiæ nominæ Dei ad dictos actus implendum, tertium Aſſumptio ſtatus religionis, per quem fit illa traditio, & acceptio in profeſsione,quartum eſt ipſa religio perfecta,& ſtatus euangelicus cōſtans ex tribus votis eſſentialibus ipſi religioni. Et hoc quartum,eſt de iure diuino ita quòd ex inſtitutione diuina de eſsētia religionis perfectę euangelicę ſunt illa tria vota, quæ ideò dicuntur eſſentialia religioni ſecundum diſtinct.ca. Cùm ad monaſterium,vt optimè vbi ſupra probat Soto,& de hoc hic nō agimus vtrū poſsit eſſe perfecta religio perfectèque religioſus euangelicus ſine tribus illius votis cum duobus tantum vel non. de tribus autē prioribus, quæ conſtituunt votum ſolemne huius religionis conſtat quòd ſunt actiones humanæ, & illæ tres obligationes ex tribus illis actionibus conſurgentes Deo acquiſitę conſtat ēt ꝙ ſunt ſolū humanæ, ſcilicet obligatio ex promiſsione,ex datione,& ex profeſsione,vel ſtatus illius aſſumptione, ſuntque materia generalis obligationis vel iuris diuini, & naturalis de implendo votum omne,tàm ſimplex, quàm ſolemne. Et ità patet quòd ipſum votum ſolemne vt tale nil iuris diuini habet admixtū, ſicut nec votum ſimplex religionis aut continentię,alioqui eadem ratione votum ſimplex religionis haberet ius diuinum admixtum, & eſſet indiſpenſabile, quia eſt de eadem religione vel continentia, quæ ſecundum opinātē eſt de iure diuino, ſicut & impletio voti cuiuſcunque de iure diuino eſt,& naturali. Nunc autem cum Papa poſsit ex cauſa omnē obligationem humanam diſſoluere, & in ea diſpēſare, ergo poteſt omnes tres illas priores obligationes diſpēſando diſſoluere,& maximè illam tertiam ne ſit iam homo religioſus nec obligatus alicui religioni aut voto,ſed quòd ſit vxoratus,& per conſequens in voto ſolemni religionis poteſt diſpenſare,ſicut in ſimplici,quamuis non poſsit facere quòd manens religioſus perfectus ſit vxoratus, aut proprium habens,quia id euangelicę religioni repugnat, ſtante lege poſita.

Ad primam ergo rationem primę opinionis reſpondeo negando maiorem. Poteſt enim ſuperior qualis eſt Papa vicem Dei gerēs auctoritate ipſius ex legitima cauſa id ius, ſicut & quamlibet obliga- *Reſpon. ad primam rationē 1.opi.*

tionem

tionem humanam Deo acquiſitam, ex promiſſione, traditione, & ſtatus aſſumptione tollere & reuocare eo ipſo, quo poteſtatem diſpenſatiuam ad paſcendum gregem Chriſtiai um illimitatam accepit, vt dictum eſt: neq; tunc fit contra ius naturale, neq; diuinum, neque capitur alienum inuito domino: ſed de eius voluntate quod erat alienum, & iuris Dei, iam ex cauſa legitima per diſpenſationē deſinit illius eſſe, & ad vſus prophanos tráſfertur, & ità patet reſponſio ad maioris probationem.

Reſpō. ad 2. Ad ſecundam reſpon. ad maiorem quòd eſt vera ſolum, quando illud maius vel minus eſt ratio quòd homo poſſit vel non poſſit in illud, aliàs autem negatur. Exempli gratia. Non ſequitur quòd ſi ego non poſſum armis aut ſcientia vincere ducem, aut militem regis, non poſſim etiam vincere ipſum regem in dignitate maiorem; quia ratio ꝙ poſſim vel non poſſim illum ſuperare, non dignitas maior aut minor, ſed perſonæ fortitudo, aut ſcientia ad eam victoriā pertinens eſt: Ita in propoſito Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio tantum rato, non quidem, quia minus vinculum, minusùe perfectum, quàm religio eſt, ſed quia eſt ſacramentum, quod Papa nec deſtituere, nec inſtituere poteſt, religio autem non eſt ſacramentū, ideò per diſpenſationem in toto, vel in parte illam diſſoluere poteſt.

Reſpō. ad 3. Ad tertiam, reſpon. quòd in illo caſu ſolū prætendit Papa quòd cum monacho Papa non poteſt diſpenſare, vt maneat monachus perfectus in perfecta & euangelica religione, quam profeſſus eſt, & quòd ſimul habeat proprium, aut vxorem, quia hæc omnia tria vota ſunt de ſubſtantia religionis euāgelicę adeò ꝙ altero ablato iā ipſa religio diſſoluitur, & ipſe iam religioſus illius deſinit eſſe: cum quo ſtat quòd ex cauſa rationabili ille de religioſo per diſpenſationem poteſt fieri nō religioſus, aut in toto, vel in parte ab obligatione illius religionis diſſolui: & ita in voto ſolemni diſpenſari poteſt: ſed ad id maxima cauſa neceſſaria eſt, quæ quia vix accidit, ideò non niſi bis, aut ter per Martinum V. & Eugenium IIII. ſuper hoc legitur diſpenſatum, & quidem, ſi benè conſideretur intentum, & cauſa decretalis illius, non eſt negandum hoc, quod dictum eſt, & nihil aliud ibidē eſſe diffinitum, vt glo. ibidem tangit.

Igitur hanc ſecundam opinionem tenent communiter doctores, & multi etiam Thomiſtæ vt Caietanus in quodlib. & Ambroſius Catharinus, & Turrecremata in decreto diſtinctio. 32. ca. de illo clerico. vbi & refert Beatum Thomam in quarta diſtinctio. 38. & multos alios id tenuiſſe, quòd ſcilicet ex magna cauſa communi puta, pro regni cōuerſione, vel pace, quæ non aliter ſperaretur tàm commodè fieri, licita eſſet Papæ diſpenſatio, vt religioſus exiens religionem vxorem duceret, ſicut & cum quodam rege Aragoniæ legitur factum eſſe.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

Vtrum matrimonium ratum non conſumatum poſſit auctoritate Papæ diſſolui, aut diſpenſari.

RESPON. eſt duplex opinio prima Ioā. Andreę. in nouella, & glo. in ca. ex publico. de cōuerſ. coniug. & Hoſtien. et Archidiaco. in ca. qua propter. 27. q. 2. et Floren. 3. par. ſum. titu. 1. ca. 22. et Caiet. in. 2. quodlib. q. 25. et multorum aliorum Vtriuſque Iuris quòd ſic, quę probatur ſexcupliciter. Primo quia ſi eſſet īdiſſolubile, auctoritate Papę hoc eſſet, quia plena indiſſolubilitas eſſet de ratione eius, ſed hoc eſt falſum, ergo. conſequentia patet cum maiore, et minor probatur, quia vt matrimonium eſt naturæ officium vtique poteſt diſſolui etiam conſumatum, ut conſtat de matrimonio infidelium, quorum alter ad fidem conuertitur, et alter non vult ſine iniuria creatoris cum eo viuere prima Corinth. 1. et ſecundum communiter doctores in. 4. diſtin. 33. 1. Rem.

Vt autem ratū matrimonium eſt ſacramētū, et non eſt indiſſolubile, ut conſtat tàm ex parte contrahentium, qui per ingreſſum religionis poſſunt ſeparari, quàm ex parte effectus gratię ibi collatę, quę et ab indiſpoſitis non haberi, et à diſpoſitis ſuſcepta facilè amitti poteſt, quàm etiam ratione repręſentati primò et principaliter ſcilicet coniunctionis Chriſti et eccleſiæ Epheſ. 5. Sacramentum, hoc magnum eſt in Chriſto, et Eccleſia, quod propriè eſt dicere matrimonium vt eſt Sacramētum, ideſt ſignificatiuum talis coniunctionis, et ratione eius. Nam quoad hoc conſtat tale matrimonium ratum vt eſt Sacramentum, id primò et principaliter non ſignificare, quod dupliciter probatur, primò quia in cauſa. debitum. de bigamis. Papa determinat quòd maritus virginis à primo viro defuncto relictę non eſt bigamus: ex quo arguitur, quòd ſi non eſt bigamus, ergo in hoc ſecundo matrimonio non eſt defectus ſacramenti: ratio enim bigamię eſt ſolum defectus ſacramentū, quia ſcilicet non eſt vnus vnius, ſicut vnus Chriſtus vni tantum eccleſiæ vnitus eſt. et ergo illud matrimoniū ratum non fuit perfectè ſacramentum repręſentās coniunctionem Chriſti, et Eccleſię, quia ſi eſſet, iam hoc ſecundum nō poſſet illam vnionem vnius cum una repręſentare, et iſte ſecundus illam ducēs bigamus eſſet: ex quo in coniugio huius cum illa eſſet defectus repręſentationis ſupradictæ, quia uidelicet illa non vnius, ſed duorum ſucceſſiuè uxor eſſet. Secundo probatur, quia in eo ca. debitum. et 27. q. 2. ca. Cùm ſocietas, expreſsè dicitur quòd ſocietas nuptialis ita eſt à principio inſtituta, ut præter commixtionem ſexuum non habeat Chriſti, et Eccleſiæ ſacramentum. et B. Tho. in. 4. diſtin. 27. q. 1. art. 3. dicit quòd quia matrimonium ratum ſignificat coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtū et animam, et hęc eſt ſolubilis, ideo religionis ingreſſus ſoluit hoc ſacramentū: ꝙ ſi illud matrimonium

nium ratum illá vnionem Chriſti & eccleſiæ indiſſolubilem non repræſentat. ergo vt eſt ſacramentum,& rõne illius repræſentationis,quam non habet,indiſſolubile non eſt.Et ita dicit B.Tho.vbi ſupra quòd hoc matrimonium non eſt perfectum, nec plenam indiſſolubilitatem habet.

2.Ratio. Secundò probatur opinio,quia ſi tale matrimonium ratum ſignificaret illá coniunctioné inſeparabilé inter Chriſtum & eccleſiá. ergo nec per ingreſſum religionis ſolui poſſet : quia violatio illius ſacramenti,& ſignificationis ſacrilega eſſet : & ibi ſignificaretur ꝙ ſolubilis eſſet coniunctio in illo matrimonio ſignificata . Cõſequés aũt eſt falſum: quia regulariter ſine vlla diſpenſatione licitum eſt illis ingredi religionem,vt conſtat,ergo & antecedens,ex quo id in illa bona ſequitur conſequentia .

3.Ratio. Tertiò probatur idem,quia in ca.ex publico.de conuerſione coniugatorũ dicitur ꝙ id Matth. 19. Quod Deus cõiunxit hõ non ſeparet, intelligendũ é de matrimonio cõſummato , & nõ rato dũtaxat.

4.Ratio. Quartò probatur idé,quia in ca.inter corporalia,& ca. quãto. de tranſlatione Epi . habetur,cùm fortius ſit ſpũale vinculum,quàm carnale,dubitari nõ debet,ꝙ omnipotens Deus ſpũale coniugium, quod eſt inter Epũm & eccleſiá,ſuo tãtum iudicio reſeruauit diſſoluẽdum , qui diſſolutionem ẽt carnalis coniugii,quod eſt inter virũ & vxoré ſuo tantũ iudicio reſeruauit , præcipiens vt quod Deus cõiunxit hõ non ſeparet.Et ſubditur. Non.n.humana ſed diuina potius ptãte coniugium ſpirituale diſſoluitur,cùm per tranſlationem,depoſitionem,aut ceſsionem auctoritate Ro. Pontificis, qué conſtat eſſe Vicarium Chriſti Ieſu , Epiſcopus ab eccleſia remouetur.Et ideò tria hæc,quæ præmiſsimus nõ tàm conſtitutione canonica,quàm inſtitutione diuina ſoli ſunt Ro.Põtifici reſeruata.Hæc ibi.Quæ oĩa notanda ſunt.Ex quo arguitur ꝙ ſi illud fortius vinculum Epi cum ſua eccleſia Papa põt auctoritate diuina ſibi data diſſoluere . ergo à fortiori eadé auctoritate diſſoluere põt vinculum matrimonii rati,quod minus forte eſt.Et hæc conſequentia inde magis probatur,ꝙ ea,quæ de vinculo matrimonũ non diuidendo dñr.Matth.19.& 1.Cor.7.Alligatus es vxori &c.Papa in ſupradictis cap.expreſſè tribuit Epiſcopo cum ſua eccleſia.

5.Ratio. Quintò probatur idé , quia tale matrimonium ratum põt diſſolui per ingreſſum religionis,vt cõſtat extra.de conuerſione. coniuga. & probat Sco. in 4.diſt.31.cõtra Panor.extra.Qui clerici vel vouentes,quamuis ẽt Gerſon in regulis moralibus c. de matrimonio aliter dicere videatur . ergo, & per Papam diſſolui poteſt. Si hæc conſequentia negetur quia illud fit ex inſtitutione diuina ſpeciali id concedente,& ſolus Deus id concedere,aut facere potuit,nõ aũt Papa,cui ſupra ius diuinum abſolutum non eſt data poteſtas , ſicut nec ad ſoluendum matrimonium conſummatum.

Contra hoc replicatur,quia ẽt ſecundum ipſum Scotum diſ.38.& multos alios Papa põt diſpẽſare in voto ſolẽni caſtitatis vel religionis,vt.ſ.religioſus religione relicta ducat vxoré ex cã rõnabili.ergo,& in matrimonio rato. patet cõſequẽtia,quia ſi põt in illud,quod é fortius vinculũ, ex quo diſſoluit matrimoniũ ratũ.ergo põt in illud,quod vtpote minus forte per illud diſſoluitur,vt ſupra dictum eſt .

Sextò probatur idé,quia vt refert Florẽt. vbi ſupra Martinus V. & Eugenius IIII. & poſteà plures alii Ro.Pontifices in tali matrimonio rato diſpenſauerunt,& non ſunt propter hoc reprobandi dum de oppoſita veritate non conſtat manifeſtè. 6.Ratio.

SECVNDA opinio cõis Theologorũ in 4.diſ.33. & 27. & canoniſtarum vbi ſupra tenet oppoſitum. quod probatur ſexcupliciter. Opinio 2. Primo,quia indiſſolubilitas matrimonii ẽ rati eſt immediatè de iure naturali & diuino abſoluto, i. quod non oritur , nec pẽdet ex aliquo actu humano, ſed ex Dei præcepto vel ſtatuto tm̃, vt eſt præceptũ de baptiſmo, de confeſsione, & ſunt præcepta decalogi, quæ ex nullo actu humano dependẽt,ſed quia Deus,& ius naturale id pręcepit.quod cõſtat:tũ primò,quia de rõne matrimonii é talis indiſſolubilitas , vt ex eius diffinitione patet:tũ ſecũdò.1.Cor.7.His qui matrimonio iũcti ſunt,præcipio nõ ego,ſed dñs vxorem à viro nõ diſcedere.Et Ro.7.Mulier viuẽte viro alligata é legi,&c.tũ tertiò,quia de diuortiis in multis ca. habetur ꝙ eius indiſſolubilitas eſt de iure diuino: ergo Papa non põt per diſpẽſationé illud diſſoluere,ſicut nec in iure prædicto diuino & naturali abſoluto diſpẽſare poteſt, aliàs faceret contra id Matth.19. Quod Deus coniunxit hõ non ſeparet.

Neque valent duæ euaſiones Caietani negantis conſequentiá, prima,ꝙ prædicta oĩa intelliguntur de matrimonio conſummato & rõne eius,quia videlicet ad illud tanquá ad perfectũ matrimonium in ſignificãdo coniunctioné Chriſti,& eccleſię referuntur oĩa verba illa.Et Gen.2.& rõ indiſſolubilitatis matrimonii:de matrimonio aũt rato non niſi inchoatiuè,& in ordine ad conſummatũ intelliguntur.Secunda euaſio ꝙ intelliguntur formaliter de ſe.i.quia matrimonium de ſe eſt indiuiſibile: ſecus aũt ſi impediatur,vel diſſoluatur per eũ, qui id facere põt,qualis eſt Papa per ſuá diſpenſationé, qa ẽt ait ꝙ cùm Papa diſſoluit non hõ , ſed Deus diſſoluit,cuius auctoritate id fit. Nam contra primam euaſionem arguitur primò,quia Matt.19.generaliter fuit dñs interrogatus à phariſæis, An ex quacunque cauſa liceret relinquere vxorem, & ità ẽt generaliter abſque vlla diſtinctione matrimonii rati vel conſummati dñs reſpondit , Non legiſtis &c.Quod Deus coniunxit homo non ſeparet, &c. Item quia ſi ſolum de conſummato intelligeret.ergo ratum poſſet ex ſola voluntate , vel ex qualibet cauſa ſine vlla diſpenſatione diſſolui. Iterum tertiò, quia ex prædictis verbis dominus non nouum ius ſuper induxit matrimonio inſtituto prius in paradiſo : ſed ſolum per conſequentiam ex Dei verbis ore Adæ prolatis , Propter hoc relinquet homo , &c. Gene.2. infert dominus , Matth. 19.

reſponſionem ſuam quòd ergo. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Igitur de eodē matrimonio intelligitur hoc conſequens de quo antecedens ex quo infertur. Nunc aūt illud antecedēs, Propter hoc relinquet homo patrem &c. Gen. 2. dictum eſt & intelligitur de matrimonio rato nondū conſummato, quod erat in officium naturæ ēt pro quando ſolum ratum erat: nam id dixit Adā excitatus à ſopore cùm primum vidit vxorem à Deo ſibi datam in ſtàtu innocentiæ, ergo de tali matrimonio rato intelligitur cōſequens, quod inde Matth. 19. dominus infert. quod & magis confirmatur, quia ideò dicitur ratum, quia videlicet firmum & humana voluntate iam indiſſolubile eſt.

Contra ſecundā euaſionem arguitur, quia idem eſt ac ſi diceretur quòd nō poteſt diſſolui, niſi per potentem diſſoluere diſſoluatur, quæ nugatio manifeſta & ridicula eſt: & contra intentionem Chriſti dicentis Matth. 19. homo non ſeparet quod Deus coniunxit. Et quamuis Papa auctoritate Dei, vt miniſter eius faciat, quod facere pōt, & ita Deus per ipſum id faciat. At dum Chriſtus vbi ſupra dicit quod Deus cōiunxit homo non ſeparet, certè ſignificauit ꝙ nullus hō ad id habet poteſtatem à Deo ſibi cōceſſam, ſed ſibi ſoli reſeruauit, ſicut & ad pręcepta iuris diuini & naturalis abſoluti ſoluendum & diſpenſandum, vt dictum eſt. Et confirmatur, quia matrimonium ratum eſt ſacramentum nouæ legis. ergo ſicut Papa id nō poteſt inſtituere, ità nec deſtituere.

Secundò probatur opinio, quia ſi Papa in eo pōt diſpēſare: ergo & illud oīnò ità diſſoluere, ꝙ ſequelam eius, quæ eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, ſoluere pōt. Et ita poſſet facere quòd quis habeat vxorē eam, quæ verè fuit vxor patris, contra id 2. Corint. 5. Auditur inter vos fornicatio qualis nec eſt inter gentes, vt quis habeat vxorem patris: vbi oſtenditur id eſſe contra ius naturale indiſpenſabile.

Tertiò probatur, quia alias ſequeretur quòd in lege euangelica licitus eſſet libellus repudii & magis, quàm in lege veteri, vt. ſ. vir relinquat vxorem, & è cōuersò, idq; ex quacunque cauſa, & aliam ducat, contra Matth. 19. Qui dimiſerit vxorem mœchatur: in lege. n. veteri vir vxorem, & non vxor virum dimittere poterat, & id adhuc probabilior opinio potiorumq; doctorum tenet quòd non licite fiebat. Prædicta autem opinio prima dicit in lege gratiæ ex Papæ diſpenſatione tàm viro, quàm vxori id licitum eſſe, quod certè abſurdum videtur.

Quartò probatur. quia inde ſequeretur quòd ſæpius poſſet quis cum eadem, aut cum diuerſis cōtrahere, viuentibus adhuc prioribus coniugibus, id quod maximè in principum connubiis magna diſſenſionis occaſio eſt.

Quintò probatur, quia ſi ex aliqua cauſa eſſet in matrimonio diſpenſandum, maximè rōne impotentiæ poſt matrimonium contractæ, aut rōne hæreſis cum contumelia creatoris, qua aliqua pars retraheretur à fide, aut rōne lepræ, qua altera pars inficeretur, ſed ex nulla harum cauſarum pōt fieri diſpenſatio, ergo, conſequentia patet cum maiore, & minor probatur ꝑ prima parte. extra. de frigid. & malef. & pro ſecūda in c. quāto. de diuortiis, & pro tertia. de cōiugio leproſorum. Quod etiam confirmatur quia ſi id liceret, & prima per diſpenſationem relicta, aliam ſuperinducere, certè non determinaretur vniuerſaliter in cap. gaudemus. de diuortiis, quòd ſi quis cōuertatur ad fidem, qui prima relicta ſecundam acciperet, compellatur cum prima manero: poſſet enim diſpenſari, vt relinqueret illam priorem ſi ſolum erat matrimonium ratum, ſi in eo Papa potuiſſet diſpenſare.

Sextò probatur ex concilio Eliberitano ca. 8. & 9. & Toletano. 1. ca. 16. & Toletano. 12. ca. 8. & ex decreto Siriaci ca. 4. & Innocentii ad Victorem c. 12. & ad Exuperium ca. 6. & Calixti Papæ decreto, 20. & ex epiſtola B. Gregorii Papæ ad Theoſticam patriciā. Et ità demum oppoſita opinio, prima, ad 10. errorem Græcorum, & ſecūdum Armenorum, vt patet ex Guidone de hæreſibus, accedit.

Resp. ad 1. rationem primæ op.

AD rōnes, ergo ſuprapoſitas in prima opi. reſpon. ad primam negando minorem, & ad eius probationem negatur quòd matrimonium, vt eſt officium naturę, poſsit diſſolui: nā ſi ità eſſet certè quilibet ſuperior, maximè in ſpiritualibus, pro bono publico eadē rōne ēt in lege naturæ, & ſcripturæ poſſet etiā in matrimonio conſummato diſpenſare, cū talis contractus ſuæ ſit iuriſdictioni ſubiectus, & ab eo legitimabilis à principio: & ità poſſet facere quòd quis per diem tātum matrimonium conſummatū haberet: quod perinde eſſet, ac ſi concederet, vel faceret fornicationem licitā eſſe: quod tamen, vt cōſtat, bono prolis & iuri naturali repugnat: illa autem diſſolutio matrimonii, quæ fit, altera parte ad fidem cōuerſa, non fit ab homine, ſed ſola diſpoſitione iuris diuini & naturalis: quare ex ea non habetur quòd ab homine (etiam Papa) poſsit in tali uinculo diſpenſari. Negatur etiā ſecundò, quòd matrimonium, ut eſt ſacramentū, ſolubile ſit. Et ad probationem negatur ultima conſequentia. Malè nāq; ibi inquritur rō indiſſolubilitatis eius, ex illius repręſentatione: & cōſequenter ex hac malè arguitur indiſſolubilitas, & è conuerſò, ex non repręſentatione diſſolubilitas huius uel illius ſacramenti. Nam non eſt indiſſolubile, quia unionem Chriſti cum eccleſia hanc uel illam repręſentat, ſed potius, quia ex ſua natura & inſtitutione diuina eſt indiſſolubile, illam unionem aptè repræſentat, quò fit ut tàm ratum, quàm conſummatum, diſſolui non poſſit, niſi ubi ipſum ius diuinum uel naturale id cōcedit, uel ſtatuit, uidelicet illud ī ingreſſu religionis, hoc autem in conuerſione alterius coniugis ad fidem, dùm alter ſine iniuria creatoris cohabitare non uult. Et ità probatio ſumpta ex ca. debitum De bigamis. malè procedit ex illa repræſentatione tādem arguens indiſſolubilitatem ſacramenti, quod patet falſum, & malè procedere: tum primò, quia eſſe bigamum eſt poſterius matrimonio,

& prouenit cõtingenter ex eccleſiæ ſtatuto, vel illegitimatione, in qua, ſ. pœna bigamię poteſt diſpẽſare: tùm ſecundò, quia ex ca. acutius. & c. vna. diſt. 26. qui ante baptiſmum habuit vnam vxorem, & alteram poſt baptiſmum, verè bigamus eſt: & tamen primum matrimonium verum etiã cõſummatum verè diſſolubile fuit, quamuis vnionẽ Chriſti & eccleſiæ indiſſolubilem repræſentaret.

Negatur etiam maior vbi dicitur ꝙ matrimonium ratum non repręſentat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. & ad primam probationem ex c. debitum, quòd ſi non eſt bigamus &c. negatur ſecunda conſequentia vbi dicitur ꝙ ergo illud matrimonium ratum non repræſentabat cõiunctionẽ Chriſti & eccleſię. & ad ſecundam probationem ex dic. c. debitũ. & c. cùm ſocietas. vbi expreſſè dicitur id, quod habetur in ſupradicta maiore, dico ꝙ duplex eſt vnio Chriſti eccleſiæ, altera per fidem, & gratiam, vel charitatem: quæ vnio eſt indiſſolubilis, & fuit ſemper ante incarnationẽ, ſicut & ſemper fuit eccleſia Deo dilecta, quãuis hoc aliquo modo malè negare videatur Caietanus vbi ſupra: & hanc vnionem matrimonium ratum repræſentat: quod inde patet, quia matrimonium Adæ ratum in ſtatu innocẽtiæ illã repræſentauit Epheſ. 5. Sacramentũ hoc magnum eſt in Chriſto &c. quãuis ẽt hoc malè neget Caietanus dicẽs quòd imperfectè, & inchoatiuè tantum, & inordine ad matrimonium conſumatum id repræſentat. Sed certè quia ſi matrimonium ratum eſt diſſolubile, per ingreſſum religionis illam coniunctionem Chriſti & eccleſię nõ repræſentaret: ergo nec cõſummatum illã repræſentaret, quia ẽt per conuerſionem alterius coniugis ad fidem altero nolente ſine iniuria creatoris cum illo manere, diſſolubile eſt. Altera cõiunctio Chriſti & eccleſiæ eſt per vnionem hypoſtaticam naturæ humanę ad verbum, in qua verbum accepit poſſeſsionem humanæ naturæ, ità vt Deus homo, & hõ Deus ſit, & hanc repræſentat ſolum matrimonium conſummatũ, in quo alter alterius ſumit poſſeſsionem, & vna fit caro vtriuſque: & de hac tantum vnione loquitur expreſſè dictum ca. debitum. & ca. cum ſocietas, ꝙ hanc non repræſentat matrimonium ratum, quamuis dicere poſſemus quòd licet nõ prędictam vnionem hypoſtaticam, bene tamen eius indiſſolubilitatem vtique repræſentat. Et B. Tho. vbi ſupra allegatus intelligit quòd matrimonium ratum nõ eſt tàm perfectum, nec tàm indiſſolubile, vt conſummatum: quia videlicet illud per religionis ingreſſum diſſolui poteſt ex inſtitutione diuina, hoc autem minime: & quia illud non ità repræſentat vnionem hypoſtaticã, vt conſummatum: non autem intendit quòd illud per hominem, etiam per Papam vllo modo diſſolui poſsit.

Reſp. ad 2. Ad ſecundam rationem principalem reſpõdeo negando conſequentiam, neque enim violatur ſacramentum, neque id ibi ſignificatur: quia, vt diximus, ex ſignificatione nõ ſumitur inſolubilitas matrimonii, ſed ex ſua natura & inſtitutione diuina, exceptis caſibus diuino iure ſtatutis, quale eſt hoc de ingreſſu religionis, vt ex ſupradictis conſtat, alioqui eadem ratione argueremus quòd per conuerſionem, alterius coniugis ad fidem altero nolente ſine iniuria creatoris cum illo cohabitare non diſſolueretur matrimoniũ conſummatum, quia ſignificat indiſſolubilem coniunctionem hypoſtaticam Chriſti & eccleſiæ: quod tamen argumentum erroneum eſt.

Ad tertiam reſpon. ꝙ id intelligitur ad intentionem ipſius cap. ex publico, videlicet quò ad hoc vt non diſſoluatur per ingreſſum religionis, de quo ibi ſermo eſt. Nam quò ad hoc illud Matth. 19. Quod Deus cõiunxit &c. intelligitur ſolũ de matrimonio cõſummato, quod per religionis ingreſſum nõ diſſoluitur: ratum aũt ſic ex inſtitutione diuina. *Reſp. ad 3.*

Ad quartum reſpon. prius notando quòd aliqua obligatio dicitur maior, vel fortior alia dupliciter. Vno modo quia peccatum contra illam eſt maius aut grauius, vt eſt mortale, reſpectu venialis, aut ẽt mortalis peccati non ęque grauis. Alio modo quia indiſſolubilior: & ſic obligatio de non mentiendo, quod ex ſuo genere ſolum eſt veniale, eſt maior, quia. ſ. nunquam ẽt pro ſaluãda vita diſſolui poteſt: & ità ad dic. ca. inter &c. dico quòd cõiugium Epiſcopi cum ſua eccleſia eſt quidem maius, i. dignius & perfectius, quia. ſ. ſpirituale, & ad prolem ſpũaliter Deo generãdam vt ibi gloſſat Panor. eſt ẽt maius vel fortius, quia ſub maiori culpa obligat; nam grauius peccat Epiſcopus, qui ſine cã auctoritate ſua ſuam dimittit eccleſiam, quàm vir ſuam dimittens vxorem: & hoc eſt quod in dic. c. prætenditur, & ad hunc ſolum finem ſunt intelligendę auctoritates, quæ de matrimonio corporali ad metaphoricum & ſpirituale Epiſcopi cũ ſua eccleſia transferuntur, & ei attribuuntur: non tamen eſt maius vel fortius, i. indiſſolubilius quàm matrimoniũ ratum, quod ſola Papæ auctoritate, vel diſpenſatione diſſolui non poteſt. Nec oppoſitum ibi Papa dicere voluit, vt patet ex eodem Innoc. in ca. ex parte, de conuerſi. coniugat. & de diuortiis. in ca. gaudemus. & c. quanto, vt ſupra probatum eſt: nam & in ca. ex publico. de conuer. coniuga. dicit illud Mat. 19. Si quis dimiſerit vxorem ſuam mœchatur, eſſe intelligẽdũ de matrimonio conſummato, vt ſupra in reſpon. ad tertium dictum eſt. Cum ergo intelligat de eodẽ, de quo prius dixerat, Quos Deus coniunxit &c. ex quo textus ibidem vniformiter de eodẽ matrimonio ſemper loquitur, ſequeretur vtiq; ꝙ ſicut epiſcopatus vinculũ cũ ſua eccleſia, de quo dicit illa verba eſſe ſpũaliter intelligẽda, ita & matrimonium cõſummatũ poſſet Papa diſſoluere, eadẽ rõne ipſius Innocẽtii, quia. ſ. maius, ſeu fortius eſt vinculũ matrimonii ſpiritualis Epi cũ ſua eccleſia, quàm carnalis cõſummati, quod tñ nullus fidelis dixit. Nõ igitur intendit niſi vt declaratum eſt.

Ad 5. reſpon. vt ibi vſque ad replicam ad quam ẽt reſpõ. dupliciter. Primo negando añs ſecundum Tho. & alios vt ſupra in 24. q. præcedente habetur. *Reſp. ad 5.*

Secundo modo ēt ſi concedatur antecedens ſecundum aliā Scoti & aliorū opinionē, negatur conſequentia, quia diſpēſatio in votis oibus eſt cōceſſa Papæ per eandē rōnem, quia. ſ. ibi eſt ius diuinū, vel naturale non abſolutū, ſed ortū vel pendens ex præſuppoſita voluntate, vel actu hois: ſecus in matrimonio quocūq; ēt rato: quia eius vinculū & obligatio eſt de iure diuino, & naturali abſoluto, vt eſt obligatio de baptiſmo, & confeſsione vel pnīa, in quo Papa diſpenſare non pōt, vt ſupra probatū eſt. Et ad probationē ſi pōt in fortius &c. reſpō. diſtinguēdo antecedens, conceditur. n. ꝙ votum ſolēne eſt fortius actiuè, quàm matrimonium ratū, ex quo illud diſſoluere pōt: non tamē eſt fortius paſsiuè, i. non eſt indiſſolubilius: Sicut. n. ſtat ꝙ aliquod agēs naturale puta ignis ſit maioris actiuitatis & minoris reſiſtētiæ, quàm aqua, & è conuerſo, ità in propoſito votū ſolēne eſt actiue fortius, i. maioris actiuitatis ad diſſoluendū matrimonium ratum: quia quò ad hoc eſt de iure diuino abſoluto: ſed nō paſſiuè, quia quò ad hoc eſt minoris reſiſtētiæ ex quo per Papā diſſolui pōt, quia quò ad. i. de iure diuino ex ſuppoſitione, vel orto ex humano actu vel volūtate, ideò quò ad hoc minus forte eſt. Matrimoniū aūt ratū ex iure diuino, & naturali abſoluto, & ex cōſequenti paſsiuè fortius eſt, vt videlicet niſi per ipſum Deum diſſolui non poſsit. Ideò in quo ſenſu conceditur antecedens ꝙ ſcilicet votum ſolemne eſt actiuè fortius, negatur conſequentia, quia à fortiori actiuè ad fortius paſsiuè ęquiuocè ꝓceditur.

Reſp. ad 6. Ad ſextum reſpō: ꝙ Pontifices illi in ſuis diſpenſationibus ſicut & in aliis ſuis actibus, qui non ex diffinitione & conſultatione præuia ſed ex relatione, & ex ſua voluntate procedūt, vtique errare potuerūt, nec hoc vllus catholicus, ſed nec ipſa experiētia negat. Vtrum aūt de facto errauerint, meum nō eſt diffinire: ſolius Dei iudicium eſt, dum de ea re manifeſtè non conſtat.

Corol. Ex ſupradictis videtur corolariè ſequi quòd qui tenerent matrimonium ſine ſacerdote miniſtro eccleſiæ contractum, vel clandeſtine, vel per procuratores, vel per literas inter abſentes eſſe quidem contractum ciuilem vel naturalem matrimonii: non tamen ſacramentum matrimonii propriè conferens gratiam, vt alia ſacramenta nouæ legis, vel ſicut eſſet, ſi per ſacerdotem fieret, vt tenet Canō de locis Theologicis lib. 8. ca. 5. ſecundum Caietanum in quodlibeto: Si conſequenter facilè dicerent Papam in matrimonio tantum rato celebrato ſine ſacerdote poſſe diſpenſare ex cauſa rationabili, ſicut in aliis contractibus per eandem rationem: & ſicut in votis ſaltem non ſolemnizatis per ſacrum ordinē, aut per ingreſſum religionis. quia & ex matrimonii tantum rati diſſolutione non imminent inconuenientia, quæ ex diſſolutione matrimonii conſumati ſequuntur. Sed quò ad vtrunque cōiter tenetur oppoſitum: ꝙq; tale matrimonium ſine ſacerdote cōtractum eſt ēt ſacramētum nouæ legis conferens gratiam debite diſpoſitis.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

Quando neceſſarium ſit eleemoſynam erogare.

IN hac quæſtione præſupponitur præceptum eſſe iuris diuini & naturalis eleemoſynam indigentibus erogare, quod & notiſsimum eſt. Ideò ſolum hic agitur quibus & quādo id obligatorium ſit: pro cuius maiori declaratione prænotandum eſt ꝙ ex parte indigētis eſt triplex neceſsitas, videlicet extrema, magna, & cōis. Extrema dicitur non ſolum quando quis animam illicò exhalabit, ſi ei nō ſubueniatur: ſed ēt quando in ipſo indigente apparent ſigna nota vel manifeſta, ꝙ ſi per cibum, vel medicinā, vel aliàs, vt oportet, illi nō ſubueniatur, ad breue tēpus deficiet vel morietur. Ad hanc ēt reducitur quaſi extrema neceſsitas, quæ videlicet tāta eſt ꝙ niſi illi ſubueniatur, veriſimile eſt ꝙ vita illius notabiliter abbreuiabitur, aut in aliquam notabilem infirmitatem cadet. Et hæc neceſsitas extrema, vel quaſi, appellatur neceſsitas naturæ vel abſoluta. Notabile.

Secunda neceſsitas dicitur magna, grauis, vrgens, & arcta, vel decentiæ ſtatus, aut perſonæ, vt perſona dicit conditionem aut dignitatem, dicitur ēt neceſsitas conditionata. Et hæc eſt quando quis ad eam miſeriā decidit, vel in eius periculo eſt, vt ſecundum ſtatum aut cōditionem ſuā decenter viuere nō poſsit, ſed miſeram & abiectam vitā agat prę aliis hoībus eiuſdem cōditionis, vt qui propter debita, quæ ſoluere non pōt in carcere diu detinendus eſt, aut quia in captiuitatem vel ſeruitutem eſt coniectus, aut quia de mendicatis priuatim vel occulte, aut ad miſericordiam hominum viuere, vel aliis multò inferioribus viliter ſeruire oportet, vt habeat vnde vitam agere poſsit. Nam dùm ad hāc indecentiam vel miſeriam vitæ hō nō decidit, nec periclitatur ad illam, quamuis cum labore & penuria ſuum victum, & veſtitum aequirat, nondum dicitur neceſsitatē decentiæ ſtatus habere. Cum decentia. n. bene ſtat penuria, ſicut & abundantia intra illius latitudinem, vti paulo inferius habetur.

Tertia eſt neceſsitas communis, & pauperum mendicantium, qui in ſtatu & numero pauperum ſunt, & computantur in populo, modò publice, modò priuatim, vel occulte mendicent, aut de miſericordia hominum communiter viuant ſaltem pro maiori parte rerum, quibus ad vitam vtuntur.

Item ex parte dantium ſunt etiam triplicia bona, ſ. neceſſaria naturæ, & decentię ſtatus, & ſuperflua. Neceſſaria naturæ dicuntur illa, quæ ad naturam vel vitam hoīs, & ſuæ familię, & eorum, quos alere tenetur, ſunt neceſſaria ità ꝙ ſine eis viuere non poteſt, & hęc abſolute neceſſaria dicuntur.

Secūdo neceſſaria ad decentiā ſtatus vel perſonæ, vt perſona cōditionē dicit vel dignitatem, ſunt ea oīa, quæ ad ſubſtentādum ſtatum præſentem, in quo homo eſt in ſuo honore, atque decentia pro ſe, ſuaque familia requiruntur, tàm in victu, &

veſtitu,

veſtitu,& domo, & ornamentis, & debito equitatu,quàm etiam pro conuiuiis,& hoſpitiis amicorũ, & hoſpitum & donis, ſiue muneribus, ſumptibus, & magnificẽtiis honeſtis & rationabilibus, quæ ab eiuſmodi conditionis & ſtatus hominibus fieri ſolent:& pro omnibus caſibus non quidem qui in futurum contingere poſſunt,ſed qui probabiliter timentur vel ſperantur quòd contingent, videlicet pro infirmitatibus,pro bellis imminẽtibus,pro nuptiis & dotibus filiorum & filiarum, & pro augendo vel paulatim ampliando patrimonio ſine mortali exceſſu ad filios hæreditandum,vt decenter viuere poſsint,& pro mutando ſtatum,& pro aliis operibus piis aut licitis, quæ aliàs ab eodem officiosè fieri valerẽt. Ea igitur omnia,quæ ad prædicta hæc requiruntur dicuntur neceſſaria ſtatus ſiue ad decentiam eius,ita ꝙ iſta decẽtia & ea, quæ ad ipſam requiruntur non conſiſtunt in indiuiſibili, ſed habent ſuam latitudinem ſecũdum commune hominum iudicium,nõ quidem auarorum aut ambitioſorum,ſed proborum atque prudẽtum,attenta locorum & temporum qualitate. Nam & quo maior eſt ſtatus, maior eſt etiã eius decentiæ, & ad eam requiſitorum latitudo, vt cõſtat in magnatibus & regibus,quorum decentia ſtatus intra ſuam latitudinem multa admittit, quæ aliorum decentiæ valdè ſuperflua ſunt. Quò fit vt regulariter difficile poſsit ad punctũ iudicari quò & quando ſufficiant ſiue ſuperfluant ad cuiusq; ſtatus decentiam & latitudinem. Vnde & coniecturale iudicium ſine notabili exceſſu atq; defectu ſufficit ad rectè vel inculpabiliter cenſendum circa hæc.

Tertiò ſuperflua dicuntur dupliciter contra duplicem neceſsitatem ſupradictam. Sunt enim ſuperflua tantum naturæ, quæ ad eam ſubſtẽtandam non requiruntur,quamuis ad decentiam ſtatus neceſſaria ſunt. Sunt etiam ſuperflua decentiæ,quæ extra latitudinem ipſius notabiliter haberi cenſentur: & ea poſsidentes dicuntur diuites,& ſubſtantiã huius mundi habentes. Cum ſupradictis conſonant Caietanus in quodlibeto de eleemoſyna.& 2.2.q.32.art.5.ſecundum Tho. ibidem & in 4.diſtin.15. & Sylueſter titu. eleemoſyna q.1.& in ſua aurea roſa.q.impertinenti. caſu.57. & Nauarro in ſum.ca.24.num.6.& 7.Et Medina de eleemoſyna, & doctores communiter.

Propoſitio 1 His ſuppoſitis ſecundum triplicem bonorum & neceſsitatum differẽtiam ſunt tres propoſitiones: quarum prima eſt,ꝙ in his,quæ ſibi,ſuæq; familiæ ad naturæ ſubſtẽtationem ſunt ſimpliciter neceſſaria,nullus tenetur eleemoſynam dare, vel ſuccurrere alicui ẽt extremam neceſsitatem patiẽti,niſi illis duntaxat,qui adeò ſunt reipub. neceſſarii,vt,niſi illis ſubueniatur,ipſa reſpub. periret:tũc enim priuatus homo, ſe & ſua, periculo exponere tenetur,vt reipub.ſubueniat. In hoc omnes doctores conueniunt,nec vllum dubium eſt.

Propoſitio 2 Propoſitio ſecunda de ſuperfluis naturæ ſuæ, atque ſuorum, quamuis ad decentiam ſtatus neceſſaria ſint,quilibet ſub mortali peccato tenetur eleemoſynam dare ſiue ſuccurrere cuilibet primò occurrenti extremam,vel quaſi, neceſsitatem patienti. Et quamuis in hoc aliqui dubitauerint & tenuerint oppoſitum putantes ẽt B. Tho. idem tenuiſſe, vt Panor.de iureiuran.c.ſi vero.& ſum.roſ.tit.eleemoſyna.tit.mutuum.Et Pe.de Taran.in 4.diſt.15. & ſum.conf.lib.3.titu.8.& ſum.Piſa.tit.eleemoſyna.1.§.3.& quidam alii,vt referũt aurea roſa & Caietanus vbi ſupra.& Florent.ẽt 2.par. tit.1.ca.24. de inhumanitate. §.vlt. refert cum quadam limitatione id eſſe de mente beati Tho. At verò ſtãdum eſt præfatæ propoſitioni ſecundum verum ſenſum beati Tho.Richar.Duran.Palud.in 4.di.15. alioſque doctores communiter cum Abulen. Matth.6. q.34.35.vti hoc aurea roſa & Caietanus,& Medina vbi ſupra latius probant.

Aliis autem non exiſtentibus in extrema neceſſitate,vel quaſi, non tenetur homo de prædictis bonis neceſſariis ad decentiam ſtatus eleemoſynam dare, etiã ſi illi ſint in magna neceſsitate alia quacunque. Hoc patet ex ordine charitatis: neque enim tenetur homo decentiæ ſuæ iacturam pati, vt alterius ſimili neceſsitati ſuccurrat. In quo etiam doctores conueniunt. Sed vtrũ hoc licitum ſit, videlicet de neceſſariis ad decẽtiã ſuccurrere decẽtiæ alterius,variæ in hoc fuerũt opiniones, ſed ſub diſtinctione reſolutoriè dicẽdũ videtur, ꝙ id licitũ quidẽ laudabile & officioſum eſt,qñ modicum datur ità ꝙ propter hoc hõ ad notabilẽ vitæ & ſtatus ſui indecentiã non deueniat: quia perfectionis eſt plus alii,quàm ſibi de tẽporalib. velle,vt alius decẽtius, quàm ipſe viuat: neque ordo charitatis in his tẽporalibus principaliter eſt:neq; læditur,dũ ex cã rõnabili ità fit, vt dictũ eſt: ſed in ordine ad aĩam, & ad ſpũalia principalius eſt,& attẽditur: illicitum aũt eſſet quãdo vel totũ neceſſariũ ad decentiã ſui ſtatus,ſiue familiæ, vel tã notabilis pars eius illi nõ extremè indigenti prodigeretur,ꝙ propter hoc ad notabilem ſui ſtatus,ſiue ſuorum indecentiam deueniret: quia nulli licet in aliquo ſtatu indecenter viuere quantũ in ſe eſt, niſi vt alterius maiori neceſsitati,videlicet extremæ vel magnę reipub. vtilitati,officiosè ſuccurrat,vti ſuperius dictũ eſt. Indecẽter nãque viuere in ſuo ſtatu inordinationem dicit, & cõtra virtutẽ amicitiæ vel affabilitatis eſt, qua quiſque ad proximum in verbis & factis ſe, vt decet, delectabilem debet eshibere ſecundum B. Tho.2.2.q.114.artic.2.Et in 3.diſt.34. q.1.arti.3. Tunc autem ad eam indecentiam deuenire homo cenſetur,quando iam inter æquales ſuæ conditionis ſine notabili nota ſtultitiæ inciuilitatis, aut reprehenſibilis ſingularitatis viuere non poſſet. Inciuile nanque & reprehenſibile eſſet, ſi vir nobilis inter nobiles agens, vt ruſticus, ſiue plebeius, in victu, & veſtitu ſe haberet. Ideò quando ad hanc indecentiam dando eleemoſynam non extremè, vel quaſi indigentibus homo deſcenderet illicitè ageret.

In tribus autem caſibus etiam totum neceſſarium decentiæ ſtatus laudabiliter dari poſſet. Primò in ſupradicto caſu magnæ neceſsitatis reipub. & extremæ neceſsitatis proximi: in quo etiam dare tenetur, vt ſupradictum eſt. Secúdò, quando prædicta indecentia facilè poſſet reparari ne notabiliter appareat, puta ſi dando núc omnes ſuas veſtes precioſas pauperibus ſcit quòd opportunè de aliis decentibus ſibi prouidebitur. Tertiò, quando mutat ſtatum tráſeundo ad inferiorem alium ſtatum pauperem, vel religionis, ad cuius decentiam illis bonis non opus eſt. Ad hoc etiam videtur reduci, quando propter Deum vel virtutem abiectam & abſtinétem vitam Heroicam etiam in ſuo ſtatu quis agere vellet ſine præiudicio tamen coniugis, filiorum, atque familiæ, vti de Sancta Heliſabeth filia Regis Vngariæ & de aliis ſanctis legitur. Cũ ſupradictis B. Tho. in 4. diſt. 15. q. 2. art. 4. Et in 2. 2. q. 32. art. 6. Et aurea roſa vbi ſupra aliiq; doctores communiter ſatis cõſentiũt, & præcipuè Alex. Alen. 4. par. q. 106. Vbi de hoc latius agit.

Propoſitio 3 Propoſitio tertia, De ſuperfluis ad decẽtiam ſtatus quilibet ſub mortali tenetur, non quidem omnia nec omnibus pauperibus, ſed aliquam eorum partem quando & quibus voluerit ẽt non extremè indigẽtibus opportunè eleemoſynam dare: cætera ſuperflua in alia opera bona, quæ ipſe voluerit, vtiliter expendendo. Patientibus autem magnam neceſsitatem decentiæ ſui ſtatus probabile valdè, non tamen omninò certum eſt, quod de ipſis ſuperfluis opportunè etiam ſub mortali ſuccurrere teneatur.

1. Pars. Prima pars ꝙ omnia illa ſuperflua teneatur diues vtiliter expendere inde liquet, quia aliàs auarè retinerentur, vt ait B. Tho. 2. 2. q. 118. & in 3. ſententiarum diſt. 15. q. 2. art. 1. & alibi ſæpius. Et Caietanus in quodlib. de eleemoſyna, & doctores cõmuniter agentes. Quod & nunc ſupponatur vt certum. Quòd autẽ de illis ſuperfluis aliquam partem ſub mortali teneatur indigentibus gratis erogare, vt ait ipſa propoſitio probatur. Quia auctoritates quàm plurimæ ſacræ ſcripturæ atq; ſanctorum tanquàm de mortali condemnant diuites & abundantes, qui non niſi ditari quærẽtes, & abundare, nihil de pauperibus curant, nec de ſua abundantia aliquam partem illis opportunè largiũtur, etiam ſi extremè non indigeant, vt cõſtat Prouer. 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clamabit, & non audietur. Et ca. 28. & alibi. Et Prouer. 19. eſt ad idem. Et 1. Ioan. 3. Si quis habuerit ſubſtantiam, i. abundantiam mũdi huius, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere & claus. viſu. ſu. quomõ charitas Dei in illo eſt? Et Matth. 25. Eſuriui, ſitiui, nudus fui, & non dediſtis. Ite maledicti &c. & Luc. 16. Ille diues propter hoc præcipuè damnatus eſt ſecũdum doctores communiter ibidem, quia pauperi Lazaro de ſua abundantia non dedit. Ad idem expreſſę ſunt Hiero. diſt. 42. ca. 1. dicens. Aliena rapere conuincitur qui vltra ſibi neceſſaria retinere probatur. Et Ambro. diſt. 47. ca. ſicut hi. pluſquam ſufficiat ad ſumptus violenter obtentum eſt: nec minus eſt criminis habẽti tollere, quàm cum poſsis, & abundans ſis, indigentibus denegare. Ad idem eſt Baſilius, & Aug. 14. q. 2. ca. quid dicam. Et Theophil. ſuper id Mat. 19. Facilius eſt Camelum per foramen acus &c. ait de his diuitibus id eſſe intelligendum qui diuitias ſuperfluas retinẽt, cùm alii vel neceſſaria non habeant. Item Beda ſuper id Luc. 11. quod ſupereſt date eleemoſynam ait. Hic iubemur ſuperflua pauperibus erogare. Vbi tamen nota quòd hoc Luc. 11. quadrupliciter exponitur à doctoribus. Primo ironicè dictum à Chriſto, vt legit Ambro. Catharinus in ſuis clauibus. quaſi Chriſtus dicat, in fiducia eleemoſynæ ne obruamini peccatis rapinarum, fraudum, ambitionum, &c. Quaſi per eam his omnibus ſtatim mũdi ſitis & liberi: Nam prodeſt quidem eleemoſyna, ſed his, qui in eius fiducia peccatis non magis implicantur. Secundo modo, quod ſupereſt, id eſt, reliquum eſt vt detis eleemoſynam, & ecce omnia munda vobis. Tertio modo & redit in idem, vt ait Medina de eleemoſyna, ꝙ id non eſt præceptum, ſed inſtructio Chriſti oſtendentis remedium ſalutare, per quod remiſsionem peccatorum conſequi poſſent, táquam vnum principium inter alia remedia peccatorum. Quarto modo pręceptiuè, quod ſupereſt, id eſt de eo quod ſupereſt date eleemoſynam, & ità communiter exponitur à doctoribus, vt Beda vbi ſupra, & B. Thomas expoſuit.

Et ita patet illa prima pars propoſitionis: quòd, quę diuites poterunt quidem de ſuperfluis decentiæ ſuæ multa alia bona opera facere, & ea retinere, & ad bonum alium finem acquirere & conſeruare, videlicet ad aliquam piam cauſam honorificam Deo, vel viuis, ſiue defunctis, vel reipubli. vtilitatem opportunè curandam, vel etiam vt ſibi, aut ſuis honorem, aut officium, vel ſtatum aliquem, quem aliàs ſolent homines licitè & honeſtè mediante pecunia prætendere, acquirant, dummodò cura pauperum horum, vel illorum ſcienter, & omninò non prætermittatur: ſed aliquando partem aliquam ſuarum diuitiarum, quæ nomine ſuperfluorum deſignantur, etiam in hoc vel illos pauperes, qui magis indigere videntur per viam eleemoſynæ expendant. Sic namque faciendo huic pręcepto de eleemoſyna ſatisfacient, ſaltem ne per eius omiſsionẽ mortaliter peccare cenſeantur: quamuis per aliquam auaritiam vel negligentiam in erogando pauperibus communem neceſsitatem patientibus ſępè venialiter peccent. Neque enim omnis præcepti tranſgreſsio eſt mortalis, niſi vbi notabiliter, vel contra totam præcepti latitudinem fit, vt communis doctrina eſt: & ait expreſſè B. Tho. in 6. quodli. art. 12. ꝙ nõ ſemper mortaliter peccat quoties de ſuperfluo homo nõ dat eleemoſynam pauperi, ſed quãdo neceſsitas imminet: qñ aũt ſit ea neceſsitas

quòd

quòd obliget ad mortale non poteſt ratione deter minari, ſed prudentiæ committitur. Hæc ibi. Et in 2.2.q.66.art.7.& q.87.art.1.ad quartum, & q. 118.art.4.& Caieta. in quodlib. de eleemoſyna c. 3.& 5.& expreſſè Medina vbi ſupra, & Soto, aliiq; doctores, vbi inferius allegantur, ad idem ſunt, & in prædictis conſentiunt.

2. Pars. Secunda pars propoſitionis tertiæ. Patientibus autem &c. in qua non agitur de extrema neceſsitate: de ea enim nullum dubium eſt: ſed dubitatio magna inter doctores eſt, utrum in caſu, quo quis patiatur neceſsitatem decentiæ ſtatus notabiliter diues teneatur ſub mortali illi ſuccurrere de ſuper fluis ad decentiam ſtatus ſui, in quo eſt.

1. Opinio. Svnt enim quoad hoc duæ celebres opiniones Prima tenet quòd non: ſed ſolum erit ueniale peccatum, ſi tunc ei non ſuccurrat, propter rationes, quæ inferius in argumentis tanguntur, ibidemq; ſoluuntur. Quam opinionẽ expreſsè tenet Alexander de Alis.4.par.q.113.quamuis prius tenuerit oppoſitum, ut dicetur infra in ſecunda opinione. Item hanc primam opi. tenet Panormi.in ca. ſi uerò, de iureiuran. & Gerſon in regulis moralibus alpha.24.litera.V. & alphab.32.litera.o.& ſum. Roſ. titul. eleemoſyna, titul. mutuum, & Gabriel. in.4. diſtinct.16.q.4. Et maioris diſtin.15. q.5. & Medina de eleemoſyna, ubi & dicit quòd Floren. eſt cum hac opi. cùm tamen & ſi dubitando potius ad ſecundam declinare uideatur. Hanc etiam opi. tenet Caiet. in quodlib. de indulgentiis.q.3.& in.2.2.q.71.art.1.cùm tamen prius in quodlib. de eleemoſyna oppoſitum tenuerit cum ſecunda opinione ſequente. Durandus autẽ in.4. diſtinct.15.q.6. dubius eſt, & ſimiliter Conradus de contractibus.q.19.quamuis ad ſecundam opi. magis iſti duo declinent & Nauarro in ſum.& ſimiliter Turrecremata in decreto diſtinct. 86.ca. in ſingulis, ut proximè dicetur.

2. Opinio. Secvnda opinio eſt in oppoſitũ, quòd ſcilicet tunc abundans ſub mortali tenetur illi ſuccurrere, ut ait ſecunda pars propoſitionis. Quam opinionem expreſsè tenent Alexander de Alis.3.par.q. 65.membro.4.§.1.quamuis poſtea in.4.par.oppoſitum ſenſerit, ut ſupradictum eſt. Item Richar. in 4. diſtinctio.15.art.2.q.2. Et Palud. & plures alii ca. diſtinct. Et Abulen. Math.6.q. 34.35.74.& Nicol. Lira, & Dionyſius Carthuſienſis ſuper id prima Ioan.3. Qui habet ſubſtantiam mundi huius &c. Et Summa Ange. titu. eleemoſyna.§.2.& Syluester in ſum. titu. eleemoſyna.q.1.& titu.auaritia.q. ultima. & in ſum.aurea roſa ſuper euangelia.q.impertinen. caſu.57.Item Duran. in.4.diſti. 15.q.6.licet dubitet ad hanc opinionem magis declinat, ſimiliter & Floren. 2. par.tit.1. ca. 24.§. penult. & ultimo cũ illo magis ad hoc uidetur declinare. Et ſimiliter Cõradus de cõtractibus.q.19. conclu.5.&.6. Et Turrecremata ubi ſupra hãc magis probare uidentur licet oppoſitam non reprobent, ſed probabilem cenſeant. Item Caietanus in quodlib. de eleemoſyna ca.3. tenet expreſsè hanc. opi. ad quam ſe remittit in ſecunda ſecundæ.q.32. art.5.quamuis ab ea poſteà receſſerit tranſiens ad primam opi. uti ſuperius dictum eſt. Hanc etiam opi. expreſsè tenet Adrianus in quarta de reſtitutione, in.q.de eccleſiaſticis, & Soto in tractatu.de liberatio in cauſa pauperum, & doctiſsimus ille Victoria de ordine prædicatorum in ſuis ſcriptis fertur hanc tenuiſſe, & Couarruuias in reſolutionibus libro.3.ca.14. numero.5.eam tenet opinionem, quam tandè tenet Nauarro in ſum.ca.17. nume.13.& latius ca.24.num.3.4.9.10. quamuis poſteà in comment. ut proximè patebit ab ea receſſerit: in ſupradicto etiam ca.24. nume.4. conatur utramq; opi. concordare: ſed ea concordia malè ſibi cohæret quoad patientes neceſsitatem decentiæ, de quibus agimus. Et nota quòd utraq; opinio tam prima, quàm ſecunda in ſuum fauorem cẽſet eſſe, B. Tho. cuius uerba ad ſe trahit.

Nos etiam neutram horum opinionum reprobando neque diffiniendo, probabiliorem hanc ſecundam eſſe cenſemus ad hunc ſenſum, quòd de ſuperfluis decentiæ ſtatus diues tenetur gratis ſuccurrere occurrenti patienti magnam decentiæ neceſsitatem: tenetur inquam ſub mortali opportunè illi ſuccurrere, ſi non apparet aliundè remedium ſufficiens, ſi etiam non ea reſeruat ut alteri de propinquo æquè aut magis indigenti, uel cui magis ipſe teneatur prouideat cum utrique non poſsit de illis ſuperfluis debitè prouidere, uti Conradus ubi ſupra in ultimo ſuo dicto ſic limitatam tenet hanc opinionem, quæ tripliciter probatur. 1. Ratio. 2. Opinio.

Primò quia qui ſine ſuo incommodo notabili poteſt proximo ſuccurrere, ne in perſona ſua, atque ſuorum, & rebus, fama, uel honore notabile undecunque detrimentum patiatur, utique mortaliter peccat negligendo, dùm proximus in his rationabiliter vult, nec poteſt ipſe ſibi prouidere, nec aliundè ſibi remedium probabiliter ſperatur: Sed in caſu præſenti ita eſt quòd proximus patitur notabile detrimentum decentiæ ſui ſtatus, & rationabiliter vult ſibi ab illo diuite prouideri, cùm ipſe ſibi non poſsit, nec aliundè remedium pateat, & qui habet ſuperflua decẽtiæ poteſt ſine notabili ſuo incommodo illi prouidere, ex quo illa ſuperflua ſibi neceſſaria non ſunt, & ea expendere in pios, uel uti les uſus teneatur, ut conſtat ex prima parte huius tertię propoſitionis, ergo ſi id ſcit, & non ſuccurrit opportune certè mortaliter peccat. Conſequentia patet cum minore, & maior probatur: quia notabiliter deficit in dilectione proximi, & miſericordia quam iure diuino, & naturali quod tibi uis fieri &c. habere tenetur: ſicut uidens, aut ſciens rem proximi: puta domum, uineam, ſata, uel utenſilia notabiliter periclitari in incendio, naufragio, uel alio infortunio quocunque, uel per ignorantiam, uel impotentiam ipſius, aut per fraudem alterius ipſum decipientis, aut per malitiam detractoris notabiliter famam illius iniuſtè lædentis: certè ſi commodè

modè poſſet illi ſuccurrere uerbo aut opere, obſtando, monendo, ſiuè iuuando ut caueat, dum aliundè remedium illi non patet, nec apparet, mortaliter peccaret omittendo, at latius probat Nauarro in ſum. vbi ſupra. & in commēto de defenſione proximi in ca. non in inferenda. 23.q.3.nu.10.11.12.39.40.& Medina de reſtitutione.q.25.ità in caſu præſenti. Et quidem hæc ratio mihi fortiſſime probat intentum.

Confu. Et quamuis Nauarro in eo commento num.8.28.39. neget ſupradictam conſequentiam, dicēs non eſſe ſimile in dictis caſibus adductis ad probationem maioris, in quibus homo damnificatur in rebus ſuis, quas iam habet acquiſitas, & in eleemoſyna ad releuādum vel præſeruandū decentiæ detrimentum: quia hic non releuatur homo, aut præſeruatur, à damno rei, quam habet, ſed vel de nouo acquirit, vel lucratur per eleemoſynā id quod non habet. Ideò inquit in illis caſibus ſuprà adductis qui commodè ſuccurrere poteſt ſub mortali tenetur: non autem in caſu præſenti de eleemoſyna. Nam & iura magnam, inquit, differentiam faciunt inter iacturam & lucrum, & inter damnum rei acquiſitæ, & acquirendæ. Ideo recedens ab hac ſecunda opinione prædicta, quam ſuperius cap.24. tenuerat ad primam regreſſus eſt opinionem.

Sed certè prętatum diſcrimen non videtur ratio ſuffiriens ad recedendum ab hac ſecunda opinione neque valet contra illam. Tùm primò, quia negari non poteſt quòd patiens magnam decentiæ neceſsitatem, patiatur etiam detrimentum vel dānum in re ſua, quam habet vel ſibi debita eſt. Nam eo ipſo quòd talem ſtatum habet iam etiam ius in ipſa decētia vel ad ipſam habet, quæ illi ſtatui debetur & illam conſequitur: quò fit vt abundās, qui commodè poteſt, æquè teneatur huic ſuccurrere, ne omnino ſuam decentiam perdat, atq; vel alius in ſupradictis caſibus ſuccurrere tenetur, ut dictū eſt. tùm ſecundò, quia ſi ſub mortali quiſpiā nō teneretur ſuccurrere proximo, quando per hanc viā ipſi indigenti res aliqua de nouo acquirenda eſt: iā eadem ratione nec in extrema neceſsitate ad eleemoſynam quiſpiā ſub mortali teneretur: quia ęquè res illi denuò acquiritur per eleemoſynam atque in neceſsitate decentiæ: quamuis hic magis, quàm illic acquiratur, quod non variat rationem obligationis. tùm tertiò, quia quòd de nouo aliquid acqui ratur, vel non, vel magis, vel minus, hoc certe rationem obligationis huius legis naturalis de ſuccurrendo proximo in neceſsitate magna neque tollit, neque ponit: quia & valdè extrinſecum eſt ad ipſius legis obligationem, quæ notabile detrimentum proximi ſolum aut præcipuè præcipit caueri per eum, qui commodè poteſt, modo id fiat gratis dando, aut mutuando, aut contrahendo, aut apud alium intercedendo, aut patrocinando, aut medēdo, modo, ille aliquid acquirat, quod non habebat, modò non. Hæc enim omnia extranea, & accidentalia ſunt illi præcepto, quod de modo prouidendi neceſsitati proximi non loquitur, ſed de remedio hoc vel illo modo abſolute adhibendo eſt. Quòd ſi diſcrimen hoc aliquid valet, ſolum probat quòd poſt ſtatum ſemel omnino amiſſum iam diues non teneretur ſub mortali dare de ſuperfluo ad ſtatum illum, eiuſque decentiam recuperandū, vt de hoc infra in reſponſione ad ſextum argumentum habetur. Differentia aūt illa legis ciuilis inter damnum, & lucrum &c. ad iuſtitiam & forum exterius, ſiue ciuile maximè ſpectat, non ad præceptum miſericordiæ, & charitatis, vt dictum eſt. Et ita illa prima ratio adhuc in ſua vi ſtat.

Secundò probatur idē ex ordine charitatis obligatorio ſecundum B. Tho.2.2.q.44. articulo vltimo, & doctores in.3.diſtin.29. quia ſicut ſub mortali tenemur poſtponere temporalia noſtra pro vita proximi corporali ita eadem ratione tenemur ſuperflua decentiæ noſtræ poſtponere, & ea erogare pro ſaluanda decentia ſtatus, & honore proximi, dùm commodè id facere poſſumus, & aliter remedium non apparet, ut ſupra declaratum eſt. Et hanc rationem tangit, B. Tho.in.4. diſtin.15. vbi ſupra. Et ratio hæc ſiue conſequentia inde patet, quia aliter vtrobique facere repugnat charitati ad proximum: quæ licet minus principaliter vtrumq; bonum eidem vult & eius notabile detrimentum iubet euitari, & vtrique prouideri. 2 Ratio.

Tertiò probatur idem quia prima Ioan.3. Qui habet ſubſtantiam huius mundi, & viderit proximum ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua, quomodo charitas Dei in illo eſt? Et Math.25. Eſuriui, & non dediſtis mihi: nudus fui & non operuiſtis me: in carcere eram & nō viſitaſtis me. Ite ergo maledicti &c. quòd autem ibidem ſcriptura non loquatur in caſu tantum extremæ neceſsitatis, neque ſolum quia corde illis egentibus cōpaſsi non ſunt, vt aliqui doctores de ſupradicta prima opinione malè exponunt, indè patet, quia non ſolū diuites, ſed omnes habentes ſuperflua tantum naturæ reprehenderentur, & damnarentur, quia illis non dederunt, vti in extrema neceſsitate dare, & omnibus egentibus corde compati tenentur, vt ſupra propoſitio. ſecunda dictum eſt. Charitas etiā non tantum corde ſed etiam opere ad proximum habenda eſt, vt ibidem prima Ioan.3. ſtatim ſequitur. Diligamus non verbo tantum, ſed opere, & veritate. Nunc autem prædictæ auctoritates expreſſè loquuntur & ſpecialiter contra diuites abundātes vltra decentiam ſtatus, quia illis egentibus nō dederunt, vt prima Ioā. 3. habetur. Qui habet ſubſtantiam, ideſt diuitias, & abundantiam mundi huius, ſecundum gloſſ. & doctores ibidem qui etiam paulo ſuperius allegati ſunt. Et iſti diuites ibi non condemnantur: neque reprehenduntur quòd malè diuitias acquiſierunt, neque quòd in illicita aliàs malè illas expenderunt, ſed quia de illis indigentibus non dederunt, ut expreſsè ſonant prædictæ auctoritates, & doctores communiter etiam dicunt de diuite auaro Lu.16. quia Lazaro pauperi non 3 Ratio.

erogauit;

erogauit; neque etiam condemnantur diuites illi quòd cõmunibus pauperibus aliquando non dederunt: quia vix contingit quòd aliquando non aliquid dent, & ea negligentia eſt raro mortalis, vt ſupra in prima par. tertię propoſitionis dictum eſt. Igitur damnantur diuites quia de ſua abundantia patientibus magnam decentiæ ſtatus neceſsitatẽ non dederunt.

Hæc ratio quamuis ſolui poſsit dicendo quòd in dictis auctoritatibus, & aliis eiuſmodi diuites reprobantur, qui nullam pauperum curam habẽtes, nec his nec illis pauperibus vel indigẽtibus vnquã dederunt: ſed in ſuas delitias vel diuitias augẽdas omnia ſua inſumpſerunt ſibi ſolis viuere volentes, de quibus in prima parte huius tertiæ propoſitionis dictum eſt. At verò vt etiam ait Duran. vbi ſupra, valde vrget vt etiam de diuitibus non erogantibus patientibus decentiæ neceſsitatẽ, vt ait hæc ſecunda opinio intelligantur: nam cũ prima Ioan. 3. de illa neceſsitate proximi præcipuè loquatur, contra quam diues habens ſubſtantiam mundi huius claudit viſcera ſua: ea verò ſolum videtur eſſe quæ ſpecialiter viſcera illius, quaſi vim faciens mouere, & aperire deberet ad opus miſericordię exequendum. hæc autem propriæ eſt magna neceſsitas decentiæ ſtatus: cui cùm diues commodè poſſet prouidere, ſatis durum, & claudentem viſcera ſua ſe oſtendit, ſi illi non ſuccurrit. Nam extrema neceſsitas non ſolum diuitis, ſed cuiuſlibet etiam pauperis viſcera mouet, & aperit, vt, quomodo poteſt, illi ſuccurrat, & compatiatur. Communis autem neceſsitas pauperum, & proximorum nõ adeò mouet & aperit corda etiam diuitum vt duri cenſeantur ſtatim illis non prouidendo. Igitur de magna neceſsitate decentiæ, cui diues præcipuè dicitur claudere viſcera ſua, ſi illi non ſuccurrat, auctoritas illa intelligitur quòd, videlicet ille propter hoc alienus ſit à charitate, & mortaliter peccat.

Ad idem etiam facit, quòd ſecundo Eſdrę ca. 5. tanquam de mortali reprehenduntur iudæi, quia fratres ſuos in ſeruos, & ancillas vti captiuos emptos poſsidebant, & ex conſequenti, quia in illa magna neceſsitate decentiæ illis non prouidebant.

Ad idẽ tandẽ eſt prima Timoth. vlt. vbi dicitur. Diuitibus præcipe facilè tribuere &c. Et expreſsè conſonant Chryſoſt. ſuper Luc. 16. de Lazaro concione. ſecunda. & ſępius Ambro. & Hiero: aliique doctores, qui ſuperius in probatione primæ partis huius tertiæ propoſitionis allegati ſunt.

Argumẽ. 1. Contra duas primas partes tertiæ propoſitionis arguitur ſeptẽpliciter. Primò, quia ſi de illo ſuperfluo ſub mortali tenetur homo in caſibus ſupradictis ad eleemoſynam, ergo ſemper ille manet in peccato mortali, dùm illud retinet, etiamſi indigens non ſit, cui ipſe diſtribuat. Nam ſuperfluum ſemper illicitè retinetur.

Reſponſio. Respon. negando conſequentiã, quia cùm ſit affirmatiuum, obligat quidem ſemper, ſed non ad ſemper ideſt non obligat ad illius executionẽ, niſi opportunè, ideſt quando indigens, cui debeatur, occurrerit. Ideò neque eſt peccatum ſuperfluum tenere: ſed tenere illud cum animo non diſtribuendi opportunè, vt dictum eſt.

Si replicetur quòd in caſu, quo indigens etiam valdè ad decentiam ſtatus occurrit cui tenetur, tunc diues eleemoſynam dare, ſequeretur quòd non poſſet illã licitè reſeruare, vt alteri æquè, aut magis indigenti, vel cui magis tenetur, ipſe ſuccurrat. Negatur etiam illa ſequela: tunc enim nõ tenetur illi dare cum illa circunſtantia, quòd eam ſcilicet vult reſeruare, vt alteri æquè, aut melius eroget, quamuis ſine hac circunſtantia abſolutè teneretur illi dare, ſiuè ſuccurrere. Tunc etiam ille pauper non rationabiliter vellet aliter ſibi prouideri, quàm dictum eſt.

Arguitur ſecundò, quia non tenetur quiſquam proximo ſubuenire magis, quàm proximus ipſe ſibi: ſed patiens neceſsitatem etiam decentiæ ſtatus non tenetur ipſe ſibi remedium procurare: poteſt enim laudabiliter etiam faciendo de neceſsitate virtutem patiẽter pro Chriſto illam ferre in arcta paupertate viuendo, vel ſuperius in fine ſecundæ propoſitionis habetur, iuxta id prima Timoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus: ergo nullus etiam ſi habeat ſuperflua decentiæ tenetur ulli pauperi, niſi extremè indigẽti ſuccurrere. *Argumẽ. 2.*

Respon. negando maiorem. Poteſt enim quiſque cędere iuri ſuo ſæpè ſibi non ſuccurrendo in neceſsitatibus ſuis, & detrimentis: non tamen cędere poteſt iuri alterius inuiti in caſibus in quibus iure naturali, & diuino tenetur illi ſuccurrere, dùm ille vult ſibi rationabiliter auxilium præſtari, vt ſupra probatum eſt. *Reſpon.*

Arguitur tertiò. Si habens ſuperflua decentiæ ratione ſuperfluitatis ſub mortali tenetur erogare, & præcipuè patientibus decentiæ neceſsitatẽ, ergo de illis ſuperfluis non poteſt emẽdo aut alias licitè negotiando ſibi, ſuæque familiæ amplius lucrari, vel alia bona & dona recipere, vel etiam hæreditatem acquirere, quia ſuperflua ſuperfluis addendo peccatum ipſum creſceret ſuperfluitatis, & quidem qua intentione, ſcilicet vtiliter ea expendendi poſſent acquiri, eadem etiam poſſent retineri. *Argumẽ. 3.*

Respon. negando ſequelam, quia vti dictũ eſt, non eſt peccatum habere diuitias, vel abundãtiam, neque vitium dicit ſuperfluitatis, niſi quando hæc acquiruntur, vel retinentur, cum animo abutendi, vel ea vtiliter non expendendi. *Reſpon.*

Arguitur quartò. ſi diues teneretur de ſuperfluo ſuccurrere indigenti, magnam præcipuè decentiæ neceſsitatem patienti, ergo non poſſet mediante pecunia ad ſtatum altiorẽ, quo dignus eſt, licitè aſcendere, puta vt ex ciue fiat dominus alicuius caſtri, & huiuſmodi. *Argumẽ. 4.*

Respon.

Reſpon. RESPON. negando ſequelam, ſuppoſito nāque quòd homo dignus, & idoneus alias poteſt mediante pecunia procurare, vel acquirere ſtatū aliquem altiorem, vel officium ſeculare in quo Deo vel reipub. ſeruiat (neque enim omnes ad omnia officia idonei ſunt: neque omnia officia licitè per pecuniam acquiruntur, vt de hoc Caietanus. 2. 2. q. 118. art. 1. latius agit.) Hoc inquam ſuppoſito ad argumentum dico cū ipſo Caietano. 2. 2. q. 32. art. 5. quòd qui aliàs mediante pecunia licitè poſſet ſtatū mutare, etiam ſi diues ſit & abundans hoc idem facere poteſt. Nam ſi hoc probabiliter ſperat, non habet pro ſuperfluo etiam ſecundum præſentem ſtatum quidquid in ſtatu huius expectationis opportunum ad id ſibi cenſet; quia, vt ſupra in primo notabili dictum eſt, non cenſetur ſuperfluum decentiæ quod ad caſus rationabiliter ſperatos expediens eſt. Ideò huic ſtatui futuro rationabiliter ſperato licitè poteſt opportuna reſeruare, & acquirere, & expendere poteſt. Præceptum nāque de eleemoſyna præſupponit ſuperfluum, de quo fiat, non vetat mutationem ſtatus, nec alia licita negotia, aut opera, neque ea, quæ ad ipſa exercenda expendere oportet. Quod etiam inde patet, quia multæ ſunt Eccleſiæ habentes ſuperfluum in poſſeſsionibus: quæ licèt miniſtris ſint abſolutè ſuperfluæ: non tamen ſunt ſuperfluæ ipſis miniſtris diſpenſatoribus in pauperes, & hoſpites perpetuò occurrentes: quibus habita ratione perſonarum locorum, & aliorum circunſtantiarum eleemoſynæ de ſuperfluo iuſtiſsime erogantur: hoc autem non minus perſonæ priuatæ maximos redditus habenti licitum eſt. Sic ait Caietanus. Cui addendum videtur quòd ſi graues pauperū neceſsitates ingruāt etiam decentiæ ſtatus: tunc certè non eſt tempus opportunum de illis ſuperfluis ſtatum mutādi, vel patrimonia ampliandi, vel ad id diuitias notabiliter conſeruandi, vel conuiuia ſumptuoſiſsima frequenter inſtruendi, vel alia eiuſmodi ad omne iudicium prudentum notabiliter exceſsiua faciendi: ſed potius tūc tenetur diues ille, relicta ſtatus mutatione, aliiſque operibus exceſsiuis iam dictis, de illis ſuperfluis decentiæ neceſsitatibus pauperum opportunè ſuccurrere, vt dictum eſt.

Replica. Si replicetur quòd ſi tunc illa omnia non cenſentur ſuperflua, vti ſecundum Caietanum dictū eſt ad ſtatus mutationem. ergo diues ille non tenetur de eis ſuccurrere patienti neceſsitatem decentiæ: de quibus tamen antè tenebatur, quando ſtatū mutare non intendebat; & ita ex ſua voluntate pēdet decentia, & ſuperfluitas, vel non ſuperfluitas ad ſtatum eius.

Reſpon. RESPON. negando primam conſequentiā. Nam, & ad antecedens dicitur quòd licet illa tunc vel ſecundum quid non ſint neque cenſeantur ſuperflua, videlicet ſuppoſito quòd licitè per diuitias ſtatum mutare intendit: at verò ſimpliciter & abſolute ſuperflua ſunt: quò fit vt imminentibus grauibus neceſsitatibus pauperum vel decentiæ alicuius, tunc, vt diximus, rectè non poſsit ſtatum per diuitias velle mutare, nec alia exceſsiua facere, & conſequenter ex illis, quæ remanent ſuperflua, potius illis pauperibus ſuccurrere tenetur: Rurſus ingenuè conceditur quòd non quidem ex ſua cuiuſque diuitis abſoluta, ſed ex recta voluntate ſæpè pendet quòd aliqua ſint, & cenſeantur, vel non cenſeantur ſuperflua ſuæ decentiæ ſtatus.

Arguitur, quintò. Si diues ſub mortali teneretur dare patienti neceſsitatem decentiæ, ergo de illis ſuperfluis non poſſet licitè monaſteria, Eccleſias, vel alia honeſta ædificia conſtruere, neque capellas dotare, neque cultum diuinum ampliare, quia omnia illa ſuperflua tenetur illi indigēti erogare. Nam ſupponitur quòd ad illius neceſsitatē releuandam, & aliorū eiuſmodi omnia illa ſuperflua neceſſaria ſunt. *Argum. 5.*

RESPON. negando conſequentiam ſicut in reſponſione ad quartum argumentum præcedens dictum eſt. Et notetur quod ibi dictum eſt quòd in caſu vrgētium neceſsitatum pauperum potius his releuandis, quàm aliis non æquè neceſſariis operibus intendendum eſt. *Reſpon.*

Arguitur ſextò, quia ſi de ſuperfluis diues tenetur ſuccurrere decentiæ alterius ne ab ea tandem omnino cadat, ergo eadem ratione tenetur poſtquàm ab ea, & à ſuo ſtatu cecidit, ipſum reuocare ad ſtatum amiſſum, & illi ſimiliter dare vt illum cum ſua decentia recuperet. *Argum. 6.*

RESPON. negando ſequelam ſi poſtquàm à ſuo ſtatu cœcidit iam conſtitutus eſt in alio ſtatu inferiori. Exemplum eſt. Sicut, poſtquàm alicui manus ablata, vel vulnus illatū, vel res aliqua ablata eſt, nō tenetur etiam diues dare aut ſoluere expenſas, vt ille vel in iudicio, vel extra, res ſuas recuperet, & ſatisfactionem damni, etiam ſi aliter recuperari non poſsit: tenebatur autem ſub mortali, ſi commodè poterat, antè ſuccurrere ne illa detrimenta pateretur, vti ſuperius in prima probatione, ſecundæ opinionis dictum eſt. *Reſpon.*

Quare quod Caieta. in. 2. 2. q. 71. art. 1. ait quòd aduocatus tenetur quidem, ſed ſolum ſub veniali peccato, pauperi patrocinari in ſua iuſta cauſa, & medicus infirmo mederi, quando illis aliundè remedium non patet: hoc certè non videtur verum quando pauper & infirmus notabile detrimentum decentiæ, aut rerum, ſiuè ſalutis paterentur, ſi aduocatus, & medicus commodè illis ſuccurrere poterant. Neque, B. Tho. ſenſit oppoſitum, ſed quod dictum eſt iuxta communem doctorum ſententiā, quamuis Caietanus ibidē declinans ad aliam opinionem aliter dicat, vti iam contra eum ſuperius notatum eſt.

Arguitur ſeptimò, Diues poteſt magnam decētiæ neceſsitatem etiam extremam patienti ſuccurrere mutando, vel ipſum ad redditionem obligando, cùm poſteà habuerit facultatem, ergo non tenetur illi omnino gratis aut liberaliter eleemoſynam dare, quia non magis tenetur, quàm ſufficit *Argum. 7.*

ficit ad illum releuandum ab illa neceſsitate.

Reſpon. R e s p o n. quòd quomodocunque illi ſuccurrat diues iſte ſuo debito ſatisfacit. Sed quamuis in hoc ſint opiniones; tamen reſolutoriè cum clariſsimo Doctore Medina de eleemoſyna, & de reſtitutione.q.3.in prima cauſa liberãte. Et.q.26. vt etiam habetur infra.q.31. dicendum videtur q̃ ſi ſit quid modicum quod datur ad ſuccurrendum neceſsitati magnæ, vel paruæ, vel extremæ, quod & parum vel nihil minuit de bonis ipſius dantis, vt eſt panis vel ſordida veſtis, aut vetus & huiuſmodi, attenta ipſius dantis qualitate, id certe omnino gratis dandum eſt. Si autem ſit in notabili quantitate, & ille etiam ſi ſit extrema indigens, nihil omnino tunc ibi vel alibi habet, ſed ſperatur habere vndè poſteà retribuere poſsit, tunc ſuccurrendum quidem eſt ei de ſupra dictis ſuperfluis, non tamen ſimpliciter vel abſolutè donando, nec abſolutè mutuãdo, ſed cum conditione vt, ſi poſteà commodè potuerit, retribuere teneatur. Et idem videtur dicendum ſi quis in eodem caſu dat notabile quid de ſuperfluis decentiæ, quæ alioqui in rebus reipub. vel in aliis valdè vtilibus erant expendenda: ſecus ſi de ſuperfluis ſtatui dederit, quæ ad publicas, vel priuatas alias vtilitates, vel neceſsitates reſeruata non erant, ſed ſolum ad diuitias augendum, aut in fines inutiles, aut in alios abuſus expendendũ: tunc enim ad extremam neceſsitatem releuandam ſub mortali, ad alias autẽ neceſsitates ſub mortali aut ſub veniali peccato ſecundum varias opi. ſupradictas, vti declaratum eſt, omnino gratis eleemoſyna danda eſt. Hæc Medina in ſententia; cui & Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 61. & 118. conſonat, contra Soto de iuſtitia, & iure lib. 4.q.7. art.1. in fine aliqualiter ſaltem in verbis diſsidentem.

Corollariū. Ex omnibus ſupradictis ait Medina vbi ſupra non eſſe diuites ſtatim de mortali damnandos, ſi diuitias ſuas extremè non indigentibus non erogauerint: tùm quia vni pauperi pauca ſufficiunt, quæ aliunde facilè habere poteſt: tùm quia non eſt certum per quid, aut quantum neceſſaria à ſuperfluis, apud omnes diſtinguantur, & quantum requiritur vt intra vel extra latitudinem decentiæ ſtatus ſit: tùm quia non conſtat ſemper de neceſsitate pauperis aut indigentis an vera & non ficta, vt ſemper contingit, & an tanta ſit quòd obliget ſub mortali: maximè cum diuites id inquirere non tenentur, ſed ſolum prælati, quibus ſpecialis cura pauperum incumbit: tùm quia etiamſi id conſtaret, nõ tamen conſtat de negligentia aliorum, qui eidem pauperi ſuccurrere poſſunt: tum quia diuites pro aliis imminentibus neceſsitatibus, vel vtilitatibus ſuis, vt dictum eſt, diuitias licitè poſſunt reſeruare. Vbi verò de his omnibus diuites ipſi certi eſſent: tunc tutior opinio prędicta neceſſariò ab eis amplectenda eſſet, ſi ab ipſis ęquè aut magis probabilis, quàm oppoſita credatur. Secus ſi non ita crẽdant, nam omnes & præſertim illiterati cum bona fide atque conſcientia, licitè poſſunt ſequi opinionem illam, quam ſciuerint vel audierint à doctoribus fide dignis approbari, parati aliter facere quãdo ſufficienter eis conſtiterit de veritate: quamuis tutior opinio ſemper omnibus ſuadenda ſit, vti de hoc infra ſecundo libro qui eſt de ignorantia.q.3. propoſitio.3.latius habetur.

Sed pro maiori huius materiæ de eleemoſyna etiam ſpirituali complemento dubitatur, vtrũ pro liberando proximo à morte peccati, & æterna dãnatione, teneamur detrimentum rerum, honoris, & vitæ corporalis pati. Dubium.

R e s p o n. in hoc eſt quadruplex opinio, prima Franciſci Maironis ſuper Auguſt. de Ciui. Dei lib.1.ca.9. in.7. veritate. quòd nunquam priuata perſona peccat mortaliter omittẽdo proximi correptionem, vel ad ſalutem animę auxilium ei præſtãdo: niſi quando conſentit, & cooperatur peccato illius. Nam de prælato certũ eſt quòd ad id ſub mortali tenetur. Opinio. 1

O p i n i o ſecunda oppoſita, indiſtinctè tenet quòd quotieſcunque quis etiam timore mortis omittit corripere, vel remediũ præſtare animæ proximi, vt liberetur à mortali peccato, peccat mortaliter, ſi credit quòd non aliter niſi per eum, liberabitur. Et hæc opinio eſt ſatis communis, quam expreſsè tenet Adrianus.q. de correptione fraterna. & Gabriel in cano. lect. 74. & pro ea facere videtur B. Thom.2.2.q.33. art.2.&.q.26. art.5. & ibi Caietanus, & in.12. quodlib. art.29. & Richardus in.4.diſtinct.19. art.2. q.1. & maioris ea. diſtinct. q.2. & doctores communiter in.3.diſtin.29. & Nauarro vbi infra. Opinio. 2.

O p i n i o tertia eſt magiſtri Soto de ſigillo ſecreti membro.2.q.2. conclu.6. &.8. & Medina de eleemoſyna.q.6. & de reſtitutiõe.q.2. conſonat pater Areualo vbi infra, quæ ſtat in duobus dictis: quorum primum eſt, quòd quando correptio, inſtructio, vel appoſitio remedii, eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem animæ proximi, tunc eſt mortale peccatum etiam perſonæ priuatæ, ſi timore iacturæ rerum, honoris, aut etiam mortis non prouidet illi, vt oportet, ad animæ ſalutem, ſi certum ſit quòd illi proficiet. Tunc autem inſtructio vel auxilium eſt illi ſimpliciter neceſſarium, vt optimè explicat Medina vbi ſupra, quando proximus ille ẽt ſi velit ſibi de remedio cũ auxilio Dei ordinario prouidere nõ poteſt. Sed hæc neceſsitas vix occurrere põt; nam ſi peccatum procedit ex malitia ſcienter, aut ex paſsione, ipſe peccator ſi vult ſe corrigere ſibique poteſt prouidere. Si autem ex ignorantia inuincibili: tunc peccatum non eſt ſibi culpabile. Si verò ex ignorantia vincibili: tunc ipſe tenetur quærere doctorem atque remedium; & tunc non obſtãte periculo mortis, priuatus homo tenetur illum docere veritatem, vel illi auxilium præſtare, ſi nõ ſit alius, qui id velit facere ſufficienter: quia tunc eſt caſus ſimpliciter, vel extremę neceſsitatis ſpũalis, & ſimiliter teneretur pro bono cõi ẽt cum periculo vitę, ſi hęreticus perueteret Chriſtianos. Opinio. 3.

Secundum

Secundum dictũ huius opinionis eſt quòd quando correctio, vel auxilium non eſt ſimpliciter neceſſarium, quia ſi proximus vult, poteſt ſibi prouidere, puta quia non ex tali ignorantia vel impoſſibilitate: ſed aliàs mortaliter peccat, non ex malitia eo animo vt ſibi aliquid detur, ſed ex fragilitate, vel aliàs voluntariè periclitatur: tunc is tãtum, qui commodè poteſt, ſine notabili ſuo detrimẽto corporali, aut bonorum temporalium etiam ſub mortali peccato, in defectum aliorum tenetur illi de remedio opportune prouidere, ſi credit ꝙ illi proficiet, & non aliàs. Nam tunc non extrema ſed magna eſt neceſsitas ſpiritualis: cui ſicut & magnæ neceſsitati corporali vel temporali proximi non tenemur ſub mortali, prouidere, vt dictum eſt. Ideò nullus ſub peccato etiam veniali tenetur adulteram corripere, etiam ſi credat quòd illi proficiet vt recedat à peccato, cum notabili ſui corporis, aut rerum, vel famæ detrimento; cum paruo autem, vtique ſub mortali tenetur.

Opinio. 4. SED aliter, & forſam clarius, & verius, ſaluo meliori iudicio nobis videtur eſſe diſtinguẽdum, & ſit quarta opinio quæ & ſtat in tribus dictis primum eſt, quòd quãdo proximus in ea neceſsitate animę ſuę eſt, quòd veriſimiliter creditur quòd finaliter in malo ſtatu morietur & dãnabitur in æternum, niſi ei prouideatur: tunc in defectu alterius qui non poteſt vel non vult ſufficienter illi ſuccurrere, quicunque etiam priuatus homo vtique ſub mortali tenetur, etiam cum periculo rerum, honoris, & vitæ illi de remedio opportunę prouidere, ſi ſine animæ ſuæ periculo, ſiue ſine peccato etiam veniali poteſt, & ſe fortem & idoneum credit ad id, & certus eſt quòd illi proficiet vt ab æterna dãnatione liberetur: alias non tenetur. Et hoc eſt verum modo ipſe proximus poſsit ſuo tali periculo prouidere, alias non; excepto ſi ex malitia, videlicet vt ſibi aliquid detur vel vt cum tali detrimento alterius ſibi ſuccurratur, in peccato aut neceſsitate tali ſpirituali manere, aut ſe in id proiicere vult: tunc enim ad nihil tenemur ei, & nihil de eo curandum eſt, ſicut neque de ſcandalo phariſæorum. Notentur omnes particulæ. Nam inde ſequitur quòd ſi creditur quòd adultera in ipſo peccato deprehenſa occidetur impenitens, vel quod infidelis in ſua infidelitate ſine fide Chriſti morietur, vel alius in hæreſi ſua mortaliter ignorata, vel quòd quis paſsione victus in mortali peccato ſe ipſum occidet, vel præcipitabit, & ego tãtum, in defectu, aliorũ ſine periculo peccati certe poſſum eos corripiendo, inſtituendo, vel iuuando, ab æterna dãnatione liberare: vtique ſub mortali teneor etiam cum vitæ corporalis detrimento. Et idem iudiciũ eſt, quando puer ſine baptiſmo creditur occidendus vel moriturus, vt ait Syluester. ti. Bellũ. 2. q. 4. quamuis Soto vbi ſupra & Areualo vbi infra allegatur teneant oppoſitum.

Et ratio huius primi dicti eſt, quia tunc eſt, & cẽſetur extrema, vel quaſi extrema neceſsitas ſpiritualis ſimpliciter, aut ex ſuppoſitione: in qua ſecũdum omnes doctores currit obligatio charitatis & ordinis eius, vt omnia minora bona noſtra pro tali ſalute proximi poſtponamus, quia niſi tunc illi prouideamus non eſt regreſſus ad vitam animæ, vel corporis.

Et in hoc primo dicto expreſsè conſonat Nauarro in ſum. ca. 11. nu. 13. & ca. 14. nu. 8. 9. & ca. 24. nu. 11. 12. 18. & latius in commento. de defenſio ne proximi. in ca. non in inferenda. 23. q. 3. nu. 10. 11. 38. 39. 41. 42. 44. 45. 46. 47. Et Abulen. in Mathe. 18. ca. q. 95. ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 33. art. 2. & doctores communiter vbi ſupra in ſecunda opinione allegantur, & Syluester etiam vbi ſuprà & titu. charitas.

Secundum dictum eſt, quòd extra prædictũ articulum mortis tenemur etiam ſub mortali peccato opportunè corripere, vel docere, vel de remedio prouidere ei, quẽ certò credimus non niſi per nos, & per tale medium à peccato mortali receſſurum, ſi ſine notabili noſtro detrimento, rerum, honoris, aut corporis id efficere poſſumus: aliàs non tenemur ſub mortali ad opera charitatis illi exhibẽda: Et multò minus tenemur, ſi ille in peccato manere vult ex malitia vt illi aliquid detur, vel prouideatur, vt proximè dictum eſt.

Ratio huius ſecundi dicti eſt, quia tunc proximus cenſetur eſſe in magna neceſsitate decentiæ, ſuæ ſpiritualis, etiam ſi ſit ex ſuppoſitione ſuæ culpabilis voluntatis, dùm à ſtatu gratiæ ſibi decenti cadit per mortale peccatum, quamuis ſit regreſſus ad vitam gratiæ cum auxilio Dei ordinario. Nunc autem in tali magna, quamuis non extrema, neceſſitate, per quam homo cadit à ſua decentia, qui eſt abũdans, & poteſt ſine magno aut notabili ſuo detrimento prouidere, ſub mortali tenetur ex ordine charitatis, ſecũdum plurimos doctores vt ſuperius in tertia propoſitione, in ſecũda eius opinione, vel ſaltem ſub veniali vt ibidem in prima opinione dictum eſt, igitur ſic in propoſito dicendum eſt.

Et in hoc expreſsè cõſonat Nauarro i ſu. ca. 14. nu. 26. & ca. 24. nu. 16. & latius vbi ſupra. Itẽ ipſe etiam Medina de reſtitutione. q. 2. vbi ait quòd ſi quis habet rerum abundantiam, alii verò ab inopia, qua præmuntur, parati ſunt in aliqua peccata ex fragilitate potius, quàm ex malitia incidere, & certus ſit homo ille quòd per donationẽ aliquã illi ab illo caſu præſeruabuntur, Deoq; poſt modũ ſeruire curabunt, crederem in hoc caſu neceſſariũ eſſe talem donationem facere. Hæc ille, & conſonat Soto vbi ſupra & Abulẽ. in Math. 18. ca. q. 80. ad ſecundum, & doctores communiter vbi ſupra allegati ſunt.

Ex dictis colligitur quòd vix aut nullus eſt, qui teneatur cum periculo vitæ ſuæ, ſi priuatus homo ſit, ſaluti etiam ſpirituali proximi prouidere, quia uix aut nullus ferè tam fortis & ſanctus eſt, aut reperitur qui ſe ad martyrium uel ad mortem ferendam,

dam, vt oportet, fortẽ & idoneum credat, niſi ſingulari Dei auxilio aut ſpiritũ iñflamatus ſit, aut moueatur. Prælati aũt ſępius, & regulariter tenentur pro ouiũ ſuarum ſalute vitã, nedũ res temporales, exponere.

Sed vtrum teneatur homo ſaltẽ ſub veniali peccato huic proximo, extra caſum vel articulũ mortis eius, vt recedat à peccato mortali prouidere cũ notabili rerũ, honoris, aut perſonæ ſuæ, labore vel detrimento, quando eſt certus, vel aliquam habet ſpem ꝙ illi proficiet, ſunt opiniones. Nã Soto vbi ſupra dicit ꝙ non, & cum eo videntur eſſe plurimi doctores, illi pręſertim, qui ſunt de tertia opinione ſupra poſita. Sed Areualo ĩ tractatu de correctione fraterna concl. 5. in. 6. controuerſia vel. q. folio. 175. &c. & clarius in. 6. conclu. propoſitione. 3. folio. 175. 176. cũ quibuſdã aliis tenent ꝙ ſic: & ęſtimant ad id facere Auguſt. de Ciui. Dei lib. 1. ca. 9. Et Franciſcus Mayro. ibidẽ, & ſecundũ hos doctores, nos olim in noſtris annotationibus ſupra Soto de Sygillo ſecreti mẽbro. 2, q. 2. conclu. 6. diximus peccatum eſſe veniale, vt ibidem latius probatur.

Nunc ẽt hanc eandẽ opinionẽ vti magis cõmunem magiſq; probabilẽ amplectentes atq; declarãtes dicimus, & ſit tertiũ dictum, ꝙ quando certum aut valdè credibile eſt ꝙ homo valdè proficiet, vt proximus à mortali peccato recedat, & nõ aliter recedet exiſtens citra articulũ mortis, tunc ſi illi non prouidet de remedio opportuno ẽt cũ notabili rerum, & honoris detrimento, & perſonæ labore, venialiter peccat: in quo caſu Auguſt. loquitur vbi ſupra. Nullo aũt modo peccat ſi nõ eſt certum quòd illi proficiet dum notabile ei imminet rerũ, honoris, aut perſonæ detrimentum.

Probationes vtriuſq; partis ex ſupradictis noſtris annotationibus, & opinionibus facilè patent. In ſumma verò ratio hæc eſt, ꝙ in magna proximi neceſſitate ſpũali vel temporali citra extrema, peccatum tantũ veniale eſt illi non ſuccurrere, cũ minori quamuis magno noſtro detrimento, quia tũc ex defectu charitatis noſtra minora bona & mala tẽporalia maioribus proximi bonis, & malis præponuntur, vt hoc expreſſè ait Auguſti. de Ciuit. Dei, lib. 1. ca. 9.

Si contra hoc obiiciatur, nam in caſu huius tertii dicti quæritur an tunc ſit præceptũ, & obligatio prouidendi proximo cũ tàm notabili, quãuis minori, detrimento, an non. Si ſic, ergo eius omiſſio cõtra pręceptum eſt mortalis. Si non ergo nullũ peccatum eſt, nec veniale.

Reſpon. ꝙ eſt obligatio præcepti charitatis ad prouidendũ tunc maiori neceſſitati proximi, ſed negatur illa prima conſequẽtia ꝙ ergo eius omiſſio ſit mortalis, neque, enim oĩs omiſſio aut cõmiſſio trãſgreſſiua præcepti diuini naturalis vel humani, neque oĩs defectus charitatis mortalis eſt, ſicut neq; oẽ mendaciũ, ſuperbia, auaritia, aut gula, mortale peccatũ eſt: Quia neq; oĩa præcepta, ẽt diuina in oĩ euentu ęqualiter obligant. Quod indè liquet. Nam ſub nouo peccato mortali nõ tenemur quęrere confeſſorẽ, aut illũ adducere per. 60. leucas, aut cũ magno perſonæ, rerũ, detrimẽto: neq; confiteri cõfeſſori pñti, dùm indè nobis imminet notabilis infamia, aut iactura rerũ tẽporaliũ, ẽtſi homo eſſet in ea diſpõne ꝙ extra articulũ mortis conſtitutus, non niſi per cõfeſſionẽ animæ ſalutẽ aut gratiã haberet: neq; cũ tàm notabili detrimento tenetur hõ ſub nouo peccato mortali procurare medicũ, aut medicinã, qua & nõ aliter ab infirmitate vel morte corporali liberabitur, quãuis iure naturali, & diuino teneatur mortẽ cauere, vitamq; pluſquã bona tẽporalia tueri, aut cõſeruare: neq; cũ tàm notabili detrimẽto ſub nouo peccato mortali tenetur homo aliũ à meretricio, vel fornicatione, vel ab inimicitiis, vel ab alio peccato mortali extra articulũ mortis cõſtitutũ retrahere, corripiendo, vel denunciando ſecùndũ ordinẽ euangelicũ, vt aiunt Sum. Angel. & Silueſter, ſecùndũ doctores cõiter, & Medina vbi ſupra in. 2. dicto allegatus eſt. Igitur ſolũ venialiter peccatur, ſi omittitur proximi remediũ timore notabilis detrimenti, dũ probabiliter profectus ſperatur, quòd ſi non ſperatur nullũ peccatum eſt, vt in hoc tertio dicto habetur.

QVAESTIO VIGESIMA SEPTIMA.

Vtrum ſine mortali peccato poſsit quis alteri indignari, & iraſci, illi etiam loquelam, ſeu ſalutationem denegando propter aliquam offenſam.

1. Punctũ. Reſpon. per tria puncta; quorũ primũ eſt, ꝙ ex offenſa ſolent tria ſuboriri. primũ eſt odiũ inimicitia, & appetitus vindictę in voluntate deliberatus, quo offenſus gaudet dè malo offenſoris, aut dolet de eius bono, aut intẽdit aut deſiderat ꝙ offeratur caſus, ĩ quo illi noceat vel iniuſtè, ſeu ẽt extra ordinẽ iuris notabiliter, in attinẽtibus ad perſonã, rẽ, vel honorem eius, & hoc cõſtat eſſe mortale: quia modò offenſor petat veniã, mõ nõ, modò offenderit iuſtè, mõ iniuſtè, offenſus tamẽ tenetur ſub mortali deponere odiũ, & liuorẽ vindictæ, quia contra præceptũ dilectionis proximi eſt. Paſsio aũt concitans ad vindictam naturaliter inſurgens non eſt peccatum mortale: niſi deliberatè aliquo modo in ea complaceatur aut acceptetur. Ideò etiamſi videat homo quòd ſi talis occaſio ei offeratur non ſe continebit à peccato mortali, non propter hoc eſt in peccato, niſi complaceat in eo, aut quòd occaſio illa, ei ad peccatum offeratur.

Secundum, quod ex officio oritur eſt ius & actio ad petendum in iudicio, & extra, vt oportet, debitam ſatisfactionem damni illati per offenſorem in perſona, honore, aut rebus ſuis, & ſuorum, & hoc poteſt licitè peti debito modo: & ſimiliter poteſt peti iudicialiter ſatisfactio pro iniuria factã ſibi & ſuis, ſed ſine odio & liuore vindictæ, & ſine ſcandalo, & non aliter. Quòd ſi ex loquela cum offenſore offenſus ipſe perdit prædictum ſuũ

ius, & actionem; tunc licitè poteſt differre loquelam, & ſalutationem denegare, quouſque ſit per offenſorem ei ſatisfactum, aut conuentum ſit inter eos: Similiter licitè poteſt offenſus accuſare iudicialiter offenſorem, vt puniatur, non quidem appetitu vindictæ, ſed Zelo iuſtitiæ, & ſine ſcandalo: ne ipſe, vel alius ſimile crimen audeat committere, & vt in pace, & ſecuritate viuatur ab omnibus, vt de hoc latius, B. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 108. articulo primo, & Gabriel in Canon. lect. 73. Et Couarruuias in reſolutionibus libr. 2. ca. 10. num. 7. vbi etiam agit, & probat quòd illa remiſsio iniuriæ intelligatur etiam quoad forum contentioſum, quando generaliter ea remiſsio facta eſt, & non aliter. Sed quia valdè difficile eſt Syncero animo ſine appetitu vindictæ iudicialiter agere, etiam in caſibus prædictis; ideò tutius eſt petenti, veniam concedere, vel prætermiſſo ordine iuris æquam admittere ſatiſfactionem: immò, & vix ſine periculo animæ aliter fieri poteſt à communi hominum genere: niſi ſit homo valdè perfectus, aut habens officium iuſtitiæ, propter multa peccata, & ſcandala, quæ indè ſequuntur. Vide Abulen. Matth. 5. q. 324. & 1. reg. ca. 28. q. 15. præſertim quando reipub. vtilitas id patitur, aut non aliud expoſcit.

Tertium quod ex offenſa ſolet oriri eſt denegatio loquelæ, & ſalutationis, & familiaritatis, & alia ſigna iræ, indignationis, ſeu odii, de quibus erit ſecundum punctum ſequens.

2. Punctū. Pro ſecundo puncto dico quòd ſine mortali, & aliquando ſine veniali poteſt iniuſtè offenſus, iraſci ſeu indignari offenſori, ſeu habere cum eo aliquem rancorem: non quidem odium aut liuorē vindictæ, ſed rancorem, qui eſt filius iræ, & eſt idē quod indignatio: & propter hoc ei denegare poteſt loquelam, ſeu ſalutationem, ſicut familiaritatem, & conuerſationem in toto, vel in parte ſecundum qualitatem offenſæ, exceptis tribus caſibus paulò inferius explicandis, de duplici odio abominationis, ſeu inimicitiæ, & indignationis, Caie. 2. 2. q. 34. arti. 2. & 3. & Abulen. Matth. 5. q. 324. videantur.

Probatur tripliciter, primò quia ſic faciendo nihil debitum denegat offenſori: quod patet, quia de charitatis amore debito iam ſupponitur quod manet in corde, & in opere cum eo, ſicut cum aliis proximis, ex quo (vt in primo puncto dictū eſt) nō poteſt habere odium abominationis vel inimicitiæ repugnans charitati, neque liuorem vindictæ cum eo, neque cum alio quocunque offenſore. Loquelam autem ſeu ſalutationem nō debet quis vllo iure aut lege charitatis omnibus, ſicut neque ſpecialem familiaritatem, & conuerſationem, ſed ſolum notis, & amicis: licet Gabriel in cano. lectio. 76. aliter dicat cum aliis quibuſdam ſummiſtis, & doctoribus, niſi intelligatur, vt dictum eſt, quia nō eſt commune ſignum charitatis omnibus, ſed notis tantum, hominibus, quamuis aliquando reſalutatio bene ſit ſignum generale charitatis debitum omnibus hominibus, puta quando quis intrat locum, vbi ſunt multi, tunc præuia, & etiam reciproca ſalutatio in communi non excipiendo aliquem eſt debita omnibus illis ex conſuetudine, & in hoc bene dicit Gabriel, igitur ſi ex cauſa licita, aut etiam propter offenſam iniuſtè illatam ego licitè, aut ſaltem ſine mortali poſſum punire, priuando eum amicitia ſpeciali, & familiaritate, ſpecialibuſque fauoribus ſolitis erga eum: ità ex eadem cauſa & ratione poſſum priuare illum ſine mortali, ſpecialibus ſignis talis amicitiæ ſpecialis, qualia ſunt loquela, & ſalutatio, & ſolita familiaritas, manente tamen, vt dictum eſt, cum eo debita charitate, vt cum proximo alio manere debet.

Secūda ratio, quia dato ꝙ talis loquela, & ſalutatio ſit ſignū generale charitatis generaliter oībus debita; tamen ſicut non teneor loqui alicui quando ex tali loquela amitto ius meum, vel actionem contra eum, vt ſupra in primo puncto dictum eſt: ità eadem ratione nōn pecco mortaliter non loquendo ei, aut ſi ei denegem ſalutationem; quando hoc eſt medium conducens ad eius temeritatē refrænandam, aut ad attrahendum eum ad debitā emendam offenſæ.

Tertia ratiō, quia ſicut non eſt mortale ex genere ſuo ira ſeu indignatio deliberata (quæ odium indignationis ab aliis dicitur ſecundum Caieta. vbi ſupra) quam quis habet contra offenſorem iniuſtum, vt ſolet dici de indignatione iudicis aut ſuperioris contra ſubditum delinquentem: ità eadem ratione dicendum eſt de ſignis huiuſmodi indignationis ei correſpondentibus, & indè exortis, qualis eſt denegatio loquelæ aut ſalutationis, aut toruo vultu aſpicere, & alia huiuſmodi, qualia cum que ſint generalia aut ſpecialia, propinqua aut remota, quod ſcilicet non eſt mortale, vt dictum eſt.

Et ad prædictorum confirmationem facit tertio regū. 14. vbi licet Dauid pepercisset filio ſuo Abſalon noluit eum videre, ſed ait: vadat in domū ſuam, & faciem meam non videat.

Et cum ſupradictis concordat expreſsè Caietanus. 2. 2. q. 15. ſimiliter & Abulenſis Matth. 5. ca. q. 345. 348. Item concordat expreſsè Raulin in 2. Sermone ſabbati poſt quartā dominicam 40. dicēs quòd licitè quis ſubtrahit loquelam, & familiaritatem, etiam à filio, cauſa correctionis vel humiliationis, ità ꝙ in corde maneat diſplicentia de offenſa facta, & ꝙ, ſi videret in eo correctionē, certè libenter cum eo cōicaret, idq; optat fieri. Hæc ille. Concordat et Gabriel in canon lect. 76. dubio. 1. & Sileſter tit. charitas. q. 6. & in ſua aurea roſa ſu per Euangelia in q. Impertinentibus cau. 65. quāuis ipſe Sileſter & Gabriel, & ſum. Angel. faciant vim præcipuam in hoc ꝙ ſunt ſigna amicitiæ generalia vel ſpecialia, propinqua vel remota: quod tamen non videtur, niſi vt dictum eſt.

A ſupradictis excipiuntur tres caſus; quorum primus 1. Excep.

primus eſt, quando offenſor offendit iuſtè, puta defendendo licitè ſuam cauſam, perſonam, vel honorem ſuum, & ſuorum, vel aliorum, ità quòd fecit, aut dixit, aut omiſit in iudicio, & extra, conformiter ad rectam rationem: tunc enim offenſus irrationabiliter agit, ſi propter hoc indignatur ei, aut denegat loquelam, & tenetur non denegare: is autem, qui fuit culpabilis cauſa huiuſmodi indignationis, aut exceſsus eius, vel offenſæ, tenetur ſe humiliter alteri offerre, aut ſe paratum exhibere ad debitam reconciliationem, & loquelam, ſeu ſalutationem. Quòd ſi vterque fuit in cauſa, vel in exceſſu, vterque etiam tenetur ſeipſum ad debitam reconciliationem offerre, vel paratum exhibere, vt dictum eſt, in quo valdè cauendum eſt ne quis ex affectione ad proprium commodum decipiatur, vt communiter contingit. Ideò in hoc nullus debet eſſe iudex in ſua cauſa, ſed id relinquendum eſt iudicio boni, & prudentis viri, qui iudicet inter eos, vt oportet: aliter enim periculo ſe exponit offenſor, & offenſus culpam in alterum omnino, reiiciens: ſicque palliatur odium, & peccatum ſine remedio.

2. Exceptio. Secundus caſus eſt ſi offenſor iniuſtus verè, & vt decet, qualitatem ſuæ perſonæ petit veniam, & humiliatur offenſo, nam tunc offenſus tenetur ſub mortali ei parcere, ſeu remittere offenſam, & loqui, & eum recipere ad priſtinam, ſeu ad aliam amicitiam debitam. Ratio eſt, quia regulariter offenſa non eſt irreparabilis, ergo illa per offenſoris humiliationem reparata, iam non poteſt offenſus licitè punire offenſorem denegando ei debitam amicitiam, & loquellam, neque indignationem habere contra eum. Ad quod facit Lu. 17. Si reuerſus fu. ad ſe. di. pœnitet me, dimitte ei &c. Et Math. 6. Si non remiſeri. vnuſquiſque fratri ſu. de cor. Veſt. nec pater veſter dimittet. Vide etiam Abulen. Matth. 5. q. 60. vſque. q. 70.

Et notanter dixi quòd ſecundum qualitatē perſonarum eſt facienda humilis veniæ petitio: quia alius modus ſeruari ſolet inter religioſos, alius inter nobiles, & potentes, alius inter ruſticos, & ciues plebeios, alius inter filios, & parentes, ſecundum diuerſas conſuetudines terrarum, & perſonarum.

Item notanter dixi, quòd ad priſtinam, ſeu ad aliam debitam amicitiam debet recipi offenſor humiliatus: nam ſunt aliquæ offenſæ talis qualitatis (quale eſt adulterium ex huiuſmodi) propter quas offenſor humiliatus nondū meretur recipi ad priſtinam amicitiam, & familiaritatem, & beneficia: ſed ad aliam minorem in perpetuum, ſeu ad tempus ſecundum qualitatem negotii, perſonæ, & ſtatus: In quo non poteſt dari certa regula generalis pro omnibus caſibus, qui ſecùndum particulares circunſtantias diuerſimodè variantur: ideò in hoc ſtandum eſt iudicio boni, & prudentis viri: Certū tamen eſt quòd maior, & magis debita eſt amicitia naturalis, & familiaritas inter filios, & parentes, & fratres, quàm inter alios cœteris paribus.

3. Exceptio. Tertius caſus eſt quando ex denegatione loquelæ, & ſalutationis, & ſpecialis familiaritatis, & ex ſignis indignationis, & inimicitiæ quibuſcunque propinquis aut remotis, generalibus aut particularibus, ſeu ſpecialibus imminet graue ſcandalum puſillorum: tunc enim modò offenſor iuſtus vel iniuſtus petat veniam, modò non, quicunque eorum fuerit cauſa talis inimicitiæ aut ſignorum eius, ex quibus tale ſcandalum ſuboritur, tenetur ſub mortali peccato tollere tale ſcandalum altero duorum horum modorum, vt ipſe maluerit, ſcilicet vel ſufficienter notificando omnibus, qui ſic ſcandalizantur, iuſtitiam ſuæ cauſæ (ſi ita eſt) & quomodo ipſe licitè & ſine odio mortali, & liuore vindictæ eſt iratus ſeu indignatus alteri, cui loquelam denegat. Sed quia iſte primus modus videtur vix poſsibilis quoad omnes caſus, & perſonas ad tollendum ſcandalum ſufficienter, ideò alius modus, quando ille primus non ſufficit, eſt quòd tollatur radix & cauſa ſcandali prædicti, puta loquendo, aut ſalutando inuicem, & exhibendo ſeipſum paratum ad recipiendum alterum ad loquelam, & debitam amicitiam, quantum ſufficit ad prędictum ſcandalum tollendum.

Et nota quòd ſcandalum in hac materia dicitur eſſe quando videntes aut ſcientes quòd talis, puta offenſus, non vult loqui, neque reconciliari alteri offenſori, iudicant, & exiſtimant illum id facere ex odio, & inimicitia mortali: in quo etiam iudicant illum ſuſcipere ſacramenta, & Euchariſtiam: quòdque ſi confeſſor eius doctus ęſtimatur, & id tolerat, & admittit, iudicant illum ſic mortaliter agere, aut quòd ſimiliter omnes alii poſſunt in inimicitia quacunque, etiam mortali, ſumere ſacramenta, & Euchariſtiam, ſicut vident illum facere: Sicque datur eis occaſio ſumendi Euchariſtiam in mortali odio, & inimicitia videntibus quòd ille, qui videtur eſſe in ſimili odio mortali, permittitur à confeſſore ſic communicare, vt dictum eſt. Hoc certè eſt ſcandalum puſillorum: ad quod remouendum ſeu cauendum tenentur inuicem loqui, aut ſe ad id paratos exhibere, vt dictum eſt. Et ad hoc idem, & eodem modo tenetur quilibet etiam iniuſtè offenſus ad cauendum occaſionem propinquam odii, & inimicitiæ à corde offenſoris, & ad ipſum præſeruandum à peccatis mortalibus, in quæ probabiliter videtur ex ſua fragilitate incurſurus offenſor, videns offenſum nolli ei loqui, neque ipſum recipere ad debitam amicitiam reconciliationem, & ſatisfactionem: Quia iure naturali, & diuino quilibet tenetur ſub mortali in ſuis actibus cauere ſcandalum, & paſsiuum puſillorum ſeu fragilium, quantum commodè poteſt, vt Mathe. 18. Qui ſcandilizauerit vnum de his

V 2 pu-

puſillis, qui in me credunt, expedit ei &c.

Et cum his de ſcandalo concordat expreſsè Caietanus, & ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ. q. 28. art. 8. & quæſt. 43. & Gabriel. vbi ſupra, & Adrianum in primo quodlibeto & Abulen. Math. 5. quæſt. 60. & q. 348. licet Silueſter. titu. Charitas quæſt. 6. dicat quòd ſolum eſt mortalis ſpecies mali, quando tale malum non poteſt eſſe bonum. Sed hoc non obſtante dico id eſſe mortale, & neceſſariò vitandum altero duorum modorũ prædictorum, quando indè de facto oritur ſcandalum grave puſillorum: modo illa ſpecies ſit mali ex genere, aut ex circunſtantia, modo alias poſsit bene fieri, modò non; vt patet ex doctoribus loquentibus de materia ſcandali, vbi ſupra.

Obiectio. 1. Quòd ſi offenſus dicat, primo faciat offenſor quod ego volo, & loquar, & reconciliabor ei.

Secũda obiectio. Secundò nolo loqui, neque illi reconciliari, ne cogar ei dare aut facere hoc vel illud, quod dare vel facere non teneor, quia ſi loquor ei, cogar dare aut facere.

Tertia obie. Tertiò nolo loqui aut ei reconciliari: quia non potero me refrænare à verbis vel factis, vnde ſit peius quàm non loqui, aut quàm non reconciliari, & quia ex loquela aut reconciliatione timeo peius damnum, quàm ſit non loqui, & non reconciliari.

Reſpõ. ad 1. Reſpondeo ad primam ſi quod petit offenſus eſt iuſtum, & ei debitum ab offenſore, vel ad correctionem ſeu humiliationem offenſoris id expendit, vt ſupra dictum eſt, tunc iuſtè petit in iudicio & extra, & non tenebitur loqui, aut ei reconciliari quouſque ſit ei ſufficienter de hoc ſatisfactum, maximè ſi ex tali loquela aut reconciliatione, offenſus perdit ſuum ius, vel actionem ad id, vt ſupra in primo puncto habetur: quòd ſi non cogitur neceſſariò perdere tale ius vel actionem ex loquela, vel reconciliatione ſimul, & ex non loquendo, aut ex ſignis indignationis oritur ſcandalum, tenetur tollere ſcandalum, altero duorum modorum ſupradictorum, neque licitè petit ab alio fieri quod ipſe vult.

Reſpõ. ad 2. Ad ſecundam ſimiliter dico quòd nullus tenetur neque cogitur ex loquela aut reconciliatione dare aut facere quod aliàs non tenetur. Item vix poteſt dari caſus, in quo non poſsit ſcandalum tolli ſine amiſsione iuris actionis aut rei indebitæ alias: nam ſi offenſus notificet, vt commodè poteſt, quomodo tale quid ipſe dare aut facere non tenetur, aut quomodo iuſtè ſequitur ſuam cauſam, quòdque paratus eſt reconciliari ex parte ſua, iam remouet ſcandalum puſillorum, & ignorãtum. Quod ſi alter non vult hoc modo reconciliari, niſi fiat aut detur quod non debetur, iam ipſe ſolus eſt in cauſa ſcandali, qui iniuſtè aut indebitè vult ſecum fieri ab alio quod alius non tenetur, & ſibi ſoli tale ſcandalum imputatur, niſi fortè in caſu, quo talis notificatio non poteſt omnibus fieri ſufficienter aut licet fiat, non ſufficit ad ſedandum ſcandalum, ſeu tollendum maius malum imminens, tunc enim pro vitando maiori malo ferenda eſt iactura minoris boni, rerum, & honoris.

Reſp. ad 3. Ad tertiam dico quòd ſi tale periculum prouenit à mala conuerſatione, & natura ſeu inclinatione alterius puta offenſoris, aut à vehementi paſſione naturali cuiuſcunque eorum; tunc hac cauſa durante, poteſt differri loquela, & familiaritas, ſeu reconciliatio, vt ſic caueatur occaſio propinqua periculi prædicti, quouſque paulatim tollatur illa cauſa, vt ſæpè contigere ſolet in parentibus, qui vehementi paſsione commouentur videntes occiſorem ſuorum filiorum, aut conſanguineorum, & ideò non tenentur tàm citò eradicare à ſe hanc paſsionem naturalem tàm vehementem, & iuſtã, ſed ſolum eam refrænare, ne exeat in opus illicitum, aut in odium, & liuorem vindictæ, & cauere occaſiones propinquas ad hoc, & vt caueant hanc occaſionem propinquã, & vehementem odii & vindictæ, prudenter cauent loquelam, & conuerſationem talium offenſorum. Quòd ſi id pronenit à ſola voluntate offenſi, qui non vult ſeipſum vincere, ſuamque paſsionem, & indignationem, cùm facilè poſsit, ſi liuorem vindictæ deponeret, tunc hæc cauſa, quæ de præſenti eſt culpabilis, non excuſat illum in caſu: nam ad prædictum ſcandalum remouendum, tenetur loqui, aut reconciliari humiliato, aut non humiliato, vt dictum eſt.

Punct. 3. Tertium punctum ex omnibus ſupradictis infertur, quod propter offenſam filiorum aut fratrum, qui non ſunt ſub poteſtate, & obedientia parentis aut fratris, licet talis eorum pater aut frater offenſus poſsit ſine mortali peccato ad tempus eis iraſci, & indignari, & propter hoc illis loquelam & reconciliationem denegare cum intentione ſic humiliandi eos, & puniendi eorum temeritatem, & attrahendi eos hoc modo ad id, quod ipſe vult iuſtè ſecum fieri ab eis: tamen regulariter ad ſemper, aut ad multos annos id fieri non poteſt, maximè vbi offenſores debitè humiliantur, exceptis caſibus à lege expreſsis, & alus, in quibus propter enormitatem offenſæ recta ratio dictaret filios, & fratres, & alios in perpetuum, ſeu ad longum tempus priuandos eſſe loquela, & reconciliatione parentum, & fratrum in toto vel in parte. Et ratio prædictorum eſt, quia regulariter punitiones tales non debent eſſe implacabiles, neque exterminatiuæ fœderis, & amicitiæ naturalis inter patres, et filios, & fratres, & propinquos, neque cum ſcandalo puſillorum: exceptis inquam caſibus lege expreſſis, & offenſis enormibus, vbi iam ceſſat ratio fœderis, & reconciliationis prædictæ, & ſcandali, vt ex prædictis patet.

Ideò

Ideò dico quòd tunc ſub mortali tenetur offenſus recipere ad loquelam, & reconciliationem offenſorem humiliatum, quando poſt longū tẽpus indignationis occurrerit talis caſus, puta infirmitas grauis, mors, aut notabilis iactura, ſeu infortuniū alicuius eorū, aut nuptiæ, filiorum, aut filiarum, & hmõi, vbi tales perſonæ ſolent & debent adeſſe: ità quòd ſi non adeſſent, cùm facilè poſſent, & ex priuatione familiaritatis aliàs debitæ iam incipiunt ſcandalizari qui id vident, aut ſciunt, & ipſi offenſores indignantur, de nouoque concipiunt inimicitias indicantes odium confirmatum in corde offenſi contra eos: tunc enim incipit iam oriri ſcandalum puſillorum, & ignorantiū: quod altero duorum modorum in ſecundo puncto prædictorū offenſus remouere tenetur, & præcipuè recipiendo offenſores ad loquelam, & debitam recõciliationem, vt dictum eſt.

QVAESTIO VIGESIMA OCTAVA.

Vtrum pro honore Dei, aut pro ſpirituali proximi ſalute, liceat velle, & petere à Deo carentiam gratiæ, aut gloriæ ad tempus, vel etiam in æternum.

Propſ. 1. RESPON. per quatuor propoſitiones quarū prima eſt, quòd non eſt licitum velle peccare, aut Dei gratia carere pro honore Dei, & multò minus pro ſpirituali ſalute fratrum: patet quia id repugnat, & eſt contra charitatem Dei, & ſui ipſius hominis, vt liquet, neq; ſunt facienda mala vt eueniant bona Rom. 1. cum hoc tamen ſtat ſecùndum Medina de penitentia. q. 6. ꝙ licitè peccator vult ad tẽpus manere in Dei inimicitia ſine gratia, non quidem abſolute nec vt eſt culpa, ſed ex ſuppoſitione, vel vt eſt pœna peccati, quia illam meruit.

Propſ. 2. Secunda propoſitio, licitum & heroycum eſt pro honore Dei, velle, ſi fieri poſſet, manendo in charitate & gratia Dei, carere gloria nõ ſolū ad tempus, ſed etiam in ęternum. Ratio, quia ſic rectè præponitur affectio iuſti, affectioni commodi, & melius bonum minori: & ſic eſt ordinata charitas, qua bonum honoris Dei præponitur bono, & dilectioni ipſius hominis, ſuiſq; cõmodis etiā ęternis. Ex quo patet quòd pro vitanda offenſa Dei, ſeu peccato quocunque, etiam cuiuſcunque, quatenus eſt offenſiuum Dei, heroycum ſic conditionaliter velle carere gloria: Quia æquiualenter fit propter honorem Dei. Concordat Adrianus in tractã. de remiſ. præſt. poſtmortem. q. 2. Et ad idem videtur Palud. in. 4. diſtinct. 17. q. 1. art. 6. concl. 3. Et Durandus, ca. diſtinct. q. 6. Sic Paulus ad Ro. 9. Optabat eſſe anathema à Chriſto pro fratribus, ideſt ſi ad honorem Dei, qui ex ſalute & conuerſione Iudęorum redundabat, expediret ipſum carere gloria, vel ad magnum tempus, id certè ex charitate ad Deum optabat Paulus, ſecundum Originem & Chriſoſt. ibidẽ & lib. 4. de Sacerdotio. & lib. 3. de prouidentia; & ſermone. 10. de charitate. Et Theophilatus, & Athanaſius ſunt ad idem, vt etiā magiſter Soto, & Grandis referunt ibidem. Sic & forte ſecùndum eoſdem doctores intendit Moyſes quando Exo. 32. ait. Aut dimitte eis noxā hãc, aut dele me de libro tuo &c. quia ſcilicet talis dimiſſio culpæ populi redundabat ad Dei honorem, propter quem petebat deleri de libro vitæ, ſi eſſet poſſibile: nā ſtante lege nõ eſt poſſibile nec optabile abſolutè, ſed conditionaliter & inefficaciter pro ſalute autem fratrum minimè, vt de hoc in. 4. propoſitione latius.

Tertia propoſitio, licitum eſt & meritoriū pro ſpirituali ſalute fratrum, immò & pro quacunque alia rationabili cauſa velle carere gloria ad tẽpus: quia licitum eſt viro iuſto ſciente ſe eſſe in gratia nolli mori tàm citò; & velle ſatisfacere in purgatorio diu pro peccatis pòtius quàm hic breui tempore, quia refugit mortem, & labores vitæ huius: neque oppoſitum eſt ei pręceptum à Deo, nam detur ibi, & per cõſequens vult licitè diu retardari à gloria ex cauſis rationabilibus ſupradictis: immò, & hac de cauſa licitum eſt velle etiam ad tempus pati pœnas inferni pro ſalute fratrum, ſicut B. Catherina de Senis optabat eſſe opertorium inferni, ſcilicet ad tempus ne quis illuc deſcenderet. Neque enim omnis charitas in quocunque gradu cupit aut inclinat vt homo cupiat ſtatim & omni tempore eſſe cum amico Chriſto in fructu amicitię, puta in gloria: ſed pro aliquando, puta pro ſuo tempore, poſt mortem & purgationẽ debitam peccatorum. Sic etiam Paulus ad Roma. 9. optabat eſſe anathema à Chriſto pro fratribus, ſcilicet ad tempus tantum ſecundum Chryſoſt. Orige. Theophi. & B. Tho. & Nico. de Lyra ibidem, & communiter doctores. Sicut & B. Martinus orabat dicens dominæ ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborem &c. Et ad Philipẽ. 1. Coarctor eſt duobus &c. Concordat expreſsè cum his Adria. vbi ſupra, & Palud. in. 4. diſtinct. 21. q. 1. art. 2. concl. 3. Propſ. 3.

Hiero. autem & quidam alii doctores illud deſiderium Pauli exiſtimant tunc cõtigiſſe cùm is ſub iudaiſmo Eccleſiam Chriſti Zelo ſynagogæ inſectabatur, vt habetur ad Gala. 1. proficiebam in iudaiſmo &c. & ſuper Zachariam ca. 14. exponit ꝙ Paulus pro ſalute fratrum iam conuerſus ad fidem Chriſti optabat eſſe anathema pro fratribus, ideſt maledictus & opprobrio habitus, & abiectus inter homines viles Chriſtum imitari, qui pro noſtra ſalute maledictus factus eſt, vt ad Galatas tertiò habetur.

Quarta propoſitio, non eſt licitum vllo modo, videlicet, nec abſolutè, nec etiam conditionaliter, nec inefficaciter velle, nec ità directè, & finaliter petere carere gloria, vel damnari in ęternum pro ſalute fratrum finaliter, vel ut illi ſaluentur: etiam ſi ſine peccato, & manendo in gratia Dei, id fieri poſſet. Propſ. 4.

Probatur tùm primò quia id eſt contra charitatem ad ſeipſum vel contra ordinẽ eius, ratione cuius homo tenetur prædiligere ſalutem ſuam ęternam, quæ ſtat in vnione beatifica ad Deum. Et faciunt ad hoc doctores in tertio diſtin. 29. communiter dicẽtes quòd ex ordine charitatis neceſſariò tenetur quilibet velle beatitudinẽ ſibi potius, quã aliis quibuſcunque. facit & id Matth. 16. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? tùm ſecundò quia tale malum priuationis gloriæ non, niſi pro maiori bono diuino vel ipſius appetentis, eſt ipſi appetibile. 9. Ethi. Amabile quidem bonũ, magis autem proprium: tùm tertio quia ſi id liceret appetere, ergo & ad idem conari quantum poſſibile eſſet, quod tamen non videtur, vt ex reſponſione ad argumenta patebit.

Argũ. 1. Oppoſitum huius quartæ propoſitionis videtur tenere Adria. vbi ſupra, & aliqui alii doctores propter quatuor rationes primò quia ſi id licet propter honorem Dei, vt in prima propoſitione dictũ eſt, ergo & propter ſalutem ęternam fratrũ. probatur conſequentia ex identitate rationis; & quia ex fratrum beatitudine, & ſalute prouenit honor Dei. Et quia Exo. 32. Aut dele me de libro tuo, aut dimitte eis &c. & Roma. 9. Optabam eſſe anathema à Chriſto pro fratribus: hoc clarè inſinuatur licitè deſiderari.

Argumẽ. 2. Secundò, quia maius bonum diuinum eſt participatũ in beatitudine à pluribus, quàm à me ipſo tantum, ergo magis optandum eſt etiam mihi & præponendum propriæ beatitudini meę. Nam bonum quò magis commune, eò maius & melius, ergo præeligibilius eſt.

Argumẽ. 3. Tertiò, quia ſecundum Martinum. q. 7. de fortitudine & communiter doctores contra Durandũ in quinto diſtin. 17. q. 6. & Paluda ea. diſtinct. q. 1. art. 6. fortis politicus non credens nec ſperans aliã vitam, certè virtuoſè moritur pro ſua repub. & ita vult in ęternum priuari vita & fœlicitate, quam ipſe nouit, pro temporali ſalute & fœlicitate fratrũ, aut ſuæ reipub. ergo ſimiliter virtuoſè id volet Chriſtianus, ſcilicet carere gloria ęterna ſibi cognita pro æterna fratrum, vel reipub. ſuæ ſalute & gloria.

Argumẽ. 4. Quartò quia ſi id licet ad tẽpus, vt ſupra in tertia propoſitione habetur, ergo & in ęternum velle gloria carere pro fratribus vel ex eadem cauſa licebit: ex quo manet eadem ratio charitatis proximi vtrobique: neque ratione temporis maioris vel minoris fit illicitum de licito manente eadem ratione ſemper vno aut pluribus diebus.

Reſponſio. ad primum argumen. Sed his non obſtan. videtur ſtandum in prædicta quarta propoſitione. Et ad rationes vel argumẽta præfata reſpon. ad primũ negando conſequẽtiam, nec ibi eſt eadẽ ſed potius diuerſa ratio. Nã bonum diuinum in ſe, ex quo eſt primum & immediatum obiectum charitatis & finis omnium, licitè deſideratur & præponitur omnibus aliis poſtpoſitis etiam beatitudini propriæ: non ſic beatitudo fratrum, vti ex ſupradictis, & ex reſponſione ad argumẽta ſequentia amplius liquet. Ideò quamuis ex beatitudine fratrum Dei honor proueniat; non tamen licet pro fratribus nec reſpectu eorum finaliter, quod pro Dei honore tandem licet, ſicut nec eos diligere ſuper omnia, quamuis propter Deũ, & ex eorum dilectione Dei dilectio proueniat, & in ea includatur.

Et ad id Exo. 32. & Ro. 9. dico id tripliciter intelligi poſſe: primò de priuatione gloriæ ad tẽpus; de qua ſuprà propoſitione tertia habetur: ſecundò de deſiderio priuationis glorię in ęternum finaliter pro honore Dei, de qua ſuperius propoſitione ſecunda dictum eſt tertiò ſi de deſiderio priuationis gloriæ in æternum pro fratribus intelligatur: tunc vel non eſt intelligendum finaliter pro gloria aut beatitudine eorum, ſed pro honore Dei indè proueniente, vti ſuperius in propoſitione ſecunda declarauimus: vel illa affectio & petitio potius fit, atque directè tendit ad ſalutem & veniam proximorum à Deo impetrandam, quàm ad carentiam gloriæ ibi propoſitam. Eſt enim ille modus loquendi vel hyperbolicus: ſecundum Nico. Lir. & valdè cõmunis, dùm dicit Amicus amico, aut parcas illi, aut tolle mihi vitam, vel ſi illi nõ parcis, occide me. Quod fit ad ſignificandum vehemens deſiderium impetrandi bonum, quod aliis deſiderat, & petit: per illam etiam hyperbolicã deſiderii explicationem intendit cor alterius, vel Deum ad miſericordiam petitam inclinare: non autem intendit ſibi malum illud velle aut petere vllo modo: et procedit ille modus petendi ex magna confidentia amoris vel amicitiæ petentis ad eum, à quo ſic petit ſecundum Auguſt. Exo. 42. Eſt enim certus, & confidit ſic petens quòd ille, à quo petit non infliget malum illud, quod ſibi infligi petere videtur. Itaque ibi nec deſideratur nec petitur carentia gloriæ in æternum pro fratrum ſalute: ſed per talẽ hyperbolicum modum loquendi explicatur vehemẽs deſiderium ſalutis eorum, quæ tandem petitur, & deſideratur. Et ita nihil inde contra quartã opinionem habetur.

Quod autem Exo. 32. Lira dicit quòd prædicta petitio proceſſit ſecundum portionem inferiorẽ: certè parũ ad rem facere videtur. Nam ſi à ratione plene deliberata procedit, certè nil culpæ vel meriti tollitur vel apponitur ex hoc quòd ſecundũ hanc vel illam portionem fiat ſiuè perueniat. Aliæ expoſitiones Exo. 32. dantur ab aliis, quæ ibidem à Nico. Lira, & eius defenſore Matthia contra Burgẽ. optimè refutantur, et ita patet reſpon. ad primũ argumentum. Nam & Turrecremata in decreto diſtinct. 45. ca. diſciplina, dicit id Exo. 32. intelligi potius de libro vitæ tẽporalis. volebat enim Moyſes, vt bonus paſtor, mori pro ouibus ſuis: quaſi diceret, ſi nõ parcis eis dele me de iſta vita, quia amplius viuere nolo, ut in eo. ca. diſciplina. paulò inferius ſignificatur. Alii dicunt quòd intelligitur ſic

idest,

id eſt dele me de libro ſpecialium tuorum amicorum, & valdè familiarium tuorum famulorum. q. d. Ne oſtendes te mihi tàm familiarem, & fauorabilem coram omnibus ſi non parcis eis, vt ego peto, vt omnes id videntes de cætero ad me pro intercesſione non fugiant.

Reſp. ad 2. Ad ſecundum reſpondeo diſtinguendo. Nam ſi habeatur reſpectus ad bonum diuinum in ſe, id eſt, ad eius honorem maiorem reſultãtem ex plurium ſalute & beatitudine: tunc conceditur antecedens, & conſequentia, & hoc eſt quod ſupra in ſecunda propoſitione dictum eſt: ſecus autem ſi habeatur tãtum reſpectus ad bonum diuinum participatum in proximis, id eſt, ad vtilitatem eorum: tunc enim conceſſo antecedente negatur conſequentia.

Et ad probationem quòd ſcilicet bonum commune eſt maius, & melius, ergo eligibilius quàm proprium: reſpon. negando conſequentiam: quia non ſunt cætera paria. Dico enim ꝙ maior ibi aſſumenda, ſeu regula generalis, ꝙ ſcilicet maius bonum eſt eligibilius, intelligitur vel vtrobique abſolutè, & in ſe: vel vtrobique reſpectiuè, ita ꝙ maius bonum proprium eſt eligibilius ei, qui in tali bono aliquo modo participat in eo, ſecũdum Palud. vbi ſupra diſt. 17. Quod patet dupliciter. primo, quia ideò eſt, & dicitur bonum, quia conueniens habenti: & ideò cõmune, & maius bonum eſt eligibilius, ſeu amabilius, quàm proprium, & quàm minus bonum, quia in illo communi, & maiori bono ſaluatur aliquo modo ratio boni proprii minoris. ergo ſi nullo modo quis participat in eo, iam nec ratio boni proprii in eo ſaluatur. Iam etiam ſequitur ꝙ illud nullo modo eſt ei cõueniens neque bonum, neque eligibilius, aut amabilius, quàm proprium: ideo dicitur. 9. Ethi: Amabile quidem bonum, vnicuique autem proprium: item amicabilia quę ſunt ad alterum veniunt ex amicabilibus ad ſe.

Item ſecũdo, quia pars naturalis, & politica eſt præciſè propter totum corpus naturale, ſiue politicum: quia in eius bono bonum partis ipſius ſeruatur: quod inde patet, quia etiam ſtando in lumine naturali ſi homo nõ eſſet pars reipub. alicuius particularis, vel totalis, ſcilicet totius mundi non licitè vitam exponeret corporalem pro corporali ſalute, etiam mundi totius: quia pars non niſi pro toto, cuius eſt pars, aliquo modo ſe naturaliter exponit, cuia eſt præciſè propter illud, in cuius bono conſeruatur, & à quo pendet ſuum eſſe. Nunc autem in rebus ſpiritualibus, vel ſupernaturalibus nõ eſt talis vnio nec ordo vnius ad alterum, nec etiam ad totam creaturarum rationalium vniuerſitatẽ præciſè: niſi ad Deum vel in ordine ad ipſum, ad quem & reſpectu cuius reſpicit, & inclinat charitas, vt ad primum & immediatum obiectum ſuum: à quo ẽt ſolo principaliter homo pẽdet: & in quo viuimus, mouemur, & ſumus, & noſtrum bene eſſe finale, ſiue beatum ſperamus. Ideò quoad hoc eſſe ſupernaturale, atque beatum homo non eſt pars alicuius cõmunitatis, vel eccleſiæ, niſi in ordine ad Deum: neque eſt vnio, aut participatio animarum, & bonorum ſpiritualium, niſi in ordine ad ipſum, vt dictum eſt. Non igitur debet homo etiam pro bono totius mundi ſiue ſalute animam ſuam exponere perditioni, aut carentiæ beatitudinis æternæ, neq; id velle: quia nec id à Deo gratum eſt etiam ſi ſine peccato in gratia Dei permanendo id facere poſſit. Matth. 16. Quid prodeſt homini &c. vt ſupra probatum eſt. Vnde & ſecundum doctores in 3. diſt. 27. 29. præcipuè Scotum ratio diligibilitatis eſt bonitas, & vnitas, & niſi ſit bonitas infinita Dei certè præponderat ratio vnitatis, & proprietatis ad amãdum ſecundum Ariſt. Amabile quidem bonum, vnicuique autem proprium: ideò & ordo charitatis poſt Deum incipit à ſeipſo: & ſecundum doctores in 4. diſt. 50. minor beatus plus intenſiuè & appreciatiuè, licet non extenſiuè, amat ſuam minorem beatitudinem, quàm maiorem aliorum ſanctorum.

Ad tertium reſpondeo negando conſequẽtiam, Reſp. ad 3. & ratio eſt quia talis modò excuſetur à culpa, modò non ratione talis ignorantiæ non credendo nec ſperando aliam vitam niſi naturalem, quam habet in repub. cuius eſt pars, & non ſperãdo ordinari ad Deũ in vita æterna beatifica: dico ꝙ virtuosè agit moriendo pro ſua repub. quia & ſic faciendo non vult perdere vitam beatam æternam, quam nõ cognoſcit, ſed ſolum vitam temporalẽ ſeu eſſe ſuum naturale in æternum, ſecundum quam vitam, ſeu eſſe naturale eſt pars reipub. ſecus eſt de volente malè perdere vitam beatam æternam, quam credit, vt dictum eſt.

Ad quartum reſpondeo negãdo conſequentiã, Reſp. ad 4. & ratio diſcriminis eſt: quia charitas inclinat ad volendum eſſe cum Chriſto aliquando in vita beata æterna, ſeu quia non eſt cõtra charitatem ſui velle carere gloria ad tempus ex cauſa rationabili, vt ſupra. Bene autem eſt contra charitatem, & eius inclinationem velle carere gloria in æternum etiam pro aliis fratribus: quia ex ordine charitatis tenetur homo potius velle ſibi gloriam æternam aliquando, quàm aliis, vt patet ex ſupradictis in 3. & 4. propoſitione. Sicq; non manet eadem ratio temporis, aut durationis temporalis, & durationis ęternæ: ex quo pro breui tempore non eſt prohibitum, ſicut prohibitũ eſt ex ordine charitatis ad ſe velle aut facere hoc etiam pro fratribus, in æternum, vt dictum eſt.

Velle autem diu in hac vita viuere, vt delectabiliter viuat in ſuis diuitiis, & honore aliàs licitè, nõ eſt mortale ſed veniale, ſecundum Adrianum vbi ſupra, & Nauarro in ſumma ca. 11. nu. 6.

QVAE-

QVAESTIO VIGESIMANONA.

Vtrum liceat mentiri, aut cognoſcere non ſuam, pro uitanda alicuius morte corporali, aut graui ſcandalo, aut pro liberanda republica ab iniuſta oppreſſione, ſiue tyrannide.

Opinio 1. 1. Ratio. RESPON. in hoc eſt duplex opinio prima ꝙ ſic. quæ probatur. 9. rationibus. Prima, quia ex duobus malis minus malum, minusque periculum eſt eligendum pro vitando maiori, ſecundum rectã rationem: quia & habet rationem boni, vt hoc ait Auguſt. 3. par. lib. de mendacio, ad Conſentium c. 8. & Grego. & habetur diſt. 13. ca. nerui. & ca. duo mala. & ibi Turrecremata, & 22. q. 4. non ſolum. & 3. Ethi. ca. 3. & ff. de reg. iur. quoties nihil, & Scotus in 4. diſt. 13. q. 2. & Gerſon in regulis moralibus ca. 1. & c. de auaritia, ſed minus malum ex genere ſuo eſt mendacium, & fornicatio, quàm homicidium, vt patet, tùm ex obiecto, tùm etiam ex ordine præceptorum decalogi ſecùndum communiter doctores, vt ſupponitur. Et qui poteſt tueri vitam ſuam, vel alterius, ipſumq; à morte ſpirituali liberare, & non facit, certè cenſetur homicida, & cauſa peccati proximi, ſecùndum diſt. 83. ca. prouidendum. vbi dicitur. Parum refert lætum inferas, vel admittas. ergo pro tuenda vita corporali, vel maiori peccato proximi cauendo, eſt minus malum mendacii officioſi, & etiam fornicationis eligendum.

Nec valet euaſio, ꝙ mors eſt malũ pœnæ, quod potius eſt eligendum, quàm quodcunque malum culpæ, maximè cùm in patiendo pœnam non ſit culpa. Quòd non valeat hæc euaſio, probatur: quia licet mors ſit malum pœnæ, ipſamq; pati ex genere ſuo non ſit culpa: at, mortem infligere, vel admittere in ſe vel in alio ſine cauſa rationabili, cùm homo poteſt eam iure vitare, eſt culpa, vt dictum eſt in diſtin. ca. prouidendum, quia tenemur eam vitare ex præcepto, Non occides. ergo pro ea vitãda minus malum mendacii, & fornicationis, eſt licitum medium ſecundum rectam rationem, vt dictum eſt.

Ratio 2. Secundò probatur idem (& eſt fortificatio rationis præcedentis) quia ſicut pro vitãda morte ſui vel alterius (modò ſit malum pœnæ, modò ſit malum culpæ) rationabiliter quis detinet, & capit alienum, cùm non patet aliud remedium, & pro iuſta defenſione ſui ipſius, vel etiam innocentis, & amici, maximè ad ipſum confugientis, licitè quis occidit iniuſtum inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſecùndum communiter doctores. Ex clemen. 1. ſi furioſus. Et extra de ſenten. excom. ca. 3. & de homicidio. ca. ſignificaſti. el. 2. & ca. dilecti. de ſenten. excom. lib. 6. & pro defenſione & pace reipub. in bello licitè occiduntur hoſtes iniuſti, & latrones à iudice, vt habetur. 2. Ethic. & lib. 7. de repub. ca. 13. & ſecundum communiter doctores: & pro ſaluanda vita ſua vel alterius, & reipub. licitè quis prodit ſecretum in infamiam ſui, vel alterius quod aliòqui ſeruare tenetur ſecretum. ergo ſimiliter eodem modo, eadẽ cauſa, & ratione, licitum eſt mentiri, & fornicari, ſeu accedere ad non ſuam pro ſaluanda vita: patet conſequentia propter eandem rationem, ſcilicet vt vitetur mors: quia ſicut fornicari & mentiri eſt prohibitum lege naturali & diuina, ſic etiam furari, & non occidere hominem, & non reuelare ſecretum, igitur ſicut pro vitanda morte deſinunt eſſe mala capere alienum, & occidere hominem, & reuelare ſecretum, quia lex naturalis & diuina ſic ea prohibuit, & ſunt mala, & peccata, excepto caſu maioris mali vitandi, qualis eſt mors, tunc inquam deſinunt eſſe mala, & peccata: neque propriè, & formaliter vocantur peccata, aut nominibus peccatorum, puta non propriè dicuntur furtum, homicidium, aut proditio ſecreti, ſed ſolum materialiter, & ſimilitudinariè, & vſurpatiuè: ità & mentiri, & fornicari pro ſaluanda vita deſinunt eſſe mala, ſiue quouis iure prohibita.

Nec obſtat dicere ſecùndum B. Tho. & Caietanum, ꝙ quia res temporales cuiuſcunq; ſint, & defenſio ſui, & reuelatio ſecreti ſunt media ab ipſa natura ordinata directè, ad conſeruationem vitę in caſibus ſupradictis proportionabiliter, ideò ſunt media licita pro vitanda morte: mendacium autem & fornicatio minimè. Hæc inquam euaſio non valet: quia quandocunque ad vitandam mortem fuerit medium neceſſarium mendacium vel fornicatio: tũc eadem ratione, qua actus vel vſus aliarum rerum ad ſeruandam vitam fit licitus, & ordinatus à natura, licet aliàs lege naturali, & diuina ſit prohibitus, vt vas aureum alienum, vt mediante eius vẽditione ſuccurratur extremæ neceſsitati: eadem etiam dicere falſum, & cognoſcere non ſuam vt vitetur maius malum mortis fit licitum & ordinatũ à natura: modò regulariter aliàs ſit medium directè ordinatum à natura ad id, modò non. Nam in caſu neceſsitatis extremæ omnia illa etiam vaſa aurea, in quibus mors vitari poteſt directè vel indirectè, mediatè uel immediatè, aut quouis modo, ſunt media communia, & pro tunc apta, & ordinabilia, ſeu expedientia, ſeu etiam neceſſaria ad id, & per conſequens pro tunc ſunt à lege naturali, & diuina conceſſa ad vitandum mortem, dum aliud remedium non apparet: quia tunc currit eadem ratio in omnibus vt ſcilicet pro vitando maiori malo mortis, aut grauis ſcandali, eligatur minus vt dictũ eſt.

Tertiò probatur idem, quia inuoluntarium, & coactio excuſat à culpa, ſicut & ignorantia inuincibilis ſecùndum omnes, quia tollit uoluntarium. Sed qui pro uitanda morte mentitur, uel fornicatur, iá id facit inuoluntariè: quia id facit aut certè permittit neceſsitate coactus, qui certè nollet facere ſi mortem poſſet uitare: quia licet id ſit mixtum ex uoluntario & inuoluntario: tamen ſimpliciter eſt inuoluntarium: & coactum mendacium, & fornicatio pro ſaluanda uita ſecùndum. 3. Ethi. ca. 1. ergo excuſatur à culpa, ſicut & Iacob cognoſcens Lyam inuincibiliter ignoratam. Ratio 3.

Quartò probatur idem, quia communis ſenſus Ratio 4.

hominum

hominum refugit ꝙ potius ſe exponat morti, aut proximum ſuum,quàm vitet leue mendacium officioſum, pro quo non incurritur pœna æterna, aut quàm vitet fornicationẽ: & ſimiliter ꝙ potius ſe, vel alium prodat cum ſcandalo graui, & periculo mortis ſuæ,vel alterius,quàm mentiatur, & fornicetur. Nunc autem communis ſenſus proborum hominum eſt indicium rectæ rationis, & quaſi lex naturalis,vt 2.& 10.Ethi.ca.5.& 6.igitur.

Ratio 5. Quintò probatur, idem auctoritate Euſtratii Epiſcopi doctiſsimi,qui 5.Ethi. ca.1.ait. Mendacium turpe eſt:ſed vtilitatis cauſa non turpiter fit: ſicut & ſæpe bonum non bene fit: tunc enim turpe deſinit eſſe: ſecus de mendacio pernicioſo, quale eſt mendacium in fide & ſacramentis, & moribus, & in iniuriam proximi,aut cum periurio admixto: quia pro ſaluanda vita cuiuſquam,non licet.

Item in collationibus patrum. colla.17.ca.9.& latius c.17.& ſequentibus Abbas Ioſeph ait,quòd mendacio tanquam helleboro vtendum eſt ad cuſtodiam virtutum,vel ſalutem proximi.

Item in gloſ.ca.quod ait.diſt.14. habetur quòd ſecùndum multos doctores eſt venialiter peccandum pro vitando peccato mortali in proximo. Et cum prædicta opinione cõcordat Martinus de fortitudine. q.5. de martyrio quoad mendacium, & de temperantia q.2. de luxuria quoad fornicationem.& Durandus in 4.diſt.33.q.2.& Arnobius ſuper Pſal.139.ait ꝙ mendacium in Iudith bonum fuit, & expreſſè loquitur ꝙ fuit bonum moraliter in ſe,& non ſolum in euentu.

Ratio 6. Sextò probatur idem per Auguſt.lib.5.de repu. c.10. dicentem ꝙ Dion excogirato facinore præclaro cum mortis periculo Dionyſium Tyrannum pro reipub. liberatione tentauit occidere, de quo & laudatur ibidem.

Ratio 7. Septimò probatur idem per Aug. qui in 3.par. in tract.de ſermone domini in monte lib.1.non improbat,ſed ſub iudicio lectoris relinquit vtrum ſit probandum factum mulieris cuiuſdam Antiochenæ,quæ (ſicut ibi narratur) vt de precio fornicationis maritum liberaret à morte,cui propter debitum pecuniarum aſtrictus erat,ipſo conſentiente cum alieno coiuit. Et videtur Auguſt. ibidem eam de hoc commendare.

Item idem Auguſt.lib.22.contra Fauſtum.cap. 33.& ca.37.&c.videtur laudare obſtrerices Aegyptias,quæ Exo.1.per mendacium ſeruauerunt maſculos Hebræos,& Raab quæ Ioſuæ.2. per mendacium ſeruauit exploratores Hebræos à morte. Et Loth qui Gene.19. pro vitanda ſodomia ciuium ſuorum filias ſuas eorum libidini expoſuit.

Et videtur concordare Baſilius ſuper Prouer.1. dicens ꝙ pulchra fuit admodum Hebræorum aſtutia Aegyptios decipientium,ac pro opere præmiũ à Deo ſuſcipientium, ac demum miſericordiam. Collaudata item eſt aſtutia nutricũ Aegyptiarum, quæ mares Hebræos ſeruauerunt.Pulchra quoque aſtutia Rebeccæ,quæ modũ reperit,quo filius magnam ſuſciperet benedictionem. Et idem dicit de Raab & Rachele,& cæteris prædictis.

Et ad idem videtur ꝙ Iudith laudatur, quia per mẽdacia,& per fornicationem, aut per periculum fornicationis Holofernem hoſtem ſeduxit, & tandem occidit pro liberatione reipub.

Item idem Auguſt. ad propoſitum de mẽdacio officioſo pro ſaluanda vita dicit ſic, In hoc homo ſemper vincitur affectibus humanis, vt falſum dicat ſine alicuius iniuria,vt alicuius ſaluti aut commoditati conſulat: non affectu tunc vincitur, ſed bonitate naturæ ducitur,vt melius in hac cauſa faciat,quàm opinatur: & loquitur de ſeipſo, vbi videtur quòd ſibi diſpliceat oppoſita opinio, quam ante tenuerat in libris de mendacio.

Item Auguſt.par.8.lib.3. quæſtionum ſuper Leuit.q.68. ait. ꝙ penè omnibus videtur ꝙ pro ſalute,ubi nemo læditur,liceat mentiri.

Ratio 8. Octauò probatur idem quia ſecundum Magiſtrum in 4. diſt.38.& Hugo.lib.2. de ſacramentis par.11.ca.6. Mulier,quæ cauſa uitandi ſcandalum vel mortem ſtat cũ non ſuo,cùm aliter remedium non patet, licitè facit reddendo debitum uiro illo ignorãti exigenti, quia id, neceſsitatis eſt,licet nõ poſsit petere,quia id,eſt uoluntatis.

Similiter qui habet votum ſimplex non peccat reddendo debitum ſuo coniugi:licet non poſſit petere.Et Adria.in 1.quodlib. non reprobat,ſed tolerabilem dicit illam opinionem Magiſtri & Hugonis.ergo ſimiliter in propoſito propter eandem rationem dicendum eſt.

Ratio 9. Nonò probatur idẽ. quia ſimulatio eſt ſpecies mendacii ſecundum Auguſt. par.1.lib.2.Soliloquiorum ca.9.Nil enim refert an factis,an verbis,falſum uelis dicere,aut perſuadere: & tamen eſt licita in caſu ſecundum Hiero.ſuper ad Galatas.2.

Si arguatur ꝙ Auguſ.3.par.lib.de mendacio ad Conſentium tenet oppoſitum ꝙ ſcilicet pro vitanda morte corporali ſui,uel alterius, etiam pro conuerſione infidelium, non licet mentiri. Reſpondetur,ꝙ ibi loquitur opinatiuè, quam opi. poſteà in locis ſupra allegatis libro.1. de ſermone domini in monte &c. videtur infringere vel infirmare:immò etiam ſi ipſe eam aſſeruiſſet, non eſſet ſtandum illi cõtra rationes efficaciores in oppoſitum, vt ſupra tactæ ſunt,vt ipſe Auguſt.decernit in ca.Ego ſolis. diſt. 9. dicens ꝙ rationi efficaci potius, quàm auctoritati doctoris cuiuſcunque ſtandum eſt.

Opinio 2. PRAEDICTA prima opinio defecit in ſe, & in fundamentis ſeu probationibus: in ſe quidem eſt erronea, & contra communiter doctores in 3. diſt. 38.& B.Tho. 2.2.q.110.art.3. tenentes cum Auguſtino vbi ſupra par.3.lib. de mendacio.& par.8. lib.contra mendacium,& eſt contra decretum eccleſiæ in cap.ſuper eo.de vſuris,ubi habetur ꝙ ſacra ſcriptura prohibet mentiri pro ſaluanda vita cuiuſcunque:immò & pro ſalute ſpirituali,aut pro uitando peccato alterius cuiuſcunque:aut pro conuerſione infidelium, & pro pudicitia, & caſtitate ſeruanda,

ſeruanda, vt patebit infra ubi hæc allegantur ex Auguſtino.

1. Ratio. Et hæc ſecunda opinio, vel potius veritas communis & catholica probatur ſeptempliciter. Primò, quia mentiri & fornicari ſeu ſcienter cognoſcere non ſuam ſunt ita mala, ꝙ ſtāte lege (ut ſemper loquimur) non poſſunt per hominem à ſua malitia denudari: & nulla ratione, aut cauſa poſſunt bene fieri. ergo non licent pro uitanda morte. Conſequentia patet, & antecedens probatur: quia contra rectam rationem eſt falſum dicere ſciēter cum intentione fallendi, vel falſum dicendi aliis (quod eſt propriè mentiri.) quod patet: quia recta ratio dictat nihil cōtra veritatem ſcienter dici aut fieri. Nunc autem quacūque cauſa, aut intentione, & in quocunque caſu mentiatur, non tollitur quin adhuc talis actus ſit contra veritatem ſcienter, aut contra dictamen rectæ rationis. ergo non tollitur tunc malitia, & deformitas talis actus mendacii. ergo neque poteſt à ſua malitia denudari. Similiter idem patet de fornicatione & adulterio: quia accedere ad non ſuam, quod eſt fornicari, in nullo caſu, ex nulla cauſa, etiam per extremā neceſsitatem poteſt à ſua malitia denudari, dum adhuc manet non ſua, quæ niſi per matrimonium non poteſt fieri vxor ſua: nunc autem accedere ad non ſuam ex ſuo genere eſt contra rectam rationem, & lege naturali, & diuina prohibitum, vt patet per rationes, per quas communiter à doctoribus reprobatur fornicatio, & concubitus vagus, quod propter breuitatem pro nunc ſupponatur ex 3. diſt. 37. & in 4. diſt. 26. igitur.

2. Ratio. Secundò probatur idem. quia ex 3. Ethic. ca. 1. quædam tàm turpia ſunt, vt mori potius ſit ſubſtinendum, quàm talia perpetrare. & nō videtur quæ mala ſint tàm turpia niſi ea quæ ſunt ita per ſe mala, vt nullo modo rectè fieri poſsint, qualia ſunt mētiri & fornicari, quia de his habetur. 2. Ethi. cap. 6. ꝙ nullo modo poſſunt rectè fieri. Et quod dicitur ibi de furto, & homicidio ꝙ non poſſunt rectè fieri intelligitur de furto & homicidio propriè, & formaliter ſumpto, quando ſcilicet fiunt cum iniuria proximi, quia tunc non poſſunt rectè fieri, neque à malitia denudari per hominem ſtante lege, vt patebit infra in reſponſione ad ſecūdam rationem opinionis præcedentis: & tale eſt fornicari, ſeu ad nō ſuam accedere. Idem ait etiam in 4. Ethi. ca. 7. de mendacio quod per ſe improbum eſt. Quod etiam ibi dicitur ab Ariſt. ꝙ hæc rectè fieri non poſſunt, intelligitur non ſolum de potentia morale, ità ꝙ vix, aut nunquam rectè facta ſunt, aut fieri poſſunt, ſed etiam de potentia logica, & abſoluta ita quòd, vt dictum eſt, nullo modo ex nulla cauſa rectè fieri poſſunt, quamuis oppoſita opinio erronea hoc perneget.

3. Ratio. Tertiò probatur idem. quia Rom. 3. non ſunt facienda mala, vt veniant bona, & multò minus vt vitentur mala culpæ, vel pœnæ: quia plus eſt facere bonum quàm vitare malum. Nec valet euaſio, ꝙ tunc minus malum pro vitando maiori non habet rationem mali ſed boni, ꝙ hoc nō valeat in propoſito patet: quia licet hæc euaſio ſit vera in malis quæ à ſua malitia denudari, & rectè fieri poſſunt: non tamen in malis quæ à ſua malitia denudari, & rectè fieri non poſſunt, qualia ſunt mendacium, & fornicatio, idolatria, & huiuſmodi. quod probatur: implicat enim ꝙ rectè fieri non poſsint ſimul, & ꝙ pro vitando maiori malo, vel aliquo modo rectè fieri, & à ſua malitia denudari poſsint: & ſequeretur etiam ꝙ liceret dare ad vſuram pro redēptione captiuorū, maximè cùm ad id aliud remedium non pateret: quia tūc diceretur ꝙ illud malū uſuræ ſicut & furti reſpectu maioris mali, captiuitatis, aut periculi inde imminentis vitandi, haberet rationem boni: hoc autem reprobatur expreſſè in ca. ſuper eo. de vſuris, vbi habetur ꝙ nō licet dare ad vſuram pro redemptione captiuorum, quia non ſunt facienda mala vt veniant bona.

Item Dan. 13. eſt ad idem vbi habetur ꝙ Suſanna ait, Anguſtiæ ſunt mihi vndiq; , ſi enim hoc egero mors mihi eſt, ſcilicet animæ ſecundum glo. interlin. ſi autem non egero non effugiam manus veſtras: ſed melius mihi eſt abſque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in cōſpectu Dei: vbi patet clare ꝙ peccatum mortale reputabat illa ſancta Suſanna fornicari pro vitanda morte, vt etiam ait gloſſa interlinealis ibidem.

Quartò idem probatur. quia in dicto ca. ſuper eo. de vſuris, habetur expreſſè quòd ſacra ſcriptura prohibet fornicari pro alterius vita ſeruanda. 4. Ratio.

Nec valet euaſio ꝙ ſcilicet id intelligitur pro vitāda morte iuſtè infligenda, ſeu pro ſeruanda vita nocentis, ſeu quam nullo iure ſeruare tenemur. Quòd hæc euaſio nō valeat probatur: tum primò, quia opera miſericordiæ, qualis eſt eleemoſyna in caſu extremæ neceſsitatis, aut redemptio captiuorum exiſtentium in periculo mortis corporalis, vel etiam ſpiritualis, dum non patet aliud remedium, ſunt obligatoria: & tamen non licet dare ad vſurā pro tali eleemoſyna, aut redemptione captiuorum facienda, vt habetur expreſſè in dicto ca. ſuper eo. de vſuris, quoad redemptionem captiuorum. ergo nec licet mentiri pro ſaluanda uita: tum ſecundò, quia abſolutè, & indiſtinctè dicitur in dicto ca. ſuper eo. ꝙ non licet mentiri pro ſaluanda vita alterius ſicut nec dare ad vſuram pro redemptione captiuorum: & facilè erat diſtinguere & limitare, ſi cum diſtinctione, & limitatione prędicta Papa vel Eccleſia id determinans intellexiſſet.

Quintò idem probatur. quia in ca. inquiſitioni. de ſenten. excom. habetur expreſſè, ꝙ coniux ſciēs impedimentum quod probare non poteſt potius debet excommunicationem ſuſtinere, quàm per carnale commertium mortaliter peccare. ergo in foro conſcientiæ in quo ibi loquitur textus apertè, non licet fornicari pro ſaluanda vita. 5. Ratio.

Si negetur conſequentia dicendo, quòd textus ibi ſolum dicit ꝙ potius eſt ſuſtinenda excōicatio,

non

non autem dicit quòd potius eſt ſuſtinenda mors, quàm per carnale commertium mortaliter peccandum; quòdq; ideò pro morte, vel magno ſcandalo vitando poteſt reddere, nõ autem petere debitum à non ſua, quia illud neceſsitatis, hoc volũtatis eſt.

Contra hoc replicatur, quia ſi per carnale commertium etiam reddendo debitum mortaliter peccatur vt ibidem ait textus: nunc autem pro ſaluanda vita corporali non eſt mortaliter peccandum, neque vita animæ poſtponenda pro quacũque cauſa, ergo non licet fornicari pro ſaluanda vita, aut caſu mortis euitande.

6.Ra. Sextò probatur idem. quia in cap. ſacris, de his quæ vi metus, vel cauſa fiunt, habetur ꝙ pro nullo metu debet quis peccatum mortale committere. ergo non licet fornicari pro morte vitanda.

Si negetur conſequentia dicendo quòd dictum ca. ſacris. intelligitur de voluntariè communicante cum excommunicato in crimine vel in ſacris.

Contra hoc replicatur. quia etiam ſi illa gloſſa admittatur; adhuc ſtat textus generaliter dicens, ꝙ pro nullo metu etiam mortis debet quis mortaliter peccare alio quocunque mortali peccato fornicationis & huiuſmodi, propter eandem rationẽ, quia ſcilicet (ut textus dicit) nullum peccatũ mortale licet committere metu mortis.

De intelligentia autem illius textus in c. ſacris. dic quod intelligitur quando directè incutitur metus, vt fiat transgreſsio legis, quia tunc videtur contemptus legis, qui nullo modo eſt committendus pro vitanda morte: quia eſt grauius malum ille cõtemptus, vt Adrianus latè probat in 4. de clauibus in materia excommunicationis in 7. exceptione, & in 1. quodlib. art. 3. in reſponſione ad quintum argumentum. intelligitur etiam quando ex non obſeruantia excommunicationis vel alterius legis eccleſiaſticæ imminet ſcandalum, aut periculum fidei. conſonat Angeſt. in morali. ca. 6. in fine.

7.Ra. Septimò probatur idem, quia Auguſt. in 3. par. lib. de mendacio ca. 6. & 7. & ca. 11. 12. 15. 18. 20. 21. & par. 8. lib. contra mendacium ca. 15. 17. 19. 20. ex propoſito determinat ꝙ non licet mentiri pro ſeruanda vita corporali cuiuſcunque, aut pro ſeruanda caſtitate, aut pro conuerſione hæreticorum, aut infidelium. ergo à fortiori non licet fornicari ex eadem cauſa.

Si dicatur (vt dicit ſupra dicta opinio erronea) quòd ibi Auguſt. locutus eſt opinando, vel ex opinione aliorum, vt innuitur ex hoc quod in lib. 1. de ſermone domini in monte, & alibi vbi ſupra videtur id relinquere iudicio lectoris; aut ſub dubio.

Contra hoc replicatur: tùm primò, quia etiam ſi ibidem Auguſt. opinatiuè loqueretur in lib. 1. de ſermone domini in monte, & alibi, non inde ſequitur quòd ergo vbi ſupra in libris de mendacio, & contra mendacium etiam opinatiuè loquatur: maximè cùm ex propoſito, & affirmatiuè ibi potius determinet ſuam ſententiam ſupradictam, & eccleſia in ca. ſuper eo. de vſu. & in decreto. 22. q. 2. cap. ne quis arbitretur. & ca. faciat. & ca. omne genus, tãquam certum nobis ſic tenendũ proponat quod Auguſt. vbi ſupra decreuit: tùm ſecũdò, quia etiam ſi vtrobique Auguſt. opinatiuè loqueretur, nõ eſſet pótius ſtãdum eius dictis dubiis in lib. 1. de ſermone Domini in monte, & alibi vbi per tranſitum materiam tangit, quàm eius ſentẽtiæ aſſertæ vbi ex propoſito illam pertractauit vbi ſupra in libris de mendacio, & contra mendacium, maximè cùm rationes pro hac eius ſententia communi, & catholica ſint efficaciores, quàm rationes ſupradictæ pro prima opinione erronea oppoſita, quæ ſupra poſita eſt, vt patebit reſpondendo ad eius probationes ſeu fundamenta.

Ad fundamenta igitur ſeu probationes ſupradictæ primæ opinionis erroneæ reſpondeo ad primũ dupliciter. primò, quia illa maior ſolum eſt uera quando minus malum poteſt à ſua malitia denudari, & bene fieri, aut quando ſolum eſt malum pœnæ, aliàs non, quia eſſet repugnantia quòd minus malum eſſet eligendum, & quod nullo modo poſſet à ſua malitia denudari, & rectè fieri, ſicq; eſſet eligendum quòd nullo modo rectè eligi, aut fieri poſſet. Ad minorem autem dico quòd mendaciũ, & fornicatio bene fieri, vel à ſua malitia denudari non poſſunt: homicidium autem, & furtum ſic, ut patebit in reſponſione ad ſecùndum principale. Resp. ad 1. rationem.

Alio modo reſpon. (etiam ſi concedatur prima conſequentia) negando minorẽ ſecundæ conſequentiæ vbi dicitur, quòd cenſetur homicida qui non tuetur vitam ſuam, vel alterius, cùm poteſt: nã ſolum eſt vera prædicta minor quando ſine cauſa rationabili vitam non tuetur, uel mortem admittit. Ex cauſa autem rationabili poteſt quis licitè, & honeſtè non dico occidere, ſed permittere mortem ſui uel alterius, puta pro vitando aliquo peccato, aut pro iniuria alicuius uitanda, aut pro iuſtitia, aut pro exercitio uirtutis, & patientiæ, & promotione uirtutis uolentis ſic uirtuosè pati, ut patet in martyribus, & huiuſmodi: & ſic patet reſpõ. ad replicam contra euaſionem ibi poſitam.

Ad ſecundum reſpondeo negando conſequentiam, & ratio diſcriminis quare cùm furtum, & homicidium ſint etiam contra legem naturalem, & diuinã denudari poſſunt à ſua malitia, & rectè fieri pro uitanda morte, & pro iuſta defenſione uitæ ſtãte lege: mendacium autem, & fornicatio minimè: ratio (inquã) huius diſcriminis eſt, quia alienũ auferre non aliunde eſt peccatum & malum, niſi quia talis ablatio eſt iniuſta, & iniurioſa proximo, ſecundum Auguſt. par. 8. in q. ſuper Leuit. q. 68. quæ cauſa & ratio cùm ceſſet ſi dominus in ſuæ rei ablatione conſentiat actu elicito, uel debito: ideò tunc deſinit eſſe iniuſta & iniurioſa: quia uolenti, & conſentienti non fit iniuria, & per conſequens deſinit eſſe culpabilis, & mala talis ablatio: & ſimiliter in homicidio iuſtè ſe defendẽtis, uel rempub. ut Iniuriam repellat cum moderamine. inculpatæ tutelæ, ut ſibi omni iure competit talis defenſio. Resp. ad 2.

Ideò

Ideò talis occiſio, & iniuria non occiſori imputatur ad culpam, ſed ipſi occiſo qui iniuſtè coegit occiſorem ad ſe defendendum tali modo: qui ſi aliter ſe tueri commodè poſſet, nollet occidere.

Fornicari autem de ſe eſt malum, lege naturali, & diuina prohibitum: non ſolum quia iniurioſum eſt coniugi (ſic enim de eius conſenſu liceret ſicut & capere alienum) ſed præcipuè quia accedere ad non ſuam, ſicut & mentiri de genere ſuo, eſt cõtra rectam rationem, vt ſupra in prima probatione dictum eſt: ita q hominem, aut per hominis conſenſum, aut per circumſtantiam aliquam etiam extremæ neceſsitatis, aut per aliquam cauſam eius malitia tolli non poteſt, ſtante lege, ſicut poteſt tolli ab actu quo alienum capitur, & homo occiditur, ut iam diximus.

Reſp. ad 3. Ad tertium reſpondeo negando minorem. Immò ex 3. Ethi. ca. 1. & ait B. Tho. 1. 2. q. 6. art. 6. mixtum ex voluntario & inuoluntario eſt ſimpliciter voluntarium: quia ibi eſt voluntas efficax, puta voluntas efficaciter proiiciẽdi merces in mare, licet ſit inuoluntarium cõditionatum, ſeu inefficax, aut ſecũdum quid, quia ſcilicet nollet proiicere ſi poſſet euadere ſine proiectione: ſic in propoſito de metu, & facit Auguſt. 3. par. lib. de mendacio c. 11. dicens q certè mentitur qui mentitur inuitus: neque enim ibi eſt abſoluta, & propria coactio, aut neceſsitas, ſed conditionata, & ſecundum quid, vt dictum eſt, neque ſufficit ad culpam: nã metus non tollit voluntarium ſufficiens ad culpam, licet ratione metus culpa attenuetur, vt patet ex 3. Ethic. & communiter doctores dicũt ibidem, & ex dicto ca. ſacris, de ſen. excom. Coactio vero naturaliter, & omninò tollit voluntarium, videatur Thom. vbi ſupra. & Angeſt. in morali ca. 6. in fine.

Reſp. ad 4. Ad quartum reſpon. ad maiorem q omnis hominum ſenſus naturalis appetitus id refugit: non autem rationalis qui, eſt ſecundum rectam rationem, vt patet ex ſupradictis probationibus. Nunc autem ſenſus rationis, ſeu dictamen eius in omnibus fere hominibus eſt ſignum rectæ rationis: non autem ſenſus, aut appetitus naturalis, uel ſenſualis.

Reſp. ad 5. Ad quintum ex Euſtratio reſpon. ille forte fuit illius opinionis erroneæ ſicut & alii pauci vbi ſupra: quorum auctoritas non præualet contra Aug. cuius ſententia in hoc ab omnibus fere catholicis, & ab eccleſia (ubi ſupra) approbatur.

Et ſimiliter refutatur dictum Abbatis Ioſeph in collationibus patrum collatione. 17. & ſimiliter refutatur gloſſa in ca. quod ait, diſtin. 14. & Martinus, & alii eiuſmodi ſi qui ſunt.

Et cum hac reſponſione concordat Adrianus in 2. quodlib. art. 3. in reſpon. ad primũ contra ſecundam partem concluſionis. & multi philoſophi antiqui errauerunt circa hoc: ideo Augu. edidit libros contra mẽdacium, vt refert Soto de ſecreto in mẽbro. 3. q. 3. concluſione. 1. Et Caſtro de hæreſibus, verbo, coitus. etiam eſt ad idem contra Martinum vbi ſupra.

Ad ſextum ex Ariſt. reſpõ. dupliciter. primo, q dato q ipſe eſſet illius opinionis, quod non conceditur eum 2. & 3. Ethi. vbi ſupra oppoſitum teneat. tamen ſententia Auguſtini, & communiter doctorum præualet in hoc: quia non ſolum in fide, & ſacramentis, ſed etiam in moribus fuerunt magis illuminati per fidem, & gratiam quàm Ariſtoteles, & quàm alii philoſophi infideles, vt patet quia hi in moribus ſæpe errauerunt, vtpotè nõ plenè illuſtrati per fidem, & gratiam vt noſtri ſancti, & catholici doctores fuerunt. Reſp. ad 6.

Alio modo reſpon. q ibi Ariſt. non approbat factũ illud Dionyſii, vt verè virtuoſum, ſed eius animum ad rempub. liberandam: factum autem laudat non quidem, vt bonum moraliter, ſed vt medium præclarum arte, & induſtria, & fortitudine ad finem intentum, ſicut dicitur bonus, præclarus, & prudẽs; latro, ſcriba, pugnator, aut iuriſconſultus. Dato etiã q Dyon, ibi laudetur de aliquo opere vtpotè verè virtuoſo, quia ſcilicet ad occidendum tyrannum manifeſtum hoſtem reipub. artem excogitauit: non tamen eò q mentitus eſt, aut malum aliquod laudabiliter egit: ſed quod occultauit aſtute artem ſuam ad ſuum intẽtum ſupra dictum. Sicq; fuit ibi aliquid moraliter bonum de quo laudatur, cui tamen fuit commixtum aliquod malum mendacii de quo non laudatur.

Ad ſeptimum ex Aug. lib. 1. de ſermone domini in monte reſpõ. dupliciter. primò, q licet ibi relinquat iudicio lectoris, an illa mulier licite fornicata ſit pro morte viri cauenda: non ſequitur ergo quòd illud factum approbet ibidem, cum conſtet ipſum alibi in lib. de mendacio, & contra mendacium expreſſe oppoſitum ſentire, ubi ſupra. Reſp. ad 7.

Secundò dico, q ideo Auguſt. iudicio lectoris ſub dubio reliquit, quia quatenus adulterium eſt iniurioſum coniugi uidetur excuſari ab iniuſtitia in foro humano, & ab adulterio cum de eius cõſenſu pro eius vita ſaluanda commiſſum eſt. cum quo ſtat q quatenus eſt per ſe malum cognoſcere non ſuam non ſit excuſabile à peccato ſimpliciter pro ſaluanda ſua, & coniugis uita. Neque ibi Auguſt. probat, aut determinat hoc uel illud: ſed difficultatem proponit inſolutamq; reliquit propter rationem prædictam, vt dictum eſt. & quidem coram Deo adulterium eſt contra fidem, & ſacramẽtum gloriæ.

Et ad ipſum Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum reſpon. q ibi non approbat mendacia illarum mulierum, & Patriarcharũ: ſed aliqua dicta, & facta excuſat à mendacio, & fornicatione, dum ad ſenſum verum eorum uerba, & facta æquiuoca, aut miſtica interpretatur in caſu neceſsitatis, aut in caſu quo ad id cogebantur iniuſtè, aut ex diuina reuelatione ducebantur. Aliquando laudat quidem animum ad bonum: reprobat autem mendacium quo ad bonum opus intendebant peruenire, ut patet ibidem cap. 33. vſque ca. 37. de Abraam, & Sara. & ca. 42.

ca. 42. 43. & 60. de inceſtu Loth cum filiabus ſuis, & per totum librum illum uſque in finem, ubi ſæpius multò dicit expreſſè, quòd eorum mendacia & fornicationes ſunt reprobanda, nec imitanda in ſimilibus caſibus. Et in octaua par. lib. contra mendacium cap. 9. 10. 11. 12. eſt ad idem, & ca. decimoquinto, de obſtetricibus Aegyptiis, & cap. decimoſeptimo, de Raab ſeruante exploratores, Ioſue. 2. & eadem par. 8. lib. quæſtionũ ſuper Exo. q. 1. & lib. ſuper Leuit. q. 68.

Iudith autem non eſt mentita, neque animum fornicandi habuit cum Holoferne: ſed ſub verbis æquiuocis ueritatem occultans loquebatur, & animum Holofernis inducere conabatur ad ſui concupiſcentiam, ut ſic eius amore captum, uel induceret ad parcendum populo ſuo, uel ipſum ipſius amore cæcatum occideret, ut hoſtem reipub. paratum peiora committere, ut Deo iuuãte factum eſt, ut patet Iudith ca. 9. ubi dicitur: Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum labiis charitatis meæ, &c. & cap. 13. Sine pollutione peccati cuſtodiuit dominus ancillam ſuam, &c. unde elicitur ꝙ ſi fornicaretur cum Holoferne pro liberanda repub. certè pollutione peccati contaminaretur.

Sed utrum benè egerit Iudith inducendo Holofernem ad ſui prauam cõcupiſcentiam, qui erat paratus ad maius malum, ut ipſa illum ab illo maiori malo retraheret, ſuamque rempub. à morte liberaret, alibi latius de hoc agendum eſt; pro nunc autem dicamus quòd licitum eſt.

Et ſimiliter ſecundum prædicta reſpon. ad Baſilium dicentem quòd fuit admodum pulchra aſtutia Hebræorum, & Rebeccæ, &c. quia ſcilicet ibi non fuit mendacium, ſed pulchritudo induſtriæ, & aſtutiæ, quæ per uerba, & facta æquiuoca decepit quos iure, aut de ſpeciali conſilio Dei ſic decipere potuerunt, & debuerunt. Pulchritudo autem aſtutiæ obſtetricum Aegyptiarum non dicit pulchritudinem uirtutis, ſed medii, puta aſtutię ad ſuũ bonum finem intentum; ſicut dicitur pulcher bonus, aut ſapiens latro, ut ſupra in reſponſione ad ſexum ex Ariſt. dictum eſt.

Item ad Auguſt. dicentem ad propoſitum de mendacio officioſo, quòd homo tunc ducitur bonitate naturæ, ut melius in hac cauſa faciat, quàm opinatur, reſpon. quòd illa uerba Auguſtini non potui reperire: ſi tamen alicubi reperiuntur, certè intelliguntur quòd in tali caſu homo melius facit in eo quod finaliter intenditur, puta ſaluti, aut commoditati ſuæ, uel alterius conſulẽdo, aut prouidendo, quia ad id ducitur bonitate naturę, quàm opinatur, ſcilicet in electione, puta eligendo mendacium, ut medium ad tale bonum finem intentũ: ità quòd uult dicere, quòd intentio finis eſt bona, electio autem medii eſt mala, licet ipſe homo opinetur quòd ſit licita: ſicque ibi non diſplicet ipſi Auguſtino ſententia, quam in libris de mendacio decreuerat.

Ad ipſum Auguſt. par. 8. lib. 3. q. ſuper Leuit. q. 68. quòd penè omnibus videtur ꝙ pro ſalute, vbi nemo læditur, liceat mentiri.

Reſpon. vult dicere, ꝙ penè omnibus videtur non quidem ſecundum rectam rationem, ſed ſecundum appetitum naturalem, aut erroneè iudicantibus: adeò id ibidem reprobat expreſſè, & vbi ſupra in libris contra mendacium.

Ad octauum reſpon. ꝙ illa opinio magiſtri, & Hugonis non tenetur cõiter à doctoribus: ſed potius reprobatur, vt erronea, & in c. literas. de reſtiſpol. non approbatur: & Adria. vbi ſupra eã non approbat, nec Medina de reſtit. q. 19. in reſpõ. ad 4. & nos ſupra in q. 8. latius reprobatam oſtendimus. Reſp. ad 8.

Ad nonum reſpon. ꝙ eſt duplex ſimulatio ſecundum Adria. in 4. in materia de baptiſmo. q. 1. altera quidem eſt ſpecies mendacii, & eſt quando falſum ſignificatur, & hæc nũquàm eſt licita, de qua loquitur Aug. altera autẽ eſt occultatio veri, ſeu fictio ad aliquod verum ſignificandum, & hæc non eſt ſpecies mendacii, ſed eſt licita in caſu, de qua ſimulatione loquitur Hiero. vbi ſupra ſecundum eos, qui illos doctores ſic concordare nituntur: nam alii eos inter ſe diſſentire dicunt. Reſp. ad 9.

Ex omnibus ſupradictis ſequitur, ꝙ illa prima opinio jam cõfutata eſt erronea, quatenus eſt contra rectam rationem, & veritatem, & temeraria, quatenus eſt contra communiter doctores: & ſcãdaloſa, quatenus eſt incitatiua ad peccatũ: & hæretica, vel ſaltem ſapiens hæreſim, quatenus eſt contra ſacram ſcripturam, vt habetur in cap. ſuper eo. de vſuris, vel quatenus inde deducitur in bona conſequentia.

QVAESTIO TRIGESIMA.

Vtrum nouitij religionum, præſertim ordinis noſtri fratrum minorum, poßint abſolui ſacramentaliter à peccatis, etiam intra ordinem reſeruatis, & à cenſuris eccleſiaſticis abſque licentia prælatorum eiuſdem ordinis per illos ſacerdotes, per quos poſſent abſolui, ſi in ſeculo permanerent: an quoad hoc omninò teneantur, ſicut profeßi eiuſdem religionis, itá quòd abſolutio aliter impenſa ſit nulla.

Respon. in hoc eſt duplex opinio. Prima ꝙ pñt abſolui, neq; in hoc tenentur obnoxii, vt profeſsi: probatur ſexcupliciter. Primò, quia ante profeſſionẽ non ſunt, neq; dñr propriè religioſi, ergo non pñt, vt alii religioſi ligari, quoad hoc, per prælatos, vel regulã, vel ſtatuta illius religionis. Conſequentia patet, & antecedẽs probatur per c. religioſo. de ſent. excom. lib. 6. & Ioan. And. & glo. in c a. beneficium. de regulari lib. 6. vt etiam de hoc ſum. Ang. titu. religioſus. §. 13. & 24. & Syluester eo. titu. religio. 5. quæſtio. 9. 10. 12. quia nouitius, nec poteſt ordinari etiam ad primam tonſuram, nec eligi in prælatum alicuius religionis tãquam alienus à ſtatu religionis, & poteſt condere teſtm̃, quamuis cenſeatur monachus, aut religioſus quoad hoc, ut ſcilicet gaudeat immunitate canonis, ſi Opinio 1.

quis ſuadente, ut habetur in dict.ca.religioſo. & vt nō poſsit puniri per iudicem ſecularem, ut ait Bal. in auctẽn.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccle. vt eſt in ſimili in l.ſtatu liberi.ff.de quæſtio.

Sed hæc ratio non concludit, quia poteſt negari conſequentia propter rationes ſecundæ opinionis ſequentis: nam & bene ſtat quòd non ſint propriè, & irreuocabiliter religioſi, & quòd etiam quoad hoc teneantur aſtricti ſub iuriſdictione prælatorum illius religionis, vt ſeculares, qui habent pro curato prælatum religioſorum, maximè dum ſub eorum habitu cum aliis religioſis commorantur. Item quia ſunt religioſi quamuis reuocabiliter ſecundum gloſ. in cap. beneficium. de regulari lib. 6. vt de hoc latius in 7. & 8. ratione ſecundæ opinionis habetur.

Secundò probatur idem, quia tanquam exiſtentibus extra corpus religionis, & diſsimilem ſtatum habentibus impetratum, & conceſſum eſt ipſis nouitiis per priuilegia gaudere aliquibus gratiis, quas habent religioſi illius religionis, ſicut & impetratum eſt pro familiaribus, ſyndicis, aduocatis, & aliis officialibus, & benefactoribus religionis ipſius, diſtinguendo nouitios à profeſsis, ut cõſtat in compendio priuilegiorum ordinis. titu. abſolutio. diſpenſatio. indulgentia. interdictum. & titu. priuilegium. ergo non tenentur quoad hoc eadem lege aliorum religioſorum.

Sed neque iſta ratio concludit, vt in præcedente dictum eſt.

Tertiò probatur idem, quia vt habetur in ca. ad apoſtolicam, de regulari. & cap. monaſteriis. 19. q. 3. nouitii ſolum ingrediuntur ad probandum, vel experiendum ſi mores religionis illis placeant, quòd ſi non placeant iam religio nihil habet ſuper eos.

Sed neque hæc ratio concludit, quia ſolum probat ſicut & conceditur quòd liberè inde poſſunt exire, ſi eis religio non placeat, cum quo ſtat quòd, dum ibi ſub habitu, ut nouitii manere uolũt, teneãtur quoad hoc aſtricti ſub iuriſdictione prælatorum, ut alii religioſi, ut patebit per rationes ſecundæ opinionis ſequentis.

Quartò probatur idem, quia in cap. non ſolum. de regulari. lib. 6. decernitur nouitios eſſe liberos, ita ut intra probationis annum nullatenus valeant impediri quin ad ſeculum, uel ad aliam religionem quandocunque uoluerint, liberè exire ualeant. ergo ad nihil ſunt obligati, dum ſunt intra annum probationis, quia ſi eſſent aſtricti certè liberè exire non poſſent.

Ex quo infert Geminia. ibidem, & gloſ. in cap. beneficium. de regulari libro ſexto, & citat ſum. roſ. nouitius. §. duodecimo, & Syluester religio. quinto quæſtio. ſeptima, quòd nouitius delinquens etiam tali delicto, quòd profeſſus mereretur carcerem perpetuum, per prælatos ordinis, tali pœna carceris etiam ad tempus puniri non poteſt: niſi nouitius ipſe uelit, quia aliàs non poſſet nouitius liberè exire. Igitur nouitii non ſubſunt poteſtati cohercitiuæ prælatorum, aut religionis, niſi quatenus ipſi uolũt: neque ab eis ligari, vel abſolui poſſunt, niſi quatenus ius, aut ſpeciale priuilegium hoc illi conceſſerit.

Sed neque iſta ratio concludit, ſicut nec tertia præcedens, quia ſolum probat quòd neque per ullam obligationem, neque per carcerem etiam ad tempus nouitii poſſunt detineri quin liberè exeãt. Quòd ſi manere uolunt utique ibi puniri dum manent, & ut alii profeſsi ligari, & abſolui poſſunt. & ita eſt in conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres.

Quintò probatur idem, quia nouitii non obligantur, ut profeſsi ad præcepta regulæ, nec ad conſtitutiones illius religionis, ut no. ſum. Ange. nouitius. §. 18. & roſella eod. titu. §. vltimo. & Syluester titu. religio. 5. q. 6. ergo nec ad hoc de confeſſione: quia eadem ratio eſt.

Nec iſta ratio eſt ſufficiens; negatur enim conſequentia, nec eſt eadem ratio. Nam nouitii non obligantur ad illa præcepta, ita ut illa tranſgrediendo peccent contra regulam, quam nondum promiſerunt: obligantur autem iure diuino, & naturali de non faciendo iniuriam ſacramento, & poteſtati eccleſiaſticæ ſpirituali, ut non procurent abſolui à non habente clauem talis abſolutionis, neque illam irritam faciant quantum in ſe eſt. Quam quidem clauem, & poteſtatem ſuper eos, dum manere uolunt in habitu religionis, illi ſolum prælati, uel eorum uices habentes, tenent, qui alios profeſſos abſoluere poſſunt, ut in ſecunda opinione latius probatur, ideò ab aliis abſolutio impenſa nulla, & ſacrilega eſt.

Sextò probatur idem, quia intra annum probationis exire uolentes licitè poſſunt abſque aliqua nota, uel noxa apoſtaſiæ, ut in ca. conſulti. de regulari. neque poſſunt dici fugitiui ſi fugiant à monaſterio, ut ait ſum. roſ. nouitius. §. 11. & alii ſummiſtæ, ubi ſupra: & propter hoc non perdunt beneficium ſi quod habebant, ut cap. poſtulaſti. & cap. ſequen. de regulari. & eodem titu. libro ſexto, ca. beneficium. ergo ad nihil illius religionis manent obligati.

Nec iſta ratio concludit, ut proximè ad quintã præcedentem dictum eſt.

SECVNDA opinio tenet oppoſitum, quòd ſcilicet illi nouitii non poſſunt abſolui niſi ut alii 2. Opinio profeſsi eiuſdem religionis: dum manere uolunt ſub habitu illius, aliàs abſolutio nulla eſt, quod nouem rationibus probatur.

Primò, quia qui poteſt abſoluere, poteſt & ligare, & è conuerſo; quia ligare, & abſoluere maxime ſacramentaliter eiuſdem eſt poteſtatis: ſed prædicti prælati religionum poſſunt ſuos nouitios, ſicut & profeſſos à peccatis, & cenſuris abſoluere, ergo, & eoſdem ligare. Et maior patet. 24. quæſtio. 1. ca. ſi Petrus. & 21. diſt. ca. inferior. & ff. de re iudi. l. qui condemnare. & ff. de reg. iur. l. nemo primo.

Minor

Minor etiam conſtat ex omnibus ferè probationibus ſequentibus, & conſequentia eſt nota.

Sed hæc ratio non videtur efficax, nam ad eam poteſt reſponderi ꝙ illa maior ſolum eſt uera in habentibus ordinariam, & principalem auctoritatem abſoluendi, vt ſunt Epiſcopi, & prælati ſuperiores ordinarii: ſecus in inferioribus, vel habentibus commiſſam, uel delegatam, qui talem commiſſionem excedere non poſſunt, & aliquando ligant quem abſoluere non ualent, & è conuerſò ſecundum ſuæ commiſsionis facultatem, quod patet primò in Papæ delegato, qui poteſt excommunicare non obedientem ſuæ ſententiæ: ſed, ſi tranſit annus, ab illius ſententia diffinitiua abſoluere non poteſt eundem, vt de offi. delega. cap: quærenti. Secundò idem patet in iudice non ſacerdote: qui licet abſoluere poſsit quem excõmunicauit abſolutione pertinente ad forum contentioſum: non tamen abſolutione, quæ pertineat ad forum pœnitentiale. de quo gloſ. in ca. paſtoralis. de offi. ordi. Tertiò patet in ſacerdotibus parochialibus, qui licet abſoluere poſsint ſuos parochianos, non tamẽ poſſunt eos ligare per excommunicationem, vel per ſtatutum, vel per aliquorum caſuum reſeruationẽ ſecundum ſum. Ange. excommunicatio. 1. §. 3. & Syl ueſter. q. 2. poſt ſanctum Tho. in 4. diſt. 18. & Orbellus eſt ad idem ca. diſt. ut etiam inferius in tertia probatione habetur: 4. patet in confeſſoribus priuilegiatis, puta minoribus, & prædicatoribus, & aliis delegatis, vel ſubſtitutis, qui abſoluunt ex priuilegio, ſeu commiſsione: non tamen poſſunt ligare per ex communionem, vel per caſuum reſeruationem, quamuis poſsint ligare abſolutionem denegando, aut pœnitentiam imponendo quomodo intelligunt doctores in 4. diſt. 18. ꝙ ſacerdos abſoluere, & ligare poteſt pœnitentem: ſed hoc non eſt ad propoſitum, vbi loquimur de ligatione per reſtrictionem poteſtatis, vel iuriſdictionis per caſuum reſeruationem. Similiter & Guardiani in ordine minorum etiam iure commiſſario. iam ordinario, poſſunt ſuos ſubditos profeſſos abſoluere, tamen poſſunt eis caſus reſeruare. Sic etiam in propoſito poteſt dici ꝙ talis eſt auctoritas omniũ prælatorum ordinis noſtri, & aliarum religionum in ſuos nouitios, ſcilicet commiſſaria, vel delegata ex priuilegio; nam bene inuenitur eis commiſſa auctoritas ſuos nouitios abſoluendi, ſed nõ eos ligandi: & quia etiam eadem auctoritas datur eiſdem in fauorem religionis ex gratia ſpeciali, non autem iure ordinario quod habent ſuper profeſſos, ut uidetur elici ex mari magno priuilegiorum, quod refertur in compendio, titu. abſolutio ordinaria quoad fratres. §. 4. ubi habetur, ꝙ ſi poſtquã huiuſmodi uolẽtes ordinem ingredi fuerint abſoluti ab aliis cenſuris ibidem enumeratis ſtatim non ingrediantur eo ipſo in priſtinas ſñias relabantur.

Sed quia contra hanc euaſionẽ poteſt dici ꝙ talis ptãs prælatorum eſt iam ordinaria quoad nouitios, ſicut & quoad profeſſos collector compendii tenet vbi ſupra in 2. dubio, quia nulla differẽtia inter hos, & illos ibidem, aut alibi apparet quoad id; et quia ibi ſolum fit mentio de abſolutione à cenſuris, & diſpenſatione, ideò quoad ligandum, & ſoluendum à peccatis prædicta euaſio non procedit, & prædicta ratio probans hanc ſecundam opinionem adhuc ſuam uim uidetur habere, quamuis nõ omninò efficax appareat, aut ſit.

Secũdò probatur idem, quia qui ſentit commodum, ſentire debet & onus: ſed nouitii habent cõmoda aliorum religioſorum, ergo, & onera: quorum unum, & magnũ eſt ꝙ abſolui nequeant abſq; ſuorum licentia prælatorum, vt conſtat. Maior habetur in regula, qui ſentit, de re. iur. lib. 6. Minor autem patet: quia gaudent priuilegiis profeſſorũ, & poſſunt abſolui ut profeſsi à ſuis prælatis, ut patet in compendio. tit. abſolutio. diſpenſatio. indulgentia. interdictum. & alibi. & inferius in ſequentibus probationibus habetur.

Sed nec iſta rõ uidetur ſatis efficax, quia poteſt dici ꝙ illa maior ſolum eſt uera, quando onus eſt commodo regulariter annexum omninò, ſicut cui collatum eſt beneficiũ debet onera beneficii ſubire: in caſu aũt præſenti non eſt ita, ut infra in euaſione ad tertiã probationẽ, & ad alias habetur. Itẽ negatur illa minor: nam non omnia cõmoda profeſſorum habent nouitii, ſed aliqua duntaxat, idq; ex priuilegio ſpeciali, ut ſupra in 1. & 2. probatione prima dicebat opinio. Sentiunt enim illa tãtum commoda, quæ eis ſunt ſpecialiter conceſſa. Non igitur ſentire debent niſi onera eis ſpecialiter impoſita, inter quæ hoc non inuenitur.

Tertiò probatur idem, quia prælati religionum per ſe, uel per alios communiter uerberant, puniuntque nouitios contra ſtatuta, & obſeruantias religionis delinquentes, etiam ſi in ſacris exiſtant: hoc autem licitè facere non poſſent, niſi ſuper eos iuriſdictionem haberent: ergo tanquam ſuæ iuriſdictionis exiſtentes ab aliis, niſi de eorum licentia, vt dictum eſt, abſolui non poſſunt.

Sed nec iſta ratio uidetur efficax, quia ad minorem poteſt dici, primò non oportere quòd id fiat ex iuriſdictione ſpirituali comprehendente poteſtatem clauium, qua quis abſoluitur, uel ligatur: quia ſine tali iuriſdictione, ex eo, quod non fit ſuadente diabolo cauſa iniuriandi, ſed corrigendi, pater filium, & ſeruum dominus, & diſcipulos magiſter flagellat, uti quilibet ſuos ſubditos corrigere tenetur decimoquarto quæſ. quarta, duo iſta, & ſimiliter presbyter, uel habens officium in eccleſia, uel ſenex clericus pueros clericos, & iuniores leuiter punit, ut ſum. Ang. excommunicatio. quinto, caſu. 1. §. 9. & ſequenti, & ſummiſtæ de hoc latius: quæ ratio à fortiori in nouitiis locum habet.

Item ſecundò dici poteſt ad prædictam minorem, etiã ſi id fiat ex iuriſdictione ſpirituali cõprehendente poteſtatem clauium: ꝙ id fit ſolũ in illo caſu ex cõſuetudine legitimè præſcripta. Nã cùm

huiuſmodi iuriſdictio ſit de iure poſitiuo, vtique per conſuetudinem legitimè præſcriptam poteſt obtineri: vel conſuetudo ipſa eſt ſignum iuriſdictionis ipſius quoad id tacitè, vel expreſſè iam conceſſæ, vt habetur cap. fi. de conſuetu. maximè quia ſic ab initio religionum ſcientibus, & tacentibus Pontificibus eccleſiæ talis conſuetudo nouitios verberandi, & abſoluendi: non autem eos ligandi per caſuum reſeruationem, vt diximus vigorè obtinuerit. Ad quod facit ca. duo ſimul. de offi. ordi. & Panor. ibidem. & in ca. conquerente, co. titu. & in ca. ſuam. de ſimonia. & Ostiēſis in 4. diſt. 18. q. 1. citans. 9. q. 3. ca. conqueſtus, dicit rectores eccleſiarum ex conſuetudine poſſe ſuos parochianos excommunicare, licet id de iure non poſſint. Non ergo mirum ſi uel ex conſuetudine, vel ex tacita licentia Pontificum ſcientium, & tolerantium, quorũ ignorantia quoad hoc præſumenda non eſt, prælati religionum id faciant, abſque hoc ꝙ propter id alia poteſtas, aut iuriſdictio ſuper nouitios tribuatur, vt dictum eſt: & ita hæc tertia ratio non concludit.

Quartò probatur idem, quia quod de vno conceditur de alio denegatur gloſſ. in 45. diſt. ca. diſciplina. in ver. meus non eſt. & 1. q. 1. ca. per Eſaiam. ver. non aliis: ſed ſolis prælatis religionis, vel quibus ipſi commiſerint datur auctoritas abſoluendi huiuſmodi nouitios, ergo omnes alii excluduntur. Minor patet per mare magnũ, ut refertur in compendio priuilegiorum mendicantium titu. abſolutio: ordinaria quoad fratres. §. 4. vbi dicitur ꝙ miniſtri generales, & prouinciales, eorumq́; vices gerentes, & cuſtodes poſſint eoſdem nouitios abſoluere ab omnibus, ubi nihil Papæ reſeruatur, & cũ eis diſpenſare, vt ibi dicitur.

Sed nec iſta ratio eſt efficax, quia poteſt dici ꝙ illa maior fallit in multis caſibus, vt ibi ait gloſſa. Item ꝙ ſolum eſt uera quando quod conceditur eſt cõtradictorium, vel incompatibile ei, quod negatur: quod tamen non eſt in caſu præſenti, vt ſupra in prima ratione etiam dictum eſt. Item ad minorem poteſt dici ꝙ illa clauſula loquitur ſolum de cenſuris, & diſpenſationibus Papæ reſeruatis, non de peccatis. Et voluit Papa, vt ibidem patet, hanc poteſtatem dare prælatis, ne nouitii, qui talibus erant ſententiis irretiti, hac occaſione quærendi abſolutionem à Papa, vel aliis huiuſmodi impedirentur ab ingreſſu religionis: & non arctat eos ad aliud. Vnde poterunt prælati ex huiuſmodi cõmiſſione eos abſoluere, & cum eis diſpenſare, vel hoc aliis committere, quia hoc eis expreſſè conceditur: non autem ad aliquid aliud eoſdem arctare, ex quo ſuper hoc nulla ipſis prælatis auctoritas datur.

Sed ad hãc euaſionem poteſt replicari, vt ſupra in prima ratione, & euaſione eius habetur, ꝙ ſaltē hæc ratio ſicut illa bene procedit quoad abſolutionem à peccatis, quæ ordinaria non dubitatur conceſſa prælatis. & ergo ſimiliter quoad eorum reſeruationem.

Quintò probatur idem, quia nemo poteſt aliquem abſoluere niſi habeat ſuper eum auctoritatē ordinariam ſeu delegatam: ſed huiuſmodi confeſſores, quibus ſine prædicta licentia prælatorum ordinis iidem nouitii uellent cõfiteri, nullam harum auctoritatum habent ſuper eos. ergo maior eſt ſatis nota. ex ca. omnis, de pœ. & re. & ſecundum omnes doctores: & minor conſtat ex 1. & 4. ratione, & ſequentibus, eò ꝙ ſolis prælatis ſupra dictis hęc auctoritas commiſſa, uel conceſſa eſt.

Hęc ratio non uidetur efficax, quia poteſt negari minor, eò ꝙ omnes religioſi præſentati ſecundũ Clem. dudum, & alii clerici ſacerdotes de licentia ſuorum prælatorum, uel auctoritate bullarũ, iam vel à Papa, vel ſuperioribus diœceſanis ſicut habēt poteſtatem illos nouitios abſoluendi, ſi eſſent in ſeculo, ità & nunc intra annum probationis exiſtentes: nam ut dicit prima opinio nondum ſtatum ſecularem omninò mutauerunt, neque prælati religionum hoc eis poſſunt prohibere, neque per ullum ius id illis nouitiis prohibitum eſt, vt patet ex ſupradictis. Sed quomodo contra hanc euaſionē poſſit replicari in prima & quarta ratione præcedente uideatur: quamuis ut diximus omninò ſufficiens non ſit.

Sextò probatur idem, quia quæro utrum nouitius exiſtēs in religione minorum, exempli gratia, vel adhuc manet ſub iuriſdictione ſpirituali eiſdē prælati, uel ſuperioris clerici, uel religioſi ſicut antea erat, quoad hoc ut ab eoſdem poſſit abſolui, & ligari per excommunicationes, & ſaltem ratione delicti puniri, & per ſua præcepta obligari, vt illi obediat, an non? Si dicatur ꝙ ſic, id utique ipſa experientia, & conſuetudine conſtat euidenter falſum: nam ſtatim ut nouitii religionem ingrediuntur, & manent in nouitiatu, liberi ſunt à prælatorũ ſeculi, & parentum poteſtate, & iuriſdictione, etiā ratione delicti. Syluester religio. 2. q. 10. 11. 12. & ſupra in 1. ratione primę opinionis tactũ eſt. Alioqui cõfuſio eſſet ſi ſub pluribus iuriſdictionibus nõ ſub alternis, vel non ſub ordinatis quiſquam eſſet. Nam & duplici iure quis cenſeri non debet. 12. q. 2. cognouimus. & de decimis. cap. cum in tua. & de priui. ca. quia circa. quia & nemo poſſet duobus dominis ſeruire: & religionis obſeruantia valdè impediretur, & deperiret. Si dicatur quòd nouitius non manet iam ſub eiſdem prælatis, quibus antea ſubditus erat, id eſſe non poteſt niſi quia ad iuriſdictionem prelatorum ordinis, cuius nouitii ſunt, tranſierunt: neque enim facti ſunt immediatè ſub Papæ iuriſdictione ullo iure, niſi quia ut alii religioſi ſubſunt prælatis illius religionis, ratione cuius portantes habitum illius religionis Papę ſunt immediatè ſubiecti. Ideò neque nouitii magis exempti ſunt, quàm profeſſi illius religionis. ergo ſicut alii profeſſi quoad ſupradicta, ita illi abſolui, & ligari poſſunt, ut hæc ſecunda opinio dicit.

Et

Et quidem hæc ratio videtur ſatis efficax, neque enim ſunt nouitii, vt vagabundi, & curiales, qui ſolum ratione delicti ſubſunt iuriſdictioni diœceſanorum, vt ab eis puniri poſsint, & excommunicari, vt dictum eſt.

Septimò probatur idem, quia transferens domiciliũ ſubditur omninò ſpirituali iuriſdictioni prælati illius loci, ad quem tranſit, vt patet ca. fi. de parochi. & ca. propoſuiſti. & cap. fin. de foro competenti, & ibi gloſſa: ſed huiuſmodi nouitii transſerunt domicilium quamuis reuocabiliter ad religionem in qua nouitii ſunt. ergo omninò ſubſunt iuriſdictioni prælatorum illius, dum ibi manere volunt, ſicut & profeſsi, vt abſolui, & ligari poſsint ab eis. Maior nota, & ipſo iure probata eſt. Minor autem probatur, quia domicilium quis dicitur habere ſaltem quoad hoc vbi aſsiduè cõuerſatur, etiam ſi nihil ibi habeat, ſecundum Inno. in ca. ex parte. de foro competenti, & etiam vbi quis ſe transſert hoſpitium ibi conſtituens animo remanendi: quia ſtatim ſit ibi parochianus. cap. fi. de parochi. & de decimis. ca. ad Apoſtolicæ. & ibi Hoſtien. etiam ſi non habeat animum ibi remanendi perpetuò, ſed ad tempus percipiendorum ſacramentorum neceſſariorum, puta confeſsionis, & communionis ſemel in anno, vt de hoc latius Syluester titu. domicilium, & tales ſunt nouitii, vt cõſtat. Conſequentia uerò probatur: quia ſicut alii profeſsi ſine licentia ſui prælati non poſſunt ab aliis intra, ſeu extra ordinem aliàs auctoritatem habentibus abſolui. ita ergo, & iſti nouitii non poſſunt, quia ſimilem auctoritatem, & poteſtatem prælati habent ſuper omnes ſibi ſubditos quoad hoc: ꝙ ſi hoc negetur ſicut, & prima opinio negat, id vtique probatur, quia vt ait glo. in ca. beneficium. de regulari lib. 6. qui reuocabiliter manet in loco naturam loci ſortitur, vt habetur eo. lib. de tempori. ordina. ca. cum nullus. & de priui. ca. 1. vbi ſine vlla differentia dicitur, ꝙ ordinarii locorum ſua iuriſdictione in ipſis etiã quoad præmiſſa, ſcilicet vt ait glo. quoad ſuſpenſionẽ, excommunicationem, interdictum, quandiu morãtur in illis licitè vti poſſunt. Hæc ibi: igitur ſicut in profeſſos, ita in nouitios ſuos quandiu morantur ibidem ſuam iuriſdictionem prælati religionum ligando, & ſoluendo æqualiter poſſunt exercere.

Hæc etiam ratio videtur ſatis efficax pro hac ſecunda opinione etiam ſi nouitii non dicantur propriè ibi domicilium habere: nam ſufficit ꝙ dũ ibi commorantur, vt alii profeſsi ſubſunt iuriſdictioni prælatorum religionis illius, vt expreſſè dicitur in dicto ca. 1. de priuile.

Octauò probatur idẽ, quia vt expreſſè habetur ca. recolẽtes, de ſtatu monacho. Qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt ſimilem ſentire debent in legibus diſciplinã, & vt proximè ibidem ſuperius habetur, Oportet eos cõi iure cẽſeri, & vt paulò inferius ibidem ſequitur, Sic ſe in oĩbus religioni coaptent, vt quemadmodũ gaudent ſe in ſocietatem ordinis, & habitus identitatem aſſumptos, ſic & in paupertate rerum ſecularium ſe lætentur illorum inſtitutionibus conſormari. Hæc ibi. quia ut gloſſa ibidem ait, non debet quis duplici iure cenſeri, ut habetur duodecima quæſt. cap. cognouimus. & de decimis. cap. cum in tua. & de priuileg. cap. quia circa.

Item gloſſa in dicto ca. recolentes. & in ca. & tẽporis qualitas. 16. q. 1. ait ꝙ id quod aggregatur alii ipſius naturam debet imitari. Nec in prædictis locis fit differentia ſi reuocabiliter, uel irreuocabiliter, ad tempus, vel in perpetuũ aggregatur; vel aſſumitur quis ad ſimilem aliorũ vitam, uel ſocietatem. ergo idem iudicium quoad ſupra dicta eſt de nouitiis, & profeſsis illius religionis.

Et quamuis dictum cap. recolentes, loquatur de paupertate, tamen eadem ratio ibi expreſſa ad omnia alia extenditur, ut dictum eſt, quia communis regula iuris eſt, ꝙ ratio legis expreſſa extẽditur ad ſimilia etiam ibi non expreſſa: maximè quando ipſa lex non principaliter ex principis voluntate, ſed ex ipſa ratione legis pendet ſeu fundatur, ut latius de hoc Sylueſter titu. lex. quæſtio. decimaoctaua, proſequitur.

Nonò probatur idem, quia in quodam capitulo generali ordinis noſtri fratrum minorum anno domini. 1503. celebrato, fuit declaratũ, ꝙ ſi quis uult noſtram ingredi religionem, & cupit confiteri alicui fratri ordinis nondum ad audiendas confeſsiones ſecularium inſtituto, idem frater poteſt illum ingredi uolentem, audire, & abſoluere, & cum illo diſpenſare; quia ex quo mutuus recipientium, & recepti interuenit conſenſus, iam videtur tanquam unus, ex noſtris indultis gaudere. Hæc ibi. Sed capitulum generale, & prælati dicti ordinis non poſſent eidem fratri confeſſori talem tribuere facultatem, cùm nec ius, nec priuilegium ſpeciale eis ad hoc ſuffragetur: niſi plenam ſpiritualem iuriſdictionem ſuper huiuſmodi ingredientes inciperent habere, ſicut ſuper iam profeſſos habent: idque ratione prædictæ unionis, & ſimilis uitæ, quàm cum profeſsis illi ſimul incipiunt, ut in octaua ratione præcedente dictum eſt, & in ipſo capitulo generali dicitur expreſſe. Igitur eodem modo nouitios, ſicut & profeſſos, ut diximus, prælati abſoluere, & ligare poſſunt.

Si negetur minor, quia illa poteſtas abſoluendi non confertur illi confeſſori à prælatis ordinis, ſed à Papa, quando in mari magno, uti ſuperius in quarta probatione habetur concedit miniſtris quòd ipſi, vel illi quibus commiſerint poſſint abſoluere uolentes ordinem intrare, & cum eis diſpenſare: & ità facultas hæc ad nihil aliud, nec ad alios caſus extenditur poſtquàm ordinem ingreſsi ſunt.

Sed certè hæc euaſio non ualet: nam & contra eam procedunt ea quæ ſuperius in prima, & quarta probatione ſaltem quoad abſolutionem, & ligationem peccatorum dicta ſunt.

Igitur quia hæc opinio ſecunda videtur probabilior, vt conſtat ex probationibus præcedentibus maximè ex 6.7.& 8. quæ ſunt ſatis efficaces, ideò illi ſtandum eſt: niſi in aliqua religione aliud ſpecialiter quoad nouitios (quod non credo) conſuetum, aut ſtatutum ſit.

QVAESTIO TRIGESIMAPRIMA.

Vtrum adultera, uel teſtis, aut homicida, aut quilibet alius damnificator teneatur damnum in rebus, fama, uel uita proximi illatum cum propriæ famæ, & uitæ detrimento reparare.

HIC ſunt tres articuli enodandi. Primus verũ damnum illatum in rebus teneatur cum famæ, & uitæ detrimento reparare, nam quòd cum rerum ſuarum æquali detrimento teneatur quantum poteſt non dubitatur, quod & ſupponitur. Secundus, vtrum damnum illatum in fama cum famæ, & vitę detrimento reſarcire teneatur. Tertius, vtrum dãnum illatum, vel imminens vitæ alterius etiam debeat reparare, vel euitare cum propriæ uitæ detrimento.

Articulus 1. Quoad primum articulum, ſit exemplum illud commune dubium de adultera, quæ adulterinum filium marito ſuppoſuit, vtrum teneatur ſe prodere ne legitimi hæredes ſua hæreditate fraudẽtur, aut quid facere teneatur. Qui caſus eſt in ca. officii. de pœ. & re. de quo variè agitantur doctorum utriuſque iuris opiniones: quæ omnia nos quatuor dictis abſoluimus.

1. Dictum. Primum dictum eſt quod certiſsimum nec vllo modo inter doctores controuerſum eſt: quòd ſi adultera dotẽ habet, vel alia bona propria, de quibus tunc, vel poſteà, vel in morte diſponere poſsit: non utique ſe prodere, ſed alia via de illis bonis occultè ſatisfacere hæredibus defraudatis tenetur.

Secundò etiam certum eſt ꝙ ſi non habet vnde reſtituat, neq; probabiliter credit ꝙ ſeipſam prodendo proficiet: tunc nullo modo ſe reuelare tenetur, quia vanum opus, & inutile, ac perinde, nec charitatis, nec iuſtitiæ, ſed potius temeraria, & prodiga eſſet illa ſui ipſius infamatio: neque ut inferius in tertio dicto habetur filius ei credere tenetur. Quare mulier illa non ſecus ac debitor, qui nõ eſt ſoluendo, cenſenda eſt: tenetur tamen ſecundum Scot. in 4. diſt. 15. quæſt. 2. & Florent. alioſque doctores omnes agere, vt commodè poteſt, vt legitimus hæres habeat plus de bonis hæreditariis ſuis, atque mariti: immò, & ſecundum plures eorum facere tenetur, vt poteſt, quòd hæreditas filio ſpurio nulla proueniat, perſuadendo ei ingreſſum religionis, in qua non ſit ius hæreditandi, vel alio modo. Quamuis Soto de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 7. art. 2. in reſponſione ad primum argumentum principale dicat quòd non eſt cur ad hoc vltimum de iuſtitia teneatur. Sed mihi cum doctoribus ſupradictis uidetur ꝙ tenetur. Nam de iuſtitia tenetur facere quãtum poteſt, vt hæredes legitimi ſint indemnes. Si ergo per hunc, vel illũ modum, & non per alium id efficere poteſt: utique de iuſtitia, vel quouis alio iure tenetur.

Tertiò, certum etiam eſt ꝙ ſi adultera non habet bona vnde reſtituat: probabiliter tamẽ credit, ꝙ ſeipſam prodendo proficiet, fietq; debita reſtitutio, puta quia filius adulterinus illi credet tũc uel poſt ſaltem in morte eius, & ita hæreditatem recuſabit, vel quia iudicialiter poterit probari ꝙ tempore conceptionis maritus diu aberat, & huiuſmodi: tunc ſi fieri poteſt ſine vitæ, & famæ detrimẽto ſoli filio, vel aliis paucis occultè id reuelando ſaltem in articulo mortis, utique reuelare tenetur ita vt poſt eius mortem illis in iudicio fides habeatur, & legitimo hæredi ſua hæreditas adiudicetur.

Secundum dictum, in quo ſtat tota difficultas, eſt quando probabile eſt, ꝙ ſi adultera non habẽs vnde reſtituat, ſe tunc, vel poſteà in articulo mortis marito, vel filio adulterino, vel paucis aliis hoc vel illo modo prodiderit, utique proficiet, fietque debita reſtitutio, non tamen id facere poteſt ſine notabili, & ueriſimili famæ ſuæ, vel vitæ periculo, vel detrimento: vtrum ad id teneatur ſunt tres opiniones. *2. Dictum.*

PRIMA opinio eſt ꝙ vtique tenetur etiam cũ famæ, non tamen cum uitæ detrimento: dum aliter debita reſtitutio, vel ſatisfactio fieri non poteſt. *Opinio 1.*

Probatur tripliciter. Primò, quia nec ad vitandum ſcandalum paſsiuum quodcunque ſiue peccatum alterius, nec ad vitandum detrimentum temporale in rebus fama, vel etiã vita ſua, vel alterius homo nunquam licitè poteſt peccatum etiam veniale committere, neque agere contra ius diuinũ, uel naturale, puta non poteſt fornicari, neque furari, neque hominem innocentem occidere, aut ei damnum iniuſtè inferre ad ſupradictum finem. Nã ad Rom. 3. non ſunt facienda mala, vt veniant bona, neque à fortiori, vt alia mala vitentur. Sed non reſtituere alienum, vel eſſe cauſam efficacem damni alterius, aut quòd illi ſua bona non reſtituantur, eſt peccatum contra ius diuinum, & naturale ſicut & furari: & adultera per adulterium ſimul, & taciturnitatem ſuã eſt efficax cauſa prædictæ damnificationis iniuſtè legitimi hęredis, quã ſe prodendo, & non aliter vti ſupponitur vitare poteſt, atque peccatum: ergo ad prædictum finem ſe ipſam, & rei veritatem prodere opportunè etiam cum famæ ſuæ detrimento tenetur.

Si ad hoc reſpondeatur negãdo minorem: nam ſolum eſt peccatum contra ius diuinum, & naturale detinere alienũ, vel eſſe cauſam damni alterius eo rationabiliter inuito: quod tunc ſolũ eſſet quando abſque maiori corporis, vel famæ læſione poſſet alienum reſtitui, vel damnum reparari, ſecus ſi ipſe damnificatus actu elicito, vel debito conſentiat, vel debeat conſentire in tali detentione, vel dãnificatione: tunc enim conſentienti non fieret

iniuria:

iniuria: id quod in caſu præſenti contingit. Nam ſecundum rectam rationem legitimus hæres damnificatus velle debet quòd cum maiori famæ aut vitæ detrimento adultera illa, etiam ſi non ſit mater ſua, damnum illū hæreditatis illi non reſarciat, quia ca. nerui. ca. duo mala. diſtin. 13. ex duobus malis minus eligendum eſt. Ad quod etiam facere videtur ca. ne quis arbitretur. 22. q. 2. vbi dicitur quòd non eſt reſtituendus gladius domino eius quādo timetur quòd eum petit ad malum aliquod committendum.

Sed contra hanc rationem replicatur, & ſit ſecūda ratio, quia nullus tenetur cędere iuri ſuo, aut grauem pati iacturam in rebus, famā, aut in corpore ſuo ad euitandum grauius damnum alterius in rebus eiſdem, aut inferioris, aut etiam altioris ordinis: niſi ſolum in extrema illius neceſſitate, vel quaſi, ſecundum omnes, vel ſecundum B. Tho. & alios in tàm graui neceſſitate proximi vt illi porrigere deberet id quod habet, vel quod ſibi debetur, vt ſupra. q. 26. de eleemoſyna latius habetur, ergo hæres non tenetur cędere iuri hæreditatis ſuæ, aut conſentire in eius vſurpationē, vt adultera damnum famæ ſuæ pręcaueat, & ita eſt rationabiliter inuitus, & ex conſequenti adultera ſeipſam ſaltem citra periculum vitæ prodere opportunè tenetur, vt ſupradictum eſt, ſi videt id profuturum ad legitimum hæredem præſeruandum indēnem. Et ſimiliter occultus fur, & vſurarius, & quicunque iniuſtus damnificator in rebus, tenetur ēt cum famæ ſuæ detrimento reſtituere, aut damnū reparare, ſi non aliter, niſi hoc modo id facere poteſt.

Ad ca. autem nerui. & ca. duo mala. inferius in reſpon. ad primum argumentum videatur. Ad ca. vero. ne quis arbitretur, dico id non eſſe ſimile neque contra hanc primam opinionēm. Nam ibi dominus gladii tenetur cōſentire ne ſuus gladius tūc reſtituatur illi ad malum perpetrandum, & ne quis conſentiat, aut cooperetur ſuæ iniquitati ad iniquitatem: hic autem, hæres minimè conſentire tenetur vt ſua hęreditas vſurpetur, vt probatū eſt, maximè quia nec eam iniquè vult nec ad patrandū iniquitatem. Et quidem hæc ſecunda ratio mihi fortiſsima eſt pro hac prima opinione.

Tertiò probatur prima opinio, quia non ſolum ad prouidendum damnum temporale tertiæ perſonæ tenetur homo peccatum, etiam ſecretum, proximi in eius infamia citra periculum vitæ aliquando ad præceptum ſuperioris aliquando etiam ſine tali præcepto ei qui creditur vel poteſt prodeſſe, & non obeſſe ſecundum ca. hoc videtur. 22. q. 5. opportunè reuelare; maximè dum ex hac reuelatione, & non aliter remedium patet, & effectus intentus probabiliter ſperatur, ergo, & ipſe peccator ad eundem finem ſeipſum reuelare tenetur, ſi non aliter remedium patet, nec à peccato ceſſare poteſt. Antecedens conſtat in materia de correptione fraterna, vt ſecundum doctores optimè agit Soto de ſecreto in ſecundo membro. q. 4. conclu. 2. & q. 6. conclu. 3. & 4. & q. 7. dubio. 1. & 2. Et in hoc libro primo inferius. q. 43. aliquid circa hoc habetur. Conſequentia autem inde liquet quia plus tenetur homo ſibi ipſi, & animæ ſuæ quā alterius, & plus tenetur ipſe, quàm alius ſibi cauere, & ne proximus per ipſum iniuſtè damnificetur. Nunc autē alter tenetur ipſi prouidere modo prædicto reuelando, vt habetur in antecedente, ergo à fortiori ipſe ſibi & ne damnificet proximum cauere tenetur ſeipſum reuelando, & ita patet quòd adultera in caſu prædicto, vt hæredem legitimum pręſeruet indemnem, ſeipſam opportunè citra periculum vitæ reuelare tenetur.

Hanc opinionem tenet Adrianus de reſtitutione. q. 1. dubio. 1. & in primo quodlibetō art. 3. in reſponſione ad ſecundum argumentum principale, ſecundum Palud. in. 4. diſtinct. 27. q. 2. art. 1. Et ad idem videtur Maioris in. 4. diſtinct. 15. q. 13. licet non tàm manifeſtè cum multis aliis. Immò & Adria. ibidem ait hanc opinionem eſſe veram etiā ſi dubitet adultera quòd eius reuelatio proficiet ad prædictū finem: cuius tñ oppoſitum alii de hac opinione, & communiter doctores rationabilius opinantur. Immò etiam ipſe Adria. & quidam alii æſtimant quòd ad id tenetur adultera etiam cum periculo vitæ quando non aliter poteſt legitimum hæredem indemnem ſeruare, & Soto vbi infra in tertia opinione refertur, dicit hoc eſſe verum ſolum quando valde notabilis eſſet hæreditas, vel maioratus, aut regnum quo legitimus hæres defraudatur. Sed certè in caſu mortis oppoſitum tenent cōmuniter doctores: quod & ego verius exiſtimo, vt inferius in reſponſione ad primum argumentū magis conſtabit.

Si contra hanc opinionem arguatur, primò q. vt habetur in ca. nerui, & ca. duo mala. diſtin. 13. ex duobus malis minus, & tolerabilius eligendum eſt, ergo non eſt reſtitutio rerum temporalium facienda cum detrimento melioris boni, famæ mulieris, & ordinis ſuperioris. *Argumē. 1.*

Alioqui etiam cum periculo vitæ per eandem rationem eſſet reſtituendum, cuius tamen oppoſitum omnes ferè doctores probant, vt dictum eſt.

Reſpondeo, conceſſo antecedente ad ſuum bonum ſenſum negatur conſequentia. Nam antecedens illud, & auctoritas illa conceditur cœteris paribus, id eſt ſtante æquali certitudine vel incertitudine vtriuſque mali imminentis, & reſpectu eiuſdem perſonæ, cui vtrumque malum maius, & minus imminet; nam tunc & non aliter minus, & tolerabilius eligendum eſt. Vnde patet quòd ſi minus malum ſit certius, quàm maius malum, tunc attenta hinc inde magnitudine vel paruitate vtriuſque mali imminentis, & certitudinis vel incertitudinis eius, ſic hoc vel illud, quod minus, & tolerabilius apparet eligendum eſt. Et ita ſępè maius in ſe malum, ſed minus certum eſt tolerabilius, & eligendum potius, quàm minus in ſe, ſed certius, malū immi- *Reſpō. ad. 1. argumentum.*

imminens. Nam ſicut lupus fugiens cum præda illam non deſerit, dum videt canes inſequentes, & Venatores longius diſtare, & periculum vitæ propinquum aut certum nondum imminere: quam tamen relinquit quando periculū ipſum propinquius aut certius intuitur, ità & homo ſuo modo natura lem, & rectum inſtinctum, & inclinationem hanc ſequens rationabiliter agit. Patet etiam, ſecundò, & magis ad rem quòd reſpectu eiuſdem perſonæ minus malum imminens eligendū eſt. Nam ſi maius malum corporale, aut temporale, aut etiā ſpirituale rerum, aut famæ, aut animæ etiam iniuſtè illatum citra extremam neceſsitatem imminet alteri, non ſemper ego teneor illi ſuccurrere cū minori meo malo, vel mearum rerum, honoris, aut læſionis, vel laboris corporalis detrimento, etiam quando non aliter illi poteſt prouideri. Neque debeo peccatum veniale committere vt vitetur peccatum mortale grauius in proximo, etiā ſi ex ignorantia, aut ex paſsione illi contingat, vti ſuperius, quæſt. 26. de eleemoſyna latius habetur. Et Soto de iuſtitia, & iure lib. 4. q. 7. articulo. 4. etiam probat.

Hoc igitur modo intellecta illa propoſitio vera eſt, quòd ex duobus malis æquè certitudinaliter eidem perſonæ imminentibus minus, & tolerabilius eligendum eſt, aliquando quidem de neceſsitate ſub pœna peccati: quando videlicet homo tenetur alterum eorum euitare, aliquando vero de decentia, vel de conſilio, ita quòd licet ad id non teneatur quia temporale eſt, quorum maius malum ex rationabili cauſa, puta ex humilitate, patientia, aut charitate ſæpè ſibi eligere poteſt aut pati poſtpoſito minori: at verò rationabiliter ſemper agit poſtpoſito maiori minus ſibi malum eligendo: ex duobus etiam malis alteri proximo æquè certitudi naliter imminentibus minus eſt eligēdum, & cum minori eius malo de neceſsitate prouidendum eſt, non tamen indè fit quòd ſemper cum minori meo malo illius maiori malo tenear prouidere, vt ſupra, & in ſecunda, & tertia probatione ſatis probatum eſt, & ita patet quòd illa conſequentia argumenti neganda eſt.

Ad aliud quod ibi ſub infertur, quòd eadem ratione ſequeretur quòd, etiam cum periculo vitæ adultera, & fur, & falſus teſtis, aut alius iniuſtus poſſeſſor, & damnificator in rebus temporalibus reſtituere teneretur.

Reſpon. quòd licet aliqui hoc concedant, vt ſupradictum eſt, at verò negandum eſt, & ſecundum doctores communiter, vt optimè ait Medina vbi infra in ſecunda opinione refertur, & Soto de iuſtitia, & iure libr. 4. q. 6. arti. 3. in reſponſione ad tertium argumentum principale, & lib. 5. q. 1. arti. 5. & lib. 6. arti. 4. ſecundum B. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 62. arti. 3. & q. 64. arti. 5. & q. 69. arti. 4. & Caieta. ibidem. dicendum eſt, quòd ad ſatisfaciendum pro peccato, & damno quocunque, & pro homicidio iam omnino tranſacto non penden te adhuc in futurum, nullo etiam peſsimus homicida tenetur ſe morti exponere, nec agere, vnde mors in iudicio aut extra iudicium illi proueniat: quia ius naturale fortiùs de vita ſeruanda hoc illi concedit, quamuis de conſilio ex rationabili cauſa videlicet ad humilitatem, patientiam, & iuſtitiam exercendam de ſua re id facere poſsit. Ad liberandum autem proximum ab iniuſta damnificatione rerum, & famæ, cuius damni ipſe fuit adhuc eſt cauſa, vtique tenetur damnificator, puta adultera, fur, & falſus teſtis cum ſuarum rerum, & famæ tantum detrimento, vt dictum eſt illi damno prouideret à periculo autem vitæ etiam cum ſuæ vitæ periculo dānificator iniuſtus liberare aut præſeruare tenetur, vt inferius in articulo ſecundo, etiam habetur.

Cum ſupradictis tamen ſtat quòd creditor ex charitate teneatur ad tempus expectare ne debitor vel adultera cum maiori rerum ſuarum, & famæ detrimento ſtatim, ſed poſtea opportunè vel paulàtim illi reſtituat, quia creditor in hac dilatione conſentire tenetur ex charitate, vt doctores cōmuniter docent, ſtat etiam quòd iniuſtè damnificatus poſsit per viam iuſtitiæ petere damni vel iniuriæ ſatisfactionem, etiamſi fur, adultera, vel malefactor detrimentum vitæ per iudicem inde patiatur, quia ad maius commune bonum, & ad animæ ſalutem, & ne criminoſi in reipub. nocumentum maneant impuniti ita expediens eſt.

Secundò arguitur ex ca. officii, de pœni. & re. vbi dicitur ꝙ mulier adultera timore mariti nolēs ſe prodere, & ita eſt in cauſa vt legitimi hæredes hæreditate fraudentur, abſoluenda eſt, ergo non tenetur ſe prodere: nam ſi teneretur, & nollet, non poſſet abſolui, neque Papa poſſet concedere, vt ei abſolutio ſacramentalis concederetur. *Argum.*

Reſpon. omiſsis aliis ſolutionibus, quæ non videntur ad mentem prædicti ca. vti Medina vbi infra in ſecunda opinione optimè refellit: omiſſa etiā ipſius Medinæ reſponſione, dico quòd textus ipſe loquitur expreſsè quando timore mortis ne adultera, occidatur à marito ſeipſam reuelare nō vult: quia nec tenetur tunc vt dictum eſt, vt patet, quia textus dicit quòd ſi timore mariti ſeipſam adulteram reuelare non vult, abſoluenda eſt, vel ei penitētia, deneganda non eſt, quod idem eſt. Cum quo ſtat quòd cum periculo tantum famæ ſe ipſam opportunè reuelare tenetur, vt ait hæc opinio, & iam ſæpè declarauimus. *Reſpõſi argum.*

Et notandum eſt, quòd aliqui doctores de hac ſupradicta, & etiam de aliis ſequentibus opinionibus probant cautelam illam, quam referunt Ioan. Andre. Alciatus lib. tertio de præſumpti. præſump. 37. & lib. 9. parergon. ca. 12. & Maioris in. 4. diſtinct. 15. q. 13. nempe ꝙ quædā vidua cui plures filios haberet, quorum vnus eſſet ex adulterio natus, eis vocatis in articulo mortis conſtituta dixit, filii mei vnus ex vobis de adulterio natus eſt, & bona mariti mei habet iniuſtè, ego verò antequam in

hoc

hoc peccato moriar, eum vobis nunc nominare vólo, niſi vos inuicem remiſeritis omne ius quod alter habet in alterum: tunc filii cùm quilibet de ſeipſo dubitaret, mutuò ſeipſos ab eo onere abſoluerunt, & liberarunt, iuſque inuicem ſibi remiſerunt. Sed certè cautela hæc ſecũdum hanc, & quãcunque opinionem inſufficiens eſt ad liberandum adulteram à ſua obligatione. Nam vt doctè ait Couarruuias in regula peccatũ, par. 1. prope finẽ fol. 41. mutua hęc abſolutio fratrũ non ſpontanea, ſed coacta, aut inuoluntaria eſt: is enim filius, qui legitimus eſt, nullum ex ea commodum habet, ſed adhuc damnum patitur, nec id remiſiſſet ſi ſciret alterum fratrem eſſe adulterinum: immò coactus metu ne forſam ipſe à matre ſpurius manifeſtaretur, eidem liberationi conſenſit: qui cõſenſus ſufficiẽs certè non eſt.

2. Opin. SECVNDA opinio eſt in oppoſitum, quòd ſcilicet in caſu prędicto adultera ſe nullo modo reuelare cum vitæ, aut etiam famę, detrimento tenetur: probatur dupliciter. Primò quia non eſt reſtitutio facienda cum maiori detrimento rerum, famæ, aut vitæ debitoris, quàm ſit res ipſa reſtituẽda: ſed vti ſuperius ĩ probationibus primæ opinionis, & in reſponſione ad primum argumentum cõtra eam habetur, hæc ratio non videtur intentum probare ſufficienter.

Secundò ad idem videtur ca. officii, de pe. & re. vbi Papa decernit non eſſe negandam pęnitentiam adulteræ, aut illi, quæ falſum partum ſuppoſuit: ſed illi fore tanti criminis ſatisfactionem congruã iniungendam, etiam ſi non proponat nec velit proprium crimen reuelare. Hæc ibi. Et conſtat quòd ibi loquitur textus de pœnitentia, quæ eſt abſolutio ſacramentalis, quæ illi adulteræ propter hoc deneganda non eſt; quæ tamen illi eſſet deneganda ſi ad reſtitutionem faciendam cum famæ detrimento ſuum crimen teneretur reuelare, vti Medina vbi infra latius probat cõtra Adrianum, & alios aliter exponentes, ſed ad hanc auctoritatem iam in prima opinione præcedente in reſponſione ad ſecundum argumentum melius reſpondetur.

Itaque licet maritus aut alii quicunq; iuſtè poſſint iudicialiter, vel extra iudicialiter, agere ad ſuæ damnificationis in rebus reparationem, & iniuriæ vindictam, & infamiam, & mortem adulteræ: ipſa tamen ad prædictum effectum non tenetur ſpontè ſe prodere, nec offerre antequam contra eam iudicialiter, & legitimè procedatur: cũ nemo ſeipſum accuſare teneatur. Ex conſequenti etiam illa mulier in caſu prædicto non tenetur alicui aliquid reuelare vnde in iudicio poſsit contra eam criminaliter agi, vel extra iudicium, famæ, aut vitę detrimẽtum pati: niſi acta pęnitentia de peccato rem Deo commendare, vt dictum eſt.

Hanc opi. tenent Inno. & Panor. & communiter canoniſtæ in dicto ca. officii, & communiter theologi præcipuè Sco. in. 4. diſtin. 15. q. 2. Et Caieta. ſecunda ſecundæ. q. 62. arti. 6. & in ſecundo quodlibeto reſpon. 14. ad ſecũdam. q. & Syluęſter. adulterium. q. 1. & præ omnibus Medina de reſtitutione. q. 3. in. 4. cauſa. & Caſtro de lege pœnali lib. 2. ca. 11. & Nauarro in ſumma ca. 16. num. 43. vſque nu. 48. & ca. 17. nu. 89. 90.

TERTIA opinio eſt magiſtri Soto de iuſtitia & iure lib. 4. q. 7. articulo ſecundo, in reſponſione ad primum argumentum, & q. 6. arti. 3. in reſponſione ad quartum argumentum, cui conſonare videtur Couarruuias in regula peccatum, par. 1. folio. 40. & hæc opinio limitat, ſecundam præcedentem. Dicit enim quòd illa ſecunda opinio communis eſt regulariter vera; ſed ea non obſtante in aliquibus caſibus põt habere locum prima opinio ita vt etiam cum vitæ detrimento teneatur adultera ſupradicta ſeipſam reuelare: aliquando autem nõ, niſi cum ſuæ famæ detrimento, vt legitimum hæredem ſeruet indemnem. 3. Opinio.

Quòd enim cum vitæ detrimento ad id teneatur aliquando, id patet in caſu, quo hęreditas, quo legitimus hæres fraudatur, eſſet valdè notabilis, puta ſi regnum aliquod, aut principatus, aut maioratus, aut præclariſsima domus ſilente adultera tranſire deberet ad alienos: nam tunc teneretur adultera, etiam cum periculo vitæ, rem, & ſeipſam prodere, ſi certum eſſet quòd per ſuum teſtimonium eſſet profutura, & non aliter poſſet prouidere vitę ſuæ, ſimul & legitimo hæredi, ne tali, ac tanta hæreditate fraudaretur. Scandalum autem, vel peccatum mariti vndecunque proueniens, qui propter hoc creditur illam occiſurus, non tenetur ipſa, nec debet cum tanta hæredis iniuria vitare. Et hoc idẽ cenſet ipſe Soto in teſte, vel alio quocunque, qui ſcięnter fuit in cauſa vt aliquo maioratu, vel nimis notabili domo, vel hæreditate quiſpiam iniuſtè priuaretur. Sed certè quoad hoc periculum vitæ doctores omnes ferè oppoſitum tenent, vbi ſupra cũ prima, & ſecunda opinione, quod & ego verius eſſe credo.

Quòd autem cum famę tantũ detrimento adultera in caſu prædicto citra periculum mortis ſeipſam reuelare teneatur, conſtat, nam in hoc libranda eſt fama mulieris cum iactura rerum legitimi hęredis. Nam ſi precioſior eſt fama mulieris alias nobilis, & honeſtæ, & magnæ æſtimationis, quàm ſit hæreditas illa, quæ fortè tenuis eſt, tunc tacere debet. Si autem contra hæreditas multò plus ęſtimatur, quia videlicet eſt domus illuſtris, vel maioratus, & mulier illa non eſt, tantæ ęſtimationis, ſed plebeia, & vilis; tunc ipſa ſe prodere tenetur, opportunè ſaltem in articulo mortis corã aliquibus fide dignis occultè, ità vt periculũ mortis omninò caueatur, atque vitetur, vt poſt eius mortem in iudicio, vel extra, vt oportet, veritas manifeſta ſit, & legitimus hęres ſua hęreditate non fraudetur. Si verò vtrinque æqualitas ſit, tunc cęteris paribus melior eſt conditio legitimi hęredis: ideò & tunc modo prędicto cauendo periculũ vitę ſe prodere debet: Sic tenet opi. hæc.

Et

Et quidem quoad hoc quòd cũ ſolina famę detrimento adultera in hoc caſu ſe reuelare teneatur, videtur rationabilis, quando is, qui hæreditate fraudatur, non eſt filius ipſius adulteræ, ſed mariti ex alia coniuge defuncta. Nam ſi ſit etiã ſuus, tunc forte illa ſe perdere non teneretur cum notabili ſuæ famæ detrimento, etiam ſi magna eſſet hæreditas, qua ſuus filius defraudatur. Neque enim in hoc ille ſuus filius eſt rationabiliter inuitus, quia pro matris honore res temporales poſtponere tenetur, vti doctores de ſecunda opinione communi, vbi ſupra, tuentur.

Itaque hæc opinio. 3. ſic limitata probatur dupliciter, primo quia licet regulariter, & vt plurimum nemo teneatur rem inferioris ordinis reſtituere cum rerum ſuperioris ordinis detrimento, puta non pecuniam cum detrimento famæ, vel honorem cum iactura vitæ: ſed rem cuiuſcunque ordinis cum detrimento rei ordinis eiuſdem, vel minoris: non tamen id verum eſt in omni caſu, ſed patitur exceptionem, quæ ex ipſius regulæ generalis ratione colligitur. Nam ideò illa regula habetur locum, quia res ſuperioris ordinis excedit rem inferioris: & ità reſtitutio excederet debitum, aut plus exponeretur in damno reparando, quàm dãnum ipſum fuit: & ità non eſſet ęqualitas iuſtitiæ. At verò quia exceſſus iſte non eſt ſine proportione, cum bona hæc ſint temporalia, & æſtimabilia quoad vſum, & vtilitatem vitæ huius, fit vt ſępè res inferioris ordinis ęquentur rebus ſuperioris in ęſtimatione hominum: & tunc, & non aliter, ęqualitas iuſtitię fit. Nam ſicut aurum licet genere ſuo ſit argento precioſius: tamen tantum poteſt eſſe argenti, vel etiam ferri pondus, vt multò plus ęſtimetur, quàm minus auri: ità & multum rerum temporalium, & hæreditas maxima ſępè ęquatur, vel etiam pręſtat alicui paruæ famę, vel ęſtimationi, vt non niſi cum ipſius famę detrimento poſsit, debeatque reſtitui, vel reparari: id quod ipſa experientia teſte videmus: nam ſępè fama, & honor, vel iniuria, & lęſio corporalis, bonis temporalibus compenſatur.

Secundò probatur eadẽ tertia opinio, quia nulli licitum eſt cum detrimento, & iniuria, etiam bonorum temporalium alterius, protegere ſuum honorem, & famam: neque qui lęſus eſt, tenetur omninò cedere iuri ſuo pecuniario, vt qui iniuriã intulit, protegat famam ſuam, vel ne rerum ſuarũ detrimentum patiatur: quamuis paululum temporis expectare teneatur, vt alius ſine notabili, & maiori in commodo rerum ſuarum, & famę commodè reſtituat, vel ſatisfaciat, vti tenetur, ſecundum doctrinam communem omnium, vt Medina de reſtitutione. q. 3. latius agit: quò fit vt qui amplißimam pecuniam eſt ſuffuratus, ſi poſt adhibitam omnem diligentiam vt ſecretò reſtituat, id efficere non poteſt ſine ſuæ famę periculo, vel honoris, certè nõ ideò debet alter manere ſua ſubſtantia nudatus, maximè dum illius damnum valdè notabile eſt: nã licet debeat reſpectus habere famæ, & pœcuniæ, at verò cęteris paribus maius eſt ius innocẽtis, qui iniuſtè lęſus eſt: & oppoſitum dicere, & practicare in perniciem cederet reipub. & boni communis.

Igitur hoc idẽ iudiciũ eſt de adultera, & teſte, & iudice, vel alio quocunque, qui ſcienter fuit in cauſa notabilis lęſionis rerum proximi: quia videlicet etiam cum ſuæ famæ, non autem cum vitæ detrimento, reſtituere, vel damnum reparare omnes illi tenentur cum modificationibus iam dictis in hac tertia opinione, cui placuerit eligat illã. Nam prima opinio, quamuis rigida, verior apparet: quę & ad rationes huius, & alterius opinionis, facilè reſpondet, & hęc quoad ſecundum dictum huius articuli primi ſufficiant.

Tertium dictum eſt, quòd ſi dubitatur an ſperãdum ſit quòd ſe reuelãdo adultera proderit, & credetur ei an non. Adrianus vbi ſupra dicit quòd vt plurimum, & regulariter ſperãdum eſt quòd proderit, & credetur ei ſaltem in morte veritatẽ aperienti: niſi vbi aliquando conſtiterit oppoſitũ. Sed Soto vbi ſupra. q. 7. arti. 2. contra tenet, quòd id nõ eſt ſperandum regulariter, niſi quãdo tempore cõceptionis conſtat manifeſtè maritum abfuiſſe, aut quando alia via poſſet probari ſufficienter, tunc non eſſe cognitam ab illo, vt habetur in. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel ali. iuris, neque illi ſuam turpitudinem allegant i vlla debetur fides: ſed & ipſe filius ſpurius in foro exteriori, vel iudiciali legitimus æſtimandus, & habendus eſt. Neque in hoc ipſe tenetur credere ſuę matri, etiam oppoſitũ iurãti, vt eadem habetur lege: niſi tàm vehemens eſſet matris perſuaſio vt filius ille interius ei crederet conuinceretur: nam tunc licet in foro exteriori ſibi vt legitimo adiudicetur hęreditas: at verò in conſcientia teneretur illam à ſe abdicare, quia in falſa pręſumptione fundatur. Et in hoc ſatis conſonat Medina vbi ſupra in ſecunda opi. allegatur.

Neque valet pro ſe tunc dicere in oppoſitum, quòd ſicut ſi quis mihi legaſſet centum, credẽs me eſſe filium ſuum, ſua leui credulitate deceptus, vel alio citra meam culpam, ego licitè poſſem illa poſſidere: ita etiam à ſimili videtur quòd licet relatione matris ego ſciam me eſſe ſpurium, ſi tamen ille credens me eſſe filium ſuum, mihi ſua bona relinquat, poſſum illa licitè poſsidere: hoc inquam non valet, nec eſt omninò ſimile: nam in illo caſu priori, ille pater putatiuus non erat lege coactus illa bona mihi relinquere, nec per iniuriã fuit ignorans, ſiue deceptus: ideò videtur id ſpontè feciſſe. Hic autem legem coactus id fecit, & fuit per aliũ iniurioſè deceptus: vnde non videtur id liberè omninò feciſſe, & ex conſequenti ſpurius id ſciẽs, aut probabiliter credens, hæreditatem abdicare tenetur, vt dictum eſt.

Quartum dictum eſt quoad ipſum virum adulterum, vtrum teneatur reſtituere marito illius adulterę ea, quę in alendo, & educando ſpurio expendit:

dit: & ſimiliter hæredi legitimo eam hæreditatem, qua defraudatur. Ad quod ait Soto vbi ſupra, quod ſi certus eſt illum eſſe filium ſuum,& poteſt aliquã marito, aut etiam hæredi recompenſationem facere, aut ipſum, filium ſpurium citra ſcandalum, atq; periculum ipſe nutrire, vtique tenetur non de iuſtitia,& honeſtate, ſed decentia tantum. Si autem id certò non ſcit (ſicut nec credere regulariter tenetur adulteræ dicenti eſſe ſuum, niſi quando eſſet credibile, vt ſuperius in tertio dicto de ipſo ſpurio dictum eſt:) ſi nec ipſe adulter ſuppoſuit, neque ſuaſit adulteræ vt illum ſpurium ſuo marito ſupponeret: tunc ait Soto quòd ad nullam reſtitutionẽ ullo modo tenetur, quia nõ fuit cauſa immediata deceptionis aut ſuppoſitionis illius, ſed mediata tãtum,& per accidens, committens adulterium, quæ cauſa de iuſtitia non ſufficit ad obligationem reſtitutionis. Sed Nauarro in ſum. ca. 16. nu. 49. & Syl ueſter titu. adulterium. q. 5. ſecundum Florent. & doctores communiter tenent oppoſitum, quòd ſcilicet adulter, ſi id ſcit, vel rationabiliter credit, aut credere tenetur eſſe filium ſuum, vtique de iuſtitia obligatur tàm patri putatiuo, quàm hæredi, reſtituere, vt commodè potuerit, quia qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, ca. vlt. ſi culpatua, de iniuri. & dan. dato. modò ſit immediata, & propinqua, modò mediata cauſa vel occaſio: at verò ex quo eſt efficax occaſio, vel cauſa damni ex natura ipſius adulterii, ſicut & ipſa adultera, reſtituere tenetur, ſed altero reſtituente alter à prædicta reſtitutione liber eſt: quod quomodo fieri debeat latius & benè Nauarro ibidẽ agit: ſed & quilibet, ſi aduertat induſtriæ, id agere poteſt: ſi autem rationabiliter credit non eſſe ſuum, vel dubitat de hoc, tunc ad nihil tenetur.

Art. 2. 1. Dictum. Quoad ſecundum articulum. Vtrum cũ famæ, & vitæ propriæ, detrimento quis famam alterius teneatur reparare, reſpondeo per duo dicta, primum eſt, quòd cum famæ detrimento non eſt dubium quòd famam alterius iniuſtè læſam reparare quilibet regulariter teneatur, quia licet magis noſtræ, quàm alienæ famæ proſpicere debeamus: nõ tamen cum iniuria alterius, ſicut etiam in temporalibus ſit qui enim alterius domum combuſſit, aut res alterius cogit in mare iactari, licet nihil illi commodi accreuerit, certè reſtituere tenetur; in quo & omnes conſentiunt. Dixi regulariter, quia id aliquando patitur exceptionẽ, vt ait Soto vbi ſupra. q. 6. artic. 3. in reſponſione ad quartum argumentum principale. puta ſi magnus vir, ſiue prælatus notabilis æſtimationis, famã priuati hominis infimæ ſortis læſerit iniuſtè, is non tenetur cum maiori iactura ſuę æſtimationis famam illius reparare, dicendo ſe eſſe mentitum,& huiuſmodi, ſed ſufficit ſi aliàs in ęquiualenti videlicet in pecunia, vel fauore, & aliis eiuſmodi bonis recompenſet: quia & ſimiliter fit vbi non poteſt læſio in fama reparari: quòd ſi alter noluerit hanc recompenſam acceptare: certè infamator ille amplius facere, vt diximus, non tenetur. Et hoc quidem videtur valdè rationabile, ac verum, quàuis Nauarro in ſum. ca. 18. nu. 47. irrationabiliter dicat oppoſitum. Neque enim Soto vbi ſupra dicit hũc infamatorem omninò liberũ eſſe à reſtitutione, ſed quòd non tenetur cum maiori ſuæ famæ detrimento, ſed in aliis bonis illius famæ, damnum compenſare.

2. Dictum. Secundò dico quòd nullus tenetur famam tantum alterius cum ſuæ vitæ detrimento reſarcire;& hoc cõmuniter tenetur à doctoribus, excepto Adriano, & Soto, qui vbi ſupra tenent id aliquando pati exceptionẽ, quando videlicet illuſtrẽ familiã, aut etiam eminentiſsimam perſonam de crimine hæreſis, aut læſę maieſtatis adeò diffamaſſet, vt niſi mendacium retracter, illa familia maneret perpetua labe infecta: tunc enim ſi infamator poſt adhibitam omnem diligentiam vt vitam in tuo conſtituendo teſtimonium perimeret ſufficienter, ſi adhuc ſine periculo vitæ id facere nõ poſſet, dicit ipſum cum periculo etiam vitæ efficere teneri, ſi per hanc viam fama illa reparari poteſt: non aũt ſi reparari non poteſt, quia inquit illa fama, vitæ illius præponderat, & maioris æſtimationis eſt. Sed certè, vt diximus, doctores communiter ſunt in oppoſitum: quod & verius extimo. Nulla enim fama ſola in aliquo caſu vitæ alicuius æquari põt: niſi aliud grauius malum indè ſequatur, vel annexum ſit.

Art. 3. 1. Dictum. Quoad tertium articulum vtrum videlicet cum vitæ detrimento quis teneatur iacturam vitæ alterius reparare, reſpon. per duo dicta, quorum primum eſt, quòd ſi iactura vitæ alterius adhuc pendet ĩ futurum, ità quod caueri poteſt ne occidatur, puta quia propter meum falſum teſtimonium Petrus eſt morti damnandus, vel occidendus, tunc vtique teneor, etiam cum vitæ periculo, & detrimento, ſi non alio modo niſi iſto poſſum à morte iniuſta illum eripere, dicendo me eſſe mentitum, vel alio modo, vt oportet: quia quamuis ſuæ potius, quàm vitæ alterius quiſque teneatur: id tamen eſt verum dum ſine iniuria alterius id facere poſsit. Neque enim vt meam vitam protegam licitè poſſum alterius innocentis mortem procurare.

Secus ſi ego crimen commiſi, ob quod ille falſo condemnatur ſecundum allegata, vel ab aliis occiditur me nihil aliud contra illum agente, nec teſtificante: tunc enim cùm non ſim cauſa proxima, ſed occaſionalis tantum mortis illius; certè non teneor cum vitę detrimento illum à morte liberare. Et in his doctores, communiter conueniunt,& præcipuè Caieta. ſecunda ſecundæ. q. 70. art. 4. & Medina de reſti. q. 3. in. 4. cauſa, & Soto vbi ſupra. q. 6. arti. 3. in reſponſione ad tertium, & quartum argumentum principale. Et Nauarro in ſum. ca. 15. nu. 17.

Sed hoc ego limitarem, & crederem eſſe verũ ſolum quando crimen illud non commiſi fraudulenter. 1. non eo animo vt eius occaſione alius cõdemnaretur, vel occideretur iniuſtè. ſed ex alia

cauſa,

cauſa, etiam culpabili, puta vt meam libidinẽ, vel malam voluntatem explerem: nam ſi eo aio illud crimen commiſi, vt id alteri ab aliis falsò imponeretur, & ità occideretur, ſicut probabiliter fore ſuſpicabar: tunc crederem me teneri ad reparationem damni illius, & ad liberandum illũ à morte, etiam cũ vitæ detrimento, ſi aliter fieri non poteſt, vt infra in fine huius quæſtionis habetur, quia idem eſt ac ſi ipſo facto ego ſcienter alios inducerem ad falsò teſtificandum, vel illum occidendum, & efficax cauſa iniurioſæ, vel iniuſtæ dãnificationis, vel mortis illius mediatè vel immediatè ego ſum, vti ſupra art. 1. in. 4. dicto de adultero dictum eſt.

2. Dictum. Secundum dictum eſt, ſi alterius iam occiſi vita reparari nõ poteſt, is, qui fuit in cauſa iniuſtæ mortis illius, puta falsò contra illum teſtificãdo, aut illum iniuſtè ſcienter contra ius condemnando, vel occidendo, vel quomodolibet ad id adiuuando, nõ tenetur ſe periculo mortis exponere, vt heredibus, aut illi ſatisfaciat: ſed alio modo, vt proximè dicetur. In quo & omnes doctores, & expreſsè Caietanus, Medina, Soto, & Nauarro, vbi ſupra, ſatis apertè conſonant.

Quòd ſi quæratur quomodo ergo reſtituet iſte, qui iam hominẽ iniuſtè occidit, aut qui fuit in cauſa? reſpon. cum Soto ibidem in reſponſione ad tertium argumentum principale, vbi de hoc optimè agit, omiſsis aliorũ opinionibus, quas ibi ſatis cõfutat, quòd in hoc eſt conſiderandum damnum illatum, & iniuria. Igitur quoad damni reſtitutionem, quia eſt regula generalis B. Thom. atque doctorum quòd in his, quæ ſecundum ſpeciẽ nequeũt reparari, reſtitutio eſt ad prudentum arbitrium facienda: ideò in hoc conſideranda eſt perſonarum tàm occiſi, quàm occidentis, quàm etiam hæredũ, & aliorum, qui ab illo neceſſariò alebantur. Nam ſi homicida eſt diues, maior eſt ei reſtitutio iniungenda, quàm ſi eſſet pauper: & ſi occiſus erat inutilis ſuis, minor, quàm ſi frugi. Item qualitas defuncti non tantũ penſari debet ex vtilitate ipſius, indigentiaque ſuorum, ſed etiam ex valore, & dignitate perſonæ; nam qui virum nobilitate, dignitate, vel aliàs inſignem occidit, ad multò maiorem reſtitutionem tenetur, quàm ſi perſonã inferioris claſsis occidiſſet, etiam ſi eius familia diues, & nihil indigens eſſet. Immò & modus occiſionis, ſi videlicet per inſidias, aut fraudem, aut per inſignẽ atrocitatem, homicidium perpetratum eſt, debet attẽdi vt legitimè fiat reſtitutio: dũmodo hæc omnia homicida ſoluere poſsit, etiam cum graui bonorũ ſuorum detrimẽto, quamuis verũ ſit quòd vt hanc reſtitutionem faciat, in foro conſcientiæ non tenetur ſe conÿcere in grauem nimis neceſsitatem. In quo etiam valdè conſiderandum eſt quòd id quod ſolum eſt in ſpe, non omninò æquipollet ei, quod iam eſt in re: nam poterat defunctus citò mori, aut ità languere, vt familiam ſuſtentare nõ poſſet: ideò ſubtrahendum eſt aliquid à reſtitutione, quantum ad arbitrium prudentum diſtat inter habere, & prope eſſe, vt dictum eſt.

Et idem iudicium eſt de mutilatore manus, vel alterius membri: quia ſcilicet modo prædicto ſatisfacere tenetur, & ſoluere operas medici, & damna, ceſſantesque labores in integrum, ad arbitriũ tamen ſapientum: ad quod facit ca. ſi rixati. de iniuria & damno dato; deformitas etiam, quæ in oculo, vel alio membro læſo reſtat, etiam recompenſanda eſt.

Vnde conſtat quòd huiuſmodi læſionum preciũ non debet æſtimari ad libitum illius, qui læſus eſt, aut quantum ipſe ante læſionem peteret, ſi membrum ſuum vendere vellet, ſed vt dictum eſt.

Notetur etiam quòd inter illuſtres iſtæ reſtitutiones non petuntur: nam damna facilè condonãt: iniuriæ autem ſunt, quas nunquam ferè remittunt, nec tradunt obliuioni.

Quoad ſatisfactionem autẽ pro iniuria, ad quã vltra prædictam reparationem damni homicida, mutilatorque tenetur, variæ etiam ſunt opiniones, ſed eas modificando, & conciliando dicamus cum Soto vbi ſupra, quòd licet nullus teneatur exponere vitam ſuam, etiam in bello iuſto contra infideles pro eccleſia, neque ſe tradere iudici, vt morte, vel mutilatione plectatur ſecundum leges, vt ſic ſatisfaciat: ſed ſolũ tenetur patienter pati, ſi capiatur ità vt effugere non poſsit: licitè tamen poteſt ſe ſponte offerre ex feruore contritionis, vel amore iuſtitiæ, & ſatisfaciendi in hoc vita pro ſuo peccato: quamuis hoc vltimum neget Soto. Tenetur igitur homicida, vel mutilator, vt læſo ſatisfaciat, pro hac iniuria humiliter petere veniã, vt decet: ſimul etiam ex charitate tenetur arbitrariam pœnitentiã facere, & orationibus, & ſacrificiis mortuum ſuũ, ſi fidelis erat, vel baptizatus, iuuare apud Deum: quamuis ad hanc ſpiritualem ſatisfactionem, vt ait Soto de iuſtitia, non teneatur. Scotus autem in. 4. diſtin. 15. q. 2. dicit eam etiam de iuſtitia eſſe neceſſariam.

Ad omnia ſupradicta nota quòd nomine hæredum, atque familiæ, quibus damni ſatisfactio, vel reſtitutio facienda eſt, intelliguntur illi dumtaxat, qui ſecundum iura neceſſariò illi ſuccedunt in hæreditate, à qua omninò excludi nõ poſſunt, vt ſunt filii, parentes, vxor, atque maritus, hi enim ſecundum omne ius ſunt inuicem ſuſtentandi, ſi egent: non autem alii, qui ſolum ſunt hæredes ab inteſtato, vt fratres, & cognati inferiores, quamuis liberaliter alantur. Pro iniuria verò in foro exteriori ſolet etiam fratribus, ac reliquis agnatis, vt eam remittant, pecunia rependi: quia ius habent agendi de iniuria, non tamen pro damno dato quicquã his, ſed aliis ſupradictis, debetur: quò fit vt ſi viuens homicida de prædicto damno non ſatisfecerit, & bona reliquit, illi tantum hæredes neceſſarii pro illo in conſcientia reſtituere, aut ſatisfacere teneantur, non autem pro iniuria compenſare, niſi viuens homicida, vel mutilator eſſet iudicialiter condemnatus, vt tantum ſolueret; hæredi-

dire, ramque tranſit cum ſuo onere, & honore.

Ex omnibus ſupradictis conſtat coralarie, quòd qui per ſuum falſum teſtimoniú ſcienter fuit cauſa, vt aliquis iniuſte condemnatus perderet bona ſua, ſimul & famam, & vitam, puta quia vt hæreticus confiſcatis omnibus bonis ſuis combuſtus eſt, ſic vt pro omnibus legitimè ſatisfaciat, tenetur vitam ſuam in tuto ponendo, bona ſua vt oportet, hæredibus ſupradictis relinquere, ſimul & chartam iuramento firmatam, & nomine ſuo ſubſcriptam, vt fidem faciat, vbi reuelando veritatē, aut eam confitendo, ſic etiam fama illorum omnium leſa ſufficiēter reparetur: tenetur etiam pro iniuria humiliter ab illis veniam petere, & apud Deum orationibus, & ſacrificiis defunctū adiuuare, vti ſuperius dictum eſt.

QVAESTIO TRIGESIMA SECVNDA.

Vtrum omne turpe lucrum licitè detur, promittatur, & recipiatur, & reſtituendum ſit.

RESPON. in hoc ſuut tres articuli. Primū Vtrum licitè detur. ſecundū vtrum licitè promittatur, & promiſsio obliget, tertiū vtrum licitè recipiatur, & ſit obligatio reſtituendi.

Articu. 1. Quoad primum vtrū licite detur reſpon. quòd ſic, & hoc ſolum, quando nullo iure ita dari prohibetur: ſecus alias. Si rogas, quando prohibetur? reſpon. ſecundum Medinam de reſtitutione. q. 20. q. 2 . quòd quando aliquid datur ob cauſam turpem ex obiecto, vel ex prohibitione: quia ſcilicet datur propter opus ī ſe turpe, aut aliquo iure prohibitum, præteritum, vel futurum, puta propter fornicationem, vel homicidium, propter iniuſtam ſententiam, vel patrocinium, aut falſum teſtimonium, vel ne quis denunciet, aut teſtificetur quod denunciare, vel teſtificari quocunque iure aut lege tenetur: tunc illa datio ob illam cauſam illicita eſt: quod patet tùm primò quia dare aliquid alicui vt tale quid turpe committat, vel quod tenetur omittat, vtique eſt ad ipſum peccatum directè inducere, quod conſtat eſſe contra Dei, & proximi charitatem: tum ſecundò, quia aliquid dare ob illam cauſam eſt remunerare peccatum, quod eſt ipſum approbare: tum tertiò, quia ea datio videtur ex praua voluntate procedere, videlicet ex affectu illius cauſæ turpis, pro qua vult date mercedem.

Similiter datio prohibita, & illicita eſt, ſi opus, pro quo aliquid datur (cuius nomine etiam omiſſionem intelligo) eſt turpe ex circunſtantia obiecti ue illud qualificante, vt ſcilicet fiat, aut quia factū eſt malè, aut taliter, qualiter non niſi malè fieri poteſt, aut potuit, puta quia iniuſtam ſententiam tulit, aut quia in lite iniuſta malè patrocinatus eſt, vel vt in ea patrocinetur, vel quia fornicata eſt, quia illa malè, & culpabiliter luſit, quia contra obedientiam, vel iuramentum tale quid ille fecit, vel omiſit: hoc patet per rationes ſupradictas. Secus ſi nō propter illam malam qualitatem, aut circunſtantiam datum eſt: ſed propter opus aliàs bonū in ſe, quamuis illa mala qualitate vitiatum ſit: nam tunc licita datio eſt, vt dare vſuram, licet vſurarius eā malè accipiat, & dare aliquid iudici, vt iuſtè iudicet, ad redimendam vexationem, & die prohibito dare iuſtum precium rei tunc emptæ, & dare iuſtū ſtipēdium Sacerdoti, & prædicatori, quamuis ipſe ſine licentia, aut contra obedientiā ſuperioris malè prædicauit, vel celebrauit. Et hoc eſt verum, dūmodò opus illud non ſit ex his, quæ gratis, & non pro precio, agenda ſunt, quale eſſet dare aliquid temporale principaliter, aut tāquam precium pro ſpirituali, nam tunc datio illa Simoniaca, & illicita eſſet.

Quoad ſecundum articulū de promiſsione facta ob opus turpe factum vel faciendum idem dicendum, quòd de datione dictū eſt, & per eaſdem rationes. Articu. 2.

Sed vtrum ea promiſsio obliget, eſt difficultas, puta ſi quis alteri promiſit certam pecuniæ quantitatem, vt fornicetur, vt alterū occidat, & huiuſmodi, vtrū in conſcientia ille obligetur implere promiſſum poſt cauſam, vel opus impletum, vel ſubſecutum, propter quod illa promiſsio facta eſt, nam in foro iudiciali certum eſt ex turpi ſtipulatione nullam oriri actionem, nec obligationem.

Ad hoc reſpondeo ſecundum Medinam vbi ſupra. qu. 28. quòd vel illa promiſsio eſt modalis, vel eſt conditionalis, ſi eſt modalis ita quòd ob aliquam cauſam turpem præteritam, vel futuram facta eſt, tunc licet ſint opiniones, at verò probabilius eſt quòd vtrique obligat non quidem ad implēdum finaliter illam promiſsionem, ob illam cauſam turpem, ob quam facta eſt, ſed ad ſeruandum veritatem, & fidelitatem ad proximum, hoc enim modo impletio promiſsionis non ſolum licita, ſed etiam obligatoria eſt, maximè ſi iuramento firmata ſit: eſto quòd illa promiſsio turpis fuerit eo ꝙ proximum ad peccatum de ſe inducebat, vti ſuperius in primo articulo de datione ob turpem cauſam dictum eſt.

Quod ēt tripliciter probatur, primo quia oīs promiſsio de re licita, maximè ſi iuramento firmata ſit, quæ pōt ſine ſalutis detrimēto ſeruari, & non eſt maioris boni impeditiua, vtiq; in conſciētia eſt adimplēda. Sed talis eſt promiſsio, de qua agimus, vt patet: nam id, quod in caſu promiſſum eſt, aſsignatam pecuniā dare, & hoc in ſe licitū eſt, & non contrà ſalutē dantis, & recipientis, vt conſtat: nam ſi opus turpe non ſit commiſſum, nec cōmittendum, & illa pecunia detur, illa datio licita eſſet: ꝙ aūt præcedat, vel ſequatur illud opus turpe, non inde datio illa neceſſariò redditur vitioſa, neq; priuatur ſua licentia, vel bonitate.

Secundo probatur idem, quia ſecundum iura cōditio turpis habetur pro nō adiecta, de cōditio. appoſ. ca. fin. & eſt de iure impoſsibilis, & à con-

tractu reiicitur, vt in ca. fin. de pactis, ergo tenet in caſu promiſsio ac ſi ſine illa conditione turpi ſacta fuiſſet. Nunc autem ſi ſine conditione, aut cauſa turpi ſacta eſſet, eſſet in conſcientia obligatoria, igitur intentum.

Quod etiam indè confirmatur, quia is, qui dotauit Eccleſiam, & fecit eam conſecrari cum conditione quòd res talis Eccleſiæ non eſſent ſub Epiſcopi ordinatione, tenetur reddere promiſſum nõ obſtante turpitudine conditionis huius, quæ quia mala, & iniuſta eſt, non valet ac ſi non eſſet appoſita.

Tertiò idem probatur exemplo Iudæ Gen. 38. qui ob fornificationem promiſit Thamar vnum hædum, quem poſteà miſit eidẽ, vt promiſſum impleret: in quo & ibidem de fidelitate commendatur.

Si contra prædicta hæc arguatur, primò quòd turpis promiſsio non eſt adimplenda, quia ſecundum Iſido. 24.q.4. In malè promiſsis reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum.

Reſpon. id procedit de promiſsione turpi ex obiecto, vel re promiſſa; qualis non eſt promiſsio in caſu præſenti, vbi licet ſit turpitudo in cauſa, non tamen in eo, quod poſt cauſam ſubſecutam agendum promittitur. Item ait ipſe Medina vbi ſupra.q.20. quòd illa promiſsio facta ob cauſam turpem, antequam fiat opus illud turpe, pro quo facta eſt, vtique eſt inualida, nec obligat, & reſcindenda eſt, tanquã turpis, de qua procedit dic. ca. in malè promiſsis: poſtquam autem factum eſt opus turpe, pro quo facta eſt, vel omiſsio turpis fiat; iam in conſcientia eſt adimplenda promiſsio, vt dictum eſt.

Si ſecundò ad idem arguatur, quòd in caſu non poteſt is, qui promiſit implere promiſſum, niſi ex cauſa, & motiuo turpi, quia ſi promiſſum implet ex vi, aut ratione promiſsionis; & ipſe non niſi ob illam cauſam turpem promiſit ſe rem illam eſſe daturum, ergo non poteſt promiſſum implere, niſi ob illam cauſam turpem, & ita ſine peccato illud promiſſum implere non poteſt: & ex conſequenti promiſsio obligatoria non eſt.

Reſpon. quamuis Durandus in. 3. diſtinctio. 39. per hanc rationem putet ſe de falſitate conuincere ſententiam ſupradictam: at verò fallitur. Nam ad id reſpondeo quòd licet in caſu cauſam illam turpem eſſe completã, ſit cauſa ſine qua non adimpleretur promiſſum, non tamen eſt cauſa finalis, ſed impulſiua. Nam cauſa finalis non eſt, neque eſſe debet, niſi fidelitatem ſeruare, quam non ſeruaret, niſi promiſſum impleret, ad exemplum Iudæ cum Thamar Gene. 38. vt ſupra dictum eſt, ſtat enim cauſam illam turpem fuiſſe cauſam finalem promiſsionis, & quòd ſit ſolum cauſa impulſiua impletionis eius, quod promiſſum eſt.

Si tertiò ad idem arguatur, quòd ſi eſt licita impletio promiſsionis, ergo etiam licita fuit facta promiſsio, & econtra. Nam licentia promiſsionis pendere videtur ex licentia impletionis illius.

Reſpon. id verum eſſe, ſi eſſent cętera paria; ità quòd cauſa turpis ſit cauſa finalis dationis rei promiſſæ, ſicut fuit cauſa finalis promiſsionis illius: quod tamen in præſenti non eſt, nec oportet, quia quando ille in caſu promittit ſe daturum, ideò finaliter, & principaliter promittit, vt opus illud turpe ab altero fiat: quando autem poſt cauſam ſubſecutam dat quod promiſit, ideò dat vt ſit fidelis in promiſsis. Ideò benè ſtat quòd fuerit promiſsio turpis, & licita, & debita eius adimpletio.

Si tamen promiſiſſet ſe illud daturum ob illam cauſam turpem, ità vt illa cauſa turpis ſit determinatio dationis, & ſimul cum datione cadat ſub obiecto promiſsionis: tunc promiſsio eſſet turpis non ſolum ex cauſis iam dictis, ſed etiam ex obiecto, quia fit de datione ob cauſam turpem, & tunc non eſt adimplenda, quia peccatum eſt illam ſic adimplere: ſecus ſi ly ob illam cauſam turpem ſit ſolum determinatio promiſsionis, & non dationis promiſsæ: quia tunc cum non cadat ſub obiecto dationis, vel impletionis rei promiſſæ, habet locum, & veritatem id, quod ſupradictum eſt.

Si autem promiſsio illa eſt conditionalis, qua videlicet aliquid alioqui bonum, & honeſtũ promittitur ſub conditione inhoneſta de futuro, tunc quamuis videatur idem eſſe dicendũ quod de promiſsione modali dictum eſt, at verò non omninò idem iudicium eſt. Ideò reſolutoriè videtur quòd hæc promiſsio conditionalis poteſt dupliciter fieri. Primò in odium turpitudinis futuræ, quæ ſub conditione ponitur, vt ſi quis ſentiens ſe fragilem, & procliuem ad vitia carnis, odiat ea peccata, & promittat quòd, ſi in peccatum illud ceciderit, faciet certam peregrinationem, vel eleemoſynam, & tunc promiſsio licita eſt, & in conſcientia eſt neceſſariò adimplenda.

Secundo modo fieri poteſt ex affectu illius turpitudinis, aut turpis conditionis appoſitæ: vt, ſi quis cupiens cum aliqua muliere rem habere, promittit talem peregrinationem, vel eleemoſynam ſe facturũ, ſi res ſuccedat ad votum, & tunc promiſſio eſt turpis ex prauo affectu procedens, & ſimiliter eius impletio turpis erit, ſi ex eodẽ affectu, vel cauſa fiat: erit tamen licita, & obligatoria adimpletio, ſi ex fidelitate ſeruanda fiat, ſicut & fieri debet.

Excepto ſi conditio illa apponatur tanquã cauſa finalis adimpletionis, & ſe teneat ex parte obiecti ipſius promiſsionis, vt ſi taliter promittat; ſi hæc res pro voto ſuccedat, promitto me ob eandem cauſam facturum peregrinationem, vel eleemoſynam: nam tunc nec promiſsio poteſt licitè fieri, nec impleri. Et in hoc idem iudiciũ eſt de promiſsione modali facta ob cauſam turpem, & de cõditionali facta ſub conditione inhoneſta.

Et ſi arguatur, quod tunc ſequeretur quod votum peregrinationis factum ſub conditione in-

honeſta

honeſta, & ex eius affectu, impleta conditione eſſet obligatorium, ſaltem quando ipſa cunditio in honeſta non informat peregrinationem promiſſam, hoc autem conſequens omninò falſum videtur, quia tale votum eſt turpe, & per conſequens non eſt Deo acceptum, nec obligatorium.

Reſpon. conceſſu quòd tale votum eſt obligatorium, & turpe, ſed diſtinguo quòd Deus illud non acceptauerit; vel ad illud præmiandum, & ità conceditur: vel ad promiſſum aliàs honeſtum ipſi Deo reddendum, vel implendum, & hoc modo negatur quòd Deus non acceptat illam peregrinationem, vel eleemoſynam fieri, vt dictum eſt, quod patet exemplo. Nam omne votum, & iuramentũ abſolutè factũ, in peccato mortali, de aliquo aliàs honeſto opere ad Dei honorem agendo, non acceptatur à Deo ad gratiam, & gloriam: acceptatur tamen quoad obligationem, & debitum illud implendi. Hęc omnia Medina, vbi ſupra, cui conſonat Caietanus ſecunda ſecundæ, quæſt. 88. arti. 2. & Syluester tit. votum ſecundo. q. 2.

Arti. 3. Opinio 1. Quoad tertium articulum. Vtrum ſit licita acceptio turpis lucri, & an ſit reſtituendum, in hoc ſunt quatuor opi. prima tenet quòd ſi turpitudo eſt ſolum ex parte recipientis, ità quòd illi tantum eſt illicita, & prohibita talis acceptio, atque retentio, & dans dando non peccauit, tunc vltra damnum illatum tale lucrum eſt neceſſariò ipſi danti reſtituendũ: vt ſi litigator putans bona fide ſe cauſam iuſtam habere, timenſque quòd iudex illi iuſtitiam non faciet, offerat illi munus, vt iuſtè iudicet; aut ſi timet teſtem non dicturum eſſe veritatem, niſi precio dato; tunc eſt turpis acceptio, & retentio lucri, ſed non datio. Et ſimiliter omnes officiales iuſtitiæ, & ſcribæ, duces, & milites, & alii, qui ratione ſuorum officiorum publicorum recipiunt vltra ſalaria ſibi taxata, & omnes alii, qui aliquid obligatorium, vel de conſilio gratis facere tenentur, ſi quid propter hoc principaliter accipiunt, vtique benè danti reſtituere tenetur: & talis eſt acceptio vſuræ, vbi turpis acceptio, & non datio eſt.

Secundò dicit hæc opinio quòd ſi turpitudo ſe tenet ex parte vtriuſque, ſcilicet dantis & recipientis ſimul, & illa cauſa turpis ſecuta eſt, tunc reſtitutio non debet fieri danti, quia obſtat illi ſua turpitudo, quale eſt datum pro fornicatione, meretricio, adulterio, homicidio, & pro iniuſta ſententia, vel iniuſto patrocinio, vel falſo teſtimonio, vel vt quis etiam cuſtos agrorum nõ denunciet, quod denunciare, aut teſtificari tenetur, ſed in his, & ſimilibus caſibus eſt de conſilio, non de neceſsitate, pauperibus lucrum illud turpe erogandum, quia nullum ius ad id obligat. Excepto vbi lex ſpecialiter præciperet tale lucrũ reſtitui, vel recipi prohibeat, vt de lucro Simoniaco in ca. de hoc. de Simonia. & alibi eccleſia decreuit, vt ibidem gloſſa latius agit.

Tertiò dicit hæc opinio, quòd ſi turpitudo ſe tenet ex parte modi, vel alterius circunſtantiæ, ita quòd acceptio lucri in ſe prohibita non ſit, tunc ſic turpiter acceptum nulli eſt reſtituendum, vel erogandum, quale eſt lucrum eius, qui die, aut loco prohibito, aut cum hæretico, vel excommunicato pro iuſto precio lucroſè, quidem, ſed culpabiliter, negociatur.

Et cum hac opinione in his tribus dictis ſatis communiter doctores concordant, vt referunt, & cum eis tenent Florent. ſecunda par. titulo ſecundo capitulo quinto in principio. Et Monal. & Summa Angelica reſtitutio. 1. verſ. turpe lucrum, & reſtitu. 2. §. 4. & . 5. & titu, concuſsio. §. 2. Sylueſter, reſtitu. 2. §. 2. & eleemoſyna, quæſt. 4. & latius Nauarro in ſumma ca. 17. nu. 33. 34. vſque nu. 31. & nu. 9. & in ca. 25. nu. 34.

Ex ſupradictis infert hæc opinio, quòd lucrum meretricium non eſt neceſſariò reſtituendum, neque pauperibus erogandum, quia nulla lege recipi prohibetur, licet modus, & cauſa, videlicet meretricia, fornicatio, prohibita ſit. ff. de condit. ob turp. cauſ. vbi dicitur quòd meretrix licet turpiter agat meretricando, non tamen turpiter accipit.

Contra hanc opi. præcipuè contra ſecundum dictum eius, faciunt rationes, quæ infra in ſecunda, & quarta opinione continentur.

Opinio. 2. EST igitur ſecunda opinio, quòd vndecunque ſit turpitudo ex parte accipientis tantum, vel etiam dantis ſimul, aut ex parte modi, vel circunſtantiæ operis obiectiuè ipſum opus qualificantis, non poteſt licitè accipi, neque retineri, ſed eſt neceſſariò reſtituendum, aut pauperibus erogandũ (vt inferius dicetur) precium, aut lucrum, quod ratione operis, ſiuè omiſsionis in ſe, vel ex obiecto peccaminoſi, vel peccaminoſæ, præteritæ, pręſentis, vel futuræ, recipitur; niſi alius iuſtus titulus, vel honeſtus, concurrat, ratione cuius poſsit licitè acicpi, vel retineri.

Et ita diſtinctius tria dicit hæc upinio. Primò ꝙ acceptum pro opere (cuius nomine etiam omiſsionem intelligo) peccaminoſo in ſe ex obiecto, aut ex mala circunſtantia inſeparabili, ità quòd non, niſi malè fieri poteſt, puta pro furto, homicidio, fornicatione quacunque, pro iniuria, vel infamatione proximi. Et ſimiliter acceptũ pro opere in ſe bono, pro quo tamen prohibitum eſt aliquo iure receptio, & retentio alicuius rei, puta pro iniuſta ſententia, pro vero teſtimonio, pro non furandu &c. vt ſupra in prima opinione in primo eius dicto latius habetur, reſtituendum eſt ſecundũ omnes, quia talia pro mercede, aut lucro finaliter fieri prohibentur, & criminoſa indè redduntur, & ſimiliter talis acceptio, ſimili modo reſtituendũ eſt quod accipitur, vt culpabiliter quis prædicet, aut aliquid faciat contra obedientiam prælati, aut legis, aut contra iuramentum, aut in deſpectu alterius, aut etiam in loco, vel tempore prohibito,

aut eum ſcandalo, aut cum hæretico, vel excommunicato negocietur in offenſa Dei: quamuis iſtæ malæ circunſtantiæ, vel qualitates à talibus operibus ſint ſeparabiles, quia tunc tenent ex parte obiecti, & ità ex obiecto ſic qualificato tale opus in ſe, & datio, & receptio facta ex tali mala qualitate criminoſa ſunt.

Secundò, dicit hæc opinio ſecus eſſe, ſi non datur, neque recipitur aliquid, vt tale aliàs licitum opus cum tali criminoſa qualitate, vel circunſtantia malè fiat. Nam tunc ea circunſtantia non ſe tenet ex parte obiecti illius operis, vel acceptionis illius lucri, ſed adiacet illi, & poteſt ab eo ſeparari, ità quòd ſolum detur, & accipiatur pro ipſo opere in ſe bono, quod licitè fieri poteſt, vel pro re ipſa, quæ ſuum valorem habet; neque à tali mala circunſtantia dependet: quamuis ipſe operans cùm illa mala circunſtantia culpabiliter operetur. Nam tunc precium, aut lucrum tale non eſt alicui neceſſariò reſtituendum, aut erogandum: ſicut neque quando pro iuſto precio cum hæretico, vel excommunicato, aut contra ſuum iuramentum negociatur. Similiter ſi quis iurauit ſe non ſeruiturũ Petro, & poſteà ſeruiat eidem, licet peccet contra iuramentum illi ſeruiendo, poteſt tamen ſine violatione iuramenti ſui ſeruitii iuſtam mercedem recipere, & retinere: ſecus ſi iuraſſet ſe pro ſeruitio nullum precium recepturum, nam tunc ob hoc iuramentum teneretur preciũ acceptum reſtituere, ſicut qui iurauit vſuram ſe ſoluturum, eam ſoluere tenetur ſecundum ca. debitores, de iureiurān.

Tertiò corolariè hæc opinio dicit quòd meretrix, ſiue ſit publica, ſiuè occulta, non poteſt mercedẽ pro fornicatione recipere, nec retinere, ſed reſtituere tenetur, vel pauperibus erogare, niſi per viam donationis recipiatur, & donetur ab eo, qui donare poteſt eidem, ceſſante fraude, & coactione, & importunitate precum æquiualente coactioni.

Hæc opinio in ſe, & quoad primum eius dictũ, vbi eſt tota difficultas, probatur quadrupliciter. Primò, quia nullum opus in ſe peccaminoſum, ſiuè prohibitum, eſt venale, aut precio comparabile; ſicut neque res ſpiritualis, quia hæc omnium temporalium valorem excedit: illud autem quia nullius eſt vtilitatis, & valoris, ſed potius vt vile, turpe, & animæ nociuum, omninò fugiendum eſt.

Sed hæc ratio non videtur ſufficiens; tùm quia licet tale opus non ſit vtile animæ, ſed nociuum, cũ hoc ſtat quòd afferat huiuſmodi aliquam vtilitatem, honorem, vel delectationem temporalem, & illam habeat annexam, ratione cuius precio æſtimabile, & venale eſt, ſicut & multa delectabilia, et hac ratione, precium, & lucrum licitè recipi poteſt à citharistis, ioculatoribus, paraſitis, petauriſtis, & aliis eiuſmodi: tùm, ſecundò quia non eſt ſimile de ſpiritualibus, nam ſpiritualia non ideò vetantur pro precio dari, quia excedunt temporalia, cùm non pro eis, ſed pro lucris temporalibus annexis, & eorum ratione, non repugnaret precium poſſe dari, & recipi: ſed ideò non ſunt venalia, quia omni iure gratis danda, & recipienda ſunt: peccata autem ratione temporalis vtilitatis, vel delectationis annexæ, ſunt precio æſtimabilia, vt latius probant Nauarro in ſum. ca. 17. num. 38. & Soto de iuſtitia, & iure lib. 4. q. 7. articulo primo, & Couarruuias in regula peccatũ par. 2. §. 2.

Secundò probatur opinio, & eius primum dictum, quia Auguſti. in Epiſtola. 54. ad Macedonium, ſic ait. Si iuſtitia Syncerius conſolatur, iuſtius dicitur aduocato, Redde quod accepiſti, quãdo contra veritatem ſteti ſti, iniquitati aſtitiſti, iudicem fefelliſti, de falſitate viciſti: quàm cuiquam in quolibet officio militanti redde quod accepiſti, quando iubente iudice cuiuſque cauſæ hominem neceſſarium tenuiſti, ne reſiſteret vinxiſti, ne fugeret incluſiſti, poſtremò autem permanente lite exhibuiſti, aut finita dimiſiſti. Et inferius ibidem. Niſi forte reſtituendum eſt alienum quod per furtum clanculò aufertur: & non eſt reſtituendum alienum quod in ipſo foro, vbi peccata puniuntur, decepto iudice, & legibus circumuentis, obtinetur &c. Vnde conſtat lucrum receptum pro iniuſto patrocinio eſſe reſtituendum, & idem conſtat ibidem de lucro accepto per iudicem pro iuſta, & etiam pro iniuſta ſententia ferenda: & habetur in ca. non ſane. 14. quæſtio. 5. vbi ſic habetur. Cum autem iudicia, & teſtimonia, quæ nec iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua, & falſa venduntur, multò ſceleratius vtique pecunia ſumitur, quia ſceleratè, etiam quamuis à volentibus datur &c. vbi patet intentum quòdq; prædicti in conſcientia deobligantur à reſtitutione, etiam ſi leges ciuiles dantibus denegent actionem, & repetitionem, vt ibidem ait Auguſtinus.

Sed certè hæc ratio ſolum probat acceptũ pro iuſtitia, & pro iniuſtitia facienda, eſſe reſtituendum: quia gratis faciendum, vel mittendum eſt, vt infra in quarta opi. in primo, & ſecundo dicto latius habetur.

Tertiò probatur idem ex ca. Nemo præsbyterorum, de Simonia, vbi ſic habetur. Qui emolumentum aliquod temporale accipit, vt peccatum alterius Epiſcopo, vel eius miniſtris celet, aut pro reſpectu cuiuſcunque perſonæ, familiaritatis, vel cõſanguinitatis, innoteſcere detractat, gratia vel fauore minus dignè pœnitentem à reconciliatione impedit, Simoniam committit. Hæc ibi. Vbi docemur precium, vel emolumentum receptum principaliter pro opere peccaminoſo, aut pro omiſſione eius, ad quod alioqui quis tenetur, eſſe reſtituendum.

Sed certè auctoritas hæc ſolum probat acceptũ pro iuſtitia, & pro iniuſtitia facienda, & pro faciendo,

ciendo, vel omittendo id, quod gratis quis facere, vel omittere tenetur, eſſe reſtituendum, vt infra in quarta opi. in primo, & ſecundo dicto latius habetur.

Quartò probatur idē, quia pro opere, ad quod quis ad honorem Dei, vel proximi vtilitatem tenetur, non eſt licitum aliquid, vt precium, vel munus finaliter, & principaliter, recipere, ergo nec pro quocunque opere peccaminoſo, ad cuius oppoſitum ex præcepto tenemur.

Sed certe hęc ratio ſolum probat quòd pro opere, quod gratis facere tenemur, acceptum ſit reſtituendum, vt infra in quarta opin. in. 2. dicto latius habetur, & ita concello antecedente illa conſequētia neganda eſt.

Secundum, & tertium dictū huius ſecundę opinionis ex dictis ſequuntur, vt patet intuenti.

Hanc opinionem quoad duo prima dicta tenēt Cynus in. l. 2. & ibi Angel. C. de conditio. ob turpi. cauſ. et Inno. & Abbas in ca. plerique de immuni. eccleſ. q. 10. con. 3. nu. 14. & Hoſtien. in ca. cū ſit, de Iudæis, & Ioan. Lupi. in rubrica. §. 41. quod, & probat per l. Lucius. ff. de iure fiſci, & ca. de hoc de Simonia, & Palud. in quarto diſtin. 15. q. 3. art. 8. conclu. 3. & glo. & doctores ſupra allegati in fine primæ opinionis, & Sylueſter. reſtitu. 2. §. 2. & reſtitutio. 4. in principio, & Adrianus de reſtitutione. q. 19. de turpi lucro, & Medina vbi ſupra. q. 20. latius defendit hanc opi. qui & dicunt plures alios eam tenere.

Sed quoad tertium dictum de lucro meretricio ſaltem de meretrice occulta, quòd teneatur id reſtituere, tenet Cynus cum pluribus aliis, ſecus de publica meretrice. Sed Medina vbi ſupra tenet quàm publica, quàm occulta meretrix, & fornicaria quæcunque tenetur lucrum pro ipſo, & alio quocunque crimine acceptū reſtituere, vt ſupra in primo dicto habetur. Sed certe quoad hoc communiter tenetur oppoſitum, vt infra in quarta opinio. ſequenti patebit.

Opin. 3. OPINIO tertia eſt quaſi media, quā meditatus eſt doctiſsimus Couarruuias in regula peccatum, par. 2. §. 2. quòd quando materia operis etiam non ex ſua natura eſt precio ęſtimabilis, quia, ſcilicet eſt vtilis materia, vel delectabilis, aut honorifica, temporaliter, aut corporaliter, tunc tale lucrū puta meretricium, & pro militando etiam in bello iniuſto, & pro iter agendo, & ſcribendo, etiam in cauſa iniuſta, & huiuſmodi: bene tamen eſt reſtituendum, quando materia operis criminoſi ex ſua natura precio ęſtimabilis non eſt, quia non eſt vtilis nec delectabilis: & tale eſt lucrum pro iniuſta ſententia, pro iniuſto patrocinio, pro falſo teſtimonio ferendo, & huiuſmodi.

Sed contra hoc videtur quòd etiam hæc opera iniuſta ſępè ſunt proximis vtilia, vel habent vtilitatem, vel delectationem annexam, ratione cuius materia eorum, & ipſa opera, tunc etiā eſſent precio æſtimabilia, & ita tale lucrum non eſſet reſti-tuendum, cuius tamen oppoſitum ipſe cum doctoribus multis, & verè tenet ibidem, vt infra in quarta opi. in primo dicto latius habetur.

Opinio. 4. Quarta & vltima opinio, quæ mihi (ſaluo meliori iudicio) verior videtur, eſt quòd ſolum precium, vel lucrum, quod recipitur pro quocunque opere, quod venale non eſt, vt pro operibus iuſtitiæ, & pro opere, quod eſt gratis faciēdum, vt acceptum Simoniacè pro ſpiritualibus, vtique reſtituēdum eſt, vel pauperibus erogandum: quod vt magis declaretur ſint quinque dicta ſequentia.

Primum dictum eſt, quòd opera iuſtitiæ miniſtrandæ, aut exercendæ, aut iuſtitiæ reddentis vnicuique quod ſuum eſt, & præcipientis nemini damnum, aut iniuriam inferri in rebus, fama, vel perſona, ſunt gratis proximo exhibenda, & venalia nō ſunt. Ideò neque iudex pro iuſtitia, neque teſtis pro vero teſtimonio, neque illi, qui ſunt ſtipendiati ſufficienter, poſſunt amplius exigere pro eo, ad quod ratione ſtipendii obligati ſunt. Et ſimiliter qui accipiunt aliquid pro eo, ad quod ex iuſtitia tenentur, ſcilicet pro non furando, pro non damnificando in rebus, fama, vel perſona, pro reſtituendo quod, & quomodo tenentur. Et tandem pro faciendo, vel omittendo id, quod & quomodo aliſcui facere vel omittere ex iuſtitia, vel officio tenētur, aliàs iniuſta concuſsio eſſet, & turpe lucrum reſtituendum, & in hoc omnes doctores concordant.

2. Dictum. Sed vtrum tunc licitè detur ad redimendam vexationem. Reſpondet Soto in de iuſtitia, & iure libro. 4. q. 7. arti. 1. quòd non; quia ius prohibens illa via aliquid dari, prohibet etiam ſit redimere vexationem, vt caueantur palliatæ corruptiones iuſtitiæ. Sed certè non videtur hoc eſſe verum, nam ſecundum doctores cōmuniter, vt habetur in prima opi. & eius primo dicto, bene ſtat non turpiter dare, & turpiter accipere pro iuſta ſententia, & vero teſtimonio ferendo, vt conſtat.

Sed vtrum ſimiliter ſit reſtituendum lucrum turpiter datum, & acceptum pro iniuſta ſententia, pro falſo teſtimonio, pro iniuſto patrocinio, pro iniuſta læſione proximi in rebus, fama, vel perſona alterius, pro non denunciando fures, aut aliud quando & quomodo, ex iuſtitia, vel ex officio publico, aut ratione ſtipendii accepti, vt cuſtodes agrorum, & miniſtri iuſtitiæ, vel reipub. denunciare tenentur. In hoc vt vidimus eſt difficultas, & varietas opinionum. Nam multis viſum eſt, quòd non, vt ſupra in prima opi. in ſecundo eius dicto dictum eſt, quia non eſt debitum iuſtitiæ ad talia iniqua gratis, ſed potius ad oppoſita faciendum. Nobis autem ſecundum plures alios videtur quòd vtique tale lucrum ſit neceſſariò reſtituendum, vel pauperibus erogandum, vt infra in quinto dicto habetur, cui reſtituendum ſit, quia ſicut ad eandem virtutem, puta ad temperantiam, vel fortitudinem, pertinet præcipere ſua opera virtutum in ſua materia, & oppoſita vitia

prohibere; ità ad eandem iuſtitiam pertinet opera iuſtitiæ præcipere, & oppoſita opera iniuſtitię prohibere: & nomine operis intelligo etiam omiſsionem, vt proximè dictum eſt, nam ad iuſtitiam pertinet vnicuique quod ſuum eſt reddere, & præcipere nemini damnum aut iniuriam inferri, vel prohibere ne iniuſtitia fiat alicui. Et quamuis iudex iniquam ſententiam ferens non faciat aliquid debitum ſecundum iuſtitiam id fieri præcipientem; facit tamen contra debitum iuſtitiæ id non fieri præcipientis, vel id fieri prohibentis, vel contra iuſtitiam id fieri prohibentem. Et in hoc deficit prima opinio in ſuo ſecundo dicto, ac perindè tenetur ex iuſtitia ſecundum omne ius diuinum, & humanum gratis ceſſare, ſiuè cauere ab iniqua ſententia ferenda. Neque venale eſt iuſtam aut iniuſtam ſententiam ferre: & id quod pro ea datur, & accipitur, turpe lucrum, & reſtituendum eſt, & hoc idem dicendum eſt de eo, quod pro iniuſto patrocinio, & pro falſo teſtimonio datum, & acceptum eſt. Nam pro iuſto patrocinio, & pro vero teſtimonio quomodo licitè aliquid accipi poteſt, infra in quarto dicto latius habetur.

Et pro hoc primo dicto facit expreſsè Auguſti. in Epiſto. 54. ad Macedonium, & etiam habetur in ca. non ſane. 14. q. 5. vt ſupra in ſecunda opinio. in ſecunda eius probatione continetur. Et in his ſatis expreſsè Medina de reſtitutione. q. 26. q. 27. in reſponſione ad quartum argumentum. Et Soto de iuſtitia, & iure lib. 4. q. 7. art. 1. cum aliis doctoribus ſuprapoſitis in ſecunda opinione concordant.

2. Dictum. Secundum dictū ſit, quòd pro opere bono charitatis præterito, præſenti, vel de futuro, modò ſit de præcepto, modò de conſilio, quod homo facit ſolum, aut præcipuè ad honorem Dei, vel vtilitatem ſuam, non eſt licitum aliquod precium, munus, vel lucrum finaliter aut principaliter dare, vel accipere, & retinere: & tale vt turpe lucrum eſt reſtituendum eſt. Et ſimiliter acceptum pro opere in ſe malo oppoſito ad offenſam Dei faciendo.

Probatur dupliciter: Primò quia licet propter illa bona opera homo poſsit licitè ſperare ſuum præmium, non tamen vendere hominibus, quia gratis ea facere tenetur, neque illa ratione venalia ſunt. Nam abſurdū eſt vt homo alteri vendat quod non niſi in ipſius operantis vtilitatem, vel in Dei honorem id, quod etiam ad ipſius operantis vtilitatem cedit.

Secundò probatur quòd idem iudicium ſit de lucro recepto pro cauendo oppoſito malo, vel peccato, quia, vt dictum eſt, eodem iure præcipitur bonum, quo & oppoſitum malū prohibetur. Ad quod facit. ff. de conditio. ob turpē cauſam vbi dicitur. Si dedi tibi ne ſacrilegium facias, ne furtum committas vel homicidium, condici poteſt. Item ſi tibi dedero vt mihi rem apud te depoſitam reddas. l. 5. eo. tit. reſtituere teneris, facit etiā ca. nemo presbyterorum, de Simonia, vt ſupra in ſecūda opi. in eius tertia probatione habetur. Facit etiā expreſsè ca. quàm pio. 1. q. 2. Ideò tenetur homo reſtituere quod accepit principaliter, ne peieraret, ne ſacrilegium faciat, ne votum violet, ne falsè teſtificetur, ne blaſphemet, ne ſe ipſum corporaliter vel ſpiritualiter occidat, vel infamet, ne fornicetur, ne furetur, vel vt vxorem ducat, vt continenter viuat, vt intret religionem, vt clericus fiat, vt audiat miſſam, vt conteratur, vt confiteatur, & benè viuat ad ſuam vtilitatem, vel honorem Dei. Secus ſi ad vtilitatem vel delectationem alterius principaliter faciat prædicta bona, & mala omittat, puta ſi ob gratiam tui, quia tu ſolus cū Bertha vis fornicari, ego à te pecunias accipiam; vt illam tibi ſoli dimittam; nam tunc tale lucrum, etiam ſi ſit turpe, non eſt neceſſariò reſtituendum, quia quòd ego omiſerim fornicari propter illum, eſt illi delectabile, & venale eſt. Aliàs ſi propter Deum, aut propter meā vtilitatem principaliter omitterem, eſſet reſtituendum, vt dictum eſt; quia omnia hæc modò ſint dè præcepto, modò de conſilio, gratis, & non principaliter pro precio, munere, vel lucro, facienda, neque venalia ſunt; vt in dicto ca. quàm pio. 1. q. 2. habetur: & hæc omnia latius probat Medina de reſtitutione. q. 26. q. 27. in reſponſione ad quartum argumentum, & habetur ſupra in ſecunda opi. quāuis Soto de iuſtitia, & iure libr. 4. q. 7. art. 1. & Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 37. teneant oppoſitum, ſed minus probabiliter.

Ibidem, & q. 17. Medina dicit quòd cum ſupradictis bene ſtat vt plurimum quòd licitum ſit ſecluſo pacto aliquem inducere per aliquod munus, vel lucrum temporale diſpoſitiuè, vel impulſiuè duntaxat, ſcilicet per id homo diſponatur, vel emolliatur, aut inclinetur ad prædicta bona opera faciēdum, & oppoſita mala cauēdum, & ſimiliter ſic inductus ea licitè faciet, & mala cauebit: Sicut per preces, & minas, atq; terrores, licitè aliquis ad eadem inducitur, & ea facit, vel omittit: id quod parentes, & ſuperiores ad filios, & ſubditos, ſæpè facere videmus, quod, & non reprehendit, ſed probat populus Chriſtianus, & tale lucrum, vel munus licitè acceptum non eſt reſtituendum. Sed neque eſt Simonia ſic inducere, & induci ad ſpiritualia miniſtrandum, & ſuſcipiendum, vt ex ca. Et ſi quæſtiones, de Simonia doctores communiter eliciūt, quod eſt verum ſecluſo pacto, vt elicitur ex ca. quā pio. 1. q. 2.

Probatur tùm primò per Auguſt. Epiſto. 54. ad Macedonium, & habetur. 23. q. 4. capitulo penultimo, vbi ſic habetur. Debet homo diligere proximum ſuum, ſicut ſeipſum, vt quem potuerit beneficientia, conſolatione, vel informatione doctrinæ, vel diſciplinæ cohercitione inducat ad colendum Deum. Item idem ad Petillianum ait. Inde ſit vt poſsimus aliquam vxorem ducere ſi fiat Chriſtiana. 28. quæſtione prima cauē. & damnatis ad mortem licitum eſt vitam donare, vt ſacramentum fidei ſuſcipiant. Idem etiam legitur. Syluestrum Papam feciſſe, dùm omnibus, qui illo tempo

re

re vellent ad fidem conuerti, pecunias, & munera offerebat.

Secundò probatur idem, neque enim eſt minus licitum homines ad fidem per oblata munera prędicto modo diſpoſitiuè inuitare, quàm per minas, & terrores, & onera iniuncta eos ad eandem trahere: hoc autem licitum ait eſſe Grego. 23. q. 6. ca. iam vero. Sed in hoc eſt aliqua differentia: nam ad ea, quæ ſunt neceſsitatis, poteſt homo non ſolù muneribus prædicto modo diſpoſitiuè inuitari, ſed etiam aliquando minis, & terroribus attrahi, vti parentes hoc modo ad benè viuendum, vt diximus, ſuos filios licitè cogunt. Ad ea verò, quæ ſunt conſilii, & libertatis, non ità licet per minas, & terrores attrahere, ſed ſolum precibus, & muneribus modo ſupra dicto inuitare, vel inclinare, vt dictum eſt.

Dixi vtplurimum id licere, quia propter ſalutē ipſius inducti, aut aliorum, immò ad releuandum indigentiam corporalem alicuius, licitum eſt ſecluſo pacto prædicto modo diſpoſitiuè munus alicui offerre, vt tale quid faciat, vel omittat, ſiue ſit de neceſſariis ad ſalutem, ſiue non, ſed de conſilio, nec hoc eſt directè, & per ſe hominem ad peccandum inducere, ſed ſolum per accidens: quia aliud eſt dicere Dabo tibi aliquid, vt baptiſmum ſuſcipias, vel miniſtres: aliud verò, vt baptiſmum pro munere ſuſcipias, vel miniſtres. Nam primum in caſu licitum eſt, quamuis ipſe ex ſuo vitio principaliter pro precio, vel munere id faciat, ſecundum autem nunquam, ſic tenet Medina vbi ſupra.

3. Dictum. Tertium dictum eſt, ꝙ pro opere, quod homo ex præcepto charitatis ad proximum eius vtilitatē præſtare tenetur, ſi non ſit de his, quæ ſunt gratis exhibenda, vt ſunt miniſtratio, & ſuſceptio ſpiritualium, & ſacramentorum, & huiuſmodi, vtique poteſt homo aliquid licitè exigere, & recipere, etiā finaliter, & tanquam precium illius operis: neque tenetur id opus gratis impendere, ſi notabilem laborem, vel operam, aut induſtriam, vel pecuniam pro proximi neceſsitate releuāda exponit, vel expoſiturus eſt, & proximus habet, vel ſperat habere vnde retribuere poſsit. Hoc patet in medicis, & aduocatis, qui ſuam mercedem licitè exigunt, & accipiunt, etiam quādo ex præcepto ſuas operas proximis præſtare tenentur. 10. q. 2. c. precarie. & 14. q. 5. cap. non ſane. & teſtis pro labore, & expenſis, non autem pro veritate dicenda, licitè ſuam exigit mercedem. ca. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. & gloſſ. ibidem. Item homo vt proximum, & domum, & res eius à morte, ab iniuria, à ruina, & incendio liberet, atque defendat, etiam dùm nullus alius id facere poteſt, & quando ad id ipſe tenetur, vtique licitè exigit expenſas, & debitam mercedem. l. Pomponius. ff. de nego. geſtis. & l. ſi pater ff. de donat. §. primum: & in communi neceſsitate famis, etiam quando teneor ſuccurrere populo, & indigētibus, ſed non gratis: quia licitè poſſum mutuādo, & vendendo illis notabilem tritici quātitatem precium iuſtum opportunè recipere, vti hæc omnia latius probat Medina vbi ſupra q. 26. 27. & de eleemoſyna differens.

Quartum dictum ſit, ꝙ lucrum datum, & acceptum pro operibus criminoſis quibuſcunque, quæ ex ſua natura, vel materia non pertinent, neq; ſunt contra iuſtitiam, ſed contra alia præcepta, ſi ſunt proximis vtilia, vel delectabilia, non eſt neceſſariò reſtituendum, vel pauperibus erogandū, niſi quando per legem talis contractus, aut pactum irritatur, vel tale lucrum reprobatur, & recipi prohibetur, vel per ipſam legem, aut per ſententiam iudicis reſtitui, vel fiſco, vel alteri dari, vel applicari decernitur. 4. Dictum.

In hoc quarto dicto etiam, vt viſum eſt, eſt difficultas, & varietas opinionum. Sed probatur prima pars ꝙ tale lucrum non ſit reſtituendum: quia ex quo talia opera ſunt proximis vtilia, vel delectabilia, vt bellare, negotiari, ſcribere, ædificare, iter agere etiam criminoſè, & ludere, & fornicari quomodocunque, certè ratione huius vtilitatis, vel delectationis ſunt precio æſtimabilia, & venalia: & vti ſupponitur neque ipſa, neque eorum oppoſita pertinent ad iuſtitiam, neque gratis facienda ſunt, ergo quantumlibet in ſe criminoſa ſint, vel criminoſe fiant ex quacunque circunſtantia ſeparabili, vel inſeparabili, non deſinunt eſſe ex natura, vel ex materia ſua vtilia, vel delectabilia, & precio æſtimabilia, & venalia: ſicut neque valorem ſuum, & vtilitatem, & delectationem non ex peccato, neq; ex mala volūtate annexa, ſed ex ſua natura habēt, & afferunt. Et ità ea ratione pro eis lucrum licitè recipi, & retineri poteſt, neque eſt neceſſariò reſtituendum, vel erogandum: quò fit, vt neque criminoſus bellator, et in bello iniuſto ſibi noto, & negociator in loco, & tempore prohibito, & qui negocium alterius, etiam in lite, vel cauſa iniuſta ſibi cognita, gerit, & qui iter facit, & ſcriba, qui etiam ex officio ſcribit, & fidem dat, aut falſum teſtimonium, non tamen contra iuſtitiam, neque in damnum, vel iniuriam alterius, ſed alio modo, puta, ꝙ ille eſt ortus, vel oriundus, vel profectus eſt à tali loco, vel tali tempore, vel per talia loca venit, aut non venit ad talia negocia, vel loca, & alia eiuſmodi: quamuis de periurio, & vt falſarius teneatur. Itèm qui ſcribit, non dico qui fert, aut confingit, ſed ſolū qui, ut miniſter ſcribit falſa inſtrumenta, uel teſtimonia, aut patrocinia, uel iniuſtam ſentētiam alterius: & qui ædificat domum alterius ad malum ibi exercendum, pro locro, uel precio aliàs iuſto, non tenetur id reſtituere: quamuis damnum quod ex his operibus ipſe dedit, uel fuit cauſa, reparare ex iuſtitia teneatur: & prædicta ſunt uera, niſi per legem, uel per ſententiam iudicis reſtituēdum eſſe decernatur, ut in ſecunda par. ſeqnenti excipitur.

Si contra hoc arguatur, ꝙ in prędictis operibus quando criminoſè fiunt, ſæpè fit contra iuſtitiam, puta in bello iniuſto prałiando, & negotiando, & iter

iter agendo in cauſa iniuſta alterius, & adulterando in iniuriam mariti, &c. huiuſmodi ergo tale lucrum contra iuſtitiam recipitur, & reſtituendum eſt, vt ſupra in primo dicto continetur.

Reſpon. ꝙ damnificatio proximi ſi qua ibi eſt, ex quo eſt contra iuſtitiam, vtique eſt reſarcienda, lucrum autem receptum minimè, vt dictum eſt de illo, qui loco, & tempore prohibito mercatur, aut negociatur. Quòd ſi ſolum daretur lucrum, & reciperetur, vt tale quid contra Deum, vel in eius offenſam fieret: tunc etiam ſi ex natura ſua opus illud vtile eſſet, & delectabile, tale lucrum eſſet reſtituendum, vel erogandum: quia ratione hac, qua eſt offenſiuum Dei, nec precio æſtimabile, nec venale eſt: ſicut per oppoſitũ opus bonum ea ratione, qua Deo eſt honorificum, & ad operantis animæ ſalutem, nec precio æſtimabile, nec venale eſt, vt ſupra in ſecundo dicto habetur. Et hoc modo limitata opinio ſecunda ſupra poſita veriſsima videtur. Et cum his Couarruuias in regula peccatum, par. 2. §. 2. & Soto de iuſtitia & iure lib. 4. q. 7. art. 1. conſonant expreſſè.

Ex his etiam ſequitur, ꝙ lucrum meretriciũ quarũcunque, & pro quacunque luxuria, etiam adulterina, & ſacrilega, & contra naturam exercenda, nõ eſt in conſcientia neceſſariò reſtituendũ, vel erogandum ante iudicis condemnationem, etiam ſi ſit meretrix occulta: quia non datur, nec accipitur ſolum, aut præcipuè ea ratione, qua tale opus eſt Dei offenſiuũ, ſed qua ratione vtile, aut delectabile eſt ipſum, aut materia eius: ſicut & lucrum acceptum ab hiſtrionibus, mimis, ioculatoribus, ſcurris, petauriſtis, & aliis eiuſmodi etiam criminoſis: neque tale lucrum poteſt ſolum retineri, vt liberè donatum, ſed vt merces, & precium illius operis delectabilis, quantũcunque criminoſum ſit. quod inde liquet; quia iudices cogũt ſolui mercedem ſolitam meretricibus publicis iudicialiter petentibus, & cõmuniter, vt merces dari, & recipi ſolet, quod vtiq; fieri non poſſet ſi ſolo titulo donationis daretur, & reciperetur: quamuis aliis fornicantibus actio, & repetitio ex iuſta cauſa denegetur.

Quoad ſecundam partem huius 4. diſt. quæ eſt exceptio, vbi dicitur, niſi per legem talis contractus reprobetur, &c. nota ꝙ tripliciter lex prohibetur aliquod lucrum, etiam aliàs de ſe licitum, & eſt reſtituendum. Primò quando lex irritat, vel annullat aliquem contractum, vel pactum: nam tunc ratione illius contractus irriti acceptum nõ poteſt retineri, & reſtituendum eſt; vt conſtat, quia tũc deficit iuſtus titulus, vt eſt vendicio rei nociuæ, vel ità inutilis, ꝙ nullo modo, etiam per admixtionem alterius, vtilis eſſe poteſt. l. ꝙ ſæpè, de contrahen. empti. ſecus ſi ſolum prohibet talem actũ, vel contractum fieri, non tamen irritat illum, puta ſi ſolum prohibet ne fiat ludus alearum, uel non ultra tantam quantitatem, uel ne mercatus fiat in tali tempore, uel loco, aut ne contractus fiat cum hæreticis, uel excommunicatis, uel ne talium rerum uenditio fiat; puta ne uendantur officia talia ſecularia, taxilli, & fuci muliebres, & alia eiuſmodi ad laſciuiam incitantia, & frumenta emere ad ſtatim reuendendum, uel uendere fragmẽta publici canonis ſub pœna capitis. C. quæ res uendi non poſſunt. l. 3. ut Medina de reſtitutione q. 20. q. 30. latius de his agit. Nam tũc ſic acceptũ ratione talis actus, uel contractus prohibiti tantum, & non irritati, non ſemper eſt neceſſariò reſtituendum, quamuis Syleſter ubi infra uideatur dicere oppoſitum.

Secundo modo, quando tale lucrum per legem humanam reprobatur, & accipi prohibetur, puta quando lex dicit expreſſè ꝙ ſic acceptum reſtituatur, uel erogetur, uel quòd nullus accipiat, uel accipere poſsit tale quid, puta munera, uel ultra tãtam quantitatem, qualis eſt lex taxans iuſta ſtipendia rerum, uel ſcribarum, & aliorum officialium iuſtitiæ, uel reipub. nam ultra talem taxationem acceptum reſtituendum eſt.

Tertio modo quando per ipſam legem ipſo facto, uel per ſententiã iudicis tale quid reſtitui præcipitur, uel alicui applicatur: nam ex tunc retineri non poteſt, uti de hoc latius infra q. 36. de lege pœnali agitur: de his etiam Syluester tit. lex q. 28. latius agit.

Sed utrum ſimiliter acceptum ſit reſtituendũ, quando aliquis actus, uel contractus, qui ex ſua natura, uel materia non eſt contra iuſtitiam, ita tamẽ lege humana reprobatur ſub aliqua pœna, ꝙ ipſa lex punit, aut iubet per iudicem eſſe puniendum talem actum criminoſum, propter quem pactio ſit ob tale maleficiũ commiſſum, uel committendũ: eſt dubium inter doctores. Dubium

Nam aliqui dicũt ꝙ ſic, etiam ſi ipſa lex ipſi danti deneget actionem, & repetitionem: quia illa pactio iam per ipſam legem irrita eſt, & nemini licet agere ad mercedem, uel precium illius operis criminoſi, ne præmium quis conſequatur ex eo, unde pœnam debet habere. l. mercalem. C. de condict. ob turp. cauſ. & facit. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficiũ. ff. de pactis, & l. generaliter. ubi dicitur ꝙ turpia pacta contra bonos mores, aut contra leges irrita, & nulla ſunt. Et ibidem notat gloſ. & doctores communiter, & in ca. de hoc. de ſimonia. & in l. 3. & 4. ff. de condict. ob turp. cauſ. & de re. iur. qui contra iura mercatur. lib. 6. facit etiam regula iuris. 64. lib. 6. ubi dicitur. Quę cõtra ius fiũt debent pro infectis haberi. Et ad idem facit. l. ſi plagii. ff. de uerb. ſignif. & ità tenet Palud. in 4. diſt. 15. q. 3. artic. 8. conclu. 3. & Adria. de reſtitutione q. 19. & Medina de reſtitu. q. 20. ubi ipſe, & Couarruuias in regula peccatum. par. 2. §. 2. dicunt ita etiam doctores communiter tenere. Reſpon.

Sed quia ſecundum hanc opin. dicendum etiam eſſet ꝙ receptũ pro adulterio, & pro ſacrilega fornicatione, & pro peccato contra naturam, ex quo talia criminoſa opera ſunt reprobata per leges, & per iudices punibilia, eſſet reſtituendum: cuius tamen oppoſitum dicunt doctores communiter, &

ipſe

ipſe Couarruuias, & Soto vbi ſupra, cũ eis tandem
tenent, & Syluester tit. lex ſecundum Cardi. in cle-
men. 1. de reſcript. & plures alii tenent, & videtur
probabilius quòd non eſt neceſſariò reſtituendũ,
nec erogandum id, quod acceptum eſt, propter
prædictum actũ, vel opus criminoſum per legem,
aut etiam per iudicem reprobatum ſub aliqua pœ
na, atque punibile quouſque per ſentẽtiam iudicis
decernatur. Et ad leges ſuperius adductas reſpon
det Couarruuias, ꝙ licet per eas prædictæ conuen
tiones reprobentur: id tamen eſt ſolum ad hunc ef-
fectum, vt ex eis agi non poſsit, nec teneatur quis
promiſſa ſeruare: quamuis rectius dicat Medina ꝙ
tenetur promiſſa ſeruare propter fidelitatem, non
autem ex illa cauſa turpi, propter quam promiſsio
facta eſt, vt ſupra art. 2. latius habetur. Igitur per
prædictas leges reprobantur illæ conuentiones ſo
lum ad hunc effectum, vt ex eis agi non poſsit ad lu
cri illius repetitionem, vt in hoc bene dicit Couar-
ruuias: non autem ad hoc, ut datum, & receptum
ratione laboris impenſi reſtituendum ſit, ante iudi
cis condemnationem, ſi is, qui dedit, potuit dare,
& transferre dominium: uel ſi quoad omnes effe-
ctus iuris quis contendat conuentiones illas, &
opera per leges reprobari: hoc tamen fit in odium,
& pœnam criminis talium conuentionũ, vel actio-
num reprobatarum per ipſas leges. hæc autem pœ
na non debetur ante iudicis condemnationem ſe-
cundum gloſ. in cauſa, fraternitas. 12. q. 2. & do-
ctores communiter. Itaque conuentiones, & actio
nes ad malum perpetrandum per leges reprobatæ,
tunc ſolum ſunt nullæ quoad omnem effectum, ità
ꝙ etiam lucrum indè receptum ſtatim eſt reſtituẽ
dum, quando ità per eas leges tales contractus, &
actus reprobantur, & inualidantur, ꝙ nec actionẽ,
nec retentionem pariunt ex defectu ſolemnitatis
iure requiſitæ, uel ex defectu legitimi conſenſus pa
ciſcentis, aut donantis ad perfectam rei promiſſæ,
vel donatæ trãſlationem: id quod in præſentiarum
non contingit: & ideò reſtitutio nõ eſt neceſſaria,
ut dictum eſt.

Si quæ autem leges uidentur reſtitutionem præ
cipere in caſu præſenti, ſunt pœnales: quæ ante iudi
cis condemnationem non inducunt reſtituendi
obligationem, qualis eſt lex ca. cum ſit. & ca. ad li-
berandam. de Iudæis. ut ait Medina de reſtitutio-
5. Dictum ne. quæſt. 20.

Sed de his Syluester tit. lex q. 28. latius agit.

Quintum dictum ſit ſpecialiter, cui reſtituendũ
ſit in caſu, quo reſtitutio facienda eſt. ꝙ ſi cauſa
turpis, ob quam aliquid acceptũ eſt, poſtmodum
eſt ſubſecuta: tunc non danti, ſed pauperibus ne-
ceſſariò id erogandum eſt. Si autem illa cauſa tur
pis non eſt ſubſecuta, tunc ipſi danti lucrum illud
eſt reſtituẽdum: excepto in caſu, in quo per legem
ipſo facto, uel per ſententiam iudicis id alicui, uel
fiſco, applicatur: nam tunc illi tradendum eſt. Ita
tenet Medina de reſtitutione q. 2. & latius q. 3. in
cauſa. 10. ibi poſita.

Pro maiori huius 5. dicti declaratione, ſimul &
probatione, nota ꝙ circa hoc ſunt tres opiniones.
Prima quòd turpiter accepta ſunt quidem reſtituẽ
da danti, qui non turpiter dedit: non aũt danti, qui
turpiter dedit, ſed pauperibus, & hoc de conſilio,
non de neceſsitate. Sic tenent doctores communi
ter, ut refert, & tenet cum eis Nauarro in ſum. ca.
17. nu. 32. uſque 38. & Syluester reſtitu. 2. §. 2. & re
ſtitu. 4. in principio. & ſum. Angel. reſtitu. 1. uerſ.
turpe lucrum, & alibi ubi ſupra in prima opi. habe-
tur: & latius etiam refert, & reprobat Medina ſupe
rius, & ex infra dicendis magis apparebit falſitas
huius opi.

Secunda opinio Adriani de reſtitutione q. 19.
eſt ꝙ turpiter acceptum, etiam à turpiter dãtibus,
eſt quidem neceſſariò reſtituendum: non autem
dantibus, neque pauperibus, ſed alternatiuè quibus
ipſe recipiens maluerit, uel dantibus, uel pauperi-
bus erogare: & quicquid horum fecerit ſatisfaciet.

Probatur dupliciter. primo, quia leges, quæ de-
cernunt non eſſe turpiter danti reſtituendum, ſunt
pœnales: & ideò ante iudicis ſententiam poteſt il-
li, uel pauperibus dari, ut maluerit is, qui recipit.

Secundò probatur, quia ſecundum Auguſt. epi
ſtola. 54. ad Macedonium, qui aliquod accepit, ut
iniuſtè patrocinaretur, debet id clientulo reddere,
ergo non tenetur pauperibus dare ante ſentẽtiam
iudicis.

Sed hæc opinio, ut ait Medina, vbi ſupra, non ui-
detur uera. Tùm primò, quia ſi cauſa turpis, pro-
pter quam res data eſt, iam eſt ſubſecuta, uel adim
pleta: tunc is, qui turpiter dedit, nullum ius habet
in ea, ex quo liberè dedit: & ità illi non debetur ma
gis, quàm alteri, qui non dedit: & ex conſequenti ſi
ſecundum Adrianum poteſt illi reſtitui, eadem ra-
tione, & cuique alteri poteſt dari, & ipſe, qui acce-
pit poteſt ſibi retinere, quod abſit etiam ſecũdum
ipſum Adrianum. Tùm ſecundò, quia Auguſt.
vbi ſupra non facit pro hac opi. nam ibi ait, ꝙ aduo
catus debet reddere cliẽtulo quod ab ipſo accepit
pro iniuſto patrocinio, poteſt rectius intelligi an-
tequam iniuſtè patrocinaretur, uel cauſa non ſub-
ſecuta, ꝙ tunc ipſi danti eſt reſtituendum (vt ſupe
rius, & infra tandem habetur.) Poteſt etiam ſecun
do intelligi quando clientulus ex ignorantia dedit
aduocato, vt ei patrocinaretur in cauſa, quæ re ve-
ra erat iniuſta, quam tamen ipſe clientulus incul-
pabiliter putabat eſſe iuſtam: nam tunc etiam ipſi
clientulo reſtituendum eſt. Aliòqui ex ipſo Augu-
ſtino aliter intellecto, vt malè intelligit Adrianus,
ſequeretur non ſolum poſſe, ſed etiam neceſſariò,
ipſi danti debere reſtitui, quod tamen eſt contra
ipſum Adrianum.

Tertia tãdem opinio, & probabilior eſt ea, quæ
in hoc. 5. dicto ſupra poſita eſt: quæ quo ad primã
partem quando cauſa turpis ſecuta eſt, ꝙ ſit ne-
ceſſariò pauperibus erogandum, probatur: quia
ſic acceptum non poteſt in conſcientia retineri,
vt expreſſè de hoc loquitur Aug. vbi ſupra, & cùm
non

non ſit ipſi danti reſtituendũ, modò turpiter, modò non turpiter quis dederit: quia eius rei ius à ſe abdicauit qui liberè dedit, cauſa, propter quam dedit, ſubſecuta, vel adimpleta. ergo pauperibus dandum eſt: & in hoc videtur B.Tho. 2.2.q.62.& Palud.in 4.& Couarruuias, vbi ſupra, & alii doctores communiter cõcordare: quod etiam Couarruuias dicit eſſe uerum, etiam ſi materia precio æſtimabilis, & uenalis non eſſet, ut in ſimoniacè accepto facilè oſtenditur.

Si contra hoc arguatur, primò ꝙ in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsidentis ff. de donatio. ob turp. cauſ. ergo ſaltem quando dans turpiter dedit, poteſt etiam turpiter accipiens ſibi retinere.

Reſpon. ꝙ antecedens eſt verum ſolum in foro iudiciali, vbi titulus poſſeſsionis eſt fauorabilis: & ità in illo foro, qui poſsidet defendetur in ſua poſſeſsione, vt non cogatur ei, qui turpiter dedit rem, turpiter acceptam reſtituere: in foro tamen conſcientiæ tenetur eam pauperibus erogare: & ad id certè cogetur, dùm de veritate conſtiterit.

Si ſecundò contra eandem tertiam opi. arguatur ꝙ ex quo is, qui dedit, iam cecidit à dominio, & iure rei datæ: certè ea res videtur manere, vt communis, & ità primò occupantis efficitur ſecundum inſtitu. de rerum diuiſione. & ergo is, qui illam occupat, & tenet, poteſt ſibi retinere; ſicut qui inuenit rem ab alio olim poſſeſſam, ſed iam habitã pro derelicta, dominium eius acquirit, nec tenetur eã pauperibus, aut alteri dare.

Reſpon. negando antecedens, quia eo ipſo, ꝙ turpiter accepta eſt, iam ipſo iure pauperibus applicatur: & ita etiam negatur conſequentia, & eius ratio. Nam non eſt ſimile de rebus habitis pro derelictis quæ iam incipiunt eſſe communes, neque ex iuris diſpoſitione applicatur alicui, ſed cũ aliis rebus communibus primo occupanti relinquũtur.

Si tertiò ad idem arguatur, ex Inno. in ca. plerique. de immu. eccle. qui ait ꝙ officiales aliquid indebitum extorquentes, & mathematici, & meretrices, & alii dolo, aut fraude aliquid extorquentes, non tenentur reſtituere: quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsidentis, etiam in foro conſcientiæ. b

Reſpon. ꝙ doctores præſertim Theologi in hoc ſunt contra Inno. qui deceptus malè intellexit Auguſt. vbi ſupra in ca. non ſane. 14.q.5. putans Auguſtinum ſentire ꝙ extorta à minoribus officialibus repeti ſolent per immoderatam improbitatem: cũ tamen non ità ſenſerit, ſed ꝙ extorta ab eis per immoderatam improbitatem hæc inquam repeti ſolent tanquam malè extorta: & non excuſantur ſicut ibidem excuſat Auguſt. eos, qui de more ſumpſerunt. Mos autem non corruptelam, nec extorſionẽ dicit, ſed conſuetudinem licitam, vt in eadem epiſtola latius agit Auguſt. licet Gratianus, vbi ſupra truncatè illum retulerit, vti Medina, vbi ſupra q. 26. latius probat. Qui etiam ait ſupra q.3. ꝙ ſimiliter falſa eſt illa regula, quã multi doctores ex ipſo Inno. habent, quòd quàndo aliquid eſt ab aliquo poſſeſſum quod non eſt alicui certæ perſonæ, uel loco reſtituendum, tunc id de conſilio eſt pauperibus erogandum, & poteſt licitè retineri. Nam oppoſitum huius conſtat de vſuris extortis, quãdo ignorantur hi, à quibus extortæ ſunt: quas neceſſarium eſt pauperibus erogare, vt ſupra dictum eſt: & ſimiliter de ſimoniacè acquiſitis: ſimiliter de rebus, quæ re vera ſunt alienæ, & ſi dominus eſſet certus, eſſent neceſſariò illi reſtituendæ, ſed, cùm incertus ſit, debent pro eo ad eius vtilitatem expendi ſecundum B.Tho. & alios. Neque etiam tenenda eſt limitatio, quam Syluester reſtitu. 2.§.2, & reſtitu. 4. in principio. & ſum. Ange. vbi ſupra, & Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 34. 35. & alii eidem regulæ apponunt dicentes regulam hanc eſſe veram de rebus turpiter acceptis à turpiter dante, quas dicunt de conſilio eſſe pauperibus erogandas, & poſſe licitè ab accipiente retineri.

Secunda pars huius. 5. dicti ꝙ ſi illa cauſa turpis non eſt ſubſecuta, vel impleta, tunc ſic turpiter acceptum eſt ipſi danti reſtituendum, etiam ſi turpiter dederit, probatur ſecundum eundem Medina, vbi ſupra q. 2. quia nõ donauit niſi ob illam cauſam principaliter. ergo illa cauſa non ſubſiſtente non abdicauit à ſe rem ita donatam, & ergo eſt ſibi debita, & in conſcientia ipſi reddenda eſt. Probatur vtraque conſequentia per ipſum Medina latiſsimè vbi ſupra q. 23. q. 24. & quamuis ob turpitudinem ſuam ille dans ſit dignus qui re ſua priuetur: non tamen ideò priuatus eſt quouſque per iudicem condemnetur, ſecundum gloſ. in ca. fraternitas. 12.q. 2. ſicut & peccator quicunque ſecundum Auguſtinum eſt dignus pane, quo veſcitur, non tamẽ ideò eius dominio priuatus eſt, vt habetur in 3. par. huius quinti dicti.

Ex quo patet falſum eſſe quod aliqui doctores, cum quibus eſt Soto lib. 4. de iuſtitia, & de iure. q. 7. art. 1. dicunt ꝙ ſi aliquid alicui datum eſt ob cauſam nocendi alteri, vel in iniuriam alterius, id reſtituendum eſt illi, in cuius iniuriam datum eſt. Et ꝙ hoc ſit falſum probat Medina, vbi ſupra q. 3. quia illa res non eſt illi debita ex voluntate dantis, nec ex voluntate legis, quæ ſuper hoc nihil diſponit, etiam ſi in caſu ſimoniæ id ſpecialiter diſponat in ca. de hoc. de ſimon. vt. ſ. eccleſiæ reſtituatur, in cuius iniuriam datum eſt: in quo & Nauarro vbi ſupra contra Soto optimè concordat.

Quòd ſi contra hanc ſecundam partem Couarruuias, vbi ſupra, teneat, & arguat ꝙ modò cauſa turpis ſecuta ſit, modò non, nunquã turpiter danti, ſed pauperibus illud turpe lucrum erogandum ſit, quia lex negans turpiter danti repetitionem rei datæ ob parem turpitudinem, etiam ſi ſit pœnalis, efficit ipſum dantem inhabilem ad repetendũ. ergo pœna hæc ipſo iure inflicta nullam requirit iudicis executionem, & tenet etiam in foro cõſcientiæ, ut infra q. 36. latius habetur, & ergo reſtitutio

non debetur ipſi danti, ſed pauperibus, vel fiſco, vel ali[illegible]us per ipſas leges applicatur.

Reſpon. conceditur prima, ſed negatur ſecunda [illegible] quentia, quia ſolum probatur, ſicut & conceditur quod virtute talis legis ipſe turpiter dans priuatus eſt, etiam in conſcientia, iure exigendi iudicialiter rem iam datam. Cum quo ſtat ꝙ ei debeatur in conſcientia, quodq; non ſit priuatus iure recipiendi: ſicut & multa debent aliquibus reſtitui, ad quæ ipſi non habent actionem, nec ius ea iudicialiter repetendi, vt patet in eo, qui citra dimidiũ iuſti precii defraudatus, vel læſus eſt. At multa quoque homo in pœnam criminis non habet actionẽ, neque ius ea iudicialiter petendi, quæ tamen in cõ[illegible] recipere poteſt, & retinere. Idem patet ex ſupra dictis in ſecundo dicto, & ſuperius in ſecundo articulo, vbi de ꝓmiſſionibus turpibus agitur.

Dubium 2. SED dubitatur ſecundò, vtrum liceat Deo ſeruire, ipſumque amare propter præmium temporale, vel ſpirituale.

Nota. Reſpon. prius notando ſecundum Nauarro. in ca. quando. de conſecra. diſt. 1. cap. 6. nu. 14. & 18. & in ſum. ca. 19. nu. 10. & in comment. de vſura. in ca. 1. 14. q. 1. nu. 13. 14. quòd finis principalis dicitur ille, propter cuius amorem tantum tale opus fit, aut fieret, aut æquè, aut magis, quàm propter amorem alterius fit: & hoc eſt verum modò actualiter, modò virtualiter tantum alter, vel vterque finis concurrat ad illud opus. Notentur verba omnia. Nam inde ſequitur quod poſſunt eſſe duo fines ſimul totales, vel partiales vnius operis: quorũ alter ſit magis, alter minus, aut vterque æquè principalis, quorum etiam nullus ſit ſimpliciter vltimatus. Exempli gratia. Si quis propter Deum dare eleemoſynam vouit, & poſteà eam facit, quia ratio dictat, non recolens Deum, neque votum factum, hic certè principalius propter Deum virtualiter, licet non actualiter, dat, quia ſi recoleret, multò libentius etiam propter Deum, & quia vouit eam daret. Item qui propter ſua negocia Romam vadit, non iturus, niſi alia ſimul cum expenſis illi committerentur, atque darentur: hic principaliter propter alia negotia, vadit: nam illa alia negotia ſunt ſolum cauſa, ſine qua non iret ad ſua negotia, propter quæ tamen principalius vadit. Item qui vadit Romam, vt lucretur centum ducatos in negotiis Petri, ſimul etiam, vt lucretur alios centum in negotiis Martini, aliàs non iturus propter hos, vel illos centum tantum, niſi propter vtroſque ſimul: tunc tam hi, quàm illi cẽtum ducati, ſunt finis principalis, non quidem totalis, ſed partialis illius viæ.

Quod ſi etiam iret propter centum tantum Petri, etiam ſi non daretur alii centum à Martino, uel ab alio: tunc quilibet centenarius ducatorum illorum eſt cauſa, uel finis principalis totalis uiæ illius. Et idem dicatur de eo, qui uadit Romã pro lucrando iubileo, ſimul & pro obtinẽdo beneficio, uel Papæ diſpenſatione, quia poteſt propter utrunque, uel alterum æquè, aut magis, aut minus principaliter uiam illam agere, ut dictum eſt. Nullus autem finis eorum eſt ultimatus ſimpliciter. Nam vt ait Gabriel in 1. diſt. 1. q. 1. & 3. & in 2. diſt. 28. q. 1. art. 1. finis ultimatus ſimpliciter eſt qui omnibus præfertur ſimpliciter, & amatur tanquam optimum omnium, quæ offeruntur, & offerri poſſunt. Nam poteſt aliquid amari, vt optimum omniũ ſimpliciter: & aliquid non ut tale, ſed ut bonum non ordinatum actualiter ad alium bonum, & ſine ulla relatione actuali, & uirtuali, aut ſine actuali tantũ, quod tamen uirtualiter ad aliud bonum, uel finem refertur, uel ordinatur, ut amatur uirtus, & beatitudo, quæ ex 1. Ethi. ca. 7. etiam propter ſe appetibilia ſunt.

Igitur finis principalis eſt ſecundum Nauarro, ubi ſupra dictum eſt, uel etiam quod in idem recidit, ut ait Angeſt. in morali c. 8. fo. 61. 68. &c. finis principalis eſt qui in animo hominis plus æſtimatur, uel præponderat, uel reputatur, ſiue præfertur alteri: cuius ſignum eſt ſi citius, aut potius altero, quàm illo carere uellet amans, plus inquam æſtimatiuè, vel firmius præponderat in voluntate, vt dictum eſt: parum enim refert ad principalitatem hanc finis, ꝙ magis, aut minus intenſiuè hic, vel ille finis ametur. Et nota, vt etiam ait Nauarro, vbi ſupra in ca. quando. de conſecr. diſt. 1. ca. 6. nu. 18. 19. ꝙ tunc in tali opere amor Dei, vt finis principalior præfertur mercedi, aut præmio, quãdo potius homo ad id opus tũc mouetur ex amore Dei, quam ex illius præmii, aut mercedis amore: & è cõuerſo ſi potius ex amore præmii, quàm ex amore Dei ad id opus tunc mouetur: quamuis alias abſolutè homo plus æſtimet, & velit Deum, & eius amorem, amicitiam, aut gratiam: nam bene ſtat ſimpliciter aliquid, puta patrem plus, quàm amicum amare, pro quo, ſi oporteret, ad eius vitam, vel honorẽ tuendum, paratus eſt filius vitam exponere: non tamen pro tũc, aut ſecũdum quid: dum tũc in aliquo negotio parui momenti mauult filius amico, uel amaſiæ, quàm ſuo patri placere, aut obedire, ut Adria. in 7. quodlib. latius probat. Reſpon.

His ſuppoſitis iam conſequenter ad quęſtionem reſpondeo per tria dicta. Primum eſt ſecundũ Angeſt. ubi ſupra, ꝙ ſi actualiter homo unũ finem in alterũ referat, & ordinet: tũc illicitè præferret, aut præſtitueret in illo opere premium etiam gloriæ, uel alterius boni ipſi Deo, uel eius amori, aut amicitiæ: licitè autem, & meritoriè ſi è conuerſo præferat, aut præſtituat Deũ, & eius amicitiam illi mercedi, aut præmio, etiam ſi ſine mercedis illius amore, aut ſpe homo allectus opus illud non faceret, aut etiam mandata Dei non ſeruaret. Nam hæc cauſa eſt minus principalis, aut tantũ diſpoſitiua, ſine qua id opus non fieret: non autem eſt cauſa, ſine qua id homo de facto facere non vult, ex quo de facto potius illo præmio, quam Dei amicitia tunc carere uult, aut uellet homo, & paratus eſt. 1. Dictum.

Secũdum dictum eſt, quòd ſi non actualiter homo unum finem alteri ſubordinet, aut referat in alterum: 2. Dictum.

terum: ſed abſolutè faciat aliquod bonum opus; etiam tunc obligatorium, vt miſſam celebrare, ieiunare, eleemoſynam, aut orationem, aut etiam ſi Deum amet, quando illum non tenetur amare: ſi tūc id abſolutè faciat propter aliquem, vel aliquos fines aliàs licitos in ordine ad illud opus, puta propter ſalutem, vel pacem, vel pluuiam obtinendum: licitè id homo facere poteſt propter Deum ſimul, & propter mercedem illam æternam, vel temporalem, vel propter euaſionem mali cuiuſci nque maximè à Deo obtinendam æque principaliter propter vtrunque, uel propter alterum tantum finem ex ipſis: dummodo Deus, & eius amor non reputetur minus bonum, quàm prædicta merces. Excepto quando homo tenetur Deum diligere, aut propter ipſum aliquid facere: tunc enim tenetur propter ipſum id principalius agere. Excepto etiam ſi eo animo actualiter, vel virtualiter, & non tantū habitualiter, quis affectus eſſet, vt Deo ſeruire, vti tenetur, uel opus tunc obligatorium facere nollet, ſi mercedem illam à Deo, vel ab alio non ſperaret: tunc enim illicitè fieret, aut animus ille illicitus eſſet.

Prima pars huius ſecundi dicti probatur: quia ſi propter aliquem tantū illorum finium illud opus licitum eſt, & moraliter bonum, vti ſupponitur ibidem, & conſtat ex caſu, uel hipotheſi, quamuis non ſit meritorium, niſi quando propter Deum principaliter fit: quod etiam patet ex Pſal. 118. Inclinaui cor meum ad faciend. iuſtifi. tu. in æternum propter retributionem. Et Prouerb. 15. in timore domini omnis homo declinat à malo. & eccleſia inſtituit miſſas celebrari pro ſalute pluuia, & pro pace &c. ergo ſimultas, aut ſocietas illorum finium non uitiat illum actum, etiam ſi æquè principales ſint. Nam ex duobus bonis licitum eſt minus bonū eligere, dum ad maius homo tunc non tenetur, maximè ſi illud minus bonum tunc neceſſarium, aut vtile eſt. Dummodo, ut dicitur in illa prima parte illud minus bonum non reputetur, nec æſtimetur plus, quàm maius: nec ad minus bonum hoc maius bonum actualiter, uel uirtualiter ordinetur, uel referatur, ut ibi ex primo dicto ſupponitur: nam tunc is error, atque uolitio, ſiue prælatio minoris boni iniurioſa maiori bono, ac perindè illicita eſſet.

Secundò probatur eadem prima pars, quia non ſemper tenemur mandata, uel alia opera bona propter Deum, etiam minus principaliter, nec ad intentionem præcipientis meritoriè ſeruare, uel operari. ergo.

Exceptio prima, quæ eſt ſecunda pars huius ſecundi dicti probatur. Nam tunc amor Dei debet eſſe finis principalior, quia tunc relatio, uel ſubordinatio omnium aliorum finium actualiter, uel uirtualiter in Deum fit, aut fieri præcipitur, uti ſuperius in primo dicto habetur.

Exceptio ſecunda quæ eſt tertia pars huius ſecū di dicti probatur. Quia homo tenetur uelle obedire Deo, eiusq; mandata ſeruare, illiq; ſeruire, quādo ad id nos obligat, etiam ſi nullum præmiū propter hoc ab eo ſperaretur: quia ſupremus dominus, creator, atq; redemptor, & benefactor noſter eſt. homo igitur aliter affectus amorem creaturę amori Dei, & eius obſequio debito malè præferret: & ille vſus Dei, & fruitio creaturę tunc illicita eſſent, etiam ſi non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & pro tunc tantum id fieret.

Sequitur ex his ꝙ non eſt uſus Dei, nec fruitio creaturæ, quando bonum aliquod opus fit pro aliquo præmio temporali, non tanquam pro ultimo fine, neque his duobus modis illicitis in his duabus exceptionibus iam dictis: ſed ut in prima parte huius ſecundi dicti habetur: aut quando opus non obligatorium, ut miſſa, oratio, eleemoſyna, & huiuſmodi, tunc principaliter fit pro aliquo præmio ſpirituali, uel temporali aliàs licito in ordine ad ta le opus, puta pro ſalute, pro pace, & pluuia obtinenda: etiam ſi homo ſic actualiter tunc affectus ſit, ꝙ illa bona non faceret, neque facere uellet, niſi illud præmiū per id opus ſperaret à Deo obtinere: quia ex quo tūc ad id non tenetur, poteſt licitè plus uelle ſalutem, aut pluuiam, qua tunc indiget, quàm illa bona opera tunc illi non neceſſaria. Poteſt enim dicere Deo. Domine ego tibi hoc obſequium libere facio, ut tu mihi propter hoc rependas beneficium pluuiæ, ſiue ſalutis, ut habetur in practica Eccleſiæ, & ſupra dictum eſt.

Et ſecūdum ſupra dicta intelligitur Bernardus de diligendo Deo ca. 2. dicens. Non pro præmio ſeruiendum eſt Deo: quamuis non ſine præmio ſeruitur illi. Hæc ille, ſecundum duo dicta proximè declarata. Cum omnibus ſupradictis conſonát Angeſt, & Nauarro, ubi ſupra, & Adria. in 9. quodlib. art. 3. in reſponſione ad primum argumentum.

Excepto ꝙ ibi Adria. in 3. & 6. propoſitionibus, & Nauarro de conſecra. diſt. 1. ca. quando. in ca. 6. nu. 12. & in comment. de uſur. nu. 20. 21. uidentur dicere, ꝙ illicitum eſt ſeruare mandata propter mercedem temporalem alicuius boni, uel propter euaſionem mali temporalis à Deo principaliter ſperatam. Sed hoc, ut diximus, non rectè dicitur, niſi ſecundum prædicta limitetur, & intelligatur. nam & timor pœnæ, de quo Aug. ut habetur extra de reg. iur. ait ꝙ qui timore pœnę ſeruat mandata aliter, quàm debet, & malè facit, intelligitur de timore ſeruili: & de illo, qui propoſitum malè faciendi, aut non faciendi quod tenetur, habet, atque reſeruat, niſi pœna immineret, quæ timetur, ut ait gloſ. ibidem, & Angeſt, ubi ſupra.

Niſi forte Adrianus, & Nauarro limitentur, ut ipſe Nauarro in dic. ca. quando. ca. 6. num. 12. 23. 25. 26. 27. 28. 35. 39. 40. explicatius loquens ait, ꝙ tunc oratio, uel aliud bonum opus fit principaliter, & malè propter aliquod bonum temporale à Deo finaliter ſperatum, quando illud bonum temporale nullo modo actualiter, uel uirtualiter in ſpeciali, aut in generali ordinatur ad aliud melius bonum, puta ad honeſtè, decenterque uiuendum,

uel ad

vel ad ſeruiendum Deo, et eo fruendum in gloria. Quia cum illud ſit tãtum bonum vtile illicite appetitur finaliter et abſolute propter ſe, niſi ad aliud melius bonum honeſtũ aliquo modo prædicto ordinetur. Quando vero bonum temporale appetitur, vel ordinatur ſaltem in generali ad honeſte decenterq; viuendum ſecundum ſuum ſtatum, iam ad virtutem virtuoſeq; ſaltem implicite et in generali ex natura operis ad Deum tale opus bonum ſimul et illud temporale bonum ordinatur et deſideratur, et eſt actus moraliter bonus aut virtuoſus. Et ſi fiat in ſtatu gratiæ illud opus virtuoſum iam ex quo propter Deum virtualiter ex natura operis fit: ſequitur quod etiam eſt meritorium. Et cõſonat in hoc cum Nauarro. Caietanus. prima ſecundæ. quæſtione centeſima nona articulo ſexto, ſeptimo, et octauo. et Angeſt. in morali. capitulo octauo. de circũſtantia finis. folio ſexageſimo ſexto, et ſexageſimo ſeptimo. Bonauentura in ſecundo diſtinctione quadrageſima prima, quæſtione ſecunda. et beatus Tho. diſtinctione quadrageſima, articulo quinto. et Silueſter, titulo debitum, quæſtione duodecima. titulo ludus, quæſtione prima. Nam hæc opinio probabilis eſt: quanuis oppoſitum communiter teneatur, quod ſcilicet ad opus meritorium non ſufficit ea relatio aptitudinalis vel implicita ex natura operis, niſi actualiter vel virtualiter in Deum referatur. Alioqui etiam omne opus licitum factum ab exiſtente in gratia eſſet meritorium, etiam ſi nec ante ipſum opus memoriam Dei homo habuerit: quod inconueniens videtur.

Reſolutio ¶ Igitur pro tertio dicto reſolutorie dicamus primo, quod dum homo orat, vel bonum facit propter aliquod tãtum bonum temporale a Deo finaliter ſperatum ſolum, aut principaliter quia ſibi conueniens eſt ad honeſte decenterq; viuendũ ſecundum ſuum ſtatum: iam virtualiter ſaltem in generali et implicite ad virtuoſe viuendum ordinatur finaliter et licite.

¶ Secundo quod hæc oratio, et bonum opus, ſi fiat in ſtatu gratiæ eſt meritorium. Quia eſt virtualiter propter Deum finaliter, et fit.

¶ Tertio quod hoc opus licitum, ſed non meritorium eſt, ſi propter gloriam vel propter aliud bonum temporale principalius aut ſolum fit.

¶ Quarto, quod illicitum eſt, bonum opus facere principalius propter bonum temporale quã propter Deum quando propter Deum id facere aut Deum ſuper omnia diligere homo tenetur: aut ſi fiat tanquam propter bonum melius æſtimatum, quam ſit amor Dei vel ipſa virtus: aut ſi homo ſit ſic actualiter vel virtualiter affectus, quod nollet facere opus tunc obligatorium aut Deo ſeruire, vti et quando tenetur: niſi id bonum temporale vel ſpirituale puta gloriam ab eo expectaret: licitum autem eſſet habere talem animum, ſi id opus tunc non eſſet obligatorium.

¶ Tandem nota quod eſt duplex finis, ſcilicet operis, et operantis. Finis operis, qui dicitur intrinſecus vel proprius ipſius actus, eſt obiectum operis vel actus voluntatis, vt volentis edificare vel comedere finis eſt ipſa edificatio vel comeſtio, ſicut datio eleemoſynæ eſt finis vel obiectum volitionis dandi illam. Finis operantis vel preſtitutus qui dicitur extrinſecus operis, eſt id quod ex eo opere pretenditur ab operante, puta viuere decenter et virtuoſe aut ſeruire Deo, aut furari, lucrari, aut aliud bonum vel malum intentum ab operante, vti de hoc Nauarro, in capitulo quando, de conſecratione diſtinctione prima. vbi ſupra, et in additionibus ipſius repetitionis ſuper idem capitul. numero triceſimo decimo nono, et triceſimo vigeſimo. ſecundum beatum Thomam prima ſecundæ, quæſtione decima octaua, articulo octauo, et in ſecunda ſecundæ quæſtione centeſima quadrageſima prima, articulo ſexto, latius agit, et etiam communiter doctores.

QVÆSTIO. XXXIII. Quæſt. 33.

Vacat a fulio duceteſimo ſexageſimo quinto, vſq; ad folium ducenteſimum ſeptuageſimum quartum.

Z QVÆSTIO.

QVÆSTIO. XXXIIII

Quæſt.34. VTRVM domini temporales, teneantur ſuis ſamulis ſatiſfacere vltra ſtipendium illis aſsignatum, ſi fuit diminutum: et econuerſo vtrum famuli poſsint pro ſibi debito occulte ſuſfurari, et ita ſibi ipſis ſatiſfacere.

1. Punctũ. ¶ RESPOND. Per tria puncta quorũ primũ eſt quod debet attendi iuſtũ precium, ſiue ſtipendium, quod talis famulus pro ſuo ſeruitio meretur ſingulis annis quibus ſeruit, quia ille eſt cõtractus locationis, quo quis locat perſonam ſuam ad tale obſequium preſtandum. Et talis iuſtitia precij ſeu ſtipendij poteſt diuerſificari ſecundum qualitatem et quantitatem ſeruitij, et temporis quod requiritur ad ſe ocupandum in eo et ſecundum qualitatem perſonæ ſeruientis: quæ omnia iudicio viri prudentis cenſenda ſunt. Non enim certa regula pro omnibus caſibus: ſicut nec pro omnibus precijs taxãdis infallibiliter dari poteſt.

¶ In quo tamen videtur quod poſtquam aliquis artifex ſeu agricula in labore vnius anni lucratur victum et veſtitum decentem ſibi et familiæ ſecundum qualitatẽ ſuam: ita ſimiliter iuſtum eſt quod perſona maioris qualitatis, et conditionis debite ſeruiens cum ſua perſona alicui domino per totum annum, lucretur ſicut et meretur victum et veſtitum ſibi et familiæ ſecundum ſuam qualitatem. Quod ſi ſeruatur iam nulla manet obligatio domini ad reſtitutionem, conſonat Nauarro. in ſum. ca. 17. nu. 108. 109. 110. vbi latius de hoc agit.

2. Punctũ. ¶ Secundum punctum eſt quod ſi talis ſeruiens ſeu famulus fecit pactum cum dicto domino pro ſalario diminuto ſeu minori quam ſecundum iuſtitiam ei deberetur poteſt contingere quadrupliciter.

¶ Nam primo modo poteſt fieri quia talis famulus neceſsitate coactus id fecit, quia ſcilicet nõ reperit alium modum prouidendi ſibi et familiæ ſi quam habet, niſi prædictum ſalarium notabiliter diminutum acceptando. Et tunc aliqui dicunt vt Nauarro vbi ſupra quod dominus eam neceſsitatem ſciens manet obligatus reſtituere quouſq; iuſtum ſalarium adæquet, niſi per ipſum ſeruitorem libere remittatur. Alij dicunt quod non manet obligatus reſtituere.

¶ Sed clarius pro omnium concordia videtur diſtinguẽdum nam ſi propter neceſsitatem ipſius famuli tantum ideo datur minus ſalarium quam ſolet communiter dari alijs eiuſmodi conditionis et miniſterij: ita quod dominus nihil eget illo famulo, ſed rogatus ab eo qui nõ inuenit ſibi aliunde remedium, miſericordia motus vt pauperi dat minus ſalarium vel ſolum victum et eleemoſynã indigenti: et interim ſeruiat illi cum alijs famulis ſuis quouſq; alibi ſibi remedium inueniat. Tunc dominus nihil illi reſtituere tenetur vt ait Nauarro in ſumma. capitulo decimo ſeptimo. numero ducenteſimo trigeſimo nono. Sed ſi vere dominus illo famulo ſicut et alijs indiget, et non ex miſericordia, ſed ex contractu dat illi ſalarium. Tunc eſt vera prima opinio quod dominus manet obligatus reſtituere: ſicut quando propter neceſsitatem particularẽ vendentis datur minus iuſto pro eius merce. Si autem ſit neceſsitas communis ita quod propter abundantiam miniſtrorum iam domini non ſolent communiter neq; volunt dare niſi tantũ ſalarium tali generi famulantium, quia inueniunt multos alios qui pro tali ſalario eis ſeruiant viuentes decenter de illo ſalario ſimul et de alijs ſuis bonis. Tunc eſt vera ſecunda opinio quod dominus non manet obnoxius reſtitutioni. Quia ſicut abundantia mercium facit earum precium decreſcere, easq; vileſcere, ita in propoſito precium locationis tempore abundantiæ miniſtrorum eſt iuſtum quod tempore raritatis eorum eſſet iniuſtum, et econtra. Vt patet in artificibus, et agricolis, et meſſoribus et alijs mercenarijs. Conſonat Soto de iuſticia et iure. lib. 5. q. 3. arti. 3. in reſponſione ad primum argumentum.

¶ Secundo modo poteſt fieri, quia ſcilicet talis ſeruitor acceptauit prediſtum ſalarium diminutũ non neceſsitate coactus, ſed libere propter amicitiam ſeu amorem ad ipſum dominũ aut propter eius familiaritatem obtinendam, aut quia vult adherere maioribus atq; potentibus, aut vt plus eſtimetur, aut timeatur, et huiuſmodi, et tunc nulla eſt domini obligatio ad ſatiſfactionem quia talis contractus non fuit purus locationis, ſed mixtus cum donatione ex cauſis ſupradictis. Ex quo liberaliter ille miniſter contentus fuit cum illo ſalario diminuto, quamuis inductus ad id ex alia cauſa, vt dictum eſt.

¶ Tertio modo poteſt fieri, quia. ſ. talis miniſter acceptauit predictum ſalarium diminutum cũ ſpe et intentione ſatiſfactionis plene ſibi faciẽdæ alias in pecunijs aut in alijs cõmoditatibus. Quod ſi intimatum et declaratum domino fuit: vel ſi ideo non fuit illi intimatum, quia intimari nõ ſolet, aut quia domini ſibi iniurioſam cenſent talem intimationem: bene tamen intelligitur ab ipſis ſupradicta intentio famulantium quodq; non aliter eis ſeruirent niſi a dominis ſperarent plenam in alijs bonis ſatiſfactionem. Tunc domini manent obligati ad ſupradictã ſatiſfactionẽ plenã, ſeu adæquationem iuſti ſalarij faciẽdam. Quia tunc talis ſpes excludit animum donandi in ſeruitore: et potius ibi fuit conditio ſperandi iuſtum ſalarium. Et hoc modo in ſpe nuptiarum et ſimilium dotium ſeruire ſolent domicillæ magnis dominabus in Hyſpania. Quod ſi id domino non intimauit, cũ ei intimare libere poſſet ſine vllo incõmodo ſi vellet: tunc dicatur vt ſupra in primo modo dictũ eſt.

¶ Quarto modo fieri poteſt, quia ſcilicet talis ſeruitor acceptauit prædictum ſalarium diminutum, non quidem cum predicta intentione ſatiſfactionis ſibi faciendæ: ſed cum ſpe beneficiorum aut donorum a predicto domino obtinendorum. Et hoc modo cõmuniter fit cum famulis magnatum, qui Hiſpane dicuntur Pajes et cum alijs qui

qui Hiſpanè dicuntur paſes, & cum aliis qui ſolum victum & veſtitum accipiunt; & tunc non videtur quòd domino maneat obligatus ad aliquam ſatiſfactionem: poteſt enim iuſtè dicere id Math. 20. Nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & uade: & ratio eſt, quia vbi propter abũdantiam miniſtrorum non ſolent, aut nolunt domini dare maius ſalarium: iam illud nõ eſt iniuſtum, vt ſupra inprimo modo dictum eſt. Et vbi datur minus ſolito, & iſte miniſter cum tali ſpe libere acceptauit non vi, aut fraude coactus: iam ibi eſt cõtractus mixtus cum donatione. Illa autem ſpes beneficiorum non eſt conditio nec intentio famuli prædicti ad obligandum dominum prædicta beneficia ex vi iuſtitiæ, aut contractus præfati, ſcilicet locationis ſuæ perſonæ: nam cum tali ſpe ſtat libera voluntas donandi, quamuis iure naturali a gratitudinem, & antidora illi domini obligantur, non tamen ad reſtitutionem, vt latius Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 114. agit ſecundum Thom. 2. 2. q. 58. & 106. & leges ab eo ibi allegatas: ſicut neque reſtituere tenetur qui non egens merce, aut famulo, rogatus ab eo indigente dat illi ex miſericordia minus precium, aut ſolum victum ne fame pereat, vt ait Nauarro vbi ſupra, nu. 239. Et hoc videtur ſtãdo in rigore, & iuſtitia contractus: ſecus de ęquitate: nam ęquum eſt vt dominus rependat aut iuſtum ſalarium adæquet famulis ſeruientibus ſecundum precium currens, vt dictum eſt: quia non ſunt ęque abundantes, & ne ſua ſpe defraudentur, qui liberali animo ſeruientes pro minori ſalario gratis domino ſeruierunt: Vnde & ad antidora iure naturali ipſum obligauerunt.

Tertium punctum principale eſt, quòd etiam in caſibus ſupradictis, quibus domini tenerentur ex iuſtitia reſtituere ſuis miniſtris illud, in quo notabiliter ſalarium à iuſto precio currente diminutũ eſt, tunc poſſunt ipſi famuli pro illo reſiduo ſibi debito liquido vel certo, quamuis non ſit determinata eius quantitas, poſſunt inquam in recompẽſam ſibi occultè capere de rebus dominorum ſuorũ vſq; ad debitam ſibi notam, & certam quantitatẽ: idq; verũ eſt, quando in iudicio, vel extra, ſine ſuo incõmodo, vel detrimento non poſſent plenam ſibi debitam ſolutionem obtinere: tunc enim quilibet ſibi ius dicere poteſt. argu. §. ſi creditore. l. art. prætor. ff. quæ in fraudem credito. & glo. in ca. iuſgentium, dicti. 1. notat, & in ca. bona fides. de depoſit. & Inno. in ca. olim, de reſtitu. ſpolia. & C. de compenſa. l. vlt. immo, etiam ſi commodè aliter ſibi debitum poſſunt recuperare: licet famuli peccent cõtra leges occultè capiendo, & ius ſibi dicendo, nõ tamen peccant cõtra iuſtitiam commutatiuam ex parte rei ſibi debitæ eam ſibi retinendo, neq; reſtituere tenentur. Et cum prædictis expreſsè conſonat Caieta. 2. 2. q. 66. arti. 3. & 5. & Soto de iuſtitia & iure lib. 5. q. 3. art. 3. in reſponſione ad primum argumentum, & Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 112. 113. 114. & Medina de reſtitutio. q. 11. in ca. 10. Liberante à reſtitutione, & Syluester titu. furtum. q. 12. q. 13. & bellum. 1. q. 9. & bellum, ſecundo q. 8. & doctores communiter cũ Alexandro Alẽſi. 4. par. q. 86. membro. 3. art. 1.

Si autem ſalarium illud diminutum, aut debitũ quodcunque non eſt liquidum, neque certum, ſed dubium ita quòd neque per vllam legem, conſuetudinem, aut per ſpecialem conuentionem partium conſtat illud ſalarium eſſe naturaliter diminutum, aut iniuſtum, aut dominum teneri amplius ſoluere; quamuis ipſi famuli ad ſe ipſos affecti dicant dominum teneri ſuperaddere ſalarium; tunc non poſſunt quicquam capere occultè in recompẽſam, neque retinere, & ità reſtituere tenentur id, quod dubiũ eſt ipſis deberi quòd ſecundum regulam iuris in dic. ca. bona fides. Liquidi ad non liquidum non eſt compenſatio. Item quia tunc obſtat mala fides, ne videlicet quis vtatur compenſatione, cùm certus ſit ſe debitorem eſſe rei acceptæ, & icertus an alter, puta dominus, aliquid ſibi debeat, & ita vt ait Syluester, & Medina vbi ſupra ſicut poſſeſſor malę fidei eſt in culpa dum non reſtituit, ita & famulus retentor alieni ſibi incerto debiti cum mala fide, niſi id reſtituat. Sed neque domini tenẽtur tunc conſentire in tali modo in caſu prædicto, vt famuli occultè, aut violenter capiant de rebus ſuis, quantum dubium eſt eos illis debere. Sicut & qui neceſſitate coactus vendidit rẽ pro precio notabiliter diminuto non poteſt ſibi capere occultè, aut violenter reſiduum iuſti precii ab emptore, quamuis emptor ipſe reſtituere teneatur.

QVAESTIO TRIGESIMA QVINTA.

Vtrum occultus criminoſus incurrat excommunicationem, ſuſpenſionem, vel irregularitatem propter crimen eius occultum ipſo facto inflictam.

RESPON. prius notando quantum ſufficit ad rem quòd crimen eſt duplex. Alterum quod impedit ordinis executionem etiam poſt actam pœnitentiam, & hoc eſt omne crimen, propter quod irregularitas ipſo facto inflicta eſt. Alterum quod poſt actum pœnitentiam non impedit ordinis executionem, & eſt omne illud crimen, propter quod irregularitas ipſo iure non eſt inflicta: quantuncunque enorme ſit, & dignum puniri ſuſpenſione, depoſitione, vti hoc dicunt expreſsè Panor. & Turrecre. & alii doctores, qui infra in quinta opi. allegantur, & Syluester tit. crimen, q. 2. Quæ autem & quot ſint crimina hæc, propter quæ impeditur ordinis executio, etiam poſt actam pœnitentiam, ait Panor. in ca. ex tenore, de tempo. ordi. (quod quidem ca. alibi incipit. ex literarum, ideò nunc hoc nunc illo modo variè à diuerſis allegatur) ibi, ergo, & in ca. niſi cum pridem. de renuntia. §. propter conſcientiam, ait Panor. quòd aliqui dicunt quòd ſolum homicidium voluntarium eſt propter quod Nota 1.

qui Hiſpanè dicuntur paſes, & cum aliis qui ſolum victum & veſtitum accipunt; & tunc non videtur quòd domino maneat obligatus ad aliquam ſatiſfactionem: poteſt enim iuſtè dicere id Math. 20. Nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & uade: & ratio eſt, quia vbi propter abũdantiam miniſtrorum non ſolent, aut nolunt domini dare maius ſalarium: iam illud nõ eſt iniuſtum, vt ſupra inprimo modo dictum eſt. Et vbi datur minus ſolito, & iſte miniſter cum tali ſpe libere ac conuir non vi, aut fraude coactus: iam ibi eſt cõtractus mixtus cum donatione. Illa autem ſpes beneficiorum non eſt conditio nec intentio famuli prædicti ad obligandum dominum prædicta beneficia ex vi iuſtitiæ, aut contractus præfati, ſcilicet locationis ſuæ perſonæ: nam cum tali ſpe ſtat libera voluntas donandi, quamuis iure naturali ad gratitudinem, & antidora illi domini obligantur, non tamen ad reſtitutionem, vt latius Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 114. agit ſecundum Thom. 2. 2. q. 58. & 106. & leges ab eo ibi allegatas: ſicut neque reſtituere tenetur qui non egens merce, aut famulo, rogatus ab eo indigente dat illi ex miſericordia minus precium, aut ſolum victum ne fame pereat, vt ait Nauarro vbi ſupra, nu. 239. Et hoc videtur ſtãdo in rigore, & iuſtitia contractus: ſecus de ęquitate: nam ęquum eſt vt dominus rependat aut iuſtam ſalarium adæquet famulis ſeruientibus ſecundum precium currens, vt dictum eſt: quia non ſunt ęque abundantes, & ne ſua ſpe defraudentur, qui liberali animo ſeruientes pro minori ſalario gratis domino ſeruierunt: Vndè & ad antidora iure naturali ipſum obligauerunt.

Tertium punctum principale eſt, quòd etiam in caſibus ſupradictis, quibus domini tenerentur ex iuſtitia reſtituere ſuis miniſtris illud, in quo notabiliter ſalarium à iuſto precio currente diminutũ eſt, tunc poſſunt ipſi famuli pro illo reſiduo ſibi debito liquido vel certo, quamuis non ſit determinata eius quantitas, poſſunt inquam in recompẽſam ſibi occultè capere de rebus dominorum ſuorũ vſq; ad debitam ſibi notam, & certam quantitatẽ: idq; verũ eſt, quando in iudicio, vel extra, ſine ſuo incõmodo, vel detrimento non poſſent plenam ſibi debitam ſolutionem obtinere: tunc enim quilibet ſibi ius dicere poteſt. argu. §. ſi creditorẽ. l. art. prætor. ff. quæ in fraudem credito. & glo. in ca. iuſgentium, dicti. 1. notat, & in ca. bona fides. de depoſit. & Inno. in ca. olim, de reſtitu. ſpolia. &. C. de compenſa. l. vlt. immo, etiam ſi commodè aliter ſibi debitum poſſunt recuperare: licet famuli peccent cõtra leges occultè capiendo, & ius ſibi dicendo, nõ tamen peccant cõtra iuſtitiam commutatiuam ex parte rei ſibi debitæ eam ſibi retinendo, neq; reſtituere tenentur. Et cum prædictis expreſsè conſonat Caieta. 2. 2. q. 66. arti. 3. & 5. & Soto de iuſtitia & iure lib. 5. q. 3. art. 3. in reſponſione ad primum argumentum, & Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 112. 113. 114. & Medina de reſtitutio. q. 11. in ca. 10. Liberante à reſtitutione, & Syluester titu. furtum. q. 12. q. 13. & bellum. 1. q. 9. & bellum, ſecundo q. 8. & doctores communiter cũ Alexandro Alẽſi. 4. par. q. 86. membro. 3. art. 1.

Si autem ſalarium illud diminutum, aut debitũ quodcunque non eſt liquidum, neque certum, ſed dubium ita quòd neque per vllam legem, conſuetudinem, aut per ſpecialem conuentionem partium conſtat illud ſalarium eſſe naturaliter diminutum, aut iniuſtum, aut dominum teneri amplius ſoluere; quamuis ipſi famuli ad ſe ipſos affecti dicant dominum teneri ſuperaddere ſalarium; tunc non poſſunt quicquam capere occultè in recompẽſam, neque retinere, & ità reſtituere tenentur id, quod dubiũ eſt ipſis deberi quòd ſecundum regulam iuris in dic. ca. bona fides. Liquidi ad non liquidum non eſt compenſatio. Item quia tunc obſtat mala fides, ne videlicet quis vtatur compenſatione, cùm certus ſit ſe debitorem eſſe rei acceptæ, & ĩcertus an alter, puta dominus, aliquid ſibi debeat, & ita vt ait Syluester, & Medina vbi ſupra ſicut poſſeſor malę fidei eſt in culpa dum non reſtituit, ita & famulus retentor alieni ſibi incerto debiti cum mala fide, niſi id reſtituat. Sed neque domini tenẽtur tunc conſentire in tali modo in caſu prædicto, vt famuli occultè, aut violenter capiant de rebus ſuis, quantum dubium eſt eos illis debere. Sicut & qui neceſsitate coactus vendidit rẽ pro precio notabiliter diminuto non poteſt ſibi capere occultè, aut violenter reſiduum iuſti precii ab emptore, quamuis emptor ipſe reſtituere teneatur.

QVAESTIO TRIGESIMA QVINTA.

Vtrum occultus criminoſus incurrat excommunicationem, ſuſpenſionem, vel irregularitatem propter crimen eius occultum ipſo facto inflictam.

RESPON. prius notando quantum ſufficit ad rem quòd crimen eſt duplex. Alterum quod impedit ordinis executionem etiam poſt actam pœnitentiam, & hoc eſt omne crimen, propter quod irregularitas ipſo facto inflicta eſt. Alterum quod poſt actum pœnitentiam non impedit ordinis executionem, & eſt omne illud crimen, propter quod irregularitas ipſo iure non eſt inflicta: quantuncunque enorme ſit, & dignum puniri ſuſpenſione, depoſitione, vti hoc dicunt expreſsè Panor. & Turrecre. & alii doctores, qui infra in quinta opi. allegantur, & Syluester tit. crimen. q. 2. Quæ autem & quot ſint crimina hæc, propter quæ impeditur ordinis executio, etiam poſt actam pœnitentiam, ait Panor. in ca. ex tenore, de tempo. ordi. (quod quidem ca. alibi incipit. ex literarum, ideò nunc hoc nunc illo modo variè à diuerſis allegatur) ibi, ergo, & in ca. niſi cum pridem. de renuntia. §. propter conſcientiam, ait Panor. quòd aliqui dicunt quòd ſolum homicidium voluntarium eſt propter Nota 1.

quod

quod impeditur ordinis executio. Alii autem dicunt quòd eſt etiã Simonia in ordine vel beneficio. Alii addunt multa alia crimina, vt Turrecremata in ca. de his ſecundo, diſti. 50. & alii doctores. Sed tandem dic cum Panor. vbi ſupra quòd ſunt omnia crimina, propter quæ irregularitas ipſo facto inflicta eſt, de quibus Syluester titu. irregularitas, & alii ſummiſtæ latius agunt.

Nota 2. Secundo nota, quòd occultum dicitur tripliciter. Primo occultũ omninò per ſe, & per accidẽs: quod ita eſt in ſolo actu animæ interiori, quòd nullo verbo, opere, aut ſigno prodit exterius, neque ſentiri poteſt vllo modo ſenſu exteriori, & hoc dicitur omninò occultum, vel occultiſsimum, quia ſoli Deo, & ipſi homini habenti talem actum per ſe notum eſſe poteſt.

Secundo modo, dicitur occultum per accidens tantum, quod videlicet exterius verbo, aut opere, aut ſigno prodit, aut percipi poteſt per ſenſum exteriorem: quamuis per accidens cõtingit quòd de facto a nemine alio videatur, aut ſentiatur, quia nullus alius adeſt, qui id percipiat, qui ſi adeſſet vtique videri poſſet, & hoc dicitur ſimpliciter, & abſolutè occultum quamuis per accidens tantum, vt dictum eſt.

Tertio modo dicitur penè occultum, quia vni vel paucis notũ eſt, per quos plenè, aut ſemiplenè probari iudicialiter poteſt: non tamen adhuc eſt probatum iudicialiter, neque de facto publicũ, aut pluribus notum eſt.

Punctum 1. His ſuppoſitis iam ſunt duo puncta pertractanda. Primum eſt vtrum excõmunicatio incurratur propter crimen occultum. Secundum vtrum aliæ cenſuræ ſimiliter incurrantur. Et quidẽ quoad excommunicationem certũ eſt quòd incurritur propter crimen ſecundo, & tertio modo occultum: nẽ que in hoc eſt dubium inter doctores. Sed dubium eſt vtrum ipſa excõmunicatio inflicta propter crimen primo modo occultum, vel occultiſsimũ incurratur: nam in hoc ſunt opiniones. Qui enim tenent quòd eccleſia põt præcipere, & punire actus purè interiores, vti multi ſatis probabiliter tenent; iam conſequenter dicerent quòd etiã propter crimen omninò occultiſsimum interius poteſt quis incurrere excommunicationem inflictã, puta propter ſolam hæreſim mentalem, & huiuſmodi. Qui autem tenent quòd Eccleſia non habet talem poteſtatem immediatè ſuper actus animæ purè interiores: hi conſequenter dicerent quòd neque propter actum talem occultiſsimum incurritur excommunicatiõ. Quæ autem harum opinionũ verior ſit infra in noſtro quarto libro de fide, & Eccleſia. q. vlt. latius habetur. Nunc autem dicamus quòd hæc ſecunda opinio quòd Eccleſia id non poteſt, neq; illa excommunicatio propter occulta peccata primo modo incurritur magis communiter à doctoribus tenetur.

Punctum 2. Quoad ſecundum punctum quod eſt magis ad propoſitum quæſtionis, ſcilicet quoad alias cenſuras ſuſpenſionis, irregularitatis, &c. excepta excõmunicatione. Vtrum incurrantur propter crimen occultum, dico quòd ſi ſit occultum primo modo, nulla eſt difficultas. Nam concors omnium cõſenſus eſt quòd non: quia requiritur factum exterius, vt tales cenſuræ incurrãtur: ideò in tota hac quæſtione de cętero nulla ſit mẽtio de crimine primo modo occulto.

Sed Vtrum propter crimen occultum ſecundo, & tertio modo prædictæ cẽſuræ, de quibus hic agitur, incurrantur: in hoc eſt difficultas. Nam gloſ. in diſti. 25. ca. vlti. & in diſtin. 50. ea. de his. el primo, el ſecundo, refert tres opiniones, & ipſa gloſſa addit ſuam quartam opi. & nos hic ſuperaddimus quintam, ſicq; de hoc ſunt quinq; opiniones ſequentes.

Opinio. PRIMA opinio tenet quòd qui ſemel peccauit publicè vel occultè quomodocunque, non poteſt promoueri, nec aliquos actus legitimos exercere. hanc opi. refert glo. vbi ſupra diſti. 25. ca. vlti. ſed neque ipſa gloſſa illam tenet, neque communiter doctores.

Opinio. SECVNDA opinio tenet quòd poſt quodlibet mortale peccatum acta pœnitentia poteſt criminoſus promoueri, & in habitis miniſtrare; niſi ſit crimen enorme, tũc enim ſiue ſit occultum, ſiue publicum impedit promouendum, etiam ſi egerit pœnitentiam: poſt actam verò pœnitentiam, eũm enorme crimen occultum eſt, etiam ſi ſit homicidium, bene poteſt ſine vlla diſpenſatione in ordine iam ſuſcepto miniſtrare. Hanc opi. tenent Ioã. & Ber. vt refert dicta glo. in diſtin. 25. ca. vlti. & in diſtin. 50. ca. de his. el 1. el. 2. & hanc opi. dicitur ab aliquibus tenere Turrecremata in diſti. 50. ca. de his. el 1. ſed in ca. de his el 2. ea. diſtinct. vbi ex propoſito materiam hanc pertractat tenet expreſsè cum quinta opinione, quæ infra habetur.

Opinio. TERTIA opinio tenet quòd quantuncunque enorme ſi ſit occultum crimen poſt pœnitentiam non impedit promouendum, neque in iam ſuſcepto ordine miniſtrare. Hanc opi. tenet Gratianus, vt refert etiam gloſſa in diſtin. 50. ca. de his el 2. & diſtin. 24. ca. vlti.

Opinio. QVARTA opinio tenet quòd pro nullo crimine quomodocunque repellitur quis poſt pœnitentiam in iam ſuſceptis miniſtrare, & promoueri: neque propter id talis criminoſus incurrit vllam ſuſpenſionem, vel irregularitatem: niſi pro homicidio voluntario ſecundum ca. ſi quæſtium. de tẽpo. ordi. quæ eſt noua decretalis hæc omnia declarãs, vt hoc tenet dicta gloſ. ca. vlt. diſtin. 25. & diſtin. 50. ca. de his el 2. & niſi pro Simonia in ordine vel beneficio ſecundum ca. ex tuæ. de Simonia, & ca. inquiſitionis, de accuſa. vt hoc tenet dict. glo. in diſtin. 50. ca. de his el. 1. ſecundum Hug. Et hanc opi. etiam tenet glo. in ca. ex tenore, de tẽpore ordi. & glo. in d. cap. inquiſitionis, & Archidia. in diſtin. 50. ca. de his, el 1. & latius ca. de his. el. 2. vbi & refert Vincen. Hug. Melen. & quoſdam alios tenere

tenere hanc opinionem. Sed quoad illas duas exceptiones variant doctores huius opinionis. Nam primam exceptionem de homicidio limitat Archidia. vbi ſupra, quòd ſcilicèt homicida voluntarius occultus tertio modo tantum excipitur à dicta regula, iſte enim incidit in præfatas cenſuras; non autem occultus ſecundo modo, hic enim benè poteſt miniſtrare, & promoueri (vt ait generaliter hæc opinio), dummodo habeat diſpenſationẽ Epiſcopi, aliàs non:& ſic tenet ſumm. Angel. titu. homicidium. 5. q. 1. vbi & dicit ſic tenere Panor. Sed certè (vt in quinta opinione patebit) Panor. potius tenet oppoſitum. Et quoad aliam exceptionem de occulto ſimoniaco nihil dicit Archidi. ſed ſumm. Angel. titu. Simonia. 6. §. 2. dicit quòd Simoniacus in beneficio occultus tertio modo, vel penè occultus, qđ idẽ eſt, pōt poſt actā pęnitentiā in iā ſuſceptis miniſtrare, quam tñ pœnitentiā agere non poteſt, niſi illo beneficio ſimoniacè habito renũciet.

Hanc quartā opi. tenet etiam doctiſsimus Caſtro vbi ſupra conclu. tertia quoad ſuam generalitatem, ſed quoad primam exceptionem de homicida occulto tertio modo tantum concordat cum Archidiacono & ſumm. Angel. excepto quod ait contra illos quòd homicida ſecundo modo vel ſolum per accidens, occultus, quod idẽ eſt, ſine vlla diſpenſatione etiam Epiſcopi poſt actam pęnitentiam poteſt miniſtrare, & promoueri, & nullam cẽſuram de prædictis incurrit propter hoc, neq; peccatum; ſicut nec alii criminoſi abſolutè occulti: & quidem iure dicit quòd non requiritur illa diſpenſatio etiam Epiſcopi; quia ſi ſecundum Archidia. & alios de hac opinione propter nullum crimen occultum incurritur ſuſpenſio, vel irregularitas, ergo nulla requiritur diſpenſatio Papę, vel Epiſcopi, niſi fortè ad cautelam (vt dicũt aliqui de hac quarta opi.) quod tamen friuolum videtur. igitur conſequenter ad hanc opinionem loquẽdo (vt ait Caſtro) nulla requiritur diſpenſatio in homicidio ſecundo modo, vel per accidens occulto, ſicut nec in aliis occultis criminibus: homicida autem penè occultus tertio modo bene incurrit præfatas cenſuras, vt dictum eſt.

Quoad ſimoniacum autem quomodocunque occultum dicit Caſtro, ꝙ nullam harum cẽſurarũ incurrit, ſed eſt idem iudicium de eo, & de aliis occultis criminoſis: quia, ſcilicet, poſt actam pœnitẽtiam poteſt miniſtrare, & promoueri ſine vlla Papæ, vel epiſcopi diſpenſatione. quia in ca. ſi. quęſitũ. de tempó. ord. ſolum excipitur homicida occultus tertio modo, vt patet ex dictis, & per hoc ca. quæſitum, quod eſt poſterius, rectificantur, & temperátur alia omnia priora iura, & ca. inquiſitionis, de accuſa. quæ videbantur dicere quòd idem iudicium erat de ſimoniaco & de homicida occulto. Itaq; ſecundũ opi. dicti Caſtro propter nullum crimen quomodocunq; occultũ incurritur ſuſpẽſio, aut irregularitas: niſi propter homicidiũ volũtariũ penè occultũ, ſeu tertio modo occultũ, quod idẽ eſt. Et inde ipſe infert ꝙ filius presbyteri ex matre coniugata, ſi ſciat ſecretè per vtriuſq; parẽtis relationẽ ſe nō eſſe filiũ mariti matris, ſed filiũ presbyteri, dũmodo hoc ſit occltũ, pōt ſine vlla diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri propter eandẽ rationẽ, ne videlicet crimen occultum prodatur.

Ratio huius opi. quoad ſuā generalitatẽ eſt duplex. Primò quia propter peccatũ ſecundo modo, vel ſolũ ꝑ accidẽs occultũ, homo nō eſt obnoxius pœnis eccleſiaſtiris, nec eccleſię, 32. q. 5. ca. Chriſtiana. vbi dicitur ꝙ latẽtia peccata vindictā nō habẽt, & ad idẽ eſt c. ſicut tuis, & ca. tua nos. de ſimonia, & multa alia iura ſunt ad idem. *1. Ratio.*

Secunda ratio, quia ſic decernit eccleſia in c. ex tenore de tẽp. ordi. vbi ſine vlla exceptione homicidii, aut alterius peccati occulti dicit Papa ꝑꝑ peccatũ occultũ digniſ etiā degradatione non debere criminoſum occultũ prohiberi, ſed ſuaderi vt poſt pœnitentiam ordine ſuſcepto vtatur: quo contentus ad ſuperiores amplius non aſcendat. hæc ibi. *2. Ratio.*

Et idẽ cõfirmatur: quia nullus textus in toto iure canonico facit differentiā inter homicidium occultum ab ea lege & conditione, quàm reliqua crimina ſimiliter occulta ſuſpenſioni, & irregularitati obnoxia tenent: ergo ſicut alia per accidens tantum occulta ſunt libera à talibus cenſuris, ſequitur quòd & homicidium ſimiliter occultum. *Cõfirmatio.*

Nā de homicidio non omninò, ſed penè, vel tertio modo occulto, ſpecialis exceptio habeť in d. c. ſi. quæſitũ. eo. ti. vbi ſolũ agitur de criminibus penè occultis, quod patet: quia ibi textus loquitur expreſsè de criminibus, quæ ordine iudiciario cõprobata, vel aliàs notoria nō ſunt: hæc aũt ſunt ſolum crimina penè vel tertio modo occulta: ergo ẽt de iſtis penè occultis dicit Papa ibidẽ ꝙ non debẽt impedire illorũ auctores, ne poſt pœnitentiā in iā ſuſceptis vel ſuſcipiẽdis ordinibus miniſtrẽt, pręter crimen homicidii. Hęc ibi. vbi patet ꝙ ſolũ homicidiũ penè occultũ ibi excipit, vt dictũ eſt. & ſimiliter loquitur de penè vel tertio modo occultis duntaxat. c. inquiſitionis. de accuſ. vt patet, quia ibi Papę proponitur qō de crimine per ſecretam inquiſitionẽ probato, de quo ſi quis fuiſſet in iudicio accuſatus, & conuictus deponeretur, & huic qōni reſpōdit Papa, ꝙ in homicidio, & ſimonia, & aliis ſimilibus (ſi qua fortè alia ſunt) quę etiā poſt peractā pœnitentiā impediũt executionẽ ordinis iā ſuſcepti, aut retẽtionẽ beneficii, id eſſe faciendũ per viā inquiſitionis, quod fieret ſi per viā accuſationis procederetur. Hęc ibi. Nũc aũt quod per viā inquiſitionis probatũ eſt iā nō eſt omninò ſed penè occultũ: ergo ibidẽ de penè tantũ occulto homicidio exceptio fit, vt dictũ eſt. Nam de ſimonia penè occulta, quę ibidẽ etiam excipitur, iā diximus quòd in d. ca. quęſitũ: poſteà nulla fit exceptio: ſed, ſicut alia crimina penè occculta, à prędictis cenſuris eſt libera. Et ita, ſolum homicidium penè vel tertio, modo occultum pręfatis cenſuris obnoxium eſt iuxta hanç quartā opi. ſecundũ doctiſsimũ Caſtro

vbi ſupra limitatam. Sed eius, & aliorum ſalua reuerentia & meliori iudicio mihi nō videtur vera hæc quarta opinio, neque eius limitatio prædicta, vt patebit per ea, quæ in quinta opinione ſequenti habentur; vbi & ad fundamenta huius quartæ opinionis reſpondetur.

Opinio. 5. Igitur quinta opinio, quæ mihi verior videtur, eſt; quòd quantumcunque ſit criminoſus occultus ſecundo, aut tertio, modo, ſcilicet, vel per accidens tātū, vel penè occultus, vtiq; incurrit prefatas cenſuras ſuſpenſionis, & irregularitatis: ſi crimen eſt tale quòd etiam poſt actam pœnitentiā impedit ordinis executionem, id eſt, ſi propter id irregularitas ipſo facto inflicta eſt, aliàs non; quantúcunque criminoſus occultus hoc vel illo modo dignus ſit degradatione, depoſitione, ſuſpenſione, aut aliis pœnis eccleſiaſticis puniri.

Hanc opi. tenet gloſ. in c. ſi. quæſitum. de temp. ordi. l. o. & gl. in c. accuſatum de ſimonia. & ca. tāta. & ca. Mattheus. c. & facit c. ex tue. co. ti. Item Panor. in c. ex tenore, ſeu ex literarum. de tempo. ordi. expreſsè illā tenet, & latiſsimè probat, & hoc in foro conſcientiæ, in quo procedit tota hęc queſtio, quā ille vocat legem conſcientiæ lege poſitiua informatam, qui licet in cap. quæſitum. eu. titu. bis referat vt probabilem quartam opinionem ſupra poſitam: tñ in ea non permanet, ſed ſe remittit ad ſuam opi. in d. cap. ex tenore. quæ in hac noſtra quinta opinione continetur. quod amplius paret, quia in ca. inquiſitionis. de accuſa. clariſsimè reprobat vt erroneam, & contra communiter docto. gloſſam ibidem tenentem opinionem quartā ſupra poſitam. Malè igitur ſumm. Angel. titu. homicidium. 5. q. 1. torquet ad ſuam quartā opi. ſupra poſitam Panor. expreſsè reclamantem, & doctiſsimus Caſtro fortè angelicæ relationi nimiū fidit. Hanc etiam quintam opi. tenet Turrecremata ſuper dicti. 50. ca. de his. el 2. vbi ex propoſito quæſtionem tractat, & refert eandem opi. tenere Inn. in d. ca. ex tenore. & Hoſtien. in d. c. quęſitum, & in ca. innotuit. de renuntia, dicitq; ꝙ glo. & Hug. & Archidi. in hoc ca. de his. el 2. Sic etiam cum eo intelliguntur, & tenent hāc opi. ꝙque quando dicunt ꝙ propter crimen occultū non repellitur criminoſus à miniſtrando, & promouendo, intelligūt quando, ſcilicet, tale crimen non impedit ordinis executionē poſt actā pœnitentiam, nec habet irregularitatem annexam, vt ait hęc quinta opinio. Sed certè Archidia. ibidem potius tenet quartam opi. ſupra poſitam; quia expreſsè illam ponit, vt nos in quarta opi. fideliter retulimus cum gloſ. & aliis doct. ibi allegatis. Inimò & ipſe Turrecremata in cap. de his. el 1. diſti. 50. videtur tenere ſecundam opinio. ſupra poſitam; vbi & dicit Archidia. illam tenere. Vnde propter materiæ difficultatem videtur vacillaſſe nunc ad hanc, nunc ad illam opinionem declinando, nunc hanc, nunc illam limitationem addēdo, vel ſubtrahendo: ſed tandem in dict. ca. de his. el 2. tenet hanc quintam opinionem vbi, vt diximus, ex propoſito materiam tractat. Item hanc opinionem quintam tenet Syluester titulo homicidium. 3. q. 8. & titulo crimē, 2. q. 5. & titulo diſpenſatio q. 7. & Nauarro in ſum. cap. 27, nume 239. & multi alii Doctores.

Probatur autem hæc quinta opinio dupliciter, *1. Ratio* Primò, quia Eccleſia tales occultos criminoſos poteſt ſic punire, & de facto punit per tales cenſuras, ergo conſequentia patet, & antecedens pro prima parte, ꝙ ſcilicet Eccleſia id poteſt, probatur. quia ſi tales etiā per accidens tamen occultos poteſt excommunicare, vt ipſemet Caſtro optimè ibidem in concluſione ſecunda probat, ſi etiam poteſt tales punire per priuationem bonorum temporalium ipſo facto, vt ipſemet Caſtro ibidem cō clu. 4. & per totum penè illum ſecundum librum tenet, de quo nos latius in ſequenti quęſtione. 36. diſputamus; quare ergo ſimiliter eadem ratione non poterit eccleſia illos punire per alias cenſuras irregularitatis, & ſuſpenſionis?

Et confirmatur, quia eccleſia poteſt tales occultos ſolum per accidens criminoſos inhabilitare, & illegitimare ad ordines, & matrimonium, vt patet in occulto impedimento matrimonii affinitatis, aut conſanguinitatis inceſtuoſæ, aut criminoſę occultè contractę, ergo ſimiliter in propoſito id poteſt. Ad auctoritates autem, quæ videntur dicere quòd occulta punire non poteſt eccleſia, infra reſpondetur in reſpon. ad primum argum.

Quòd aut de facto ſic punit eccleſia, vt hæc quinta opinio ait, probatur per ca. niſi cum pridē. de renuncia. vbi ſic habetur. Propter conſciētiam criminis, cedendi officio poteſt licentiam Epiſcopus poſtulare: & forſitan non cuiuſlibet, ſed dūtaxat illius, propter quod ipſius officii executio poſt peractam pœnitentiam impeditur. Et infra. Perſonæ verò irregularitas, vt ſi fortè ſit Bigamus, vel viduæ maritus, eſt cauſa, propter quam poteſt petere quis licentiam reſignandi, atteſtante Apoſtolo dicente Oportet Epiſcopū eſſe vnius vxoris virum. Non tamen propter quamlibet irregularitatem perſonæ debet ei, qui regulariter (id eſt, laudabiliter ſecum gloſ.) miniſtrauit cedendi licentia indulgeri, vt pote ſi de legitimo matrimonio non ſit natus: quia licet irregularitatem huiuſmodi non potuerit, (id eſt, non debuerit tempore ſuę examinationis ſecundum gloſ.) ſubticere: ſi tamen & culpa latet & cauſa: cum eo, qui laudabiliter ſuum impleuit officium, poteſt non minus vtiliter, quàm miſericorditer diſpenſari. Hæc ibi, vbi ex vltimis verbis, ſi tamen culpa latet & cauſa &c. patet ꝙ omnino occultus irregularis poſt pęnitentiam non poteſt miniſtrare ſine diſpēſatione eius, ad quem de iure pertinet diſpenſare: & multum minus poteſt promoueri, & per conſequens patet quòd talis de facto ligatus eſt tali cenſura: quia & loquitur ibi Papa de culpa, & cauſa latente, ſeu occulta, propter quam irregularitas contracta eſt: & paulò ſuperius loquitur de crimi-

ne oc-

ne occulto, propter quod ordinis executio, etiam poſt actã pęnitentiã impeditur: ꝙ.ſ. propter id debet licentiam cedendi poſtulare: vtiq; non propter aliam cauſam, niſi quia cum bona conſcientia non poterat, etiam poſt pœnitentiam, in tali officio miniſtrare, ergo cum ius prædictum non diſtinguat de hoc vel illo modo, occulto crimine, propter quod poſt actam pœnitentiam impeditur ordinis executio, aut irregularitas ipſo facto inflicta eſt, ſequitur quòd generaliter, vt ait hęc quinta opinio, intelligendum eſt: vbi enim ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus ſecundum gloſ. cap. ſolitæ. de maior. & obedi.

Item idem patet per cap. quæſitum, de tempo. ordi. vbi fuit Papæ propoſita quæſtio de quadruplici crimine, ſcilicet de clericis, qui per reatum adulterii, periurii, homicidii, vel falſi teſtimonii bonũ conſcientiæ rectè perdiderunt: quorum tria crimina, ſcilicèt adulterium, periurium, & falſum teſtimoniũ, etſi enormia ſint, dignaq; depoſitione: non tamen impediunt ordinis executionem poſt pœnitentiam, neq; propter illa incurritur irregularitas ipſo facto, homicidium autem ſic. Et ideo reſpondet Papa diſtinguendo quòd omnes illi criminoſi (præter homicidas) ſi non ſunt notorii, neque ordine iudiciario eorum crimina comprobata ſunt, non debent poſt pœnitentiam in iam ſuſceptis, vel ſuſcipiendis ordinibus impediri. Hæc ibi. Et quidem non alia de cauſa prædicti (præter homicidas) occulti criminoſi non impediuntur, niſi quia poſt actam pœnitentiam talia eorum crimina non impediunt ordinis executionem, nec habent irregularitatem annexam; homicidæ autem ſic: ideò etiam ſi horum homicidarum crimen notorium, vel iudiciario ordine comprobatum non ſit, debent vtiq; in ſuſceptis, & ſuſcipiendis ordinibus impediri; non alia de cauſa, niſi quia homicidium etiam poſt actam pœnitentiam impedit ordinis executionem, ſeu irregularitatẽ habet annexã ipſo facto, vt dictũ eſt. Et cùm ibi Papa loquatur de prædictis omnibus criminoſis, & de homicidis, quorum crimina notoria non ſunt, neq; ordine iudiciario comprobata; ergo nõ ſolũ de talibus criminibus penè occultis, ſed etiam de per accidens tantũ occultis Papa ibi loquitur: ex quo hæc omnia tam per accidens occulta, quàm etiam penè occulta crimina prædicta ſunt de his, quæ non ſunt notoria, nec ordine iudiciario comprobata. Vbi enim ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt iam diximus. Et rurſus cùm à dictis criminibus quomodolibet occultis ſolum homicidæ indiſtinctè excipiantur: ſequitur ꝙ omnes homicidæ etiam per accidens tantum occulti excipiuntur, ne ſcilicet poſſint miniſtrare, aut promoueri propter prædictam cauſam, quia ſcilicèt eorum crimen impedit ordinis executionem, etiam poſt pœnitentiam: & ergo ſimiliter propter omnia eiuſmodi crimina eodem modo qualificata criminoſi per accidens tantum, & occulti incurrũt prædictas cenſuras, vt ait hæc quinta opinio.

Et per hæc patet praua intelligentia huius ca. quam doctiſsimus Caſtro vbi ſupra in quarta opinione exhibuit, dicens ꝙ ex quo Papa ibi loquitur de dictis criminibus, quæ ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria non ſunt: hæc autem ſunt ſolum penè occulta: ergo hęc ille. Sed certè negatur ꝙ hęc ſunt penè occulta, ſunt enim etiam per accidens occulta, vt probatum eſt. Patet etiam ꝙ ibi Papa non reuocat ca. inquiſitionis. de accuſa. neque alia iura quoad Simoniam occultam; ſed ſolum ad quæſtionem ſibi propoſitam reſpondet, vt dictum eſt, de quatuor criminibus ſibi propoſitis. Nunc autem dum Papa conſultationi reſpondet, non nouum ius ſtatuit, ſed quid ſecundum ius faciendum ſit, declarat, ſecũdũ glo. in ca. conſultationi. de tempor. ordi. Item quia ſi reuocare intendiſſet, certè aliquod verbum reuocatorium exprimeret, aut mentionem aliquam de iure, quod reuocaret, faceret ſaltem in generali, vt in ſimilibus ſtatutis reuocatoriis aliorum facere ſolet, dicens non obſtantibus aliis diſpoſitionibus, vel licet aliter fuerit ſtatutum &c. quorum nihil dicitur in dic. ca. quæſitum.

Secundò probatur hæc quinta opinio. quia niſi ſic dicatur, ſequeretur ꝙ habẽs per accidẽs tantũ occultum impedimentum matrimonii ſibi ſoli notum ex inceſtu, ſeu alio crimine ſic occulto, poſſet ſine vlla diſpenſatione, ſeu legitimatione licitè cõtrahere, & cognoſcere non ſuam, cum qua contraxit, quod abſit, vt nos aliàs ſuprà q. 11. latius probauimus contra ſumm. Angel. Sylueſtrumque tit. diſpenſatio. in hoc aliter opinantes: & quòd id ſequatur patet, quia ſi à iure nõ inhabilitantur tales propter crimen occultum, ergo ſine vlla diſpenſatione contrahere poſſunt, non obſtãte eccleſiæ diſpoſitione. Quòd ſi id non poſſunt, ſicut & iure nõ poſſunt; ſequitur quòd ſimiliter alii occulti criminoſi tenentur obnoxii prædictis pœnis, & legibus eccleſię, vt dictum eſt. 2. Ratio.

Ex ſupradictis patet falſum eſſe corolarium, quod ſupra in quarta opinione intulit Caſtro de filio presbyteri ex matre coniugata occultè &c. Dico enim, vt etiam ait Nauarro in ſumma cap. 27. nume. 201. illum eſſe irregularem ſecundum ius; & ſine diſpenſatione eius, ad quem pertinet diſpenſare, certè miniſtrare, aut promoueri non poteſt, vt patet in cap. niſi cùm pridem. de renũ. de eccleſia aũt occultè polluta aliud iudicium eſt, neq; eget recõciliatione, vt optimè Caſtro vbi ſupra ꝓbauit, & ita patet hęc quinta opinio probata.

Qua opi. non ſtante, dico etiam ꝙ in caſu, quo probabiliter timeretur talis peccati quomodocũque occulti reuelatio ex talium cenſurarum, etiam excommunicationis obſeruantia, puta ex non miniſtrando in ordine, vel beneficio iam habito, vel ſuſcepto, tũc præuia pœnitentia liceret in conſcientia in eis miniſtrare, & celebrare, durante prædicto diſcrimine duntaxat: ita ꝙ propter

hoc non incurritnr peccatum contra legem Eccleſiaſticam, aut cenſura aliqua, dummodo talis non ſit in mora petendę abſolutionis, vel diſpenſationis ab eo, qui ſecundum ius à tali cenſura abſoluere, ſeu diſpenſare poteſt. Et ratio huius eſt, quia ratione legis Eccleſiaſticæ nullus tenetur ſe prodere, ſeu facere vnde ſuum peccatum occultum prodatur, vel ſit vehemens ſuſpitio de eo: niſi quando aliàs ipſe ad id tenetur, ad cauendū aliud peccatum, ſeu æquè graue damnum tertii, quod non aliter, quàm ſe prodendo, cauere poſſet, vt hoc communiter dicunt doctores, & ipſe Caſtro vbi ſupra conclu. ſecunda, & alibi in eodem libro ait, quòd quando quis temporalia bona, quibus per legem ipſo facto propter hæreſim, vel propter aliud crimen occultum priuatus eſt, non poteſt ſine ſui occulti peccati reuelatione tradere fiſco: interim poteſt ea retinere cum animo tradendi ceſſante prædicto diſcrimine: ſic in propoſito dicendū eſt, & ad hoc faciunt opiniones, quarta, tertia, & ſecūda, quæ ſupra poſitæ ſunt. Et expreſsè Nauarro in ſumma ca. 27. nu. 239. etiam facit gloſſa in ca. ſolet de ſenten. excommu. lib. 6. & Soto de iuſtitia, & iure lib. 1. q. 6. art. 4. & lib. 5. q. 6. artic. 2. dicens quòd lex humana, & Eccleſiaſtica regulariter non obligat cū periculo mortis, neque vt quis ſeipſum prodat, ſi occultus peccator eſt. Et ad idem videtur in. 4. diſtin. 18. q. 2. art. 2. quamuis ibi aliqualiter dubitet. Quamuis etiam Richar. & ſumma Armilla, & Couarruuias in relectione in ca. alma mater. de ſen. excom. par. 1. §. 2. num. 10. fo. 23. & Syluester excommunicatio. 3. q. 5. & alii teneant cōſtanter oppoſitum. Supradictua autem crimino ſus in tali diſcrimine exiſtens non poterit promoueri, quia ex non promotione nulla regulariter imminet reuelatio criminis occulti: cùm aliæ cauſæ non promotionis vtique dari poſsint, aut fingi, puta quia iam nō vult promoueri. Et quidem ſic velle tenetur, ſcilicet non promoueri, ad peccatum vitandum, vt dictum eſt: & ad hoc etiam faciunt opiniones, prima, & ſecunda, quæ ſupra habentur.

Reſp. ad 1. Ad fundamenta ergo quartę opi. ſupra poſitæ; reſpondeo ad primū quòd omnia illa, & alia eiuſmodi iura dicentia quòd peccata occulta non habent vindictam, nec iudicio ſubſunt Eccleſiæ, intelliguntur de iudicio, ſententia, & pœna iudiciali à iudice ferenda, vbi requiritur cauſæ cognitio, & proceſſus ſecundum allegata, & probata: quæ in occultis non ſunt, & in omninò, vel per accidens tantum occultis eſſe nō poſſunt, vt ait ipſemet Caſtro ibidem concl. 2. & Medina de oratione. q. 19. fol. 196. & infra lib. 4. de poteſtate Papæ. q. 13. latius habetur.

Reſp. ad 2. Ad ſecundum ex ca. tenore. de tempor. ordi. reſpondeo ſecundum Turrecremata diſtin. 50. ca. de his el. 2. conclu. 3. ſecundum quem ſimiliter gloſſa Hugo. & alii doctores intelliguntur, quòd ibi ſolū agitur de peccatis non impedientibus ordinis executionem, etiam poſt actum pœnitentiam, etiam quomodocunque occultis: quod patet, quia ibi agitur in quæſtione Papæ propoſita de clerico, qui adeò deliquit, & occultè, quòd ſi peccatum eius eſſet publicum degradaretur ab ordine, quem ſuſcepit, & amplius ad ſuperiores ordinea promoueri non poſſet. Et ad hoc ibidem, Papa reſpondet quòd ſuadeatur ei vt parte iniuſtæ pęnitentiæ peracta ordine ſuſcepto vtatur, quo contentus ad ſuperiores amplius non aſcendat: ſed ſi promoueri voluerit, quia peccatum occultum eſt, non debet prohiberi. Hæc ibi.

Vnde patet primò quòd loquitur de crimine nō quidem impediente ordinis executionē poſt actā pœnitentiam, neque de crimine, cui ipſo facto irregularitas annexa eſt; cū ibi expreſsè dicat quòd parte pœnitentiæ peracta ordine ſuſcepto vtatur; ſed loquitur de peccato enormi digno degradatione, ſuper quo conſulitur ei quòd licet poſt pœnitentiam ordine ſuſcepto vtatur, non tamen promoueatur, ſed ſi promoueri voluerit, non prohibeatur, quia occultum eſt.

Secundò patet quòd ibi loquitur de prædicto crimine, ſecundo aut tertio quomodocunque occulto: quia ibi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus vt ſupra probatum eſt.

Inſuper ſecūdū aliquos dici poteſt ꝙ ibi agitur de criminoſo clerico in minoribus tantum ordinato, in quorum vſu poteſt Epiſcopus diſpenſare cū irregulari ex homicidio, vt patet in c. ſignificauit. de corpore vitiatis. & cap. hæreticus, de cleri. pugnan. vel ſi ille erat ſubdiaconus, vt ibi videtur, dicendo ꝙ ad ſuperiorea ordines aſcendere poterat: tunc conceditur illi ex ſpeciali Papæ diſpenſatione illi Epiſcopo commiſſa ibidem ad id, vt in illo ordine ſubdiaconatus iam ſuſcepto poſsit miniſtrare: vt patet in ſimili per ca. cōtinebatur. de homicidio. ſine dicta autem Papæ licentia, vel diſpenſatione nec illi, nec aliis generaliter licitum eſt miniſtrare: neque generaliter ibi conceditur Epiſcopis cum ſimilibus diſpenſare. Sicque hoc c. potius eſt pro hac quinta opinione, quàm contra eam.

Item ad ca. inquiſitionis. de accuſa. reſpondeo ꝙ nihil facit ad propoſitum: quia ibi ſolum dicitur quòd alius eſt puniendi modus, cùm per accuſationem alius, cùm per inquiſitionem res, vel cauſa agitur in crimine per inquiſitionem probato: & cū diuiſiſſet crimina in ea, quæ impediunt ordinis executionem, & quę impediunt beneficii retentionē, exempla propoſuit de primo homicidium de ſecūdo Simoniam: exempla autem nō coarctant regulam aut legem: & dat ibi Papa modum in his, & in aliis criminibus procedēdi: hoc autem nihil eſt ad propoſitū, vbi loquimur in foro conſcientiæ, vtrū ius liget ī criminibus occultis ad pręfatas cēſuras.

Ad ca. autem quæſitū. de tēpo. ordi. reſpō. patet ex dictis ꝙ potius eſt pro hac quinta opinione. Et per prędicta patet etiā reſponſio ad alia, quæ in 4. opi. in eius fauorem habentur, & ad oīa, quæ contra hanc ſecundam opinionem opponi poſſunt.

Quæſtio

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA.

Vtrum, & quomodo, lex pœnalis ipſo facto obliget delinquentem in conſcientia ad pœnam legis.

Nota 1. RESPON. prius ſupponendo tria notabilia, quorum primum eſt, quòd eſt duplex pœna legis, ſeu lex pęnalis. Prima quę non ipſo facto pœna infligit, ſed à iudice imponendam diſtat: vt quando lex dicit Qui ſoluerit hoc ſoluat tantũ; vel Nullus faciat hoc ſub tali pœna, & de hac non eſt dubiũ: non enim debetur quouſque per iudicem condemnatio fiat.

Secunda lex eſt, quæ ipſo facto, ſeu ipſo iure pęnam infligit: vt quãdo lex dicit Qui fecerit hoc ſit ipſo facto ſuis bonis, aut officio priuatus: ſeu ſi de præterito dicat, nouerit ſe priuatum, aut ſe incurriſſe priuationem, ſeu amiſsionem bonorum, aut amiſerit bona, vel officium, & huiuſmodi. Et hæc lex, vel pœna, adhuc eſt duplex. Nam quędam ad ſui executionem, ſeu effectum non requirit vllum hominis miniſterium, ſeu actionem, vel rerũ damnationem: ſed ipſa ſtatim ſuum habet effectũ, qualis eſt cẽſura eccleſiaſtica, puta excommunicatio, irregularitas, & ſuſpenſio ab executione ordinis, vel officii. Et de hac pœna concors eſt omnium doctorum ſententia quòd incurritur ipſo facto per legem inflicta ſine vlla alia iudicis ſententia condẽnatiua, ſeu diffinitiua, ſeu etiam declaratoria, vt patet etiam in ca. cùm ſingula. de pręben. lib. 6. in caſu ineligibilitatis, ſeu inhabilitatis. Et hoc idem iudicium eſt quotieſcunque lex, aut iudicis ſententia ſtatuit, aut efficit aliquem indignum, vel incapacem, vt inhabilem, vt de nouo habeat, vel acquirat dignitatẽ, officium, vel beneficium, vel hæreditatem, vel aliud eiuſmodi, ut ſunt illegitimi, & fratres minores, qui ſunt per leges incapaces, & inhabiles ad hæreditandum, & ad quædam alia, & illi, qui per legem, vel per ſententiam ſunt inhabiles ad officia, vel ad actus legitimos, vt Couarruuias in regula, peccatum par. 2. §. 8. ſecundum doctores communiter docet: de priuatione autem actuum legitimorum ipſo facto facta per legem, an ſit idem iudicium, plurimi doctores dicũt quòd ſic: ſed Soto vbi ſupra tenet quòd non: de quo in tertio not. & inferius magis patebit, ideò de his legibus, & pœnis iam ſermo non erit.

Eſt tandem alia pœna ipſo facto per legem inflicta, quæ tamen ad ſui executionem, vel effectũ requirit aliquod exterius hominis miniſterium, actionem, dationem, vel rei apprehenſionem, puta verberationem, percuſsionem, ablationem, vel apprehenſionem, ſeu etiã dationem, & receptionem bonorum per legem ipſo facto amiſsorum, modò ſit pœna criminalis, modò ciuilis, ſeu temporalis, & talis eſt pœna amiſsionis, ſeu priuationis bonorum, & aliquorum officiorum, & beneficiorum iam habitorum per legem ipſo facto inflicta, & de hac eſt quæſtio præſens.

Secundò nota quòd omnes doctores communiter in hoc conſentiunt, quòd quando talis pœna amiſsionis bonorum per legem ipſo facto inflicta eſt, ſtatim vt per legitimum iudicẽ iudicialiter cõdẽnatur, vel declaratur tale crimẽ illum cõmiſiſſe, propter quod talem pœnam incurrit, iam ille criminoſus perdit ius, et iuſtam poſſeſsionem bonorum, & officiorum prædictorum, & dominium eorum à tempore patrati criminis, ita quòd etiam ſi fiſcus, vel alius, cui talia bona per legem ipſo facto applicata ſunt, illa non apprehendit, ille tamen criminoſus ſub peccato mortali non poteſt ea amplius retinere, ſed tenetur ſtatim tradere, ſeu relinquere illi, cui applicata ſunt, & ipſe poteſt ex tunc capere ab eo, & à quocunque, apud quẽ talia bona fuerint inuenta. Nota 2.

Quòd ſi crimen ſit tale, quòd iudicialiter quoquo modo probari poſsit, iam ipſe criminoſus, ẽt ante ſententiam iudicis à tempore patrati criminis, ſine peccato mortali nõ poterit talia bona alienare titulo oneroſo, neque cum eorum, aut fructus ipſorum, diminutione; quia cùm poſt prædictam iudicis ſententiam hæc omnia in effectu à tempore patrati criminis pertineant ad fiſcum, vel ad alium, cui adiudicati ſunt, qui ſine vlla recompenſa, aut precii reſtitutione ea capere põt apud quencunque inuenta ſint, vt dictum eſt, iam per talem eorum alienationem iniuſtè damnificaretur is, apud quem talia bona titulo oneroſo alienata reperirentur, niſi ipſum preciũ, aut aliud ęquiualens in ipſius alienantis poteſtate, vnde ea ſolueret, inueniretur: & hoc eſt verũ, niſi talis alienator de tali periculo bonorum certiorem faceret eum, apud quem cum titulo oneroſo illa alienat: aut niſi ad ſuam ſuſtentationem vitæ neceſſariam, vel ad damnum præcauendum, ſeu ad ſua debita præterita ſoluendum ea alienaret: tunc enim licitè id faceret, quia non neceſſaria, ſed voluntaria talium bonorum adminiſtratio, & alienatio ei denegata eſt. Et ſimiliter titulo lucratiuo ea alienare licitè poſſet, & eodem iure id concedente geſta per eum ratione talis officii, quod habet, dùm per iudicem non declaratur, ſed ab Eccleſia, vel repub. toleratur in ſuo officio, valent in vtroq; foro. Prędicta omnia poſſunt facilè, & breuiter videri in Syl ueſtro titu. hæreſis. 1. q. 8. titu. pœna. q. 25. & ſumma Angelica, titulo hæreticus. §. quinto, & tit. pęna. §. 3.

Tertiò nota quòd plurimi doctores etiam concedunt, quòd ſi ſit aliqua lex ſpecialiter dicens Nota 3. quòd etiam ante vllam aliam ſententiam iudicis talis pœna in conſcientia ipſo facto incurratur, & criminoſus illã patrato crimine pati, aut ſoluere teneatur, tunc ſtatim ſine alia iudicis ſententia incurritur, & reus, vel is, qui talem pœnam incurrit, eam ſtatim ſoluere, ſeu adimplere tenetur, & eſt

omninò priuatus dominio, iure, & iuſta poſſeſſione talium bonorũ, & officiorũ; & ſub peccato mortali tenetur ſtatim ea relinquere ei, cui per talẽ legem applicantur, & ab eorum vſu abſtinere, & hoc eſt verum, modò talis lex ſit verè, & propriè pœnalis, modò diſpoſitiua; quia nullus negat, aut negare rationabiliter poteſt legem Eccleſiaſticam & ciuilem ſic diſponere, aut ſtatuere poſſe. Et de facto aliquæ leges in caſibus particularibus, ſeu negociis ità diſponentes reperiuntur, vt patet in ca. accepiſti. de ſponſa. duorum, & ca. quicũque. 6. q. 1. & ca. vt menſuræ. de emptione, & venditio. vbi in pœnam quorundam delictorum præcipitur, vel imponitur ieiunium ipſo facto, & in extrauagan. ambitioſè, de præben. qui eccleſiaſtica bona alienauerit ipſo facto abſque alia declaratione ſuis beneficiis, & dignitatibus priuatus eſt, & lib. 6. in ca. cum ſingula. de præben. in caſu ineligibilitatis, ſeu inhabilitatis ibi contento, & in ca. pro humani. de homicidi. lib. 6. videtur ſimiliter ſtatui contra Aſſaſinos: quamuis aliqui doctores aliter ſentiant: de quo Syluester titu. Aſſaſsinus. q. 5. de quo etiam latius infra dicetur, & in ca. tranſmiſſe. de eo, qui cognouit conſagui. vxo. ſuæ: licet Panor. in ca. literis, de præſcriptionibus, dicat eſſe neceſſarium vt qualitercunque conſtet de crimine vt in conſcientia prædicta pœna incurratur, & debeatur. Sed certè ſi id eſſet verum, nunquam dicta pœna incurreretur, quia tale factum, quod ibi punitur, ferè ſemper ità occultum eſt, vt probari nõ poſsit. Idẽ patet in ca. quicunque. de hęreti. lib. 6. Idem etiã patet in multis legibus ordinationũ regalium Hiſpaniæ lib. 2. titu. 9. l. 2. & titu. 14. l. 40. & titu. 15. l. 30. & tit. 21. l. 15. vbi expreſsè ſic habetur. In quibus pęnis ex nunc pro tunc eos condemnamus, ità vt in foro conſcientiæ ad eas pœnas ſoluendas, ét ante iudicis ſententiam teneantur. Hæc ibi. Item multæ leges eccleſiaſticæ, & ciuiles priuant ipſo facto iudices, & prælatos muneribus acceptis, eosq; ipſo facto condemnant ad eorum reſtitutionem. Quod etiam patet in pecunia per Simoniam conuentionalem, vel etiam realem tunc accepta, quæ ſtatim ſine alia iudicis ſententia reſtituenda eſt. Et ſimiliter in beneficio Simoniacè acquiſito, ſecundum ca. Simoniacè, de Simonia, quod reſignandũ eſt, cum fructibus ſuis, vt latius probat. Couarruuias in regula peccatum. §. 8. ſecundum B. Thom. 2. 2. q. 110. arti. 6. & ibi Caietanus, & doctores cõmuniter. Idem patet de legibus iuſtæ præſcriptionis, vbi ipſo facto punitur negligentia dominorum exiſtentibus conditionibus iuſtæ præſcriptionis ſecundum Panor. in principio tituli de præſcriptionibus, & communiter doctores. Item vbi ſupra ait Couarruuias ſecundum Caieta. 2. 2. q. 62. articu. 3. aliosque doctores quòd omnes pœnæ cenſurarum irregularitatum inhabilitationũ, & his ſimiles, omnesque leges, per quas in pœnam, vel ob aliã cauſam quis ipſo iure efficitur indignus, inhabilis, aut incapax alicuius rei, vel prohibetur habere dominium eius, aut titulum, vel acquiſitionem, quá ante non habebat, vtique vim habent, & effectum in foro conſcientiæ, & nullam requirunt actionem iudicis poſitiuam ad earum executionem, vt eſt lex, quæ ſpurios ſtatuit inhabiles ad hæreditandũ, & aliæ eiuſmodi. Poteſt etiam, vt dictum eſt, lex pœnalis ad pœnam aliquam ipſo facto etiam in rebus iam acquiſitis incurrendam in foro conſcientiæ, ſtatui, & ſine vlla alia iudicis ſententia quãcunque obligare: quòdque aliquæ leges ſpeciales in certis caſibus ſupradictis de facto obligant, vt dictum eſt, quamuis, vt diximus, aliqui doctores teneant oppoſitum, cum quibus eſt Simancas in inſtitutionibus catholicis, ca. 9. §. 44. & ſequen. ſed quod dictum eſt videtur probabilius.

Similiter èconuerſò nulla opinio negat, ſed omnes potius doctores concedunt quòd alicubi poteſt inſtitui quòd quantuncunque lex imponat pęnam ipſo facto, nullo modo incurratur quoad priuationem dominii, iuris, aut poſſeſsionis bonorũ, & officiorum, ſeu actuum legitimorum, quæ quis habet, vel habere poteſt, neque quoad excommunicationem, ſeu aliam pœnam quácunque quouſque per iudicis ſententiam cõdemnatio, ſeu declaratio fiat delinquentis; quemadmodum in noſtro capitulo generali Aſsiſii anno Domini. 1526. quo ad nos fratres minores ſpecialiter ſtatutũ eſt, quod ingenue concedit doctiſsimus pater Alphonſus à Caſtro de lege pœnali lib. 2. ca. 8. Et in Hiſpania eſt lex regia ꝙ vectigalia pædagia, & tributa quædam per leges taxata ſuper rebus, quæ vehuntur, atque venduntur, non debentur in conſcientia, niſi petantur intra certum tempus ibi ſignatum: quo tranſacto præſcribuntur neque amplius debentur, etiam ſi petantur: dummodo ceſſauerit fraus, & dolus illa abſcondendo, vel occultando, & ita patet notabile tertium.

His igitur præſuppoſitis, in quibus non eſt dubium, iam ad id, in quo doctorum opiniones verſantur, veniendum eſt, videlicet quando lex ipſo facto pœnam imponit, puta priuationem bonorũ, vel officiorum, vel confiſcat idest applicat fiſco bona hæreticorum, vel aliorum criminoſorum hominum, vtrum ſtatim patrato crimine ſine vlla alia iudicis ſententia cõdemnatiua, vel criminis declaratiua ille reus illam pœnam ità incurrat, quòd iã ſit priuatus dominio, & iure bonorum, & officiorum, ſimul & adminiſtratione, & iuſta eorum poſſeſsione, & ea tradere, vel eis cedere teneatur; an hæc omnia, vel aliquid eorum licitè retineat vſque ad iudicialem criminis ſententiam declaratiuam, aut condemnatiuam, in quo eſt triplex opinio.

Prima opinio tenet ꝙ licet ipſo facto talia bona confiſcata ſint; nõ tamen criminoſus amittit dominiũ, neq; ius, neq; adminiſtrationẽ, neq; iuſtã eorũ, vel officiorũ, poſſeſsionẽ, vſq; ad iudicialem ſñiam criminis declaratiuam. Probatur quadrupliciter. *Opinio* Primò, quia hęc omnia ſimul comitãtur, & cõnexa ſũt: neq; .n. põt eſſe dominiũ ſine iure ad iuſtã admi- *1. ratio*

niſtra-

niſtrationem vel poſſeſsionē: neq; è converſò iuſta adminiſtratio uel poſſeſsio ſine dominio vel iure ad illam:& qua ratione vel iure alterum conceditur, vel denegatur, eadem & alterum ſimul. Nūc autem ſecundum communiter doctores, vt habetur infra in tertia opinione, in caſu prædicto nō priuatur reus iuſta poſſeſsione vſque ad ſententiam judicialem criminis declaratiuam: ergo neque dominio, aut iure ipſorum.

Secunda rā. 2 Secundò probatur opinio: quia nulla pœna, qualis eſt dicta priuatio dñij, aut iuris, debet infligi ante iudicis ſententiam condemnatiuam, aut criminis declaratiuam: immò & eſſet contra ius diuinum & naturale vt pœna daretur executioni, antequam quis condemnetur per ſententiam ſupra dictam, ad quod facit gloſſ. in c. fraternitas. 12. quæſtio. ſecunda.

3 Tertiò probatur opinio, quia vt patet in c. cum Tertia rā. ſecundum leges. de hæreti. li. 6. eodem modo ſunt cōfiſcata bona ipſo facto propter inceſtas nuptias. Item ſi mulier ingenua nubat raptori. Item ſi quis de mercibus importatis non ſoluat vectigalia conſueta ipſo facto bona confiſcantur. Item qui illicitas merces exportat, vt arma, ferrum, ad Saracenos, vt hæc omnia patent in dic. ca. cum ſecundum leges. & cap. de inceſtis nuptiis. l. cum ancillis. & C. de raptu virgi. l. vna. Et de iudæis. cap. ita quorundam. & ff. de vectigali. l. fina. immò & in d. cap. cum ſecundum dicitur quòd ſicut eſt cōfiſcatio in illis caſibus, ita & in caſu hæreſis fiat. Sed nullus negat quòd inceſtuoſus & raptor, & deferēs arma Saracenis, & non ſoluens vectigalia, maneat verus dominus bonorum ſuorum in foro conſcientiæ: ergo ſimiliter hæreticus manet verus dominus eorum.

Ratio 4. Quartò probatur idem, quia ſi non eſſet verus dominus: ergo hæreticus iam emendatus ab hæreſi iam occulta adhuc non maneret verus dominus bonorum ſuorum, neq; ſimiliter is, qui ab eo emeret, quod tamen concedere grauiſsimum eſt. Nam etiam indè ſequeretur quòd in nulla ciuitate Lutheranorum catholicus aliquis exiſtēs poſſet emere agrum, aut bona aliqua ab hæretico, neque ibi viuere licitè poſſet, quod certè duriſsimum & abſurdum eſt.

Hanc opin. tenet Archidia. in dicto cap. cum ſecundum leges, vt refert ēt, licet eam reprobat doctiſsimus Caſtro de punitione hæreticorum lib. 2. cap. 6. ad eam ēt declinare videtur Couarruuias de ordine prædicatorum in tract. de remedio aleatorum par. 3. cap. 9. & latius Simancas in ſuis inſtitutionibus catholicis. cap. 9. Vbi ad omnes rationes ſecundæ opinionis ſequentis patris de Caſtro optimè reſpondet, hanc etiam opin. tenet Victoria in quarta relectione, quæ eſt ꝑtior de inſulanis par. 1. propo. 5. nu. 14.

Aliqui autem de hac opinione eam limitant, ſiue declarant, dicentes quòd tales non perdunt dominium, aut ius bonorum, & officiorum ſuorum in effectu, vel actualiter, vel omninò & abſolutè vſque ad ſententiam criminis declaratiuam, & pœnæ condemnatiuam: ex quo poſſunt licitè ea adminiſtrare & poſsidere cauendo ne ea alienent in præiudicium tertii, vt ſupra in notabilibus dictū eſt, benè tamen perdunt illud habitualiter vel diſpoſitiuè: quia ſcilicet habent crimen, quod eſt diſpoſitio, ratione cuius ſi iudicialiter procedatur, & per iudicem declaretur tale crimen commiſſum eſſe, & illam pœnam illos incurriſſe, iam ſine vlla alia ſentētia condemnatiua, ſeu diffinitiua, illi criminoſi ſtatim erunt omninò & actualiter illo dominio, & iure ſimul, & iuſta bonorum & officiorum adminiſtratione, & poſſeſsione priuati: ità quòd ex tunc, & non ante tenentur in conſcientia ea omnia à ſe abdicare, atq; relinquere illi, cui per legem ipſa adiudicata, vel confiſcata ſunt.

Sed certè hæc opinio, etiam ſic limitata, vel declarata, adhuc non videtur ſtare: nam & rationes ſupra poſitæ pro ea, ſi à tertia opinione ſequente differat, non concludunt.

Nam ad primum reſpondetur negando quòd illa omnia cōnexa ſint: quia vt cōſtat benè ſtat vſum fructuarium habere juſtam bonorum immobilium adminiſtrationem & poſſeſsionem ſine dominio, cùm ea alienare non poſsit, vt patet in primogenitis magnatorum: qui ſecūdum aliquos in bonis immobilibus ſolum vſumfructum habent, nec ea poſſunt alienare, & ita propriè dominium eorum non habent: ſtat etiam contra ius vel dominium directum eſſe ſine bonorum vſu vel poſſeſsione, vti ſecundum alios ſunt prædicti primogeniti, & minores, & alii multi. Reſpōſio ad primum argum.

Ad ſecundum. Rñdeo id negando, quia vt patet ex ſupra dictis notabilibus, aliquando poteſt incurri pœna aliqua ante iudicis ſententiam quancunque per ſolam legis diſpoſitionem, inflictionem, aut condemnationem, quod etiam inferius in tertia opi. latius probatur. Ad ſecundum.

Ad tertium negatur minor: niſi fortè quando ꝑ conſuetudinem legitimam ſic interpretatam, aut legibus ipſis præualentem, ita contingeret quòd in illis criminoſis dominium permaneret, quo per leges iam derogatas ipſo facto aliàs priuati eſſent. Ad tertium.

Ad quartum rñdeo id conceditur de ipſo hæretico: negatur autem de emente ab eo bona illius: quia cùm ille poſsit alienare, dùm non eſt veriſimile, quòd de ſua hæreſi poteſt cōuinci, uel condemnari, iam nullum eſt periculum, neque damnūm alicui ex tali alienatione bonorum, & iſte per præſcriptionem manebit dominus, cùm hæreticus ille ea tradere, niſi poſt ſententiam criminis declaratiuā, non teneatur, vt de hoc latius infra in ſecunda probatione ſecundæ partis tertiæ opinionis, & ſupra in notabilibus dictum eſt. Neque in terra hæreticorum eſt tale periculum catholicis ibi commorantibus: quia ex conſequenti omnia eis intelligūtur conceſſa à principe, vel à Papa, quæ ad vitam agendam inter eos opportuna ſunt. Et ita hæc opinio non videtur ſatis firma: quamuis probabilis valde Reſpōſio ad quartum.

de

dē,ſatiſque ſolennis,& forſan vera ſit.

Opinio. 2. Opinio ſecunda tenet oppoſitū quoad vtrā que partem. Dicit enim quod per talem legem criminoſus priuatur tàm dominio & iure, quam etiā bonorum,& officiorum iuſta poſſeſsione, & adminiſtratione:idque ante quancunque ſententiam iudicialē condemnatiuam,vel criminis declaratiuam. Itaque in foro conſcientiæ ſtatim commiſſo crimine tenetur cedere officio,& bonorum poſſeſsioni; & ea relinquere illi,cui per talem legem ipſo facto cōfiſcata,uel adiudicata ſunt.

Hanc opinionem quoad primam partem, quòd ſcilicet criminoſus eſt ſtatim dominio & iure priuatus,tenent communiter doctores, vt infra in tertia opinione patebit. Quoad ſecundam autem partem,in qua eſt tota difficultas, quòd ſcilicet eſt ēt priuatus iuſta poſſeſsione,vel adminiſtratione,tenent plurimi doctores, & præcipuè moderni poſt Panor.in cap.Canonum.de conſti.& in c.2.de præſcrip.lib.6.& clarius.in c.dilecti.de arbitris. & ad idem eſt in c.cùm non ab homine. de iudi. & in c. peruenit.primo de appella.& in cap. fin. de hæret. & in ca.quibuſdam.de pœnis.

Item Felinus in d.ca.canonum.nu.43. expreſsè idem tenet,quamuis in ca.Rodulphus.de reſcript. & in c.audiuimus.de Simonia oppoſitum cum tertia opinione communi ſequenti dicere videatur. Item Guill. Maynetius in commentariis ſuper ti. tu.ff.de reg.iur.in l.quod à quoquā.Item Dominicus in cap.pro humani.de homicid.lib. 6. & in ca. cum ſecundum leges.de hæreti. lib.6. ſaltem quādo crimen eſt notorium. Item Barbatius in repertione.c.Raynaldus. de teſtamentis.fol. 11.conclu. 1.ſecundum cap.2. de præſcriptis.lib.6.Item Paulus de Caſtro in l.i.§. ad beſtias. ff. de poſtulando. Et Ange.de Peruſio in auctēn.de inceſtis nupt.nu. 2.& Corſetus in ſuis ſingularibus. titu. pœna. vbicunque pœna &c. Item Iaſon.lib.3.conſiliorum. conſilio.12.& Ioan.Ferrarius in l. quod à quoquā. ff.de reg.iur. Item gloſſa in ca.quàm ſit. de electio.lib.6.in ver.eo ipſo.& in verbo euacuetur.& glo.in c.commiſſa.eo.tit.& libro in verbo iuſto impedimento.& glo.in clemen. quoniam. de vita & honeſt.clerico.in verſi. eo ipſo.& glo. in clemen. multorum. de pœnis.& ibidem Io.de Imo.

Et tandem doctiſsimus pater frater Alfonſus de Caſtro de lege pœnali lib. 2. cap. 8.9.& ſequē. vbi latiſsimè proſequitur,& tutatur hanc opi.à quo & multa de prædictis doctorum allegationibus dē ſumpſi:nam licet aliquos doctores viderim, non tamen omnium ipſorum libros ad manum habebam, ideò illi fidiſsimo doctorum narratori fidendum duxi:quam opinionem prædictus pater probat quintupliciter omiſsis aliis probationibus, quæ non ſunt tanti momenti.

1 Probatio. Primò quia q retinet alienum inuito dño, ſi ei per iuſtam legem talis detentio non conceditur, peccat,& ſtatum illi,cui debetur reſtituere vel relinquere,ſub mortali tenetur. Sed qui per legem ipſo facto priuatus eſt dominio bonorum ſuorū, detinet alienum inuito domino rationabiliter,puta fiſco,vel eo,cui per legem adiudicantur,& nulla lex ei concedit talem eorum detentionem, uel poſſeſsionem:ergo peccat vt iniuſtus eorum poſſeſſor, & ſub mortali tenetur ea relinquere fiſco, vel &c. Idque ante quancunque iudicis ſententiā. Conſequentia patet, & maior ſimiliter, quia lex nulli concedit,nec concedere poteſt detentionem alicui, domino rationabiliter inuito,ideſt ſine eius culpa,aut ſine cauſa: ſicut nec furtum concedere poteſt.Item quia ſecundum Clem.exiui.de verbo. ſignifi. Vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod ei expreſſè non conceditur, intelligitur denegatum.Et de reg.iur.lib.6. Cùm aliquid prohibetur,prohibentur omnia,quæ ex illo neceſſariò ſequuntur ſecundum glo.ibidem. Nam prohibitione furti prohibetur non ſolum acceptio, ſed etiam ſola retentio alieni,ſecundum communiter doctores.Et ſicut ex iuſto dominio ſequitur iuſta poſſeſſio,aut ius ad illam;ità & in priuatione iuſti dominii ſequitur priuatio iuſtæ poſſeſsionis, & iuris ad illam,& ſic patet maior. Minor autem probatur: quia dominus,puta fiſcus, vel is, cui talia bona per legem adiudicata ſunt, non concedit illi retentionem,vel poſſeſsionem eorum,ut patet, quia ignorans illum eſſe criminoſum,& per conſequens per legem priuatum bonis ſuis,non dicitur voluntariè ea illi relinquere.Quòd etiam inde patet,quia ſtatim vt per ſententiam iudicis declaratiuam ſcit illum eſſe talem,apprehendit poſſeſsionem. Neque vlla lex reperitur concedens illi talem poſſeſsionē vſque ad ſententiam iudicis: quia cap. cum ſecundum leges. de hæreti.lib.6.id non concedit, ſed ſolum prohibet ne fiſcus eam apprehendat ante iudicis ſententiam,ut latius patebit infra in reſponſione ad primum argumentum contra hanc opinionem.Nam ſi eſſet talis lex non ſolum permiſsiua, ſed conceſsiua,qualis ad hoc requiritur, utiq; ceſſaret omnis quæſtio.

Secūdò probatur opinio,quia poſt iudicis ſniam declaratiuam ſine ulla alia ſententia condemnatiua, ſeu diffinitiua tenetur prædictus criminoſus reddere bona fiſco,uel illi,cui per legem adiudicātur:ergo & ante prædictam ſententiam: patet antecedēs ſecundum omnes doctores, conſequentia autem probatur:quia illa ſententia declaratiua nil de nouo præcipit,neque obligationem nouam imponit quoad hoc:ſed ſolum declarat crimen commiſſum,propter quod ſecundum legem incurritur illa priuatio bonorum:ut ſic aliis conſtet de crimine,& de iuſta punitione,ſeu priuatione dominii,& poſſeſsionis:& ut ſic fiſcus,uel alius, ad quem per legem attinet,id ſciens poſsit in foro contentioſo iuſtè exequi talem pœnam apprehendendo poſſeſſionem:ergo ſolum in ordine ad alios, & ad fiſcū eſt neceſſaria talis ſententia iudicis declaratiua,nō aūt in ordine ad ipſum reū & ergo ipſe criminoſus id ſciens iam per illam legem condemnatus, & pri- 2 R

uatus

uatus erat iuſta poſſeſsione, ſicut & dominio bonorum per eandem rationem, ex quo in ipſa lege non fit diſtinctio priuationis dominii,& iuſtæ poſſeſsionis. Nam & ſi ſic non eſſet, iam noua alia ſententia iudicis non ſolum declaratoria, ſed & condemnatoria contra communiter doctores opus eſſet. Sicque tandem ſequitur quòd quicquid talis ſententia iudicis declaratiua circa reum operatur, reus ipſe habet à lege ante illam ſententiam iudicis, quòdque ſententia ipſa ad id neceſſaria nõ eſt.

3. Ratio. Tertiò probatur idem: quia lex pœnalis ipſo facto continens ſententiam latam idem efficit in reo quoad ipſam pœnam ibi expreſſam, quod in eodẽ reo quoad eandem pœnam efficeret ſimilis ſententia, ſola à iudice lata, ſi per illam tantum, & nõ per legem condemnandus eſſet. Sed per illam ſententiam iudicis condemnatiuam reus obligaretur in conſcientia, non ſolum ad relinquendũ ſtatim dominium, & ius bonorum, & officiorum, ſed & eorũ ſimul poſſeſsionem (quod nullus ferè negat) ergo & ad idem tenetur per ſententiam legis ipſo facto ante ſententiam iudicis declaratiuam. Conſequentia patet cum minore, & maior probatur, quia non eſt minoris, ſed potius maioris auctoritatis, & poteſtatis lex, quàm iudex eius miniſter. l. eum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideicommiſſa. liberta. & ibi gloſſ. in verſi. iudicat. quia & à ſententia iudicis licet appellare, non autem à ſententia legis: quia ille põt errare, lex autem minimè, ſi vt ſupponitur, & loquimur, iuſta ſit.

4. Ratio. Quartò probatur idem: quia ſi fiſcus, vel is, cui per talem legem illa bona adiudicata ſunt ante ſententiam iudicis declaratiuam, talia bona notorii criminoſi apprehendiſſet: certè non teneretur ei illa reſtituere: ergo ipſe criminoſus tenebatur ante talem ſententiam iudicis ea illi relinquere. Conſequẽtia patet: quia res, quę ſolius vnius domini eſt, nõ poteſt à pluribus iuſtè poſsideri, altero eorum inuito. Et antecedens probatur, quia fiſcus modò peccauerit, modò non, illa bona contra, aut pręter modum debitum ſine præuia ſententia iudicis declaratiua capiendo: tñ iuſtè ea poſsidet, ità ꝙ nõ tenetur reſtituere: vt patet per. l. q́d à quoq̃. ff. de re. iur. q́d à quoquã pœnę noïe exactũ eſt, id eidẽ reſtituere nemo cogitur, quod valet ẽt in foro conſcientię, ſicut & cap. cum ſecundum leges. de hæret. lib. 6. & concordat Innoc. in c. ex ratione. de appellat. dicens quòd executio pœnæ ſine ſententia valet. Et Bald. in c. 1. de feudo ſin. culpa non amittendo, quia in mera executione non eſt neceſſaria cognitio, vel dilatio.

Et prędictum antecedens eſt verum, etiam ſi fiſcus, vel is, cui illa bona per legẽ adiudicata ſunt, ſecretò ea caperet, vel etiam æquiualentia bona illius criminoſi euidenter cogniti, cuius crimen per teſtes, aut iudicialiter ſufficienter probare non poteſt: quia propter defectum probationis nullus admittit ius, quod iure habet, vt conſtat ex. l. duo ſunt Titii. ff. de teſtament. tutela. Et quia vnuſquiſque poteſt ſibi ius dicere, quando ſibi deficit probatio iuris, & remedium iudicis ſecundum gloſ. in ca. ius gentium. diſtin. 1. & 23. q. 2. cap. 1. & 2. quod intellige quando ſine ſcandalo id fieri poteſt ſecundum Altiſiodoren. Alex. Adria. in 6. quodlib. & Medina de reſtitu. quæſt. 22. licet eodem libro. quæſt. 1. oppoſitum dixerit, in quo, vt ait Caſtro, ſibi ipſi contradicit.

Quintò probatur opinio, quia ex oppoſita opinione ſequeretur quòd habens crimen occultum, quod iudicialiter vllo modo probari non poteſt, non incurreret pœnam legis ipſo facto, etiam quoad priuationem dominii bonorum, ſicut neque, quoad priuationem iuſtæ poſſeſsionis eorum: neque in eum locum haberet talis lex, quia cùm tale crimen iudicialiter probari & declarari nõ poſsit: iam ſemper iuſtè poſsidebit talia bona, non dominus: aut per præſcriptionem, cùm mala fide fieret de non domino dominus. 5 Ratio.

Qvòd ſi contra hãc opinionem arguatur ſexcupliciter. Primò quia in c. cùm ſecundum leges. de hæreti. lib. 6. habetur quòd fiſcus non apprehẽdat bona hæreticorum per legem ipſo facto confiſcata, quouſq; per iudicis legitimi ſententiam dedeclaretur: ergo ille criminoſus interim iuſtè poſsidet. Argum. 1.

Secundò arguit Magiſter Soto de iuſtitia & iure lib. 1. q. 6. art. 6. Ex Caiet. in ſecunda ſecundæ. q. 62. ar. 3. quia ſicut naturaliter non poteſt eſſe agẽs & patiens: ità non poteſt eſſe quiſque ſimul reus, & executor ſententiæ, ſeu pœnæ contra ſeipſum latæ, ſeu infligendę: neque lex me ipſum miniſtrum executorem meæ pœnæ facere poteſt, ergo nullus tenetur in ſe exequi pœnam legis ipſo facto reddendo bona &c. conſequentia patet. Et antecedẽs probatur. Tùm primò quia pœna conſiſtit in paſſione ſeu tolerantia, & non in actione: ergo quando à lege imponitur pœna, intelligitur de tolerantia eius, non de actione, qualis eſt traditio bonorũ. Tùm ſecundò idem probatur antecedens, quia nemo poteſt iuſtè puniri, niſi via inquiſitionis, denuntiationis, vel accuſationis, vt ſupponitur ſecundùm communiter doctores ex cap. qualiter & quando. de accu. & optimè probat ipſe magiſter Soto de ſecreto. Sed talis punitio contra inauditam partem iuſtè, uel legitimè fieri non poteſt, vt habetur in ca. ſuſceptis. de cauſa poſſeſ. & proprieta. vbi ait Papa. Nos contra inauditam partem diffinire in his poſſumus, quæ verba notanda ſunt, quia id conſonum eſt valdè iuri naturali, atque diuino, quia quantũcunque lex in vniuerſum puniat ipſo facto: poteſt tamen quis in particulari allegare ignorãtiam, vel impotentiam, vel aliam cauſam in toto, vel in parte excuſantem, ne ſit dignus tali pœna legis ſecundum epicheiam naturalem: contra quam nulla lex diſponit, neque diſponere poteſt: vnde & ideò nullus condemnari poteſt, niſi confeſſus, vel conuictus ſufficienter prima q. 7. cap. nos in quequam. & c. iudex. & cap. nihil. Nunc autem ſi reus ipſe tenetur Argum. 2.

tur

tur ſtatim exequi in ſe talem pœnam ipſo facto inflictam: iam inauditus, & non confeſſus, neque iudicialiter conuictus damnaretur: aut ſi dicatur quod iam ſeipſum audit, & in ſua conſcientia confeſſus, & conuictus eſt ſufficienter, ſaltem ſequitur quòd efficitur iudex in ſua cauſa contra totum ordinem iuris: ergo nulla lex ipſo facto ad talem pœnam in ſe per bonorum traditionem exequẽdam obligat, vt dictum eſt.

Argum. 3. Tertiò arguitur ad idem, quia ſi opinio eſſet vera, ſequeretur, quòd reus teneretur bibere venenũ, vel ſeipſum occidere, vel manere in carcere damnatus, vel damnandus ad mortem, vel non comedere cibum oblatum: ſi lex lata de his pœnis ſentẽtiam contineret.

Argum. 4. Quartò arguitur: quia eccleſia non vult, & fortè non poteſt obligare, vt quis ſe diffamet reuelando crimen occultum, & maximè pro redditione bonorum temporalium in vim tantùm pœnæ debitorum: quanuis aliunde ex iure naturali, vel diuino, in vim reſtitutionis, ſeu ob aliam cauſam aliquando ad id teneatur, de quo ad præſens nil curo. Sed ſi talis criminoſus occultus redderet bona fiſco, vel alteri ſecundum talem legem: certè ſe diffamaret, & periculum vitæ incurreret (vt ſæpè contingere poteſt, quod & ſupponitur) ergo ad idem non obligatur.

Argum. 5. Quintò ad idem arguitur: quia hæredes catholici hæreticorum præſcribunt bona illorum, quæ per quadraginta annos bona fide poſſederunt, vt habetur lib. 6. de præſcript. cap. vlti. Nunc autẽ cũ ſine poſſeſsione non ſit præſcriptio: ergo iſti hæredes iuſtè poſsident per illud tempus illa bona. Sed illi iuſtè poſsidere non poſſent, niſi etiam ipſi hæretici, quorũ ſunt hæredes, iuſtè poſſediſsẽt ante mortem, uel ante ſententiam iudicis declaratiuam: quia aliàs morte ſua non poſſent hæretici ſuis hæredibus iuſtam relinquere poſſeſsionem, quam non haberent: ergo per legem ipſo facto hæretici illi non erant priuati iuſta bonorum poſſeſsione, & idem iudicium eſt de aliis ſimilibus criminibus.

Argum. 6. Sextò arguitur ad idem per glo. in cap. fraternitas. 12. q. 2. quæ tenet contra opinionem, quæ & cõmuniter à doctoribus allegatur in hac materia.

Reſpon. ad 1. argum. Ad hæc argumenta reſpondet doctiſsimus Caſtro vbi ſupra. Ad primum negatur conſequentia, quia licet ibi prohibeatur, ne fiſcus ante ſententiã iudicis apprehendat bona hæreticorum: non ſequitur ex hoc quòd conceditur hæreticis iuſta bonorum poſſeſsio. Sicut neque ex hoc quòd damnificatus non poteſt ſecundum leges capere rem ſibi furto ſublatam, neque iudicialiter agere contra eum, qui furatus eſt ab eo, apud quem ludus alearum tẽpore furti exercebatur: ex hoc inquam non ſequitur quòd fur in conſcientia illi, aut pauperibus, reddere non teneatur: aut quòd lex illi eam rem concedit. Sicut neque ſequitur: ego licitè non poſſum à Petro capere rem mihi debitam ex maleficio, aut contractu licito, vel illicito, vltra debitum tempus detentam (ſecundum Angel. de Peruſio in auctent. de inceſtis nup. & communiter doctores) ergo ille iam licitè, aut iuſtè detinet, aut poſsidet.

Sed contra hanc reſponſionem replicatur, vt replicat Soto, vbi ſupra, quòd licet ita ſit quòd non valet prædicta conſequentia, quando poſſeſsio talis rei, etiam ante crimen illud, eſſet aliàs prohibita: benè tamen valet quando ante crimen non erat prohibita, ſed erat iuſta poſſeſsio, tunc enim lex prohibendo executionem fieri, conſequenter concedit illum in ſua iuſta poſſeſsione, quam ante crimen habebat, permanere. Poteſt enim lex alicui, vel fiſco concedere ſolum dominium alicuius rei ſine poſſeſsione abſolutè ad ſemper, vel ad tempus, quouſque ſententia iudicis habeatur: & quòd interim alter maneat in ſua iuſta poſſeſsiõe, ſicut anteà erat, quanuis non poſsit priuare quemquam ſuo iuſto dominio, quod habebat ſine culpa, aut ſine cauſa rationabili: & quidem hęc replica eneruat vim ſecundæ opinionis præfatæ, & eſt fortis contra eam pro tertia opinione ſequente.

Reſpon. ad 2. argum. Ad ſecundum argumentum, quod magiſter Soto videtur tanquam Achillem æſtimare; cùm ne Therſites quidem mihi ſit, ego reſpon. negando antecedens, & ad primam eius probationem dico, quod pœna conſiſtit non quidem in actione, prout ſola actio eſt, ſed ut paſsio, id eſt pœnalis eſt: ſicut & omne agens agendo repatitur, non quatenus agẽs, ſed quatenus paſſum illius repaſsionis eſt, aut certè pœna conſiſtit in paſsione inde orta, atque ſequente, quæ ipſi agenti pœnalis eſt, & aliquando multò magis, quàm ſi ab alio illa paſsio pœnalis, ſeu afflictio infligeretur, quod patet experientia: quia & ſæpè per legem, & ſæpius per ſuperiorem, aut per iudicem iuſtè imponitur pœna quòd quis oret, legat, cantet, ſcribat, remiget in galeis, pugnet cõtra inimicos fidei, det eleemoſynam, ieiunet: immò & quod ſeipſum flagellet, vt fit in religionibus: ad quã pœnam, quę eſt actio pœnalis, exequendam reus vtiq; tenetur: & ergo ſimiliter ad reſtituendum & ſoluẽdum quod debet, aut quod ei ſoluendũ imponitur, etiam ſi id facere actio ſit. Ad quod facit cap. Romana. de cenſibus. & cap. quoniam. de vita & hon. clerico. vbi condemnantur quidam in conſcientia ad reddendum duplum, & dandum pauperibus.

Ad ſecundam autem probationẽ ſupradicti antecedentis reſpon. quòd illa maior & minor ſolum procedunt, & habent veritatem de punitione iudiciali per ſuperiorem facienda, ut patet expreſsè ex ipſis teſtibus, & ratione ibi adducta: quod ſcilicet ideò quis inauditus, & non confeſſus, vel non legitimè conuictus condemnari, aut puniri non debet à iudice applicãte diſpoſitionem legis ad hunc caſum particularem: vt ibi dictum eſt. Cum quo ſtat quòd ſicut vbi eſt euidentia criminis, & criminoſi, ità quòd nulla tergiuerſatione excuſari poteſt, vtique poteſt iudex illum inauditum, & non confeſſum, ſed ipſa euidentia notoriè cõuictum condemnare iudicialiter, atque punire, cui in hoc reus ipſe

obedire

obedire tenetur. Ità ſimiliter & lex poteſt ipſum criminoſum intra ſe in ſua conſcientia & ſuo crimine ſufficienter conuictum in foro conſcientiæ condẽnare, ſiue punire: cui etiam in hoc reus ipſe æquè, aut pluſquam iudici miniſtro legis obedire tenetur. Nam ſupponitur ſecundum communem, & veram ſententiam quòd leges ad ſui obſeruantiam obligant, et in foro conſcientiæ: quia & oppoſitũ tenere erroneũ eſt. Neq; eſt cõtra ordinẽ iuris, ſed neque vllum apparet inconueniens quòd in foro conſcientiæ in ſua quiſque cauſa ſit iudex, & reus, & executor: immò & melior, quàm alius iudex in cauſa ſuæ cõſcientię, in foro cõſcientię eſſe poteſt, & debet; prima Corinth. 11. Si nos metipſos diiudicaremus &c. & pſal. 118. Feci iudicium & iuſtitiam, non trad. cal. me &c. in iudicio ſacramentali, ſeu pœnali idem eſt reus, & executor pœnitentiæ per confeſsionem, aut etiam per ſolos canones inflictæ vel iniunctæ, vel propria voluntate aſſumptæ ſecundum Tho. 3. par. q. 85. ar. 3. & Sco. in 4. diſtin. 14. q. 2. ex Auguſt. lib. de pœnitentiæ medicina, & communiter doctores. Item in pœna teſtamentaria, & conuentionali idem poteſt eſſe, & de facto eſt iudex, reus, & executor ſuę pœnæ: quam & in conſcientia hæres ipſo facto ſoluere tenetur ſecundũ Caieta. in ſummula titu. pœna, & ſecunda ſecundæ quæſtio. 62. arti. 3. & communiter doctores. Item in pœna per iudicem inflicta in foro iudiciali idem poteſt eſſe actor & reus in aliqua cauſa, vt hoc expreſsè dicitur in cap. ex literis, de probationibus, & ibi glo. & ſimiliter poteſt idem eſſe reus & executor, vt patet, quando quis condemnatur ad aliquid agendum, puta legendum, dandum, vel faciendũ, vt ſupra exemplificatum eſt. Nam licet ad rectum, perfectumque iudicium oporteat eſſe perſonas diſtinctas, iudicem, actorem, reum, & teſtes (vt habetur in cap. forus. de verbo. ſigni.) non tamen oportet quòd executor iuſtitiæ, qui ad iudicẽ refertur, & ex eius parte ſe tenet, diſtinguatur à reo: quia ſæpè ipſe iudex eſt executor ſententiæ ſuæ: & aliquando executionem committit ipſi reo, vt fit in religionibus, vbi prælatus aliquando flagellat: aliquando præcipit reo, vt ſe flagellet, vel faciat aliud eiuſmodi: et iudex per ſententiam committit viro actori, ut occidat vxorem iudicialiter probatam adulteram: aut quòd occidat ſui patris interfectorem, ſecundum leges: ergo & ſimiliter poteſt cõmittere, & præcipere ipſi reo, vt in ſe pœnã aliam exequatur: niſi aliquo iure prohibitum eſſet, vt infra in reſpon. ad tertium argumentum habetur.

Item ſi nõ poſſet idem eſſe reus & executor ſuæ pœnæ in ſe ipſum exequendæ: ſequeretur quòd criminoſus etiam poſt ſententiam iudicis declaratiuam, & condemnatiuam non teneretur bona reddere fiſco, ſicut nec ante illam ſententiam, per eandem rationem, quia ſcilicet, id eſt agere, & exequi pœnam in ſe: quod tamen eſt contra omnes doctores, & contra ueritatem apertam. Neque Caieta. ſecunda ſecundæ quæſt. 62. art. 3. & q. 69. art. 4. id negauit quòd ſcilicet poſt ſententiam iudicis reus tenetur ſoluere debitum, & exilium petere, & cooperari executori, vt oportet, ad pœnæ executionem à iudice iniũctam: ſed ſolum negauit quòd ex ſola lege ipſo facto aliquis reus tenetur ad executionem pœnæ prædictæ, ſed ex iudicis ſententia adiuncta, vt ait tertia opinio communis, quæ proximè ponetur.

Igitur prędicta ratio non militat contra hanc ſecundam opinio. Nam ſi nullus reus per ipſam legẽ poſſet obligari ad exequendum in ſe pœnam legis ipſo facto, ſed per iudicem: ergo nulla lex in aliquo caſu id poſſet. Conſtat autem quòd in multis caſibus particularibus ſupra contentis in tertio notabili id poteſt ſecundum omnes doctores. Conſtat etiam quòd ipſo facto priuat dominio rerum ſine alia ſententia iudicis, & ſecundum omnes ferè doctores, vt habetur in tertia opinione ſequẽte: ergo ſimiliter poteſt priuare iuſta poſſeſsione: & ad actionem, ſcilicet ad bonorum traditionem, etiã ante ſententiam iudicis exequendam, ipſum reum poteſt obligare, vt ait hæc opinio ſecunda, vt dictum eſt, & ſic patet reſponſio ad ſecundum argumentum.

Ad tertium argumentum reſpon. vno modo ſecundum Caſtro vbi ſupra negando ſequelam. Nã hæc opinio intelligitur de lege iuſta, qualis eſt ea, quę alias pœnas, citra mortem, ipſo reo ſibi infligere iniungit: nulla autem lex iuſtè præcipere poteſt, ſed neque iudex, quòd quis ſeipſum occidat faciendo, aut omittendo, id vnde naturaliter immediatè neceſſariò ſequatur mors: quia eſt contra præceptum Non occides. Homo enim non poteſt à ſe abdicare vitam, ſicut bona temporalia, in quibus habet plus dominii, aut iuris, quàm in propria vita, Ideò homo peccaret obediendo tali legi, ſiue præcepto contra legem diuinam & naturalem. Vnde & tales leges ſolum vigent, aut viguerũt inter Barbaros, & infideles, excæcatos, aut deprauatos, etiã circa multa alia, quæ ſunt iuris naturalis. Hæc Caſtro, & conſonat Caieta. ſecunda ſecundæ quęſtio. 69. art. 4. *Reſpõ. ad 3. argum.*

Alio modo poſſet reſponderi, & fortè melius ſecundum Victoria in 9. relectione de homici. conclu. prima in reſpon. ad octauum argumentum cõcedendo ſequelam, quòd ſcilicet reus ad id teneretur, idq; licitè facere poſſet ſolum cooperando iuſtè actioni alterius in ſeipſum occidendum: & ita poteſt bibere venenum ſibi propinatum, & applicare laqueum ſibi ſuſpendendo, & aſcendere ſcalas ad patibulum, & intrare ignẽ, vel flamen, vel lethale tormentum: idque ex obedientia legis, vel iudicis, etiam quando ad hæc nõ teneretur, vel ad exercitium patientiæ, & virtutis, vt martyres fecerunt: quia & ſic agere, aut cooperari ad legis, vel iudicis imperium quodammodo pati eſt. Nam & ex cauſa legitima poteſt quiſque beneficio iuris naturalis, & diuini renunciare, dum aliàs nõ prohibetur ex prę-

cepto

cepto autem. Non occides non prohibetur id in ſe permittere, & quodammodo cooperari ex cauſa rationabili vrgente: quò fit vt à fortiori reus poſſit eſſe executor, & miniſter legis, & pœnæ citra mortem in ſe, ſicut in alium, exequendæ.

Reſpõ. ad 4. argumen. Ad quartum reſpon. quòd in tali caſu, quando ſcilicet ex traditione bonorum, vel ex alia pœnæ executione immineret maius famæ, vel vitæ, detrimentum: ſuſpenditur tunc obligatio exequendi in ſe talem pœnam: quæ tamen manet in ſua vi pro alio tempore, quo id commodè fieri poſsit, ſcilicet per ſe: vel per alium paulatim, & ſecretè, dicta bona tradendo: ſicut communiter dicitur de fure occulto, & de adultera habente filiũ ex occulto adulterio in fraudem bonorum mariti, & hæredum.

Reſpon. ad 5. argum. Ad quintum reſpondeo negando antecedẽs ſecundæ conſequentiæ, vbi dicitur, quòd hæredes hæreticorum illa bona iuſtè poſsidere non poſſent, niſi & ipſi hæretici poſt patratum crimen illa iuſtè poſſediſſent &c. & ratio eſt, quia licet nuda, realiſque poſſeſsio proueniat hæredibus illis ex reali poſſeſsione, & hæreditate parentum hæreticorum: nõ tamen iuſta poſſeſsio, vel iuſtitia poſſeſsionis: hæc enim iuſta poſſeſsio prouenit illis hęredibus ex lege, quæ propter bonam fidem filiorum catholicorum voluit quòd iuſtè poſsiderent ea, quæ ex hæreditate parentum hęreticorum per illud tempus realiter poſsidebant; ideò illi poſſunt legitimè pręſcribere: non autem parentes; neque eorum hęredes hæretici: quia hi mala fide poſsident. Et ſimiliter in alijs criminibus dicendum eſt: licet Felinus in c. canonum. de conſtitu. nume. 43. aliter, & inſufficiẽter ad dictum argumentum reſpondeat. Et no. ꝙ mala fides in propoſito eſt idem, quod mala conſcientia: quæ iudicium, quo poſsidens iudicat alienum eſſe quod poſsidet, & ſe id iniuſtè poſsidere: et contra, bona fides eſt, licet alii aliter diffiniant, quia & ſic accipitur fides pro conſcientia, ad Ro. 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt.

Reſpon. ad 6. argum. Ad ſextum reſpon. tripliciter. Primò, quòd illa gloſſa non eſt textus, neq; valet pluſquam probat; probat autem nihil. Secundò quòd non loquitur de ſententia lata, ſed deferenda per iudicem, ut patet ex ipſo textu, & ſecundum Panor. in ca. 1. de cõſtitu. & cap. dilecti. de arbitris. & Feli. in cap. canonum. de conſtitu. nume. 43. & Andream Tiraquellum. ſuper l. ſi vnquam in verb. reuertatur. C. de reuocã. donatio. Tertiò reſp. quòd loquitur in illo caſu particulari tantum, ſcilicet quoad furtum de rebus eccleſiaſticis in gente Anglorum: idque diſpoſitiuè, & pro tunc, quoad illos duntaxat: quia erant recenter ad fidem conuerſi, ne ſcilicet redderent quadruplum, quod ſecundum aliam legẽ cõmunem, quæ habetur in cap. in legibus. & cap. ſi ſeculi. 12. q. 2. reddere tenebãtur (vt patet ex ipſa gl. & ex ipſis verbis, & intentione Beati Gregorii) cuius ſunt verba ipſa in fine regiſtri lib. 12. Epiſtola 31. in reſpõ. ad interrogationes Auguſtini Epiſcopi Anglorũ, vnde Gratianus illa verba deſumpſit. Et addit prędictus Pater Caſtro vbi ſupra quòd ibi Gratianus volens dicta capitula conciliare, dicit illud de ſeueritate legum, hoc autem Gregorii de eccleſiaſtica mãſuetudine dictum intelligitur: ſed melius cõciliando dixiſſet illud quoad omnes, hoc particulariter & diſpẽſatiuè quoad Anglos pro eo tempore dictum eſt: licet etiam Philippus Decius in cap. Canonum. de conſtitu. num. 20. aliter limitet, & ſaluet dictam gloſſam, & ipſe, & Ioannes Ferrarius vbi ſupra. de reg. iur. in quibuſdam aliis non benè dicant; ſed in ſententia cum prædicta hac ſecunda opin. concordant. Et quidem hęc opin. ſtando in rigore legum vix poterit expugnari: & ſatis defenſabilis eſt, vt eam doctiſsimus Caſtro fortificauit; ſed eſt nimis rigida, & nõ practicatur, & fortè etiam falſa eſt.

Tertia opinio communis tenet medium inter ſupradictas duas opiniones, tenet enim, quòd per talem legem ipſo facto criminoſus ſtatim à patrato crimine priuatus eſt dominio, & iure bonorum, non autem iuſta eorum poſſeſsione, neque ab officii adminiſtratione, quam habebat ante ipſum crimen, quouſque per ſententiam iudicis declaretur. *3. Opin.*

PRIMA pars de priuatione dominii contra primam opinionẽ ſuprapoſitam probatur tripliciter. *1. Par. notata.* Primò quia humana poteſtas tàm laica, quàm eccleſiaſtica, poteſt id ſtatuere, & per talem legem ipſo facto iam declarat hanc ſuam voluntatem ad induendum eam obligationem ad talem pœnã de facto induci, quam per legem inducere poterat, ergo. Conſequentia patet, & minor probatur quadrupliciter. Primò quia lex poteſt id quod non eſt contra ſuperius ius diuinum, vel naturale, quatenus ad bonam vitam cõducit, quale eſt hoc. Secundò quia ſicut ſuo præcepto poteſt ad culpam, quare non ẽt ad pœnam ipſo facto poteſt obligare, etiam condemnare, ita quòd ſine alia ſententia iudicis culpã, & pœnam ſimul, aut per ſe tranſgreſſor incurrat? certè nulla videtur repugnãtia. Tertiò quia ſi homo iudex, ſiue pręlatus miniſter legis id põt, quare nõ potius ipſa lex, vel legiſlator, id poterit? Quartò quia de facto multæ leges ſunt, quę non ſolum dominio, ſed & poſſeſsione rerum, aut officiorum ipſo facto priuant, & ad alias pœnas ipſo facto obligant, vt ſupra in tertio notabili habentur: ergo nõ eſt dubitandum quòd prædicta poteſtas per ſuas leges generaliter id poſsit: & ſic patet illa maior.

Minor autem quòd ſcilicet per talem legem ipſo facto iam declaratur id fieri quoad priuationẽ dominii, probatur, quòd non videtur per quę alia verba lex ipſa clarius poſsit ſuam exprimere voluntatem ad prædictam obligationem, vel effectũ inducendum; alioqui nulla eſſet differentia inter ſententiam per pœnam latam, & ferendam.

Si ad hanc probationem dicatur quòd ſimiliter idem probaretur de priuatione iuſtæ poſſeſsionis ipſo facto per legem, ſicut & de priuatione dominii, id vtique concedendum eſſet: niſi eſſet alia rõ,

ſeu lex, quę ipſas leges quoad priuationem dictæ poſſeſsionis aliter eſſe intelligendas comprobaret, vt proximè in ſecundæ partis huius communis opinionis probatione patebit. Sed hæc minor poteſt etiam negari, vt habetur infra in reſpon. ad ſextũ argumentum, ibi videatur.

Secundò probatur eadem prima pars, quia cap. cùm ſecundum leges. de hære. lib. 6. expreſſè præmittitur ꝙ propter aliqua crimina ſecundũ leges eo ipſo ſuarum rerum dominium auctores delicto ſuum perdunt, & Papa determinat quòd idẽ ſit pro crimine hæreſis: ſed quòd fiſcus ea non apprehendat bona vſque ad ſententiam criminis declaratiuam, ergo expreſsè cõſtat ꝙ priuati ſunt dominio.

Tertiò probatur eadem prima pars, quia ex ca. Fœlicis. de pœnis. li. 6. habetur ꝙ qui ipſo iure ſuis bonis priuatus eſt, quamuis nulla ſequatur iudicis ſententia declaratoria, non poteſt vendere illa bona: ſicut nec ille, qui per ſententiã iudicis dominio bonorũ priuatus eſt: & ſic docet Bal. in auct. inceſtas. C. de inceſt. nup. & Io. Andr. & Anch. & Dominicus, & Philippus. in c. cùm ſecundũ leges. de hære. lib. 6. & omnes doctores in hoc concordant ꝙ talia bona non poſſunt alienari titu. oneroſo, vt ſupra in ſecundo notabili habetur: ergo à tẽpore patrati criminis caret dominio, & iure bonorũ, & officiorum. Nã ſi nõ careret, vtique poſſet ea etiã titulo oneroſo alienare, & ſuis vti officiis. Sed hæc ratio nõ eſt efficax, vt patet ex prima opi. ſupra poſita: ideò priores duæ probationes, auctoritasq; omniũ fermè doctorũ ſufficiant, vt latius refert, & tenet Conradus de contractibus lib. 1. q. 7. conclu. 2. & 3. & ita patet prima pars. In prima autem opi. reſpondetur ad rõnes ibi cõtra hanc partẽ adductas.

Pars. Secunda autem pars huius tertię opi. quòd ſcilicet ante ſententiam iudicis declaratiuam nõ priuatur reus iuſta poſſeſsione, neq; officii adminiſtratione, probatur dupliciter. Primò quia lex humana ſic ſtatuere poteſt tàm concedendo alteri ſolũ dominium alicuius rei ſine eius poſſeſsione, quàm ẽt priuando alterum dominio ex culpa, & nõ poſſeſsione, vſq; ad ſententiã iudicis, & de facto iam ſic ſtatuit: qđ patet dupliciter: tùm primò quia in d. c. cũ ſecundũ leges: quia ibi prohibẽdo ne fiſcus, cui dominium bonorũ heretici aſcriptũ eſt, apprehendat eorũ poſſeſsionẽ vſq; ad ſententiã iudicis, iam ſolũ dominiũ fiſco concedit, & ex conſequenti relinquit ipſum poſsidentem in ſua iuſta poſſeſsione, quã habebat vſq; ad prædictã iudicis ſententiam: tùm ſecundò præfata minor probatur: quia in pœnalibus interim dùm pars nõ habet actionem, nec eam exercere põt, neq; procedere contra reũ, reus ipſe non tenetur ei cedere, aut relinquere id, quod in vim pœnæ per legem ipſo facto debet, aut punitus eſt: quia id non abſolutè debetur illi, niſi mediante actione, & petitione, vel ſententia iudiciali, vt Medina de reſtitutione q. 22. ſecundum communiter doctores optimè probat de pœna, & lucro ludentium ludo per legem prohibito. Neq; obſtat dicere cum Henrico in c. ex literis. de diuortiis, ꝙ quando quis habet ius vel actionẽ, & ei deficit probatio, tenetur pars illi reſtituere, ac ſi cõtra ipſum probatum eſſet. Nũc autem in propoſito fiſco, aut alteri, cui per legem ipſo facto bona delinquentis applicantur, non deficit ius, vel actio ad talia bona, ſed ſolum probatio, vt patet. quia ignorat delictũ, quo cognito, & probato per ſentẽtiã iudicis declaratiuam, ſtatim ea licitè apprehendit: ergo ẽt ante talem ſententiam criminoſus ei tradere tenetur.

Hæc inquam rõ non obſtat. Nã illa maior Henrici eſt vera ſine exceptione ſolum, quando pars tenetur alteri aliàs habenti dominium reſtituere, vel ſoluere quicquam ex lege naturali, vel diuina, puta ex furto, vel contractu, vel ex iuſta damnificatione, & huiuſmodi: ſecus ſi ex lege humana pœnali, de qua loquimur. Item dato ꝙ de omni debito, & lege, etiam pœnali, eſſet vera illa maior: tamen negatur minor: quia non ſolum illi deficit probatio, ſed etiam ius, & actio petendi: quia deficit ſententia iudicis declaratiua, qua mediante, & non aliter, ille, vel fiſcus, talia bona criminoſi petere, vel apprehendere poteſt, vt dictum eſt ſecundum cõiter doctores in c. Fœlicis. de pœnis. li. 6. & in c. cùm ſecundum leges. de hæreti. lib. 6. dicentes ꝙ in pœnis etiam ipſo facto inflictis per legẽ executio fieri non poteſt, niſi iudicis ſententia præcedat: & idẽ dicunt Io. And. Archidia. & communiter doct. in c. pro humani. de homicid. lib. 6. vt hoc etiam Syluester refert, titu. Aſſaſsinus. q. 5.

Secundò principaliter probatur hæc tertia opi. 2. Ratio. quoad hanc ſecũdam eius partem: quia cõſuetudo eſt optima interpres legum, vt habetur in ca. cùm dilectus. de conſuetu. quæ, & ſi ſit legitima, ſeu præſcripta, derogat legem humanam, & valet pro lege ſecundum cõiter doctores in d. c. & in c. cum conſuetudinis. & c. fi. eo. tit. & alibi, vt breuiter de hoc agit Syluester titu. conſuetudo. q. 6. & 7. titu. interpretatio. q. 5. & tit. lex. q. 16. Nunc autem talis eſt conſuetudo hæc tanto tẽpore practicata, ſimul & cõi ſenſu, & opinione doctorum roborata, vt continetur in prędicta tertia opi. ergo in dubio, ſeu vario legum intellectu propter varietatẽ doctorũ, vel opinionum, ſic vel ſic eas interpretantium, valere debet pro vera taliũ legum interpretatione, ꝙ ſcilicet ca. ſecundũ leges. de hære. lib. 6. & oẽs aliæ ſimiles leges ipſo facto priuationẽ bonorum generaliter infligentes, debent intelligi ꝙ earum virtute criminoſus ſtatim cadat omninò à dominio, nõ tamen à ſua iuſta bonorum poſſeſsione vſque ad ſententiam iudicis declaratiuam, vt dictum eſt.

Et confirmatur primò, ſimul & probatur ꝙ talis ſit ſenſus prædictarum legum generaliter loquendo; niſi vbi aliud ſpecialiter conſtiterit, vt ſupra in tertio notabili de aliquibus legibus dictum eſt; quia niſi prædictum cap. cùm ſecundum leges, & aliæ eiuſmodi leges pœnales intelligantur, certè non opus erat ſpecialiter cauere, vt ibi cauetur dicendo, Cõfiſcationis tamen

huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per principes, aut per alios dominos temporales, antequam ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata, cùm conſtet iam ex iure communi in re ſibi debita neminem poſſe ſibi ius dicere, nec niſi per ſententiam iudicis eam capere poſſe. Nam ſi dictæ leges aliud, quàm dictum eſt, voluiſſent, vtique expreſsiſſent, ne occaſio relinqueretur erroris, in eo maximè, eius oppoſitum conſuetudo cum communi opinione practicabat: ſicut et, quando aliud ſpecialiter voluerunt, id expreſſerunt, vt patet in c. pro humani. de homicid. lib. 6. vbi poſtquàm lex illa Aſſaſsinos officiis, & dignitatibus, & bonis ipſo facto priuauit, tandem ait. Et poſtquã probabilibus conſtiterit argumentis aliquem ſcelus tàm execrabile cõmiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur: vbi ſuppoſita adhuc opinione dicentium quòd ſine vlla alia ſententia iudicis declaratiua Aſſaſsini incurrunt prędictam pœnam, videtur ex ipſa lege ſignificari quòd, niſi id exprimeret, vtique ſententia iudicis prædicta requireretur, vt hoc Syluester titu. Aſſaſsinus. quæſt. 5. benè & breuiter tangit. Item in extrauagan. Pauli. 2. ambitioſè, de præben. ſimiliter dicitur quòd qui eccleſiaſtica bona alienauerint, ipſo facto abſque alia iudicis declaratiõe, ſint beneficiis, & dignitatibus priuati.

Ex quo patet quòd cùm talis expreſsio alicubi ponatur, alibi non; iam, niſi exprimeretur, certè per legem generalem ipſo facto non cenſerentur priuati iuſta eorum poſſeſsione vſque ad ſententiã iudicis declaratiuam: alioqui ſuperfluè talis expreſſio ibi poneretur, ſi ex lege ipſo facto generaliter intelligeretur.

Item in concilio Conſtantien. poſtquàm decretum eſt quòd nullus teneretur vitare generaliter excommunicatos, vel ſuſpenſos, tandem ſubiecit quòd per hoc non intendit in aliquo ipſos criminoſos talibus cenſuris ligatos reuelare &c. Vbi ſignificare videtur quòd, niſi id exprimeret, certè ipſi criminoſi intelligerentur ex conſequenti releuari, & beneficium illius decreti participare. Item ad predicta facit aliquo modo theorica Bartoli. in l. non dubiũ. C. de legi. quòd dum lex aliquid prohibet, ſi vltra procedit dando modum infirmandi, qđ actum eſt, aut quãdo ſuſtinet, et confirmat factũ, non eſt inutile ipſo iure quod factũ eſt. Et ſic videtur in propoſito, vbi lex priuat criminoſum ipſo facto bonis ſuis: & tamen in dic. ca. cùm ſecundũ leges. prohibendo ne fiſcus, aut alius, capiat talia bona ante ſententiã iudicis, iã videtur aliquo modo infirmare predictam priuationem, ſaltẽ quoad bonorum poſſeſsionẽ: ergo nõ eſt inutilis ipſo iure, id eſt non tollitur iuſta poſſeſsio, vt dictum eſt.

Cõfirmatur ſecundò, ſimul & probatur ꝙ ſic debeant intelligi prædictæ leges, vt dictũ eſt, quia in pœnis mitior interpretatio faciẽda, & tenẽda eſt. de re. iur. lib. 6. & c. Fœlicis, de pœnis: idq; eſt verũ tàm in dubio facti, quàm iuris propter eandem rõnẽ: & quia ibi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus ſecundum glo. in c. ſolitæ. de maior. & obedi. ergo ſic mitius eſt intelligenda, & interpretãda prędicta lex pœnalis ipſo facto, vt ait opinio: maxime quia, niſi ſic interpretetur, iam contra naturam, & conditionẽ iuſtæ legis talis lex ipſo facto pœnalis eſſet intolerabilis, nec eſſet accomoda communi hominum fragilitati, vt patet experientia: et quia ꝗ ſciẽter & occultè hæreſim manifeſtã ſine arbitris ore proprio pertinaciter affirmauit ad horã, & ſtatim pœnituit; certè pœnales leges incurrit, vt patet, quia ipſo facto eſt excommunicatus; & eadem ratione alias pœnas ipſius legis incurrit: quod patet ex practica inquiſitorum: quia, ſi de hoc conuincatur in iudicio, eius bona cõfiſcãtur, niſi ob leuitatem hæreſis aliqua ei remittantur, quãuis petens veniã reconcilietur, non relaxetur, & tamen non tenetur ante ſententiã iudicia ſua bona tradere fiſco: quod inde patet: quia ſi ſpõte ſeipſum inquiſitoribus pœnitẽs offerat, non ſolet mulctari omnium bonorum priuatione, neque diffamari, ut hoc ipſum ait etiam Caſtro de punitione hæreticorum lib. 2. cap. 6. ergo nec ipſe ſeipſum ſuis bonis, & eorum poſſeſsione priuare tenebatur. Igitur ſtandum eſt probabilius prædictæ tertiæ opinioni, maximè quia, vt ait Gerſon lect. quarta de vita ſpirituali corolario 11. in omni arte & doctrina eſt valdè perniçioſa aſſertio, audax, & extrema; præſertim vbi obſeruatio communis obnititur & obuiat: & ſæpè per tales aſſertiones publicas nimis duras, ſtrictas, & generales, præcipuè in non certiſsimis, nequaquam homines à luto peccatorum eruuntur, ſed in illud profundius, & deſperatius merguntur. Hæc ibi. Et in 13. corolario ad idem eſt.

Quoad priuationem autẽ officiorum, & ſuſpẽſionem eorum cõſuetudo interpretatur, leges pœnales ipſo facto ſic intelligi debere: quòd ſcilicet officialis, & prælatus, ipſo facto per legem ſuo priuatus, vel ſuſpẽſus, officio, dum toleratur ab eccleſia vſq; ad ſentẽtiã iudicis propter vtilitatem cõem eius geſta, & acta valeant: ipſe verò officium exercens peccat quidem, niſi in caſu neceſsitatis, quando ſcilicet tale eius exercitiũ fuerit neceſſarium, ne eius vel alterius crimen occultũ reueletur, vt ſupra q. 35. precedente de hoc latius dictũ eſt. Nã de tabellionibus, & aliis eiuſmodi officialibus, id ſpecialiter tenet gl. in auct. de tabell. §. pen. Et Panor. in c. cùm nõ ab homine. de iudiciis. & de prelatis id expreſſè dicit Richar. in 4. diſt. 18. art. 7. q. 1. Et Syluester de his latius ti. excõicatio. 3. q. 10. q. 11. & ti. confeſſor. 1. q. 19. confeſſor. 3. in prin. & patet in c. exceptionem. de exceptionib. & ex. conſultationibus. de iure patronatus; licet Panor. in c. veritatis, de dolo & contu. id malè limitet.

Hãc tertiam opin. communem tenent doctores vtriuſque iuris in diuerſis locis. Nam quoad primã eius partem ab omnibus ferè tenetur. Et quoad

ſecun-

ſecundam, in qua eſt difficultas contra ſecundam opinionem ſuprapoſitam, ſpecialiter tenuit eam Bald. lib. de vibus & feu. & cap. primo, de feudo ſine culpa non admittendo: & in l. id quod pauperibus. C. de epiſcopis & clericis. quæſt. 9. & in auct. de fideicommiſsis, & Barto. in l. eius, qui delatorē, ff. de iure fiſci. & Ioann. Andr. cap. primo. de homicid. lib. 6. & Dominicus ibidem. & cap. cum ſecundum leges. de hæret. lib. 6. & communiter doctores ibidem, cùm gloſ. in ca. fraternitas. 12. quęſtio. & ſignanter Guillel. Benedictus. ſuper ca. Raynutius, de teſtamentis. par. 2. nume. 32. Et Hippolytus Marſilius in ſua practica cauſarum criminaliū, in §. aggredior. num. 105. & in rubrica. ff. ad legem Corneliam. de falſis. num. 24. & Alciatus in l. poſteaque. C. de pactis: & in l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus: & Directorium libro tertio titu. nono. Et Simancas in ſuis inſtitutionibus catholicis cap. 9. & plures alij, quos refert fidiſsimus Caſtro, vbi ſupra, quos omnes legere non potui, ſed aliquos eorum reliquos ex eius fide relatione propoſui.

Et de theologis Caieta. ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 62. arti. 3. Et Conradus de contractibus. quęſt. 7. Adrianus in ſexto quolib. art. 1. concl. ſecunda, nec oppoſitū ſenſit de Indis agens in materia de reſtitutione. Et Soto libro primo de iuſtitia & iure quæſt. 6. art. 6. neque ſibi contradicit, vt patebit infra in reſponſione ad quartam rationem contra hanc opinio. Et Victoria in quarta relectione, quę eſt prior de Indis, vel inſulanis, par. prima, in quadam quinta propoſitione de confiſcatione bonorum hæreticorum. Et Couarruuias in regula peccatum, par. ſecunda. §. 8. Et ſum. Roſel. titul. abſolutio. 1. & titu. pœna. Et Sylueſter tit. hæreſis primo. quæſt. 8. titu. pœna. q. 25. titu. Aſſaſinus quæſt. 5. Et ſumma Ange. titu. pœna. §. 3. & titu. hęreticus. §. 5. quamuis ibi ſequens Panor. in c. cùm non ab homine, de iudiciis. & Feli. & quoſdam alios malè limitet hanc communem opinionem, dicens quòd in notoriis priuatur criminoſus iuſta bonorum poſſeſsione, etiam ante iudicis ſententiam declaratiuam: quod non eſt verum, vt patebit infra in reſpon. ad quartam rationem contra opinionem.

Reſpon. ad rationem opinionem. Argumenta contra hanc tertiam opinionem communem ſunt illæ quinque rationes ſupra poſitæ ad probandam ſecundam opinionem, ad quas reſpon. Ad primam negatur minor; quatenus dicit quòd nulla lex tali criminoſo concedit ſuam poſſeſsionem. Nam (vt ſupra probatum eſt) dum cap. cùm ſecundum leges, & alia iura prohibent, ne ante ſententiam iudicis fiſcus, uel alius bona confiſcata apprehendat; iam conſequenter ſi non ex rigore aut ex benigna, conſueta, & rationabili ipſarum legum interpretatione, & intellectu talem ei poſſeſsionem, qualem ante crimen habebant, concedunt, vſque ad ſententiam iudicis declaratiuam.

Ad ſecundam reſpon. negando conſequentiam, *Reſp. ad 2.* & ad eius probationem dico quòd illa ſententia iudicis declaratiua per ſe, aut virtute ſua duntaxat non præcipit, nec obligat ad aliquid de nouo, ſed præſuppoſita lege, & virtute eius, aut potius ipſa lex eſt, quæ per illam ſententiam declaratiuam, & non aliter, nec ante voluit illum criminoſum eſſe omnino in effectu priuatum à iuſta bonorum poſſeſsione. Et ideò negatur quòd ſententia declaratiua iudicis ſolum requiratur, vt declaret crimen, vt aliis innoteſcat: ſed etiam requiritur vt condemnet, vel ponat in actu conditionem, qua mediante, & non aliter lex vult criminoſum etiam in conſcientia eſſe ipſo facto priuatum ſua iuſta bonorum poſſeſsione: quia ſupra probatum eſt quòd non vult lex quòd ſua virtus punitiua ad reum ipſum quoad hoc pertingat, niſi iudicis miniſterio, qui miniſter legis eſt, pœnam legis applicans ad reum, excepto ſi ſpecialiter aliquando lex ipſa pœnam aliquam ipſo facto, etiam ſine iudicis miniſterio velit applicare, vt ſupra dictum eſt.

Ad tertiam rationem, reſpon. negando maiorem, & ad eius probationem negatur conſequentia: quia ex hoc quòd iudex per ſententiam puniēs *Reſp. ad 3.* obligat ſtatim, vel ipſo facto ad pœnam priuationis iuſtæ bonorum poſſeſsionis non ſequitur maior virtus iudicis quàm legis: tùm primò quia lex per ſe obligat tranſgreſſorem eius ſtatim ad culpam: tùm ſecundò quia poteſt, ſi vult etiam ſtatim ipſo facto obligare ad ipſam pœnam, vt iudex ſine vlla ſententia iudicis, vt ſępè dictum eſt. Quòd autem id non generaliter faciat, ideò eſt quia lex rationabiliter id non vult, vt ſupra probatum eſt: ideò ſolum probatur, & cōceditur quòd virtus punitiua legis ipſo facto quoad priuationem iuſtę poſſeſsionis lege ſic diſponente ad reum non pertingit, niſi iudicis miniſterio, qui eſt miniſter legis, vt ſupra, & in reſpon. ad ſecundum dictum eſt.

Si replicetur quòd lex ſtatim obligat trangreſſorem ad culpam: ergo & ad prædictam pœnam. Reſpon. negando conſequentiam: & ratio eſt: quia culpa ex ſua natura incurritur ex obliquitate ad ſuam legem, ex quo eſt difformitas ab ea, vel contra eam: pœna verò non niſi quomodo lex ſtatuit eam tranſgreſſori applicari debere, quod generaliter non uult lex, niſi mediante ſententia iudicis, ut dictum eſt.

Ad quartam reſpon. negando antecedens: im- *Reſp. ad 4.* mò reſtituere tenetur: quia iniuſtè poſsidet quod nō niſi mediante ſententia iudicis ſibi debetur, ut ſupra dictum eſt. Et hoc eſt uerum quantuncunq; crimen & criminoſus notoria ſint & euidētia: quāuis oppoſitum teneat Panor. in c. cū non ab homine. de iudi. & Feli. in c. Rodulphus. cum quibuſdam aliis doctoribus ſecundę opinio. ſuprapoſitæ. Ideò ſum. Angel. titu. hæreticus. §. 5. malè in hoc prædictos doctores ſecutus eſt, vti Simancas, vbi ſupra optimè probat in §. 74. 75. ad quod faciunt ea, quæ

inferius, quæſtio. 37. latiſsimè habentur.

Et ad l. Quod à quoquam, reſpon. quòd loquitur de pœna, quę legitimè iam exacta eſt, qualis nõ eſt in caſu ante ſententiam iudicis declaratiuam. Et ad Innocen. reſpon. quòd loquitur, & intelligitur ſolum de pœna, quæ ad ſui executionem nullam aliam ſententiam etiam declaratiuam requirit ex pacto, ſeu conuentione partium, aut ex diſpoſitione, ſeu lege aliqua id ſpecialiter ſtatuente, vt ſupra in tertio notabili habetur. Et ad Bal. ſimiliter reſpon. quia etiam loquitur de merè executione legitima, qualis in propoſito non eſt: cum neq; fiſcus, neque alius habeat actionem ad prædictorũ bonorum apprehenſionem ante ſententiam iudicis, vt dictum eſt. Neque clariſsimus doctor Medina vbi ſupra oppoſitum dicit, neque ſibi vſquã contradicit. Nam in quæſt. 22. dicit ſolum quòd in pœnis, quæ alicui certæ perſonæ per legem ipſo facto, aut ipſo iure, & ſine iudicis ſententia applicantur, eſt locus compenſationi: quia ſcilicet tunc ante talem ſententiam ille, vt ſibi ſimpliciter debita talia bona iuſtè capere poteſt. In quæſt. autem prima dicit quòd licet criminoſus per legem ipſo facto perdit dominium bonorum, nõ tamen iuſtam eorum poſſeſsionem ante ſentẽtiam iudicis declaratiuam, ſine qua ab eo auferri non poſſunt. Vtique quia non niſi mediante prædicta ſententia leges generaliter fiſco, vel alteri talia bona in effectu, vel executione applicant: neque talia bona alicui abſolutè debentur, niſi poſt iudicis ſententiam declaratiuam, vt ſupra probatum eſt: igitur non ſibi cõtradicit, dùm de diuerſis legum modis diuerſo modo clariſsimus doctor clariſsimè loquitur.

Reſpon. ad quintam. Ad quintam reſpon. quòd, ex quo ille iuſtè talia bona poſsidet vſque ad ſententiam iudicis declaratiuam, nõ habet malam fidem in ſic poſsidendo; ſicque cum tali bona fide iuſtè poſsidendo per legitimum tempus ea præſcribere poſſet. Et ex tũc, & non ante licitè, & iuſtè, titulo præſcriptionis fieret de non domino dominus, id quod regulariter in præſcriptionibus contingit. Immò & ſecundum multos docto: fortè dici poteſt quòd etiam ſi ante tale tempus præſcriptionis ille criminoſus occultè non ſit dominus illorum bonorum: tamen quo iure poteſt ea licitè poſsidere, poteſt etiã titulo oneroſo alienare: cùm non ſit periculum, aut præiudicium tertij: dum ab eo iudicialiter vnquam (vt ſupponitur) auferri non poſſunt: fruſtra enim eſt potẽtia, quæ non eſt reducibilis ad actum.

Argum. 6. Et ſic patet reſponſio ad fundamenta, ſeu rationes ſecundę opinionis. Vltra quas & in ordine ſexto contra prædictam tertiam opinionem communem ſic argui poteſt. Quia idem eſt pœna ipſo facto per legem inflicta, quod ſine alia ſententia iudicis. Quod probatur: tùm primò quia hoc conſtat quoad priuationem dominij bonorum, quam ſtatim ſine alia ſententia criminoſus incurrit: ergo ſimiliter intelligitur quoad priuationem iuſtæ poſſeſsionis, propter eandem rationem, cùm ſit eadẽ lex, & eadem verba, ipſo facto quoad vtrunque in eadem lege: tùm ſecundò, quia aliàs non eſſet differentia inter ſententiam legis latam ipſo facto, & ſententiam legis ferendam. Quæ tamen differentia eſt ſecundum Card. in clem. 1. de pœnis. colum. penul. & Panor. in cap. cùm non ab homine. de iudiciis. colum. penul. & communiter doctores. Et quia in cap. fi. de præſcrip. lib. 6. dicitur quòd quis poteſt eſſe priuatus bonis ſuis per ſententiam iudicis, aut ipſo iure: ergo ſi diuiſio eſt bona, oportet membra diuidentia eſſe oppoſita formaliter ſaltẽ, & diuerſa, & diuiſum de quolibet illorum prædicari, & ita patet intentum.

Reſpon. ad ſextum argumentum negando antecedẽs ſimpliciter, ſed dico quòd ipſo facto ſignificat, & eſt idem, quod ſine alia ſentẽtia iudicis cõdemnatiua pœnæ, ſeu diffinitiua criminoſus tali pœna per legem diffinitiuè condemnatus ſit: cum quo ſtat, quòd ex benignitate legis quoad priuationem iuſtæ poſſeſsionis ſententia iudicis declaratiua, ſeu condemnatiua, non de pœna, ſed de crimine requiratur, vt ſupra probatum eſt. Talis nanq; ſententia iudicis condemnat iudicialiter tranſgreſſorem legis non de pœna, ſed de crimine, dùm iudicialiter declarat illum crimen contra legem cõmiſiſſe, quo facto, & non ante, iam ſine noua expreſsione, aut condemnatione iudicis ad pœnam oritur condemnatio in effectu ad ipſam pœnam legis ipſo facto inflictam. Neque ſufficit declaratio, ſeu notorietas facti, ſed requiritur iudicialis, vt prędicta pœna legis plenè in effectu incurratur, vt dictum eſt. *Reſp. ad.*

Et ad primam probationem antecedentis negatur conſequentia, quia licet lex poſſet, ſi voluiſſet, ipſo facto priuare iuſta poſſeſsione, ſicut & dominio, etiam ante ſententiam iudicis quamcunq; vt illa ratio probat, & ſupradictum eſt; tamen id non facit quoad priuationem iuſtæ poſſeſsionis. Sed vnde hoc conſtat? Certè ex benigna ipſius legis conceſsione, vt ſupra in probationibus huius tertiæ opinio. latius habetur: & quamuis id ex illo verbo ipſo facto nõ eliciatur, ſufficit quòd ex aliis legibus rationabiliter intellectis habeatur.

Ad ſecundam probationem prædicti antecedẽtis reſpon. quòd differentia pœnę legis latæ, & ferendæ ſtat in hoc, quòd lata non requirit aliã ſententiam iudicis pœnæ condemnatiuam, ſeu diffinitiuam, ſed ſolum declaratiuam, vel criminis eſtam condemnatiuam: ferenda autem vtranque requirit ſententiam, vt dictum eſt. Et ad cap. fin. de præſcrip. dico primò quòd differentia vtriuſq; pœnæ ibi ſignatæ eſt, & intelligitur ſic, ſcilicet quòd pœna iuris ipſo facto eſt, quia ius punit: & iudex declarato crimine tenetur exequi, vel infligere: niſi ſit patens cauſa miſericordiæ. Pœna autem iudicis eſt, quam iudex arbitratu ſuo, vel ſuis adhibet mandatis, vel poſt commiſſum delictum reo infligit. Sic reſpondet magiſter Soto vbi ſupra. Sed hæc eius declaratio non ſolũ conuenit pœnę iuris

ipſo

ipſo facto, ſed & pœnæ iuris ferendæ: illud autem cap. loquitur de pœna priuationis ipſo facto. Ideò aliter reſpon. quòd inde ſolum elicitur quòd lex poteſt ipſo facto priuare reum, & priuat illum ſuis bonis quoad iuſtam poſſeſsionem, ſicut & quo ad dominium ſine alia quacunque ſententia iudicis, quando id ſpecialiter explicat: aliàs id non intendit, vt ſupra probatum eſt. Et tunc ſcilicet quando per legem ipſo facto quis incurrit priuationem bonorum quoad dominium tantum, & non quoad poſſeſsionem, eſt differentia à pœna iudicis: quia per legem priuatur ſententia tantum pœnæ condemnatiua, quę non habet effectum, quoad poſſeſsionem, vſque ad ſententiam iudicis declaratiuã. Quando verò per ſententiam tantum iudicis priuatio fit, id fit per ſententiam eius condemnatiuam, ſimul & declaratiuam, criminis, & pœnæ, vt ſupra dictum eſt, vt hoc optimè probat Simancas in ſuis inſtitutionibus catholicis, ca. 9. §. 61. 68. 69. & ſequen. dicens nihil aliud eſſe talia bona ipſo iure eſſe confiſcata, vel fiſco applicata: quàm ius & actionem competere fiſco ad talia bona petenda, & occupanda. Cum quo ſtat quòd non niſi, mediante ſententia iudicis eorum legitimam poſſeſsionem & dominium fiſcus habere, & criminoſus amittere poſsit.

Argum. 7. Septimò arguitur, ſtatim ipſo facto ante ſententiam iudicis incurrit criminoſus pœnam excommunicationis per legem ipſo facto inflictam; ſimiliter & inhabilitationem, & priuationem votorũ, ſeu actuum legitimorum: ergo eadem ratione incurrit priuationem iuſtæ bonorum poſſeſsionis: quod patet etiam in legibus obligantibus ipſo facto, etiam in foro conſcientiæ, ante vllam aliam iudicis ſententiam ad redditionem dupli, aut munerum, aut aliorum, quæ iudices, & officiales iuſtitiæ ceceperunt.

Reſp. 1. Reſpon. primo modo ſecundum magiſtrum Soto vbi ſupra, qui in illo articulo dicit quinque. Primò quòd excommunicatio incurritur quidem ſtatim, vt dicitur in argumento, non autem aliæ pœnæ: ratio diſcriminis eſt, quia eccleſia excommunicando priuat ſolùm communicatione bonorum ſuorum, puta ſuffragiis, & huiuſmodi: non autem priuat bonis ipſius criminoſi iam poſſeſsis ab eo; nec obligat illum vt det aliquid de ſuo: ideò aliundè, quàm ex ipſo facto, excommunicatus priuatur bonis eccleſiæ, quia ſcilicet eccleſiã non vult ei amplius bona ſua dare, ſeu communicare: in aliis autem pœnis criminoſus priuatur bonis ſuis iam poſſeſsis, aut obligatur dare, aut cedere iuri ſuo, quod iam acquiſitum habebat: ideò ante ſententiam iudicis ad id non tenetur.

Secundò dicit quòd leges, ſeu ſtatuta vniuerſitatum priuantia ipſo facto voce, aut actibus legitimis ſubornatores, & alios eiuſmodi tranſgreſſores, non habent effectum, neque valent vſque ad ſententiam iudicis declaratiuam, tùm propter ſupradicta, tùm etiam propter periculum.

Tertiò dicit quòd illę leges ciuiles obligantes, etiam in conſcientia, ad reddendum ipſo facto duplum vel munera, & aliud eiuſmodi, ante ſententiam iudicis, (quales ſunt multæ leges in Hiſpania, quæ ſupra in tertio notabili habentur) dicit inquam quoad id, quod dicunt quòd in conſcientia teneantur, non valent tales leges, quia cùm ſint ciuiles non pertinet ad eas de conſcientia iudicare, cùm id excedat finẽ ſuum, ciuilemq́; poteſtatem.

Quartò dicit quòd ſi iſtæ, vel illæ, leges obligant ſtatim ipſo facto ad aliquid de prędictis, etiam ante ſententiam iudicis, putà ad traditionem dupli, aut munerum, aut ad priuationem votorum, actuũ legitimorum, & huiuſmodi, id prouenit non quidem ex virtute legis pœnalis, ſed ex pacto, ſeu conuentione ſaltem implicita, aut virtuali; quia & ſunt leges conuentionales, in quibus ſuperiores cum tali pacto, aut conditione, & non aliter illis criminoſis talia officia, aut beneficia, & ius ad ea exercenda à principio tradiderunt, & illi ea receperunt. Et talem dicit eſſe legem extrauagan. ambitioſè Pauli. 2. de præben. & alias leges huiuſmodi, vbi ipſo facto criminoſi priuãtur beneficiis &c. Quia ſicut poteſt quis de ſuis bonis ſtatuere cum tali pacto, vt qui fecerit hoc, vel illud, ipſo facto perdat ius collegii, vel beneficii, et ante ſententiam iudicis, & ex conſenſu poteſt quis ad id obligari, ad quod nõ poteſt ex lege, ſic dicit in propoſito fieri, vt dictũ eſt.

Quintò dicit quòd quando lex dicit ipſo facto, intelligitur ex ipſa natura, & genere facti iam prohibiti, & id non quidem abſolutè, ſed ipſo facto, ſcilicet per ſententiam iudicis prædicto. Nam in foro humano idem eſt non eſſe, & non apparere: & quod iudicialiter non conſtat quoad præſentẽ materiam iura cenſent non factum eſſe.

Hæc ille vir egregiè doctus, qui apud me, & omnes rectè ſapientes in magno precio ſemper habitus eſt. At verò cùm homines, & fortè ad ſua quiſque, affecti ſimus, non debui concedere, cui non potui aſſentire. Nam vt per ſingula diſcurramus, primum non videtur ſufficienter dictum: tùm primò quia ſicut ante crimen commiſſum criminoſus habet ius acquiſitum ad iuſtè poſsidendum bona ſua, eiſque vtendum, & ad vota, & actus legitimos, & ad beneficia, ità & iure diuino, & naturali, ad communicandum in bonis omnibus eccleſię ſpiritualibus, & aliis, quibus per excommunicationem priuatur. Et ità ſi ſola ratione agitur, eadem vtrobique videtur. Adde ſecundò quòd per excommunicationem etiam criminoſus priuatur ſæpè ipſo facto fructibus beneficiorum, & fama, quando efficitur infamis; & multis aliis temporalibus, in quibus poſſeſsionem, ius, vel dominium acquiſitum habebat: ſicut hæreticus dominio ſuorum bonorũ priuatur per legẽ ipſo facto, et ſecundum ipſum opinãtem. Tùm demum quia illa differentia pœnarum videtur pœnam excommunicationis latẽter facere pœnam conuentionalem, aut cõditionalem, vt eſt pœna teſtamentaria, vel patrisfamilias dicientis. Qui *Impugnatio reſponſionis prædictæ.*

fecerit hoc non ſit particeps bonorũ meorum: quę tamen valdè differunt, quia hæc pœna conuentionalis locum tantum habet in bonis, quorum dantes domini ſunt, aut vbi quis ius habet ad illa ex ſola voluntate domini ea lege concedentis: & neque fertur auctoritate ſuperioris policiti in ſubditos. Nunc autem fideles vtpote membra ecclesiæ non habent ius ad communicandum in ſpiritualibus, & in communione aliorum fidelium a ſola ecclesiæ voluntate, ſeu inſtitutione, ſed potius à iure diuino: ergo ſi eccleſia nõ dedit primitus illud ius ſub ea conditione, quæ neque eſt abſolutè domina illorum bonorum, ſequitur quòd quando talibus bonis per excommunicationem priuat, non id agit via pœnæ conuentionalis, ſed vt ſuperior in ſubditos auctoritate ferendi huiuſmodi leges pœnales, aliàs eadem ratione omnes leges pœnales iuris canonici, atque ciuilis, dicerentur conuentionales, id planè quod abſurdum eſt.

Secundum ẽt dictum nõ videtur. Nam cùm tales priuationes votorum, & actuum legitimorum, & habilitationum non requirant ad ſui executionem aliquod exterius hominis miniſterium, ſeu actionem, ſed ſolum ceſſationem ab actu: iam ſecundum regulam communem doctorum ſupra in primo notabili præſuppoſitam dicendum eſt quòd incurruntur ipſo facto, etiam ante ſententiam iudicis quancunque: niſi vbi ſpecialiter beneficio lex aliqua ſpecialis aliter exprimat, vel concedat, vt ſupra in tertio notabili dictum eſt.

Tertium dictum minus videtur: nam ſi in conſcientia illę leges poſſunt obligare, & obligantur de facto, tam ad id, quod præcipiunt, quàm ad pœnam ibi inflictam, ut ſupponitur ex communi doctrina, & vera, quam ipſe etiam doctor Soto in eodem lib. 1. ca. q. 6. art. 4. optimè probat: quare non licebit ad ipſum in ipſa lege exprimere, vndecunque & quomodocunque talis obligatio in conſcientia proueniat, & ſi non poſſit exprimere iudicando de quantitate, aut qualitate culpæ mortalis, aut venialis, quę in conſciẽtia incurritur? quod latius probat conſonans expreſsè Couarruuias in relectione ſuper ca. quamuis pactum. de pact. lib. 6. par. 1. §. 3. nu. 8. 9. 10. 11.

Quartum dictum minimè videtur. Nam cùm ibi non ſit conuentio partium, neque ſub tali conditione lex, vel eccleſia tale ius ad ſua bona; vel ad actus legitimos conceſſit: ſed eſt communis omnium obligatio: ideò non videtur lex conuentionalis. Si autem dicatur quòd ex cõſenſu generali, quo populus à principio conſenſit, ſuamque poteſtatem tranſtulit in principem, vel ſuperiorem ad condendum leges, indè dicitur lex cõuentionalis, iam eadem ratione omnis lex diceretur conuentionalis. Conſtat autem etiam ſecundum eundem Soto vbi ſuprà art. 5. quòd lex dicitur, & eſt verè, & propriè pœnalis, quæ à ſuperiore in ſubditos communiter in tranſgreſsionis eius vindictam fertur, quales ſunt omnes leges, de quibus agitur in argumento, qualis eſt etiam extrauagans, ambitioſè: de preben. & aliæ eiuſmodi leges: igitur patet intentum contra ipſum.

Quintum dictum à ſeipſo diſſonat, & à veritate: quia ipſo facto; aut ex ipſa natura facti prohibiti etiam per ſententiam iudicis non prodiit, incurritur ipſa pœna quoad priuationem dominii, vt ipſe etiam Soto cum omnibus confitetur: & ergo ante ſententiam iudicis, etiam quoad priuationem iuſtę poſſeſsionis contra opinantem, & veritatem eadẽ ratione talis pœna incurreretur, quia ſcilicet ibidẽ etiam eſt eadem natura eiuſdem facti per eandem legem prohibiti: rurſus falſum eſt; quoad incurrendam vel nõ incurrendam pœnam legis ipſo facto, iura cenſere factum non eſſe id, quod iudicialiter non conſtat; nam ſi ita eſſet, iam occultus criminoſus, vel hæreticus non incurreret priuationem dominii rerum ſuarum ipſo facto ante iudicis ſententiam, ac ſi crimen non commiſiſſet. Igitur ſolum quoad forum iudicialem, ſeu quoad ſententiam, ſeu pœnam iudicis, etiam ſecundum leges ipſo facto iudicantis incurrendam iura idem cenſent nõ eſſe, & non apparere. Igitur ipſo facto eſt idem, quod ipſo iure & ſignificat id, quod ſupra in reſpõ. ad ſextum argumentum in fine ſecundum Simancam, declaratum eſt.

Vnde ſupra dictus doctor Soto videtur hęc omnia ędificaſſe ſuper illo ſuo falſo fundamento, quòd ſemper, vt pœna legis ipſo facto inflicta incurratur, requiritur quòd reus iudicialiter prius audiatur, & conuincatur, vel crimen confiteatur: cùm tamen id ſolum de pœna, aut de ſententia iudicis habeat veritatem, vt ſupra in reſpon. ad ſecundum argumentum, contra ſecundam opinionẽ latius probatum eſt. Igitur fundamento ruente & reliqua ibi ſuperædificata corruere neceſſium eſt.

Ideò ad ſeptimum argum. alio modo reſpon. cõformiter ad ſupradicta negando conſequentiam: quia legea generaliter ex benignitate ſic diſponere; & intelligi voluerunt, quòd ſcilicet priuatio iuſtę poſſeſsionis, ad cuius reprehenſionem requiritur aliquod hominis exterius miniſteriũ; ſeu actio aliqua, non incurratur vſq; ad ſententiam iudicis, vt ſupra probatum eſt. Priuationes autem aliæ, puta dominii, actuum legitimorum, habilitationis, & huiuſmodi, nõ requirentes prędictum hominis miniſterium, vel actionem, qualis etiam excommunicatio eſt, vtique ante ſententiam iudicis ipſo facto incurruntur. Et ad probationem conſequentię, vbi dicitur quòd per leges ipſo facto tenetur quis reſtituere pœnã dupli, vel quadrupli, & munera contra legem accepta, & exceſſum precii per pragmaticam taxati, & eiuſmodi, reſpon. Ad pœnam dupli, vel quadrupli reus non tenetur vſque ad ſententiã iudicis, vt ſupra ſecundum hanc tertiam opin. cõem probatum eſt. Ad reſtitutionem autem munerum, vel exceſſus precii taxati; tenetur ſtatim ante iudicis ſententiam: quia receptio munerum fuit humana lege prohibita: exceſſus etiam *Reſpon. 1. ad 7. argu.*

precii

precii lege naturali contra iuſtitiam recipi non potuit; ideò vtrunque vtpote alienum, cuius etiam dominium lege prohibente transferri non potuit, vtique neque retineri poteſt.

Replica. Si tandem replicetur quòd aliquæ leges in caſibus ibi expreſsè obligant ipſo facto ad pœnarum ibi contentarum executionem, etiam ſi ad id requiratur aliquod hominis exterini miniſterium, etiã ſi ibidem non ſpecialiter exprimatur quòd ante iudicis ſententiam incurrantur, vt patet in cap. accepiſti. de ſpon. duorum, & ca. quicunque. 6. q. 1. & c. vt menſuræ, de empt. & vendi. & ca. tranſmiſſæ. de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. & cap. quicunque. de hæreti. lib. 6. Vbi ipſo facto etiam ante ſententiam iudicis propter illa crimina tenentur criminoſi ad ieiunia, & alia, quæ ibi taxantur: ergo ſimiliter tenetur ad omnes alias pœnas, etiam ad traditionem bonorum, quæ in legibus quibuſcunque in ſuis caſibus continentur; quia non eſt maior ratio de his, quàm de illis, cùm in qualibet lege ſuus caſus particularis contineatur; & ẽt generaliter lex ipſo facto ſimiliter obligat.

Reſp. 1. Reſpon. dupliciter: Vno modo negando antecedens; quia illi canones pœnitentiales iam non obligant in conſcientia, ſed omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ. Sed quia non omnes illi canones ſunt pœnitentiales ad luenda peccata in foro conſcientiæ; & dato quòd eſſent, & adhuc non valerent; tamen eccleſia illos ſtatuere poſſet ipſo facto; ideò alio modo, & melius Reſpon. negando conſequentiam quicquid ſit de antecedente; & ratio eſt, quia licet eccleſia poſsit, etiam præcipiendo, ſtatuere, ſicut & de facto ibi, vel alibi, illas, vel alias pœnas ſtatuit ipſo facto ad ſatisfactionem pro peccatis; ità, quòd ſi tales pœnæ non impleantur, peccetur contra tale præceptum, vel non fiat remiſsio pœnarum Deo debitarum, vel non debeat tali criminoſo abſolutionis beneficium præſtari. At verò in pœnam criminis in foro humano luendam noluit nos eccleſia, neque leges ciuiles, ex ſua benignitate obligare, niſi quomodo ſæpè dictum eſt. Quòd ſi aliter voluiſſent, vtique potuiſſent; ſed & id ſpeciatim expreſsiſſent. Et de his hactenus.

Reſp. 2. Tandem videtur quòd Prima opinio probabilis valdè ſit & forſan vera, quia per eandem rationem probatur quòd criminoſus ante iudicia cõdemnationem non eſt priuatus dominio, ſicut neque iuſta bonorum poſſeſsione; & melius ad omnia argumenta poteſt reſponderi, ſicut reſponſum eſt, & Simancas, vbi ſupra, pleniſsimè reſpondet.

QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA.

Vtrum iudici liceat, & teneatur iudicare ſecundum allegata, & probata, condemnando probatum reum, quem ipſe aliàs priuatim certum nouit innocentem.

Reſp. Respon. hic ſunt quædam certa; quædam autem dubia, de quibus ſunt opiniones. Nam certum eſt ſecundum oẽs quòd quando iudici cõſtat de innocentia eius, qui falsò accuſatur, iudicialiterque ad pœnam, vel ad notabilem iacturam premitur; debet iudex pro eius innocentia tuenda, & pro iniuſtitia, ſeu grauamine cauendo, ſuo ſe ingenio, & prudentia iuuare in examinãdis teſtibus, & inſtrumentis, viaſque inueſtigare, quibus veritas innoteſcat: idque fieri poteſt inſtantius accuſatores, & teſtes interrogando de tempore, loco, & forma, ſeu modo, ſicut Daniel. 13. c. fecit vt Suſannæ innocentiam propalaret. Quin & ſecundò ait Caieta. vbi ſupra quòd iudex debet tunc maximè quando criminaliter agitur ad mortem innocentis, coram populo iurare illum eſſe innocentẽ, puta quia ipſum eadem hora alio loco vidit, & huiuſmodi. Ad quod facit ca. Deus omnipotens. 2. q. 1. vbi dicitur quòd iudex diligenter, & omninò faciat quòd falſitas detegatur. Et in ca. iudicantem. 30. q. vlt. habetur quòd tandiu actio ventiletur, quouſque ad rei veritatẽ perueniatur: frequenter etiam interrogare oportet, ne aliquid fortè prætermiſſum remaneat, quod annecti conueniat. hæc ibi. Neque vlla tunc teſtibus iniuria per iudicem irrogatur: immò cùm ipſi ſint iniurii, eorum iniuria refellitur; & quamuis fortè id bona fide facerent, nulla eis fit iniuria, dum miſeri innocentia protegit. Inſuper & tertiò, ait Soto de iuſtitia & iure li. 5. q. 4. art. 2. cum multis aliis doctoribus, quòd ſi iudex cerneret profuturum, deberet tunc ad tempus exuere perſonam iudicis, & coram ſuperiore perſonam agere teſtis poſt reuelatam illi veritatem. Quin etiam quartò ſecundum Alexand. Ales. ſi citra ſcandalum, optimaque diſsimulatione id fieri poſſet, liceret ei carceres dimittere apertos ad fugam. Addo & ego quòd etiam id iudex facere deberet, vbi diffugium aliud non pateret, neq; via ad innocentem à morte, aut mutilatione liberandum, neque ex hoc iudici, vel alii aliquod diſpendium immineret, nec ſcandalum. Quia ſi tenetur eum liberare, quantum commodè poteſt, poteſt autem prætermiſſo ordine iudiciario prædicto modo eum liberare, maximè ſi ſupremus iudex eſt. Nam in multis caſibus is ordo poteſt omitti ex cauſa rationabili, vt ait Nauarro in ſumm. cap. 28. nume. 10. & Soto de iuſtitia & iure lib. 5. q. 1. & q. 3. art. 3. in Reſpon. ad Primum argumentum vt etiam habetur infra fo. 208. 219. igitur ad id tunc tenetur maximè iudex ſupremus. in quo & concordat Alexan. de Aliſ. 3. par. q. 40. mẽbro. 6. art. 2. vbi etiam ait quòd optima cautela in huiuſmodi eſt, antequam perueniatur ad vlteriora, vel ex officio repellere accuſationẽ, vel ita præueniendo operari, ne procedatur in cauſa: id quod iudex multipliciter ex officio facere poteſt. Hæc itaque certa ſunt, neque in quæſtionem vertũtur. Immò & Alex. vbi ſupra, & Cynus, & Barto. l. 1. C. ut quæ deſunt à duo. Et Albericus. §. ueritas. Et Felinus. in ca. paſtoralis. de offi. delega. Et Caietan. ubi ſupra & alii dicunt quòd ſupremus iudex poteſt

teſt illum innocentem extra iudicium abſoluere; ſi ei de eius innocentia conſtat.

At verò vbi hęc non ſufficerent ad liberandum innocentem, Vtrum iudex, aut etiam miniſter executor teneatur innocentem ad ſuperiorem remittere, aut dimittere officium potius, quàm ipſum ſecundum probata condemnare dubium eſt: ſicut & ipſum quod principaliter quæritur. Nam ſecundũ diuerſas opiniones variè dicendum eſt.

Opinio 1. Igitur ad punctum quęſtionis deſcendendo, ipſamque ad extremum articulum ſtringendo, vbi ſcilicet nulls de quatuor certis remedijs ſupradictis ſufficeret ad liberandum innocentem à morte, vel graui corporali mutilatione, vtrum iudex poſsit, & debeat tunc innocentem certò ſibi cognitum, probatum tamen nocentem cōdemnare, eſt triplex opinio. Nam ſi non eſt certus de eius innocentia non eſt dubium; nam ſecundum omnes tenetur illum ſecundum probata cōdemnare. Prima tenet indiſtinctè quòd non, nec in caſu ciuili, nec criminali. Fundamēta huius opi. ſũt ea, quę infra in tertia opinione pro ſecunda eius parte habentur. Quam opi. tenent Hugo. ſuper. l. prætor. ff. de iuriſdi. om. iudi. & Calderi. & Panor. in c. paſtoralis. de offi. delega. & Nico. Lyr. exo. 23. & latius eam defenſat ſumm. Angel. titu. iudicare. §. 7. & Frater Barnabas de roſaltibus, in tract. de varietate opinionum fo. 95. cum quibuſdam alijs. Sed neque doctores huius opi. in omnibus cōueniunt: nam aliqui eorum vt Panor. vbi ſupra, & Hoſtien. tenent quòd talem innocentem cognitum, neque poteſt iudicialiter licitè condemnare, neque abſoluere: quia ſic peruerteretur ordo iuris in reipu. damnum, & perturbationem: ſed debet eum remittere ad ſuperiorem, aut ab actu iudicii ceſſare. Sed ſi cogitur illum iudicialiter condemnare, vel abſoluere tàm iudex, quàm ſuperior eius, quid facturus ſit iſti nō dicunt: ideò Calderi. & alii de hac opi. ad quos accedere videtur ſumm. Angel. dicũt quòd tunc aut tenetur cedere officio; aut illum de facto, non autē iudicialiter, abſoluere, ſed carcerē illi ad fugam aperiendo, aut aliàs quomodo melius id facere potuerit de facto liberando: & nullo modo debet eum condemnare, & ſi quid detrimenti in perſona temporalibus, aut officii priuatione inde paſſus fuerit, propter iuſtitiam, beatus erit.

Opinio. 2. Secunda opinio eſt omninò in oppoſitum, tenens quòd in caſu prædicto, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus poteſt, immò & tenetur iudex illũ innocentem certò ſibi cognitum, ſed probatum nocentem, iudicialiter condemnare. Quæ opinio ſepempliciter probatur.

1. Ratio Primò quia iudex, vtpote perſona publica, curā reipub. habens, in iudicando non poteſt, niſi aucto ritate, vel poteſtate publica, quam habet occidere quēquàm, etiā nocentē: ad id aũt requiritur cognitio iuris & facti publica: nā ad iudicē duo requirũtur, alterũ quid reus fecit, alterum quid iuris; ergo vtraq; ſcientia debet iudex vti publica, ſ. & non priuata, ſicut & auctoritate. Nempe vt ſicut in cognitione iuris non debet ſuam opinionem ſequi, licet eam reputet veriſsimam, ſed auſcultare debet leges: quia ipſe non eſt legum iudex, ſed cuſtos; non enim ad ipſum attinet iudicare, an lex bona ſit, ſed quid iubeat: neque audiendi ſunt litigantes probare volentes legem eſſe iniuſtam: quia nemo eſt iudex illius, niſi fortè intolerabilē, & manifeſtiſsimā iniquitatem præ ſe ferat: Ita neque in cognitione facti ſuam priuatam ſententiam ſequi poteſt; ſed ſtare tenetur publicæ fidei, ſiue cognitioni: hæc autem cognitio via ordinaria à teſtimonijs habetur, quam leges probant: ergo ſecundum hæc iudex tenetur probatum nocentem, etiam ſi ipſe priuatim ſciat eſſe innocentem, condemnare. Et hoc inquit Caiet. vbi infra eſſe verum: quicquid inde eueniat: quia ex officio publico iudex ad eius curam, & eius proſecutionem magis tenetur, quàm ad curam vitæ cuiuſcunque alterius, etiam innocentis, quatenus iudex eſt. Sicut ſe ab iniuſto inuaſore defendens, nō tenetur ommittere neceſſaria ſuæ defenſioni, ex hoc quòd iudex videt ex ſua defenſione ſequi mortem alterius, etiam impœnitentis; quia illi magis incumbit cura ſui, quàm proximi cuius mortis iſte ſe defendens, & ſuum ius proſequens, per accidens, & non ex intētione, cauſa eſt; Itá & iudex ſuum ius, & officium, vti tenetur, proſequendo, & id intendens, non niſi cauſa per accidens eſt mortis innocentis: neque ideò eſt, aut propriè dicitur homicida, niſi materialiter, ſicut occidens inuaſorem; quia ſecundum ca. cùm voluntate. de ſen. excomm. maleficia ex voluntate & propoſito diſtinguuntur.

Et confirmatur; quia ille forus eſt exterior, & publicus, & ſecundum exteriora procedens, quicquid ſit in occulto, de quo ad Deum, non ad homines, nec ad iudicium publicum, ſpectat: quia homines iudicant de his, quæ foris patent, Deus autem intuetur cor. primo Reg. 16. Igitur cùm exteriora motiua, & probationes ſunt ſufficientia, ſecurè, immò & debitè, ſcundum ea iudicatur.

Secundò probatur opinio; quia iudex, etiam ſupremus, quantumlibet euidenter nouerit eſſe reū, quem in vinculis tenet, neque legitimè probatur nocens, immò fortè etiam innocens probatur, certè non poteſt illum per ſuam particularem cognitionem condemnare, vt expreſsè habetur. 6. q. 2. cap. ſi tantum. cap. placuit. & 2. q. 1. cap. Deus omnipotens: in quo omnes doctores cōſentiunt: quia & forus exterior iudicialis ad crimina occulta, & nondum probata, non extenditur: Occulta autem iure illa cenſentur in tali foro, quæ ſecundum regulas iuris legitimè non conſtant: Scientia autem iudicis non reputatur iure, ac regulariter ſufficiēs teſtimonium, vt habetur in ca. ſi ſacerdos. de offi. ordi. ideò & iura iuſtè, & benignè id volunt, quòdque non, niſi ſeruato ordine iuris, etiam contra nocentes procedatur; quòd & nemo publicet, neque 2. Ratio.

puniat

puniat peccatum alterius, quod probari nõ poteſt: neque iudicet, niſi ex fide eorum, quæ probabuntur. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſidis. & ff. de furi. iuncta gloſſa. l. eadem ratione; ergo neq; per ſuam priuatam ſcientiam poteſt probatum reum abſoluere, ſed illum debet perpetuis etiam vinculis ſeruare. Nunc autem vincula perpetua morti æquiparantur. Igitur poteſt, & debet, illum ſecundum probata condemnare. Neque hinc ſequitur Pilatum iuſtè Chriſtum Dominum ſecundum allegata morti damnaſſe: nam cõſtabat ipſi, & omnibus, de falſitate teſtium, & probationum: quia vt patet ex Euangelio, conuenientia teſtimonia nõ erant, quod & ipſe Pilatus ſępè confeſſus eſt dicẽs; Ego non inuenio in eo cauſam &c. ſed metu inductus illum morti iniuſtè damnauit.

3. Ratio. Tertiò probatur opinio: quia niſi probatus nocens licitè occideretur à iudice, certè ſequerentur multa incommoda reipub. primò ſcandalum eius; dùm omnes viderent probatum nocentem abſolui, & iniuſtitiam fieri: ſecundò quia ſic daretur anſa iudicibus prauis liberandi quos vellẽt criminoſos, timore, amore, affinitate, vel precio, & eiuſmodi, dicẽdo ſe oppoſitum ſcire eius, quod illi teſtes teſtificãtur: et ità crimina manerẽt impunita, in reipub. perniciem. nec iudicum malitiæ prouiſum eſſet: igitur propter hæc, & alia mala communia vitanda, & ad reipub. vtilitatem; & pacem, eſt neceſſarium ſemper ſecundum allegata iudicare: & minus malum eligere pro vitando maiori ſupradicto reipub. malo, etiam innocentem probatum nocentem cõdemnando.

4. Ratio. Quartò probatur opinio ex fine auctoritatis publicæ, quia ſicut licitum eſt membrum, etiã ſanũ; percutere, & tollere, vbi opus eſſet, pro totius corporis ſalute, quia natura rectè ad id inclinat, ità ergo eadem ratione pro ſaluando communi bono reipub. cuius ipſe eſt pars, naturali, & diuino, iure licet occidere innocentem probatum nocentem, hoc autem bonum commune eſt, vt ſaluetur rectus ordo iudicii, communiter inſtitutus ſecundum regulas naturalis iuris gentium ad pacificam ripub. vitam, & ad alios fines in tertia ratione ſupra explicatos.

Quod confirmatur, id ſcilicet eſſe neceſſarium, maximè vbi de re atroci ageretur, puta de vrbis proditione, aut de hæreſi Chriſtianæ reipub. valdè nociua, vel de alio eiuſmodi crimine. Exempli gratia. Si certum eſſet duorum alterum, videlicet Petrum, aut Paulum, hæreſim ſeminaſſe: lateret tamen vter eorum id feciſſet: & Petrus verus reus ſacramentaliter in aurem iudicis hæreticæ prauitatis confiteretur, & poſteà Paulus verè innocens deferretur per legitimos, ſed falſos, teſtes de illo crimine conuictus, cuius certè innocentia eidẽ inquiſitori, etiam euidenter aliàs priuatò conſtaret, tunc vtique vltra ſcandalum populi inquiſitor ille perplexus in culpa maneret, niſi probatum nocentem Paulum condemnaret; nam ſi illum condemnare non poſſet, iàm ſecretum confeſſionis Petri reuelaret, dùm indè compertum eius crimen fieret.

5. Ratio. Quintò probatur opinio, quia quando quis clãdeſtinè cum vna verè contraxit, ſi poſtea iudicialiter probetur quòd in faciè Eccleſiæ cum alia ſecunda contraxit: certè iudex, & Eccleſia, licitè iudicat, & pręcipit, cogitque, etiam ſub excommunicatione, illum matrimonialiter manere cum ſecunda probata ſua; quamuis euidenter iudex ſciat non eſſe ſuam. Et ità debet iudicare; quamuis in priuato id conſulere non poſſit, vt habetur in ca. 13. qui, & ca. tua, de ſponſali. & quamuis ille potius teneatur ſtare cum prima, & excõmunicationem humiliter pati, quàm ſecundam illam non ſuã carnaliter cognoſcere, vt habetur in ca. inquiſitioni, de ſen. excom. in quo omnes doctores conueniunt, ergo ſimiliter iudex debet innocentem probatum nocentem condemnare, vel iudicare. Conſequentia probatur: tùm primò, quia in caſu antecedentis iudex per ſuam ſententiam, & cenſuram, quæ grauius punit, quàm mors corporalis, ità videtur eſſe cauſa, ſcilicet per accidens fornicationis illius cũ ſecunda, cũ qua præcipit ſtare, ſicut eſt cauſa mortis innocẽtis, probati innocẽtis, quem morti dãnat: tũ et ſecũdò, quia mors iſtius innocẽtis, ęquè aut magis, quàm fornicatio alterius in reipub. bonum, & pacem, cedit, aut cedere poteſt.

6. Ratio. Sextò probatur opinio, quia hæc opinio videtur fundari in illa lege diuina Matth. 18. & ſecunda Corinth. 13. In ore duorum, vel trium, ſtabit omne verbum: Et deut. 17. In ore duorum, vel trium, peribit omnis, qui interficietur: & ſubditur quòd iudices ſequantur in iudicio veritatem, ſcilicet nõ quam ipſi priuatò ſciunt, ſed quam, ab ore teſtium venantur: alioqui fruſtrà pręmiſiſſet quòd in ore duorum, vel trium, ſi non, niſi ſecundum veritatẽ, quam iudices priuatò ſciunt, iudicare deberent. Item in ratione naturali ſecũdum quam dictũ, vel teſtimonium vnius iudicis in foro iudiciali nõ debet prævalere pluriũ teſtimonio, ergo iudex innocentem per legitimos, & ſufficientes teſtes probatum nocentem condemnare tenetur.

7. Ratio. Septimò probat opinio, quia iudex non põt niſi ſecundum iura, formamque iudicii iudicare, & pręcipuè ſecundum regulas iuriſgentium, vel naturalis, vt de hoc latius Syluester titu. iudex. 1. q. 5. & alii ſummiſtæ, excepto caſu, quo bonum publicũ ex obſeruato ordine iuris periclitaretur, vt ait Nauarro in ſum. cap. 25. nu. 20. Præcipua autem regula, iuriſgentium, vel naturalis, eſt non ferre ſententiam iudicialem, niſi ſecundum allegata, & probata, vt patet ſecunda. q. 1. ca. primo ſemper, vbi dicitur. Primum probate, de indè charitatiuam ſententiam proferte. Et quod tibi non vis &c. Item. tertia. q. 7. ca. iudicet ex Ambro. ſuper pſal. 118. ſermo. 20. Et 11. q. 3. ca. ſummoperè, & ff. de offi. pręſid. l. illicitas. §. veritas, vbi iubetur præſes id ſequi, quod conuenit cum ſequi ex fide eorum, quæ probabuntur. Et ad idem eſt ca. paſtoralis, de offi.

de

de lega.& ca.ſi tantum, & cap. placuit.6.q.2. de quibus etiam videatur Syluester, & alii ſumniſtæ titu.probatio titu. teſtis,& alibi.

Neque valet euaſio dicentium prædicta iura nihil aliud diffinire, quàm quòd iudex debet ſecundum leges,& iura, ius dicere,ità quòd ſeruet ordinem iuris, ſcilicet in procedendo, examinando, & non ſine probatione legitima ſentētiam ferendo: non autem quòd ſemper ſecundū allegata, & probata, iudicet, maximè quando id aliàs eſſet contra ius fortius naturale, innocentem cognitum probatum nocentem,condēnando. Neque enim vt aiūt, indè iniuria oriri debet, vnde iura naſcuntur. Hæc inquam euaſio non valet. Nam idem eſt iudicare ſecundum iura,& ſecundum allegata, & probata, quia leges, & iura, ſunt de vniuerſalibus: & ſententia debet eſſe de hoc ſingulari facto; tanquam de concluſione illata ab vniuerſalibus iuribus, & legibus. Nunc autem ad concluſionem ſingularium, quæ per ſententiam ex legibus infertur, non deſcēditur,niſi per particulares, vel ſingulares propoſitiones de illo facto ſingulari: quæ non niſi per allegata,& probata,conſtant ſecundum prędicta omnia iura; ergo iudicando ſecundum probata certè per ſe, ſecundum leges, & iura, iudicatur. Iura.n. & leges ſicut,& alia moralia ordinant,& iudicant, de his,quæ per ſe,vel de his, quæ regulariter,vel vt plurimum quamuis per accidens contingunt. Vnde & ea, quæ rarò per accidens eueniunt, non effugiunt, neque diſſoluunt, generalem legis diſpoſitionem.

Et confirmatur ſecundum Syluestrinam tit. iudex.2.q.5.quia in dubiis,& opinatis, ſubditus tenetur ſuperiori obedire. Sed in caſu quæſtionis, eſt dubium,& opinatum an hęc, vel illa opinio,ſit contra ius diuinum, & naturale,ergo ſupradictis legibus Eccleſiaſtico præcipientibus quòd ſecundum allegata, & probata iudicetur,ſtādum eſt, id quod hæc tenet opinio. Hanc opi.expreſſè tenet,B.Th. 2.2.q.67.art.2.&.q.64. art.3.ad tertium,& ibi Caieta. & Alexan. de Ales. tertia par.q.40.mēbro.6. art.2. Et.q.34. membro.1. art.4. Et Richar. in.4. diſtin.18.art.3.q.2. ad primum, & Henri. Gandē. in.3.quodlib.q.25.& Altiſiodoren.3. par. ſum. in quibus ſit obediendum.Et Palud. & Pe.de Tarantaſia, & Abulen. exo. 23.q.6. & maioris in.3.diſtin.33.q.4.Et Barthol.in.l.illicitas.ff.de offi.præſid. & Ioan.And.in ſuis nouellis, titu. de allega.& Cardin. & glo.in ca.1. de offi. ordi. & Syluestrina vbi ſupra. Et Soto de iuſtitia,& iure lib.5.q.4.art. 2.& Couarruuias ī ſuis reſolutionibus lib. 1. ca.1. Et tandem doctores vtriuſq; iuris communiter eā tenent; quamuis Adrianus vbi infra dicat tertiam opinionem ſequentem, quam ipſe tenet,communem eſſe.

Ex hac opi.ſequuntur tria corollaria. Primum

Corol. 1. quòd licet iudex in ſupradicto articulo conſtitutus,poſsit hanc cauſam,ſicut & quamlibet aliā ſuperiori remittere,vt, B. Tho.2.2.q.64. artic.6. ad tertium admonet: non tamen tenetur ad id ſtando in hac ſecunda opi. vt Soto vbi ſupra contra Syluestrinam, & alios probare conatur: tùm quia iſte iudex inferior legitimam habet auctoritatem terminandi cauſam ſecūdum allegata: tùm etiā, quia remedium hoc eſſet inane; nam cùm ſuperior neſciat illius rei innocentiam,non poſſet ob teſtimonium iudicis inferioris illum abſoluere: ſed deberet ſecundum probata iudicare; quamuis plura poſſet adhibere remedia, illique ad mortem damnato vitam concedere aliquādo: vnde perindè eſſet ſuperiori remittere, aut ſupplicio, & morti offerre. Quare ſi non liceret eum occidere, ergo neque tradere ſuperiori: ſed eum liberare deberet. ſic tenet Soto. Sed certè in caſu, quo per hāc remiſsionem ad ſuperiorē probabile eſſet innocentem quomodocunque à morte liberandū eſſe, ego non video quare iudex inferior id facere non teneatur ſecundum ea, quæ in principio huius quæſtionis, vt pote certiſsima ſtatuta ſunt: neque tunc iudex habet legitimam auctoritatem in conſcientia terminandi cauſam hanc ſecundum allegata; dùm facilè patet via ad liberandum cognitum innocentem: immò; etiam ſi ſibi de eius liberatione non conſtaret; ſatius eſſet ſecundum Tho. vbi ſupra ſi cum ſpe liberationis illius, per hanc viam remiſsionis euadens, ipſe periculum reiiciat in aliū: neque hoc eſt illum morti tradere: dum non mortem eius, ſed ſeipſum immunem ab eius occiſione cum ſpe liberationis eius ſimul, & pro illo ſaluando pro viribus agere intendit. Quare ſi commodè poteſt, & hac ſola via innocentem à morte liberandum ſperat, & aliud remedium non patet, vtiq; tenetur potius remittere ad ſuperiorem, quàm illum innocentem condemnare. Sic tenet expreſsè Inno. cum multis aliis, quos refert Panor. in ca. paſtoralis. de offi. delega. & Syluester vbi ſupra, idq; ſtando in prædicta ſecunda opi. Et ad id magis declinat Alex. vbi ſupra.q.40.& B. Tho.2.2.q.64. arti. 6. &.3. dicens quod iudex debet diligenter teſtes examinare, vt liberet innocentem: quòd ſi non poteſt, debet ſuperiori relinquere iudicandum. Hæc ille vbi in vtroq; caſu vniuocè loquitur de debito præcepti. Nam conſtat in primo caſu examinationis teſtium id debere iudicem facere de pręcepto, ergo & in ſecundo, ad ſuperiorem remittendo. Corol. 2.

Secundò Corollariè ſequitur quòd in dicto caſu, ſtante opinione præfata, dùm nulla via de ſupradictis patet ad liberandum innocentem, non tenetur iudex cedere officio, neque bonorum ſuorū notabile diſpendium pati potius, quàm illum ſecūdum allegata condemnare: ſed illum condemnare poteſt, & debet. Neque enim quiſquā tenetur tàm ingenti ſuo incommodo damnum, quod ipſe non dedit, in fratre cauere. Quod patet dupliciter. Primò, quia quilibet poteſt licitè vti iure ſuo, & illud exequi, id principaliter, & directè intendens, etiam ſi per accidens, vel indirectè mors alterius inde ſequatur; & maximè, quando aliàs te-

netur

netur vti iure ſuo, vel officio, & nō poſſet illud exe qui ſine prædicto damno tertii per accidens occurrente. Nunc autem iudex parte, vel populo inſtante, tenetur vti ſuo officio iudicis: & id principaliter intendit, vt ſupponitur: ergo quamuis contingat eſſe cognitum innocentem, quod per accidens eſt, poteſt illum probatum nocentem damnare: & non tenetur propter id ſuo cedere officio. Et hoc maximè verum eſt, quādo poteſt aliter cō modè illum innocentem liberare, vt dictum eſt. Sic conſequenter ad prædictam ſecundam opi. tenet Soto vbi ſupra cum Caieta. ſecunda ſecundæ. q. 67. art. 2. cum plurimis etiam doctoribus ſuis cō tra Syluestrum vbi ſupra, & quoſdam alios paucos eiuſdem opinionis. Secundò probatur hoc corolarium; quia ſi iudex in dicto caſu teneretur cedere officio, eſſet in notabile reipub. detrimentum: quia & eadem ratione princeps ad id teneretur. Sed tertia opinio ſequens non probat hoc corolariū, ad cuius rationes inferius reſpondet.

Tertio corolariè ſequitur quoad miniſtrum, vel executorem præfatæ ſententiæ ſtando in hac ſecunda opini. quòd ſi certò ſcit illū eſſe innocentem condemnatum, ſi commodè poteſt abſolutionem ab illius ſententiæ uel præcepti executione obtinere, vtiq; tenetur tunc ab ea recedere, vt ſupra in primo corolario contra Soto dictum eſt: quòd ſi commode non poteſt, tunc certè formata bona conſcientia quòd id licitè facit, poteſt, & debet, ad iudicis præceptum eam exequi, & obédire: neq; tenetur ſuo cedere officio, ſicut nec iudex, vt in ſecundo corolario dictum eſt: niſi manifeſtè vel notoriè de tali iniuſta ſententia conſtaret. Facit cap. paſtoralis. de offi. delegati: etiam in hoc Syluestrina vbi ſupra q. 6. & Doctores de ſupradicta opinione concordant.

Argumenta contra hanc opinionem ſunt fundamenta tertiæ opinionis ſequentis: vbi & rationes ſuprapoſitæ in hac ſecunda opinione, & alia hinc inde ſoluuntur.

Tertia. Opinio media eſt, quòd in ciuilibus ſecunda, in criminalibus autem, id eſt, in cauſa mortis, vel mutilationis membrorum prima opinio ſu prædicta veritatem habet. Quam opi. tenet Rodulphus, & Imola. in l. à diuo Piu. ff. de re. iur. & Angel. & gloſ. Raymun. & ſupplementum. & ſum. Roſ. titu. iudex. 1. §. 18. & tandem Adria. in libr. 6. quodlib. art. 3. & in 2. quodlibeto arti. 3. in fine cū multis modernis. Nam Calderi. & Panor. potius ſenſerunt cum prima opi. precedente.

Hæc itaque tertia opinio ſic diſtinguens probatur quo ad primam eius partem, in qua concordat cum ſecunda opinio per rationes aliquas ibi adductas, & præcipuè, quia in ciuilibus, puta cùm de rebus temporalibus agitur, vtique reſpub. & quilibet pro maiori damno litium vitando, & communi bono pacis promouendo, poteſt licitè renunciare iuri ſuo, & rebus ipſis temporalibus; & ſtatuta ſuper hoc omnibus communia facere; & ſimiliter ius tribuere legiſlatori, principi, & iudici, vt ſic iudex ſecundum prædicta reipub. ſtatuta. Sed hoc iam reſpub. & quilibet fecit de facto, quando omne ſuum imperium, & poteſtatem, ad ipſius gubernationem conceſſit in principem. ff. de conſtitu. principum. & l. de quibus. ff. de legibus: ergo nulla iniuſtitia fit alicui de populo, ſi aliquando ſic contra eum in rebus temporalibus ſecundum allegata, & probata, & ſecundum leges, & iura humana iudicetur; quia conſentienti, vel conſentire debenti, per ſe, vel per alium (vt quilibet de populo in communi populi conſenſu ſupra dicto conſenſit) non ſit iniuria: et Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, de re. iur. neque prędicta iura in ſola præſumptione, ſed in prædicto vero conſenſu populi, & cuiuſlibet de populo, vt probatum eſt fundatur. Et hæc ratio procedit ſuppoſito, vt ſecunda etiam concedit opinio, quòd iudicare ſecundum allegata, & probata, non eſt de iure naturali, immutabili, aut indiſpenſabili in caſu, & ex cauſa; vt ſuperius in principio huius quæſtionis habetur, & latius infra patebit.

Secunda pars quòd ſcilicet in criminalibus prima opinio ſit vera, in qua eſt tota difficultas, in qua & hæc opinio, tanquam minus probabilis vilipenditur à magiſtro Soto vbi ſupra, quòd tamen probabilis ſit ſexdecim rōnibus probatur; ſuppoſito & hic, ſicut & in titulo huius quæſtionis præfertur, vt tempus, & verba redimamus, & ſuperfluas diſtinctiones, de innocente verò, veritate, & cognitione priuata vel facti, & publica vel iuris, ſiue præſumpta excludamus; ſemper loquimur de iudice ſcienter occidente innocentem, verum, cognitum, veritate, & cognitione priuata, vel facti, & cognitione publica, ſiuè pręſumptá, vel iuris nocens probatus ſit. 2. Pars probatur.

Primò probatur, quia etiam auctoritate publica ſcienter occidere innocentem non probatū nocentem eſt intrinſecè malum, ergo & ipſum probatum nocentem ſcienter occidere ſimiliter intrinſecè malum eſt. Antecedens probatur quòd ſcilicet illud eſt intrinſecè malum, id eſt itá neceſſariò immutabiliter, vel indiſpenſabiliter malū, & lege diuina, & naturali prohibitum, quod ſtante materia prohibitionis ipſius certè per hominem ex nulla cauſa, aut fine, nulla etiam circunſtantia, aut caſu quocunque à ſua malitia poteſt ſeparari; ſicut mœchari, furari, peierare, & mentiri, quæ nunquam ab homine rectè fieri poſſunt, ex ſecundo ethi. & ſecundum communiter doctores in tertio diſtinct. 37. & Soto de iuſtitia, & iure libro. 5. q. 1. art. 2. & 7. idque ſtante lege: quicquid ſit de potētia Dei abſoluta, de qua variè ibidem opinantur. Nam etiam ſi non probetur innocens, dùm non probatur nocens, præſumitur ſicut & verè eſt innocens, & in reipub. bonum, & dignus premio, nō pœna apud Deum, & homines. Et itá licet ad condemnandum iudicialiter aliquē opus ſit quòd probetur nocens, & illa pœna dignus; nullo tamen in 1. Ratio.

re,

re, aut nulla rõne probatio aliqua requiritur ſuę innocentiæ, dùm non accuſatur, nec vituperatur, ad hoc quòd non puniatur, ſed merè priuatiuè agatur cum illo. Et talis eſt prohibitio de non occidẽdo innocentem, quæ merè priuatiuè ſe habẽdo poteſt impleri, & ità patet illud antecedens. Conſequentia autem probatur quòd ſcilicet qua ratione illud, eadem & hoc intrinſecè malum eſt.

Quæro enim quare illa occiſio innocentis non probati nocentis ità mala eſt, & iure naturale prohibita? Nã aut hoc eſt primò, quia ille verè innocens eſt: aut ſecundò quia non eſt probatus nocens ita quòd ibi Non occides, ſolum prohibetur occiſio cuiuſcunque hominis etiam nocentis, ſi non probatur nocens: aut tertiò quia innocens ſimul, & non probatus, nocens eſt: aut tandem quartò quia vita innocentis reipub. bonũ eſt, quem ideò ratio naturalis iubet non occidi. Quodcunque horum dicatur; habetur intentum, & probatio conſequentiæ.

Si enim detur primum, ſicut verè dicendũ eſt, vt proximè latius probabitur, ergo etiam ſi probetur nocens, ipſius innocentis occiſio ſciẽter facta adhuc manet intrinſecè mala: quia manet adhuc; & eſt idem innocens, modò probetur nocens, modò non. Probatio namq; quòd ſit, vel non ſit nocens; vel innocens, quantuncunq; extrinſecus in æſtimatione hoĩum culpam, vel innocentiã ponat, vel tollat, non tamen in rei veritate; quia propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil mutatur in re. Et ità ſemper manet in veritate vera illius innocẽtia, quæ ex hypotheſi eſt propria, & potiſsima ratio formalis obiectiua quòd eius occiſio intrinſecè mala, & prohibita ſit, quantumcunque ille probetur nocens.

Si detur ſecundum, contra probatur, quòd dari non poſsit, quia talis occiſio potius eſt illicita ex defectu ordinis iuris, quàm de ſe, vel ex obiecto; & ex conſequenti eſt iudiciale prohibitum; Deut. 17. In ore duorum, vel trium &c. ſi exponatur negatiuè, vt infra in reſponſione ad. 6. rationem ſecũdæ opi. habetur, vel ſaltem eſt de iure gentium potius, quàm de iure naturali, ſtricto, & immutabili prohibitum, & intrinſecè malum ex ipſo obiecto: quod indè conſtat, quia princeps ſupremus licitè poteſt occidi iubere ſecretò, aut ſine tali ordine iuris, peſtilentiſsimum hominem ſibi cognitum, & aliquibus aliis; quando commodè ſine magno reipub. detrimento probatio legitima teſtium, aut ordo iudiciarius haberi, aut expectari non poſſet, vt ait Nauarro in ſum. ca. 25. nu. 10. Quod tamen facere non poſſet, ſi talis occiſio ex defectu ordinis iuris intrinſecè mala in decalogo prohibita eſſet. De quo latius infra in ſecunda probatione principali habetur.

Neque tertium poteſt dari: tùm primò quia ſi illa duo ſimul requiruntur, quòd ſcilicet homo ſit innocens, & quòd non probetur nocẽs, vt eius occiſio intrinſecè mala ſit; non inde ſequitur quòd ſi alterutrum deficiat, puta ſi innocens probatur nocens, talis occiſio licita ſit: ſed quòd non ſit intrinſecè mala. Cum quo ſtat quòd ex alia parte etiam iure diuino, & naturali, mala, & prohibita ſit, quia ſcilicet circa materiam indebitam, vel obiectum diſconueniens, puta circa innocentem nõ dignum pœna ſcienter fit, vel exercetur: quòd ſi mala, & nõ videtur quo alio iure prohibeatur, niſi illo decalogi Non occides, ergo talis occiſio innocentis, etiã probati nocentis, ſcienter facta à quocunq; eſt mala, ſicut & nondum probati nocentis, & eodem iure prohibita eſt, modò maiorem, modò minorem malitiam hæc, quàm illa contineat ex hac, vel ex alia parte, modò non: tùm ſecundò quia ſi illo modo gloſſatur, vel intelligitur illud Nõ occides, ſcilicet hominem aliquem, vel nocentem, vel innocentem, non probatum nocentem, etiam auctoritate publica, ita quòd à contrario ſenſu nõ erit ibi prohibitum, vel illicitum illum occidere, ſi probatur nocens: ergo eodem modo omnia alia præcepta decalogi gloſſarentur; puta Nõ fornicaberis, ideſt non accedas ad non tuam, non probatã alienam, ita quòd non erit intrinſecè malum, nec ibi prohibitum ſcienter cognoſcere non ſuam, ſi non probatur aliena, ſed ſua. Sed ſic hoc intelligere eſt erroneum, vt conſtat ex ca. inquiſitioni, de ſenten. excom. & alibi, de ſponſali. ergo, & eo modo intelligere illud de non occidendo innocentẽ, dùm probatur nocens.

Neque quartum poteſt dari: quamuis, ſecunda opinio, & Soto vbi ſupra, dicat id eſſe dandum: dicit enim, quòd illud pręceptum iuris naturalis, atque diuini, Non occides, quamuis abſolutè ponatur, tamen intelligitur, quòd ibi ſolum prohibetur cuiuſlibet hominis occiſio iure naturæ indebita, vel iniuſta ſecundũ Tho. ſecunda ſecundæ. q. 100. art. 3. ideò ibi non comprehenditur, nec intelligitur prohibita occiſio hominis abſolutè: quia non prohibetur, quãdo recta ratio naturalis dictat illũ eſſe occidendum, puta quãdo id neceſſariũ eſt pro ſui ipſius, vel reipub. defenſione, aut ſalute: ſicut membrum putridum, aut etiam ſanum pro totius corporis ſalute, vel defenſione, recta ratio, & inclinatio naturalis exponit. Et ità ibi non prohibetur illud homicidium; quod genere ſuo ità malum eſt, quod tamen ex cauſa bonum eſſe, & bene fieri poteſt. Ità etiam fit quòd abſolutè hominem occidere non eſt eo modo intrinſecè, & neceſſariò malũ, vt fornicari, & mentiri, & peierare; quia videlicet non eſt ita generaliter malum, vt ex aliqua cauſa non poſsit fieri bonum, vt dictum eſt. Sed quando eſt contra naturam, aut quando iure naturæ talis occiſio hominis indebita, & iniuſta eſt; tunc tantũ intrinſecè mala, & propriè, & formaliter homicidium in decalogo, & iure naturali prohibitum eſt, fit ex ſupradictis quòd innocentem nõ probatum nocentem nulla eſt cauſa, aut ratio ipſum occidendi, ex quo non in damnum, ſed potius in bonum reipub. eius vita eſt: & ita ipſum occidere intrin-

ſecè

ſecè malum eſt. Hęc ille. Sed vtrum ſit idem iudicium de innocente probato nocente dicit illa ſecunda opinio quòd non: immò eo ipſo, quo probatur nocens, importatur iuſta cauſa expediēs ad bonum reipub. eiusque ſalutem, & pacem, vt iudicialiter condemnetur: ideò, vt eius damnum vitetur, eſt iuſta cauſa, & ratio naturalis dictat illum eſſe ſecundum allegata condemnandum.

Sed certè contra hoc arguitur probando conſequentiam ſupradictam, ꝙ ſcilicet idē eſt de vtroq; innocente iudicium. Quia modò probetur nocēs, modò non, certè ipſius veri innocentis vita non in damnum, ſed potius in bonum, & vtilitatem reipub. eſt, quantum eſt de ſe, etiam ſecundum Thomam ſecunda ſecundæ. q. 64. arti. 6. quod ex eius vita damnum reipub. ſequitur, id certè nō niſi ex culpa teſtium, & hmōi aliorum, idq; per accidēs prouenit, neque enim mors innocentis de ſe & ſimpliciter in reipub. bonum cedit: ergo nō eſt iuſta cauſa illum innocentem probatum, ſicut & nō probatum nocentem iudicialiter occidendi, nec id vlla recta ratio dictat, neque propter hanc cauſam vitandi diſpendiū reipub. occiſio illius ſcienter facta rectificari poteſt, vt de hoc latius etiam infra in ſequentibus probationibus, & in reſponſione ad. 3. & 4. rationem ſecundæ opi. præcedentis habetur, & ergo tàm probati, quàm nō probati nocentis illius innocentis occiſio eodē modo intrinſecè mala, & eodem iure prohibita eſt.

Confirmatur idem, quia dùm in rei veritate manet materia prohibita per decalogi præcepta, non deſinit eſſe prohibita propter extrinſecas circunſtantias, vel conditiones aduenientes. Vt ſi aliquid eſt verè alienum, & eius acceptio inuito domino, vel furtum, vel fornicatio, aut mendacium, & huiuſmodi, certè non deſinit eſſe tale, atq; eadem lege prohibitum propter dicta, vel teſtimonia aliorum in oppoſitum, puta dicētium quòd illa res, vel mulier non eſt aliena, nec fornicatio, nec furtum; cùm ego certò ſciam non eſſe meū, ſed ibi eſſe furtum, & fornicationem, quia propter noſtrū affirmare, vel negare nihil mutatur in re. Sed ante probationem teſtium iudex ſcit, vt ſupponitur, hunc eſſe verè innocentem, & eius occiſio, vt conſtat ex prima probatione, eſt intrinſecè mala, ſiuè prohibita illo præcepto decalogi Non occides, ergo & poſt teſtium probationem, quantūcunque probetur nocens. Et hæc conſequentia eò magis liquet, quò ſecundum Auguſt. homicidium eſt grauius furto, & adulterio: dùm, vt homicidium caueatur, licitè ipſum permittitur furtum, adulteriū, & hæc omnia æquè ſubiiciuntur iudicialibus, & probationibus, & vel in bonum, vel in damnum reipubli. & priuatorum hominum iudicialiter ventilantur.

Secundò probatur opinio, quia ad iuſtam ſententiam condemnatiuam alicuius ad mortem tria ſimul requiruntur, ſcilicet crimen, quod reordinetur per pœnam, quæ ex ſua natura non niſi culpæ debetur: ſecundò lex, quę id ſtatuat, ſiuè decernat, ſimul & auctoritas iudicis ad exequendam legem: tertiò ſufficiens probatio teſtiū quòd tale crimen ab iſto cōmiſſum contra legē, & dignum pœna ſit. ità quòd, ſi aliquid horū deſit, iniuſta ſentētia eſt. Quorum duo priora ſunt magis de eſſentia iuſtæ condēnationis, & tertiū tanquā conditio requiſita ad iuſtā legis executionē, & manifeſtationem iuſtę ſententiæ eſt, & ad ordinem iuris ſpectat: ſed in caſu quæſtionis pręſentis deficit primum, ſcilicet crimen, ex quo verè innocens eſt, ergo quantumcunque alia adſint, & probetur nocens, iniuſta ſententia eſt.

Probatur maior, ſimul & conſequentia, quòd requiritur illud primum, & non ſufficit quòd probetur innocens. Nam quæro quo iure innocēs cognitus, ſed probatus nocens, morte plectendus eſt? Non diuino, nec naturali, ſtricto, & immutabili, vt conſtat: tùm primo, quia id non dabitur, vt patebit infra in reſponſione ad rationes ſecundæ, opi. præcedentis: tùm ſecūdò, quia ſi ita eſſet princeps ſupremus, aliter facere non poſſet, cùm tamen aliter facere poſſit, vt ſecunda etiam cōcedit opinio, vti ſuperius in principio quæſtionis habetur: tùm, tertiò, quia, ſi ita eſſet, cur non liceret iudici intendere id facere per ſe ex intenſione, vt poteſt intendere, occidere nocentem, ſi id licet ex iure naturali, atque diuino? Nunc autem cùm oppoſitum opinantes, quamuis malè concedant id iudici ſolum de per accidens velle, & facere licere, ergo ſimpliciter, & per ſe illicitum eſt: tùm deniq; quartò, quia ſi illud eſſet ex vero dictamine prædicti iuris naturalis; certè inter fideles non eſſet tanta diuerſitas opinionum.

Nec poteſt dici quòd id eſt de iure gētili, quod aliàs dicitur conſonum iuri naturali, aut iure humano inſtitutum, & fundatum in illa ratione, vel dictamine naturali, quo videlicet pro bono publico promouendo, & eius maiori malo vitando, ſicut poteſt concedere alias leges iuſtas, etiam in damnum hominum priuatorum, ità & hanc de occidendo innocentem probatum nocentem. Quòd hoc dici non poteſt probatur, quia licet reſpub. id poſſit ſtatuere in rebus temporalibus, non tamen in vita hominis, quia non eſt domina vitæ, & mortis, nec habet ius in eis, vt habetur ad Galat. 4. Si poſſetis, ſcilicet de iure vel licitè, oculos veſtros eruiſſetis, & ff. liber homo ad legem aquiliam, vt certè habet in temporalibus ciuium ſuorum, vt ſine culpa ex dicta cauſa iubeat, aut ſtatuat ſcienter occidi innocentem probatum nocentem: nec ratio vlla naturalis hoc ei cōcedit, ſed potius negat, vt ſupra probatum eſt, & dicunt Auguſt. ſuper Ioſue ſeptimo, & ad Aurelium Epiſcopum, & Alexandrum de Alis. tertia parte quæſtio. 41. membro quarto articulo primo vti infra, quæſt. 38. in reſponſione ad quartum argumentum latius habetur. Et hoc idem probatur per plures alias rationes ſequentes.

3.Ratio. Item tertiò probatur opinio, quia non requiritur probatio, niſi propter verum crimen oſtendendum, ergo à fortiori requiritur ipſum verũ crimen ineſſe, vt iuſta ſit condemnatio; quia propter vnumquodq; tale & ipſum magis. Sed ante ipſam probationem non erat crimen, vt ſupponitur, ergo neque per ipſam probationem, neque per legẽ, neque per iudicium, nec aliàs efficitur, neque verè, ſed fictè oſtenditur crimen, quod non eſt. Antecedens autem, & conſequentia indè patet, quia ſi nullum crimen eſſet futurum, nullam opus eſſet inſtituere legem punitiuam, neque probationem, & ſi crimen ſit ſponte confeſſum, aut omnibus manifeſtum, nulla probatio neceſſaria eſt. Et ita magis requiritur, & præſupponitur verũ crimen, quã eius probatio ad iuſtam ipſius condemnationem, ſicut & conſenſus per verba manifeſtatus ad verũ matrimonium magis requiſitus eſt: alioqui, ſi ſola probatio criminis requiſita eſſet, & ſufficeret; certè idẽ propter idẽ, videlicet probatio propter probationem criminis neceſſaria eſſet: quo quid magis nugatorium, & circulatorum ludo ſimilius eſſe, & legibus, & legiſlatoribus ipſis, aſcribi põt?

4.Ratio. Quartò principaliter probatur opinio, quia ad iuſtam condemnationem nõ ſufficit quòd quis ſit nocens in dicto, ideſt quòd ideò iudex illũ puniat, quia teſtes dicunt illum eſſe nocentem. Nam audientes illum morti dãnatum ſtatim quærunt quare? & non ſatis fit eis ſi dicatur, quia teſtes ſic dicũt illum eſſe nocentem: nam verum, & falſum dicere poſſunt. Sed, quia iſti teſtes ſic dicunt, creditur, quòd in re ita nocens eſt, & quòd ideò iuſtè damnatus. Si enim nõ crederent illum eſſe nocentem, ſed ſcirẽt quòd falsò probatus eſt nocens, quòdq; iudex id etiam ſcit, quamuis falſitatem teſtiũ probare non poſsint, certè iniuſtam ſententiam mortis innocentis falsò probati nocentis omnes inclamarent. Neque enim lex de occidendo homicidã lata eſt, vt impleantur dicta teſtium, vt patet, quia ſi de eorum conſtat falſitate, ipſi repelluntur, & puniuntur, ſed vt puniatur verus homicida: teſtes autem inducuntur, vt conſtet de veritate, ne vnus pro alio puniatur. Sed ſi lex eſſet de puniendo innocente, ſi probatur nocens, iam præcipuè eſſet, vt impleantur dicta, & voluntates hominum, & teſtium, contra veritatem Dei: igitur intentum.

5.Ratio. Item quintò probatur opinio, quia ſi nullo exiſtente, neque futuro homicidio ex Dei reuelatione, in hoc regno à rege feratur lex, quòd probatus homicida, etiam ſi non eſſet in rei veritate homicida, moriatur, illa lex eſſet iniqua, & ſcandaloſa, quia non in bonum, ſed in malum reipub. cedit, & quia daret anſam perdendi quotidiè innocentes, licet prætenderet iudicum fidelitatem: & quia non eſt, vt ſupponitur, præcipua cauſa prærequiſita, vt lex iuſtè feratur, ſcilicet crimen dignum punitione; nam ante quamcunque legis pœnalis inſtitutionem, & ordinationem de teſtibus adducendis, procedit hoc dictamen naturale, quòd ſcilicet malum reipub. pernicioſum puniendum eſt, & quia punire illud eſt iuſtum, ideò lex de ea punitione ſtatuenda eſt, & ut fideliter fiat, teſtes ſuper hoc ſunt adducendi: igitur, ubi nullũ tale crimen eſt, neque timetur, deficit iam cauſa præcipua illius legis, & ita iudicat, aut punit, ſine cauſa ſufficiente per mediũ, per accidens, deficiente fine, & ſubiecto punitionis, in præiudiciũ innocentũ. Nunc aũt idem contingit, dùm ſecundũ allegata, & probata, innocens ſcienter morti damnatur, igitur iniuſta lex, & ſententia iſta eſt.

Item ſextò, & redit in idem, quia iudex, & iuſta lex, intendit punire malefactorem, & eius trãſgreſſorẽ, de quo per teſtes, & probationes inquiritur, qui ét fuit cauſa talis legis inſtituendæ de eo malefactore puniendo: hic autẽ nõ eſt, qui aut quatenus probatus, ſed qui & quatenus uerè malefactor eſt, ut conſtat ex ſupradictis, & quia aliàs eſſet nugatio, ſuperius reprobata, ergo nõ niſi uerũ nocentẽ, quãuis nõ niſi media probatione iudex de ſe iuſtè legi cõſormans, ſciẽter probatum nocentẽ punire poteſt. Et ità uera pœna, nõ niſi uerè nocenti, per legẽ intenditur. Alioqui perindè eſſet per talẽ legẽ, quę ipſum innocentẽ nõ reſpicit illum damnare, ac ſi per nullã legem, uel ſine lege, iniuſtè cõdemnaretur. Quod indè ét patet, quia ſi ante probationẽ teſtium nõ erat lex condẽnans innocẽtem, ergo nec poſt, quia probatio nõ edidit talem legem, neque fecit illum eſſe uerè nocentẽ, & ſi eorum falſitas depræhenderetur, certè per leges innocens abſolueretur. 6.Ratio.

Item ſeptimò probatur opinio tertia, quia in cõdemnatione iuſta ad mortẽ non minus requiritur crimen, quã lex, & auctoritas publica; immò magis requiritur crimen: tùm quia lex fit propter obuiandum, & puniendum illud; quòd, ſi nullum futurũ eſſet, nulla tali lege punitiua opus eſſet: tùm etiam, quia ſi nõ eſſet lex, utique aliquis maleficus inauditus, & inſolitus, poſſet auctoritate publica morte puniri. Nunc autẽ ſi uerum crimen nõ requiritur, ſed probatum ſufficit ad iuſtè mortis punitionem ſcienter infligendum, ergo eadẽ ratione ſufficit non uera, ſed probata tantum lex, & auctoritas publica: etiã ſi iudex certò ſciat oppoſitum, ſcilicet nullã eſſe legẽ de tali crimine tali pœna puniendo, & ſe non eſſe legitimum iudicẽ, nec auctoritatem ad id habere: hoc autẽ nemo cõcedit, igitur nec antecedens pro minori, quæ eſt opinio ſecunda ſuprapoſita, undè id ſequitur, cõcedẽdũ eſt. 7.Ratio.

Item octauò probatur opinio, quia ſi licitè iudicatur ſecundum probata, ergo iudex non tenetur conari repellere teſtes, quos ſcit eſſe falſos: ex quo per oppoſitum opinantem licitè agit ſecundum legem ſic iudicando: & illi teſtes ad perfectum iudicium ſecundum legem ſunt requiſiti, dùm alii non reperiuntur: tenetur autem ſecundũ oẽs, quantũ cõmodè põt, illos refellere: & non niſi, quia tale iudicium ſecundũ illorũ probationes iniuſtum eſt, igitur intentum. Item poſſet

etiam

etiam tàm ipſe, quàm alii ſcientes illum eſſe innocentem, etiã ipſi teſtes eadẽ ratione, & cauſa, qua & alii, in illius ſecundũ leges has de iudicando ſecundum probata iuſta condemnatione cõplacere; ſicut & de alterius nocentis iuſta condemnatione id fieri poſſet: ſed id concedere de aliis id ſcientibus abſurdum eſt, ergo & de ipſo iudice ſciente, & iudicante à fortiori videtur denegandum; quãuis alii credant eſſe nocentem: tùm quia illorũ error, vel ignorantia, non mutat materiam, neque iuſtificat occiſionem iudicis ſcienter operantis: nam idem obiectum, eadẽ cauſa, & ratio, vtrobiq; apparet, & ergo talis occiſio de ſe, & materialiter, mala eſt, quia circa materiã indebitam, ſcilicet circa innocentem exercetur, modò ſcienter, modò ignoranter fiat: quàmuis inculpabiliter ignorans, ſicut & Iacob Lyam ignorans cognoſcendo, à culpa excuſetur. Ignorantia namq; non tollit, neque ponit materiam ipſam, neq; malitiam intrinſecam eius, quamuis ſecundum multos doctores bonitatẽ moralem actus per accidens faciat, vt de hoc alibi lib. 2. in tractatu de ignorantia, quæſt. 23. latius: & à culpa ipſum tantum ignorantem, & non alios, excuſat.

Ra. 9. Item nonò probatur opinio, quia ſi dicatur q̃ iſtam legem, & condemnationem innocentis probati nocentis non facit ſola probatio, ſed ſimul etiam finis vtilitatis reipub. quia, ſcilicet aliàs ſequeretur multa mala, niſi ſic iudicaretur, contra hoc ſic arguitur. Primò quia ex circunſtantia finis electio, vel occiſio innocentis intrinſecè mala rectificari non poteſt, vt ſupra in prima probatione latius. Neque enim ſunt facienda mala, vt veniant bona Rom. 3. Alioqui eadem ratione licitum eſſet reipub. ſtatuere quòd ſingulis annis vna innocens virgo exponatur fornicationi, aut morti, vt reſpub. à tyrãno id petẽte liberetur: & multa alia inconuenientia ſequerentur, quæ inferius in. 13. probatione principali latius exponũtur. Item ſi nõ eſſet de ſe mala, ſed indifferens talis occiſio innocentis ſimpliciter, & ex appoſitione circunſtantiæ prædicti finis ad bonum reipub. poſſet iuſtificari, ſi probatur nocens; iam ſequeretur quòd non ſolũ per accidens, vt oppoſita dicit opinio, ſed etiã ex intentione, & electione ſcienter poſſet fieri licitè, & in ea, vt in re licita, complacere, & directè eligi poſſet ad dictum finẽ, id quod ipſa opinio negat, niſi fortè intelligat quòd fit per accidens, ideſt, q̃ non finaliter intenditur occiſio, ſed reipub. bonũ, & officii publici proſecutio. Sed hoc nihil valet, quia ſimiliter liceret fornicari, & ad minas Tyranni, nocentem, etiam probatum innocentem, pro bono publico, & malo vitando occidere. Tertiò patet idem, quia ex fine ſumenda eſt neceſſitas mediorum ad finem, ſecundo Phyſic. & ex Ber. quæ pro charitate; adde & tu ſimiliter, quæ pro iuſtitia inſtituta ſunt, nõ debent cõtra eam militare. Et ità, quando mediũ ordinatum ad aliquẽ finẽ ducit ad contrariũ ipſius finis, repellendũ eſt, vt etiam patet in medicinis ad ſanitatẽ ordinatis, quæ ſi in aliquo caſu potius inducant infirmitatẽ, fatuus eſſet medicus illas proſequens, et ſecundũ regulas generales medicinæ. Nunc aũt probationes teſtium ſunt media ordinata ad finẽ veritatis, aut veri criminoſi cognoſcendi, ne in iudicando aberretur, verũ innocentem pro nocente condẽnando: vt ſic lex iuſta punitiua nocentũ debitè exequatur: & vt ſic de iuſta nocentis à parte rei conſtet condẽnatione, ergo quando conſtiterit talia media probationũ ducere ad contrarium veritatis, & iuſtitiæ, vt in caſu præſenti, iudex ſecundum legem debet ea repellere: neque ſecundum ea poteſt licitè iudicare innocentẽ probatum nocentem ſcienter condemnando. Et potius tenetur cedere officio, ſi aliter tale iudicium omninò effugere non poteſt, ſicut ad id teneretur, ne fornicationem committeret. Sed de hoc etiam latius in reſponſione ad. 3. & . 4. rationem ſecundæ opi. inferius habetur. Et per hæc excluditur euaſio dicentium quòd finis iudicii publici eſt veritas publica, vt probatus nocens damnetur: quòdq́ue de priuata cognitione, & veritate rei non eſt ſuum iudicare. Nam contra hoc ſequeretur quòd iudex ſciens ueritatem non teneretur conari repellere teſtes falſos &c. uti ſuperius habetur. Et ità patet nullam eſſe legem dictantem ſecundum allegata damnandũ eſſe morti innocentẽ cognitum, ſed probatum nocentem: quòdq; ſi talis vlla lex humana, vel de iure gentium, eſt, id generaliter dictans, eſt interpretãda, & limitanda ſecundum ius diuinum, & naturale fortius, dùm ſcilicet nihil aliud certius ipſi iudici de veritate, vel innocentia conſtat, vt de hoc etiam infra in reſponſione ad. 6. & . 7. rationem ſecundæ opinionis plenius diſſeritur.

Decimò principaliter probatur opinio, quia præſumptio cedere debet veritati, vt ait gloſſa in ca. veritate, diſtin. 8. & habetur in ca. nuper de Bigamis, exceptis quibuſdam caſibus ſecundum glo. ibidẽ. Ratio. 10.
Nunc autem veritas publica, taliſq; cognitio ſecũdum allegata, & probata, eſt tantum ueritas præſumpta, quia ſolũ in foro humano, & in opinione hominum habetur pro ueritate, cùm res aliter ſit, ergo debet cedere ueritati, quã iudex priuatò nouit: & ex conſequenti contra eam non eſt innocẽs condemnandus ſecundum ueritatem publicã, ſiue præſumptam, ex probationibus.

Si ad hoc dicatur, primò quod illa maior eſt uera ſolũ, quando in ſuo foro ueritatis, qui eſt forus Euaſio. 1
conſcientiæ, & ſecundũ Deũ homo iudicaret; non autem quãdo iudicatur in foro præſumptionis, qui iudicialis eſt: tunc enim ueritas cedere debet præſumptioni, maximè quãdo eſt præſumptio iuris & de iure, uidelicet quãdo ius regulariter aliquid in tali facto præſumit, & ſuper eo ſic præſumpto aliquid ſtatuit, ſiue decernit, puta quòd talis contractus ſit uſurarius illicitus cauendus, vel inualidus, & huiuſmodi, vt etiã habetur. l. ſiue poſſidetis. C. de probatio.

Replica.

Contra hanc euaſionem replicatur, quia quando vterq; forus, ideſt veritatis, & præſumptionis concurrit, & alter ad alterum militat, ſemper forus veritatis debet præualere;& ſecundum veritatem agendum eſt;& ei cedere debet præſumptio, ſicut & forus eius: Nunc autem in caſu præſenti forus veritatis, ſiuè conſcientiæ, & ſecundum Deũ militat contra forum præſumptionis humanum ſecundũ allegata, vt conſtat, quia hic quæritur quid in caſu præſenti ſecundum Deum, & conſcientiã iudex agere debet, vt corã Deo ſit immunis à culpa; & non quæritur quid ſecũdum leges humanas, vt apud homines inculpatus habeatur: ergo debet præualere forus veritatis, & conſcientiæ, & veritas ipſa contra prẹſumptionem,& forum eiuſdem, quicunque ille ſit. Conſequentia patet cum minore, & maior probatur;quia ſicut lex naturalis,atq; diuina præualent humanæ; ità & forus veritatis,& ipſa veritas,quæ ſunt ſecundum legem diuinam,& naturalem præualent prẹſumptioni, & eius foro, quæ ſunt ſecundum leges humanas. Quod etiã inde amplius patet; quia eatenus præſumptio ſuſtinetur etiam in ſuo foro præſumptionis iudiciali, quatenus præſumitur pro veritate; & nõ amplius, adeò quòd quando conſtat de veritate, non valet, ceſſatque ipſa præſumptio: immò & ſententia lata ſecundum præſumptionem ſuſtinetur per leges ſola præſumptione iuſtitiæ.l. Iulianus.ff. de condi. indebi. Ideò quando conſtat de veritate, tunc vel reuocatur,vel rectificatur per eũ, qui id facere poteſt quia & ſic leges humanæ diſponunt, vt patet in ca. per tuas, qui filii ſint legiti. & de purga. vulga. ca. ſignificantibus, & de frigi. & malefi. ca. fraternitatis; & de ſen. & re. iudi. ca. cùm inter. & de ſolu. ca. 1. & ibi doctores, &. 35. q. 9. cap. 1. & ca. loci noſtri: & ibi gloſſa. &. C. quomodo & quando. l. ſi præſes, &. l. ſi vt proponis, & l. illicitus. §. veritas, de offi. prẹſidis, de quo etiam late Panor. ca. 1. de conceſſione præben. & ca. quia plerique, de immun. Eccleſiæ, & Inno. ibidem, de quo etiam poteſt breuiter videri Sylueſtrina titu. ſententia quæſt. 4. §. 5. & q. 11. & titu. alienatio. 1. q. 5. §. 3. §. 4. & q. 13. Item licet præſumptio iuris,& de iure, præualeat veritati: id tamen ſolum eſt verum in his, ſcilicet temporalibus, quæ iuri ſubſunt humano, qualis non eſt vita, vel mors, aut mutilatio innocentis, vti ſuperius in ſecunda probatione dictum eſt. Sed neq; in caſu quæſtionis eſt talis prẹſumptio iuris, & de iure, niſi ſola præſumptio facti ſecundum teſtium probationes; quod indè patet; quia ſi conſtaret de falſitate teſtium, & de veritate innocentiæ, vtiq; ſententia,& ius ipſum, omninò ceſſaret: non autem ceſſaret, ſi præſumptio iuris, & de iure eſſet. Si quis ad hanc replicam negando minorem dicat ꝙ hic non militat forus veritatis, vel conſcientiæ cõtra forũ præſumptionis, ex quo in foro conſcientiæ,& veritatis,& ſecundũ Deũ licitum eſt iudici innocentẽ probatũ nocentẽ condẽnare, contra hoc replicatur, quia in foro veritatis ille eſt verè innocens,& abſoluendus: in foro autẽ iudiciali,& prẹſumptionis, eſt nocens atq; damnandus: ergo militat inuicẽ vterq; forus; & ex conſequenti forus veritatis, & veritas eius debet prẹualere, vt ſupra probatum eſt.

Euaſio.

Si quis ſecundò euadendo dicat quòd hic eſt veritas practica, quæ ſufficit ad rectum iudiciũ, quãuis veritas ſpeculatiua non ſit.

Replica.

Contra hoc replicatur, quia non alia de cauſa dicitur veritas practica: niſi quia verum eſt ꝙ innocens cognitus licitè condemnatur, aut ꝙ condemnandus eſt probatus nocẽs: ſed hoc eſt petere principium, quod impugnamus. Item ſupradicta probatio procedit de veritate formaliter ſpeculatiua, ſcilicet in rei ueritate eſt innocens: quòdq; ideò contra talem ueritatem cognitam non debet præualere ueritas præſumpta, ſcilicet iſte eſt nocens præſumptus, neq; forus eius, ut probatum eſt. Et cõfirmatur, quia iudex debet ſecundum Deum, & legem eius, & ueritatem, & conſcientiam iudicare, diuinoq; iudicio tenetur ſe conformare. Sed ſecũdum hæc omnia cognitus innocens eſt liber à culpa, nec dignus pœna, ſed ab ea potius liberandus, ergo non eſt condemnandus ſecundum falſas teſtium probationes. Conſequentia patet cum minore;& maior probatur dupliciter. Primò quia nõ poteſt homo uicem Dei tenens, in iudicando agere contra ſuã legem, & regulã totius rectitudinis: hęc autem eſt iudiciũ Dei, quod eſt in ueritate ad Ro. 2. & Eſai. 11. Nõ ſecundũ uiſionẽ oculorũ, neque ſecũdũ auditũ aurium iudicabit, & arguet, ſed in iuſtitia,& ueritate, ergo. Itẽ ſecundò, quia in c. poſtulatus. 3. q. 7. habetur ſecundum quod placeat Deo, ſiue diſpliceat, debemus in iudicio diſcernere; & in ca. tunc. 11. q. 3. habetur, tunc uera eſt abſolutio præſidentis: cùm interim iudicis ſequitur arbitrium, & ibidẽ cauſa ſummoperè habetur. Non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino condẽnationis ſniam proferamus; & in ca. cùm æterni, de ſen. & re. iudica. libr. 6. dicitur ꝙ in ferendis ſententiis præ oculis iudex habeat ſolũ Deũ, ut ſecundũ eius imperiũ iudicet, ut Moſes ad tabernaculũ recurrebat. Quòd ſi contra conſcientiã,& iuſtitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquã fecerit, per gratiã, uel per ſordes teſtiũ, cõdẽnetur,& ipſe.

Euaſio.

Neq; ualet 3. euaſio negantiũ maiorẽ huius cõfirmationis quoad id, ꝙ ibi dicitur ꝙ tenetur iudex diuino iudicio ſe cõformarẽ, quòdq; ipſum eſt regula,& lex rectitudinis actionũ nominarũ humanarũ: dicunt n. ꝙ nõ eſt diuinũ arbitriũ, ſiue uolũtas præceptiua eſt ipſa regula, cui nos conformare tenemur. Deus nãq; omniſciens rectè iudicat ſecundũ ueritatẽ ſuæ propriæ ſcientiæ infallibilis: nõ autẽ homo iudex fallibilis; qui & ueritatẽ hominis contra publica teſtimonia monſtrare non poteſt, quia nec ei fides haberetur: ideò & dicunt quòd talis uoluntas Dei eſt, ut ſecundum ueritatem in ſuo foro iudicamus, puta in foro conſcientiæ priuato ſecundum ueritatem priuatò cognitã;

in foro autem iudiciali ſecundum veritatem publicam, ſiue iuridicam, quę ex probatis tantum habetur, ſecundum quam ille reus nocens, & punitione dignus ſecundum omnem legem in tali iudicio humano, quamuis non in iudicio Dei, æſtimatur, & eſt. Et tunc iudicatur ſecundum Deū, & legē eius; & conſcientiam: & non ſecundum ſordes teſtium, niſi materialiter, & per accidens, & id rarò, & ex cauſa, quod non imputatur iudici, niſi ex culpabili ignorantia, vel negligentia, aut ex intentione, tales teſtium ſordes ſequatur.

Replica. Sed hęc euaſio facilè eliditur per ſupradicta, vbi probatum eſt, quòd forus veritatis, & ipſa veritas, omninò debent præualere contra præſumptionē, & forum eius: & ſolum probat hæc euaſio quòd homo fallibilis teſtimonia publica ſequatur, dùm de veritate nil aliud certius ei conſtat.

Ratio 11. Vndecimò probatur principaliter tertia opinio auctoritatibus ex parabola Matth. 13. de non eradicandis Zizaniis, ne ſimul triticū eradicetur; vbi ſecundum communem omnium ſententiam ſignificatur non puniendos, ſed permittendos eſſe malos, ne ſimul innocentes occidantur, vbi ſine horum exterminatione illi puniri non poſſunt: ergo à fortiori non ſunt ſcienter occidendi innocētes, etiam probati nocentes, vt malefactores ſecundū allegata, & probata, debētpuniantur.

Item φ omnes auctoritates diuinæ legis prohibentes innocentes occidi intelligantur de vero innocente, etiam ſi probetur nocens, cōſtat Exo. 23. Inſontem, & iuſtum non occides, inſontem, id eſt verè innocentem, & iuſtum, id eſt eum, qui iuridicè non probatur nocens, quia iam reputatur iuſtus, quamuis verè nocens ſit, vt gloſſat Lyra, & Abulen. ibidem. q. 6. & communiter doctores: cui expoſitioni potius ſtandum eſt, ſecundum ca. relatum, diſtin. 37. cui conſonat alia gloſſa Rabbi Salomonis dicentis quòd ibi etiā præcipitur quòd verè innocens, ſi aliquando iudicialiter probatus nocens, condemnatus ſit: & ipſe, vel alius poſteà voluerit ſuam innocentiam iudicialiter comprobare, non occidatur, ſed iterum etiam poſt ſententiā latam eius cauſa audiatur, & examinetur, vt in cauſa Suſannæ. Dan. 13. factum eſt; quia ius diuinum omninò prohibet verum innocentem ſcienter occidi. Ideò non valet gloſſa dicens ibi prohiberi innocentem probatum innocentem occidi. Quòd non valeat indè patet, quia nulla gens tàm Barbara eſſe poteſt, quæ talem iudicialiter occidi permittat, nedum velit, aut ſtatuat. Et ſuperfluè illa verba inſontem, & iuſtum replicarentur, niſi, vt dictum eſt, intelligantur. Ideò & non valeat alia gloſſa dicens ibi prohiberi ſolum occiſionem innocentis, qui non probatur nocens, vt etiam hoc patet ex ſupradicta prima probatione principali, & hic inferius latius etiam probatur.

Item Exo. 23. nec in iudicio plurimorum, ſcilicet tàm teſtium, quàm aliorum quorumcunque, acquieſces ſententiæ, vt à verò deuies. Ecce vbi à veritate priuatim cognita non eſt recedendū propter dicta, aut teſtimonia multorum: & ità veritas in re præualet veritati publicæ, ſiue iuridicæ.

Item Exo. 18. Prouide ex omni plebe viros, in quibus ſit veritas &c. & cap. 13. Quære ſolitè, & diligenter rei veritate perſpecta ſi inueneris certū eſſe, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam ſtatim percuties &c. vbi apertè diſtinguit rei veritatem certam à veritate publica, ſiuè præſumpta, quæ ex hominum habetur teſtimonio: & abominationem opere perpetratam non ſolum probatam prærequirit lex diuina, vt nocens homo iuſtè puniatur.

Item Deut. 16. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris: vbi non ſolum iuſtus modus, & ordo iuris ſecundum teſtium probationes, ſed & ipſum iuſtum, & veritas à parte rei ad iuſtum iudiciū requiritur. Et Deut. 17. Iudicabunt ſecundum iudicii veritatem.

Item quia ſacra ſcriptura vbique de bonis, & malis nocentibus, & innocentibus loquens, certè de ipſis ſine addito ſimpliciter, & in rei veritate, non de veritate iuris, aut præſumpta, neq; de probatis, vel non probatis talibus loquitur: ſicut & de uero præmio, & pœna eis reſpondentibus loquitur expreſsè; dùm Exo. 22. ait Maleficos non patieris uiuere, & Ro. 13. Iudex eſt uindex in iram ei, qui malè agit, &c. Et Leui. 20. Et Deute. 19. 25. 27. 28. ubi nunquam dicitur ſi quis probatus fuerit talis malefactor: ſed de ueris criminibus ibi prohibitis, ſicut, & de ueris pœnis agitur. Nam in re diuino, & naturali uera pœna, non niſi uera culpæ ibi prohibitæ infligitur, uel infligenda decernitur. Ideò non ualet euaſio dicentium quòd ius diuinum, ubi ſupra, loquitur de ueritate rei in foro ueritatis, de ueritate autem publica, uel iuris, in foro publico, uel præſumptionis. Hæc inquam euaſio ex ſupradictis eliditur.

Decimaſecundò probatur tertia opinio, quia mortaliter contra ius diuinum, & naturale de non mœchando, quiſpiam cognoſceret eam, quam ſcit non eſſe ſuam: quamuis iudicialiter probetur ſua, & ei præcipiatur ſub excommunicatione cum ea, tanquam cum ſua, cohabitare, ut expreſsè decernit Eccleſia in ca. inquiſitioni, de ſenten. exco. ubi dicitur quòd in caſu, quo quis certò ſcit impedimētum inualidi matrimonii, debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quā per carnale commercium peccatum operari mortale, vt hoc etiam tenent communiter doctores in quarto diſtin. 38. contra Hugonem, & Magiſtrum ibidem oppoſitum erroneè opinantes: ergo ſimiliter mortaliter peccaret iudex ſcienter occidens innocentem, quamuis probetur nocens. Patet cōſequētia, quia utrumq; ſimpliciter, ſcilicet cognoſcere nō ſuam, & occidere innocentē in eodē iure diuino, & naturali, in decalogo prohibitum eſt, vt ſupra in prima probatione latius: & ità ſicut il- Ratio 12.

lud eſt mortale, ſcilicet cognoſcere, non ſuá, quáuis probetur ſua, à quocunque, & quomodocunque publicè, vel occultè, etiam ad præceptum eccleſię excommunicatione aggrauatum fiat: ità & occidere innocentem, quamuis probetur nocens, à quocunque etiam iudice, ex officio publico fiat: etiam ſi ius humanum, vel ius gentium dictet illũ ſecundum probata eſſe occidẽdum; quia hoc ius cedere debet iuri diuino, & naturali, ſtricto, & fortiori, & ſecundum illud limitari, & intelligi, vt in prima, & ſecunda probatione ſupra dictum eſt.

Inſtantia. Si contra hoc inſtantia fiat, quòd ſi iudex condemnando ſcienter innocentem probatum nocentem peccaret mortaliter contra prædictum ius diuinum, & naturale, ergo ſimiliter mortaliter peccaret ſententiam iudicialem ſecundum probata ferendo quòd hæc mulier eſt Petri, & ſub excommunicatione illi præcipiendo, & compellendo, quòd cum Petro, tanquam cum ſuo viro maritaliter cohabitet: quam tamen priuatò ſcit non eſſe Petri, ſed alterius.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam; quia in caſu antecedentis de condemnatione innocentis ad mortem datur efficax cauſa mortis illius per talẽ ſententiam, ſimul & efficacem traditionem eius, vt à miniſtris iuſtitiæ occidatur. Ideò niſi iudex talem ſententiam reuocet, vel eius executionem efficaciter impediat, vtique cauſaliter innocentem occidit. In caſu autem conſequentis de iudicante mulierem eſſe Petri &c. iudex non eſt cauſa efficax fornicationis illius: quia nec ex illa ſententia ſtatim immediatè, aut indirectè ſequitur fornicatio, ex quo illi etiam ſimul cohabitãtes mutuò poſſunt abſtinere, vel inuicẽ recedere, aut debitè inuicem conſentire, ſi aliàs non prohibentur; & eccleſia admonet aliàs in dic. cap. inquiſitioni: quòd ſi non ſunt coniuges, non miſceantur, ſed potius excommunicationem, quam ex culpa ſua meruerunt, humiliter patiantur.

Ratio 13. Decimatertiò probatur opinio, quia ſi iudex innocentem cognitum, ſed probatum nocentem cõdemnando excuſaretur à culpa, vel licitè faceret, hoc eſſet primò, quia talis occiſio non de ſe mala, ſed bona, vel indifferens eſſet; aut ſecundò, quia excuſaretur per ignorantiam inculpabilem; aut tertiò per impotentiam, quia ſcilicet aliter facere commodè non poteſt propter vexationem populi, qui ſcandalizaretur, ſi probatus nocens non occideretur, & ità non occidit ex intentione, ſed permiſsiuè, vel de per accidens innocentem. Sed nullum iſtorum eſt dicendum, ergo nullo modo à peccato homicidii excuſatur.

Quòd non poſsit dici primum conſtat, quia eſt malum de ſe, vti ſuperius in prima, & ſecunda ratione probatũ eſt: & ità ex nullo fine, & nulla cauſa poteſt iuſtificari.

Nec poteſt dici ſecundum, quòd ſcilicet iudex per ignorantiam excuſetur, cùm ex hypotheſi ſciẽs illum eſſe innocentem occidat, neque ſcientia iuridica, vel publica, quam ſecundum probationem teſtium habet de oppoſito, quòd ſcilicet ille eſt nocens, tollit eius cognitionem, vt ignoranter id facere dicatur: tùm quia cùm non ſint ſecundum idẽ de eodem non repugnant: tùm etiam quia, aliàs iudex ipſe, ſciens non eſſe ſuam Bertham, quam habet probatam iudicialiter eſſe ſuam, ſimiliter diceretur ignoranter, & licitè eam cognoſcere, quod ca. inquiſitioni de ſen. excom. erroneum eſt.

Nec poteſt dici tertium quòd ſcilicet iudex per impotentiam ſcandali vitandi excuſetur: quod patet: tùm primò, quia id ſolum eſſet verum, quando iſte non poſſet vllo modo illum liberare ceſſando à iudicio, vel de facto illi carcerem aperiendo, nec de iure, quia ſcilicet neſcit, nec poteſt illos teſtes repellere, nec illius innocentiam oſtendere ſufficienter. Sed certè poteſt ſe ipſum liberare, ne ſciẽter illum occidat. Poteſt enim ceſſare à iudicio, & condemnatione, ſicut & lictor, id ſciens, poteſt, & potius tenetur ab occiſione ceſſare, & ſe excuſare, etiã ſi propterea vterq; ſuo priuetur officio, quia potius tenetur pati, & eligere malũ pœnæ: quàm culpæ: ſicut & teneretur iudex fugere in aliam terram officio dimiſſo potius, quàm ſcienter cognoſcere ſecundam vxorem non ſuam, probatam ſuã, ſi aliter euadere non poteſt, quia nec poteſt probare non eſſe ſuam: ad idque tenetur nõ obſtante ſcãdalo, & populi clamore. Tùm ſecundò quia iudex ille, ſi poteſt, tenetur repellere teſtes, & probationes eorum, & ſic innocentem cognitum liberare ſecundum omnes opiniones: ſed non alia de cauſa ad id tenetur, niſi vt vitetur homicidium innocentis illius, etiam probati nocentis, ne peccetur contra legem naturalem Non occidas: quod quidem peccatum homicidii innocẽtis à iudice, ſicut & à teſtibus committeretur, niſi iudex ipſe prædictam diligentiam repellendi teſtes adhiberet, ergo etiam ſi illos repellere non poteſt, vtique contra eandem legem peccat, illum ſcienter occidendo, & teſtium peccato cooperando: ex quo manet eadem cauſa iniuſtæ occiſionis, ſcilicet idem innocens cognitus: & licet, vt diximus, impotentia repellendi teſtes excuſet iudicem à peccato negligẽtiæ prædictæ, aut quia eos non repellit, quia nõ poteſt: non tamen à peccato occiſionis, à quo ceſſare poteſt. Tùm tertiò quia ſi Tyrannus adducẽs teſtes falſos contra innocentẽ cognitum ab omnibus ipſis minaretur iudici ablationẽ officii, ſi illũ non condemnaret: certè potius tenetur officiũ dimittere, quàm illum morti damnare, vt 3. Reg. 21. dicitur de condemnantibus Naboth per teſtes falſos inductos ab impia Ieſabele. Sed illi teſtes ſunt tyranni, & quod ille tyrannus faceret, per coactionem facit, vexatio populi per ignorantiã: ergo ſicut nec à peccato, nec ab officii dimiſsiõe excuſat illa tyrãni coactio ità nec iſta populi vexatio per ignorantiã. Patet conſequẽtia, quia vtrobique ſunt oĩa paria; excepto quòd illic eſt tyranni violentia, hic ignorantis populi vexantis, quæ non niſi

ipſum

ipſum populum ignorantem excuſat. Et quamuis in tyranno ſit ſcandalum ex malitia, & contemnendũ: in populo autem, nõ niſi ex ignorantia, quod puſillorum ſcandalum eſt. At vtrunque eſt ſcandalum acceptum, & non datum, eo quòd indè accipitur, quia iudex non agit iniuſtè innocentem cognitum condemnando. Ideò propter tale ſcandalum acceptum vitandum non eſt, contra decalogum agendum, quod de ſe, vel intrinſecè malum eſt: quia ad Ro. 3. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona, ſcilicet vt veniat pax populi, & ſcandali vitatio: & de reg. iur. vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas, ſcilicet vitę neceſſaria, relinquatur, de quo latius Adrianus in primo quodlib. ſecundum communiter doctores agit; quantò magis quòd iudex nollens innocentem condemnare nõ eſt cauſa ſcãdali ex intentione, nec per ſe, niſi ſolum per accidens? Sed ſicut talis cauſa per oppoſitum opinantem ſufficit excuſare iudicem per accidens condẽnantem innocentem probatum nocentem: ità etiã ſufficeret illum ab illo ſcandalo per accidens conſequente ex non condemnando innocentem excuſare: quia minus actiuè iudex ſe habet ad illud ſcandalum, ſicut & ad eius cauſam non condemnando innocentem, vbi priuatiuè ſe habet, quàm ad poſitiuam condemnationem, & traditionem innocentis ad mortem. Tùm quartò, quia aliàs ſequeretur quòd eadem auctoritate publica cognitus innocẽs poſſet ſimiliter condemnari in caſu, quo ex illius occaſione ſequatur aliquod grande bonum, vel vitetur magnum malum reipub. commmune. Vt ſi tyrannus potens minetur reipu. ſubuerſionem, vel deſtructionem, niſi iudicialiter innocens quidam ei nimis odioſus occidatur: aut ſi Turca promittat cum toto ſuo imperio ſe conuertere ad fidem, vel deſinere proſequi Chriſtianos, & oẽs terras, atque captiuos reddere Chriſtianis: tunc poſſet reſpub. ſcitum innocentem lapidare ſine peccato, & iudex ſimiliter illum, etiam non probatum nocentem, poſſet ad id licitè condemnare. Et ſimiliter ad ſedandum ſcandalum populi clamantis, petentiſq; illum innocentẽ ex dicta cauſa occidi, aut dicentis illum eſſe reum mortis, licitũ eſſet iudici, aut principi ſcienter illum innocentem condemnare, aut tradere occidendum, ſicut ad teſtium probationẽ: ſicut & fecit Pilatus tradens Dominum Ieſum voluntati iudæorum petentium ut crucifigeretur. Sed hoc conſequens concedere erroneum eſt: tùm primò quia non ſunt facienda mala, & maximè de ſe, vel intrinſecè mala, qualia ſunt, quæ decalogo prohibẽtur, vt veniant bona: tùm etiam ſecundò, quia reſpub. non habet dominium vitæ & mortis, neque membrorum ciuium ſuorum: quamuis ipſe homo innocens in caſu prædicto teneatur ex charitate, non ex iuſtitia, proprio ſe offerre periculo mortis, vt commune reipub. caueat, non tamen ad id iure cogi poteſt, ſicut nec ad eleemoſynam, nec ad gratiam, ad quã iure diuino tenetur, vt hoc optime ait Soto de iuſtitia & iure lib. 5. q. 1. art. 7. & in ſea in reſpon. ad quartam rationem ſecundæ opinio. latius habetur, & ità patet error illius conſequentis. Conſequentia verò prædicta probatur, quia tota, aut præcipua ratio iuſtificans occiſionẽ innocentis cogniti, ſed probati nocentis, ſecundũ opinantem, non eſt ſola probatio, ſed vitatio ſcandali, aliorumque damnorum reipublicę. Probatio namque, quòd eſt nocẽs, eatenus duntaxat ſecundum opinantem iuſtificat innocentis occiſionem ſcienter factam à iudice, quatenus facit illam vrgere in reipub. bonum, aut damnorum eius vitationem. Et ità probatio, vel non probatio culpæ, vel innocentiæ illius, impertinens eſt, ut occiſio ipſa ſcienter facta licita, vel illicita ſit: dùm inconueniens ſcandali, damnorumque reipub. quod ſequitur ex hoc, quòd eſt probatus nocens, ſi non condẽnatur, idem ſequitur, ſi etiam ab omnibus cognitus innocens non occidatur. Sed hæc eadem ratio, vel cauſa, puta vitatio ſcandali, damnorumq; reipub. eſt in caſu conſequentis ſupradicti, ergo vel vtraque occiſio licita, vel utraque illicita, vbi eadẽ præcipua ratio liciti, vel illiciti eſt.

Tùm quintò quia ſi dicatur quòd quamuis de ſe mala ſit occiſio innocentis, tamen ideò eſt licita, quando probatur nocens: quia eſt minus malum talem occidere iudicialiter, quàm illum non occidere: & ità minus malum pro maiori vitãdo habet rationem boni, & eligibilius eſt, Contra hoc arguitur, primò quia minus malum eligibilius pro maiori vitando intelligitur de minori malo, quod nõ eſt de ſe, aut intrinſecè malum iure naturæ prohibitum, ſed quod iure poſitiuo prohibetur, diuino, vel humano, quod à ſua malitia poteſt denudari, aliàs pro ſaluanda vita, vel repub. licitum eſſet mẽtiri, & fornicari, puta ubi per reuelationem ſciret homo quòd ex principis fornicatione non habentis hæredem naſceretur bonus filius, & hæres, qui rempub. à tyranno ipſius reipub. euaſore præſenti, uel futuro, liberaret; ex quo minus peccatum eſt mendacium officioſum, & adulterium, quàm homicidium ſecundum Augu. dicentem conſulendũ eſſe adulterium, ut uitetur homicidium. Et de hoc malo, quod à ſua malitia ſpoliari non poteſt, habetur ad Rom. 3. quòd non ſunt facienda mala, ut ueniant bona. Et tale malum eſt occiſio innocentis, ſicut & fornicatio, ut ſuperius in prima & ſecunda ratione probatum eſt. Secundò, quia ex occiſione innocentis probati nocentis non uitatur maius malum, quàm ſit ipſa occiſio, ut inferius in reſpon. ad tertiã & quartam rationem ſecundæ opin. latius habetur, immò ipſa occiſio per ſe, & ut plurimũ, maius malum eſt.

Decimoquartò principaliter probatur opinio Ratio. 14
tertia, quia nullus põt iuſtè occidi directè pro peccato aliorum præterito, uel futuro puniendo, uel uitãdo, niſi aliquo modo illius ſit cauſa, ſcilicet præcipiens, conſulens, adiuuans, aut conſentiens &c. ut ex Auguſt. ſuper Ioſue. 7. & ad Aurelium Epiſcopum. Et Alexan. de Alex. 3. par. q. 41. membro. 4. & art.

art.1.in latius infra q.53.in reſpon.ad quartum argumentum etiã ſi id fiat principaliter à iudice ſuũ ius,& officium proſequente. Nam talis proſecutio debitè,id eſt,non cum iniuria alterius, ſcilicet innocentis fieri debet,vt in hoc Syluester titu. iudex 2.q.5. meritò redarguit Summ. 20.oppoſitũ opinantem. Dixi quòd directè non poteſt occidi: nam indirectè,ſimul & præter intentionem, vel à caſu; vel etiam per accidens,vt in bello infantes, & alii innocentes, ſimul cum nocentibus, vbi diſtingui commodè non poſſunt, dùm vrbes capiuntur, vel impugnantur bombardis;& huiuſmodi licitè occiduntur,vt de hoc ſatis doctè Soto de iuſtitia & iure lib.5.q.1.art.8.& 9.latius agit. Sed innocens ẽt probatus nocens nullo modo de ſupradictis eſt cã malitiæ,vel peccati iudicis, aut teſtium, vel aliorũ quoruncunque,vt facilè conſtat,& ſupponitur,ergo propter ipſorum vitanda peccata, vel ſcandala, etiam futura,quæ ex non cõdemnatione ipſius innocentis timentur,vel ſequerentur, vel etiam pro iudicis officio,& iure proſequendo,non poteſt innocens licitè occidi. Hæc conſequentia eò magis patet, quò talis condemnatio innocentis directa eius occiſio eſt,ex quo eodem modo ſcienter condemnatur,& mori traditur,quo alius probatus nocens,cuius tamen occiſio directa,& per ſe, & non per accidens,ab omnibus eſſe conceditur. Ideò nõ valet euaſio Caietani,aliorumq; dicentium ꝙ talis occiſio innocentis probati nocentis non eſt per ſe intenta,neque directè; ſed per accidens occiſio innocentis eſt. Conſtat enim ex ſupradictis ꝙ & directa,& ex intentione,& electione, per ſe, & non per accidens,occiſio innocentis uoluntariè; & ſciẽter facta eſt:quamuis ex alio fine,aut propter vitãda maiora mala,& quia aliàs commodè vitari non poteſt,vt ipſi dicunt,talis occiſio fiat. Sed hæc cauſa non iuſtificat illam, ſicut nec fornificationem; vti ſuperius in prima,ſecunda,& ſexta probatione latius probatum eſt.

Ratio. 15. Quintodecimò principaliter probatur 3. opin. quia occiſio innocentis probati nocentis, & occiſio nocentis,habent diuerſa obiecta formalia, ergo ſunt diuerſarum rõnum,ſ.bonitatis, & malitiæ, vel iuſtitię & iniuſtitiæ,quia innocens non eſt dignus pœna,ſed præmio: nocens aũt èconuerſo nõ eſt dignus præmio,ſed pœna. Conſequentia patet; quia ex ſecundo de anima potentiæ per actus, & actus per obiecta formalia formaliter, & ſpecificè diſtinguuntur.

Euaſio. Si negetur antecedens, quia obiectum formale vtriuſque occiſionis non eſt nocens,vel innocens, à parte rei,ſed probatus nocens:nam obiectum voluntatis non eſt quale eſt ipſum à parte rei,ſed quale ei præſentatur per præuiam cognitionem.

Replica. Contra hoc replicatur:tùm primò quia quod facit cognitio in obiecto voluntatis hominis particularis,vt feratur in illud odiendo, vel amando: hoc facit probatio nocentis, vel innocentis in foro iudiciali, vt ſic actus iuſtitiæ in ipſum probatum debitè feratur puniendo illum,uel prẹmiando. Nam probatio non fit,niſi vt publicè, & iuridicè cognoſcatur is,in quo eſt ipſa vera ratio formalis punitionis,ut debitè & ſine errore puniatur, uel non puniatur. Quod inde patet,quia ſi públicè, & manifeſtè de tali cauſa,ſeu ratione formali, puta de culpa; vel innocentia conſtaret quòd eſt in hoc,& non in illo,certè nulla alia probatione ad iuſtam punitionem,uel nõ punitionem iudicialem opus eſſet. Sed cognitio non ſe tenet ex parte obiecti formalis,neque variat rõnem formalem eius, ſed ſolũ illud voluntati præſentat,uel ut cauſa ſine qua non, uel ẽt effectiuè cum uoluntate concurrens ad productionem actus:& etiam conditio prẹrequiſita,ut ipſum obiectum uoluntati præſentetur, ut ipſa feratur in illud,quia nihil uolitum quin præcognitum. Obiectum autem ipſum formale manet idẽ à parte rei in bonitate, & malitia,ſiue cognitum,ſiue ignoratum ſit: ergo nec probatio iuridica mutat rationẽ formalem obiecti,puta nocentis, uel innocentis; nec ſe tenet ex parte eius:nec obiectum occiſionis eſt probatus nocens, ſed à parte rei ipſe nocẽs, uel innocens,dignus, uel non dignus pœna, uel punitione,& ità diuerſa obiecta formalia ſunt.

Tùm ſecundò probatur quòd probatio non ex parte obiecti formalis,ſed ut eius conditio, uel circunſtantia ſe habeat:quia probatio,inquiſitio,examinatio,interrogatio, & confeſsio criminis, uel delinquentis ſe tenent ex parte ordinis iuris; quo mediãte hæc pœna legis applicatur huic obiecto; uel homini digno illa pœna,ſicut in collatione beneficii poſitio edicti,oppoſitio, examinatio, & præſentatio hominis nõ faciunt ipſum eſſe obiectum; uel hominem dignum,aũt indignum, habilem,aut inhabilem,ut ei debitè beneficium conferatur:ſed eſt ordo prærequiſitus, quo mediante beneficium huic digno,atque merenti licitè applicatur. Sic illa teſtium probatio non facit obiectum formale; puta nocentem,uel innocentem, dignum, uel non dignum punitione: ſed eſt uult modus applicandi huic,uel illi pœnam,quam ille meretur,& ut oportet. Quod autem eſt circunſtantia in actu morali; hoc eſt ordo in actu iudiciario,quod & patet ex cõmuni ſententia doctorum utriuſq; iuris diſtinguentium ſententiam iniuſtam ex defectu iuriſditionis, & cauſę, quia ſcilicet non eſt peccatum, aut iuſta cauſa condemnationis, aut ex defectu ordinis iuridici,quia ſcilicet non accuſatur, non probatur,& huiuſmodi.

Tùm tertiò quia maiorem iniuſtitiam facit iudex occidendo innocentem,non probatum nocentem;ꝙ occidendo nocentẽ,non probatũ nocentẽ: quia in primo caſu deficit tàm cauſa iuſtè occidendi,quàm etiam ordo,& modus iuris, In ſecundo autem caſu ſolum deficit ordo,& nõ cauſa, ſed in hoc ſecundo caſu probatio non ſe tenet ex parte cauſę,uel obiecti,nec eſt de eius ratione formali: quia illa ſecluſa eſt de ſe materia apta,& digna occiſione, ſaltem in potentia remota:& ſolum reſtat,vt ei

appli-

applicetur per probationem,& ſententiá:ergo nec in primo caſu adhibita probatio ; facit obiectum dignum pœna,aut cauſam iuſtam cõdemnationis, ſed id potius præſupponitur.

Tùm quartò: quia inter occiſionem innocentis probati nocentis,& occiſionem nocentis, probati etiam nocentis,eſt triplex diſcrimen. Primò quia nulla opinio eſt an liceat hunc ſecundum occidere,eſt autem circa primum. Secundò quod hæc ſecunda licitè fit ſcientibus omnibus rei veritatem, & approbantibus eam:in prima autem non admittitur licita eius approbatio, niſi ab ignorantibus rei veritatem dũtaxat. Tertiò quòd in ſecunda occiſione illi nocenti poteſt licitè applicari probatio, & licitè ſcienter teſtes de eo teſtantur,quòd eſt nocẽs, & illa probatio vera,& legitima eſt: non autem in prima. Ecce in his tribus differunt illæ duæ occiſiones:conueniunt autem in probatione; quia ſcilicet vterque eſt probatur nocens. Iam ex hoc ſic probatur intentum. Nam vbi eſt eadem ratio formalis obiecti,vel cauſæ condẽnationis,ibi reſpectu eiuſdem facientis eſt eadem ratio actus iuſti, uel iniuſti,& è cõuerſo. Sed hic non eſt eadem ratio actus occiſionis iſtorum , vt patet ex triplici diſcrimine prędicto:ergo nec eſt eadẽ ratio formalis obiecti.

Tùm demum quintò : quia modò probatio ſe teneat ex parte obiecti formalis,vel cauſæ condemnationis, modò non, probatur tamen quòd adhuc ſit illicita de ſe innocentis probati nocentis condemnatio,idque ex parte modi, vel circumſtantiæ.

Nam obiectum,uel materia , cui iniuſtè & malè applicatur circumſtantia, aut modus præ requiſitus ad eliciendum circa eam aliquem actum, certè iniuſtè,& malè applicatur illi talis actus, vel eſt indebitus talis actus circa materiam, uel obiectum illud:vt ſi à patrono malè aſſignatur indignus ad beneficium:malè etiam id illi à collatore ſciente confertur:et ſi furtum malè ordinatur ad eleemoſynã, certè mala electio eſt velle furari ad faciendã eleemoſynam:malè etiam quiſpiam de furto illo ſcienter faceret eleemoſynam. Et eſt ratio ad idem,quia ſi actus elicitur circa hoc obiectum , vel materiam propter circonſtantiam,ſine qua non applicaretur; & circunſtantia malè illi applicatur : ergo & ipſe actus ſcienter factus, & qui aliquem occidit , quia ipſum odit : & odium malè illi applicatur , ità & occiſio : & ſimiliter per alios teſtes falſos malè probatur adultera , aut quod non ſit Sortis, malè etiam ab ipſo Sorte ſcienter occiditur , aut cognoſcitur, vt ſua, etiam ſi omnes probent. Sic in propoſito illa circumſtantia,vel modus ſeu ordo iuris,ſcilicet teſtium probatio quòd iſte eſt nocens, qui tamen uerè innocens eſt,iniuſtè & malè à quocunque applicatur huic obiecto,ſiue materiæ , videlicet innocenti,quia teſtes peccant contra iuſtitiam,& veritatem:& propter illam circunſtãtiam, vel modum,ſcilicet propter illam probationẽ,tantum iudex ſcienter illum condemnat,ergo malè,& iniuſtè applicat illi talem condemnationem,quam aliàs non applicaret. Alioqui ſi ex duplici peccato aliorum,ſcilicet ex falſa ſimul,& iniuſta in damnum innocentis probatione,iuſta eius condemnatio,aut iuſta cauſa ad illum iuſtè condemnandum efficeretur: vtique idem fieret, etiam ſi iudex ipſe falſos teſtes ſufficienter probantes contra innocẽtem moliretur : quia ſimiliter diceretur quòd licet peccauerit in accuſatione, & probatione contra illum , non tamen in eius probati nocentis occiſione,uel condemnatione. Et ità Ieſabel licitè occidiſſet Naboth innocentem probatum nocentem per falſos teſtes ab ea ſubornatos,quod tamen tertio Reg. 21. manifeſtè damnatur.

Sextodecimò principaliter ꝓbatur opinio,quia iudex talem innocentem probatum nocentem cõdẽnando mẽtitur pernicioſè contra illũ;ergo mortaliter peccat. Antecedens patet. Primò quia ipſo facto & verbo ſententiæ damnantis illum propter tale crimen,quod non commiſit,quod tamen omnes ex tali ſententia & condemnatione intelligunt illum verè commiſiſſe, certè mentitur , ſicut & ipſi teſtes hoc idem illi imponentes , atque dicentes q; ipſa ſentẽtia pronunciat. Secundò quia ſi iudex eodem malo animo,quo & teſtes, ſententiam ferendo diceret cum eis hunc eſſe criminoſum,certè ſicut illi,ità & ipſe mentiretur,ergo etiam nunc ipſo facto & verbo ſententiæ,quamuis non eodẽ malo animo, & fine, ſcienter idem dicens certè mentitur. Nam quod ante erat mendacium , nõ mutatur ex animo,aut fine ſcienter id proferentis. *Ratio. 16.*

Et confirmatur prædicta ratio, quia vbi lis eſſet de aliqua propoſitione , vt hæretica condemnanda:& plurimi doctores decepti illam damnarẽt, Papæ verò, aut iudici Epiſcopo euidens eſſet ueritas illius,tunc vtique non liceret eidem in aliorum ſententiam contra ueritatem ſibi cognitam ſubſcribere,ſed deberet conſtanter ſuam retinere ueritatẽ: ergo ſimiliter iudex nequit contra ſibi compertam veritatem judicare ſecũdum teſtium probationes: quia & ſimiliter mentiri videtur,& dicere illum eſſe nocentem,quem uerè innocentem nouit.

Neque valet negare conſequentiam , ſicut eam negat Soto cum aliis de ſecunda opinione , dicendo ibi non eſſe mendacium, vt ſupra in reprobatione præcedentis euaſionis dictum eſt.

Sed certè prædicta ratio , eiuſque confirmatio non videtur ſatis ſolida. Nam eodem modo probaretur quòd nec in caſu ciuili iudex poſſet ſecundum allegata pro aliquo crimine ciuiliter innocentem condemnare: quia eodem modo diceretur q; iudex ipſo facto & verbo ſententiæ pernicioſè mẽtitur contra innocentem,& eius honorem.

Igitur poteſt negari dupliciter quòd iudex mentiatur: vno modo, vt ait Soto vbi ſupra dicendo q; neque iudex,neque ſententia vllo modo profert illum eſſe criminoſum,vel homicidam, & huiuſmodi: ſed ſolum ſignificat illum eſſe damnandum , & dignum tali pœna: quod utiq; uerũ eſt; quia ſecũdũ allegata ea pœna dignus,& cõdẽnãdus eſt, hęc ille.

Sed

Sed certè hic modus excuſandi iudicem à mendacio non valet: quia expreſſè in ipſa ſententia, & in voce præconis dicitur, & ſignificatur illum talẽ crimen commiſiſſe, & propter id ea pœna condemnari, non autẽ quia dignus ea pœna, aut quia probatus nocens eſt.

Ideò alio modo melius ego iudicem à mendacio excuſarem: quia videlicet quamuis ille reus in veritate innocens ſit: at ſecundum probata nocẽs, & criminoſus eſt, & propter tale crimen probatũ quamuis illicitè, & iniuſtè, condemnatur. Et ſententia, voxque præconis ſimpliciter dicens illum eſſe criminoſum, & crimen illud commiſiſſe, ſic intelligenda eſt, vt fertur in foro iudiciali; ſcilicet ſecundum probata duntaxat. Et hoc certè uerum eſt, quicquid alii intelligant. Neque iudex iudicando ſecundum allegata facit contra conſcientiam: quę dictamen practicum, non ſpeculatiuum eſt: ex quo illi non dictat eius conſcientia quòd malè facit ſic iudicando. Et quod Hoſtien. & alii dicunt ꝙ iudici licitum eſt contra conſcientiam iudicare: certè abutũtur nomine conſcientiæ: volunt enim dicere quòd contra propriam cognitionem, quam in priuato habent, poſſunt ſecundum allegata iudicare: ideò alię rationes præcedẽtes efficaciores ſunt pro hac tertia opinione.

Reſp. ad 1. rationem. 2. opin. IGITVR ad rationes ſecundæ opi. reſpondet hæc tertia opinio; ad primam diſtinguendo conſequens primæ conſequentiæ. Nam ſi intelligatur ſic, quòd iudex non poteſt ſententiam iudicialem tàm abſolutiuam, quàm cõdemnatiuam ferre ex ſua ſola ſciẽtia priuata; ſed quòd requiritur publica, quę ſecundum probata eſt, tunc conceditur illa, & negatur ſecunda conſequẽtia: nõ enim ſequitur ſi ſcientia publica requiritur, quòd ergo ipſa ſufficiat. Si autem intelligatur ꝙ illa ſententia publica ità requiritur, ꝙ & ſufficit: tunc negatur vtraque conſequentia prædicta. Non enim id ſufficit ad rectum iudicium, niſi & alia requiſita adſint, ſcilicet quòd ſit materia apta tali ſententiæ condemnatiuæ, qualis non eſt innocens cognitus talis: aut dummodò non ſit alia certior cognitio de eius innocentia, quia illa non ſcientia, ſed error, quamuis publicè non cognitus, aut non æſtimatus error eſt: tunc enim ius naturale fortius prohibet talem condemnare. Et talis ſcientia priuata, licet non ſufficiat iudicialiter abſoluere: at ſufficit ut teneatur illum non condemnare: quia tũc nec ius, aut poteſtas humana poteſt in cauſa criminali, ſicut poteſt in cauſa ciuili conſenſum innocentis, aut veritatem facti vel cognitionis, aut iuſtitiam cauſæ ſupplere, uel mutare, ut ſupra probatum eſt. Et ſimiliter reſpondetur ad confirmationem, diſtinguendo antecedens, & negando conſequentiam.

Ad primũ dictum Caietani. AD ea uerò, quę ibi adducuntur ex Caietano, quòd ſcilicet id eſt verũ quicquid indè eueniat &c. Dico ibi tria falſa contineri: primum vbi dicitur ꝙ iudex, ut iudex, potius tenetur ad iuris, & officii ſui proſecutionem, quàm ad curam vitæ, & innocentis, & quicquid indè euenerit mali, hoc certè eſt falſum. Tùm primò quia non poteſt quis ſuo officio vti, vel iure in notabile præiudicium tertii innocentis ſibi cogniti, qui nullo modo fuit in cauſa talis præiudicii: tenetur etiam quilibet, etiam iudex, curam habere de proximo ſuo in ſui officii executione, ne illi iniuriam faciat in vitæ detrimentum poſtpoſito minori commodo, aut damno ſuo temporali: neque tunc iudices in præiudicium tertii habent ius ad officium ſuum proſequendũ, quod ad cauendum iniuriam aliorum reſtituendum eſt, neq; rei licitæ tunc operã dari dicuntur. Tùm ſecundò: quia non incumbit iudici, aut cuilibet cura ītẽdi ſuo iure, uel officio abſolutè, & quomodocũq; ſed iuſtè quod iuſtum eſt exequi debet Deut. 18. Sicut non incumbit cuilibet cura ſe defendendi, & officium ſuum exequendi, puta militi bellando, uel tegulatori, aut tectorum emundatori tegulas deiiciendo, vel aliis officialibus alia ſui iuris officia faciendo, quomodocunque: ſed ſeruato moderamine inculpatę tutelæ, & debito modo, & ordine, & iuſta cauſa exiſtente: ſic iudici non circa quemcunque, nec quomodolibet, ſed circa materiam aptam, uel cauſam iuſtã talis ſententiæ & omnibus aliis requiſitis exiſtentibus, ſuum officium proſequi incumbit: talis autem materia, aut cauſa iuſtæ condemnationis certè non eſt is, qui innocens à iudice cognitus eſt. Tùm tertiò: quia licet iudex, vt iudex, plus curare debeat debita ſui officii executionem, quàm vitam alterius alere, aut nutrire, ſiue fouere ſuo officio dimiſſo, & quàm illam lædere, quãdo læſio illa ſequitur extrinſecè, vel indirectè, ſimul & per accidẽns, ex officii ſui executione: puta ſi ex iuſta eius ſentẽtia aliàs, & officii executione, videlicet ſi ex alicuius potentis, aut diuitis nocentis probati nocentis condemnatione ſequitur alterius ſcandalum, aut rixa multorum repugnantium, vbi innocẽs aliquis occideretur, & huiuſmodi: quia tunc potius ſcandalũ naſci permittitur, quàm ueritas, ſcilicet vitę neceſſaria, relinquatur. Quod eſt verum adhuc, niſi maius malum ex tali rixa, aut ſcãdalo ſequeretur: tunc enim pro vitando maiori malo minus malum eligendum, & à talis ſententiæ iuſtæ executione ſuperſedendum eſſet. At verò quando lęſio uitę alterius, videlicet cogniti innocentis, ſequitur intrinſecè ex obiecto, aut directè, ſiue per ſe, ſiue per accidens, ex vſu talis officii: tunc falſum eſt quòd plus debet iudex curare ſui officii proſecutionẽ, quàm læſionem vitæ innocentis: aut quicquid indè ſuccedat: immò ſicut inuaſus defendendo tenetur cum moderamine inculpatæ tutelæ vitam proximi curare, ſi id ſalua ſua vita facere poteſt: ità & iudex etiã cum ſui officii iactura tenetur curare, ne vitam lædat innocentis, ipſum morti damnãdo. Talis nanq; condemnatio, vel ſententia pręcipiendo, & tradendo eum ad mortem, ſicut & nocentem, certè directè vitam lædit illius: & hæc lęſio intrinſecè, & directè, ſiue per ſe, ſiue per accidens, de quo latius infra, ad talem ſententiam ſequitur ex officii proſecutionem.

Quòd ſi obiiciatur quòd ſicut curatus ex officio

cio licitè dat Euchariſtiam peccatori occulto cognito publicè petenti, vt ſuo ſatisfaciat officio alioqui iniuriam illi faceret petenti: ergo ſimiliter iudex licitè ſuum proſequitur officium ad petitionem populi, vel partis, condemnando innocentem ſupradictum.

Reſpon. negando conſequentiam. Nam eſt diſcrimen: illic enim curatus ille facit bonum ex obiecto, & directè: malum autem, quod ibi eſt, prouenit indirectè ex circunſtantia, vel malitia ipſius, cui Euchariſtia datur: quia curatus commodè vitare non poteſt, ſacramentum illi denegãdo: ideò indirectè per accidens tale malum ſequens ex proſecutione officii non curato, ſed ipſi peccatori ſuſcipienti imputatur. Hic autem in condemnatione cogniti innocentis iudex facit malum ex obiecto, atque directè: quod ex nulla cauſa licet illi etiam ſuum officium proſequenti.

Ad 2. dictũ Caietani. Secundò dixit vbi ſupra Caietanus quòd ſicut inuaſus licitè proſequitur ſuum ius ſe defendens nõ curando de vita inuaſoris: & bellator licitè cum nocentibus occidit innocentes victoriam proſequẽs, ita & iudex ſuum officium proſequendo, licitè occidit ſupradictum innocentem: quia vtrobique illa occiſio per accidens eſt.

Sed certè id falſum & magnũ diſcrimen eſt. Primò quia omni iure licitum eſt ex obiecto inuaſorem occidere, ſicut & vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ: & maior cura mihi incũbit vitæ meæ ſeruandæ: quàm alterius: illicitum autem ex obiecto, aut de ſe eſt occidere innocentem cognitum: ideò dũm illum ſeruare poteſt, iudex vtique tenetur, etiam cum ſui officii detrimento. Secundò quia inuitus inuaſor, & bellator poteſt à ſuo actu ceſſare: & ex culpa ſua proſequitur illum: ideò inuaſus licitè ſui defenſionem, & victoriam, vel ius proſequendo poteſt illos occidere; quorum mors ipſis imputatur, qui cauſa eius ſunt. Innocens autẽ nil mali fecit, vndè contra ipſum cognitum innocẽtem, vel iudex, vel alius habet ius ad occidendum, vel officium aliquod proſequendum. Nec in poteſtate illius innocentis eſt ſe ab illo ſuo damno liberare: ideò non ſibi, ſed ſcienti iudici, & potenti vel illũ liberare, vel ab officii executiõe ceſſare, mors illius imputatur. Tertiò, quia illa inuaſoris occiſio eſt de per accidens: quatenus ibi finaliter, & directè prætenditur vitæ ipſius inuaſi defenſio, quæ ſi ſine morte inuaſoris ceſſantis, vel fugientis poſſet haberi, certè inuaſus ab illius occiſione deſiſteret: ſed ideò talis eligitur occiſio, vel vt mediũ, vel vt effectus ſuæ iuſtæ defenſionis, quia aliter defenſio hæc finaliter intenta haberi non poteſt, vt de hoc latius infra. q. 38. habetur. At verò cogniti innocentis occiſio, non niſi per ſe, & ex intentione, & directè, & ideò illicitè à iudice fit: nec rectè eligi poteſt, ut mediũ, vel ut effectus proſecutionis ſui officii, dũm præpoſterus, & iniquus eſſet ordo iudicii, ſi ideò homines nocentes, vel innocentes iudicialiter occidantur, vt iudices ſuo fungantur officio: cùm potius ideò fungantur officio, vt nocentes puniantur, & ſeruentur innocentes. Dum ergo fungens officio iudex, condemnat innocentem, idẽ agit ac ſi præpoſterè, & ex intentione ipſum occidat, vt ſuo tandem fungatur officio, quod certè illicitum eſt. Nam quomodocunque id faciat, talis eius ſententia in illius innocentis eodem modo, ſicut in occiſionem nocentis directè, & ex intentione tendit, & fertur. Quiquidem innocens ſi ſicut inuaſor effugere ſinat, id qđ ſicut inuaſus, ità & iudex facere tenetur: certè iam neuter iſtorum ſuum ius contra illum fugientem, ille ſe defendendo, hic illum ad mortem condemnando, proſequi poteſt. Quartò quia quando in bello iuſto licitè innocentes cum nocentibus occiduntur: id ità indirectè, & per accidens fit, quia videlicet non commodè poſſunt innocentes à nocẽtibus ſeparari, & directè iacula, & occiſiones ex intentione in ipſos tantum nocentes diriguntur: à caſu autem ſimul cum eis innocentes contingit occidi: vnde non liceret iacula dirigere contra innocentes cognitos ſolum, neque ſimul cum nocentibus, ſi commodè ab eis poſſunt ſeparari: ſicut neque in equo fugiens pro ſuæ vitæ defenſione poteſt puerum in via iacentem, cognitumq; e protere, vt ſeipſum fugiendo ſeruet incolumẽ: quia non poteſt quis cum iniuria tertii ſuam vitam ſeruare, etiam ſi ius eius ſeruando proſequatur: ergo nec iudex ſuum officium proſequendo iniuriam innocentis cogniti poteſt illum directè morte damnare.

3. Dictum Caietani. Tertiò dixit Caietanus vbi ſupra quòd iudex innocentem condemnando, nec directè, nec ex intentione illum occidit, nec eſt homicida, quia uoluntate crimina diſtinguũtur. Sed hoc etiam eſt falſum. Nam ſi intelligatur illa maxima, cum uolũtate &c. de ſententia excommu. ſic quòd non erit crimen, vbi bona fuerit finis intentio, id certè omnino falſum eſt, ut patet de fornicatione, mendacio, periurio, furto, & ſimiliter de homicidio, aut innocentis occiſione, quę mala ſunt quacunque bona fiant intentione. Si uerò intelligatur quòd requiritur aliqua intentio finis, vt crimina imputentur, benè quidem: ſed ſufficit quòd hæc ſit virtualis, vel interpretatiua, etiam ſi non ſit actualis, vel formalis in tale peccatum tendens: ſufficit enim quòd intendit illum facere, ad quem ſcit, vel ſcire tenetur tale malum neceſſariò ſequi, vt huic tale malum imputet, & talis ſit criminoſus. Vt qui intendit fornicari, aut mentiri, licet nolit, nec intendat Deum offendere: certè illũ offendere virtualiter intendit, poſtquam vult actum, ad quem ſcit ex lege Dei offenſam ſequi, & qui intẽdit actum, ad quem ſequitur illum eſſe ſacrilegium, puta qui vult furari, vel fornicari in eccleſia, aut cum moniali licet nollet illã rem eſſe in eccleſia, nec mulierem illam eſſe monialem, certè ſacrilegii, uel ſtupri reus eſt. Et qui ſagittat, uel tegulas admittit ubi præuidet, vel præuidere tenetur homines vt plurimum eſſe, uel trãſire, licet non intendat eos occidere: tamen uolendo ſic

ſagittare,

ſagittare, iam virtualiter vult eorum occiſionem ſequentem, & illi imputatur: etiam ſi ex ignorantia craſſa id faciat. Multò ergo magis q ſine vlla ignorantia intendit actum, puta ſententiam condemnatiuam innocentis cogniti, aut ſui officii proſecutionem, ad quam ſcit infallibiliter, & ſemper de lege, & de facto ſequi occiſionem ipſius innocentis, certè virtualiter ipſam mortem intendit, & imputatur ei. Nõ ſic agit qui occidit inuaſorem: tùm quia ex intentione, & actu defenſionis, non ſemper, nec ipſa ſequitur inuaſoris occiſio: ex quo ſi vult poteſt ab inuaſione ceſſare, & fugere; & ità eius ceſſabit læſio vel occiſio: tùm etiã quia inuaſus pro ſuæ vitæ defenſiõe cogitur ab ipſo inuaſore ad ipſius occiſionem, quorum neutrum eſt in iudice, cuius ſententiam & manus innocens effugere non poteſt, quem ligatum tenet ne euadat: & ne iudex ab ipſo innocente cogitur ad illum occidendum. Ideò inuaſorem occidẽs, nõ eſt, nec dicitur formaliter homicida: iudex autem ſic condemnans ad mortem cognitum innocentem, ideò & ad culpam, & pœnã ea mors illi imputatur. Et ità patet plena ad primã rationem reſponſio.

Reſpon. ad 2. rationem. Ad ſecundam rationem ſecundæ opinionis reſpon. concedendo primam conſequentiam, ſi intelligatur quòd non debet illum abſoluere per ſententiam iudicialem, ſicut neque condemnare ex ſua priuata cognitione. Negatur autem ſi intelligatur quòd non debet illum de facto abſoluere dimittẽdo carcerem apertum, ut fugiat, uel alio modo: tenetur enim ad id, & commodè poteſt, vt ſupra dictum eſt. Negatur etiam quod in ſecundo diſcurſu ibi ſubſumitur in minori, quòd ſcilicet carcer perpetuus morti æquiparatur. Neque enim hic carcer, aut captiuitas, morſque ciuilis ſimpliciter morti æquiualent naturali. Negatur etiam ipſa ſecunda conſequentia: nõ enim ſequitur quòd ſi per priuatã cognitionem tñ non põt iudex etiam nocentem iudicialiter abſoluere, vel condemnare, poſsit per publicam quemlibet etiam innocentem damnare: quia vt diximus deficit materia, vel iuſta cauſa cõdemnationis huius.

Replica. Si replicetur, vel debet ſecundum allegata, vel ſecundum cognitionem priuatam iudicare, vel dimittere cauſam indeterminatam, & vt ille innocẽs fugiat, aut de facto illum abſoluere. Si ſecundum allegata habetur intentum, ſi ſecundum cognitionem priuatam: ergo debet illum innocentem etiã iudicialiter abſoluere, id quod omnes negant. Si debet illum remittere ad ſuperiorem, & ſuperior ipſe princeps debet, & poteſt, dimittere, de facto autem cauſam indeterminatam relinquere, & ne procedatur in ea præcipere: tunc non prouideretur reipub. & eius omnibus cauſis debitè terminandis.

Reſpon. Reſpon. quòd regulariter ſecũdum allegata eſt iudicandum, excepto quando in caſu criminali iudex certò nouerit innocentem: tunc enim non debet iudicialiter illum condemnare, nec abſoluere: ſed vt diximus de facto, vt commòde poteſt, liberare, vel à iudicio ceſſare, & ad ſuperiorem remittere &c. Qui quidẽ ſupremus princeps cognita eius innocentia, non quidem iudicialiter, ſed de facto ex ſpeciali gratia eum liberũ abire permittat, uel iubeat in tali cauſa non procedi. Nec eſt inconueniens quòd multa peccata, multæque cauſæ in hac vita ſciri, aut puniri, aut iudicialiter determinari nõ poſsint, neque id facere expediat, ſed diuino iudicio relinquatur. Neque propter hoc regulariter deſinit reipub. ex cauſis terminandis ſufficienter eſſe prouiſum: quòd princeps in caſu, & ex cauſa benignè cum aliquo ſupra ſuam legem agat. Neque ex hoc aliis iudicibus datur anſa relinquendi iuſtitiã: quia quod iudex ſupremus ex ſuprema facit poteſtate, & gratia, non eſt ab aliis trahendum in conſequentiam: maximè, ut diximus, quando princeps id facit ex cauſa, & ne ſuperius ius diuinum & naturale ſcienter ipſe transgrediatur, cognitum innocentem condemnando.

Reſp. 3. rationem. Ad tertiã rõnem ſecundæ opinio. reſpõ. negãdo tàm antecedẽs, quàm conſequentiam: tum primò quia propter quæcunque bona ſequentia; & mala vitanda, & reipub. vtilitatem promouendam, non ſunt facienda mala, qualis eſt occiſio innocentis, vt ſupra latius in prima & ſecunda ratione probatum habetur, quòd hęc electio ad talem finem peruerſa eſt, & quia maius malum eligitur pro vitando minori. Nam quæro quare malum eſt non punire nocentes? Certè non niſi quia id vergit in damnũ reipub. & pręcipuè innocentis, atque bonorũ, quorum pacem illi perturbant. Nunc autem ipſum iudicium, quo condemnantur innocentes, vergit in damnum ipſorum: dùm iudex, à quo effugere non poſſunt, impunè eos punit atrocius, quàm læderentur ab aliis nocentibus, quorum manus multipliciter facto & iure effugere poſſent.

Secundò quia lex præcipiens ſecundum allegata occidi innocentem, ſi qua eſt, magis reip. nocet, ipſum iudicẽ deteriorẽ reddit, dũ vt iudicis malitia rarò contingens caueatur, inſtituit puniri innocentes contra ius diuinum, & naturale. Sicut iniuſta eſſet lex, quæ ſingulis annis vnum hominem, ſiue nocentem, ſiue innocentem, iuberet occidi ad terrorem aliorum, vt videlicet homines ab homicidiis, & adulteriis, aliiſque peccatis frequenter accidentibus timore illius pœnæ abſtineant. Neque pro culpa iudicis iniuſtè iudicantis liceret vnum innocentẽ occidere, ne amplius iudex culpabiliter omittat rectum facere iudicium: ergo nec in caſu põti idẽ licet, ne iudex rectè iudicare pretermittat. Nã & ſic inefficax extrinſecum, incertumque remediũ tàm certi mali, mortis videlicet innocentum, aſſumitur, vt malitia iudicum per accidens, & incerta, & rarò contingens euitetur. Adde quòd & per talem legem, ſiue remedium, maximum reipub. bonum, ſcilicet viri boni & innocentes tolluntur, vt minus malum, ſcilicet iudicum malitia futura, & incerta caueatur. Nam ſecundum B. Thom. ſecun-

da ſecundæ quæſt. 64. art. 6. per mortem innocentium non promouetur, ſed tollitur bonum reipublicæ, quia prouer. 11. In multitudine bonorum exaltabitur ciuitas.

Tertiò quia ex hac lege potius daretur anſa iudicibus, & teſtibus, & hominibus malis ad magis nocendum innocentibus: quia ſcientes id eſſe licitum, certè praui iudices liberius diſſimularent refellere teſtes falſos, immò tàm ipſi, quàm alii ipſos ſubornarent contra innocentes ſibi odioſos, quos prætextu iuſtitiæ vellent occidere.

Quartò quia minus malum eſt aliquando ſinere nocentes ſine punitione, quando videlicet commodè id fieri non poteſt, ex defectu poteſtatis, uel probationis, uel propter cauenda alia mala maiora ex punitione imminentia, ut ſæpè contingit multa mala impunita relinqui, quàm occidere cognitos innocẽtes, ut ſupra in ſecunda ratione principali huius tertiæ opin. probatum eſt.

Reſp. ad 4. rationem.

Ad quartam rationem ſecundæ opi. reſpon. negando conſequentiã: tùm primò quia ex mẽbri ſani cõſeruatiõe, niſi pro corporis ſalute exponatur, impeditur bonũ totius: ideò pro totius corporis ſalute exponendum eſt. At uerò ex cõuerſatione innocentis non periclitatur, ſed potius promouetur reipub. bonum ſimpliciter, quanuis ad tempus uel ſecundũ quid lędatur, quia Deus id ità ſuo alto conſilio, & prouidentia, diſpoſuit ſecũdum. B. Tho. ubi ſupra in reſpon. ad tertium dictum eſt; tùm ſecundò quia, ut optimè ait Soto de iuſti. & iure lib. 5. q. 1. art. 7. cùm homicidium non ſit per ſe bonũ, immo potius eſt priuatio vitæ, quæ bonum hominis eſt: ideò nunquã ſit licitum, niſi ex fine, cuius eſt per ſe medium neceſſarium: & tunc reſpub. poteſt exponere ciuem, quando id neceſſarium eſt, ad pugnandum, & reſiſtendum hoſtibus: quia tunc eſt per ſe neceſſarium medium: non autem quãdo eſt tantum neceſſarium & malitia alterius. Sed mors innocentis nunquam hoc modo eſt per ſe & neceſſaria reipu. ergo non licet reipu. pro ſui liberatione innocentem tradere morti: nec hoc illi præcipere, neque quod illi lapidi, aut bombardę ſe exponat, ſi nulla inde defenſio, vel uictoria, aut vtilitas reipub. ſperatur: quia non eſt abſolutè domina vitæ ciuium ſuorũ, ſicut Deus, qui ideò ſolus habet poteſtatem in uitam innocentis, quanuis reſpubl. poſſit innocentem à morte non defendere, ut maiori periculo ipſius prouideat.

Si dicas, ſi quis minaretur tibi mortem, niſi manum, vel linguam traderes abſcindendam, poſſes vti iis vt vitam ſeruares, licet nõ ſit neceſſarium, niſi ex malitia alterius: ergo ſimiliter reſpub. poſſet tradere innocentem.

Reſpon. conceſſo antecedente negando conſequentiam. quia membrũ nõ põt habere eſſe diſtinctum per ſe ſine eſſe totius: ſed ab ipſo eſſe totius ſuũ eſſe habet: nec eſt aliquo modo propter ſe, ſed propter totum: nec per ſe eſt capax iuris uel iniuriæ: homo autẽ licet ſit pars politica reipub. eſt tamen naturaliter ſuppoſitũ propter ſeipſum exiſtẽs, atq; adeò per ſe capax iniuriæ, cui & reſpu. tenetur ſua iura ſeruari, nec poteſt illi talem iniuriam irrogare. Et licet ipſe innocens teneatur aliquãdo pro p̃prio ſe offerre periculo, vt cõe reipu. caueat: nõ tñ ad id iure cogi poteſt: quia non poteſt, quia non tenetur de iuſtitia, ſed de charitate: ſicut ſtat me ad gratiam, uel ad eleemoſynam teneri, ad quam iure cogi nõ poſſum. Et ità patet ad quartam rationem etiam ſecundum ipſum Soto plena reſponſio.

Reſpon. ad confir.

Ad confirmationẽ reſpon. ꝙ in illo caſu, quando ſola uia confeſsionis id nouit, deberet iudex ſecundum allegata Paulum probatũ reum condemnare: tùm quia cognitio eius innocentis, quam habet ſolum ex cõfeſsione, reputatur ac ſi nõ eſſet: quia videlicet ex ea ad forũ exteriorẽ vllo modo procedere nõ põt: ſaltem per eam nullus impeditur cũ debita tutela vti iure ſuo: tùm etiam quia illa notitia non eſt certa: quid enim ſcit confeſſor ſi ille in ſua cõfeſsione mentitus eſt? ꝙ ſi ẽt alia via euidẽter nouit innocentẽ, tunc illũ cautè declarando, ſine prę iudicio ſigilli ſacramẽtalis tenet illũ nõ cõdẽnare.

Reſpõ. ad 5. rationem.

Ad quintam rationẽ ſecundæ opi. Reſpõ. cõceſſo antecedente negatur conſequẽtia. Et ad eius primam probationẽ negatur eſſe ſimile. Nam iudex etiam ſub excommunione præcipiens illum cũ ſecunda cohabitare, non eſt efficax cauſa fornicationis illius maximè quia iã docet eccleſia in d. c. inquiſitioni, ꝙ non debet ei cõmiſceri. Iudex autem condemnans innocentem eſt efficax, & directa cã mortis illius, ut ſuprà ſæpè, & præcipuè in 5. rõne huius tertię opi. dictum eſt. Ad ſecundã autẽ probationem id negatur: nam ut patet ex reſponſione ad tertiam & quartam ex B. Tho. mors innocentis nõ bonum, ſed malum reipub. cedit.

Reſpõ ad 6. rationem.

Ad ſextam rationem ſecundæ opi. reſpon. ꝙ illud in ore duorum, uel trium &c. intelligitur dupliciter, & vtroq; modo nil facit contra tertiam opin. Primo modo intelligitur negatiuè ad hũc ſenſum ꝙ ſcilicet nullus quantuncũq; nocẽs occidatur, niſi ordine iudiciario duobus, aut tribus teſtibus probetur, ut expreſſè declaratur Leuit. 35. Homicida ſub teſtibus punietur: ad unius teſtimoniũ nullus cõdemnabitur, vbi prius meminit homicidæ, deindè teſtiũ. Et ità præſupponitur verus homicida ad punitionẽ alius ab eo, quẽ teſtes ſua tantum faciũt p̃batione. Sed ex hac auctoritate ſic intellecta nõ ſequitur ꝙ vbi fuerit innocens probatus nocẽs duobus aut tribus teſtibus, ſufficiat ad licitè illum occidendum, ut ſupra probatum eſt.

Secundo modo intelligitur affirmatiuè ad hunc ſenſum, quòd duobus uel tribus teſtibus probatus nocẽs puniatur: ſed cum limitatione, ſcilicet niſi aliud certius de eius innocentia conſtet. Et quòd hæc limitatio ibi intelligatur inde patet, quia aliàs poſſet iudex illum innocentẽ cognitũ liberare, ſed omnino condemnare, ut ibi dicitur ad literã. Item quia ſi non opus eſſet niſi ut probetur nocens: iam & non opus eſſet ꝙ iudex ſciens innocentẽ conetur

 teſtes

Sylueſter facit. Quia inquit, Beatus Thomas illam opi. tenuit: qui ſemper à Deo conſilium, & ueritatem in omnibus ſuis ſcriptis petebat: & ei dominus reuelabat. Nam & ipſi officium, vel etiam materiam de Euchariſtia ſcribenti à Chriſto dictum eſt, Bene ſcripſiſti de me Thoma: inſuper quia eius doctrina per eccleſiã approbata eſt, quò fit ut eius opinioni ſtandum ſit.

Reſpon. ad argumen. Reſpon. negando conſequentiam: non enim ſequitur, niſi quòd ubi conſtiterit ſufficienter illũ ex diuina reuelatione aliquid habuiſſe, ei credendum, vel ſtandum eſt. Conſtat autem minimè de hoc: quaſi uerò oporteret quòd ſi ipſe ſanctus doctor aliquando, id etiam ſemper peteret à Deo: etiam infallibiliter petita omnia obtineret, maximè ubi talis cognitio veritatis non eſſet ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, immò & aliquando eius occultatio eidem expediret ad humilitatem: ut videlicet ſciant gentes etiam ſancti, atque doctores, ꝙ homines ſunt, & peccare ſępè, et errare poſſunt, id quod ipſa conſtat experientia: ſed neque quia ſemel, aut bis, illi dictum eſt, Benè ſcripſiſti de me Thoma, idem protinus de omnibus ſuis ſcriptis tenendum eſt. Neque eius doctrinæ approbatio per eccleſiam, tanquam ſacræ ſcripturæ canoniʒatio, præuia prudentum, & conſiſtorii eccleſiaſtici examinatione iudiciali diffinitione facta eſt: ità ut illi tanquam fidei, aut decretis eccleſiæ ſtandum ſit, in qua nihil omninò falſi contineatur. Conſtat enim eum in multis à multis doctoribus, & vniuerſitatibus, communiter non teneri, ſed ei contradici, & ipſum à ſeipſo tacitè quandoque retractari, & tanquam dubia, & opinata multa nobis ab eodem diſputata relinqui. Igitur ipſius ſancti doctoris doctrina ſic eſt per eccleſiam approbata, quòd pro maiori parte uera & vtilis: & in aliis probabilis, uel opinabilis, ut ab eo traditur, in ueneratione habenda eſt: ſicut & aliæ doctrinæ ſanctorum, atque doctorum ſcholaſticorum, puta Bonauent. Alexand. de Aleſ. Scoti, & aliorum eiuſmodi: quas eccleſiam in ſuis ſcholis, & vniuerſitatibus, & alibi publicè legendas omnibus fidelibus tradidit, & approbauit. Et hoc modo eſt præ aliis ſpecialiter approbata doctrina Beati Thomę, vt de hoc latius agit Gerſon in tractatu de ſex gradibus veritatum catholicarũ alphab. 14. g, & habetur de hoc in fine eorum Pariſiis cõdemnatorum: & Abulen. in ſuo defenſorio par. 2. cap. 81, & 82. hoc pulchrè proſequitur.

Reſolu. Quę igitur harum opinionum verior ſit, noſtri non eſt arbitrii diffinire, tantum conſulerem illam ſecundam opinionem B. Tho. quæ & magis communis eſt, eſſe ſequendam. Iure nanque naturali, atque diuino ſeruare tenemur iuſtam legem ſuperioris: iuſta uerò lex ea eſt, quę bonum commune maius priuato præponit, & minus damnum maiori poſtponit: talis autem videtur lex dictans, etiã in caſu mortis, tàm abſoluendo, quàm condemnando ſecundum allegata, & probata eſſe iudicãdum: quia aliàs generaliter via ad multiplices iniuſtitias, & fraudes, & mortes hominum innocentum aperiretur, vndecunq; & quomodocunq; hęc mala proueniant: ergo vti ſuperius in ſecunda opin. dictum eſt, ius naturale dictat ità generatim à iudicibus eſſe faciendum. Quo non obſtante princeps, qui eſt ſupra legem, qui eam condere, & derogare poteſt, vtique poterit reum probatum nocentem, quẽ ipſe priuatim certò nouerit eſſe uerè innocentẽ abſoluere, vt aiunt Alberi. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præſid. & Cy. & Bart. & alii in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. & Felin. §. quia uerò. c. paſtoralis. de off. delega. maximè ſi, ut ait Caiet. vbi ſupra, ipſe princeps palàm teſtetur ſe id certò priuatim ſcire: vt ita populo ſatisfiat, & ſcandalo præuideatur. At verò eum, quem ipſe priuato nouerit eſſe reum, atq; nocentem, probatum tamen innocentem, non debet condemnare, ſed immunem à pœna iudicare: niſi delictum ità atrox, ac perniciosum eſſet, ut reipub. valdè conueniret eius auctorem publicè puniri. Sic tenet Couarruuias in reſolutionibus lib. 1, ca. 1. Vbi & ait nu. 8. & li. 2. ca. 10. ꝙ iſte uerè reus, ac nocens, qui in iudicio non eſt probatus nocens, ſed potius innocens apparet, debet à iudice non ſolum abſolui ab inſtantia, uel obſeruatione iudicii, ſed etiam diffinitiuè ut amplius de eo crimine accuſari, aut iterum iudicari non poſſit, niſi aliquid aliud denuò ſuperueniat, vti ait gloſ. in c. de his criminibus. de accuſa. & communiter doctores ibidẽ & Ioan. Andr. Calde. Cardina. & Panor. & alii in d. §. quia uerò, confitentur. Ordo namq; iudiciarius, quamuis ſit de iure gentium, & regulariter obſeruandus, poteſt tamen & debet aliquando à principe, & rarò ab aliis non ſeruari ex cauſa vrgente ſpeciali ad reipub. bonum vrgente, uti hoc etiam aiunt Soto de iuſtitia & iure lib. 1. queſt. 1. art. 3. in reſpõ. ad primum argumentum & lib. 5. q. 3. art. 3. Et Nauarro in ſumma cap. 25. nume. 9. & 10. Et de hoc etiam ſuperius in principio huius quæſtionis dictum eſt. Ad idem etiam eſt Sylueſter homicidium. primo queſt. ſecunda. §. 3. & titu. conquiſitio ſecundo, quæſt. 11. et titu. iudex primo, quæſt. 5. et titu. ſententia queſt. 4. et 5. et titu. citatio quæſt. 9. & hoc habet ſępè veritatem in religionibus: vbi iuris ordo ex rationabili cauſa non ſemper obſeruatur.

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

Vtrum pro defenſione vitæ liceat occidere iniuſtum inuaſorem.

RESPONDEO Hic alterum certum, alterum dubium eſt. Certum quidem eſt ꝙ uim vi repellere licet cum moderamine inculpatę tutelę pro ſuę uitæ defenſione: quamuis inde mors illius inuaſoris iniuſti ſequatur, idque ità fore præuideatur. Se- Reſpon.

cus ſi iuſtè quis alium inuadat, ut ſuperior ſubditum, rebellem, ad punitionem; ut habetur in ca. ſi uerò primo de ſentent. excommu. & diſt. 1. cap. ius naturale, tametſi aliqui doctores, quibus fauere videtur Auguſtinus de libero arbitrio libr. 1. cap. 5. dixerint non eſſe licitum alicui priuato hominem occidere pro ſuæ uitæ defenſione: ſed ſolum humana lege id eſſe permiſſum, quia ſcilicet apud homines non punitur, quia ſic expedit reipublicæ, ut gloſſa in cap. quod militare. 23. q. 1. refert.

Dubium autem inter doctores adhuc eſt, quo animo, & intentione, aut quomodo talem inuaſorem iniuſtum liceat occidere, vtrum videlicet ſuã vitam defendenti licitum ſit velle ex intentione directè occidere ad prędictum finem ſuæ defenſionis, puta collum eius, aut pectus, gladio, ſiue certa ſagitta, uel globulo ignito transfigendo: & hanc certam eius occiſionem an liceat eligere ex intentione, & certo propoſito, ut mediũ neceſſarium ad finem conſeruandi vitam propriã: ſicut medicus ex intentione, & certo propoſito, pharmacum, uel uenæ percuſsionem, & ſanguinis minutionem licitè eligit, ut detur, & fiat, infirmo, & membri putridi abſciſionem facit, & vult, ad eius ſanitatem conſequendam: aut ſicut miles in bello, & iudex, miniſterque iuſtitię directè, & licitè vult, & ex propoſito eligit hoſtem reipublicę aut malefactorem occidere ad reipublicæ defenſionem, uel à peſtilentibus hominibus conſeruationem.

1. Opinio. RESPON. in hoc eſt duplex opinio. Prima eſt multorum doctorum, quos etiam ſequitur Alexand. de Ales in tertia par. quæſt. 34. membro ſecundo, artic. ii. §. 2. in reſponſione ad ſecundum & quartum argumentum quam etiam probat Turrecremata in decreto diſtin. 50. cap. de his clericis, arti. primo, quanuis etiam probent aliam ſecundam opinio Beati Tho. quę infrà habetur. Hãc etiã opinionem expreſsè tenet Nauarro in ſum. ca. 15. nume. 2. & alibi: & Sylueſter homicidium primo, quæſt. 5. Item Soto, vbi infrà allegatur, licet in verbis tenere videatur cum ſecunda opinione ſequente beati Thomę: at verò in ſententia, ſi benè inſpiciatur, hanc primam ſequitur opinionem, quòd ſcilicet homini priuato ità licitum eſt ex intentione, vel electione, occidere iniuſtum vitæ inuaſorem cum debito moderamine, ſicut & iudici, & executori iuſtitię, aut militi in bello licitum eſt ex intentione idem facere pro ſua ſimul, & boni communis, aut reipub. defenſione: & eam occiſionem eligere poteſt, non quidem ut finem, ſed ut medium ad finem conſeruandi vitam, & in ordine ad ipſam.

1. Ratio. QVAE opinio probatur tripliciter. Primò, quia in hoc vterque eſt miniſter legis, & executor: & in vtriſque eſt auctoritas publica, id eſt, lex id concedens, quanuis diuerſimodè. Nam ſicut iudex, & iuſtitię executor, uel militans pro republica, ex lege fit eius miniſter ex officio, ut ex iuſtitia licitè occidere poſsit: ità etiam quilibet ex conceſsione legis naturalis, & humanæ, per legem diuinam approbatæ, uel ſaltem non reprobatæ, ſit miniſter legis ipſius ex neceſsitate, vt uidelicet in caſu neceſsitatis cum debito moderamine iniuſtum inuaſorem occidere poſsit: ſicut laicus in neceſsitate eſt, aut ſit miniſter baptiſmi ex conceſsione legis diuinæ: ſacerdos autem ex officio. Igitur ſicut iudex, aut iuſtitiæ executor, aut miles malefactorem, & inuaſorem ex intentione licitè occidere poteſt, & ſic occidẽdo dicitur vt miniſter legis, & eius, aut publica auctoritate id licitè facere: ità & de quolibet occidente ſuum inuaſorem iniuſtum eadem ratione dicendum eſt. Ad quod allegat hæc opinio Ambro. in lib. de paradiſo dicentem, Nec is, qui homicidium aliquod inuitus fecerit, extra miniſterium eſt. Sed hoc apud Ambroſ. ego reperire non potui. Sed hæc ratio non videtur ſufficiẽs: quia occidere auctoritate legis concedentis, nec eſt, neque ſonat idem, quod occidere auctoritate publica: aliàs enim comedens cibos prohibitos in neceſsitate, auctoritate legis id concedentis, diceretur id facere auctoritate publica, & ſimiliter laicus & infidelis in neceſsitate baptizans.

Secunda ratio, quia ea, ut eodem modo facta occiſio inuaſoris eodem iure excipitur à lege generali prohibente hominem occidere, & vnicuique conceditur, quæ & quomodo ipſa hominis occiſio omni iure generaliter prohibetur: ſed hęc, quæ generaliter prohibetur, eſt occiſio ex intentione tantum, ergo & hęc eadem inuaſoris occiſio facta ex intentione eodem iure excipitur, atq; conceditur. Antecedens pro utraque parte probatur, tùm quia exceptio fit à regula, uel prohibitione generali eodẽ modo ſumpta, & ab eo, quod in generali comprehenditur, ut conſtat, & ait glo. in principio tituli de regulis iur. lib. 6. tùm etiam quia ſicut hominis occiſio generaliter, & indiſtinctè prohibetur: ità & inuaſoris occiſio eodem iure generaliter, & indiſtinctè conceditur. Nam ius non diſtinguit vtrobique ex intentione, aut non ex intentione. Nunc autem ubi ius non diſtinguit aliquid concedẽdo, ibi nec nos diſtinguere debemus, ut habetur in cap. ꝙ ſi diminuerit. 31. quęſt. 1. & c. ſoliſè. de maiori. & obedi. & gloſſ. ibidem cum concordatis. Sed certò nec ipſa ratio ſufficiẽs eſt: quia poteſt negari maior, & etiã minor, dicendo ꝙ lex generaliter prohibet oẽm hominis occiſionẽ de ſe malã, & irrationabilẽ, tã ex intentione, quàm nõ ex intentione factã, auctoritate quacunque, humana, publica, & priuata, & ſolum concedit hñtibus curã reipublicę, & boni communis occidere poſſe hominem reipublicę nociuum ex intentione, quia id bonum, vel non malum eſt. Conceditur etiã homini priuato ut contra inuaſorem ſe, & ſua, atque ſuorum tueri poſsit uim vi repellendo, at uerò nullum ius expreſſè cõcedit alicui homini priuato ex

intentio-

intentione occidere ſuum inuaſorem, vt conſtat di ſtin. prima c. ius naturale. & de ſen. excom. ca. ſi uerò. 1. & ff. de iuſti. & iure. l. ut vim ui. & glo. in cap. quod militare. 23. queſt. 1. Ea autem defenſio fieri poteſt ſine intentione occidendi, etiā ſi inde inuaſor ſcienter occidatur, vt inferius dicetur in 2. opin. ergo nihil ampliua videtur conceſſum contra generalem iuris, aut legis prohibitionem. Ad quod facit glo. ibidem allegata dicens quòd non licet excipere vbi lex prohibitiua non excipit: & de reg. iur. Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. De quo etiā Victoria in 9. relectione de homicidio nu. 1 r. vſq; 20. latius agit.

3. Ratio. Tertia ratio eſt, quia ſecūdum omnęs doctores, & etiam ait Florent. prima par. ſum. titu. 3. ca. 10. §. 10. Neque Deus eccleſia in ſuis præceptis generaliter obligat homines ſub mortali peccato ad id, quod in ſe nimis difficile, aut vix poſsibile eſt. Quia id moraliter & ciuiliter ſecundum iura cēſetur impoſsibile. Nam & ideò dicunt motus primos non eſſe mortales, & alia eiuſmodi difficillima, quia prima Ioa. 5. Mandata eius grauia non ſunt. & Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, ſcilicet volenti ſecundum Auguſt. Nunc autem in ſe difficillimū eſt homini ad mortem inuaſo, & in eo diſcrimine conſtituto diſcernere intētiones, de quibus inferius agitur in ſecunda opi. & cauere ab intentione occidēdi inuaſorem, quem certiſsimè, & euidenter occidit, dum ſeipſum aliter defendere non poteſt. Igitur ex intentione illum occidere licitum, vel ſaltem non mortale eſt. Sed certè nec iſta ratio eſt ſufficiens pro hac opinione. Nam poteſt negari minor dicendo quòd id facere ſaltem virtualiter non eſt in ſe valdè difficile, ſi homo velit ſe rectè habere.

Opin. 2. Ideò eſt ſecunda opinio B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 64. art. 7. & Abulen. Matth. 5. q. 109. & plurimorum aliorum, q̄ ex intentione occidere quēquā etiam inuaſorem nulli licitū eſt auctoritate priuata: ſed ſolum auctoritate publica id licet habēti curam reipublicæ, vel eius executori.

1. Declaratio opinio. Sed prius declarandum eſt quid ſit ſecundum hanc opinionem occidere ex intentione. Nam hoc tripliciter exponitur à doctoribus huius opinionis. Nempè Caiet. 2. ſecundæ, ubi ſuprà, & multi alii dicunt idem eſſe ex intentione, quod ex certo propoſito, vel electione hominem occidere, & id ut medium ad finem conſeruandi vitam propriam eligere, & directè velle: & hoc dicunt nulli licere niſi auctoritatem publicam habeat ad id ut iudex, aut iuſtitiæ miniſter, vel miles in bello iuſto: ità quòd homini priuato ſolum eſt licita iniuſti inuaſoris occiſio, ut effectus defenſionis, indè ſequens, quamuis præuiſus ſit: & hoc dicunt, eſſe inuaſorem occidere non ex intentione, id eſt non ex propoſito, uel electione ipſum occidendi, etiam ad finem conſeruandi vitam, ſed vt eſt effectus per accidens, quamuis præuiſus ſequens ad vitæ defenſionem. Sicut debilitatio in firmi non eſt directè, nec ex propoſito à medico intenta, uel electa, vt remedium ad ſanitatem, ſed ſolum eſt curationis effectus, qui quamuis præuiſus ſequitur præter eius intentionem. Ità & inuaſoris occiſio, ſicut debilitas infirmi, aliquo modo, & indirectè, non quidem vt medium volitū, vel electum ad finem conſeruationis vitę, ſed ut effectus ex licita defenſione præter intentionem, ſiue per accidens conſequens, quamuis præciſus, cū alicuius inuoluntarii admixtione licitè volita eſt.

Alii autem, ad quos accedit doctiſsimus Victoria in relectione. 9. de homicidio in quodam ſexto dicto nume. 17. aiunt quòd occidere ex intentione eſt occidere ex certo propoſito occidendi, vt iudex intendit malefactorem vita priuare: & hoc modo nulli priuato licet etiam inuaſorem occidere, ſed ſolum auctoritatem publicam ad id habenti. Præter intentionem autem occidere eſt non ſolum à caſu, & inuoluntariè, ſed propter alium finem, quem ſi occidens poſset aliter conſequi, non occideret, & hoc modo ait Victoria licitum eſſe cuique in defenſionem ſui occidere iniuſtum inuaſorem, quem nollet occidere, ſi aliter ſe defendere poſſet. Sed certè hęc declaratio non ſatis explicat rem, niſi adiungatur priori declarationi præcedenti ad maiorem eius declarationem. Nam ex vltima eius parte præter intentionem, videtur ſequi quòd inſidiantem vitę meæ veneno, fraudibus, ſiue calumniis falſorum teſtium, aut aliis modis citra violentam inuaſionem, mihi liceret occidere ex electione, & certo propoſito illum occidendi ad finem vitæ tuendæ, quando aliter uita ſeruari non poſſet, id quod vti latius infrà in dubio, quod in fine huius quæſtionis habetur, concedendum non eſt. 2. Declaratio.

Ideò tertiò magiſter Soto de iuſtitia & iure libro quinto, queſtio. 1. articu. 8. alium dicendi modum, in ſententia paululum in verbis multum diſtantem à præcedente meditatus eſt, dicens quòd occidere ex intentione eſt alterum aggredi, ipſum præueniendo, uel ad uindicandum præteritam iniuriam, vel ad cauendum futuram: & hoc ſolum ait licere publicam auctoritatem habenti ad ſui, & reipub. defenſionem, ut militi per bellum, vel miniſtro iuſtitiæ per eius executionem contra homines reipub. peſtilentes. Occidere autē non ex intentione eſt & cenſetur, quandò quis inuaditur, & præſumitur, & ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ talem inuaſorem quomodocunque occidit. Secundò ait Soto ibidem, & arti. ſecundo, quod hoc modo licitum eſt vnicuique, etiam auctoritate priuata, occidere inuaſorem eius occiſionem uolendo, & eligendo, ut medium, neceſſarium ad finem conſeruationis propriæ uitæ. Dicit & tertiò q̄. B. Thom. ità ſenſit, quòdq; hanc occiſionem appellat licitū medium ad vitę conſeruationem finaliter intentā. Sed certè modus iſte dicendi, quamuis in foro exteriori, ſit uerus, & ualeat, vt habetur ſignum ſi 3. Declaratio.

quis occidit ex intentione, vel non, quia id ità præſumitur ſecundum gloſſam in cap. quod militare, 23. quæſt. 1. Secus autem in foro conſcientiæ, & veritatis, in quo loquimur. Et ità modus declarandi ſaltem quoad verba extraneus eſt, & diſſonat à veritate, & mente, & verbis. B. Thomæ, & ad primam potius accedit opinionem ſuprapoſitam, quod tripliciter oſtenditur. Secundò quia ſtat inuaſum occidere inuaſorem ex intentione, etiã dùm ipſe inuaſus nullo modo eſt aggreſſor, ut hoc ait expreſſè, B. Thom. vbi ſupra, dicens quòd inuaſus licitè occidit ex intentione inuaſorem auctoritate publica, ut miles in bello, & miniſter iuſtitiæ: illicitè autem, ſi auctoritate priuata ex intentione illum occidam. Nam eius verba ad literam hæc ſunt: Ex actu hominis ſe defendentis duplex effectus ſequi poteſt. Vnus quidem conſeruatio propriç vitę, & ex hoc effectu ſpecificatur actus defenſionis, & eſt licitus, ſi fiat cum moderamine inculpatę tutelæ. Alius autem effectus eſt occiſio hominis inuadentis: & quia hominem occidere non licet, niſi publica auctoritate propter bonum commune: ideò illicitum eſt quòd homo intendat hominem occidere, ut ſe defendat, & propriam vitam ſeruet: ſed hoc ſolum licet ei, qui habet curam boni communis, & publicam auctoritatem: qui intendens hominem occidere ad ſui defenſionem, hoc refert ad publicum bonum, ut eſt iudex, iuſtitiæque miniſter pugnans contra latrones, & miles pro republ. contra hoſtes pugnans in bello: quamuis & iſti peccent, ſi priuata libidine moueantur. Hæc B. Tho. ex quibus verbis patet intentum. Tùm ſecundò idẽ oſtenditur, quia illa declaratio multum diſſonat à communi acceptione huius vocis ex intentione, neque ſatis conſonat, occidere ex intentione eſt occidere aggrediendo, & occidere non ex intentione eſt occidere paſsiuè aggrediendo, uel dùm quis prius inuaſus eſt. Sed neque B. Thom. tàm extranea verba, & interpretationem vſquã commentus eſt. Tùm denique tertiò idem oſtenditur, quia quando B. Thom. dixit inuaſum licitè occidere non ex intentione inuaſorem pro ſuæ uitę defenſione, nõ dixit licitè poſſe eam occiſionem velle, vel eligere vt medium ad vitę conſeruationem, ſed vt effectum per accidens ſequentem ex illo actu defenſionis: neque tale vocabulum medii, ſed effectus eſt apud illum quamuis hoc illi ſuus Soto imponat, uti ex ſupradictis verbis facilè conſtare poteſt intuenti. Igitur ſecundum hanc ſecundam opinionem B. Thom. ſtandum eſt ſuprapoſitæ primę, ſimul & ſecundæ declarationi, uti Caieta. & Victoria ſimul declararum.

1. Ratio 2. opin. HAEC itaq; ſecunda opinio prædicto modo expoſita quadrupliciter probatur. Primò quia ex intentione, ſiue propoſito, vel electione (quod idẽ eſt) hominem occidere, quantuncunque criminoſum, nociuumque reipub. nulli licitum eſt auctoritate propria, hoc enim prohibetur illo naturali, diuinoque præcepto. Non occides: Sed id ſolum licitum eſt habenti curam reipub. uel iuſtitiæ miniſterium, vel executionem ad reipub. conſeruationem, vt ſupra dictum eſt: ergo nulli priuato hoc modo ex intentione, uel electione licitum eſt quẽquam, etiam inuaſorem, occidere ad finem quencunque conſeruandi rempub. vel etiam propriam vitam. Patet conſequentia, quia magis tenemur ad reipub. cuius ſumus pars, quàm ad propriæ vitæ corporalis conſeruationem. Nam pro ſuæ reipub. conſeruatione quilibet ſuam vitam corporalem, nõ autem ſpiritualem, exponere tenetur. Sed ad hanc rationem poteſt pro prima opinione reſponderi negando conſequentiam quoad propriæ vitæ defenſionem, quia tunc pro ſuæ uitæ defenſione quilibet inuaſus, etiam ſi priuatus homo ſit, nõ occidit auctoritate priuata, ſed publica, uel iuris naturalis, diuini ſimul & humani id concedentis, vt ſuprà in prima opinione dictum eſt. Nec ità faciendo homo malum facit, ſed licitum pro ſui ipſius defenſione, nam ex eã neceſsitatis fit cuilibet licita occiſio inuaſoris, ẽt ex intentione, quę eſſet illicita: pro defenſione autem reipub. extra caſum extremę neceſsitatis nulli priuato licet quenquam occidere ex intentione, niſi aliquo modo ad id habeat auctoritatem publicam à repub. vel ab habente curam ipſius: quia non priuati hominis, ſed habentis publicũ miniſterium, eſt decernere quãdo, & quomodo, & per quos reipub. defenſio, & conſeruatio, etiam cum propriæ vitæ detrimento faciẽda ſit. In caſu autem extremæ neceſsitatis reipub. cuilibet eius ciui licitum eſſet inuaſorem ex intentione occidere ad illius ſimul & uitæ proprię defenſionem, & conſeruationẽ, ut illa prima & hæc etiã ſecunda tenet opinio, tunc enim fungitur auctoritate publica, ut miles pro repub. militando.

Secundò probatur idem, quia non licet fornicari, mentiri, uel peierare, ad finem conſeruandi uitam in caſu, quo aliàs uita ſeruari, niſi fornicando, mentiendo, aut peierando, non poſſet; ergo eodem modo, eademque ratione non licet homini priuato ſe defendenti ex intentione occidere iniuſtum inuaſorem: nam utrunque eodem iure naturali prohibitum eſt. Antecedens aũt præſupponitur uerũ, cuius oppoſitũ erroneum eſt, uti ſuperius q. 29. latius habetur, quod & ipſe Sotò ubi ſupra concedit. Si negatur conſequentia dicendo non eſſe eandem rõnem utrobiq;, nam ideò fornicatio, uel periuriũ ad ſaluandum uitam non licet, quia per ſe à natura id medium nõ eſt ordinatum, neq; certum, aut neceſſarium ad eum finem, occiſio autem inuaſoris ità eſt; Contrà, quia ꝙ tale medium non ſit à natura ordinatũ ad talem finẽ, ex hoc non redditur illicita electio illius medii, ſi id ad eum finẽ cõducẽs, uel neceſſariũ, nec aliàs prohibitũ eſt, quod patet, quia maritus ad ſalutem extremè coitu indigens, certè tenetur, uel licitè poteſt ad ſuam vxorẽ cõcedere, quamuis hoc medium ad illum finẽ non ſit ordinatũ à natura. Igitur aliũde uitiatur electio illius

medii

medii; videlicet fornicationis, aut periurii ad eũ finem conſeruandi vitã, nempè, quia id aliàs æquè, aut magis prohibitum eſt, quàm permittere ſe mori, vel occidi. Nunc autem hæc eadem ratio eſt in præfata conſequentia, & propoſito præſenti, quia videlicet eodem iure ęquè, aut magis prohibetur hominis occiſio ex intentione facta auctoritate priuata, quàm permittere ſe occidi ab inuaſore. Igitur conſtat intentum: & ita vel vtrumque negari, vel vtrumque eadem ratione concedi debet. Et confirmatur, quia niſi hæc ſecunda opinio eſſet vera, iam eadem ratione ſequeretur quòd ad finẽ conſeruandi vitam licitè quis poſſet ex intentione eligere, vt medium, occidere quencunque ſuę vitæ inſidiatorem, quem non per uim, ſed per fraudes, atque calumnias falſorũ teſtium, aut per venena, vel per alios multiplices modos aliàs ineuitabiles conſtat in mortem alterius machinari; hoc autem non eſt concedendum, vt inferius in dubio in fine huius quæſtionis habetur. Igitur hæc ſecunda opinio vera, & oppoſita falſa eſt. Sed ad hanc rationem reſponderet prima opinio negando ſequelam, nec eſt ſimile. Nam inuaſoris occiſio, etiam ex intentione, omni iure conceſſa eſt: fornicari autem, & peierari, aut alio modo per fraudes, ſiue calumnias in mortem alicuius machinantem occidere, etiam ad vitandam mortem propriam, nullo iure cõceſſum, ſed potius prohibitum omninò eſt, vt inferius in dubio finali huius quæſtionis latius habetur.

[illegible] Tertiò probatur idem auctoritate Auguſtini ad publicolam, & habetur. 23.q.5. ca. de occidendis, qui ſic ait. De occidendis hominibus, ne ab eis quiſquàm occidatur, non mihi placet conſilium: niſi fortè ſit miles, aut publica functione teneatur: vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi ipſe etiam eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ. Item idem in alia Epiſtola ad Macedonium, & habetur, ea.q.cap. cùm homo, & expreſſius de libero arbitrio lib. 1. ca. 5. id pro ſequitur, atque determinat.

Sed ad has auctoritates reſpõdet prima opinio, & præcipuè gloſ. in dicto ca. de occidendis, quòd id intelligitur, quando quis inuaſorem occidit pro ſe, ideſt priuato odio illius, aut liuore vindictæ: quia tunc homicida eſt corã Deo. Quod inde elicitur, quia inferius in dic. ca. cùm homo, ipſe Auguſt. ſignificat licitum eſſe occidere inuaſorẽ cauſa euadendi, vel ſubueniendi neceſſitati, ſicut occiditur latro à viatore, & hoſtis à milite. Alio etiã modo reſponderi poteſt, quòd Auguſt. ibidem, & expreſſius in libro primo de libero arbitrio cap. 5. ſentit quòd pro rerum temporalium, & pudicitiæ defenſione illicitum quidem eſt quenquàm occidere: dubitat autem an id liceat pro vitæ defenſione. Cum quo ſtat quòd ſine eius auctoritatis præiudicio alii doctores rationabiliter opinentur, id licitum eſſe, vt in prima opinione ſuprapoſita probatum eſt.

Aliæ etiam rationes non tanti ponderis fieri poſſunt pro hac ſecunda opin. videlicet quòd Exo. 22. dicitur quòd occidens furem diuinum non ſit liber, nec innoxius, & ſecundum iura occidẽs aliũ pro ſui defenſione, pęniteat tot diebus, & alia eiuſmodi. Sed hęc omnia omittuntur: quia ad ea facilè poteſt reſponderi, quòd hæc procedunt in foro tantum humano, vel exteriori, quia præſumitur contra illos quòd non omninò neceſſitate compulſi, aut non cum debito moderamine occiderunt etiam ſeipſos defendendo, vti Alexander ubi ſupra, & alii doctores tenentes oppoſitam opinionẽ facilè reſpondent.

Quartò probatur idem, & eſt potiſſima ratio, quia qui non niſi cum debito moderamine poteſt aliquid licitè velle, aut agere, is non dicitur id velle, neque uerè vult per ſe, & directè, uel ex intentione effectum inde ſequentem, ut habetur de iniuri. & dam. dat. ca. ſi culpa tua, ut ſupra. q. 33. in primo puncto in reſponſione ad primum argumentum latius probatur: Sed inuaſus non niſi cum debito moderamine ſe defendens poteſt licitè occidere inuaſorem, ergo non ex intentione. *4. Ratio.*

Sed, ut ſemel dicam quod mihi magis placet, certè hęc opinio ſecunda B. Thom. tutior, & probabilior uidetur: quo non obſtan. dicerẽ etiam quod ſe defendenti ab iniuſto inuaſore cum moderamine inculpatæ tutelæ licitum eſt illum ſcienter occidere, idque confuſè ità uelle, ſicut Deus ſcit ſibi licitum eſſe, quomodocunque, id licitum ſit: nec oportet in particulari ſcire, uel examinare, aut cõſiderare qua intentione id actualiter faciat. Et quidem ad hanc ſecũdam opinionem Auguſtinus ubi ſuprà magis accedit. Dico iniuſtum inuaſorem ex parte cauſę, quia ſcilicet me ſine iuſta cauſa occidere uult, quamuis non ſit iniuſtus parte ſua, puta quia furioſus, amens, uel inuincibiliter putans ſe iuſtam cauſam habere, me occidere uult: nam ẽt hunc me defendendo modo ſupra dicto licitè occidere poſſum.

Sed utrum ſimiliter liceat occidere regem, aut papam inuaſorem, communiter dicitur quòd ſic: ſed Soto de iuſtitia, & iure, libr. 5. q. 1. arti. 3. dicit quòd non eſt pro uitando maiori malo reipub. tenetur homo poſtponere ẽt uitam corporalem. Cõſonat Nauarro in commen. de defenſione proximi nume. 24.

Contra præfatam ſecundam opinionem arguitur, ut arguit Soto ubi ſupra. Nã 7. ethi. ca. 3. ad efficacem uolitionem finis neceſſariò ſequitur electio medii, quod iudicatur neceſſarium ad illum finem. Sed ſi licita, & efficaciter uolita eſt defenſio, uel conſeruatio uitæ, & ad illam iudicatur, ut medium, neceſſarium eſſe occiſionem inuaſoris gladio, ſagitta, aut globulo ignito, uti ſupponitur, ergo neceſſaria ſequitur licita electio illius medii, ſcilicet occiſionis inuaſoris ex intentione ad illũ finem: ſicut ſi auctoritate publica, id faceret inuaſus. Quæ conſequentia indè magis probatur *Argum. 1.*

quòd

quòd non pōt illa occiſio eſſe uolita, niſi quomodo iudicatur neceſſaria; uidelicet ut medium ad defenſionem, vel conſeruationem vitæ volitam efficaciter.

Argumē. 2. Secundò arguitur ad idem, Licitum eſt ea intentione velle, aut eligere defendendo ſeipſum vim vi repellere, non ſolùm cautè ictus inuaſoris recipiendo, ſed etiam ipſum repercutiendo, ſi id fuerit neceſſarium. Sed hæc violentiæ repulſio, atque percuſsio, eſt illius occiſio certa, vti ſupponitur in caſu prædicto: ergo licitum eſt hanc occiſionem eligere, aut velle ex intentione, modò ſit, & appelletur mediū, modò effectus, aut alio modo.

Argumē. 3. Tertiò arguitur ad idem quia ſecundo Phyſ. ex fine ſumitur neceſsitas medii ad illum, præcepto etiam fine præcipitur & medium neceſſarium ad illum, ſed finis, puta defenſio, vel conſeruatio vitę eſt neceſſarius neceſsitate præcepti, nam quilibet tenetur ſuæ vitæ conſulere, mortemque vitare: ſaltem hoc ſupponitur in caſu, quo homo ad id tunc teneat, & occiſio inuaſoris eſt medium cognitum neceſſarium ad conſeruationem vitæ, vti etiā ſupponitur ꝙ niſi ille occidatur nō vitabitur mors: nā medium eſt, & dicitur id, per quod peruenitur ad finis executionem, ergo etiam ex præcepto illa inuaſoris occiſio ex intentione vel ex propoſito eligenda eſt.

Argumē. 4. Quartò arguitur ad idem ex duobus malis etiā culpæ minus eſt eligendum diſtin. 13. ca. duo mala, & ca. nerui. Nam ad vitandam mortem licitā eſt abſciſio brachii, & acceptio rei alienæ, quarū quælibet aliàs ſeorſum prohibita eſt; ſicut & ad vitandam mortem excuſatus eſt Dauid comedens panes propoſitionis lege prohibitos, primo Reg. 21. Tunc enim minor prohibitio cedit maiori: ſed maius malum culpę eſt eſſe cauſam, etiam omiſsiuam mortis ſuæ, quàm alterius, ſicut & grauius eſt ſeipſum, quàm alterum, occidere. Quia ex ordine charitatis magis tenetur homo ſuæ vitę conſulere, ſuamque mortem vitare, quàm alterius, ergo pro conſeruatione vitæ, aut pro ſua morte vitanda eligenda eſt etiam ex intētione mors, vel occiſio inuaſoris.

Reſpon. ad primū arg. Reſpon. ad primum argumentū loquendo ſemper de perſona priuata, nam de occidente auctoritate publica non eſt dubium. Primò dico ad maiorem quòd licet poſſet abſolutè negari, quatenus ibi dicitur quòd ad volitionem finis neceſſariò ſequitur electio medii cogniti neceſſarii, vti eam negat Angeſt. in morali ca. 3. tamen moraliter, & regulariter loquendo, vt loquitur Ariſt. conceſſa illa maiori, & minori, negatur conſequentia. Tùm primò quia eodem modo concluderetur idem licere etiam inuaſori, vel alteri cuiq; contra quencunq; iniuſtè calumniantem, vel inſidiantem, aut machinantem in mortem ipſius: liceret quoq; fornicari ad ſeruandam vitam, uti ſuperius in ſecunda ratione probatum eſt. Tùm ſecundò quia ſolū concluditur quòd homo neceſſariò vult illā occiſionem, quomodo iudicat illam eſſe neceſſariam ad finem efficaciter uolitum: ſtat autem quòd cū hoc quòd uerè iudicat eam neceſſariam, ut medium ad conſeruationem uitæ, ſimul etiam iudicet eam, ut effectum per accidens neceſſariò conſequentē ad defenſionem, vel ad uiolentiæ repulſionem uolitā efficaciter: Et cùm ſciat eam occiſionem ex intentione eſſe aliàs ſibi prohibitam, ut ſupra probatū eſt, ideò ſtat quòd eam non uelit, ut medium, ſed ſolum ut effectum defenſionis per accidens conſequentem, ſicut iudicat. Et ità de facto, & licitè illam uult per accidens, uolitione etiam mixta cum inuoluntario, quia ſcilicet illam nollet, ſi aliter ſe defendere poſſet. Neque enim neceſsitatur uoluntas uelle aliquid ſub omnibus rationibus, quibus oſtenditur eſſe uolendum: poteſt enim ex ſua libertate uelle ſub hac, & non ſub illa alia ratione ei oſtenſa, poteſt etiam diuidere, ubi intellectus componit. Et ità falſum eſt, uti uidetur tacitè ſubſumptum in minori, quòd ſolum iudicat eam occiſionem eſſe medium neceſſarium ad defenſionem uitæ: nam etiam & potius tunc iudicat eſſe effectum defenſionis præuiſum, & ità per accidēs cū admixtione inuoluntarii uult eam, ut dictum eſt. Quòd ſi ſupponatur quòd ſolum iudicet eam eſſe mediū neceſſarium ad id, non admittitur, quia repugnat hypotheſi quòd ſcilicet inuaſus licitè ſi occidat inuaſorem auctoritate priuata, quod eſſe nō poteſt, ſi illum occidat ex intētione, uel eam occiſionem eligat, ut medium ad defenſionē, quod idem eſt.

Ad ſecundum argumentum reſponſio patet ex dictis. Negatur enim maior, quatenus dicere ui-
detur quòd licet ex intentione uelle etia[illegible]
cutere: hoc enim non licet ſicut nec o[illegible]
uis bene liceat uelle uim ui repellere [illegible]
ictus inuaſoris, & ſe defendere reper[illegible]
occidendo, ut percuſsio, & occiſio ſit [illegible]
fenſionis tantum, defenſio autem ſit o[illegible]
ctionis, uel intentionis: refert enim dic[illegible]
illo modo ſtando in rigore uerborum. [illegible]
minor. Nam defenſio uitæ non eſt inua[illegible]
ſio, uel percuſsio formaliter; ſed hæc [illegible]
illa per accidens, & ità ut effectus illiu[illegible]
dens cum mixtione inuoluntarii uolita e[illegible]

Si replicetur. Si ego efficaciter, & [illegible]
tione uolo defendere, & conſeruare ui[illegible]
& iudico ad id eſſe neceſſariam occiſio[illegible]
ſoris, uel ut medium, uel ut effectum in[illegible]
tem, quia, ſcilicet ſine hac me defendere [illegible]
ſum, uti ſupponitur, ergo etiam efficacit[illegible]
tè uolo ex intentione, ſiuè propoſito illu[illegible]
re. Conſequentia patet, quia ſtante uoliti[illegible]
caci antecedentis, & iudicio bonitatis c[illegible]
tiæ neceſſariò uoluntas uult ſimiliter lici[illegible]
intentione ipſum conſequens.

Reſpon. dupliciter ad replicam, prim[illegible]
do conſequentiam, & ad eius probation[illegible] dico
quòd oportet addere ſtante iudicio, & uolitione
bonitatis conſequentiæ &c. nam ſi conſequentia

eſt

eſt nolita, non oportet ullo modo velle conſequẽs: quod fit in caſu præſenti, nollem enim ex vitæ defenſione ſequi inuaſoris occiſionem, ſi fieri poſſet. Sicut non valet, volo peccatum, ergo volo eodem nari in æternum, & ideò apponendum eſt moderamen inculpatę tutelę vt ex parte ſe ipſum defendẽtis conſtet quòd non vult quòd mors inuaſoris ſequatur, ſi fieri commodè poſſet, ex ſui ipſius defenſione.

Secundò, etiam negatur conſequẽtia quatenus ibi dicitur quòd ergo etiam ex intentione volo cõſequens. Nam eſto quòd velim conſequentiã eſſe bonam, & ipſum conſequens, nõ oportet quòd illud velim eodem modo; ſcilicet ex intẽtione, ſicut volo antecedens: ſed ſufficit quòd velim illud per accidens, ſicut iudico eſſe effectum per accidens neceſſariò ſequentem ad actum defenſionis, vt in reſponſione ad primum argumentum dictum eſt. Sicut qui indigẽs petit ad uſurã ei mutuari ſciens tradẽtem ad id paratum inde peccaturum, nõ peccat, ſi petens quia non vult ex intentione, vel propoſito illum effectum, ſcilicet peccatum alterius. Similiter neque is, qui pro redemptione ſuæ vexationis pecuniam dat Simoniaco exigenti: ſimiliter neque is, qui ab infideli pro alicuius contractus robore iuramentum per ſua idola petit ſciens illum per hoc peccaturum. Nam in his non intenditur peccatum proximi præuiſum, vt medium ad finem licitum: ſed illic iuſta ſubuentio neceſsitatis, aut redemptio vexationis, hic autem contractus ſtabilitas vera, & roboratio. Sic in defenſione vitæ ab inuaſore, cuius occiſio neceſſariò ſecutura præuidetur, non intenditur nec eligitur formaliter, & directè ipſa occiſio, ſed vitę conſeruatio: occiſio autem, non vt medium, ſed vt licitæ defenſionis effectus præuiſus, per accidens tantum cum admixtione etiam inuoluntarii, quamuis efficaciter licitè volita eſt.

Ad tertium argumentum reſpondeo negando minorẽ quatenus ibi dicitur quòd illa occiſio inuaſoris tunc eſt medium ad defenſionem vitæ: nã eſt etiam & potius effectus eius, & vt talis non vt medium tunc per accidens illa occiſio eſt volita, vt ſępè dictum eſt. Item adhuc conceſſa minore, & eſto quòd eſſet medium neceſſarium ad conſeruationẽ vitæ, negatur conſequentia eiuſque probatio. Nã illa maxima, Præcepto fine præcipitur & medium neceſſarium ad illum intelligitur dummodo nõ ſit aliis ęquè, aut magis prohibitum illud medium, quàm finis ille ſit in præcepto: fornicatio enim, & periorium non rectè eligitur ad conſeruationẽ vitæ, etiam ſi ad id ſit aliquando medium conducẽs, & neceſſarium, & non alia ratione niſi quia ęquè, aut magis prohibetur, quàm vitę conſeruatio præcipitur, vti ſuperius in ſecunda probatione dictum eſt; ſic in propoſito, quia occiſio inuaſoris ex intentione ęquè, aut magis prohibetur, quàm propriæ vitæ conſeruatio præcipitur, indè non licitè eligitur ut medium ad uitæ conſeruationem, ut hoc &

latius patebit in reſponſione ad quartum argumẽtum ſequens.

Ad quartum argumentum reſpondeo quòd illa maior eſt uera de malis culpæ, quæ à ſua malitia poſſunt exui, ità quòd aliquando ex aliqua cauſa benè fieri poſſunt: tunc enim maior obligatio de obligat à minori, & ità minus malum, ex quo reſpectu maioris habet aliquam rationem boni, eligendum uel permittendum eſt. Secus in malis culpæ, quæ ex nulla cauſa benè fieri poſſunt: tũc enim non poteſt dari perplexitas, ità quòd neceſſariò ſit malè agendum alterum eorum eligendo: ſed potius tunc etiam moriendum eſt, quàm alterum illorum eligatur. Et ità conceſſa maiori in prædicto ſenſu uero, dico ad minorem diſtinguendo, quia ſe, uel alterum commiſsiuè occidere ex intentione auctoritate priuata non poteſt benè fieri, neque ullo modo eligendum eſt, modò alterum ſit altero grauius, modò non. Omiſsiuè autem occidere, uel eſſe cauſam mortis ſuæ, uel alterius poteſt licitè fieri ex cauſa rationabili permittẽdo ſe, uel aliũ mori, uel occidi, in caſu etiam, quo licitè poſſet utriuſque uitæ prouideri. Neque enim tenemur omni modo poſsibili, nec in omni caſu, uel euentu, cũ magna ferè omnium temporalium iactura, atque labore maximo propriam, uel aliorum uitam ſeruare: ſed modis tantum, & cibis, & medicamentis, quæ communiter, & cõmodè poſſunt haberi. Neque enim pro cibo alio quærendo, aut pro medicina, & medicis, & loco alio ad uitam neceſſariis tenemur omnia ferè temporalia expendere, uel ad regiones longinquas proficiſci, quamuis liceat. Ex ordine autem charitatis quoad uitam ſpiritualem animæ præcipuè tenetur homo in omni caſu ſe ipſum pluſquàm proximum diligere: nam neque pro totius mundi ſalute liceret peccare mortaliter, neque uelle à Dei gratia decidere: quoad corporalia autem, quamuis, uti ubi ſupra &c. q. 27. artic. 5. ait, B. Thom. regulariter homo etiam plus ſibi, quàm proximo conſulere teneatur; in quo etiam ſuus Soto ubi ſupra art. 6. in reſponſione ad ſecundum argumentum à B. Tho. deuiare uidetur. A tuerò non eo rigore, nec in omni caſu, uel euentu, ad id obligatur. Sępè etenim poteſt ex officio amicitiæ, fidelitatis, aut patientiæ, alteriuſvè uirtutis, aut ex alia rationabili cauſa, immò & aliquando pro honore, temporalibuſque tuendis, licitè, & officiosè cedere iuri ſuo, exponendo ſe periculo uitæ, permittendo etiam ſe mori, aut etiam occidi: quando non liceret nec proximum occidere, nec ſpſum mori, nec occidi, aut etiam ſpoliari, uel infamari permittere, etiam cum iniuſti inuaſoris occiſione, ut patet. 23. q. 5. ca. non eſt noſtrum, ut etiam ait Nauarro in commento de defenſione proximi nu. me. 12. 14. 23. & Tho. lib. 1. de regimine princip. ca. 6. Vnde liquet maiorem ſemper eſſe prohibitionem de non occidẽdo proximum commiſsiuè, & aliquando omiſsiuè, quàm ſit obligatio de propria uita ſeruanda, uel de non permittendo propriæ

Reſpon. ad 4. argumen.

priæ

priæ perſonæ occiſionem, & ità illa minor non eſt omninò in omni caſu, & euentu vera. Sed eſto totum illud antecedens verum: tunc ſimpliciter negatur illa conſequentia, ſolum enim indè concluditur, ſicut & conceditur quòd pro cõſeruatione vitæ potius teneor, aut licitè poſſum, eligere defendere me ipſum ab inuaſore, quàm cauere ipſius occiſionem per accidens ſequentem, atq; præuiſam, quòdque potius ipſius inuaſoris, quàm mei ipſius occiſio de præcepto, vel de conſilio poſtponenda, & permittenda, non tamen eligenda eſt.

Argum. 5. Quintò ad idem arguitur, nam eodem præcepto tenemur nos non mutilare, quo & nos ipſos, vel alium non occidere. Sed pro conſeruatione vitæ ſuæ quilibet auctoritate propria, ſiuè priuata ex intentione ſeipſum licitè mutilare poteſt, dùm videt ſe aliter mortem euadere nõ poſſe; idq; poteſt, vt medicus, uelle vt medium neceſſarium ad illum finem, ergo eodem modo poteſt velle ex intẽtione inuaſorem occidere ad ſuæ vitæ conſeruationem.

Reſpon. ad 5. argumen. Reſpon. negando conſequentiam, nec eſt ſimile, nec eadem ratio. Nam quilibet habet ius, & curam ſeruandi, & cuſtodiendi vitam ſuam; & ſupra ſua membra poteſtatem habet ad illum finẽ, ſicut gubernator reipub. ipſius curá habet, & non alius. Vnde ſicut iſte pro ſuæ reipub. conſeruatione poteſt malefactorem, vt membrum putridum atque nociuum, ex intentione occidendo pręſcindere; Ità & quilibet pro ſuę vitæ corporalis conſeruatione membrum corporis ſui nociuum ex intentione lædere, aut præſcindere, vt medicus poteſt: poteſt inquàm per ſe, vt medicus, ſi ſcit, & poteſt, aut per alium medicum quomodo videbitur expedire. Et ſicut nemo præter habentem curam reipub. vice Dei poteſtatem habet vitæ, & mortis, aut mutilationis, vel præſciſionis alterius ad ipſius reipub. cõſeruationem, ità nemo alius ad conſeruationem vitæ ſuæ auctoritate priuata ſe, vel alium, ex intentione occidere poteſt: niſi vt dictum eſt.

Argum. 6. Sextò, demum ad idẽ arguitur. Nam licet eodem præcepto. Non occides cuilibet prohibitum ſit ſe, vel alium occidere: at verò ſicut eo non obſtante per ius naturale, atque diuinum, licitum eſt vnicuique ad finem obtinendi aliquam virtutem, eamque tuendi eligere ſibi mortem ex intentione, vel ea, ex quibus certiſsimè ſibi mors creditur imminere, vt medium ad talem finem: Puta licitũ eſt patienter eligere ſe non defendere ab interfectore, uel inuaſore, & panem neceſſariũ elargire proximo in extrema utriuſque neceſsitate, & tabulam in naufragio alteri ex charitate relinquere, ut ſaluetur, & uiſitare infirmos tempore peſtis, & pro amico exponere uitam, & damnato ad mortem licitum eſt nolle fugere, licitum etiam eſt nauigare tempore periculoſo, & in bello iuſto quantumlibet periculoſo pugnare, abſtinentia uitam reddere breuiorem, & huiuſmodi alia multa, uti de his Caieta. ſecunda ſecundę. q. 69. artic. 3. & 4. latius agit. Et victoria in. 9. relectione de homicidio, nu. 24. uſque ad finem. Et Syluester titu. homicidium 1. q. & bellum, ſecundo per totum, ergo ita ſimiliter, eademque ratione, non obſtan. illo præcepto Non occides, iure naturali licitum eſt ad finem ſaluandi uitam propriam ex intentione, uel electione inuaſorem occidere.

Reſpon. 6. argum. Reſpon. negando conſequentiam, quia neq; uerum eſt quod dicitur in antecedente quòd ſcilicet licitum ſit ad finem etiã uirtutis obtinendæ ſeipſum ex intentione morti exponere in caſibus adductis ibidem: nam id ſolum licitum eſt facere nõ ex intentione moriendi, aut inferendi ſibi mortem, ſicut licitum eſt fugienti taurum, uel ignem, aut inimicum, ſe repente pręcipitare non ex intentione ſe occidendi, ſed aliud periculum euadendi, ut ſuperius declaratum eſt, uti etiam de his caſibus latius agit Victoria ubi ſupra. nu. 36. de quibus ẽt, & quomodo ex intentione ſeipſum occidere nunquàm liceat, uideri poteſt ca. diſplicet. 23. q. 4. Itẽ. q. 5. ca. ſi non licet, ca. ſi quem. 11. & ca. 19. q. 4. & ita hoc argumentum potius facit pro pręfata ſecunda, opi. B. Thom. & aliorum contra primam, opi. Nam ſicut non licet ex intentione ſeipſum occidere, aut certo periculo mortis ex ulla cauſa exponere, ità nec proximum occidere ex intentione.

Dubium Tandem ad prædicta omnia dubitatur, primò, utrum pro uita ſeruanda liceat alicui priuato occidere machinantem, aut inſidiantem in futurá mortem illius, per calumnias, aut fraudes teſtium, aut per uenena, aut per quoſcunq; alios modos nõ uiolentos; ſicut liceret ex intentione, aut non ex intentione occidere uiolẽtum, & iniuſtum inuaſorem.

Reſpon. id non licere neque ex intentione, neque non ex intentione illum occidendu etiã ſi homo certò ſciat ſe non poſſe mortem euadere, niſi ſic pręueniendo ipſum machinantem occidat: ſed ſolum id facere poteſt, quando uidet illum tentaré iam, & parare ſeipſum, uel per inſidias machinari, & incipere per uim inuadere de pręſenti uitá ipſius: nam tunc utique poteſt quaſi ſe defendendo ea intentione, qua Deus ſcit ſibi licere, ſecundum uarias opiniones ſuprapoſitas illum occidere: etiam antequàm ab illo ipſe occidatur, uel lędatur; ſi aliter ſibi commodè prouidere non poteſt. Neque enim tenetur ſe iuſtè defendens, expectare, ut prius ipſe percutiatur ab inuaſore, dùm inuaſionis intentatio pręſens, uel eius inceptio, aut anticipatio, ſi expectetur, eſt occidere, antequàm ſit locus defenſionis. Et in hoc benè conſonat Soto ubi ſupra, & Syluester bellum, ſecundo. q. 1. & homicidium, primo. q. 2. q. 9. cum gloſ. in ca. ſignificaſti, de homicidio, & in ca. quod militare. 23. q. 1. & ff. ad. l. Aquiliam. l. 4. & 5. Probatur prima pars huius reſponſionis, nam ſecunda iam patet ex ſupradictis, quia ubi non eſt uitæ defenſio ab inuaſore, non poteſt eſſe hominis occiſio licita homini priuato, quia non eſt ibi aliud obiectum formale directè intentum in illo actu, occiſionis, niſi

ipſe

ipſe homo, qui occiditur. Nam conſeruatio vitæ eſt finis præſtitutus, obiectumque remotum, non autem proximum, & proprium ſpecificans illum actum occiſionis: ſed ſolum ſpecificat actum defenſionis, ſi ibi defenſio eſſet. Nunc autem non eſt ibi vitæ defenſio per violentiæ repulſionem, vbi nõ eſt inuaſio violenta, aut vis corporalis intentata, vel icepta machinata, vel parata de præſenti, qualis non eſt in caſu dubii prędicti, ſed ſolũ eſt fraudulenta machinatio per viam fraudis, ſiuè calumniæ, vti ſupponitur, igitur veritas reſponſionis planè conſtat. Poterit tamen arte artem fallere, videlicet venenum ſibi propinatum, ſiuè ſibi paratũ in ipſum propinantem vel machinantem induſtriè conuertere, & ita eadem intentione, qua & ipſum occidere dictum eſt ſibi licere: dùm vitæ ſuę aliter prouidere non poſſet: non tamen poterit per alios modos de ſe aliàs illicitos, puta per falſas calumnias, fraudeſque mendaces, illius fraudes, & machinationes ad ſuæ vitæ conſeruationem aptas, & neceſſarias eludere, quia ad Ro. 3. Non ſunt faciẽda mala, vt ueniant bona: & multò minus ut mala vitentur. Ad quod Syluester titu. aduocatus. q. 9. q. 12. & bellum, primo. q. 8. & maleficium. q. 8. q. 9. & doctores communiter faciunt. Sed quid ſi innoxia mulier cum marito in eodem lecto iacẽs euidenter ſciat illum ſub ceruicali gladium abdidiſſe, quo ipſam dormientem poſteà iugularet, neque ipſi mulieri aliud effugium patet. Nũquid poſſet ipſa gladium furtim accipere, & maritum occidere, antequàm ab eo occidatur, ſicut inſidiãtem violentum vitæ cum armis quilibet ad vitam cõſeruandam præueniendo occidere poteſt, vt ait gloſ. in dic. ca. quod militare? Reſpondet Soto vbi ſupra quòd poſt factum non videtur condemnandũ, ante factum autem id ipſe non conſuleret, ſed neque hoc publicè prædicandum eſt, ne rude vulgus ignorans quando eſt vitæ defenſio, quando non, per abuſum licentiam amplificet.

Secundò dubitatur vtrum fugiens in equo inuaſorem iniuſtum poſsit licitè proterere, & ſic occidere puerum in via iacentem, videns ſe aliter euadere non poſſe. Et ſimiliter qui alium impellit in flumen, vel præcipitium, vt ipſe mortem euadat.

Reſpon. quòd actu de ſe directo ad mortem alterius id facere non poteſt ſcienter, etiam ſi nõ ex intentione id faciat, benè tamen id facere poteſt actu indirecto. Primum patet, quia puerille, vel alius, non eſt inuaſor iniuſtus vllo modo, uti ſupponitur, & eſt iam iuſtus poſſeſſor vitæ ſuæ, & loci, ubi eſt, dùm indè recedere commodè non poteſt, ut alius effugiat, ergo iniuſtè alius ſcienter illum proterendo, aut impellendo actu directo in mortem eius occideret, vt ſic ipſe mortẽ euadat. Patet conſequentia, quia iuſtus poſſeſſor vitæ illicitè ſcienter ab alio occiditur actu directo in mortem eius quacunque ex cauſa, & quomodocunque auctoritate priuata, niſi in defenſione ſui, uel alterius iniuſtus inuaſor ſit, vt ſupra dictum eſt, ſicut illicitè ego raperem panem, uel tabulam in naufragio à iuſtè poſsidẽte in extrema neceſsitate vtriuſque, vt à morte me ipſum liberarem, cùm aliter euadere nõ poſsit ſimul uterque: quia & ad Rom. 3. Non ſunt facienda mala, ut veniant bona. Secũdum quòd ſcilicet actu indirecto in mortem alterius innocentis, directo autem ad euaſionem mortis, id facere poſsit, puta paululum diuertẽdo, aut ſi per ſaltum equi probabiliter putabat utriuſque ſaluare uitam, quamuis res non ſucceſsit ad uotũ, vt infra in. 3. dubio ſequenti latius habetur. Et cõſonat Syluester, homicidium, ſecundo. q. 26. & homicidium, primo. q. 2. q. 5. & bellum, primo. q. 10. & alii doctores quomodo in bello iuſto innocentes non directè, ſed indirectè, & per accidens tantum occidi poſſunt.

DVBITATVR tertiò utrum prægnans, uel in partu periclitans, ad ſeruandum uitam ſuam, in caſu quo aliter eam ſeruare non poteſt, licitè poſſit ſumere medicinam, uel aliquid facere, idque per alium procurare unde aborſus, & mors fœtus iam animati certiſsimè ſequatur: & utrum ſimiliter, medicus, uel obſtetrix id facere poſsit. *Dubium. 3.*

Reſpon. quanuis Syluester titu. medicus. quęſt. 4. ſecundum Ioan. de Neapoli dicat indiſtinctè quòd non, & alii dicant quòd ipſa mulier id facere poteſt, medicus autem, uel obſtetrix non poteſt. Ego tamen melius diſtinguendo dicerem, quòd ſi medicina, uel alia opera, aut induſtria, quæ adhibetur eſt de ſe, & directè, & immediatè, & principaliter Sanitatis, vel ſalutis collatiua, uti eſt ſanguinis minutio, balneatio, pharmacum purgatiuum humoris, emplaſtrum mitigatiuum doloris, & huiuſmodi: tunc licitum eſt ipſi mulieri per ſe, & per alios, & ipſis etiam medicis, & obſtetricibus hæc omnia procurare, & applicare, & ad id adiuuare: immò & ſæpè medicus, & obſtetrix ad id vocati ex ſuo officio tenentur: ſicut & proximum in extremo periculo laborantem adiuuare, & defendere, uel à morte liberare quilibet potens ſuo modo tenetur, aut ſaltem licitè poteſt, quando modus liberandi aliàs licitus eſt, vt in prædicto caſu contingit, vti Syluester tit. bellum. 2. q. 6. & alibi doctores latius agũt, & ſupra. quæſt. 26. nos latius egimus. Nam, uti ſupponitur, illa medicina, & induſtria eſt de ſe ex natura ſua directè, & immediatè ſalutifera, & ad ſalutem ordinata: quanuis per accidens, & indirectè ſit mortifera, aut mors fœtus, uel alterius innocentis indè ſequatur, ſicut ex iuſta defenſione innocentis ſuperius dictum eſt. Igitur licitum eſt eam mulieri periclitanti modo prędicto applicare ex intẽtione illam à morte pręſeruandi: maximè quia mulier potius ius habet, & poſſeſsionem uitę ſuę tuendę, etiam cum periculo fœtus, quàm ipſe fœtus ad ſuam cum periculo matris: cùm eius uita ex uita matris, & non è conuerſo uita matris ex fœtus uita dependeat. Et ad hoc facere uidetur Syluester homicidium, ſecundo. q. 26. ut inferius dicetur, & ſupra dubio. 2. habetur de indirectè proterente

puerum

puerum iacentem in uia, ut ipſe mortem effugiat. Si autem opera, uel medicina de ſe, uel ex natura ſua directè, & principaliter ſit mortifera, uel ad mortem ordinata, uti eſt uenenum, dilaceratio, percuſsio, uel præcipitatio, aut proculcatio: tunc neque ipſi mulieri, neque medico, neque obſtetrici, aut alteri cuique licitum eſt eam ſumere, uel applicare cum certo periculo fœtus, uel alterius innocentis, etiam ex intentione matrem, aut alterum, uel etiam ſeipſum à morte preſeruandi, quia tale medium homicidii illicitum eſt ex cauſa, qualcunque, & quomodocunque fiat auctoritate, priuata: niſi in defenſione ab iniuſto inuaſore, ut ſupra dubio ſecundo probatum eſt. Et in hoc caſu ſic intellectus Syluester, titu. medicus. q. 4. ſecundum Ioan. de Neapoli optimè conſonat: ad quod facit Ambro. 14. q. 5. ca. denique ubi ait. Si alteri ſubueniri non poteſt, niſi alter lędatur, commodius eſt neutrum iuuare. Ex ſupradictis clariſsimè ſequitur quòd fugiens in equo illicitè proculcat puerum iacentem in uia, uel alium impellit in præcipitiũ, ut ipſe mortem euadat, uti ſuperius in ſecundo dubio habetur: quia quamuis fuga abſolutè ex ſe, & directè non ſit actus mortis illatiuus, ſed euaſiuus, at uerò proculcatio pueri, & impulſio in præcipitium eſt actus, uel modus de ſe, & directè mortis illatiuus, & illicitus, & ideò ratione huius actus, vel modi illiciti adiuncti, illa fuga illo modo facta videlicet ſcienter proculcando puerum, vel aliũ impellendo in præcipitium, etiam ad ſuam mortem euadendum vtiq; directè mortifera, & illicita eſt: eſſet autem licita, ſi fugiens ille paululum diuerteret, aut per ſaltum equi, uel alio modo caueret, exiſtimans ſe hoc modo poſſe ſine morte alterius ſuã vitam ſeruare: quamuis non ità res ſuccederet ad votum. Nam tunc excuſatur, dùm inuincibiliter, vel probabiliter ęſtimat ſe non directè occidere, uel proculcare puerum, faciens quod in ſe eſt ad non occidendum, quamuis enim directè occideret: at præter intentum mors alterius ſecuta eſſet à fugiẽte modo prędicto ignoràte, & vtente iure ſuo. Cum ſupradictis ſtat quòd mulier ẽt fugiens, ſicut et iniuſtè inuaſus licitè poteſt ſinere ſe occidi, aut mori, ne fœtus, vel alius etiam licitè occidatur, vti Syluester bellum ſecundo. q. 3. & doctores cõmuniter docent.

QVAESTIO TRIGESSIMA NONA.

Quomodo teneantur iniuſtè bellantes illi etiam, ad quos aliqua bona ex bello inſulanorum peruenerunt.

1. Puncti. RESPON. hic ſunt tria pũcta principalia pertractanda. Primum quomodo ipſi bellantes in bello iniuſto peccent, & reſtituere teneantur. Secundũ quomodò ipſi Domini, vel principes, pro quibus bellatum eſt, teneantur reſarcire damna eorum, qui ab ipſis prœliati ſunt. Tertium quomodò teneantur ij, ad quos aliqua bona ex bello peruenerunt. Nam alia ad hanc materiam pertinentia præſupponuntur, & ad doctores communiter de his agentes lectorem mittimus.

Igitur quoad primum punctum reſpondeo diſtinguendo; nam iſti bellantes aut ſunt ſubditi, ſiuè vaſſalli, qui Domino præcipienti in hoc obedire tenentur, aut non. Si ſic, poſſunt ſe tripliciter habere, nam vel ſciunt bellum eſſe iniuſtum, vel ignorant, vel dubitant. Si ergo iſti ſubditi etiam ad præceptum ſuperioris conſtricti bellant ſcientes bellum iniuſtum eſſe: vltra peccatum mortale tenentur reparare dãna per eos illata eo modo, quo intulerunt, puta vel in toto, vel in parte, vt ipſi cauſam damni dederunt, vt de concurrentibus cum fure communiter dicitur à doctoribus, vt de hoc latius agit clariſsimus doctor Medina de reſtitutione. q. 7. q. 8. ibi videatur. Nam iſti culpabiliter, & iniuſtè proximum damnificauerunt. Nec eos excuſat obedientia, præceptumùe ſuperioris bellare præcipientis, quia tunc tantum excuſat obedientia quando ſubditi obediunt ex neceſsitate, ita quòd non poſſunt ſine peccato non obedire; in hoc autem caſu propoſito non tenentur ſubditi obedire in bello cognito iniuſto, ſicut neque in fornicatione cognita contra legem Dei: quia Actu. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus: patet igitur quòd non neceſsitate, ſed voluntate iniuſtè bellarunt. Si autem iſti ſubditi ex ſuperioris præcepto bellantes inculpabiliter ignorant belli iniuſtitiam putantes illud iuſtum eſſe, aliàs non prœliaturi, ſi illud iniuſtum eſſe ſcirent, tunc bona fide bellantes, neque peccant, neque reparare damna, neque reſtituere tenentur, dùm in tali permanent ignorantia, ſeu bona fide. Quia quilibet ſubditus credens inuincibiliter bellum, aut præceptũ ſuperioris iuſtum eſſe, tenetur obedire. Quandò uerò nouerint iniuſtum bellum fuiſſe, tunc tenentur reſtituere ea dũtaxat, quæ in ſua poteſtate extant ex his, quæ deprædati ſunt, & quatenus ex aliis diuitiis raptis, & iã conſumptis ditiores facti ſunt, vt de conſumente aliena cum bona fide communiter dicunt doctores, & Medina vbi ſupra, & Syluestrina titu. reſtitutio. 3. q. 7. & titu. bellum, primo q. 9. Tunc autem dicitur aliquis ditior factus ex illis bonis ſecundum Caietanum ſecunda ſecundæ. q. 62. art. 6. & Medina de reſtitutione. q. 10. quando commoditatem aliquam indè aſſecutus eſt, puta ſi tantundem de ſuis bonis erat conſumpturus, ſi illa conſumpſit, aut donaturus ſi donauit, aut ſi ex eius alienatione preciũ uel huiuſmodi habuit. Sed nota ſecũdum Victoria in quinta relectione, quę eſt ſecunda de bello Indorum, dubio ſecundo propoſitio. 4. quòd poſſunt eſſe talia argumenta, & indicia de iniuſtitia belli, quòd ignorantia ſubditos non excuſaret militantes. Quia poſſet eſſe ignorantia affectata, & prauo ſtudio contra hoſtes concepta: alioqui infideles ex præcepto principum ſuorum militantes contra Chriſtianos, & mili-

milites, qui ex præcepto Pilati Chriſtum Crucifixerunt ex ignorantia: & Iudæi perſuaſi à ſenioribus clamantes crucifige eum excuſarentur à peccato, quod abſit.

Quòd ſi prædicti ſubditi bellantes ex pręcepto ſuperioris dubitant bellum eſſe iuſtum: tunc eſt duplex opinio, Altera Adriani in ſecũdo quodlibeto tenẽtis ꝙ & mortaliter peccant, & reſtituere damna tenentur: Quia uel tales inquirunt: & tunc ſi ſunt certiores effecti de belli iniuſtitia, vtique tenẽtur, ut ſupra dictũ eſt. Vel nõ inquirũt, aut ſi inquirũt, tñ adhuc manẽt dubii de iuſtitia vel iniuſtitia eius, & tũc nõ excuſant, quia exponũt ſe periculo iniuſtè dãnificandi: & agunt contra conſcientiã dubiam, quod eſt æquè malum, ſicut agere contra conſcientiam certam. Neq; cõtra cõſcientiã dubiã tenentur obedire ſuperiori pręcipienti.

Altera opinio communis & uerior, ut latius infra lib. 3. de conſcientia. q. 5. & 6. habetur, quòd ſi ſubditi prędicti dubitant de belli iuſtitia, non autẽ de obligatione ad obediendũ domino pręcipienti: tunc neq; bellando peccãt, neq; reſtituere tenent̃, niſi vt dictũ eſt de inuincibiliter ignorãtibus, quando nouerint eius iniuſtitiam, dummodò ſeruetur moderamen, maximè qñ bellum non indicitur ad ignem, & ſanguinem. Et ratio eſt, quia in tali caſu, ſicut in caſu ignorãtiæ inuincibilis ſupradicto. excuſantur ſubditi per obedientiam ſimul & bonam fidem: Nam tunc tenentur ſuperiori obedire, alioqui maiora mala reipubl. ſequerentur, ſi ſubditi nõ tenerentur ad præceptum principis bellare, quouſque de iuſtitia cauſæ certi ſint, quod patet in ca. quid culpatur. 23. q. 1. patet etiam ex ca. paſtoralis. de offic. deleg. vbi habetur ꝙ ſi iudex præcipit executori vt ſententiam cõtra damnatum exequatur: qui executor dubitat iuſta ne, vel iniuſta ſententia ſit, vtique iſte non peccat, neque tenetur ad damnũ exequens ſententiam illam: quia ad eum nõ ſpectat cauſam examinare, ſed obedire. Sic igitur in caſu pręſenti dicendum eſt, quia nec ſubditi eſt cauſam belli examinare, ſed obedire præcipienti, etiam in cauſa dubia, ut ibi ſupra latius habetur: Princeps ergo, cuius intęreſt benè videre quod iubet, peccat, & totius damni tenetur.

Ad rõnem autem Adriani reſpondeo negando quòd tales agant contra conſcientiã, & ꝙ exponãt ſe periculo, & ꝙ obedire non teneantur. Nõ enim eſt dubium practicum, ſed ſpeculatiuum tantũ de iuſtitia cauſæ: dùm non dubitant ſi illicitè agere, neq; an liceat obedire domino bellum pręcipienti. Agerent autem contra conſcientiam, ſi dubitãdo ꝙ illicitè obediunt domino præcipienti, bellarent: ſed tunc, vt perplexitatem peccati euitarent, tenerentur tali conſcientia depoſita, bonaq; conſcientia formata (vt dictum eſt) ad præceptum ſuperioris pręliari, & cum hoc magis concordat Syluester tit. bellum. 1. q. 9.

Si verò iſti pręliantes non ſint ſubditi, uel ſi ſint, non tamen per obedientiam ſuperioris bellare cogũtur: ſed potius ipſi ſe offerũt amicitia, precibus, pecunia, aut honoris amore, & huiuſmodi alia quauis cauſa inducti: tunc, quanuis à peccato excuſentur inuincibiliter ignorantes iniuſtitiam belli non præliaturi, niſi iuſtum bellum ęſtimarent: at uerò à damnorum reparatione, & raptorum bonorum reſtitutione non excuſantur per ſupradictam ignorãtiã, & bonã fidem. Statim enim ut nouerint iniuſtũ bellum eſſe, ſiue fuiſſe, ad prędicta tenentur: idque in toto, uel in parte, quatenus cauſam damni dederunt, & rapuerunt: etiam ſi cum bona fide ea conſumpſerint: ut ſupra de ſcientibus bellum iniuſtum dictum eſt. Quia ad non reſtituendum non ſufficit bona fides, niſi etiam ſimul obedientia adſit, q̃a & ſic leges diſponũt, ut de hoc latius agit Syluester tit. bellum. 1. q. 9. Sed utrũ hęc damna ipſis præliantibus teneatur princeps, pro cuius parte pugnarunt, reſtituere, uel reparare, infra in ſecundo pũcto ꝓximo ſequẽti habetur. Quòd ſi iſti ſciẽtes uel etiam dubitantes de belli iniuſtitia, uel eã vincibiliter ignorantes præliati ſunt, tunc vltra obligationẽ reparationis, & reſtitutionis etiam mortali peccato obnoxii ſunt.

QVOAD ſecundũ punctum, ſ. qũo princeps mouens bellũ teneatur dãna reparare perſonarũ, & bonorũ ſub eius ſigno militãtiũ, Reſp. ſub diſtinctione, nã aut bellũ eſt iuſtũ vel iniuſtũ. Si iuſtũ tũc de hoc ſunt quinq; dicta ſequentia. Primũ dictũ eſt ꝙ dñi nõ tenẽtur ſubditis ex obediẽtia bellãtibus ſatisfacere: niſi ſolũ expẽſas ſoluere, ſiue ſtipendia bellantium, ſicut & alia ſtipendia aliorũ ſubditorũ ipſis in aliis miniſteriis ſeruientium. Quod patet, quia quo iure iſti ſubditi tenẽtur dñis præcipientibus in hoc obedire, eodẽ tenentur periculis belli ſe exponere. Et ſimiliter non tenentur dñi ſatisfacere aliis q̃buſcũq; ſtipẽdio libere cõductis ad bellãdũ: quia tales ſeipſos, & ſuas operas cum dãnis in tali opere bellico contingentibus ad id liberè locauerunt: ſed ſufficit illis ſua ſtipendia perſoluere. 2. punctum.

Secundũ dictum eſt, ꝙ aliis rogatis & uocatis tenetur dñs ſatisfacere de dãnis ipſis obuenientibus in executione tantum ipſius, ad quod vocãtur, ſiue mandãtur; nõ aũt ſi alia occaſiõe damna patiãtur. Nã hęc eſt regula generalis ꝙ ſcilicet mãdãs obligatus eſt dãnis mandatarii. videatur Syluester tit. mandatum. & titu. reſtitutio. 3. q. 6. & titu. bellum. primo q. 5. & 6. & communiter alibi doctores.

Tertium dictum eſt, illis qui ſponte ſua ẽt principe uolente ueniunt ad bellum cum animo rem principis utiliter agendi, vel etiã vitam pro principe, & eius honore donandi, quales ſunt conſanguinei, & alii ſpeciales amici, non tenetur princeps reſtituere, neque ſatisfacere, ſed neque expenſas, & ſtipendia donare: tùm quia ex quo iſti ueniunt cum tali animo prædicta donandi, perinde eſt ac ſi donaſſent: niſi fortè aliquid ex pacto ſpeciali peterent, aut deducerent: tùm etiã quia princeps in ſimili, aut alio negocio, ſimiliter faceret, ſiuo donare ratione antidotorũ &

gratitudinis eiſdem naturali iure tenetur:& multò minus princeps teneretur, ſi iſti animo vindictæ, aut ſpoliandi,uel famam acquirendi venirent: tūc enim potius animo rem ſuam,quàm principis agē di bellarent.

Quartum dictum, Illis,qui ſponte ſua ſimul, & pręter voluntatē principis nō coacti per obediētiā, nec ſtipendio conducti, neq; cum prędicto animo donandi, neq; propter famam, aut intereſſe proprium præcipuè, ſed ſolum à principe licentiati dicente uadant qui voluerint, aut ſi voluerint, & cum animo vtiliter gerendi rem principis pręcipuè ſuis ſtipendiis veniunt ad bellum,tenetur princeps dāna reſarcire,quia eius negocium eo cō ſentiente gerunt.Nam ſecundum cōmuniter doctores ei,qui vtiliter gerit negocium alterius conſentiens in id tenet ſoluere, dānaq; propter hoc reſarcire:talis ēt conſenſus, & ratihabitio mandato comparatur. Mandans autem tenetur mandatario ēt in cauſa turpi,ut infra in ſexto dicto habetur.Videatur Syluester tit.reſtitutio.3.q.8.& latius titulo bellum primo q.6.vbi de his,& de caſu quinti dicti ſequentis agitur.

Quintum dictum, Veniētibus ſponte ſua ad bellum,ſeu in adiutorium belli iuſti ipſo principe renitente non tenetur princeps eorum dāna reſarcire:quia cùm non ſit credendum de voluntate principis, q̄ ſit in beſtialis,ſiue irrationabilis:ſed potius q̄ rationabiliter tale adiutorium reſpuit, quia uel ſuſpicatur illos ſibi nō fore fideles, uel quia habet ſufficientem exercitum ſine illis, & non vult plures,ne aduerſarii pluſquam oportet damnificētur: vel quia vult q̄ illi alteri operi incumbant: & huiuſ modi.Ideò non tenetur princeps illis tanquam vtiliter rem ipſius agentibus damna compenſare.

Quòd ſi contra hoc arguitur,q̄ medico curanti infirmum,etiam renitentem, & in eius medicinas multa expendenti tenetur infirmus ipſe iam ſanus ſoluere expenſas,& induſtriæ labores, ſecundū omnes doctores,quia medicus vtiliter egit cām infirmi:& ſimiliter ſi domus aliqua minatur ruinā, vel flagrat incendio,extra quam Petrum nolētem exire Martinus intrans renitentem extrahit, & à mortis periculo liberauit:propter quod iſte Martinus ab igne,uel à domo ruente,in perſona, uel in rebus,Petro illæſo manente,læſus eſt:certè ſecundum omnes Petrus ille liberatus tenetur Martino adiutori,& liberatori compenſare damna,quę ſua cauſa rationabiliter paſſus eſt: quia utiliter egit cauſam ipſius, etiam inuiti. Pari etiam ratione agitans tauros,cui admonito ut fugiat, nec fugere volenti, miles illi ſuccurrens perdit equum occiſum à tauro, vtique tenetur militi equum compenſare:ergo ſimiliter eſt in propoſito de bello, quòd princeps renitens tenetur prędictis adiutoribus rē eius utiliter agentibus damna reparare.

Reſpon.negando conſequentiam: nec enim eſt ſimile,quia in caſibus antecedentis illi in exemplis adductis, ſi actu non conſentiunt: at conſentire tenentur in adiutorio illis impenſo: ac proindè tanquam actu debito conſentientes adiutoribus ſatisfacere damna ſua cauſa illata tenentur.Si autem eorum voluntas rationabilis eſſet in diſſentiendo illi eorum adiutorio, etiam ſi utiliter ipſorum negocium ageretur, non tenerentur: puta ſi ideò quis nollet ab illo medico curari, quia eſt inimicus eius,aut non benè ad illum affectus; & timet de curatione,uel credit illum nō ſatis doctum, aut quia per alium amicum vult ſibi mederi, certè talis diſſenſus infirmi non temerarius, ſed rationabilis eſt:ac proindè tali medico non teneretur:& ſic eſt in caſu præſenti de bello, ut dictum eſt. Omnia hæc quinque dicta in bello iuſto procedunt:nā de bello iniuſto in ſexto dicto ſequenti habetur. Concordat Syluester titu.bellum.1.q.6.

Sextum dictum, Quando bellum iniuſtum eſt; vtrum dominus teneatur reparare damna recepta adiutoribus ſuis,eſt duplex opinio. Prima q̄ tàm ſubditi, quàm non ſubditi, quicunque illi ſint, ſi ſciunt bellum iniuſtum eſſe, & cum tali mala fide bellant quocunque animo ad bellum aduenerint, non tenetur eis princeps de damnis ſatisfacere,niſi per eum ad id coacti ſint. Sic tenet Gabriel in quarto diſtinct. 15. quęſtio. quarta cum multis aliis, & Syluester titu. bellum primo quæſtio. 10. Ratio horum eſt triplex. Prima quia ex cauſa turpi non oritur obligatio contra mandantem, & multò minus contra non mandantem, vt habetur inſtitut. de mandatis. Secunda quia ſi quis facit opus peccaminoſum, non poteſt pro tali recipere preciū, etiam à mandante, & ſi recipit, reſtituere tenetur: quia peccatum inutile, & nullius valoris,ſed potius nociuum eſt: & ità precium excedit valorem mercis: ergo iniuſtus eſt cōtractus, & per conſequens eſt obligatio reſtituendi, quod ex tali cauſa receptum fuerit. Tertia ratio, quia radix reſtitutionis eſt iniuſta damnificatio:ſed perpetrans malum voluntariè conſentit cum mandante, & peccat: ergo ſic conſentiens non iniuſtè damnificatur: neq; eſt inde obligatio in principe ad aliquid ei reſarciendum. *Opi. 1.*

Alia eſt opinio: quòd ſcilicet princeps mandans, uel inducens,ipſis ab eo inductis, ſiue coactis, in ſuo bello iniuſto pro eo, etiam cum mala fide militantibus, tenetur de damnis ſatisfacere: idque eſt uerum, non ſolum quando pactum, aut iuramentum principis de ſatisfaciendo,uel ſoluendo interuenit ratione fidelitatis, ut Medina de reſtitutione quæſt. 20. quæſtio. 28. latius probat: ſed etiam quando prædicta non interueniūt, niſi ſola principis inductio, uel mandatum: Quod probatur tripliciter. Primò quia ſi ego te induco ad rem honeſtam, in qua damnum pateris, etiam ſi nullum interueniat iuramentum,uel pactum, teneor ad damnum, ex regula communi quòd ſcilicet, omnis mandās tenetur mandatario:& de regu.iur. Si tua cauſa damnum illatum eſt, iure te ſatisfacere oportet: ergo ſimiliter teneor *Opi 2.*

neor

neor, ſi induco ad rem inhoneſtam: uel ſi in re inhoneſta cauſa damni ſum. Patet cõſequentia: quia turpitudo, uel non turpitudo eſt impertinẽs ad efficacem dãnificationẽ iniuſtam, ex qua in me oritur obligatio ſatisfaciendi, uel reſtituendi: ergo ẽt eſt impertinẽs ad obligationem ſatisfactionis, ſeu reſtitutionis. Secundò probatur idem: quia ſtando in æquitate naturali non debet eſſe melioris conditionis qui mandat rem turpem, quàm qui honeſtã: ſed iſte ex mãdato tenetur, ut dictum eſt, ergo & ille. Tertiò probatur idem, quia ſecundum doctores communiter Si ego te induco ad peccatum, & ità te damnifico in bonis ſpiritualibus animæ aliàs non peccaturum, certè teneor ſuo modo ſatisfacere, puta inducendo ad bonum, & orando pro te, ut gratiam perditam recuperes; ergo ſimiliter in damnificatione aliorum bonorum corporalium, & temporalium ſuo modo ſatisfacere teneor, ſiuè interueniat turpitudo actus, modò non, Patet conſequentia, quia nulla videtur ſufficiens ratio diſcriminis.

Ad rationes prioris opi. Reſp. ad primam ꝙ illa inſtituta de mandatis eſt lex tantum pœnalis, & ualet in exteriori foro iudiciali duntaxat: ibi enim ius decernit ꝙ ultra alias pœnas talis executor rei turpis maneat ſine damni reparatione. Secus in conſcientia, de qua aliter dictum eſt.

Ad ſecundam, Reſpon. ex Medina, vbi ſupra, ꝙ non pro opere peccaminoſo, ut tale eſt, ſed ratione damni, cuius fuit efficax cauſa, tenetur, ut dictũ eſt. Põt ẽt negari antecedens, vt ſupra. q. 32. latius habetur.

Ad tertiã, Reſpon. ad minorem ꝙ ille ſolum cõſentit in actum culpabilẽ, ratione cuius dignus eſt damnificari: non tñ in ipſam damnificationem indè ſequentem, cuius cã fuit princeps illũ inducens, & ita rõ non procedit. Si enim rõ illa aliquid probaret, probaret ẽt de bonis animæ, ꝙ ſcilicet inducens ad malũ nõ teneretur inducto: ex quo ẽt ipſe volens ex ſua culpa ſic dãnificatus: cuius tñ oppoſitum ſuprà probatũ eſt. Aliis etiam de ſua familia, & ſimiliter illis qui ſpõtè, & liberè in bello iniuſto ipſo conſentiente, ẽt cum mala fide pro eo militarunt, tenetur dãna reparare: ſicut in bello iuſto ipſo cõſentiẽte militãtibus tenetur, ut ſupra in 4. dicto habetur. Et concordat Syluester tit. bellũ. 1. q. 10. quoad eos, qui cum bona fide militarunt.

3. Puncti Quoad tertiũ punctum, quomodo; ſcilicet teneãtur illi, ad quos aliqua bona ex bello peruenerunt, ſunt ſex dicta quorum primum eſt. Si certũ eſt talia bona in bello iuſto iuſtè eſſe acquiſita, tunc illi, ad quos perueniunt donatione, uel alio iuſto contractu, iuſtè ẽt retinent, neque in hoc eſt dubium.

Secundum dictum, Si certò conſtat talia bona eſſe iniuſtè acquiſita, tunc ſi ſunt bona, quæ vſu nõ conſumuntur, puta veſtes, ſerica, iocalia, & huiuſmodi, is, ad quem hæc perueniunt, reſtituere tenetur ſuis ueris dominis, ſi cõmodè cognoſci, eiſque commodè poſſunt reſtitui: aliàs in pauperes, & in alia pia opera eroganda ſunt ipſa, uel ualor eorũ, quia dominium eorum non fuit tranſlatum in præfatos expugnatores, ſeu bellatores, & ex cõſequẽti neque in ipſum, qui ab eis illa habuit.

Tertium dictum. Si talia bona, quę conſtat illos expugnatores iniuſtè acquiſiuiſſe, ſunt bona, quæ vſu conſumuntur, puta commeſtibilia, medicinæ, aromatica, pecuniæ, & huiuſmodi, tunc diſtinguere oportet. Nam ſi iſte, puta Sortes, hæc à prędictis expugnatoribus titulo donationis, ſeu gratis habuit, & propter hanc donationem illi non redditi ſunt imponentes ad reſtituendum, puta quia de aliis ſuis bonis iuſtè acquiſitis poterant reſtituere tantundem; iam ſortes eſt tutus in conſcientia, neque reſtituere tenetur. Quòd ſi illi ſoluendo non erant, puta quia non habebant alia bona iuſtè acquiſita, de quibus tantundem reſtituere poſſent, tunc reſtituere tenetur, vel pauperibus tanquã bona incerta erogare. Si autem titulo oneroſo, puta per contractum emptionis, aut venditionis quiſpiã hæc habuit ab eis, reſtituere non tenetur. Si uerò talia habuit propter beneficia, ſeruitia, ſeu alia obſequia iuſta illis expugnatoribus pręſtita, aut propter aliam cauſam, quæ ſuum ſtipendium merebatur, eique debebatur, tunc videtur ꝙ iſte reſtituere non tenetur, dummodo ratione huius tituli non plus ab ipſis accepiſſet, quàm prædicta eius obſequia merebantur, quia perinde eſt, ac ſi titulo oneroſo ab eis accepiſſet, vt dictum eſt.

Quartum dictum, ſi neque certum eſt illos expugnatores iuſtè ne, an iniuſtè talia bona acquiſiuiſſe, ſed adhuc eſt dubium, & incertũ, tunc iſte tenetur de hoc certior fieri quantum commodè potuerit: & ſi certitudinem iuſtæ, aut iniuſtæ acquiſitionis bonorum habuerit, & faciat ſecundũ ſupradicta in tribus dictis præcedentibus. Quòd ſi nullam certitudinem habere potuerit de his, ſed adhuc manet dubium, & incertum (id quod ſæpè contingit) nam talis certitudo pẽdet ex cognitione poteſtatis ad bellandum, et ex modo, quo tali poteſtate vſi ſunt, ſi exceſſerunt, aut non, & ſi totũ illud bello iuſto, aut etiã aliis viis iniquis acquiſierunt: quæ omnia niſi ex uera cõfeſſione, aut relatione ipſorũ certò cõſtare non pñt. Igitur ſi adhuc eſt dubium de prędictis, tũc iſte põt licitè retinere bona præfata, & ipſis uti cũ uero ꝓpoſito ꝙ qñ ei cõſtiterit de iniuſta illorum acquiſitione, faciet, ſiue reſtituet ſecundum quod in tribus dictis præcedentibus ipſum teneri dictũ eſt. Quòd ſi cũ bona fide ea habet putãs eſſe iuſtè acquiſita nõ tenetur: niſi qñ de iniuſta acquiſitione certior factus fuerit. Et tũc ſolũ tenebitur reſtituere quæ extant, & quatenus ditior factus eſt, ut ſupra in 1. pũcto de ignorãter bellãtibus dictũ eſt. Hæc in Medina de reſtit. q. 10. videantur: & Syluestrina. ti. bellũ. 1. q. 9. & reſt. 3. q. 7.

Quintum dictũ, Si prędicti bellatores ab inſulanis iam expugnatis aliquid gratis & liberè donatũ habent de cauſa, quòd ſcilicet à Rege erant eiſdẽ cõmiſſi ad eorum gubernationem, ſi fecerũt quod

teſtes refellere,& veritatem indagare,ut fecit Daniel circa Suſannam: Si dicas quòd ex alio iure diuino & naturali, habetur quòd iudex debet, ut poteſt, innocentem liberare, & refellere teſtes,& veritatem indagare: Itá etiam ego dico quòd alio iure diuino & naturali habetur quòd ultra probationem teſtium ſunt alia requiſita ad iuſtam condemnationem alicuius, quòd ſcilicet ſit debita materia condemnationis, qualis innocens cognitus non eſt.

Ad aliud ſcilicet quòd plurium teſtimonium debet prævalere, Reſpond. quòd intelligitur cæteris paribus, id eſt dùm de huius, uel alterius partis veritate nil certius conſtat, ut habetur Exo. 23. Nõ acquieſces plurimorum ſentẽtię, ut à vero devies: tunc enim dùm de veritate non conſtat, ſtandum eſt plurimi teſtimonio, quia pro ueritate præſumitur. Item intelligitur quòd prævalet plurium teſtimonium ad iudicialiter abſoluendum, uel condemnandum, quando ſententia ferenda eſt: ſecus ad non condemnandum, tunc enim vnius certius ſcientis veritatem debet teſtimoniũ prævalere. Et itá patet quòd ſtandum eſt ueritati, quam iudex ab ore teſtium venatur, quando nil aliud certius conſtat: non autem quando ipſe priuatim certò nouit veritatem, ad criminaliter condemnandum innocentem.

Et nota quòd illud in ore duorum &c. quatenus eſt morale valet in lege noua ad hunc ſenſum, ne ſcilicet quis condemnetur, niſi ſufficienti teſtimonio conuictus: quòdque ſufficientibus teſtibus probatum debet haberi pro uero, niſi aliud certius cõſtet. Quatenus autẽ eſt iudiciale, puta quòd duo, vel tres teſtes ſufficiant, hoc non habet vim in lege noua, niſi ſecundum quod humana lege ordinatur. Nam in aliquibus cauſis plures, in aliquibus pauciores teſtes requiruntur, quanuis regulariter duo vel tres requirantur, & ſufficiant.

Reſpon. ad 7. rationem. Ad ſeptimam rationem ſecundę opin. Reſpon. quòd antecedens eſt uerum regulariter quòd ſcilicet ſecundum allegata eſt iudicandum: quod intellige niſi aliud certius de alicuius innocentia conſtet, tunc enim non eſt morti damnandus, etiamſi probetur nocens, vt ſupradictum eſt: quia ius fortius naturale, atque diuinum itá dictat: ſicut ex c. inquiſitioni. de ſenten. excommunica. quanuis iuſtæ ſententiæ parendum ſit: non tamen tenetur quis cognoſcere quam certò ſcit non eſſe ſuam: quanuis iudex ſecundum allegata iuſtè iudicet, & præcipiat illam tenere, ut ſuam. Nec aliud probant omnes illę auctoritates ibi adductæ. Dico enim ad cap. iudicet. 3. quæſtio. 7. & 2. quæſtio. 1. cap. 1. Semper. ad l. illicitas, quòd id eſt uerum regulariter, vt dictum eſt: & ſimiliter ad capitu. Summoperè. 11. quæſt. 3. immo & potius facit pro hac tertia opinione: dùm ibi dicitur q͂ cauſis primò diligenter ventilatis cùm res, quę ignoratur, plenè ad notitiam venerit: tunc diuina & humana lex reſoluatur, & ſic iudicetur non ex corde noſtro, ſed ex pręcepto diuino. Similiter reſpon. ad cap. paſtoralis, quòd etiam loquitur in cauſa ciuili, de qua in prima parte huius tertię opin. dictum eſt. Et idem dico ad cap. 1. de offici. ordin. quòd loquitur in cauſa ciuili, de qua iudex eccleſiaſticus cognoſcit. Et ad replicam contra euaſionem ibi poſitam, vbi dicitur quòd idem eſt iudicare ſecundum leges, & ſecundum allegata: Reſpon. eſto ita ſit: quod tamen non conceditur, neque enim probationes teſtium ſiue ſunt leges, quãuis per eas veniatur ad legum obſeruantiam. At uerò id eſſet uerum, quando iudicando ſecundum leges non fieret contra aliud fortius ius diuinum, vel naturale, vt ſæpè dictum eſt. Ad confirmationem Reſpon. illa maior eſt uera, dùm de notabili pręiudicio tertii non conſtat aliquid certius: ut de hoc latius infra libro 3. de conſcientia quæſtio. ſexta habetur: in caſu autem præſenti conſtat de præiudicio vitæ innocentis, & ita ratio non præcedit.

Reſpon. ad corolla. Er per hęc patet etiam reſpon. ad ea, quæ in corollariis ſecundæ opi. habentur, quomodo cõſequẽter ad hanc tertiam opi. dicendum eſt, quòd ſcilicet, quando iudex videt quòd non, niſi per remiſſionem ad ſuperiorem, uel per ceſſionem officii poteſt innocentem à morte liberare, utique tenetur contra primum & ſecundum corollarium: & ſimiliter miniſter executor potius tenetur ſuo cedere officio: quàm ad præceptum, uel ſententiam iudicis cognitum innocentem occidere, vel mutilare, quod eſt contrà tertium corollarium ſecundæ opinionis. Quare frater Barnabas de Roſalibus in ſuo tractatu de veritate opinionum fol. 95. tenens primam opinionem ſuprapoſitam quoad iudicem, non videtur conſequenter loqui, dùm ait quòd ordinarius, & etiam executor ſententię, ſui legati, uel ſuperioris, tenetur eam exequi etiam in criminalibus contra innocentem cognitum probatum nocentem, ſi non poteſt commodè efficere, ut ab hoc onere exequendi impoſito ipſum abſoluat. Et ratio eius eſt, quia iſte agit ut miniſter obedientia coactus, non potens ſubterfugere miniſterium, uel obſeruantiam denegare: iudex autem ſuperior, qui nulli ſubeſt, ſine his inconuenientibus poteſt, & ideò tenetur, cedere officio potius, quàm ipſum innocentem condemnare. Hæc ille. Sed certè, ſi benè perſpiciatur, eadem ratio militat in legato, uel in iudice ſuperiore, quæ in ordinario, & in miniſtro ſententiæ executore. Nam vterque licitè poteſt, & ideò debet, ſuo cedere officio, ſeu miniſterio: & ſtante officio manet in utroque obligatio, uel neceſſitas ſententiam ferendi, & eam exequendi ſecundum leges, uti ſupponitur in caſu quæſtionis huius, quam ad hunc articulum vltimum, ubi ſupra, ſtrinximus.

8. Ratio. Tandem aliam rationem ſatis ſyluestrem, uel ſi maius plebeiam, pro ſupradicta ſua ſecunda opi.

Sylue-

Sylueſter facit. Quia inquit, Beatus Thomas illam opi. tenuit: qui ſemper à Deo conſilium, & ueritatem in omnibus ſuis ſcriptis petebat: & ei dominus reuelabat. Nam & ipſi officium, vel etiam materiam de Euchariſtia ſcribenti à Chriſto dictum eſt, Benè ſcripſiſti de me Thoma: inſuper quia eius doctrina per eccleſiã approbata eſt, quò ſit ut eius opinioni ſtandum ſit.

Reſpon. ad rationem. Reſpon. negando conſequentiam: non enim ſequitur, niſi quòd ubi conſtiterit ſufficienter illũ ex diuina reuelatione aliquid habuiſſe, ei credendum, vel ſtandum eſt. Conſtat autem minimè de hoc: quaſi uerò oporteret quòd ſi ipſe ſanctus doctor aliquando, id etiam ſemper peteret à Deo: etiam infallibiliter petita omnia obtineret, maximè ubi talis cognitio veritatis non eſſet ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, immò & aliquando eius occultatio eidem expediret ad humilitatem; ut videlicet ſciant gentes etiam ſancti, atque doctores, ꝙ homines ſunt, & peccare ſępè, et errare poſſunt, id quod ipſa conſtat experientia: ſed neque quia ſemel, aut bis, illi dictum eſt, Benè ſcripſiſti de me Thoma, idem protinus de omnibus ſuis ſcriptis tenendum eſt. Neque eius doctrinæ approbatio per eccleſiam, tanquam ſacræ ſcripturæ canoniʒatio, præuia prudentum, & conſiſtorii eccleſiaſtici examinatione iudiciali diffinitione facta eſt: ità ut illi tanquam fidei, aut decretis eccleſiæ ſtandum ſit, in qua nihil omninò falſi contineatur. Conſtat enim eum in multis à multis doctoribus, & vniuerſitatibus, communiter non teneri, ſed ei contradici, & ipſum à ſeipſo tacitè quandoque retractari, & tanquam dubia, & opinata multa nobis ab eodem diſputata relinqui. Igitur ipſius ſancti doctoris doctrina ſic eſt per eccleſiam approbata, quòd pro maiori parte uera & vtilis: & in aliis probabilis, uel opinabilis, ut ab eo traditur, in ueneratione habenda eſt: ſicut & aliæ doctrinæ ſanctorum, atque doctorum ſcholaſticorum, puta Bonauent. Alexand. de Aleſ. Scoti, & aliorum eiuſmodi: quas eccleſiam in ſuis ſcholis, & vniuerſitatibus, & alibi publicè legendas omnibus fidelibus tradidit, & approbauit. Et hoc modo eſt præ aliis ſpecialiter approbata doctrina Beati Thomę, vt de hoc latius agit Gerſon in tractatu de ſex gradibus veritatum catholicarũ alphab. 14. g, & habetur de hoc in fine eorum Pariſiis cõdemnatorum: & Abulen. in ſuo defenſorio par. 2. cap. 81, & 82. hoc pulchrè proſequitur.

Reſolutio. Quę igitur harum opinionum verior ſit, noſtri non eſt arbitrii diffinire, tantum conſulerem illam ſecundam opinionem B. Tho. quæ & magis communis eſt, eſſe ſequendam. Iure nanque naturali; atque diuino ſeruare tenemur iuſtam legem ſuperioris: iuſta uerò lex ea eſt, quę bonum commune maius priuato præponit, & minus damnum maiori poſtponit: talis autem videtur lex dictans, etiã in caſu mortis, tàm abſoluendo, quàm condemnando ſecundum allegata, & probata eſſe iudicãdum: quia aliàs generaliter via ad multiplices iniuſtitias, & fraudes, & mortes hominum innocentum aperiretur, vndecunq; & quomodocunq; hęc mala proueniant: ergo vti ſuperius in ſecunda opin. dictum eſt, ius naturale dictat ità generatim à iudicibus eſſe faciendum. Quo non obſtante princeps, qui eſt ſupra legem, qui eam condere, & derogare poteſt, vtique poterit reum probatum nocentem, quẽ ipſe priuatim certò nouerit eſſe uerè innocentẽ abſoluere, vt aiunt Alberi. l. illicitas. §. ueritas, ff. de offic. præſid. & Cy. & Bart. & alii in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. & Felin. §. quia uerò. c. paſtoralis. de off. delega. maximè ſi, ut ait Caiet. vbi ſupra, ipſe princeps palàm teſtetur ſe id certò priuatim ſcire; vt ita populo ſatisfiat, & ſcandalo præuideatur. At verò eum, quem ipſe priuato nouerit eſſe reum, atq; nocentem, probatum tamen innocentem, non debet condemnare, ſed immunem à pœna iudicare: niſi delictum ità atrox, ac perniciosum eſſet, ut reipub. valdè conueniret eius auctorem publicè puniri. Sic tenet Couarruuias in reſolutionibus lib. 1, ca. 1. Vbi & ait nu. 8. & li. 2. ca. 10. ꝙ iſte uerè reus, ac nocens, qui in iudicio non eſt probatus nocens, ſed potius innocens apparet, debet à iudice non ſolum abſolui ab inſtantia, uel obſeruatione iudicii, ſed etiam diffinitiuè ut amplius de eo crimine accuſari, aut iterum iudicari non poſſit, niſi aliquid aliud denuò ſuperueniat, vti ait gloſ. in c. de his criminibus. de accuſa. & communiter doctores ibidẽ & Ioan. Andr. Calde. Cardina. & Panor. & alii in d. §. quia uerò, confitentur. Ordo namq; iudiciarius, quamuis ſit de iure gentium, & regulariter obſeruãdus, poteſt tamen & debet aliquando à principe, & rarò ab aliis non ſeruari ex cauſa vrgente ſpeciali ad reipub. bonum vrgente, uti hoc etiam aiunt Soto de iuſtitia & iure lib. 1. quęſt. 1. art. 3. in reſpõ. ad primum argumentum & lib. 5. q. 3. art. 3. Et Nauarro in ſumma cap. 25. nume. 9. & 10. Et de hoc etiam ſuperius in principio huius quæſtionis dictum eſt. Ad idem etiam eſt Sylueſter homicidium. primo quęſt. ſecunda. §. 3. & titu. conquiſitio ſecundo, quæſt. 11. et titu. iudex primo, quæſt. 5. et titu. ſententia quęſt. 4. et 5. et titu. citatio quæſt. 9. & hoc habet ſępè veritatem in religionibus: vbi iuris ordo ex rationabili cauſa non ſemper obſeruatur.

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

Vtrum pro defenſione uitæ liceat occidere iniuſtum inuaſorem.

Reſpon. RESPONDEO Hic alterum certum, alterum dubium eſt. Certum quidem eſt ꝙ uim vi repellere licet cum moderamine inculpatę tutelę pro ſuę uitæ defenſione: quamuis inde mors illius inuaſoris iniuſti ſequatur, idque ità fore præuideatur. Se-

cus ſi iuſtè quis alium inuadat, ut ſuperior ſubditum, rebellem, ad punitionem; ut habetur in caſu uerò primo de ſentent. excommu. & diſt. 1. cap. ius naturale, tametſi aliqui doctores, quibus fauere videtur Auguſtinus de libero arbitrio libr. 1. cap. 5. dixerint non eſſe licitum alicui priuato hominem occidere pro ſuæ uitæ defenſione: ſed ſolum humana lege id eſſe permiſſum, quia ſcilicet apud homines non punitur, quia ſic expedit reipublicæ, ut gloſſa in cap. quod militare. 23. q. 1. refert.

Dubium autem inter doctores adhuc eſt, quo animo, & intentione, aut quomodo talem inuaſorem iniuſtum liceat occidere, vtrum videlicet ſuã vitam defendenti licitum ſit velle ex intentione directè occidere ad prędictum finem ſuæ defenſionis, puta collum eius, aut pectus, gladio, ſiue certa ſagitta, uel globulo ignito transfigendo: & hanc certam eius occiſionem an liceat eligere ex intentione, & certo propoſito, ut mediũ neceſſarium ad finem conſeruandi vitam propriã: ſicut medicus ex intentione, & certo propoſito, pharmacum, uel uenæ percuſſionem, & ſanguinis minutionem licitè eligit, ut detur, & fiat, infirmo, & membri putridi abſciſionem facit, & vult, ad eius ſanitatem conſequendam: aut ſicut miles in bello, & iudex, miniſterque iuſtitię directè, & licitè vult, & ex propoſito eligit hoſtem reipublicę aut malefactorem occidere ad reipublicæ defenſionem, uel à peſtilentibus hominibus conſeruationem.

1. Opinio. RESPON. in hoc eſt duplex opinio. Prima eſt multorum doctorum, quos etiam ſequitur Alexand. de Ales in tertia par. quæſt. 34. membro ſecundo, artic. ii. §. 2. in reſponſione ad ſecundum & quartum argumentum quam etiam probat Turrecremata in decreto diſtin. 50. cap. de his clericis, arti. primo, quamuis etiam probent aliam ſecundam opinio Beati Tho. quę infrà habetur. Hãc etiã opinionem expreſſè tenet Nauarro in ſum. ca. 15. nume. 2. & alibi: & Syluester homicidium primo, quæſt. 5. Item Soto, vbi infrà allegatur, licet in verbis tenere videatur cum ſecunda opinione ſequente beati Thomę: at verò in ſententia, ſi benè inſpiciatur, hanc primam ſequitur opinionem, quòd ſcilicet homini priuato ità licitum eſt ex intentione, vel electione, occidere iniuſtum vitæ inuaſorem cum debito moderamine, ſicut & iudici, & executori iuſtitię, aut militi in bello licitum eſt ex intentione idem facere pro ſua ſimul, & boni communis, aut reipub. defenſione: & eam occiſionem eligere poteſt, non quidem ut finem, ſed ut medium ad finem conſeruandi vitam, & in ordine ad ipſam.

1. Ratio. QVAE opinio probatur tripliciter. Primò, quia in hoc vterque eſt miniſter legis, & executor: & in vtriſque eſt auctoritas publica, id eſt, lex id concedens, quamuis diuerſimodè. Nam ſicut iudex, & iuſtitię executor, uel militans pro republica, ex lege fit eius miniſter ex officio, ut ex iuſtitia licitè occidere poſsit: ità etiam quilibet ex conceſsione legis naturalis, & humanæ, per legem diuinam approbatæ, uel ſaltem non reprobatæ, fit miniſter legis ipſius ex neceſsitate, vt uidelicet in caſu neceſsitatis cum debito moderamine iniuſtum inuaſorem occidere poſſit: ſicut laicus in neceſsitate eſt, aut fit miniſter baptiſmi ex conceſsione legis diuinæ: ſacerdos autem ex officio. Igitur ſicut iudex, aut iuſtitiæ executor, aut miles malefactorem, & inuaſorem ex intentione licitè occidere poteſt, & ſic occidẽdo dicitur vt miniſter legis, & eius, aut publica auctoritate id licitè facere: ità & de quolibet occidente ſuum inuaſorem iniuſtum eadem ratione dicendum eſt. Ad quod allegat hæc opinio Ambro. in lib. de paradiſo dicentem, Nec is, qui homicidium aliquod inuitus fecerit, extra miniſterium eſt. Sed hoc apud Ambroſ. ego reperire non potui. Sed hæc ratio non videtur ſufficiẽs: quia occidere auctoritate legis concedentis, nec eſt, neque ſonat idem, quod occidere auctoritate publica: aliàs enim comedens cibos prohibitos in neceſsitate, auctoritate legis id concedentis, diceretur id facere auctoritate publica, & ſimiliter laicus & infidelis in neceſsitate baptizans.

Secunda ratio, quia ea, ut eodem modo facta occiſio inuaſoris eodem iure excipitur à lege generali prohibente hominem occidere, & vnicuique conceditur, quæ & quomodo ipſa hominis occiſio omni iure generaliter prohibetur: ſed hęc, quæ generaliter prohibetur, eſt occiſio ex intentione tantum, ergo & hęc eadem inuaſoris occiſio facta ex intentione eodem iure excipitur, atque conceditur. Antecedens pro utraque parte probatur, tùm quia exceptio fit à regula, uel prohibitione generali eodẽ modo ſumpta, & ab eo, quod in generali comprehenditur, ut conſtat, & ait glo. in principio tituli de regulis iur. lib. 6. tùm etiam quia ſicut hominis occiſio generaliter, & indiſtinctè prohibetur: ità & inuaſoris occiſio eodem iure generaliter, & indiſtinctè conceditur. Nam ius non diſtinguit vtrobique ex intentione, aut non ex intentione. Nunc autem ubi ius non diſtinguit aliquid concedẽdo, ibi nec nos diſtinguere debemus, ut habetur in cap. ꝙ ſi diminuerit. 31. queſt. 1. & c. ſolitè. de maiori. & obedi. & gloſſ. ibidem cum concordatis. Sed certò nec ipſa ratio ſufficiẽs eſt: quia poteſt negari maior, & etiã minor, dicendo ꝙ lex generaliter prohibet oẽm hominis occiſionẽ de ſe malã, & irrationabilẽ, tã ex intentione, quàm nõ ex intentione factã, auctoritate quacunque, humana, publica, & priuata, & ſolum concedit hñtibus curã reipublicę, & boni communis occidere poſſe hominem reipublicę nociuum ex intentione, quia id bonum, vel non malum eſt. Conceditur etiã homini priuato ut contra inuaſorem ſe, & ſua, atque ſuorum tueri poſsit uim vi repellendo, at uerò nullum ius expreſſè cõcedit alicui homini priuato ex

intentio-

intentione occidere ſuum inuaſorem, vt conſtat diſtin. prima c. ius naturale. & de ſen. excom. ca. ſi uerò. 1. & ff. de iuſti. & iure. l. ut vim ui. & glo. in cap. quod militare. 23. queſt. 1. Ea autem defenſio fieri poteſt ſine intentione occidendi, etiã ſi inde inuaſor ſcienter occidatur, vt inferius dicetur in 2. opin. ergo nihil amplius videtur conceſſum contra generalem iuris, aut legis prohibitionem. Ad quod facit glo. ibidem allegata dicens quòd non licet excipere vbi lex prohibitiua non excipit: & de reg. iur. Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. De quo etiã Victoria in 9. relectione de homicidio nu. 11. vſq; 20. latius agit.

Ratio. Tertia ratio eſt, quia ſecũdum omnes doctores, & etiam ait Florenc. prima par. ſum. titu. 3. ca. 10. §. 10. Neque Deus eccleſia in ſuis præceptis generaliter obligat homines ſub mortali peccato ad id, quod in ſe nimis difficile, aut vix poſsibile eſt. Quia id moraliter & ciuiliter ſecundum iura cẽſetur impoſsibile. Nam & ideò dicunt motus primos non eſſe mortales, & alia eiuſmodi difficillima, quia prima Ioa. 5. Mandata eius grauia non ſunt. & Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, ſcilicet volenti ſecundum Auguſt. Nunc autem in ſe difficillimũ eſt homini ad mortem inuaſo, & in eo diſcrimine conſtituto diſcernere intẽtiones, de quibus inferius agitur in ſecunda opi. & cauere ab intentione occidẽdi inuaſorem, quem certiſsimè, & euidenter occidit, dùm ſeipſum aliter defendere non poteſt. Igitur ex intentione illum occidere licitum, vel ſaltem non mortale eſt. Sed certè nec iſta ratio eſt ſufficiens pro hac opinione. Nam poteſt negari minor dicendo quòd id facere ſaltem virtualiter non eſt in ſe valdè difficile, ſi homo velit ſe rectè habere.

2. opin. Ideò eſt ſecunda opinio B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 64. art. 7. & Abulen. Matth. 5. q. 109. & plurimorum aliorum, quòd ex intentione occidere quẽquã etiam inuaſorem nulli licitũ eſt auctoritate priuata: ſed ſolum auctoritate publica id licet habẽti curam reipublicæ, vel eius executori.

Sed prius declarandum eſt quid ſit ſecundum hanc opinionem occidere ex intentione. Nam hoc tripliciter exponitur à doctoribus huius opinionis. Nempè Caiet. 2. ſecundæ; ubi ſuprà, & multi alii dicunt idem eſſe ex intentione, quod ex certo propoſitò, vel electione hominem occidere, & id ut medium ad finem conſeruandi vitam propriam eligere, & directè velle: & hoc dicunt nulli licere niſi auctoritatem publicam habeat ad id ut iudex, aut iuſtitiæ miniſter, vel miles in bello iuſto: ità quòd homini priuato ſolum eſt licita iniuſti inuaſoris occiſio, ut effectus defenſionis, indè ſequens, quamuis præuiſus ſit: & hoc dicunt, eſſe inuaſorem occidere non ex intentione, id eſt non ex propoſito, uel electione ipſum occidendi, etiam ad finem conſeruandi vitam, ſed vt eſt effectus per accidens, quamuis præuiſus ſequens ad vitæ defenſionem. Sicut debilitatio infirmi non eſt directè, nec ex propoſito à medico intenta, uel electa, vt remedium ad ſanitatem, ſed ſolum eſt curationis effectus, qui quamuis præuiſus ſequitur præter eius intentionem. Ità & inuaſoris occiſio, ſicut debilitas infirmi, aliquo modo, & indirectè, non quidem vt medium volitũ, vel electum ad finem conſeruationis vitæ; ſed ut effectus ex licita defenſione præter intentionem, ſiue per accidens conſequens, quamuis præciſus, cũ alicuius inuoluntarii admixtione licitè volita eſt.

Alii autem, ad quos accedit doctiſsimus Victoria in relectione. 9. de homicidio in quodam ſexto dicto nume. 17. aiunt quòd occidere ex intentione eſt occidere ex certo propoſito occidendi, vt iudex intendit malefactorem vita priuare: & hoc modo nulli priuato licet etiam inuaſorem occidere, ſed ſolum auctoritatem publicam ad id habenti. Præter intentionem autem, occidere eſt non ſolum à caſu, & inuoluntariè, ſed propter allum finem, quem ſi occidens poſset aliter conſequi, non occideret, & hoc modo ait Victoria licitum eſſe cuique in defenſionem ſui occidere iniuſtum inuaſorem, quem nollet occidere, ſi aliter ſe defendere poſſet. Sed certè hæc declaratio non ſatis explicat rem, niſi adiungatur priori declarationi præcedenti ad maiorem eius declarationem. Nam ex vltima eius parte præter intentionem, videtur ſequi quòd inſidiantem vitæ meæ veneno, fraudibus, ſiue calumniis falſorum teſtium, aut aliis modis citra violentam inuaſionem, mihi liceret occidere ex electione, & certo propoſito illum occidendi ad finem vitæ tuendæ, quando aliter uita ſeruari non poſſet, id quod vti latius infrà in dubio, quod in fine huius quæſtionis habetur, concedendum non eſt. 2. Declaratio.

Ideò tertiò magiſter Soto de iuſtitia & iure libro quinto, queſtio. 1. articu. 8. alium dicendi modum, in ſententia paululum in verbis multum diſtantem à præcedente meditatus eſt, dicens quòd occidere ex intentione eſt alterum aggredi, ipſum præueniendo; uel ad uindicandum præteritam iniuriam; vel ad cauendum futuram: & hoc ſolum ait licere publicam auctoritatem habenti ad ſui, & reipub. defenſionem, ut militi per bellum; vel miniſtro iuſtitiæ per eius executionem contra homines reipub. peſtilentes. Occidere autẽ non ex intentione eſt & cenſetur, quandò quis inuaditur, & præſumitur, & ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ talem inuaſorem quomodocunque occidit. Secundò ait Soto ibidem, & arti. ſecundo, quod hoc modo licitum eſt vnicuique, etiam auctoritate priuata, occidere inuaſorem eius occiſionem uolendo, & eligendo, ut medium, neceſſarium ad finem conſeruationis propriæ uitæ, Dicit & tertiò quòd B. Thom. ità ſenſit, quòdq; hanc occiſionem appellat licitũ medium ad vitæ conſeruationem finaliter intentã. Sed certè modus iſtè dicendi, quamuis in foro exteriori, ſit uerus, & ualeat, vt habetur ſignum ſi 3. Declaratio.

Dd 3 quis

quis occidit ex intentione, vel non, quia id ità præſumitur ſecundum gloſſam in cap. quod militare, 23. quæſt. 1. Secus autem in foro conſcientiæ, & veritatis, in quo loquimur. Et ità modus declarandi ſaltem quoad verba extraneus eſt, & diſſonat à veritate, & mente, & verbis, B. Thomæ, & ad primam potius accedit opinionem ſuprapoſitam, quod tripliciter oſtenditur. Secundò quia ſtat inuaſum occidere inuaſorem ex intentione, etiã dùm ipſe inuaſus nullo modo eſt aggreſſor, ut hoc ait expreſſè, B. Thom. vbi ſupra, dicens quòd inuaſus licitè occidit ex intentione inuaſorem auctoritate publica, ut miles in bello, & miniſter iuſtitiæ; illicitè autem, ſi auctoritate priuata ex intentione illum occidam. Nam eius verba ad literam hæc ſunt: Ex actu hominis ſe defendentis duplex effectus ſequi poteſt. Vnus quidem conſeruatio propriæ vitæ, & ex hoc effectu ſpecificatur actus defenſionis, & eſt licitus, ſi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Alius autem effectus eſt occiſio hominis inuadentis: & quia hominem occidere non licet, niſi publica auctoritate propter bonum commune: ideò illicitum eſt quòd homo intendat hominem occidere, ut ſe defendat, & propriam vitam ſeruet: ſed hoc ſolum licet ei, qui habet curam boni communis, & publicam auctoritatem: qui intendens hominem occidere ad ſui defenſionem, hoc refert ad publicum bonum, ut eſt iudex, iuſtitiæque miniſter pugnans contra latrones, & miles pro republ. contra hoſtes pugnans in bello: quamuis & iſti peccent, ſi priuata libidine moueantur. Hæc B. Tho. ex quibus verbis patet intentum. Tùm ſecundò idẽ oſtenditur, quia illa declaratio multum diſſonat à communi acceptione huius vocis ex intentione, neque ſatis conſonat, occidere ex intentione eſt occidere aggrediendo, & occidere non ex intentione eſt occidere paſsiuè aggrediendo, uel dùm quis prius inuaſus eſt. Sed neque B. Thom. tàm extranea verba, & interpretationem vſquã commentus eſt. Tùm denique tertiò idem oſtenditur, quia quando B. Thom. dixit inuaſum licitè occidere non ex intentione inuaſorem pro ſuæ uitæ defenſione, nõ dixit licitè poſſe eam occiſionem velle, vel eligere vt medium ad vitæ conſeruationem, ſed vt effectum per accidens ſequentem ex illo actu defenſionis: neque tale vocabulum medii, ſed effectus eſt apud illum quamuis hoc illi ſuus Soto imponat, uti ex ſupradictis verbis facilè conſtare poteſt intuenti. Igitur ſecundum hanc ſecundam opinionem B. Thom. ſtandum eſt ſuprapoſitæ primæ, ſimul & ſecundæ declarationi, uti Caieta. & Victoria ſimul declararunt.

1. Ratio. 2. opin. Hᴀᴇᴄ itaq; ſecunda opinio prædicto modo expoſita quadrupliciter probatur. Primò quia ex intentione, ſiue propoſito, vel electione (quod idẽ eſt) hominem occidere, quantuncunque criminoſum, nociuumque reipub. nulli licitum eſt auctoritate propria, hoc enim prohibetur illo naturali, diuinoque præcepto. Non occides: Sed id ſolum licitum eſt habenti curam reipub. uel iuſtitiæ miniſterium, vel executionem ad reipub. conſeruationem, vt ſupra dictum eſt: ergo nulli priuato hoc modo ex intentione, uel electione licitum eſt quẽquam, etiam inuaſorem, occidere ad finem quencunque conſeruandi rempub. vel etiam propriam vitam. Patet conſequentia, quia magis tenemur ad reipub. cuius ſumus pars, quàm ad propriæ vitæ corporalis conſeruationem. Nam pro ſuæ reipub. conſeruatione quilibet ſuam vitam corporalem, nõ autem ſpiritualem, exponere tenetur. Sed ad hanc rationem poteſt pro prima opinione reſponderi negando conſequentiam quoad propriæ vitæ defenſionem, quia tunc pro ſuæ uitæ defenſione quilibet inuaſus, etiam ſi priuatus homo ſit, nõ occidit auctoritate priuata, ſed publica, uel iuris naturalis, diuini ſimul & humani id concedentis, vt ſuprà in prima opinione dictum eſt. Nec ità faciendo homo malum facit, ſed licitum pro ſui ipſius defenſione, nam ex cã neceſsitatis fit cuilibet licita occiſio inuaſoris, ẽt ex intentione, quę eſſet illicita: pro defenſione autem reipub. extra caſum extremę neceſsitatis nulli priuato licet quenquam occidere ex intentione, niſi aliquo modo ad id habeat auctoritatem publicam à repub. vel ab habente curam ipſius, quia non priuati hominis, ſed habentis publicũ miniſterium, eſt decernere quãdo, & quomodo, & per quos reipub. defenſio, & conſeruatio, etiam cum propriæ vitæ detrimento faciẽda ſit. In caſu autem extremæ neceſsitatis reipub. cuilibet eius ciui licitum eſſet inuaſorem ex intentione occidere ad illius ſimul & uitæ propriæ defenſionem, & conſeruationẽ, ut illa prima & hæc etiã ſecunda tenet opinio, tunc enim fungitur auctoritate publica, ut miles pro repub. militando.

Secundò probatur idem, quia non licet fornicari, mentiri, uel peierare, ad finem conſeruandi uitam in caſu, quo aliàs uita ſeruari, niſi fornicando, mentiendo, aut peierando, non poſſet; ergo eodem modo, eademque ratione non licet homini priuato ſe defendenti ex intentione occidere iniuſtum inuaſorem: nam utrunque eodem iure naturali prohibitum eſt. Antecedens aũt præſupponitur uerũ, cuius oppoſitũ erroneum eſt, uti ſuperius q. 29. latius habetur, quod & ipſe Sotò ubi ſupra concedit. Si negatur conſequentia dicendo non eſſe eandem rõnem utrobiq;, nam ideò fornicatio, uel periuriũ ad ſaluandum uitam non licet, quia per ſe à natura id medium nõ eſt ordinatum, neq; certum, aut neceſſarium ad eum finem, occiſio autem inuaſoris ità eſt; Contrà, quia ꝙ tale medium non ſit à natura ordinatũ ad talem finẽ, ex hoc non redditur illicita electio illius medii, ſi id ad eum finẽ cõducẽs, uel neceſſariũ, nec aliàs prohibitũ eſt, quod patet, quia maritus ad ſalutem extremè coitu indigens, certè tenetur, uel licitè poteſt ad ſuam vxorẽ cõcedere, quanuis hoc medium ad illum finẽ non ſit ordinatũ à natura. Igitur aliũde uitiatur electio illius 2. Ra

medii

medii; videlicet fornicationis, aut periurii ad eũ finem conſeruandi vitã, nempè, quia id aliàs æquè, aut magis prohibitum eſt, quàm permittere ſe mori, vel occidi. Nunc autem hæc eadem ratio eſt in præfata conſequentia, & propoſito præſenti, quia videlicet eodem iure ęquè, aut magis prohibetur hominis occiſio ex intentione facta auctoritate priuata, quàm permittere ſe occidi ab inuaſore. Igitur conſtat intentum: & ita vel vtrumque negari, vel vtrumque eadem ratione concedi debet. Et confirmatur, quia niſi hæc ſecunda opinio eſſet vera, iam eadem ratione ſequeretur quòd ad finẽ conſeruandi vitam licitè quis poſſet ex intentione eligere, vt medium, occidere quencunque ſuę vitæ inſidiatorem, quem non per uim, ſed per fraudes, atque calumnias falſorũ teſtium, aut per venena, vel per alios multiplices modos aliàs ineuitabiles conſtat in mortem alterius machinari; hoc autem non eſt concedendum, vt inferius in dubio in fine huius quæſtionis habetur. Igitur hæc ſecunda opinio vera, & oppoſita falſa eſt. Sed ad hanc rationem reſponderet prima opinio negando ſequelam, nec eſt ſimile. Nam inuaſoris occiſio, etiam ex intentione, omni iure conceſſa eſt: fornicari autem, & peierari, aut alio modo per fraudes, ſiue calumnias in mortem alicuius machinantem occidere, etiam ad vitandum mortem propriam, nullo iure cõceſſum, ſed potius prohibitum omninò eſt, vt inferius in dubio finali huius quæſtionis latius habetur.

3. Ratio. Tertiò probatur idem auctoritate Auguſtini ad publicolam, & habetur. 23. q. 5. ca. de occidendis, qui ſic ait. De occidendis hominibus, ne ab eis quiſquàm occidatur, non mihi placet conſilium: niſi fortè ſit miles, aut publica functione teneatur: vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi ipſe etiam eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ. Item idem in alia Epiſtola ad Macedonium, & habetur, ea. q. cap. cùm homo, & expreſſius de libero arbitrio lib. 1. ca. 5. id pro ſequitur, atque determinat.

Sed ad has auctoritates reſpõdet prima opinio, & præcipuè gloſ. in dicto ca. de occidendis, quòd id intelligitur, quando quis inuaſorem occidit pro ſe, ideſt priuato odio illius, aut liuore vindictæ: quia tunc homicida eſt corã Deo. Quod inde elicitur, quia inferius in dic. ca. cùm homo, ipſe Auguſt. ſignificat licitum eſſe occidere inuaſorẽ cauſa euadendi, vel ſubueniendi neceſſitati, ſicut occiditur latro à viatore, & hoſtis à milite. Alio etiã modo reſponderi poteſt, quòd Auguſt. ibidem, & expreſſius in libro primo de libero arbitrio cap. 5. ſentit quòd pro rerum temporalium, & pudicitiæ defenſione illicitum quidem eſt quenquàm occidere: dubitat autem an id liceat pro vitæ defenſione. Cum quo ſtat quòd ſine eius auctoritatis præiudicio alii doctores rationabiliter opinentur, id licitum eſſe, vt in prima opinione ſuprapoſita probatum eſt.

Aliæ etiam rationes non tanti ponderis fieri poſſunt pro hac ſecunda opin. videlicet quòd Exo. 22. dicitur quòd occidens furem diuinum non ſit liber, nec innoxius, & ſecundum iura occidẽs aliũ pro ſui defenſione, pęniteat tot diebus, & alia eiuſmodi. Sed hęc omnia omittuntur: quia ad ea facilè poteſt reſponderi, quòd hæc procedunt in foro tantum humano, vel exteriori, quia præſumitur contra illos quòd non omninò neceſſitate compulſi, aut non cum debito moderamine occiderunt etiam ſeipſos defendendo, vti Alexander ubi ſupra, & alii doctores tenentes oppoſitam opinionẽ facilè reſpondent.

Quartò probatur idem, & eſt potiſſima ratio, quia qui non niſi cum debito moderamine poteſt aliquid licitè velle, aut agere, is non dicitur id velle, neque uerè vult per ſe, & directè, uel ex intentione effectum inde ſequentem, ut habetur de iniuri. & dam. dat. ca. ſi culpa tua, ut ſupra. q. 33. in primo puncto in reſponſione ad primum argumentum latius probatur: Sed inuaſus non niſi cum debito moderamine ſe defendens poteſt licitè occidere inuaſorem, ergo non ex intentione. 4. Ratio.

Sed, ut ſemel dicam quod mihi magis placet, certè hęc opinio ſecunda B. Thom. tutior, & probabilior uidetur: quo non obſtan. dicerẽ etiam quod ſe defendenti ab iniuſto inuaſore cum moderamine inculpatæ tutelæ licitum eſt illum ſcienter occidere, idque confusè ità uelle, ſicut Deus ſcit ſibi licitum eſſe, quomodocunque, id licitum ſit: nec oportet in particulari ſcire, uel examinare, aut cõſiderare qua intentione id actualiter faciat. Et quidem ad hanc ſecũdam opinionem Auguſtinus ubi ſuprà magis accedit. Dico iniuſtum inuaſorem ex parte cauſę, quia ſcilicet me ſine iuſta cauſa occidere uult, quamuis non ſit iniuſtus parte ſua, puta quia furioſus, amens, uel inuincibiliter putans ſe iuſtam cauſam habere, me occidere uult: nam ẽt hunc me defendendo modo ſupra dicto licitè occidere poſſum.

Sed utrum ſimiliter liceat occidere regem, aut papam inuaſorem, communiter dicitur quòd ſic; ſed Soto de iuſtitia, & iure, libr. 5. q. 1. arti. 3. dicit quòd non eſt pro uitando maiori malo reipub. tenetur homo poſtponere ẽt uitam corporalem. Cõſonat Nauarro in commen. de defenſione proximi nume. 24.

Contra præfatam ſecundam opinionem arguitur, ut arguit Soto ubi ſupra. Nã 7. ethi. ca. 3. ad efficacem uolitionem finis neceſſariò ſequitur electio medii, quod iudicatur neceſſarium ad illum finem. Sed ſi licita, & efficaciter uolita eſt defenſio, uel conſeruatio uitæ, & ad illam iudicatur, ut medium, neceſſarium eſſe occiſionem inuaſoris gladio, ſagitta, aut globulo ignito, uti ſupponitur, ergo neceſſaria ſequitur licita electio illius medii, ſcilicet occiſionis inuaſoris ex intentione ad illũ finem: ſicut ſi auctoritate publica, id faceret inuaſus. Quæ conſequentia indè magis probatur *Argum. 1.*

quòd

quòd non pôt illa occiſio eſſe uolita, niſi quomodo iudicatur neceſſaria; uidelicet ut medium ad defenſionem, vel conſeruationem vitæ volitam efficaciter.

Argumẽ. 2. Secundò arguitur ad idem, Licitum eſt ea intentione velle, aut eligere defendendo ſeipſum vim vi repellere, non ſolùm cautè ictus inuaſoris recipiendo, ſed etiam ipſum repercutiendo, ſi id fuerit neceſſarium. Sed hæc violentiæ repulſio, atque percuſsio, eſt illius occiſio certa, vti ſupponitur in caſu prædicto: ergo licitum eſt hanc occiſionem eligere, aut velle ex intentione, modò ſit, & appelletur mediũ, modò effectus, aut alio modo.

Argumẽ. 3. Tertiò arguitur ad idem quia ſecundo Phyſ. ex fine ſumitur neceſsitas medii ad illum, præcepto etiam fine præcipitur & medium neceſſarium ad illum, ſed finis, puta defenſio, vel conſeruatio vitæ eſt neceſſarius neceſsitate præcepti, nam quilibet tenetur ſuæ vitæ conſulere, mortemque vitare: ſaltem hoc ſupponitur in caſu, quo homo ad id tunc teneat, & occiſio inuaſoris eſt medium cognitum neceſſarium ad conſeruationem vitæ, vti etiã ſupponitur quod niſi ille occidatur nõ vitabitur mors: nã medium eſt, & dicitur id, per quod peruenitur ad finis executionem, ergo etiam ex præcepto illa inuaſoris occiſio ex intentione vel ex propoſito eligenda eſt.

Argumẽ. 4. Quartò arguitur ad idem ex duobus malis etiã culpæ minus eſt eligendum diſtin. 13. ca. duo mala, & ca. nerui. Nam ad vitandam mortem licitã eſt abſciſio brachii, & acceptio rei alienæ, quarũ quælibet aliàs ſeorſum prohibita eſt; ſicut & ad vitandam mortem excuſatus eſt Dauid comedens panes propoſitionis lege prohibitos, primo Reg. 21. Tunc enim minor prohibitio cedit maiori: ſed maius malum culpæ eſt eſſe cauſam, etiam omiſſiuam mortis ſuæ, quàm alterius, ſicut & grauius eſt ſeipſum, quàm alterum, occidere. Quia ex ordine charitatis magis tenetur homo ſuæ vitæ conſulere, ſuamque mortem vitare, quàm alterius, ergo pro conſeruatione vitæ, aut pro ſua morte vitanda eligenda eſt etiam ex intẽtione mors, vel occiſio inuaſoris.

Reſpon. ad primũ arg. Reſpon. ad primum argumentũ loquendo ſemper de perſona priuata, nam de occidente auctoritate publica non eſt dubium. Primò dico ad maiorem quòd licet poſſet abſolutè negari, quatenus ibi dicitur quòd ad volitionem finis neceſſariò ſequitur electio medii cogniti neceſſarii, vti eam negat Angeſt. in morali ca. 3. tamen moraliter, & regulariter loquendo, vt loquitur Ariſt. conceſſa illa maiori, & minori, negatur conſequentia. Tùm primò quia eodem modo concluderetur idem licere etiam inuaſori, vel alteri cuiq; contra quencunq; iniuſtè calumniantem, vel inſidiantem, aut machinantem in mortem ipſius: liceret quoq; fornicari ad ſeruandam vitam, uti ſuperius in ſecunda ratione probatum eſt. Tùm ſecundò quia ſolũ concluditur quòd homo neceſſariò vult illã occiſionem, quomodo iudicat illam eſſe neceſſariam ad finem efficaciter uolitum: ſtat autem quòd cũ hoc quòd uerè iudicat eam neceſſariam, ut medium ad conſeruationem uitæ, ſimul etiam iudicet eam, ut effectum per accidens neceſſariò conſequentẽ ad defenſionem, vel ad uiolentiæ repulſionem uolitã efficaciter: Et cùm ſciat eam occiſionem ex intentione eſſe aliàs ſibi prohibitam, ut ſupra probatũ eſt, ideò ſtat quòd eam non uelit, ut medium, ſed ſolum ut effectum defenſionis per accidens conſequentem, ſicut iudicat. Et ità de facto, & licitè illam uult per accidens, uolitione etiam mixta cum inuoluntario, quia ſcilicet illam nollet, ſi aliter ſe defendere poſſet. Neque enim neceſſitatur uoluntas uelle aliquid ſub omnibus rationibus, quibus oſtenditur eſſe uolendum: poteſt enim ex ſua libertate uelle ſub hac, & non ſub illa alia ratione ei oſtenſa, poteſt etiam diuidere, ubi intellectus componit. Et ità falſum eſt, uti uidetur tacitè ſubſumptum in minori, quòd ſolum iudicat eam occiſionem eſſe medium neceſſarium ad defenſionem uitæ: nàm etiam & potius tunc iudicat eſſe effectum defenſionis præuiſum, & ità per accidẽs cũ admixtione inuoluntarii uult eam, ut dictum eſt. Quòd ſi ſupponatur quòd ſolum iudicet eam eſſe mediũ neceſſarium ad id, non admittitur, quia repugnat hypotheſi quòd ſcilicet inuaſus licitè ſi occidat inuaſorem auctoritate priuata, quod eſſe nõ poteſt, ſi illum occidat ex intẽtione, uel eam occiſionem eligat, ut medium ad defenſionẽ, quod idem eſt.

Ad ſecundum argumentum reſponſio patet ex dictis. Negatur enim maior, quatenus dicere uidetur quòd licet ex intentione uelle etiam repercutere: hoc enim non licet ſicut nec occidere: quãuis bene liceat uelle uim ui repellere, & eludere ictus inuaſoris, & ſe defendere repercutiendo, & occidendo, ut percuſsio, & occiſio ſit effectus defenſionis tantum, defenſio autem ſit obiectum electionis, uel intentionis: refert enim dicere hoc uel illo modo ſtando in rigore uerborum. Negatur ẽt minor. Nam defenſio uitæ non eſt inuaſoris occiſio, uel percuſsio formaliter; ſed hæc ſequitur ex illa per accidens, & ità ut effectus illius per accidens cum mixtione inuoluntarii uolita eſt. Reſpon. ad 2. argum.

Si replicetur. Si ego efficaciter, & licitè ex intione uolo defendere, & conſeruare uitam meã, & iudico ad id eſſe neceſſariam occiſionem inuaſoris, uel ut medium, uel ut effectum indè ſequentem, quia, ſcilicet ſine hac me defendere non poſſum, uti ſupponitur, ergo etiam efficaciter, & licitè uolo ex intentione, ſiuè propoſito illum occidere. Conſequentia patet, quia ſtante uolitione efficaci antecedentis, & iudicio bonitatis conſequentiæ neceſſariò uoluntas uult ſimiliter licitè, & ex intentione ipſum conſequens.

Reſpon. dupliciter ad replicam, primò negando conſequentiam, & ad eius probationem dico quòd oportet addere ſtante iudicio, & uolitione bonitatis conſequentiæ &c. nam ſi conſequentia

eſt

eſt uolita, non oportet ullo modo velle conſequẽs: quod ſit in caſu præſenti, nollem enim ex vitæ defenſione ſequi inuaſoris occiſionem, ſi fieri poſſet. Sicut non valet, volo peccatum, ergo volo cõdemnari in æternum, & ideò apponendum eſt moderamen inculpatę tutelę vt ex parte ſe ipſum defendẽtis conſtet quòd non vult quòd mora inuaſoris ſequatur, ſi fieri commodè poſſet, ex ſui ipſius defenſione.

Secundò, etiam negatur conſequẽtia quatenus ibi dicitur quòd ergo etiam ex intentione volo cõſequens. Nam eſto quòd velim conſequentiã eſſe bonam, & ipſum conſequens, nõ oportet quòd illud velim eodem modo, ſcilicet ex intẽtione, ſicut volo antecedens: ſed ſufficit quòd velim illud per accidens, ſicut iudico eſſe effectum per accidens neceſſariò ſequentem ad actum defenſionis, vt in reſponſione ad primum argumentum dictum eſt. Sicut qui indigẽs petit ad uſurã ei mutuari ſciens tradẽtem ad id paratum inde peccaturum, nõ peccat, ſi petens quia non vult ex intentione, vel propoſito illum effectum, ſcilicet peccatum alterius: Similiter neque is, qui pro redemptione ſuæ vexationis pecuniam dat Simoniaco exigenti: ſimiliter neque is, qui ab infideli pro alicuius contractus robore iuramentum per ſua idola petit ſciens illum per hoc peccaturum. Nam in his non intenditur peccatum proximi præuiſum, vt medium ad finem licitum: ſed illic iuſta ſubuentio neceſsitatis, aut redemptio vexationis, hic autem contractus ſtabilitas vera, & roboratio. Sic in defenſione vitæ ab inuaſore, cuius occiſio neceſſariò ſecutura præuidetur, non intenditur nec eligitur formaliter, & directè ipſa occiſio, ſed vitę conſeruatio: occiſio autem, non vt medium, ſed vt licitæ defenſionis effectus præuiſus, per accidens tantum cum admixtione etiam inuoluntarii, quamuis efficaciter licitè volita eſt.

Reſpon. ad 3. argumen. Ad tertium argumentum reſpondeo negando minorẽ quatenus ibi dicitur quòd illa occiſio inuaſoris tunc eſt medium ad defenſionem vitæ: nã eſt etiam & potius effectus eius, & vt talis non vt medium tunc per accidens illa occiſio eſt volita, vt ſępè dictum eſt. Item adhuc conceſſa minore, & eſto quòd eſſet medium neceſſarium ad conſeruationẽ vitæ, negatur conſequentia eiuſque probatio. Nã illa maxima, Præcepto fine præcipitur & medium neceſſarium ad illum intelligitur dummodo nõ ſit aliàs ęquè, aut magis prohibitum illud medium, quàm finis ille ſit in præcepto: fornicatio enim, & periurium non rectè eligitur ad conſeruationẽ vitæ, etiam ſi ad id ſit aliquando medium conducẽs, & neceſſarium, & non alia ratione niſi quia ęquè, aut magis prohibetur, quàm vitę conſeruatio præcipitur, vti ſuperius in ſecunda probatione dictum eſt; ſic in propoſito, quia occiſio inuaſoris ex intentione ęquè, aut magis prohibetur, quàm propriæ vitæ conſeruatio præcipitur, indè non licitè eligitur ut medium ad uitæ conſeruationem, ut hoc et latius patebit in reſponſione ad quartum argumẽtum ſequens.

Reſpon. ad 4. argumen. Ad quartum argumentum reſpondeo quòd illa maior eſt uera de malis culpæ, quæ à ſua malitia poſſunt exui, ità quòd aliquando ex aliqua cauſa benè fieri poſſunt: tunc enim maior obligatio deobligat à minori, & ità minus malum, ex quo reſpectu maioris habet aliquam rationem boni, eligendum uel permittendum eſt. Secus in malis culpæ, quæ ex nulla cauſa benè fieri poſſunt: tũc enim non poteſt dari perplexitas, ità quòd neceſſariò ſit malè agendum alterum eorum eligendo: ſed potius tunc etiam moriendum eſt, quàm alterum illorum eligatur. Et ità conceſſa maiori in prædicto ſenſu uero, dico ad minorem diſtinguendo, q; ſe, uel alterum commiſsiuè occidere ex intentione auctoritate priuata non poteſt benè fieri, neq; ullo modo eligendum eſt, modò alterum ſit altero grauius, modò non. Omiſsiuè autem occidere, uel eſſe cauſam mortis ſuæ, uel alterius poteſt licitè fieri ex cauſa rationabili permittẽdo ſe, uel aliũ mori, uel occidi, in caſu etiam, quo licitè poſſet utriuſque uitæ prouideri. Neq; enim tenemur omni modo poſsibili, nec in omni caſu, uel euentu, cũ magna ferè omnium temporalium iactura, atque labore maximo propriam, uel aliorum uitam ſeruare: ſed modis tantum, & cibis, & medicamentis, quæ communiter, & cõmodè poſſunt haberi. Neque enim pro cibo alio quærendo, aut pro medicina, & medicis, & loco alio ad uitam neceſſariis tenemur omnia ferè temporalia expendere, uel ad regiones longinquas proficiſci, quamuis liceat. Ex ordine autem charitatis quoad uitam ſpiritualem animæ præcipuè tenetur homo in omni caſu ſe ipſum pluſquàm proximum diligere: nam neque pro totius mundi ſalute liceret peccare mortaliter, neque uelle à Dei gratia decidere: quoad corporalia autem, quamuis, uti ubi ſupra &c. q. 27. artic. 5. ait, B. Thom. regulariter homo etiam plus ſibi, quàm proximo conſulere teneatur; in quo etiam ſuus Soto ubi ſupra art. 6. in reſponſione ad ſecundum argumentum à B. Tho. deuiare uidetur. At uerò non eo rigore, nec in omni caſu, uel euentu, ad id obligatur. Sępè etenim poteſt ex officio amicitiæ, fidelitatis, aut patientiæ, alteriuſvè uirtutis, aut ex alia rationabili cauſa, imò & aliquando pro honore, temporalibuſque tuendis, licitè, & officiosè cedere iuri ſuo, exponendo ſe periculo uitæ, permittendo etiam ſe mori, aut etiam occidi: quando non liceret nec proximum occidere, nec ipſum mori, nec occidi, aut etiam ſpoliari, uel infamari permittere, etiam cum iniuſti inuaſoris occiſione, ut patet. 23. q. 5. ca. non eſt noſtrum, ut etiam ait Nauarro in commento de defenſione proximi nume. 12. 14. 23. & Tho. lib. 1. de regimine principũ ca. 6. Vnde liquet maiorem ſemper eſſe prohibitionem de non occidẽdo proximum commiſsiuè, & aliquando omiſsiuè, quàm ſit obligatio de propria uita ſeruanda, uel de non permittendo pro-

priæ

priæ perſonæ occiſionem, & ità illa minor non eſt omninò in omni caſu, & euentu vera. Sed eſto totum illud antecedens verum: tunc ſimpliciter negatur illa conſequentia, ſolum enim indè concluditur, ſicut & conceditur quòd pro cõſeruatione vitæ potius teneor, aut licitè poſſum, eligere defendere me ipſum ab inuaſore, quàm cauere ipſius occiſionem per accidens ſequentem, atq; præuiſam, quòdque potius ipſius inuaſoris, quàm mei ipſius occiſio de præcepto, vel de conſilio poſtponenda, & permittenda, non tamen eligenda eſt.

Argum. 5. Quintò ad idem arguitur, nam eodem præcepto tenemur nos non mutilare, quo & nos ipſos, vel alium non occidere. Sed pro conſeruatione vitæ ſuæ quilibet auctoritate propria, ſiuè priuata ex intentione ſeipſum licitè mutilare poteſt, dùm videt ſe aliter mortem euadere nõ poſſe; idq; poteſt, vt medicus, uelle vt medium neceſſarium ad illum finem, ergo eodem modo poteſt velle ex intẽtione inuaſorem occidere ad ſuæ vitæ conſeruationem.

Reſpon. ad 5. argumen. Reſpon. negando conſequentiam, nec eſt ſimile, nec eadem ratio. Nam quilibet habet ius, & curam ſeruandi, & cuſtodiendi vitam ſuam; & ſupra ſua membra poteſtatem habet ad illum finẽ, ſicut gubernator reipub. ipſius curã habet, & non alius. Vnde ſicut iſte pro ſuæ reipub. conſeruatione poteſt malefactorem, vt membrum putridum atque nociuum, ex intentione occidendo præſcindere; Ità & quilibet pro ſuę vitæ corporalis conſeruatione membrum corporis ſui nociuum ex intentione lædere, aut præſcindere, vt medicus poteſt poteſt inquàm per ſe, vt medicus, ſi ſcit, & poteſt, aut per alium medicum quomodo videbitur expedire. Et ſicut nemo præter habentem curam reipub. vice Dei poteſtatem habet vitæ, & mortis, aut mutilationis, vel præſciſionis alterius ad ipſius reipub. cõſeruationem, ità nemo alius ad conſeruationem vitæ ſuæ auctoritate priuata ſe, vel alium, ex intentione occidere poteſt: niſi vt dictum eſt.

Argum. 6. Sextò, demum ad idẽ arguitur. Nam licet eodem præcepto. Non occides cuilibet prohibitum ſit ſe, vel alium occidere: at verò ſicut eo non obſtante per ius naturale, atque diuinum, licitum eſt vnicuique ad finem obtinendi aliquam virtutem, eamque tuendi eligere ſibi mortem ex intentione, vel ea, ex quibus certiſsimè ſibi mors creditur imminere, vt medium ad talem finem. Puta licitũ eſt patienter eligere ſe non defendere ab interfectore, uel inuaſore, & panem neceſſariũ elargire proximo in extrema utriuſque neceſsitate, & tabulam in naufragio alteri ex charitate relinquere, ut ſaluetur, & uiſitare infirmos tempore peſtis, & pro amico exponere uitam, & damnato ad mortem licitum eſt nolle fugere, licitum etiam eſt nauigare tempore periculoſo, & in bello iuſto quantumlibet periculoſo pugnare, abſtinentia uitam reddere breuiorem, & huiuſmodi alia multa, uti de his Caieta. ſecunda ſecundę. q. 69. artic. 3. & 4. latius agit. Et victoria in. 9. relectione de homicidio, nu. 24. uſque ad finem. Et Syluester titu. homicidium 1. q. & bellum, ſecundo per totum, ergo ita ſimiliter, eademque ratione, non obſtan. illo præcepto Non occides, iure naturali licitum eſt ad finem ſaluandi uitam propriam ex intentione, uel electione inuaſorem occidere.

Reſpon. ad 6. argum. Reſpon. negando conſequentiam, quia neq; uerum eſt quod dicitur in antecedente quòd ſcilicet licitum ſit ad finem etiã uirtutis obtinendæ ſeipſum ex intentione morti exponere in caſibus adductis ibidem: nam id ſolum licitum eſt facere nõ ex intentione moriendi, aut inferendi ſibi mortem, ſicut licitum eſt fugienti taurum, uel ignem, aut inimicum, ſe repente pręcipitare non ex intentione ſe occidendi, ſed aliud periculum euadendi, ut ſuperius declaratum eſt, uti etiam de his caſibus latius agit Victoria ubi ſupra. nu. 36. de quibus ẽt, & quomodo ex intentione ſeipſum occidere nunquàm liceat, uideri poteſt ca. diſplicet. 23. q. 4. Itẽ. q. 5. ca. ſi non licet, ca. ſi quem. 11. & ca. 19. q. 4. & ita hoc argumentum potius facit pro pręfata ſecunda, opi. B. Thom. & aliorum contra primam, opi. Nam ſicut non licet ex intentione ſeipſum occidere, aut certo periculo mortis ex ulla cauſa exponere, ità nec proximum occidere ex intentione.

Dubium 1. Tandem ad prædicta omnia dubitatur, primò utrum pro uita ſeruanda liceat alicui priuato occidere machinantem, aut inſidiantem in futurã mortem illius, per calumnias, aut fraudes teſtium, aut per uenena, aut per quoſcunq; alios modos nõ uiolentos; ſicut liceret ex intentione, aut non ex intentione occidere uiolẽtum, & iniuſtum inuaſorem.

Reſpon. id non licere neque ex intentione, neque non ex intentione illum occidendi: etiã ſi homo certò ſciat ſe non poſſe mortem euadere, niſi ſic pręueniendo ipſum machinantem occidat: ſed ſolum id facere poteſt, quando uidet illum tentare iam, & parare ſeipſum, uel per inſidias machinari, & incipere per uim inuadere de pręſenti uitã ipſius: nam tunc utique poteſt quaſi ſe defendendo ea intentione, qua Deus ſcit ſibi licere, ſecundum uarias opiniones ſuprapoſitas illum occidere: etiam antequàm ab illo ipſe occidatur, uel lędatur; ſi aliter ſibi commodè prouidere non poteſt. Neque enim tenetur ſe iuſtè defendens, expectare, ut prius ipſe percutiatur ab inuaſore, dùm inuaſionis intentatio pręſens, uel eius inceptio, aut anticipatio, ſi expectetur, eſt occidere, antequàm ſit locus defenſionis. Et in hoc benè conſonat Soto ubi ſupra, & Sylueſter bellum, ſecundo. q. 1. & homicidium, primo. q. 2. q. 9. cum gloſ. in ca. ſignificaſti, de homicidio, & in ca. quod militare. 23. q. 1. & ff. ad. l. Aquiliam. l. 4. & 5. Probatur prima pars huius reſponſionis, nam ſecunda iam patet ex ſupradictis, quia ubi non eſt uitæ defenſio ab inuaſore, non poteſt eſſe hominis occiſio licita homini priuato, quia non eſt ibi aliud obiectum formale directè intentum in illo actu, occiſionis, niſi

ipſe homo, qui occiditur. Nam conſeruatio vitæ eſt finis præſtitutus, obiectumque remotum, non autem proximum, & proprium ſpecificans illum actum occiſionis: ſed ſolum ſpecificat actum defenſionis, ſi ibi defenſio eſſet. Nunc autem non eſt ibi vitæ defenſio per violentiæ repulſionem, vbi nõ eſt inuaſio violenta, aut vis corporalis intentata, vel icepta machinata, vel parata de præſenti, qualis non eſt in caſu dubii prędicti, ſed ſolũ eſt fraudulenta machinatio per viam fraudis, ſiuè calumniæ, vti ſupponitur, igitur veritas reſponſionis planè conſtat. Poterit tamen arte artem fallere, videlicet venenum ſibi propinatum, ſiuè ſibi paratũ in ipſum propinantem vel machinantem induſtriè conuertere, & ita eadem intentione, qua & ipſum occidere dictum eſt ſibi licere: dùm vitæ ſuę aliter prouidere non poſſet: non tamen poterit per alios modos de ſe aliàs illicitos, puta per falſas calumnias, fraudesque mendaces, illius fraudes, & machinationes ad ſuæ vitæ conſeruationem aptas, & neceſſarias eludere, quia ad Ro. 3. Non ſunt faciẽda mala, vt ueniant bona: & multò minus ut mala vitentur. Ad quod Syluester titu. aduocatus. q. 9. q. 12. & bellum, primo. q. 8. & maleficium. q. 8. q. 9. & doctores communiter faciunt. Sed quid ſi innoxia mulier cum marito in eodem lecto iacẽs euidenter ſciat illum ſub ceruicali gladium abdidiſſe, quo ipſam dormientem poſteà iugularet, neque ipſi mulieri aliud effugium patet. Nũquid poſſet ipſa gladium furtim accipere, & maritum occidere, antequàm ab eo occidatur, ſicut inſidiãtem violentum vitæ cum armis quilibet ad vitam cõſeruandam præueniendo occidere poteſt, vt ait gloſ. in dic. ca. quod militare? Reſpondet Soto vbi ſupra quòd poſt factum non videtur condemnandũ, ante factum autem id ipſe non conſuleret, ſed neque hoc publicè prædicandum eſt, ne rude vulgus ignorans quando eſt vitæ defenſio, quando non, per abuſum licentiam amplificet.

Dubium. 2. Secundò dubitatur vtrum fugiens in equo inuaſorem iniuſtum poſſit licitè proterere, & ſic occidere puerum in via iacentem, videns ſe aliter euadere non poſſe. Et ſimiliter qui alium impellit in flumen, vel præcipitium, vt ipſe mortem euadat.

Reſpon. Reſpon. quòd actu de ſe directo ad mortem alterius id facere non poteſt ſcienter, etiam ſi nõ ex intentione id faciat, benè tamen id facere poteſt actu indirecto. Primum patet, quia puer ille, vel alius, non eſt inuaſor iniuſtus vllo modo, uti ſupponitur, & eſt iam iuſtus poſſeſſor vitæ ſuæ, & loci, ubi eſt, dùm indè recedere commodè non poteſt, ut alius effugiat, ergo iniuſtè alius ſcienter illum proterendo, aut impellendo actu directo in mortem eius occideret, vt ſic ipſe mortẽ euadat. Patet conſequentia, quia iuſtus poſſeſſor vitæ illicitè ſcienter ab alio occiditur actu directo in mortem eius quacunque ex cauſa, & quomodocunque auctoritate priuata, niſi in defenſione ſui, uel alterius iniuſtus inuaſor ſit, vt ſupra dictum eſt, ſicut illicitè ego raperem panem, uel tabulam in naufragio à iuſtè poſſidẽte in extrema neceſſitate vtriuſque, vt à morte me ipſum liberarem, cùm aliter euadere nõ poſſit ſimul uterque: quia & ad Rom. 3. Non ſunt facienda mala, ut veniant bona. Secũdum quòd ſcilicet actu indirecto in mortem alterius innocentis, directo autem ad euaſionem mortis, id facere poſſit, puta paululum diuertẽdo, aut ſi per ſaltum equi probabiliter putabat utriuſque ſaluare uitam, quamuis res non ſucceſſit ad uotũ, vt infra in. 3. dubio ſequenti latius habetur. Et cõſonat Syluester, homicidium, ſecundo. q. 26. & homicidium, primo. q. 2. q. 5. & bellum, primo. q. 10. & alii doctores quomodo in bello iuſto innocentes non directè, ſed indirectè, & per accidens tantum occidi poſſunt.

DVBITATVR tertiò utrum prægnans, uel in partu periclitans, ad ſeruandum uitam ſuam, in caſu quo aliter eam ſeruare non poteſt, licitè poſſit ſumere medicinam, uel aliquid facere, idque per alium procurare unde aborſus, & mors fœtus iam animati certiſſimè ſequatur: & utrum ſimiliter, medicus, uel obſtetrix id facere poſſit. Dubium. 3.

Reſpon. quanuis Syluester titu. medicus. quęſt. 4. ſecundum Ioan. de Neapoli dicat indiſtinctè q̃ non, & alii dicant quòd ipſa mulier id facere poteſt, medicus autem, uel obſtetrix non poteſt. Ego tamen melius diſtinguendo dicerem, quòd ſi medicina, uel alia opera, aut induſtria, quæ adhibetur eſt de ſe, & directè, & immediatè, & principaliter Sanitatis, vel ſalutis collatiua, uti eſt ſanguinis minutio, balneatio, pharmacum purgatiuum humoris, emplaſtrum mitigatiuum doloris, & huiuſmodi: tunc licitum eſt ipſi mulieri per ſe, & per alios, & ipſis etiam medicis, & obſtetricibus hæc omnia procurare, & applicare, & ad id adiuuare: immò & ſæpè medicus, & obſtetrix ad id vocati ex ſuo officio tenentur: ſicut & proximum in extremo periculo laborantem adiuuare, & defendere, uel à morte liberare quilibet potens ſuo modo tenetur, aut ſaltem licitè poteſt, quando modus liberandi aliàs licitus eſt, vt in prædicto caſu contingit, vti Syluester tit. bellum. 2. q. 6. & alibi doctores latius agũt, & ſupra. quæſt. 26. nos latius egimus. Nam, uti ſupponitur, illa medicina, & induſtria eſt de ſe ex natura ſua directè, & immediatè ſalutifera, & ad ſalutem ordinata: quanuis per accidens, & indirectè ſit mortifera, aut mors fœtus, uel alterius innocentis indè ſequatur, ſicut ex iuſta defenſione innocentis ſuperius dictum eſt. Igitur licitum eſt eam mulieri periclitanti modo prędicto applicare ex intẽtione illam à morte pręſeruandi: maximè quia mulier potius ius habet, & poſſeſſionem uitę ſuę tuẽdę, etiam cum periculo fœtus, quàm ipſe fœtus ad 2. Pars. ſuam cum periculo matris: cùm eius uita ex uita matris, & non è conuerſo uita matris ex fœtus uita dependeat. Et ad hoc facere uidetur Syluester homicidium, ſecundo. q. 26. ut inferius dicetur, & ſupra dubio. 2. habetur de indirectè proterente

puerum

puerum iacentem in uia, ut ipſe mortem effugiat. Si autem opera, uel medicina de ſe, uel ex natura ſua directè, & principaliter ſit mortifera, uel ad mortem ordinata, uti eſt uenenum, dilaceratio, percuſsio, uel præcipitatio, aut proculcatio: tunc neque ipſi mulieri, neque medico, neque obſtetrici, aut alteri cuique licitum eſt eam ſumere, uel applicare cum certo periculo fœtus, uel alterius innocentis, etiam ex intentione matrem, aut alterum, uel etiam ſeipſum à morte preſeruandi, quia tale medium homicidii illicitum eſt ex cauſa, quacunque, & quomodocunque fiat auctoritate, priuata: niſi in defenſione ab iniuſto inuaſore, ut ſupra dubio ſecundo probatum eſt. Et in hoc caſu ſic intellectus Syluester, titu. medicus. q.4. ſecundum Ioan. de Neapoli optimè conſonat ad quod facit Ambro. 14. q.5. ca. denique ubi ait. Si alteri ſubueniri non poteſt, niſi alter lędatur, commodius eſt neutrum iuuare. Ex ſupradictis clariſsimè ſequitur quòd fugiens in equo illicitè proculcat puerum iacentem in uia, uel alium impellit in præcipitiũ, ut ipſe mortem euadat, uti ſuperius in ſecundo dubio habetur: quia quamuis fuga abſolutè ex ſe, & directè non ſit actus mortis illatiuus, ſed euaſiuus, at uerò proculcatio pueri, & impulſio in præcipitium eſt actus, uel modus de ſe, & directè mortis illatiuus, & illicitus, & ideò ratione hnius actus, vel modi illiciti adiuncti, illa fuga illo modo facta videlicet ſcienter proculcando puerum, vel aliũ impellendo in præcipitium, etiam ad ſuam mortem euadendum vtiq; directè mortifera, & illicita eſt: eſſet autem licita, ſi fugiens ille paululum diuerteret, aut per ſaltum equi, uel alio modo caueret, exiſtimans ſe hoc modo poſſe ſine morte alterius ſuã vitam ſeruare: quamuis non itá res ſuccederet ad votum. Nam tunc excuſatur, dùm inuincibiliter, vel probabiliter ęſtimat, ſe non directè occidere, uel proculcare puerum, faciens quod in ſe eſt ad non occidendum, quanuis enim directè occideret: at præter intentum mors alterius ſecuta eſſet à fugiẽte modo prędicto ignoráte, & vtente iure ſuo. Cum ſupradictis ſtat quòd mulier et fugiens, ſicut et iniuſtè inuaſus licitè poteſt ſinere ſe occidi, aut mori, ne fœtus, vel alius etiam licitè occidatur, vti Syluester bellum ſecundo. q.3. & doctores cõmuniter docent.

QVÆSTIO TRIGESIMA NONA

Quomodo teneantur iniuſtè bellantes illi etiam, ad quos aliqua bona ex bello inſulanorum peruenerunt.

1. Puncti. RESPON. hic ſunt tria pũcta principalia pertractanda. Primum quomodo ipſi bellantes in bello iniuſto peccent, & reſtituere teneantur. Secundũ quomodò ipſi Domini, vel principes, pro quibus bellatum eſt, teneantur reſarcire damna eorum, qui ab ipſis pręliati ſunt. Tertium quomodò teneantur ij, ad quos aliqua bona ex bello peruenerunt. Nam alia ad hanc materiam pertinentia præſupponuntur, & ad doctores communiter de his agentes lectorem mittimus.

Igitur quoad primum punctum reſpondeo diſtinguendo; nam iſti bellantes aut ſunt ſubditi, ſiuè vaſſalli, qui Domino præcipienti in hoc obedire tenentur, aut non. Si ſic, poſſunt ſe tripliciter habere, nam vel ſciunt bellum eſſe iniuſtum, vel ignorant, vel dubitant. Si ergo iſti ſubditi etiam ad præceptum ſuperioris conſtricti bellant ſcientes bellum iniuſtum eſſe: vltra peccatum mortale tenentur reparare dãna per eos illata eo modo, quo intulerunt, puta vel in toto, vel in parte, vt ipſi cauſam damni dederunt, vt de concurrentibus cum fure communiter dicitur à doctoribus, vt de hoc latius agit clariſsimus doctor Medina de reſtitutione. q. 7. q. 8. ibi videatur. Nam iſti culpabiliter, & iniuſtè proximum damnificauerunt. Nec eos excuſat obedientia, præceptumuè ſuperioris bellare præcipientis, quia tunc tantum excuſat obedientia quando ſubditi obediunt ex neceſsitate, ita quòd non poſſunt ſine peccato non obedire; in hoc autem caſu propoſito non tenentur ſubditi obedire in bello cognito iniuſto, ſicut neque in fornicatione cognita contra legem Dei: quia Actu. 5. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus: patet igitur quòd non neceſsitate, ſed voluntate iniuſtè bellarunt. Si autem iſti ſubditi ex ſuperioris pręcepto bellantes inculpabiliter ignorant belli iniuſtitiam putantes illud iuſtum eſſe, aliàs non præliaturi, ſi illud iniuſtum eſſe ſcirent, tunc bona fide bellantes, neque peccant, neque reparare damna, neque reſtituere tenentur, dùm in tali permanent ignorantia, ſeu bona fide. Quia quilibet ſubditus credens inuincibiliter bellum, aut præceptũ ſuperioris iuſtum eſſe, tenetur obedire. Quando uerò nouerint iniuſtum bellum fuiſſe, tunc tenentur reſtituere ea dũtaxat, quæ in ſua poteſtate extant ex his, quæ deprędati ſunt, & quatenus ex aliis diuitiis captis, & iã conſumptis ditiores facti ſunt, vt de conſumente aliena cum bona fide communiter dicunt doctores, & Medina vbi ſupra, & Sylueſtrina titu. reſtitutio. 3. q. 7. & titu. bellum, primo q. 9. Tunc autem dicitur aliquis ditior factus ex illis bonis ſecundum Caietanum ſecunda ſecundæ. q. 62. art. 6. & Medina de reſtitutione. q. 10. quando commoditatem aliquam indè aſſecutus eſt, puta ſi tantundem de ſuis bonis erat conſumpturus, ſi illa conſumpſit, aut donaturus ſi donauit, aut ſi ex eius alienatione preciũ uel huiuſmodi habuit. Sed nota ſecũdum Victoria in quinta relectione, quę eſt ſecunda de bello Indorum, dubio ſecundo propoſitio. 4. quòd poſſunt eſſe talia argumenta, & indicia de iniuſtitia belli, quòd ignorantia ſubditos non excuſaret militantes. Quia poſſet eſſe ignorantia affectata, & prauo ſtudio contra hoſtes concepta: alioqui infideles ex præcepto principum ſuorum militantes contra Chriſtianos, & mili-

milites, qui ex præcepto Pilati Chriſtum Crucifixerunt ex ignorantia: & Iudæi perſuaſi à ſenioribus clamantes crucifige eum excuſarentur à peccato, quod abſit.

Quod ſi prædicti ſubditi bellantes ex pręcepto ſuperioris dubitant bellum eſſe iuſtum: tunc eſt duplex opinio, Altera Adriani in ſecũdo quodlibeto tenẽtis ꝙ & mortaliter peccant,& reſtituere damna tenentur: Quia uel tales inquirunt: & tunc ſi ſunt certiores effecti de belli iniuſtitia, vtique tenẽtur,ut ſupra dictũ eſt. Vel nõ inquirũt, aut ſi inquirũt,tñ adhuc manẽt dubij de iuſtitia vel iniuſtitia eius, & tũc nõ excuſant, quia exponũt ſe periculo iniuſtè dãnificandi: & agunt contra conſcientiã dubiam,quod eſt æquè malum, ſicut agere contra conſcientiam certam. Neq; cõtra cõſcientiã dubiã tenentur obedire ſuperiori pręcipienti.

Altera opinio communis & uerior,ut latius infra lib. 3. de conſcientia. q. 5. & 6. habetur, quòd ſi ſubditi pręd icti dubitant de belli iuſtitia, non autẽ de obligatione ad obediendũ domino pręcipienti: tunc neq; bellando peccãt, neq; reſtituere tenent, niſi vt dictũ eſt de inuincibiliter ignorãtibus, quando nouerint eius iniuſtitiam, dummodò ſeruetur moderamen, maximè qñ bellum non indicitur ad ignem,& ſanguinem. Et ratio eſt, quia in tali caſu, ſicut in caſu ignorãtiæ inuincibilis ſupradicto excuſantur ſubditi per obedientiam ſimul & bonam fidem: Nam tunc tenentur ſuperiori obedire, alioqui maiora mala reipubl. ſequerentur, ſi ſubditi nõ tenerentur ad præceptum principis bellare, quouſque de Iuſtitia cauſæ certi ſint, quod patet in ca. quid culpatur. 23. q. 1. patet etiam ex ca. paſtoralis. de offic. deleg. vbi habetur ꝙ ſi iudex præcipit executori vt ſententiam cõtra damnatum exequatur: qui executor dubitat iuſta ne, vel iniuſta ſententia ſit, vtique iſte non peccat, neque tenetur ad damnũ exequens ſententiam illam: quia ad eum nõ ſpectat cauſam examinare, ſed obedire. Sic igitur in caſu pręſenti dicendum eſt, quia nec ſubditi eſt cauſam belli examinare, ſed obedire præcipienti, etiam in cauſa dubia, ut ibi ſupra latius habetur: Princeps ergo, cuius intereſt benè videre quod iubet, peccat, & totius damni tenetur.

Ad rõnem autem Adriani reſpondeo negando quòd tales agant contra conſcientiã, & ꝙ exponãt ſe periculo, & ꝙ obedire non teneantur. Nõ enim eſt dubium practicum, ſed ſpeculatiuum tantũ de iuſtitia cauſæ: dùm non dubitant ſi illicitè agere, neq; an liceat obedire domino bellum pręcipienti. Agerent autem contra conſcientiam, ſi dubitãdo ꝙ illicitè obediunt domino præcipienti, bellarent: ſed tunc, vt perplexitatem peccati euitarent, tenerentur tali conſcientia depoſita, bonaq; conſcientia formata (vt dictum eſt) ad præceptum ſuperioris pręliari, & cum hoc magis concordat Syluester tit u. bellum. 1. q. 9.

Si verò iſti pręliantes non ſint ſubditi, uel ſi ſint, non tamen per obedientiam ſuperioris bellare coguntur: ſed potius ipſi ſe offerũt amicitia, precibus, pecunia, aut honoris amore, & huiuſmodi alia quauis cauſa inducti: tunc, quanuis à peccato excuſentur inuincibiliter ignorantes iniuſtitiam belli non præliaturi, niſi iuſtum bellum ęſtimarent: at uerò à damnorum reparatione, & raptorum bonorum reſtitutione non excuſantur per ſupradictam ignorãtiã, & bonã fidem. Statim enim ut nouerint iniuſtũ bellum eſſe, ſiue fuiſſe, ad pręd icta tenentur: idque in toto, uel in parte, quatenus cauſam damni dederunt, & rapuerunt: etiam ſi cum bona fide ea conſumpſerint, ut ſupra de ſcientibus bellum iniuſtum dictum eſt. Quia ad non reſtituendum non ſufficit bona fides, niſi etiam ſimul obedientia adſit, q a & ſic leges diſponũt, ut de hoc latius agit Syluester tit. bellum. 1. q. 9. Sed utrũ hęc damna ipſis prælian tibus teneatur princeps, pro cuius parte pugnarunt, reſtituere, uel reparare, infra in ſecundo pũcto, primo ſequẽti habetur. Quòd ſi iſti ſciẽtes uel etiam dubitantes de belli iniuſtitia, uel eã vincibiliter ignorantes præliati ſunt, tunc vltra obligationẽ reparationis, & reſtitutionis etiam mortali peccato obnoxii ſunt.

QVOAD ſecundũ punctum, ſ. quõ princeps 2. punctum.
mouens bellũ teneatur dãna reparare perſonarũ, & bonorũ ſub eius ſigno militãtiũ, Reſp. ſub diſtinctione, nã aut bellũ eſt iuſtũ vel iniuſtũ. Si iuſtũ tũc de hoc ſunt quinq; dicta ſequentia. Primũ dictũ eſt ꝙ dñi nõ tenẽtur ſubditis ex obediẽtia bellãtibus ſatisfacere: niſi ſolũ expẽſas ſoluere, ſiue ſtipendia bellantium, ſicut & alia ſtipendia aliorũ ſubditorũ ipſis in aliis miniſteriis ſeruientium. Quod patet, quia quo iure iſti ſubditi tenẽtur dñis præcipientibus in hoc obedire, eodẽ tenentur periculis belli ſe exponere. Et ſimiliter non tenentur dñi ſatisfacere aliis qbuſcũq; ſtipẽdio libere cõductis ad bellãdũ: quia tales ſeipſos, & ſuas operas cum dãnis in tali opere bellico contingentibus ad id liberè locauerunt: ſed ſufficit illis ſua ſtipendia perſoluere.

Secundũ dictum eſt, ꝙ aliis rogatis & uocatis tenetur dñs ſatisfacere de dãnis ipſis obuenientibus in executione tantum ipſius, ad quod vocãtur, ſiue mandãtur; nõ aũt ſi alia occaſiõe damna patiãtur. Nã hęc eſt regula generalis ꝙ ſcilicet mãdãs obligatus eſt dãnis mandatarii. videatur Syluester tit. mandatum. & titu. reſtitutio. 3. q. 6. & titu. bellum. primo q. 5. & 6. & communiter alibi doctores.

Tertium dictum eſt, illis qui ſponte ſua ẽt principe nolente ueniunt ad bellum cum animo rem principis utiliter agendi, vel etiã vitam pro principe, & eius honore donandi, quales ſunt conſanguinei, & alii ſpeciales amici, non tenetur princeps reſtituere, neque ſatisfacere, ſed neque expenſas, & ſtipendia donare: tùm quia ex quo iſti ueniunt cum tali animo prædicta donandi, perinde eſt ac ſi donaſſent: niſi fortè aliquid ex pacto ſpeciali peterent, aut deducerent: tùm etiã quia princeps in ſimili, aut alio negocio, ſimiliter facere, ſiue donare ratione antidotorũ &

gratitudinis eiſdem naturali iure tenetur:& multò minus princeps teneretur, ſi iſti animo vindictæ, aut ſpoliandi, uel famam acquirendi venirent: tūc enim potius animo rem ſuam, quàm principis agē di bellarent.

Quartum dictum, Illis, qui ſponte ſua ſimul, & preter voluntatē principis nō coacti per obediētiā, nec ſtipendio conducti, neq; cum prędicto animo donandi, neq; propter famam, aut intereſſe proprium præcipuè, ſed ſolum à principe licentiati dicente uadant qui voluerint, aut ſi voluerint, & cum animo vtiliter gerendi rem principis pręcipuè ſuis ſtipendiis veniunt ad bellum, tenetur princeps dāna reſarcire, quia eius negocium eo cō ſentiente gerunt. Nam ſecundum cōmuniter doctores ei, qui vtiliter gerit negocium alterius conſentiens in id tenet ſoluere, dānaq; propter hoc reſarcire: talis ēt conſenſus, & ratihabitio mandato comparatur. Mandans autem tenetur mandatario ēt in cauſa turpi, ut infra in ſexto dicto habetur. Videatur Syluester tit. reſtitutio. 3. q. 8. & latius titulo bellum primo q. 6. vbi de his, & de caſu quinti dicti ſequentis agitur.

Quintum dictum, Veniētibus ſponte ſua ad bellum, ſeu in adiutorium belli iuſti ipſo principe renitente non tenetur princeps eorum dāna reſarcire: quia cùm non ſit credendum de voluntate principis, ꝙ ſit in beſtialis, ſiue irrationabilis: ſed potius ꝙ rationabiliter tale adiutorium reſpuit, quia uel ſuſpicatur illos ſibi nō fore fideles, uel quia habet ſufficientem exercitum ſine illis, & non vult plures, ne aduerſarii pluſquam oportet damnificētur, vel quia vult ꝙ illi alteri operi incumbant: & huiuſ modi. Ideò non tenetur princeps illis tanquam vtiliter rem ipſius agentibus damna compenſare.

Quòd ſi contra hoc arguitur, ꝙ medico curanti infirmum, etiam renitentem, & in eius medicinas multa expendenti tenetur infirmus ipſe iam ſanus ſoluere expenſas, & induſtriæ labores, ſecundū omnes doctores, quia medicus vtiliter egit cām infirmi: & ſimiliter ſi domus aliqua minatur ruinā, vel flagrat incendio, extra quam Petrum nolētem exire Martinus intrans renitentem extrahit, & à mortis periculo liberauit: propter quod iſte Martinus ab igne, uel à domo ruente, in perſona, uel in rebus, Petro illæſo manente, læſus eſt: certè ſecundum omnes Petrus ille liberatus tenetur Martino adiutori, & liberatori compenſare damna, quę ſua cauſa rationabiliter paſſus eſt: quia utiliter egit cauſam ipſius, etiam inuiti. Pari etiam ratione agitans tauros, cui admonito ut fugiat, nec fugere volenti, miles illi ſuccurrens perdit equum occiſum à tauro, vtique tenetur militi equum compenſare: ergo ſimiliter eſt in propoſito de bello, quòd princeps renitens tenetur prędictis adiutoribus rē eius utiliter agentibus damna reparare.

Reſpon. negando conſequentiam: nec enim eſt ſimile, quia in caſibus antecedentis illi in exemplis adductis, ſi actu non conſentiunt: at conſentire tenentur in adiutorio illis impenſo: ac proindè tanquam actu debito conſentientes adiutoribus ſatisfacere damna ſua cauſa illata tenentur. Si autem eorum voluntas rationabilis eſſet in diſſentiendo illi eorum adiutorio, etiam ſi utiliter ipſorum negocium ageretur, non tenerentur: puta ſi ideò quis nollet ab illo medico curari, quia eſt inimicus eius, aut non benè ad illum affectus; & timet de curatione, uel credit illum nō ſatis doctum, aut quia per alium amicum vult ſibi mederi, certè talis diſſenſus infirmi non temerarius, ſed rationabilis eſt: ac proindè tali medico non teneretur: & ſic eſt in caſu præſenti de bello, ut dictum eſt. Omnia hæc quinque dicta in bello iuſto procedunt: nā de bello iniuſto in ſexto dicto ſequenti habetur. Concordat Syluester titu. bellum. 1. q. 6.

Sextum dictum, Quando bellum iniuſtum eſt, vtrum dominus teneatur reparare damna recepta adiutoribus ſuis, eſt duplex opinio. Prima ꝙ tàm ſubditi, quàm non ſubditi, quicunque illi ſint, ſi ſciunt bellum iniuſtum eſſe, & cum tali mala fide bellant quocunque animo ad bellum aduenerint, non tenetur eis princeps de damnis ſatisfacere, niſi per eum ad id coacti ſint. Sic tenet Gabriel in quarto diſtinct. 15. queſtio. quarta cum multis aliis, & Syluester titu. bellum primo quæſtio. 10. Ratio horum eſt triplex. Prima quia ex cauſa turpi non oritur obligatio contra mandantem, & multò minus contra non mandantem, vt habetur inſtitut. de mandatis. Secunda quia ſi quis facit opus peccaminoſum, non poteſt pro tali recipere preciū, etiam à mandante, & ſi recipit, reſtituere tenetur: quia peccatum inutile, & nullius valoris, ſed potius nociuum eſt: & ità precium excedit valorem mercis: ergo iniuſtus eſt cōtractus, & per conſequens eſt obligatio reſtituendi, quod ex tali cauſa receptum fuerit. Tertia ratio, quia radix reſtitutionis eſt iniuſta damnificatio: ſed perpetrans malum voluntariè conſentit cum mandante, & peccat: ergo ſic conſentiens non iniuſtè damnificatur: neq; eſt inde obligatio in principe ad aliquid ei reſarciendum. Opi. 1.

Alia eſt opinio; quòd ſcilicet princeps mandans, uel inducens, ipſis ab eo inductis, ſiue coactis, in ſuo bello iniuſto pro eo, etiam cum mala fide militantibus, tenetur de damnis ſatisfacere: idque eſt uerum, non ſolum quando pactum, aut iuramentum principis de ſatisfaciendo, uel ſoluendo interuenit ratione fidelitatis, ut Medina de reſtitutione queſt. 20. quæſtio. 28. latius probat: ſed etiam quando prædicta non interuenerūt, niſi ſola principis inductio, uel mandatum. Quod probatur tripliciter. Primò quia ſi ergo te induco ad rem honeſtam, in qua damnum pateris, etiam ſi nullum interueniat iuramentum, uel pactum, teneor ad damnum, ex regula communi quòd ſcilicet, omnis mandās tenetur mandatario: & de regu. iur. Si tua cauſa damnum illatum eſt, iure te ſatisfacere oportet: ergo ſimiliter teneor Opi. 2.

neor, ſi induco ad rem inhoneſtam: uel ſi in re inhoneſta cauſa damni ſum. Patet cōſequentia: quia turpitudo, uel non turpitudo eſt impertinēs ad efficacem dānificationē iniuſtam, ex qua in me oritur obligatio ſatisfaciendi, uel reſtituendi: ergo ēt eſt impertinēs ad obligationem ſatisfactionis, ſeu reſtitutionis. Secundò probatur idem: quia ſtando in æquitate naturali non debet eſſe melioris conditionis qui mandat rem turpem, quàm qui honeſtā: ſed iſte ex mādato tenetur, ut dictum eſt, ergo & ille. Tertiò probatur idem, quia ſecundum doctores communiter Si ego te induco ad peccatum, & ita te damnifico in bonis ſpiritualibus animæ aliàs non peccaturum, certè teneor ſuo modo ſatisfacere, puta inducendo ad bonum, & orando pro te, ut gratiam perditam recuperes; ergo ſimiliter in damnificatione aliorum bonorum corporalium, & temporalium ſuo modo ſatisfacere teneor, mō interueniat turpitudo actus, modò non; Patet conſequentia; quia nulla uidetur ſufficiens ratio diſcriminis.

Ad rationes prioris opi. Reſp. ad primam ꝙ illa inſtituta de mandatis eſt lex tantum pœnalis, & ualet in exteriori foro iudiciali duntaxat: ibi enim ius decernit ꝙ ultra alias pœnas talis executor rei turpis maneat ſine damni reparatione. Secus in conſcientia, de qua aliter dictum eſt.

Ad ſecundam, Reſpon. ex Medina, vbi ſupra, ꝙ non pro opere peccaminoſo, ut tale eſt, ſed ratione damni, cuius fuit efficax cauſa, tenetur, ut dictū eſt. Pōt ēt negari antecedens, vt ſupra. q. 32. latius habetur.

Ad tertiā, Reſpon. ad minorem ꝙ ille ſolum cōſentit in actum culpabilē, ratione cuius dignus eſt damnificari: non tñ in ipſam damnificationem indè ſequentem, cuius cā fuit princeps illū inducens, & ita rō non procedit. Si enim rō illa aliquid probaret, probaret ēt de bonis animæ, ꝙ ſcilicet inducens ad malū nō teneretur inducto: ex quo ēt ipſe volens ex ſua culpa ſic dānificatus: cuius tñ oppoſitum ſuprà probatū eſt. Aliis etiam de ſua familia; & ſimiliter illis qui ſpōtè, & liberè in bello iniuſto ipſo conſentiente, ēt cum mala fide pro eo militarunt, tenetur dāna reparare: ſicut in bello iuſto ipſo cōſentiente militātibus tenetur, ut ſupra in 4. dicto habetur. Et concordat Syluester tit. bellū. 1. q. 10. quoad eos, qui cum bona fide militarunt.

Punctū. Quoad tertiū punctum, quomodo; ſcilicet teneātur illi, ad quos aliqua bona ex bello peruenerunt, ſunt ſex dicta quorum primum eſt. Si certū eſt talia bona in bello iuſto iuſtè eſſe acquiſita, tunc illi, ad quos perueniunt donatione, uel alio iuſto contractu, iuſtè ēt retinent, neque in hoc eſt dubium.

Secundum dictum, Si certò conſtat talia bona eſſe iniuſtè acquiſita, tunc ſi ſunt bona, quæ vſu nō conſumuntur, puta veſtes, ſerica, iocalia, & huiuſmodi, is, ad quem hæc perueniunt, reſtituere tenetur ſuis ueris dominis, ſi cōmodè cognoſci, eiſque commodè poſſunt reſtitui: aliàs in pauperes, & in alia pia opera eroganda ſunt ipſa, uel ualor eorū; quia dominium eorum non fuit tranſlatum in præfatos expugnatores, ſeu bellatores, & ex conſequēti neque in ipſum, qui ab eis illa habuit.

Tertium dictum. Si talia bona, quę conſtat illos expugnatores iniuſtè acquiſiuiſſe, ſunt bona, quæ vſu conſumuntur, puta commeſtibilia, medicinæ, aromatica, pecuniæ, & huiuſmodi, tunc diſtinguere oportet. Nam ſi iſte, puta Sortes, hæc à prędictis expugnatoribus titulo donationis, ſeu gratis habuit, & propter hanc donationem illi non redditi ſunt imponentes ad reſtituendum, puta quia de aliis ſuis bonis iuſtè acquiſitis poterant reſtituere tantundem; iam ſortes eſt tutus in conſcientia, neque reſtituere tenetur. Quòd ſi illi ſoluendo non erant, puta quia non habebant alia bona iuſtè acquiſita, de quibus tantundem reſtituere poſſent; tunc reſtituere tenetur, vel pauperibus tanquā bona incerta erogare. Si autem titulo oneroſo, puta per contractum emptionis, aut uenditionis quiſpiā hæc habuit ab eis, reſtituere non tenetur. Si uerò talia habuit propter beneficia, ſeruitia, ſeu alia obſequia iuſta illis expugnatoribus pręſtita, aut propter aliam cauſam, quæ ſuum ſtipendium merebatur, eique debebatur; tunc videtur ꝙ iſte reſtituere non tenetur, dummodo ratione huius tituli non plus ab ipſis accepiſſet, quàm prædicta eius obſequia merebuntur, quia perinde eſt, ac ſi titulo oneroſo ab eis accepiſſet, vt dictum eſt.

Quartum dictum, ſi neque certum eſt illos expugnatores iuſtè ne, an iniuſtè talia bona acquiſiuiſſe, ſed adhuc eſt dubium, & incertū, tunc iſte tenetur de hoc certior fieri quantum commodè potuerit: & ſi certitudinem iuſtæ, aut iniuſtæ acquiſitionis bonorum habuerit, & faciat ſecundū ſupra dicta in tribus dictis præcedentibus. Quòd ſi nullam certitudinem habere potuerit de his, ſed adhuc manet dubium, & incertum (id quod ſæpè contingit) nam talis certitudo pēdet ex cognitione poteſtatis ad bellandum, et ex modo, quo tali poteſtate vſi ſunt, ſi exceſſerunt, aut non, & ſi totū illud bello iuſto, aut etiā aliis viis iniquis acquiſierunt: quæ omnia niſi ex uera cōfeſſione, aut relatione ipſorū certò cōſtare non pñt: Igitur ſi adhuc eſt dubium de prędictis, tūc iſte pōt licitè retinere bona præfata, & ipſis uti cū uero ꝓpoſito ꝙ qñ ei cōſtiterit de iniuſta illorum acquiſitione, faciet; ſiue reſtituet ſecundum quod in tribus dictis præcedentibus ipſum teneri dictū eſt. Quòd ſi cū bona fide ea habet putās eſſe iuſtè acquiſita nō tenetur: niſi qñ de iniuſta acquiſitione certior factus fuerit: Et tūc ſolū tenebitur reſtituere quæ extant, & quatenus ditior factus eſt, ut ſupra in 1. pūcto de ignorāter bellātibus dictū eſt. Hæc in Medina de reſtit. q. 10. videantur: & Sylueſtrina. ti. bellū. 1. q. 9. & reſt. 3. q. 7.

Quintum dictū, Si prędicti bellatores ab inſulariis iam expugnatis aliquid gratis & liberè donatū habent de cauſa, quòd ſcilicet à Rege erant eiſdē cōmiſſi ad eorum gubernationem, ſi fecerūt quod

circa ipſorum indorum debitam gubernationem in ſpiritualibus,& temporalibus tenebantur: aut ſaltē per eos non ſtetit, quin id facerent, tūc utiq; tuti ſunt ab eis ſic accepta retinendo,aliàs non.

Sextum dictum,Præſuppoſito q̄ totum, quod iſte habet ex cauſis & modis ſupradictis,eſt obnoxium reſtitutioni, & quòd tanquam debita incerta ſunt in pauperes,aut in alias pias cauſas eroganda, videtur q̄ Papa ex cauſa iuſta (vt facere ſolet per bullas compoſitionis)in huiuſmodi incertis diſpēſare,ſiue remiſsionem in toto,vel parte, facere poteſt,de quo infra lib. 5. de indulgentiis quęſt. pen. latius habetur ibi uideatur.

QVAESTIO QVADRAGESIMA.

Vtrum ſint uera iſta propoſitiones, Iudæi,& alij infideles,colētes unicum Deum, adorant uerum Deum;ſeu adorant Deum falſum, uel fictum.

Propoſ. 1. RESPON. Per tres propoſitiones,quarū prima eſt.Infideles adorantes plures Deos, ſeu idola colentes,non adorant Deum uerum;ſed fictū,falſum,aut vanum.Quia prima Corinth.8. Idolū nihil eſt,& in hoc non eſt dubium.

Propoſ. 2. Propoſitio ſecunda,Iudæi, & infideles vnicum Deum recognoſcentes,ipſumque creatorē,& gubernatorem omnium colentes, non tamen eundē trinum in perſonis, neque Deum hominem factū eſſe omnium redēptorē credentes,vtrum adorent verum Deum in ſuis cęremonijs eſt diſtinguendū, non faciendo vim in appellatione harū propoſitionum,Adoro Deum,& Deum adoro.Nam quando in ſignum alicuius excellentiæ verè Deo conuenientis illi exhibent aliquas cæremonias,cultum,reuerentiam,ſeu adorationem (quod idem eſt) puta in ſignum,& recognitionem eius omnipotentiæ,creationis,aut gubernationis mundi,& huiuſmodi:tūc vtique per tales actus interiores, & exteriores actualiter,& verè uerum Deum adorant: quia adorant vnicum Deum,creatorē omniū, & hic uerus Deus eſt.Quando verò in ſignum alicuius excellētiæ,ſeu conditionis Deo diſconuenientis,attribuēdo ei,quod non conuenit,aut negando quod illi cōuenit,exhibent reuerentiam, ſeu aliquem cultum, aut cęremoniam,puta in ſignum quòd non eſt trinus in perſonis, aut quòd Pater eſt maior filio in diuinis, aut quòd perſonę diuinæ conſubſtātiales non ſunt,aut q̄ Deus corporeus eſt in ſua natura diuina,aut quòd non habet omnium prouidentiā, aut quòd non eſt homo factus,neque per ſuam paſſionem mundum redemit,& huiuſmodi:tunc utiq; per tales actus interiores,& exteriores, actualiter non uerum Deum,ſed falſum,vel fictum adorant. Quod indè patet:quia cùm tales actualiter Deum, non trinum, corporeumve adorēt, is autem Deus non trinus,non uerus,ſed fictus ſit:ergo Deum nō verum,ſed fictum adorant. Conſequentia patet cū maiori ex ſuppoſitione.Maior etiam liquet: quia Deus corporeus non trinus,& Deus non homo,nō redemptor,iam tempore gratiæ pro nullus ſupponit,quia impoſsibile ſimpliciter eſt Deum nō eſſe vnicum in eſſentia,& trinum in perſonis, & ex ſuppoſitione,& lege nunc impoſsibile ſit eſt non eſſe creatorem,gubernatorem, & redemptorem mundi.Quare illę affirmatiuę propoſitiones de ſubiecto non ſupponente falſæ,& negatiuę uerè ſunt.Et cum ſupradicta propoſitione ſecunda concordat expreſſè Caietanus ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ q.10.ar.3.dubio.3.& q.2.ar.2.cum quibuſdam aliis qui infra referuntur.

Ex quo infertur quòd ſupra dicti infideles habitualiter,& generaliter,& abſolutè Deum non uerum,ſed fictum adorant:quia ex actibus prædictis habent credulitatem,& promptitudinem, qua habitualiter,& uirtualiter credunt Deum nō trinum &c.& parati ſunt id actualiter credere, & facere p̄dictam adorationē,& cæremonias Deo non verò, ſed ficto.Nūc aūt habitualis,generalis, & abſoluta denominatio propriè nō ab actu, ſed ab habitu, ut habetur ſecundo Eth. ſumenda eſt: ideò enim virtuoſus domificator,aut artifex ab habitu,nō ab vnico tantum actu,propriè appellatur.Ità ſimiliter veri,aut ficti Dei adorātur habitualiter, & abſolutè dicendus eſt. In hoc concordat expreſſè gloſſa Auguſtini ſuper Ioſue.24. Ibi auferte Deos alienos:& Caietanus ſecunda ſecundæ quęſt.2. art. 2. ſecundum B.Thomam.

Tertia propoſitio,Supra dicti Iudęi,& infideles quicunque ſint,uerè ſuos Deos,aut Deum fictum, vel verū adorāt:ſi ly uerè dicat ueritatē rei,ſeu adorationis:quia facit hunc ſenſum, q̄ verū eſt, & in rei veritate ita eſt q̄ illi credunt de Deo illa p̄dicata,nō in hoc decipiunt,nō nōs:& in rei veritate in ſignum talis credulitatis exhibent talem cultum, ſeu adorationem exteriorem,& ità uerè adorant,ſicut & verè errant Deum fictum adorando. Secus ſi ly uerè dicat ueritatem aſſenſus,ſeu credulitatis: tunc enim falſum eſt dicere quòd Iudæi & infideles ſupra dicti uerè Deum adorant,ut ibi dictū eſt. Propoſ. 3

Si contra hoc arguatur, ſi illi non verè adorant Deum veritate aſſenſus,ergo ſimpliciter non adorant,quia non uera adoratio nō eſt adoratio, ſicut neque homo pictus, aut fictus uerus homo eſt.

Reſpon. negando conſequentiam: quia arguitur æquiuocè ab adoratione uera ueritate aſſenſus ad ueram ueritate rei ſimpliciter,neque eius probatio ualet:quia adorationis prędictę non analogicè: ut homo pictus, & homo uerus, ſed æquiuocè omninò ſe habent,ut dictum eſt. de hac quæſtione aliquid etiam videri poteſt in ſermonario Martini Garſias in ſermone conceptionis,& Holkoth in 3.ſententiarum, & beatus Tho. & Caietanus, vbi ſupra etiam agunt.

QVAESTIO QVADRAGESIMAPRIMA.

Vtrum ſicut filius Dei propriè fuit miſſus, & uenit in mundum, quando homo factus eſt, ità & ſpiritus ſanctus propriè, & non ſolum appropriatè. temporaliter mittatur, & ueniat ad nos inuiſibiliter per gratiam, aut viſibiliter, ut in ſpecie ignis, & columba legitur ueniſſe: Et quid aliud importet ſpiritum ſanctum dari nobis in ſe ultra dationem eius in dono gratiæ, uel charitatis.

1. Punctū. RESPONDEO. Ad primum quòd perſona ſpiritus ſancti nō propriè, ſed appropriatè eſt & dicitur miſſa, dataque nobis, & in mundum venire tēporaliter, & viſibiliter in ſpecie ignis, columbæ, & huiuſmodi. Neq; eſt vlla relatio realis tēporalis miſſionis, dationis, aduentus, apparitionis; uel vnionis eius ad nos, quę ad ſolā perſonam ſpiritus ſancti terminetur: ſicut vnio humanitatis ad verbum: ſed ſolum eſt ibi relatio rationis ſecundum ponentes has relationes, ſiue reſpectus ſigni ad ſignatū, conueniens primò perſonæ ſpiritus ſancti: quia ſcilicet tale ſenſibile ſignum, puta ignis in cuius ſpecie venit, vel apparet, ex diuina inſtitutione ſpeciali propriè, & primò repręſentat nobis perſonā ſpiritus ſancti: ac proinde ad ipſam ſolam perſonā ſpiritus ſancti talis relatio, vel ſignificatio propriè & primò terminatur: ipſa autem realis miſsio, datio, vel vnio gratuita à parte rei appropriatur quidem ipſi ſpiritui ſancto, ſed communis eſt omnibus diuinis perſonis, vt innuitur Ioan. 14. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus, ad ſenſum quem doctores communiter exprimunt in primo diſtin. 14. Quod probatur: quia talis relatio realis, quę dicitur vnio (ſecundum ponentes has relationes) ſeu miſsio, ſeu datio, ſeu aduentus, uel apparitio ſpiritus ſancti ad nos facta, ſi propriè, & nō appropriatè pertineret, & terminaretur ad ſolam perſonam ſpiritus ſancti, ſicut relatio, vnio humanitatis ad uerbum, quæro an ſit vnio per naturam, ità ꝙ ipſa ſola perſona ſpiritus ſancti propriè vniatur naturæ creatæ, quęcunque, & quomodocunque ſit viſibiliter, aut inuiſibiliter; an ſit unio per gratiam, aut per collationem alicuius doni duntaxat. Non per naturam, quia aut talis relatio vnionis terminatur primò & immediatè ad ipſam eſſentiam diuinam: & ſi ſic iam non ſolum terminaretur propriè ad perſonā ſpiritus ſancti: nam omnia eſſentialia, aut quę conueniunt eſſentię primò, aut ratione eſſentiæ, etiam ex æquo conueniunt, & ſunt communia omnibus tribus perſonis, & per cōſequens eſſet vnio diuinitatis ad creaturā, ſeu creaturę ad diuinitatē, per eſſentiā, aut per vnionē eſſentiæ, quod abſit: aut talis relatio realis vnionis terminatur primò & immediatè ad ipſam ſolam perſonam ſpiritus ſancti ſub rōne formali perſonali, ſicut cōiter dicitur de vnione humanitatis ad verbū, & neque hoc dici poteſt: quia cū rō formalis talis terminationis ad perſonā, ut talis eſt, nil aliud eſſet, quàm creaturā illā unitā eſſe in vnitātē perſonæ ſpiritus ſancti: iā contra fidē id poneretur. Quòd autē prędicta vnio propria ſoli pſonę ſpiritus sācti ad creaturā nō poſsit eſſe per gratiā, probatur: quia ſpūm ſanctū uniri, aut mitti ſeu venire per gratiā, ſeu per aliud; ēt donū, vel effectū, nihil aliud eſt, q̄ donare ſeipſum ſimul, & donū gratiæ, & acceptare creaturā ad pręmii glorię collationē. Hoc autē cōuenit primò & immediatè ipſi Deo ratione eſſentiæ, & per conſequēs omnibus perſonis diuinis: ſicut & omnes actiones, ſeu operationes ad extra: ergo non propriè ſoli perſonæ ſpiritus ſancti.

Argum. SI contra hoc arguatur. Primò ꝙ ſicut ſcriptura dicit filiū datū, vel miſſum à patre, & veniſſe in mundū, ut patet Io. 3. Sic Deus dilexit mundū, ut filiū ſuū unigenitū daret: & Epheſ. 2. Propter nimiā charitatē miſit Deus filiū ſuū in ſimilitudinē carnis peccati: & 1. Timot. 1. Filius Dei venit peccatores ſaluos facere: & Io. 1. In propria venit &c. Ità eodē modo ſcriptura loquitur de datiōe, & miſsione, & aduētu ſpiritus ſancti, vt patet Ioā. 14. 16. Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo: item Ego mittā uobis paracletum: item. Quando venerit paracletus ſpiritus ſanctus, qui à patre procedit: item Ro. 8. Dedit ſpiritū ſanctū in corda fideliū: itē actu 1. Donec repleamini uirtute ex alto: itē ſicut Io. 1. dicitur ꝙ Verbū caro factū eſt, ità ēt dicitur 2. Corint. 6. Qui adhęret Deo unus ſpiritus eſt, quod eſt, quod uidetur per cōicationē idiomatum ſimiliter dici, ſicut ꝙ Deus eſt homo, aut per participationē, ſicut uir sāctus participatiuè Deus aut diuinus eſt iuxta id pſal. & Io. 10. Ego dixi dii eſtis &c. ergo ſicut ex dictis auctoritatibus cōcluditur ꝙ ſola perſona propriè, & primò terminat illā unionē humanitatis ad uerbū, ità ſola pſona ſpiritus ſancti debet intelligi propriè & primò terminare relationē realē, ſiue unionē, ita ꝙ propriè ſolus ſpūs ſanctus ſit datus, uel miſſus, uel unitus creaturæ, qñ cōfert gratiā, pręſertim qñ uiſibiliter in ſpecie ignis, ſiue columbæ legitur miſſus, uel apparens: & talis datio, miſsio, ſeu aduentus ſpiritus ſancti appellatur: maximè quia non uidetur, ubi eccleſia decreuerit oppoſitum.

Argum. 2. Secundò arguitur ad idē, quia ſicut eccleſia celebrat feſta de ſola pſona filii, ꝙ ſolus filius incarnatus, homo factus, natus, & paſſus eſt, ꝙ ſurrexit, & aſcēdit in cœlum: & hoc propriè, & non appropriatè cōuenit ipſi ſoli filio, ſecundū hanc, uel illam naturā, diuinā, uel humanā, & aliqñ per cōicationē idiomatū: ergo cū ſimiliter de ſpiritu ſancto ſolo celebret eccleſia ꝙ inuiſibiliter & uiſibiliter in ſpecie ignis in pētecoſte uenit, & miſſus eſt: uidetur ꝙ ſimiliter illa miſsio, & aduētus ſpūs ſancti eidē ſoli propriè, & non appropriatè conueniat: quamuis operatio, ſeu actio omnibus perſonis cōis ſit.

Argum. 3. Tertiò arguitur ad idē, quia pater non eſt, neq; dicitur miſſus; quia non eſt productus ab alio, ſecundum communiter Doctores in 1. diſt. 14. Nūc autem miſsio, vnio, datio, ſeu aductus ſpiritus ſan-

ctì ad creatorem ſunt in re: ergo ſi pater non eſt miſſus, ſequitur quòd realiter, neq; eſt vnitus, aut datus, aut vllo modo venit ad nos, ſed ſola perſona ſpiritus ſancti, quæ ſolum in miſsione viſibili, aut inuiſibili explicatur.

Reſp. ad 1. argum. Reſpon. propter has rationes, & propter alias parui momenti, quas refert, & reprobat diuus Bonauentura in 1. di. 17. q. 2. Aliqui erroneè renuerũt quòd cõtra ſupra dictã communem reſolutionem, & catholicam prætendere videntur. Et aliqui volunt trahere Grego. Ari. & magiſtrum ea. diſtin. & diſt. 14. ad prædicti erroris patrocinium. Sed quòd prædicta argumenta nihil concludant, patet. Nam ad primum reſpon. negando conſequentiam. Nam etiam ſi eccleſia id non declaraſſet: tamen ſufficit eius approbatio, quæ cõem ſenſum approbat doctorum ita declarantium ſuprà dictas auctoritates ſcripturæ: qui eo modo eas exponendo, & intelligendo fundantur ratione recta per fidem illuminata, ut ſupra probatũ eſt, præſertim quia Io. 1. Verbum caro factum eſt, exprimitur quòd ſoli perſonæ verbi noſtra humanitas perſonaliter vnita eſt. Non ità ſecunda Corin. 6. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus cum eo eſt: quia non dicitur, nec exprimitur ꝙ ſpiritus ſanctus, homo, uel creatura per talẽ vnionem myſticam, aut per illam miſsionem efficitur. Quòd aut eccleſiam communẽ illum ſenſum doctorum approbet patet ex communi eius prædicatione, & acceptione, & oppoſiti ſenſus utpotè erronei reprobatione.

Reſp. ad 2. argum. Ad ſecundũ. reſpon. negando conſequentiã, nec eſt ſimile: quia dùm eccleſia celebrat ſpecialia feſta de filio, id vtique facit præſuppoſita vnione humanitatis ad filiũ propriè: vnde & reliqua ſoli perſonæ filii ſecundum naturam humanam per communicationem idiomatum propriè cõueniunt: ut eſt natiuitas, mors, & cætera huiuſmodi. Secus de ſpiritu ſancto, qui non eſt perſonaliter, & propriè vnitus alicui creaturæ: inde neque ex conſequenti alii effectus à parte rei poſſunt illi propriè conuenire: niſi ſolum per quandam appropriationem, & eius ſpecialem repræſentationem, utpote quia ipſa perſona ſpiritus ſancti primò & immediatè per hoc; uel illud ſenſibile ſignum ignis ſiuè columbæ ex ſpeciali inſtitutione diuina ſignificatur hominibus, ut eius notitiam habeant, ut dictum eſt.

Reſpon. ad 3. argumen. Ad tertium reſpon. ad maiorem ꝙ ſicut à parte rei pater ipſe realiter venit, diciturque venire ad nos, & ſimiliter filius, & ſpiritus ſanctus, ut habetur Ioa. 14. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus &c. ità etiam realiter pater datur, & mittitur à ſeipſo, non ab alio ad nos. Sed in modo loquendi ſimpliciter conceditur hæc propoſitio. Pater venit ad nos, & ſeipſum nobis dat. Et negatur hæc propoſitio. Pater mittitur ad nos: & ratio eſt propter diuerſitatẽ connotationis vocabulorum. Nam venire non connotat, neq; ſignificat proceſsionem aliquam æternam: mitti autem in paſsiua ſignificatione eam connotat, vel repræſentat: nõ enim dicitur temporaliter, & abſolutè mitti perſona aliqua diuina, niſi ea, quæ procedit ab alia, ſeu aliis, ſecundum vſum doctorũ, quos in ſua facultate thologica ſequi tenemur, non ſolum in ſenſu, ſed & in verbis, & modo loquendi. Neque nunc ego curo, aut vim facio, ſi perſona miſſa oportet ꝙ procedat ab ea, à qua dicitur miſſa: de hoc enim ſunt opiniones alibi diſputandæ. Igitur licet à parte rei omnes perſonæ diuinæ ſimul veniant, dent, & dẽtur, mittãt, atque mittantur tẽporaliter quando una perſona dicitur dari, venire, aut mitti, ſicut & omnia opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, communiaq; omnibus perſonis diuinis, tamen negatur hæc conſequentia: ꝙ ergo ſi pater ſimpliciter non dicitur miſſus, non ẽt debeat dici venire temporaliter ad nos: aut èconuerſò: diuerſa nanq; vocabulorum connotatio prædictæ differentiæ cã eſt. Quibus nõ obſtantibus fortè rectè & catholicè cõcederetur ꝙ pater mittitur à ſeipſo, ſicut & datur à ſeipſo: ſicut & in actiua ſignificatione pater dat, mittitque ſeipſum temporaliter ad nos, ſicut & filius, & ſpiritus ſanctus temporaliter dant, mittuntq; ſeipſos ad nos: quia connotatio proceſsionum nõ ità apertè, aut expreſſè in prædicta actiua, ut in paſsiua abſoluta ſignificatione, ſed ſola operatio ad extra, quæ communis eſt toti trinitati, repræſentatur.

Quoad ſecundum punctum quæſtionis, ſcilicet quando cõiter dicitur à doctoribus in 4. diſt. 14. ꝙ ſpiritus ſanctus, quando datur per gratiã, nõ ſolum datur ĩ dono, ſed in ſeipſo: qd importatur amplius in hoc, quod dicitur dari in ſeipſo ultra hoc, quod datur in dono gratiæ gratificantis: de hac enim loquor. Nam videtur idẽ vtrobiq; ſuperfluè replicari: cũ dari Deum nobis in ſe (vt patet ex dictis) nil aliud ſit, quàm dari, aut dare ſeipſum in dono gratiæ gratificantis, & nos ad amicitiam, & gloriã opportunè acceptare, & èconuerſo. 2. Punct.

Reſpõ. ꝙ licet id ſit: tamen aliqualis adhuc differentia eſt. Nã ut Gabriel in 1. diſtin. 14. q. 2. ſecũdum Ocam latius refert, in quo & concordat. B. Tho. 1. par. q. 43. ar. 3. tunc ſpũs ſanctus, ſiue Deus dicit dari homini in ſe, qñ ſic homini iuſto ſeipſũ offert, ꝙ ipſum acceptat ad gloriã, & paratus eſt ipſũ in oĩ actiõe meritoria iuuare, & facere qđ rõnabiliter homo vult fieri, id quod Deus ſecluſo omni alio dono creato facere põt, quamuis de lege ſine alio dono infuſo nõ faciat: in dono aũt tantũ dicitur Deus dari, quando dat, vel infundit donum ipſum, quodcunq; illud ſit, puta timor, fides, ſapiẽtia &c. nos tñ per id nos acceptat ad gloriam. Quæ quidẽ dona tunc nõ propriè dñr dona ſpiritus ſancti: neque ꝙ ſpiritus ſanctus in talibus donis informibus ſine eius gratia nobis donatur ſecundũ Tho. 1. 2. q. 68. & Bonauent. in 3. diſt. 3 5. ibi communiter doctores videamus: in ſe uerò, ſimul, & in dono Deus, & ſpiritus ſanctus propriè loquendo dicitur nobis dari, qñ non ſolum donum dat, & infundit: ſed & ſimul eo mediãte ꝑ gratiã nos acceptat

ad gloriam:& paratus eſt nos iuuare, ut ſupra dictum eſt. Et in hoc fit in ſolo dono gratię, ſeu charitatis, uel in aliis donis eam ſecum annexam habētibus, & per eam formatis. Nam nunquā Deus, vel ſpiritus Sanctus in ſe nobis datur, nos ad gloriam acceptando, niſi in dono gratiæ, & charitatis. Igitur idem eſt ſpiritum Sanctum nobis dari in ſe, & in dono gratię: & dari in dono gratiæ, & charitatis. Sed ad maiorem explicationem ſępè dicitur à doctoribus quòd non ſolū datur in dono gratię formaliter quidem gratificantis, ſed etiam in ſeipſo effectiuè nos gratificante, & ad gloriam acceptante, ut ſupra declaratum eſt.

Et nota ꝙ ſpiritus ſanctus dicitur mitti, ſeu dari inuiſibiliter, non ſolū qn̄ confert gratiam de nouo ſanctificantem à peccatis: ſed etiam quando confert eius augmentum intenſiuum ſecūdum aliquos doctores: vel potius extenſiuum ſecundum alios: quando videlicet, vel ſimul cum gratia, uel iam homini ſancto datur auxilium, vel donum aliquod ut in nouū vſum, ſeu actum, uel in nouum ſtatum gratię iam habitæ proficiat per charitatem: quale eſt donum, vel gratia miraculorum, aut prophetiæ in hominibus ſanctis: aut donū uel auxilium excellēs ad vincendum meritoriè grauem tentationem, ſeu ad martyrium, & huiuſmodi. Et in hoc magis cōſonat Auguſtinus lib. 4. de trinitate ca. 20. & Beatus Tho. prima parte quæſt. 43. arti. 3. & 5. & 6. & ideò communiter dicitur à doctoribus quòd ſpiritus Sanctus mittitur, ſeu nobis datur per gratiam ſcilicet gratificantem, & per dona eius.

QVAESTIO QVADRAGESIMASECVNDA.

In quo principaliter conſiſtat beatitudo formalis in patria.

ppſ. 1. RESPON. per tres propoſitiones, quarum prima eſt: Beatitudo hominis eſt eius perfectiſſima operatio intellectus, quę eſt viſio: ad quam etiam neceſſaria eſt voluntatis operatio, ſcilicet amor amicitiæ ſummi boni, & ſubſequens naturaliter delectatio, ſeu gaudium. Hæc propoſitio, ut clara, & ab omnibus conceſſa; & latius probata, ſupponitur. Sed utrum amor amicitiæ ſit operatio eſſentialis, formaliſque beatitudo; ut viſio: & quæ harum operationum ſit præcipua, in hoc eſt difficultas, & diuerſitas opinionū: ideò ſit ſecunda propoſitio ſequens.

ppſ. 2. Secunda propoſitio, Amor amicitię non tātum ad perfectionem accidentalem, ut delectatio indè ſequens, ſed ad eſſentialem, ſeu ſubſtantialem beatitudinem, eſt neceſſarius.

Probatur hæc ſecunda propoſitio dupliciter. Primò quia ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ. q. 44. art. 6. ex Auguſtino lib. de perfectione iuſtitiæ contra Celſum, Deus in illo præcepto Diliges dominum Deum tuum &c. intendit charitatis perfectionem, quę in hac vita impleri non poteſt, ſed in patria. Intendit itaque Deus ut homo illi totaliter vniatur in patria, vbi Deus erit omnia in omnibus prima Corinth. 15. Si autem finis aliorum præceptorum eſt Charitas, quæ in uia haberi poteſt: & huius charitatis finis eſt charitas in patria, cùm de ratione beatitudinis ſit eſſe finem ultimum: ergo ipſa partialiter ſaltem eſt beatitudo eſſentialis formalis.

Secundò probatur idem quia B. Tho. prima ſecundæ quęſt. 4. artic. 3. videtur dicere comprehenſionem eſſe de eſſentia beatitudinis in prima Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis, ſcilicet in patria. Comprehenſio autem (vt ipſe ibidem ait) fit eiſdem potentiis, ſcilicet intellectu, & uoluntate, ergo in actibus intellectus, & uoluntatis formaliter ſtat eſſentia beatitudinis, qui actus uoluntatis potiſſimus amor eſt.

Tertiò probatur idem, quæſt. 1. Ioa. 4. Deus charitas eſt, ſiue dilectio, vbi Auguſtinus Amplius nō potuit tibi dilectio commendari: hanc eſſe finem dixit Pſal. 118. Omnis conſummationis vidi finem &c. Iam ſi talis finis eſt, non eſt quò referatur, ergo finis vltimus eſt: & ergo beatitudo eſſentialis. Et probatur antecedens dupliciter, primò quia amor amicitiæ non eſt in aliud referibilis: ſi enim Deus amaretur, ut videretur, iam non eſſet amor amicitiæ, ſed concupiſcentię: viſio autem ſi ad amorem amicitiæ modo optaretur, nulla eſſet iniquitas, ſed iuſtitia, & æquitas, & optimus ordo; ergo amor ille eſt propriiſsimè finis vltimus formalis, & beatitudo. Item ſecūdò quia ille amor perfectus, de quo loquimur, præſupponit viſionem, ergo in ipſam, ut habendam, referri non poteſt, tanquam in finem, qui ſemper ſaltem in natura eſt poſterior executione. Et ad hoc facit. B. Thom. ſecunda ſecundę quæſt. 27. arti. 6. ad tertium dicens ꝙ interior actus charitatis habet rationem finis, quia vltimum bonum hominis conſiſtit in hoc quòd oīa Deo inhæreat ſecundū pſal. ut patet ex dictis.

Quartò probatur idem, quia oppoſita nata ſunt fieri circa idem: ſed miſeria eſt formaliter in potentia formaliter libera, ſcilicet in voluntate tàm pœna ſenſus, quàm damni ergo & fœlicitas: & ſi eſſentialis damnatio conſiſtit in priuatione beatitudinis: ergo & eſſentialis beatitudo eſt, quæ conuenit uoluntati.

Quintò probatur idem: quia omnis actus, per quem immediatè, & perfectè attingitur obiectum beneficium ſub ratione, qua eſt beatificum, eſt eſſentialiter beatificus. Sed actus amoris amicitiæ in patria eſt huiuſmodi, ergo. Maior probatur dupliciter, primò quia finis formalis eſt, quo immediatè habetur finis gratia cuius, qui dicitur obiectiuus. Secundò quia omnis actus, quo immediatè attingitur viſibile obiectū, inquantū viſibile eſt, eſſentialiter & formaliter viſio: ergo ſimiliter omnis actus, quo immediatè attingitur obiectū beatificū, ut beatificū, obiectiuè eſt beatitudo formalis propriè, & eſſentialiter.

Quòd ſi quis dicat voluntatem non immediatè attingere obiectum ſuum, ſed mediante intellectu, & viſione: tum quia prius intellectus id attingit; tùm etiam quia non alias, quàm ab intellectu cognitum, & ablatum voluntas id attingit.

Contra hoc dicitur quòd quia non niſi obiectis formalibus & immediatis diſtinguuntur potentiæ: ergo ſicut immediatè intellectus fertur in ens, tanquam verum, ità & voluntas fertur in ens, tanquam bonum. Item quia voluntas in patria modis omnibus perficitur; ergo cùm obiecto, & obiecti aſſecutione, perficiatur, immediatè illud attingit. Item quia licet verum ſit voluntatem non tendere in incognitum; intellectus tamen ſua cognitione nil ponit in obiecto cognito, ſed ſicut inuenit bonum, ac beatificum offert voluntati, & repręſentat: ergo in illud immediatè fertur immediatione obiectiua, licet non cauſali, de qua arguens longè à propoſito digreditur.

Sextò probatur idem; quia ſolius voluntatis obiectum eſt finis, & bonum: ergo ipſius eſt tantum finem attingere beatificum formaliter: in formali autem attingentia conſiſtit beatitudo formalis: ergo. Probatur antecedens, quia ipſius eſt tantum mouere in finem (vt etiam B. Tho. fatetur. 1.2.q.9.art. 3.& 4.& q.16.17.q.74.art.1.& alibi ſæpius. Neq; valet Durandus dicens intellectum prius attingere bonum, & finem, cùm ipſum oſtendat voluntati. Tùm quia licet prius attingat, tamen formalis ratio obiecti intellectus non eſt bonum, aut ratio boni: idque eſt ratio obiecti voluntatis, & in conſecutione boni, vt bonum eſt, conſiſtit fœlicitas. Tùm etiam quia licet prius natura attingat intellectus bonum, & finem, non ob hoc tollitur (vt ſuprà probatum eſt) quin immediatè etiam à voluntate attingatur, & formaliſſimè. Neque valet etiam ſolutio huius probationis, vt nititur eam ſoluere Beatus Thomas cum aliis dicentibus non aliud concludere, quàm quòd beatitudo eſt in voluntate, ſicut obiectum, nõ ſicut actus. Nam, ex eo quòd Deus eſt formale obiectum voluntatis, concludit ratio prædicta voluntatis actu formaliter, & immediatè attingi; ac conſequenter in ipſo voluntatis actu eſſe beatitudinem.

Septimò probatur, quia beatitudo conſiſtit in poſſeſſione ſummi boni; ſed non ſatis intelligi poteſt perfecta, & ſubſtantialis poſſeſſio in ſolo actu intellectus: ergo in voluntate conſummatur, & perficitur. Nam licet poſſeſſio quædam fiat per intellectum, quia obiectum eſt in intelligente; non minus fit per voluntatem; quia Ioã. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: idque in propoſito eſt maximè verum, vbi non per ſpeciem creatam, vel per ſimilitudinem, per quam in aliis obiectum cognitum dicitur eſſe in cognoſcẽte, ſed per ſeipſum ſecundum ipſum Beatum Tho. Deus ipſe videtur in patria. Neque valet dicere cum Caietano illam propoſitionem .ſ. quòd beatitudo formalis conſiſtit in actu immediatè, & propinquiori vltimo fini extrinſeco, qui eſt beatitudo obiectiua, intelligi, cæteris paribus. Nunc autem in propoſito non ſunt cętera paria; cùm Deus nõ abſolute, ſed Deus viſus ſit obiectum voluntatis: & ità viſio, qua primò attingitur Deus, eſt quaſi pars obiecti voluntatis: amamus enim bonum cognitum, & quia cognitũ, hoc inquam non valet; quia non ideò obiectiua eſt Nota. cognitio, ſed cauſalis: neque (vt probatum eſt) cognitio aliquid ponit in obiecto beatifico, quo ametur; alioqui nec viſus quicquam videret immediatè, niſi lumen: nihil enim videt, niſi illluminatum. Nam idem eſt obiectum immediatum fruitionis, quod eſt etiam viſionis: ſed ipſa eſſentia diuina, & non viſio, eſt obiectum viſionis, neque pars eius. Neque item eſt cauſa finalis viſio beatifica ipſius amoris amicitiæ, vt iam deductum eſt.

Octauò probatur idem auctoritate Anſelmi lib. 1. cur Deus homo, dicentis, Peruerſus ordo eſſet amare, vt intelligamus. Nam licet (vt ait Caietanus reſpondendo huic auctoritati) Deus viſus ametur, & amore concupiſcentiæ viſio deſideretur; neq; id peruersè, alioqui ſpes non eſſet virtus; tamen hic amor non eſt in patria; & ſi eſt, eſt quidem ſub alio actu .ſ. complacentiæ, aut concupiſcentiæ boni proprii; & non præiudicat amori amicitiæ, de quo loquimur, quem etiam ipſe Caietanus fatetur irreferabilem: eſt ergo finis vltimus, & formalis, & conſequenter eſt beatitudo.

Nonò probatur idem, quia ipſe amor eſt ſumma perfectio voluntatis: ergo eſt ſummè deſiderabilis, vtpote finis vltimus: & ergo beatitudo formalis. Prima conſequentia patet, quia vnumquodq; naturaliter appetit ſuam perfectionem, & maximè maximam. Neque valet reſponſio Caietani dicentis maiorem eſſe veram de appetitu naturali; de animali autem non pars ſibi, ſed toti propter quod eſt, appetit perfectionem. Hoc inquam non ſatisfacit; tùm quia cùm appetitus ille naturalis non ſit malus, licebit ſe illi conformare appetitu naturali: tùm etiam, quia non poteſt deſiderari bonum toties proueniens ex bono partis quin deſideretur bonum partis. Cùm ergo ex hoc ꝙ viſio eſt optimum deſiderabile ad intellectus, & per conſequens totius perfectionem, ipſa uiſio concluditur eſſe beatitudo: ità ſimiliter ex hoc quòd amor amicitiæ eſt bonum, ac optimum, & deſiderabile uoluntati, & per conſequens ipſi homini, concludi debet amorem hunc eſſe beatitudinem formalem, & intrinſecam.

Decimò probatur idem; quia in clem. ad noſtram, de hæreti. habetur quòd beatitudo conſiſtit in uiſione, & fruitione, & non in uno ſolo actu, ut patet inſpiciendo textum, cur .ſ. ponatur lumen gloriæ ad eleuandum animam, ſeu eam diſponendum, ut Deum uideat, eoque beatè fruatur. Vbi conſtãt duo actus æque requiſiti ad beatitudinẽ eſſentialẽ.

Ad idem eſt Benedictus XII. in extrauagãte cõtra Ioan. 22. ut refert Marſilius & ſupplementum Gabrielis in 4. diſt. 49. q. 2. in 3. dubio, ubi Benedictus ipſe diffinit quòd ex intuitiua, & faciali, & immedia-

mediata viſione,& fruitione eſſentiæ diuinę animę iam omninò à peccatis,& pœnis debitis in purgatorio,vel in hac vita purgatæ ſtatim ante reſurrectionem generalem ſunt verè beatę;ac quòd huiuſmodi viſio eſſentiæ diuinæ, eiuſque fruitio,actua fidei & ſpei in eis euacuant prout fides,& ſpes ſunt virtutes theologicę propriè. Hæc ibi:& ità iam de hac ſecunda propoſitione nil videtur dubitandum,quamuis Durandus in 4.diſt.49.q.4.& Palud.cum aliquibus antiquis oppoſitum diserint,& B.Tho.1.2.q.1.ar.1.& q.3.ar.4.& 1.par.q.26.art.2.& ibi Caietanus,& latius q.82.art.3.& in 4.diſt.49.q.1 ar.1.q.2.oppoſitum quoque prima facie cum eis ſentire videatur.

Propoſ. Tertia propoſitio. Beatitudo formalis eſſentialis perfectius,aut principalius ſtat in fruitione, quã in viſione eſſentiæ diuinæ. Hæc propoſitio contra B.Tho.& ſequaces, vbi ſupra probatur quincupliciter. Primò,quia voluntas vtitur,& imperat aliis potentiis ad acquiſitionem finis,etiam ſecũdùm Tho. 1.2.q.16.& alibi ſæpius: ergo non minus, ſed magis illi conuenit præmium,quàm aliis. Facit ad idẽ. B.Tho.2.2.q.83.art.3.ad 1.dicens quòd voluntas mouet alias potentias in finem: Inter alias autem potentias intellectus eſt altior, & voluntati propinquior;& ideò poſt deuotionem,quæ pertinet ad voluntatem,oratio,quæ pertinet ad intellectũ,eſt pręcipua inter actus religionis. Item idem licet aliis verbis ait quòd ipſa voluntas præſuppoſita gratia eſt cauſa meriti:ergo illi potiſſimum debetur pręmium. Hanc conſequentiam negat Palude, & aliis quia miles brachiis pugnat, ſed capite coronatur. Sed nihil dicunt quia miles pugnat quidẽ brachiis, & toto corpore inſtrumentaliter, ſed & præcipuè capite dirigente, & corde mouente alia membra: inſuper & toto corpore triumphat in curru, & habitu honoratur.

Secundò probatur idem,quia ordo angelorũ ſumitur ſecundum ordinem ſupernarum virtutum, quibus ſpecialiter pollent. Sed ſupremus ordo.ſ.ſeraphin nomen, & dignitatem habet à charitate: & ordo cherubin illi immediatus à ſcientia non acquiſita, nec infuſa tantum, ſed qua in verbo vident:ergo charitas non ſolum in via,quod concedit Caietanus.1.2.q.3.ar.4.& q.66.ar.6.& 1.pars.q.82.ar.3.latius, ſed etiam in patria excedit omnem cognitionem. Antecedens autem eſt ipſius Beati Thomę 1.par.q.108.art.5.ex Grego.& Dionyſio, & ſacra ſcriptura. Quod confirmatur quia.1.Corinth.13. Maior autem horum eſt charitas. Vnde etiam patet nomen ipſum charitatis excellentiam ſuper alios virtutes, & dona denotare, ſimul & ſummam perfectionẽ. Vnde Bernardus ſermone. 83.Super Cant. Quid omnibus præſtat nẽpe amor. Ipſe ſponſum copulat cum ſponſa. Hoc petit Deus ſciens eo nos eſſe beatos: ipſe maritũ, ipſe præmium &c. Et Auguſtinus ſermone.53.de tẽpore Charitas eſt promiſſio regni, præmium ſummum ſanctorũ, nil gratius in cœlo habent ſancti amore Dei.

Tertiò probatur idem quia ad eandem potentiam pertinet motus in finem & quies in eo adepto. Sed motus in beatitudinem obiectiuam per deſiderium non habitam pertinet ad voluntatem: ergo & quies in ea iam habita per amorem ſatiantẽ.

Item quartò beatitudo vt talis.i.ſub ratione ſummi boni ſatiantis non eſt obiectum immediatum & proprium niſi voluntatis: ergo ad eam principaliter pertinet beatitudo, & in eius fruitione cõſiſtit.

Quintò probatur idem, quia ſicut charitas viæ eſt perfectior fide, & ſpe: ità & charitas patriæ illi ſuccedens in perfectione eſt perfectior viſionis, & tentionis ſuccedentibus fidei, & ſpei in patria. Patet conſequentia,& ſimilitudo: quia ſicut ſe habent virtutes in via inter ſe ſecundum perfectionem,vel imperfectionem eſſentialem earum: ità ſe habent in patria proportionabiliter: quia non eſt rõ ſufficiens in oppoſitum, neque vt differentia earum eſſentialis, aut earum eſſentialis perfectio hic, & illic tranſmutetur: nam detur, illa certè non dabitur,quod patet ex ipſo B.Tho. qui in 2.2.q.3.art.4. inde probat ꝙ charitas eſt perfectior fide, & ſpe: quia fides,& ſpes attingunt Deum ſecundum quod ex ipſo prouenit nobis cognitio veri,bonique adeptio: charitas autem,vt ſiſtit in ipſo, vt aliquid nobis ex eo proueniat. Et eodem modo de lumine gloriæ, & charitate in prima arguere poſſumus vt hãc illo perfectiorem concludamus, quod omnes Thomiſtæ negãt. Item ibidem ad primũ ait ꝙ operatio intellectus perficitur ſecundum quòd intellectus eſt in intelligente: ideò nobiliter operationis intellectualis attenditur ſecundum menſuram intellectus: Ea autem, quæ ipſo ſunt ſuperiora, ignobiliori modo ſunt intellectu noſtro,quàm in ſeipſo, cõtrà verò inferiora: Nam vnumquodque eſt in aliquo ſecundum modum recipientis, ſeu in quo eſt,ut dicitur in libro de cauſis. Operatio autem voluntatis perficitur ex inclinatione appetentis ad rem, ſicut ad terminum:& dignitas operationis voluntatis attenditur ſecundum rem, quę eſt obiectum operationis. Hæc ille. Ex quibus facilè poteſt argui amorem amicitię etiam in patria eſſe digniorem viſione: maximè quia.1.par.q.108.art.6.ad 3.B.Tho. loquens de ipſa viſione ponit eandem regulam:& ſimiliter ait.ſ.præpoſuit ſeraphin, qui ex ardore dicũtur charitate ardentes ipſis cherubinis,qui ex plenitudine ſcientiæ diuinæ, & beatificæ ſic appellantur, & his ſimilia ſunt plurima.

Hanc opi.tenent Alexander.3.par.q.12.mẽbro.2.ar.3.§.5.& q.80.membro.1.ar.5. Henricus Gandeñ.in 1.quodlib.q.14.& quodlib.13.q.12.& ſanctus Bonauentura in 2.diſt.38.art.1.q.2.& in 4.diſtin.49.q.3.& Richardus, Scotus, & communiter doctores ea diſt.49.

Argu.1. CONTRA ſecundã propoſitionẽ arguitur primò,quia beatitudo formalis eſt optima hominis operatio,ut in prima propoſitione habetur: ergo. Cũ uiſio ſit beatitudo formalis, nõ poteſt eſſe alia beatitudo,ut patet ex expoſitione ſuperlatiui.

Reſpon.

Reſpond. Reſpon. negando conſequentiam,& ad probationẽ dico, Illud ſuperlatiuum optima operatio accipitur non ſimpliciter, ſed in genere,vt.ſ.ſit optima operatio intellectus, & optima operatio voluntatis, quia ſicut viſio Dei inter operationes intellectus eſt optima ità & amor amicitiæ inter operationes voluntatis eſt optima.

Argum. 2. Secundò arguitur, quia omnis actus voluntatis eſt aut elicitus,aut imperatus, ſecundum Thomam.1.2.q.1.art.1.ad ſecundum. Sed nullus horũ poteſt eſſe beatitudo:ergo. Patet conſequentia cũ maiore: & minor probatur: quia ſi eſt imperatus: cùm nõ poſſit eſſe volitus,niſi propter finem, quia quicquid deliberatè agit homo, agit propter finem,etiam agendo actionem, quæ eſt finis:ergo iã non erit actio imperata vltimus finis, & per conſequens nec beatitudo.Si autem eſt actus elicitus, is non poteſt eſſe beatitudo: nam impoſſibile eſt ipſum eſſe vltimum finem; quia obiectum voluntatis eſt finis,& primum volitum eſt ipſe finis,ſicut obiectum viſus eſt color. Sed impoſſibile eſt primum obiectum viſus eſſe ipſum videre: ergo impoſſibile eſt primum volitum eſſe ipſum uelle.

Reſpond. Reſpon. amorem amicitiæ in patria eſſe actum propriè elicitum, & impropriè imperatum: quia eſt finis omnium deſideriorũ hominis iuſti. Finis enim præcepti eſt charitas perfecta, quæ in via haberi non poteſt,ſed in patria, & ità eſt finis adimpletionis totius legis,& ità prima deductio deficit. Non enim oportet quicquid agit homo, agat propter finem, ſatis eſt vt vel agat propter finem, uel actio ſit ipſe finis, niſi agere propter finem ſumatur obiectiuè,& non ſolum formaliter: nam ſic ipſa actio vltima eſt propter finem extrinſecũ, hoc eſt propter Deum,non enim propter aliud amari poteſt amore amicitiæ.Secunda quoque deductio deficit. Nulla quippe ſimilitudo eſt inter obiectum voluntatis, & obiectum viſus: nam obiectum viſus neceſſariò eſt extrinſecum:non ità obiectum uoluntatis.Item uoluntas eſt ſuper ſeipſam reflectiua potentia:viſiua verò potentia minimè:ideò obiectum uiſus non poteſt eſſe aliquod videre,voluntatis autem obiectum,& finis intrinſecus,poteſt, & eſſe debet aliquod uelle.Finis enim præcepti eſt charitas, non tàm in uia,quàm in patria,ut ex ipſo.B.Tho.& Auguſtino deductum eſt.

Argum. 3. Tertiò arguitur quia intelligere non poteſt eſſe primum obiectum intellectus: ergo nec uelle poteſt eſſe primum obiectum voluntatis. Sed quod vult voluntas eſt finis:ergo uelle non poteſt eſſe finis,& per conſequens nec beatitudo.

Reſpond. Reſpon. negando conſequẽtiam:quia intellectus eſt primò uniuerſalium:uoluntas uerò eſt finis, qui eſt particularis ſecundum rationem finis beatificantis ſummi boni,ſummi amabilis,&c.

Argum. 4. Quartò arguitur; quia beatitudo eſt aſſecutio optimi.Sed hæc non poteſt eſſe actus uoluntatis: ergo.Maior patet, & minor probatur; quia omnis actus uoluntatis ante aſſecutionem finis intelligitur ut motus in finem:ergo iam non eſt finis: alius autem eſſe non poteſt,niſi quietatio quædam in fine, quæ non eſt,niſi poſt aſſecutionem.

Reſpon. Dupliciter peccat hoc argumẽtum; *Reſpond.* Primò quia præſupponit beatitudinẽ eſſe ſingularem aſſecutionem,id eſt unico ſingulari actu habitam:quod negatur. Deus enim non ſolo intellectu plenè poſſidetur,neque ſola uolũtate. Secũdò quia non diſtinguit delectationem, ſeu gaudium, quod eſt quietatio uoluntatis ab amore amicitiæ à quo procedit,igitur poſt motum uolũtatis in finem obtinendus eſt motus amicitiæ,quo finaliter poſſidetur. Qui quidem amor ſi quietatio uocetur id erit cauſaliter,non enim uiſio ſine amore mirabiles haberet uoluptates,ut Ariſt. ait loquendo de contemplatione Dei. 10.ethi.& Sap.7.eſt ad idem: & hoc ipſum confirmat.B.Thom.1.2.q.25.art.2.& q.31.art.5.&c.

Quintò arguitur quia actus, qui ſemper eſt debitus, non eſt de eſſentia beatitudinis patriæ. *Argum. 5* Sed dilectio Dei ſemper eſt debita ſecundũ id Roma. Nemini quicquam debeatis,niſi ut inuicem diligatis,ergo.

Reſpon. Si maior loquitur de debito præcepti,cuius adimpletione meremur, eſt uera, & minor falſa:ſi de debito abſolutè, quo ſcilicet dignus eſt Deus,maior eſt falſa.&c. *Reſpond.*

Sextò arguitur:operatio, quę eſt propter aliam, *Argum. 6.* non eſt beatitudo. Sed uolitio eſt huiuſmodi:ergo. conſequẽtia patet cum maiore; & minor probatur. Nam omne deſiderium noſtrum tendit in aſſecutionem ſummi boni. Sed illud aſſequimur uiſione: ergo uolitio,uel amor eſt propter uiſionem,& non contrà.

Reſpon. negando minorem:quia datur uolitio,quæ non eſt deſiderium,ſcilicet amor amicitię. *Reſpond.* Item non ſolum uiſione Deum aſſequimur, ut iam probatũ eſt. Contra hoc replicatur, quia amor amicitiæ abſtrahit ab habito, & non habito: eſt enim utriuſque, ut patet, quia habetur in uia, & in patria:ergo non eſt conſecutio beantis:maximè quia hic amor eſt eiuſdem ſpeciei in uia, & in patria ut pote ab eodem habitu procedens, & de eodem obiecto formali, ſcilicet ſummo bono, & fine ultimo:ergo ſi hic non eſt beatitudo,nec in patria.

Reſpon. quòd amor amicitiæ ſemper eſt *Reſpond.* Dei,maximi boni, & perfecti quoquomodo habiti, aut fide,& ſpe,aut uiſione: ſed nõ oportet quòd ſit Dei ultimo, & perfectiſſimo modo habiti. Sed ex hoc non ſequitur quòd amor habitus de Deo uiſo non ſit conſecutio beantis; & quãdo additur quod eſt eiuſdem ſpeciei &c. dico primò quòd hoc admiſſo id non ſequitur:quia hic habetur imperfectè, illic perfectè,eſtq; finis huius imperfectio. Secũdò dico negando quòd ſint eiuſdem ſpeciei: quia hic procedit à fide,illic à uiſione,idque maximè eſt uerum,ſi arguentis ſententia uera eſt, quæ iudicat uiſionem eſſe quaſi partem obiecti ipſius amoris amicitiæ:Sed ex effectibus huius,& illius amicitię facilè

lè ſpecifica differentia dignoſcitur, etiam ſecũdum B. Thomam. 2. 2. q. 24. art. 6.

Septimò arguitur. Beatitudo eſt operatio perfectiſsima. Sed perfectiſsima non eſt, niſi operatio intellectus: ergo beatitudo formalis non eſt operatio voluntatis. Patet conſequentia cum maiore: & minor probatur; quia ſicut ſe habet appetitus naturalis ad formam naturalem; ità ſe habet appetitus intellectiuus ad formam intellectualem. Sed nec appetitus naturalis, nec actua eius eſt propter ſe, ſed propter perfectionem eius, ut appetitus grauis, & motus non ſunt propter ſe, ſed propter quietem, & conſeruationem in loco naturali: ergo ſimiliter appetitus intellectiuus, & actus eius non ſunt propter ſe: ergo propter aliquam aliam perfectionem; quæ non videtur alia, quàm intellectus operatio perfectiſsima. Et confirmatur, quia ſicut ſe habet appetitus ſenſitiuus ad ſenſum, ità ſe habet intellectiuus ad intellectum. Sed ſenſitiuus non attingit finem ſuum per ſe, ſed per ſenſum: ergo conſimiliter appetitus intellectiuus non aſſequitur finem ſuum, & perfectionem per ſe, ſed per intellectum. Patet conſequentia cum maiore; & minor probatur; quia appetitus ſenſitiuus non appetitione delectationem aſſequitur, ſed ſenſu viſus, vel guſtus: ergo ſimiliter voluntas non aſſequitur ſuum finem volitione, ſed intellectione.

RESPON. illæ ſimilitudines appetitus naturalis, & ſenſitiui ad appetitum intellectiuum, ſeu voluntatem, non valent, nec argumenta eis ii nixa; quia voluntas vtpote nobiliſsima ſua operatione ſuum finem obiectum, & bonum vltimum ſcilicet Deum aſſequitur: quod non conuenit appetitui naturali, & ſenſitiuo, qui infirmi, & imperfecti ſunt.

Contra tertiam propoſitionem poſſunt fieri multa argumenta ex his, quæ contra ſecundam facta ſunt: quorum reſponſio facilè patet ex ſupradictis, & ad alia, quæ ex B. Thoma, vbi ſupra, fieri poſſunt.

QVAESTIO QVADRAGESIMATERTIA

Quomodo excommunicatio iniuſta liget.

RESPON. per tria puncta. Primum eſt quòd excommunicatio iniuſta eſt duplex, ſcilicet nulla; & iniuſta: Nulla dicitur illa, quæ ſic eſt iniuſta quòd in ſe nullius valoris eſt: neque vllum habet effectũ; neque vllo modo obligat ità vt ſit culpa tali præcepto, aut ſententię non obedire: neque obligat aut ligat ad aliquam pœnam, nec ad eam ſeruandum in foro conſcientiæ: vel eccleſiæ: neq; verè ſententia, vel excommunicatio, niſi nominetenus eſt, & appellatur. Et hæc ſi notoriè, vel manifeſtè de eius nullitate conſtat, neque timenda, neque tenenda, vel obſeruanda; ſed contemnenda id eſt nullo modo, neque in publico, neque in ſecreto, neque in foro Dei, vel eccleſiæ curanda eſt. Hoc autem in multis caſibus contingit, qui ad quinque reducuntur ſecũdum Soto, & Nauarro vbi infra, & doctores communiter. Primò quando fertur ab homine ad id poteſtatem non habente, puta quia non eſt ſuus iudex ipſius excommunicati: vel non toleratus per eccleſiam, quia eſt nominatim à iuriſditione ſuſpenſus, interdictus, aut excommunicatus, vel denunciatus, aut declaratus, per iudicem, ſecundum communiter doctores, & practicam eccleſiæ huius temporis, vel ſecundum Nauarro in ſum. c. 25. nu. 60. 81. & ca. 27. nu. 4. & quoſdam alios, ſi eſt manifeſtè, aut notoriè ſuſpenſus, interdictus, aut excommunicatus, quanuis non ſit nominatim, nec denũciatus. Sed hoc, vt dictũ eſt non tenetur communiter. Secundò. Si ſententia fertur à iudice rationabiliter, & legitimè recuſato, vel poſt legitimam, & rationabilem appellationem. Tertiò. Si fertur contra tenorem priuilegii notorii, vel iam ipſi iudici debitè notificati, puta ſi in odium priuilegii mendicantium ordinum iudex excommunicaret omnes, qui illis confiterentur, vel qui accederent ad eorum eccleſias die feſto, vel ad euchariſtiam, ſi non eſſent prius ſuo ſacerdoti parochiali confeſſi. Quartò. Si ſententia contineret errorem intolerabilem iuris diuini vel humani, vel etiam facti, notorium communiter omnibus, puta ſi ex cauſa manifeſtè falſa, vel omninò ex genere & circunſtantijs iniuſta, vel illicita, vel naturaliter impoſſibili expreſſa in ipſa ſententia fertur, vtpote quia quis furtum fecit, quod notoriè conſtat nõ feciſſe, vel quia impręgnauit mulierem, cùm manifeſtè conſtet eſſe caſtratum, vel quia non dat, aut non facit quod nullo modo, aut non niſi cum periculo vitæ conſtat notoriè vel manifeſtè agere non poſſe, neque teneri, aut quia dedit generaliter eleemoſynam pauperibus, aut quia aliud omninò bonũ manifeſtum fecit, aut quia aliquid malum non fecit. Secus ſi ſolum ciuiliter impoſſibile; aut ſi non notoriè iniuſtum, vel malum ſit quod pręcipitur, quia ſcilicet non poteſt commodè ſoluere debitum pecuniarum: aut quia tale bonum fecit, quod ex circunſtantia infici poteſt: aut ne illud fiat in caſu ſpeciali, ſecundum glo. in c. ſolet. de ſen. exco. libr. 6. & Couarruuias vbi infra. §. 11. nu. 14. Tunc enim non eſt, neque dicitur nulla, ſed iniuſta excommunicatio ex parte cauſæ, de qua inferius in tertiò puncto agitur. Secus etiã ſi ſolum ſit error in actis ſecundum probata, vt ait Palud. vbi infra; tunc enim non eſt nulla, ſed ligat ea ſententia: excepto ſi error proceſſus, vel falſitas cauſę ſecundum acta proceſſus manifeſtè conſtaret nam tunc eſſet notoriè iniuſta, ac proinde nulla ſententia, vti ex ca. inter cęteros, de ſen. & re iudic. probat Couarruuias in c. alma mater de ſent. exco. par. 1. §. 11. nu. 14. Quintò eſt nulla ſententia, quando ipſo facto, vel ipſo iure decernitur nulla, irrita, vel inanis, vt in c. ſtatuimus. & c. conſtitutionem. de ſenten. excommu. lib. 6. vbi decernitur nulla ſententia iudicis excommunicatis participantes cum excommunicatis ab ipſo, niſi ſint nominati præmiſſa trina monitione cum ſuis interuallis, & in multis alijs caſibus, Qui in bullis continentur particularibus, Nota.

bus, & priuilegiis, decernitur ſententia nulla, & in aliis, quod refert Syluester, titu. excommunicatio. 2. notabili. 1. caſu. 8 & 18. & paulò inferius ibidem q. 11. q. 12.

In omnibus igitur caſibus ſupradictis excommunicatio nulla eſt, neque vllo modo, vt iam diximus, ſeruanda, aut curanda eſt, quando notoriè de tali caſu, aut eius errore conſtat. Quando verò nō conſtat notoriè, vel quando in ipſa ſententia is error iuris expreſſus non eſt, tunc timenda eſt, & ligat ſolum per accidēs quoad eccleſiam; itá quòd ſi contemnatur, & de eius obſeruantia non curetur, vtique peccatum mortale per accidens ratione ſcādali tantum eſt. Ideò ad id ſcandalum euitandum, & ne auctoritas eccleſiæ contemni videatur, eam excommunicationem in publico tantum, ac ſi iuſta eſſet, ſeruare tenetur excommunicatus, non ſe immiſcendo communioni fidelium, & ſacramentorum, & ſimiliter alij, qui veritatem ignorant illum vitare tenentur, ac ſi iuſtè excommunicatus eſſet: quouſque de eius errore, vel nullitate notoriè conſtet. Aliàs in foro tantum exteriori eccleſiæ cenſeretur irregularitatem, & alias cenſuras incurriſſe, quas tamen verè non incurrit qui eam excommunicationem non ſeruaret. In ſecreto autem poterit ſine ſcandalo eam non ſeruare qui ea excommunicatione nulla ſibi tantum nota excommunicatus eſt: & etiam publicè in ea ſolum regione, ſeu loco, vbi excommunicatus ignoratur, nec probabiliter creditur quòd ibi citò diuulgādus eſt. Quare ſi mihi conſtiterit talem in me latam eſſe ſententiam excommunicationis nullam, ſi non aliter poſſum meam innocentiam tueri, vel iudicialiter probare, licitè poſſum interim ſcandalo vitato eam in ſecreto non ſeruare, etiā miſſam, & alia diuina celebrando, vt ait glo. in cap. Solet, de ſent. excom. lib. 6. & Caieta. ſecunda ſecundæ. q. 7. art. 4. & Nauarro in ſum. cap. 27. nu. 47. & Soto in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. concluſione 4. & Couarruuias in cap. alma mater par. 1. §. 7. nu. 7. fol. 64. Et eadē rōne illi, qui me uirum bonum nouerint, & bonæ conſcientię, qui & me innocentem credunt, ſcientesq́; me per eā ſententiam nullam iniuſtè eſſe excommunicatum ait Caietanus, & Nauarro quòd poſſunt in ſecreto mecum in diuinis licitè communicare: quia ſic ſufficienter ſcandalum, & contemptus auctoritatis eccleſiaſticæ cauetur. Immò & ſecundum Palud. & Syluestrinā excōmunicatio. 2. notabili. 1. caſu. 15. quando ſapientibus notum eſt ſentētiam eſſe nullam ex aliqua cauſa de ſupradictis, quanuis apud vulgus ignoretur, poteſt homo in occulto coram eis illam non ſeruare: in publico verò eam ſeruare debet quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit, nullam eſſe ſententiam ſufficienter oſtendendo. Vt ſi quis publicè excommunicatur, & denūciatur, ipſe etiam contra oſtendat publicè; & ſufficienter cauſam quare ſententia nulla eſt, & non valet, puta quia non eſt iudex, vel quia prius eſt legitimè recuſatus, vel ab eo appellatum eſt, & huiuſmodi. Quo facto iam de cætero non erit ſcandalum puſillorum, vel ignorantium, ſed phariſæorum, & contemnendum. Hæc ille. Adde quòd ex tunc ea excommunicatio poterit licitè non ſeruari, etiam publicè, ex quo ratio ſcandali rationabiliter ceſſat, aut ceſſare debet; niſi aliundè diſcrimen aliud imminens ad eā excōicationem ſeruandam magis vrgeat; Syluester vbi ſupra, & doctores communiter conſentiunt.

2. Pun[...] de [...] ex [...].

SECUNDUM pūctum eſt ꝙ excommunicatio ſolum iniuſta non tamen nulla, eſt triplex, videlicet ex animo iudicis, ex defectu ordinis iudiciarii, & ex defectu cauſæ iniuſtæ. Et quidem ſi ſit iniuſta ex animo iudicis, quia ſcilicet ex odio, ſeu ex amore, aut fauore alterius, aut liuore vindictæ, & huiuſmodi procedit, exiſtente tamen cauſa iuſta, aut digna excommunicatione, tunc ligat in vtroque foro, ſecundum omnes doctores, & facit ca. illa. 11. q. 3. & in hoc nullum dubium eſt.

De excommunicatione [...] ex defectu ordinis [...].

Si verò ſententia iniuſta tantum eſt ex defectu notabili ordinis iuris, puta quia ſine debita præmonitione, ſine examinatione, vel explicatione cauſæ, ſine ſcripto, ſine debito termino, & huiuſmodi, exiſtente tamen cauſa iuſta, aut digna excommunicatione, iudex excommunicationem fulminat cōtra tenorem. ca. ſacro. de ſenten. excommu. & ca. cum medicinalis, eo. titul. libr. 6. & tunc ſecundum omnes doctores ligat in vtroque foro, ac ſi ſolum ex malo animo iudicis lata eſſet: excepto vnico magiſtro Soto in ſuo tractatu de ſecreto in 3. membro. q. 1. concluſ. 4. dubio. 1. vbi ſe non ſatis explicat dicens quod idem iudicium eſt de ſententia excommunicationis iniuſta ex notabili defectu ordinis iuris, quod & de ſententia iniuſta ex cauſa, quia ſcilicet non ligat, neque ſub culpa obligat ad obediendum, nec ad eam ſeruandum ſub aliqua pœna, niſi ſolum in publico, idque per accidens ratione ſcandali, ut de ſententia nulla dictum eſt, & proximè patebit. Quod quidem dictum eius in noſtris annotationibus ſuper eum olim candidè legens fateor non aduerti: at verò nunc diſcutiendum eſt. Nam ſi ipſe id intelligat quando ſententia eſt ipſo iure nulla, vt in caſu. ca. ſtatuimus. & ca. conſtitutionem de ſenten. excomm. lib. 6. decernitur: id certè explicare debuiſſet; ſicut ipſe poſteà in 4. diſt. 22. q. 1. ar. 3. magis aduertens, & B. Tho. expreſsit. Si autem intelligat quando ſententia non eſt nulla, ſicut vbi ſupra de ſecreto paulò inferius explicans intelligere videtur: planè falſum eſt. Nam licet verum ſit in aliis ſententiis condemnatiuis, & diffinitiuis quòd ex ſolo notabili, vel ſubſtantiali defectu ordinis iuris ſunt inualidæ, neque tenent: ſecus autem eſt de ſentētia, & pœna excōmunicationis: quæ ſi aliàs non eſt nulla, ſed ex ſolo notabili defectu ordinis iuris iniuſta: vtique valida eſt, & tenet in vtroq; foro, & ſuum effectum habet, & in ſecreto ſeruanda eſt: quamuis iudex puniatur, quia ſic iura diſponūt, vt ipſe Syluester titul. ſententiæ. q. 4. & 5. refert, & clarius glo. in c. ſed ponatur. 11. q. 3. & in ca. ſacro.

de ſen.

de ſen.exc.& eo.tit.li.6.in ca.cũ medicinalis. & in ca.Romana.& oẽs doctores utriuſq; iuris, ubi infra allegati,idem expreſſè tenenr.

Tertium pũctum eſt de excõicatione iniuſta ex parte cauſæ, quia.ſ.in ueritate non eſt cã, aut non vera, ſed falſa,uel ſolũ pręſumpta, puta quia innocens ſecũdũ allegata probatus nocens excõicatur, ut nocẽs,ſi nõ facit hoc,uel illud:aut quia non ẽ cã ſufficiẽs,aut digna excõicatione, puta quia pro re, vel furto paruiſsimi momẽti,aut pro pctõ veniali, ut in c.ſacro.de ſen.excõ.hẽtur:uel quia quis nõ facit tale quid,quod licet nõ ſit pctm̃, eſt tũ in pręiudiciũ,ſeu grauamẽ ipſius excõicati,& iniuſtè id illi pręcipitur,ſeu petitur ab eo,puta quia nõ dat librũ ſuũ,aut quia nõ denũciat iuridicè peccatũ proximi ſecretũ, quod probare non põt,de quo iã ille oĩnò correctus,& emẽdatus ẽ: aut quia nõ ſoluit qđ tũc cõmodè ſoluere nõ p̃t,neq; tenetur,aut qa difficillima,ad q̃ nõ tenetur,nõ agit.et cũ bis Couar.ĩ relect.c.alma mater.par.1.§.11.nu.13.cõſonat. Igitur qũo hęc ſnĩa obliget,& ſeruanda ſit,eſt duplex

1. opinio. Prima tenet ꝙ id oĩnò iudiciũ ẽ de hac iniuſta ſnĩa ex parte cauſæ, & de ea, quæ nulla eſt, de qua ſupra in 1. puncto egimus: ꝙq; utraq; ſnĩa, uel excõicatio nõ uerè, ſed noĩetenus dũtaxat ſnĩa eſt. Iõ & particulariter tria dicit: primò,ꝙ ſi hæc excõicatio notoriè iniuſta eſt: tũc ſicut excõicatio nulla nullo mõ obligat,nec ligat in aliquo foro,qa ſ.nullã culpã, nec pœnã incurrit qui eã publicè,uel ſecretè nõ ſeruat,ꝙq; nullo mõ tenet, nec timẽda, ſed cõtẽnẽda,& nõ curãda eſt. Quia rõne notorietatis de iniuſtitia ex parte cauſæ ipſa ſnĩa redditur nulla. Nã iniuſta ſnĩa ideò ſuſtinetur,quia pręſumitur iuſta:hæc aũt præſumptio ceſſat quãdo iniuſtitia,& ueritas eſt manifeſta. quod inde cõſtat, quia erroris expreſsio, uel iniuſtitiæ, poſita in ſnĩa ideò illã annullat ſecundũ oẽs, quia eius iniuſtitiã notoriã facit. ergo ſi factũ eſt re ipſa notoriè iniuſtum, idẽ iudiciũ eſt. Nã poſita eadẽ cã,uel æquali,ſequitur idẽ,vel æqualis effectus:neque refert quid exequi pollentibus fiat. Et hoc expreſſè dicit do. Ant. & Pan.in c.cãm.de iudiciis.& in c.ab excõicato.de reſcriptis.& refert Syluester ti.excõicatio.2.q.11.q.12.& Couarruuias vbi ſupra nu.14.& doctores cõiter. Notoriè aũt iniuſta excõicatio dicitur, quando oĩbus publicè,& manifeſtè conſtat de eius iniuſtitia, vel errore, aut falſitate, ità ꝙ nulla diſsimulatione,uel colore põt occultari. Nã ſi ſolũ ipſe excõicatus, vel ẽt alii pauci euidenter ſciãt iniuſtitiã eius,nõ dicitur notoriè iniuſta,niſi publicè conſtet,vt dictũ eſt. Vide Sylueſtrinã tit.notoriũ. Qñ verò de excõicationis iniuſtitia dubium eſt,cẽſenda eſt iuſta,& tenet, & in utroque foro obligat,& ſeruanda eſt. Et in hoc primo dicto oẽs doctores conueniunt,nec eſt uarietas opinionum.

Scd̃o dicit hęc opĩo ꝙ ſi excõicatio ẽ qdẽ iniuſta ex cã nõ tñ notoriè: tũc in foro tãtũ exteriori, uel quoad Eccleſiam obligat, & ligat ad culpã, & pœnã,& nõ qdẽ ꝑ ſe,ſed ꝑ accñs,videlicet rõe ſcãdali,& cõtẽptus apparẽtis,qa.ſ.auctoritas eccleſiaſtica cõtẽni vr̃, ſi ea excõicatio publicè nõ ſeruet̃. Ideò eã excõicationẽ iniuſtã ſciens ſi publicè non ſeruat,mortaliter peccat,rõne ſcãdali,& cõtẽptus apparẽtis:& irregularitatẽ, & alias pœnas iuris cõtra nõ ſeruãtẽ inflictas ĩcurrit ĩ foro tãtũ Eccleſiæ exteriori:quia & cenſet̃ irregularis in publico, uel in foro tãtũ eccleſię,& excludet̃ à ſacris,& ab exteriori cõione fideliũ qui inuẽtus fuerit illi ſnĩæ non parere, quouſq; de tali iniuſtitia cõſtet: ſed in rei veritate,& in cõſciẽtia irregularis nõ eſt, nec alias pœnas iuris incurrit. Inſuper ſi eã excõicationẽ cõtẽneret negligẽdo abſolutionẽ petere ad cautelã, cũ facilè poſſet,aut publicè dicẽdo ſi illã excõicationẽ nihili facere, aut de illa non curando: vtiq; mortaliter peccaret rõne huius ſcãdali,cõtẽptusq; apparẽtis,quo auctoritatẽ Eccleſiaſticã contẽnere videt̃,& ꝑꝑ hoc poſſet iuſtè excõicari. Tertiò dicit hęc opinio ꝙ hãc ſnĩam iniuſtã nõ notoriã põt ſic excõicatus eã non ſeruare in ſecreto,ẽt miſſam celebrãdo,& corã illis,& cũ illis,qui eius iniuſtitiã ſciunt,vel credũt probabiliter ipſi excõicato, & ẽt ĩ publicis,ubi neſcit̃ ꝙ ipſe excõicatus ſit, uti ſuperius in .1. puncto de ſnĩa nulla notoria dictum eſt.

Probatur quadrupliciter hęc opinio quoad duo vltima dicta,ꝙ.ſ.non in conſciẽtia,ſed in foro Eccleſię tantũ exteriori obligat,aut ligat,idq; nõ per ſe, ſed per accidẽs, rõne ſcandali illa ſnĩa iniuſta ſi notoria non ſit, quodq; in ſecreto, uel apud quos illa iniuſtitia nota eſt, & ubi excõicatus ignorat̃, põt ſic excõicatus ſine ulla culpa,& pœna illam nõ ſeruare. 1. ratio. Primò quia vbi ſimplex pręceptũ ſuperioris non obligat,illic nec pęna,vel ſentẽtia excõicationis põt in conſcientia, aut verè ligare, ita vt ſit culpa illi pręcepto nõ obedire, aut ẽt excõicationem illã nõ ſeruare:dummõ ceſſet rõ ſcandali, uel contẽptus,ut dictũ eſt. Sed in caſu excõmunicationis iniuſtę non notorię ex parte cauſę,præceptum, ſuperioris ſub illa pœna iniunctũ non obligat, ergo nec ipſa pœna excõionis adiuncta uerè in conſciẽtia ligat,ita ut ſit pecatũ illud p̃ceptũ, aut excõmunicationẽ non ſeruare,niſi per accidens, ratiõe ſcandali,uel contemptus apparentis. Conſequẽtia patet,& minor probat̃: quia lex, & pręceptũ iniuſtũ ex parte cauſę nõ obligat: neq; ſuperior põt,niſi ꝑ iuſtã legẽ,iuſtũq; p̃ceptũ,ad obediẽdũ obligare. Nã.5.Eth.iõ iudex dicit̃ iuſtũ aĩatũ, uel lex aĩata,qa niſi iuſta ſit,nõ eſt lex,neq; valet obligare.& 1.Corin.10.Nõ habemus ptãtẽ in deſtructionem, ſed ĩ ędificationẽ,qa.ſ.licet ꝑ peccatũ ſuperior nõ perdat ptãtẽ:at verò niſi ꝑ legẽ,& p̃ceptũ iuſtũ ad obediẽdũ ſubditos obligare nõ p̃t,ut de hoc Victoria ĩ 3.relectiõe de Papa & cõcilio ꝑpo.17.& 22. ſecũdũ S.Th.1.2.q.96.art.4.& cõiter doctores latius agũt. Maior ẽt probatur,quia nõ eſt maior rõ ꝙ iniuſtã pœnã ẽt excõionis, aut alterius grauaminis ſub peccato pati,aut ſeruare teneamur, quã iniuſto p̃cepto ẽt excõione aggrauato obedire, niſi fortè per accñs rõne ſcãdali,vt dictũ eſt. Nã ius diuinũ,uel naturale nõ aliter præcipit iniuſtę ſnĩæ,vel excõicatiõi,quã cęteris oppreſſionibus, aut grauaminibus,

minibus, aut legibus, & pręceptis hominum iniuſtis obtemperare: detur.n. vbi id magis de excôicatione iniuſta, quàm de alio iniuſto grauamine, vel pręcepto lex diuina, vel naturalis pręcepit. Certè non dabitur, immò & potius oſtenditur ꝙ hanc excôicationem multò minus, quàm aliam ſnĩam iniuſtam, ſeu grauamen ſeruare, aut illi quiſque obedire tenetur: quia nullus pôt excôicari, niſi pro mortali peccato inobedientiæ, neq; Chriſtus aliter eccleſiæ cõceſſit hâc poteſtatẽ excôicandi, vt cõſtat Matth. x. Si peccauerit in te frater tuus &c. ſecundũ cõem doctorũ ſnĩam: & hoc eſt verũ, modò ea ſnĩa ex malitia, modò ex ignorãtia iudicis, vel aliũde procedat. Hæc.n. nullũ ius quoad hoc poſſunt iudici præſtare.

2. ratio. Secũdò probatur idem quia. 11. q. 3. c. cui eſt, ſic habetur. Si iniuſta ſententia eſt: tantò eam curare non debet, quantò apud Deum, & eius eccleſiã neminem grauare poteſt iniqua ſnĩa. Ita ergo ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus conſpicit obligatum. Et in c. non debet. ea. q. habetur. Non debet is pœnam canonicam ſuſtinere, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſnĩa: & ibi Gratianus. Item in ca. illud plane. ea. q. habetur. Si quis fideliũ iniuſtè fuerit anathematizatus, potius ei oberit qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam. Item 24. q. 3. c. Si quis non recto. ex Cyrillo ſuper Leuiticũ lib. 14. habetur. Qui non recto iudicio foras mittitur, ſi non ità egit vt mereretur exire, nihil læditur ex eo, ꝙ nõ recto iudicio ab hominibus videtur expulſus.

Ex his ergo videtur ꝙ nec eccleſia intendit iniuſtè excôicatum obligare, vt eam excôicationem ſub aliqua culpa, vel pœna ſeruet. Nã & mirabile eſſet ꝙ ſine culpa infligeret pęnã excôicationis in aliquo foro, quę nõ niſi pro culpa mortali pôt infligi. Igitur de per accñs tm̃ rõne ſcãdali, vt diximus, ea excôicatio iniuſta obligat, & in publico ſeruãda eſt.

3. ratio. Tertiò probatur idem, quia iſte iniuſtè excôicatus, de quo agimus, non amplius tenetur ſeruare excôicationẽ, qua ipſe ligatᷓ; Sed nõ ligatᷓ niſi quoad eccleſiã, vel forũ eccleſiæ, & non quoad Deũ, vt patet ſecundum omnes, vt ſupra declaratum eſt: ergo nõ tenetur eam ſeruare, niſi in foro eccleſiæ, vel in publico foro exteriori, quod idem eſt. Et ità in foro conſciẽtiæ, vel in ſecreto nõ tenetur eam ſeruare.

4. ratio. Quartò probat idẽ Soto vbi infra. Quia eccleſia nõ habet maiorem vim ad lædendũ homines in ſpiritualibus, quàm principes ſeculares in tẽporalibus. Sed in foro ciuili ſnĩa prolata ſecundum allegata, & probata, contra innocentem cognitum in priuato, non tenet in foro cõſcientiæ, ita ꝙ ille innocens teneatur illã ſeruare, & exequi, aut pœnã illã ſoluere, ſed pôt ille condẽnatus eã ſubterfugere, & non ſoluere id, ad quod condẽnatus eſt: dũmodò id ſine ſcãdalo faciat, & vim miniſtris iuſtitiæ exequẽtibus non inferat: ergo neq; dum innocens excôicatur, ẽt ſecundũ allegata, & probata, vlla eſt in rei veritate ipſa excôicatio: ſed in ſecreto, vel vbi ignotus eſt, poterit eam non ſeruare. Hanc primam opinionem tenet expreſsè Caietanus 2. 2. q. 70. art. 4. Et Adria. in 6. quodlib. art. 1. & Soto de ſecreto in 3. mẽbro q. 1. cõcluſ. 4. dubio. 1. & in 4. ſnĩarum diſti. 22. q. 1. ar. 3. Et ante eos olim Gerſon alphab. 33. litera. 2. in tractatu de excôicationibus idẽ tenuiſſe videtur. Idẽ ẽt tenet Medina de reſtitutione q. 11. Itẽ Nauarro in Sũ. ca. 27. nu. 3. & nu. 47. vbi & dicit Sũ. Roſ. idẽ ſentire: cùm tñ ſentiat oppoſitũ cũ ſecũda opi. cõi, quæ proximè ſequitur: quanuis ipſe Nauarro in dicto nu. 3. nõ approbet, quod in principio dicit opi. hęc, ꝙ. ſ. excôicatio, vel ſnĩa iuſta ex cauſa eſt idẽ, qđ nulla quodq; nõ niſi noĩetenus ſnĩa eſt, & nullũ effectũ de per ſe habet. Hoc, inquit, nõ placet: tùm qa ſi aliquẽ habet effectũ, quanuis per accidẽs, & quoad eccleſiã: ergo non eſt oĩnò nulla, nec noĩetenus duntaxat ſnĩa eſt, ſed aliquid valet: tùm quia eſt contra cõiter doctores diſtinguẽtes ſnĩam nullã ab iniuſta. Hæc Nauarro. Sed certè nõ loquitᷓ cõſequẽter. Nã ſi tenet ꝙ de per ſe nullũ effectũ habet, ſed per accidẽs, quoad eccleſiã tantũ, rõne ſcãdali, vt in 2. & 3. dicto habetur: ergo per ſe nullius valoris eſt, neq; differt à ſnĩa nulla qñ notoria non eſt: nã vtraq; nõ ligat, niſi per accidẽs quoad eccleſiã, & in ſecreto ſecundũ eos pôt non ſeruari. Et ità idẽ de vtraq; iudiciũ eſt, ſi ſecundũ & tertiũ dictũ illius opi. teneãtur ſicut ipſe Nauarro cũ Soto tenet. Sed ſicut illa duo dicta falſa ſunt, niſi vt inferius in 3. opinione modificẽtur, & intelligãtur: ità & id, qđ annexũ eſt, ꝙ. ſ. ſnĩa iniuſta eſt id eſt, qđ nulla, quodque nõ niſi noĩetenus ſnĩa, & nullius valoris, vel effectus eſt, vt proximè in ſecunda opi. latius patebit, nã opinionẽ hanc quoad duo hæc vltima dicta eius ſic ĩtellecta, vt ſupra declarata ſunt, ego certè periculoſam, & falſam oĩnò cẽſeo, niſi ut diximus, ſecũdũ tertiã opinionẽ, quæ inferius habetᷓ, limitetur, & intelligatur. Argumẽta cõtra hãc opi. ſunt rõnes, q̃ hñtur in 2. opi. ſequen. ubi & rõnes ꝓfatæ ſoluũtur.

Opinio 2. Opinio ſecũda, & cõis eſt in oppoſitum, dicit.n. primò ꝙ ex differentia inter excôicationẽ nullã, & iniuſtã ex parte cauſę. Illa.n. nullũ effectũ habet, neque in aliquo foro ad eius obſeruãtiã ſub culpa, aut pœna ligat; niſi per accñs tãtũ rõne ſcãdali, qñ notoria eius nullitas nõ eſt, ut ſupra in 1. pũcto habetᷓ. In iuſta aũt ſnĩa ex parte cauſę, ſi fertur ex falſa cauſa, quãuis aliqui dicant ꝙ eſt nulla, at uerò, ut optimè probat Couarruuias, ubi ſupra nu. 14. cõiter tenetur, & uerũ eſt ꝙ hæc ſnĩa iniuſta ex parte cauſæ tã falſæ, quàm aliàs iniuſtæ, uel inſufficiẽtis, qñ illa iniuſtitia, uel falſitas notoria nõ eſt, nõ eſt nulla, ẽt ſi eius falſitas, & iniuſtitia aliquibus tãtũ certa, & nota ſit. Ideò illa ſnĩa tenet, & obligat nõ quidẽ ad faciẽdũ id, quod ſub excôicatione præcipitur, ſed ad ipſam excôicationis pœnã patiẽdũ ligat, nõ ſolum per accidẽs, ſed ꝑ ſe rõne ipſius ſnĩæ, quę publicè, & ſecretè ſub culpa, & pœna ſeruãda eſt: licet nõ tãtũ liget, neq; tantam vim habeat, quantũ iuſta excommunicatio habet: quia iuſta quoad Deum, & eccleſiam, iniuſta uerò quoad eccleſiam tantum ligat, & ſuam uim habet, ut proximè declarabitur.

Et ꝙ ſit differentia hęc inter excôicationẽ nullã, & iniuſtã cõſtat, tùm ex ipſis nominibus, tũ ex effectibus ipſarũ, ut ex dicẽdis patebit: tùm ex cõi ſnĩa,

&

& practica doctorum utriuſque iuris: tùm demum ex ipſo iure canonico ponẽte differentiá inter eas; & varios modos ſe habendi circa illas, vt patet in c.ſolet,& c.venerabilibus, de ſen.exco.lib.6.ſed ſi. §.ſane.& c.licet, vbi alius modus datur, quando nullitas ſententiæ excõicationis, alius quando eius iniuſtitia allegatur: nam à ſnia nulla debet abſolutio ad cautelá fieri, vt ſic excõicatus agere poſſit in iudicio: à ſnia aũt iniuſta debet abſolutio abſolutè fieri, vt ait & gl.ibidem & in c.præſenti. & extra.eo.titu.c.ſacro.& c.per tuas, & expreſsè Pan.ibidem,& doctores cõiter docent. Itaq; in hoc principio, vel fundamento hæc ſecunda opinio communis differt à præcedente. Secundò particulariter ẽt differt ab illa non quidem in primo dicto, nam in eo omnes conueniunt: ſed in ſecundo dicto. Dicit.n.hæc opinio ꝙ ſnia iniuſta ex cauſa etiá falſa, & iniqua, ẽt ſi eius iniuſtitia,& falſitas cauſæ certa, non tamen notoria, ſit, vtiq; ligat non ſolum per accidens ratione ſcandali, ſed per ſe: itaq; tàm in publico, quàm in ſecreto illam non ſeruans peccat mortaliter,& incurrit irregularitatem,& alias pœnas iuris ſtatutas contra ſeruantes iuſtam ſententiam excõicationis. Tertiò dicit hæc opinio ꝙ iſte iniuſtè non notoria, quáuis certa iniuſtitia, ſit excõicatus, ſolum eſt excõicatus quoad eccleſiam militantem, nó quoad Deum; quodq; hæc ſnia ligat,& tenet quoad eccleſiam, nó quoad Deum:& ideò timenda eſt. Non quidem ad hunc ſenſum ꝙ in publico tantum rõne ſcandali ꝑ accidens liget, & ſeruanda ſit, non aũt in ſecreto, vt malè dicebat.1.opinio: ſed ꝙ talis iniuſta excõicatio non notoria non priuat gratia & bonis ſpiritualibus, quæ à Deo ſunt immediatè, neque fructu cõium ſuffragiorum eccléſiæ ſecundum doctores cõiter,& ſecundũ B.Tho. vt Caietanus in 2.quodlib.q.13.& Soto vbi ſupra dicunt eum ſic cum cõi ſnia doctorum ſenſiſſe, quidquid dicát alii: benè tñ priuat cõione corporali, vel exteriore ſacramentorum, atq; fidelium, aliiſq; actibus legitimis,& exercitio eorum, quibus, ſi eſſet iuſta, priuaret. Ná hoc eſt dicere ꝙ ligat,& tenet quoad eccleſiam militantem, non quoad Deum, quouſq; ab ea abſoluatur; & in hac intelligentia illa prima opinio paralogizaſſe videtur,& doctiſſimus Couarruuias vbi infra allegatur nu.7.fo.64.qui tamen in cæteris optimè dicit. Hanc opinionem quáuis nó tàm diſtinctè declaratá tenet expreſsè Palud.in 4.diſt.18.q.1.ar.3. dicens, Excõicatio iniuſta ex parte cauſæ, ẽt falſæ, quando nó eſt nulla ex defectu poteſtatis timenda eſt propter culpam,& pœnam: propter culpam quidem quia peccat peccato inobedientiæ qui eam nó ſeruat quouſq; procurauerit ſe per ſuperiorẽ abſolui: Item propter pœnam, quia ex quo ſnia non eſt nulla, itá incurrit pœnas iuris qui eam non ſeruat, ſicut ſi iuſta eſſet. Snia aũt nulla non ligat, neq; tenẽda eſt: quia nulla pœnam iuris incurrit qui eam nó ſeruat: ſed propter culpam tenenda eſt rõne ſcádali quouſq; de eius nullitate conſtet,& infra. Si autẽ eſſet aliàs iniuſta ex cauſa propter quam ius non exprimeret eſſe nullam, timenda eſt,& válida, ſicut ſi ex odio lata eſſet:& generaliter quádo eſt iniuſta, etiam ex cauſa falſa, tenet, ſi videlicet iniuſtitia, aut falſitas notoria non eſt. Hęc ille. Expreſsè conſonat Florent.3.par.ſum.titu.15.c.73.§.1.&c.& Aſten. lib.7.titu.8.art.1.& lib.8.titu.8.art.3. Et Guilliel. Pariſien.de ſacramento ordinis.fo.69.latè probat. Et Alexáder de Ales.4.par.q.82.membro primo & ſecundo & B.Tho.in 4.diſt.18.q.2.art.1.q.4.& diuus Bonauentura ea.diſt.in gloſſa magiſtri.§.44.& Richardus art.3.q.5.& Durandus.q.4 Et de Canoniſtis glo.in omnibus ca.ſuprà, & infrà allegatis in 3.probatione. Item Hoſtien.in ca.per tuas. de ſen. excommu.& Inno.& Goffred.de offi.ordi.cap.ex parte.& de ſent.excom.in ca.inquiſitioni. & plures alii. Et de Summiſtis Sum. angelica tit.excommunicatio.1.§.18.excommunicatio.3.§.5.& 13.& Summa Roſ.titu.appellatio.§.5.& Syluestrina excommunicatio.2.notabili.1.caſu.8.& 15.& notabili.2. & inferius.q.8.10.11.12.13.ſunt ad idem. Item Couarruuias in c.alma mater. par.1.§.7.nu.5.vſq; 8.& inferius.§.11.nu.14.quanuis non ſatis diſtinctè loquatur dùm vtranq; opinionem uolens conciliare commiſcet multa concedens, quæ ſecundum hanc communem opi.neganda ſunt: dicit enim ꝙ in ſecreto iniuſta hæc excõicatio põt non ſeruari, id quod ex dictis, atq; dicendis falſum eſſe cõſtat.

1.ratio. Hęc igitur opinio communis quoad omnia probatur tripliciter. Primò quia ſententia, uel pœna corporalis, & ſpiritualis etiam iniuſtè inflicta per ſuperiorem aliàs ad id poteſtatem habentem, ſi non ſit nulla, vel ipſo iure irritata, vtique tenet, & humiliter etiam in ſecreto ſuſtinenda eſt, quouſque per ſuperiorem reuocetur, vel legitimè ab ea fiat abſolutio. Sed excommunicatio etiam iniuſta non notoria eſt huiuſmodi: ergo tenet, & etiam in ſecreto ſeruanda eſt. Conſequentia patet cum minori,& maior probatur, quia non pertinet ad ſubditos, ſed ad poteſtatem ſuperioris in grauaminibus, ſententiis, & pœnis non notoriè iniuſtis per iudices ſuperiores iam inflictis, etiam ſi de eorum iniuſtitia aliquibus in particulari conſtet, iudicare, vel ius ſibi, vel aliis dicere, ſe, ucl alios ab illis publicè, vel ſecretè liberando, vel ſubtrahendo, ius ſuum vnicuique tribuendo: alioqui quilibet licitè poſſet has, vel illas ſententias, vel pœnas temporales,& ſpirituales iam inflictas tanquam iniuſtas, ut ſibi videtur, reuocare, vel refutare in magnũ ſchiſma,& cõfuſionẽ ecclèſię,& ordinis Hierarchici perturbationem, & eſſet iudex in ſua cauſa contra omnia iura: poſſet etiam bona temporalia quibus iniuſtè per ſuperiorem priuatus eſt, per ſeipſum ſine legitima iudicis ſententia, & ordine iuris ſibi reuocare ſaltem occultè, etiam cùm iudicialiter iuſtitiã ſuam oſtẽdere poſſet, quod abſit:& hoc maximè verum eſt in pœnis damni, & ſentẽtiis eccleſiaſticis, quę quoad ligandũ & ſoluendũ à poteſtate pendẽt iuriſdictionis: & pręcipuè in excõicatione, quæ ſi non ſit nulla, vel notoriè iniuſta ſuam ſecum affert

executionem, vel effectum, vt habetur in ca. paſtoralis. de appellati. Quod etiam indè liquet, quia etiam iniuſtè non notoriè ſuſpenſus ab officio, & beneficio, vel alio iure eccleſiaſtico, & iniuſtè interdictus, vtique tenetur eam pœnam, vel ſententiam, etiam ſecretè ſeruare, & humiliter pati: neque licitè poteſt ſe in his intromittere, quibus per eam ſententiam non nullam, nec irritam ipſo iure per iudicem iniuſtè priuatus eſt, quouſque per ſuperiorem reſtituatur, vel ab ea pœna abſoluatur: ergo ſimiliter de excommunicatione iniuſta non nulla idem dicendum eſt, ex quo poteſtas ligandi, & ſoluendi ad poteſtatem iuriſdictionis pertinet eccleſiaſticam.

Euaſio. Si ſubterfugiendo dicatur illam maiorem non eſſe veram, ſaltem in ſecreto: niſi quando pœna iuſtè infligitur, vel ſententia iuſtè lata eſt: quia nec eccleſia aliter intendit; neque poteſt obligare ad pœnam, vel ſententiam iniuſtam, nec ad grauamen aliquod ſuorum iudicum, & miniſtrorum patiendum, niſi per accidens ratione ſcandali, vt in prima ratione primæ opinionis iactum eſt.

Replica. *Nota.* CONTRA hoc replicatur probando quòd eccleſia licitè poteſt id ſtatuere, & ex cauſa præcipere, quòd ſcilicet & in ſecreto ſubditus ſeruet, & humiliter patiatur eam excommunicationem, & alias pœnas, etiam ſententias iniuſtas non notoriè à ſuperioribus inflictas: quanuis præcipere non poſſit quòd legibus, & præceptis iniuſtis teneamur faciendo quod per ea præcipitur, ità quòd virtute ipſorum illa implere obligemur; pro cuius probatione, quia hinc pendet tota difficultas, notandum eſt quòd in excommunicatione duo ſunt. Primum quòd nulla excommunicatio, etiam ſi iuſta ſit, priuat hominem gratia, & donis ſpiritualibus, quæ à Deo conferuntur, neque dignitate apud Deum: ſed ſi iuſta eſt verè, ſi autem iniuſta falsè præſupponit illum iam eſſe priuatum his per mortale peccatum: & hoc eſt hominem eſſe excommunicatum quoad Deum ſcilicet per mortale, uti vbi ſupra Summ. Roſ. declarat, & communiter doctores. Secundum eſt quòd per ſe excommunicatio eccleſiaſtica priuat communione corporali ſacramentorum, atque fidelium, & aliorum actuũ legitimorũ, vti ſuperius dictũ eſt, & latius agit Syluester tit. excommunicatio. 3. & hoc eſt eſſe excommunicatum, atque ligatum quoad eccleſiam duntaxat, quia videlicet lex eccleſiaſtica hominem excommunicatũ inhabilem reddit, & indignum hac communicatione corporali prædicta, & prohibet ne in prædictis ſe intromittat, neq; alii cum eo communicent: & hoc eſt de per ſe de eſſentia ſententiæ excommunicationis iuſtæ vel iniuſtæ, ſi notoria non ſit: illud autem primum non eſt de ſubſtantia eiux, ſed ſolum eſt quædam conditio prærequiſita, vt excommunicatio iuſta ſit.

Hinc ſit quòd licet nullus teneatur obedire legi, uel præcepto iniuſto ex parte cauſæ, ratione obedientiæ, vel legis, aut præcepti ipſius, quanuis alia ratione puta votiſpecialis, aut vitandi, ſcandalum vel maius malum aliquando teneatur, vt proximè dicetur: immò & aliquando teneatur non obedire, nec exequi quod præcipitur, quando videlicet aliàs contra ius diuinum, vel naturale, aut peccatum eſt, vt in ca. inquiſitioni. de ſent. exco. dicitur de eo, cui ſub exeommunicatione præcipitur, vt maritaliter viuat cum ea, quam ipſe ſcit non eſſe ſuam, quæ tamen iudicialiter ſua probata eſt: quia tenetur eam non cognoſcere, quia ſic fornicaretur. At verò ipſam ſententiam, vel pœnam excommunicationis ēt iniuſtam propter hoc quòd tali pręcepto non obedit inflictam, ſi notoriè iniuſta non eſt, vtique & in publico, & in ſecreto pati, & ſeruare tenetur, quouſque vel legitimè abſoluatur, vel notoriè de illa iniuſtitia conſtet, & declaretur ſententia nulla: quia hoc per legem eccleſiæ iuſtè pręcipi poteſt ex cauſa, ſicut & de facto præcipitur. Quod inde probatur. Nam ex cauſa legitima per legem non ſolum poteſt prohiberi quod aliàs licitum eſſet, ut patet de prohibitione matrimonii clãdeſtini, & aliorũ cõtractuum, & actuum aliàs licitorũ, ex quibus vtplurimũ mala ſequũtur: ſed ēt pręcipi põt, non quidem iniuſtum facere, ſed iniuſtũ humiliter pati, vt videlicet grauamẽ aliquod, vel pœnã iniuſtam humiliter patiamur, dùm de eius iniuſtitia notoriè nõ cõſtat. Nam ſi id humiliter pati ſæpè iure diuino tenemur ad vitandum ſcandalũ, vel aliud grauius malum, priuatum, ſiue cõe: ergo ex eadem, uel ſimili cauſa ad idem tenebitur homo ex lege, vel pręcepto eccleſię ſic pręcipientis. Nam & ideò lex ſtatuens quòd ſecundum allegata, & probata etiam innocẽs probatus reus condẽnetur, iuſta eſt, & obligat, ēt ſi reus ille priuatim innocens à iudice ſciatur, ut B. Thomę, & doctorum cõis ſententia tenet; & illa lex, quæ ex iuſta cauſa vtplurimum cõtingentè fertur, aliquid prohibendo, vel pręcipiẽdo iniuſtum pati, utiq; iuſta eſt, ēt obligat omnes, ēt illum, apud quem in aliquo caſu particulari deficit illa ratio legis, ſi adhuc manet in generali, quouſq; cũ illo per ſuperiorẽ diſpenſetur, uel ille liberetur à lege, ſecundũ. B. Tho. 1.2. q. 96. ar. 4. &. 5. & q. 97. ar. 4. Et Richa. in 4. diſ. 4. & Victoria vbi ſupra propoſ. 12. & Soto de iuſtitia & iure lib. 1. q. 6. ar. 8. & lib. 4. q. 5. art. 3. & doctores cõiter, ut ēt refert Syluester tit. furtũ. q. 15. quãuis ibi aliqualiter diſſonet quoad hoc. Igitur ſimiliter, eademq; rõne, & ne quilibet in ſua cauſa ius dicere, vel iudicare in reip. perturbationẽ, & ne auctoritatẽ eccleſiaſticam, uel iudicem ſñiam illam ferẽtem contemnere videatur, vt ſupradictũ eſt, lex iuſta eſt quòd ſñia, vel excõicatio iuſta, uel iniuſta, ēt ex parte cauſę, niſi notoria ſit, liget in publico, & in ſecreto, atq; ſeruetur, ēt ſi alicui in particulari de tali iniuſtitia cõſtet, quouſq; legitimè ille abſoluatur abſolutè, vel ad cautelã, ut in c. per tuas, de ſent. excommunicatio. & eod. titul. lib. 6. in ca. ſolet. & ca. uenerabilibus iura diſponunt. Et ita hæc lex eccleſiæ non fundatur ſolum in pręſumptione iuſtæ ſententiæ, ſed in præſumptione iuris, & de iure, &

in ratione prædicta, etiam ſi ſit ſententia iniuſta, dùm non notoriè, nec nulla ſit. Stat igitur iudicis præceptum iniuſtum ex ſe non obligare, & ſeruandum non eſſe, vbi ex alia cauſa ſit ſeruandùm, & pœna, vel ſententia excommunicationis non notoriè iniuſtè liget, & in publico & in ſecreto ſeruanda ſit: quia lex eccleſiæ hoc ſtatuens iuſta eſt: quanuis in prima ratione primæ opinionis oppoſitum fundamentum, & quidem falsò aſtruatur. Ad quod etiam facit regula iuris. 23. lib. 6. ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniẽdus, maximè de pœna damni eſt verum quòd ex cauſa ſine culpa quis iuſtè punitur ſecundum gloſ. ibidem. & Caſtro de lege pęnali lib. 1. ca. 3. & 9. & Syluester titu. pœna. q. 23. ſecundum Tho. & doctores latius agunt. Quare qui eam excõicationem, vel in publico, vel in ſecreto nõ ſeruaret, vtiq; per inobedientiam, & contẽptum eius, vel potius prædictæ legis eccleſiaſticæ iuſtè mortaliter peccaret: & apud Deum ex hoc gratiam perderet, & quoad ipſum verè excommunicatus, id eſt gratia priuatus eſſet: & ex conſequenti iam verè reus & dignus eſſet, vt propter hanc inobedientiam, vel contemptum legis excõicetur, & excommunicationem ipſam, & apud Deum, & eccleſiam iuſtè incurrat. Et ità illa excõicatio, quæ ratione prioris inobedientiæ, vel peccati mortalis non verè ſed falsè à iudice præſuppoſiti, & indicati, vel publicè præſumpti prius erat iniuſta, & ligabat ſolum quoad eccleſiam ratione tàm huius alterius veri contemptus, vel inobedientiæ iuſta, & quoad Deum, & eccleſiam ligans facta eſt, & in publico, & in ſecreto ſub noua culpa, & pœnis aliis eccleſiaſticis ſeruandà eſt. Et ità intelligitur c. non ſolũ. 11. q. 3. vt inferius in tertia probatione habetur.

Secundò probatur opinio hęc: quia aliquis contẽptus eſt licitus, atque conceſſus reſpectu ſententię, vel excommunicationis non notoriè nullius, qui illicitus eſt, atque prohibitus reſpectu non notoriè iniuſtæ, vt ait glo. ſecundum communiter doctores in c. ſententia. 11. q. 3. & lib. 6. eo. tit. c. ſolet. ca. præſenti. & Syluester tit. excommunicatio. 2. notabili: primo. Sed iſte contemptus non eſt auctoritatis, vel perſonæ excommunicantis; quia iſte ſemper in publico, & in ſecreto illicitus eſt. Nec eſt contemptus tantum publicus, vel apparens, reſpectu ſententiæ, quæ non notoriè iniuſta, vel nulla eſt: iſte enim, vtpote ſcandaloſus, ſemper illicitus eſt reſpectu cuiuſcunque ſententiæ, de cuius iniuſtitia, vel nullitate notoriè non conſtat: & cum non ſit alius contemptus uniuocè & eodem modo ſumptus reſpectu vtriuſque ſententiæ, ſequitur quòd de contemptu etiam ſecreto ſententiæ tàm iniuſtæ, quàm etiam nullius, de cuius iniuſtitia, vel nullitate notoriè non conſtat, intelligendum eſt. Ità quòd tunc excommunicationem hanc non notoriè nullam licitum eſt in ſecreto contemnere id eſt de ea non curare, eamque nolle ſeruare: iniuſtam autem non notoriè minimè licet ſic in ſecreto contemnere id eſt eam nolle ſeruare, vt ſupradicta opinio ſecunda optimè docet.

Tertiò probatur opinio hæc per auctoritates: nam. 11. q. 3. cap. non ſolum ſic B. Gregorius ait: Sententia paſtoris iuſta vel iniuſta timenda eſt, ne is, qui ſubeſt, & cùm iniuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatùr, ſcilicet ex contemptu ipſius ſententiæ, uel ex ſuperba inobedientia, qua eam ſeruare non vult, vt ibidem ait gloſſ. contra Gratianum, & alios aliter exponentes: nam ſubſequenter. B. Gregor. ſe ipſum declarans in eo. cap. ait. Ne & ſi iniuſtè ligatus eſt: ex ipſa tumidæ repræhenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat, ut ſcilicet propter hanc ſuperbiam, & contemptum iam iuſtè eam excommunicationem ferat, uel patiatur. Et nota quòd idem eſt excommunicationem timere, & eam non contemnere, uel de illa curare, ut ait Gratianus in cap. Si epiſcopus ante. 11. q. 3. & omnes gloſſæ, & textus ſuprà, & infrà allegati, omnesque doctores. Sic autem contemnere, aut non curare eſt eam nolle ſeruare, etiam in ſecreto: ergo idem eſt eam timere, & non contemnere, & de illa curare, quod illam velle, etiam in ſecreto ſeruare, atque tenere: Et ex conſequenti illa ſententia timenda, id eſt ſeruanda eſt, ut hoc expreſsè ait idem Gratianus in diſtin. ca. non ſolum. & communiter omnes doctores, & ſupradictæ gloſſæ: quanuis ipſe Gratianus, in dic. ca. ſi epiſcopus, ſibi contradicens, & Gerſon, Soto, & alii aliter dicant. Neque ualet alia gloſſa magiſtri Soto, & aliorum de prima opinione, vbi ſupra dicentium quòd B. Gregorius ibi loquitur de ſentẽtia, quæ dubitatur iuſta ne, an iniuſta ex cauſa ſit. ità quòd talis ſententia dubia etiam ſeruanda eſt, quouſque de eius iniuſtitia ſufficienter conſtet. Hæc inquam gloſſa non ualet, quia ſi ſic B. Grego. intellxiſſet, facilè illi erat per ſua uerba id explicare: ſicut & quoties id intenditur, ſemper in ipſo iure canonico explicatur, ut in cap. Cùm contingat. de offic. delegat. & in cap. per tuas. de ſenten. excommunication. & libr. ſexto eod. titul. cap. ſolet. cap. uenerabilibus., & in gloſſa ibidem explicatur apertè, quomodo agendum ſit, quando de iuſtitia, uel iniuſtitia excommunicationis dubitatur: ſimiliter ergo hic textus explicaret, ſi de illo caſu de ſententia dubia de ſua iuſtitia, uel cauſa loqueretur. Nunc autem cùm indiſtinctè ait quòd ſententia iuſta, uel iniuſta timenda eſt quodque iniuſtè ligatus ex ſua ſuperba inobedientia fit culpabilis: conſtat illum de quacunque ſententia non notoriè iniuſta locutum eſſe, etiam ſi de iniuſtitia eius aliquibus conſtet. Nam quando ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ut in cap. ſolitæ. de maiori. & obedien. & gloſſa ibidem. & prima quæſtio. tertia cap. ea te. & ſecunda quæſtion. quarta conſuluiſti. & 31. quæſtio. prima cap. Si dormierit, & doctores communiter ſic intelligunt, ut hoc expreſsè ait gloſſa in dict. cap. non ſolum. & in cap. non debet. & in ca. Si epiſcopus fortè. & in capitul. quibus, ubi ſatis expreſsè

3. Ratio.

ait gloſſa: quòd id intelligitur, cùm conſtat de ſententia, & ſcitur quòd eſt ioiuſta dummodò error in ipſa ſententia expreſſus non ſit. Idem etiam dicit glo. in ca. quiſquis. 4. q. 5. & gloſſa in ca. cum medicinalis, de ſenten. excomm. lib. 6. latius, & in omnibus aliis capitulis, vbi infra allegatis pro hac opinione, & Syluester vbi ſupra excommunicatio. 2. notabili. 1. caſu. 8. & 15. & notabili. 2. & q. 8. 10. 11. 12. 13. latius refert. Item in ca. ſi epiſcopus forte. 11. q. 3. habetur prouidendum eſt ne innocens damnetur, aut perdat communiooem: & infra. Ille verò epiſcopus, qui iuſtè, vel iniuſtè cùm abiecit, patienter accipiat, vt negocium diſcutiatur: tamen priuſquàm omnia examinentur, eum, qui fuerat communione priuatus ante cognitionem, nullus debet præſumere, vt communioni ſocietur. Hæc ibi. Ex quibus vltimis verbis conſtat illum etiam iniuſtè excommunicatum ex parte cauſæ, vt ibi ait gloſſa, verè quoad eccleſiam excommunicatum eſſe, & cum eo non eſſe communicandum ante abſolutionem. Et adde idem eſt, cap. clericus, ea. q. 3. vbi ait. clericus, qui epiſcopi deſtructionem circa ſe putat iniuſtam, recurrat ad Synodum, ut ibidem etiam ait gl. Et ad idem eſt c. epiſcopi. ea. q. 3. ubi dicitur, quòd epiſcopi ſi innocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommuoicare præſumpſerit, poſtquàm moniti fuerint à vicinis epiſcopis, ſi noo reſipuerint vſq; ad Synodi tempus, communio ab illis illi denegetur: ne fortè per peccatum excommunicationis excommunicati longo tempore morte præueniātur. Vbi nota illos illa excommunicatione certò, non tamen notoriè, iniuſta ex cauſa eſſe ligatos. Et ca. epiſcopus presbyter. ea. q. 3. idem habetur de epiſcopo, vel presbytero, vel diacono iniuſtè excommunicato, quòd ſi innocens in ſynodo ſequenti inueniatur, non poteſt eſſe quod fuerat niſi gradum amiſſum recipiat à ſuis ordinatoribus. Quanuis Gratianus ibidem aliter expooens aliqualiter diſſentiat, vt ſupradictum eſt, tamen ipſe in ca. qui iuſtus eſt. ea. q. 3. ait. Hic videlicet, qui iuſtus eſt, & iniuſtè maledicitur, & ſi, vt dictum eſt, non teneatur ligatus apud Deum: ſententiæ tamen parere debet, ne ex ſuperbia ligetur qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur, ubi nobiſcum expreſſè concordat. Item in ca. per tuas. de ſen. excomm. habetur, quòd qui allegat ſententiam excommunicationis nullam in ſe eſſe prolatam, abſolutus prius ad cautelam eſt admittendus ad id probandum: non autē admittitur ad alios actus iudiciales, vt actor, ſed extra iudicium non eſt vitandus: verum in aliis excommunicationibus, videlicet cùm quis dicit ſe iniuſtè excommunicatum, non debet audiri, oiſi prius abſoluatur, & eam ſeruare debet, antequam abſoluatur, ac ſi iuſta eſſet, ne eam contemnere videatur. Et hoc idem habetur in ca. ſacro. eo. titu. & in ca. cùm contingat. de offi. iudi. delegati. & in ca. ad præſentiam de appella. & lib. 6. de ſen. excomm. ca. ſolet. & cap. venerabilibus. §. ſed ſi, §. ſane. & in gloſſis ipſorum. ca. id ſæpè dicitur, & expreſſè, & in gloſſa. dic ca. cùm medicinalis, vt dictum eſt. Ad quod etiam faciunt doctores omnes, quod allegat Syluester, excommuoicatio. ſecundo notabili primo caſu. 8. & 15. & notabili ſecundo per totum, & ibidem q. 8. 10. 11. 12. 13. ibi videatur. Et ità patet hæc ſecunda opinio communis ſatis probata.

Ad rationes ergo primæ opin. quæ ſunt argumēta contra hanc, Reſpon. ad primam negando maiorem: & ad eius probationem negatur etiam quòd non ſit maior ratio quare iniuſtam ſententiam, vel pœnam ſeruare teneamur magis, quàm iniuſtum præceptum, eſt enim maior ratio in hoc quòd poteſt eſſe iuſta lex præcipiens iniuſtam excommunicationis pœnam, vel ſententiam pati, & ſeruare: nō autem iniuſtam legem, ſiue præceptum iniuſtum ratione ipſius præcepti, benè tamen alia ratione, vel cauſa iuſta, vt ſupra in prima probatione huius ſecundæ opinionis probatum eſt. Cum quo benè ſtat quòd Chriſtus non dedit poteſtatem eccleſiæ, vel prælatis, vt iniuſtè excommunicarent, vel iniuſtam legem ferrent, itaque per iniuſtam legem, uel præceptum nos obligarent ad ipſum, uel ad iniuſtam pœnam ſeruandum: ſed per iuſtam legem eccleſia poteſt nos obligare ad iniuſtam ſententiam, vel pœnam ſeruandum, vt probatum eſt. Et propter hanc inobedieotiam iuſtæ legis homo ipſam pœnam excommunicationis dignè & iuſtè iā quoad Deum, & eccleſiam, incurrit, vt dictum eſt. *Reſp. ad 1. rationem 1. opinion.*

Ad ſecundam rationem Reſpon. ad ca. cui eſt, dupliciter. Primo modo ſecundum Richardum, & quoſdam alios, quòd intelligitur quoad Deum, ità quòd quoad Deum non grauat talis ſententia, quia non priuat gratia, nec verè priuatum præſupponit, ſed apparenter, uel præſumptiuè quoad eccleſiam, & quoad eam tantum ligat, ut ſupra in principio huius ſecundæ opinionis declaratum eſt. Sed certè hæc reſponſio ipſi textui non conſonat: nam ibi ēt dicitur expreſſè quòd nec apud eccleſiam grauat ea ſententia, & in ca. non debet, ea. q. dicitur quòd non debet is canonicam pœnam ſuſtinere, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſentētia. Ideò ſecundo modo melius reſpondeo ſecundum gloſſam ibidem, & expreſſius ſecundum Gratianū in ca. ſi is qui, & c. qui iuſtus eſt, ea. q. quòd intelligitur de ſententia oulla, quæ ſcilicet à non ſuo iudice poteſtatem habente lata eſt: uel quia continet notoriam ioiuſtitiam, uel errorem intolerabilem notorium, quia præcipitur manifeſtè illicitum, vel cōtra Deum. Tunc enim nullo modo eſt etiam in publico ſeruanda, neque ligat: ſecus ſi notoriè non cōſtat de iniuſtitia, vel de errore, quia tunc uel ligat, uel timeoda, uel ſeruanda, ut ſæpè dictum eſt. Similiter altero horum duorum modorum ad alia iura ibi allegata reſpondetur. *Reſp. ad 2. rationem.*

Ad tertiam rationem Reſpon. diſtinguendo minorem, & conſequens. Nam non eſt idem ligari ſolum quoad eccleſiam, & ligari in foro tantum eccleſiæ: illud enim ſignificat quòd iniuſtè excommunicatus eſt ità ligatus quòd priuatus eſt ſolum cor- *Reſp. ad 3. rationem.*

porali,

porali, vel exteriore communicatione ſacramentorum,atque fidelium, quod utique verum eſt: nō enim priuatur gratia apud Deum ut ſupra declarauimus,hoc autem,ſcilicet ligari in foro tantū eccleſiæ ſignificat quòd ſolum in foro eccleſiæ exteriori eſt ligatus,teneturque ſolum in tali foro, vel in publico eam ſententiā ſeruare,quod falſum eſt: nam iuſtè ligatus in foro tantum eccleſiæ exteriori tenetur in vtroque foro,etiam conſcientię,& ſecretè,& publicè excommunicationem ſeruare: & eodem modo tenetur ſi iniuſtè non notoriè excommunicatus eſt, quamuis nō quoad eoſdem effectus,nec quoad Deum,ut ſupra declaratum eſt,ligatus ſit.Itaque eſt ſolum quoad eccleſiam, id eſt quoad eccleſiaſticam tantum communionem exteriorem non participandum,non tamen in ſolo foro eccleſiæ exteriori, & publico, ſed etiam in ſecreto ligatus eſt,&tenetur eam excommunicationem ſeruare, ut dictum eſt.

[...] ad [...]

Ad quartam rationem Reſpon.negando conſequentiam,& ratio differentiæ inter ſentētiam, vel pœnam excommunicationis, & alias pœnas, ſiue ſententias eſt,quòd ſecundum glo. in cap. paſtoralis,de appellatio.§.verum. ex quo excommunicatio ſuam ſecum traxit executionem,vt eo.ca.habetur.Itaque ſtatim ut quis excōmunicatur iuſtè, vel iniuſtè iam de facto verè excommunicatus,& communicatione ſacramentorum,atque fidelium priuatus, & inhabilis factus eſt: nec ulla alia requiritur executio per alium miniſtrum iuſtitiæ,aut per hominem ipſum quemcunque facienda: quia iam per ipſam ſententiam,& per legem eccleſiæ ſic decernentem ipſa executio fit: neque ipſe excommunicatus illam ſeruans exequitur, ſed humiliter patitur,& ſuſtinet, ut habetur in ca. inquiſitioni. de ſenten.excomu.&ideò nō ualet appellatio poſt, ſed antè,excommunicationem,ut ipſa nō liget. In aliis autem ſententiis etiam condemnatiuis,quamuis ſit condemnatio, non tamen adhuc eſt ſua executio: non enim adhuc eſt ſolutio pœnę, ad quam quis condemnatus eſt, nec priuatio bonorum,aut uitæ, quouſque fiat executio, & effectus ſententiæ. Ideò hæc executio, & effectus alterius ſententiæ,vel pœnę poteſt per appellationem legitimam ſuſpendi,vel retardari, vel etiam multipliciter de facto, & de iure licitè impediri, dummodo nulla fiat violentia, & ſcandalum ceſſet. Ideò non tenetur quis pœnas illas ſoluere, nec exequi, ſed poteſt ſubterfugere, dùm certò ſcit ſe eſſe innocentem,quouſque miniſter iuſtitiæ eas exequatur,ut in minori argumenti dictum eſt. Excommunicationis autem executionem iam factam in ipſa ſententia ab ipſo iure, uel lege eccleſiaſtica, ipſe excommunicatus,vel alius ſine violentia legis ipſius iuſtè præcipientis eam excommunicationem ſeruare,certè impedire, vel violare, etiam in ſecreto non poteſt: iodè ſciens ſe iniuſtè, non tamen notoria iniuſtitia excommunicatum eam ſententiā, vel pœnam pati,& ſeruare tenetur, ut dictum eſt.

Nam ſicut illam non ſuſpēdit, neque retardat appellatio poſteà facta: ita neque illum ſubterfugiū aliud,ſed ſola ſuperioris abſolutio legitima ab ea poteſt liberare.

Dubium. Si quæratur quomodo ſecundum hanc opinionem abſolutio haberi poteſt, cùm in foro eccleſiæ non poſſit habere ipſe excommunicatus, dùm probare non poſſit iuſtitiam,vel innocentiam ſuam, neque facere debeat quod ſub excommunicatione pręcipitur, Reſpon. quòd illa abſolutio vel ſecundum ius,vel per bullas Cruciatę,dùm aliud remediū nō appareret,in ſecreto fortaſſe fieri poſſet ſine ſcandalo,uel ubi ille excommunicatus ignotus eſſet,& ſine alia circunſtantia vitiante: ne ſic in perpetuū iniuſtè excōmunicatus permaneret. Et in hoc credo locum habere quod multi Doctores etiam de prima opinione dicunt,quòd ſcilicet innocens excommunicatus poteſt,vbi ignotus eſt,eam excommunicationem, vel in ſecreto non ſeruare, ſi videlicet prius ab ea ſecretè, vt diximus, abſolutus eſt, & non aliter.

Argumen. contra 2. opinionem. Sed quia ex hac ſecunda opinione communi ſic indiſtinctè intellecta certè videtur ſequi,quòd ſimiliter quis incurreret excommunicationem latā à iudice,vel ſuperiore in aliquem nominatim, vel etiam generaliter in omnes,qui tale quid fecerūt, aut fecerint,vel non fecerint: vt ea excommunicatione omnes ligarentur,ſi iudex,uel ſuperior ligare intendit,etiam ſi id,quod ſub ea præcipitur iniuſtum,& peccatum ſit:quanuis ei obedire non teneantur,dùm de tali iniuſtitia notoriè non cōſtat: Sicut quando innocenti probato nocēti, aut quòd ſit maritus Berthæ præcipitur ſub excommunicatione vt maritaliter tractet eam, quam certò ſcit non eſſe ſuam, ut ſecundum c.inquiſitioni.de ſenten. excommunic.dictum eſt. Quia eadem ratio vtrobique videtur, illud tamen non conceditur à doctoribus, immò & contra eoſdem communiter eſt.

3. Opinio. media. Ideò pro dictarum opinionum concordia ſal uo meliori iudicio videtur,& ſit tertia opinio media, quòd prima opinio procedit, & eſt uera,quādo excommunicatio non propriè eſt ſentētia, ſed pœna.ſecunda autem, quando propriè ſententia excōmunicationis eſt. Pro cuius declaratione nota,vt bene & breuiter refert Syluester titu.ſententia. quæſt.1.2.3.& 4. quòd excommunicatio propriè,& formaliter non eſt ſententia,ſed pœna medicinalis pro peccato uero,vel apparente inflicta. Sententia autem ſecundum Thom. eſt diffinitiua applicatio legis ad caſus,& perſonas particulares, præuia cauſæ cognitione, per iudicem iudicialiter facta: Præceptum eſt motio imperatiua ad aliquid ex debito faciendum,uel omittendum,modò generaliter,modò particulariter,modò cum cauſæ cognitione,modò ſine illa fiat. Et ita excommunicatio aliquando adiungitur ſententiæ, aliquando pręcepto,uel ſtatuto,vt pœna cōtra tranſgreſſores,uel inobedientes. Tunc autem excommunicatio

catio inſligitur per modũ, aut viam ſententiæ, quã do præuia aliqua cognitione cauſę iudex cõtra aliquem, vel aliquos in particulari diffiniendo, vel cõ demnando excommunicationem certò inſligit, puta quando iudex ait. Quia iudicialiter probatum eſt, vel conſtat, Petrum tale quid feciſſe, aut non feciſſe, ego illum excommunico, aut illi præcipio, ſiue decerno ſub excommunicatione ipſo facto, ꝙ faciat, vel non faciat hoc, vel hoc, vel niſi hoc, vel hoc fecerit. Et hęc propriè eſt, & dicitur ſententia excommunicationis, ideſt ſententia habens excommunicationem annexam contra inobedictẽ, aut tranſgreſſorem ſententiæ, aut legis. Et de hac excommunicatione procedit, & eſt vera ſecunda opinio præcedens, ſicut & de hac expreſsè loquuntur omnia iura ſuperius allegata, vbi dicitur quòd ſententia paſtoris etiam iniuſta timenda, vel ſeruanda eſt. Tunc verò excommunicatio per viã duntaxat pœnę adiunctę præcepto, vel ſtatuto inſligitur, quando ſine prædicta cognitione cauſæ ſuperior ſub excõmunicatione aliquid præcipit ſpecialiter alicui, vel generaliter omnibus: puta ſi dicat, Pręcipio ſub excommunicatione ipſo facto vt des mihi librum hunc, vel literas, vel quòd reueles ſi tu feciſti, vel ſi ſcis quis fecit hoc, vel illud, vel ne facias hoc, vel illud. Vel ſi dicat, Præcipio ſub excommunicatione ipſo facto vt nullus faciat hoc, vel vt quis ſcit, reuelet, aut faciat hoc, vel illud. Vel ſi dicat, Excommunico omnes, qui fecerunt, aut qui fecerint, aut ſi fecerint, aut te, quia vel ſi feciſti, aut ſi feceris, aut ſi non feciſti, aut ſi nõ feceris hoc, uel illud: aut omnes, qui non fecerunt, aut qui non fecerint. Et hęc excommunicatio non eſt propriè ſententia excommunicationis, ſed pœna, quanuis largè, & impropriè ſæpè etiam ſententia appelletur, de qua procedit, & vera eſt prima opinio ſupra poſita, quòd vbi ſimplex pręceptum non obligat, ibi nec pœna excõmunicationis adiecta ligat, niſi per accidens ratione ſcandali, ut ibidem probatum eſt. Et ſecundum prædicta hæc limitandus, & intelligendus uidetur Syluester, excommunicatio, ſecundo.q.8.q.13. vbi ſecundum directo. Pe. de Peruſio. Sum. Roſ. &c. ait ꝙ quando iudex præcipit ſubdito ſub excommunicatione vt det illi ſuum librum, uel domum, uel quando excommunicat illum, quia non dat librum, ſi non dat ligatur, intellige quando per uiam ſententiæ excommucicatur, & de eius iniuſtitia notoriè non conſtat: aliàs non ligatur, niſi per accidens, ut ait prima opinio, & dictum eſt. Ratio autem prædictæ diſtinctionis, qñ excõicatio eſt ꝑ uiã ſentẽtiæ, aut ꝑ uiã pręcepti, uel ſtatuti inſlicta, cõſtat ex prędictis, quia ſcilicet quando per uiam ſententiæ, quæ certa, & præuia cognitione cauſæ contra particulares inſligitur, fieret manifeſtè iniuria iuſtitiæ, & bono communi, ſi ea pœna non ſeruaretur, dum de eius iniuſtitia notoriè non conſtaret: inſuper quia omnia iura ſuperius allegata dicentia ꝙ ſententia paſtoris etiam iniuſta timenda, & ſeruanda eſt, expreſsè de ſententia, non de ſola pœna excommunicationis loquuntur: quæ ratio in ipſa excommunicatione, quæ fertur per uiam tantum pręcepti, aut ſtatuti non reperitur.

Arg. Si contra hanc tertiam opinionem mediam arguatur, Quòd ſicut ex cauſa poteſt eccleſia præcipere quòd ſententia excommunicationis non notoriè iniuſta ſeruetur: ità ex eadem, uel ſimili cauſa, videlicet ut malum maius reipub. vitetur, præcipere poteſt quòd præceptum iniuſtũ (dũmodò aliàs contra ius diuinum, vel naturale, non ſit) & alia grauamina non notoriè iniuſta, & pœnæ prælatorum, & principium omninò ſeruentur. Exẽpli gratia. Si ad petitionem tyranni eccleſia, ne ab illo deuaſtetur, ſub excommunicatione ipſo facto præcipiat, vt illius tyranni præcepta, & leges, vel impoſitiones iniuſtę, aliaque grauamina, puta exactiones oppreſsionesq; fidelium, & contra immunitatem, & libertatem eccleſiaſticam factæ, & pœnæ temporales ſuper hoc contra trãſgreſſores per illas leges taxatæ in publico, & in ſecreto ſeruentur, atque ſoluantur: certè ligarentur fideles illo eccleſiæ præcepto, & pœna excommunicationis lata, ſicut ligantur nunc præcepto ipſius eccleſiæ ſtatuentis ſententiam excommunicationis non notoriè iniuſtam ſeruari. Et ſimiliter Papa, & eccleſia præcipere poſſet ſub excõmunicatione ad ſchiſmata, & alia mala vitandum, ut iniuſta, & dura pręcepta Papæ, & exactiones ab eo impoſitæ ſub pœna excommunicationis ipſo facto à fidelibus omninò ſeruentur, atque ſoluantur, quoſque per concilium generale ſuper hoc aliud diffiniatur, ut inferius lib. 4. de poteſtate papæ. q. 7. & 10. latius habetur. Igitur nulla differentia eſt inter pœnam, & ſententiam excommunicationis.

Reſpon. ad argum. Respon. quòd argumentum ſolum probat, quod & conceditur, quòd poteſt eccleſia idem, & eodem modo ſtatuere, atque præcipere de pœna, & de ſententia excommunicationis, & tunc nulla eſſet differentia. Non tamen probat quòd ſic de facto idem ſtatuit de vtroque: ſed potius probatum eſt quòd de facto ex cauſa rationabili aliter de pœna, aliter de ſententia excommunicationis per eccleſiam ſtatutum eſt; ſecundum quod prædicta tertia opinio media procedit.

Dubium I. Sed ad maiorem prædictorum, & aliorum dubiorum declarationem dubitãtur tria. Primũ quomodo intelligendum, & interpretandum ſit quando per iudicem excommunicatio per viam pręcepti, vel ſtatuti in aliquem, uel aliquos, ſpecialiter, generaliter fertur in omnes, qui res has, uel illas retinent, uel acceperunt, ẽt in recompenſationem debiti, aut qui id, uel talis criminis auctorem nouerunt, niſi ipſi iudici reuelent, vel domino reſtituãt, vel huiuſmodi.

Reſpon. Respon. quòd tunc, niſi aliud exprimatur, vel de ipſius iudicis intentione conſtet, ſemper intelligendum eſt vt ualeat quantum ſecundum ius diuinum, atque canonicum, & proprietas verborũ

ciui-

ciuiliter, & non in rigore acceptorum patitur, & extenditur, quòdque nec plus, nec minus, nec aliter ualeat, aut liget excommunicatio prædicta, quàm dicto modo intellecta iuſtè ligare poteſt. Ad quod facit ca. cauſam quæ, de reſcrip. & ca. cùm dilectus, de conſuetu. & l. ſi procurator. ff. de condi. indebi. & glo. ibidem, & Nauarro in Sum. ca. 17. nu. 114. 116. & ca. 18. nu. 40. Ideò tale præceptum, aut pœnam iudex non intendit ferre crudeliter, uel iniuſtè in alicuius præiudicium. Quò fit ut ſi quis ſe, uel alium reuelando, uel reſtituendo non poſſet poſteà res ſuas, aut ſibi ex iuſtitia, & non ex gratitudine, uel ex obligatione tantum naturali, uel antidotali, debitum liquidum iudicialiter probare, aut recuperare ſine magno incommodo, vel detrimento, aut ſi aliàs ad præceptum illud, uel illius non teneretur: uel ſi contra ius diuinum aliàs faceret illo modo publicè reuelando, uel reſtituendo, aut teſtificando: utique in his, & ſimilibus caſibus non tenetur illi ſuperioris præcepto excommunicatione aggrauato parere; neque ea excommunicationis pœna ligatur: quia, ut dictum eſt, non aliter iudex intendit, neque aliter per præceptum illud obligare, & ligare poteſt. Sed aduertendum eſt quòd intra limites ſuæ poteſtatis aliquando magis, aliquando minus per præceptum, & ſententiam, & pœnam iudex, ſiuè ſuperior obligare, & ligare poteſt: quod, quando id fiat, ex eius intentione, & uerbis ipſius perpendi debet: generaliter autem ſupradictę regulæ ſtádum eſt. Vndè ſi iudex per uiam ſententiæ, uel præcepti excommunicat aliquem, ſi nō ſoluit debitum pecuniarium; ille non ligatur, ſi nullo modo poteſt, & de hoc notoriè conſtat; immò neque ligatur, dùm nō niſi cū magna indecētia atq; iactura ſoluere poteſt, ſi non aliter iudex ligare intēdit; ligaretur autem in hoc ultimo caſu, ſi iudex ligare intendit, etiam ſi cum magna iactura, & indecentia non ſoluit: Quia quamuis rigoroſum, non tamē iniuſtum tale præceptum, uel ſententia, & excommunicatio inflicta eſt. Conſonant cum ſupradictis Syluester titu. excommunicatio, ſecundo notabili primo caſu 12. & inferius ibidem. q. 8. q. 12. q. 13. & titu. furtum. q. 15. & titu. pœna. q. 18. & tit. Correctio. q. 7. q. 9. & titu. denunciatio. q. 4. ſecundum B. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 83. arti. 7. & clarius Medina de reſtitutio. queſt. 11. & Nauarro ubi ſupra cap. 18. nume. 40. & 57. & cap. 17. nume. 114. 116. 134. 135. & cap. 22. nume. 70. & cap. 25. nume. 45. 46. & cap. 27. nume. 9. 14. ſi omnia ſimul iungantur.

Dubium 2. DVBIVM ſecundum eſt, quando ad præceptum ſuperioris, aut iudicis generale, uel ſpeciale excommunicatione, uel iuramento aggrauatum ſubditi coguntur, ut qui ſcit talis criminis, aut facti, puta furti, uel homicidii auctorem occultum reuelet, aut teſtificetur, quod quiſque ſcit, uel audiuit, utrum qui id ſolus, uel cum aliis duobus tantum, aut tribus ſecretum nouit, & adhuc inter eos tantum ſecretum eſt, teneatur contra alium, & contra ſeipſum reuelare.

Reſpon. RESPON. Sub diſtinctione, quę præ oculis ſemper debet haberi. Nam primò aut illa reuelatio, uel teſtificatio exequitur ſolum ad illius criminoſi publicam punitionem, vt communiter fieri ſolet à ſecularibus. Aut ſecundò excipitur ſolum ad emendationem illius, & ad remedium illi criminis, aut mali præſenti, aut futuro imminēti, ſpirituali uel temporali illius criminoſi, vel alterius cuiuſcunque adhibēdum, uel ad damnificati ſatisfactionem faciendam. Aut tertiò exigitur ad utrunque finem, uel effectum. Nam ſecundum hos uarios fines uario etiam modo agendum, & procedendum eſt.

Igitur ſi primum, videlicet ſi ad punitionem tātum criminoſi quęritur illa eius reuelatio generaliter, vel ſpecialiter, ut communiter fit, quando ſuperior præcipit ſub excommunicatione, ut qui ſcit talis homicidii notorii, vel venationis, aut depopulationis lignorum, aut furti, uel alterius criminis, aut facti notorii penitus iam præteriti auctorē, vel auctores occultos, reuelet, vel quando iudex ſecularis cogit ſub iuramento omnes, & ſingulos de populo, uel de vicinia, vt tale quid reuelent: tunc nullus debet ſe, uel alium reuelare, ſi omninò occultus ſibi tantum, vel etiam duobus aliis, aut tribus ſub ſecreto adhuc manens inter eos notus ſit. Neque propter hoc incurritur illa excommunicatio: ſed neque periurium eſt ſecundum communiter doctores, ſi per verba æquiuoca, uel arte compoſita intendat tunc quis iurare ſe nihil ſcire, videlicet ad reuelandum, uel quod debeat reuelare. Et hoc eſt uerum, etiam ſi ille criminoſus occultus nondum egerit pœnitentiam coram Deo de ſuo peccato, neque de illa eius pœnitentia, vel ad Deum, conuerſione ſperetur: etiam ſi ſpecialiter contra illū nominatim ea fiat inquiſitio, ſiue præceptū ad ſolam ipſius punitionem propter ſuſpicionem ſolam, quam iudex, aut aliqui alii de illo habent.

Sed ſi iudex inſtat, vt directè dicat ſi quis iuit ſecum, uel fecit illud, tunc Adria. & alii dicunt quòd ſimiliter poteſt dicere, quòd nō, ſcilicet ut ipſe ſcit ad reuelandum. Sed Soto de ſecreto in tertio mēbro q. 3. conclu. 4. dubio 3. & conclu. 5. & 7. & alii dicunt oppoſitum, quòd non uidetur quo modo illa uerba poſſint ſaluari à mendacio, & periurio mortali: quòdque tunc potius tenetur pati, etiam mortem, quàm peierare, & poteſt reuelare ueritatem, etiam cum periculo alterius, ut ſua tormenta euadat, dum aliter euadere non poteſt. Ego crederē hanc opi. Soti eſſe uerā & tutā; excepto ſi ille, contra quem interrogor, ſit pater, aut frater, aut perſona, cui maximè teneor, aut ualdè utilis reipublicę. Nam tunc ex quo iudex ille tyrannus decipi meretur, ego certè pro uitando tanto malo, formata bona conſcientia quòd prima opi. uti probabilis, poteſt teneri, illam practicarem.

Sed utrum prędictum crimen occultum liceat reue-

reuelare iudicialiter propter utilitaté, quæ ex eius punitione ſperatur, communiter tenetur quòd nó: immò & Adria. dicit quòd nec extra iudicialiter, niſi propter neceſsitatem ſuam, uel alterius. Ego tamen credo quòd licitum eſt illi reuelare tantum qui creditur quòd proderit, & non oberit, ẽt quádo ex punitione vtilitas maior cómunis ſperatur, quàm ſit iactura illi homini ex cuius punitiõe proueniens, aliàs autem non licet reuelare: ad quod magis declinant doctores communiter, & præcipuè pater Areualo de correctione fraterna conclu. 5. q. 7. fol. 153. & conclu. 6. propoſitio. 4. 7. 9. & Soto de ſecreto vbi infra & in quarto diſtin. 18. q. 2. arti. 5. in reſponſione ad quartum argumentum. & Nauarro in ſum. cap. 18. nume. 26. 27. 39. vſque 42. & quando in hoc caſu maioris vtilitatis communis ſperatæ præcipitur à ſuperiore prędicto, & non aliter, dicunt contra Adria. quòd reuelare tenetur, ut dictum eſt. Et totum hoc eſt uerum excepto caſu, quo iam conſtaret, aut cóſtare deberet ꝙ ille criminoſus eſt de illo crimine ſpecialiter, & legitimè apud illum ſuum ſuperiorem accuſatus, vel iudicialiter denunciatus, ſimul & ſemiplenè probatum, uel ꝙ ſtatim certiſsimè probabitur legitimè contra eum per vnum alium teſtem fide dignũ omni exceptione maiorem: vel quòd ſuper eo crimine iam ſpecialiter contra illum ſunt indicia manifeſta, & ſufficientia: quia indicia hæc ęquiualent ſemiplenę probationi, & ſecũdum omnes doctores, ubi infra allegantur, ſufficiunt ut per uiam denunciationis iudicialis, uel accuſationis, vel etiam inquiſitionis tantum generalis poſsit iudex præcipere reo, & teſtibus, & aliis ut reuelent quod de tali crimine, uel facto nouerunt: non autem ſufficiũt vt per viam inquiſitionis ſpecialis contra reum ſic pręcipere poſsit, vt ait Nauarro in ſumm. ca. 18. nume. 38. contra Soto de Secreto in ſecundo membro. quæſt. 6. dubio 1. & 3. & de iuſtitia & iure lib. 5. q. 6. articu. 2. Infamia autem, & clamoroſa inſinuatio, ſiue querela communis contra aliquem non ſolum ſufficit ad præcipiendum modo prædicto, ſed etiam ad inquirendum ſpecialiter contra reum ſecundum omnes doctores. Igitur in his caſibus prędictis, in quibus ſuperior ſecundum ius hoc, vel illo modo poteſt præcipere ut ſibi veritas reueletur: tunc ſi quis id ſcit ſolum quia ſibi ſub ſigillo, & fide ſecreti dictum eſt, non debet reuelare, vel teſtificari ad finem punitionis, neque ſuperior id præcipere poteſt vt videlicet uiolet fidem, ſigillumq́ue ſecreti contra ius naturale, uti ſecundum B. Tho. doctoresq́ue communiter aiunt, Sylueſter titu. confeſsio. 3. q. 20. & titu. teſtes. q. 8. & Nauarro in ſum. cap. 28. nume. 42. 48. 49. Et Adrianus in 4. de confeſsione dub. vlt. & Gabriel in 4. diſtin. 15. q. 6. conclu. 7. Si autem aliter, quàm per ſigillum, fidemq́ue ſecreti ſibi commiſsi id nouit, tunc utique tenetur ad præceptum generale, vel ſpeciale ſuperioris id præcipere potentis criminoſum illum reuelare, uel contra illum teſtificari: ad quod ſæpè contingit, dùm contra tales criminoſos ſpecialiter accuſatos, aut denunciatos cum ſemiplena probatione, vel prædictis indiciis, uel iam de tali crimine infamatos, ad complementum perfectæ, & legitimæ probationis ſuperior pręcipit ſub excommunicatione generaliter ut omnes, qui nouerunt, veniant ſuper tali crimine teſtificando, vel reuelando veritatem. Quia tunc tenentur, vt diximus, reuelare, & non aliter. Contra ſe autem nullus in hoc caſu tenetur confiteri, uel reuelare ueritatem, niſi id ei ſpecialiter præcipiatur, qui iam de illo crimine eſt infamatus, vel ſufficiẽter indiciatus, uel qui eſt legitimè accuſatus, aut denunciatus cum ſemiplena probatione. Ratio prędictorum omnium eſt, quia, aut ait gloſſ. in ca. cùm dilecti. de accuſat. & cap. quoniam. de proba. propter notabile nocumentũ, quod huic occulto criminoſo imminet ex eius reuelatione, & punitione, quoò quantum cómodè poſſumus in proximo vitare tenemur, & in nobis in pati, non niſi legitimè códemnati obligamur: nullus etiam vocatus in teſtem credere debet quòd iudex legitimè petit contra ſe, vel alium illam teſtificationem, uel reuelationem: iam ex conſequenti nullus contra ſe, vel alium tenetur teſtificari, vel ueritatem occultam reuelare ad ſolam eius punitionem, niſi, ut diximus, illi probabiliter conſtet, vel cóſtare debeat quòd ipſe criminoſus ſit iam infamatus, uel legitimè accuſatus, aut denunciatus cum præfatis indiciis, vel ſemiplena probatione. Nullus namq; pro crimine occulto, niſi modo prędicto accuſatus, vel infamatus, & legitimè conuictus, vel confeſſus in iudicio condemnari, uel puniri poteſt. Ad quod etiam facit cap. cùm oporteat. & cap. qualiter & quando. & ca. inquiſitionis. de accuſa. vbi dicitur: quòd ſolius infamia delicti non ſufficit ad inquirẽdum, ſcilicet ſpecialiter reum, quem nulla reſperſit infamia. Sed ſi criminoſus eſt ſic occultus quòd etiam notus eſt aliis duobus, aut tribus, qui mecũ id viderunt, per quos legitimè poteſt probari contra illum: & ex eius punitione maius bonum probabiliter ſperatur, quàm ſit eius punitionis nocumentum, quia ſcilicet alii timentes de cętero ſimilia peccata, quæ multiplicantur, magis cauebunt; tunc ſi ſuperior id non exigit, licet ego non tenear, ſed licitè poſsim criminoſum illum ipſi ſuperiori ad eum finem, & punitionem utilẽ reuelare, vel denunciare: teneor tamen dùm id exigit ipſe ſuperior, generaliter, uel ſpecialiter, etiã ſi ille ſit emẽdatus, maximè ſi probabiliter credo ꝙ per aliquẽ, quem ex his, qui mecum id nouerunt, reuelabitur, ut ſuperius dictum eſt. Me autem ipſum in hoc caſu reuelare non teneor, ſicut neque agere contra me accuſando, aut ueritatẽ confitendo, quouſq; à ſuperiore id mihi ſpecialiter præcipiatur, poſtquã fuero legitimè accuſatus cum ſufficientibus indiciis, uel ſemiplena probatione mihi notificata, uel cum eius criminis infamia, ut ſupra ẽt dictũ eſt. In his oĩbus conſonat latius Pater Areualo, ubi ſupra.

Secun-

Secundò, Si autem illa reuelatio, aut teſtificatio exigitur ad ſecundum finem, uidelicet ſolum ad emendationem criminoſi, vel ad remedium peccati mortalis, aut mali prę́ſentis adhuc, vel præſentis in futurum, vel imminentis alicui, uel ut ſatisfiat parti læſæ, & nullo modo ad punitionem, quod ſæpè contingit, quando ſub excommunicatione præcipitur quòd qui furatus eſt tale quid reſtituat intra tot dies, uel qui id ſcit notificet ſuperiori, ut criminoſus ſic compellatur reſtituere, uel à malo ſtatu, uel concubinatu recedere, & huiſmodi: tunc qui ſcit ẽt ſub ſigillo ſecreti, tenetur tàm contra ſe, quàm contra alium quantunlibet occultum criminoſum ſecretè reuelare ei tantum, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, modò ſi ille ſuperior, modò non: ſi credit quòd ſine tali reuelatione illi malo, aut damno non prouidebitur ſufficienter, & per illam reuelationem prouidebitur, Aliàs mortaliter contra charitatem, uel contra iuſtitiam peccabit non reuelando, uel non teſtificando, & illam excõicationem incidet, & tenebitur reſarcire damnũ damnificato, ſi quis ideò per iudicem rem ſuam, uel damni ſatisfactionem non habuit, quia ad dictum pręceptũ eius ſpeciale, uel generale noluit ille teſtificari, vel occultum criminoſum, ut dictũ eſt, reuelare, ut peccator ille à ſuo malo ſtatu recederet, uel proximo læſo ſua debita fieret ſatisfactio. Sed nota quòd hæc reuelatio debet fieri cum minori detrimento ipſius criminoſi, ut poſsibile fuerit, ut proximè in tertio caſu ſequẽti dicetur. Quòd ſi iam illi malo ſufficienter prouiſum eſt, uel certè prouidebitur: non eſt reuelãdus criminoſus occultus: niſi ſit legitimè accuſatus, vel denunciatus, ut in caſu primo caſu præcedente cũ illa diſtinctione, & in tertio ſequenti habetur. Ratio prædictorum eſt, quia tunc, & non aliter iudex legitimè, & iuſtè procedit ſic præcipiendo: & dùm de oppoſito non conſtat, pro iudice prę́ſumendũ eſt qnòd ſcilicet iuſtè procedit, maaimè, in hoc caſu, ubi non agitur in præiudicium, vel ad punitionẽ alicuius, ſed ad peccatũ & damnum impediẽdum, ne procedat vlterius, & ad ſatisfactionem damni parti læſę debitè faciendam. Ad quod etiam facit capitu. ſi Sacerdos. de officio ordina. Videatur Nauarro, & Areualo, ubi ſupra, qui conſonãt expreſsè.

Tertiò, Si uerò illa reuelatio exigitur, & præceptum, uel inquiſitio fit ad vtrũq; finem, vel effectũ, ſcilicet ad prouidendum malo præſenti, uel imminenti, ſimul & ad criminoſum puniendum, vti cõmuniter fit in criminibus lę́ſę maieſtatis diuinę, vel humanæ, & in aliis eriminibus adhuc pendentibus, vel imminentibus in futurum in perniciem, vel notabile damnum reipub. vel proximi cuiuſcunque, vt ſunt hę́reſes, proditiones, machinationes, latrocinia, & homicidia occultè graſſantia, & falſificationes monetæ, & huiuſmodi, tunc ad vtrunq; finem oculus habendus eſt. Ità videlicet quòd qui eos criminoſos occultos ſolus nouit, etiam nõ interrogatus, reuelare tenetur ei tantum, qui creditur prodeſſe, & non obeſſe, modò ſit ſuperior, modò non, quantum fuerit neceſſarium ad ea mala, vel damna ſufficienter pręcauendum, vel ad remedium adhibendum: idq́ue faciendum eſt eum minori detrimento ipſius criminoſi, ut poſsibile fuerit, ità ut nec plus, nec minus reueleẽ, quàm neceſſariũ ad dicta mala plenè cauẽdũ, & remediũ adhibẽdũ: quod ità faciendum eſt non obſtante iuramento, & promiſsione quacunque citra ſecretum confeſsionis ſacramentalis de non reuelando, nam ſecretum confeſsionis in nullo caſu, etiam ad ſaluandũ totum regnum reuelandum, ità ut in notitiã peccatoris veniatur aliud autem quodcunque ſecretum reuelari debet, ut dictum eſt: etiam ſi propter id ipſe criminoſus detrimentum vitæ ex ſua culpa incurrat, & puniẽdus ſit, dùm aliter illa maiora mala, quorum ipſe eſt cauſa, caueri non poſſunt. Et hoc eſt uerum, dùm iſte reuelator, aut teſtificator neſcit ꝙ iam illi malo imminenti ſufficienter prouiſum eſt, aut certè prouidebitur efficaciter, & opportunè per ipſum criminoſum iam uerè pœnitentem, & damna reſarcientem, uel per alium quemcunque, ut ad eum finem efficaciter obtinendum oportet. Nam ſi hoc certò ſcit, tunc non debet illum criminoſum occultum cum tanto eius detrimento, vel ad eius punitionem reuelare. At uerò in caſu, quo conſtaret quòd iſte criminoſus occultus ſit iam ſpecialiter accuſatus, vel denũciatus cum indiciis, vel ſemiplena probatione, vel de eo crimine ſit ſpecialiter infamatus: tunc etiam ſi malo imminenti prouiſum eſt, & ille iam emendatus ſit, nihilominus eſt ad præceptum ſuperioris ad punitionem neceſſariò reuelãdus, ſi aliter, quàm per ſigillũ ſecreti notus eſt, uti ſuperius in primo caſu dictum eſt. Cum omnibus ſupradictis conſonant B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 69. arti. 1. & q. 70. art. 1. & q. 33. artic. 7. & Caieta. ibidem, & in quodlib. & Soto de Secreto in ſecundo membro. q. 4. q. 6. per totum. & q. 7. Et de iuſtitia & iure lib. 5. quęſt. 6. articu. 1. & 2. & quęſt. 7. Et Palud. in 4. diſt. 19. quæſt. ultima. Et Gabriel in 4. diſtinct. 15. q. 6. conclu. 7. & Adrianus 11. quodlib. & latius Nauarro in ſum. cap. 28. num. 35. 36. 42. 43. 46. 48. 49. & cap. 17. nume. 134. 135. & ca. 18. nume. 38. 39. 40. 55. 56. 57. 58. & cap. 27. nu. 15. Et Pater Areualo de correctione fraterna. conclu. 6. propoſitio. 5. 7. & 9. & Syluester. confeſsio 3. quæſt. 20. teſtis. q. 8. & titu. furtum. q. 15. & correctio. q. 8. quanuis ipſe ibidem. quæſt. 9. & eacommunicatio. q. 8. malè dicat quòd etiam ad emendã peccati ſemper peccator occultus reuelandus eſt ſuperiori id ſub excommunicatione pręcipienti: alioqui illam excommunicationem id ſciens, & non reuelans incurret etiam ſi pręceptum illud nõ obliget, & criminoſus iam ſufficienter emẽdatus, & omni malo prouiſum ſit, quod tamen ex ſupradictis falſum eſſe conſtat.

Igitur reſolutoriè dicamus quòd ad præceptũ ſupe- *Reſolutio.*

ſuperioris generale, uel ſpeciale, vt ait expreſſè Nauarro in ſum. cap. 25. nu. 35. 42. 46. 48. 49. & cap. 17. nume. 134. 135. ſemper ſubditus modo prædicto ſe, & alium criminoſum occultum reuelare, vel contra illum teſtificari, vel veritatem confiteri tenetur, exceptis ſeptem caſibus ſequentibus.

Primò quãdo generaliter, vel ſpecialiter id exigitur ſolum ad emendationem peccati mortalis illius, vel ad pręcauendum malum imminens reipu. vel proximo cuicunque, vel ad ſatisfaciendum damnificatis de damno recepto: & iam criminoſus ille ſufficienter emendatus eſt, vel ſatis credibile, & certum eſt quòd ad ſecretam monitionem, vel alio modo cum minori detrimento ille emendabitur, vt oportet, & damnum imminens omninò cauebitur, & proximo damnificato debitè ſatisfiet. Tunc enim iam ceſſat cauſa finalis ad iuſtè præcipiendũ; & ex conſequenti ceſſat obligatio, & pœna illius præcepti: neque tunc iſtè criminoſus ad hũc finem reuelandus eſt, niſi conſtaret quòd ſit iam de illo crimine infamatus, vel legitimè accuſatus, aut denunciatus cum ſufficientibus indiciis, vel ſemiplena cõtra illum probatione, aut infamia: nam tunc ipſe ſpecialiter à iudice interrogatus ſub iuramento, vel per obedientiam, etiam ſi emendatus ſit, tenetur confiteri ueritatem contra ſeipſum, ut infra dubio tertio habetur: tenetur etiam quemlibet alium etiam emendatum prædicto modo accuſatum, vel infamatum reuelare, etiam ad generaliter præceptum ſuperioris, quando aliter, quàm per ſigillum, fidemque ſecreti ſibi commiſſi, id nouit; quia tunc non eſt omninò occultus, & ad commune bonum iudex ex officio legitimè procedit ad illius criminoſi punitionem, vt ſupradictũ eſt.

Secundò, quando id generaliter, vel ſpecialiter à ſuperiore pręcipitur, uel inquiritur non ſolum ad prædictum finem cauendi aliquod malum, vel ei prouidendi, ſed etiam ad illum criminoſum occultum puniendum: Tunc enim qui ſolus illum nouit non debet illum reuelare, nec contra illum teſtificari, niſi quando conſtaret quòd ille criminoſus de illo crimine eſt infamatus, vel ſpecialiter, & legitimè accuſatus, & eſt unus alius teſtis fide dignus, aut indicia ſufficientia & manifeſta contra eum. Nam tunc ſi ſuperior ſpecialiter, vel generaliter præcipit ad complementum probationis, q quicunq; ſcit reuelet, vel teſtificetur ſuper eo crimine: vtique tenetur qui aliter, quàm per ſigillum ſecreti, ſcit, illum reuelare, vel teſtificari: quia iam non omninò occultus eſt. Tenetur etiam ille ſic accuſatus, vel infamatus confiteri veritatem contra ſeipſum, ſi id ſpecialiter ipſi præcipitur, & ei conſtat de prædictis indiciis, vel ſemiplena probatione, vel infamia contra ipſum, ut optimè probat Soto de ſecreto in membro. 2. q. 7. conclu. 3. & non aliter, vt ſupradictum eſt.

Tertiò, quando quis id nouit ſub ſigillo ſecreti ad conſilium, vel remedium animæ, vel corporis, aut famæ, aut rerum alicui præſtandum ſuper tali delicto, vel negocio quocunque, ut eſt medicus, obſtetrix, iuris conſultus, aduocatus, conſiliarius, aut alius adiutor, cui hoc ad remediũ ſecretè manifeſtatum, aut commiſſum eſt: nam hic etiam ſi ſub excommunicatione, vel iuramento ſpecialiter cogatur à ſperiore, ut ſuper eo negocio illius perſonæ dicat quod ſcit, & audiuit, peccat mortaliter id reuelando, uel teſtificando quod per hanc ſolam viam nouit etiam ſi ſciat eſſe plenam aliàs probationem, vel infamiam contra illum. Sed ſolum dicere poteſt, id quod alio modo nouit, vel audiuit: ſicut de Sacerdote communiter dicitur ad ſeruandum ſigillũ ſacramentale: quanuis non omninò par ratio ſit. Et hoc eſt verum, excepto ſi talis reuelatio eſſet neceſſaria ad maius malum, uel dãnũ reip. uel proximi imminens præcauẽdũ. Nã tunc ad remedium adhibendum omne ſecretum non ſacramentale reuelandum eſt ei tantum, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, & eo modo, quo ſuperius ſecundum omnes doctores, & Nauarro in ſumma cap. 25. nume. 41. 46. 48. 49. declaratum eſt.

Quartò, quando conſtat aliquid acceptum eſſe in recompẽſam certi debiti liquidi ſibi ex iuſtitia, & non ex promiſſione tantum, uel alio modo debiti, neque eſſe iam peccatum furti in eo, qui id retinet, uel accepit, neque per iuſtitiam, uel alio modo poteſt id recuperare ſine magno detrimento, aut ſine inimicitiis, & huiuſmodi: tunc enim non eſt reuelandus occultus ille detentor. In quo & Nauarro in ſumma. cap. 17. num. 114. 115. & cap. 25. nume. 46. & Medina de reſtitutione. quæſt. 3. cauſa 12. & latius quæſt. 11. ſibi conſonant, ibi etiam videantur quędam aliæ circunſtantiæ circa hoc conſiderandæ.

Quintò qñ quis cogeretur ità denũciare, ut probaret quod probare non poſſet: aut quando id facere non poſſet, uel teſtificari ſine magno ſuo detrimẽto in perſona, fama, aut rebus ſuis: tunc enim iuſto huius imminentis damni timore legitimè excuſatur: & ſolum tenetur, ut commodè poteſt, ſecretè reuelare, ſi id etiam ſine tali detrimento facere poteſt; aliàs non, nec aliter obligant huiuſmodi pręcepta ſuperiorum, neque eorum ligant excommunicationes, ut ſupra dictum eſt.

Sextò, quando quis id audiuit ſolum à leuibus perſonis non fide dignis ità quòd ipſe de leuitate notaretur, ſi id ideò crederet, aut denunciaret, nec de auditu tantum teſtificaretur, uel ſi crederet quòd propter hoc ſuum dictum iudex plus debito contra réum moueretur: nam tunc melius eſſet facere quod ipſe, à quo id ſciuit, uel audiuit teſtificaretur.

Septimò, ſi eſt perſona priuilegiata aliquo iure, uel priuilegio, ne in tali caſu teneatur teſtificari, non tenetur ad id, quanuis ad alio modo reuelandum, ſi eo modo ſibi præcipitur, benè teneatur, ut ſupra dictum eſt.

Contra ſupradicta Gerſon in alphab. 34. lite- *Argu-*

ra.q.&

ra q .& ſum.Angeli.titu.denunciatio. §. ulti.& con
feſsio delicti ſecundum Panor.in cap. ſuper, de cō
feſis, & clariſs.doct. Medina in ſua lectura,& Are
ualo de correctione fraterna conclu.6. propo. 7.
Et quidam alii doctores aliter dicunt , uidelicet
quòd quando crimen , uel factum eſt notorium ,
puta furtum , vel homicidium , aut Satorum com
buſtio,& patrator occultus:tūc qui ſolus id nouit ,
quia vidit , tenetur ad præceptum etiam genera-
le ſuperioris illum reuelare , vel teſtificari contra
eum:aliàs incidet excommunicationem cōtra nō
reuelantes inflictam:non autem quando ſub ſigillo
ſecreti ſibi commiſsi maximè ad remedium haben
dum ſuper aliquo negocio id nouit,in quo omnes
concordant,uti ſuperius dictum eſt. Et rō primæ
partis,in qua eſt tota differentia huius opinionis ,
eſt,quia quilibet tenetur ſuo ſuperiori obedire in
his,quæ ille pōt præcipere.Sed in caſu prædicto ſu-
perior poteſt inquirere,& præcipere,ut ſubditi crī
minoſum re velēt nti nouerūt.Quod patet tū quia
eccleſia pōt ſuper occulta per accidens, ſi per ſe ,
aut de ſe manifeſta ſunt , vt ſunt actus exteriores
quātūlibet occulti ex defectu teſtiū, uel ꝓbationū,
aliàs in his nunquam prodere poſſet,quod abſit,ſe
cundum doctores communiter & Caieta. ſecunda
ſecundæ q. 1 1.art.3.& 4. tùm etiam quia ſic habet
practica eccleſiæ,ut etiam habetur in cap.ſi ſacer-
dos. de offic. ordin. ubi dicitur quòd ad petitio-
nem partis læſæ poteſt iudex auctorem dāni occul
tum generaliter excommunicare:quę practica ua-
na eſſet,ſi ad tale præceptum ſubditi non teneren
tur reuelare:igitur.

1. Reſpon.ꝙ quando id fieret ad prouidendū gra-
ui malo, quod etiam timetur in futurum,puta quia
ſunt hęretici inficientes , latrones, uel homicidæ
vagantes occulti , tunc eſt obligatio eos reuelan
di,& non aliàs, ut ſupra dictū eſt; & ità concordā-
tur opiniones . Ideò ad prædictum argumentum
dico ad minorem quòd quomodo ſuperior poteſt
pręcipere, ità & non aliter tenentur ſubditi obe-
dire: ſuperior autem in caſibus ſupradictis occul-
tis, in quibus ſtat differentia opinionum,licet poſ
ſit ità generaliter, & aliquando ſpecialiter præ-
cipere aliquibus , uel alicui , ut videlicet ſubdi-
ti hæc occulta reuelent quomodo ſecundum ius di
uinum & humanum debent reuelare ad finem, qui
prętenditur , quod non niſi , ut ſupradictum eſt ,
fieri debet . Et hoc eſt uerum,etiam ſi ipſe male-
factor occultus iuramento cogatur cum aliis ut re
uelet malefactorem:quia cogitur non ut reus , ſed
vt teſtis,ut debitè reuelet, ut dictum eſt,et ait So-
to de ſecreto in ſecundo membro quæſt. 7. dubio
1. fol.64. Et quòd ità, & non aliter, ſit intelli-
gendum pręceptum ſuperioris, & omnia præce-
pta generalia ſuperiorum , conſtat ex ſupradictis
in primo dubio præcedente , ut expreſſè etiam ait
Nauarro in ſumma cap. 18. nume. 39. 40.& cap.
17. nume. 134. 135. Præcipit id etiam iudex , &
generaliter id inquirit ut ſuo officio publico &
ſcandalo in foro eccleſię , ut poteſt , ſatisfaciat:
& quia fortè inde apparebunt alia indicia ſufficiē
tia ad ſpecialius inquirendum cōtra criminoſum:
poteſt enim tunc , ut etiam ait Soto ubi ſupra ,
per uiciniam inquiri de indiciis , uidelicet qua ho
ra, quo loco,&quibus armis ille occiſus eſt.Et ſi il
la indicia aliquem in particulari infamia denota-
uerint , tunc contra illum etiam ſpecialis inquiſi-
ſitio iniri poſſet . Et ità practica eccleſiæ ſalua-
tur,& intelligenda eſt. Nam quod uno modo,pu-
ta per uiam accuſationis , aut denunciationis , aut
generalis inquiſitionis facere licitum eſt , id alio
modo puta per uiam inquiſitionis ſpecialis contra
reum,aut è conuerſo,ſępè illicitum eſſe conſtat:id
quod maximè attendendum eſt.

Tertium dubium eſt vtrum ad præceptum iu- Dubium.3.
dicis teneatur quis confiteri delictum ſuū contra
ſeipſum.

Reſpon.in hoc ſunt uariæ doctorum opiniones,
quæ & prima facie ſibi inuicem uidentur aduerſa-
ri,quarū aliquas refert gl.in c.ex pœnitentib.di.50

Nam gloſſa in cap. 2. de confeſsis . lib. 6. ait, 1.Opi.
abſolutè quòd poſitioni criminoſę reus non tene-
tur reſpondere .

Sed Innocentius in c.1.de confeſsis.& in c. du- 2.Opi.
dum.Et Speculator in titu.de poſitionib. §.7. verſ.
19.& Bar.in l.Marcellus.ff.de actionib.rerū amo-
tarum, quod dicitur Infortiatum, licet ipſe Barto.
in l.2. C. de iurameto calum. non ſe ſatis explicet:
Iſtorum ergo & quorundam aliorum opinio limi
tans , magiſque declarans prædictam opinionem
gloſſæ,tenet quòd in notoriis per ſententiam iudi
cis,uel famoſis,& in his,quę impediūt ordinis exe
cutionē poſt peractam pœnitentiam,uel beneficii
retentionem,& in his,in quibus locupletatur quis
cum iactura alterius, uel quæ ſunt in periculū rei-
publicæ,uel quando agitur ut quis deſiſtat à pecca-
to,uel ut eius peccatum impediatur , tenetur reus
iudici illum interroganti reſpondere ueritatem ,
& non aliàs . Et cum hac opinione ſunt etiam
plures alii doctores. & facit.l. 4.ff.de teſtibus,ꝙ
conſanguineus non poteſt cogi teſtificari contra
conſanguineum intra certum gradum.

Tertia opinio eſt Panormi. in cap. primo de 3.Opi.
confeſsis , quę ſtat in duabus propoſitionibus .
Prima quòd ſi iudex procedit ad inſtantiam par-
tis , tunc reus tenetur reſpondere poſitioni cri-
minoſę ſi id,de quo quæritur,ſit famoſum,uel etiā
(vt aiunt ſumma Angelica,& Syluester titu. con-
feſsio delicti.quęſt. 1. ſecundum Beat.Tho.) ſi ſit
ſemiplenè probatum,& impediat ordinis executio
nem,uel beneficii retentionem,de quo agitur,nec
venit imponenda pœna temporalis.

Secunda propoſitio huius opi. eſt ꝙ ſi iudex pro
cedit ex mero ſuo officio per inquiſitionem , tunc
ſolum tenetur reus eius poſitioni criminoſæ reſpō
dere ueritatē,ſi id,de quo quęritur, notorium, uel
Gg famoſum

famoſum ſit,ſed ſum.ange.& Syluester, vbi ſupra, addunt alias duas conditiones,quę in prima propoſitione poſitę ſunt, & ità idē iudicium dicũt eſſe in caſu ſecũdæ propoſitionis,qñ iudex ex officio procedit per inquiſitionē,& in caſu primæ propoſitionis,qñ ſolum ad inſtãtiã partis procedit. Et hæc, ſecunda opinio Panor.dicit ità eſſe limitandas,& intelligendas alias aliorũ doctorum opiniones ſupra poſitas,& Speculatorem.ti.de inquiſ.§.viſo igitur. col.5.ver.inquiſitores quoq; &c.Sed quia practica eſt in oppoſitum,ideò eſt quarta opinio ſequens.

4. Opinio. Quarta opinio,quę uerior uidetur,& cõiter practicatur,tenet ꝙ modò iudex procedat ad inſtãtiã, partis,modò ex officio tantũ, modò agatur ad pœnam tãtum ſpiritualē,modò ēt ad temporalem,vel corporalē,ēt ad pœnã capitis,ſemper tenetur reus à iudice ſub ꝑcepto,uel excõicatione,uel iuramēto inquiſitus ei obedire rñdendo ueritatē ēt contra ſeipſum: ſi crimen eius eſt notorium,uel de eo eſt infamia ſcãdaloſa,aut ſemiplena probatio per unũ teſtem fide dignum omni exceptione maiorē, aut indicia manifeſta,uel ſufficientia ſunt cõtra eum, & non aliter rñdere tenetur,niſi ſtãtibus his tribus conditionibus,quanuis mendacium dicere nõ poſſit,ſed uerbis æquiuocis, aut ſimulatis,ueris tñ ad ſuũ ſenſum tacitũ, ſicut in occultis põt rñdere:qa nec aliter iudex eũ cogere põt, nec ltimè ꝓcedit.

Hæc opinio ꝓbatur quadrupliciter. Primò quia quanuis in criminalibus vix admittãtur poſitiones criminoſæ ab una parte contra alteram continentes turpitudinem reſpondentis, puta ꝙ reſpõdeat ſi occidit,ſi eſt adulter,&c. ut hoc etiam ait gloſſa in c.2.de confeſsis.lib.6.in uerbo Abſque rationabili cã,& doctores cõiter. At uerò qñ iudex ad inſtantiam,vel querelam partis, uel eius accuſationē,uel delationem criminis incipit procedere contra criminoſum,iam indè ſicut quãdo eſt aliqua infamia contra eum,ēt ex ſuo officio procedit ad vtilitatem publicam: & facta informatione, & per eã inuenta aliqua infamia, aut uno teſte fide digno, aut indiciis ſufficientibus contra illũ, tunc ipſum legitimè cogit iurare,aut ſub excommunicatione præcipit ut confiteatur veritatem,& ex conſequēti reus ipſe obedire tenetur eã clarè cõfitēdo, aliàs mortaliter peccaret,& nõ poſſet abſolui per ſacerdotem,niſi ueritatem confiteatur. Ad quod facit c.fi.de iureiur.& ibi doctores.

Secundò ad idem eſt ratio,nam ut habetur in c. vt famę.de ſen.exco.intereſt reipublicę ut crimina non maneant impunita. Et ad idem eſt.l.per omnes.C.de defenſor.ciuita. Item l.4.§. hoc autē indicium.ff.de damno infecto, ubi dicitur quòd iudex non debet interponere officium ſuum ad utilitatem priuatam,ibi dicunt doctores communiter, bene autem ad utilitatem publicam, ne crimina maneant impunita, ut dictum eſt. Inde etiam fit quòd ad eum finem iudex debet cuncta rimari per omnes uias aliàs licitas, ut inueniat ueritatem,ut habetur. 30. quæſt. quinta cap.iudicantem, & ibi gloſſa cum concordatis. Nunc autē ubi eſt infamia, aut ſemiplena probatio,aut indicia ſufficientia,eſt via licita ad inquirendum veritatem ſecundũ omnes doctores, ut elicitur ex cap. qualiter & quando primo & ſecundo,& cap. ſuper his. de accuſatio. ergo tunc iudex ex officio legitimè procedit inquirendo,& conſequenter reus illi obedire tenetur ueritatem reſpondendo,ſicut in omnibus aliis, in quibus ſuperior ex officio legitimè procedit.

Item tertiò probatur idem ex practica communi,quę non eſt condemnanda,dum de eius abuſione non conſtat manifeſtè.

Item quartò ad hoc idem ſunt doctores utriuſque iuris communiter ſic docentes, & pręcipuè B.Tho. ſecunda ſecundæ q.69.ar.1.& 2.& ibi Caietanus,Soto de ſecreto in ſecundo membro q. 2. & latius q. 7. concluſ.1. & 2. & de iuſtitia & iure lib.5.q.6.art.1.& 2.& q.7. Et Nauarro in ſum. ca. 25.nu.35.36.43.49.ut Gregorius Lopez ſuper 7. partita.titu.29.l. 4.& ad idem ait eſſe Panor. in c. 1.de teſtibus cogen. licet ubi ſupra in 3. opinione aliud dicere uideatur. Et ad idem eſt etiam Archidiaco.§.Item quod dicitur 22. q. 2. & Bartol. in l. Marcellus.ubi ſupra in ſecunda opi.refertur, magis uidetur pro hac quarta opinio. & ſimiliter Speculator ibidem allegatur, & alii plures.

Pro hac etiam opinione faciunt expreſſè leges Hiſpaniæ ut eſt. l.quarta. titu.29. in 7.partita. & l.23.titu.11.in 3.partita,quæ approbantur in l.11. in legibus maioriti,quæ habētur in uolumine pragmaticarum ordinis iudiciarii, conſonat omnino Roderi.Xuarez in 4.l.nu.12.tit. delas iuras li.2.in foro legum. Item Antonius Gomez.in 3. tomo reſolutionum ſuarum cap.12.de probatione delictorum nu.5.& Bernardus Diaz.in ſua practica criminali.cap.118. videatur de his Sylua nuptiali lib. 3. nume.28.vſque nu.45.&c.

Sed utrum ad hoc quòd reus teneatur iudici reſpondere ueritatem, ut dictum eſt, ſit neceſſarium, quòd iudex ei notificet quòd contra ipſum eſt infamia, uel ſemiplena probatio, uel indicia ſufficientia, quòdque de hoc conſtet ipſi reo, ſunt opiniones. Nam Caietanus, & Soto, & Nauarro, ubi ſupra, & multi alii dicunt quòd ſic: multi etiam alii dicũt quòd non, ut Gregorius Lopez refert, ubi ſupra, & practica etiam eſt quòd non eſt neceſſarium quòd id reo conſtet, ſed debet pro iudice præſumere quòd legitimè procedit, dum de oppoſito non conſtiterit ſufficienter, & ità ēt tenet Pater Areualo de correptione fraterna concluſio.6. propoſitio 4. & 5. & 7. 8. & 9. Nobis autem hoc duriſsimum uidetur. Ideò potius dicendum apparet ꝙ in cauſa tãti diſpendii,dũ reus dubius eſt an ſit infamia,aut ſemiplena probatio,aut indicia ſufficientia contra eum,id quod ſæpè accidit,nam iudices cum leui rumore,& leuibus indiciis glorioſum ſibi æſtimant,

ſi ſta-

ſi ſtatim ſub iuramento, & minis, & aliis uexationibus mille artibus utentes à reo extorqueant ueritatem de crimine occulto, quod cõtractum ſuſpicantur. Et tunc dico ſub meliori iudicio ꝙ niſi de prędictis conſtet, uel rationabiliter cõſtare debeat ipſi reo, & ꝙ iudex legitimè contra eũ ità procedit, non tenetur illi reſpondere ueritatẽ, quanuis non debeat mẽtiri, ut ſupradictũ eſt, neque tunc pro iudice præſumendum. Et conſonat Nauarro, & Soto ubi ſupra, & memb. 3. q. 2. de ſecreto, aliiq; doctores ſupradicti & gloſ. in cap. cùm dilecti de accuſationib. & in cap. quoniam, de proba.

Argum. 1. Si contra prædictam quartã opinionem argua Primò ꝙ ut ait Panor. vbi ſupra nullus tenetur ſeipſum prodere cum tanto ſuo detrimento, ẽt ſi ſit aliqua infamia contra eum: quia infamia ſæpe fallax eſt. Item quia ueniens ad iudicium contra aliũ debet uenire paratus, & habere ſecum ſufficiẽtes probationes, aliàs ſilere debet. 6. q. 2. cap. ſi tantum. & cap. placuit. & 2. q. 7. ca. ſi quis epiſcopus. Ad quod facit Io. Andr. in regula. infamibus. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus dicens ꝙ excipiens contra electionem debet probare, ſecundũ ca. dudum. 2. de electio. quia etiam ut habetur. l. nimis graue. C. de teſtib. & C. de edendo. l. 1. & l. qui accuſare. ſtẽ l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionib. in pandectis, reus nõ debet miniſtrare arma (uidelicet probationes) aduerſario cõtra ſeipſum: immò & accuſator deficiẽs in probatiõe punitur ſecũdũ iura. 2. q. 3. c. calumniator. c. qui non probauerit. & q. ulti. c. quiſquis, quamuis id iam non ſit in uſu.

Reſpon. Reſpon. id ſolum eſt uerum, quando ad inſtantiam partis ad priuatam eius utilitatem proceditur: ſecus ꝗ iam iudex ad utilitatem ẽt publicã ex ſuo officio inquirit, atque procedit, ut ſupra dictũ eſt, contra quod argumentum non ualet.

Argum. 2. Secundò arguitur ad idem, quia reus põt de carcere fugere mortẽ ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 4. etiam vincula rumpendo ſecundum plures doctores, licet Syluester. titu. fugere, dicat oppoſitũ: & ſimiliter citatus ſuper crimine morte digno nõ tenetur cõparere, licet ut contumax tãquam conuictus, vel confeſſus poſsit abſens condemnari: ergo ſimiliter reus in caſu huius 3. opinionis põt effugere mortẽ nõ rñdendo veritatẽ, dũmodò nõ mẽtiat, quãuis ut contumax torqueatur, uel cõdemnetur.

Reſpon. Reſpon. ẽt ſi cõcedatur antecedens, negatur cõſequentia: quia non eſt ſimile: nã dum fugit, & citatus nõ vult comparere, nõ facit iniuriã miniſtris iuſtitię, ex quo nec illis reſiſtit, neque violentiam infert: ſed ſuã tantum cãm deſerit de illa diffidens, & præſentiam negat, quã, ut ſupponitur, nõ tenetur exhibere ad mortẽ, quã indè ſibi uidet imminere. At uerò dum iam præſens in iudicio legitimè cogitur rñdere, vtique faceret iniuriã, reſiſteretq; iuſtitię, eiuſque miniſtro, non reſpondendo, ſicut qui fugeret reſiſtendo, aut qui iuſſus aſcendere patibulum, aut iugulum gladio iuſtitiæ nollet exhibere, vt B. Tho. ubi ſupra ſignificat.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVARTA.

Vtrum beata Maria ullo tempore habuit peccatum originale, uel actuale.

Conclu. 1. RESPON. Per ſex concluſiones, quarũ prima eſt. Beata Virgo Maria nullũ peccatum actuale habuit in tota uita ſua. Patet ſecundum Auguſtinũ in libro de natura, & gratia cap. 14. & Anſelm. de cõceptu virginali cap. 18. & cõiter doctores, & eccleſię publicã, generaléque de hoc prędicationẽ, & celebrationẽ. Et tandẽ in cõcilio Tridẽ. ſeſſ. 5. in eius fine dicit Beata & immaculata virgo Maria, & ſeſ. 6. cano. 23. habetur ꝙ de beata Virgine tenet eccleſia ꝙ ex priuilegio ſpeciali oĩa peccata, ẽt uenialia, vitauit. Hæc ibi. Et ità uidetur hoc iam ſaltẽ occultè eẽ reuelatũ eccleſiæ, & tãquã de fide tenẽdũ.

Ex quibus patet. Primò ꝙ oppoſitum tenere eſt nõ ſolũ erroneum, ſed ẽt hæreticũ. Sed utrũ ſit hæreticũ propriè, & ſtrictè, quidã dicunt ꝙ nõ: ex quo prędicta eius puritas nec habetur expreſsè in ſacra ſcriptura, nec indè elicitur in bona cõſequẽtia: benè tñ eſt hereticũ largè, ſicut & prefata puritas eſt largè de fide, quia ſcilicet eccleſia uniuerſalis beatã virginẽ prædicat, & celebrat immunem ab omni peccato. Sed ſaluo meliori iudicio propter hoc uidetur ꝙ ſit ẽt propriè hæreticũ: & prædicta puritas ſit propriè de fide: ſicut et propter hanc eandẽ rõnem iidem, & oẽs alii doctores cõiter tenent de ſtrictè ꝙ beata Virgo fuit ſancta, immunisque ab originali, antequã ex utero naſceretur: de quo latius ſupra, q. 17. §. 1. & 7. habetur.

2 Patet ſecundò ꝙ Chryſoſt. ſuper id Ioa. 2. Fili vi nũ non hñt. & Theophilactus ſuper Matt. 12. dicẽtes beatam Virginẽ habuiſſe motum aliquẽ uanæ ſiue mundanę glorię. Et ſuper Matth. 1. Chryſoſt. dicẽs eã fuiſſe peccatricem (ut infra refertur in tertio arg. contra ſextã conclu.) Et Origenes ſuper illud Luc. 2. Et tuam ipſius animam pertranſiuit gladius, dicens Mariam cum Apoſtolis fuiſſe ſcandalizatam in paſsione Chriſti, & alibi etiam dicẽs ꝙ Maria indiguit purgatione: ideò & Lu. 2. purgata eſt. Iſti inquam, & alii eiuſmodi doctores, & ſimilia eorum dicta, aut ad bonum ſenſum propter reuerentiam ipſorum piè interpretanda ſunt, aut certẽ ſunt omninò refutanda. Errauerunt enim in his ſine pertinacia, ſicut in aliis ſidem, aliique ſancti, catholicique doctores piè errauerunt, quando nondum ueritas omnibus in eccleſia manifeſta erat: neque tunc beatæ Virginis puritatem tã manifeſtè, ut nunc, prædicabat. De his pulchrè agit Durandus in tertio diſtin. 3. queſt. vltima. & Gabriel eadem diſtin. 1. q. 1. dubio. 1. ubi & gloſſat aliud ſimile dictum diui Auguſtini. Et Vega de iuſtificatione lib. 14. cap. 18. Quare Gregorius Arimi. in 2. diſtinct. 30. ut concederet in beata Virgine peccatum originale, impiè quoque in ea conceſſit actuale.

3. Concluſio 2. Beata Virgo Maria potuit conci-

Concluſ. 2. pi ſine macula peccati originalis. Probatur, quia non implicat contradictionem; neque repugnantia vlla eſt, vt patet, nam detur illa, ergò, Cùm Lu. 1. non ſit impoſſibile apud Deũ oẽ verbũ, ſequitur intentum. Et confirmatur. Quia quod Chriſtus de facto fecit in ſui ipſius conceptione quoad hoc, potuit etiam in ſuę matris, & cuiuslibet alterius conceptione. Non enim uidetur ratio impoſſibilitatis, & in hoc non eſt dubium.

Concluſio 3. Nõ eſt hæreſis, neq; peccatũ mortale, aut ueniale ſentire hoc, uel eius oppoſitũ de facto in beata uirgine fuiſſe, quouſq; p Papã, uel per Eccleſiã determinatũ ſit, idq; eſt uerum ſecluſo ſcãdalo, & pertinacia. Quòd nõ ſit hęreſis, neque peccatum mortale, patet, quia contra oppoſitũ aſſerẽtes eſt excõicatio Sixti. 4. in extrauagan. graue nimis, quę hẽtur ti. de reliq. & ven. Sanct. & refertur, cõfirmaturque ab Alexandro 6. in bulla, illius, qui ſe (ut habetur in libro dicto Monumenta fratrum minorum primæ impreſſionis tractatu 2. fol. 74.) & tandẽ in concilio Triden. Seſſ. 5. canone ultimo, ubi ẽt pro rõne ſuę prædictę decretalis Sixtus quartus dicit ꝙ hoc nondũ eſt deciſum, ſeu determinatum per Eccleſiã. Et quamuis hæc clauſula nõ habeatur in eadẽ bulla Sixti. 4. graue nimis, quæ refertur in dicto libro Monumenta fratrũ minorum fo. 34. tñ hoc nõ obſtat. Nã (ut dictũ eſt) ſi hoc eẽt deciſum per Eccleſiam, iam hæreticum eſſet, uel mortale peccatum aſſerere oppoſitum (quod tamen dicere prohibet Sixtus. 4. ibidem) non autem id dicere prohiberet, ſi ita eſſet quòd oppoſitũ eſſet decretum per Eccleſiam.

Corollar. Ex quo ſequitur quòd concilium Baſilien. dicẽs ꝙ opinio tenens beatam uirginem conceptam ſine peccato eſt pia, & rationabilis, quodque ut talis à dicto concilio approbatur, quodque nulli de cętero eſt licitum oppoſitum prædicare, ſiue docere: tale inquam concilium quoad hoc non eſt authenticum, nec habet uim cõcilii generalis, licet habeat quoad aliqua ante illud ſchiſma ibidem præcedentia. Quia cùm præceſſerit præfatam extrauagan. Sixti; & tamen ipſa extrauagans dicit apertè quòd hoc nondum eſt determinatum per eccleſiam ergò prædictum concilium quoad hoc non habetur pro determinatione eccleſiæ determinantis hoc, uel illud de neceſſitate credendum. Et confirmatur hoc corollarium, quia illa congregatio Baſilienſis, quando decreuit beatam uirginem ſine originali peccato conceptam eſſe, iam diſceſſerat à uero Papa Eugenio. 4. ut patet ex ordine ſeſſionũ: nam in ſeſſione. 34. Septimo Calendas Iunii de facto depoſuerunt prædictum Eugenium Papam, & alium Amadeum quendam elegerunt, putantes ſe per hoc Eccleſiæ concordiam facere. Et poſteà in ſeſſ. 36. 18. Calend. Octobris ſequẽtis fecerunt præfatã determinationẽ de immaculata uirginis cõceptione. Quòd autẽ ille Eugenius. 4. fuerit ſemp verus Papa, & nõ Amodeus ille electus ab illa cõgregatione Baſil. indè patet, qa tũc & poſt ſemper eſt habitus pro uero Papa, computatusque in numero Pontificum, & ſucceſſor eius Nicolaus. 5. & alii ſequentes: licet ille Amadeus Antipapa Baſilien. ſimul concurrit cum prædictis duobus, ſcilicet Eugenio 4. & Nicolao 5. eius ſucceſſore. Itẽ ad idem facit concilium Lateran. 3. ſub Leone decimo. ſeſſ. 11. in bulla, Paſtor æternus, vbi expreſſè dicitur ꝙ conciliũ Baſil. poſt eius translationem factã per Eugenium Papam non fuit, neq; meretur amplius concilium appellari: & poſteà ibidem facta nullũ robur habent. Hæc ibi.

Quòd ſi ad prædicta dicatur ꝙ Eugenius. 4. & Nicolaus. 5. approbauerunt omnia acta dicti concilii Baſilien. pręter ea, quæ contra ipſum Papã geſta ſunt, id utique negatur, ſed ſolum aliqua pro cõmuni concordia approbauerunt, de quorum numero articulus iſte conceptionis nõ eſt. Immò etiã ſi ipſum concilium generaliter approbaſſent, id intelligitur de nobiliori, & certiori ſtatu eius, in quo, ſcilicet vnio ipſa facta eſt, & antequàm à uero Papa diſcederet, ut de concilio Conſtantienſi dicit Caietanus in primo quodlib. de poteſtate Papę, & concilii ca. 8. quod ut dictum eſt, indè conſtat, quia ſi ſecundum Sixtum 4. non habet vim determinationis eccleſię quoad hoc, ergo ipſum Concilium Baſilien. nullo modo quoad hoc tanquam conciliũ vniuerſalis eccleſiæ eſt approbatum: quãuis in Gallia & alibi eccleſia Romana id tolerante, ut tale acceptum ſit: quia auctoritate Papę inſtitutũ, inchoatũ, & tandẽ proſecutum eſt, ut infra fol. 256. in fine probationum ſextæ conclu. etiam de hoc habetur.

Quòd autem non ſit peccatum veniale hoc uel illud ſentire, indè liquet, quia nulla lege prohibetur. Itẽ quia aliàs non permitteret eccleſia hoc vel illud ſentire, & docere, ſi eſſet peccatum veniale: ſed potius id prohiberet, aut reprehenderet, & ut cauendum doceret, & prædicaret: quorum nihil facit, ut patet etiam per extrauagan. Sixti ſupradictam. Igitur non id tolerat uel permittit ut malũ, ſed ut licitum concedit: quanuis Ioan. maioris in ſecunda ſententiarum diſtin. 30. & aliqui alii dicãt, & malè, eſſe ueniale peccatum, tenere beatam Virginem in originali peccato fuiſſe conceptam. Prædictam concluſionem tenet etiam expreſſè Caietanus in quodlib. & in 3. par. q. 27. art. 2. & 1. 2. q. 81. arti. 3. cum doctoribus communiter.

Tandem in vltima parte concluſionis ponitur limitatio (ſcilicet ſecluſo ſcandalo & pertinacia) quod ideò dicitur: quia quanuis ex parte ueritatis, ſeu falſitatis, huius, uel illius opinionis, ſit licitum tenere, & dicere hoc, uel illud (ex quo eſt ignorantia inuincibilis, & probabilitas pro alterutra parte, ut patebit etiam infra) tamen poteſt fieri illicitum mortaliter, uel uenialiter, ex circunſtantia ſcandali probabiliter imminentis, quòd etiam contingit in omni alio actu morali ex ſuo genere licitè, qui per circunſtantiam ſcandali vitiari poteſt. Similiter ratione pertinaciæ poteſt illicitum fieri, videlicet dùm quis non habet ani-

mum

mum paratum ſtandi eccleſiæ determinationi, ſi fieret circa hoc. Ex quo ſequitur quòd publicè populo prędicantes in eccleſiis doctis, pariter & indoctis, beatam Virginem fuiſſe conceptam in originali vix excuſantur à peccato mortali, aut veniali: non quidem ratione veritatis, aut falſitatis dicti, ſed ratione ſcandali probabiliter imminentis, ſaltem in Hiſpania, & Gallia, & alibi, ut patet experientia: & tanquam ſcandaloſi tales prædicatores condemnati ſunt per vniuerſitatem Pariſienſem: & ſententia lata eſt contra quendã Ioannẽ Veri de ſacro ordine prędicatorum, qui id prędicauerat anno Domini. 1497. vt habetur infra fol. 255. Igitur cùm tale vulgi ſcandalum non ſit pharisaicum, nec ex malitia, ut patet, quamuis Caietanus in quodlib. de hac materia dicat oppoſitum: ſed eſt ſcandalum puſillorum, aut piè ignorantiũ, vel potius piè, & verè credentium, vt infra patebit: neque enim talis prædicatio, quòd beata virgo concepta eſt in originali eſt expediens, aut utilis ad fidem, & bonos mores, dùm eccleſia id nõ determinat: ſed potius oppoſita prædicatio, atque credulitas de priuilegio immaculatæ conceptionis beatę virginis expedit ad pietatem fidei, deuotionemque Virginis Glorioſæ, & eius honorẽ, vt ipſa experientia patet: ergo tale ſcandalum eſt neceſſariò cauendum ſecundum ſanam doctrinã doctorum: & per conſequens potius eſt prædicandum in fauorem immaculatę conceptionis beatæ Virginis, & contra oppoſitum prædicantes, tanquam contra ſcandaloſos eſſet procedẽdum à prælatis eccleſiæ.

rgum. Si contra prædicta arguatur, ꝙ regula monialiũ conceptionis facta per Iulium ſecundum confirmatur per ipſum, & per eccleſiam, ut patet latius infra in 6. concluſione in ſecunda & tertia probatione. Hęc autem approbatio videtur habere vim determinationis eccleſiæ, vbi ſæpè dicitur ꝙ beata virgo ſine macula originali concepta fuit: ergo oppoſitum tenere eſt hęreticum, vel mortale peccatum.

ſpon. Reſpon. negando conſequentiam, quia illa approbatio regulę, & eccleſię determinatio non eſt de præcepto, nec eſt diffinitio iudicialis, aut obligãs ad tenendum id tanquam de fide: ſed eſt de cõſilio proponens, aut ſtatuens id tanquam de pietate fidei, & non quoad omnes fideles, ſed quoad eos tantum, qui in honorẽ immaculatæ conceptionis piè creditę ſe cultui religionis illius uiuẽdo ſecundum illam regulã dedicare uoluerint. Itaque pia tãtum credulitas cultus, atq; religio ad hanc pietatẽ fouendam ordinata confirmatur, & approbatur ſine præiudicio aliorũ hanc pietatem non habentiũ. Et qñ Papa in dicta regula ſæpè dicit immaculatã beatę Virginis conceptionẽ, id utique dicit ſecũdum piam credulitatem ſuã, & eccleſię, & aliorum id acceptare uolentium, & non aliter: ſicut & ſecũdum talẽ pietatem ſtatuit officium immaculatę cõceptionis recitandum. Huiuſmodi enim multa ſolum de pietate ſtatuunt, atque leguntur in officio diuino, & lectionibus ſanctorum.

Si vlterius arguatur ꝙ ſententia uniuerſitatis Pariſien. contrà Ioannẽ Veri condemnat prædictam concluſionem, Reſpon. patet infra in fine octauæ probationis ſextę cõcluſionis: ibi videatur: quia ſolum ualet in Gallia, quæ concilium Baſilienſe acceptauit, ut legitimum, ſecundum quod illa ſententia lata eſt.

Conclu. 4. Concluſio quarta, Beata virgo fuit ab originali peccato immunis, ſeu ſanctificata, antequam nata. In hac concluſione ſolũ agitur de libertate eius ab originali ante natiuitatem ex vtero, modò id fuerit per liberationẽ eius à peccato, quod ſecundum aliquos iam incurrit, modò per pręſeruationem potius, de qua in 6. conclu. latius.

Probatur hęc cõcl. Primò, quia hoc priuilegiũ habuerũt aliqui ſancti, ut Hieremias & Ioan. Baptiſta ſecundũ cõiter doctores, & eccleſiæ cõem prædicationẽ: ergo à fortiori beata Virgo non eſt priuãda hoc priuilegio: quia ſecundũ Damaſcenũ à nullo illuſtriũ ſanctorũ Maria uincitur in priuilegiis gratiæ, ideò. n. præ oĩbus dicit gratia plena Lucę 1.

Secundò probatur idẽ, quia eccleſia celebrãdo vniuerſaliter eius natiuitatẽ, ut ſanctã, iam id aſſerit in ſuo cultu diuino: ideò uidetur hoc eſſe de fide propriè, & ſtrictè, tãquã ei aliquo mõ reuelatũ, licet expreſsè non habeatur, nec eliciatur ex ſacra ſcriptura, maximè q a hoc ita tenetur ab oĩbus doctoribus, quibus in hoc nullus cõtradixit impunè. Facit ad hoc quod hẽtur ſupra concl. 1. ſecundũ ea quæ ſuperius q. 17. §. 1. & §. 7. dicta ſunt.

Et nota ꝙ nõ eſt certũ, ſed neq; ſatis probabile fuiſſe plures in utero ſanctificatos niſi Hieremiam propter figuram paſsionis Chriſti: de quo tñ Abulen. ſuper Iudicũ. 13. q. 17. dicit nõ eſſe certũ, ſed problema: quamuis doctores cõiter teneant illũ ab originali fuiſſe ſanctificatum: Et Ioannẽ Baptiſtã propter figuram baptiſmi legis gratię: & Beatam Virginẽ propter honorem Chriſti, & maternitatis eius: ſed hæc excellẽtius illis, ut infra dicetur. Et hi omnes in utero Sãcti, ſeu ſanctificati, Virgines fuerunt. Ideò quamuis Gerſon aliter opinetur de ſancto Ioſeph ſponſo beatæ Virginis, ꝙ ſcilicet fuit in utero ſanctificatus: & alii doctores de aliquibus aliis ſanctis ſimiliter id piè opinentur: tñ probabilius, certiuſq; eſt ꝙ nõ niſi prędicti, tres gradus ſanctificationis hñtes, infimũ Hieremias, mediũ Baptiſta, ſummũ B. Virgo, imunes ab originali nati ſunt. Conclu. 5

Conclu. quinta Beata Virgo in ſua propria perſona fuit obnoxia ad contrahendũ peccatũ, ſeu maculã originalẽ: ipſumq; de facto cõtraxiſſet, niſi ex priuilegio ſpeciali quoad hoc pſeruata fuiſſet. Probatur: quia niſi ſic dicatur, nõ poſſunt ſaluari multæ auctoritates ſacræ ſcripturæ, ut id 2. Corin. 5. Chriſtus pro oĩbus mortuus eſt: ergo oẽs mortui ſunt, i. obnoxii ſunt morti. Itẽ Ro. 3. Oẽs peccauerũt, & egẽt gloria Dei, ubi nõ eſt legendũ oẽs in Adã peccauerunt: licet Caiet. & alii ità legant: ſed legendũ

eſt, omnes peccauerunt, ut allegatum eſt. Item Roma. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per unius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationẽ uitę. Itẽ ibidem, Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ità in omnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt &c. in quo ſcilicet homine Adã, vel in quo peccato Adę: ut legit eccleſia, & concilium Triden. ſeſſ. 5. canone. 4. contra Pelagium, & alios hæreticos negantes peccatum originale: & contra alios legentes, quatenus omnes peccauerunt, cum quibus malè legit Eraſmus. Item Ephe. 2. Eramus omnes natura filii irę. Item prima Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ità & in Chriſto omnes viuificabuntur. Item Iob 3. Nemo mundus à ſorde, nec infans vnius diei. Itẽ pſal. 50. In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit (aliàs peperit) me mater mea. In quibus auctoritatibus illæ, quæ de morte loquuntur, ut Roma. 5. & ſecunda Corinth. 5. intelliguntur non ſolum de morte corporali: ſed & præcipuè de ſpirituali morte, non quidem gratiæ (ut quidam ineptiſsimè gloſſant) ſed de ſpirituali morte peccati, ut patet, tùm ex contextu, & intentione Apoſtoli ibidem ſecunda Corinth. 5. ubi declarãs ſeipſum ſubdit, Et pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, vt & qui viuunt iam ſibi non viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt: tùm etiam ex Auguſtino, qui lib. 6. contra Iulianum ſuper ſecunda Corinth. 5. expreſsè dicit, Conſequens ergo voluit ut omnes intelligantur mortui, ſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt. Conſtat autem nondũ eſſe omnes corporaliter mortuos: ergo in anima per peccatum originale ſunt, & intelliguntur mortui, ſaltem in debito, ut ait concluſio pręfata. Iam probatur quòd niſi ſit concluſio uera, prædictæ auctoritates ſaluari non poſſunt in veritate. Nam Chriſtus fuit mortuus pro omnibus, vt uniuerſalis omnium redemptor, recõciliator, & viuificator ſine vllius exceptione, ut patet ex dictis auctoritatibus, & Coloſ. 1. Complacuit patri per Chriſtum reconciliari omnia, quę in terris, & quæ in cœlis ſunt. Et eccleſia canit Fidelium Deus omniũ conditor, & redemptor. Et quia hæreticum eſt dicere Chriſtum non fuiſſe mortuum pro omnibus, vt generalem omnium redemptorem quoad ſufficientiam; ergo mortuus eſt pro beata virgine, fuitq; redemptor, viuificator, & reconciliator eius, & ex conſequenti ipſa beata virgo fuit redempta per illum à captiuitate peccati, & ab eius morte ſpirituali, & corporali uiuificata, & reconciliata Deo ab inimicitia peccati. Has omnes conſequentias nullus catholicus negat, ut patet, ex dictis, & Auguſtino in libro de perfectione iuſtitię expreſſè dicente, Quiſquis hominem aliquem eſſe putat, cui neceſſaria non fuerit remiſsio peccatorum, excepto uno mediatore omnium Chriſto Ieſu, contrarius eſt ſacrę ſcripturæ.

Tunc ultra, Chriſtus fuit redemptor, & reconciliator beatæ Virginis, & pro ea mortuus eſt: & ſimiliter ipſa per illum redempta, & uiuificata eſt: ergo fuit ipſa mortua morte peccati, & captiua, & inimica Deo, aliquo modo, ſcilicet in debito. Probatur hęc conſequentia. Tùm primò ex ſecunda Corinth. 5. Chriſtus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt. Tùm ſecundò quia hoc eſt notum ex terminis ipſis, nullus enim dicitur uerè, nec eſt uiuificatus, redemptus, aut reconciliatus, niſi qui aliquo modo fuit mortuus captiuus, aut inimicus. Tùm tertiò quia ſic eſt decretum per eccleſiam, ut refert Auguſtinus in epiſtola 157. quę eſt ad Optatum de origine animę dicens. In epiſtola Zozimi Papæ ſic legitur. Nullus, niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur: nec redemptus dici poteſt, niſi qui uerè per peccatum fuit ante captiuus: in quibus uerbis apoſtolicę ſedis tàm antiqua, atque fundata, certa, & clara eſt fides catholica, ut nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano. Hæc Auguſtinus.

Et notanter dixi quòd aliquo modo, ſcilicet in debito beata Virgo uerè fuit mortua &c. Nam ſimpliciter non eſt concedendum quòd fuit mortua, tenendo quòd fuit præſeruata ab originali peccato. Eſſe enim ſimpliciter mortuam ſignificat quòd etiam de facto illud contraxit: eſſe autem aliquo modo, quamuis uerè, mortuam ſignificat quòd in debito ſaltem uerè mortua eſt, ut ait concluſio prædicta: id quod omnes neceſſariò concedere debent: de quo & paulò inferius habetur in corollariis. Vlterius beata Virgo fuit aliquo modo mortua, atque captiua: ergo de facto (quod abſit) uel in debito, ut ait concluſio: non eſt enim dare medium. Nam ſi nullo horum modorũ captiua, aut mortua fuit, iam nullo modo mortua, atque captiua, & ex conſequenti nullo modo uiuificata, atque redempta per Chriſtum fuiſſet: quod concedere hæreticum ex ſupradictis comprobatur. Igitur concluſio probata eſt.

Et notanter in concluſione dictum eſt quòd beata Virgo in ſua propria perſona fuit obnoxia peccato &c. Nam ſi debitum hoc ad contrahendum originale non ponatur proprium illius perſonę, quę concipitur, ſed commune in Adam, ut dicebat Iulianus apoſtata: iam non ſaluaretur quòd illamet perſona in ſe eſſet aliquo modo mortua, & captiua, uiuificata, atque redempta per Chriſtum: nec eſſet formalis differentia inter errorem Iuliani ponentis per gratiam redemptionis Chriſti filios Chriſtianorum iuſtificatos ab originali peccato, quod habebant in debito tantum cõmuni in Adam: quod iam per mortem Chriſti ſolutum eſſe dicebat: & inter catholicam ſententiam Auguſtini ſcribentis contra ipſum Iulianum: ſed eſſet ſolũ differentia materialis, quia ille Iulianus gratiã iuſtificationis poſuiſſet cõem filiis Chriſtianorum, Auguſt. autem poneret propriã unicuiq;

Igitur prædicta concluſio eſt catholica, & oppoſita hæretica eſt, vt expreſsè ait Gerſon alphab. 15. q. veritate. 10. Et B. Thom. prima ſecundæ q. 81. ar. 3. quòd neceſſarium eſt credere quòd omnis vtriuſque ſexus ab Adam ſecundum rationem ſeminalē proueniēs ex ipſa ſui generatione ſit obnoxius peccato originali. Et contra Pelagianos oppoſitum dicentes diſſerit Auguſt. & diffinit oppoſitum, & cōmuniter doctores.

Corol. 1. Notentur corollaria ſequentia. Primum quòd contrahere originale in debito tantum eſt ex ſua natura, id eſt ex vi naturalis ſuæ conceptionis ex ſemine virili ſtante lege hominem obnoxium eſſe ad id contrahendum: ità quòd de facto etiam illud, & rationem culpæ contraheret, niſi quoad hoc ex priuilegio ſpeciali præſeruatus ſit (vt de beata virgine creditur, vt ſupra & infra cōcluſione. 6. habetur) & dicitur in debito illud contrahere, aut eſſe obnoxium ad id, non quidem actiuè, non enim debet agere, aut omittere quicquam ad id contrahendum: ſed paſſiuè ſe habēdo, quia ſcilicet ſubiectus eſt ex ſua natura illi peccato ſecundum legem, ſicut & ad pœnas peccati ipſius omnes ſumus obnoxii, vt dictum eſt. Contrahere autem illud in debito, & in facto, eſt eſſe obnoxium, ſimul & de facto contrahere. Contrahere verò illud in reatu, eſt eſſe obnoxiū ad id contrahendum, & inſuper ipſum peccatum manere adhuc in ratione culpæ: ità quòd eſt de facto illud contraxiſſe, eiuſque reatum, ſeu culpam nondum eſſe dimiſſam: ſicut peccatum actuale dicitur manere in reatu poſt actum peccati, quia ſcilicet manet adhuc ratio culpæ, ſeu peccati commiſſi, & dignitas ad pœnam propter illud nondum dimiſſum, vt ait Magiſter in 2. diſti. 42. & B. Tho. 1. 2. q. 87. ar. 1. & ibi Caietanus.

Corol. 2. Secundum corollarium eſt, quòd ſuppoſito ꝙ beata virgo in ſui conceptione præſeruata eſt ab originali peccato, nullo modo concedendum eſt ſimpliciter, & abſolutè, quòd fuit concepta in macula originali, ſeu peccati originalis: quia macula originalis eſt priuatio coniunctionis ad Deum per gratiam: & per conſequens eſt ibi priuatio gratiæ propter peccatum Adæ, ſecundum Tho. prima ſecundæ q. 86. art. 1. & ibi Caietanus, vel etiam ſecundum Scotum in 4. diſtinct. 14. eſt reatus ipſius peccati: & ità ſemper dicit rationem culpæ contractæ, & de facto exiſtentis, quæ ex ſuppoſito non fuit in ea. Et hoc ingenuè concedit Caietanus in quodlibeto dicens quòd etiam ſi concedatur quòd fuit concepta in peccato originali (ut ipſe tenet cum ſuis) tamen non indè ſequitur quòd fuit in macula originali: ſed piè ſimul teneri poteſt quòd eam non contraxit, ex quo ſecundum ipſum Caietanum ſtat ꝙ præſeruata in gratia, ſimul & in peccato originali concepta ſit. Sed quomodo ipſe malè intelligat ꝙ in gratia ſimul, & in peccato concepta eſt, proximè dicetur in argumento. Nunc autem ſufficit hortari ne ſimpliciter concedatur eam in macula originali conceptam eſſe, vt probatum eſt: ſed neque in peccato originali, quia hoc ſignificat quòd id de facto, & non ſolum in debito contraxit quod repugnat hypotheſi.

Si contra hoc corollarium arguatur primò quia ſi beata virgo Maria ſimpliciter non contraxit peccatum originale: ergo non contraxit ea omnia, quę ex Adæ peccato ſequūtur generaliter in nobis, puta carnem infectam fomite, & reatum pœnarum temporalium, & huiuſmodi, quæ naturaliter ex vi conceptionis naturalis ex Adæ peccato in nobis conſequuntur. Conſequentia patet, quia nil aliud eſt contrahere peccatum originale ſine eius macula, niſi contrahere prædicta ex originali peccato ſequentia. Nam ideo dicimur pluraliter in peccatis concepti ſecundum pſal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Argum. 1

Secundò arguitur ad idem, quia ideò dicitur in debito concepta in peccato originali: quia fuit in via ad contrahendum maculam illius peccati ex natura ſua: hæc autem via nil aliud eſt, quàm caro infecta cum aliis ſequelis peccati: ergo ſi hæc non cōtraxit, ſequitur quia nec in debito contraxit originale peccatum, quod abſit, vt dictum eſt. Argum. 2.

Tertiò arguitur ad idem, quia ſicut beata Maria fuit ſimpliciter redempta, viuificata, & reconciliata per Chriſtum: ergo ità ſimpliciter fuit etiam captiua, mortua, & inimica per peccatum, ità per conſequens fuit ſimpliciter concepta in peccato originali. Patet conſequentia, quia eam facit Paulus. 2. Corint. 5. dicens, Si Chriſtus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt. Argum. 3.

Quartò arguitur ad idem, quia ſi cum addito cōceditur quòd concepta eſt in peccato originali aliquo modo, ſcilicet in debitó: ergo ſicut qui aliquo modo currit, ſimpliciter currit: ità Beata virgo, quæ aliquo modo in peccato concepta, ſeu mortua eſt, ſimpliciter etiam in peccato mortua, & concepta, concedenda eſt. Argum. 4

Reſpon. propter has rationes Caietanus vbi ſupra conatus eſt probare quòd etiam ſi beata virgo per gratiam à macula peccati originalis præſeruata ſit (quod ipſe piè concedi poſſe confitetur) tamē cùm hoc neceſſariò concedendum eſt eam ſimpliciter in originali peccato conceptam eſſe, ad ſenſum ſupra dictum: vbi videtur vafrè locutus, vtpote qui ſuam opinionem, atque ſuorum iam defendere non poterat ad communem ſenſum, quem ipſi prętendebant, ſaltem illam perſuaderet in verbis ad alium ſenſum particularem ab ipſo Caietano confictum, vt dictum eſt, vt vel verbotenus ſua opinio adhuc præualere videretur. Sed prouerb. 1. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Ideò ad prædicta argumenta reſpondeo ad primum negando conſequentiam, & eius probationem: nam contrahere peccatum originale eſt non ſolum illas reliquias peccati contrahere, ſed præcipuè eſt rationem culpæ, & reatum eius ex Adam contrahere, ut ſupra. q. 6. latius. Quomodo autem beata virgo cōtraxe- Reſpon. / ad 1 argu.

traxe-

traxerit fomitem,& alias reliquias peccati, quomo
do non,latius infra quæſtione quadrageſimaquin-
ta habetur.

Reſpon. ad 2. argum. Ad ſecundnm reſpondeo negando antecedens
pro vtraque parte.Nam vt patet ex ſupradictis con
trahere originale in debito ,& eſſe in via ad illud
contrahendum , eſt eſſe obnoxium ad illud, quate-
nus eſt ex natura ſuæ conceptionis naturalis ex A-
dam:modò ſit caro fomite infecta, & cum alius ſe-
quelis:modo non,ex priuilegio ſpeciali.

Reſpon. ad 3. argum. Ad tertium reſpondeo negando conſequentiá.
Nam ſimpliciter redemptus dicitur , & viuificatus
non ſolum is,qui de facto , ſed & qui in debito tan-
tum peccatum originale contraxit,& in debito tan
tum captiuus,& mortuus eſt. Simpliciter autem ca
ptiuus,& mortuus non dicitur,niſi qui in debito ſi-
mul , & de facto peccatum originale contraxit , &
per id mortuus,atq; captiuus de facto fuit , id quod
ex hypotheſi de beata virgine Maria negat. Fit igi
tur æquiuocatio à ſecundum quid ad ſimpliciter ar
guendo.Ad illud autem 2.Corinth.5.dico vbi gene
raliter de omnibus loquitur,id ſimpliciter concedi
tur,quòd omnes mortui ſunt:Intelligitur enim ac-
commodè,quòd ſcilicet in debito omnes , & de fa-
cto etiam omnes , beata virgine excepta , mortui
ſunt,vt ſupra dictum eſt.

Reſpon. ad 4. argu. Ad quartum. Reſpon.negando conſequentiam.
Nam ly aliquo modo in originali concepta non di-
cit particularem modum conceptionis in originali
peccato ſub vniuerſali:ſicut quando dicimus Sortē
aliquo modo,ſeu aliqua via currere: tunc enim fa-
ceret hunc ſenſum quòd beata virgo de facto con-
traxit originale per aliquem modum,ſeu per aliquá
viam,quod ex hypotheſi negatur.Sed ly aliquo mo
do denotat ſecundum quid, ſeu diſtrahit, vt ſit idē,
quod in debito tantum concepta eſt:quod concedi
tur. Et tunc non valet argumentum Contraxit ori
ginale aliquo modo ſcilicet in debito tantum ; er-
go & ſimpliciter contraxit illud , quia à ſecundum
quid ad ſimpliciter , à debito ad factum non valet
conſequentia.Ideò ad vitandas contentiones , atq;
fallacias verború,melius eſt ut nihil horum de bea-
ta Maria ſimpliciter concedatur,niſi ſub diſtinctio-
ne explicetur , quòd ſcilicet contraxit originale,
ſeu mortua eſt aliquo modo in debito tantum , vt
ſupra dictum eſt.

Conclus. 6. Concluſio ſexta multò probabilius, quàm oppo
ſitum, & de fidei pietate eſt beatam virginem neq;
maculam , neque peccatum originale contraxiſſe.
Probatur octupliciter.

1. ratio. Primò , quia in dubiis , quando videlicet per fi-
dem , aut per eccleſiæ certam determinationem ,
aut reuelationem, aut per euidentiam facti de ali-
quo priuilegio Chriſti, vel beatæ virginis ſupra le-
gem communem non conſtat oppoſitum, tunc piè,
& rationabiliter credendum eſt Deum circa hoc fe
ciſſe id, quod ſecundum rectá rónem naturalé oſtē
ditur ità decere ipſum feciſſe quòd eſſet indecēs id
non feciſſe . Sed dubium eſt ità quòd non conſtat
per fidem , aut per certam eccleſiæ determinatio-
nem , aut per euidentiam facti beatam virginem
Mariam cú dicto priuilegio præſeruationis ab ori-
ginali peccato ſupra legem fuiſſe conceptam:& ſe
cundum rectam rationem naturalem ſuppoſita fi-
de monſtratur ità decere Deum ipſam præſeruare
ab originali,quòd eſſet indecens , ſi id non faceret:
ergo ità de pietate fidei , & probabilius potius,quá
oppoſitum credendum eſt . Conſeqnentia clariſſi-
ma eſt.Et maior probatur dupliciter.Primò quia ra
tionabiliter credit, & operatur qui ſecundum regu
lam veritatis credit,& agit.Sed cùm ſit duplex tan-
tum regula veritatis omnium credibilium ſcilicet
ſupernaturalis,& naturalis , illa ad fidem theologi-
cam,hęc ad Logicam,vel humanam ſpectans:ergo
Deum de ſupernaturali videlicet per ſcripturam ſa
cram,aut per reuelationem , aut per eccleſiæ deter
minationem certam ad fidem theologicam de ali-
quo habendam nobis non conſtat : ſequitur quòd
rationabiliter credit logicè,vel humanè, ſicut & ra
tionabiliter agit quis, ſecundum regulam rectę ra-
tionis naturalis ductus:quia pſal.4.Signatum eſt ſu
per nos lumen vultus tui domine. Et cùm ſecundú
naturalem regulam rectæ rationis quiſquę ducatur
ad piè probabiliterque credendum in prædicto du-
bio priuilegio præſeruationis Deum feciſſe , qnod
ſecundum rectam rationem naturalem prædicto
modo decuit ipſum feciſſe.Igitur illa maior,quę e-
rat probanda,vera eſt.

Secundò probatur prædicta maior auctoritate
Auguſtini lib.3.de libero arbi.ca.5.dicentis.Quic-
quid tibi vera ratione melius occurrit : ſcias hoc
Deum magis feciſſe,quàm non feciſſe: Hæc ille. Et
refert Scotus in 3.diſtinct. 13.q.2.ad probandum
ſummam Chriſti gratiam . Item Anſel.de Exordio
mundanæ ſalutis ait.Si Deus potuit, & decuit eum
facere:ergo voluit,& fecit, dum ſcilicet non cōſtat
de oppoſito , vt dictum eſt : Item idem Auguſt.in
Sermone aſſumptionis dicit etiá in ſententia. Deus
potuit , & decuit illum præſeruare corpus matris
ſuæ à corruptione poſt mortem : ergo id fecit , aut
oſtendatur ratio quare non decuit.Hęc ille. Vbi no
ta quòd in materia de gratiis, priuilegiiſque beatæ
uirginis ſub Chriſto pro ſufficiente ratione habet
Auguſt. vt illi tale priuilegium tribuat,ſi non nega
tur potuiſſe,& decuiſſe Deum hoc illi conferre, vel
niſi manifeſta indecentia probetur,aut oppoſitum
conſtet aliquo modo de ſupra dictis:hancque ratio
nem quaſi notiſſimam ſibi præſupponit Auguſti-
nus,& Anſelmus vbi ſupra,communiterque docto
res,& verè quidē, quia in feſto præſentationis bea-
tæ virginis canit eccleſia. Rex virtutum ſibi mirabi
lē matrem fecit mitē,& humilem,omniq; dote ſpe
ctabilem . Et alibi . Fœlix ex ſacra virgo Maria, &
omni laude digniſſima &c. Et ità patet ſupradicta
maior cum ſuis limitationibus : quod ideo dico ,
qnia ſi aliàs non eſſet dubium de tali, ſeu tali facto,
ſeu priuilegio:quia videlicet iam per euidentiam fa
cti,ſeu alio modo de ſupradictis conſtat oppoſitú;
tunc

tunc certè non eſſet ſtandum ſoli rationi naturali, neque alteri dicentis: quia quod iam conſtat factũ, aut non eſſe factum à Deo, id vtique fuit, eſtque decens Deum feciſſe: qui ſi aliter voluiſſet, volueritq; facere, id etiam feciſſet, eritque decens ſecundum omnem rectam rationem. Nam ſimpliciter nihil decet, aut decuit facere Deum, niſi quod & quomodo ipſe vult, aut voluit facere: quia prima regula totius rectitudinis, atque decentiæ, & bonitatis voluntas diuina eſt. Vnde ideò aliquid eſt decens, aut bonum, quia id ita Deus voluit, aut vult. In noſtris autem actibus aliter eſt, quia noſtra voluntas non eſt prima regula bonitatis: ſed à prima voluntate diuina, vel à recta ratione regulanda eſt. Item in eadem maiore habetur alia limitatio, quòd ſcilicet tunc id eſt credendum non quidem, vt de neceſſitate fidei theologicæ ſiue catholicæ: ſed vt probabilius, quàm oppoſitum, tanquàm de fide logica, ſeu de pietate fidei theologicæ. Quia cùm de tali dubio, ſine decentia non habeatur certitudo fidei catholicę, neque euidentiæ, vt patet ex dictis, & ſupponitur: ergo ſolum eſt certitudo moralis, ſiue probabilis valdè de illa decẽtia. Ex quo ſequitur quòd non valet ad concludendum tanquàm de fide catholica tenendum eſſe, quod in tali ratione infertur. Chriſtus potuit multa facere; & hoc facere decuit, aut decet eũ: ergo fecit, aut faciet. Quòd non valeat patet; quia eſt petitio principii, quatenus illa minor eſt dubia: aut ſaltem probabilis tantum: neſcitur enim certò de fide decuiſſe Deum, niſi quod per ſacram ſcripturam, vel per alium modum de ſupradictis conſtat. Et patet inſtãtia manifeſta: quia Chriſtus potuit dare matri ſuæ pro ſtatu viæ multas alias gratias, & priuilegia, quæ contulit de facto, puta vt eſſet ſimul viatrix, & beata, vt Chriſtus: quòdque perfectum vſum rationis, vt Chriſtus, & cognitionem omnium ab inſtanti cõceptionis ſemper haberet: & poteſtatem cõſecrandi euchariſtiã, conferendique omnia ſacramenta: & huiuſmodi alia multa. Et certè, ſi Chriſtus hæc illi contuliſſet, decuiſſet, & tamen quia nunc conſtat de fide aliquo illorum modorum prædictorum quòd ea non contulit: ità etiam conſtat quòd non decuit hæc illi conferre. Ideò ſi quis arguat quòd nunc etiam decet, aut decuit, ſicut & decuiſſet, ſi Chriſtus ea feciſſet: certè negandum eſt, vt patet ex dictis, ſecundũ Gerſon alphab. 15. Ro. 8. & alphab. 88. 9. Igitur ſupradicta maior, vt limitata eſt, habet veritatem: & non aliter.

Minor autem principalis quoad eius primam partem, quòd ſcilicet eſt dubium, & nõ conſtat per fidem de hoc priuilegio beatę virginis, neq; de eius oppoſito, probatur. Quia ſi id conſtaret certè eſſet hæreticum tenere, vel aſſerere oppoſitum, neq; tolerarentur per eccleſiam opiniones circa hoc, vt ſupra cõcluſione. 3. habetur. Et quoad aliam eius partem quòd ſcilicet ſecundum rectam rationem naturalem monſtratur, decens Deum eam de facto ab originali peccato præſeruaſſe, ità etiam quòd ſecundum rationem humanam indecens appareret id non feciſſe. Probatur dupliciter. Primò ex parte ipſius Chriſti, quia ſicut ſecundum rectam rationẽ decuit ad honorem Chriſti, quòd eius mater præſeruaretur ab omni peccato actuali: ita ergo & ab originali. Antecedens patet per Auguſtinum lib. de natura & gratia ca. 14. Cùm de peccatis agitur nullam prorſus volo mentionem fieri de Maria propter honorem domini. Quæ auctoritas infra in 7. probatione plenius declaratur. Et in hoc doctores communiter cum beato Thoma conueniunt. Conſequentia autem probatur per eandem rationem: quia ratio præſeruationis Mariæ ab omni peccato actuali propter honorem Domini eſt, quia indecens, & ad dedecus Chriſti eſſet habere matrẽ maculatam aliqua nota, ſeu macula culpæ, ſiue peccati, etiam uenialis. Nã omnis culpa eò quòd habet rationem culpæ habet etiam rationem maculæ, dedecoris, & uituperii: & ſicut honor, ità & macula, ſeu dedecus parentum redundat in filios. Eccle. 5. Gloria hominis ex honore parentum: & dedecus filii eſt pater ſine honore, vt hæc etiam expreſſè ait B. Tho. 3. par. q. 27. art. 4. probans quòd ideò decuit eã ab omni actuali peccato pro ſemper præſeruari. Nunc ſit peccatum originale, quatenus eſt peccatum, & non ſolum pœna habet rationem culpæ, & inimicitiæ Dei: licet nõ in eodem gradu, quo peccatum actuale mortale: benè tamen in maiori aliquo modo, quam veniale, quod non tollit gratiam, neque facit inimicum, ut originale, & per cõſequens habet rationem maculæ, ſiue dedecoris, vt patet ſecundum communiter doctores, quia & oppoſitum dicere eſt erroneum. De quo etiam Gabriel in 2. diſtinct. 30. q. 2. Et idem patet, quia ideò communiter omnes doctores, etiam qui dicunt eã non fuiſſe præſeruatam ab originali, confitentur ſanctificatam multò ante natiuitatem ex utero: ergo eadem ratione decuit eam pro ſemper ab ipſo originali, etiam in ſui cõceptione, præſeruari: quia id etiam pertinet ad honorẽ Chriſti: & eadem eſt lex conceptionis & natiuitatis omnium in peccato originali.

Secundò probatur prædicta minor ex parte ipſius beatæ uirginis: quia ſecundum rectam rationẽ decuit filium honorare matrem ſuam futuram, præſeruando illam ab omni eo, quod habet rationem maculę, confuſionis, dedecoris, & uituperii culpabilis, inimicitiæ, & dignitatis ad pœnam propter culpam: maximè dùm id facilè poteſt ſine notabili iactura, & ſine inconuenientibus aliis, ut patet ex naturali lege, ſiue præcepto de honorando parentes. Chriſtus autem, ut homo, huic præcepto tenetur, ſicut & lege naturali (ut ſupponitur) quia & cępit facere quod docuit laudabiliter omnibus faciendum, & maximè circa hoc: & æquè facilè ſine ullo inconueniente poterat ſuam matrem ab originali, ſicut à corruptione uirginitatis, in conceptione, & natiuitate ipſius Chriſti præſeruare, & cùm hoc ſit honorificum matri, ſequitur quòd decuit Deum id facere.

facere. Quòd ſi ſubterfugiendo dicatur quòd tunc tantum Chriſtus debuit matrem honorare, quia ipſe iam factus erat homo obligabilis, & beata virgo erat eius mater, & non ante, Contra hoc ſic replicatur: quia licet hoc ſolum probat quòd vt Deus non tenebatur de præcepto, antequam effici homo, ad honorandam matrem ſuam: neque alii homines, qui prænoſſe non poſſunt futuras matres eorum, neque ſibi eas eligere: non inquam tenentur ad earum honorem, antequam ſint filii ipſorum. At verò ſupradicta ratio concludit prędicto modo decens fuiſſe Deum, quàm prænouerat, & pręlegerat ab æterno, in matrem ſibi homini futuro ſupradicto modo honorare, non ſolum quando eſſet homo futurus, ſed etiam ante, quando futura mater eius prouidebatur, & præeligebatur ab ipſo Deo. Quod inde patet: quia hac ratione doctores omnes confitentur eam ſemper ab omni actuali peccato liberam, & ab originali ante natiuitatem ex vtero, antequam ipſa eſſe mater Chriſti, & Chriſtus filius eius: quia videlicet decuit eam ſic à Deo honorari pro omni eius tempore, quo præelecta erat in matrem Chriſti futuram. Nam & certò ſciens ſe poſt longum tempus beneficium à Petro recepturum, vtique teneretur, vel deceret ipſi Petro nunc indigenti gratiam referre nondum acceptam, ſed certò accipiendam ab eo. Ità in propoſito dicendū eſt; cui conſonat Richardus de ſancto Victore, vt in officio huius feſti canit eccleſia dicens. Non erit ingratus matri ſuæ qui patri, & matri honorem præcepit exhiberi. Et communiter doctores ſcholaſtici hanc eandem rationem magnifaciunt, vt ait Gabriel in 3. diſtinct. 3. Thomas Argentina eadem diſtin. Et Clitoueus libr. 1. de puritate beatæ virginis ca. 5. & 8. cum aliis, & adhuc ipſe Durandus in 3. diſtinct. 3. in quodam argumento, licet non teneat ſupra dictam concluſionem. Et quidem cum tanta excellentia dignitatis matris Dei ſuper omnes angelos non quadrat, & indecens eſt, vel pro breui tempore fuiſſe eam vnquam in aliqua macula culpæ alicuius, filiā iræ, captiuamq; diaboli, ſiue peccati, quæ regina hominum, & angelorum futura erat: maximè cùm dicat Anſelmus quòd decuit virginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo (ſcilicet homine facto) nequit intelligi, ſcilicet rōnabiliter, qualis eſt puritas ab originali ſimul & ab actuali peccato cum gratiæ plenitudine. Angeli nanque licet nūquam fuerint in peccato: at pro ille tempore, quo nondum fuerunt in gratia, & gloria confirmati cadere cum apoſtaticis ſpiritibus aliis potuerunt. Maria verò, vt mater gratiæ, in hoc priuilegio eos excedit, quòd ſic fuit ſemper in gratia cōfirmata, quòd nunquam indè potuit excidere. De qua auctoritate Anſelmi latius infra in ſeptima probatione concluſionis habetur. Sed & Hilarius ait, O Maria, quę omnes ſanctos ſuperas pietate, & omnes angelos puritate. Patet igitur minor ſupradicta.

Et confirmantur prędicta omnia per rationes decentiæ, quas facit Auguſtinus ad probandum Mariam aſſumptam in cœlum corpore, & anima, ſupra communem legem omnium propter honorem matris & filii eius domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde ſi vt filia Adæ beata virgo debuit originale contrahere, certè vt mater Dei futura magis debuit ab eo præſeruari. Cuius ſignum eſt quòd in tota ſacra ſcriptura, vbi de beatę virginis genealogia agitur, nuſquam inuenitur habere patrem, aut matrem in terra tanquam communi lege propagata: quod tamē aliis rationibus fieri debebat, niſi id ſacra ſcriptura de induſtria omiſiſſet: Sed ſolum de illa legimus quòd ipſa eſt, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus: vt per hoc intelligamus, ne conſideremus aduerſus illam id, quod ex naturę debito, vt filia Adę: ſed id ſolum, quod vt mater à filio ex gratia debuit accipere.

Ad ſupradictam rationē reducitur probatio Scoti quòd ſcilicet perfectiſſimus mediator, ſiue redēptor debuit habere perfectiſſimum modum redemptionis cum tali ſtatu compoſſibilis, puta in ſtatu gloriæ debuit habere perfectiſſimum modum redemptionis à culpa, & pœna: in ſtatu autem miſerię huius vitæ perfectiſſimum modum redemptionis à culpa: nam redemptio ab omni pœna ei incompoſſibilis eſt: ergo oportuit habere perfectiſſimum modum redemptionis à culpa: non quidem circa omnes, ut patet ſecundum Auguſtinum lib. 3. delibero arbitrio; nam inde ſequeretur quòd omnes debuit ab omni actuali, & originali peccato præſeruare: ſed circa aliquam perſonam. Quia ſicut in naturalibus, ità & in gratuitis, etiam ſecundum Tho. 1. par. q. 23. art. 5. oportet omnes gradus eſſe redemptionis. Chriſtus autem eſt perfectiſſimus omnium redemptor: & perfectiſſimus modus redemptionis eſt præſeruare ab originali, & actuali: ergo hunc modum habuit circa aliquam perſonam. Sed circa nullam aliam habuit, nec decuit illum habere potius, quàm circa ſuam matrem: igitur illum habuit erga illam. Hæc ratio reducitur ad præcedentem.

Quòd ſi quis negaret maiorem prædicti diſcurſus doctoris ſubtilis Scoti, ſicut eam negat Grego. Arimi. in 2. diſtinct. 30. dicens quòd perfectiſſimus modus redemptionis eſt præſeruare ab omni culpa, ſimul & pœna: & conferre gloriam corporis, & animæ, etiam ſine meritis perſonalibus quoad adultos, quem tamen modum Chriſtus non habuit erga aliquem. Ad hoc ſubterfugium licet poſſit repplicari dicendo id in hoc ſtatu miſeriæ, & in valle lachrimarum non decuiſſe; cùm etiam conſtet euidēter de oppoſito, idque eſſe incompoſſibile in ſtatu miſeriæ vitę præſentis: quod tamen plenè fiet in cœlo; tamen non poteſt rationabiliter negari quòd ſaltem perfectiſſimum modum redemptionis pręſeruatiuę à peccatis quoad id, quod habet rationē culpę, decuit ad honorem Chriſti, & matris eius habere perfectiſſimum redemptorem circa eam, vt probatum eſt. Igitur ſupradicta ratio uidetur ſatis efficax.

Secundò principaliter probatur concluſio ſexta 2. ratio.

quia

quia eccleſia Romana, & aliæ eccleſiæ ferè, omnes celebrant feſtum conceptionis beatę virginis, cum largitione multarum indulgentiarũ celebrantibus, & eius celebrationi intereſſentibus, & officio conceptionis, quod Sixtus. 4. approbauit: in quo ſæpius multò dicitur immaculata conceptio beatæ Mariæ: eiusque immunitas, & præſeruatio ab originali peccato prędicatur: ergo hoc eſt verius, & magis de pietate fidei, quàm oppoſitum. Patet conſequentia dupliciter. Primò quia (cùm de oppoſito nõ cõſtet, ut in præcedente ratione dictum eſt) certè credendum eſt Papam, & eccleſiam talem cultum diuinum cum talibus indulgentiis nõ inſtituiſſe, nec approbaſſe, niſi crediſſet id verius eſſe: & magis ad pietatem fidei, quàm oppoſitum conducere.

Secundò quia omnes ſancti, atque doctores hoc docent, & tenent quòd ſcilicet in fide, & moribus, & cultu ſanctorum tenemur ſequi doctrinam, & ritum ſanctæ Romanæ eccleſię, & ſanctæ ſedis apoſtolicę: quia eſt caput, atque magiſtra omnium aliarum eccleſiarum, atque fidelium, vt habetur diſtin. 21. ca. quanuis. & de conſecra. diſtin. 3. ca. noſſe. & alibi ſæpius. Quia vt habetur in ca. à recta 24. q. 1. ſancta ſedes apoſtolica nullis vnquam temerariis nouitatibus ſuccubuit, vt ipſe etiam Caietanus in ſuo quodlib. tracta. 2. de primatu eccleſiæ Romanę latius agit, maximè quia in iis, quæ pertinent ad cultum diuinum, vbi fidei noſtræ profeſſio, ſiue proteſtatio verſatur, ſecundum Tho. in 9. quodlib. art. 6. eccleſia Romana errare non poteſt: quia diuina regitur prouidentia ſpeciali: ex quo ſpiritus ſancti aſſiſtentia illi ſedi apoſtolicę quoad rem fidei ſingulariter à Chriſto promiſſa eſt. Lu. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Vnde credendum eſt quòd ſpiritus ſanctus non diu permitteret in cultu diuino mendacium celebrari, ſed id opportunè eccleſiæ ſuę reuelaret. Ideò idem Tho. 3. par. Sum. q. 68. Et ſecunda ſecundę. q. 10. art. 22. agens utrum paruuli infidelium eſſent baptizandi parentibus inuitis ait. Dicendum eſt quòd maximam habet auctoritatem eccleſię conſuetudo, quę in omnibus imitanda eſt: quia & ipſa doctorum catholicorum doctrina ab eccleſia auctoritatem habet. Vnde magis ſtãdum eſt auctoritati eccleſiæ, quàm Auguſtini, uel Hieronymi, uel alterius cuiuſcũque doctoris. Hoc autem eccleſię uſus nunquam habuit, quòd filii iudęorum parentibus inuitis baptizentur. Hæc ille. Vbi nota quòd non ſolum quę eccleſia mandat, atque determinat, dicit eſſe tenenda; ſed ea, quę abſque determinatione recipit in uſum, immò & ea, quę non recipit, cauenda ſunt. Ideò enim Ber. in epiſtola ad canonicos Lugdunen. reprobandam cenſebat celebritatem conceptionis, quia tunc eccleſię ritus eam non agnoſcebat, neque celebrabat. Vbi tandem ait. Quæ autem dixi abſque præiudicio ſanè dicta ſint, ſanius ſapientis, Romanæ præſertim eccleſię, cuius auctoritati, & examini totum hoc ſicut & cętera, quę huiuſmodi ſunt uniuerſa, reſeruo: ipſius ſi quid aliter ſapio paratus ſtare iudicio, & emendare. Hęc ille. Et B. Tho. 3. par. q. 27. art. ſecundo ad tertium dicit quòd licet eccleſia Romana tunc non celebraret hoc feſtum; quia tamen tolerat alias eccleſias celebrantes feſtum conceptionis; talis celebratio non omninò reprobanda eſt. Nota eius uerba: licet ibidem ſubſequenter ut talem celebrationem accommodaret ad ſenſum, quem ipſe putabat eſſe eccleſię Ro. interpretatur illius feſti celebrationem eſſe potius ſanctificationis, quàm conceptionis: ſed id non benè, ut proximè in probatione antecedentis habetur. Et ad idem eſt etiam Caietanus ſecunda ſecundę q. 64. art. 7. loquens de irregularitate: & q. 88. art. 11. & in ſecundo quodlibet. q. 24. de diſpenſabilitate uoti ſolennis caſtitatis, ubi determinationi, quam putabat eſſe eccleſię Romanę ſe ſubdit uterque, & ſimiliter omnes doctores de ipſo ordine prędicatorum, ut etiam cum ſuis tenet, & refert Florẽtinus, & Cardinalis Turrecremata in tractatu conceptionis par. 9. ca. 10. dicentes quòd libenter hoc Marię concederent, ſi eccleſia non repugnaret. Et Ioannes de Neapoli in quodlibetis, Aegidius, Capreolus & alii illo tẽpore ſimiliter dicebant, eccleſia Romana eſt uera amatrix Virginis Marię, & tñ feſtum ſuę conceptionis non celebrat. Idem diuus Bonauentura in 3. diſtinct. 3. ait, quia ſancti patres, ſcilicet Pontifices eccleſię Romanę, qui alias ſolennitates beatę Virginis ſpiritu ſancto docente ſtatuerunt, non docuerunt celebrare eius conceptionem &c. Item Scotus ea diſti. defendens immaculatam Virginis conceptionem tunc quando eccleſia Romana non, ut nunc, generaliter celebrabat, temperatè & ſapienter dixit hoc ſibi uerius uideri, & tenendum eſſe, niſi ſcripturę uel eccleſię obſtet auctoritas.

Ex quibus conſtat omnibus quòd illo tempore, quando non uigebat uſus, celebratioque eccleſię Romanæ circa immaculatam Virginis conceptionem omnes doctores fundabant in uſu, uel non uſu eccleſię Romanę parati ſtare eius determinationi, ritui, & celebrationi: quia, ut dictum eſt, non poteſt eſſe falſum in tali celebratione, & officio ſanctorum: & oppoſitum dicere eſſet impia blaſphemia, ut in concilio Mileuitano Papa decernens cõtra Pelagium dixit, non eſſe tolerandum orantem ad Deum mentiri, ſiue blaſphemare. Immò etiam ſi eccleſia Romana hoc feſtum non celebraret; nõ parum auctoritatis habet ritus, & celebratio aliarum eccleſiarum particularium. Nam particulares aliquę eccleſię ſunt tantę auctoritatis, ut inſignium, multorumque doctorum ſententiis earum ritus, & conſuetudines pręferantur, ut hoc ipſe cõfitetur Caietanus 3. par. ſu. q. 74. art. 3. propter auctoritatem ſpiritus ſancti gubernantis eccleſiam. Nam propter ſimiles particulares conſuetudines uenerabiliter ſuſtinent theologi poſſe plures ſimul ſacerdotes eandem hoſtiam conſecrare. Ideò B. Tho. ſecunda ſecundę q. 93. art. 1. docet eccleſiarum conſuetudines in cultu diuino in nullo repu-

gnare

gnare veritati: ac proinde ſeruandas eſſe, quas præterire illicitum eſſe probat. Et 3.par.q.27.art.2.in propoſito præſenti eſt ad idem, vt ſupra allegatus eſt. Patet igitur conſequentia huius ſecundæ rationis principalis. Antecedens autem probatur, quia iam ſunt.500.anni ex quo hoc feſtum cæpit alicubi celebrari in eccleſiis particularibus: immò, vt ait Anſelmus in libro de exordio mundanæ ſalutis, olim ante mille annos hoc feſtum celebrabatur: quà uis poſteà auctoritate humanè ſapientium hæc celebratio fuerit interrupta. Sed nunc demum, vt di ximus, à quingentis annis per omnes ferè eccleſias maximo cum gaudio, & pietate, ſimul & deuotionis affectu reſumpta eſt: adeò vt ipſa etiam eccleſia Romana receperit, & non ſolum approbauerit, vt patet ex concilio Baſilien. vbi ſic habetur. Renouantes prętereà inſtitutionem de celebranda ſancta virginis Mariæ conceptione, quæ tàm per Romanam, quæ per alias eccleſias Sexto Idus Decembris antiqua, & laudabili conſuetudine celebratur, Statuimus, & ordinamus eandem celebritatem pręfata die in omnibus eccleſiis, monaſteriis, & conuentibus Chriſtianæ religionis ſub nomine conceptionis feſtiuis laudibus colendum eſſe. Hæc ibi. Seſſ.36. Quod quidem concilium, licet quoad hoc non habeat vim concilii, vt ſupra concluſio.3.dictum eſt: habet tamen auctoritatem hiſtoriæ authenticæ, aut teſtis humani veridici eò ſaltem, quòd dicit quòd hoc feſtum antiqua conſuetudine, etiam ante ipſum concilium celebratur. Item idem patet experientia per omnes eccleſias Hiſpaniæ, Galliæ, & Angliæ, & alibi: in quibus, & in eccleſia Romana hoc feſtum conceptionis Sexto Idus Decembris celebratur. Ordo autem prædicatorum eam non celebrans in numero eccleſiarum non computatur: ex quo particularem eccleſiam, ſiue diœceſim non conſtituit: vndè & ſupradictis nihil obſtat. Inſuper & iam circiter annos. 80.cum magno indulgentiarum honore, atque fauore, & officii noui inſtitutione eam celebritatem eccleſia ipſa Romana ſuſcepit, vt in extrauagan.Sixti. 4.Cùm prę excelſa: quæ habetur in extrauagan. de reliq.& vene. ſanct.& in alia eiuſdem bulla. Libenter. Quę omnia habentur in libro priuilegiorum, qui dicitur Monumenta ordinis minorum tracta. ſecundo fo lio.31.fol.40.& in alia bulla Iulii. 2.& alia Leonis. 10.quæ habentur in compendio priuilegiorum mē dicantium titu.conceptio.§.10.12.13.

Euaſio. 1. Ad hanc rationem ſolet pro oppoſita opinione ſubterfugiendo dupliciter reſponderi. Primò ſecundum Thom.3.part.queſtio.27.articu.2.& Florentin.1.part.Sum.titu.8.ca.2.& Ioannem de Nea poli in quodlibeto, & Caietan.in tertio quodlibeto tractatu de conceptione, quòd ſub nomine, & die conceptionis hoc feſtum piè celebrat eccleſia, non quidem ratione immaculatæ conceptionis ipſius, ſed ratione ſanctificationis eius, & immunitatis ab originali peccato, quomodocunque & quandocunque facta fuerit, ità videlicet, quia igno tatur tempus ſanctificationis Mariæ in vtero: creditur autem fuiſſe valdè proximum eius conceptioni, uidelicet eadem die, & hora, vt ait. B. Vincentius in ſermone conceptionis: ideò celebratur in die, & ſub nomine conceptionis eius, relinquendo ſub dubio veritatis determinationem, quando ſcilicet & quomodo prædicta puritas fuerit per viam præſeruationis, aut per viam emundationis ab originali, ſiue ſit ſanctificatio præueniens, ſiue ſubſequens, & emundans.

Sed contra hanc euaſionem arguitur, quia in ſententia hæc euaſio intendit dicere quòd ſolum celebratur conceptio ſpiritualis beatę virginis, quā do ſcilicet in gratia, ſeu in eſſe gratiæ in vtero concepta, vel ſanctificata fuit, licet ipſa celebratio fiat in die, & ſub nomine conceptionis eius naturalis, vt ibi dicitur: non autem celebratur eius conceptio ſancta, quando fuit naturaliter, ſimul & in gratia concepta, videlicet quando eius anima cum gratia corpori infuſa eſt. Hoc autem dicere eſt erroneum: quia apertè reprobatur per Sixtum.4.in ſupradicta extrauagan. Graue nimis, quæ habetur in extrauagan. de reliq.& vene. ſanctorum, & refertur per Alexandrum.6.in bulla, Illius qui, vt ſupra concluſione.3.allegatur, vbi ſic habetur. Nos igitur huiuſmodi aſſertiones quorumlibet, qui affirmare prę ſumerent Sanctam Romanam eccleſiam de ſpiritũali tantum conceptione, & ſanctificatione virginis glorioſæ feſtum celebrare, falſas, & erroneas, & à veritate alienas auctoritate apoſtolica reprobamus, & damnamus. Hæc ibi. Item ibidem habetur. Sanè cùm Sancta Romana eccleſia de intemeratæ, ſemperque virginis Marię conceptione publicè feſtum ſolenniter celebret; & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit &c. notentur verba, quia de conceptione, de qua ſpeciale illud officium ordinatum, & approbatum eſt per eccleſiã, & per ipſum Sixtum.4.quod incipit, Sicut lilium inter ſpinas, dicit & canit apertè quòd eſt immaculata conceptio beatę virginis, quòdque ab originali præſeruata eſt, loquitur ipſe Sixtus Papa. Vnde & eccleſia Romana colit diem conceptionis octaua die Decembris, quando beata virgo naturaliter con cepta, ſimul & in animæ infuſione gratia concreata, & tunc ab originali ſimul præſeruata eſt. Immò, & Ambroſius Catharinus contra Caietan. libro quarto, & Marſilius in ſecunda quæſt.20.cum aliis doctoribus piè opinantur, quòd quo tempore in vtero beatę Annæ corpus beatę uirginis ſemi natum eſt, Deus ſemen illud tunc, uel poſt, ante animationem eius oculo ſuę miſericordiæ reſpexit, & approbauit, vt eſſet dignum, ex quo corpus matris ſuæ generaretur: & tunc angelorum miniſterio pręparatum, & aliqua ſorde, ſeu infectione naturali, aut morbida qualitate, ſi qua fuit, emundatum eſt. Et iſte primus conceptus corporalis dicitur etiam tunc ſanctificari: quia præſeruatio ab originali in animę infuſione poſt futura tunc etiam

Replic.

mani-

manifeſtari cepit, quando in carne eſt inchoata ſanctificatio, vt tunc demum in animæ infuſione conſummaretur, vt dictum eſt: de quo latius infra. quæſt. 45.

Secundo modo alii ſubterfugiunt, vt Ioannes de Neapoli, & Florentinus, vbi ſupra, dicentes, quòd celebratur quidem conceptio naturalis beatæ virginis; non tamen quatenus ſancta, & immaculata concepta eſt; ſed quatenus fuit principium noſtri remedii, fundamentumque propinquum noſtræ ſalutis per Chriſtum citò futuræ: quódque ideò in gratiarum actionem pro tali beneficio prædicta conceptio beatæ virginis celebratur; & nihil amplius.

Sed certè hæc euaſio magis friuola, & erronea eſt: quod patet, tùm primò quia Sixtus. 4. vbi ſupra, dicit quòd Eccleſia Romana non ſolùm de ſpiritua li virginis cõceptione feſtum celebrat, & officium ſpeciale ordinauit &c. ergo vtramque ſimul celebrat conceptionem naturalem ſcilicet, & ſpiritualem, quatenus ſimul concepta eſt immaculata, ut expreſsè canitur in officio prædicto. Tùm ſecundò quia Sixtus. 4. in alia ſupra dicta extrauagant. cùm præexcelſa, dicit, Vt fideles omnes de ipſius immaculatæ virginis mira conceptione gratias, & laudes Deo referant &c. ubi ideò dicitur mira conceptio, quia ab originali præſeruata eſt: naturalis enim cõceptio tãtum mira non eſt: Tùm tertiò quia niſi ſimul ſancta piè crederetur naturalis illa conceptio; non vtique celebraretur in eccleſia: etiam ſi certiſſimè ſtatim ab originali ſanctificanda fuiſſet: & quantumcunque principium fuiſſet noſtræ ſalutis. Quod patet, quia eius, aut Ioannis Baptiſtæ præcurſoris Chriſti natiuitas, niſi ſancta fuiſſet, non eſſet ab eccleſia celebranda, quantumcunque principium fuiſſet propinquius noſtræ ſalutis. Sicut neque de facto Ioannis ipſius conceptio celebratur: quantumcunque mirabilis fuit, & ipſe citò fuit, aut eſſet ab originali ſanctificandus, vt ait Bern. ad canonicos Lugdunen. Et Beatus Illephonſus; & canitur in officio matutinali huius feſti conceptionis, quòd ſcilicet beata virgo, niſi in vtero matris ſanctifica fuiſſet, minimè eius natiuitas colenda eſſet, vt ſupra concluſione quarta etiam dictum eſt: ergo ſimiliter eadem ratione neque eiua conceptio, niſi ſancta fuiſſet, celebranda eſſet. Tùm denique quartò ad prædicta facit expreſsè collecta, quæ in omnibus ferè eccleſiis celebrantibus feſtum conceptionis communiter habetur, ubi dicitur. Cuius ſanctam conceptionem te iubente celebramus in terris: notentur verba Sanctã conceptionem, & te iubentę, quia ſcilicet de hoc ſunt legendæ, ſeu hiſtoriæ & reuelationes, quæ de hac ſupradicta beatæ uirginis conceptione celebranda leguntur.

Quòd ſi quis amplius proteruiens dicat quòd Sixtus quartus in dictis extrauagant. quia erat de ordine noſtro fratrum minorum, indè ſic affectus decernere voluit in noſtrum fauorem.

Reſpond. tùm primò quòd ſimiliter poſſent inualidari omnia eius, & aliorum pontificum geſta decernentia circa fidem, & mores, cultumque diuinum, quod abſit, ſpiritus enim ſanctus in huiuſmodi Papam, vel eccleſiam errare non permitteret. Tùm ſecundò, quia alii pontifices ſucceſſores, etiam de ordine prædicatorum, & aliundè aſſumpti non ſolum non reprobauerunt, ſed etiam approbauerunt ſimul cum tota eccleſia prædictas extrauagantes, & feſti celebrationem. Nam & in concilio Tridentino ſeſſione quinta prædicta decretalis Sixti quarti tandem approbata eſt.

Tertiò principaliter probatur concluſio ſexta, quia Iulius ſecundus inſtituit regulam, & ordinem monialium conceptionis in honorem immaculatæ conceptionis beatæ uirginis: & per totam eccleſiam id iamdiu approbatum eſt.

In cuius regula, primo capit. ſic habetur, Eiuſdem genitricis Dei immaculatam conceptionem venerantes &c. Item capitu. ſecundo: Ego ſoror .N. ob amorem & ſeruitium domini noſtri, & immaculatæ conceptionis eiuſdem genitricis uoueo &c. Item capitul. tertio. Pallium ſit iacinthini coloris propter myſticam ſignificationem quòd ſcilicet glorioſæ uirginis anima à creatione ſua tota ſancta fuit cœleſtia, & ſingularis regis æterni thalamus. Item capitul. quarto. Vt autem diuinum ſeruitium ſemper creſcat, & glorioſæ Virginis piis in cordibus puriſſimæ conceptionis deuotio augeatur &c. ſequitur, Volumus etiam quòd ex quo Fratres minores tàm indeſeſſo ſtudio, & uigilantia puritatis, & innocentiæ Dei genitricis defenſores exiſtunt. hæc omnia ibi ad uerbum.

Item Leo decimus in quadam bulla authentica, quæ habetur in monaſterio conceptionis, & ſancti Ioannis regum Toleti, & etiam refertur in compendio priuilegiorum mendicantium. titu. communicatio priuilegiorum. §. 18. ipſe Leo ſæpè ibidem nominat ſanctam & immaculatam beatæ uirginis conceptionem.

Item Sixtus quartus in extreuagante, cùm pręexcelſa, dicit de ipſius immaculatæ Virginis mira conceptione, ut in ratione pręcedenti allegatum eſt.

Ex quibus omnibus patet intentum concluſionis, quod Papa, & eccleſia non dubitando, ſed aſſerendo, ut uerius, & magis de pietate fidei; quàm oppoſitum cenſet, docet, & in cultu diuino celebrandum eſſe decernit. Et huic rationi, ſicut & præcedenti, & ſequenti ego non video quid poſſit uel apparenter à catholico uiro in oppoſitum reſponderi.

Quartò principaliter probatur concluſio ſexta per miracula, & reuelationes, quæ de immaculata beatę virginis conceptione leguntur in quodam

dam officio matutinali huius feſti : vbi legitur legenda Abbatia Vlſini in Anglia ,& habetur, in flos ſanctorum . Patet etiam de reuelatione beatę Brigidæ , cui legitur reuelatum quòd Maria ſine originali concepta fuit , ut habetur in libro primo capitu. 9. ſuarum reuelationum , & libro ſexto capit. 49. & Sermone angelico de Maria capitu. 20. & latius hæc omnia refert Mariale de Buſtis parte prima ſermone . 9. in eius tertia parte , & in ſuo officio conceptionis ibi ſequente intra octa. in quarta die lection. quinta, & quinta die lection. quarta, & quinta & ſexta die lection. quinta; quod officium approbauit cum indulgentiis Sixtus quartus ibidem , & habetur in compendio priuilegiorum titu. conceptio.

Item ſancta Eccleſia Toletana cum aliis canit in hoc feſto in quadam collecta , Cuius ſanctam conceptionem te iubente celebramus in terris : iuaſio autem Dei quoad hoc non alibi inuenitur , quàm in reuelationibus , & miraculis ſupradictis factis perſonis aliquibus particularibus', vt tandem eccleſiæ notificentur : à qua piè credita , & recepta ſunt, ut dictum eſt . Nunc autem vel unum uerum miraculum , vel reuelatio diuina non poteſt eſſe ſignum , aut teſtimonium falſitatis , ut ſupponitur à Chriſtiano: ergo ſicut hæc piè leguntur,& creduntur ab eccleſia, ità & piè tenetur quod per ea Deus de immaculata Virginis conceptione teſtificatus eſt , ut ait ſupradicta concluſio ſexta.

Euaſio. Ad hoc reſpondet Caietanus ubi ſupra , & Florentinus prima parte Summ. titu. 8. capit. ſecundo quòd hæc non ſunt , vt authentica recepta per eccleſiam; immò quòd iſtæ nouæ prophetiæ , ſeu reuelationes , nouaque miracula contra tot Sanctorum , doctorumque antiquorum doctrinam , potius ſunt phantaſiæ , aut figmenta pro muliercularum deuotiunculis inflammandis: neque ſunt digna ut inter ſapientes memorentur . Sed neque ab his Pontifex ſummus moueri debet ad hoc , uel illud determinandum , aut decernendum contra ordinariam uiam ſacræ ſcripturæ , quia prima Corinth. 14. Miracula non fidelibus , ſed infidelibus data ſunt . Et quia Galat. primo. Si angelus de cœlo aliud dogmatizauerit anathema ſit . Immò & dicunt quòd oppoſitum eſt reuelatum Sanctæ Catherinę de Senis , & ſi alicui eſſet credendum , potius credendum eſt Sanctę Catherinę; quia canonizata eſt tempore indubitati Papæ , ut alii Sancti . Sancta Brigida verò canonizata eſt tempore ſchiſmatis in concilio Conſtantienſi à Bonifacio . 9. in ſua obedientia , quo tempore nullus erat certus Papa , & indubitatus . Hęc ille.

Replica. Sed certè hęc euaſio non ualet,& temeraria eſt, & ſpeciem impietatis habet. Tùm primò, quia non omnia incerta ſunt omninò reiicienda : alioqui nil eſſet probabiliter , aut de fidei pietate credendum. cùm tamen prima Theſſalon. quinto dicatur, Prophetias nolite ſpernere, omnia probate,& quod bonum eſt tenete . Nam & Chriſtus diſcipulos corripuit Mar. ultim. quia non crediderunt mulieribus ſanctis , quę primę uiderant eum reſurrexiſſe : ut ſic nos inſtrueret quòd etiam ſanctarum fœminarum ſunt etiam cœleſtes reuelationes. Nam & act. 21. Philippi filias legimus prophetantes. Et Ioel ſecundo,& Act. ſecundo habetur. Prophetabunt filii, & filię ueſtrę. Quare ſeruandus eſt modus ut nec irreligioſè , aut temerè deſpiciamus quę neſcimus : nec nouis reuelationibus leuiter . fidem habeamus . Nam uerus amator ueritatis,& prudenter ſe habẽs, non diutius , aut ſaltem non pernicioſè decipitur ; neque Deus id permittet , ſi purus fuerit ueritatis amator , nec ullo teneatur carnis affectu : & tunc aptus erit probare ſpiritus, ſi ex Deo ſint. Ideò cautius, atque prudentius ſanctus Bonauentura cùm ei opponerentur reuelationes olim de immaculata uirginis conceptione , quando res hęc nondum erat per eccleſiam, ut nunc, approbata: ità reſpondit in tertio diſtinct. tertia . Non audeo reprehendere ſolennitatem conceptionis; quia, vt quidam dicũt, non cepit humana inuentione, ſed diuina reuelatione celebrari. Quod ſi verum eſt, ſine dubio bonum eſt eam ſolennizare ; Sed quia hoc authenticum nõ eſt, non compellimur credere: quia etiam contra rectam fidem non eſt, non compellimur negare. Hęc ille. Quantò ergo magis prędictę reuelationes , & miracula nunc piè credenda ſunt : quando eccleſia Romana cũ aliis particularibus eccleſiis uenerabiliter ea tàm in officio diuino, quàm extra piè legẽda, atque credenda ſuſcipiunt, ſicut & alia miracula, legendaſque ſanctorum,& reuelationes eorum , maximè quia reuelationes Sanctę Brigidę iam probatę ſunt , & commendatę in concilio Conſtantienſis & ab Vrbano. 6. & Martino. 5. ut habetur in earum prologo edito per cardinalem Turrecremata cap. primo , & tandem ab eccleſia prędicto modo ſuſcepta ſunt?

Secundò temeritas , & impietas ſupradicta indè liquet, quòd non eſt credibile tot omnia ſimul miracula , & reuelationes ſuper hoc eſſe phantaſtica, atque ficticia. Nam ſimiliter refelleremus omnes hiſtorias , & miracula ſanctorum, quę in eccleſia piè credenda leguntur : quod certè impium eſſet , ut in cenſuris Pariſienſi. contra Eraſmum , & aliorum eiuſmodi errores titul. ſeptimo habetur hoc modo, Error dicit , quòd ſanctorum hiſtorię , & ſimiles narrationes non ſunt magnificandę : neque ea , quę de miraculis eorum ſcripta ſunt : ſed cenſura dicit , quòd licet non omnia , quę de ſanctis leguntur , pari gradu certitudinis amplectenda ſint : ipſa tamen propoſitio quoad eius primam partem pias aures offendit : & ad irreuerentiam in ſanctos , & contemptum eccleſiaſtici officii prouocat, Vuicleffviſtarum inſanię cõformis . Et ſi quid in officiis diuinis minus dignum

Chriſtia-

Chriſtiana pietate compertum fuerit:non quorum uis, ſed illorũ tantũ auctoritate id corrigendũ eſt, ad quos potiſsimum ſpectat. Secunda uerò pars ex Porphyriano trahitur errore. Hæc ibi. Igitur niſi Caietanus probet ſufficienter falſa eſſe miracula, & reuelationes has, certè vt vera non quidem de neceſſitate, ſed de pietate fidei, vel vt probabiliora, quàm oppoſitum, amplectenda ſunt; ſicut & eccleſia ſic ſuſcipit, & legenda, & credenda proponit. Nam & hic eſt unus gradus veritatis catholicæ piè tantum credendæ, ut latius ſecundum Gerſon paulò inferius habetur.

Quod autem tertiò, vbi ſupra ait Caietanus potius ſtandum eſſe reuelatione ſanctæ Catherinæ de Senis, vbi & canonizationem Sanctæ Brigidæ vertit in dubium; certè, ſi hoc eſſet verum, multa acta illius concilii Conſtantien. quæ totus orbis ſuſcipit, & veneratur, vertereutur in dubium: Et quidem canonizatio Sanctæ Brigidæ non ſolum à toto orbe ſuſcepta eſt: verum etiam à Martino quinto, qui in dicto concilio tandem legitimus Papa electus, & habitus eſt, fuit ſpecialiter approbata; ità vt indignationem Dei, & Apoſtolorum eius incurrat qui talem decreti ſententiam conaretur infringere.

Et quod ibidẽ dicit Caietanus quòd ſancta Catharina oppoſitum habuit in reuelatione; certè nullibi hoc inuenitur, cui fides aliqua debeatur; neque de hoc vllam mentionem faciunt Raymundus, Stephanus Carthuſien. & Frater Thomas Senenſis, qui vitam, & reuelationes illius Sanctæ viderunt, & ſcripſerunt: Sed neque ipſa Sancta hoc vnquam conteſtata eſt: niſi quòd in vna orationum ſuarum, in eius calce non tanquam ex reuelatione accipiens, ſed ut ipſa loquens ad Deum, eam opinionem probat. Quod quidem dictum, vt ait Ambroſius Catharinus ubi ſupra contra Caietanum, potius uidetur appoſitum per aliquem zelatorem, aut contentioſum oppoſitæ opinionis deſenſorem, ut haberet etiam quod ſub nomine reuelationis reuelationi beatæ Brigidæ opponeret. Vel fortè id ipſa orans de ſuo ſpiritu, ut à ſuis erat edocta, pronunciauit, id quod etiam prophetis ſæpius accidit, vt communiter omnes dicunt doctores. Nam & ratio, quæ ibi ſubnectitur, facilè indicat emblema; quæ non poteſt ex reuelatione deſcendere. Et quidem, ſi uirgo illa id habuiſſet in reuelationibus, non fuiſſet omiſſum ab iis, qui omnem eius vitam, uel ſuſpirium eius minimum collegerunt. Dominus autem Florentinus in ſuo hiſtoriali, dùm eius uitam perſtringit, nil eius rei meminit: niſi quòd in uita Sãctæ Brigidę id, quod ferebatur à fratribus ſuis dominicanis, de beata Catherina oppoſuit contra illa reuelationẽ Sanctæ Brigidæ: nihil tamen producens certum, niſi rumorem quorundam, qui, ut dictum eſt, id confinxerunt. Igitur potius eſt ſtandum reuelationi Sanctæ Brigidæ per Papam, & eccleſiam piè approbatæ, & authenticæ, ut dictum eſt.

Inſuper ait quartò Caietanus ubi ſupra in proœmio præfati quodlibeti de conceptione, quòd niſi coram ipſa eccleſia Romana euidenter fieret uerũ, indubitatumque, non mirum, ſed miraculum expreſsè ad teſtificandam ueritatem immaculatę conceptionis beatæ Virginis: aut niſi fieret certa reuelatio, nõ deberet Papa ex hac uia determinare hãc, ſeu aliam fidei ambiguitatem. Et ratio eius eſt; quia iam habemus à Deo uiam certam ordinariã decretorum fidei, puta ſacram ſcripturam: adeò ut ſi angelus de cœlo oppoſitum huius diceret, non eſſet ei credendum, ut Galat. 1. habetur. Hæc ille. Sed certè (ut ubi ſupra ait Ambroſius Catharinus) falſa, & periculoſa ſunt hæc. Nam quæro unde habet ipſe Caietanus quòd oportet euidenter in facie eccleſiæ miracula, aut reuelationes fieri, ut ſic poſſit Papa determinare rem fidei? Certè nullibi id habetur; ſufficit enim particulare miraculum, uel reuelatio ei legitimè conſtans. Nam pius Papa paſchæ celebrationem die dominico ab omnibus obſeruari inſtituit, quia Hermes doctor fidei, & ſcripturarum, ità ſe admonitum fuiſſe ab angelo in habitu paſtoris ſibi apparente teſtatus eſt, ut habetur de conſecration. diſtinct. tertia ca. noſſe uos. quod & Victor ſucceſſor eius in ca. ſequent. ibidem eadem de cauſa confirmauit. Nam ſpiritus ſanctus ſuam gubernans, & docens eccleſiam omnem ueritatẽ, arcanis inſpirationibus inſtituit corda pontificum in rebus fidei, & morum, decernendis, & cultu Sanctorum: ut etiam ipſi interdum ignorẽt quid agat, aut quò tendat ſpiritus, ut ait. B. Hieron. in prologo ſuper euãgelia, qui incipit, Plures fuiſſe &c. ubi ſic dicit, Eccleſia autem, quę domini uoce ſupra petrã fundata eſt, quam introduxit rex in cubiculum ſuũ, & ad quam per foramen deſcenſionis occultę miſit manum ſuam &c. Et ratio Caietani ſupra poſita nihil ualet. Nam uia ordinaria ſacrę ſcripturę ſępè non ſufficit ad omnem ueritatem fidei, & morum ſemper habendam, ut patet: quòd ſi ſufficit, quare ipſi Caietano, immò neque eccleſię de hac ueritate, in qua tot ſunt opiniones, non conſtat? quòd ſi dixerit hoc ſibi conſtare: unde hoc probat? Item uia ordinaria non excludit ſpeciales alias uias ſpiritus ſancti, quibus Deus ipſe ſuam regit eccleſiam, quomodo oportet. Adde quòd in caſibus dubiis, & neceſſariis fidem, & moribus tangentibus ſpecialis, & occulta aſsiſtentia ſpiritus ſancti illuminantis eccleſiam pontificibus ſummis facientibus quod in ſe eſt, certè non extraordinaria, ſed ordinaria uia à Deo promiſſa dicenda eſt. Et quanuis particulares homines per reuelationes, & miracula falſa decipi poſſint, ſicut & per prauam ſcripturarum intelligentiam: non tamen eccleſia, neque Papa faciens quod in ſe eſt, ut ſciat, & à Deo illuminetur de opportuna ueritate ad ſalutem: Deus enim id non permittet, qui ſpiritum ſanctum ſuum promiſit eccleſię, qui doceret illam omnem ueritatem.

Illud autem Galat. primo Si angelus de cœlo &c. nil facit ad rem: ibi enim loquitur Paulus.

de doctrina fidei iam cognita, & per eccleſiam nobis decreta, & tradita, vt catholica. Nam contra veritatem ſimul à Deo reuelatam eccleſiæ, vel per eccleſiam diffinitam, non eſt admittenda etiam angelica reuelatio contraria: quia illuſoria, & demoniaca cenſenda eſt, niſi de alia reuelatione diuina, aut de uero miraculo in oppoſitum contra legem communem conſtet ſufficienter, ut Abrahæ contigit Gene. 22. quando Deus illi præcepit filium immolare: de quo latius alibi. Nunc autem in propoſito noſtro tenendo beatam virginem ex priuilegio conceptam ſine peccato originali non ſolum non tenemus oppoſitum fidei, aut eccleſiæ determinationi, vt patet ex ſupradictis in 3. concluſion. quod & ingenuè confitetur Caietanus vbi ſupra, & in 3. part. quæſt. 27. art, 2. prima ſecundæ. q. 81. art. 3. ſed vt conforme magis fidei, & de pietate eius probabilius aſſerimus, quouſque per eccleſiam determinetur.

Illud autem prima Corinth. 14. Signa data ſunt non fidelibus, ſed infidelibus, non intelligitur quòd in eccleſia non ſint miracula ad vtilitatem, & fidelium confirmationem, & conſolationem, Nam miracula computantur inter dona ſpiritus Sancti prima Corinth. 12. Sicut enim veritas euangelica in articulis principalibus in principio per miracula cõfirmata eſt; ità etiam quæ ex ipſis articulis pendẽt, ſi opus ſit ea determinare, & ad pacandum imperitam multitudinem, & doctos ſimiliter dubitantes, & probabiliter diſputantes, non eſt incongruum à ſignis eorum etiam veritatẽ accipere: vt poſt acceptum Spiritum Sanctum legitur Act. 10. quòd Petrus per miraculoſam lintei de cœlo miſsionem, ueritatis de receptione gentium, & de ceſſatione legalium cognitionem accepit: quod poſtea in concilio ſeniorum Act. 15. receptum fuit. Et Act. 4. legimus quòd ob incredulitatem multorum in primitiua eccleſia ſancti orauerunt, vt Deus extenderet manus ſuas ad ſigna, & prodigia; & impetrauerunt. Sic igitur ſigna data ſunt non fidelibus, ſed infidelibus, circa ea uidelicet, quæ iam fide conſtant: fidelis nanque non indiget iam ſignis informari, vt credat; ſed infidelibus, id eſt non credentibus dantur ſigna; qualis ſunt etiam ij, qui aliquid nondum ex fide receperunt; ſicut accidit multis in hoc articulo, quanuis nulla hæreſis nota maculentur, ſi id non credant: propter quos non eſſet inconueniens, ſi Deus faceret miracula, ſicut & legitur ſæpè feciſſe, vt credant.

Et nota quintò quòd vbi ſupra ait Caietanus ꝙ miracula, quæ ab eccleſia ſuſcipiuntur in canonizatione ſanctorum, humano teſtimonio innitũtur, eorum ſcilicet qui ſuper ea teſtificantur: quòdque ideò non omninò certa ſunt ad fidem infallibilem de ſanctitate alicuius canonizati habendam: quanuis ſufficiant ad fidem humanam fallibilem de eo. Vnde & ſecunda Petr. primo. Beatus Petrus cœleſtis vocis miraculosè à ſe auditæ proprio teſtimonio tanquam humano vtens ſubiunxit. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem: non enim uoluntate humana allata eſt prophetia &c. Ex quo, inquit, patet quòd diuino teſtimonio, non humano, neque miraculis certitudo haberi debet in decernendo iudicialiter rem fidei. Hæc Caietanus. Sed vt optimè Ambroſius Catharinus contra illum vbi ſupra diſſerit, in canonizatione ſanctorum miracula quæruntur per hominum teſtimonia fide digna, vt ſic Papa faciat quod in ſe eſt ad inquirendam eius, qui canonizandus eſt, ſanctitatem: ne videatur tentare Deum: & Deus tũc inuiſibiliter aſsiſtit ſupplens quod deeſt viribus humanis, ne erret determinando ea, quæ ad fidem pertinet, nec in canonizatione ſanctorum, in qua eſt profeſsio fidei, ut latius alibi ipſe Catharinus, probat. Vnde canonizationis ſententia non ferri ſolet ſuper miraculis ipſis, ut videlicet quæcunque afferuntur uera ſint; ſed ſententia fertur ſuper hominis ſanctitate, quã omnes recipere, & credere debemus. Ideò non eſt neceſſe quòd omnia miracula, quæ in teſtimonium ſanctitatis cuiuſcunque allata ſunt, recipiantur, ut omninò ex fide credenda: niſi etiam ſuper illis ſimilis ſententia pronuncietur.

Illud autem. 2. Ti. 1. Habemus firmiorẽ propheticum ſermonem &c. Si Caietanus intendat, vt dicere videtur, ꝙ tale teſtimonium Petri nõ ſit certũ diuina certitudine, ſed more humano, erroneũ eſt. Nam iam ſequeretur quòd ex fide illud credere nõ tenemur, quod eſt falſiſſimum, cùm ſit in ſacra ſcriptura canonica. Si dicat quòd non ſit recipiendum tanquam verbum diuinum, quatenus à Petro ſcriptũ eſt; hoc non ſtat: quia hæc eſt ſacra ſcriptura ab Apoſtolo ſcripta, & approbata etiam per eccleſiã: Sicut & euangelium Ioannis, et Matthæi. Dicamus igitur cum Catharino vbi ſupra quòd vt aliqua ſit ſacra ſcriptura canonica, & irrefragabilis auctoritatis, duo requiruntur: vnum quod contineat veritatem, alterum quod & præcipuum eſt, ꝙ dñs velit illam ſcripturam fide recipi ab vnoquoq;, qui profitetur ſe membrum eccleſiæ: quod tunc fit, quando ab eccleſia, ſeu à Papa canonizata eſt: quod plerunque non ſtatim facit, vt ſcripta eſt: Quia prius vult Dei prouidentia talem ſcripturã diffamari, & quaſi tacito quodam conſenſu à uiris Dei probari, donec vltimam ab eccleſia, uel ſcripto, uel cõſuetudine recipiat probationẽ, & iuſſum, ab oĩbus ſuauiter recipiatur. Et ità de hac ſcriptura beati Petri cenſendum eſt. Nã antequam eã probaret eccleſia, vt ipſe de Cathedra docẽs, ac ut paſtor eccleſiæ iuberet, ac declararet pro canonica recipi debere: quanuis uerisſima eſſet, & à ſpiritu ſancto: non tñ erat eiuſdem firmitatis quoad nos, & præcipuè quoad illos iudęos, quibus Petrus loquebatũ, ut ibi ait gloſſa, ad faciendam fidem, cuius eſt nunc, & cuius erant antiquæ ſcripturæ propheticæ, quas ibi allegat Petrus. Neque beatus Petrus ſtatim, ut hanc epiſtolam ſcripſit, canonizauit, ut ſeruaret modeſtiam & infirmis in fide ſuccurreret, qui indigent ut veritas fidei etiam humano quodã modo habeat prius

argu-

argumenta ueritatis, inter quę eſt aliqua temporis diururnitas. Sic enim de epiſtola Iudæ Hieronymus ſcripſit, ꝙ auctoritatem netutaſte, & uſu meruit, ut tandem inter canonicas ſcripturas computetur. Nam quadam Dei prudentia fit ut ueritas vires ſuas in dies accipiat. Alii autem concedunt quidem cum Syluestro. titu. dominica. queſtio prima. §. 5. ſupra dicta miranda uera eſſe: ſed dicunt non eſſe mirum, ſi ex fide ſimplicinm uehementi ad eam, & eorum diuotionem magis inflāmandū illa ſigna euenerint: non autem ad confirmationem ueritatis huius. Et adducunt ſimile de illo latrone, qui credebatur martyr, ad cuius ſepulchrum concurrentes infirmi ſanabantnr, ut legitur in hiſtoria ſancti Martini, ſic dicunt in propoſito. Sed nec hoc quicquam ualet, Nam nō legitur in vera hiſtoria ſancti Martini aliquid de miraculis ſanitatū, neq; de aliis miraculis illius latronis. Si enim fuiſſent uera miracula, profectò atteſtata fuiſſent eius ſanctitati. Neque Auguſtinus, neque alius doctor ſanctus ait, quòd multa corpora ſanctorum canonizatorum, ſed quòd multa corpora ſanctorū venerantur in terris, quorum animę ardent in inferno, quia uidelicet non ſunt ſancti canonizati per eccleſiam, ſed ab imprudente hominum credulitate, uel deuotione, ut ſancti neneran tur particulariter in terris, uidelicet in aliquibus locis, uel prouinciis ſine auctoritate apoſtolica. Sed neque ille per eccleſiam canonizatus, ſicut in propoſito ſolennitas conceptionis immaculatę per eccleſiam, ut de pietate fidci recipienda, canonizata eſt: quanuis permittat impunè oppoſitum teneri. Et uera miracula piè creduntur facta in atteſtationem eius: & ità quanuis ſimul ex deuotione; aut propter deuotionem fidelium inflammādam facta ſint: piè probant, & immaculatę conceptioni beatæ Virginis piè atteſtantur, ut dictū eſt. Igitur ſupradicta pia credulitas per reuelationes, & miracula pręfata ad ultimum ſpectat gradum ueritatum catholicarum, ſicut & pia credulitas de ueritate legendarum, viſionum, & reuelationū, & miraculorū deuotarū perſonarū ſanctarū, quæ aſſerit, & ſuſcepit eccleſia, & legi permittit, non ut de neceſsitate fidei, ſed ut probabiliora, & magis ad fidei pietatem, & Dei honorem, deuotionemq; nutriendam pertinentia: dùm in talibus nil falſi certò deprehenditur. Quę pia credulitas, & æſtimatio cadit non ſuper ueritate, nel falſitate, uel dubio, ſed ſolum ſuper apparētia, & probabilitate eorum maiori, vel minori, ſecundum quod magis, vel minus, habent de tali probabilitate, & eccleſię auctoritate. Et hoc nō eſt periculoſum, uel falſum, q̄a conſtat de apparentia, & probabilitate, dùm ueritas, uel falſitas ignoratur, ſicnt ſtat quodlibet contradictorium eſſe probabile, & unum ſtat cum altero non quidem in ueritate, ſed in apparentia, & probabilitate. Et ita diuerſis reſpectibus utrunq; contradictorium per ſe credi poteſt cum fidei pietate: dummodò (ut ſupradictū eſt) abſit animi pertinacia, ut de his latè Gerſon alpha. 14. g. l.

Quintò principaliter probatur eadem concluſio ſexta auctoritate Beati Andreæ Apoſtoli, in cuius legenda ualdè authentica, quę in tota eccleſia univerſali in officio diuino legitur in ſuo facto ſic illum Egeæ pręſidi dixiſſe continentur. Iuſtam reſtaurationem animarum per crucis myſteriū pandam. Primus enim homo per lignum pręuaricationis mortem induxit, & neceſſarium hoc erat gn̄i humano, ut ꝑ lignū paſsionis mors, quę ingreſſa fuerat, pelleretur. Et quoniam de immaculata terra factus fuerat primus homo, neceſſariò de immaculata uirgine natus eſt Chriſtus perfectus homo, ut hominem repararet &c. quæ auctoritas in officio ſpeciali per eccleſiam approbato in feſto conceptionis ſub nomine Dominici, modò is fuerit inclytus ille pater ordinis prædicatorū, modò alius magnę ſanctitatis, & ſcientię monachus, ut alii antumant, ſic habetur. Sicut primus homo fuit ex terra uirgine, & nunquā maledicta formatus, ita decuit in ſecundo Adam fieri. Ex quibus ſimul iunctis habetur quòd beata Virgo fuit terra ſemper immaculata quoad culpam omnem actualem, & eadem ratione originalem: quòdque ſemper fuit terra virginea corpore, & anima, & nunquam maledicta maledictione ullius libidinis, aut fomitis, actu, uel impulſu: quę maledictio pœnalis fœditatis ex originali peccato in omnibus cōtracta eſt, excepta Virgine benedicta, quæ ſecundum Originem neqne ſerpentis perſuaſione decepta (ſcilicet per peccatum actuale) neque eius venenoſis afflatibus eſt infecta (ſcilicet per originale; & per fomitis actum, aut libidinem naturaliter inde cōſequentem) Et ſecundum pſal. 84. Benedixiſti domine terram tuā (ſcilicet benedictione gratiæ animę concreatę) auertiſti captiuitatem Iacob ſcilicet præſeruando à triplici captiuitate, & maledictione prædicta: auertere enim eſt pręuenire ne tangatur ab ea. Igitur non ſolum perfectā Mariæ virginitatem corporalem, ſed & mundiciā eius, ſeu puritatē pręfatam B. Andreas intendebat exponere ad honorē ſecūdi Adę, videlicet Chriſti filii eius, perfectāq; congruentiā terræ, unde uterque Adam formatus erat, quod inde patet, quia ad hoc propoſitū Dominicus pręfatus, & tandē eccleſia, ī officio huius feſti ꝑdicta uerba applicauerūt.

Sextò principaliter eadē 6. concl. probatur à poſteriori, ſeu à ſigno, uel effectu, qnia Maria nullum peccatū habuit actuale in tota uita ſua, ergo neque originale in ſua cōceptione. Añs patet ex 1. concl. ſuprapoſita, & conſeqnentia probatur dupliciter Primò quia eam facit Auguſtinus libro 5. contra Iulianum cap. 9. prope finem in ſimili materia de Chriſto ſic dicens in ſententia. Si Chriſtus minor exiſtens originale peccatum habuiſſet, profectò grādioris ætatis acceſſu actuali nō caruiſſet. Quam conſequentiam omnes doctores antiqui, etiam hæretici, ipſe etiam Iulianus, contra quem Auguſtinus ibidem diſputat, generaliter de omni-

Hh 3 bus

5. ratio.

6. ratio.

bus,tenent pro indubitata,videlicet quòd qui contraxit origiuale non euaſit actuale, niſi ex ſpeciali priuilegio: Quod & Origines ſuper id Lu.2.Et tuā ipſius animam pertranſibit gladius; & Ambroſius ſuper id Lu.1.Quod naſcetur ex te ſanctum,expreſ sè confitentur, id uidelicet eſſe regulare ſtante lege. Cuius conſequentię vim perſentiens Gregorius Arimi.in 2.diſtin.30.q.2.peccatum actuale in beata virgine impiè conceſſit, vel amiſit, ne ab ea negaret originale.

Ratio. 2. Secundò probatur eadem conſequentia,quia vbi eſt maior ſanctificatio,ſeu immunitas ab actuali in vita,ibi arguitur fuiſſe maior ſanctificatio, ſeu immunitas ab originali: ergo vbi totalis ab actuali, ibi & totalis ab originali, quæ eius præſeruatio eſt. Conſequentia patet:quia ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ità etiam magis ad magis, & ſicut pars ad partem,ſic totum ad totum. Et antecedens probatur ſecũdum Bern.in exempla ad canonicos Lugdunen.& communiter doctores dicẽtes, quòd ideò ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ dicitur maior, & multò ante eius natiuitatem quam Hieremiæ; quia Baptiſta fuit immunis nõ ſolum ab omni mortali,vt Hieremias; ſed & à frequentia venialium;imò & ſecundum aliquos ab omni peccato veniali: ſed hoc vltimum non tenetur communiter à doctoribus,neque placet mihi: tùm quia 1.Ioan.1.Si dixerimus quòd peccata non habemus &c.tùm etiam, quia hoc priuilegium totalis immunitatis ab omni actuali peccato, ſicut & ab originali ſoli beatæ virgini creditur conceſſum ex ſpeciali gratia Chriſti. Hieremias autem fuit immunis ab omni mortali, ſed non à frequentia venialium.Indè ergo maior arguitur ſanctificatio Ioannis, quam Hieremiæ. Igitur ſimiliter ad propoſitum de beata uirgine dicendum eſt.

Replica. Ad hanc probationem poteſt dupliciter reſponderi. Primò ſecundum Capreolum negando conſequentiam;& ad eius primam probationem ex Auguſtino, & aliis reſpondet,quòd non dicit Auguſtinus Chriſtus iam grandeuus actuali non caruiſſet; ſed peccato non caruiſſet,id eſt fomite non caruiſſet.

Ratio. Sed certè talis gloſſa eſt contra textum, & contextum, & ſenſum Auguſtini, quem ibi prætendit contra Iulianum, vt patet ex præcedentibus, & ſequentibus ibidem. Ideò Gregorius Arimi.vbi ſupra,confitetur argumentum vigere.

Ideò ſecundo modo poteſt reſponderi negando conſequentiam, & ad eius probationes dicatur, q̃ ità eſt regulariter ſtante lege, vt dicit Auguſtinus cum aliis doctoribus, quòd ſcilicet qui contrahit originale etiam aliquando peccat actualiter, & ècõ uerſo.Secus autẽ ex ſpeciali priuilegio gratiæ, quo quiſpiam contrahens originale in conceptione, & natiuitate poteſt per ſpecialem,& abundãtem gratiam, ſeu donum cœleſte ab omni actuali præſeruari,vt hoc expreſsè dicit Auguſtinus, vbi ſupra, & in lib.de natura & gratia, dicens q̃ qui dicunt eſſe poſſe hominem in hac vita ſine peccato,non eſt eis cõtinuò incauta temeritate reſiſtendum; alioqui & hominis arbitrio,& Dei gratiæ, & miſericordiæ,q̃ hoc adiuuando efficit,derogabimus. Idem alibi ad Marcellum de baptiſmo paruulorũ ait. Piè & Chriſtianè dubitare poteſt vtrum aliqui tanta gratia pręditi fuerint, ut omnis à peccatis fuerint immunes: ſed ſi hoc fuit, non per naturam, ſed per gratiam Chriſti fuit. Idem in libr.de perfecta iuſtitia dicit. Scio catholicos viros tenere poſſe eſſe hominem in hac vita ſine peccato per gratiam, & adiutorium Dei:neque audeo illos reprehendere. Immò & Angeſt. in morali cap.15. dicit quòd licet id de facto non accidat:nõ tamen repugnat legi,quòd ſcilicet abſque extraordinario auxilio diuino aliquis utens ratione valdè diu immunem ſe ab omni peccato præſeruaret,quantocunque tempore omnia collectiuè,ſeu ſimul peccata vitando:quorum vnũquodque ſeorſum caueri poteſt.Hæc ille. Quod quidem dictum ſi intelligatur quòd id abſolutè nõ repugnat ex natura ſua;benè quidem: Si autem quòd nõ repugnat moraliter loquendo, vel ſtante communi curſu,& corruptione naturæ; certè id non videtur uerum: nam ſolum per ſpecialem gratiam id cõcedit Auguſtinus,& cõiter doctores fieri poſſe.Sic igitur dici poteſt ab aduerſariis ex ſpeciali gratiæ priuilegio Mariam ab actualibus omnibus, non tamen ab originali,præſeruatam eſſe. Ideò prædicta ratio.6. non apertè probat intentum.

Septimò principaliter eadem. 6.concluſio probatur auctoritate Auguſtini lib.de natura & gratia c.14.dicentis. Cùm de peccatis agitur nullam prorſus volo q̃ſtionem facere de Maria propter honorem Domini.Iam enim ſcimus quòd plus ei gratiæ collatum ſit ad vincendum ex omni parte peccatum; quia concipere,& parere meruit illum,quẽ conſtat nullum habuiſſe peccatũ. &c. Vbi nota q̃ Auguſtinus non ſolum ibi loquitur de actuali,ſed & pręcipuè de originali peccato,de quo pręcipua eius cum Pelagio erat diſputatio: & occaſione originalis interim ibi ẽt agit de actuali, omnes homines in vtroque peccato cõcludẽs, pręter Mariã ex ſpeciali gratia:id pp honorẽ Chriſti, vt patet ex ipſa litera, & intẽtione Auguſtini:cùm pro rõne ſubdat, quia cõcipere, & parere meruit &c.Si namq; à Maria ideò excludit peccatũ actuale pp honorẽ Dñi, quia peperit Chriſtũ, qui actuali caruit peccato, & ipſum omninò abſtulit:ergo ſimiliter excludendũ eſt originale ab ea:quia peperit, concepitq; Chriſtũ, qui originali peccato carens,ẽt ipſum originale deſtruxit:Alioquin ratio Auguſtini non ualeret, ut patet. Vnde ait, Scimus.ſ.certò non opinando, nec in q̃õnem uertendo;ac proindè nullam quęſtionem(ait) uolo facere de Maria: quia certò ſcimus communiter omnes quòd plus gratiæ ei collatum ſit. 7 ratio.

Neque uerum eſt quod Gregorius Arim.in ſecũda diſtinct.30.quęſtio.2.ait Auguſtinum loqui de actuali peccato duntaxat: ex eo quòd contra originale non eſt pugna,& uictoria, ad quã dicit Aug.

gratiam

gratiam Mariæ eſſe collatam. Hæc inquam non ualet. Nã potiſsimè contra originale non in ſe, ſed in ſuis effectibus, ſiue reliquiis in nobis manentibus eſt pugna: puta contra carnis impulſus, concupiſcẽtias, & huiuſmodi, quæ peccata dicuntur Roma. 7. & alibi, & ab Auguſtino, & pſal. 50. Ecce iniquitatibus conceptus ſum &c. quas reliquias culpabiles concupiſcentię, & fomitis, Maria non habuit, vt infra q. 45. plenius agitur. Item Hierony. ſuper pſal. 77. ibi, Et deduxit eos in nube diei &c. dicit Mariam nunquã fuiſſe in tenebris peccati, ſed ſemper in luce gratię. Item Anſelmus de conceptu virginali cap. 15. ait. Decuit uirginem ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi, ut ſupra in prima ratione declaratur. Et quamuis aliqui dicãt quod dubitatur de illo tractatu, an ſit Anſelmi: & dato quòd ſit ſuus, intelligitur, ut ipſe ſubſequenter ſe explicat, ut ſcilicet cõceptus Chriſti eſſet puriſsimus: ità uidelicet quòd pro quo tempore virgo beata conceptura erat filium Dei erat puriſsima à fomite, & aliis huiuſmodi, & Magiſter, & Damaſcenus in tertio ſententiarum gloſſant illud Luc. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te; &c. tamen quia in dicto tractatu, & de exordio mundanę ſalutis expreſsè ſentit cum præfata 6. concluſione, & in officio diuino huius feſti per Eccleſiam approbato ad hoc propoſitum allegatur, ideò ualdè facit ad rem. Item Hylarius. O Maria, quæ omnes ſanctos ſuperas pietate, & omnes angelos puritate, ſcilicet ab omni peccato, ſine exceptione extenſiuè, & intenſiuè: alioqui non eos excederet in gratiæ puritate, ut ipſorum regina ut ſupra in prima ratione latius habetur.

Item ad hunc ſenſum, atque propoſitum canit eccleſia in hoc feſto id cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula originalis non eſt in te. Itẽ ad idem faciunt omnes auctoritates ſanctorum, quas in eodẽ officio, Sicut lilium inter ſpinas &c. cantat, & approbat eccleſia Rom. cuius applicationem, & approbationem reprobare, uel de mendacio redarguere nefas eſt.

Octa. Octauo tandem eadem ſexta concluſio probatur, quia omnes ferè doctores ſcholaſtici moderni à tempore doctoris ſubtilis Scoti, & deinceps, exceptis doctoribus de ordine prędicatorum, & aliis paucis in tertio ſententiarum diſtin. 3. hoc idem tenent. & Gerſon in alphab. 15. q. r. ſ. & ſuper Magnificat, & in ſermone conceptionis: Et Abulen. paradoxa. 1. cap. 31. & Marſilius in ſecundo. q. 20. latius. & Argentina in 2. diſtin. 30. & in 3. diſtin. 3. Et tandem Ambroſius Catharinus de ordine prædicatorum in tractatu de conceptione, & alibi etiã contra Caieta. lib. 4. & innumeri alii. Item omnes ferè uniuerſitates eccleſiæ latinæ idem tenent, nec admittunt diſputationes ſuper hoc, tanquam ſuper re non uertenda in dubium propter ſcandalum de oppoſita opinione, & præcipuè uniuerſitas Pariſien. id conſtantiſsimè tenet, & iurat, facitque iurare omnes doctoratus gradu initiandos ſe defenſuros vbique, non ut opinionem, ſed ut ſententiam potius fidei, uel ut de pietate fidei ueram tuendã, vt dictum eſt. Neque unquam dicta uniuerſitas Pariſien. oppoſitum decreuit: licet aliqui dicant ꝙ Albertus Magnus refert concluſum fuiſſe in Pariſienſi Gymnaſio erroneum eſſe Mariam eſſe ſanctificatam ante animationem, quia contraxit originale. Sed certè hæc ultima uerba, ſcilicet quia cõtraxit originale non dicit Albertus, ſed illi addunt de ſuo: & nos etiam dicimus erroneum eſſe dicere Mariam eſſe propriè ſanctificatam ante animationem: ſed piè credimus eam in ipſa ſui animatione ſanctam, & ex ſpeciali priuilegio ab originali præſeruatam, ut dictum eſt.

Ad idem etiã ualdè facit totius ferè populi Chriſtiani, & eccleſię Romanæ uehemens deuotio quotidie magis creſcens ad honorem huius feſti immaculatæ conceptionis. Nam talis deuotio eſt ſignum probabiliſsimum diuinæ reuelationis, ſeu inſpirationis, dùm ex ea populus Chriſtianus magis inflammatur ad cultum diuinum eum conſcientię puritate per pœnitentiam, & per ſuſceptionem ſacramentorum, & per alia pia opera proſequendum in honorẽ immaculatę conceptionis: nihilque mundanum, aut proprię affectionis in tali cultu, & deuotione, niſi diuinus honor, & matris eius prętẽditur. Quod patet: tùm primò quia ſicut commune intentum naturæ in naturalibus, communiſque hominum, & maximè prudentum, atque bonorum conſenſus in moralibus, ualidum argumentum eſt rectitudinis, aut ueritatis: ità & communis deuotio vehemens, atque perſeuerãs populi Chriſtiani ſimplicium, atque ſapientum, & bonorum, qualis iam dicta eſt, & experientia probatur, ſignum certè ualdè probabile eſt ueritatis diuinitus per hunc modum occultum hominibus reuelatæ: quæ & paulatim ſucceſſu temporis uires, & robur in cordibus hominum magis habet, magiſque ut aurora procedens illuſtratum. Tùm ſecundò, quia non eſt credẽdum in iis Deum permittere diu errore decipi piã, communemque populi Chriſtiani, & eccleſię Romanę deuotionem, & ſenſum ad cultum, & honorẽ eius, & matris ſuæ: quia Hebr. 13. Non te deſeram, neque derelinquam, & Actu. 5. Si ex hominibus eſt conſilium hoc, diſſoluetur, ſi autem ex Deo, reſiſtere non poterimus. Cùm igitur uideamus tanto tempore apud doctos, & indoctos in populo Chriſtiano, & eccleſia Rom. quotidiè magis hanc fidei pietatem, & deuotionem ad beatæ Virginis immaculatam conceptionem etiam cum cultu diuino, & eccleſiaſtico in cordibus hominũ radicari, ſignum utique urgentiſsimum eſt ueritatis, operiſq; diuini. Euaſio.

AD hanc rationẽ reſpõdet Caietanus in quodlibeto ꝙ doctores moderni, & uniuerſitates tenẽtes prędictam concluſionem contra tot doctorũ ſanctorum atiquorum doctrinã in dicta materia pertinente ad fidem, & ſacram ſcripturam, ſunt præſumptuoſi, & poſtponendi, quia non fuerunt ſan-

cti

cti, & minus docti, minuſq; illuminati ſunt; quàm illi antiqui ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 2. artic. 7. Vnde talis modernorum auctoritas non excedit auctoritatem uulgi, quæ nihilipendenda eſt, neque facit probabilitatem in veritate, ſed in apparentia tantum: quia ſecundum Ariſto. probabile in ueritate eſt quod uidetur pluribus ſapientibus: non autem quod vulgo, aut pluribus minus ſapientibus apparet. Hæc Caietanus.

Replica. Sed certè hæc eius euaſio temeraria, irreuerens, & iniurioſa, & falſa eſt: quod patet. Primò. Nam negare ſanctos aliquos fuiſſe, qui tenuerunt hanc concluſionem falſum, & temerarium eſt: cùm Anſelmus ubi ſupra in ſeptima ratione habetur, & tandem Roffen. inclytus martyr contra Lutherũ, & multi alii ſancti uiri, & tandẽ ſancta eccleſia Romana cum aliis eccleſiis hoc feſtum celebrantibus id piè teneant.

Secundò quia dicere præſumptuoſè agere vniuerſitates, modernoſque doctores, & alios contra doctrinam antiquorum, hoc ſimiliter falſum, & temerarium eſt. Tùm quia antiqui ſancti doctores Auguſtinus, Hieronymus, & huiuſmodi, nihil contra hoc priuilegiũ beatæ Virginis ſcripſerunt, ſed generaliter de omnibus docuerunt quòd in originali concipiuntur, ut infrà in reſponſione ad tertium argumentum latius habetur. Et ità contra eorum doctrinam noſtra cõcluſio, & ſententia modernorum, & eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum non eſt. Antiqui autem doctores ſcholaſtici, ut Bea. Tho. Albertus, & alii utique oppoſitum ſenſerunt, ut infra in reſpon. ad tertium argumentum patebit. Sed quòd moderni doctores, & uniuerſitates cum aſſenſu eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum fauore oppoſitum teneant, non eſt præſumptuoſum: immò tantò maior probabilitas eſt, quantò niſi rationes magis vrgentes iſti catholici doctores, vniuerſitateſq; vidiſſent, aut niſi ſpiritus Dei illos illuc impuliſſet, profectò nunquã in eam ſententiam omnes ſimul uno ſenſu, & ore vno cõueniſſent: quę aduerſaretur opioni antiquorũ doctorũ ſanctorũ ſcholaſticorũ. Nã non eſt inconueniens modernos doctores per induſtriam & humanam quoad aliquam ſaltem eſſe antiquis ſapientiores: quia uidelicet circa ea magis ſtuduerunt, & ueritatem inueſtigauerunt: tempus enim fertur repertor omnium: & ueritas ideò dicitur filia temporis, id quod accidit in præſenti materia, vt dictum eſt, & infra in reſponſione ad tertiũ argumentum habetur. Adde quòd eccleſia quoad aliqua occulta quotidiè magis illuſtratur diuinitus. Vndè & Scotus in tertio non ait, Si ſanctorum auctoritati non repugnaret: ſed Si auctoritati eccleſię, uel ſcripturæ non repugnat, uidetur probabile, quod eſt excellentius Marię tribuere. Et iam nũc conſtat quòd hoc non eccleſiæ, nec ſcripturę repugnat, ut ipſe Caietanus fatetur, & ſupra concluſione tertia habetur; ſed potius conſonat, ut ſuperius probatum eſt: nulla ergo præſumptio doctorum modernorum, & uniuerſitatum, aut ritus, ſeu cultus eccleſiarum, aut populi Chriſtiani circa hoc niſi impiè dici poteſt.

Ipſius certè Caietani impia temeritas eſt (ut optimè contra ipſum ubi ſupra probat Catharinus) quòd etiam ſpernendi vulgi nomine traducit tot vniuerſitates doctorum, tot doctiſsimos uiros, & probos, & ſummos, qui à ducẽtis circiter annis ad hanc ætatem uiguerunt, & hanc piam ſententiam de immaculata cõceptione tenuerunt, & ipſam tãdem Romanam eccleſiam cum aliis eccleſiis, & populo Chriſtiano, qui omnes (ut diximus) tanto quaſi impetu ſpiritus in hoc feruntur obſequium. Denique omnes alios præter ſeipſum, ſuoſque ſequaces cenſet eſſe uulgus indoctum, & nulla auctoritate dignum: utique in hoc imitatus eos, qui Ioan. 7. dicebant. Nunquam ex principibus aliquis credit in eum; aut ex phariſæis? turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt. Quarè improbè reſpondet, & docet Caietanus ibidem in ſententia, dicẽs quòd ſcandalum eorum, qui audientes beatam virginem in peccato originali conceptam, ſcandalizantur, non actiuum prædicantis, ſed paſsiuum ipſorum inſipiẽtium potius, quàm piarum auriũ eſt: immò & phariſęorum conuinceretur eſſe declarata eis veritate. Hęc ille. Cuius falſitas ex ſupradictis, & ex concluſione tertia ſuprapoſita facilè patet.

In quo tandem nota quòd licet regulariter non pertineat ad uniuerſitates doctorum huiuſmodi res fidei, & morum iudicialiter diffinitiuè determinare, benè tamen doctrinaliter in caſu, & ex cauſa, cùm ſcilicet res eſt in ambiguo, & id poſtulat ad ſędanda ſcandala, quæ (re controuerſa manente) in populis feruntur, præſertim eccleſia Romana id tolerante, & ex conſequenti tacitè conſentiente, & tales uniuerſitatum determinationes approbante. Et id nos niſi maior inurgeat auctoritas in eas determinatiões omnes cõſentire debemus: licet ſub pœna hæreſis uel alia pœna eccleſiaſtica ad eas non cogamur, quouſque per ſuperiores, vel per ipſam eccleſiam decretæ, uel confirmatæ ſint. Ità olim epiſcopi in ſuis ſynodis prouincialibus tempore Auguſtini, & Cypriani, & aliorũ eiuſmodi ſimilia ex cauſa decernebant, quia ſummus Pontifex vbique eſſe non poteſt. Ità etiam nunc propter ſapientiæ claritatem hoc munus Epiſcoporum uniuerſitates doctorum ipſo Papa ſciente, & uolente meritò ſibi uendicauerunt, & ità factũ legimus in præſenti negocio: quia uniuerſitas Pariſienſis decreuit ſententiam quandã contra quendam Ioãnem Veri de ordine prędicatorum anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo, quia contra immaculatam beatæ Virginis conceptionem prædicauerat, quæ ad uerbũ ſubſequitur in hunc modum.

Pariſ. ... na.

N OVERINT vniuerſi, & ſinguli quòd anno Domini mileſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo, die decima octaua menſis Septembris in

congrega-

congregatione generali uniuerſitatis Pariſię.apud ſanctum Martinum ſolenniter conuocata,comparuit ſcientibus vir magiſter Arthurus fellon rector vniuerſitatis pręfatæ cum dominis Decanis ſuperiorum facultatum, tota facultate Theologię, & quatuor promotoribus quatuor nationum in cappis, & epithogiis, & cum bidellis deferentibus ſuas uirgas, ſeu maſſas argenteas:præſentibus magiſtris Roberto Pillot, & Ioanne Francfort, notariis publicis, Ioãne Boenim, & Henrrico Probion in Theologia licentiatis teſtibus, Magiſter Borengarius mercatoris decanus ſacræ facultatis theologiæ expoſuit qualiter magiſter Ioãnes Veri doctor in Theologia ordinis fratrum pręedicatorum de conuentu Rothomagen. prædicauerat Deppe, in feſto conceptionis B.Marię Virginis nouiſsimè fluxo,contra puritatem immaculatę conceptionis: vnde magnum eſt exortum ſcandalum Deppe,Rothomagi,& alibi,quod ad ſacram facultatem Theologicam peruenerat. Cuius quidem ſcandali occaſione ipſa facultas tertiò ſuper his congregata ediderat, ne quis deinceps auderet *tales in præfatam Virginem blaſphemias prædicare* : nec hoc ſolo contenta facultas informationem exactiſsimam fieri fecit per teſtes quindecim Viros Deppe commorantes,ſapientes,& probos, ac fide dignos per literas manu dicti ueri ſcriptas:quas ſuas eſſe in publica concione facultatis confeſſus fuerat, nec teſtibus,aut eorum dictis in aliquo contradicere uoluerat,nec ullum defenſionis locum aſſumpſerat, immò dictis literis ab eo confeſsis, & audita informatione, ad terram proſiliens poplitibus flexis, & iunctis ſimul manibus ſui errati ueniam deprecatus fuerat:orans & obſecrans ut tali gñe pœnę afficeretur,q̃ ſacer pdicatorũ & Dñicorũ ordo minus ſcandalizaretur.Quibus uiſis, & auditis,inuentæ fuerunt inter multas alias tres falſæ propoſitiones blaſphemę & detractoriæ honoris,laudis, & dignitatis glorioſiſsimę Virginis Mariæ, quas matura & graui diſputatione qualificauerat facultas,reuocandum, atque reparandum iudicauerat. Et quoniam dictus ueri eaſdem reuocare,& ſcandalum reparare recuſauerat: in eundem priuationis, & reſecationis à ſuo conſortio pœna animaduertendum eſſe iudicauerat:à qua ſentẽtia ad ſummum Pontificem in grauamen totius uniuerſitatis & regni appellauerat.Idcircò iure,meritoque dictante, & præcipiẽte iudice ſeculari ordinario pariter incarceratus fuerat: à qua quidem incarceratione,& priuatione ad curiam parlamenticam appellauerat, per quam poſt multas, uariaſque diſceptationes,& plebiſcitationes ad facultatem ipſam remiſſus fuerat,ut tres prædictas propoſitiones ſecundum ipſius facultatis iudicium reuocaret.Quibus ſic per dictum dominum Decanum expoſitis, & narratis,ipſe magiſter Ioãnes Veri ſtans & eius capite diſcooperto huiuſmodi reuocationem in ipſa congregatione coram prędictis dominis Rectore in facultate theologiæ, decanis ſuperiorum facultatum,procuratoribus nationum,dictis teſtibus,& notariis legendo palàm , & publicè quandã cedulam papiream,cuius tenor ſequitur.

Ego Ioannes Veri religioſus ordinis fratrũ prædicatorum presbyter in theologia magiſter accuſatus fui , ſeu delatus apud matrem meam uniuerſitatem Pariſien.& facultatem theologiæ prędicaſſe apud oppidum Deppe diœceſis Rothomagẽ. in feſto conceptionis puriſsimæ & glorioſiſsimæ virginis Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti nouiſsimè fluxo tres propoſitiones ſequentes. Prima,Beata Virgo Maria fuit purgata ab originali culpa. Secunda per modum quæſtionis, quomodò beata virgo poterat dicere orationem dominicã, & maximè quantum ad illam partem,Dimitte nobis debita noſtra,non terminandum quæſtionem. Tertia aſſerentes virginem Mariam eſſe in peccato originali conceptam non peccant mortaliter, neque ſunt hęretici,immò omnes,qui dicunt ipſos ſic dicendo mortaliter peccare, uel eſſe hęreticos, excommunicantur à Sixto per quandam bullam. Ex qua prędicatione mea,prout intellexi tã a pręfata matre mea uniuerſitate,& facultate thologiæ, quàm etiam ab aliis, ortum fuerit, & adhuc viget ſcandalum:tanquam intellexerint auditores quòd in illa mea prędicatione uoluerim detrahere puritati conceptionis beatiſsimæ, & glorioſiſsimę virginis Mariæ genetricis Domini noſtri, & redemptoris Ieſu Chriſti . Quas quidem tres propoſitiones ſacra Theologorum facultas, cuius ordinationi,diſpoſitioni, & omnimodè determinationi me ſubmiſi,& ſubmitto,qualificauit in hunc modum.

Prima propoſitio eſt falſa,impia, & piarum aurium offenſiua,à deuotione fidelium de immaculata conceptione glorioſiſsimę Virginis Marię matris domini noſtri Ieſu Chriſti retractiua , Cultui eccleſiaſtico , *rectæ rationi , ſacræ ſcripturæ, & fidei diſſona*,reuocanda publicè, & reparanda. Secũda, Hæc quæſtio ſi fuerit mota, ut iacet, uana fuit,impertinens,& ſcandaloſa:quę in ſermone de immaculata conceptione dictæ Virginis beatiſsimæ moueri non debuit, & ſi fuerit mota,nõ erat ſine bona ſolutione relinquenda ; nec deinceps ſic mouenda eſt, cùm ſine ſuſpitione iniuriæ , & blaſphemiæ præfatę virginis fœliciſsimæ ſic moueri non poſsit:ideò reparanda.Tertia propoſitio quãtum ad primam partem eſt falſa,impia,piarum aurium offenſiua, à deuotione fidelium de immaculata conceptione beatiſsimæ Virginis Marię Matris domini noſtri,& redemptoris Ieſu Chriſti retractiua , cultui eccleſiaſtico, rectæ rationi, *ſacræ ſcripturæ , & fidei diſſona*, reuocanda publicè,& reparanda. Secunda pars eſt temerariè prędicata,& ſcandaloſa . Quantum ad tertiam partem non eſt ueriſimiliter credendum ſanctiſsimum dominum noſtrum Papam Sixtum taliter dicentes excommunicaſſe,& præſertim ad ſenſum , quem pręetendebant. Ego igitur,quantum in me eſt , uolens tollere omne ſcandalum,eſſe filius obedientię , & pacis,

cis,& aſſertor ueritatis,ueram, ſanamque doctrinam prædicare, Deum & Virginem matrem eius omni laude digniſsimam honorare; matri meę Vniuerſitati Pariſienſi, & facultati theologiæ ſemper obedire: retracto prædictas tres propoſitiones cum earum qualificationibus, ut ſunt à matre mea ſacra facultate theologiæ declaratę firmiter adhęrendo, & conſentiendo, & in contrarium determinationis prędictę nunquàm ueniendo. Quod eiſdem Vniuerſitati,& facultati per ſacros ordines meos promitto, & iuro; & ita Deus me adiuuet, & mater eius glorioſiſsima perpetua uirgo immaculata. Datum Pariſiis in noſtra congregatione generali apud ſanctum Martinum per iuramentum ſolenniter celebrata, Anno domini. 1497. die 16. Menſis Septembris, & erat ſignata. Veri.

Aliàs Maturinum.

Tandem facta prædicta reuocatione ſupplicauit humiliter quatenus Vniuerſitas, & facultas eū ad priſtinos honores, & ad ſuum conſortium, à quo priuatus fuerat, recipere uellent. Cui reſponſum extitit quòd ſuæ ſupplicationi annuerent, ſi tamen prius ab appellationibus ſuis deſiſteret, & eis renunciaret; & ipſam Vniuerſitatem,& facultatem poneret extra omnem curiam ſuis ſumptibus & impenſis. Quæ omnia ſe facturum proprio iuramento promiſit. Et hoc, & non alio modo, & pacto reintegratus fuit. Hęc ibi ad literam.

Dubium.

Sed circa hæc forſan quiſpiam dubitabit quo modo prędicta facultas Pariſienſis potuit uel iudicialiter, uel doctoraliter tantū diffinire, tanquàm de fide id, quod adhuc ſtat ſub opinione. Quo modo etiam in tertia cenſura contra tertiam propoſitionem illius Ioannis Veri ſupra poſita ubi dicitur quòd tertia propoſitio eſt falſa etc. Quo modo in quam potuit id ita diffinire contra extrauagan. Sixti quarti in concilio Tridentino nunc demum approbatam, uti ſuperius in tertia concluſione latius habetur.

Reſp.

Pro reſpōſione nota duo. Primò quòd ſicut per eccleſiam licet etiam nunc idem facultati Pariſiē. concilium Baſilien. uti legitimum opinando acceptare: ità & ea, quę ibidem diffinita ſunt, eo modo, & non aliter, quàm diffiniuntur, ratione ipſius concilii recipere poteſt. Nunc autem in eo concilio non de fide hoc, uel illud, nec eius oppoſitum hęreticum eſſe decernitur: ſed ſolum quòd opinio tenens immaculatam beatæ Virginis conceptionem eſt cōſona fidei ſacræ ſcripturę, ritui eccleſiaſtico, & rectę rōni: ac proinde præfata facultas cōſequēter licitè decreuit, ꝙ oppoſita opinio, uel propoſitio eſt non quidem hæretica, ſed falſa, impia, piarum aurium offenſiua, cultui eccleſiaſtico, ſacræ ſcripturę, & fidei diſſona, & rectæ rationi, quia hoc ſequitur ex prędicta concilii diffinitione. Sed utrū prędicta facultas Pariſienſis, & alii, qui præfatum concilium Baſilien. uti legitimum acceptant, teneant prędictam eius diffinitionem, tanquam de fide, an opinatiuè duntaxat: Credo quòd ſolū opinatiuè, ſicut & ipſum concilium legitimum opinantur, ratione cuius tantum id tenent. Nam ea, quę ex una etiam fortiter opinata ſequitur propoſitione, non pluſquam opinata, uel humanè non theologicè credita poteſt eſſe propoſitio, niſi perfectior aliqua alia cauſa concurrat ad aſſenſum fidei, uel euidentiæ producendum, id quod in præſenti non contingit. Si autem euidenter cognoſceretur concilium eſſe legitimum, ſicut alia concilia generalia: tunc ibi deciſa de fide tenerentur: quia ex illa euidenti, & ex alia ſimul de fide, quòd ſcilicet ibi ſpiritus ſanctus aſsiſtit, ut errare non poſsit, ſequitur illa propoſitio de fide, ut de hoc alibi, et Vega de iuſtificatione lib. 9. cap. 39. latius agit.

Not. ſecundò, quòd licuit prędictę facultati cogere doctores ſuos ſub iuramento tenere, ſicut & ipſa tenet, prædictam diffinitionem concilii Baſilienſ. quouſque per eccleſiam, uel per aliud certum concilium generale legitimum oppoſitū diffiniatur: poteſt etiam oppoſitum agentes de mortali condemnare, tanquā tenentes contra dicti cōcilii diffinitionem ab ipſis iuratam. Neque hoc prohibet Sixtus quartus in prędicta ſua extrauagā. per concilium Triden. approbata. Sed propter ſcādala uitanda ibidem ſolum prohibetur ne quis audeat aſſerere, tenentes hanc uel illam opinionē incurrere crimen hæreſis, aut peccati mortalis, uidelicet rōnem dicti, uel opinati, ut conſtat ex ratione ipſius in extrauagan. ibidem adiuncta. Quia (inquit) hoc nondum per eccleſiam deciſum eſt. Cum quo ſtat ꝙ alia ratione uidelicet uiolati iuramenti, ſcandali, aut temeritatis, uel iniurioſę ſingularitatis, qua quiſpiam eorum à dicta concilii diffinitione ibidem acceptata, atque iurata diſſentiēs aliter doceret, utique de peccato mortali, & de doctrina diſſona fidei, & ſacræ ſcripturæ, cultui eccleſiaſtico, & rectę rationi ſecundum dictum concilium per ipſam facultatem Pariſien. iuſtè condemnetur. Et quod hoc et nihil aliud Sixtus quartus intenderit indè liquet, quòd cùm ſciret ipſe, & concilium Triden. præfatam facultatē cogere doctores ſuos ſub iuramento tenere doctrinam de immaculata beatæ Virginis conceptione ſecundum diffinitionem concilii Baſilien. ab ea uti legitimi acceptati, oppoſitumque docentes condemnare, atque punire, certè dùm nullam de hoc mentionem, uel exceptionem fecit, qui ſi uoluiſſet facilè facere potuiſſet, uidetur ſine ullo illius facultatis, & eius practicæ præiudicio prædictam extrauagan. nō aliter, quàm dictum eſt, ad rigorem, proprietatemq; uerborum intellexiſſe, & approbaſſe, & ab omnibus eſſe intelligendam.

Argu.

Contra prædictam ſextam concluſionem fiunt decem argumenta, quę ſunt fundamenta oppoſitę opinionis. Quorum primum ſumitur ex auctoritatibus ſacræ ſcripturæ Ro. 3. & 5. Et ſecunda Corinth. 5. Et prima Corinth. 15. quæ habentur ſupra conclu. tertia, ex quibus ſic arguitur ſecundū Gregorium Arimi. in 2. diſtin. 30. q. 2. A ſententia ſacrę ſcripturæ generali & uniuerſali omnium hominum

bum non eſt facienda alicuius hominis exceptio, neq; ab ipſa generalitate eſt vllo modo recedendum, ſed potius quod ei magis eſt cõſonum tenẽdum eſt; niſi talis exceptio vel priuilegium ex ipſa ſacra ſcriptura ibi vel alibi, aut per certam reuelationem aut per Eccleſiæ certã determinationẽ, aut per euidentiam facti, aut per certam ſufficientemq; rationem, et non ſolum per rationes congruentiæ habeatur. Nunc autem generalis vniuerſaliſq; ſententia ſacræ ſcripturæ in prædictis auctoritatibus contenta ſine vllius hominis expreſſa exceptione habet quod omnes naturaliter propagati ab Adam non ſolum in debito, ſed etiã de facto concipiuntur in peccato originali: et de exceptione beatæ Virginis ſeu de eius priuilegio nihil habetur in ſacra ſcriptura, neq; aliquo modo de ſupradictis, ſed ſolum per rationes congruentiæ: ergo. Conſequentia eſt nota.

Et maior conſtat ex Apoc. 22. Si quis appoſuerit vel minuerit de verbis libri huius &c. Et quia alioqui tota ſacra ſcriptura vacillaret: ſi ſine certa ratione ſupradicta propter congruentias tãtum liceret exceptionem facere a diffinitionibus generalibus ſacræ ſcripturæ: et quilibet propter aliquã congruentiã dicere poſſet hunc vel illum eſſe priuilegiatum vel exceptum de facto ab originali in conceptione vel natiuitate. Et ita patet maior.

Minor autem quoad eius primam partẽ eſt de fide ſecundum omnes doctores ex ſupradictis auctoritatibus id elicientibus, vt patet etiam per Auguſtinum in epiſtola ad Optatum de origine animæ: quæ eſt epiſtola. clvij. et in tractatu de peccato originali contra Iulianũ, et cõtra Pelagianos: Et de fide ad Petrũ. ca. 23. vbi ait. Firmiſsime tene et nullatenus dubites omnem hominẽ qui per cõcubitum viri et mulieris concipitur, cum peccato naſci originali morti et impietati ſubiectum. Hæc ibi. Nam quamuis nõ ſit de fide quod iſte vel ille eſt vel non eſt quoad hoc priuilegiatus: eſt tamẽ de fide: quod ſi non ſit vel ſi non oſtendatur ſufficienter in hoc priuilegiatus contrarit originale, nõ ſolum in debito, in quo nullũ priuilegium cadit, ſed et de facto: quia hic de neceſsitate legis cõmunis ſequitur ad debitum, vt ex dictis conſtat auctoritatibus et doctrina catholica. Quoad ſecũdam autem partem prædicta minor probatur, quia quoad hoc priuilegium de immaculata beatæ Virginis conceptione ſolum habẽtur rationes congruentiæ et de pietate probabiles: non autem de fide neq; conuincentes, vt patet ex ſupradictis in ſexta et tertia conclu. præcedentibus: alioqui oppoſitum eſſet hereticum, quod abſit, vel per extrauagan. Sixti quarti ſuperius in tertia concluſione declaratum eſt.

Reſpon negando antecedens quoad vtranq; eius partẽ: pro cuius declaratione nota quod eſt duplex ratio decentiæ vel congruentiæ. Prima, quæ ſic probat decere Deũ, quod ſi oppoſitũ fieret nullũ inconueniens ſecundũ rationem humanã appareret. Et huiuſmodi rationes decentiæ potius explicant congruẽtiam et modum rei factæ, quã ipſam probẽt, vt ꝙ Deus homo factus eſt, et paſsibilis pro nobis quodq; tali tempore et loco mortem Crucis paſſus eſt. Nam ſi aliter facere voluiſſet, vtiq; non indecens ſed decens etiã fuiſſet. Et de huiuſmodi decentia vera eſt illa maior poſita in argumento, Sed minor quoad ſecundã eius partem falſa eſt, vt ſuperius in prima probatione huius ſextæ concluſionis habetur, et proxime amplius declarabitur.

Secunda autem ratio decentiæ eſt, quæ ſic probat decere Deum; quod oppoſitũ ſecũdum rationem humanã indecens vel incõueniens eſſet vel appareret. Et huiuſmodi rationes vtique probãt ſufficienter in moralibus et theologicis licet non euidenter exceptionem aliquam vel priuilegium, præter communem legem, et regulam ſacræ ſcripturæ alicui cõceſſum. Nam et propter has rationes decentiæ, quia oppoſitum indecens eſſet, beatus Auguſtinus et poſt eum cõmuniter doctores cũ Eccleſia catholica tenent corpus beatæ Virginis non eſſe incineratum: ſed cum anima ſimul aſſumptum glorioſe in cœlo locari. Beatam quoq; Virginẽ ab omni peccato actuali ſemper immunẽ fuiſſe: et ſanctam eius fuiſſe natiuitatem: et ab originali peccato multo ante eam eſſe immunem: et poſt Chriſtum natum nulli vnquam nupſiſſe, ſed virginem ſemper permanſiſſe: et dum erat in hac vita clarã aliquando viſionem eſſentiæ diuinæ habuiſſe. Propter has ergo rationes decentiæ, quia oppoſitum eſſet indecens ſecundum rationẽ humanam, magis pie et probabilius ait ſexta cõcluſio prædicta quod beata virgo ſupra aut præter legem communem excepta fuit et priuilegiata ne in ſui conceptione peccatum contraheret originale. Et de his rationibus decentiæ falſa eſt illa maior ſimiliter et minor quoad ſecundam eius partem, quæ in argumento poſitæ ſunt.

Et quod rationes decẽtiæ hoc ſecundo modo ſatis probent, vt dictum eſt, expreſſe fatetur Cano de locis theologicis lib. 12. ca. 13. in ſecundo exẽplo ibi poſito. fol. 501. Ad quod etiam facit Gerſon, alphab. 15. litera. q. Et vltra exempla ſupradicta de beata virgine id magis patet. Nam hac ratione innixi B. Tho. Richardus, et plures alij doctores in 3. diſt. 37 tenent quod. Deus de potẽtia abſoluta vt legislator diſpenſare non poteſt in decalogo, neq; quod aliquo tempore vitæ ſuæ homo non amet aut non colat Deum. Et diſtin. 38. et in 1. diſt. 43. 47. Eadem ratione indecentiæ vitande in Deo doctores communiter tenent quod Deus decipere non poteſt: quia licet in his nulla ſit aperta repugnantia aut contradictio, eſt tamen indecens Deo id facere, quod vtique ſuæ repugnat bonitati, tametſi hæc indecentia ſit maior quam alia ſupradicta. Nam hæc aliquo modo repugnantiam ſonat, illa autem minime. In rebus etiam alijs dubijs aut nondum per ſacram ſcri-

pturam

pturam expreſsis neque per Eccleſiá definitis ad fidem et mores pertinentibus, doctores catholici per has rationes decẽtiæ determinãt quid tanquã verius aut probabilius tenendũ ſit, quomodo etiá multa loca ſacræ ſcripturæ ſint ſane intelligenda vt indecentia vitetur, vt docet beatus Auguſtinus lib.3.de doctrina Chriſtiana ca.27.et li.4.de Trini.ca.6.quomodo etiam multa loca ſacræ ſcripturæ non ita generaliter vt ipſa verba ſonant, ſed cũ limitatione aliqua accipienda ſint, vt de his latius agit Dryedõ de dogmatibus Eccleſiaſticis lib.2. ca.2.et latius lib.3.tractatu.2.ca.3. et tract.3.ca. 4. quo vt prolixitas vitetur lectorẽ incredulum aut curioſum mittimus. ergo eadem ratione indecentiæ vitandæ licite et ſatis probabiliter et non contra ſcripturam ſacram diceretur, quod ab ea etiã generaliter quoad omnes intellecta et a regula et lege generali aliqua fiat exceptio aliquando, aut priuilegium alicui, quale eſt hoc de immaculata beatæ virginis conceptione, et de aliorum ſanctorum alijs priuilegijs concedatur. Neque enim in ſacra ſcriptura continetur quod ratione vitandæ indecẽtiæ nulla inde exceptio fieri aut nullum alicui priuilegium de facto poſsit concedi quod ibidem expreſſum non ſit, cum ex ſupradictis oppoſitum factum eſſe conſtet euidenter.

Arg.2. Secundo principaliter arguitur ad idẽ. Si Maria non contraxit originale: ergo nõ fuit mortua morte peccati, neq; captiua peccati. et ergo neq; redempta, nec eget redemptione Chriſti, neque per eum a morte peccati ſuſcitata. Patet hæc conſequentia per Zozimum Papã ſupra conclu.5.ibi videatur. et iterum ergo neque ſibi fuit clauſum cœlum, quod nõ niſi per peccatũ clauditur: neq; eguit Chriſto aperiente: et tandem neque deſcendiſſet ad limbum ſi ante Chriſtum moreretur.

Reſpon. Reſpon. concedendo primam cõſequentiam: quia facit hunc ſenſum. quod ſcilicet de facto beata virgo non fuit mortua et captiua ſub peccato: cũ quo ſtat quod in debito fuit mortua. ideo cũ addito expreſſo, quod ſcilicet nõ fuit mortua aut captiua in debito, negatur hæc conſequẽtia, vt patet etiá ex ſupradictis in quinta concluſione.

Ad ſecundam conſequentiam reſpõdeo illam ſimpliciter negando: immo potius ſequitur quod abſolute fuit redempta et viuificata per Chriſtum præſeruatiua viuificatione et redemptione eius in ſuis meritis ab æterno præuiſis et acceptatis a Deo patre, vt ait Gerſ.alph.25.q. Sicut qui ſe releuare nõ poteſt a præcipitio vel infirmitate futura non minus indiget preſeruatore et medico ne cadat vel infirmetur, quã qui iam ab inflicto vulnere et infirmitate ſanatur. Sic in propoſito, vt ait etiã expreſſe ipſe Caieta.1.2.q.81.arti.3.dicens. Si omnes obnoxij ſunt peccato originali, id ſufficit ad indigentiam redẽptionis: neq; enim ſolũ eget redemptione actualiter captiuus, ſed etiam obnoxius captiuitati. Et hæc bene notabis tu Thomiſta, ne nimio zelo nõ ſecundũ ſcientiã accẽſus erronea dicas, quæ non ſunt erronea cum de beatiſſimæ virginis Mariæ conceptione diſputas aut prædicas. Hæc ille, et quidem recte. et in.3.par.q. 27.art.2.conſonat ſibi ipſi, quãuis in quodlibeto oppoſitũ teneat, dicẽs quod diſtinctio illa Scotica de duplici redẽptione, ſcilicet liberante, et præſeruante non habet locum: quia hæc redemptio præſeruatiua quoad homines vſurpata ex Bern. in ſermone. 22.ſuper Cantica reprobatur per verba Zozimi Papæ dicentis: Nullus, niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur, neq; redemptus dici poteſt niſi qui vere per peccatum fuit ante captiuus, vt habetur ſupra cõcluſ.5.Hæc ille. Sed certe Zozimus non de redemptione præſeruante ſed de liberante loquitur vt dicta verba manifeſtãt, quæ nil faciunt contra prædictam concluſionem: et vt dictum eſt obnoxius morti et captiuitati indiget viuificante et redimente, et antequam de facto illam incurrat ab ea viuificatus dicitur atque redẽptus melius quã ſi in illã incurriſſet: ſicut et aiunt iuriſcõ.C.in quibus cauſis.in fin.et.C. quãdo decet l.j. ꝙ melius eſt ante caſum occurrere, quam poſt cauſam vulneratam adhibere remedium: meliorq; medicina præſeruatiua quam curatiua eſt.

Quod etiam amplius patet. Tum quia de liberatione hac præſeruatiua ab aliquo malo imminẽte ſæpe fit mẽtio in ſacra ſcriptura, vt in pſal. 43. Qui redemiſti Dauid de gladio maligno. Itẽ Erue me et libera me de manibus alienorum. Et Eccleſia orat, A morte perpetua et ſubitanea libera nos domine &c. huiuſmodi. Tum etiam, quia ſicut vere dicitur quiſpiam priuatus bonis et emolumentis quæ habebat in ſua cauſa, puta in ſuo artificio et iure aliquo ad ea quæ certe habiturus eſſet, niſi per aliquẽ impediretur: ita ecõtra dicitur liberatus atque redemptus ab his malis quæ habebat in ſua cauſa vel lege aliqua obnoxius erat ad ea incurrenda quæ certe incurriſſet niſi ei aliunde miſericorditer prouideretur. Sic dicimus quẽpiam liberatum a morte et captiuitate præcipitio et huiuſmodi imminẽtibus malis et neceſſario futuris, niſi per aliũ præſeruaretur. Sic B.Tho.3.par.q 53. artic.3.declarat veram reſurrectionem et liberationem a morte eam eſſe, quæ nõ ſolum a morte iam incurſa verumetiam ab incurrenda, id eſt a neceſſitate immo et a poſsibilitate moriẽdi liberat. Sic et.q.52.art.2.ad ſecundũ.illud Act.2.ꝙ Chriſtus ſoluit dolores ſanctorum patrum in inferno, exponit nõ dolores pœnarum quas incurrerunt, ſed quas incurriſſent niſi ipſe præueniſſet auferẽs illas et preſeruando ab eis, Sicut et medicus dicitur ſoluere morbum a quo præſeruat per medicinã. Hæc ille. Sic Matth. 9. Dominus ait, ſanis nõ eſſe opus medico ſed male habentibus .i.eis, qui ex ſe tales ſunt vt in morbum inciderent niſi præueniens medicina ſaluaret ſecundum pſal.58. Miſericordia eius præueniet me: ſecundũ Auguſt. et cõmuniter doctores. Sic et Bern. vbi ſupra, Angelos vocat redẽptos: et Hieronymus etiã ſaluatos

dicit,

dicit, quamuis in nulla fuerint captiuitate peccati: certè quia ex ſua natura poterãt peccare, ut alii liberũ arbitriũ habẽtes: licet nõ eſſent certæ cauſæ neceſsitatẽ ad peccandũ inducentes. Sic pſ. 13. Oẽs declinauerũt &c. ſ. ex ſe niſi Chriſtus adiuuiſſet per gratiã ſecundũ Auguſt. & Caſsiodorũ, & ipſum ẽt Caietanũ ibidẽ. Sic ẽt pſ. 115. dicitur, Oĩs hõ mendax, ſ. quia ex ſua natura habet ut ſit uanus, & in mendaciũ procliuis. Cũ quo ſtat ꝙ per gratiã præſeruetur à mẽdacio, & pctõ, ne de facto illud incurrat. Sic beata virgo põt dici peccatrix non ſimpliciter, ne de facto peccatũ habuiſſe intelligatur, ſed cũ addito, ſ. peccatrix ex natura ſua, aut de ſe nõ ſolum originali, ſed & actuali pctõ obnoxia, niſi per ſpecialẽ gratiã præſeruaretur, & excellenter redimeretur à Chriſto, ut dictũ eſt; Et pręfatã gloſſam, & intelligentiã ſatis Paulus innuit Ephe. 2. Eramus oẽs natura filii irę: Natura, i. ex vi noſtrę naturalis conceptionis ex Adã: ut per hoc excludatur. B. Virgo per gratiam pręſeruata. Et Ro. 5. vbi Apoſtolus cõparat peccatũ Adæ iuſtificationi Chriſti dicens. Igitur ſicut per unius delictũ in oẽs hoĩes in condẽnationẽ: ſic & per unius iuſtitiã in oẽs homines in iuſtificationem uitæ. Nunc aũt conſtat non oẽs de facto eſſe iuſtificatos per Chriſtũ quoad efficientiã: ſed quoad ſufficientiam. ergo ſimiliter peccatũ Adæ infecit omnes quoad ſufficientiam, quia ſcilicet omnes fecit obnoxios culpæ, & pœnę: de facto aũt eos tantum, quos Chriſti gratia non præuenit. Sic igitur dicitur beata virgo præ omnibus excellenter pręſeruatiuè redempta, ut dictum eſt.

Replica. Si replicetur quòd ergo beata virgo non eſt redempta per Chriſtum uniuocè cum omnibus aliis.

Reſpon. Reſpõ. eſt uniuocè redempta quoad cauſam, & effectũ, i. per merita Chriſti, & ab omni pctõ originali, & actuali. Quoad modum aũt non eſt uniuocè, ut alii redempta, quia nõ eodem, ſed nobiliori, modo præſeruatiuè redẽpta eſt. De Angelis uerò alia rõ eſt: nã ſi in aliqua peccata ex natura ſua de facto neceſſariò, ut homines incidiſſent: benè quidẽ poſſunt dici per gratiã præſeruatiuè redẽpti. Sed utrũ per merita Chriſti, ſicut hoĩes, Bernar. ubi ſupra uidetur dicere ꝙ ſic, & multi alii doctores ſunt cũ eo. Alii aũt dicunt ꝙ non: quia Chriſtus pro hoĩbus tantũ mortuus, & incarnatus eſt, ut canit eccleſia in ſymbolo fidei. Qui propter nos hoĩes, & propter noſtrã ſalutem deſcendit de cœlis &c. & tunc angeli non eſſent omninò uniuocè nobiſcum redempti quoad cauſam, ex quo merita Chriſti nõ eſſent cã redẽptionis illorũ, ut dictũ eſt. Sed de his alibi latius. De aliis duabus ultimis conſequentiis poſitis in argumẽto principali, quod. ſ. ergo Maria Virgo non habuit ſibi clauſum cœlum, neque deſcendiſſet ad limbũ, latius infra. q. 47. habetur.

Argumen. 3 Tertiò principaliter arguitur ad idem ex auctoritatibus ſanctorum. Nã in rebus pertinentibus ad fidem, & uerũ ſenſum ſacræ ſcripturę, priuilegia, ſeu exceptiones quoad beatã virginem, & alios ſanctos, certè doctores antiqui Chriſto propinquiores incarnato, & eius Apoſtolis prædicãtibus ſunt magis illuminati: & magis æſtimãdi ſunt habere, uel habuiſſe ſpũm Chriſti, atq; ſapientiores aliis lõgius diſtãtibus à Chriſto, & Apoſtolis, quales ſunt moderni doctores: ſicut & magis illuminati ſunt prophetę propè aduentũ Chriſti, quàm qui longè ante præceſſerunt: & ex cõſequenti in præſenti materia vtrũ beata virgo habuit hoc priuilegiũ immaculatæ ſuæ conceptionis, & exceptionem à generali regula fidei, & ſacræ ſcripturæ quoad peccatũ originale, an nõ, potius ſtãdũ eſt doctoribus antiquis, q̃ modernis. Nunc aũt doctores antiqui oẽs ferè non ſolũ non excipiunt B. Virginem, neq; ei tale priuilegiũ concedunt inter alia priuilegia gratiarũ, quæ illi expreſſè tribuunt: ſed potius hoc ei expreſſè denegãt cum multis ẽt doctoribus modernis. ergo illis in hoc ſtãdũ eſt. Conſequentia patet, & ſimiliter maior, quę eſt B. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. quãuis ad aliud propoſitũ: quia quò quis magis luci appropinquat, eò magis illuminatur, & patet experientia. Minor aũt probatur diſcurrẽdo per oẽs doctores tã in generali, quàm in particulari de hac materia loquentes. Generaliter quidem de oĩbus hoĩbus ſine ullius exceptione Auguſt. Ambr. Damaſ. Leo, Anſel. li. 2. Cur Deus homo. c. 16. & oẽs alii quos ẽt refert Gabriel in 3. di. 3. q. 1. art. 1. expreſſè dicunt oẽs naturaliter propagatos ab Adã de facto contrahere peccatum originale, quod in baptiſmo deletur. Specialiter autem de beata Virgine idem dicit Auguſtinus ſuper pſal. 34. ibi. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio: Vbi ait. Adam mortuus eſt propter peccatum: Maria ex Adam mortua eſt propter peccatum: caro autem Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata. Secunda auctoritas eſt eiuſdem Auguſtini in ſecundo libro de baptiſmo paruulorum, & libro vndecimo ſuper Geneſim ad literam, ubi ait. Solus ille homo factus manens Deus nullum peccatum unquàm habuit, nec ſumpſit carnem peccati, quamuis de materna carne peccati. Tertia auctoritas eiuſdem lib. 10. ſuper Geneſim ad literam dicit, Et quid inquinatius illo vtero virginis? cuius caro etſi de peccati propagine venit, non tamen de peccati propagine concepit: Et ſubdit, Proinde corpus Chriſti, quamuis ex carne fœminæ aſſumptum ſit, quæ de illa carnis peccati propagatione concepta fuerat: tamen quia non ſic in ea cõceptum fuit quomodo fuerat illa concepta: ideò ipſum nõ fuit caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati: Et ſuper Gene. ad literam lib. 18. & 20. ſæpè idem replicat: Et lib. 5. contra Iulianum hæreticũ ca. 9. & lib. 21. & expreſsius lib. ſecundo, de peccatorum meritis. ca. 20. 25. 35. ait. quòd nullus, prę- Not. ter Chriſtũ, eſt, fuit, aut unquàm erit omninò ſine peccato, & loquitur de peccato actuali, uel originali, ut patet ibidẽ. & ca. 6. ut ẽt hoc refert Soto de natura & gratia lib. 1. c. 7. Quarta auctoritas Ambro. ſuper pſal. 118. Beati immaculati. ſermone 6. vbi ait, Venit Ieſus, & in carne, quæ peccato in

matre fuerat obnoxia militiam virtutis exercuit: Et nemo unquam ſine peccato, niſi ſolus Chriſtus.

Quinta auctoritas eſt eiuſdem Ambroſii, ut Bedæ in homilia ſuper Miſſus eſt, & habetur in gloſſa ordinaria Lucæ. 1. dicit Spiritus ſanctus ſuperueniens in Virginem, mẽtem eius ab omni uitiorum ſorde caſtificauit, & ab omni æſtu carnalis concupiſcentiæ cor eius temperauit, atque mundauit.

Nota. Sexta auctoritas Anſelmi. li. 2. Cur Deus homo c. 16. dicit, Licet ipſa Chriſti conceptio munda ſit: Virgo tñ ipſa vnde aſſumptus eſt in iniquitatibus concepta eſt, & in peccatis concepit eã mater ſua: & cum originali peccato nata eſt: Et iterum ibidẽ dicit, Per futurã mortem filii, & illa Virgo, de qua natus eſt, & alii multi mundati ſunt à peccato. Septima auctoritas Chryſoſtomi ſuper Matthæum dicit quamuis Chriſtus non eſſet peccator, naturam tñ humanam. de peccatrice ſuſcepit. Octaua auctoritas Euſebii Epiſcopi Emiſeni in 2. ſermone natiuitatis Domini, qui incipit, Noſtis chariſsimi, dicit, Annexu peccati originalis nullus immunis extitit, nec ipſa genitrix Redemptoris. Nona auctoritas ſancti Remigii ſuper Pſ. 21. Deus Deus meus reſpice in me &c. dicit, Beata Virgo Maria fuit ab omni macula peccati mundata, itá ut ex ea conciperetur ſine peccato hõ Chriſtus Ieſus. Decima auctoritas ſancti Maximi in ſermone de aſſumptione beatæ virginis dicit, Beata Virgo Maria fuit in utero matris ſanctificata, & ab omni contagione culpæ originalis, antequam naſceretur, per ſpiritum ſanctum mundata. Vndecima auctoritas Gerardi Epi, & Martyris in ſermone natiuitatis Marię dicentis, O fœlix puella, quæ concepta in pctõ, purificatur ab oĩ pctõ, & filium concipit ſine pctõ. 12. auctoritas Bernardi in epiſtola ad canonicos Lugdunenſes dicit, Beata Virgo poſt conceptum in vtero iam exiſtens ſanctificationem creditur accepiſſe, q̃ excluſo pctõ ſanctam fecerit eius natiuitatem, nõ conceptionem. 13. auctoritas beati Antonii de Padua noſtri ordinis minorum in ſermone de natiuitate Mariæ dicit Beata virgo fuit in utero matris à peccato per gratiam ſanctificata, & ſine pctõ nata. 14. auctoritas ſancti Bernardini noſtri ordinis minorũ in ſermonum ſuorũ. 3. opere incipiẽte, Ignis à facie eius exarſit, in tractatu de beata Virgine ſermone. 4. qui incipit, Sicut ſol oriẽs mundo &c. dicit Tertia fuit ſanctificatio maternalis: hæc remouet culpã originalem, cõfert gratiam, & remouet pronitatem ad peccatum mortaliter, & uenialiter: & hæc fuit in Virgine matre. 15. auctoritas eſt beati Tho. 3. par. q. 27. ar. 2. qui licet olim prius in 1. ſen. diſt. 17. art. 4. ad 4. argum. & diſt. 44. art. 3. ad 3. & in gloſſa magiſtri, & in tractatu ſuper Aue Maria aliud dixerit: tñ ubi ſupra contra concluſionẽ tãdẽ tenet cũ aliis antiquis doctoribus ſcholaſticis: Itẽ Alex. Alen. 3. par. q. 9. art. 1. Item Bonauen. in 3. di. 3. q. 1. art. 2. ſic expreſſè dicit, Dicendũ eſt ꝙ beata virgo fuit concepta in pctõ originali, & ꝙ eius ſanctificatio ſubſecuta eſt peccati originalis contractionem. Hic modus dicẽdi eſt cõior, quia ferè oẽs id tenent: & rationabilior, quia eſſe naturæ præcedit eſſe gratię: & ſecurior, quia magis conſonat pietati fidei, & ſanctorum auctoritati. Hęc ille. Ad idẽ ſunt Henricus in 15. quodlib. q. 13. & Greg. Arimi. in 2. diſt. 30. q. 2. Durandus, & Palud. in 3. diſt. 3. & Floren. 1. par. ſum. tit. 8. c. 2. & B. Vincentius in ſermone de conceptione, & magiſter de Caſtronouo de conceptione beatæ Virginis, & Turrecremata, & Ioannes de Neapoli in quodlibeto, & tandẽ Caieta. in quodlib. & tota ferè caterua Thomiſtarum.

Reſpon. dupliciter. Primò ad minorem ꝙ oẽs Reſpon. 1. præfatæ auctoritates, & aliæ ſimiles, præſertim generaliter loquentes intelliguntur ꝙ ex natura ſua, & in debito, oẽs ſunt obnoxii pctõ originali, & actuali: & de facto ipſum contraherent, niſi ex gratia, ſeu ex priuilegio ſpeciali præſeruentur (ut creditur de beata Virgine, ut dictũ eſt) ſicut & Ambr. li. 3. de Trini. ait. Oĩs creatura, ẽt angelus, pctõrum capacitati obnoxia eſt: ſola. n. eſt à pctõ immunis, & immaculata ſempiterna diuinitas ſecundũ Mar. 19. Nemo bonus, niſi ſolus Deus, ſ. de ſe, ex natura ſua, & neceſſariò. Sæpè nanq; ſcriptura ſacra, atque doctores de perſona: aut de re aliqua aliquid enunciãt, ut ipſa de ſe, aut ex natura, ſeu conditione, aut merito proprio eſt, aut eſſet: non ſecundum quod extrinſecus accidit, aut ſuperuenit ex gratia. Et itá uerè dicitur ꝙ nullus hõ, aut ex filiis Adæ, aut ex concubitu maris & fœminæ conceptus, aut natus, uenit in mundum ſine pctõ: ſed hũc ſenſum habet, ꝙ. ſ. ſecundum cõditionẽ humanã, legemq; cõem: aut ſecundum quod deſcẽdit naturaliter ex Adam per maris, & fœminæ cõmixtionẽ nullus immunis eſt à pctõ: cum quo tñ ſtat ꝙ per gratiam, quæ ſuperat naturã, aut ex priuilegio ſpãli (quale creditur ĩ beata virgine fuiſſe) contrariũ ſit, & immunitas à peccato conſtituatur. Et hãc gloſſam, & intellectũ faciunt predictæ auctoritates doctorum, ſicut auctoritates ſacræ ſcripturæ, ut ſupra in reſpon. ad ſecundum argu. & ſuperius conclu. 5. latius habetur.

Si contra hãc ſolutionẽ replicet Caiet. in quodli. ubi ſupra, dicens, ꝙ licet prædicta glo. ualere poſ- Replica. ſit quoad auctoritates loquẽtes generaliter de oĩbus, non tamen quoad expreſſè loquentes de beata Virgine: Tùm primò, quia ly in debito, de ſe, aut ex natura ſua, eſt conditio ſecundũ quid, & diminuẽs: auctoritates aũt præfatæ abſolutè, & ſimpliciter dicunt de beata virgine, ꝙ habuit peccatũ originale, ſicut de aliis hominibus idẽ ſimpliciter aiunt: ergo intendunt ꝙ non ſolũ in debito, & ſecundũ quid, ſed ꝙ ẽt ſimpliciter de facto, ut alii hoĩes, id cõtraxit. Nã ſi aliter intendiſſent, utiq; id alicubi expreſſiſſent de beata Virgine ſpãliter, nõ. n. deerant illis uocabula, quibus id aliqñ explicarent, ſicut neque nunc deſunt doctoribus modernis oppoſitũ opinãtibus: niſi fortè (quod abſit) ex ignorãtia, aut ex maleuolentia, aut diſsimulatione talis expreſsio ab eis omiſſa eſſet. Tũ ẽt 2. quia ex eo ꝙ prædicti doctores explicant B. Virginem ſubiacere legi cõi in ſua

conce-

conceptione cum originali peccato, nt alii ſubiacent, & ipſam excipiunt à lege cõi aliorum induratione peccati originalis, dicentes ipſam ex priuilegio ſtatim poſt conceptionem multò ante natiuitatem ſanctificatã, conſtat prędictos doctores ſcrutantes priuilegia beatæ Virginis nullum de præſeruatione eius priuilegium admittere uoluiſſe.

Reſpon. ad replicam.

Reſpon. negando ꝙ doctores dicãt ꝙ beata virgo habuit ſimpliciter, ſiue abſolutè peccatum originale; ſi.n. ſic loquerentur, profectò gloſſa dicena ꝙ illud habuit ex debito deſtrueret textũ: quia idẽ eſſet, ac ſi dicerent quod non habuit illud abſolutè: id quod eorum uerbis repugnaret, ut replica procedere uidetur. Conceditur autẽ ꝙ doctores ſimpliciter, ſiue abſolutè dicunt quòd beata virgo habuit peccatum originale: quod põt intelligi, uel ꝙ in debito, ſeu ex ſua natura: & hoc eſt uerum: uel ẽt de facto, quod negatur, & quòd talia uerba talẽ gloſſam patiantur, ſicut & textus ſacræ ſcripturæ, iam ſupra uiſum eſt: Nam ſi eãm non admitterent, iã eſſet contra fidem, & contra ſacrã ſcripturã talis opinio, ſeu concluſio. 6. cuius oppoſitum ſupra conclu. 3. & 5. ẽt ſecũdum Tho. & Caietanum dictum eſt: maximè, quia hæc conditio ex ſe, & ex natura rei, quia reſpicit naturę ſubſtantiã, quam ſcire, ac diuidere ab iis, quę extrinſecus, & rarò accidunt, ac doctrinam, & regulam generalẽ maximè attinet, non eſt conditio propriè diminuens, & ſnĩam reſtringens: ſed rei naturam, & legem oſtendens, & explicans: ut ſic ſciamus quid ex lege, & ex noſtra natura ſimus, quid deinde ex gratia, & de facto habeamus.

Replica. 2.

Si iterum replicetur cum Caietano ubi ſupra quod iſtæ contradicunt. Maria cõtraxit originale, Maria non cõtraxit originale: ideò ſi iſta negatiua eſt uera, illa affirmatiua eſt falſa. Sed ſi faceret illũ ſenſum quòd.ſ. contraxit in debito, & non in facto eſſet uera, & negatiua falſa. ergo non facit illum ſenſum, neque admittit illam gloſſam.

Reſpon. ad 2. replicam.

Reſpon. ſi in eodem ſenſu uniuocè accipiantur, contradicunt, aliàs non: ideò diſtinguendę ſunt. Et propter uitandum ſcandalum iam in cõi locutione ad populum intelliguntur quòd de facto cõtraxit, uel non contraxit originale. Ideò illa affirmatiua ſimpliciter negatur & negatiua cõceditur: quãuis doctores antiqui, abſolutè dicentes quòd cõtraxit originale, ſint exponendi, quòd in debito illud contraxit: quod cõceditur cum hac explicatione, & nõ aliter, ut ſupra, & concluſione quinta dictum eſt.

Nota.

In quo nota ſecundum Catharinum, ubi ſupra, quòd non ſemper quærendum eſt quid ſancti intẽderint: ſed quid, & quomodo dixerint: quia non eſt inconueniens dici multa à ſanctis, quæ poſſunt, & debent exponi ſecundum ueritatem, licet ipſi fortè in iis uerbis ad eam non intẽderint, eò quòd Deus magis habet prouidẽtiam in eorum dictis proptee alios, quàm in eorum mente. Et hoc idem ait Caietanus. 3. par. q. 78. art. 1. & in quodlibeto. 1. de auctoritate Papæ, & concilii, exponens quædam uerba concilii Conſtantien. & Baſilien. ad nerum ſenſum, ait, Etſi gloſſas noſtras contra intentionem auctorum aliquis dixerit eſſe, reſpondebo primò quòd ego homo ſum, & uideo ſolũ quæ foris ſunt quoad ipſa decretorum uerba, Deus autem intuetur cor &c. Hæc ille. Igitur auctoritas ſcriptorum potius ex dictis, quàm ex mente nunc hauritur à nobis: quia Deus propter communem utilitatem magis præſeruat eos, ne falſa ſcribant, quàm ne falſa opinentur. Sic & Caypham fecit loqui uera: licet ipſe aliam mentem, & intentionem habuerit. Vnde & B. Thom. ſępè verba Auguſtini, & aliorum ad bonum, & uerum ſenſum etiam torquere conatur, non ignorans etiam aliud eos intendiſſe. Et tãdem ipſe Caietanus ubi ſupra in quodlibeto de conceptione ait. Omiſſa igitur ſuperflua curioſitate quid opinatus fuerit in re clarificata hic aut ille theologus, ſufficere nobis debet ex ſolido fundamento ueritatem agnoſcere. Hæc ille. Sed hanc ſententiam Catharini ego limitarem, ubi de doctorum ſenſu, & mente dubium eſſet: ant ubi conſtaret tũc ſpiritu ſancto permotos, uelut Cayphas, ità fuiſſe locutos: aliàs ad eorum mentem ipſorum nerba accipienda ſunt: quia euangelium & ueritas ſecũdum Hier. non in foliis, ſed in ſenſu uerborũ eſt: & ſecũdum Ariſt. uerba ſunt ſigna eorũ, quę in mẽte ſunt.

Alio modo ad ſupra dictum 3. argu. principale. Reſpon. ad maiorẽ quòd licet regulariter ità ſit ꝙ ut ubi dicitur, doctoribus antiquioribus ſtandum eſt in rebus fidei, & ſenſu ſcripturarum: nõ tñ ſemper in omni caſu & materia: nam aliqñ licitum eſt ab eis diſſentire, & cum modernis ſentire. Nã hoc ẽt ait idem Caietanus 2. 2. q. 1. art. 7. quòd.ſ. nõ obſtante quòd antiqui ſint doctiores, & magis illuminati regulariter in rebus fidei: nõ tñ eſt negandum quòd ẽt poſt Chriſtum una poſterior ætas habeat in ſupra dictis doctores aliquos præſtantiores aliqua ætate, licet non omni anteriori: quia nunquam fuerunt, aut erunt Apoſtolis doctiores, ſicut nec perfectiores. Hæc Caietanus ad noſtrum propoſitum. Et quidem meritò: nam quoad ſcientiam infuſam per temporum ſucceſsionem quotidiè magis eccleſia diuinitus illuſtratur, & maximè quoad ſpeciales caſus, atque materias, ſecundum Dani. 12. Pertranſibunt tempora, & multiplex erit ſcientia: Et Hieronymus in prologo ſuper euangelia qui incipit, Plures fuiſſe &c. vbi ait. Eccleſiam introduxit rex in cubiculum ſuum, & ad quam per foramen deſcenſionis occultæ miſit manum ſuam &c. Et ideò comparatur auroræ conſurgenti, id eſt procedenti. Canti. 6. quia ſcilicet ſucceſſu temporis magis diuinitus illuſtratur: Et quoad ſcientiam acquiſitam eſt idem iudicium præcipuè quoad aliquam materiam particularem, qualis eſt hæc: quia magis eſt inueſtigata neritas à modernis, propter controuerſiam magis in his, quàm in temporibus antiquis, emergentem. Neque enim tota ſcientia, & ueritas finita eſt in antiquis, ſed tempus eſt repertor omnium,

Reſpon. 2. ad 3. arg.

ut hoc latè proſequitur Gerſon,& patet experientia,& exemplis: quia dubitauerunt doctores antiqui aliquãdo de proceſsione ſpiritus ſancti à patre ſimul & filio, & de non rebaptizandis hęreticis, de purgatorio, de ſola pœna damni puerorum in limbo ſine baptiſmo decedentium, de peccato originali, de animabus non creatis ſimul ab initio mundi, & de non immiſsis per traducem, de abſentia ſubſtantię panis poſt conſecrationem, de aſſumptione beatæ Virginis ad cœlum corpore & anima, & de multis aliis tangentibus ſacramenta: de quibus iam his temporibus non dubitatur. Idcò ait Gerſon quòd auctoritas doctorum modernorum non eſt minor, quàm antiquorum, ſaltem in aliqua materia ſpeciali. Nam & B.Thomas in 12. quodlib.ait quòd non quęcunque dixerũt, aut ſcripſerunt ſancti ſunt uera, & à ſpiritu ſancto profecta: Et Auguſt.in donatiſtas, auctoritatibus doctorum contra rationes efficaces innitentes ait, Sigoũ eſſe cauſæ à ueritatis neruo deſtituę, quæ ſolũmodo in hominum auctoritate innititur. Et ità eſt in præſenti materia, in qua doctores antiqui ſcholaſtici ſpecialiter de conceptione beatæ Virginis loquentes, non niſi opinatiuè locuti ſunt: Nam ſi aſſeruiſſent, ut certum, quod per eccleſiam nõdum decretum erat de ea, utique errasſent, putãtes eſſe contra fidem, uel contra ſacram ſcripturam quod non erat, ut ſupra conclu.3.dictum eſt. Rationes autem quibus moti ſunt ſic opinandum conſtat nõ ſufficienter probare ſuum intentum, ut patet, quia omnes optimè ſoluuntur: quod ipſe etiam Caietanus.3.par.q.27.art.2.expreſſè confitetur. Errauerunt igitur in hoc, ſed ſine pertinacia paratiſtare iudicio eccleſiæ,& eius ritui, quem nunc circa hoc habet, ut dictum eſt: ſicut & alii doctores antiquiores circa alia piè, & ſine pertinacia errauerunt, ut de Cypriano, Damaſceno, Chryſoſtomo,& de aliis habetur in epiſtola Polycratis ad Victorem Papã, & Hieronymus refert contra Pelagium. Quibus non obſtantibus dico quòd multæ de auctoritatibus ſuprapoſitis, ſpecialiter etiam de beata Virgine loquentes, non ſunt contra concluſionem nam & ſine ulla uerborum uiolẽtia poſſunt facilè ad bonum ſenſum gloſſari, ut patet per ſingulas diſcurrẽdo. Nam ad primam Auguſtini reſpon. quòd ibi habet litera quòd Maria mortua eſt propter peccatum Adæ, & loquitur de eius morte corporali, ſicut & de morte Chriſti corporali: ità quod, quamuis priuilegiata fuerit à peccato originali, non tamen à morte corporali, propter peccatum Adæ, non quidem de facto contractum ab ea, ſed contrahendum ex lege communi, aut cui erat obnoxia, niſi præſeruaretur ne illud de facto contraheret. Nam mors, & aliæ pœnæ manſerunt in ea, ut pœnæ, uel potius ut pœnalitates, ſeu conditiones, defectusq; naturæ à iuſtitia originali propter peccatum Adæ deſtitutæ, ad exercitium uirtutum, & meritum: & ideò dicitur beata Virgo mortua propter peccatũ Adæ, non tamen propter peccatũ ſuũ originale, aut actuale, quod non habuit. Ad ſecundam auctoritatẽ eiuſdem Auguſtini reſpon. q loquitur de carne infecta, quã ſecundũ aliquos beata virgo habuit uſq; ad incarnationẽ uerbi diuini fomite ligato quoad actum, aut ſecundũ alios uſq; ad animæ infuſionẽ, ubi ẽt ab originali præſeruata eſt, aut potius ſecundũ Catharinum ideò beata virgo dicitur habuiſſe carnẽ peccati: quia ſecundũ carnẽ cõtinebatur naturaliter in ea maſſa peccati obnoxia, quia proceſsit ex ſemine, quod de Chriſto nullo modo dici põt: Ideò Chriſtus non dicitur habere carnẽ peccati: Maria aũt ſic. Igitur de peccato originali nulla ibi fit mentio. Ad tertiã eiuſdem Auguſtini reſpon. ſicut & ad ſecundã præcedẽtem, ex ipſis uerbis ibidẽ. Et ad id ex lib.2.de peccatorũ meritis reſpon. q intelligitur q nullus omninò eſt ſine pctõ ex natura ſua, uel ſaltem in debito, uti ſuperius in 1. reſponſione dictum eſt: Nã conſtat q de facto beata virgo nullum habuit peccatũ actuale: ergo idẽ de originali eadem rõne dicendum eſt. Ad quartam Ambroſii reſpõ. ſicut ad ſecundam, & tertiã Auguſtini: & inſuper q ly in matre nõ habet litera Ambroſii, ſed falſariè additum eſt: Et eſt ſenſus q Chriſtus in carne ſua mortali paſſus eſt, quã ideò obnoxiã pctõ dixit Ambr. quia reatũ, ſeu debitum pœnę propter peccatũ Adę in ſe ſuſcepit, vt pro nobis ſatisfaceret, ſicut 1.Petr.2. dicitur q peccata noſtra i corpore ſuo portauit: & ibi Amb. ſecundum id Ro.8.& 2.Cor.5.ait Chriſtũ pro nobis factum eſſe peccatum. Ad 5. eiuſdẽ Ambr.& Bedę, & Damaſceni reſpon. de originali pctõ nihil ibi dicitur: ſed neq; de actuali debet intelligi, ut ex ſupradictis in 1. concluſione conſtat. Sed uel intelligitur de fomite, qui tunc oĩnò ablatus eſt ab ea ſecundũ magiſtrum, & alios, ut de hoc latius infra. q.45. uel potius de purgatione naturæ, ſeu à priuata potẽtia reſpectu puritatis eius ſtatim futurę maioris per gratiã. Sicut angeli ſine macula dicuntur illuminari, & purgari ad fulgorẽ diuinæ maieſtatis amplius ſuſcipiendum: ſic beata Virgo filium Dei conceptum ſplendorẽ glorię æternæ dicitur tunc purgari, i. pulchrificari magis, & mente, & corpore diuinitus aptari, & dignificari: & ea puritate nitere, cui oĩs prior eius munditia, & ſanctitas poterat aliquo mõ ſordida dici, atq; uitioſa: ſicut Iob. 15.& 20. habetur q cœli, & ſtellæ non ſunt mundę in cõſpectu Dei: Et prędictum ſenſum Hieronymus ad Euſtochium in ſermone de aſſumptione melius expreſsit dicens. Ante ipſum conceptum ſanè uterus virginis, quãuis mũdus, impollutus, & alienus à cõtagione peccati, quãuis ſanctus: tñ adhuc uilitate humanitatis induitur, ut ità dicã, ac ſi lana mũdiſsima, ſuoq; colore dealbata: Ad quã ſanè cũ acceſsiſſet ſpũs ſanctus, quaſi & ipſa cadẽ lana, cũ inficitur ſanguine muricis, uel cõctulii, uertitur in purpurã, uerſa eſt & ipſa ſine coitu in matrẽ: ut non ſit iam amodò quod fuerat, ſed purpura ueriſsima ad indumẽtũ, & gloriã ſummi Regis aptiſsimè dedicata: ut nulli deinceps uti ea uſu fœmineo liceat, niſi Deo.

Hæc

Hæc D. Hiero. Ad 6. Anſelmi rñdeo ꝙ illa uerba ſunt Boſſonis diſcipuli ibi introducti, & arguentis, ſiue interrogantis: quæ Anſelmus reſpondens ibi nõ approbat, neque reprobat, ſed diſsimulat: quia de conceptione beatæ Virginis non erat quæſtio, quam alibi tractãdam prætetit. Quod inde patet, quia ibi etiam dicitur ꝙ & cum originali peccato nata eſt, quod nec Anſelmus, nec alius catholicus unquam cõceſsit, ut patet: &ità neque id, quod ſcilicet in iniquitatibus concepta eſt, ab eodem Anſelmo approbatur: maximè cùm alibi oppoſitum dixerit in lib. de exordio mundanæ ſalutis, ut hodie canit eccleſia. Si quid originalis peccati in propagatione matris Dei extitit: illud propagantium, non propagatę fuit &c. Et de conceptu virginali ut ſupra in 7. probatione concluſionis habetur, quòd decuit virginẽ ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi. Alia autem uerba ipſius Anſelmi intelliguntur de emundatione præſeruatiua, qua excellentius aliis per Chriſtum mũdata eſt. Quòd ſi quis contendat Anſelmum oppoſitum ſenſiſſe: dicam illum tunc illius fuiſſe opinionis, quę nõ præiudicat, ut ſuperius dictum eſt. Ad ſeptimam Chryſoſtomi reſpon. primò, uel quòd non eſt Chryſoſtomi, uel ſi eſt, propter eius reuerentiam gloſſatur de peccatrice nõ quidem de facto, ſed in debito, ut ſupra: Vel ſecundò magis ad eius ſenſum dico ꝙ fuit illius opinionis quòd habuit originale, immò & actuale peccatum, ut ſupra concluſione prima dictũ eſt. Nam ly de peccatrice, cùm ſit verbale in trix, ſecundum propriam ſignificationem frequentiã potius actualium denotat, quàm peccatum originale. Vnde ſicut ponens actuale in beata virgine refutatur, ità & admittens originale. Ad octauam Euſebii reſpondeo, ſi fortè tale quid ipſe dixit, quod ego non uidi, intelligitur quòd beata Virgo non fuit immunis à nexu peccati in debito: ſecus autem de facto, aut quòd ille fuit illius opinionis, quod nihil obſtat. Ad nonam Remigii reſpondeo ſicut ad octauam præcedentem Euſebii dictum eſt: & inſuper quòd intelligitur de mundatione fomitis, aut naturę reſpectiuè, ut ſupra ad quintam reſponſum eſt. Ad decimam ſancti Maximi reſpondeo ſicut ad octauam Euſebii dictum eſt, & quòd de emundatione pręſeruatiua intelligitur, ut ſupra ad ſextam auctoritatem Anſelmi habetur. Vbi etiam nota quòd beata virgo optimè dici poteſt ab originali peccato ſanctificata, ſcilicet ſanctificatione pſeruatiua: licet melius id nomine præſeruationis, quàm ſanctificationis exprimatur, ut infra in reſpõſione ad decimum argumentũ principale dicetur.

Ad vndecimam Gerardi reſpõdeo quòd expreſſe illius fuit opinionis: neque obſtat, ut patet ex ſupradictis. Ad duodecimam Bernardi reſpondeo ſecũdum Catharinum quòd eius rationes nõ probant, niſi quòd beata virgo non fuit concepta de ſpiritu ſancto: ꝙq; eius prima conceptio corporalis, puta ſeminis deciſio in vtero beatæ Annæ non potuit penitus eſſe ſancta, quod & nos fatemur cũ B. Tho. 3. par. q. 27. arti. 2. ꝙ etiam proptereà non fuit immunis à peccato originali, ſicut Chriſtus, qđ ẽt nos ut uerißimum concedimus, quia illa ex ſua natura peccato ſubdebatur. Quòd autem ex gratia præſeruante, & ſanctificante in ſuę ſecundæ conceptionis, uel animationis inſtanti, quo ſcilicet anima corpori eius organizato inſuſa eſt, fuerit immaculata, & ſine ira Dei: hoc ibi relinquit ſub dubio ſubiiciens ſe eccleſiæ determinationi: qui, quia tunc hãc feſtiuitatem eccleſia non habebat, neque celebrabat feſtum huius immaculatæ cõceptionis, ideò opinatur eam non fuiſſe immaculatam, nec eſſe celebrandam, ut tunc communiter doctores opinabantur cum beato Thoma, Bonãuentura, & aliis. Cuius tamen, uidelicet ſancti Bernardi rationes ibi adductę non probant ſufficienter eius intẽtũ: Non. n. pręſupponẽda eſt anima prius eſſe tpe, q̃ ſanctificetur, quod tñ ipſe uidetur aſſumere: ſatis ẽ ſi prius eſſe natura intelligatur, ſicut & angeli fuerunt ſimul in rerũ natura, & in gratia: immò & primus hõ Adam ſecundũ Tho. ut de hoc latius infra in reſponſione ad octauum argumentũ principale. Nec obſtat huic ſanctificationi præſeruatiuæ commixtio coniugalis, etiam cum libidine, aut delectatione naturali: quę ſine culpa, & cum merito potuit eſſe, & creditur fuiſſe ex diuina reuelatione. Poteſt etiam ſemẽ infectum morbida qualitate, aut fœditate alia quacunque purgari diuinitus ante animationem: in qua, & non ante, contrahitur peccatum originale: in qua ẽt animatione, vel animæ infuſione nulla libido eſt, vt patet: vt de his latè agit Gabriel in 3. diſt. 3. q. 1. art. 2. Igitur, licet Bernardus ſic fuerit illo tempore opinatus, quia tunc eccleſia hoc feſtum conceptionis non celebrabat, conſtat ſi hoc tempore, quo eccleſia id celebrat, fuiſſet, ꝙ aliter nobiſcum, & cum eccleſia opinaretur, atq; ſentiret: vt ẽt ab aliquibus fertur dixiſſe in quodã tractatu ſuper Salue Regina: qui nec creditur eẽ ſuus, neque eius ſapit ſtylum: ſed neque ibi expreſſè quicquam tale legitur: niſi vt dictum eſt. Ad 13. beati Antonii reſpondeo quòd in ſuis ſermonibus, qui in his partibus habentur, nihil tale reperitur. Sed eſto quòd ita legatur, intelligitur de ſanctificatione præſeruatiua, vel nihil obſtat illum illius fuiſſe opinionis cum ſancto Bonauentura, & reliquis doctoribus illius temporis, quo veritas hæc nondum in eccleſia erat manifeſta, vt ſupra dictum eſt. Ad 14. ſimiliter reſpon. ut ad proximè pręcedentem.

Ad quintamdecimam reſpondeo quòd expreſſè fuerunt illius opinionis, quòd nihil obſtat: Nam ſi id ità ſenſerunt, quia eccleſia tunc hoc feſtum non celebrabat: nunc autem quando id celebrat liquet quòd aliter cum eccleſia piè ſentirent, vt ſupradictum eſt. Et idem reſpondetur ad omnes alias eiuſmodi doctorum auctoritates, etiam ſi mille eorum centuriæ in oppoſitum afferantur. Et ità patet plena reſponſio ad tertium argumentum principale.

Quartò principaliter ad idẽ arguitur, ꝗa beata *Arg. 4.*

Virgo fuit concepta naturaliter cum feruore libidinis, ut omnes alii, quamuis ſine culpa generantium; ergo & cum peccato originali. Patet conſequentia ſecundum Bernardum, vbi ſupra ad canonicos Lugdunen. & Auguſtinum de conſecra. diſt. 4. ca. quiſquis; & communiter doctores: & quia ubi eſt eadem cauſa ſequitur idem effectus: cauſa autem peccati originalis eſt naturalis propagatio ab Adam ex ſemine infecto, & generatione libidinoſa, quæ in beatæ Virginis fuit conceptione naturali, igitur &c.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam, & ad probationem dico quòd illa maior ſolum eſt uera in propriis, & ueris cauſis efficientibus naturalibus, circa ſubiectum eodem modo diſpoſitum, & ubi non ſit impedimentum: ſecus ſi deſit aliqua conditio de prædictis, ut latius probat Angeſt. in morali. ca. 3. & ſic eſt in propoſito: nam peccati originalis nulla eſt effectiua cauſa naturalis: ſed ſolum eſt uoluntas diuina ſic ſtatuens propter peccatum Adæ quòd fuit cauſa demeritoria: ſemen autem infectum, aut generatio naturalis libidinoſa, eſt conditio, aut uia, ſeu cauſa ſine qua nõ haberet uim prędictum Dei ſtatutum. Item poteſt impediri per gratiam animæ concreatam ne talis effectus peccati originalis ei incompatibilis conſequatur, id quod creditur in beata Virgine factũ eſſe per ſpeciale priuilegium præſeruationis.

Arg. 5. Quintò principaliter ad idem arguitur ex parte effectus peccati originalis: quia ubi eſt idem ſpecie effectus, ibi eſt eadem cauſa: ſed in beata Virgine fuerunt effectus peccati originalis, puta mors, paſſibilitas, uerecundia, concupiſcentia, ſeu fomes ſaltem ad tempus, nam certè ſi coram aliis nudaretur, uerecundaretur, quæ omnia ſunt pœnæ, ſeu pœnalitates propter peccatum Adæ, ſeu originale, in nobis derelictæ, ut patet Rom. 5. Propter peccatũ mors: & de conſecra. diſt. 4. ca. placuit: neque tales pœnas ipſa beata Virgo uoluntariè aſſumpſit, ut Chriſtus pro noſtra redemptione: ergo in ea fuit cauſa, puta peccatum originale. Patet conſequentia, quia aliàs iniuſtè his pœnis ſine culpa puniretur à Deo.

Reſpon. Reſpondeo primò ad maiorem ſicut in præcedenti quarto argumento reſponſum eſt cum illis limitationibus de cauſa naturali reſpectu effectus, & è conuerſo, quòd poteſt eſſe ſimilis effectus ſine illa cauſa: idq; ex priuilegio: Inſuper non eſt illa maior uniuerſaliter uera, etiã ſi illo modo limitetur: nam & poteſt facilè inſtari in naturalibus, & moralibus: ut communiter inſtatur à doctoribus de calore, qui eſt ab igne, & à ſole: & de aſſenſu opinatiuo à ratione probabili, uel auctoritate, ut de his Angeſt. in morali c. 3. agit. Secundò etiam ſi omninò concedatur illa maior, ad minorem reſpondeo negando illos eſſe proprios, & immediatos effectus peccati originalis; ſed eſt carentia, ſeu priuatio gratiæ in anima, aut ſecũdum Thomam eſt carentia nitoris animæ propter abſentiã gratiæ prouenienſ à culpabili amiſſione iuſtitiæ originalis, ſeu à reatu culpæ, in qua ſtat formalis ratio peccati originalis, ut ſupra q. 10. dictum eſt: Fomes autem, ſeu concupiſcentia inordinata in corpore, & anima, quamuis ſit præcipuus effectus peccati originalis, non fuit in beata Virgine, ſaltem quoad actum; immò & fortè neque quoad habitum, uel ſubſtantiam, ut infra. q. 45. habetur de hoc, & de uerecundia beatæ Virginis. Sũt igitur iſti effectus ſecundò, uel mediatè, ex originali peccato prouenientes, & ità negatur minor. Tertiò etiamſi maior, & minor concedantur, negatur conſequentia: quia per ſpeciale gratiæ priuilegium eſt impedita cauſa, ſcilicet peccatum originale, & remanſerunt in beata Virgine effectus illi pœnales ad meritum & exercitium uirtutum, ſicut in nobis poſt baptiſmum, & in Chriſto ad noſtram redemptionem. Ideò neque iniuſtè in hoc punita eſt: ex quo prædictas pœnas non accepit in punitionem alicuius peccati ſui de facto in ea exiſtentis, quod nũquam fuit: ſed ex cauſa diſpenſatiuè, ut dictum eſt. Temporales nanque pœnæ, ſeu pœnalitates non ſemper propter peccatum proprium infliguntur, aut permittuntur à Deo: ſed ſæpe ad gloriam Dei, & ad meritum, & ad aliorum exemplũ, & propter peccata parentum. Et ità in propoſito dici poteſt quòd propter peccatum Adæ, ſeu originale, quod beata Virgo in debito tantum contraxit, cui obnoxia erat ex ſe, niſi præſeruaretur ne illud de facto contraheret, prædictas pœnas naturales incurrit toti naturæ communes; ut Auguſtinus dicit quòd propter peccatum mortua eſt, ut ſuprà in reſpõſione ad primum argumentum dictum eſt.

Sextò principaliter ad idem arguitur, quia ſpeciale priuilegium Chriſti eſt concipi ſine originali: ergo negandum eſt Virgini, ne illi coæquetur. *Arg. 6.*

Reſpondeo, quòd ſpeciale priuilegium Chriſti eſt nullum habere peccatum in facto, nec in debito: quia ex natura ſuæ conceptionis ſupernaturalis ſine ſemine uirili nullo modo erat obnoxius illi peccato: & hoc modo negatur beatæ Virgini: cui ſolum hanc tribuimus excellentiam ſub Chriſto quòd ipſa habuit ex eius gratia, & meritis, propter eius honorem immunitatem ab originali de facto, quam ille habuit ex natura, ut ſuprà declaratum eſt. Non igitur Maria Chriſto æquiparatur in hoc, ſicut nec in aliis excellentiis utrique communibus, quia aliter & aliter illis conueniunt ſecũdum Hieronymum in ſermone aſſumptionis. Vnde Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt Luc. 1. Quod naſcetur ex te ſanctum, ait quòd multa in ſcripturis, ſententiisq; doctorum de Chriſto dicuntur tanquam ſingulari modo illi conuenientia, quia ſcilicet ex natura ſua, & eſſentialiter illi conueniunt: quæ tamen ex gratia ſimiliter aliis ſanctis, & præcipuè beatæ Virgini conceduntur: ut eſt id, quod canit eccleſia, Tu ſolus ſanctus &c. Et Dominus poſſedit me in initio uiarum ſuarum. Prouer. 8. Adde quòd licet in conceptione, & natiuitate ſancta, & etiam *Reſpon.*

in tota

in tota vita ſine vllo peccato Chriſtus, & beata virgo æquiparentur, aliter, & aliter, vt dictũ eſt: Chriſtus tamen in multis aliis, & ſimpliciter eam excedit, vtpote qui conceptus de ſpiritu ſancto, & ſtatim perfectus homo, viator, & comprehenſor fuit; & ita non valet illa conſequentia: alioqui eodem modo argueremus apoſtolos in excellentiis ſimpliciter, vel in miraculis Chriſto æquari: quia videlicet eadem & interdum maiora ſigna fecerunt. Ioã. 14. Maiora horum faciet: at, quia eius virtute fecerunt, non tàm ipſi, quàm Chriſtus per illos ea fecit; longoque poſt ſe interuallo eos reliquit.

Argumen. 7 Septimò principaliter ad idem arguitur: quia beata virgo fuit decimata in lumbis Abrahę ſecundum Aug. quia erat tunc in Abraam ſecundũ rõnẽ ſeminalem quo tempore ipſe obtulit decimas Sacerdoti Melchiſedech: per quem ſignatur Chriſtus offerens ſeipſum patri pro omnium redemptione: & illę decimæ ſignificant omnes per Chriſtum redimendos, vt Gen. 14. Maria autem eguit Chriſti redemptione, vt patet: ergo de facto fuit decimata, & per conſequens in peccato originali: non enim niſi pro peccatoribus ſignificatis in decimis illis obtulit Abraham.

Reſpon. Reſpõdeo conceditur antecedens, ſicut probatũ eſt: & illud concedit Marſilius, quamuis alii illud malè negent: ſed negatur vltima cõſequẽtia: quia fuit præſeruata ne de facto peccatum contraheret: ſicut præſeruatiuè redempta eſt. Et ad probationẽ dico quòd pro peccatoribus in facto, vel in debito figuratè obtulit decimas Abrahã, & verè paſſus eſt Chriſtus, & talis fuit beata virgo, ſcilicet ſolum in debito peccatũ contrahens, vt ſępè dictum eſt.

Argumen. 8 Octauò principaliter ad idem arguitur: quia ſi de facto beata virgo nunquam fuit mortua, aut captiua peccati originalis, ergo neque vnquàm fuit propriè, aut verè vllo modo etiam præſeruatiuè redempta per Chriſtum. Patet conſequentia. Tùm primò, quia ſecundum Zozimum Papam, vt ſupra conclu. 5. habetur, nullus, niſi peccati ſeruus eſt, liber efficitur: nec redemptus dici poteſt, niſi qui per peccatum verè fuerit ante captiuus: vbi nota ly verè fuerit ante captiuus. Tùm ſecundò, quia generatio, & eſſe naturæ eſt prius, quàm regeneratio, & quàm eſſe gratiæ.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam: & ad primam probationem ex Zozimo Papa dico quòd loquitur de redemptione non præſeruatiua, ſed releuatiua poſt caſum in mortem, & captiuitatem de facto contractam, vt patet ex ratiõibus, & eius intento ibidem in Epiſtola Auguſtini 157. ad Optatum, vbi de baptizatis agit per baptiſmum liberatis à peccato: Nam & implicat quòd quis ſit præſeruatiuè redemptus, quodque fuerit de facto ante captiuus: ſufficit ꝙ in debito, vt ſępè dictum eſt.

Ad ſecundam probationẽ reſpondeo ſecundum Scotum concedendo antecedens, & cõſequentiam de prioritate naturæ, ſeu præſuppoſitionis, quia, ſcilicet præſupponitur, & præintelligitur eſſe naturale animæ, ſeu perſonæ ad eſſe ſub peccato, ſeu ad eſſe ſub gratia: quia prius naturaliter eſt in ſe, quã ſub aliquo accidente, aut quàm in ordine ad aliud, ex quo quantum eſt ex natura ſua illud non includit aliud. Similiter dico quòd in tali prioritate naturæ beata virgo prius fuit priuata gratia, & fortè etiam in originali, quàm in gratia: quia quantum eſt ex natura ſubiecti, quod eſt prius natura, vtroque oppoſitorum ei conuenientium, prius naturaliter eſſet, aut præintelligitur eſſe ſub priuatione, quàm ſub forma oppoſita. Sed ex hac prioritate naturæ nõ ſequitur vlla prioritas temporis, aut quòd de facto ita fuit in executione pro aliquo temporis momento: Ideò nil concluditur ad propoſitum, vbi de prioritate temporis agimus: de qua negatur antecedens & conſequentia huius ſecundę probationis: quod patet, quia etiam ſecundum Thomam angeli, & Adam fuerũt ſimul tempore in eſſe naturę, & gratiæ creati, ſimiliter & anima Chriſti, & ſimiliter de beata virgine credendum eſt.

Nonò principaliter ad idẽ arguitur, quia ſi beata virgo de facto nunquam fuit in originali, neque mortua, ſiue captiua, ergo, neque in debito, neque illi peccato obnoxia; Conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Nam conſequentia probatur: quia ſi verè fuit obnoxia morti, vel peccato, ergo aliquãdo fuit verè in eo peccato, vel morte: & tunc quęro quando. Nam antequam ſit, non poteſt quiſquam dici obnoxius morti, vel peccato: quia ſi eſt obnoxius, iam eſt. Neque poſtquam fuit: quia iam præſeruata ab originali non manſit in ea amplius debitum illud contrahẽdi, ſicut neque poſt baptiſmum. Neque in primo inſtanti temporis, quo incepit eſſe ſimul & in gratia: tunc enim non poteſt iam dici obnoxia peccato, ſicut nec poſt, quando habebit gratiam, per quam peccatũ & debitũ illud ſimul tunc remittitur, vt in baptiſmo: relinquitur ergò quòd aliquando fuit obnoxia peccato originali, quando ipſa verè erat, & non ſimul tunc erat in gratia: Et ergo tunc iam non ſolũ in debito, ſed & de facto in peccato, & eius morte, ſeu captiuitate erat. Hoc argumẽtum facit Sylueſter in ſumma. Argumen. 9

Reſpondeo ſecundum Catharinum negando cõſequentiam: & ad eius probationẽ negatur etiam cõſequẽtia: & ad eius probationem, vbi quæritur quando fuit obnoxia peccato, dico quòd antequã fuiſſet in rerum natura: & negatur quod ibi dicitur neminem, ſcilicet, dici obnoxium alicui, antequam ſit: negatur etiam conſequentia, ſi eſt obnoxius, ergo eſt. Dico enim quenquam & eſſe, & dici poſſe obnoxium peccato, quando nondum eſt in rerum natura: ſufficit, quòd ſit in potentia, vel virtute. Quod patet, quia ſanctus Ambroſius ait quòd Adam obligauit poſteritatem, quæ tamen tunc nondum realiter erat, quando ille peccauit: & ad Roman. 5. habetur quòd omnes in Adam, ſcilicet peccante peccauimus: & Hebrę. 7. Leui decimatus fuit in lumbis Abrahæ, cùm ille obtulit decimas Melchiſedech: & Beatus Thomas ait. Car- Reſpon.

nem

nem Chriſti in patribus obnoxiam fuiſſe peccato: cùm tamen nondum caro Chriſti realiter eſſet in rerum natura. Sic & Maria, antequam eſſet in rerum natura, obnoxia fuit peccato, & captiuitati quia erat in potentia, ſeu virtute in ſemine, ex quo ipſa formata eſt, & in diuina cognitione: ideò negatur conſequentia, Maria eſt obnoxia peccato; ergo eſt. Quia arguitur à ſecundum quid ad ſimpliciter, ſicut ſi argueretur, Eſt in potentia, ſeu virtute: ergo eſt. Eſt obligatus hæres meus ad hoc, ergo hæres meus eſt. Vnde ſicut fructus arboris dicuntur uenditi, uel etiã læſi pro quando fuerint, antequàm ſint, dùm arbor, in qua uirtualiter continentur, venditur uel læditur, ſic Maria in ſemine parentum virtualiter exiſtens dicitur obnoxia peccato; quia inde traheret neceſſitatem incidendi de facto in ipſum originale, niſi ab eo per gratiam præſeruaretur, quãdo incipit eſſe, vt ſæpè dictũ eſt: Quãtò magis, quod nos non dicimus, quòd Beata Virgo fuerit unquam peccato obnoxia, aut quòd vnquam in debito ipſa illud contraxit ly unquam aut ullo tempore non dicimus, ſed quod ex ſe, & & ex conditione ſuæ naturæ, quod eſt eſſe obnoxiã ſecundum quid, illud contraxit? quæ tamẽ ſimpliciter, aut de facto nunquàm illud contraxit? neque illi vnquam obnoxia fuit propter gratiam præſeruãtem, ut declaratum eſt. Quare à ſecundum quid ad ſimpliciter argumentum malè procedit.

Arg. 10. Decimò principaliter ad idem, & contra tertiam concluſionem arguitur, quia ſi cõcluſio eſſet uera, ſequeretur quòd ordo prædicatorum, & alii celebrantes ſanctificationem, & non conceptionẽ Beatæ Virginis, celebrarent mendacium, vel errorem, & per couſequens peccarent.

Item ſi non liceret ſentire, aut agere contra ritum, & celebrationem eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum particularium: ergo peccant tenentes Beatam Virginem in originali peccato conceptam eſſe, quod concedere eſt contra tertiam concluſionem ſuprà dictam.

Reſp. Reſpon. ad primum negando ſequelam dico. n. quòd celebrantes ſanctificationem Beatę Virginis non celebrant quòd fuit in originali concepta; neque id intendunt vllo modo, etiam præſuppoſitiuè: ſed ſolũ celebrant eius immunitatẽ ab originali, quandocunque & quomodocunque id factũ fuerit, relinquendo ſub dubio quando & quomodo id factum fuerit ſecundum Thomam tertia parte q. 27. art. 2. Sanctificatio enim per ſe non dicit, neque præſupponit culpam, à qua fiat purificatio: ſed ſolum per accidens. Nam ſecundum Thomam tertia parte q. 34. art. 1. Sanctificari per ſe, & propriè eſt fieri ſanctum de non ſancto priuatiuè: per accidens autem eſt de contrario poſitiuè exiſtente, ſcilicet de peccatore emundari & fieri ſanctum: quæ duplex ſanctificatio innuitur prima Corinth. 6. Sed abluti eſtis, ſcilicet per amotionẽ ſordium peccatorum: ſed ſanctificati eſtis, ſcilicet per acceſsionem gratiæ: vbi clarè diſtinguitur ſanctificatio propriè, & per ſe, ſumpta ab ablutione peccati. Et ità Chriſtus propriè dicitur ſanctificatus à patre: Ioan. 10. Quem pater ſanctificauit &c. Sic in propoſito Beata Virgo dicitur ſanctificata à peccato propriè, & per ſe id eſt, ſancta ſine peccato: licet clarius & excellẽtius id importetur nomine præſeruationis, quæ ab aliis ſanctificatio præſeruatiua appellatur.

Ad ſecundum reſpondeo negando conſequentiam: quia quanuis nõ liceat diſſentire ab eo, quod eccleſia Romana, & aliæ eccleſię eum ea vniuerſaliter docent, & agunt, tanquàm neceſſariò agendum, atque tenendum: ità quòd nõ permittitur oppoſitum teneri, aut dogmatizari impunè, vt de aſſumptione Beatæ Virginis, corpore, & anima & de aliis eiuſmodi. Secus autem ab eo, quod vt pium duntaxat, & probabilius tenendum, & celebrandũ conſulit, & docet, & celebrat eccleſia: ità quòd oppoſitum teneri & doceri permittitur ab ea, qualis eſt celebratio immaculatæ conceptionis, & cultus, & ritus eius, ut ſuprà dictum eſt.

Quòd ſi replicetur quòd ſaltem peccato temeritatis, licet non peccato erroris, ex parte rei opinatę peccant oppoſitum tenẽtes: ex quo probabilior eſt opinio, & concluſio ſexta ſuprapoſita. Nam temerè, & irrationabiliter agit qui minus probabile ſcienter eligit, & ait. *Replica. 1.*

Reſpon. negando ſequelam: quia non eſt probabilior opinio ipſis ſequentibus oppoſitum: quanuis in ſe, & quoad alios ſit ſimpliciter probabilior: nã illi per probabilem ignorantiam à peccato excuſari poſſunt; maximè ſi non ex ſua praua affectione, ſed ex ignorantia inculpabili talis opinio de immaculata Virginis conceptione minus probabilis illis effecta eſt. Et ità videtur in propoſito quòd eccleſia nullo modo cogit ad huius, uel illius opinionis maiorem probabilitatem, ſeu veritatem inquirendam, ſiue tenendam: licet ſuadeat, & ut magis piam, magiſque probabilem amplectatur partem immaculatę conceptionis, ut patet ex ſuprà dictis. Vnde fit quòd nullus tenetur facere quicquàm ad prædictam ueritatem, ſeu maiorem probabilitatẽ huius, uel illius partis inquirendam: ſed licitum eſt pro ſua cuiuſque affectione, & opinione huic, vel illi parti adhærere, quouſque per eccleſiam determinetur. *Reſpon.*

Quòd ſi vlterius replicetur quòd opinio tenens immaculatam virginis conceptionem ſapit fidem: ergo oppoſita ſapit hæreſim, Conſequentia patet, & antecedens probatur; quia benè ſequitur. Omne reuelatum, & teſtificatum à Deo eſt uerum, & de fide tenendum: Immaculata autem conceptio Beatæ Virginis eſt huiuſmodi, vt patet ex quarta probatione præfatæ ſextæ concluſionis, ſaltẽ eſt id valdè probabile, quod & rationabiliter negari non poteſt, ut ibi probatũ eſt: ergo eſt de fide tenenda. Ecce quomodo concluſio hæc ſequitur ex maiore, quæ eſt de fide, & ex minore, quæ licet non ſit de fide, eſt tamen adeò probabilis quòd rõnabiliter negari *Replica.*

gari non poteſt: ergo ſapit fidem. Nam ea eſt diffinitio propoſitionis ſapientis fidem, ut ſupra.q. 17. habetur.

Reſpon. Reſpon. negando antecedens, & ad eius probationem dico quòd illa maior ſolum eſt uera, quando certò conſtat eſſe reuelatum, uel certificatum à Deo; non autem quando opinatum eſt. Igitur prędicta opinio, ſeu concluſio ſexta ſolum eſt de probabilitate, ſeu pietate fidei; & oppoſita non quidē impia, ſed non pia, neque tam probabilis eſt.

Quòd ſi in illa maiori dicatur quòd omne certitudinaliter reuelatum à Deo eſt de fide &c. iam procedit argumentum ſupradictum: Reſpon. quod tunc negatur minor ibi ſubſumenda: negatur enim rationabiliter quòd hoc eſt certitudinaliter reuelatum à Deo, quamuis probabiliter concedatur quòd id reuelatum eſt, idque irrationabiliter negatur.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVINTA.

Vtrum in Beata Virgine fuerit aliquando fomes peccati.

Duo Punct. RESPON. hic ſunt duo puncta pertractanda: primum quid ſit fomes, ſecundum utrum fuerit in Beata Virgine.

1. Opinio. Quoad primum eſt triplex opinio. Prima quòd fomes eſt quædam qualitas morbida in carne exiſtens inclinans appetitum ſenſitiuum ad intenſius, & vehementius appetendum delectabilia, & maximè veneres, præter, & cōtra rectam rationem: ità quòd prædicta qualitas in carne tanquā quidā habitus naturalis valdè inclinat, vel facit inclinationem naturalē appetitus ſenſitiui ad delectabilia carnis eſſe vehementiorem, & præter naturalem, & per conſequens deordinatam: ſicut morbus facit calorem naturalem eſſe vehemētiorem, & præter naturalem, & febrim, aut ſitim, ſeu famem caninam, & ex conſequenti ſic deprimit mentem ipſi appetitui naturaliter condelectantem: ipſique menti adeò infecta eſt & dominatur: ne niſi cum magna difficultate poſſit ipſum appetitum ſenſitiuum tali morbida qualitate infectum, atque deordinatū ſuperare. Et actus iſtius fomitis, ſeu appetitus talis qualitate, ſeu fomite infecti, ſeu inclinati, dicitur rebellio carnis. Et hęc qualitas morbida permiſſa eſt à Deo propter peccatum originale, vndecūque aut quomodocunque proueniat, uel effectiuè ab ipſius appetitus natura deordinata, aut derelicta à iuſtitia originali propter peccatum, aut aliundè contrahatur: modò ſit, & ſubiectetur in omnibus membris, ut innuitur Rom. 7. Sentio aliam legem in membris meis &c. modò in appetitu, ut dicere videtur Scotus; modò ſit intenſibilis & remiſſibilis quoad ſubſtantiam, & quoad actum ſimul: modò quoad actum tantum: modò non, ſecundum diuerſas doctorum opiniones quoad hoc: de quo ad præſens nil curo. Et hanc opinionem quòd fomes ſit prædicta qualitas morbida tenent ferè doctores antiqui, & multi moderni: & refert, & tenet cū eis Gabriel in 2. diſt. 30. q. 2. Et in 3. diſtin. 3. q. 2. ibi uideatur: Et ad idem eſt gloſſa Lucæ. 10: dicēs quòd Homo eſt vulneratus in naturalibus.

2. Opinio. Secunda opinio, quòd fomes eſt ipſa concupiſcentia naturalis, vel aptitudinalis inclinatio appetitus ſenſitiui ad ſua obiecta delectabilia, originalis iuſtitiæ fręno propter peccatū deſtituta. Ità quòd vltra ipſum naturalem appetitum ſenſitiuum, ſeu ultra præfatam inclinationem eius naturalem aptitudinalem, quæ naturaliter eſt apta nata ferri ad vltimum de potentia in ſua obiecta delectabilia, nihil aliud dicit fomes de formali, niſi quòd ſit relictus talis appetitus, uel inclinatio eius ſuę naturæ propter peccatum, præter & contra rationem inſurgere, & actualiter inclinare, & dominari. Nam talis inclinatio, cū ſit naturalis, certè fuiſſet in homine in puris naturalibus conſtituto: & ei non fuiſſet tunc pęna, ſed natura, cùm nō eſſet pp peccatū inflicta: in ſtatu autē innocentiæ tanquam quodam fręno iuſtitiæ originalis dulciter reprimebatur, & rectificabatur talis inclinatio ſub ratione. Nunc uerò in ſtatu naturæ lapſę deſtituta fręno prędictę iuſtitiæ originalis ut fera rediit ad ſuam naturam feralem, & impetū ſuo naturali effrenis fertur in ſua obiecta delectabilia præter, & contra imperiū rationis: & adeò trahit mentem, ſeu voluntatem naturaliter appetitui ſenſitiuo condelectantem; quòd niſi difficulter nimis ei nō plenè reſiſtit, quin aliquo modo ſcilicet, formaliter, uel interpretatiuè uoluntariè conſentiat, aut condelectetur. Et talis concupiſcentia naturalis relicta ſuę naturæ præter & contra rationem inſurgere, & actualiter inclinare, & dominari, ut dictum eſt, dicitur fomes, ſenſualiter, tyrannus, & lex membrorum, Rom. 7. Dicitur & vulnus naturæ, & morbus eius, & infirmitas: quia cùm natura hominis rationalis ſit operari ſecundum rationem à quo per ſenſualitatem cohibetur, donum iuſtitię originalis ſenſualitatem continens perficiebat hominem in naturalibus: cùm prohiberet ne per ſenſualitatem impediretur opus rationis huiuſmodi naturale: Ob idque priuatio illius iuſtitiæ originalis fuit plaga, & vulnus in natura, ſeu in naturalibus: quatenus homò indè relictus eſt incurſionibus, & rebellionibus carnis patens, atque ſubiectus, ut non poſſit eis plenè dominari: neque iuxta naturam ſuam rationalem perpetuò operari. Quò fit ut nunc homo cum ſolo originali peccato, uel cum fomite prædicto ſecluſis habitibus aliis non vehementius feratur in ſenſibilia, neque ſit magis procliuis in malum, quàm ſi eſſet in puris naturalibus. Nam ſolum differunt ſicut moles ab alto cadens impedita prius, & poſteà allato impedimento quę quidem ęquali vehementia cadit, antequam retinetur, & poſtq̄ obſtaculum remouetur. Ecce ergo quare dicitur morbus, vulnuſque naturæ, ſeu naturalis. Dicitur enim lex carnis, & tyrannus: quia non aliam ſequi

tur

tur normam, quàm voluptatem carnis, vel delectabilia ſenſus: & ideò nos vt tyrannus de arce, & cacumine rationis deturbat. Fomes denique peccati ideò dicitur, quia uel eſt effectus peccati, uel quòd nomẽ ſignificat, quia inclinat ad peccatum, & fomentum eſt, alimentumque uitiorum, quę cõ ſenſu uoluntatis indè allectę committimus.

Hanc opinionem tenet Scotus, & multi alij, etiã antiqui ſcholaſtici in ſecundo diſt. 30. 31. Et durandus in 3. diſtin. 3. q. 3. Et Caietanus prima ſecundę. q. 109. art. 2. & q. 82. art. 1. Et magiſter Soto latius de natura & gratia lib. 1. cap. 13. Et ad idem eſt Angeſt. in moralibus ca. 15. & alij moderni, & Angeſt. ibidem dicit hanc opinio. eſſe Anſelmi de conceptu virginali cap. 5.

3. Opinio. Tertia opinio eſt quòd fomes non eſt inclinatio naturalis ad delectabilia carnis, qualis eſſet in homine in puris naturalibus conſtituto &c. ut dictum eſt in ſecunda opinione, ſed eſt inclinatio pręternaturalis, & uehementius inclinans ad delectabilia ſenſus, ſeu carnis, & ad intenſiorem actum, quàm rationis ordo requirit. Sicut febris eſt calor præternaturalis, & ſitis, ſeu fames canina eſt inclinatio præternaturalis ad ſuum obiectum, ſ. vehementius inclinans ad id, quod ordo naturę requirit: Sic in propoſito, nam in puris naturalibus inclinatio naturalis ad ultimum de potẽtia non tàm vehementer, neque tàm immoderatè inclinaret, uel ferretur in ſuum obiectum delectabile, ſicut nunc fertur, & inclinat: ſed ſicut guſtus, olfactus, & alii ſenſus ad vltimum de potentia, moderatè tamen ferentur in ſua obiecta; ſic inclinatio ad venerẽ fuiſſet moderata. Nunc autem vehementior facta eſt; & immoderata, vt patet experientia: & ideò dicitur fomes inclinare præter rationem: dicitur & cõtra rationem: quia ratio vix ei dominari poteſt: immo ipſa inclinatio vehementior debito inſurgens interturbat rationẽ, eique dominatur ne ſub eius imperio pacari poſſit: licet voluntas poſſit ei non conſentire. Itaque talis inclinatio eſt à Deo deordinata in modo ſuo, & in ſuis actualibus inclinationibus, ſeu actibus uehementioribus, aut intenſioribus debito producendis: habetque eaſdem conditiones, & effectus, quos qualitas morbida in prima opinione ferebatur habere. Et ſi quæratur vnde prouenit talis vehementia, aut deordinatio, aut vnde facta eſt præternaturalis illa inclinatio naturalis Reſpon. cauſa demeritoria fuit peccatum, cauſa permiſsiua Deus, cauſa effectiua extrinſeca ſecundum aliquos fuit flatus ſerpentis ſeu potius cauſa effectiua intrinſeca, ſeu materialis eſt complexio ipſa corporalis cum diſpoſitionibus corporis per peccatum diſcraſsiati, ſeu diſtemperati. Nam per peccatum non ſolum anima, ſed etiam ipſum corpus hominis eſt totum in deterius commutatũ, ut ait concilium Triden. ſeſſ. 5. cap. 1. Conſtat autem ex diſcraſsia, ſeu diſtemperatione corporaliũ humorum, & qualitatum, aut eorum corruptione ipſum corpus alterari; hominemque ſic uel ſic corporaliter alteratum, & complexionatum vehementius in ſua obiecta, quàm ipſum, uel alium non ſic alteratum, & complexionatum. Itaque corpus hominis per peccatum in deterius commutatum eſt cauſa intrinſeca illius deordinationis, ſeu uehementię pręternaturalis inclinationis ad delectabilia carnis, ut dictum eſt.

Et hæc tertia opinio ſicut declarata eſt probatur quoad omnes ſuas partes dupliciter. Primò *1. Ratio.* quia quiditas, ſeu formalis, & intrinſeca ratio fomitis non ſtat in hoc quòd ſit inclinatio naturalis ad delectabilia ſenſuum: neque quòd ſit ad delectabilia ſenſuum contra rationem, aut contra Deum, ſeu ad delectabilia illicita ſenſuum, quod idem eſt: neque quòd ſit deſtituta iuſtitia originali, aut relicta ſuæ naturæ, neque in omnibus his ſimul: ergo ſtat in hoc quòd ſit præternaturalis, aut præternaturaliter uehementius debito inclinet ad delectabilia carnis, ſeu ſenſuum, & maximè ad uenerea undecunque id proueniat. Conſequentia patet; quia non eſt dare medium, neque aliud à prædictis in quo ſtare poſſit quidditas, aut formalis ratio fomitis. Antecedens autem probatur quoad primum, nempe quòd quidditas fomitis non ſtat in hoc quòd ſit inclinatio naturalis ad delectabilia ſenſuum. Patet tùm primò quia ſic ſequeretur quòd ubicunque eſſet talis inclinatio, puta in uidendo pulchra, audiẽdo dulcem harmoniam, odorando, & guſtando, & tangendo ſuauia, & delectabilia quæcunque, eſſet fomes, quod adſit: Tùm ſecundò quia cùm naturalis inclinatio ſit ab ipſo datore naturę ſimul & immediatè, iam fomes, qui eſt uitium & malum naturę, & contra rationem, eſſet effectiuè à Deo immediatè, quod iterum abſit.

Secundò probatur dupliciter quòd neque quidditas fomitis ſtat in hoc quod eſt inclinatio naturalis ad delectabilia illicita ſenſuum. Tùm primò quia etiam ſecundum Angeſt. ubi ſupra contingit inclinare fomitem ad bonum ut patet: quia contingit actum prius malum delectabilem, ad quem inclinabat fomes effici bonum continuatum, puta ad coitum cum Berta ante coniugium, & poſt coniugium: & per huiuſmodi extrinſecam permutationem de malo in bonum non ceſſat fomes naturaliter inclinare ad eundem actum: cùm ſit naturale agens, neque ulla fiat uariatio eius, aut alterius actionem impedientis, ut ſupponitur: ergo fomes ad actum eundem nunc bonum inclinat qualiter prius: ſicque nunc ad bonum, nunc ad malum inclinat. Sed id ei per accidens prouenit, quòd ſcilicet ſit, uel non ſit prohibitum uel illicitum id ad quod inclinat, ut hoc etiam ait Durandus ubi ſupra: quia tamen communiter & frequentius id delectabile, ad quod inclinat, fomes, eſt illicitum: ideò regulariter dicitur ad malum inclinare. Tùm ſecundò quia tunc omnis inclinatio corporalis ad delectabile illicitum eſſet fomes, ut inclinatio ad quieſcendum, ambulandum, loquendum uidendum, & guſtandum delectabilia quo tempore prohiben-

bib entur, quod non videtur. Nam & ab infirmitate naturali prouenire poteſt talis inclinatio, puta ſitis, & fames canina & deordinata, etiam tempore prohibito, uel ad cibum prohibitum, ut ſuprà probatum eſt: Tertiò probatur quòd neq; quidditas fomitis ſtat in hoc quod eſt inclinatio naturalis deſtituta à iuſtitia originali, aut relicta ſuę naturæ, quia extrinſecum eſt eſſentiæ, aut quidditati inclinationis naturalis, quòd ante fuerit frænata, aut contenta ſub iuſtitia orginali, ſeu alio dono: aut quòd iam ſit deſtituta illo dono, uel non: manet nanque eadem natura rei ſemper: & per aduētum, vel receſſum doni extrinſeci non mutatur: igitur ſi illa inclinatio naturalis ante aduentum iuſtitiæ originalis non erat formaliter, & quidditatiuè fomes, ſequitur quòd nec nunc relicta ſuæ naturæ: Et ulterius tandem ſequitur quòd deſtitui à iuſtitia originali non dat illi inclinationi naturali eſſe ſubſtantiale, & formalem rationem fomitis. Quod enim eſt extrinſecum non poteſt eſſe ratio formalis eſſentiæ rei: ſed ſolum dicit cauſam, vnde in nobis proueniat, & vnde dicatur fomes peccati, quia ſcilicet à peccato prouenit, & quia ad peccatum inclinat, ut ſuprà dictum eſt. Quartò probatur quòd neque in omnibus tribus illis ſit ratio fomitis, quia nil eorū per ſe, nec omnia illa ſimul ſunt de intrinſeca ratione formali, aut de eſſentia fomitis, ut patet ex dictis.

2. Ideo. Secundò principaliter probatur hæc tertia opinio, quia per peccatum homo fuit non ſolum ſpoliatus omnibus gratuitis donis, de quorum numero eſt iuſtitia originalis: ſed & vulneratus in naturalibus, ut communiter dicunt doctores in parabo la Deſcendentes in hierico Luc. 10. & habetur in concilio Triden. ſeſſione. 5. cap. 1. quòd totus homo ultra peccatum, quod incurrit, originale: etiā ſecundum corpus, & animam eſt in deterius commutatus. Hoc autem aptè intelligi non poteſt, niſi dicamus aliquam ægritudinem, ſeu deordinationem præternaturalem eſſe in carne, ſeu corpore hominis, & in inclinatione eius ad ſenſibilia, & maximè venerea, qualis non fuiſſet in homine in puris naturalibus conſtituto: ergo ſi non ponitur ſupradicta qualitas morbida; nec uidetur aliud aliquid; ſequitur quòd præfata inclinatio præternaturalis, & vehementior debito ſit ponenda & dicenda fomes peccati, ut omnia ſaluentur in ueritate. Et quamuis naturalia propter peccatum nō ſint à nobis ablata, ſicut nec à dæmonibus: ſunt tamen in nobis infirmata, & aliquo modo corrupta, ut ſupra dictum eſt. Ideò & fomes dicitur languor naturę à Beato Thoma prima ſecundæ. q. 82. art. 1.

Et ad hanc opinionem uidetur accedere Beatus Anſelmus de conceptu uirginali ca. 3. cap. 4. dicēs quia primi homines peccauerunt: cùm originaliter incorrupti haberent poteſtatem ſeruandi ſine difficultate iuſtitiam; totum quod erat infirmatū, corruptum eſt. Corpus quidem, quia tale poſt peccatum fuit, qualia ſunt brutorum animaliū corpora, corruptioni & carnalibus appetitibus ſubiactā tia, anima uerò, quia ex corruptione corporis, & eiuſdem appetitibus, atque ex indigentia bonorum quæ perdidit, carnalibus affectibus eſt inſerta. Et quia tota natura humana erat in illis, tota infirmata, & corrupta eſt. Hæc ibi. Et ca. 5. ponit exemplum de fera, quæ fractis uinculis ſæuit & magis efferatur. Sic inclinatio ad carnalia relicto freno iuſtitiæ originalis facta eſt uehementior, & ad inſtar bruti efferata eſt: magis inquam, quàm fuiſſet in homine in puris naturalibus conſtituto. Et iſte dicitur fomes peccati, languor, & morbus, corruptioque naturæ, & vulnus illius propter peccatum, atque tyrannus, ut dictum eſt. Et fortè doctores de prima opi. uel multi eorum vocauerunt qualitatem morbidam prædictam fomitem, quia eſt ægritudo, & corruptio naturæ: ægritudo autem largè dicitur habitus, ſeu qualitas ab Ariſto. ut etiam refert. B. Tho. 1. 2. q. 82. art. 1. Et per hæc patet impugnatio ſecundæ opinionis: Nam prima opi. ſatis probabilis eſt; uel benè intellecta cum hac tertia opinione coincidit. Et ſic patet primum punctum principale de qualitate fomitis.

Quoad ſecundum punctum, ſcilicet an fomes fuerit in Beata Virgine, eſt duplex opinio. Prima & communis tenet quòd fomes, id eſt qualitas illa morbida fuit quidem in Beata Virgine quoad ſubſtantiam uſque ad incarnationem uerbi, non tamen quoad officium, ſeu effectum: quia, ſcilicet fuit ligatus, uel ſopitus diuinitus ne exiret in ſuum actum ullo modo. Non enim fuit vnquam in B. Virgine peccatum aliquod, neque primus motus, aut tentatio carnis, aut uitium aliquod rationem perturbans. In incarnatione autem uerbi fuit prædictus fomes omninò ablatus ab ea, & extinctus, etiam quoad ſubſtantiam: quia tunc fuit Beata Virgo omninò ab illa qualitate morbida emundata; & remanſit in ea inclinatio naturalis appetitus ſenſitiui ſine iuſtitia quidem originali, ſed cum gratia eam in bono confirmante pleniſsimè: idque propter honorem, & puritatem corporis Chriſti ex ea tunc ſola ſine fomite prædicto formandi. Hanc opinionem tenent omnes ferè ſancti, & doctores antiqui, & Beda, & Damaſcenus ex Lu. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. Et gloſſa ordinaria ibidem innuit: Et de ſcholaſticis ferè omnes antiqui, & moderni, in 3. diſt. 3. ut etiam Gab. ibidem. q. 2. refert, & tenet cum eis. Et doctores etiam de ſecunda opinione idem tenent, ſed aliter & præcipuè Durandus in 3. diſt. 3. q. 3. qui dicit quòd fomes quoad eſſentiam, & ſimpliciter, fuit in Beata Virgine: ligatus tamen, vel ſopitus quoad actum uſque ad incarnationem, ubi fuit omninò ablatus: Quod ſic probat. Quia fomes eſt aptitudinalis inclinatio naturalis appetitus ſenſitiui ad delectabilia ſenſuum præter rationem: talis autem inclinatio non poteſt auferri ab ipſo appetitu: quamuis actualis inclinatio, quę eſt actus illius inclinationis aptitudinalis ſæpè impediatur. Sicut ab acci dente

2. Punctum. 1. Opinio.

dente non poteſt tolli quin ſit aptum natum eſſe in ſubiecto: quāuis uirtute diuina impediri poſſit ne actualiter ſit in ſubiecto, ut ſit in ſacramento eucharistiæ: quia talis aptitudo non eſt quid diſtinctū realiter à natura re: aut ſi eſt, ē cōnaturale, ſeu proprium inſeparabile ab ea, ergo non poteſt auferri fomes ab ipſo appetitu. Si ad hoc dicatur quòd benè quidem conceditur quòd ipſa aptitudinalis inclinatio appetitus in delectabile abſolutè non poteſt auferri, ut probatum eſt; benè tamen poteſt auferri illa inclinatio, quæ eſt præter rationem; quia illa eſt ex corruptione naturæ propter peccatum, quæ importatur nomine fomitis, aut ſenſualitatis formaliter. Contra hoc replicat Durandus quòd id non poteſt fieri: quia una & eadem aptitudinalis inclinatio appetitus ſenſitiui eſt, qua natus eſt ipſe appetitus ferri in ſuum obiectum indifferēter, ſiue ſecundum imperium rationis, ſiuè præter, aut contra: tota enim illa differentia eſt in actibus, ſeu in modo actuum, non autem in diuerſitate inclinationum aptitudinalium; quia non ſunt duę inclinationes, quarum vna ſit à natura, altera autem à peccato; ſed unica aptitudinalis tantum, & indifferens: quę eſt à natura per ſe, à peccato autem per accidens, ſicut à re mouente prohibens: quia, ſcilicet per peccatum amota eſt iuſtitia originalis, quę prohibebat ne appetitus ſenſitiuus ſecundum ſuā inclinationem aptitudinalem ferretur in ſuum obiectum præter aut contra rationem: ſicque impediebat talem actum, ſed non tollebat potentiam, ſeu aptitudinalem inclinationem, quæ erat in ſtatu innocentiæ, & fuiſſet in homine in puris naturalibus conſtituto: & ità patet quomodo fomes fuit in Beata Virgine quoad eſſentiam tātum uſque ad incarnationem, ſed ligatus, nec potuit ab ea auferri. Quomodo ergo dicitur quòd in incarnatione fuit fomes ablatus? Reſpondet ibidem Durandus quòd ligari dicitur, quando per cām extrinſecam, puta per diuinam prouidentiam ſpecialiter Beatæ Virgini aſsiſtentem, impedita fuit prædicta inclinatio aptitudinalis, ne exiret in actum uſque ad incarnationem uerbi. Auferri autem dicitur quando per cauſam intrinſecam, puta per habitum ſupernaturalem; ſeu per ſpeciale donum infuſum eam perficiens in incarnatione uerbi, impedita eſt prædicta inclinatio aptitudinalis, ne ullo modo exire poſſet in actum: ſicut factum eſt in ſtatu innocentiæ per donum iuſtitiæ originalis: & perfectius erit in gloria per dotes corporum glorificatorum. Hæc Durandus.

Sed certè uidetur deficere tùm primò quia pręſupponit fomitem eſſe inclinationem naturalem ipſius appetitus ſenſitiui, cùm tamen probatum ſit in tertia opinione eſſe inclinationem præternaturalem ipſius aptitudinalem, ut ibi latius habetur. Tùm ſecundò quia differentia, quam ipſe ponit inter fomitem ligari, & auferri per cauſam extrinſecam, uel intrinſecam tantum quoad actum, videtur ſolum eſſe uerbalis, aut facere uim in quid nominis, & non in re: & uidetur contra communem intellectum doctorum, qui per fomitem auferri intelligunt ipſum omninò, etiam quoad ſubſtantiam tolli.

2. Opinio. Igitur ſit ſecunda opinio quòd ab inſtanti, quo Beata Virgo fuit à peccato originali præſeruata, fuit ab ea ſimul fomes peccati ſimpliciter, & abſolutè, & formaliter loquendo penitus ablatus: & nunquàm fuit in ea, ſicut nec peccatum: neque fomes ipſe, aut inclinatio naturalis inclinauit actualiter ad malum, neque difficultauit ad bonum. Probatur primùm, quia fomes ſecundo modo acceptus ſecundum ſecundam opinionem primi articuli pręcedentis dicit duo: de materiali dicit inclinationem naturalem aptitudinalem appetitus ſenſitiui ad ſua obiecta delectabilia ſecūdum ſenſuma & de formali dicit, ſeu connotat quòd talis inclinatio ſit relicta ſuæ naturæ propter deſtitutionem iuſtitiæ originalis, ut aiunt expreſsè prædicti doctores de ſecunda opi. vbi ſuprà. Et hæc duo ſimul importantur nomine fomitis, & efficiunt perfectam, formalemque rationem eius, ità quòd ſi alterum defuerit, non erit formaliter & propriè, nec perfectè & abſolutè fomes, ſed ſola inclinatio naturalis: quia deficiente cōnotato, ſeu formali ſignificato, deficit & ſuppoſitio: in quo non eſt dubium. Nunc autem in Beata Virgine non fuit illud formale, ſeu connotatum nomine fomitis: quia prædicta ſua inclinatio naturalis non fuit relicta ſuæ naturæ: ex quo ſecundum ipſos, & omnes alios doctores fuit ligatus fomes, uel ſopitus ſemper diuinitus per donum extrinſecum, uel intrinſecum, quod parum refert: ergo ſimpliciter in ea nunquàm fuit fomes: ſed ſolum ſua inclinatio naturalis aptitudinalis ſine ullo uitio, & deordinatione, ut proximè latius dicetur. Et hoc eſt, quod doctores communiter dicunt, quòd fuit in ea fomes quoad ſubſtantiam, uel quoad materiale tantum, ſed ligatus: ſimpliciter autem non fuit fomes. Capiendo autem fomitem primo & tertio modo, probatur quòd nunquam in Beata Virgine fuit fomes ullo modo, neque quoad ſubſtantiam, quia fomes ſecundum primam opi. eſt qualitas morbida in carne: & ſecundum tertiam opinionem eſt inclinatio pręternaturalis uitioſa. Hæc autem nullo modo fuerunt in B. Vergine: quod patet; quia qua ratione communiter conceditur talis fomes omninò quoad ſubſtantiam ablatus ab ea in incarnatione uerbi; eadem debet & ante etiam ab initio ſui eſſe; & ſuę cōceptionis, ſcilicet propter honorem Chriſti, ut ex puriſsima carne uirginea puriſsimum eius corpus ſine vllo fomite, & vitio formaretur: ideò conceditur in incarnatione uerbi à fomite prædicto corpus Beatæ Virginis omninò fuiſſe mundatum. Sic ego nunc piè, & valdè probabiliter propter eandem cauſam credo ab initio ſuæ conceptionis id illi fuiſſe cōceſſum. Quorſum enim ſpectat, quid vè faceret illo tempore vſq; ad incarnationem verbi fomes quoad ſubſtantiam tantum ligatus ne exiret in

ret in actum in Beata Virgine Ocioſus? Si tunc denique omninò auferendus erat, quid cauſę fuit quod à principio penitus non tolleretur ſimul quádo & originali peccato per gratiam immunis facta eſt? Immò & ſi pietati, & quidem rationi conſentaneæ locus eſt, ingenuè credendum eſt: ſimul atque ſemina parentũ in utero matris coalue runt: à ſorde, & infectione qualibet naturali diuinitus eſſe purgata: vt indè puriſsimum corpus virgineum ſine ulla naturali infectione, corruptione, & uitio formaretur: quod nullis, niſi diuinis vſibus mancipandum erat. Et planè ad hoc facit oratio eccleſiæ dicens. Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis matris Mariæ corpus, & animam, ut dignum filii tui habitaculum effici mereretur Spiritu ſancto cooperante præparaſti &c. id vtique, quod & recta ratio naturalis tanquàm decentius & honorificum ſuadet, illi tribuendum. Ad idem eſt Auguſtinus lib. 2. de nuptiis & concupiſcentia cap. 7. dicens. In Maria nullum peccatum, nec fomes peccati extitit. Et hoc etiam refert, & tenet Grandis ſuper id. Rom. 7. ibi Video aliã legem in membris meis &c. Idem tenet expreſsè Alexander Alen. ubi infra, & Ambroſius Catharinus in tractatu de conceptione Beatæ Virginis.

Secundò probatur quòd in Beata Virgine non fuit fomes actualiter inclinans ad malum, neque difficultans ad bonum, quia ſcilicet nunquàm habuit primos motus carnis, præter aut contra rationem ſubrepentes, aut inſurgentes, aut rationem turbantes: neque per ullam naturalem inclinationem actualem ſenſuum, aut carnis fuit impedita, aut retardata eius uoluntas, quò minus feruentiſsimè in Deum tenderet, & bonum proſequeretur, ut hoc ait Bernardus in ſermone de aſſumptione, Signum magnũ: & tenet Gabriel in 3. di. 3. q. 2. conclu. 1. art. 1. & q. 2. dubio. 1. ſecundum Thom. ea. diſt. q. 2. art. 1. & 3. Ideò & comparatur cedro, quia non retardata eſt ullo modo quin ſemper ad maiora merita aſcenderet, & myrrhę propter corruptionẽ fomitis, quo caruit: myrrha enim à corruptione, & vermibus præſeruat. Et cum ſupradictis concordat Alexander Alen. 3. par. q. 9. membro. 2. art. 5. & mẽbro. 3. art. 1. & 2. Et Bonauentura in 3. diſt. 3. art. 2. q. 2. & 3.

Argum. 1 Contra prædicta arguitur primò, quia ſi caruit fomite, & difficultate indè prouenien te: ergo caruit merito proueniente ex circunſtantia difficultatis, quod uidetur inconueniens.

Argum. 2 Item ſecundò quia Lucę. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. ſecundum gloſſam ordinariam. Bedæ in Homilia ſuper Miſſus eſt, & Damaſceni, & aliorum ſanctorum (ut refert etiam & tenet magiſter in 3. diſtinct. 3.) intelligitur quòd Spiritus ſanctus ſuperueniens in virginem, mentem ipſius ab omni vitiorum ſorde caſtificauit, & ab omni æſtu carnalis concupiſcentiæ cor eius temperauit, atque mundauit. Item Damaſcenus lib. 3. ait, Poſt conſenſum Beatę Virginis Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam ſecundum quod ei Angelus dixerat purgans ipſam. Item Hugo. de Sancto Victore ait. Catholicę veritatis diffinitio eſt ꝙ filius Dei de carne obnoxia peccato carnem aſſumpſit liberam à peccato: tunc autem liberata eſt, quàdo mundata: & tunc mundata, quando aſſumpta: ergò caro Virginis ante filii cõceptionem fuit caro peccati, & immunda, habens fomitem, & indigens purgatione, quam tunc fecit Spiritus ſanctus.

Reſpon. ad 1. Argum. Reſpon. ad primũ ſecũdum Alexãdrũ vbi ſupra mẽbro. 2. art. 5. conceditur conſequentia: neque id eſt inconueniens: tùm primò quia fomes, & difficultas indè proueniens non eſt promotiuũ virtutis ſimpliciter. ſ. in natura ſana, neq; in quocunque homine: ſed ſolũ ſecundum quid, & per accidens, ſcilicet in natura ęgra: & id ſolum in perfectis ad humilitatem 2. Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur: Beata autem virgo erat ſana per gratiã excellentem, ideò in ea fomes, & indè reſultans difficultas non eſſet promotiua ad uirtutem, & meritum: Tùm ſecundò dato quòd in ea talis difficultas eſſet de ſe promotiua ad uirtutem, & meritum quo modocunque, non eſt inconueniens in ea de facto non eſſe meritum indè prouenien s: cùm tamẽ aliũdè melius recompenſaretur per maiorem conatũ, & intenſionem uoluntatis, gratię, & charitatis excellentis ipſius, & ex aliis operibus, & virtutibus eius heroicis.

Reſp. ad 2. Ad ſecundũ Reſpon. uno modo ꝙ illud Lucę. 1. intelligitur ſecundũ Lyram, & alios doctores non de fomitis purgatione: ſed de Spũs ſancti ſuperuentione per ampliationẽ gratiã in Virgine, & per mirabilẽ operationem in conceptione verbi de eius carne virginea; licet alii doctores aliter illa verba gloſſent ſecundum ſuã ipſorum opinionem de fomite B. Virginis. Sed quomodo ſupradicta gloſſa Nicolai Lyrani & aliorum ſit optima uideatur ſupra q. 44. in Reſpon. ad 3. arg. contra 6. concluſionem ad quintã auctoritatẽ diui Ambroſii, Bedę, & Damaſceni. Alio modo Reſpon. ſecundũ Alexandrũ Alen. ubi ſupra ꝙ fomes quoad formale ſupra dictũ fuit omninò à B. Virgine ablatus, ſeu extinctus in eius præſeruatione, ſeu ſanctificatione in utero, & hoc quatenus reſpicit ipſam perſonã virginis dũtaxat, ſic, ſ. ꝙ omninò ab ea ablata eſt inclinatio deordinata ad malũ, ſeu ad peccatũ inclinãs, & difficultãs ad bonũ, ut ſupra declaratũ eſt: manſit tñ in ea prędictus fomes aliquo mõ, prout reſpicit naturã, ſ. reſpectu prolis generãdę cũ delectatione pręternaturali, ſeu libidinoſa cõcupiſcẽtia vſque ad cõceptionẽ verbi, in qua fuit oĩo mũdata à prędicto fomite, & cõcupiſcẽtia libidinoſa, etiã reſpũ naturę, quia cũ tali cõcupiſcẽtia nullo mõ cõcepit, ut de hoc latè, & pulchrè agit Abulen. in prima paradoxa c. 40. 41. & ex tũc mãſit ſic oĩò à tali cõcupiſcẽtia mundata: ꝙ ſi poſteà conciperet alium, uel alios filios poſt Christum, certè ſine tali libidinoſa concupiſcentia conciperet: ſicut in ſtatu

innocētiæ mulieres cōcepiſſent vel non,cū maiori delectatione,q̄ nūc ſecūdū rectā rōnē comedimus & bibimus proportionabiliter. Et quoad hāc mundationē à cōcupiſcētia,& fomite, & ſordibus uitiorū,ſ. reſpectu naturæ intelligūtur prædicti doctores,dicētes φ in cōceptione verbi,qū ſpūs ſanctus ſuperuenit in eā,emūdata,ſeu purgata eſt. Et Sanctus Bonauentura vbi ſupra dicit φ hoc modo intellecta opinio eſt valdè rōnabilis,& probabilis:licet ipſe eā nō tàm amplè declaret: neq; tandem in ea permaneat. Sic etiā patet quare caro oīum, præter Chriſti, dicitur caro peccati:quia,ſ. eſt cū libidine,& cōcupiſcentia,ſeu fomite ex peccato proueniēte generata. Sic etiā caro B. Virginis ſecundum cōiter doctores fuit caro peccati: quia cū cōcupiſcētia libidinoſa generata eſt, & cū fomite quoad naturā vſq; ad incarnationē verbi,ut dictū eſt. Caro autē Chriſti nullo modo fuit, neq; dicitur caro peccati,quia nullo mō cū libidine,aut fomite cōcoeptus eſt:ſed ſimilitudinē tm̄ carnis peccati habuit, quia habuit corpus ſubiectū pœnalitatibus mortalitatis noſtræ ex peccato prouenietibus:idq; ad mūdi redētionē ex ſpeciali diſpēſatione,& miſericordia Dei, ut dicit magiſter in 3. diſt. 3. Ex prædictis etiā poſſunt cōcordari & intelligi cōiter doctores dicētes φ ante incarnationem verbi fuit fomes in Beata Virgine ligatus vel ſopitus, nō aūt oio extinctus,nec ablatus:quia,ſ.licet quoad perſonā fuerit oio ablatus quoad formale, nō tñ quoad naturam ſcilicet propagandam omninò vſque ad incarnationem verbi ablatus,& extinctus, ut dictum eſt.

Dubium. 1. Et ſi quæratur primò Vtrum Beata Virgo ſi denudaretur,aut uiro cognoſceretur (adſit reuerentia verbo) haberet verecundiam?

Reſpon. Reſpon. φ ſic:licet nō haberet fomitē,aut cōcupiſcentiā libidinoſam, quia talis verecūdia eſt pœna, ſeu pœnalitas relicta pp peccatū generaliter oibus habētibus vſum rōnis, quātuncūq; innocētibus:ſicut fames,ſitis,& iniuria illata cōtra honorē: ut patet in Chriſto,qui in cruce nudatus pœnalem uerecūdiā habuit, & B. Virgo cum eo. Similiter in hoc ſtatu eſt indecēs propter alios ſic denudari, & commiſceri:ideò uerecundaretur,ut nos: neque id permitteret,licet nullam libidinē,aut concupiſcentiam fomitis haberet:ſed neque ullos motus uitioſos contra rationem habuit ex fomite ſequentes.

Dubium. 2. Et ſi quæratur ſecūdò quomodo fomes poteſt in potentia ſenſitiua reprimi, uel omninò auferri per gratiam: quę neque fomiti contrariatur, neque eſt in potentia ſenſitiua: cùm nullus habitus immediatè perficiat, niſi ad actus potentię, in qua eſt,neque mediatè per actum elicitum uoluntatis: quia quantuncunque uoluntas per gratiam perfecta eliciat actum,non pōt per ſe,neq; per actū talē imperare ſenſui,ne exeat i actū reſpectu ſui obiecti,præter imperiū rōnis,licet poſſit ei nō cōſentire,poſſit & diſſentire: quia gratia, ſeu charitas ſolum gratificat,& facit actū meritorium,& inclinat uoluntatem ad bonum:quæ inclinatio, & actus nō poteſt impedire ſenſum à ſuo actu,ut dictum eſt?

Reſpon. propter hāc rōnē Durādus in 3. di. 3. q. 3. tenuit φ fomes non pōt reprimi, uel auferri per gratiā,ſed per aliud donū exiſtēs in ſenſu. Sed eo non obſtāte dico ſecundū diuū Bonauenturā in 2. di. 32. in gloſ. §. 2. & in 3. diſt. 3. art. 2. q. 2. Et Scot. in 4. diſtinct. 4. & in 2. diſtinct. 32. & Gabriel. ead. quæſtio. 1. conclu. 3. Et videtur ad idem Beatus Tho. prima par. quæſtio. 95. & in 2. di. 32. q. 2. φ prædicta fomitis repreſsio, uel ablatio fieri per gratiā pōt,non quia gratia perficiat potentiā ſenſitiuam,aut quia formaliter ei, aut fomiti contrarietur: ſed quia uirtualiter quoad effectum eius contrariatur ei, ideò poteſt etiam fomitem omninò quoad effectum,uel formaliter, reprimere, uel auferre. Quod patet 1. Quia ex quo gratia non opponitur fomiti formaliter,ſed virtualiter, id eſt quoad ſuos effectus, ad quos inclinat fomes, ſcilicet ad malum, gratia autem ad bonum, ideò quò quis cum maiori gratia exercetur in bono, eò plus remittitur fomes, ſeu concupiſcentia non in eſſentia,ſed in ſuo effectu, ſcilicet in peccato, ad quod inclinat; quia minorem habet efficaciam ad inclinandum ad peccatum victa à fortiore inclinatione gratiæ ad bonum. Et poteſt eſſe tanta gratia quòd omninò uincatur fomitis inclinatio prædicta,ut in Beata Virgine dictum eſt,& infra. q. 46. habetur. Sicut ſi lapillus alligetur alis aquilæ, licet non minuatur ipſa grauitas lapilli in ſe, minuitur tamen quoad effectum,quādo uirtus motiua aquilæ creſceret deferendo lapillum ſine difficultate, aut reſiſtentia eius grauitatis: ſic in propoſito dicendum eſt.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEXTA.

Vtrum Beata Virgo habuit iuſtitiam originalem, & ſimiliter Chriſtus.

RESPON. prius notando quid ſit iuſtitia originalis, & quis eius effectus. Pro quo nota primò φ aliud eſt iuſtitia originalis,& eius effectus: aliud eſt ſtatus iuſtitiæ originalis,ſeu innocētię. Nā in illo ſtatu iuſtitiæ originalis, uel innocentiæ erant in homine quatuor bona,quæ ad illum ſtatum homini conueniebant. Primò erat rectificatio animæ ad Deum, ſic, ſcilicet quod etiam ſeclusa gratia, homo ità ſubditus erat Deo, eiusque uoluntas conſona, obediensque uoluntati Dei, & rectæ rationi,vt citra moleſtiam ſenſualitatis,& granedinem corporis citra triſtitiam, aut difficultatem ullam etiā ex affectione cōmodi prouenientē facilè & delectabiliter homo operaretur ſecundū rōnē,& Dei legē ſibi præſcriptā:etiā ſine alio auxilio gratię ſpecialis poterat oia mandata Dei & legis naturalis quoad ſubām actus implere:Deumq; ſuper oia efficaciter diligere naturali,non aūt ſupernaturali, & gratuita Dei dilectione,& meritoria: Ità denique quòd in illo ſtatu poterat homo per ſua naturalia *Nota. 1.*

cogno-

cognoſcere, & velle, & operari facilè, & dulciter totū bonū oaturæ proportionatū, puta agere ſecundū rōnē, etiā in ordine ad Deū: non tñ poterat bonū excedens naturæ vires, quale eſt bonū uirtutis infuſæ: neq; bonū meritoriū ſine ſpāli gratia Dei: Neq; ibi eſſent motus rōnis repeotini abſq; deliberatione: neq; rōnis ulla periurbatio, aut deceptio. Secūdò erat rectitudo viriū inferiorū, ſ. appetitus ſenſitiui ad rōnem: ita ꝙ ipſe appetitus ſenſitiuus, aut carnis inclinatio naturalis, & rebellio nullo modo repugnaret rectę electioni voluntatis, neq; eſſet fomes peccati, i. cōcupiſcentia effręnata, aut deordinata cōtra regulā rōnis: neq; æſtimatiua, quę etiā cōputatur pars inferior, repugnaret iudicio rōnis: quę tūc eſſet recta ſine ullo errore; & deceptione tàm in ſomno, quā in vigilia, qđ fiebat per hoc ꝙ uel uolūtas abſq; ulla triſtitia, & difficultate intra fines rōnis ſe cōtineret, quicquid caro cōcupiſceret: uel potius ꝑ hoc, ꝙ nihil caro cōcupiſceret cōtra ſpūm: nullaq; rebellio, aut motus uitioſus carnis, uel ſenſus cuiuſcunq; cōtra, aut pręter dictamē rōnis inſurgeret: neq; ibi eſſent ſubiti motus: vel ſi inſurgeret, aut excitaretur naturalis inclinatio appetitus, facilè quietaretē cū ſuo obiecto ſecundū dictamen rōnis ſibi applicato, uel nō applicato. Itaq; oīo ſenſus ſub rōnis, & rectæ uoluntatis imperio facilè ſine ulla triſtitia quietaretur, & ſubderetur, dū homo in illo ſtatu ſubditus Deo permaneret. Tertiò erat rectitudo corporis ad aīam: quia, ſ. potentię executiuæ, quæ inferiores ſunt, obedirent aīæ, ſeu voluntati rectæ in exequendo ſine ulla grauedine, laſsitudine, aut impedimento proueniente ab infirmitate, ſeu fragilitate, corporali, qualis nunc in nobis eſt: Et ad hoc pertinebat, & requirebatur debita ſanitas, & robur corporale. Ideò quartò erat homini ſanitas, & robur corporale, & impaſsibilitas, & immortalitas quędā, & dominium hoīs ſuper oīa inferiora. Immortalitas quidem, quia poterat mortem cauere, neque de facto moreretur, dum in tali ſtatu iuſtitię originalis ſub obedientia Dei permaneret, quia neque ab intrinſeco, neque ab extrinſeco tunc ei mors, infirmitas, aut læſio cōtigiſſet. Non quidem ab intrinſeco. Tùm primò quia collata erat ſpāliter à Deo ipſi aīæ hominis uis, ſeu uirtus quædam, qua poterat ſuum corpus continere in quadam æquitate complexionis competente ei ad ſuas operationes, ità ut nullus humor alium excederet præter proportionem, & una qualitas non exaltaretur immoderatè ſupra aliā, ut ſic homo, dùm uiueret, haberet ſuā debitā ſanitatem, & robur corporale ſibi cōueniens: Ad hoc etiā adiuuabat natura loci paradiſi, & aſpectus cœli ſaluberrimus, & alia in quarta cōditione ſubſequenti. Tùm etiā ſecundò, quia per eſum arborum paradiſi, & præcipuè per eſum ligni uitæ, qñ recta rō id dictaret, prouideretur homini de uita perpetua. Nā lignum uitæ ideò dictum eſt, quia à Deo habebat uirtutem quaſi medicinalem, curatiuam, & præſeruatiuā ad reſtaurandum quod erat reſolutum à calore naturali: ità ut homo poſſet ſine vlla afflictione famis, ſitis, infirmitatis, & ſenectutis permanere in eadem diſpoſitione, & vigore, & uita perpetua, quouſque vellet Deus ipſum ſine morte in cœlum transferre: ꝙ ſi cōtra rectā rōnem homo nollet comedere, qñ oporteret, de lignis paradiſi, & præcipuè de ligno uitæ, tunc vtique peccaret, ſicut & nunc nolens comedere, ubi oportet, ad uitā tuendam, & ſanitatem: perderetq; gratiā, & iuſtitiā originalem, & ſtatum eius, ſeu innocentiæ: & incidere pœnas, ſicut & nunc cōtra rectā rōnem, & imperium Dei de ligno prohibito comedēdo. Neque ab extrinſeco tunc ei mors, aut infirmitas contigiſſet, aut lęſio. Ratio aliquorū eſt, quia donū iuſtitiæ originalis erat ſufficiens ad præſeruandum hoīem à lęſione, etiā à morte proueniente à quibuſcunq; læſiuis applicatis. Sed hoc non tenetur cōiter: Neque. n. habebat homo donū, aut dotē impaſſibilitatis corporis glorificati: alioqui extra paradiſum poſitus cū iuſtitia originali nō poſſet lędi igne uel gladio applicatis, quod abſit. Igitur rō quare ab extrinſeco lædi, aut mori nō poterat, eſt: quia ipſe facilè cauere poterat ne læſiua, aut mortifera applicarentur: habebatq; remedia cōtra ea: Deus ipſum per ſe, & per Angelos præſeruaret: locuſq; paradiſi erat temperatiſsimus, ſaluberrimus ſimul & aſpectu cœli: & aīalia homini obediebant. Itaque propter hęc nō erat unde mors, aut lęſio proueniret, ut dictū eſt. Cum ſupradictis concordant cōiter doctores, ut Scotus, & Gabriel, & alii in 2. diſt. 19. 29. 30. & Abulen. Gen. 3. q. 7. & c. 13. qō. 168. 171. 172. B. Tho. 1. 2. q. 82. q. 109. art. 2. & 1. par. ſumm. q. 95. 97. ibi Caietanus, & Angeſt. in morali ca. vltimo vbi dicunt hęc oīa. 4. ſupradicta affuiſſe homini in ſtatu iuſtitiæ originalis, ſeu innocētię. Ecce igitur quatuor effectus, qui importantur nomine ſtatus iuſtitię originalis, ſeu innocentiæ.

Sed Vtrum iuſtitia originalis faceret prædictos omnes effectus: & ad quid ſe extenderet donum hoc, ſunt opiniones. Nam Abulen. vbi ſupra Gen. 3. q. 7. dicit ꝙ tota iſta connexio ſupradictorū quatuor bonorū vocatur iuſtitia originalis. iuſtitia quidem ab effectu: quia cùm iuſtitia dicat æqualitatē quandā ſecūdū rē, aut ſecundū proportionē, ut patet. 5. Ethi. Nunc aūt inter oīa prædicta erat quædam ęqualitas, ſeu rectitudo, ſ. aīæ ad Deum, appetitus, & ęſtimatiuæ ad rōnem, potentiarū executiuarum ad rōnem, & uoluntatem: ſanitatis & roboris corporalis ad potētias executiuas: obediētia rerum exteriorum ad non corrumpendum ſanitatē & robur corporale: ergo rectè uocatur iuſtitia, & originalis, quia homini in ſua origine, & formatione data eſt. Et quia tota iſta cōcatenatio pendebat ex primo effectu, ſ. ex ſubiectione aīę ad Dei uolūtatē: ideò diſſolui nō poterat, donec prima ęqualitas, ſeu rectitudo animę ad Deum per peccatū diſſolueretur: Sicut veritas concluſionis demonſtratæ non poteſt deficere, donec ueritas principii deficiat. Hęc Abulen. Sed uidetur largè nimis accipere iuſtitiam originalem pro ſtatu iuſtitiæ originalis, & pro omnibus, quę illi ſtatui conueniebant Not. 2. 1. Opinio.

duran te iu ſtitia originali vndecunque proueniret. Nã conſtat robur, ſanitatemque corporalem, immortalitatẽ, impaſsibilitatẽ, & dñiũ creaturarũ nõ eſſe effectus ipſius iuſtitię originalis: ſed à ligno vitæ, & ab alio dono Dei, ut patet ex ſupra dictis.

2. Opinio. Durandus autem in 2. di. 30. q. 5. & Bandelus, & aliqui alii tenent ꝙ iuſtitia originalis propriè efficiebat ſolũ ſecundã & tertiã rectitudinẽ ſuprapoſitã, ſ. rectitudinẽ appetitus ſenſitiui ad rõnem, & corporis ad animã. Nã rectitudinẽ primã animę ad Deum ait ꝙ potius efficiebat iuſtitia gratuita, ſeu gratia, quàm iuſtitia originalis: quia & ibi erat meritũ in ſubiectione animæ ad Deũ: & erat radix iuſtitię originalis, ſeu rectitudinis appetitus ſenſitiui ad rõnem, & corporũ ad animam. Hæc Durandus.

Impugna. 3. Opinio. Sed certè ſi Durandus intelligat ꝙ rectitudinẽ gratuitam, & meritoriam animę ad Deũ faciebat ſola gratia, ſeu charitas infuſa, benè dicit, quia & ibi eſt meritũ, & amicitia, gratificãs cum Deo: neque hoc vllus catholicus negat. Si aũt intelligat de rectitudine alia morali animę ad Deũ, quatenus, ſ. in Deũ naturaliter, & dulciter fertur noſtra natura ſecundũ rectã rõnem, & inclinationẽ naturalẽ ipſum diligendo ut cognitũ eſt ſummũ bonũ in ſe, & nobis ſupra omnia diligendũ, tunc ſecundũ Scotũ in 2. diſt. 29. & B. Tho. 1. 2. q. 109. art. 3. & 1. par. q. 60. art. 5. & cõiter doctores, certè talis dilectio Dei, & rectitudo aĩę ad Deũ nõ ẽ gratifica, nec meritoria: neq; neceſſariò efficit à gratia, ſeu charitate, ſed põt haberi in ſtatu naturæ integræ, ſeu iuſtitiæ originalis: & eſt idẽ cũ rectitudine naturali integra in ordine ad finẽ debitũ ſibi cognitũ: quam quia homo, ſi in puris naturalibus cõſtitutus eſſet, ſine dono Dei ſuperaddito perfectè habere non poſſet propter repugnantẽ affectionẽ cõmodi ad delectabilia, propter appetitũ ſenſitiuũ, & fragilitatẽ corporis, ut ipſe Scotus ubi ſupra, & Gabriel cũ cõiter doctoribus cõfitentur: ideò indiguit dono Dei ſpeciali ſupernaturali ad perfectã rectitudinẽ hanc animæ ad Deũ, & ad rectã rõnem habẽdã, ut ſupradictũ eſt. Et hoc donũ vocamus iuſtitiã originalẽ, ut ſuprà: quę ſecũdũ cõiter doctores nõ eſt idẽ cũ gratia gratũ faciẽte: ſed eſt donũ aliud, ſeu quædã gratia gratis data homini ad prædictas tres rectitudines, ſeu æqualitates priores, ſ. ad rectitudinẽ animæ cũ Deo, appetitus ſenſitiui cũ rõne, corporis ſeu potẽtiarũ executiuarũ cum anima & voluntate, ut ſuprà declaratũ eſt. Et quia à prima rectitudine pendebat alię, ideò ipſa dicitur ab aliquibus doctoribus, nẽpè à B. Tho. 1. 2. q. 82. art. 3. & in 2. diſt. 32. q. 1. & ab aliis ꝙ ipſa eſt quaſi formale iuſtitiæ originalis, cùm tñ non ſit niſi primarius, & præcipuus effectus illius doni ſupernaturalis, ꝙ formaliter & eſſentialiter eſt, & dicitur ab effectu iuſtitia originalis: quod donũ datũ eſt à Deo ad reformandũ defectus naturales hominis, ipſumq; perficiendũ in ſua rectitudine naturali; ad quã non erat potẽs ex ſe propter repugnantiã affectionis cõmodi, & appetitus ſenſitiui, & imbecillitatis ſui corporis, ut dictũ eſt. Ideò nõ ſe extẽdit prædictũ donũ iuſtitię originalis propriè, niſi ad ſupradictas tres priores rectitudines in ipſo homine efficiendum: Quarta aũt rectitudo, ſeu æqualitas, quæ erat in ſtatu iuſtitię originalis, iã uiſum eſt quòd non ab ipſa iuſtitia originali, ſed ab aliis cauſis proueniebat ad conuenientiam aliarum rectitudinum, & illius ſtatus fœlicitatem, & ad benè eſſe illi conueniens.

Quomodò aũt, & unde probetur ex ſacra ſcriptura tale donũ iuſtitiæ originalis, certè ex Gen. 1. & 2. c. Fecit Deus hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã &c. Et poſuit eũ in Paradiſo uoluptatis: Et Eccle. 7. Fecit Deus hoĩem rectũ &c. & Eccle. 17. Deus creauit hoĩem ſecundũ imaginẽ ſuã, & ſecundũ ſe veſtiuit eũ uirtute &c. Colo. 3. Expoliãtes vos ueterẽ hoĩem induentes eũ, qui renouatur in agnitionẽ ſecundũ imaginẽ illius, qui creauit eũ: Et Ro. 5. Iudiciũ ex uno in cõdẽnationẽ &c. & Ro. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum: inhabitat in carne mea malũ & peccatũ: Vbi innuitur ꝙ ex peccato Adæ nobis hęc mala proueniũt: ergo fuiſſet rectitudo originalis, qua ſtãte nobis hęc mala nõ infuiſſent, ut egregiè, & latè proſequitur magiſter Soto de natura & gratia lib. 1. c. 5. & 6. Itẽ iuſtitia originalis an ſit idẽ qđ gratia, maioris in hac parte dignitatis & virtutis, quã gratia noſtra, quæ, ſ. nõ ſolũ hoĩem Deo gratũ faceret, ſed & tres ſupradictas rectitudines in eo efficeret, ut uidetur ſentire B. Tho. 1. 2. q. 83. art. 2. ad 2. 1. par. q. 95. art. 1. & q. 100. art. 1. Et in 2. diſt. 32. q. 1. an potius ſecundũ cõiter doctores, & ipſum B. Tho. 1. 2. q. 109. art. 1. & 2. ſit donũ uel quidã habitus ſupernaturalis diſtinctus à gratia gratũ faciẽte, ut ſupra dictũ eſt, alibi hoc latius diſſerendũ eſt. Itẽ utrũ prædictũ donum fuiſſet unũ cum ſubiectatum in aĩa tãtum, uel in eius eſſentia, uel in potẽtia uoluntatis, & indè redundãs quoad eius actum, & uirtutẽ in alias potẽtias aĩæ & corporis: an ẽt ſint duo, vel ẽt plura dona tãm in aĩa, q̃ in corpore, & potẽtijs ſenſitiuis ſubiectata tot, quot ſunt ipſæ potẽtię: ità ꝙ ſint plures iuſtitiæ originales partiales: collectiuè autẽ ſit, & dicatur una iuſtitia originalis, uidelicet quia ad vnum finẽ, ſeu effectum totalem tendunt, ſ. ad plenam rectitudinẽ, & tranquillitatẽ animæ & corporis ſupernaturaliter efficiendam, in hoc ſunt opiniones, ut patet in Sco. in 2. diſt. 29. 30. & Gabriele. Sufficit, ꝙ quicquid dicatur, originalis iuſtitia faciebat ſupradictas tres rectitudines in homine; modò id fiat per vnicum, modò per plura dona. Et dicitur iuſtitia originalis propter rõnem ſupradictam. Et ſi nunc concederetur ſimile donũ alicui à principio ſuæ cõceptionis, vel natiuitatis, uel etiam poſt, habens prædictos effectus diceretur etiã iuſtitia originalis, id eſt donũ ſimile illi collato Adæ, quãuis nec ab origine, neq; per originẽ, ſed ex pura gratia Dei eſſet collatum. Et hoc modo quæritur in hac quæſtione Vtrũ in B. Virgine fuit iuſtitia originalis, id eſt donum ſupernaturaliter collatum ſimile dono iuſtitiæ originalis Adæ, habens eoſdem effectus, & rectitudines ſupradictas, ut declaratum eſt. Nota 3.

His

1. opinio. His: ergo ſuppoſitis de quidditate iuſtitiæ originalis, iam ad quæſtionem, vtrum fuerit in B. Virgine, dico ꝙ eſt duplex opinio. Prima cōis, & uera quòd ſimpliciter nō fuit in ea donū iuſtitiæ originalis, neq; ſtatus eius: benè tñ in ea fuerunt aliqui eius effectus, & donū innocentiæ. Probatur primū quia nō eſt donū iuſtitiæ originalis perfectè & ſimpliciter, ubi nō ſunt omnes eius effectus neceſſariò ex lege illā conſequentes; & ubi non eſt perfecta reformatio defectuū omniū naturaliū. Nam ad id ponitur neceſſariū donū iuſtitiæ originalis, ut patet ex ſupradictis ſecundū cōiter doctores. Nunc autē in B. Virgine non fuit in hac uita illa tertia rectitudo, ſeu ille tertius effectus, qui eſt de ratione iuſtitiæ originalis, ſ. rectitudo corporis ad animam ad plenā reformationē hominis, ut patet quia non habuit ſemper robur corporale ſine fragilitate, & laſsitudine: nā etiā quādo recta rō dictabat eſſe ambulandū, ſtandū, ſedendū, genuflectendum, ieiunādū, & hmōi, certè laſſabatur, aut defatigabatur virgineū eius corpus, & eſuriebat, ſitiebat, ſeneſcebat quotidiè magis, uiribusque corporalibus deficiebat, ut nō poſſet ſemper in eodē ſtatu permanere: ità ut ſine grauedine, & laſsitudine uoluntati ſuæ feruenti obediret, ut in ſtatu innocētiæ & iuſtitiæ originalis homo habebat: quia & ideò Matth. 26. dicitur Spūs promptus eſt, caro autē infirma, Item non habuit perfectā rectitudinē primā, vel ſecundā ad ſeipſam quoad iudiciū rationis, & ſenſuum; quia habuit in intellectu, & æſtimatiua errorē, uel deceptionē aliquā in vigilia, ut patet Lu. 2. qñ perdidit Chriſtū æſtimans illū eſſe in comitatu: & ſomniabat aliqñ ſomnia falſa ſecundū Gerſon alphab. 15. litera, s. licet Albertus Magnus id neget: quæ oīa nō ſtant cū iuſtitia originali, neq; cū eius ſtatu, ut patet ex ſupradictis: licet ſtaret aliqua neſcientia, ſeu etiā ignorantia priuationis. Nā non omnes in ſtatu innocentiæ naſcerētur, neq; eſſent æquè docti ſecundum cōiter doctores. Et ita in B. Virgine nō fuit perfectū donū iuſtitiæ originalis, & multò minus habuit ſtatū inſtitiæ originalis, & innocentiæ, qui prædictum donū iuſtitiæ originalis præſupponit: & inſuper requirit quartā rectitudinē oium, puta immortalitatē, & impaſsibilitatē, & dñium hoīs ſuper animalia, ut ſupra declaratum eſt: quæ cōſtat Beatā Virginē nō habuiſſe. Igitur B. Virgo ſolū habuit donū innocētiæ, i. immunitatē ab omni peccato, & impoſsibilitatē ad peccādū. Fuit etiam ſemper in ſtatu gratiæ. Habuit et duos effectus inſtitiæ originalis, i. duas priores rectitudines ſupradictas, ſ. uolūtatis ad rectā rōnē, & ad Dei uoluntatē: & appetitus ſenſitiui ad rōnē: ex quo nō habuit fomitē quoad formale, ut ſupra in hac qōne, & q. 45. præcedēte de fomite dictum eſt. Ex quibus tñ duabus rectitudinibus nō ſequitur ꝙ habuit ſimpliciter donū iuſtitiæ originalis: nā pōt dici cū Scoto in 2. di. 29. & Tho. 1. par. q. 95. & in 2. di. 32. q. 1. & ibi Bonauen. ſ. 2. in gloſſa. ſ. 2. & in 3. diſt. 3. art. 2. q. 2. ꝙ per vnicū donū, ſeu habitū excellētis gratiæ in eſſentia animæ uel in eius uolūtate ſubiectatū poterāt prædictæ duæ rectitudines haberi: ſic ꝙ uolūtas B. Virginis abſq; ulla triſtitia, & difficultate intra fines rōnis, & voluntatis diuinæ ſe cōtineret, quicquid caro cōcupiſceret, ſine ulla tñ mentis perturbatione: uel ſic ꝙ caro nihil concupiſceret contra ſpiritum, neque præueniret rōnē: uel ſi præueniret, aut inſurgeret, facilè tñ pacaretur ſub rōnis imperio ſine ulla difficultate: idq; fieret per actū, uel uirtutē prædicti doni in oēs alias potentias animæ, & corporis redūdantē: ſicut per gratiā Baptiſmalē in anima reprimit aliquo modo uirtus fomitis in ſenſualitate ſecundū cōiter doctores, & Scot. in 4. di. 4. q. 1. concluſione. 3. & Gabriel. licet Durādus in 3. diſt. 3. q. 3. dicat oppoſitū. Poſſunt etiā prædictæ duæ rectitudines fieri per aliquos particulares habitus, ſeu dona alia in ſingulis potētiis ſubiectata: & ità inde non arguit iuſtitia originalis in B. Virgine: ſicut neque in domino noſtro Ieſu Chriſto, neque in Ioanne Baptiſta.

Secunda opinio eſt ꝙ ex quo fomes fuit à Beata Virgine ablatus omnino, ſ. in ſui præſeruatione, uel ſanctificatiōe in vtero, uel in cōceptione verbi (ſecundū diuerſas opiniones ſuprapoſitas in qōne precedente de fomite) ex tunc, inquit hęc opinio, habuit etiā donum iuſtitiæ originalis, ꝙq; à fortiori illud ſemper habuit Chriſtus. Hāc opinionē quoad Chriſtum tantum, tenet Armachanus, & quidā alii, & Vincentius de nouo caſtro in tractatu de cōceptione B. Virginis: & quoad Beatā Mariā Faber Stapulen. ſuper ad Rom. 5. & bandelus de ordine prædicatorum & Mariale de Buſtis par. 1. principali ſermone. 5. par. 1. fo. 21. & ad idem videtur Durandus in 3. di. 3. q. 3. licet obſcurè, & moderni doctores aliqui expreſsè id probabiliter tenent. 2. Opinio.

Et rō huius opinionis eſt triplex. Prima quia præcipuus effectus iuſtitiæ originalis eſt rectitudo appetitus ſenſitiui ad rōnem, & uoluntatis ad Deumē ut patet ex ſupradictis: ergo vbi iſta adſunt p ablationem fomitis, ut in Beatā Virgine, ibi eſt iuſtitia originalis. Ad hoc reſpōdeo negando conſequentiā: tùm quia non fuit ille totalis effectus iuſtitiæ originalis: tùm quia non fuit proprius: poteſt. n. ab alio dono excellentis gratiæ prouenire, & ab aliis donis, vt dictum eſt: ſicut & fomitis repreſsio, ſicut & in alijs ſanctis prouenit, ut in Ioāne Baptiſta, Ioſeph, Ioanne Euangeliſta in toto, uel in parte ex alio dono, ſeu priuilegio, quā ex iuſtitia originali.

Secunda ratio huius opi. eſt, quia inter peccatum originale, & iuſtitiam originalem non eſt medium de lege, quia tantum vnum vni opponitur ſecundum Ariſt. in poſt prædica. ergo non ſtat nō contrahere originale (ut Maria non contraxit) niſi habeatur oppoſitum, ſcilicet iuſtitia originalis. 2. ratio.

Reſp. negādo antecedēs, quia licet in naturaliter oppoſitis ſit uera illa maxima Ariſtotelis quòd natura tendit ſolū ad unū, non tamen in oppoſitis de lege, & uoluntate diuina, quia iuſtitia originalis, & charitas habēt multos effectus, iō nō ſolū p iuſti

tiam origiualem, ſed & per charitatem, vel per gratiam tollitur peccatum originale, ut patet in baptiſmo, & præſeruatur homo ne contrahat originale, ut Beata Virgo.

Tertia ratio quia ſecundum Armachanum ſpiritualiter quoad Chriſtum, Adam non potuit Chriſtum excludere, ſcilicet à iure habendi iuſlitiã originalem ipſi Adæ pro ſe, & ſuis poſteris datã : quia non ſecundum rationem ſeminalem ab eo deſcendens Chriſtus generatus eſt : ideò neque in eo peccauit, neque peccatum originale contraxit, ergo. Habuit quicquid Adam pro ſe, & ſuis poſteris ſecundum corpulentam tantum ſubſtantiam ab eo deſcendentibus ſine peccato accepit, qualis fuit iuſtitia originalis: ergo & Beata Virgo, ex quo peccatum originale non contraxit, per eandem rationem. Reſpon. negatur antecedens, & utraque conſequentia; antecedens quidem & prima conſequentia negantur : quia Chriſtus non habuit iure hæreditario ab Adam, dona, quæ habuit; ſed ex dono patris, utpote primus Adam cœleſtis pater & redemptor omnium etiam ipſius Adæ terreſtris, ut patet Rom. 5. Sicut per unius iuſtitiam in omnes homines in iuſtifi. uitę. Et prima Corinth. 15. Factus eſt nouiſsimus Adam in ſpiritum uiuifi. &c. Secũdus homo de cælo cœleſtis &c. Item dato quòd Chriſtus iure hęreditario haberet dona originalia ab Adam: hoc ſolum eſſet uerum de donis non perditis ab ipſo Adam. igitur ſicut neque contraxit eius peccatum originale: ſic neque donum iuſtitię originalis: ſed dona, quæ habuit ex dono patris cœleſtis habuit ab inſtanti conceptionis. Item ſecunda conſequentia negatur de Beata Virgine ẽt ſi de Chriſto concederetur prima conſequentia: quia non eſt ſimile: Nam Maria fuit naturalis filia Adæ ſecundum rationem ſeminalem ab eo generata, ut alii: ideò excluſa eſt ab hæreditate Adæ, ſcilicet à iuſtitia originali perdita ab Adam, ſicut & era obnoxia peccato Adę. Quòd ſi ab originali fuit immunis, hoc fuit per ſpeciale munus gratiæ præſeruantis, non autem per donum iuſtitiæ origitialis, ut patet ex ſupradictis.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEPTIMA.

Vtrum ſtante lege Beata Virgo deſcendiſſet ad limbum, ſi ante mortem Chriſti mortua fuiſſet.

1. Opinio. RESPON. eſt duplex opinio. Prima eſt Alexandri Alen. 3. par. ſumm. q. 9. membro: 3. art. 2. §. 3. & Scoti in 3. diſt. 3. q. 1. in fine, & ad idem videtur Bonauent. ea. diſt. art. 1. q. 2. licet non clarè, & communiter doctores, quòd ſic: & non intraret cęlum ante Chriſtum, etiam ſi ab originali peccato prę̨ſeruata fuit. Ratio, quia quamuis in ea non manſit impedimentum perſonale : manſit tamen impedimentum naturę, quia, ſcilicet ante paſsionem uitę per reſurrectionem, & aſcenſionem acciperet pro ſe, & pro omnibus ſaluãdis, ſicut primus Adam pro ſe, & pro omnibus eã admiſit, nullus de lege poterat gloriã animæ & corporis, aut locum cœleſtem poſsidere. Patet prima Corinth. 15. Chriſtus primitiæ dormientium: & per ipſum omnes uiuificabuntur; & per ipſum reſurrectio mortuorum &c. Ad idem eſt Hæbr. 10. Initiauit nobis uiam uiuentem &c. ut ait Grandis ibidem, & ſuper id Rom. 8. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Si contrà hoc dicatur quòd hæc auctoritas Primitiæ dormientium &c. intelligitur quòd prius dignitate & cauſalitate, non tempore. Ecce contra hanc gloſſam probatur quòd etiam eſt prius tẽpore, ut patet Michee: 2. Aſcendit ante eos pandens iter, ubi notatur tempus: Item Ioãnis. 14. Vado parare uobis locum: Item ibidem Si præparauero uobis locum.

Si dicatur ꝙ hoc eſt uerum ſtante lege, & non aliter; Ad hoc etiam ego dico quòd ità loquor de lege, & de hoc eſt quęſtio ſi Beata virgo moreretur ante Chriſtum, ſecundũ tenentes ꝙ caruit peccato originali, & habuit iuſtitiam originalem, Verũ conſequenter ratione iuſtitiæ originalis, & prę̨ſeruationis à peccato ex quo excipiebatur à lege tantum aliorum quoad hoc, etiam exciperetur ab aliis legibus communibus aliorum quoad introitũ gloriæ ante Chriſtum tãquàm conſequens ſecundũ legem ad prædictam eius præſeruatiouem, ſeu iuſtitiam originalem, an non: ad quod iam dictũ eſt ꝙ non, per rationem ſumptã ex dictis auctoritatibus.

Secunda ratio quia poſt peccatũ Adæ omnis ſaluandus, ſeu glorificandus in meritis Chriſti, debuit eius mortem & apertionem cœli expectare : quod patet tùm primò ex auctoritatibus ſupradictis, & ex Hæb. 10. Introiuit ſemel in ſancta ęterna redẽptione inuenta, id eſt iam reſerata ianua gloriæ per eius mortem : quã nullus niſi ipſe inuenire aut reſerare potuit; Ad Coloſ. 3. Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo : ergo Si ante Chriſtum Maria cœlum intraſſet, iam eius uita non eſſet abſcondita cum Chriſto, neque illi per eius aſcenſum reuelata fuiſſet; Item Epheſ. 4. Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem, ſcilicet in cœlum, ſecundum Hieronymum, & doctores. Itẽ Auguſtinus ſermone. 74. ad fratres in Eremo ait. Caput noſtrum; vbi eſt, & præceſſit, ſequentur & membra. Tùm ſecundò quia nullus per gratiam, & merita Chriſti redemptus etiã præſeruatiuè à peccatis, quibus obnoxius fuit, propter quæ hominibus clauſa eſt ianua regni cœlorum, nullus inquam talis potuit unquam de lege poſita præmium finale eſſentiale obtinere ante merita Chriſti, non ſolum præuiſa à Deo, ſed etiam exhibita à Chriſto; neque ianuam regni cœlorum intrare, antequam per Chriſti aſcenſionem glorioſam ei, & omnibus aperiretur, ut patet ex auctoritatibus ſupra dictis, & in ſanctis patribus exiſtentibus in limbo : ergo nec B. virgo. Notẽtur particulæ oẽs antecedentis: quia per eas excluditur inſtãtia de Angelis, qui nõ ſunt propriè redempti à peccatis, quibus obnoxii

non

non fuerunt, ut homines: uel ſi ſecundum Bernardũ ſermone. 22. ſuper cant. ſunt aliquo modo pręſeruatiuè redempti, nõ tamen eſt illis clauſa ianua gloriæ propter aliquod peccatum eorũ, ſicut hominibus: ideò non erat cur illi deberent apertionem glorię per mortem Chriſti, ſicut homines, expectare. Veritas autem prędicti antecedentis ſic limitati inde conſtat: quia tale finale, & eſſentiale præmium nulli prius confertur à Deo, quàm eius meritum ſit, ut communiter dicunt doctores contra Magiſtrum in 2. diſt. 5. Nunc autem meritum principale omnium hominum ad gloriam eſt nõ ſolum uniuſcuiuſque ſuum bonum opus meritorium: ſed & meritum Chriſti, uirtute cuius omnia bona noſtra ſunt meritoria, & gratiam obtinemus, & gloriam: Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. ergo prius oportuit ſtante lege illa merita Chriſti exhiberi per eius mortem; quàm eorum & noſtrum præmium gloriæ nobis, & beatæ virgini præſtaretur. Prius etiam Chriſtus cœlum intrare oportuit, & neceſſe fuit, quàm beatæ virgini aditus in cœlum concederetur. Si dicatur quòd ab inſtanti incarnationis Chriſti fuerũt eius merita pro nobis exhibita Deo patri actu interiori ſuæ uoluntatis, licet non actu exterioris paſsionis ſatisfactorię: tunc enim in utero exiſtens non propriè pro nobis ſatisfecit, neque redemit per opus pœnale paſſionis: ſed meruit nobis cœlum per actum interiorem, ut dictum eſt. Quod ſufficere uidetur ut B. virgo, per talia eius merita exhibita actu tantum interioris præſeruaretur ab omni peccato, & decedens ante eius mortem gloriam eſſentialem haberet, & ianua cœli ipſi aperiretur. Contra hanc euaſionem replicatur confirmãdo rationem ſupradictã: quia non uidetur ratio ſufficiens quare Ioãnes Baptiſta iam ab originali ſanctificatus, & omnes ſancti plenè iam à peccatis purificati in gratia decedẽtes ante mortem Chriſti ad limbum deſcenderint nondum glorificati: niſi quia ſtante lege ante mortem Chriſti capitis noſtri nullum eius membrum erat glorificandum: neque ante eius in cœlũ aſcenſionem ulli hominum, quibus per peccatum Adæ fuerat clauſa, ianua cœli aperienda erat: de quorũ numero beatam virginem conſtat fuiſſe, ex quo originali peccato ex ſua natura obnoxia fuit: quãuis per gratiam Chriſti ex priuilegio illud de facto non contraxit.

2. Opinio. SECVNDA opinio tenet oppoſitum, quòd ſcilicet ſaltem gloriam haberet, etiam ſi cœlũ non intraret ante mortem Chriſti decedens, quouſque cũ Chriſto glorioſa in cœlum aſcenderet. Quia propria pœna peccati non manet ablato ipſo peccato, ut patet, quia remiſſo peccato remittitur cõſequẽter reatus pœnæ æternæ, qui eſt propria pœna peccati: licet non remittantur aliæ pœnæ, aut pœnalitates, ſiue ſequelæ, quæ ſunt, & manent ad exercitium uirtutis. Nunc autẽ carentia gloriæ poſt mortem ad tempus, ſeu in perpetuum, eſt propria pœna peccati, ut patet, quia ſi ſancti patres in limbo habuerunt hanc pœnam, quia nondum erat eorum peccatum omninò remiſſum: ſimiliter animæ purgatorii nunc habent hanc pœnam: quia nõdum eſt eorum peccatum perfectè remiſſum quoad culpã, & pœnam. ergo beata virgo, cuius originale ex natura ſua contrahendum ex ſpeciali priuilegio per gratiam pręſeruantem omninò remiſſum fuit, iam ex conſequenti ab eius pœna propria libera eſſet, ità quòd gloria poſt mortem non caruiſſet.

Secũdò probatur idem, quia ſi ad limbum cum ſanctis patribus iret, utique iam aliquo modo eſſet ſub poteſtate diaboli, ſicut illi, quod abſit. Hanc opinionem tenet Gerſon in ſermone conceptionis beatæ virginis, & Robertus de Litio in alio ſermone, ſeu tractatu conceptionis: & quidam alii moderni, &, ut fertur, ſic decreuit uniuerſitas Pariſiẽ. circiter annum Domini 1530. contra quendam, qui oppoſitum ſecũdum primam opinionem pręcedentem prædicauerat, quẽ & retractare coegit.

Sed his non obſtan. ſtandum uidetur in prima opinione. & ad primam rationem huius ſecundæ opinionis reſpondeo, negando conſequẽtiam: quia licet beatæ virgini ſit ſuum peccatum quoad culpã omninò remiſſum præſeruatiuè, ut ſupponitur: nõ tamen plenè remiſſum erat ante mortem Chriſti peccatum naturæ, ideſt debitũ commune omniũ, cum quibus in natura communicabat: ſicut neque peccatum ſanctorum exiſtentium in limbo ſine ullo peccato, aut debito pœnæ pro peccatis ipſorũ. Quod quidem commune debitum nõ niſi per mortem Chriſti ex lege plenè remittendum erat: & ex conſequenti communis pœna peccati omnium in Adam non, niſi per mortem Chriſti, plenè remittẽda, ſeu auferenda erat. Et ità manſit carentia glorię, & clauſa ianua cœli uſque ad mortem, & aſcenſionem Chriſti, ut ſupra in prima probatione primę opinionis dictum eſt: Alioqui per eandem rationẽ probaretur ꝙ beata virgo ante mortẽ Chriſti decedens non ſolum gloriam animæ haberet, ſed & ipſum cœlum intraret, ſicut poſt aſcenſionẽ Chriſti. Igitur ſicut non probatur hoc ſecundum, ità nec primum: nam eodem modo ſupradicto reſpondetur ad utrunque.

Ad ſecundam probationem huius ſecundę opinionis reſpondeo, negatur ſimile, quamuis concedatur ꝙ eſſet in limbo, ſicut illi, non tamen eodem modo, neque ex eadem cauſa. Nam alii ſancti ideò dicuntur in limbo ſub poteſtate diaboli: quia in illa carentia gloriæ in illo loco detinẽtur propter peccatum, quod procurante diabolo in Adam non ſolum in debito, ſed & de facto aliquando inciderũt: beata autem Virgo, quamuis in debito, non tamen de facto illud habuit, neque ſub poteſtate diaboli per peccatum aliquod aliquando fuit.

Ad aliud de uniuerſitate Pariſienſi reſpondeo, ſi ità fuit, quod tamen non conſtat, potuit illa uniuerſitas id facere prudenter propter ſcandalum; quia horridum ſonat apud ignorantes dicere beatam virginem in limbo quomodocunque: quamuis ſit

uerum,

uerum, ut ait prima opinio, Neque enim omnis ueritas, maximè ſi non ſit neceſſaria uel expediens, eſt omnibus in commune prædicanda, ſed cum ſuis debitis circunſtantiis; ut oportet, reuelanda uel tacenda eſt.

QVAESTIO QVADRAGESIMAOCTAVA.

Vtrum Beata Virgo in triduo mortis Chriſti permanſerit, aut fuerit mater ipſius Chriſti, & Dei.

RESPON. ſuppoſitâ communi, & uera ſententia quòd in illo triduo Chriſtus non fuit homo, ut communiter tenetur à doctoribus in 3. diſt. 22. contra magiſtrum, & quoſdam alios. Iam de propoſita quæſtione eſt inter catholicos duplex opinio. Prima quòd in illo triduo beata virgo non fuit mater Chriſti, neque Dei.

Opin. 1.

Quòd non fuerit tunc mater Dei, neque Deus, aut uerbum fuerit tunc filius eius (pro eodem nanque accipio Deus, verbum, filius Dei, aut perſona diuina) probatur: quia ideò Deus dicitur, & eſt filius Virginis Mariæ, quæ eſt perſona diuina actu ſubſiſtens in natura humana producta, uel generata ab ipſa beata Virgine: ſed in triduo non ſubſiſtebat actu in illa natura humana, quæ tunc non erat, ex quo anima & corpus ab inuicem per mortē erāt ſeparata, quamuis eſſent unitæ uerbo. ergo tunc non erat filius virginis, nec ipſa erat mater eius: Nam deficiente uno correlatiuo deficit & alterum: uidelicet mater & filius, quamuis uerbum uel Deus ſimul, & ipſa beata virgo tunc ſimul exiſterent: In reſurrectione autem Chriſti, ſimiliter & beatæ virginis nunc in cœlo corpore, & anima glorioſę redit eadem utriuſque relatio, quę fuerat interrupta per mortem, ſcilicet maternitas & filiatio: ſicut & idem fundamentum & terminus, ideſt eadem utriuſque humanitas rediit.

Quòd etiam tunc non fuerit mater Chriſti uerè & propriè, aut formaliter loquendo, probatur: quia Chriſtus eſt uerbum actu ſubſiſtens in diuina, ſimul & humana natura, ſecundum omnes doctores vt latius agit Scotus in 3. diſt. 6. & 22. Sed tunc non fuit humana natura Chriſti, quia tunc nō fuit compoſitum ex anima & corpore, quę adinuicem per mortem erant ſeparata, ut dictū eſt, alioqui tunc eſſet homo quod eſt contra hypotheſim. ergo tunc perſona diuina non ſubſiſtebat in humana natura, & per conſequens tunc Chriſtus non erat, & pro nullo ſupponebat ex defectu connotati, & ex conſequenti beata virgo tunc non erat mater Chriſti propriè, & formaliter loquendo.

Hanc opinionem tenent Scotus in 3. diſtin. 8. in reſpōſione ad tertium argumentum, & diſt. 22. Et in 4. diſt. 49. conclu. 1. in reſponſione ad ultimum, & latius Gabriel in 3. diſt. 8. q. 1. dub. 2. & diſt. 22. cōclu. 2. & in canone. lectio. 42. n. & Durā. ea. diſt. q. 2. cum multis aliis.

Opin. 2.

SECVNDA opinio tenet quod beata virgo fuit, & dicitur uerè in triduo mater Dei, & Chriſti: Quòd fuerit mater Dei, probatur: quia tūc uerum erat dicere, iſta beata virgo genuit Deum, uel filium Dei, & ipſe genitus ab ea tunc ſimul cum illa erat. ergo erat tunc mater Dei. Antecedens probatur: Nam perſona dicitur generari, quando de nouo recipit aliquam ſubſtātiam, tanquam ſui partem eſſentialem, uel tāquam naturam, in qua ſubſiſtit: & perſona talem naturam producens eiuſdem ſpeciei ſecum dicitur generare illam perſonam, ſecūdum omnes doctores in 3. diſt. 4. & 8. & 22. Sed tunc uerum erat dicere quòd beata virgo generauit, uel produxit de ſua ſubſtantia naturam humanam, in qua Deus, uel uerbum de nouo ſubſiſteret, quòdq; Deus ipſe de nouo illam naturam accepit, in qua ſubſiſteret. ergo antecedens uerum.

Si negetur iſta maior & minor, quia uerbum in triduo, non actu ſubſiſtit in natura humana, quam de Virgine accepit, cuius partes per mortem ſeparatæ ſunt: quod tamen requiritur ut tunc genitum ab ea, & filius eius ſit, atque dicatur.

Contra hoc arguitur probando, quòd id non ſit neceſſarium: ſed ut tunc uerbum dicatur, & ſit genitum ab illa, & filius eius, & ipſa mater illius, ſufficit quòd tunc anima, & caro, quę prius uerbo perſonaliter unita erant, permaneant adhuc ſic, uel eadem unione uerbo unita, cū aptitudine ad reunionem inter ſe, ſicut ante mortem ad eandem naturā humanam conſtituendam, & ꝙ ipſa perſona genita & generans ſimul ſint: & nihil aliud requiritur: neque ꝙ actu permaneat integra ipſa natura humana uerbo unita, ſecūdum quam beata virgo mater Dei, & Deus filius eius eſt. Quod ſic probatur. Quia natura non eſt ſubiectum, nec terminus, nec fundamentum propinquum generationis, quæ propriè & principaliter terminatur ad ſuppoſitum, & ſuppoſiti eſt: quamuis ſecundum hanc uel illam naturam, neque maternitas, aut paternitas, & filiatio fundantur, ut in fundamento propinquo, in diuina uel humana natura, nec in potentia generandi, ut prima dicebat opinio, quamuis natura & potentia generandi pręrequirantur ad ipſum generare: ſed in hoc quod eſt actualiter, uerè, & propriè generare, uel genuiſſe, & genitum eſt. Quod inde conſtat, quia licet Dei filius de virgine noſtram naturam accepiſſet, ſi non per generationem illam haberet, utique nec ipſe eſſet virginis filius, nec ipſa mater Dei foret. Nunc autem, quia realiter ab ea ſecundum carnem genitus eſt, fit ut quandiu Dei filius habens ſibi animam, & carnem unitā, & beata virgo coexiſtūt, certè ipſa permanet mater Dei, & ille filius eius: id quod fuiſſe conſtat in triduo, in quo unio uerbi ad animam & carnem ſemper perdurauit, ſecundum omnes catholicos, ut B. Tho. 3. par. q. 50. & magiſter in 3. diſt. 21. & communiter doctores ibidem, & diſt. 22. latius agunt.

Quòd etiam tunc uerè fuerit mater Chriſti probatur dupliciter. Primò quia ſaltem per ſynecdochen omnes doctores id concedunt: quia uidelicet

tunc

tunc erat filius Dei, habens partes humanæ naturæ ſibi unitas cum aptitudine ad reunionem inter ſe: ſicut & conceditur à catholicis abſolutè quòd tūc Chriſtus erat in cruce, & in ſepulchro, & in limbo: quia uidelicet illic ſecundum corpus, hic ſecūdum animam erat, ſicut & nunc dicitur quòd beatus Petrus eſt in ſepulchro, & in cœlo, quia ſcilicet hic ſecundum animam, illic ſecundum corpus eſt. Similiter conceditur communiter ſecundum Auguſtinum contra Fœlicianum quòd totus Chriſtus tunc fuit in cruce, in ſepulchro, & in limbo, quia uidelicet tota perſona Chriſti, uel uerbum ſecūdum aliquam partem humanitatis ſibi unitam ibi erat: ſed non totum quod erat in Chriſto, neque totaliter: quia uidelicet non ſecundum totam humanitatem, quam tunc non habebat, erat ibidem. Et hoc expreſſè cōcedit diuus Bonauentura in 3. diſt. 22. q. 1. §. 12. & Durandus ea. diſt. q. 2. cum magiſtro: Et Marſilius in 3. q. 13. prope finem.

Secundò probatur idem, quia non ſolum per ſynecdochē, ſed etiam uerè fuit Chriſtus in triduo: ſi nomen Chriſti largè capiatur, ut ſępè etiam à doctoribus accipitur, uidelicet ut ſignificat uerbum diuinum actu ſubſiſtens, uel in natura humana, uel in partibus eius principalibus ipſi uerbo adhuc unitis eadem unione, qua ante mortē ſibi unita erant, quamuis non manſerint unitæ inter ſe: & hac ratione beata virgo uerè tūc mater Dei erat. Et hoc expreſſè concedit Gabriel in 4. ſermone de reſurrectione Domini dicens ꝙ in triduo māſit uerè Chriſtus, licet nō fuit homo: Et Abulen. in 2. paradoxa. ca. 42. Et hoc modo Chriſtus non eſt terminus ſingularis ſub illo termino ſpecifico homo: neque ualet conſequentia, fuit tunc Chriſtus. ergo homo. Neque hoc modo Chriſtus mortuus eſt, benè tamen Chriſtus fuit tunc homo mortuus. At uerò ſi Chriſtus propriè in rigore acceptus ſit, ut accipit prima opinio præcedens, ut uidelicet ſignificat filium Dei in natura humana actu ſubſiſtentem, tūc ſimpliciter, nereq; Chriſtus in triduo mortuus eſt, ſcilicet ſecundum humanitatem: neque tunc fuit Chriſtus. Sed & ſimpliciter per communicationē idiomatum conceditur ꝙ Deus tunc mortuus eſt, permanſit tamen Deus uerus, & uiuus in ſe, ſcilicet in ſua natura diuina. Videantur de hoc Bonauentura, Baſſolis, & Marſilius cum Scoto ubi ſupra latius agentes.

Hanc ſecundam opi. quoad omnia tenet Iacobus de Valentia ſuper cant. ca. 6. q. 2. ibi, Ego dormio, & cor meum vigilat: & quidam Frater Balthaſſar Solio in quodam ſermone de aſſumptione beatæ virginis conclu. 1. Et ad idem eſt breuiter Abulen. ubi ſupra, & hanc tenent Thomiſtæ conſequenter ad principia, uel fundamenta beati Tho. Et quidem doctores ſancti communiter, & abſolutè concedunt beatam virginem, ex quo uerbū Dei concepit, dum uixit in mundo, & nunc in cœlo eſt in corpore, & anima glorioſa, fuiſſe ſemper & eſſe matrem Dei & Chriſti: & ſimiliter Chriſtum fuiſſe ſemper in cruce, in ſepulchro, & in limbo: Et Bernardus lib. 5. de conſidera. ad Euge. prope finē ait, Siue coniunctis, ſiue diſiunctis duobus, id eſt anima & carne, nihilominus perſeuerauit in tribus, uidelicet in uerbo, anima, & carne unitas perſonalis, ęquè unus Chriſtus, unaque perſona, uerbum, anima, & caro etiam mortuo homine perdurauit. Hęc ille. Quid clarius ad rē? Et Hebr. 13. habetur. Chriſtus heri, & hodie ipſe, & in ſecula. Vbi nomē Chriſti largè accipitur in dictis auctoritatibus, ut ſuprà declarauimus: quamuis Gabriel in 3. diſt. 22. concluſione. 1. per ſuas ampliationes logicales aliter exponēdo pręfatas auctoritates euadere conetur. At uerò theologia ſecundum Auguſtinum ſuā habet logicam, quæ ex communi modo loquendi ſacræ ſcripturæ, ſimul & ſanctorum, ſiue doctorum ſumenda eſt.

Et fortè pro concordia opinionum melius dicetur ꝙ beata virgo propriè, & formaliter in triduo non fuit mater Chriſti, nec Dei, ſicut nec mater hominis: neque tunc Chriſtus propriè fuit: & cum hac limitatione loquēdo eſt uerā, & tuta illa prima opinio. Cum quo ſtat ꝙ tunc uerè, realiter, & ſimpliciter, & abſolutè ipſa fuit mater Chriſti, & mater Dei, ut ait ſecunda opinio. Quia quod aliquo modo uerè eſt tale, & cōmuniter quamuis impropriè, aut largè loquendo dicitur eſſe aliquid, utique ſimpliciter & abſolutè eſt, & conceditur eſſe illud: quia ſtandum eſt cōi modo loquendi in tali facultate: Sed aliquo modo, uidelicet per ſynecdochen, uel largè capiendo nomen Chriſti, conceditur à catholicis communiter Chriſtum in triduo uerè eſſe, & permanere, & beatam virginem tunc eſſe matrem Chriſti, & per conſequens matrem Dei eſſe. ergo ſimpliciter id concedendum uidetur. Et quidem credo quòd ſi ſimpliciter, & abſolutè beata Virgo in triduo mater Dei, uel Chriſti, uel uera mater eius negaretur: utiq; pias aures offenderet: ex quo ſimpliciter negaret eam matrem Dei, uel Chriſti, in aliquo uero caſu, quem talis propoſitio admittit, ut dictum eſt. Reſolutio.

Ad rationes autem primæ opinionis reſpondeo negando maiorem utriuſque probationis. Sufficit enim ad hoc quòd ſit mater Dei, & Chriſti, & Chriſtus, quòd actu uerbum ſubſiſtat in partibus humanæ naturæ prius aſſumptæ, quarum unio inter ſeſe poſtea per mortem interrupta ſit, ut patet ex probationibus præfatę ſecundæ opinionis.

QVAESTIO QVADRAGESIMANONA.

Vtrum Beata Virgo (ſi ei daretur optio) præeligeret perpetuam virginitatem ſine maternitate Dei: an eſſe mater Dei ſine virginitate. Similiter utrum præeligeret carere peccato originali uel ad momentum potius, quàm Dei maternitate; uel è contrà.

Reſpon. RESPON. in hac quęſtione alterum certum, alterum dubium eſt: certum quidem eſt ſtante le-

ge q ſi daretur ei optio à Deo, certè ipſa præeligeret id, quod ſciret Deo eſſe gratius: modò illud eſſet ſibi ipſi beatæ Virgini melius, utilius, aut honorificentius, modò non: & nullo modo eligeret peccatum, aut minus gratum Deo: Et hoc, quia nõ indiget probatione, ex quo erat in gratia confirmata ſuper omnes ſanctos, & tota dedita Deo: ideò hoc ſupponitur ut certiſsimum.

Dubium autem eſt ſuppoſito quòd æquè grata eſſet Deo, ſibiq; æquè meritoria electio huius uel illius, ſ. virginitatis, aut Dei maternitatis (quod eſt poſsibile, cùm ex eadem charitate, eodemque uoluntatis conatu poſſet hoc, uel illud præeligere) ſi à Deo daretur optio beatę virgini, quid horũ pręeligeret, quidve horum eſſet gratius ipſi beatę virgini? Et, ut dixi, procedit tota hæc quæſtio cæteris paribus, id eſt ſi tantam gratiam, non maiorem, neque minorem, & ſic de cæteris uirtutibus, & donis eſſet habitura cum virginitate ſine maternitate Dei: quantá cum maternitate ſine virginitate, & ſtante lege poſita quoad omnia alia, excepto caſu quæſtionis: ſicut & in beata virgine omnia alia de facto fuerunt: ità quòd ſolum ſit comparatio & differentia inter virginitatem, & maternitatem Dei conſiderando quodlibet horum duorum bonorum per ſe ſumptum, ſcilicet ut virginitas eſt tantum uirtus ſine, uel cum tanta charitate, & gratia &c. & maternitas Dei eſt dignitas ſupra omnẽ dignitatem, etiam ſine, uel cum tanta charitate, & gratia: Vel conſiderando utrunque cum ſuis propriis annexis de lege duntaxat, & cæteris alius paribus. Et uoco propria annexa ea bona, quæ ſtante lege ratione maternitatis Dei conſequuntur, aut conſequerentur maternitatem Dei ſine virginitate, aut virginitatem ratione eius ſine maternitate Dei. Propria autem bona hæc annexa de lege Dei maternitati ſunt redemptio mũdi, & hominis exaltatio, & corporis beatæ virginis puritas, & eius dignitas, & animæ ad Deũ eleuatio inde conſequẽs, ut infra in probatione ratione finis, & obiecti latiua habetur. Nam de communibus annexis nunc non eſt curandum, ſed de eia dicetur infra in reſolutione quæſtionia in fine eius: & in hoc ſenſu iam declarato procedit dubium, & quæſtio hæc.

Ad quam reſpõ. ſaluo meliori iudicio quòd ſimpliciter & abſolutè beata virgo pręeligeret maternitatẽ Dei poſtpoſita virginitate. Et ratio eſt quia ſibi melius, excellentiua, aut maius bonum eſt maternitas Dei, quàm virginitas. ergo illam præeligeret. Conſequẽtia patet, quia Quod eſt melius ſibi, etiam ſibi eſt præeligibilius. ergo ſecũdum rectam rationem, cui ſine dubio ipſa ſe conformaret, ut ſupponitur, id præeligeret. Pro probatione antecedentis, in quo ſtat tota difficultas, præſupponitur q licet ex ſuo genere, aut ſimpliciter bonũ, quod non eſt uirtus, exceditur à bono uirtutis: tamen aliquando ratione alicuius circunſtantiæ, ſeu conditionis annexæ, puta ratione neceſsitatis, utilitatis, aut magnitudinis, ſeu quantitatis, aut finis, & huiuſmodi, bonum quod non eſt uirtus, excedit, aut eſt meliua, & præeligibiliua bonum in ſe, aut huic perſonæ, quàm bonum uirtutis alicuius, ut patet, quia. 1. Ethi. tractatu. 4. c. 1. Fœlicitas ſumma, & ſumma excellentia diuina, uel ſummum bonum, licet non ſit uirtus, neque bonum laudabile, eſt tamen honorabile, & præſtat ipſi uirtuti, per quá acquiritur à nobis: Et 3. Topicorum, Melius ſimpliciter eſt philoſophari, quàm ditari: ſed aliquando, ſcilicet indigenti melius eſt ditari, quàm philoſophari: quamuis philoſophari, ſeu contemplari uirtus ſit intellectualis. Item uita contemplatiua ſimpliciter, & ex ſuo genere eſt melior, & eligibilior, quàm actiua: & tamen aliquando actiua eſt melior, & eligibilior, quàm contemplatiua ratione neceſsitatis, aut utilitatis, & huiuſmodi alterius circunſtantiæ, ut habetur in ca. niſi cum pridem. de renuntia. & B. Tho. 2. 2. q. 182. art. 1. & 2. Item quia licet ſimpliciter meliua, & honorificentius ſit habere dignitatem, & gloriam apud Deum uirtuoſè, & meritoriè, ſcilicet ex meritis ſuis, quàm non ex meritis, ſed ex dono, uel gratia: melius tamen, & excellentiua eſt ipſi Deo habere ſuam gloriam ex natura ſine meritia: & honorificentius fuit Chriſto homini habere gloriam, ſeu beatitudinem animæ, & alia dona, ſeu bona, quæ ab inſtante ſuę conceptionis habuit, & habet ex natura unionis animæ ad uerbum ſtante lege, uel ex dono patris duntaxat. Vide Scotum, Gabrielem, & communiter doctores in 3. diſt. 18. idq; ratione magnitudinia, aut excellentię ipſiua doni, aut perſonæ, aut ratione alterius cuiuſcunque conditionis, ut patet. Item melius fuit Chriſto, & ipſi beatæ virgini habere virginitatem heroicam, aliasq; uirtutes heroicas, quas habuerunt ex dono, ſeu ex gratia, uel ſine merito proueniente ex laudabili pugna, & difficultate, quæ ex tentatione carnis oriri poſſet, quàm ex merito huius pugnæ: quãuis ſimpliciter ſit magis meritorium, & melius cæteris paribus, ubi eſt maior difficultas proueniens ex arduitate operia, uel obiecti, uel etiam ex complexione operantis, ſecundum communiter doctorea. Item hoc idem contingit in omnibus rebus, ſeu bonis comparabilibus: nam licet bonum corporale ſimpliciter, & ex ſuo genere ſit melius bono famæ, honoris, & diuitiarum: & fama, ſeu honor præſtet diuitiis: tamen aliquando aliquod bonum famæ, & honoris, ſeu diuitiarum præſtat alicui bono corporali: & aliquæ magnæ diuitię præſtant alicui bono famæ, & honoris: idq; ratione neceſsitatis, aut utilitatis, aut magnitudinia excellentis, & huiuſmodi: ut patet experientia. Quia & inde ſæpè fit cõdigna ſeu iuſta ſatisfactio, & recompenſa in bonis diuitiarum pro læſione in bonis honoris, & corporis. Sicut etiam licet aurum, & gemmæ ex ſuo genere & ſimpliciter præſtent argento, & ferro: ſæpè tamen ratione alicuiua finis, puta neceſsitatis, aut utilitatis, aut ratione magnæ quantitatis aliquod argentum, ſeu ferrum præſtat alicui auro, aut gẽmæ.

Hoc ſuppoſito iam probatur antecedens prædi-

ctum

ſtum quòd licet uirtus, & ſtatus virginitatis excedat ſimpliciter bonum, & ſtatum maternitatis: ueruntamen bonum huius maternitatis Dei tàm ratione finis ſtãte lege, quàm ratione obiecti eſt melius bonum virginitate, & illam excedit, quamuis hæc ſit uirtus, & non illa.

1 Ratio ex fine.

Quòd ratione finis maternitas Dei excedat virginitatem patet dupliciter. Tum primò, quia finis, ſcilicet redemptio mundi, & exaltatio generis humani, ad quã de lege, ut loquimur, maternitas Dei ordinabatur, de ſe, & immediatè eſt magis uniuerſale bonum bono virginitatis eius: & eſt utilius toti mundo, & ipſi beatę virgini quàm virginitas Mariæ: quæ de ſé, & immediatè ad utilitatem tantũ ſui ipſius, puta ad puritatem, & bonum ſuę perſonæ ordinabatur: Immò bonum maternitatis eſt etiam utilius, quàm bonum uirtutis alterius ad ſalutem non neceſſarię: quia non ſequitur tanta utilitas ex illa, quanta eſt utilitas redemptionis, aut exaltationis generis humani, quę de ſe ſequitur ex maternitate Dei. Tum ſecundò idem patet: quia ſi propter ſalutem, aut pacem, aut conuerſionem unius regni ad fidem iuſtè diſpenſatur à Papa ut habens uotum virginitatis ducat uxorem, ſecundum communiter doctores, quia & oppoſitum dicere eſt erroneum, ut refert Martinus de temperantia, in q. de virginitate, utrũ præſtet aliis uirtutibus. ergo à fortiori pro redemptione mundi inde ſperata rectius diſpenſaretur cum virgine, ut nubat, ſi aliter eſſe non poſſet. Et hoc non aliunde, niſi quia finis talis coniugii, aut maternitatis inde ſperatę, puta redẽptio mundi pręſtat fini, & bono virginitatis: ergo talis maternitas Dei, cui talis finis eſt de lege neceſſariò annexus, ratione talis finis eſt magis uniuerſale bonnm, & melius: & conſequenter ſimpliciter, & abſolutè præſtat virginitati, ut dictum eſt. Ideò amplius dico probabiliter, quòd etiam ſi beatę virgini à Deo daretur optio ſupradicta, & eſſet certa ꝙ ſi ipſa nõ præeligeret eſſe mater Dei cum uiolatione ſuę virginitatis, Deus eligeret aliam ſibi in matrem, unde factus homo naſceretur ad redemptionem mundi: dico inquam quòd adhuc ipſa præeligeret eſſe mater Dei poſtpoſita virginitate: Quia tale bonum maternitatis Dei ratione prædicti finis, id eſt redemptionis mundi, ad quam de lege immediatè de ſe ordinatur, eſt uniuerſalius, utilius, & melius, & excellentius, & conſequenter eligibilius bonum ipſa virginitate, ut probatum eſt: & adeò excellentius quòd ſecundum communiter doctores in 3. diſt. 4. non cadit ſub merito ſaltem condigni propriè & abſolutè: licet cadat ſub merito congrui, uel ex ſuppoſitione incarnationis Dei.

2 Ratio, ex obiecto, uel materia.

Quòd & ratione obiecti, ſeu materię bonũ maternitatis Dei præſtet bono virginitatis, probatur tripliciter. Primò, quia ſicut ratione obiecti infiniti uirtutes theologicæ præſtant cardinalibus: & opera noſtra ſunt meritoria, & meliora moraliter, quia in Deum relata: & opera Chriſti ratione perſonę diuinæ, à qua ſiebant in natura, tũt ſecundum naturam humanam, fuerunt infinitè meritoria ſecundum Tho. aut ad infinitum meritum acceptata ſecundum Scotum, aut ſaporem infinitatis habentia ſecundum alios. ergo ſimiliter ratione perſonæ diuinę ipſius Chriſti, quæ perſona diuina in natura diuina, & humana ſubſiſtens eſt obiectum, uel materia huius maternitatis Dei, ex quo ad perſonam diuinam in utraque natura tẽdit, & terminatur maternitas Dei, ex quo ad perſonam diuinam in utraque natura tendit, & terminatur maternitas Dei, ipſamque obiectiuè reſpicit: hinc inquam Dei maternitas ſit excellentior, habetque bonum excellentius, & dignitatem, & honorem, ſupra omnem puram creaturam ſecundum diuum Bonauẽturam in 1. diſt. 44. in gloſſa marginali ſuper magiſtrum. & B. Tho. 1. par. q. 25. art. 6. ubi ait quòd beata virgo Maria, ex hoc quòd eſt mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte non poteſt fieri melior. Hæc ille: & per conſeqneus excedit omne bonum virginitatis, & alterius cuiuſcunque uirtutis non neceſſariæ ad ſalutem.

Secundò probatur idem, & confirmatur ratio prędicta conſiderando, & comparando omnia bona propria, quæ ſunt in virginitate, & maternitate Dei adinuicem. Nam in virginitate ſunt tria bona, ad quæ reducuntur omnia bona virginitatis. Primum eſt formale ipſius uirtutis virginitatis, quod eſt præcipuum de ratione ipſius uirtutis, propter quod ipſa virginitas eſt uirtus moralis, & laudabilis: & hoc eſt propoſitum ſeruandi ſe immunem ab omni actu, & delectatione venereæ ad uacandum diuinis. Secundum eſt materiale virginitatis, quod dat ei perfectam rationem uirtutis: & hoc eſt integritas carnis, uel immunitas ab omni experimento actus, & delectatione venerea: & per conſequens decor, ſeu puritas corporis: & conſeqnenter puritas, & decor animæ inde proueniens. Tertium eſt finis, ad quem ipſa virginitas de ſe, & immediatè ordinatur, & propter quem eſt laudabilius virginitas: nimirum liberior contemplatio, & uacatio ad diuipa: ad quem finem diſponit virginitas.

Nunc autem hęc tria bona ſunt excellentius in maternitate Dei abſolutè, & reſpectu beatæ virginis, quæ & ſunt ei propria connexa ſtante lege, & cæteris paribus, quàm in virginitate ſine maternitate Dei. Quod patet quoad primum: nam formale virginitatis, id eſt propoſitum ſeruandi ſe immunem ab omni experimento actus, & delectationis venereæ, ſi eſſet compoſsibile cũ maternitate Dei, certè fuiſſet, ſicut & de facto fuit in matre Dei, ut ſupponitur: & multò melius, quàm in aliis uirginibus. Quod ſecundum etiam patet: quia licet materiale virginitatis, i. integritas carnis, ſeu prędicta immunitas non eſſet formaliter in matre Dei: eſſet tamen eminenter: nam eſſet, ſicut & de facto nunc eſt, & fuit, ut ſupponitur, carnis uel corporis ſui dignificatio excellẽtiſsima, & puritas à fomite, & libidine, & cæteris ei annexis: & conſequenter eſſet

decor,

decor, & puritas corporalis inde proueniens excellentius: cùm eſſet ibi etiam carentia primorum motuum, & huiuſmodi: quę omnia bona corporalia in corporę matris Dei pręſupponuntur quòd eſſent etiam ſine virginitate, ſicut & de facto fuerunt in beata virgine matre Dei, non ratione virginitatis, ſed ratione maternitatis, quia ſcilicet inde filius Dei carne ueſtitur: nam & propter hanc rationem, ſeu cauſam caro Marię matris Dei nunc ab omnibus doctoribus ſuper oĩa corpora Sanctorum, & Virginum exaltata, & dignificata prędicatur: & cõſequẽter ibi eſſet puritas, & decor animæ inde proueniens. Quoad tertium etiam patet: nam mater Dei habens in utero filium Deum, & in aſsidua conuerſatione, ſeu conuictu ipſum nutriens, & tractans ut mater filium: certè ſecundum omnes doctores ex hoc magis, & immediatius redderetur, ſicut & de facto reddebatur, apta ad contemplationẽ ipſius Dei, cui ratione maternitatis magis propinqua, & familiaris, & dedita erat, quàm ex virginitate. Patet igitur quòd bona uirginitatis, propter quę uirginitas eſt laudabilis, & eligibilis, excellentius ſunt in maternitate Dei, & ratione eius ſine uirginitate, quàm in uirginitate ſine maternitate. Et ideò canit eccleſia Fœlix es ſacra Virgo Maria, & omni laude dignisſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Ecce ubi non propter virginitatem, ſed propter maternitatem Dei, quia ſcilicet ex ea ortus eſt Chriſtus Deus noſter, dicitur fœlix, & omni laude dignisſima, & ſuper omnem creaturam, ut ſupra ſecundum B. Bonauenturam dictum eſt.

Tertiò idem probatur: quia ſi pro aliquo bono, quod non eſt uirtus, puta pro ſalute corporali rationabiliter quis poſtponit aliquando, & ad ſemper aliquam uirtutem, ſeu excellentem gradũ eius ad ſalutem non neceſſarium, puta magnificẽtiam, contemplationem, aut excellentem abſtinentiam, ſeu etiam ipſam uirginitatem, ſi contingeret eſſe nociuam uitę, aut ſaluti corporali, aut reipublicæ conſeruationi, aut paci neceſſarium ducere uxorẽ, ut ſupponitur, quòd ſit dabilis talis caſus: quia tunc rationabiliter pręeligeret quis ducere uxorẽ, aut remittere abſtinentiam, & contemplationem, & magnificentiam omittere non neceſſariam ad animę ſalutem. ergo pro maiori bono maternitatis Dei idem melius fieri poteſt: quòd ſcilicet uirginitas rationabiliter poſtponi poteſt pro maternitate Dei. Igitur ità fieret in caſu quæſtionis, ut dictum eſt.

Et hæc ratio magis confirmatur ex hoc quòd uirginitas non eſt ſimpliciter excellentior aliis uirtutibus: ſed aliis uirtutibus intra genus caſtitatis tantum. Nam multæ aliæ uirtutes ſunt excellentiores uirginitate ſecundum B. Thom. 2.2.q.152. art. 4. puta fortitudo, & martyrium, ut patet ibidem: & q.123.art.12. Et magnificentia ſecundum Martinum ubi ſupra, & iuſtitia ſecundum B. Tho. 2.2.q.58.art.12. & humilitas ſecundum eundem B. Tho. ibidem q.161.art.5. & multę aliæ uirtutes. Igitur ſi magnificẽtiam, aut humilitatem aliquam, ſeu excellentem gradum earum non neceſſarium ad ſalutem, quę tamen pręſtant uirginitati, rationabiliter beata virgo poſtponeret pro bono maternitatis Dei: ſequitur à fortiori quòd etiã ipſam uirginitatem rationabiliter poſtponeret maternitati Dei. Quod eſt uerum, etiam ſi ex ea non ſperaretur redemptor mundi naſciturus, aut redẽptio mundi futura: ut in caſu, quo dicunt Alexander & Scotus quòd, ſi homo non peccaſſet, adhuc Deus homo fieret, non quidem ad redemptionem, ſed ad exaltationem humanæ naturę in Chriſto. In tali caſu dico quòd adhuc Beata Virgo Maria pręeligeret maternitatem Dei, quàm virginitatem, ſi ei daretur optio ſupradicta: quia ratione obiecti, ſcilicet filii Dei, cuius eſſet mater, bonum maternitatis Dei excedit bonum uirginitatis, ut dictum eſt: Et multò magis nunc poſt peccatum, ubi non ſolũ ratione obiecti: ſed etiam ratione finis maternitas Dei pręſtat uirginitati, ut dictum eſt.

Item tertiò principaliter prædicta omnia confirmantur: quia quando Lucæ 1. dixit Quomodo Ratio.3.
fiet iſtud &c. uidetur beata uirgo id dixiſſe, ut Angelus diceret ei modum, quo Deus in ea homo fieri uolebat, & filius eius naturaliter, an ſupranaturaliter: ut ipſa ſe ad id pręparaet. Sicq; uidetur paratum animum uolũtati Dei exhibuiſſe, ut ſi Deus uellet, & poſtpoſita uirginitate, quam illi deuouerat, & magnifaciebat, ad maternitatem Dei ſe pręparaet. Igitur hanc demum de facto præeligebat.

Quòd ſi contra prędicta arguatur. Primò, quia Arg.1.
iam mater Dei careret tali uirtute, & puritate, & honore, & aureola uirginitatis: ſicq; non excederet omnes ſanctos in hac puritate, & excellentia: hoc autem eſt inconueniens: quia ſtante lege quoad alia, ut loquimur, decuit matrem Dei ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi, ſecundum Anſelmum, & communiter doctores dicentes decuiſſe matrem Dei habere omnes aliorum ſanctorum gratias, & excellentias: quia & de lege ſunt maternitati Dei propriè annexæ. ergo nõ poſtponeret uirginitatem maternitatem Dei.

Reſpon. dupliciter. Vno modo ad minorem: q̃ Reſpon.
in caſu quęſtionis non deceret matrem Dei eſſe virginem, cùm eſſet incompoſsibile ex ſuppoſitione: neque tunc eſſet inconueniens eam carere hac uirtute, & gratia uirginitatis, quæ ex caſu non eſſet maternitati Dei annexa, ſed oppoſita. Doctores autem loquuntur ſecluſo caſu huius quæſtionis, & de matre Dei ſimul & uirgine, qualis de facto eſt, & fuit.

Alio modo reſpondeo ad maiorem: quòd etiam ſtante lege quoad alia in caſu prędicto nullum eſſet inconueniens matrem Dei carere prędicta uirginitatis uirtute, & eius aureola formaliter: quam tamen haberet eminenter in maternitate Dei, & eius honore cum animo parato ad uirginitatem, ſi maternitati Dei eſſet compoſsibilis: ſicut in hono-

re regiæ dignitatis honor, & dignitas marchionis, ducis, & comitis eminenter continetur. Immò & de facto beata virgo, ſimul & mater Dei, non habuit in hac uita, neque nunc in cœlo formaliter, ſed eminenter aliquas uirtutes, & excellentias, & gradus, ſeu ſtatus perfectionis eccleſiaſticę, neque eorum præmia formalia. Quod patet: quia ſecundum B. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 124. articu. 4. non fuit propriè, & formaliter martyr: cùm non fuerit mortua uiolenter ex læſione corporali in teſtimonium fidei: quod quidem ſecundum eum, aut læſio de ſe mortifera ſecundum Martinum, eſt materiale requiſitum ad propriam, perfectamque uirtutem martyrii: Fuit tamen eminenter martyr alio genere martyrii excellentioris in anima: ideò dicitur pluſquàm martyr. Et conſequenter habet eminenter præmium, ſeu aureolam martyrii, licet non formaliter.

Similiter non habuit formaliter perfectam uirtutem magnificētiæ quoad plenam rationem eius, ſcilicet quoad formale, ſimul & materiale, ſeu quoad actus exteriores ipſius uirtutis: quia quoad hoc ſecundum beatum Thomam ſecūda ſecundæ quęſtio. 134. articulo primo, & tertio, & communiter doctores magnificentia requirit magnos ſumptus: & ideò non poteſt eſſe in paupere, qualis fuit beata virgo: quæ tamen habuit magnificentiam excellentiſsimam quoad eius formale in animi præparatione ſecundum beatum Thomam, ubi ſupra, & quæſt. 129. articulo tertio ad tertium. Habuit etiam eminenter in magnifica exhibitione ſui ipſius ut eſſet mater Dei dicens, Ecce ancilla Domini &c. ſecundum communiter doctores: & promptiſsimum animū ad magna opera proſequēdum, ubi expediret, habuit.

Similiter beata Virgo non habuit formaliter, & propriè gradus, & ſtatus eccleſiaſticos: quia non fuit propriè ſacerdos, neque Epiſcopus, aut Papa, neque Apoſtolus, neque iudex: & per conſequens non habuit formaliter dona, uel uirtutes formales, & politicas ad actus horum graduum formaliter exercendum: habuit tamen eminenter omnia prædicta in ſtatu, & dignitate matris Dei, & in aliis donis ſibi diuinitus conceſsis excellentius, quàm aliis quibuſcunque: & in eorum exercitio, & uſu ad illuſtrationem Apoſtolorum, & totius eccleſiæ utilitatem.

Quid igitur mirum ſi in caſu quæſtionis mater Dei non haberet formaliter plenam uirtutem uirginitatis: cùm eam, & eius præmium haberet eminentèr, & excellentius in dignitate, & honore, & diademate regio maternitatis Dei?

Secūdò ad idem arguitur, quia illud bonum eſt excellentius, & melius, & eligibilius, quod eſt laudabilius: Sed uirginitas eſt laudabilior Dei maternitate, ut patet, quia eſt uirtus, & per conſequens laudabilis: maternitas autem Dei non eſt uirtus, ſed dignitas, uel honor, & per conſequens non eſt laudabilis, ut infra ex primo Ethi. refertur. Et quia per uirtutes Deo placemus, & meremur: non autem per dignitatem maternitatis Dei, ut patet ex Auguſtino ſuper id Lucæ. 11. Beatus uenter qui te portauit: quinimmò beati qui audiunt uerbum Dei: ubi ait. Beatior fuit Maria Chriſtum in mente, quàm in uentre concipiendo, atque portando: ergo uirginitas eſt melius bonum, & præeligibilius maternitate Dei: & ipſam uirginitatem beata virgo præelegiſſet.

Reſpon. Reſpondeo negando maiorem ſimpliciter: nam ſolum eſt uera intra genus laudabilium, quales ſunt uirtutes, & alia, quæ ad honeſtè, & rectè agendum quoquomodo expediunt. Nam inter uirtutes illud bonum eſt melius, ſ. alia uirtute, quod eſt laudabilius, aut per quod rectius, & melius operamur, Deoque magis placemus: Simpliciter autem falſa eſt illa maior: nam multa bona, quæ non ſunt uirtutes, neque laudabilia præſtant uirtutibus: illis pręcipuè, quę non ſunt neceſſariæ ad gratiam Dei, & beatitudinem obtinendam, ut patet ex primo Ethi. tracta. 4. cap. primo, vbi ſic habetur, Conſtat uirtutum, non autem optimorum eſſe laudem, ſed maius aliquid, præſtabiliusve. Nam & Deos beatos, fœliceſq; dicimus, & uirorum etiam eos, qui maximè ſunt diuini, & rerum bonarū ſimili modo. Nemo nanque fœlicitatem laudat, aut iuſtitiam: ſed ut diuinius quiddam, præſtabiliusve rem dicit eſſe beatam, perſpicuum eſt. ergo fœlicitatem ex iis eſſe, quæ honorabilia ſunt, & perfecta. Hæc ibi. Vnde conſtat non eſſe laudabile, ſed honorabile, & melius, ſeu excellentius bonum, beatitudinem, ſeu fœlicitatem, ſeu eſſe beatum, aut fœlicem, & eſſe Deum ſummum bonum, & eſſe filium Dei, & habere gloriam ex natura unionis animæ ad uerbum, quàm eam ex meritis tantum habere, & quàm ſit bonum uirtutis laudabilis, aut quàm eſſe ſtudioſum, atque laudabilem: & ſimiliter melius, & excellentius, & per conſequens eligibilius eſt excellentiſsimum bonum, dignitatis matris Dei excedentis omnem dignitatem puræ creaturæ poſt dignitatem filii Dei, quamuis non ſit laudabilis, ſed honorabilis, quàm ſit bonum uirginitatis, quantumuis uirtus laudabilis ſit. Virtutes autem neceſſariæ ad gratiam Dei, & gloriam æternam obtinendam, ut fides, & charitas, & huiuſmodi ſtante lege, ratione neceſsitatis huius utique præſtant, & ſunt eligibiliores maternitate Dei, & eas beata virgo præeligeret, etiam ſi ex genere ſuo, uel abſolutè maternitas Dei excellentius bonum eſſet, ut ſuprà dictum eſt. Item etiam ſi ſupradicta maior concederetur abſolutè, & ex genere ſuo: negatur tamen reſpectiuè, ſeu in aliquo caſu: & ità ſimpliciter negatur conſequentia. Quia licet ex genere ſuo abſolutè bonū uirtutis pręſtet alii bono, quod non eſt uirtus: at ratione circunſtantię, ſeu materiæ ſtat ꝙ aliqua uirtus, puta uirginitas ſit minus bonum, uel minus eligendum aliquo alio bono, ſeu dignitate, puta maternitate Dei, ut ſuprà probatum eſt: Alioqui ſi omnis

 uirtus,

uirtus, eò quòd eſt uirtus, præſtaret omni alio bono, quod non eſt uirtus: iam ſequeretur hoc abſurdum, quòd ſcilicet uirtus ieiunii eccleſiaſtici, aut alterius uirtuoſę abſtinentiæ non neceſſariæ, aut peregrinatio, aut eleemoſyna non neceſſaria præſtaret maternitati, & filiationi Dei: illaſque beata virgo præeligeret: quia eadem ratio eſt de illis, & de uirtute virginitatis reſpectu maternitatis Dei.

Arg. 3. Tertiò arguitur ad idem probando quòd licet maternitas Dei ſit abſolutè melius bonum virginitate: tamen ipſi beatæ virgini, & reſpectu eius virginitas eſt melior, & eligibilior. Nam unicuique melius & eligibilius eſt id, per quod ipſe efficitur ſimpliciter melior, ut patet etiam ſecundum Chryſoſtomum ſuper id Matth. 20. Neſcitis quid petatis: ubi ait, Potius de meritis, & quomodo bene pugnetis & agatis, quàm de pręmio, atque corona uobis curandum eſt. Nunc autem per uirtutem qualis eſt uirginitas, quilibet efficitur ſimpliciter melior, quàm per dignitatem, uel honorem, qualis maternitas Dei eſt. ergo uirginitas eſt ipſi beatę virgini melior, & eligibilior, quàm maternitas Dei.

Reſpon. Reſpon. negando minorem ſimpliciter, & cæteris paribus, ut ſemper loquor. Nam licet per talem uirtutem quis efficiatur melior ſecundum quid, id eſt moraliter tantum, & quoad rectè & laudabilius agendum, & ad finem eius obtinendum, ſeu ad merendum in ſtatu meriti: at uerò per melius bonum ſimpliciter efficitur etiam ſimpliciter melior quoad eſſe: quia per ipſam fœlicitatem, ſeu beatitudinem, quæ per uirtutes finaliter intenditur, efficitur quis ſimpliciter melior, ut ſupra in reſponſione ad ſecundum ex 1. Ethi. dictum eſt: Et Matth. 11. Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo ſecundum unum intellectum doctorum, & talis eſt maternitas Dei, quæ eſt melior ſimpliciter in ſe, & ipſi eam habenti, quàm uirginitas, & quàm omnis alia uirtus de lege tunc non neceſſaria ad ſalutem, ut dictum eſt. Quod etiam inde patet: quia ſi ſine propriis meritis, ſed ex ſola gratia alicui adultæ puellæ beatitudo daretur: ſicut & pueris datur baptizatis, & Chriſtiano homini ſecundũ probabiliorem opinionem in inſtanti conceptionis data eſt: utique melius eſſet illi ſimul tale bonum excellentius maternitatis Dei, quàm uirtutem uirginitatis habere. Item quia quod eſt ſibi melius & utilius, eſt ſibi magis eligendum: & talis eſt maternitas Dei de lege: quamuis uirginitas abſolutè melior eſſet.

Reſolutio. Igitur reſolutoriè ex dictis in hac quæſtione ſex *Prima propoſitio.* propoſitiones eliciuntur. Prima quòd præſuppoſito quòd natiuitas filii Dei eſſet ad redimendum genus humanum, ſicut de facto fuit, ſi per ſumptionem carnis ex nulla, niſi ex beata Virgine Maria, eſſet redimendum: tunc beata uirgo pręeligeret *Secunda.* maternitatem Dei. Secunda ſi filius Dei eſſet ſumpturus carnem ex illa, uel altera ad redimendum genus humanum: tunc etiam beata Virgo maternitatem pręeligeret, ut hæc duo dicta ſupra probata ſunt. *Tertia.* Tertia in caſu, quo filius Dei ſumpturus eſſet carnem, & non ad redimendum, ſed ad exaltandum genus humanum, ſimiliter beata virgo pręeligeret maternitatem Dei cum ſuis proprius annexis de lege, ut ſupra ratione obiecti, ſiue materiæ probatum eſt. *Quarta.* Quarta ſi eſſent cætera paria quoad omnes uirtutes, & dona, & dignitates alias, & gratias dempta uirginitate, & maternitate Dei, ità quòd uel in ſtatu gratiæ, aut extra eam utrobique tantam gratiam non maiorem, neque minorem, & ſic de cęteris uirtutibus, & donis eſſet habitura cum uirginitate ſine maternitate Dei, quantam cum maternitate ipſius Dei ſine uirginitate, in caſu, quo filius Dei ex ipſa, uel ex alia ſumpturus eſſet carnem non ad redemptionem, ſed ad exaltationem generis humani, quid tunc ipſa præeligeret? Nempè licet in quæſtione expreſſè non agatur de hoc caſu, ubi eſt propria, & perfecta cõparatio inter maternitatem Dei ſolam, & uirginitatem item ſolam, cum totidem donis ex utraque parte concomitantibus, uel ſine eis: at uerò ex ſupradictis uidetur quòd, ſi ei daretur optio, ſimiliter præeligeret maternitatem Dei: tàm ratione finis puta exaltationis generis humani, quàm etiam ratione obiecti, ſiue materiæ, uidelicet filii Dei. *Quinta.* Quinta in caſu, quo licitè, & uirtuosè præeligeret maternitatem Dei: nõ tenebatur eam pręeligere ratione boni communis, puta redemptionis, aut exaltationis generis humani: niſi Deus illi id pręcepiſſet: aut niſi in caſu, quo ſi ipſa non acceptaret ex nulla alia Deus carnem aſſumeret ad generis humani redemptionem. Patet primum, quia non tenebatur bono communi, etiam neceſſario ad ſalutem prouidere: quod aliter, ſeu per aliam poterat obtineri. Ratio primæ exceptionis eſt: quia pręcepto obedire tenetur: Ratio ſecundæ: quia ex charitate tenebatur illi maiori, & communi bono hominibus neceſſario ad ſalutem prouidere: quod ſine acceptatione maternitatis Dei ex hypotheſi haberi non poterat. Et tunc eo ipſo in uoto uirginitatis, quod habebat, Deus diſpenſabat, uel diſpenſatum cenſebatur: quo etiam optioni ſuæ id liberè à Deo relictum erat. *Sexta.* Sexta abſolutè loquendo de lege, cęteris aliis ſtantibus, ſicut de facto fuerunt, quando Angelus illi nunciauit incarnationem filii Dei, ſi ei daretur optio, nulla mentione de ſuo uirginitatis uoto, neque de diuina ſuper eo diſpenſatione facta, utique præeligeret maternitatem Dei, ſicut & de facto abſolutè eam tunc acceptauit. Quia talis maternitas Dei de lege ſic qualificata cum ſuis donis, & uirtutibus, ſicut de facto fuit, & decuit eam eſſe omnibus uirtutibus ornatam excepta virginitate, ut in caſu ſupponitur: certè pręſtaret, ſicut & de facto pręſtabat, uirginitati quantumcunque ornatè aliis uirtutibus quibuſcũque, & donis de lege illi annexis, ut ſupra ratione finis, & materiæ, uel obiecti probatum eſt. Inſuper

& de

& de facto beata virgo, quando maternitas Dei per Angelum illi ex parte Dei nunciata eſt, tenebatur eam acceptare: etiam ſi inde detrimentum virginitatis pati poſſet: tùm quia ibi de lege præceptum Dei ſaltem implicitum erat: tùm etiam quia ad ſalutem mundi non niſi ex ipſa Dei filius carnem ſumere decreuerat, uti ſupra ex quinto dicto præcedenti liquidum eſt.

Quæſtiuncula corollaria. Et nota quòd ex ſupradictis non ſequitur quòd ſimiliter eadem ratione, ſi daretur optio beatę virgini, potius præeligeret maternitatem Dei, quàm carere peccato originali in ſui conceptione, etiam pro paruiſsimo tempore: Immò dico quòd potius præeligeret ſimpliciter carere peccato, etiam originali, quàm eſſe mater Dei: uel quòd potius præeligeret carere maternitate Dei, quàm eſſe in aliquo peccato, uel ueniali, uel originali, etiam ad momentum.

Et ratio huius eſt: quia cùm originale peccatum importet rationem non ſolum pœnę ex ſtatuto diuino, ſed etiā & præcipuè rationem culpæ, aut peccati, ut ſupponitur, cùm oppoſitum ſit hæreticum, uel erroneum (ut latè agitur in doctoribus in 2. diſtinct. 30.) iam inde ſequitur quòd beata virgo nullo modo præeligeret culpā, aut peccatum, aut id, quod ullo modo haberet rationem culpæ, aut offenſæ cuiuſcũque actualis, uel originalis propter eandem rationem.

Argum. Si arguatur contra hoc: quia peccaret ſi ſe deformare uellet uoluntati Dei iam cognitæ, & eius ſtatuto, quòd ſcilicet omnes naturaliter propagati ab Adam contraherent peccatum originale, eiq; ſubiaceant, exceptis iis, quos Deus preſeruare uellet. ergo non præeligeret carere originali.

Reſpon. Reſpon. ad antecedens dupliciter. Vno modo quòd ſi ei daretur optio libera à Deo (ut ſupponitur) ad eligendum hoc, uel illud: iam non ſe difformaret eius uoluntati, aut ſtatuto, neque peccaret hoc uel illud eligendo, cùm Deus id conceſsiſſet.

Secundo modo, reſpon. etiam dato quòd non daret Deus ei illam optionem, uel alteri cuique: dico quòd adhuc ſtante lege poſita de contrahendo originali, neque beata virgo, neque quilibet alius peccaret difformando ſe à Dei uoluntate, & ſtatuto, uolendo conditionaliter carere peccato originali, ſi eſſet poſsibile. Sicut damnatus in inferno, ſeu etiam peccator nunc uiuens obnoxius inferno propter peccatum ſuum præteritum rectè nollet pœnam æternam, puta eſſe in inferno, & in odio Dei, ſi eſſet poſsibile; Rectè etiam poteſt nolle, & odire conditionaliter, & etiam abſolutè inefficaciter peccatum preteritum fuiſſe propter quod eſt obnoxius inferno: quamuis ſciat uoluntatem, & legem Dei ſtatutam eſſe quòd qui mortaliter peccauit, ſit obnoxius inferno. Sic in propoſito quilibet poteſt rectè nolle, ſeu odire non quidem legem, uel ſtatutum Dei: ſed poteſt abſolutè inefficaciter, poteſt & conditionatè rectè nolle peccatum Adæ fuiſſe, & peccatum originale contrahi in nobis, ſi eſſet aliquo modo poſsibile per gratiam, aut priuilegium, ſeu diſpenſationem Dei, ſeu alio modo. Et hoc modo dico quòd beata virgo rectè præeligiſſet potius carere maternitate Dei, quàm eſſe ad momentum in peccato originali, & illa offenſa Dei quantumuis parua & leui, ſi ei eſſet poſsibile aliquo modo.

Cum hac reſponſione concordat Clariſsimus Medina magiſter meus de oratione. quæſt. 7. fol. 185. fol. 191. & de pœnitentia quæſt. 6. fol. vigeſimo. ibi uide quomodo licet abſolutè non poſsimus licitè nolle quòd Deus abſolutè & ſimpliciter uult uoluntate antecedente, ſcilicet à ſeipſa, & non aliundè iam determinata: bene tamen poſſumus id conditionaliter nolle: poſſumus etiam nolle abſolutè efficaciter, uel inefficaciter id, quod Deus non abſolutè, ſed uoluntate conſequente, ſcilicet non à ſeipſa, ſed aliunde, aut propter opera noſtra uult. ſed de hoc infra quæſtio. 51. latius habetur.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA.

Vtrum exiſtens in mortali peccato denuò peccet orando, prædicando, iudicando, & actum ſanctum, & bonum, uel officium ſuum ſpirituale, uel ſeculare exercendo.

In hac quæſtione ſunt quinque puncta. Primum de actibus ſacris propriè ſumptis, ut ſunt actus ordinis ſacri, & ſacramentum. Secundum de prædicatione. Tertium de oratione publica uel eccleſiaſtica, ut ſunt horæ canonicæ. Quartum de oratione priuata. Quintum de actibus iuriſdictionis eccleſiaſticæ, uel ſecularis, ſcilicet vtrum uitientur, & ſint culpabiles actus ex hac circunſtātia quòd ab exiſtenti in mortali peccato fiunt.

1 Punctum. Igitur quoad primum punctum de actibus ſacris, qui ſunt proprii actus ordinis ſacri, extendendo ordinem ad epiſcopatum, qui uidelicet non niſi ab habente ordinem ſacrum, & ratione eius poſſunt exerceri, ad quorum etiam exercitium in collatione ordinis gratia ſpeciali confertur, ut eſt miniſtratio ſacramentorum, miſſam celebrare, eccleſiam, uel monialem, aut virginem conſecrare, oleū ſanctum, uel chriſma conficere, & huiuſmodi. Qui aliquem horum actuum in peccato mortali exiſtēs exercet, utique ſic exercendo mortaliter ex genere ſuo peccat: niſi per modicitatem operis, leuitatemq; materiæ ab ipſo mortali excuſetur: quia notabilem iniuriam facit ſacramento, dum irreuerēter id in mortali exercet, uti hoc latius probat B. Thom. 3. parte quæſt. ſexageſima quarta, artic. 6. & ibi Caietanus, & in tertio quodlibeto quęſt. de uſu ſpiritualium, & Soto in 4. diſtin. prima, quęſt. quinta, artic. ſexto, & doctores communiter, in quo & dubium non eſt. Et aliqui excuſant à mortali eos, qui in neceſsitate non ut miniſtri, neque

cum ſolennitate baptizant: eos etiam, qui ſacram euchariſtiam de terra eleuant reuerenter etiam ſi ſint ſacerdotes: alii non eos excuſant, ſi in mortali id faciant.

In hoc etiam dubitatur, Vtrum Diaconũ Euangelium & Subdiaconum Epiſtolam in miſſa ſolenniter indutum ex officio rantare ſit actus proprius ordinis ſacri, ità ut mortaliter peccet uterque in mortali eos exercendo, ſicut ſacerdos miſſam celebrando. Nam Soto ubi ſupra rredit eſſe probabile quòd non, propter imperfectionem actus, nam per illam lectionem & miniſterium eorum nullam ſanctitatem, niſi imperfectè operatur. Probabile etiam cenſer oppoſitum, quod & Sylueſter titu. ordo. quarto, quæſt. ſecunda, ordo. 5. quęſtio. octaua, rlericus. ſecundo quęſt. octaua, & ſum. Angelica. eo. titu. & Nauarro in ſumma cap. vigeſimoquinto, nume. 72. & in repetitione ſuper cap. quando. de conſecra. diſtin. prima, rap. 6. numero 43. & doctores commuuiter tenent: Et idem dicit Nauarro de Arcolito, Lectore, & Exorciſta ſolenniter induto ſuum miniſterium exercente. Nam de eo, qui non eſt ſubdiaronus etiam ſi publirè in miſſa cantat epiſtolam in mortali, non pecrat ſecvndum omnrs, quod & conſuetudo probat ſacriſtarum ab eccleſia tolerata. Sed utrum aqnam benedicere ſit etiam proprius actus ordinis ſacri ſacerdotalis, rommuniter dicitur quòd non. Sed Nauarro nbi ſupra dicit quòd ſic, maximè dum à ſacerdote ſuis ueſtibus induto, uel ſolenniter fit: quia per eccleſiam hic actus eſt illi iam appropriatus. Sed prior opinio uidetur ue[illegible]or, ut proximè in tertio puncto de oratione publica habetur.

2. Pūctum — Secundum punctum eſt de prædicatione, utrum ſit actus ordinis ſacri, ità ut in mortali etiam occulto prædirando quis mortaliter percet.

Opinio. 1. — In quo eſt duplex opinio. Prima quòd ſic, maximè ſi cum ea fiat ſolennitate, cum qua fit ab epiſcopo: quia is actus iam ordini ſarerdotali, uel epiſcopali per eccleſiam appropriatus eſt. Sic tenet Caietanus. 3. parte quæſt. ſexageſimaquarta, artic. 6. Et ſecunda ſecundæ quęſt. 187. artic. primo, licet prius in quodlibeto tenuerit oppoſitum. Idem etiam tenet Nauarro in ſum. rap. vigeſimoquinto, numero. 141. & ſum. Ange. titu. prædicator. §. 7. vbi & dicit B. Thom. in 4. diſtin. 19. artic. ſerundo, q. 4. ad quartum. Et Alexan. de Alis in 3. par. idem tenere.

2. Opinio — Secunda opinio eſt ipſius Caietani in tertio quodlibeto. q. de uſu ſpiritualium, & in ſummula titu. prædicator, & Medina de pœnitentia quæſt. 6. & Soto ubi ſupra, & quorundam aliorum doctorum quòd non niſi de per accidens, uidelicet ratione ſcandali, quando prædirator non exemplaris, uel manifeſtus peccator eſt: nam ex hoc eius fructus impeditur: quia ſecundum Gregorium, Cuius uita deſpicitur reſtat ut eius prædiratio rontemnatur: Et pſal. 49. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? uel etiam ſi tàm impudenter pecrator occultus prædicationem uilipenderet ne indignum putaret illam in peccatis, quamuis occultus exercere, ac ſi aliud prophanum opus ageret: hic enim eſſet mortalis contemptus officii ſancti prædicationis. Quòd autem his caſibus exceptis non ſit de ſe mortale in peccato mortali occulto prędicare, hinc ſuadetur: quia non eſt officium ſic alicui ordini ſacro proprium uel annexum, ut ad id exequendum per ordinem ſacrum ſpecialis gratia cõferatur: neque in ordinatione ſacerdotum ulla ſit mentio de prædicando: ſed ſolum eſt actus dignitatis, uel iuriſdictionis eccleſiaſtirę. De iure autem ecrleſiaſtico omnrs prohibentur prædicare, niſi ſint ſarerdotes, vigeſimaſeptima quæſtio. prima, rap. adiicimus: & de hæreticis. ca. ſicut. Secundò laici prohibentur prædirare: Et in cap. excommunicamus. primo eo. titu. ſub excommunitione prohibetur prædicare, niſi cui ex officio, uel commiſsione id incumbit, ut Sylueſter titu. prædiratio. quæſt. prima latius refert. Non tamen ſequitur ex his, ut benè ait Soto ubi ſupra, omnibus ſacerdotibus ex officio id conuenire, neque ipſis ſolis. Quòd non omnibus, liquet ex concilio Conſtanti enſi ſeſſ. octaua, & decimaquinta, vbi condemnantur Wicleff, & Ioannes Huſſ. dicentes omnibus ſacerdotibus uirtute ſuæ ordinationis incumbere officium prædicandi: Nam requiritur licentia epiſcopi, iuxtà id Rom. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? quamuis bene uerum ſit quòd quando alicui ſacerdoti confertur cura animarum, conceditur etiam munus prædicandi. Diaconi autem ex Epiſcopi commiſsione, & non alitrr poſſunt prædicare.

3. Punctum — Tertium punctum eſt de oratione publica, uidelicet de horis canonicis, & officio diuino: in quo eſt duplex opinio. Prima Adriani in 4. de reſtitutione, quòd clericus direns diuinum officium, uel horas canonicas obligatorias in peccato mortali, ſic dicendo peccat mortaliter: ner de ſuo debito quoad Deum ſatisfacit: quamuis quoad homines, uel eccleſiam ſatisfaciat, ità ut reiterare non teneatur. Quòd peccet mortaliter probat, tùm primò, quia qui in mortali actum ſui ordinis (qualis iſte eſt) ſcienter exerret eo ipſo mortaliter peccat: tùm ſecundò, quia ad idem eſt Dionyſius ad Demophylum direns de malo ſacerdote quòd audet ſreleſtas ſuas blaſphemias (neque enim prerer dixerim) ſacris aris inferre: Et primo quæſtio. prima capitu. ſic populus. capitu. odit. vbi Hieronymus ait omnia opera prauorum ſacerdotum eſſe fœda, & contaminata, quoque polluto ore, manibusque pollutis ſacra myſteria tractant, ſuaſque orationes intermiſcent. Facit & Gregorius diſtinct. quadrageſimanona capitu. hinr. Quòd etiam conſequenter illi coram Deo ſuo debito non ſatisfariant, hæc opinio probat: Tùm primò, quia per opus peccati nullus implet præceptũ aut debitũ Deò, quod ſolũ de opere bono nõ de malo eſt.

eſt. Tùm ſecundò, quia ex præcepto, uel debito dicendi diuinum aliquod officium, ad hoc inſtitutum ab eccleſia, eccleſiaſtici ex officio ſpecialiter obligãtur per tale officium, uel orationem Deum placare, propitiumq́ue reddere populo Chriſtiano. Et licet ex hoc præcepto non teneátur ad illum finem: tenentur tamen non agere contra illum: faciunt autem, dum in mortali orando peccant, & ità Deum magis irritant. Igitur quamuis ex fundatorum, & eccleſiæ pia intentione ità illi hominibus ſatisfaciant ut horas canonicas, uel officium reiterare non teneantur: non tamen ſatisfaciunt diuino, & eccleſiæ præcepto, ut dictum eſt.

Et aliqui doctores moderni ſequuntur hanc opinionem, limitando illam ſolum quando eccleſiaſticus uel alius alias obligatus ad horas canonicas, uel etiam ad aliter Deum orandum, id exequitur ſimul actualiter in alio peccato mortali actuali exiſtens, aut cum propoſito mortaliter peccandi coexiſtente, propter rationes, quæ inferius in 4. puncto de oratione priuata referuntur. Sed hęc opinio quoad utranque partem non tenetur communiter, neque eſt uera, neque eius rationes eam probant ſufficienter, uti patebit inferius ad eas reſpondendo. Limitatio quoque prædicta aliorum doctorum, quamuis ſit uera quoad primam partem, non tamen quoad ſecundam, ut proximè conſtabit.

Opin. 2. Ideò eſt ſecúda opinio communis & uera quòd eccleſiaſticus, uel quilibet alius ad officium diuinum, uel aliam orationem publicam obligatus nõ peccat mortaliter ex hoc quòd id in mortali peccato quoad reatum tantum exiſtens exequitur. Peccat tamen & fortè mortaliter ex genere ſuo, ſi in mortali peccato actuali, uel cum propoſito mortaliter peccandi id facit: Nihilominus tamen utrũque præceptum, uel obligationem orandi, uel recitandi adimplet: Exempli gratia. Si poſtquam clericus heri fornicatus eſt, nec iam habet animum actualem fornicandi recitat ſuas horas nondum contritus, hic non peccat ſic recitando; & ſuam adimplet obligationem, & pręceptum de recitando: ſed ſi pergens ad fornicandum, uel furandum, uel habens animum, uel propoſitum actualiter id perpetrandi, ſimul ſuas horas recitat, forſan mortaliter peccat, ſic recitando: non tamẽ tenetur reiterare, ſed præcepto, & obligationi ſuæ ſatiſfacit.

Prima pars probatur dupliciter. Primò, quia nullo iure naturali, neque diuino illi tenentur in gratia id facere, ut patebit reſpondendo ad rationes primæ opinionis. Ex intentione autem fundatorum aut beneficia, uel ſtipendia conferentium, uel etiam eccleſiæ ad idem non obligantur: & fortè neque poſſunt obligari: & eccleſiaſtici poſſunt rationabiliter non conſentire, & eam obligationem dicendi horas in ſtatu gratiæ tanquam difficilem, aut nimis grauem, & periculoſam non acceptare. Tùm ſecundò, quia aliàs ſequeretur quòd eccleſiaſtici æquè obligarentur ſe diſponere ad gratiam, ut ſuas horas perſoluerent, atque ad euchariſtiam recipiendum, uel miniſtrandum ſacramenta.

Secunda pars quòd ſcilicet eccleſiaſticus fortè mortaliter peccat ſuas horas recitando, ſi ſimul ſcienter ſit in alio actuali peccato, uel propoſito mortaliter peccandi, probatur. Quia quilibet etiam priuatus in oratione priuata etiam non obligatoria grauiter peccat ſic orando cum actuali peccato mortali, ut infra in quarto puncto latius probatur. ergo à fortiori perſona publica ad orationem publicam ex officio obligata grauius peccat, uel mortaliter, uel ueniáliter: Nam in hoc ſunt opiniones, ut patet ex proximè dicendis in reſponſione ad primam opinionem.

Tertia pars, quòd ſcilicet uterque ſuo debito ſatisfacit, inde liquet quòd non eſt unde ſufficienter probetur oppoſitum, ut proximè patebit ad rationes primæ opinionis reſpondendo.

Ad rationes igitur præcedentis opinionis, ad primam ubi dicitur quòd qui in mortali peccato exercet actum ſui ordinis ſacri mortaliter peccat. Reſpondeo id ſolum eſſe uerum de actu proprio ordinis ſacri, ut eſt miſſam celebrare, aut aliud officium ſacrum exercere, de quo ſupra in primo puncto dictum eſt. Dicere autem horas canonicas, aut aliud officium diuinum, etiam in choro publicè cum ueſtibus ſacris cantare, quamuis ſit obligatorium eccleſiaſticis, non tamen eſt proprius actus ordinis ſacri: cùm hoc etiam alii faciant, & ſępè teneantur ex religionis profeſsione, aut ex beneficio qui non ſunt in ordine ſacro: quamuis Nauarro in repetitione cap. quando. de conſecra. diſtin. prima, capitu. ſexto, numero quadrageſimotertio, dicat quòd ſolenniter cantare capitulum, & orationem in choro, & ſimiliter aquam benedicere, ſunt actus proprii ordinis ſacri ſacerdotalis; & ſacerdos ſolum ratione ſacerdotii id facit: & ex conſequenti quòd in peccato mortali id facere ſit mortale, ſicut & alios actus proprios ordinis ſacri exercere. Sed Medina de oratione. q. quibus modis deprauatur oratio, tenet oppoſitum; & uerius, ut uidetur conſonare ad ſupradicta: quia hæc ſacramentalia, non ſacramenta, nec proprii actus ordinis ſacri ſunt: licet per eccleſiam ſolis ſacerdotibus appropriati, aut conceſsi ſint: propter hoc ſuperius non diximus aſſertiuè, ſed opinatiuè cum formidine quòd forſan mortaliter peccat: certum tamen eſt quòd ualdè grauiter peccat. In miſſa autem dicere orationes ſtatutas ab eccleſia in mortali credo eſſe mortale: quia ibi ſic orare, & offerre eſt proprius actus ordinis ſacerdotalis, ſicut & miſſam celebrare, uel ſacrificare. Sed Caietanus in 3. quodlibeto. q. de uſu ſpiritualium, dicit id non eſſe mortale de ſe ratione ipſius orationis, ſed per accidens ratione miſſæ.

Ad auctoritates autem Dionyſii, Hieronymi, & Gregorii reſpon. ibi ſolum loquũtur de hæreticis,

 & pra-

& prauis ſacerdotibus, qui ſic indignè ſacra myſteria tractant, uidelicet miſſam celebrando, & ſacramenta miniſtrando, ubi & ſuas orationes intermiſcent: nam ex hoc utique peccant, uti ſuperius in 1. puncto dictum eſt. Et quod ibi Hieronymus ait ꝙ talium ſacerdotum opera omnia, & ieiuniú, & eleemoſyna polluta ſunt, intelligitur de his, quæ ex polluta uoluntate, uel intentione procedunt: uel ſecúdum B. Tho. ſuper ad id Timoth. 1. cp. Polluta ſunt omnia, quia defectuoſa, eò quòd in finem ultimú, qui Deus eſt, ut oportet, non referuntur.

Ad aliud, ubi probatur ſecunda pars quòd ſcilicet ſic orantes ſuo debito non ſatisfaciunt, ad primum, ubi dicitur ꝙ per opus peccati nullus implet præceptum, reſpon. id ſolum eſſe uerum de opere malo tantum ex genere, uel obiecto, quod illo præcepto prohibitum, aut quod cótra ipſum pręceptú eſt. Nam ſi ſit malum ſolum ex circunſtantia extrinſeca, per id utique poteſt regulariter præceptú impleri, quod & de tali bono opere datur, ut conſtat. Nam ieiunare, dare eleemoſynam, honorare paréntes, & reſtituere alienum, quádo ad ea homo tenetur, etiam ſi ea faciat ex uanagloria, præceptum adimplet: ſimiliter ergo implebit orando, & horas canonicas recitando, etiá in aliquo mortali actuali exiſtente. Stat. n. implere unum præceptum per unum actum, ſimul & aliud uiolare per aliú actum: quamuis ſimul etiam ille primus, uel uterque actus uitietur per circunſtantiam aſsiſtétiæ, uel coexiſtentię iſtius, uel alterius mali actus.

Ad ſecundam & vltimam probationem reſpon. negando ꝙ eccleſiaſtici teneantur ad intentionem præcipientis Dei, uel eccleſiæ, uel alterius, uidelicet ad efficaciter placandum Deum per actum illum: niſi fortè ſpecialiter id ſit ſub præcepto iniunctum obiectiuè, uel ſub pacto impoſitum, quod tamen in propoſito non eſt, ut ſuperius probatú eſt. Negatur etiam ꝙ contra hunc finem faciant, uel peccent in mortali quoad reatum tantum recitando. Negatur iterum etiam ſi contra hunc finem faciant, & denuò peccent in actuali mortali recitando. Ergo non impleant debitum ſinum: quia ut iam diximus per opus de genere bonum, quamuis ſit malum ex circunſtátia, etiam actus mali coexiſtentis, poteſt & præceptum, & debitum, & prædicta obligatio adimpleri: maximè quando illa circunſtantia, uel actus malus non illo, ſed alio præcepto prohibetur, quod per illam, uel illum uiolatur. Prędicta ſunt uera regulariter; Nam præceptum de ſuſcipiendo ſacramentum pœnitentiæ non niſi per actum bonum ex genere, & circunſtantiis pót adimpleri, ut de hoc alibi latius agitur.

4 *Punctum.* Quartum púctum eſt de oratione priuata, utrú homo mortaliter peccet in mortali peccato, orando. In quo eſt duplex opinio prima, ꝙ non ſolú nó

1. *Opinio.* prodeſt, ſi fiat in reatu peccati mortalis, & multò minus ſi fiat in actu eiuſdem mortalis: ſed etiá eſt uitioſa, atque culpabilis, quamuis non mortaliter, niſi quo in actuali mortali ſit.

Quod probat auctoritate pſ. 65. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet Dominus: & pſ. 49. Quare tu peccator enarras iuſtitias meas, &c. Et Prouer. 28. Qui declinat aurem ſuá à lege, oratio eius erit execrabilis: Et Iſa. 1. Neomenias & ſolennitates ueſtras odiuit anima mea: manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt: Item Ioan. 9. Deus peccatores non exaudit: Et Grego. in paſtorali, & habetur diſt. 49. c. 1. cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: Et Beda in quadam homilia exponens id Pſ. 144. Volútatem timentium ſe faciet Deus, ait, Illi mali petunt, qui præcipienti Deo obtéperare contemnunt, & exaudiri miſerando depoſcút. Sed hæc opinio dura, & niſi benè limitetur, ut in ſecunda opi. dicetur, falſa eſt.

Ideò eſt ſecunda opinio cóis, & uera ꝙ oratio eius, qui eſt in reatu tantú peccati mortalis, eſt quidem utilis, quáuis non ſemper exaudiatur: non tamé ex hoc uitioſa, aut culpabilis eſt. Illa uerò, quæ fit ab eo, qui tunc ſimul ſcienter, actualiter, mortaliter peccat, uel eſt in propoſito peccandi mortaliter, ex hac circunſtantia ſolum aſsiſtente uitiatur, & redditur culpabilis ſaltem uenialiter. *Opinio 2.*

Prima pars probatur tripliciter. Primò, quia aliàs nulla oratio peccatoris Deo placeret, cuius tamen oppoſitum conſtat: Nam peccator orans pro remiſsione peccatorum, & ut Deus illum conuertat, nó peccat, ſed & ſæpè utiliter exauditur à Deo, ut patet Lucæ. 18. de publicano orante & dicente, Deus propitius eſto mihi peccatori: Et Eccleſ. 21. Fili peccaſti ne adiicias iterum, ſed de priſtinis deprecare: Et ſimiliter de aliorum bonorum petitione probari poteſt. Tum ſecúdò, quia peccator poteſt & debet ſeipſum diligere. ergo & ſalutem animæ & corporis deſiderare, & ergo hæc, & alia ad id pertinentia licitè poteſt humiliter petere à Deo. Nam ſecundum Auguſtinum ad Probam pro omni illo licitum eſt orare, quod licitum eſt deſiderare. Tum tertiò, quia ſecundum omnes doctores, & ca. quid ergo de pœni. diſt. 3. & 28. q. 1. ca. oés. qua ratione alia bona opera facta ab exiſtente in reatu tantum peccati mortalis ſint licita, & utilia animę, & corpori, quamuis non ſint meritoria gratiæ, & gloriæ, ut eleemoſyna, ieiunium, & eiuſmodi; eadem & oratio ab eodem facta, ſi non aliundè uitiatur. Nam & talis peccator piè petere poteſt pietate bonæ affectionis, & intentionis, quamuis non meritoria: immò & eius oratio poteſt etiam aliis prodeſſe, & impetrare, maximè quando fit ad iuſtorum petitionem, uel à miniſtris eccleſiæ, etiam peccatoribus, aut nomine ipſius. Et in ſupra dictis conſonat B. Thom. in 4. diſtin. 15. quęſt. 1. articu. 1. quæſt. 3. & Gabriel in cano. lecti. 25. & 57. u. x. & 59. b. et 63. et Gerſon de oratione, Et Adrianus in octauo quodlibeto, et Medina de oratione, Et Nauarro in repetitione cap. quando. de conſecra. diſtin. 1. nu. 12. uſque 15. et numero. 32.

Secunda

Secunda pars, ꝙ ſcilicet qui actualiter ſcienter peccat,vel peccare proponit mortaliter,ſimul orādo peccat,uel mortaliter uel venialiter, hinc patet, quia magnam irreuerentiam Deo facit petendo beneficium,& miſericordiam ab eo, quem actu ſimul offendit , uel offendere ſcienter intendit, in præſentia ipſius id clarè videntis : Is namque nō orare,ſed potius ſic orando illudere , aut contemnere videtur: ſicut & illi,qui Matth.27. Et Ioann. 19. genuflexo ante Chriſtum dominum illudebāt ei dicētes,Aue rex iudęorum, ſimul & alapa faciē, & arundine caput eius percutiebant . Et ad hoc potius faciunt omnes ferè auctoritates ſupra inductę in prima opinione.

Argum. Si contra hoc obiiciatur quòd licet unus & idē omninò actus non poſsit eſſe ſimul moraliter bonus & malus, nec meritorius , & demeritorius etiā uenialiter , ut Vega de iuſtificatione lib. 11. cap. 25. ſecundū cōem,catholicamq; ſententiam latius probat contra lutheranos: quāuis Angeſt.in moralic. 14. & aliqui cū eo dēt inſtātiā in aliquibus actibus imperatis,& etiam elicitis .Licet etiam circunſtantia mala informans , uel afficiens actum uitiet illum,ut martyrium, prædicatio,uel oratio,quæ ex malo fine puta ex vanagloria , aut propter hominum laudem, uel lucrum temporale principaliter fit,eſt culpabilis, & demeritoria ex illa mala circūſtantia illum actum informante , id eſt quæ habetur pro obiecto,uel quæ afficit ipſum actum : vel ſi oratio ſine nlla attentione,& irreuerenter fiat , ut latius agit Nauarro in cap. quando. de conſecra. diſt.1.c.1.nu.6.& c. 2. nu.10.& c.6.nu.2.& c.13. nu.38.47. At uerò circunſtantia mala ; uel malus actus etiam mortalis ſolum aſsiſtens, aut coexiſtens cum actu bono non vitiat illum:immò neque tollit meritum eius,ſi illa circunſtantia,uel actus ille coexiſtens ſolum ſit venialiter malus , quamuis minuat feruorem charitatis coexiſtentis. Exempli gratia. Martyrium, prædicatio,& oratio,quę præcipuè fiunt propter Deum, nō vitiantur ex hoc quòd ſuperuenit aliqua vanagloria,uel concupiſcētia venialis:neque propter hanc perditur meritum operum illorum,ſicut nec gratia, aut charitas vnde procedunt , & continuātur : Item ieiunium, eleemoſyna,honoratioque parentum, & reſtitutio alieni non inficiuntur , neque mala redduntur ex hoc quòd fiūt ab eo,qui ſimul actuali peccato mortali peccat pergens ad fornicandum,uel hominem occidendum:quamuis propter ipſum mortale coexiſtens non ſint meritoria:ergo ſimiliter non peccabit orando is,qui ſimul actualiter peccat pergēs ad fornicandum,uel aliud ſimile mortale committere proponit.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam ,quia nec illud antecedēs eſt uniuerſaliter uerum de omni circunſtantia,uel actu malo aſsiſtente ,ſed ſolum de aſsiſtente,qui,uel quæ non afficit,uel non qualificat actum,cui aſsiſtit,uel coexiſtit,ut cōſtat in exēplis ibi adductis. Nam ſi afficit , aut qualificat actum, vtique vitiat illum,quāuis non informet, id eſt nō ſit obiectū uolitū illius actus .Tunc aūt afficit,aut qualificat actum,quando habet aliquem ordinem,aut habitudinem malam , ſiue prohibitam, aut indecentem in ordine ad illum actum . Exempli gratia. Occiſio vel pupitio delinquentis aliàs iuſta,aut licita indecentiam, aut irreuerentiam apponit,uel contrahit ex hoc quòd fit in eccleſia, uel à celebrante,uel communicante,quam non apponit,nec habet,ſi fiat à bellante,vel alibi eā exercente,& locus perſona ſacra , quæ eſt circunſtantia ſolum aſsiſtens,indecentiam ſpecialem apponit fornicationi,quam non apponeret,ſi alibi, uel ab alio committeretur,ut conſtat. Et qui dum confitetur,ſuffuratur pecunias ipſius ſacerdotis , certè ex hoc eius furto culpabilis efficitur ipſa eius confeſsio,etiam ſi aliàs integra,& recta ſit , etiā ſi hoc ipſum furtum ibi confiteatur : idque propter iniuriam ex illo furto coexiſtente illatam ſacramento: Et vtrunque vitiatur & aggrauatur ex alterius coexiſtentia . Sicut enim furtum fit grauius ex eò ꝙ fit in confeſsione , ità ipſa confeſsio vitioſa & culpabilis ex furto ſimul aſsiſtente propter irreuerentiam,quæ indè prouenit ſacramento . Ità ſimiliter in propoſito eſt in oratione facta ab eo , qui ſimul ſcienter actualiter peccat,uel proponit peccare mortaliter propter ſpecialem irreuerentiam aliquando mortalem,aliquando venialem , quam infert ipſi domino Deo , qui ſic oratur , ut probatum eſt.

Ad auctoritates autē ſuprapoſitas in prima opinione reſpondeo ſecundum Medina ubi ſupra ꝙ omnes illæ intelliguntur,& procedunt ſolum in caſu ſecundæ partis huius ſecundæ opinionis:vel quādo oratio ex malo animo,uel fine fit: uel ſi ſcandaloſè quis erat,quia videlicet notorius peccator publicas orationes ex officio publicè facit,ut ait Gabriel in canone lecti. 63. e. Sed ſpecialiter ad aliquas earum dico quòd id Ioann.9.Deus peccatores non exaudit , ſecundum gloſſam Auguſtini eſt verbum illius cęci nondum ſpiritualiter plenè illuminati,vel ſecundum alios,ut refert Gabriel in canone lectio. 59.b. intelligitur quòd Deus non exaudit orationes peccatorum per ſua miracula approbando errores,uel peccata ipſorum petentium ad id exaudiri, quia neſcit Deus patrocinium dare criminibus . Illud autem Gregorii in ca. 1. diſt. 49.quando is, qui diſplicet &c. intelligitur ſecundum gloſſam ibidem, quando ſcienter eligitur peccator ad miniſteria ſacra tractādum , uidelicet ad miſſam, & alia eiuſmodi celebrandum , maximè dum aliter , uel per alios bonos id commodè fieri poteſt.

Sed de peccatoribus obſtinatis graue dubium eſt,utrum ſint in reatu tātum,an etiam in actu peccati mortalis:ut ità cognoſcatur an eorum oratio culpabilis ſit,an non. Dubium.

Ad quod Reſpon. quòd eſt duplex genus peccatorū,qui tranſacto actu peccati dicuntur habitualiter Reſpon.

liter peccatores; quia, ſcilicet nedum pœnitẽtiam ſufficienter egerunt. Nam aliqui ſunt, qui poſt peccatum, puta fornicationis commiſſum, iam de illo amplius proſequendo, uel non proſequendo nihil curauerunt, nec meminerunt, neque de illo ſufficienter egerunt pœnitentiam; modò propoſuerint poſteà opportunè, & debitè pœnitere, modò non, ſed quoad hoc omninò priuatiuè ſe habuerint nihil de hoc cogitantes. Et de his omnibus conſtat quòd ſolum ſunt in reatu, & non in actu peccati mortalis: & conſequenter ad ſupradicta eorum oratio non vitiatur ex hoc quòd ab illis in illo peccato quoad reatum tantum exiſtentibus fit.

Alii ſunt qui poſt commiſſum peccatum puta fornicationis non ſolum priuatiuè non curant de non proſequendo, aut de pœnitendo, ſed etiam poſitiuè proponunt illa peccata proſequi, & cõtinuare, & exercere, quoties, aut quando potuerint oblata occaſione; ſimul etiam proponunt non debitè pœnitere vſque ad mortem, uel vſque ad talem diem, uel quouſque effecerint malum, quod propoſuerunt. Et iſti dicuntur propriè obſtinati in peccato, uel ad tempus, uel vſque ad mortem. Et eiuſmodi ſunt multi concubinarii, habenteſque mortales inimicitias, & latrociniorum, factionumq;, ſiue conſpirationum, & ſocietatum, contractuumq; mortalium cognitorum, & hæreſum, uel hæreticorum animoſi ſectatores.

Opin. 1. Et de his peccatoribus obſtinatis eſt duplex opinio. Prima & uera clariſsimi doctoris Medina de oratione. q. quibus modis deprauatur oratio, quòd iſti ſic orando peccãt: quia ſufficienter malum animum continuatum mortaliter peccandi actualiter, uel virtualiter habent. Nam ex quo neque à ſuis peccatis cognitis deſiſtunt, neque deſiſtere proponunt: ſed potius ea proſequi oblata occaſione, uel opportunitate intendunt: iam ſemper ſunt in ſua actuali præparatione, uel promptitudine cõtinuata ad actualiter exercendum exterius, quoties ſe obtulerit occaſio. Sicut qui actuali fornicatione continuata, quoties poteſt, totam noctem inſumit: & qui in odio, uel concubinatu per totum annum continuato perſeuerat cum animo parato ad inimicum occidendum, uel fornicandum, quoties & quando potuerit, & ad id ſemper quærit occaſionem, uel opportunitatem.

Opinio. 3. Secunda opinio eſt Nauarro in repetitione ſuper ca. quando, de conſecratione diſt. 1. ca. 20. nu. 12. vſque nu. 16. & pręcipuè nu. 32. vbi tenet oppoſitum, ꝙ ſcilicet iſti obſtinati orando non peccant ſicut nec alii peccatores non obſtinati in reatu tantum peccati exiſtentes.

Quod probatur tripliciter. Primò quia ſicut defectus debitè pœnitendi in illis non vitiat eorum orationem: ità eadem ratione poſitiua uoluntas pœnitendi in iſtis obſtinatis illam non uitiat, quanuis grauius horum peccatum ſit.

Secundò quia ſicut hęc poſitiua uoluntas non pœnitendi, ſimul & peccandi mortaliter in his obſtinatis non uitiat alia bona opera ipſorum, videlicet ieiunium, eleemoſynam, parentum honorationem, & alieni reſtitutionem, & eiuſmodi, ut conſtat, ità eadem ratione non vitiabit eorum orationem.

Tertiò quia aliàs ſequeretur quòd omnes cõcubinarii, & obſtinati prædicti, immò & infideles in ſua infidelitate culpabiliter obſtinati ſemper peccarent orando Deum humiliter, ut eos illuminet, & dirigat in viam ſalutis æternæ, neque permittat eos ſecundum merita ſuorum peccatorum in ſuis tandem peccatis, & malo ſtatu comprehendi, ſiue decedere. Et ità nunquam poſſent licitè Deum orare, neque bonum aliquod ab eo petere ſpirituale, vel temporale, neque auxilium eius: quod tamen dicere impium videtur, & tollit ſpem ſalutis, & eſt contra communem, veramque doctrinam catholicam omnium doctorum, etiam ſuadentium quòd omnes iſti debeant Deum orare ut eos illuminet, & conuertat: & petere auxilium eius in neceſsitate, ſicut & dicere Pater noſter: ut de hoc latius. B. Thom. ſecunda ſecundæ q. 10. art. 4. & q. 83. Et in 2. ſententiarum diſt. 41. art. 2. Et ſuper ad Ro. 14. & Gabriel in 2. diſt. 22. q. 2. & diſt. 27. q. 1. concluſione. 4. & Alexander, aliique doctores faciendum eſſe docent manifeſtè.

Sed certè rationes iſtæ contra prædictam primam opinio. doctoris Medina non concludunt. Nam ad primam Reſpon. negando conſequentiã: quia licet ſola voluntas non pœnitendi non uitiet orationem; vitiat tamen illam actualis illa alia voluntas, uel animus continuus peccandi, quem habent illi obſtinati, ut ſuprà probatum eſt.

Ad ſecundam Reſpon. negãdo conſequentiam: quia peccatum actuale aſsiſtens nõ afficit, nec qualificat, ac perindè nec inficit, aut uitiat illa alia opera, ſicut afficit, uel qualificat, ac ideò inficit orationem, vti ſuperius in ſecunda parte ſecundę opinionis latè probatum eſt.

Ad tertiam conceditur quòd ibi infertur ſolum quando illi obſtinati ſciunt ſe eſſe in peccato mortali actuali, uel in ſua obſtinata infidelitate mortali, & ſic ſimul orant habentes animum inde non reſiliendi, quia tunc eſt irreuerentia, & non aliter. Neque hoc modo id concedere eſt ullum inconueniens, nec impium, neq; contra, ſed ſecundum cõmunem doctrinam ſanctorum vbi ſupra dicentiũ quòd ſupradicti etiam infideles debent Deum orare, non quomodocunque, ſed ablatis impedimentis, & aliis vitiantibus orationem, quando cognoſcuntur, & cum debita diſpoſitione. Et ità ſecundum eos deſiſtere debẽt ab actuali peccato, & malo animo mortali, quem ſcienter habent, ut licitè orare poſſent, ut debent, etiam ſi maneant ſolum in reatu peccati mortalis quouſque ſufficienter agant pœnitentiam. Et quòd ità, & non aliter. doctores intelligãt, atque peccatoribus orare ſuadeant, id certè ex ſuis ipſorum verbis ubi ſupra

con-

conſtat apertè. Nam ibidem scriter reprehendunt eos,qui indiſpoſiti malè petunt,& orant:quia potius illudere,aut Deum tentare videntur, uti ſuperius dictum eſt. Itaque conceditur quòd ſciēter manentes obſtinati in ſenſu compoſito, uel ex ſuppoſitione hac licitè orare non poſſunt: in ſenſu autem diuiſo,uel abſolutè utique poſſunt, ſi videlicet à ſuo malo animo actuali,& obſtinatione prædicta,in qua ſcienter ſunt,quanuis non à reatu peccati,deſiſtanr.

His aurem non obſtantibus ingenuè concedimus quòd iſti obſtinati ſæpè poſſunt ſuum malum animum actualem,eiuſque continuationem interrumpere,redeundo ad cor,conſiderando vias ſuas tendentes ad perditionem;& deſiderando, & proponendo,tametſi ineſficaciter, reſilire à peccato, eaque iam non proſequi:ſed poſtea debitè pœnitere,quamuis tunc non agant pœnitentiam. Et tunc tempore huius interruptionis, quo illi iam non obſtinati,ſed peccatores ſunt tantum in reatu peccati mortalis,poſſunt, ſicut & ſæpè cōtingit, licitè & vtiliter orare ut Deus eos conuertat, & alia bona petere poſſunt. Sæpe etiam contingit quòd Deus ex ſua liberali miſericordia ſupradictis obſtinatis etiam in ſua obſtinatione ſcienter manentibus aliqua bona ſpiritualia, & temporalia petenribus concedat,propter fidem, & humilitatem, & piam aliquam affectionem,quanuis informem, ex quibus illa oratio procedit:quia hæc de genere ſuo bona ſunt, ſicut & aliis peccatoribus indignis ex aliqua circunſtantia malè óperantibus,& orantibus ea cōcedit:& obſtetricibus Aegyptiis ex bona affectione mentientibus domos ædificauit & benefecit,ut habetur Exodi, 1. ca. Nam miſericordia Dei ſuperexaltat iudicium Iacobi. 2. Et pſal. 144. Miſerationes eius ſuper omnia opera ipſius ſunt.

5. Punctum Quintum punctum eſt de exercentibus actus iuriſdictionis eccleſiaſticæ & ſecularis, nt eſt iudicialiter punire,& reprehendere,& præcipere,excommunicare,ſuſpendere,interdicere, & ab aliis ſentētiis abſolnere,& àlia eiuſmodi, qui non ſunr actus ordinis, nec ſacramentorum.

1. Dictum Ad quod Reſpon.per duo dicta, quorum primū eſt quòd iudex eccleſiaſticus, ſiue ſecularis quocūque crimine publico infamatorio,ſimili,uel maiori irretitus peccat mortaliter alios criminoſos iudicialiter condemnando, etiam ſi ſecundum leges alias id faciat:non quidem per ſe ratione iudicii, cùm poteſtatem propter peccatum non amittat, quamuis hæretici aliter dogmatizent: ſed per accidens ratione ſcandali, ut conſtat experientia quòd tunc iuſtitia,& auctoritas ſuperioris blaſphematur & in vilipendium venit apud populum, dùm videt iuſtitiam non habere eandem vim in iudice, quam ipſe exercet in ſubditos; vt ſi ipſe publicus latro, & latrunculos perſequeretur, aut publicus adulter, & adulteros iudicialiter puniret, uel excommunicaret. At uerò licet ex genere ſuo eſſet mortale, poteſt tamen fieri ueniale ex leuitate materiæ: pura ſi ſolum eſſet fornicaror, & maiora crimina,videlicet homicidia,latrocinia,& hæreſes perſequeretur, non eſſet ſcandalum mortale: immò & quando crimen non eſſet infame,licet eſſet publicum, non eſſet ſcandalum, ut ſi præ auaritia non eſſet eleemoſynarius, quando teneretur: Sic ait Soto de iuſtitia & iure Gab. 3. q. 4. art. 3. ſecundum B. Tho. 2. 2. q. 60. art. 2. & doctores communiter: In aliis autem actibus exercendis non peccatur.

Secundum dictum eſt quòd iudex eccleſiaſticus,ſiue ſecularis crimine occulto quocunque irretitus (niſi ſit excommunicatus,ſiue ſuſpenſus) non peccat mortaliter condemnādo ſibi ſubditos,ſiue puniendo,aut alios actus iurisdictionis ſuæ exercēdo:quia adhuc habet,nec per peccatum amiſit ſuā poteſtatem:habet etiā alia ad id neceſſaria, nti ſupponitur: Sed neque per id peccatum occultum impeditur ab uſu ſuę iurisdictionis, uel poteſtatis: Nam non ratione officii publici, aliàs omnes habētes officia publica exiſtentes in mortali occulto ſimiliter mortaliter peccarent ea exercendo,quales ſunt rectores ciuitatum,ſcribæ,procuratores,doctores publicè legentes ius canonicum, atque ciuile, nedum theologiam: & prelati ſuis ſubditis aliquid pręcipientes, & ſua iura ab eis exigentes, & cum eis diſpenſantes, aut licentiam ad aliquid tribuentes,quod concedere abſurdiſsimum eſt. Neque iudex aut ſuperior impeditur à prædicto vſu ſuæ iuriſdictionis ex hoc quòd carer habitu iuſtitiæ: Nam facere iuſtum ex affectione iuſtitiæ acquiſitæ non eſt illicitum: quamuis non fiat ex habitu iuſtitiæ infuſę,uel acquiſitæ,ut conſtat: Neque in oppoſitum facit sd Rom. 2. In quo alterum iudicas teipſum condemnas. Nam ſecundum B. Tho. vbi ſupra non eſt ſenſus quòd ſimiliter peccat iudicando,ſed quòd alium condemnando oſtendit ſe etiā dignum eſſe ut propter alis ſua peccata occulta ſimiliter ipſe à Deo condemnetur. Illud etiam Ioan. 8. Qui ſine peccato veſtrum eſt, mittat lapidem in eam; cùm ſecundum Auguſtinum ibidem ſuper Ioan. tracta. 33. & Grego. lib. [illegible] moralium c. 10. ad ſolos phariſæos,peiores peccatores, hypocritas, reipublicæ nociuos Chriſtus loqueretur dicens,Qui ſine peccato eſt veſtrum,& non abſolutè Qui ſine peccato eſt:iam indè arguitur non niſi peioribus iudicibus crudeliter ſine miſericordia iudicantibus id poſſe adsptari, uti inferius in ſolutione dubii ſequentis habetur. Vel dicamus quòd ſupradictæ rationes, & auctoritates omnes ſolum oſtendunt qnòd de decentia requiritur in iudice immunitas à peccatis,de quibus alios iudicar. Sic tenet. B. Tho. ubi ſupra & i 3. par. q. 64. art. 6. & Caietanus in 3. quodlib. q. de vſu ſpiritualium: Et Medinà de pęnitētia q. 6. & Soto nbi ſupra, & doctores cōiter,quamuis ipſe B. Tho. in 4. diſ. 19. q. 2. ar. 2. cum quibuſdā olim oppoſitū videatur tenuiſſe. 2. Dictum

Dubium. Sed utrum iſte iudex peccator occultus ſaltem uenialiter peccet condemnando, puniendo, uel

corri-

corripiendo nocentem ſecundum legem dubium eſt. Nam Soto ubi ſupra credit quòd ſic: cui & conſonat Caietanus in quodlib. ſecundum Tho. in 4. diſtin. 19. & Alex. 3. par. q. 40. membrò. 3. Tùm. primò quia ſic puniendo videtur ipſo facto ſe mundum à crimine profiteri, quò fit, ut ſi talis non eſt, hypocrita ſit: quem Chriſtus taxat Matth. 7. & Lucæ. 6. dicens, Hypocrita quid vides feſtucam in oculo fratris tui &c. Et Ioann. 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum &c. ſecundum Auguſtinum & Gregorium ubi ſupra. Tùm ſecundò quia ſi indecens eſt ut peccator iudicet loco Dei: indecentia autẽ ſaltem veniale peccatum eſt: igitur.

Sed certè rationes hę non ſatis probant. Nam ad primam negatur quòd iudex ſic iudicando ſe mundum profiteatur, & hypochrita ſit: maximè dũ intra ſe coram Deo humiliter ſe peccatorem recognoſcens, etiam ſi de peccato non doleat, ſuum licitè poſsit officium exercere, id quod ipſe Caietanus vbi ſupra ſecundum. B. Thom. fatetur. Ad ſecundam autem negatur ibi eſſe indecẽtiam, aut indignitatem poſitiuam, atque culpabilem: ſed ſolum eſt priuatiua: quia, ſcilicet iudex non habet decentiam, & dignitatem ad dignè, & meritoriè officium ſuum exercendum, quod nullam culpam arguit etiam venialem; & hoc ſolum probent prædictæ auctoritates, ſimul & arguunt ſuperbiam eorum, qui in peccata proximorum iudices ſunt ſęuiſsimi miſericordia: cùm ipſi maiori indigeant miſericordia, quã à Deo non obtinebunt iuxta id Sapi. 6. Iudicium duriſsimum fiet his, qui pręſunt: Et Iacobi: 2. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non facit miſericordiam. Sed certè auctoritates B. Grego. quas ubi ſupra refert Alexander de alis, expreſsè dicunt tales iudicando in mortali grauiter peccare.

Qvaestio qvinqvagesimaprima.

Vtrum oratio deprauetur per hoc quòd Homo abſolutè petit à Deo quod vult, non ſe ſubmittens uoluntati diuinæ: Et qua uoluntas diuina ſit hæc, cui nos ſubmittere, & conformare tenemur.

Respon. Hic alterum certum, alterum dubium eſt. Certum quidem eſt quòd ſi nec expreſſè, nec tacitè ſuum uotum, & uoluntatem homo diuinæ uoluntati ſubmittit, ſoperba & deprauata ex hoc oratio eſt: quia perinde eſt, ac ſi petat, Domine fiat quod ego volo, non quod tu uis. Id autem eſt diuinæ voluntati reniti, ac perinde illicitum contra id Matth. 6. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra, ut ait Auguſt. ſuper id pſal. 100. Non adhæſit mihi cor prauum; cor, inquit, prauum habet, qui non vult quod Deus vult; & ad idem gloſſa ibidem eſt.

Sed dubium eſt quæ voluntas Dei ea ſit, cui nos conformare tenemur orando, & aliud quodcunque faciendo. Pro cuius declaratione ſecundũ doctores communiter in 1. di. 48. & 45. & 46. & Gabriel in canone lecti. 68. nota. primò quòd eſt duplex voluntas Dei, videlicet ſigni, & beneplaciti. Nota. 1.
Voluntas ſigni, uel ſignum voluntatis Dei eſt effectus, uel ſignum aliquod diuinam voluntatem nobis manifeſtans, & eſt quincuplex, ſcilicet præceptum, prohibitio, conſilium, permiſsio, & operatio. Voluntas autem beneplaciti eſt ipſa diuina volũtas quatenus ſibi efficaciter complacet ut aliquid ſit, uel fiat, quæ & diſpoſitio Dei appellatur, vndè ortum eſt quicquid creatum eſt, & ipſa non orta, ſed æterna eſt.

Nota ſecundò quòd hæc voluntas beneplaciti Nota. 2.
eſt etiam duplex, ſcilicet antecedens, & conſequẽs quæ dupliciter à doctoribus ubi ſupra ſolet declarari. Vno modo, quòd antecedens ſit ipſa diuina uoluntas quatenus huiuſmodi dat antecedentia, ex quibus aliquid puta beatitudo ſequi poteſt, parata coagere, ſi homo velit, cum præcepto, uel conſilio id exequendi: niſi aliunde ſit impedimentum. Notentur particulæ omnes ad excludendum multa dubia, & argumenta. Nam & ità communiter de uoluntate hac antecedente ſolet intelligi id prima Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, quia, ſcilicet omnibus dat liberum arbitrium, legem, & auxilia neceſſaria ut poſsint benè operari ad ſalutem: ità & ſecũdum rationem generalem boni, quia, ſcilicet homines ad Dei imaginem creati capaces ipſius ſunt, vtique quantum eſt ex parte ſua vult Deus, aut vellet quòd omnes ſalui eſſent: & ad id auxiliatur, niſi per eos ſtet ne id conſequantur: aut niſi, ut diximus, aliundè impediantur ne hæc illis applicẽtur, ut ſunt pueri in vteris maternis ſine hac applicatione decedentes, & alii ſubita morte pręuenti. Voluntas autem diuina beneplaciti conſequẽs dicitur ipſa diuina uoluntas, quatenus ſibi abſolutè efficaciter complacet, & vult ut aliquid ſit, aut fiat in particulari: Et hac uoluntate vult Deus omne, quod eſt, aut omnem rem poſitiuam, & actum peccati quoad materiale, vel quoad ſubſtantiam actus tantum, non quoad formale; & ità ſimpliciter peccatum non vult. Sine hac voluntate nihil fieri, aut eſſe poteſt: quia & cauſa omnium rerum eſt, quæ & ſemper impletur, pſal. 134. Omnia quæcunque voluit fecit. Et ad Rom. 9. Voluntati eius quis reſiſtet?

Sed licet modus iſte declarandi ad prædeſtinationis materiam, & ad multa alia ſit neceſſarius: ad præſentem tamen quæſtionem non ſatis idoneus eſt. Ideò ſecundo modo ſecundum Damaſcenum in ſecundo lib. ca. 28. 29. alioſque doctores, ut benè etiam tangit Gabriel ubi ſupra, & in 1. diſtinct. 48. prædicta diſtinctio ſic exponitur: quòd voluntas diuina beneplaciti antecedens, ſiue præcedens dicitur illa, qua Deus aliquid efficaciter à ſe ipſo determinatus abſolutè vult, & non à cauſa ſecunda, aut non præſuppoſito ex parte creaturę aliquo; propter quod Deus ita vult, ut eſt creatio mũdi, collatio multorum bonorum corporalium, &

ſpiritua-

ſpiritualium omninò gratuita,& alia eiuſmodi opera omnino à Dei uoluntate abſoluta procedentia. Conſequens autem,uel ſubſequens,aut etiam concomitans Dei uoluntas beneplaciti dicitur, quãdo Deus aliquid efficaciter vult non abſolutè,ſed determinatus ab aliqua cauſa ſecũda cõcurrente aut cõmitãte aut ſecũdũ ipſius creaturæ diſpoſitionẽ, aut præſuppoſito ex parte eius aliquo, propter qđ Deus id vult:ſicut Deus dicitur determinari à noſtra voluntate, & cum ea concurrere ad hũc,vel,illum actũ,quia homo ſe ad id determinat: & tollere gratiam,& punire,quia homo peccauit: & dare certa præmia,& bona etiam gloriæ, quia homo illa meretur. Et hæc dicitur uoluntas Dei beneplaciti conſequens,vel ex ſuppoſitione: illa autem antecedens,uel abſoluta. Et de hac duplici uoluntate etiam loquitur Origenes ſuper id Rom. 12. Vt probetis quæ ſit uoluntas Dei bona beneplacens, & perfecta. Et hoc ſecundo modo ſemper accipitur voluntas, uel antecedens, & conſequens in tota hac quæſtione præſenti.

Nota. Sed in hoc etiam eſt ualdè notandum quòd hęc diuina uoluntas etiam conſequens aliquando eſt omninò iam determinata ità ut nunquam retractetur,nec reuocetur, ut regulariter eſt in punitione damnatorum in inferno, vbi nulla redemptio eſt: & aliquando contingit in aliquibus punitionibus temporalibus propter crimina quædam, quas ſine ulla reuocatione Deus facere decreuit, etiã ſi pro miſericordia Deus oretur,ut. 1. Regum. 15. Porrò triumphator Iſrael non parcet &c. quia,ſcilicet nõ deſinet punire temporaliter auferendo regnum à Saule. Et Iere. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc,quia non exaudiam. Et ca. 11. & 15. & ibi gloſſa dicens Prophetę præcipitur ne pro eis oret, in quo eſt iã conſummata ſententia,videlicet, punitionis temporalis. Et Grego. ut refertur. 23. q. 4. ca. Nabuchodonoſor. dicens, Cùm ſuperna indignatio ſe ſe, ut ita dixerim, medullitus mouet: hanc oppoſitio humana nõ remouet: nec ſe cuiuſlibet deprecatio utiliter obiicit,cùm ſemel Deus aliquid quaſi ab intimis iraſcendo diſponit. Hęc ille. Aliquando uerò non eſt ſic omninò irreuocabiliter determinata diuina uoluntas, ſed adhuc pẽdet ex noſtra diſpoſitione,ità quòd ſi nos cõuertimur, aut oramus,aut tale quid facimus,ipſe etiam Deus ad nos conuertetur dando gratiam, aut alia bona ſpiritualia,& temporalia, & punitionem amouendo,uel temperando, ut oportet. Si autem non cõuertimur, aut nos nõ diſponimus,nec ipſe Deus in miſericordia ſua ad nos conuertetur: quia ſic Deus ipſe ab æterno ſine ulla ſui mutatione uoluit & facere decreuit. Et ità propoſitum diuinæ diſpoſitionis non mutatur,nec fallitur: quamuis ſententia, aut eius executio mutetur, ut bene declarat Alexander de Alis, aliíque doctores, & Adrianus in quarto de pœnitentia & præcipuè clariſsimus doctor Medina de pœnitentia. q. 11. & de oratione q. de his pro quibus orandum eſt: Et. q. quibus modis oratio deprauatur.

Nota etiam tertiò ꝙ tripliciter contingit nos uoluntati diuinæ conformare,ſcilicet in volito, in actu uolendi,& in modo uolendi. In uolito nos cõformamus,quãdo idem obiectum, uel eandẽ rem, quam Deus vult,& nos uolumus. In actu uolendi, quãdo habemus illum actum, quem Deus vult nos habere,ſicut Gen. 22. Habuit Abraham,quãdo voluit,filium ſuum Iſaac ſacrificare,ut Deus illi præcepit,quamuis poſteà id nõ effecit; quia Deus id fieri noluit. In modo volendi, quando ex eadem radice,uidelicet ex ſimili charitate,& propter eundem finem uolumus, ex qua, & propter quẽ Deus vult, puta principaliter ex charitate, & propter Deum, & ad noſtram beatitudinem volumus meritoriè. Nota. 3.

His ſuppoſitis iam ad quęſtionẽ reſpondeo per duo puncta; quorum primum eſt de uolũtate ſigni: quòd huic diuinæ uolũtati ſigni præceptiuè, & prohibitiuè cognitæ tenemur nos conformare, ità uidelicet quòd tenemur pręceptis Dei obedire ea implendo,& prohibita cauendo,quomodo & quando ipſa præcepta & prohibita ſunt. Matth. 19. Si uis ad vitam ingredi ſerua mandata. Et hoc ſolum intendit Deus in eis,ut ſcilicet homo ſit obligatus ad ea volendum quomodo ipſe præcipit: quamuis non ſemper velit voluntate conſequenti,& de facto ea adimpleri: neque tale præceptum eſt ſignum,quod Deus vult efficaciter impleri id, quod ipſe præcepit, ſed quòd homo ſit obligatus ad id uolendum, ſiue faciendum,ut dictum eſt,ſecundum Gen. 22. ex eo quòd Abraham voluit ſacrificare filium ſuũ, vt de hoc Durandus in 1. diſt. 47. q. 3. & Gabriel in canone lecti. 69. & doctores communiter latius agunt. 1. Punctum.

Voluntati autem ſigni cõſultiuæ non tenemur, ut conſtat, nos conformare: tenemur autem non contemnere ipſa conſilia tanquam inutilia ea iudicando & paruipendendo: niſi quis ſpecialiter ea vouiſſet,tunc enim ad ipſa teneretur. Hinc patet quòd uoluntas ſigni prædicta non ſemper impletur: quia videlicet præcepta & conſilia Dei non ſemper ab omnibus implentur,nec illis obeditur.

Voluntati uerò Dei permiſsiuæ non tenemur conformari,ità ut eadem faciamus,aut in aliis ſimilia permitamus ſaltem vniuerſaliter, dum commodè ea poſſumus impedire,ne committantur. Immò & huic uoluntati nos difformare tenemur non peccando,nec peccare uolendo: quia hæc permiſsiua uoluntas non niſi malorum culpæ proprię eſt: quæ Deus nec poſitiuè vult,neque vult,ſed merè priuatiuè non vult,idque ex iuſta cauſa, cùm ea mala, ſi vellet,poſsit impedire,ideò dicitur ea permittere: tenemur tamen contra hanc Dei permiſsionẽ non murmurare,neque eam reprehendere,quia iuſtiſsimè,& ſapientiſsimè permittit,ſecundum pſal. 118. Iuſtus es domine,& rectum iudicium tuũ. Et pſal. 35. Iudicia Dei abyſſus multa.

Voluntati denique ſigni operatiuę tenemur nos conformare,ſicut & uolũtati Dei beneplaciti,

vel

vel ei diſformare, ut inferius in ſecundo puncto de hoc latius habetur. Nam ex quo operatio diuina eſt certum ſignum ſuæ voluntatis beneplaciti; quicquid enim operatur illud ab eo voluntate beneplaciti volitum eſt, nihil namque nolens, aut non volens, aut ignorans operatur: inde de vtraque uoluntate operante, & beneplaciti idem iudicium eſt.

2. Punctum Secundum punctum eſt de uoluntate Dei beneplaciti, uel operante, & cùm conſormitas, & diſformitas ad hanc poſsit eſſe in uolito, & in actu volendi, & in modo uolendi, à notioribus procedendo, dicamus primò quòd huic diuinæ uoluntati beneplaciti, uel operatiuæ tenemur nos conformare in actu uolendi habitualiter, uel actualiter pro ſuo tẽpore: ſic videlicet quòd habitualiter, uel actualiter, dùm nobis innotuerit pro ſuo tẽpore, tenemur uelle id quod Deus vult nos teneri velle: non autem id quod Deus vult nos uelle, nam opera conſilii Deus vult nos velle, præſertim quando ea operamur, non tamen ea velle tenemur, ut benè de hoc agit Alliaco, & Gabriel in canone lect. 69. in quo & doctores communiter conueniunt. Nam & hoc modo volũtati ſigni præceptiuę & conſultiuę nos conformamus, ut ex ſupradictis conſtat apertè.

In modo autem uolendi, id eſt ut ex charitate, & propter Deum meritoriè agamus, nõ tenemur, ità ut ſi nõ ità ſaciamus, peccemus: nam ad vitandũ peccatum ſatis eſt regulariter ut etiam extra charitatem præcepta impleamus. Nam ſi infidelis baptizatur, & per peccatum mortale, in quo eſt, ponit obiicem gratię, & non ſacramento: certè obiice recedente non tenetur rebaptizari. Igitur, licet nõ eſſet in charitate, præceptum de baptiſmo recipiendo impleuit. In quo & omnes conſonant catholici de quo alibi latius: benè tamen uerum eſt ꝙ ad meritoriè agendum oportet ut ſic in modo uolendi nos uoluntati diuinę conformemus.

Tota autem difficultas eſt Vtrum prędictę Dei voluntati beneplaciti, uel operatiuę etiam in volito nos conformare teneamur, ità vt eadem res volita à Deo, ſit etiam volita à nobis. Nam in hoc eſt

1. Opinio. duplex opinio. Primà Gregorii Arimin. in 2. diſt. vlt. & Gabri. lect. 6.8. & quorundam aliorum, ꝙ ſic, quando nobis conſtat quòd talis res, uel obiectum eſt uolitum à Deo, niſi ſit nobis præceptum generale, uel particulare, aut reuelatio aliqua de oppoſito. Cognoſcitur autem prædicta diuina uoluntas beneplaciti ex reuelatione rei futuræ, uel ex ipſius operis, aut ſacti impletione. Nam eo ipſo, quo aliquid fit, cognoſcitur id Deo volente fieri, aut factum eſſe, ſine cuius uoluntate nihil fit. Hæc opinio fundatur in quibuſdam auctoritatibus Auguſtini ſuper ſpal. 100. & gloſſę ibidem, & aliis eiuſmodi ſuperius in principio huius quæſtionis adductis, quæ nihil probant, & de conſormitate ſupradicta in actu uolendi melius poſſunt intelligi.

Et ſi contra hanc opinionem arguatur Primò, vt etiam ipſi arguunt, quòd ex quo iam ego peccaui, Deus vult me poſuiſſe actum illum ſaltem quoad ſubſtantiam actus, cùm ad illum concurrerit effectiuè: & conſequenter vult me eſſe ſine gratia, quam aufert, uel abſtulit: & iam mihi conſtat de hac eius voluntate, ſicut & de prædicto facto, ad quod ipſe concurrit: ergo teneor uelle illud factũ eſſe, & per conſequens non pœnitere, & velle me peccaſſe: teneor etiam uelle me gratiam perdere, aut perdidiſſe, aut illa carere, aut caruiſſe, quod tamen concedere diſſonat doctrinæ catholicæ de agenda pœnitentia, id eſt efficaciter, uel inefficaciter, aut conditionatè nolle peccaſſe.

Ad hoc argumentum reſpondet Gregorius, & Gabriel negando conſequentiam: quia eſt pręceptum de oppoſito, ſcilicet de agenda pœnitentia. Sed contra hoc replicatur, quià quando ſacio opus conſilii, Deus concurrens vult illud fieri: ergo teneor ad illud, cùm iam non ſit præceptum de oppoſito. Et quidem ad hoc non poteſt benè reſpondere opinio hæc: & malè concederet quòd quando ſacio, teneor facere, ſicut & omne quod eſt, neceſſariò eſt.

Secundò arguitur contra eandem primam opinionem, quòd quando domus comburitur, pater moritur, hoſtes inuadũt ciuitatem, clades ingruũt, fames, & peſtes, ſequeretur quòd teneremur ea velle, & in eis complacere, dum fiunt, aut facta ſunt: & de omnibus malis pœnalibus idem ſequeretur.

Ad hoc reſpondent illi de prima opinione id concedendo: quo non obſtante etiam dicunt, quòd quia dubium nobis eſt quãto tempore Deus uelit ut hæc mala perdurent, poſſumus licitè uelle ut ceſſent, & non continuentur, & ad id ſua opportuna remedia adhibere. Si autem certum foret per reuelationem aliquã Deum uelle totam ciuitatem conflagrari, aut ab hoſtibus capi, uel aliàs deperire: tunc neque reſiſtendum foret, neque laborandum ad ignis extinctionem, aut hoſtium, uel locuſtarum repreſsionem: ſed neque orandum eſſet pro peccatis, aut famis, & malorum horum ablatione, quia, ut aiunt, ſic peccauerunt iudęi nolentes ciuitatem Hieruſalem, & ſeipſos tradere regi Nabuchodonoſor ad denunciationem prophetæ Ieremię ex parte Dei, Ierem. ca. 38.

Sed certè hoc malè conceditur: quod quadrupliciter probatur. Primò, quia licet de iuſtis iudiciis Dei, & de ſactis eius murmurandum non ſit, at uerò ex certitudine uoluntatis eius beneplaciti non ſequitur obligatio ut illi conformemur, etiam ſi ſit præceptum ut non diſformemur eidem: ſed ſufficit ſi illi non remurmuremus ut eius iudicia non reprehendamus, & condemnemus. Nam aliud eſt Deum uelle aliquid fieri, aut eſſe, nobiſque id conſtare, aliud eſt Deum uelle nos teneri ad ſimiliter cum eo uolendum. Et ità ex illo ſolo non ſequitur hoc ſecundum: ſicut, ut benè arguit Durandus, ex hoc quòd pręlatus vult aliquid

fieri

fieri, non ſequitur quòd velit ſubditum teneri ad id uolendum, uel faciendum, etiam ſi illi conſtet de uoluntate ſuperioris: niſi aliquo præcepto id illi imponat, aut velit id etiam fieri ab eo; quamuis id facere conſilium ſit: Alioqui ſequeretur quòd teneremur actualiter velle quòd quælibet creatura ſit; & quodcunque fieri, aut factum eſſe à Deo uidemus, dum ipſa, uel ipſum eſt, aut fit: quod abſonum, & duriſsimum eſſe conſtat: cùm ut diximus ſufficiat non remurmurare, & nos non poſitiuè difformare, ſed priuatiuè nos habere; quòd ſi non ſequitur, Deus hoc vult: ergo & ego ad idem uolendum teneor: igitur oppoſitum ſequentis, quòd ſcilicet ego non teneor uelle, benè ſtat cum antecedente, quòd ſcilicet Deus id vult: & multò magis idem ſequitur, quandò eſt præceptum de oppoſito: tunc enim conſtat ſimul ſtare Deum id uelle, & nos oppoſitũ licitè poſſe, & uelle debere, ut in reſpon. ad præcedens primum argumen. dictum eſt.

Secundò probatur idem, quòd ſcilicet malè conceſsit opinio dicens quòd etiam reuelationi Dei cognitę de futura deſtructione ciuitatis non debemus reſiſtere, nec orare pro ea &c. Quòd hoc ſit falſum inde liquet quòd reuelatio cognita de aliquo futuro malo non tollit præceptum de remedio ex parte noſtra illi apponendo: quia non ſibi repugnant etiam de lege, neque ex illa reuelatione ſimpliciter facta ſequitur hęc ablatio præcepti, niſi id etiam explicetur, ut hoc etiam patet ex dictis, & amplius patebit in tertio argum. de eo, cui ſua damnatio reuelatur.

Tertiò idem probatur, quia ſi tenemur uoluntati Dei beneplaciti cognitæ conformari: ergo dubię tenemur non difformari, neque contra agere. Nã ſi dubitamus eſſe uoluntatem Dei, dubitamus etiã nos ad eam teneri: & ità contra tale dubium de mortali nos ei difformando agere non debemus, ſed tutius eligendo cauere. Hoc autem conſequens eſt falſum & contra multas auctoritates ſacræ ſcripturæ, quæ proximè referuntur in quarta probatione. Eſt etiam contra morem omnium ferè Chriſtianorum, qui, quãdo inter reges Chriſtianos bellum eſt, ipſi omnes ex utraque parte ſimul Deum orant pro uictoria. Et ipſamet opinio prima ubi ſupra conceſsit ꝙ in dubio debemus Deũ orare pro amotione malorum pœnalium; & oppoſitum dicere eſt error Lutheri dicentis quòd non eſt reſiſtendum turcis: quia ſunt flagellum Dei ex diuina uoluntate inflictum ad noſtra peccata puniendum.

Quartò idem probatur auctoritatibus Exo. 32. Nam Moyſes, cui dictum eſt Dimitte me ut iraſcar &c. nihilominus contra hanc Dei uolũtatem cognitam, uel dubitatam an ſolum eſſet cõminatoria Deum exorauit. Et nume. 14. ad iterum fecit. Item nume. 20. Ex diuina reuelatione ſciebat ſe nõ intraturum eſſe in terram promiſsionis: & tamen Deut. 3. cap. pro contrario Deum orauit. Item. 3. Reg. 12. Dauid ieiunauit & orauit pro uita infantis, quem ex propheta Natham credebat, uel credere debebat, uel etiam ſi dubitabat ſecundum voluntatem Dei eſſe moriturum. Item Ierem. 18. Repentè loquar &c. Et Ezech. 22. Quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem &c. Item Daniel. 10. Exaudita ſunt uerba tua &c. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi &c. Et alibi ſæpius habetur quòd contra uoluntatem Dei beneplaciti reuelatam, & recognitam licitè & meritoriè multi orauerunt, & egerunt.

Tertiò arguitur contra eandem primam opinionem. Nam ſi Deus reuelet Petro ſuam finalem damnationem, ſicut reuelauit Beatò Petro ſuam negationem: hoc enim etiam de lege fieri poteſt, licet aliqui id negent, ex quo nulli legi repugnat quòd Deus immediatè aut mediante alio reuelet alicui ſuam, uel alterius futuram damnationem, ſicut & Iudæ, & Apoſtolis reuelauit ipſius Iudę futuram damnationem, dicens quòd erat filius perditionis, quòdq; melius erat illi ſi natus non fuiſſet. Ioan. 17. & Matth. 26. Nunc autem per hanc reuelationem ille non deobligatur à pręcepto ſpei, & implendi alia pręcepta: immò neque à benè operãdo, neque ab exequendo opera conſiliorum impeditur: quia hęc non implicant, neque repugnant, vti ſuperius in reſpon. ad primum & ſecundum argumentum dictum eſt quòd ſtat ſcire voluntatẽ Dei beneplaciti cum præcepto, & conſilio de oppoſito; ergo ſi uera eſſet illa prima opinio, tũc Petrus ſtãte illa reuelatione ſibi cognita non teneretur, nec licitè poſſet orare, nec benè operari, neque agere pœnitentiam contra illam uoluntatem Dei ſibi reuelatam, maximè cùm ſciat ſic contra agendo nihil ſibi prodeſſe. Hoc autem concedere abſurdum eſt. igitur & ipſa opinio, unde id conſequitur.

Ad hoc reſpondet Gregorius Ariminen. id conſequens concedendo: nec reputat abſurdum eſſe iſtum non debere ſperare gloriam, nec ad eam obtinendam orare, aut aliquid agere: bene tamen ad implendũ alia pręcepta Dei, & ad alios effectus.

Sed certè malè concedit conſequentiam, quam potius negare deberet; quia eſt præceptum in oppoſitum ut ſupra in reſponſione ad primum argumentum reſponſum eſt. Ideò Gabriel in canone limitat illius reſponſionem eſſe ueram, & intelligendã ſolum in caſu, quo quis eſſet certus Deum omninò abſolutè, uel derminatè, non autem conditionaliter id uelle, ut de hoc in ſecunda opinio. ſequente latius habetur.

Secunda opinio cõmunis, & uera, quã breuiter tangit Gabriel ubi ſupra, & pręcipuè in primo diſtinct. 48. eſt quòd uoluntati Dei beneplaciti, antecedenti, uel pręcedenti, uel abſolutæ, quæ uidelicet non determinata eſt ab aliqua cauſa ſecunda, nec ſecundum noſtra merita, uel diſpoſitionem, tenemur in uolito nos cõformare habitualiter, uidelicet non remurmurando, nec illi repugnando: non Opinio 2a

Mm autem

autem tenemus nos poſitiuè conformare ponendo aliquem actum illi conformem. Exempli gratia. Si Deus non propter noſtra demerita ſed ex ſua uoluntate abſolutè vellet præter legem me gloria priuare, & in pœnas æternas coniicere, ſicut pueros ſine baptiſmo deſcedentes ad limbum ex lege deſtinauit, teneor non remurmurare, neque reſiſtere: non tamen teneor id etiam poſitiuè uelle. Gregorius autem dicebat in prima opinione præcedente quòd id etiam teneor velle. Voluntati autem Dei conſequenti, uel ex ſuppoſitione cauſæ ſecundæ, aut ſecundum merita, vel diſpoſitionem noſtram, ſimiliter non tenemur nos in uolito poſitiuè conformare ponendo aliquem actum illi conformem. Sed ſolum tenemur nos illi habitualiter conformare non remurmurando: idque adhuc non abſolutè, ut in uolito abſolutè & antecedenter nos teneri dictum eſt, ſed ex ſuppoſitione vel conditionaliter tãtum. Nam abſolutè licitè poſſumus, & ſæpè tenemur actualiter nos illi difformare contrarium uolendo & faciendo. Exempli gratia. Si ut nunc communiter de lege poſita fit, Deus vult ſortem damnari in æternum, idque ipſi reuelet; iam cùm hoc Deus non velit abſolutè, ſed ex ſuppoſitione videlicet propter merita ipſius: certè ipſe Sortes non tenetur abſolutè uelle hanc ſui ipſius condemnationem, ex quo non tenetur uelle ſua demerita, quæ ſunt cauſa ſuæ condemnationis. Sed ex ſuppoſitione tantum velle tenetur; ita uidelicet quòd ſi peccauit tenetur habitualiter velle ſuam iuſtam condemnationem, ſicut à Deo ſimiliter ex dicta ſuppoſitione, & non aliter uolita eſt. Habitualiter, inquam, tunc tenetur velle, ideſt non remurmurare, non autem id etiam poſitiuè velle, quamuis Gregorius Ariminmalè dicat ubi ſupra, quòd etiam poſitiuè velle tenetur. Nam etiam poteſt, & ſæpè tenetur, ſe actualiter illi difformare abſolutè uolendo, & faciendo contrarium, puta cauere peccata, & ſuam nolle condemnationem, uti ex lege Dei facere, & ſuam quærere beatitudinem obligatur: conditionatè autem poterit etiam velle, licet ad id non teneatur, ut infra propoſitione tertia habetur.

Hæc opinio probatur. Primò ꝙ non teneamur voluntati Dei prædictę nos conformare, hinc liquet quòd nulla lex nos ad id obligat. Nam auctoritates diui Auguſtini, & alię ſimiles dicentes quòd Dei uoluntati nos conformare tenemur, loquuntur & intelliguntur de uoluntate Dei præceptiua, & de conformitate in actu uolendi, & quòd diuinę uoluntati beneplaciti remurmurare non debemus, vti ſæpè dictum eſt. Sed neque vllum ius naturale obligat ad opus tàm difficile, ut videlicet noſtrum nocumentum actualiter uelimus, ſed ſufficit ſi illi à Deo nobis inflicto non remurmuremus.

Quòd etiam ſecundò non abſolutè, ſed ex ſuppoſitione prædictę uoluntati diuinæ beneplaciti conſequenti non remurmurare teneamur, hinc patet, quòd non aliter nos illi tenemur conformare, quàm Deus ipſe vult: Sed non vult niſi ex ſuppoſitione noſtrorum demeritorum: ergo non aliter, & nos tenemur.

Quòd etiam tertiò huic uolnutati ex ſuppoſitione poſsimus, & teneamur nos poſitiuè difformare oppoſitum uolendo, & procurando, conſtat, tùm quando habemus præceptum de oppoſito, uidelicet de pœnitendo, & de aliis pręceptis implendis, & de orando, & aliis remediis ad noſtram ſalutem, & beatitudinem opportunè adhibendis: tùm etiam, quando ſunt opera conſilii, & alia bona aliàs non prohibita: tùm demum propter alias rationes, & auctoritates ſuperius inductas contra primam opinionem, quæ, niſi ſic dicatur, benè ſolui non poſſunt.

Et per hęc facilè reſpondetur ad argumenta ſuprapoſita contra ipſam primam opinionem. Nam quando peccaui, uel nunc ego pecco, Deus non vult abſolutè me peccare, ſiue peccaſſe, ſed ſuppoſita mea voluntate concurrit quoad ſubſtantiam actus: ideò non teneor meum peccatum velle, ſed potius oppoſitum ſecundum pręceptum eius. Et quando pater laborat in extremis, Deus non vult abſolutè eius mortem, ſed ſuppoſita uirtute naturali deficiente, & cęteris cauſis ſecundis: ideò non teneor eam abſolutè uelle: ſed potius opportuna remedia adhibere: ſicut & ratio naturalis, & lex diuina docet id eſſe faciendum.

Ille uerò, cui ſua damnatio futura reuelatur, iam dictum eſt ſuperius quòd quia de lege non niſi conditionatè, vel ex ſuppoſitione ſecundum ſua demerita à Deo uolita damnatio eſt, ut Ioann. 8. Chriſtus pręnunciauit Iudæis dicens, Vos in peccato veſtro moriemini, ſcilicet ſi non credideritis, ut proximè ibidem explicatur: tunc non tenetur homo eam abſolutè uelle, ſed potius oppoſitum, debitè pœnitendo, & orando, & ſuam ſalutem uti de lege tenetur procurando. Quia tale præceptum, & lex per dictam reuelationem, & futuri pręnunciationem non reuocatur.

Si autem Deus pręter legem omninò determinatè & irreuocabiliter vult illum damnari, etiam ſi propter peccatum illius id uelit, quia iam ad eius finalem pœnitentiam auxilium ſuum extraordinarium illi non dare decreuit, ſine quo, quamuis cum auxiliis ordinariis difficilè poſsit conuerti, de facto tamen non conuertetur: & hoc Deus ipſi reuelat, id quod nunquam factum eſt, fieri tamen poteſt à Deo, quia non repugnat; & ipſe ſupra omnem legem eſt; quod & de Antichriſto ex 2. Theſſal. 2. conſtat ſic eſſe pręſcitum, atque damnandum; tunc iſte pręſcitus, atque certiſsimè damnandus, cui & ſimiliter aliì, quibus hoc modo prędicto ex diuina reuelatione præfata damnatio futura conſtaret ſimiliter non tenerentur illi diuinę

volun-

uoluntati ſe conformare idem actualiter uolendo, quamuis Gregorius Ariminen. dicat quòd ſic. Tenentur etiam contra illam non reinurmurare: tenentur tamẽ nõ uelle oppoſitum, & illi poſitiuè ſe non difformare: & ita licitè non poſſent tũc pro ipſorum finali ſalute Deum orare. Et ex conſequenti tunc ceſſat præceptum de diligendo ſeipſum ad gloriam, & de ſpe illius, quam certiſsimè & irreuocabiliter iſte ſcit ſe de facto non conſecuturum, quamuis ſit ipſi poſsibilis abſolutè in ſenſu diuiſo, tenetur tamen ipſe ad alia præcepta, & etiam ſine ſpe pręmii ut ſupremo domino Deo obedire: poteſt tamen ad alia bona impetrãdum, & ne peius agat tàm ipſe pro ſe, quàm alii pro ipſo licitè orare, ad quod & aliquando tenentur ex charitate, ſicut & alia mala, & peccata cauere.

Cum ſupradicta diſtinctione expreſsè conſonat clariſsimus doctor Medina de pœnitentia. q. 11. Et de oratione. quæſtio. pro quibus orandum eſt: & q. quibus modis deprauatur oratio, ſecundum quã concordatur. B. Thom. ſecunda ſecundę quæſtio. 83. art. 7. ex Auguſt. lib. 21. de ciuitate Dei cap. 24. & alii doctores dicentes quòd pro præſcitis cognitis non eſt orandum, quod eſt uerum, quando omninò iam determinatè à Deo præſciti ſunt ad damnationem irreuocabiliter, & extra legem communem, ut benè gloſſat Gabriel, ubi ſupra, cum Adriano in 4. de pœnitentia, aliisque doctoribus dicentibus quòd pro prȩſcitis reuelatis, & ipſi etiam pro ſe orare & ſperare beatitudinem adhuc obligantur, quod eſt uerum de præſcitis ex ſuppoſitione, quales ſtãte lege omnes ferè, præter antichriſtum, ſunt, uti iam latè declaratum eſt. Et fortè etiam Grego. Arimin. ſecundum prædictam hanc diſtinctionem intellexit ſuam opinionem ſuprapoſitam, dicens prius quòd Dei uoluntati cognitę, videlicet antecedenti, abſolutæ vel iam omninò determinatæ nos in volito conformare tenemur, videlicet pro eo tantum tempore, quo nobis cognita eſt: Et poſteà dicit, niſi ſit pręceptum de contrario, quia videlicet hæc uoluntas præceptiua ad uoluntatem ſubſequentem ex præſuppoſitione videtur pertinere: tunc enim non niſi, ut eſt præceptum, uel lex, tenemur conformari, videlicet damnationem, uel aliud malum habitualiter acceptare non remurmurando: vel etiam ſecundum ipſum Gregorium Arim. id poſitiuè uolendo, & actualiter acceptando, quod communiter non tenetur, ut ſæpè dictum eſt.

Explicatio 2. opinionis. Sed ad maiorem explicationem huius ſecundę, opinio. communis, præſuppoſito quòd Deus aliquando vult nobis bonum aliquod, aliquando malum culpę ſolum quoad materiale, vel ſubſtãtiam actus nobiſcum concurrens, aliquando malum pœnę temporalis, aliquando malum pœnæ æternæ, ſint ſex propoſitiones.

Propoſ. 1. Prima eſt quòd voluntati diuinæ beneplaciti, qua Deus aliquid antecedenter, vel abſolutè vult, tenemur in vniuerſali, uel in communi nos in uolito poſitiuè conformare uolendo, & orando, & dicendo Fiat uoluntas tua: In particulari autem non tenemur nos illi uoluntati etiã cognitæ nos in uolito conformare poſitiuè actum illi conformem apponendo; niſi quando aliàs ad id ſpecialiter obligamur: tenemur tamen nos illi non difformare per actum illi remurmurantem, uel repugnantem: niſi aliqua ratio, & finis conueniens ad ipſum actũ contrarium, non aũt ad remurmurationem nos ſufficienter moueat. Prima pars huius tripartitæ propoſitionis, quòd ſcilicet in vniuerſali nos conformare teneamur, ideò conſtat, quia ea uoluntas in vniuerſali intelligitur, ut in particulari cognitæ, non niſi ut fuerit neceſſarium, nos cõformemus, & Chriſtus ſic nos docens orare quotidie Fiat voluntas tua id confirmat. Secunda pars quòd ſcilicet in particulari etiam cognitæ non teneamur nos poſitiuè conformare, indè etiam conſtat, quòd aliàs teneremur actualiter velle quãlibet creaturam, & omne, quod fit, aut factum eſt, eſſe aut fuiſſe, poſtquam eſt. Quod abſit ut tàm duro iugo ſubditi ſimul ſine vlla lege id explicante, uti ſuperius cõtra primam opinionem ſatis probatum eſt. Tertia pars quòd tenemur illi non remurmurare, nec repugnare, conſtat, tùm ex ſupradictis in hac ſecunda opin. tùm etiam quia ex quo ſic uolita à Deo ex ſe iuſta, & vniuerſaliter expedientia ſunt, fit ut contra ea remurmurare, aut repugnare non liceat. Nam ſi contra legem faceret amicitiæ qui abſque vlla cauſa conueniente nollet ea, quæ ſuus dominus, vel amicus iuſtè, & rationabiliter facit: vtique à fortiori ſi cõtra ea, quæ Deus iuſtè & benè facit ſine vlla cauſa conueniente ſciẽter remurmuraret, & repugnaret. Et notanter dicitur ſi ſine ulla cauſa conueniente repugnaret. Nam ex cauſa conueniente non eſt illicitum repugnare. Exempli gratia. Si quis lapide offenſus velit illum ſimpliciter, aut illic non fuiſſe, ubi à Deo creatus eſt ne ab eo læderetur, non utique videtur peccare. Ex quo primò fit quòd ſi quis vult ponere aliquem actum particularem, cùm nõ poſsit licitè ponere contrarium ſine cauſa, ut proximè dictum eſt, iam ex hac ſuppoſitione, non niſi conformem uoluntati diuinæ prædictæ ponere licitè poteſt; & ità ei uirtualiter ſe coformare tenetur non abſolutè, ut dictum eſt.

Fit ſecundò quòd eodem modo nos conformare, aut non conformare tenemur voluntati diuinæ antecedenti, uel abſolutæ, qua Deus ipſe voluit, & vult eſſe legem hanc, ut qui peccauerit ſit gratia priuatus, obnoxiusque æternæ damnationi, ſi in eo ſtatu decedat: & qui naturaliter propagatur ex Adam contrahat originale, & alias eiuſmodi leges ex ſua uoluntate abſoluta, uel antecedente procedentes. Nam licet pœna harum legum non ponatur, nec uolita ſit à Deo niſi uoluntate conſequente, quæ culpam ex parte noſtra præſupponit: leges tamen illæ poſitæ ſunt à uoluntate eius antecedente; quamuis

non niſi ex conditione, aut præſuppoſitione prędicta concurrat. Ideò circa has leges non niſi, vt in præfata prima propoſitione dictum eſt, nos habere tenemur. Fit tertiò ut ſecundum eandem propoſitionem nos conformare, aut non conformare teneamur Dei voluntati, qua vult nobis quæcunque bona gratiæ & gloriæ donare. Quia licet multa horum velit uoluntate conſequente ſecundum merita, & diſpoſitionem ex parte noſtra: at verò quia auxilium ad merita, & diſpoſitionem uoluit antecedenter nobis ex ſua gratia liberali donáre: ideò & illa omnia ad ipſam voluntatem antecedentem referuntur, ſecũdum id Auguſtini Cùm Deus nos præmiat, non noſtra merita, ſed ſua dona coronat.

Si contra prefatam propoſitionem arguatur, quòd indè ſequitur nos licitè dolere non poſſe de pręterita morte patris, & aliis incõmodis noſtris, aut proximorum præteriiis, atq; præſentibus, nec illis reſiſtere poſſe, quæ nõ propter noſtra peccata proueniunt, ex quo à Dei voluntate antecedente fiunt. Reſpon. id negando: neque fiunt niſi à Dei voluntate conſequente, videlicet ſuppoſita uirtute naturæ deficiente, & cæteris cauſis ſecundis cõcurrentibus, & ſecundum earum diſpoſitionem, vel ex ſuppoſitione alicuius finis uel effectus à Deo intenti: uti ſuperius & infra de hoc latius habetur.

Propo. 2. Propoſitio ſecunda eſt quoad voluntatem Dei conſequentem reſpectu mali culpæ, ſiue peccati, quòd huic voluntati Dei in volito nõ ſolũ nõ conformari, ſed & illi difformari tenemur oppoſitum uolendo ſiue nolendo peccatum quoad formále & materiale ipſius. Hic præſupponitur quòd Deus vult actum peccati quoad materiale, vel ſubſtantiam actus duntaxat, non quoad formale quod deformitatem dicit. Ideò non debet ſimpliciter dici quòd Deus vult malum ſiuę peccatum, ſed cum additione expreſſa quòd Deus vult malum, ſiue peccatum quoad materiale, uel ſubſtantiam actus, qui eſt res aliqua poſitiua, ut communiter dicunt doctores, & præcipuè Gregorius Arimin. in 1. diſtinct. 45. quæſtio. 1. contra Durandum in 2. diſtinct. 1. q. 5. ad quod etiam eſt. B. Tho. prima par. q. 19. art. 10. & prima ſecundę. q. 19. art. 10. & ibi Caietanus. Quòd ergo non teneamur nos conformare, ſed potiùs difformare nolendo illos actus culpabiles etiam quoad materiale pręteritos atque futuros, probatur: quia complacere in actu peccati illicitum eſt, & tenemur nolle peccatum, ipſumque cauere, & de eo pœnitere quod eſt nolle peccaſſe, & ità non ſtat ſimul complacere in actu peccati etiam quoad materiale tantum; quia de lege formale ſiue deformitas illi coniuncta eſt: ut hoc optimè probat Vega de iuſtificatione lib. 13. cap. 25. Et Caietanus prima ſecundæ quæſtio. 71. artic. 6. quæſtio. 72. art. 1. 5. & 9. Et quæſtio. 79. artic. 3. & 4. ſecundum ipſum Beatum Thomam contra aliquos oppoſitum erroneè dogmatizantes. Et quanuis ego licitè poſsim velle quòd Deus ſeruando pactum ſuum generale concurrat cum omnibus cauſis, & ex conſequenti cum mea uoluntate, quando me determino ad actum peccati; cùm uolitio pacti diuini ſit conditionalis uolitio ipſius diuini concurſus eo modo, quo Deus benè concurrit; non tamen poſſum uelle talem actum peccati, qui non eſt à ſolo Deo, à quo benè, à mea autem uoluntate malè eſt, ſine cuius concurſu non eſſet à Deo, qui ad concurrendum à mea uoluntate determinatur.

Propo. 3. Quoad uoluntatem Dei beneplaciti conſequẽtem reſpectu mali pœnę ſunt quatuor propoſitiones ſequentes. Quarum prima & in ordine tertia eſt quòd huic uoluntati Dei cognitæ uolentis punire in futurum pro peccato nondum facto, ſed futuro, nos non tenemur abſolutè conformare, ſed potius ſæpè illi nos difformare tenemur, ſicut & ipſum peccatum præſuppoſitum cauere, & nolle obligamur, uti ſuperius in ſecunda opinione de eo, cui ſua damnatio finalis reuelatur, latius dictum eſt, ibi videatur. Cum quo ſtat quòd poſſumus nos conditionaliter conformare, ità quòd ſi quis, puta antichriſtus, in peccato deceſſerit, puniatur, ut diuina lex ſic iuſtè ſtatuens ſeruetur: cui nos ità conformando iam uoluntati Dei antecedenti conformamur, uti de hoc etiam latius in prima propoſitione dictum eſt. Et hæc propoſitio eſt uera tam de pœna æterna, quàm temporali pro peccato futuro infligenda.

Propo. 4. Propoſitio quarta. Voluntati diuinæ conſequẽti pro culpa iam poſita punienti in pœna temporali neceſſariò ex lege concomitante ipſam culpam, qualis pœna eſt priuatio gratiæ, inimicitia Dei, obligatio ad infernum, & huiuſmodi, non tenetur uiator ſe conformare. Immò ipſe peccator ſe difformare opportunè tenetur curando ut per pœnitentiam ſe in gratia reponat: quia licet ea pœna ſit iuſtè à Deo propter peccatũ ipſius peccatoris, at verò eiuſdem negligentia illius pœnę cauſa priuatiua eſt, dum peccatum ipſum, quod eſt concomitans cauſa meritoria ipſius pœnæ, non remouet pœnitendo. Et hoc eſt uerum de viatoribus: nam de damnatis iam in inferno exiſtentibus ſecus eſt. Cum quo ſtat quòd poteſt homo ſe conditionaliter conformare, ità quòd, ſi permanſerit in peccato, priuatus etiã ſit gratia Dei: quia hoc eſt diuinæ legi atque iuſtitiæ conformari, uti de hoc ſuperius in propoſitione prima in ſecundo eius corollario, & in tertia propoſitione dictum eſt.

Propo. 5. Propoſitio quinta Voluntati Dei conſequenti pro culpa iam poſita punienti in pœna tẽporali non neceſſariò cõcomitante ipſam culpã, uel hic uel in purgatorio inflicta uel infligenda, non tenemur nos abſolutè cõformare illã poſitiuè volendo: ſed licitũ eſt & ſæpè obligatoriũ nos difformare procurando illius pœnę releuationem per media aliàs licita, idque petere in oratione: tenemur tamen contra illã Dei uoluntatem non remurmurare ex

quo

quo iuſta eſt, ſed eam pœnam dum durat æquo pati animo, uel acceptare.

Totum hoc patet ex auctoritatibus ſupra citatis in reprobatione primæ opinionis, & ex practica eccleſiæ ſtatuente opera ſatisfactoria, & orationes pro releuatione flagellorum, & pœnarum purgatorii, & in uita hac exiſtentium. Quòd etiam ſępè licitum ſit nos conformare indè patet, quòd iudici, & multis aliis licitum eſt uelle quòd fur, uti meretur, ſuſpendatur, & petere à Deo iuſtam iniquorum temporalem punitionem, Infirmitatem, & mortem, & in ea inflicta gaudere, ut uel ſic conuertantur, uel à ſua tandem ceſſent iniquitate, uel aliorum perſecutione, ut de hoc. B. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 83. art. 7. & 8. & ibi Caietanus & Scotus in 3. diſtin. 30. & doctores ibidem communiter agunt.

Et hæc propoſitio habet ueritatem ſolum, quando diuina voluntas non omninò determinatè vult prædictam pœnam, ut regulariter fit. Nam ſi aliquando determinatè, & irreuocabiliter eam vult infligere per ſe, aut per alios, uel per cauſas ſecundas, & hoc homini conſtat, etiam ſi propter peccata ipſius eam infligat: tunc non prodeſt, ſed neque licitum eſt nos ei diſformare illius releuationem procurando, uel in oratione petendo: ſed humiliter nos ei conformare tenemur habitualiter, ideſt non remurmurare, neque reſiſtere, ſed potius illam patienter ferre, uel acceptare. Nam ſi non conſtat de hac diuina uoluntate irreuocabiliter determinata, ſicut & raro cõtingit, raro etiam de ea fit reuelatio, quamuis fiat comminatio diuina, tunc ut diximus regulariter non tenemur nos conformare.

Prædicta hęc omnia patent etiam ex. 1. Reg. 15. & aliis auctoritatibus ſupra inductis in ſecundo notabili in principio huius quæſtionis, & ex aliis ſuprapoſitis in prima opinione in reſponſione ad ſecundum argumentum contra illam: ibi videatur pro utraque parte huius propoſitionis. Et expreſsè conſonat Medina de oratione. q. pro quibus orandum ſit: Et q. quibus modis deprauatur oratio. Nam & ideò peccauerunt illi, qui, ut habetur Iere. 38. Noluerunt ſe tradere regi Babylonis: quia ex ipſius Ieremiæ prophetica prænuntiatione de hac diuina uoluntate ſic irreuocabiliter determinata conſtabat illis, uel conſtare debebat: cui ſe malè diſformauerunt.

Propoſ. 6. Propoſitio ſexta quoad iam damnatos in inferno exiſtentes eſt quòd uoluntati diuinæ nos diſformare illicitum eſt nolendo illos eſſe damnatos: quia iam conſtat ex lege de diuina uolũtate determinata & irreuocabili quamuis conſequente dãnationis ipſorũ æternæ, cui ut in propoſitione quinta præcedente iam diximus repugnare illicitum eſt: Immò & pro illis orare ex genere ſuo mortale peccatum eſt, ut optimè ait Medina de oratione. q. pro quibus orandum ſit; Et Soto in 4. diſt. 45. q. 2. art. 2. In quo & Auguſt. & doctores communiter conueniunt: quò fit ut ſi quem actum quoad eos ponere uelimus, iam ex hac ſuppoſitione non niſi conformẽ diuinæ uoluntati ponere poſſimus uolendo eorum iuſtam damnationẽ. Ad quod facit Matth. 19. Sedebitis & uos iudicantes duodecim tribus Iſrael, uidelicet eorum iuſtam damnationem approbando.

Sed utrum liceat Deũ orare pro aliquo, de quo conſtat eſſe damnatum in inferno ꝙ reſtituatur ad uitam, & pœnitentiam agens ſaluetur, ut legitur de B. Gregorio quod ſic orauit pro Traiano, & de Beata Agnete, & multis ſanctis, & Apoſtolis, qui ſic orauerunt, & multos infideles ab inferis ſuſcitauerunt ad uitam.

Reſpon. quòd id non licet, niſi ex ſpeciali reuelatione, uel motione diuina fiat; quia non licet petere à Deo regulariter, niſi quod non ſit contra legem poſitam, uel quod ſecundum eam ab illo poſſumus impetrare, ut hoc etiam Soto ubi ſupra ſecundum doctores communiter probat: quamuis ibidem, & paulò antè. q. 1. art. 4. ipſe non benè dicat, nullos eorum, qui in mortali deceſſerunt, fuiſſe unquam reſuſcitatos: Et Abulen. 4. reg. 4. q. 57. peius etiam ſecundum aliquos dicit Beatum Gregorium mortaliter peccaſſe petendo Traiani reſtitutionẽ ad vitã: Nã melius dici põt ipſum. B. Grego. ſi illa hiſtoria de Traiani uera eſt, & omnes, alios ſanctos id ex ſpeciali reuelatione, uel motione diuina feciſſe: uel, ut idẽ etiã Soto & Medina ubi ſupra dicunt, ꝙ propter aliqua ſigna pœnitentię dubitãtes an illi eſſent in inferno dãnati, prædicti ſancti pro illis orauerũt, & ad vitã reſtituti ſunt. Nec illi tũc erãt finaliter & irreuocabiliter dãnati ſicut ſunt alii de lege cõmuni, ubicunq; eorũ animę detinentur. Sed quia de B. Agnete, & de multis ſanctis legitur ꝙ aliquos ſuſcitauerunt pro illis orantes, quos conſtabat eis in mortali deceſſiſſe: ideò prior illa reſponſio melior eſt, quòd, ſcilicet id uel ex diuina reuelatione, uel ſpeciali motione Spiritus ſancti fecerunt.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASECVNDA.

Quomodo ſit loquendum, & arguendum in terminis diuinis.

RESPON. per quatuor notabilia, & octo regulas, & decem dubia, vel argumenta, ex quibus omnia liqueſcunt.

Primum notabile eſt quòd ſecundum Gregorium Ariminen. in 1. diſtinct. 5. & Gabrielem ibidem. q. 1. dubio. 3. & communiter doctores, confitendo vnitatem eſſentiæ diuinæ, & trinitatem perſonarum conſubſtantialium, & omnes alios articulos fidei, etiam dicẽdũ eſt ꝙ omnes leges ſyllogiſmorũ, & oppoſitionum logicalium valent, & ſeruari poſſunt & debẽt ĩ diuinis, ſicut & ĩ terminis creaturarum, ſi debitè ſine ullo defectu arguatur, & locutio fiat: quãuis aliqui malè dixerint oppoſitum. 1. No.

Nam omnes regulę dialecticæ ſupradictæ ſunt cõmunes animæ conceptiones, & ſecundum rationẽ naturalem: quibus intellectus non læſus, nec depra uatus ſuapte natura diſſentire non poteſt, ſi eas ſemel intelligat: Alioqui articuli fidei repugnarent rectę rationi: ac perindè non eſſent homini perſuabiles: id quod malè ſonans, uel erroneum eſt. Nam licet fides ſit ſupra, non tamẽ contra rectam rationem naturalem, ſed potius illi conſona eſt. Quo non obſtante etiam uerum eſt, ut ait. B. Tho. 1. pat. q. 39. art. 2. ſecundum Dionyſium de diuinis nominibus ca. 1. & Auguſt. lib. 10. de ciuitate Dei ca. 23. quòd in hac præcipuè materia de trinite & uerbo incarnato theologia ſuam habet logicam conſtantem ex vſu ſanctorum doctorum, quibus non ſolum in ſenſu, ſed etiam in uerbis, & modo loquendi ab eis conſueto nos conformare tenemur, uti hoc expreſsè in 6. ſynodo generali conſtãtinopolitana actione. 12. ſic habetur. Omninò neceſſe eſt non ſolum ſecundum ſenſum ſequi dogmata ſanctorum patrum, ſed eiſdem uocibus uti cum illis: nihilque penitus innouari. Hæc ibi. Inde. B. Hięronymus ait quòd ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis. Ideò nãq; dicere tres Deos catholicum non eſt, ſed contra Symbolum Athanaſiĩ approbatũ ab eccleſia, etiam ſi ad bonũ ſenſum id diceretur, quia, ſcilicet ſunt tres perſonę, quarum quęlibet Deus eſt.

2. No. Secundum notabile eſt ſecundum omnes doctores in 1. diſtinctio. 4. & 5. quòd omne nomen in diuinis habet duplex ſignificatum, alterum immediatum, alterum mediatum. Immediatum eſt id, quod per ſe formaliter, & primariò ſignificat, & pro quo ſupponit etiam ſi à quocunque alio diſtingueretur. Significatum autem mediatum eſt, de quo terminus ille uerificatur eò ſolum quòd identificatur cum ſuo ſignificato immediato; ita quòd ſi per poſsibile uel impoſsibile, alterum diſtingueretur ab altero, ſicut album ab albedine, neutrum de altero uerificaretur. Exempli gratia. Eſſentia diuina eſt ſignificatum immediatum huius termini eſſentia: mediatum autem eſt quælibet perſona, quia cũ eſſentia identificatur. Item immediatum huius termini pater eſt ſolus pater, & huius termini filius eſt ſolus filius, & huius termini perſona eſt quælibet perſona: mediatum autem horum omnium termiņorum eſt ipſa eſſentia, quæ identificatur cum omnibus illis. Et quando terminus prædicatur de ſuo ſignificato immediato dicitur prædicatio formalis: quando verò pro mediato identica prædicatio eſt.

No. 3. Tertium notabile eſt quòd termini diuini aliqui ſunt eſſentiales, aliqui perſonales, aliqui notionales. Eſſentiales ſunt illi, qui per ſe immediatè & formaliter ſignificant eſſentiam, aut eſſentialia, quæ communia ſunt omnibus perſonis: uel in abſtracto, ut deitas, eſſentia, bonitas, ſapientia; vel in concreto, ut Deus, ens, bonus, ſapiens, iuſtus, dominus, rex, creator, communicabile, ſummum bonum, æternum &c. modò ſint termini ſubſtantiui, modò adiectiui: modò dicant reſpectum ad creaturam, modò non: dummodò in ſua ratione formali, vel diffinitione intrinſeca, ſiue quid rei non includant, uel importent aliquam perſonalitatem, aut rationem eius, uel notionem.

Perſonales termini dicuntur illi, qui per ſe, & immediatè, aut formaliter ſignificant perſonam, uel perſonas in ſingulari, uel in plurali, ut pater, filius, Spiritus ſanctus, perſona, & ly trinitas, quia collectiuè ſignificat, immediatè & ſupponit pro omnibus tribus perſonis: Et ly trinus etiam eadem ratione eſt perſonale: quamuis Gabriel in 1. diſt. 4. q. 1. dicat hos duos terminos trinitas & trinus eſſe eſſentiales.

Notionales autem termini dicuntur illi, qui ſignificant notionem per modum actionis, uel paſſionis: quia uidelicet ſignificant actus, per quos perſonæ inuicem diſtinguuntur, ut generare, generari, generans, genitus, ſpirare, ſpirari ſiue procedere: Et ità ſunt quinque notiones, ſcilicet innaſcibilitas, paternitas, filiatio, proceſsio, uel ſpiratio paſsio, & ſpiratio actio, ſecundum doctores in 1. diſt. 28. 29. & B. Tho. 1. par. q. 32. ex Auguſt. lib. 5. de trinitate ca. 7. quamuis Gabriel ubi ſupra dicat hos terminos notionales eſſe perſonales, quia ad perſonales ferè reducuntur: ſed propriè non ſunt, niſi notionales: & inter eos, & perſonales in multis propoſitionibus magna differentia eſt, ut inferius magis patebit.

Quartum notabile eſt quòd utrum termini eſſentiales, & perſonales poſsint non ſolum incomplete pro ſuo ſignificato immediato, ſed etiam cõplete pro mediato ſupponere, atque diſtribui eſt duplex opinio. Prima nominalium, & multorum aliorum, quòd ſic: Ità quòd eſſentia non ſolum pro eſſentia, ſed etiam pro patre, & filio, & Spiritu ſancto: & nomen perſonale, ut ly pater non ſolum pro patre, ſed etiam pro eſſentia ſtare, ſiue ſupponere, atque diſtribui poſsit, dicendo, Omnis eſſentia diuina eſt pater, id eſt omnis res, quæ eſt eſſentia diuina eſt pater, & tunc eſt falſa propoſitio, & omnis pater, id eſt omnis res uel eſſentia, quæ eſt pater, generat, etiam eſt falſa. Et eadem ratione per oppoſitum poſſunt prędicti termini particularizari incompletè, & completè: Et hanc diſtributionẽ completam antiqui uocabant diſtributionẽ in termino, & extra terminum, & extra numerum: incõpletam autem in termino duntaxat. Et quando fit diſtributio incompletè idem eſt omnis eſſentia, quod eſſentia, & omnis pater idem eſt, quod pater: quia pro ſuo tantum ſignificato immediato ſtat, quod vnicum eſt. Et ratio huius opinionis eſt, quia omne, quod uerificatur de aliquo, ſupponit pro illo: Nam ſi iſta eſt uera, Homo eſt animal: ergo extrema ſupponunt pro eodem. Sed iſta eſt uera, eſſentia eſt pater, & è conuerſo, pater eſt eſſentia: & vtrunque de altero verificatur: ergo hæc extrema

No. 4. Opinio. 1.

extrema ſupponunt pro eodem ſignificato mediato, & immediato utriuſque extremi, de quo utrunque uerificatur: & ex conſequenti poſſunt iſti termini diſtribui etiam completè pro omnibus ſignificatis, pro quibus ſupponunt, & uerificantur: uideatur Gabriel in 1. diſtinctio. 4. & diſtinct. 12. latius.

Opinio 2. Opinio ſecunda beati Tho. 1. par. q. 39. art. 4. 5. & 6. & ibi Caieta. & Soto lib. 5. ca. 2. de ſyllogiſmis in terminis diuinis. Et ad idem uidetur ſanctus Bonauentura in 1. diſt. 5. q. 1. Et Lichetus ea. diſt. q. 1. & plures alii quòd licet Deus in concreto poſſit ſupponere pro perſona, & pro eſſentia aut pro indiuiduo deitatis, & ita poſſit diſtribui etiam completè: at uerò ly eſſentia non poteſt ſupponere niſi pro eſſentia: & nec ipſum nomen eſſentia, nec aliud quodcunque eſſentiale in abſtracto, neque perſonale quodcunque poteſt ſupponere, neque diſtribui completè, niſi ſolum incompletè pro ſuo ſignificato immediato: licet alterum uerificetur identicè de ſignificato alterius quod eſt ſignificatum mediatum ſui ipſius, ut dicendo pater aut perſona eſt eſſentia, & è conuerſo, eſſentia eſt pater aut perſona.

Et ratio huius opinionis eſt duplex. Prima quia non eſt uerum fundamentum prioris opinionis, quòd Omne quod uerificatur de aliquo ſupponit pro illo. Immo oppoſitum eſt uerius, uidelicet ꝙ licet omne ſupponens pro aliquo uerificetur de illo: non tamen e conuerſo, Omne quod uerificatur de aliquo ſupponit pro illo ſaltem in diuinis. Et ita non ſequitur. Hæc eſt propoſitio affirmatiua uera, ergo extrema ſupponunt pro eodem, ſed ergo uerificantur de eodem, ut patet etiam de hac propoſitione, Chimera eſt chimera. Et ita licet concedatur ſicut & uerum eſt quòd pater eſt eſſentia identicè, & ideo utrunque de altero uerificatur: non tamen ly eſſentia propter ſuum modum ſignificandi abſtractè ſupponit nec accipitur pro patre: nec pater pro eſſentia licet eam mediatè ſignificet. Fit itaque ex dictis, ut nulla ſit horum terminorũ ſuppoſitio nec diſtributio pro ſignificato mediato.

Secunda ratio eſt quia ſi eſſentia ſupponeret poſſet pro patre, & pater pro eſſentia: iam iſtę propoſitiones eſſent uerę & ſimpliciter concedendæ. Eſſentia generat, aliqua eſſentia non eſt pater. Si in prima ly eſſentia ſupponat pro patre: in ſecunda pro filio. Item eſſentia differt à filio, id eſt pater differt à filio. Similiter ſi nomen perſonale poſſet ſupponere pro ſignificato mediato uidelicet pro eſſentia: iam eſſet uerum & ſimpliciter cõcedendum ꝙ pater eſt communicabilis, id eſt eius eſſentia eſt cõmunicabilis: & quòd pater eſt filius, quia eius eſſentia eſt filius, aut quia eſt eſſentia quæ eſt filius: & quòd pater eſt non pater, id eſt eſſentia eſt aliqua res puta filius qui non eſt pater, quæ omnia ſimpliciter negantur à doctoribus ſanctis, ut inferius ẽt patebit: quas tamen omnes propoſitiones aliqui & quidem malè concedunt. In concreto autem nomina eſſentialia propriiſſimè ſupponunt pro perſonis quas in concreto ſignificant in quibus eſſentia formaliter eſt ſecundum omnes doctores, ut Deus, Dominus, creator, iuſtus, &c. ut infra in prima regula dicetur.

Secundò conſequenter hæc ſecunda opinio dicit quòd nullum nomẽ diuinum eſſentiale, uel perſonale poteſt diſtribui niſi incompletè pro ſuo ſignificato immediato, excepto ly Deus de quo iam dictum eſt, & latius dicetur infra in reſpõſione ad octauum argumentum. Et ita in hac propoſitione, omnis eſſentia diuina eſt pater, ly eſſentia non diſtribuitur niſi pro ipſa eſſentia. ideo ut diſtribuatur complete etiam pro perſonis oportet explicare ſignificatum eius mediatum per terminum trãſcendentalem complectentem utrunque ſignificatum dicendo, Omnis res quæ eſt eſſentia diuina eſt pater, ut ly res tranſcendentaliter pro eſſentia, & pro perſona accipiatur. quò fit ut illa propoſitio, omnis eſſentia diuina eſt pater, ſit ſimpliciter & in rigore uera ſine ulla diſtinctione diſtributionis cõpletè, aut incompletè: ſicut hęc eſt ſimpliciter falſa, pater eſt filius, quia extrema illius non poſſunt ſupponere pro eodem quamuis de ſeipſis pater, & eſſentia uerificentur: ſicut nec extrema iſtius pater eſt filius: niſi explicetur dicendo res, id eſt eſſentia quæ eſt pater eſt filius, ut dictum eſt. Et prædicta ſunt uera propriè loquendo ſecundum uſum, modumque loquẽdi ſanctorum doctorum quibus in hoc nos conformare tenemur, ut ſupra in primo notabili dictum eſt.

Tertiò conſequenter hæc ſecunda opinio dicit quòd hæc propoſitio, Omnis eſſentia diuina eſt pater, æquiualet huic, aliqua uel hæc eſſentia diuina eſt pater, quia non eſt niſi unica eſſentia. Sicut hęc, Omnis Petrus currit, eſt idem ꝙ Petrus currit, & uniuerſaliter in omnibus affirmatiuis, & negatiuis cuiuſcunque prædicati, idem eſt dicere, omnis eſſentia, quòd aliqua, uel hæc eſſentia: ideò nil refert ipſum diſtribui, uel non diſtribui. Sed tamen habet aliquam ſimilitudinem termini communis in hoc quòd identicè prædicatur de pluribus perſonis etiam diuiſim quantumcunque ſingularizetur.

Et ex his ſequitur ſecundum hanc opi. quòd hæ propoſitiones. Omnis eſſentia diuina eſt pater, Aliqua eſſentia diuina non eſt pater, non ſunt eiuſdem formæ cum iſtis, Omnis homo eſt pater, Aliquis homo non eſt pater, quia illæ non faciunt ſenſum de omni, ſicut iſtæ. Quibus non obſtãtibus dicit etiam quartò hæc opinio, quòd licet ly eſſentia nunquam diſtribuatur completè, ut dictum eſt: tamen tales propoſitiones ubi ponitur ly eſſentia aliquando æquiualent in conſequendo aliis, in quibus eſt diſtributio completa, aliquando non: idque ſecundum omnes doctores, ut infra in ſeptima regula latius de his habetur. Sed tandem uidetur ꝙ nomina perſonalia, & notionalia nunquam poſſunt diſtribui completè, ut ait hæc ſecunda opinio beati Tho. eſſentialia autem, ſubſtantiua, ut ly eſ-

ſentia, Deus, probabile eſt quòd poſsit cõpletè di ſtribui, atque ſupponere, ut in prima opi. dictum eſt, quamuis probabilius oppoſitum ſecundum B. Tho. appareat.

1. Regula de nominibus ſubſtantiuis, uel ſubſtantiuè tentis.

His ſuppoſitis iam ſecundum doctores commu niter, ubi ſupra in 1. diſt. 4. & 5. & B. Tho. 1. par. q. 39. art. 3. & 4. & alibi ponuntur. 8. regulæ, ſecundũ quas in diuinis loquendum, & arguendum eſt: quarum prima ſit quòd nomina eſſentialia ſubſtantiua, & etiam adiectiua ſubſtantiuè tenta, in abſtracto, & in concreto in numero tantum ſingulari ue rificantur, ideſt uerè & affirmatiuè prædicantur de nominibus eſſentialibus, & perſonalibus ſubſtantiuis quibuſcunque, uel adiectiuis ſubſtantiuè tentis: immediatè quidem de eſſentia, mediatè uerò de perſonis propter identitatem earum cum eſſen tia. Et è conuerſo præfata nomina perſonalia de prædictis eſſentialibus uerificantur. Exempli gratia. iſtæ ſunt ueræ. Pater eſt deitas, ſapientia, bonitas: Item pater eſt Deus, ens, Dominus, creator. Item pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt deitas, eſſentia, bonitas, ſapientia, Deus, Dominus, creator, &c. ſunt ſummè bonum, beatificum, optimũ, amabile. Item perſona diuina, uel perſonæ diuinæ, uel trinitas eſt deitas, eſt eſſentia, ens, bonitas, optimũ, uel ſummè bonum. Item è conuerſo, deitas uel eſſentia, uel bonitas, eſt Deus, ens, res, pater, filius, uel ſpiritus ſanctus, trinitas, optimum ſummè bonum &c. Item ſummè bonum, uel communicabile eſt eſſentia, eſt pater, eſt trinitas, eſt perſona, uel perſonæ diuinæ. Et è conuerſo, Pater eſt communicabile, perſona eſt communicabile, trinitas eſt communicabile, ſi ly communicabile ſemper teneatur ſubſtantiuè pro re, uel eſſentia communicabili: non autem ſi teneatur adiectiuè, ut infra in ſecunda regula proximè habetur. Ideò melius eſt diſtinguere ly communicabile, maximè quãdo ſtat à parte prædicati, & ſubſtantiuè ſemper concedatur de eſſentia, & de perſonis: adiectiuè autem negetur de perſona, uel perſonis, & concedatur de eſſentia, & eſſentialibus.

Et ratio horum omnium eſt, quia propter identitatem ſubſtãtiæ cum perſonis, quam per modum ſubſtantiæ, aut ſubſtantiuè prædicta nomina ſignificant, faciunt prædicationem identicam ueram in numero ſingulari: ideò etiam tunc non poſſunt in plurali uerificari, quia tunc pluralitas ſubſtantiæ falsò ſignificaretur. Inde non licet dicere ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt dii, aut tres dii, aut tres eſſentiæ, aut tres bonitates, tres domini, tres creatores, aut gubernatores, aut glorificatores, nec tria ſummè bona, aut optima, & ſummè amabilia, & beatificantia: ſicut neque licet dicere ꝙ pater & filius ſunt duo ſpiratores ſpiritus ſancti, aut duo eius principia, ut in 1. diſt. 12. doctores communiter docent: Hilarius autem lib. de ſynodis dicens quòd pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam uerò unum: ibi nomine ſubſtantiæ intellexit nõ quidem eſſentiam, ſed perſonam, uel hypoſtaſim, ut ait beatus Tho. ubi ſupra art. 2. ad primum.

Quòd ſi arguatur, quòd ſicut hoc nomen Deus in concreto ſignificat habentem deitatem, ita perſona ſignificat ſubſiſtentem in aliqua natura intellectuali: Sed dicimus tres perſonas in plurali etiam in diuinis. ergo eadem ratione poſſumus etiam dicere tres Deos, ideſt tres habentes deitatem.

Reſpon. ſecundum B. Thomam negando conſequẽtiam, nec eſt ſimile, quia forma ſignificata per ly perſona non eſt eſſentia, uel natura, ſed perſonalitas, uel proprietas perſonalis: cùm autem ſint tres perſonalitates, ideſt tres proprietates perſonales in patre, & filio, & ſpiritu ſancto, inde nõ ſingulariter, ſed pluraliter de illis ſimul perſona uerè prædicatur. At uerò ly Deus primariò ſignificat eſſentiam, uel naturam diuinam indiuiduam, quã uis in concreto, quod eſt indiuiduum deitatis, ut infra in reſponſione ad octauum argumentum latius habetur, ideò non poteſt, niſi in ſingulari, de il la, uel de quocunque ſuo concreto etiam perſonali uerè prędicari: neque tres, aut plures Deos, ſicut tres, aut plures perſonas dicere poſſumus.

Similiter dicimus filium eſſe lumen de lumine, & ſapientiam genitam de ſapientia generante, ſicut Deum de Deo: non tamen duo, aut plura lumina, uel ſapientias, ſicut nec duos, aut plures Deos: quia in prioribus ſumuntur tantum perſonaliter: in plurali autem ſignificatur falsò pluralitas eſſentiæ ſimul cum pluralitate perſonarum, ut infra in 6. regula latius habetur: Et ad idem eſt expreſsè Richardus de ſancto Victore lib. 6. de trin. ca. 22. 23. 24. 25. Similiter dicimus quòd filius eſt principium de principio, id eſt de patre: non tamen quòd ſunt duo principia, uti doctores in 1. diſt. 12. communiter docent.

2. Regula nominibus a... ctiuis, a... cipiis.

Secunda regula eſt ꝙ nomina eſſentialia ſupra dicta adiectiua, & participia, etiam eſſentialia adiectiua adiectiuè tenta, ſi ſunt communia eſſentiæ, & perſonis, uerificantur de eſſentia, & perſonis in numero ſingulari: & è conuerſo: ſicut de ſubſtantiis, aut de adiectiuis ſubſtantiuè tentis in prima regula pręcedente dictum eſt: ut eſſentia, uel bonitas diuina eſt ſancta, ſumma, ſimplex, & æterna: Item ꝙ trinitas ſancta, ſumma, & æterna eſt: Item quòd Deus, uel pater, uel filius, uel ſpiritus ſanctus eſt ſanctus, ſapiens, bonus, omnipotens, iuſtus, &c. & in hoc nullum dubium eſt: quia ibi prędicatio identica propriè, aut extensè, uel denominatiuè ſumpta eſt.

Opinio 1.

Sed vtrum etiam in numero plurali prædicta nomina, & participia non notionalia adiectiuè tenta de perſonis uerificentur, ſunt duæ opiniones. Prima, quam tenet gloſſa in ca. damnamus. de ſum. trin. & fide catho. & doctiſsimus doctor Medina in ſua lectura, quam etiam tenere uidetur Scotus, & ſuus Lychetus in 1. diſt. 12. q. 1. & plures alii, quòd ſi illa adiectiua, vel participia ſunt abſoluta, ideſt ſiue nullam operationem, uel reſpectum ad intra

uel ad

uel ad extra importantia, non poſſunt in plurali de perſonis uerè prædicari: Similiter non poſſunt in plurali de eſſentia, neque de perſonis uerè prædicari, ſi tenentur ſubſtantiuè, etiam ſi aliquam operationem, uel reſpectum ad intra, uel ad extra important. Benè autem, & uerè prædicantur in plurali de perſonis tantum, quibus ſua ſignificata conueniunt, ſi illa nomina, vel participia eſſentialia important aliquam actionem, uel reſpectum ad extra, & adiectiuè tenentur. Exemplum primi. Non licet dicere ſimpliciter in plurali quòd pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres, aut plures exiſtentes, ſapientes, uel intelligentes, aut ſummè boni, aut omnipotentes, aut æterni, aut immenſi, aut increati: ſicut neque licet dicere quòd tres, aut plures Dii, aut domini, uel dominatores ſunt: quia in his omnibus adiectiuis etiam adiectiuè tentis, ſi ſunt abſoluta, id eſt eſſentiam vel eſſentialia, ſine vllo reſpectu ad intra vel ad extra ſignificantibus in plurali, denotatur non ſolum pluralitas ſuppoſitorum, ſed etiam formæ, vel eſſentiæ, aut virtutis, quæ in eis eſt: & ita æquivalent nominibus ſubſtãtiuis quoad hoc: Sed in his ſolum licitum eſt explicando perſonas dicere ꝙ ſunt tres perſonæ ſapientes, aut æternæ, &c. vel in ſingulari ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt unus Deus, aut unus Dominus, ſapiens, immenſus, & æternus, vt expreſſè habetur in ſymbolo Athanaſii per eccleſiam acceptato. Exemplum ſecundi quando tenentur ſubſtantiuè, etiam ſi operationem vel reſpectum aliquem important. Nam non licet dicere in plurali ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt communicabiles, vel communicabilia, ſed in ſingulari, ꝙ ſunt communicabile quoddam, id eſt, res vel eſſentia communicabilis, vti in prima regula præcedente dictum eſt: ſicut non licet dicere quòd pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres creatores, gubernatores, dominatores, aut tres reges; ſicut neque licet dicere ꝙ pater & filius ſunt duo ſpiratores ſpūs ſancti, ſed ꝙ ſunt vnus creator, dominator, rex, & ſpirator. Exemplum tertii quòd ſcilicet benè, & uerè poſſunt in plurali prædicari de illis perſonis tantum, quibus ſua ſignificata conueniunt &c. Nam licitum eſt dicere ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres, aut plures creantes, gubernantes, dominantes, vel glorificantes: ſicut etiam dicitur quòd pater, & filius ſunt duo ſpirantes ſpiritum ſanctum, quia intelligitur quòd ſunt duæ, aut tres perſonæ id operantes, vt communis omnium doctorum in 1. diſt. 12. ſententia eſt. Et ratio horum omnium ſecũdum hanc opinionem eſt, quia hęc nomina, & participia adiectiua, quãuis eſſentialia actionem, abſoluta uerò ſicut & adiectiua ſubſtantiuè tenta eſſentiam ſolum uel eſſentialia ſignificant, ſaltem formaliter. Ideò quando adiectiua hæc actionem ſignificantia iunguntur terminis perſonalibus ſignificant pluralitatem tantum in perſonis, quibus talis actio conuenit: quando verò ſunt abſoluta, vel ſubſtantiuè tenta in plurali ſignificãt pluralitatem, & diuerſitatem etiam in eſſentia: idq; ex uſu ſanctorum, quibus nos conformare tenemur, vt ſupra in primo notabili dictum eſt.

Opinio 2. Secunda opinio beati Thomæ. 1. par. q. 39. arti. 3. & Caietani, & plurimorum aliorum eſt, quòd omnia prædicta nomina adiectiua, & participia eſſentialia tàm abſoluta, quàm importantia actionē, uel reſpectum ad intra, vel extra, adiectiuè tenta verè prædicantur in numero plurali de perſonis tãtum, quibus conueniunt: ità ꝙ verum eſt dicere ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres, aut plures exiſtentes, ſapientes, ſummè boni, omnipotentes, increati, immenſi, & æterni: ſicut ſecundum omnes doctores dicuntur tres creantes, & glorificantes &c. quòdq; pater & filius ſunt duo ſpirantes ſpiritum ſanctum: non tamen ſi ſubſtentatiuè ſumantur: in quo omnes doctores etiam de prima opinione conueniunt.

Et ratio huius ſecũdæ opinionis quoad primam eius partem, in qua ſolum eſt difficultas, eſt, quòd inter nomen ſubſtantiuum, & adiectiuum, etiam ſi ſit eſſentiale, eſt differentia in propoſito præſenti, quòd ad pluralitatem ſubſtantiui in cõcreto requiritur pluralitas formæ, & ſuppoſiti: quia eadem numero forma in creaturis eſſe non poteſt in pluribus ſuppoſitis. Ad pluralitatem autem nominis adiectiui cuiuſcũque adiectiuè tenti, de quo loquimur, requiritur, & ſufficit pluralitas ſuppoſitorum cum aliqua forma: ita quòd nec requiritur, nec ſufficit pluralitas formarum: Nam, ut ait ipſe B. Thomas 1. par. q. 36. Sortes habens plures artes, aut plura alia accidentia, non ideò dicitur ꝙ eſt plures artifices, aut plures ſic qualificati. Idem etiam in 3. par. q. 3. art. 7. ad ſecundum ait quòd ſi verbum aſſumeret duas naturas humanas nõ diceretur duo homines, quamuis forma hominis plurificaretur. Terminus autem numeralis ponit ſuum ſignificatum circa ſuppoſitum determinabilis tàm in ſubſtantiuis, quàm in adiectiuis, quibus adiungitur: ſed differenter. Nam in concretis ſubſtantiuis, quia ſubſtãtiua ſunt, ponit etiam per ſe ſignificatum ſuum circa ſignificatum illius, id eſt etiam circa formam, vel eſſentiam ibi ſignificatam. In adiectiuis autem non niſi circa ſuppoſitum, vel ſubiectum formæ, quæ ei adiacet per modum accidentis: quod quidem ſicut in ſubiecto habet ſuum eſſe, ità ex ſubiecto accipit vnitatem, vel pluralitatem. Ideò etiam in adiectiuis attenditur ſingularitas, vel pluralitas ſecundum ſuppoſita tantum, & non ſecundum formam: modò ipſa forma plurificetur ad pluricationem ſuppoſitorum, vt in creaturis, modò non vt in diuinis. Fit igitur ex his, vt optimè dicamus, ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres exiſtentes, tres ęterni, & immenſi: quia ſic ſimpliciter, & in rigore loquendo tenẽtur adiectiuè, & eſt idē, ac ſi dicatur ꝙ ſunt tres perſonæ exiſtentes, & intelligentes, & æternæ &c. vt dictum eſt. Si autem ſubſtãtiuè tenerentur, non liceret dicere niſi quòd ſunt vnum, immenſum, æternum, vel exiſtens, aut

vnus

vnus increatus, immẽſus, & æternus, ſcilicet Deus, aut Dominus eſt. Et hoc modo ſubſtantiuè Athanaſius ubi ſupra in ſymbolo locutus eſt. Sic iſta ſecunda tenet opinio, pro qua etiam facit tertia regula, quæ ſubſequitur. Nam ſi ſecundum eam pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt, exiſtunt, & intelligunt, & ſapiunt: ergo ſunt entes, uel exiſtentes, intelligentes, atque ſapientes.

Nota etiam quòd ſecundum omnes doctores licitè dicimus quòd pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres habentes eandem deitatem, non tamen quòd ſunt tres Dii, uti in prima regula iam dictum eſt, & inferius in 6. regula habetur. Licitè etiam dicimus in ſingulari quòd Deus eſt trinus & unus, quòd eſt Dominus, & Rex trinus, ut eccleſia ſæpè id dicit in officio de ſancta trinitate. Item quòd deitas eſt trina, & una, ut eccleſia canit in hymno corporis Chriſti Pange lingua, &c. Te trina deitas unaque poſcimus &c. ideſt una deitas in tribus perſonis, uel tres perſonæ unius eſſentiæ, uel in una eſſentia, uel deitate, ut B. Tho. 1. par. q. 39. artic. 2. & doctores communiter ſic exponunt, atque loquuntur. Licitè etiam dicimus ſecundum Auguſt. lib. de doctrina Chriſtiana ꝙ ſancta trinitas eſt quædam ſumma res, ideſt una eſſentia: & quòd pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt tres res, ideſt tres perſonæ; & quòd una res, ideſt una eſſentia eſt tres res, ideſt tres perſonæ, uti Gabriel, & doctores in 1. diſt. 2. communiter loquuntur.

3. Regula de non notionalibus uerbis, et participiis ſuis. Tertia regula eſt de uerbis, & ſuis participiis nõ notionalibus, quòd omnia uerba non notionalia tàm ſubſtantiua, quàm adiectiua abſoluta, quàm ẽt reſpectiua importãtia operationem, uel reſpectum tantum ad extra communem eſſentiæ, & perſonis, de eis omnibus in ſingulari & in plurali uerè prædicantur. Exemplum de uerbis ſubſtantiuis, ut eſſentia eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus: & pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt, & exiſtunt. Exemplum de uerbis adiectiuis abſolutis, ut pater intelligit, & ſapit: pater, filius, & ſpiritus ſanctus intelligunt, & ſapiunt, & uolunt. Exemplum de adiectiuis importantibus operationem, uel reſpectum ad extra, ut eſſentia, uel Deus creat, & omnia gubernat: pater creat, atque gubernat, pater, filius, & ſpiritus ſanctus creant, poſſunt, & omnia gubernant. Et hoc idem iudicium eſt de ſuis participiis, quãuis quando ſunt abſoluta adiectiuè tenta ſint opiniones utrum in plurali de perſonis uerè prædicentur, dicẽdo, quòd pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſunt plures, aut tres exiſtentes, uel intelligentes, ſiue ſapientes, uti ſuperius in ſecunda regula præcedente latius dictum eſt.

4. Regula de terminis notionalibus. Quarta regula eſt de terminis notionalibus, qui ſcilicet operationem ad intra importãt, modò ſint uerba, ut generare, generari, ſpirare, ſpirari, ſiue procedere: modò ſint participia, ut generans, generatus, uel genitus, ſpirans, ſpiratus, ſiue procedens: modò ſint nomina, ut genitor, genitus nominaliter ſumptum, ſpirator, ſpiratus nominaliter ſumptum &c. huiuſmodi. De uerbis, ergo notionalibus communiter dicunt doctores in 1. diſt. 5. & 12. quòd non de eſſentia, ſed de perſonis, quibus operationes illæ conueniunt in ſingulari, & in plurali uerè prædicantur. Exempli gratia. Non dicimus quòd eſſentia generat, uel generatur, neque ꝙ ſpirat, uel ſpiratur, ſiue procedit, ut hoc habetur expreſſè in ca. damnamus, de ſum. trin. & fide cath. ſed quòd pater generat, & filius generatur: & pater, & filius ſpirãt ſpiritum ſanctum: & ſpiritus ſanctus ab eis ſpiratur, ſiue procedit. Dicimus etiam quòd Deus in concreto generat, & generatur à Deo, uel de Deo. Et ratio horum eſt, quia hæc uerba notionalia ex uſu ſanctorum formaliter tãtum, & non identicè prædicantur.

Et hoc idem iudicium eſt de participiis adiectiuè tentis horum uerborum notionalium, ut pater eſt generans, filius eſt genitus uel generatus, pater, & filius ſunt ſpirantes, aut duo ſpirantes ſpiritum ſanctum, ſpiritus ſanctus eſt ſpiratus, uel procedens ab eis. Nõ autem dicimus quòd eſſentia eſt generans, aut genita, aut ſpirans, aut ſpirata, ſiue procedens: ſed quòd per generationem communicata eſt, & communicatur filio à patre: & per ſpirationem à patre, & filio ſimul ſpiritui ſancto communicatur.

Richardus autem de ſancto Victore lib. 6. de trini. cap. 22. 23. 24. dicens quòd ſubſtantia generat ſubſtantiam, & generatur, accipit ſubſtantiam pro perſona, uti doctores antiqui accipere ſæpè ſolebant, ut infra in octaua regula habetur: Et ſimiliter ibidem dicens quòd eſt ſapientia generans ſapientiam, & ſapientia genita, intelligit perſonã nomine ſapientiæ, uti ſuperius etiam in prima regula dictum eſt. Nunc autem propter uitandum errorem, ſcandalumque ſimplicium cautius loquuntur ſcholaſtici doctores, ut inferius in octaua regula continetur. Et quamuis gloſſa in dicto ca. damnamus, aliique doctores, ut hoc etiam refert Gabriel ea. diſt. 5. q. 1. dicant quòd quando hæc participia notionalia tenentur ſubſtãtiuè, poſſunt etiam de eſſentia uerè prædicari, ſicut & nomina adiectiua eſſentialia ſubſtantiuè tenta: At uerò doctores communiter nunc tenent oppoſitum propter cauẽdum errorem, & æquiuocationem periculoſam: & maximè quando talia adiectiua, & participia ſtãt à parte prædicati, nam tunc communiter dicunt ꝙ non poſſunt ſubſtãtiuè teneri, niſi eis expreſſè ſubſtantiuum perſonale illa determinans apponatur. Exempli gratia. Non licet dicere quòd eſſentia eſt generans, uel genita, ſicut neque quòd generat, uel generatur: ſed quòd eſſentia eſt perſona, uel res generans, uel generata, ut res non pro eſſentia, ſed pro perſona accipiatur: à parte autem ſubiecti ſolitariè ſumpta hæc participia notionalia in numero ſingulari, ſicut & nomina adiectiua neutraliter accepta, benè poſſunt ſubſtantiuè teneri: & tunc benè poſſent ſimpliciter dici quòd generans eſt eſſentia, ideſt res generans, uidelicet pater eſt eſſen-

tia, & quòd genitum, ideſt res genita uidelicet filius, eſt eſſentia, & quòd ſpirans, ideſt res ſpirans, uidelicet pater, aut filius, aut principium, quò ſpiratiuum, eſt eſſentia. In plurali autem ſubſtantiua à parte ſubiecti, quamuis in rigore, ſicut in ſingulari poſſet dici quòd ſpirantia ſunt eſſentia, ideſt res ſpirantes, ſcilicet pater, & filius ſunt eſſentia: communiter tamen id non dicitur, ſed quòd ſpirantes uidelicet pater, & filius ſunt eſſentia ad cauendum periculum uel errorem, uti ſuperius in prima, & ſecunda regula dictum eſt.

5. Regula de ly alius, & aliud. Quinta regula eſt quòd iſte terminus alius ſemper accipitur adiectiuè: ita tamen quòd in genere maſculino abſolutè ſemper denotat alietatem perſonæ, ut alius eſt pater, alius filius, alius ſpiritus ſanctus, ideſt alia perſona: ſimiliter filius eſt alius à patre, ideſt alia perſona. Ideò omnes iſtæ ſunt ueræ. In genere autem neutro, aliud ſubſtantiuè tenetur, & denotat alietatem ſubſtantiæ, uel eſſentiæ, ut filius eſt aliud à patre, & aliud eſt filius, aliud pater, ideſt alia eſt eſſentia patris, alia filii. Ideò iſtæ hæreticæ ſunt.

Si autem ly alius coniugatur alicui termino eſſentiali in concreto, uel in abſtracto, qui ſolù prædicatur in numero ſingulari, de quo ſupra in prima regula dictũ eſt, non admittitur ea propoſitio, quia denotat alietatem in eſſentia, uel alius Deus, alius Dominus, & Rex, alius creator, alius ſpirator, alia diuinitas. Ideò falſum eſt dicere quòd filius eſt alius Deus, alius Dominus, alius creator, alius ſpirator à patre, ſicut quòd habet aliam deitatem, eſſentiam, aut uirtutem: Falſum etiam eſt dicere, quòd Deus pater genuit alium Deum, alium creatorem, alium ſpiratorem: quamuis ſit uerum quòd genuit alium à ſe, ideſt aliam perſonam. Si uerò coniugatur termino eſſentiali, qui cum termino numerali uerè prædicatur in numero plurali, de quo ſupra in ſecunda regula dictum eſt, tunc benè conceditur. Nam licitum eſt dicere quòd filius eſt alius creans, alius gubernans, aut dominans, & regnans, & alius glorificans, alius à patre, quia denotat alietatem tantum perſonæ: ſicut & quòd eſt alius ſpirans à patre non alius ſpirator.

Sed utrum liceat dicere quòd filius eſt alius ſapiens, alius omnipotens, alius æternus, & immenſus à patre: dicendum eſt ſecundum duas opiniones ſuprapoſitas in ſecunda regula præcedente. Nã uidetur quòd ſecundum beatum Thomam licitum ſit, ſicut quòd ſunt plures ſapientes, æterni, immenſi, & omnipotẽtes: Nam & illa adiectiua in rigore adiectiuè tenentur, & ità ly alius, ſicut & nomina numeralia, illis terminis adiectiuis adiuncta alietatem, & pluralitatem tantum perſonarum ſignificat. De hoc etiam B. Thomas. 1. par. q. 31. & Gabriel in 1. diſt. 2. & in 3. diſt. 6. q. 2. & doctores ibidem communiter latius agunt.

6. Regula de ly Deus, lumen, ſapientia, principium. Sexta regula eſt de ly Deus, lumen, ſapientia, principium. Nam ly Deus ſecundum B. Tho. 1. par. q. 39. art. 4. Et Scotum, & Gabrielem in 1. diſt. 4. & ibi communiter doctores, aliquando ſupponit pro perſona, aliquando pro eſſentia, uel deitate in abſtracto, & in concreto. Ideò conſiderandum eſt cui uerbo adiungitur. Nam ſi iungitur uerbo abſoluto eſſentiali, ideſt non importanti operationem aliquam, neque reſpectum ad intra, uel ad extra: tunc ſtat, uel ſupponit pro eſſentia, ut Deus eſt. Si autem adiungitur uerbo eſſentiali importanti operationem, uel reſpectum ad extra: tunc ſtat pro eſſentia, & pro omnibus perſonis, uel pro tota trinitate: quia tales actiones ad extra omnibus perſonis communes ſunt, ut Deus creat, pater, filius, & ſpiritus ſanctus creant, atque gubernant. Si uerò adiungitur uerbo importanti actionem ad intra: tunc ſumitur notionaliter, uel perſonaliter: & ſtat ſolum pro illa perſona, cui talis actio conuenit, ut Deus generat, pro patre, & ſimiliter Deus non generat, uel nullus Deus pater generat, & omnis Deus generat, ideſt omnis Deus pater generat ſecundum aliquos doctores. In iſta autem, Deus generatur, ſtat pro filio: Deus ſpirat, ſtat pro patre, & filio: Deus ſpiratur ſtat pro ſpiritu ſancto. Nam hic habet uerum illa regula, Talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur ab eorum prędicatis. Hoc idem credo de his terminis, lumen, ſapiẽtia, & principium. Nam licitè dicimus, quòd filius eſt Deus de Deo, lumen de lumine, & principium de principio, & ſapientia genita de ſapientia: non tamen duos Deos, nec duo lumina, nec duo principia, neq; duas ſapientias, neque quòd filius eſt aliud lumen, uel alia ſapientia, uel aliud principium à patre, uti de hoc etiam ſupra in prima & ſecunda regula dictum eſt. Nam hi termini ſicut ly Deus aliquando pro eſſentia, aliquando pro perſona ſecundum Richar. de ſancto Victo. lib. 6. de trini. cap. 22. 23. 24. accipiuntur.

7. Regula de propoſitionibus æquipollentibus, & particularibus negatiuis. Septima regula eſt quòd licet ſecundum regulas logicales multæ propoſitiones eſſent in rigore concedendæ, multæ etiam negandæ: tamen ut ſimplicibus errandi, & hæreticis decipiendi occaſio tollatur, iam ex uſu ſanctorum, & ſcholaſticorum omnium, tàm tenentium diſtributionem completam, quàm etiam refutantium, ut ſupra in 4. notabili diſputatum eſt, circa eas quædam regulę obſeruandę ſunt. Nam primò in propoſitionibus affirmatiuis quando prędicatum eſt nomen eſſentiale, uel commune perſonale ęquiualent in conſequendo, ut iſtæ propoſitiones, Pater, uel Omnis pater, uel Omnis eſſentia diuina ẽ eſſentia, uel Deus: & Omnis res, quæ eſt eſſentia diuina, uel pater, eſt eſſentia, uel Deus. Similiter Omnis pater, uel omnis eſſentia diuina, eſt perſona. Non autem æquiualent, ſi prædicatum ſit nomen particulare perſonę, puta Omnis eſſentia diuina eſt pater, non ęquiualet huic, Omnis res, quæ eſt eſſentia diuina, eſt pater. Nam hęc eſt falſa, illa autem uera eſt: ſi ly eſſentia non diſtribuatur completè: ęquiualerent autem, ſi completè diſtribueretur, & eſſet falſa. Secundò in negatiuis, vbi à parte prędicati ponitur terminus eſſen-

eſſentialis, uel perſonalis communis, uel particularis, etiam vniuerſaliter æquiualent in conſequendo propoſitio negatiua particularis, & vniuerſalis. Nam idem eſt dicere, Aliqua eſſentia diuina, uel Aliquis Deus non eſt pater, non eſt perſona, non eſt Deus, non eſt Dominus &c. ac ſi diceretur, Nulla res, quæ eſt eſſentia diuina, vel nullus Deus, eſt pater, vel perſona, vel Deus, vel Dominus &c. Et ità utraque tàm particularis, quàm uniuerſalis negatiua falſa, & neganda eſt: ne ſimplices crederent ꝙ perſonæ diuinæ non ſunt conſubſtãtiales habentes eandem uirtutem, uel quòd ibi non eſt aliqua generatio, vel ſpiratio, & pluralitas perſonarum. Tertiò in negatiuis ubi à parte prædicati ponitur aliquis terminus notionalis, etiam uniuerſaliter æquiualent: Eſſentia non generat, & nulla eſſentia generat, & ita ſunt ueræ: quia termini notionales ſemper formaliter prædicantur, ut ſupra in quarta regula dictum eſt. Similiter æquiualent, Deus non generat, & nullus Deus generat, & ita iſtæ ſunt falſæ in communi uſu doctorum. Nam licet ſecũdum Duraudum, & quoſdam alios illa propoſitio, Deus non generat, poſſet eſſe, uera in rigore, quia filius, & ſpiritus ſanctus, qui eſt Deus non generat: at uerò ex uſu doctorum propter rationem prædictam æquiualet uniuerſali negatiuæ: & quia ſecundum ſextam regulam præcedentem Deus non generat ſtat pro patre, ſicut in ſua contradictoria affirmatiua Deus generat: Et quia ſi ly Deus ſtat pro indiuiduo deitatis, ẽt in rigore falſa eſt, ut aiũt B. Tho. Caietanus, & Scotus, ut de hoc iufra in reſponſione ad octauum argumentum latius habetur. Similiter æquiualent, Pater generat. & Omnis pater generat: Pater non generat, & nullus pater generat. Iſti tamen non æquiualent, Eſſentia non generat, & nulla res, quæ eſt eſſentia, generat, quia illa eſt prædicatio formalis, & eſt propoſitio uera: iſta autem eſt prædicatio identica expreſſa, ubi ly res ſtat trauſcendentaliter etiam pro perſona patris, ideò eſt falſa: quia pater eſt res, quæ eſt eſſentia, & ipſe generat. Similiter iſta propoſitio, Perſona diuina non generat, non æquiualet uniuerſali, Nulla perſona generat: ſed manet particularis, ut ipſa eſt, & uera: quia filius eſt aliqua perſona diuina, quæ non generat: & ſimiliter ſua ſubcontraria affirmatiua eſt uera, Perſona diuina, ſcilicet pater generat: quia in his propoſitionibus non uidetur tãta erroris occaſio: ideò ex uſu ſanctorũ relictæ ſunt in ſua quantitate, ſicut aliæ propoſitiones conſtantes ex terminis creaturarum.

8. Regula de ly ſubſtãtia, ſubſiſtentia, ſubſiſtere. Octaua regula eſt quoad hoc terminos, ſubſtantia, ſubſiſtentia, ſubſiſtere. Nam ſubſtantia communiter & propriè accipitur pro natura, uel eſſentia: ſæpè enim olim accipiebatur pro perſona, ut patet in epiſtola beati Cyrilli cõtra Neſtorium: Et apud Hilarium in lib. de ſynodis: Et Auguſtinus ſæpè, & expreſſius Richardus de ſancto Victore libr. 6. de trini. ca. 22. 23. 24. & lib. 4. ca. 6. 7. 8. Et in concilio Epheſino. 1. cap. 2. 3. 13, & ſæpè in 6. ſynodo generali Conſtantinopolitana, actione. 4. & 11. ut hoc etiam ait B. Tho. 1. par. q. 39. art. 2. ad primum. Et 3. par. q. 2. arti. 6. ad tertium. Nunc autem propter uitandum errorem, & periculum ſubſtantia pro eſſentia, & non pro perſona communiter à doctoribus accipitur. Videatur ſanctus Bonauentura, & Gabriel, aliiq; doctores in 1. diſt. 2. & in 3. diſt. 6. & 7. vbi de hoc latius agitur.

Subſiſtentia autem communiter accipitur pro ſuppoſito, uel hypoſtaſi, ſiue perſona, quod idẽ eſt: ſed olim ſæpè etiam pro ſubſtantia, uel eſſentia accipiebatur, ut patet apud Cyrillum, & Hilarium ubi ſupra, & Vincentium Lirinen. contra hæreſes, ut expreſſius habetur in 6. ſynodo generali ubi ſupra. Sed nunc, ut diximus, ex cauſa prædicta iam à doctoribus communiter ſubſiſtentia pro re ſubſiſtente, ideſt pro ſuppoſito, uel perſona accipitur, ut etiam ubi ſupra, & præcipuè in 3. diſt. 6. & 7. & B. Tho. 3. par. q. 2. art. 2. & 3. & in aliis articulis. & q. 16. 17. latius agunt.

Subſiſtere uerò eſt eſſe ſuppoſitum, uel naturã per ſe exiſtere, & ita propriè conuenit ſolum ſuppoſito, uel perſonæ, uel perſonis: & rectè dicimus quòd pater, filius, & ſpiritus ſanctus ſubſiſtunt; uel ſunt ſubſiſtentes in natura diuina: quia ſunt tres perſonæ in vna eſſentia, vel vnius eſſentiæ, vel naturæ diuinæ. Item quòd verbum, vel filius Dei, aut Chriſtus ſubſiſtit in vtraque natura diuina & humana, vel quòd eſt ſubſiſtẽs, ideſt ſuppoſitum in vtraque natura, uel utriuſque naturæ, ut ait Auguſtinus contra Maximum quòd Chriſtus eſt una perſona geminæ ſubſtantiæ. Item rectè dicimus quòd Chriſtus eſt vnicus ſubſiſtens, uel vnicum ſuppoſitum diuinum in vtraque natura, vti de his beatus Tho. 1. parte. q. 39. artic. 2. & 3. par. aliique doctores ubi ſupra plenius docent.

Quò fit vt non propriè, neque communiter dicatur quòd natura humana in Chriſto ſubſiſtit, ſed quòd exiſtit, vel eſt, vel ſuppoſitatur in perſona Chriſti diuina, vel in verbo: quia illa natura in Chriſto non eſt ſuppoſitum, neque per ſe exiſtit, vt ait B. Tho. 3. par. q. 2. art. 2. Quamuis ſæpè etiam dicatur quòd natura ſubſiſtit in ſuppoſito, ideſt exiſtit in eo, & ab eo habet ſubſiſtentiam, uel in eo ſuppoſitatur, vt infra in reſponſione ad octauum argumentum latius habetur: rectè autem dicitur quòd natura diuina ſubſiſtit in perſonis, quia ſcilicet per ſe exiſtit in illis, & dat illis ſubſiſtentiam ex infinitate ſuę perfectionis, ut B. Tho. ibidem, & patet infra in reſponſione ad octauum argumentum, & agitur à doctoribus in 1. diſtinct. 2. & alibi latius; tametſi in concilio Hiſpalen. 2. canone. 13. habetur quòd duæ naturę Chriſti ſunt ſubſiſtentes in una perſona: ſed ibi ſubſiſtentes ualet exiſtentes in una perſona: ſicut ibidem ſequitur quòd Chriſtus ex duabus naturis, & una perſona ſubſiſtit, qđ ſano modo eſt intelligẽdum, quòd ſcilicet in Chriſto ſunt duæ naturę in una perſona diuina, ut agitur à doctoribus ubi ſupra.

Contra

Argum. 1. Contra ſupradicta arguitur decupliciter probando etiam quòd regulæ ſyllogiſticæ non teneāt in materia trinitatis, vel in terminis diuinis. Primum argumentum eſt. Quæcunque ſunt eadem vnitertio ſunt idem inter ſe, ex primo Priorum, Pater & filius ſunt idem vnitertio, ideſt eſſentiæ, cui identificantur. ergo ſunt idem inter ſe: ità quòd ſunt idem realiter, & verum eſt dicere quòd pater eſt filius, ſicut quòd pater eſt eſſentia, & filius eſt eadem eſſentia: Conſequens autem eſt hæreticum: & ita patet quòd regula ſyllogiſtica deficit in Darii.

Solu. 1. Reſpondeo dupliciter. Primò ſecũdum OKam, & Gabrielem in primo diſtinct. quinta quæſt. prima dubio tertio, & Capreol. diſtinct. ſecunda quæſtio. tertia, & alios negando conſequentiam: quia nec illa, nec prædicta maxima ualet, niſi quando æquiualet vni vniuerſali affirmatiuæ, ubi ſit completa diſtributio medii, ita quòd nihil poſsit ſubſumi ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum, ad hunc ſenſum. Quæcunque ſunt eadem unitertio, & cuicunque, quod identificatur cum illo, ſunt idem inter ſe, & tunc licet conſequentia eſſet bona, tamen minor eſt falſa: nam pater & filius, quamuis ſint idem cum tertio, ideſt cum eſſentia, non tamen cum quocunque, quod identificatur cum eſſentia: quia non cum quacunque perſona. Sed certè hæc reſponſio uidetur circulum irriſorium facere, & petere principium, contra quod argumentum procedit intendens probare, quòd ex hoc quòd aliqua identificantur alicui tertio etiam identificantur cuicunque, quod cum illo tertio identificatur, ac proindè inter ſe.

Reſpon. 2. Secundò reſpondeo ſecundum beatum Thomam. 1. parte quæſt. vigeſimaoctaua, articulo tertio, & ibi Caieta. & Scot. in 1. diſt. 2. q. 4. in reſponſione ad primum argumentum principale, & Lichetum, & doctores communiter ibidem negando conſequentiam: quia uariatur prædicatio ex parte de ly idem, & ita fit æquiuocatio, & maior identitas concluditur in concluſione, quàm ſit conceſſa in antecedente. Nam in maiori, & minori ſolum conceditur identitas eſſentiæ patris, & filii, & ita eſt identica prædicatio duntaxat: in concluſione autem malè concluditur identitas, etiam realis ipſarum perſonarum patris, & filii, & ita eſt ibi prædicatio formalis, ſed concludendum eſt. ergo pater & filius ſunt idem eſſentialiter, aut eiuſdem eſſentiæ inter ſe, & hæc concluſio catholica eſt.

Et pro maiori declaratione notetur quòd illa maxima Quæcunque ſunt eadem vnitertio, &c. vt ſit vniuerſaliter uera debet ſecundum eoſdem, & omnes doctores vbi ſupra intelligi præciſè, ideſt, quòd quoad id ſolum, in quo, aut ſecundum quod aliqua identificātur alicui tertio uel medio, etiam identificantur inter ſe, ea ratione identificationis cum illo tertio. Nam non oportet ꝙ quæ ſunt eadem alicui tertio, aut medio, identificentur inter ſe alia ratione, uel ſecundum id, in quo non identificantur, uel ꝙ non eſt ratio idētificationis eorum cum illo tertio, aut cum illo medio. Quod patet, quia ex 3. Phiſic. textu. 21. licet actio ſit idem realiter cum motu, ſimiliter & paſsio, non tamen ſequitur ꝙ actio eſt paſsio, ſed ꝙ res, quæ eſt actio, eſt paſsio: quia in actione importatur alia rō, ideſt reſpectus, à quo eſt motus in mobili, in paſsione uerò ut qui eſt ab alio: ideò ratione horũ reſpectuum diſtinguitur actio à paſsione. Et ſicut ſtat ꝙ ego, & tu, ratione parentelæ, uel conſanguinitatis cum Petro patre noſtro ſimus amici cum illo, & inter nos: & tamen ratione alia puta diuerſorũ ſtatuum, quia ego clericus, tu laicus: uel diuerſarũ ſectarũ, ſiue factionum, quia ego catholicus, tu hæreticus: ego regem ſequor Hiſpaniæ, tu regem Galliæ: uel ratione litis in partitione hæreditatis, non omninò amici, ſed oppoſiti ſimus inter nos. Ita in propoſito licet paternitas, & filiatio, uel pater, & filius, ſint idem ſecundum rem cum eſſentia diuina ratione ipſius eſſentiæ, vel quatenus ſunt eiuſdem eſſentiæ: tamen quia hæc duo important oppoſitos reſpectus, uel proprietates perſonales oppoſitas, indè inuicem realiter diſtinguuntur inter ſe.

Immò & ſecũdum beatum Thomam in tractatu de fallaciis hoc idem generaliter contingit quādo identitas aliquorum cum aliquo tertio cōuenit illis aliqualiter diſtinctis inter ſe, non uniuerſaliter ea etiam ratione, qua ſic inter ſe diſtinguuntur, ſed ſolum qua ratione eſſentialiter tantum identificātur cum illo tertio, ut dictum eſt de patre & filio, quia non identificantur cum eſſentia ea ratione, ſcilicet proprietatum perſonalium, qua diſtinguuntur inter ſe, ſed ſolum ratione eſſentiæ, cui realiter, uel eſſentialiter identificantur. Ideò realis horum tantum identitas cum eſſentia non arguit realem ipſorum identitatem inter ſe, ut dictum eſt. Quòd ſi aliqua puta ſubſtantia, uel bonitas, & pater identificantur, ſicut & in diuinis identificantur realiter cum eſſentia etiam ea ratione, qua aliquo modo, uel formaliter diſtinguuntur inter ſe: utique inde argueretur, ſicut in diuinis arguitur completa ipſorum identitas realis inter ſe. Cum quo etiam ſtat, vt ait Lychetus vbi ſupra, quòd bonitas, ſapientia, ſubſtantia, & pater non ſolum ratione identificationis eorum cum medio, ideſt cum eſſentia identificantur inter ſe, vt dictum eſt, ſed etiam idque præcipuè alia ratione, quia ſcilicet eſſentia ratione ſuæ infinitatis includit realiter omnem perfectionem bonitatis, ſapientiæ, paternitatis, &c. Sed de identitate patris & filii cum eſſentia non eſt ita, ut de bonitate, ſapientia, & paternitate &c. ſed aliter ut dictum eſt.

Ideò non ualet illa conſequentia principalis argumenti, ſed deberet ſic argui, Quæcunque ſunt eadem unitertio, ſunt ēt idem inter ſe eadem identitate tantũ, eademq; ratione identitatis cũ illo tertio: ſed pater & filius ſunt idem cum eſſentia. ergo ſunt idem inter ſe eadem tantum identitate, ſcilicet eſſentiali, qua identificantur cum eſſentia: &c.

tunc conceditur, & nullum inconueniens eſt: Nam eſt idem, ac ſi concedatur quòd pater & filius ſunt idem eſſentialiter tantum: cum quo ſtat quòd alia ratione videlicet relationum, uel proprietatum perſonalium realiter oppoſitarum, realiter diſtinguantur inter ſe, ut ſupradictum eſt.

Replica. Si contra hanc reſponſionem replicetur, quòd quæcunque ſunt idem realiter vni tertio, ſunt etiam idem realiter inter ſe: Pater & filius ſunt idem realiter unitertio, ideſt eſſentiæ, ergo ſunt idem realiter, & non ſolum eſſentialiter inter ſe. Conſequentia tenet, quia iam expreſſè cauetur illa æquiuocatio, & uariatio prædicationis, & maioris identitatis in conſequente, & in antecedente.

Reſpon. Reſpondeo ſecundum Scotum, & ſuum Lychetum vbi ſupra diſtinguendo. Nam ſi ly realiter ſemper teneatur vniformiter, ut debet, vt ſit idem quod vna res perfecta, vel vna natura, vel eſſentia perfecta, vel tandem ſit quod eſſentialiter: tunc conceditur maior & minor: ſed negatur ſimpliciter conſequentia. Nam oportet concludere ſic expreſſè dicendo. ergo, Pater & filius ſunt eadem res, vel eſſentia, quæ cum ipſis eadem realiter eſt. vel ergo, Pater & filius ſunt idem eſſentialiter inter ſe, vt ſic explicetur, & concedatur illa tantum, & non alia identitas eſſentiæ inter eos, quæ fuit conceſſa in antecedente inter eoſdem cum eſſentia, vt ſæpè declaratum eſt. Si autem idem realiter ſit idem, quod idem perſonaliter, aut ſuppoſitaliter, tunc illa minor negatur: nam falſum eſt quòd pater & filius ſunt idem realiter, ideſt perſonaliter cum eſſentia, etiam ſecundum exiſtentiam perſonalem: quia inde ſequeretur quòd eſſentia eſſet formaliter unum ſuppoſitū, vel vna perſona incommunicabilis, quod omninò falſum eſt.

Argum. 2. Arguitur ſecundò. Omnis eſſentia diuina eſt pater, aut etiam realiter eſt pater: Filius eſt eſſentia diuina, ergo, Filius eſt pater, aut ergo, Filius realiter eſt pater, & ita regula ſyllogiſtica in Darii non tenet in diuinis: vel ex ea ſequitur hæreſis contra primum notabile ſuprapoſitum.

Reſpon. 1. Reſpōdeo tripliciter. Primò ſecundum Okam, & Gabrielem, alioſque doctores tenentes quòd termini diuini poſſunt diſtribui completè pro ſuis ſignificatis mediatis, uti ſuperius in quarto notabili dictum eſt: dico quòd ſi ly eſſentia diuina diſtribuatur in maiori incompletè: tunc antecedens eſt uerum, ſed conſequentia non ualet, quia æquiualenter arguitur ex puris particularibus, nam idem eſt Omnis eſſentia, quod hæc eſſentia. Si autem diſtribuatur completè, tunc illa maior eſt falſa, quia facit hunc ſenſum, Omnis res, quæ eſt eſſentia diuina, eſt pater, quod eſt falſum: nam filius eſt res, quæ eſt eſſentia diuina, & tamen non eſt pater.

Sed certè hæc potius uidetur euaſio & circulatio, quàm docta reſponſio: quod etiam patet, quia hæc conſequentia, Pater generat, & quidquid eſt res, quæ eſt pater, eſt eſſentia diuina, ergo eſſentia diuina generat: tenet in Diſamis; & medium uidelicet ly pater diſtribuitur completiſsimè in minori pro omni ſuo ſignificato etiam mediato: & uti a que præmiſſa eſt catholica: & tamen inde ſequitur concluſio hęretica. Similiter hęc conſequentia. Pater eſt filius, Omnis res, quæ eſt pater, eſt eſſentia diuina, ergo Eſſentia diuina non eſt filius: tenet in Bocardo: & medium uidelicet ly pater completè diſtribuitur: & tamen ex antecedente catholico hæretica concluſio ſequitur, niſi fortè dicatur quòd hæc ſecunda conſequentia non tenet in Bocardo, nec in alio modo tertiæ figurę: uel quòd arguitur à non diſtributo ad diſtributum ex parte ly eſſentia diuina, quia illa concluſio æquiualet huic vniuerſali, Nulla eſſentia diuina eſt filius, ut ſupra in ſeptima regula dictum eſt, ſed debet concludi, ergo Aliqua res, quæ eſt eſſentia diuina, uidelicet pater, non eſt filius, & hæc concluſio conceditur, & catholica eſt. Et ſimiliter dici poteſt de priori conſequentia in Diſamis, quòd non benè concluditur, ſed debet ita concludi. ergo aliqua res, quæ eſt eſſentia diuina, uidelicet pater, generat.

Reſpon. 2. Secundo modo alii doctores communiter reſpondent ad ſupradictum ſecundum argumentum principale, negando conſequentiam, quia fit æquiuocatio, & uariatur prædicatio, dum arguitur à prędicatione identica ad formalem: Et maior idētitas uidelicet realis uel perſonalis concluditur in concluſione, quàm eſſentialis, quę ſola denotatur in antecedente, uti ſuperius in ſecunda reſponſione ad primum argumentum pręcedens dictum eſt.

Si contra hoc replicetur. Omnis eſſentia diuina realiter eſt pater, Filius eſt eſſentia diuina. ergo Filius realiter eſt pater.

Reſpondeo diſtinguendo maiorem: nam ſi ly realiter valet perſonaliter, negatur: ſed ſi valet eſſentialiter conceditur: & tunc negatur conſequentia ſimpliciter, ſed debet concludi explicitè dicendo. ergo Filius eſt res, vel eſſentia, quæ realiter, ideſt eſſentialiter eſt pater. vel ergo filius eſſentialiter eſt pater, vt ſic caueatur æquiuocatio, & exprimatur identitas tantum eſſentialis, cui ly realiter in antecedente ęquiualet, uti ſuperius in reſponſione ad replicam ad primum argumentum latius habetur.

Ideò ad cauendum ęquiuocationes, rixaſque verborum in his rebus theologicis melius eſt ante omnia diſtinguere ſenſum propoſitionum. Nam ſi illa maior faciat hunc ſenſum, Hęc eſſentia diuina realiter eſt pater, tunc reducetur illa conſequentia ad ſyllogiſmum expoſitorium, de quo in tertio argumento ſequenti habetur, quòd conſequentia non valet, niſi fiat diſtributio, vel vniuerſalitas pro omnibus ſignificatis etiam mediatis, ut ibi latius agitur. Si aūt illa maior faciat hunc ſenſum, Omnis res, quę eſt eſſentia diuina, eſt realiter pater:

pater: tunc diſtinguendo ly realiter, ut proximè dictum eſt, uel negetur, uel concedatur.

Reſp. 3. Tertio modo reſpondeo ſecũdum beatum Thomam, & Soto ubi ſupra negando conſequentiam: quia non eſt in Darii, nec in alio modo ſyllogiſtico. Nam illa maior licet uideatur vniuerſalis affirmatiua, non eſt niſi particularis æquiualens huic, aliqua uel hæc eſſentia diuina eſt pater: ex quo non eſt niſi unica eſſentia diuina. Sicut idem eſt dicere, Petrus, & omnis Petrus: neque poteſt ſupponere, neque diſtribui, niſi incompletè pro ſuo tantum ſignificato immediato, uti ſuperius in quarto notabili in ſecunda opi. ſecundum beatum Thomam dictum eſt. Quòd ſi inde concluderetur. ergo filius eſt res, ideſt eſſentia quę eſt realiter pater, uti conceditur: ſed hoc ſolum cõcluderetur ex illa minori: Nam materialiter benè ſequitur, Filius eſt eſſentia diuina, ergo. Filius eſt res, ideſt eſſentia, quæ eſt pater: non tamẽ ſequitur ex illis ſolis pręmiſsis in forma ſyllogiſtica compoſitis: & ita nõ valet illa conſequentia argumenti principalis: immò etiam ſi in minori ſubſumeretur, Filius eſt omnis eſſentia diuina, adhuc nihil ualeret illa conſequentia: quia idem eſt ac ſi diceretur Filius eſt eſſentia diuina, ut dictum eſt: Quòd ſi expreſſè argueretur ſic, Omnis res, quę eſt eſſentia diuina eſt pater, Filius eſt res, quæ eſt eſſentia diuina, ergo. Filius eſt pater: Conſequentia eſt bona, ſed maior falſa eſt.

Ex quo colligitur defectus huius conſequentiæ Filius non eſt pater, & Omnis filius, vel omnis res, quę eſt filius, eſt eſſentia diuina, ergo. Eſſentia diuina non eſt pater: ubi arguitur in Bocardo ex contradictorio illius conſequentis argumenti principalis, & eadem minori inferendo contradictorium maioris. Nam defectus eſt ꝙ virtualiter arguitur à non diſtributo ad diſtributum ex parte ly eſſentia: in minori nanque eſſentia non diſtribuitur, & diſtribuitur virtualiter in concluſione: quia illa minor nõ æquiualet huic, Filius eſt omnis res, quę eſt eſſentia diuina: & tamen concluſio æquiualet huic, Nulla res, quæ eſt eſſentia diuina, eſt pater, vt conſtat ex ſeptima regula ſecundum doctores communiter. Sed hæc eſſet bona conſequentia, Filius non eſt pater, & Omnis filius eſt eſſentia, ergo. Aliqua res, quæ eſt eſſentia, non eſt pater, vbi cauetur ille defectus, & concluſio eſt uera, quia filius eſt aliqua res, quæ eſt eſſentia, & non eſt pater. Eodem defectu peccat hęc conſequentia in Feriſon. Nullus pater eſt filius, Pater eſt eſſentia diuina. ergo. Eſſentia diuina non eſt filius: quia ibi arguitur à non diſtributo ad diſtributũ ex parte ly eſſentia. Quòd ſi quis dicat quòd hic etiam committitur defectus intrinſecus, ex quo maior non æquiualet vniuerſali negatiuę, cùm hęc, Nullus pater eſt filius ſit uera, & hęc falſa, Nulla res, quę eſt pater, eſt filius, ait Soto quòd hęc reſponſio non valet, neque committitur talis defectus intrinſecus: quia ſatis eſt ad vitandum pręd ictum defectum quòd illa minor ęquiualet huic vniuerſali affirmatiuę, Omnis res, quę eſt pater, eſt eſſentia diuina, vt patet ex ſupradictis in ſeptima regula, ideò benè ſequitur, Aliqua res, quę eſt eſſentia diuina, non eſt filius: non autem, Eſſentia diuina non eſt filius. Hęc Soto. Sed certè tunc non eſt in Feriſon, nec in alio modo ſyllogiſtico: ideò adhuc videtur quòd ibi ſit error intrinſecus vltra pręd ictum defectum, quo arguitur à non diſtributo ad diſtributum.

Inſuper nota quòd hęc eſt bona conſequentia, Omnis eſſentia diuina eſt perſona, pater eſt eſſentia diuina. ergo pater eſt perſona: quia licet eſſentia non ſupponat pro perſona, neque diſtribuatur, niſi incompletè, vt ſupra in quarto notabili ſecundum beatum Thomam dictum eſt, ſępè tamen tales propoſitiones ęquiualent in conſequendo aliis, in quibus eſt diſtributio completa, maximè quando in affirmatiuis pręd icatum eſt terminus eſſentialis, vel perſonalis communis, vt in hac propoſitione Omnis eſſentia diuina eſt perſona, vt ſupra in ſeptima regula latius dictum eſt: & ita eſt vera illa maior, ſi ly perſona abſoluatur à numero: aliàs autem non æquiualent: nec ſequitur Omnis eſſentia diuina eſt perſona, Binarius patris, & filii eſt eſſentia. ergo, Binarius pręd ictus eſt perſona: ſed ergo eſt perſona, vel perſonæ. Et tandem nota, quòd licet in terminis creaturarum non ſit defectus, eſt tamen defectus in diuinis arguere à confuſa ad determinatam reſpectu vnius extremi in ordine ad aliud, quamuis nulla ſit confuſa ex parte medii. & ita non ſequitur in barbara, Omnis eſſentia diuina eſt perſona, Omnis perſona eſt. B. eſſentia. ergo, Omnis perſona eſt. B. perſona. Similiter in Baroco non ſequitur, Omnis eſſentia diuina eſt perſona. A. perſona non eſt perſona. ergo A perſona non eſt eſſentia: vbi arguitur ex eadem maiori, & contradictoria concluſionis ad contradictoriam minoris: ac proinde defectus, qui in Barbara erat extrinſecus, in Baroco efficitur intrinſecus. Vnde eadem ratione eſt peculiaris defectus in diuinis quòd medium perſonale in pręmiſſa negatiua diſtributum in ordine ad extremitatem ſtantem confusè, In altera pręmiſſa ſtat confusè, quando extremitas affirmatiuè eſt terminus eſſentialis. Hęc omnia notat Soto in hac tertia reſponſione ſecundum opinionem beati Thomę.

Arguitur tertiò. Hęc eſſentia diuina eſt pater, Hęc etiam eſſentia eſt filius. ergo, Filius eſt pater, vbi in ſyllogiſmo expoſitorio ſequitur hęreſis. Argum. 3.

Reſpon. Reſpondeo ſecundum OKam, & Gabrielem in primo diſtinctio. quinta quęſtio. prima, dubio tertio, & doctores vbi ſupra negando conſequentiam: quia eſt defectus quòd medium nullibi ſingularizatur, vt oportet completè quoad omnia ſua ſignificata etiam mediata: cùm non ęquiualeat huic, Omnis res, quę eſt hęc eſſentia, eſt pater: & ita ęquiualẽter arguitur ex puris particularibus. Nunc autem ex ſecundo Priorum non valet ſyllo-

giſmus reſolutorius, niſi ſit reducibilis ad tertiam figuram, uel primam per propoſitionem uniuerſalem ſic arguendo in Datiſi, Omnis res, quæ eſt hæc eſſentia, eſt pater, & hæc eſſentia eſt filius. ergo Filius eſt pater. Vel ſic in Darii. Omnis res, quæ eſt hæc eſſentia, eſt pater, & filius eſt hæc eſſentia, ergo filius eſt pater. Sed tunc maior eſt falſa, ut patet de filio, qui eſt res, quæ eſt hæc eſſentia, non tamen eſt pater. Similiter reſpondetur ad hanc conſequentiam. Hic Deus eſt pater, filius eſt hic Deus, ergo filius eſt pater. Nam arguitur ex puris particularibus, niſi dicatur, Omne quod eſt hic Deus eſt pater: ſed tunc hæc maior eſt falſa, ut dictum eſt de hac, Omnis res, quæ eſt hæc eſſentia, eſt pater.

Scotus autem in 1. diſtinctio. ſecunda quæſtio. quarta in reſponſione ad primum argumentum principale aliter reſpondet dicens quòd hæc conſequentia, Hic Deus eſt pater, filius eſt hic Deus, ergo filius eſt pater, non ualet quia committitur fallacia figuræ dictionis, commutando quale quid in maiori in hoc aliquid in concluſione: Nam ly Deus licet non ſit quale quid, ſcilicet uniuerſale ut ly homo, cùm ſit ſimpliciter ſingulare: quia tamen eſt indiuiduum deitatis communicabile pluribus, ut quo, & ut quod, cuiuſmodi non eſt aliquod ſingulare in creaturis: ideò habet rationem qualis cuius, ideſt uniuerſalis, ut deitas uel eſſentia: ſuppoſitum autem diuinum habet rationem huius, ideſt ſingularis, quia ſimpliciter eſt incommunicabile. Ideò in concluſione ubi dicitur quòd pater eſt filius ratione eſſentiæ, quæ habet rationem qualis cuius, ideſt communis, committitur prædicta fallacia. Nunquam enim tenet talis ſyllogiſmus reſolutorius, niſi medio exiſtente incommunicabili ſaltem ut quod, quale in propoſito non eſt: tenet enim per hoc quòd quæ vni, & eidem incommunicabili, ut quòd ſunt unum incommunicabile ut quod, ſic etiam erunt inter ſe. Similiter non ualet hæc conſequentia, Deus eſt trinus & unus, Chriſtus autem uerbum patris eſt Deus. ergo Chriſtus aut uerbum eſt trinus & unus: Sed de illa maiore pro quo ſtat ly Deus uideatur infra in reſponſione ad octauum argumentum.

Ad maiorem autem declarationem prædictorum notentur tria. Primò quòd licet aliqui doctores teneant oppoſitum, tamen uerius eſt, quòd ſub ly hæc eſſentia poteſt demonſtrari eſſentia, & etiam pater: & ſemper eſt uera hæc propoſitio, Hic pater non eſt filius, etiam ſi demonſtretur eſſentia: quia non eſt niſi unicus pater, & unica eſſentia in diuinis: & hæc ſemper eſt falſa Hæc eſſentia non eſt filius, quidquid demonſtretur: quia ly eſſentia eſt abſolutum, & ly pater relatiuum nomen eſt. Ideò ſecundum Anſelmum in diuinis omnia ſunt unum, ubi non eſt relationis oppoſitio, ideſt omnia inuicem de ſeipſis uerificantur, præter relatiua: nam hæc relatiua etiam ſi ſint diſparata ut pater & ſpiritus ſanctus non uerificantur de ſeipſis, ut dictum eſt.

Hæc autem conſequentia eſt bona, Hæc res, quæ eſt eſſentia diuina, eſt pater, & hæc res, quæ eſt eſſentia, eſt filius. ergo pater eſt filius, in utraque præmiſſa demonſtrando eandem perſonam: quia idem eſt ac ſi illa perſona acciperetur pro medio: & tunc utrobique demonſtrando patrem illa minor eſſet falſa: & utrobique demonſtrando filium maior falſa eſſet, ut conſtat. Sicut etiam in creaturis benè ualet, Hæc perſona eſt pater, & hæc perſona eſt filius. ergo filius eſt pater. Nam in terminis perſonalibus ſyllogiſmus tenet in diuinis, ſicut in creaturis. Faciunt ad hoc ea, quæ infra in reſponſione ad octauum argumentum habentur.

Secundò not. quòd in ſyllogiſmo expoſitorio in diuinis, ſicut in creaturis debent ſeruari omnes illæ quatuor conditiones eſſentiales ſyllogiſmi de medio communi. Prima quòd medium ſit totale extremum in aliqua præmiſſarum. Ideò non ualet hęc conſequentia. Quidquid tu amas eſt uirtus, quidquid tu odis eſt uitium. ergo uitium eſt uirtus: quia medium, ſcilicet ly tu in neutra præmiſſarum eſt totale extremum. Secunda conditio eſt quòd medium ſub ratione medii non intret concluſionem: poteſt tamen intrare ſub ratione explicationis. Tertia conditio eſt quòd id, quod ſe tenet ex parte medii in maiori, cõcludatur cum maiori extremitate. Quarta conditio quòd extremitates ſint totalia extrema in præmiſsis, & in concluſione.

Tertiò not. quòd omnes defectus debent ibi caueri, ſicut in ſyllogiſmo expoſitorio i terminis creaturarum ſingularibus, aut communibus proportionabiliter, tàm defectus extrinſeci, quàm intrinſeci, puta æquiuocatio, uariatio appellationis, & prædicationis, & ſuppoſitionis, & acceptionis unicæ, & non unicæ: & ne arguatur ex puris particularibus formaliter, aut ęquiualenter etiam in diuinis. Ideò non ualet conſequentia, hæc eſſentia diuina eſt realiter pater, & hæc eſſentia eſt filius. ergo filius eſt realiter pater: quia non æquiualet uni de omni uel uniuerſali, per quam omnis forma ſyllogiſtica regulanda eſt. Oportet enim, ut ut completè ſingularizetur ly hæc eſſentia, uti iam diximus, & tunc in terminis completè ſingularizatis arguendo non dicitur particularitas, neque quòd arguitur ex puris particularibus, ſicut neque quando in terminis ſingularibus arguitur: aliàs autem ſic, ut iam dictum eſt.

Arg[...] Quartò arguitur. Omnis pater generat, eſſentia diuina eſt pater. ergo eſſentia generat. Item, hic pater generat, & hic pater eſt eſſentia. ergo hæc eſſentia generat. Ecce quomodo concluſio hæretica ſequitur in Darii, & expoſitoriè, & contra quartam regulam ſuprapoſitam.

Reſp[...] Reſpondeo dupliciter. Primò ſecũdum OKam & Gabrielem. in 1. diſt. 5. q. 1. dubio. 3. q̃ ſi ly pater in maiori incompletè diſtribuatur, aut ſingulari-

zetur

retur illa eſt uera : ſed tunc conſequentia nil ualet, quia uirtualiter arguitur ex puris particularibus : ſi autem completè, conſequentia eſt bona : ſed maior illa falſa eſt, quia facit hunc ſenſum, Omnis res, quæ eſt pater, uel hic pater, generat, eſt pater qui generat, quæ falſa eſt : nam filius eſt res, ideſt eſſentia, quæ eſt pater, non tamen generat, nec eſt pater qui generat, ut ſupra in reſponſione ad tertium argumentum dictum eſt.

Reſpon. 2. Secundo modo ſecundum beatum Thomam, & alios negantes diſtributionem completam in diuinis, ut ſupra in quarto notando habetur, & ſecundum doctores ferè omnes reſpon. & melius, ut uidetur, negando conſequentiam, quia uariatur appellatio ex parte ly generat. Nam in maiori ly generat appellat ſuum formale ad formale ly pater, cui ſoli conuenit: in concluſione autem ad formale, uel ad ſignificatum immediatum ly eſſentia, & illi ut formæ denotatur falsò conuenire : quia ex quo eſt uerbum notionale ſignificans actionem ad intra non niſi formaliter uerè prædicatur de perſona, cui illa actio conuenit, ut ſupra in quarta regula dictum eſt : Concederetur autem illa conſequentia ſi concluderetur identicè ſic expreſſè dicendo. ergo eſſentia eſt pater, aut hic pater qui generat : aut ſic, ergo pater qui eſt eſſentia generat : etiam ſi medium intret concluſionem non in ratione medii, ſed ad declarationem appellationis. Et eodem defectu appellationis peccat hæc conſequentia, Eſſentia non generat, pater eſt eſſentia, ergo pater non generat : uel, nulla eſſentia generat, pater eſt eſſentia. ergo, Pater non generat : ubi etiam in minori eſt prędicatio identica, in concluſione formalis : & ita prædicatio uariatur.

Si dicatur quòd prædicatum nunquam appellat ſupra formale ſubiecti. Reſpon. id non ſemper eſſe uerum : ſed quòd attendendus eſt communis modus intelligendi : ubi nunc hoc, nunc illo modo fit appellatio : Nam hæc propoſitio : Hic monachus eſt albus, ſæpè accipitur loco huius, Hic eſt monachus albus. Item licet prædicatum non appellaret ſupra formale ſubiecti, ideſt eſſentiæ : ſaltem appellat ſupra proprium & immediatum ſignificatum ipſius eſſentiæ in concluſione : & in maiori appellat ſupra formale, & immediatum ſignificatum de ly pater quod eſt perſona, & ita uariatur appellatio, ut dictum eſt.

Si replicetur, Pater generat. ergo eſſentia generat, ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuè arguendo. Nam eſſentia uerificatur de omnibus ſuppoſitis : non autem pater, nec filius, nec ſpiritus ſanctus.

Reſpondeo negando hanc cõſequentiam : Nam eſſentia non eſt terminus ſuperior ad ly pater filius & ſpiritus ſanctus, quia rem ſingulariſsimam tantum primariò, & immediatè ſignificat, ſicut ly pater : Nam propriè id dicitur ſuperius quod habet plura ſuppoſita eſſencialiter diſtincta : uel quod ſupponit pro omnibus, pro quibus inferius, & cum hoc pro aliquo eſſentialiter ab illis diſtincto : uel quod pro pluribus ſignificatis immediatis ſupponit, quàm inferius.

Alio etiam modo reſpon. quòd non ualet conſequentia ab inferiori ad ſuum ſuperius reſpectu prædicati, quod non prædicatur, niſi de illis, quibus conuenit immediatè : ſicut non ſequitur, Hæc eſſentia contrahit. ergo natura contrahit, ſecundum ponentes differentias contrahentes ſuum genus, uel ſpeciem, & eas ſuæ naturæ identificari.

Alio etiam modo reſpon. quòd non ualet conſequentia etiam ab inferiori ad ſuum ſuperius, quando uariatur appellatio, ut in propoſito fit, & proximè dictum eſt.

Argum. 5. Arguitur quintò. Eſſentia diuina eſt pater qui generat, & eſt filius qui generatur, ut habetur, expreſſè in ca. damnamus. de ſumma trinit. & fide catho. ergo eſt pater generans, & filius genitus. & ergo eſſentia eſt generans & generata : Nam hæc conuertũtur exponibiliter, uel reſolutoriè, quod tamẽ hęreticum & contra 4. regulam ſupra poſitam eſt.

Reſpon. 1. Reſpon. dupliciter. Primò conceſſo antecedente primæ conſequentię, de quo nullum dubium eſt : negatur illa prima conſequentia, ut ait OKam, & Gabriel in 1. diſt. 5. q. 1. ſi ly generans capiatur adiectiuè : quia debet reſolui in has tres propoſitiones, Eſſentia eſt pater, & pater eſt generans, & Eſſentia eſt generans, quarum hæc ultima ſimpliciter falſa eſt. Conceditur autem illa prima conſequentia ſi ly generans capiatur ſubſtantiuè : quia facit hunc ſenſum, eſſentia eſt pater, & ille eſt generans uel generatę, uel eſſentia eſt pater qui generat, & filius qui generatur. Et ad hunc ſenſum illam cõcędit gloſſa in dicto ca. damnamus : Et tunc ſecunda cõſequentia non ualet, quia uariatur appellatio, uti ſuperius in reſponſione ad quartum argumentum dictum eſt.

Reſpon. 2. Secundo modo reſpon. ſecundum Scotum in 1. diſt. 5. q. 1. & Gregorium Ariminen. ibidem, & doctores communiter, & B. Tho. 1. par. q. 39. art. 5. et 6. concedendo ſimpliciter primam cõſequentiam, modò ly pater generans teneatur ſubſtantiuè, modò adiectiuè, nam idem eſt pater generans, & pater qui generat : Et ſimiliter conceditur quòd eſſentia eſt perſona generans, & genita : & quòd eſſentia eſt res, ideſt perſona generans, uel quæ generat, & eſt filius qui genitus eſt : quia ibi eſt prædicatio identica expreſſa, ubi ly generans, & genita determinatur per ſuum ſubſtãtiuum adiunctum, quando dicitur quòd eſſentia eſt res, uel perſona, aut pater, aut filius generans, aut genitus. Ideò nullum periculum ibi eſt : nec oportet eam propoſitionem reſoluere in illas tres, ut in prima reſponſione pręcedente dicebatur. Secunda autem conſequentia ab omnibus negatur, quia uariatur appellatio, ut dictum eſt, & ſupra in quarta regula ſatis habetur.

Item liberè conceditur quòd eſſentia eſt res generãs, ſi res capiatur pro perſona, quia eſt pater generans.

nerans. Item conceditur quòd eſt res non generans, ſed genita, ideſt filius: Neque hęc prædicata res generans res, non generans ſunt contradictoria: ſicut nec iſtæ propoſitiones Perſona generans non generans: ſed ſubcontraria ſunt. Contradictoria autem ſunt hæc, Res generans, nulla res generans: perſona generans, uel generat, & nulla perſona generans uel generat. Iſtæ autem benè ſunt contradictoriæ, Eſſentia generat, eſſentia non generat: quia æquiualet huic uniuerſali negatiuæ, Nulla eſſentia generat, uel generans eſt, ut ex ſeptima regula ſuprapoſita conſtat.

Replica. Si contra hæc replicetur, Generans eſt eſſentia, ergo, eſſentia eſt generans.

Reſpon. Reſpondeo aliqui concedunt conſequentiam ſi generans in concluſione teneatur ſubſtantiuè pro patre, ſicut in antecedente, ſed ut ſupra diximus, quia à parte prædicati ex uſu ſanctorum ſemper tenetur adiectiuè: ideò ſimpliciter negatur ab omnibus, & condemnatur in dicto capitulo damnamus, niſi expreſſè ſubſtantiuetur: & ita ſimpliciter negatur conſequentia, & conceditur antecedens, ubi de rigore ſubiectum generans tenetur ſubſtantiuè pro genitore uel patre. Denique in hac conſequentia uariatur appellatio, & arguitur à prædicatione identica ad formalem, ſicut in pręcedentibus argumentis dictum eſt. Sed debet concludi. ergo eſſentia eſt res, ideſt perſona generans.

Item defectus eſt in hac conſequentia. Communicabile, ideſt eſſentia communicabilis eſt pater, ergo pater eſt communicabilis: ſed debet concludi. ergo pater eſt res uel eſſentia communicabilis, uel ergo pater eſt communicabile ſubſtantiuè tentum, quod idem eſt.

Si adhuc replicetur. Hæc eſſentia eſt communicabilis, & hæc eſſentia eſt pater, ergò pater eſt communicabilis, non ualet. Tùm quia medium ly eſſentia non completè ſingularizatur pro omnibus ſuis ſignificatis etiam mediatis: etſi ſingularizetur completè, illa maior eſt falſa, quia facit hunc ſenſum, Omnis res, quæ eſt hæc eſſentia, eſt communicabilis, nam pater eſt res, quæ eſt hæc eſſentia, & non eſt communicabilis, uti ſuperius in reſponſione ad tertium argumentum dictum eſt. Tum etiam hęc conſequentia non ualet, quia uariatur appellatio prædicati communicabilis, uti ſuperius diximus de illa ſecunda conſequentia, Pater eſt generans, & pater eſt eſſentia, ergo eſſentia eſt generans. Sed debet ſic arguendo concludi, Hæc eſſentia eſt communicabilis, & hæc eſſentia eſt pater, ergo pater eſt res, quæ eſt hæc eſſentia communicabilis: vel ergo pater eſt res communicabilis, uel eſt communicabile, ut ſubſtantiuè teneatur, & tunc totum conceditur, ut liquet ex dictis.

Arg. 6. Arguitur ſextò. Hæc eſſentia eſt pater. ergo hæc eſſentia eſt pater filii. ergo habet filium.

Reſpon. Reſpondeo ſecundum Scotum, & Gabrielem in primo diſtinct. quinta quæſt. 1. dubio. 4. Et Grego. Arim. & alios diſtinguendo conſequens primæ conſequentię. Nam ſi pater filii, capiatur adiectiuè, negatur illa conſequentia: quia tunc accipitur pro illa proprietate, quæ eſt generare, quæ formaliter tantum prædicatur: & æquiualet eſſentia eſt pater filii, ideſt eſſentia genuit filium, uel eſt generans filium, quę heretica eſt: & ibi arguitur à prędicatione identica ad formalem, & uirtualiter uariatur appellatio, uel fit ęquiuocatio. Conceditur autem illa conſequentia, ſi pater filii capiatur ſubſtantiuè pro perſona, quę habet, uel genuit filium, uel pro perſona, & illa habet uel genuit filium.

Si replicetur, Eſſentia eſt pater filii ſubſtantiuè, ergo genuit filium: uel ergo habet filium, quia hoc eſt patrem filii: & ex conſequenti filius eſt filius eſſentię.

Reſpondeo negando conſequentiam: quia eſſe patrem filii ſubſtantiuè non eſt niſi eſſe perſonam, quę genuit, uel habet filinm: & filium eſſe filium perſonę eſt eſſe perſonam genitam à perſona, quę illum genuit.

Si replicetur ꝙ capiendo patrem filii adiectiuè adhuc eſt uerum quòd eſſentia eſt pater filii. Nam benè ſequitur per conuerſionem, Pater filii eſt eſſentia. ergo eſſentia eſt pater filii, utrobique adiectiuè capiendo pater filii.

Reſpondeo negando conſequentiam: nam in antecedente, quod ſimpliciter eſt uerum, non poteſt accipi adiectiuè pater filii: quia ibi eſt ſuppoſitum uerbi, & ita oportet habere ſignificatum ſubſtantiuum: nam adiectiuum adiectiuè tentum non poteſt reddere ſuppoſitum uerbo. Et ita ibi non poteſt accipi tantum pro formali, ſed pro materiali ſimul identicè, ideſt pro perſona patris. Secus à parte prędicati: quia ibi ſignificat ſolum inhęrentiam, aut coniunctionem ſui ſignificati formalis cum ſubiecto: & denotat ſuum formale adiacere ſignificato ſubiecti, ut Hic homo eſt albus ualet, hic homo eſt habens albedinem. Sic eſſentia eſt pater filii, adiectiuè valet, eſſentia habet filium, uel eſt eſſentia habens filium, quod falſum eſt: nam habere filium importat generare filium.

Argum. Arguitur ſeptimò Deus generat Deum ſecundum fidem in Symbolo Deum de Deo: & quia perſona diuina, ſcilicet pater Deus generat filium, qui Deus eſt: ergo Deus generat alium Deum, uel alium à Deo. Si alium Deum: iam ſunt duo, vel plures dii. Si alium à Deo: iam filius, vel Deus genitus non eſt Deus, ut patet per exponentes de ly alius à Deo: & ita Deus non generat Deum, quod eſt contra fidem, & contra ſextam regulam ſupra poſitam.

Reſpon. Reſpon. ſecundum Scotum, Okam, & Gabriel. in 1. diſt. 4. q. 1. & doctores communiter negando conſequentiam: quia variatur ſuppoſitio, uel appellatio.

latio. Nam in antecedente ſignificatur diſtinctio tantum perſonarum, in conſequente autem etiam diſtinctio in deitate: quia ly alius coniunctũ termino eſſentiali, qualis eſt ly Deus, etiam in concreto, denotat alietatem non ſolum perſonæ, ſed etiam eſſentiæ, ut ex quinta regula ſuprapoſita conſtat.

Replica. Si replicetur ut in eadem diſtinct. arguit magiſter, quòd ſi Deus generat Deum: ergo vel ſe Deum, vel alium Deum, quia non eſt dare medium.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam pro utraque parte conſequentis, propter rationem prædictam quia, ſcilicet variatur appellatio. Nam & benè datur medium quòd ſcilicet generat alium à ſe in perſona, non in eſſentia: & etiam abſolutè; quòd ergo generat alium, ſcilicet filium, qui etiã eſt Deus, & eiuſdem eſſentiæ, alius autem in perſona. Poteſt etiam concedi quòd pater genuit alterum ſe, ut ait magiſter ex Auguſtino ad Maximum, ad hunc ſenſum, quem ipſe & doctores communiter ibidem explicant, quòd ſcilicet Pater genuit non quidem alterum Deum, ſed alteram perſonam à ſe, & de ſe, ideſt de ſua ſubſtantia, uel ſibi conſubſtantialẽ: uel alterum ſe, ideſt alteram perſonam, quę eſt hoc ideſt eadem eſſentia uel Deus, quod ipſe pater eſt. Neque ſequitur, Pater genuit ſe vel alterum: ergò ſe Deũ uel alterũ Deum: quia ut dictũ eſt, uariatur appellatio. Neque ſemper ualet conſequentia ab aliquibus propoſitionibus ad eaſdem utrobique eodem addito. Nam non ualet homo eſt rationalis uel irrationalis: ergo homo in quantũ albus uel coloratus eſt rationalis, uel irrationalis. Neque iſta homo eſt albus uel niger: ergo homo in quantum rationalis eſt albus, uel niger. Neque iſta, Chriſtus vt homo eſt aliquod: ergo Chriſtus ut homo eſt creator, uel creatura. Vide Gabrielem ubi ſupra & in 3. diſtinct. 6. quæſtio. 2. dubio. 3. & doctores ibidem.

Argum. 8. Arguitur octauò. Deus generat Deum, Deus non generat Deum, ſunt ſubcontrarię: ergo poſſunt ſimul eſſe ueræ, ſicut iſtę, Perſona generat, perſona non generat: quæ de diuiſis perſonis patris & filii uerificantur.

Reſpon. 1. Reſpon. dupliciter. Primò ſecundũ Oxam, Gregorium, Durãdũ, & Gabrielem in 1. diſt. 4. q. 1. quod in rigore ita eſt: ſed illa negatiua Deus non generat non conceditur à doctoribus, & ſecundũ vſum ſanctorum æquiualet huic vniuerſali, nullus Deus generat, idque propter cauſas ſupradictas in 7. regula, ibi videatur.

Reſpon. 2. Secundo modo reſpon. ſecundum Beatũ Thomam. 1. par. q. 39. artic. 4. & q. 36. art. vltimo & ibi Caieta. quòd iſtæ propoſitiones non ſunt ſubcontrariæ, ſed contradictoriæ etiam in rigore, ſicut iſtę, Petrus aut hic homo generat, & Petrus aut hic homo non generat, quia vtrobique ly Deus ſtat pro ſolo Deo patre, ut ſupra in ſexta & ſeptima regula habetur: ſecus de iſtis, Perſona generat, perſona non generat, quæ ſunt ſubcontrariæ. Et ratio eſt, quia eſt differentia inter hoc nomen Deus, & hoc nomen homo in creaturis. Nam cum ly homo ſignificet naturã, quę ſecluſa operatione intellectus nõ eſt à parte rei una in pluribus ſuppoſitis, ſed alia & alia ſecundum pluralitatem ſuppoſitorum: & cùm in creaturis natura ſit ipſa eſſentia; habens autem naturam ſit ſuppoſitum, quo & in quo natura ſuam habet ſubſiſtentiam, nam non niſi in ſuppoſito ſubſiſtit uel exiſtit, indè ſit ut ex modo ſuæ ſignificationis homo in concreto ſupponat immediatè pro ſuppoſito hoc vel illo indeterminatè, ut homo diſputat: niſi ratiõe prędicati abſtrahatur ab hoc uel ab alio ut dicendo homo eſt ſpecies. At uerò ly Deus, quia ſignificat naturã deitatis, quę realiter eadẽ unica eſt in pluribus ſuppoſitis: & cùm ex ſe ipſa ſubſiſtat (neque enim mendicat ſuã ſubſiſtentiam uel exiſtentiam à ſuppoſitis propter infinitatem ſuæ perfectionis, quamuis ſubſiſtat uel exiſtat in illis) quibus potius propter ſuam infinitatẽ ſubſiſtentiam tribuit uel exiſtentiam, indè fit è contrario ut ratione ſuæ ſignificationis quod Deus in cõcreto ſupponat primariò pro habente deitatem, uel pro indiuiduo deitatis in communi quaſi confuſe & indeterminatè quoad ſuppoſita, ideſt ſupponit pro Deo ut abſtrahit ab hac uel illa perſona: niſi rõne prædicati diſtrahatur ad ſupponendũ pro ſuppoſito aliquo ſingulari, ut quando dicitur Deus eſt pater, eſt filius, aut Spiritus ſanctus. Et ita hic Deus eſt concretum ſingulare, vel indiuiduum deitatis, quod eſt cõmune omnibus perſonis indiſtinctè uel indeterminatè: & quia eſt idem cuilibet ſuppoſito & concretè ſignificatur, ideò poteſt ſtare & ſupponere pro omnibus & ſingulis perſonis. Itaque in creaturis duo tantum inueniuntur, ſcilicet natura puta humanitas; & ſuppoſitum puta Petrus, quem, hic homo in concreto ſignificat. In diuinis autem tria cõſideramus, videlicet naturam uel eſſentiam, & concretum ſingulare deitatis, quod eſt hic Deus, & ſuppoſita diuina, ſcilicet pater filius & Spiritus ſanctus. Et ly Deus primariò ſupponit pro illo ſingulari deitatis communi omnibus perſonis, uel pro illo habente deitatem abſtrahendo à ſingularibus perſonis, quod eſt commune omnibus perſonis, deinde ſupponit pro ipſis perſonis. Et de illo indiuiduo uel ſingulari deitatis verificatur id Exo. 15. Deus meus glorificabo eum: Et ad Timoth. 1. Soli Deo honor & gloria: Et Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram: de quo etiam nos cum ſacra ſcriptura communiter dicimus quòd Deus eſt creator, Deus eſt unus & trinus &c. Hæc Caietanus ſecundum Thomam ubi ſupra. Et apertè conſonat Scotus in 1. diſt. 4. q. 1. & diſt. 2. q. 4. Vnde ſecundum B. Tho. non ualet hæc conſequentia, Deus ſupponit primariò pro habente deitatem, ergo pro perſona: quamuis neceſſariò ſit perſona, & de illa uerificatur, & ſecundariò pro illa ſupponat: licet in hoc Oxam, & Gabriel, & alii doctores ponentes diſtributionem compl[illegible]n,

tol .n-

tollenteſque prædictum indiuiduum, uel ſingulare concretũ deitatis aliter dicant, uti ſuperius in quarto notabili dictum eſt. In his autem propoſitionibus, Deus non generat, ly Deus trahitur ad ſupponendum pro patre tantum ratione prædicati notionalis: ſicut in hac Deus eſt genitus trahitur ad ſupponendum pro filio uti ſuperius proximè reſpõſum eſt: vel ſi dicatur quòd in negatiua ly Deus nõ ſupponit pro aliqua pſona ſingulari: ſed pro Deo, qui eſt ſingulare concretum deitatis, cõmune omnibus tribus perſonis, ut dicitur de omnibus ipſis, iã ergo illa negatiua æquiualet huic, nullus Deus generat: ſicut idem eſt dicere, Petrus non generat. & nullus Petrus generat: aut hic homo non generat, & nullus hic hõ generat: quibus nihil refert prę ponere, aut poſtponere negationẽ. Et idem eſt de iſtis, Deus ẽ pater, Deus nõ eſt pater, Deus creat, Deus nõ creat: nã ſunt cõtradictoriæ: quò fit ut ſicut hęc eſt falſa, hęc eſſentia nõ eſt pater, quicquid demonſtretur: ita hæc eſt falſa, Deus non eſt pater, uel hic Deus non eſt pater, quicquid etiam ſi filius demonſtretur, uti etiam ſuperius in reſpõſione ad tertium argumentum habetur. Non tamen eſt idem iudicium de hoc nomine perſona: quia ex ſua ſignificatione ſupponit pro ſingulis perſonis immediatè & determinatè, id eſt pro hac & pro illa &c. Ideò iſtæ non contradicunt, ſed ſubcontrariantur, Perſona generat, perſona nõ generat. Et in his Caietanus vbi ſupra & Hieronymus Perez in 1. parte q. 39. art. 4. ſatis conſonant.

Argum. 9. Arguitur nonò Siẽſta conceditur, Deus eſt trinus & unus, quæro pro quo ſupponit ly Deus? nam videtur quòd pro nullo, & quòd ſit falſa propoſitio. Nam de nullo ſuppoſito ſub ly Deus uerificatur prædicatum. Nam demonſtrando patrem falſum eſt dicere quòd eſt trinus & unus, & ſimiliter de filio, & de Spiritu ſancto: ergo ſicut ſi de nullo ſuppoſito ſub ly homo eſſet verum quòd currit, eſſet falſa hæc propoſitio homo currit, ità in propoſito, aut demonſtretur quis, Deus in cõcreto eſt trinus & unus.

Reſpon. 1. Reſpon. dupliciter. Primò ſecundum Gabrielẽ in 1. diſt. 4. q. 2. & alios nominales quòd non admittitur aſcenſus uel deſcenſus ſub ly Deus: quia ęquiualet termino ſingulari aut ſingularizato hic Deus ex quo non eſt niſi vnicus Deus: & ſi fieret deſcenſus denotarentur plures dii. Nam aſcenſus & deſcenſus non fit ſub termino etiam habente plura ſuppoſita, ſi non uerificatur de illis in numero plurali dicendo, & iſti ſunt plures, aut omnes homines, uel Dii. Nunc autem ly Deus, licet habeat plura ſuppoſita, non tamen uerificatur de eis in numero plurali dicendo, & iſti ſunt oẽs, uel plures Dii.

Reſpon. 2. Secundo modo ſecundum eoſdem doctores reſpon. quòd etiam ſi admittatur aſcenſus & deſcenſus ſub ly Deus demonſtrando eius ſuppoſita, id eſt non ſolum perſonas, ſed omnia ſua ſignificata, pro quibus ſupponit, vel verificatur, tunc dico quòd debet demonſtrari non quidem aliqua perſona, ſed tota trinitas, uel potius ipſa eſſentia diuina: & de illa uerum eſt dicere quòd eſt Deus, & quòd eſt trinus & unus identicè: quia cum tota trinitate idẽtificatur. Neque ex hoc ſequitur quaternitas, ex quo eſſentia, vel hic Deus non diſtinguitur realiter à perſonis. Et cum hac reſponſione conſonat Beatus Thomas prima parte, quæſtione 39. articulo ſexto.

Reſpon. 3. Tertio modo reſpondeo ſecũdũ ipſum B. Tho. ibidem art. 4. & Caietanum, & Scotum in 1. diſt. 4. q. 2. & diſt. 2. tenendo quòd Deus immediatè ſupponit pro indiuiduo deitatis, quod eſt hic Deus in cõcreto, quod & eſt commune omnibus perſonis, uti ſuperius in reſponſione ad octauum argumentum dictum eſt: iam conſtat quòd illud non aliquam, nec aliquas, nec omnes perſonas ſimul demonſtrando ſub ly Deus, uerum eſt dicere quòd in concreto Deus trinus & vnus eſt.

Argum. 10. Arguitur decimò. Filius differt à patre, & filius eſt eſſentia diuina: ergo eſſentia diuina differt à patre. Ecce quomodo expoſitoriè ſequitur hæreſis: Nam tertia exponens eſt hæreſis, videlicet eſſentia non eſt pater, quia ęquiualet huic, nulla eſſentia eſt pater, vt patet ex ſupra dictis in ſeptima regula.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam, quia virtualiter arguitur à non diſtributo ad diſtributum ex parte ly eſſentia: nam in minori non diſtribuitur, & in concluſione ſic: quia æquiualet huic, nulla eſſentia eſt pater. Item fit variatio appellationis in ly differt: quia cùm in rigore teneatur adiectiuè in maiori, & in concluſione: in maiori appellat ſuũ formale ad perſonam patris, in concluſione uerò ad eſſentiam. Sed debet ſic cõcludi expreſsè: ergo eſſentia eſt res, id eſt perſona, quæ differt, uel quæ eſt differens à patre, vbi expreſsè ſeruetur eadem appellatio, & tunc nullum ſequitur inconueniens, vt ſuperius in quinta regula & in reſponſione ad tertium, quartum, & quintum argumentum dictum eſt.

Similiter hæc eſt falſa, Deus diſtinguitur à filio, vt ait Caietanus prima parte q. 39. art. 4. tùm quia tertia exponens, ſcilicet Deus non eſt filius, eſt falſa, quia vt ſupra in ſeptima regula habetur, æquiualet huic nullus Deus eſt filius: tùm etiam quia ſua conuertens, ſcilicet filius non eſt Deus, eſt falſa, quãuis Hieronymus Perea in prima parte. q. 39. art. 4. teneat oppoſitum.

Similiter hęc eſt ſimpliciter falſa, Pater eſt non pater, neque poteſt habere aliquem bonũ ſenſum verum: ſicut nec iſta, Pater eſt filius, quia illa æquiualet in conſequendo huic, Pater non eſt pater: ſicut homo eſt non lapis: ergo homo non eſt lapis, ab affirmatiua ad negatiuam prędicato variato ponens finitum & infinitum. Et hæc, Pater non eſt pater, æquiualet in conſequendo huic, Nullus pater eſt pater, ut ex dictis ſupra in ſeptima regula cõſtat. Sed hæc benè eſt uera, Filius non eſt pater, & filius eſt non pater: quæ ęquiualet in cõſequẽdo.

Sed

Sed dubitatur an iſta ſit uera, Eſſentia eſt nõ Pater. Reſpondeo quòd ſimpliciter negãda eſt: quia in conſequendo æquiualet huic, Nulla eſſentia eſt pater, ut patet ex dictis. Si tamen diſtinguatur, poteſt concedi ad hunc ſenſum illum explicando, & non aliter, ſcilicet eſſentia eſt res, quę eſt non pater, ut ly res ſtet perſonaliter pro filio, vel Spiritu ſancto. Nam eſſentia eſt filius, aut Spiritus ſanctus, qui eſt non pater, aut qui non eſt pater. Et iſta eſt ſimpliciter vera, Eſſentia eſt res, quæ eſt non pater, ad prędictum ſenſum, vt ſupra ſecundum beatum Thom. in reſponſione ad quintum argumentum dictum eſt.

Et ſi tunc arguatur, Eſſentia eſt nõ pater, ad prædictum ſenſum, ideſt eſt res puta filius, qui eſt nõ pater: ergo eſſentia non eſt pater, ab. affirmatiua ad negatiuam prædicato variato penes finitum & infinitum, vt Homo eſt non lapis: ergo homo non eſt lapis. Reſpon. negando conſequentiam, nec eſt ſimile de ly Homo eſt non lapis &c. tùm quia non pater in antecedente non omninò infinitatur, ſed æquiualet huic, Eſſentia eſt filius, ad quem ſenſum, & non ad alium conceditur: tùm etiam, quia virtualiter arguitur à non diſtributo ad diſtributũ ex parte ly eſſentia, quæ in antecedente non diſtribuitur, in conſequente autem ſic: nam ibi æquiualet huic, Nulla eſſentia eſt pater, vt proximè dictũ eſt. Ideò etiam non valet, Eſſentia eſt non pater, ideſt res puta filius, qui eſt non pater, & Pater eſt eſſentia: ergo Pater non eſt pater. Sicut non valeret ſi loco de ly non pater ponatur filius, vt dictum eſt. Hæc autem propoſitio tantum Pater eſt pater, eſt vera, vti per eius exponentes liquet.

Quaestio quinquageſima tertia.

Vtrum pro hoc ſtatu, ubi intellectus eſt materiæ immerſus, prius homo cognoſcat minus aut magis uniuerſalia uel ſingularia: uel prius confusè, quàm diſtinctè: Videlicet an prius cognoſcat hanc rem puta Petrũ, uel Brunelum, quàm quòd ſit homo, uel equus: & prius quòd hæc res ſit homo, uel equus, quàm quòd ſit animal, corpus, ens: an è conuerſo.

Reſpon. Respondeo per tria notabilia, & quatuor

Nu. 1. propoſitiones, & unum dubium.

Notabile primũ eſt. Quòd ſtat cõfusè, ſtat etiã diſtinctè aliquid cognoſcere. Confusè cognoſcere aliquid, puta Petrum, eſt cognoſcere totum nõ cognoſcendo omnes ſuas partes phyſicas, & metaphyſicas ſeorſum per ſe: neque reſoluendo illud in ſuas partes, uel in ſua principia. Diſtinctè autem cognoſcere eſt cognoſcere totũ ſimul & ſuas partes ſeorſum per ſe: vel reſoluendo illud in ſuas partes, uel in ſua principia; ſicut quando perfectè ſcitur concluſio per reſolutionem in ſua principia, ſiue in ſuas præmiſſas, ex quibus ipſa deducitur. Et ſimiliter in præſenti queſtione accipitur cognitio, uel notitia confuſa & diſtincta alicuius rei.

Nota ſecundò quòd totum & confuſum eſt du- Nu. 2.
plex: alterum in continendo, alterum in repręſentãdo. Totum, vel confuſum in continendo dicitur id, quod in ſe continet, vel includit plures partes phyſicas, vel eſſentiales, vt materiam & formam; vel integrales vt ſunt partes quantitatiuæ, puta manus, & pedes, & caput, & cor animalis; vel metaphyſicas ut homo continet realitates, ex quibus methaphyſicè cõſtat, puta animalitatem, corporeitatem, ſubſtantialitatem, vel vt ſunt genus, & differentia, ut animalitas, & rationalitas.

Totum, vel confuſum in repræſentando dicitur terminus cõmunis, qui plura ſignificat, aut de pluribus dicitur, vel prædicatur, ut ſunt termini generici & vniuerſales, ut ens, ſubſtantia, corpus, animal: uel etiam termini ſpecifici, ut homo, qui omnes dicuntur totum uniuerſale, quanuis Scotus terminos ſpecificos uocet ſingularia, quia ſunt minus uniuerſales, quàm generici. Et iſti termini, generici, ſicut et ipſa genera per eos ſignificata ab antiquis dicuntur totum in modo, aut quodam modo, & ab aliis totum potentiale, quia in potentia, non in actu continet in ſe ſuas ſpecies, & tanquam ſuas partes in repręſentando ſuperius continet ſua inferiora.

Ex quibua patet quòd ſpecies, ut homo, eſt totũ & magis confuſum phyſicum; & methaphyſicum in continendo plures partes phyſicas, & methaphyſicas, quàm ſua genera ſuperiora, puta quàm animal, corpus, ſubſtantia, ens: ſed quodlibet horũ generum eſt totum, magiſque confuſum in ſignificãdo, quia plura ſignificat, quàm terminus ſpecificus homo. Et idem dicendum eſt de quolibet ſuperiori reſpectu ſui inferioris, quòd ſcilicet inferius eſt magis totum, magiſque confuſum in continendo, ſed minus totum, minuſque confuſum, ſicut eſt minus vniuerſale in ſignificando, quàm ſuum ſuperius. Et ex hac diſtinctione, & declaratione pendet intelligentia huiua quæſtionis, & opinionum conciliatio, quæ variæ, & ſibi inuicem aduerſæ videntur.

Nota tertiò quòd hic eſt præſupponendum vt
notum, & ab omnibus conceſſum, quòd res ſingu- Nu. 3.
laris per notitiam apprehenſiuam ab intellectu, ſicut à ſenſu prius cognoſcitur, quã uniuerſale, quia illud eſt notius ſenſibus, à quibus pendet intellectus in cognoſcendo pro hoc ſtatu: modò intellectus illud cognoſcat directè ſecundum doctores communiter: modò indirectè, & per reflexionem ſecundum B. Thom. prima par. q. 85. 86. vt de hoc latius agit Gabriel in 1. diſtinct. 3. q. 6. & Soto. q. 2. ſuper 1. Phyſi. ſed oppoſito modo fit per notitiã intellectus iudicatiuam, ut inferius declarabitur.

Similiter præſupponitur ſecundum omnes quòd cognitione iudicatiua congnoſcuntur partes & principia, quàm totum, & quàm ipſa concluſio: è cõuerſo aũt fit cognitione confuſa iudicatiua intellectiua, uti hoc etiam infra magis dilucidabitur.

Sed tota difficultas eſt, Vtrum prior ſit notitia

judica-

iudicatiua intellectiua diſtincta, quàm confuſa eiuſdem rei: & Vtrum inter tota vel vniuerſalia prius confuſè cognoſcatur id, quòd eſt magis totum, & vniuerſale in ſignificando, quàm è conuerſo, puta Vtrum Petrus per intellectum iudicemus, quòd hęc res, quã video, eſt animal, aut ens, quàm quòd eſt homo &c. vel è conuerſo. Nam in hoc eſt varietas opinionum: ſed per quatuor propoſitiones ſubſequentes ad id reſpondetur.

Propo. I. Propoſitio prima. Ordo confuſè cognoſcendi in intellectu tàm apprehendendo, quàm iudicãdo pro iſto ſtatu præcedit ordinem diſtinctè cognoſcendi: ita videlicet quòd notitia intellectus confuſa præcedit diſtinctam, aut minus confuſam eiuſdem totius, & notitia totius præcedit notitiam partium eius in continendo, & in repræſentando proportionabiliter. Exempli gratia. Confuſa notitia huius hominis, qui eſt totum in continẽdo, quia videlicet continet plures partes phyſicas, aut metaphyſicas, eſt prior, quàm notitia diſtincta illarũ partium, ex quibus ille homo componitur. Nam prius cognoſco quòd hic, quem video, eſt homo, quàm quòd conſtat ex anima & corpore, vel ex animalitate ſubſtantiali. Similiter confuſa notitia iudicatiua totius in ſignificando, ideſt notitia magis vniuerſalis eſt prior, quàm diſtincta in ſignificã do, ideſt quàm minus uniuerſalis, ideſt quàm notitia ſuorum inferiorum, aut particularium: ita ꝙ audita voce confuſa prius iudicamus quòd eſt ens, quàm quòd ſit animal, & quàm quòd ſit homo: Et viſa re à longè prius iudicamus, vel per intellectũ cognoſcimus, & certi ſumus quòd eſt ens, deindè quòd eſt ſubſtãtia, vel corpus, deinde quòd eſt animal, deinde quòd eſt homo, & tandem quòd eſt Petrus, uel Martinus: quamuis notitia hominis, uel Petri ſit magis confuſa in continendo, quàm notitia animalis ſubſtantiæ &c. Et ita ad diſtinctius iudicãdum quid ſit aliqua res incipimus à notitia magis confuſa, vel ſuperiori, & magis uniuerſali, & ita procedimus per prædicata magis vniuerſalia tanquam à notioribus. Sed quando propè ſine ullo impedimento clarè videtur homo, tunc ſine temporis interuallo diſtinctius cognoſcimus & iudicamus quòd eſt homo, vel Petrus, quàm quòd eſt animal, aut corpus, ſubſtantia, uel ens, vt ait Scotus: & ita tunc cognitione perfecta, ſiue diſtincta prius cognoſcitur per intellectum pars, quàm totum in ſignificando, ideſt prius ſub conceptu inferioris, aut minus vniuerſalis quòd eſt Petrus, aut homo, quàm ſub conceptu ſuperioris, aut magis uniuerſalis quòd eſt animal, corpus, aut ens.

Ratio horum omnium eſt, quia omnis notitia cõfuſa, qua videlicet confuſè iudicãdo cognoſcimus quid ſit aliqua res, quamuis ſit certior, eſt tamẽ imperfectior, quàm diſtincta, & quàm minus confuſa eiuſdẽ rei, vel obiecti: ita quòd perfectius cognoſcimus diſtinctè, quàm confuſè, quamuis certius iudicemus confuſè quòd hæc res eſt ens, quàm animal, & quòd eſt animal, quàm homo. Et ſimiliter de notitia confuſa in cõtinendo dicimus quòd imperfectior notitia eſt, qua cõfuſè iudicamus de hoc homine, quẽ videmus, quòd eſt hic homo aut Sortes, quàm diſtincta in continendo qua iudicamus quòd conſtat ex ſuis partibus videlicet ex anima & corpore, uel ex animalitate, & rationalitate, & corporeitate, & ſubſtantialitate, ut ſuperius dictum eſt: ergo notitia confuſa eſt prior, quàm diſtincta eiuſdem rei ordine generationis: & magis confuſa prior, quàm minus confuſa eſt. Ita quòd incipiens cognoſcere rem uiſam à longè prius iudicat eſſe corpus, deinde animal, deinde hominẽ, & tandem Petrum: quamuis ſpecifica notitia hominis ſit magis confuſa in repręſentando. Probatur conſequentia: quia ordine generationis natura incipit, & procedit ab imperfectioribus ad perfectiora, & de potentia ad actũ, pro ſtatu iſto ſemper loquimur, ut habetur. 2. de generatione ca. 3. ubi Ariſt. ait quòd homo dum generatur prius uiuit uita plantæ uegetatiua quando eſt embrio, deinde ſenſitiua animalis, deinde uita rationali hominis: Ita etiam de potentia ad actum, ideſt de ſpeciebus ad notitiam rei producendam procedit intellectus ab imperfectiori ad perfectius, ut dictũ eſt. Inde fit quòd totum & confuſius & uniuerſalius eſt nobis notius, atque communius, quàm ſuæ partes, & quàm minus uniuerſale. ideò 1. phyſico. Ariſto. docet ab illis notioribus eſſe incipiẽdũ ad habendum poſtea diſtinctam, perfectamq́ue notitiam rei. Conſonat. B. Tho. 1. par. q. 85. artı. 3. q. 86. art. 1. & ibi Caietanus.

Ex ſupradictis patet concordia Scoti cum Beato Thoma. Nam Scotus dicens quòd prius cognoſcitur ſpecies, quàm genus, & quàm alia ſuperiors, loquitur de cognitione confuſa totius in continendo: Sed Beatus Thom. dicens quòd prius cognoſcitur genus ſuperius, ideſt res ſub ratione entis, aut quòd eſt ens, deinde ꝙ eſt ſubſtantia, uel accidẽs, deinde ꝙ eſt corpus, deinde ꝙ eſt animal, deinde ꝙ eſt homo, aut ſub ratione ſpeciei, loquitur aliquãdo de cognitione diſtincta totius in contiĩedo: aliquando etiam uocat illam confuſam non in continendo, ſed in repræſentando. Et uterque doctor ſuo modo ad ſuum intentum utique uerum dicit: ſed æquiuocatio, uariaq́ue uerborum acceptio eſt cauſa deceptionis in aliquibus, & apparentis uarietatis opinionum, quas refert etiam Soto ubi ſupra.

Propoſitio ſecunda. Notitia totius eſt perfectior, quàm notitia tantum partium eius in eodem genere uel ordine cognoſcendi: Ita uidelicet ꝙ notitia diſtincta huius totius puta Petri, uel huius hominis in continendo eſt perfectior, quàm diſtincta notitia tantum partium eius: & notitia confuſa eiuſdem hominis eſt perfectior, quàm confuſa tantum partium ipſius. Quod probatur: quia illa diſtincta aut confuſa totius includit notitiam diſtinctam, aut confuſam partium eius: ergo cõtinet maiorem perfectionem ex parte obiecti: & ultra hoc Propo. II.

manet

manet idem modus cognoſcendi ex parte notitiæ vtrobique diſtinctæ aut confuſæ cognoſcendo totum & partes, uti ſupponitur.

Similiter notitia diſtincta totius in repræſentãdo, ideſt notitia vniuerſalior continet notitiam diſtinctam partium eius, ideſt inferiorum in ſignificando: qui enim diſtinctè cognoſcit omnia ſignificata entis, aut animalis, diſtinctè etiam cognoſcit omnia ſua ſignificata inferiora ſub ente, aut animali contenta: & non è conuerſo. Confuſa etiam notitia illius totius, ideſt uniuerſalior continet etiã confuſam notitiam partium tantum eius, ideſt ſuorum inferiorum in ſignificando. Sed ut ſupra propoſitione prima dictum eſt ſemper notitia diſtincta eſt perfectior, quàm confuſa eiuſdem rei.

Ideò vt ſupra diximus ad habendam notitiam diſtinctam totius rei ſemper incipimus à cognitione confuſa totius in ſignificando, & per terminos, & notitias magis communes, & notiores in ſignificãdo: ſed quando incipimus iam diſtinctè cognoſcere reſoluendo, & perfectè ſcire, tunc à diſtincta notitia partium & principiorum incipimus ad habendam notitiam diſtinctam, atque perfectam totius rei, & partium eius ſimul.

Prop. 3. Propoſitio tertia. Prius cognoſcimus in hoc ſtatu confusè connotatiuè, quam abſolutè. Ratio eſt, quia notitia intellectiua pro hoc ſtatu pendet à ſenſu, hic autem cognoſcit ſolum accidentia ſingularia: ergo. Probatur conſequentia: quia accidentia ut pote notiora ſenſui, inhęrentiaque toti compoſito conferunt ad cognoſcendũ quod quid eſt, ideſt ſubſtantiam abſolutè, uel ipſum compoſitum ſubſtantiale cui inſunt, ex quo non niſi per accidentia incipit ſubſtãtia pro hoc ſtatu cognoſci, quod etiã patet experientia. Nam puer prius cognoſcit accidentia huius hominis, quem videt, & illius & alterius, uidelicet figuram colorem &c. & inde cognoſcit hoc ens album, & ſic uel ſic figuratum: & poſtea quando per intellectum incipit diſcernere, abſtrahit ab his & illis ſingularibus accidentibus & ſubiectis eorum, & format conceptum communiorem illorum omnium, quæ in illis accidentibus cõueniunt: quem uocãt a uel b pater, mamma, ut appellare docetur, deinde format conceptum commune omniũ cõuenientiũ cũ tali uel tali re ſingulari connotatiuè uel abſolutè, quæ ſe prius offert ſenſui, uel ad quam prius aduertit: & ſic abſtrahendo ab illis ſingularibus format conceptum communem connotatiuum vel abſolutum plus aut minus communem vt res illi ſe offert, & ipſe aduertit. Et hoc eſt uerum naturaliter & regulariter. Nam homo iam ſciens diſcernere, & ratione vtens poteſt ad libitum apprehendendo & iudicando per intellectum formare prius conceptum magis aut minus communem connotatiuum uel abſolutum abſtractum à ſingularibus ſibi oblatis, uel ad quæ magis aduertit, & quomodo homo ipſe abſtrahere & conſiderare voluerit, quia voluntas poteſt imperare intellectui quoad hoc. Et in hac propoſitione tertia conſonant Ocam, & Gabriel ubi ſupra, & communiter nominales, & Beatus Thomas prima parte quæſtione. 85. art. 3. q. 86. artic. 1. & ibi Caietanus.

Quòd ſi contra hanc tertiam propoſitionem arguatur quòd notitia totius albi præſupponit notitias partium, & per conſequens abſolutas ſubiecti, & albedinis.

Reſpon. id ſolum eſſe uerum in cognitione diſtincta, non autem in confuſa totius, nec in ordine cognoſcẽdi, quod eſt prius, quàm diſtinctè cognoſcere, licet non ſit perfectius vt ſupra diximus. & ita omnia conſonant. Et hęc opinio nominalium, quæ conſonat cum præfata prima propoſitione, poteſt optimè conciliari cum Beato Thom. & Scoto excludendo compoſitionem methaphyſicam ipſorum realizantium.

Propoſitio quarta. Intellectus ſeparatus à materia, & ſine impedimento prius, perfectius, & diſtinctè & abſolutè cognoſcit magis uniuerſalia, quàm minus uniuerſalia, & quàm ſua inferiora: quia cùm diſtinctè cognoſcat omnes partes methaphyſicas, id facere non poteſt, niſi prius diſtinctè cognoſcat priorem, quæ vniuerſalior eſt. Item quia ſicut ens eſt proprium & adæquatum obiectum eius, ita etiam ens, aut ſub ratione entis priuſquam ſub alia ratione inferiori cognoſcit, in quo omnes conueniunt. Quo non obſtante etiam intellectus cognoſcit ſingularia: ſed quomodo, latius agitur à doctoribus in 4. diſtin. 45. & in 2. diſt. 3. Sco. q. vlt. & diſt. 9. q. 2. & B. Tho. 1. par. q. 55. art. 3. q. 85. art. 3. q. 86. art. 1. & ibi Caie. Propo. 4.

Sed dubitatur, Cùm ſenſus non cognoſcat uniuerſalia, quomodo uerum eſt id primo Phyſi. quòd uniuerſale eſt ſenſu & nobis notius, quàm ſingulare, aut quàm minus uniuerſale? Dubium.

Reſpon. id dupliciter uerificari, ut tangit. B. Thom. 1. par. q. 85. art. 3. & ibi Caietanus. Primò illud eſt uerum quoad notitiam ſenſitiuam, & quoad apprehẽſiuam intellectiuam: ità uidelicet quòd uniuerſalia non quidem in ſe, ſed in ſingularibus, quæ dicuntur ſingularia uaga, ut hoc animal, hic homo, hoc corpus, hęc herba, ſunt tàm in ſenſu, quàm etiam in apprehenſione intellectiua correſpondente nobis notiora, quàm ſingularia determinata. Nam prius ſentitur per ſenſum, atque cognoſcitur per notitiam apprehenſiuam intellectua hoc eſſe hoc ens, aut hoc corpus, aut hoc animal aut hunc hominem, aut hanc herbam, quàm cognoſcitur per ſe quòd eſt Sortes, aut Plato, & huiuſmodi determinata, & ſimiliter de brutis dicendum eſt quòd per notitiam ſenſitiuam (in qua nos cum illis communicamus) ſentiunt vniuerſalia in ſingularibus, ideſt ſingularia uaga duntaxat, uti Galenus etiam in 2. lib. Methodi teſtatur. Reſpon.

Secũdò idem etiam uerificatur quoad notitiam intellectiuam iudicatiuam: prius nanque cognoſcũtur, & nobis notiora ſunt uniuerſaliora in prędicando, quàm minus uniuerſalia: & hæc prius, & notiora

tiora

tinra nnbis ſunt, quàm ſingularia quæcunque. Ita videlicet quòd in dubio certius & prius iudicamus per intellectum de aliqua re nobis propoſita, ꝙ eſt ens, quàm quòd ſit ſubſtantia: & quòd eſt ſubſtantia uel accidens, quàm quòd ſit corpus: & quòd eſt corpus, quàm ꝙ ſit animal: & quòd eſt animal, quā quòd ſit homo, vel equus, aut bos &c. & quòd eſt equus, vel homo, quàm quòd ſit Petrus, aut Martinus, aut Brunelus &c. Et ita vniuerſaliora ſunt nobis notiora quoad ſenſum & intellectum, vt declaratum eſt.

Ariſtotiles autem in 1. Phyſicorum non agit de ordine cognnſcendi, ſed de ordine docendi, & addiſcendi, dum ait ꝙ prius à communioribus, quæ in iudicandn per intellectum ſunt nnbis notiora; ad minus communia procedendum eſt. Nam in dubiis certius aſſentimur ꝙ homo eſt ens, uel ſubſtantia, quàm quòd eſt corpus, uel animal: & certius eſt ꝙ eſt animal, quàm ꝙ eſt rationale &c. vt dictum eſt. Et ita ad cognnſcendam naturam hominis prius oportet ſecundum primo Phyſicorū ſcire quòd eſt ens & ſubſtantia, quia hæc aſſertio nobis notior & certior eſt: deinde ꝙ eſt corpus, deinde quòd eſt animal &c. Et nihil aliud Ariſt. ibidem dicere prætendit. Cum quo ſtat quòd natura & propria accidentia uniuerſalium difficilius à nobis cognoſcuntur, quàm minus uniuerſalium, & ſingularium: quia ſcilicet illorum notitia longius à ſenſu eſt, vti primo Poſteri. Ariſtoteles ipſe teſtatur.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

Quæritur utrum ſit licitum ſtatutum, quo aliqui fideles repelluntur ab aliqua communitate, uel congregatione: puta à religione, collegio; confraternitate, uel à beneficijs eccleſiaſticis, aut dignitatibus uel publicis officijs, ſola ratione generis, quia uidelicet ſunt de genere hebræorum, ſarracenorum, ruſticorum, & huiuſmodi.

Reſpon. RESPON. Hic ſunt aliqua certa, quæ in quæſtionem non vertuntur: quorum primum eſt quòd cum his, qui ex genere hebræorum, aut ſarracenorum, aut aliorum infidelium trahunt originem, nō communicare in fide & charitate & lege & religine Chriſtiana, & in aliis virtntibus iuſtitiæ commutatiuæ, quę omnibus fidelibus ſunt cōmunes & operibus, quæ ad eorum ſalutem ſunt neceſſaria, damnabile eſt, & unitati Chriſtianæ, & proximnrum charitati contrarium. Item ſecundò certum eſt quòd non communicare cum illa natione in cęteris bonis, ſeu actibus externis, ſeu tēporalibus, ſi in tali ſint neceſsitate conſtituti, ut noſtra communicatio ſit illis neceſſaria ad uitam ſpiritualem, vel ſalutem, uel ad eorum ſeu noſtram vitam corporalem, vel ad vitandum ſcandalum, ſeu graue damnum reipu. ſeu detrimentum & huiuſmodi, damnabile eſt & contra charitatem, quam ad nos, & ad eos, & ad rempu. non ſolum affectu, ſed & effectu habere tenemur. Item tertiò certum eſt quòd non communicare cum illa natione in huiuſmodi bonis externis etiam extra caſus ſupradictos, ſi fiat ex odio nationis, aut perſonarum, aut iniuriam eorum, vel gratia lucri temporalis, ſeu honorū, aut dignitatis acquirendæ ambitioſè, aut ob aliam cauſam minus honeſtam, damnabile eſt, nec uidetur quomodo à culpa excuſari poſsit. Hæc omnia ſunt adeò clara ut alia probatione non indigeant: quæ tamen ex infra dicendis amplius pateſcent. Quod autem in dubiū uertitur eſt, utrum ſit damnabile non communicare cum illa natione iam fideli in prædictis bonis externis extra caſus, & cauſas ſupradictas, idque ſola ratione generis. Ad quod per tres concluſiones videtur reſpondendum.

Damnabile eſt non communicare cum hac uel illa natione iam fideli extra caſus, & cauſas ſupradictas eos repellendo à collegiis, & communicationibus, officiis, dignitatibus, & adminiſtrationibus publicis, conuenientibus communiter omnibus aliis fidelibus chriſtianis, ſi id ſola ratione generis ſine ulla cauſa rationabili fiat. Concl. 1

Probatur decupliciter. Primò quia ſi ſola ratione generis ſine alia cauſa rationabili fiat, eſſet contra unitatem, & communicationem fraternam euāgelicam, ſiue chriſtianam in gratia euangelica. 1. Ra. Quod probatur: quia ſecundum Tho. opuſculo. 6. de ſymbolo, ibi, Credo vnam ſanctam eccleſiam, communicatio gratiarum, & donorum eccleſiaſticorum pertinet ad unitatem eccleſiaſticam: nam gratia euangelica, quæ omnibus communis eſſe debet, non ſolum includit gratiam gratum facientem, & fidem, & gratias gratis datas, & charitatē, ſed & omnia munera, & dona à Chriſtn, & eccleſia inſtituta ad talem gratiam, & dnna Spiritus ſancti in alios diffundenda, & in ſe acquirenda: ut ſunt gradus eccleſiaſtici, ſacramenta, & munera omnia eccleſiaſtica, puta doctoratus, dignitates, beneficia, ſeu prębendæ, & huiuſmodi: & tandem communicatio in omnibus, in quibus chriſtiani aliàs idonei communicāt, ita quòd ſola ratione generis in his nulla fiat diſtinctio.

Secundò patet idem ex Paulo in ſuis epiſtolis, & præcipuè ad Ro. 2. Ra. Nam ut optimè etiam diſſerit erudiſsimus uir magiſter Soto in argumento ſuper ipſam epiſtolam ad Ro. Iudæi ad fidem Chriſti in exordio naſcentis eccleſiæ conuerſi errabāt in tribus, ut elicitur ex Auguſt. ad Simplicianum, li. 1. q. 2. Primò errabant putantes ex merito legis ueteris à ſe ſuiſque ſanctis patribus præcedentibus iam diu obſeruatæ ſe meruiſſe aduentum Chriſti, ſub hac lege & conditione, ſeu pacto promiſsi, & gratiam legis euangelicæ, & iuſtificationem apud Deum. Secūdò errabant ęſtimantes quòd ideò lex euangelica non erat gentibus diuulganda, neque gentes ad eam erant admittendæ, ſed ſolum Iudęi. Tertiò poſtquam hunc errorem deducti ſunt per

Apoſto-

apoſtolos, ut patet Actuũ, 10, & 11. capite, errabãt ẽt credentes legẽ ueterem, & pręcipuè circuncifionẽ ſimul cũ lege noua eſſe ſeruandã; maximè in hoc quod de gentilitate ad fidem cõuerſi nõ eſſent recipiendi ad cõicationẽ in lege & gratia euãgelica, niſi per ipſorum iudæorũ iã ad fidem cõuerſorum anctoritatẽ. ſ. nõ niſi per profesſionem pręuiã circuncifionis, & cęremoniarũ ueteris legis: ſicut Proſelyti quondã ad iudaiſmũ per eos recipiebãtur: ut non tãtũ Chriſto, ſed ẽt ipſis iudæis beneficiũ illud receptionis ad fidẽ & gratiã euangelicã, & ad cõicandũ intra eccleſiã in iis, quę ad munera pertinent eccleſiaſtica aſcriberetur: ut uel ſic in lege gratiæ, & ĩtra eccleſiã Chriſti titulũ aut præeminẽtia honoris prę gentibus recẽter ad fidẽ cõuerſis haberẽt, idq́; propter fidẽ, & diuturnã ueteris legis obſeruantia: & quia in ſpe & fide Chriſti uenturi ſub onere legis portauerant pondus diei & æſtus, ut Matth. 20. habetur. Ex hoc aũt ultimo errore multa & grauia diſſidia ſequebantur inter cõuerſos ex iudaiſmo, & gẽtibus. Nã ex hebræorũ genere cõuerſi, ut pote qui trahebãt originẽ à fidelibus antiquis, pręcellere uolebãt cõuerſos ex gẽtibus in honoribus, & dignitatibus, muneribus, & actibus eccleſiaſticis, uel intra eccleſiã, ut patet ex prologo beati Hieronymi ſup ad Ro. quã pręcellentiã ex gẽtibus cõuerſi utiq; nõ admittebãt: ſed potius cõtra illos pręcellere uolebant: ut pote qui aduerſus Chriſtũ uerum Deum ſemel cognitum nunquam, ut illi, perfidi fuiſſent.

Ideo Paulus ſe dat in mediũ oſtẽdens q̃ propter nulla merita ipſorum, aut ſeruatę legis Chriſtus uenit, & gratia euangelica, & iuſtificatio data eſt; ſed ex gratia & miſericordia Dei; q̃q́; iam nõ ualet circũciſio, neq; lex uetus in noua lege gratiæ: q̃q́; ex cõſequenti nulla iã diſtinctio, & pręexcellẽtia in lege euãgelica intra eccleſiã quoad Deũ & hoĩes rõne generis eſſe debet in ſupradictis muneribus eccleſiaſticis: ſed q̃ oẽs iam gratis iuſtificati pacẽ habeamus, ut ad Ro. 5. cõcludit Paulus. Igitur ex prædicto intento, B. Pauli conſtat q̃ rõne ſola generis nõ debet ulla eſſe differentia in ſupradictis: ſed pacifica & æqua cõicatio ĩter oẽs regeneratos per baptiſmũ, & in unum corpus eccleſiæ coadunatos, ſecundum ẽt Ambroſ. reliquosq́; doctores ſuper epiſtolã ad Ro. 3. & 10. & 15. ca. quoad prędicta. Non eſt diſtinctio iudæi & græci, & 12. ca. Multi unum corpus ſumus in Chriſto: & Epheſ. 2. Eſt lapis angularis Chriſtus faciẽs utraq; unũ, & Galat. 6. In Chriſto Ieſu neq; circuncifio aliquid ualet, neq; præputiũ &c. Itẽ Epheſ. 2. & Philip. 3. & Actuũ. 10. 16. Itẽ Epheſ. 3. Cohæredes cõcorporales, & cõparticipãtes promisſionũ Dei, ſecundũ Nicolaũ Lyra, oẽs cõuerſi ex iudæis, & ex gẽtibus debẽt eſſe cohæredes. ſ. glorię cœleſtis: & cõcorporales. i. ſimiliter Chriſto incorporati: cõparticipes promisſionũ Dei, i. ſimiliter debent eſſe participes bonorũ, ſeu donorũ gratiæ, i. fidei, ſeu euãgelij promiſſorũ, ut ſupra declaratũ eſt. Et ad idẽ eſt Hieronymus. Itẽ Actuũ 6. Factus eſt murmur gręcorum aduerſus hebręos eo q̃ in miniſterio quotidiano deſpicerẽtur uiduæ eorũ. Tunc. n. illi gręci erant neophyti in fide: Et ideo ſpernebãtur uiduæ eorũ; nec admittebãtur ut aliæ uiduæ hebræorũ ad cõicationẽ, ſeu miniſteriũ, de quo ibi agitur: ideò p̃ apoſtolos prouiſum eſt. Nũc igitur ſimiliter prouidẽdũ eſt quoad neophytos ex hebræis, ſi ſola rõne generis ab eccleſiaſticis ſeu publicis miniſteriis cõibus, & cõgregationibus repellãtur, ut dictũ eſt. Quòd ãt prędictæ, & alię ſimiles auctoritates, ĩnte ligãtur nõ ſolũ de cõicatione in fide, charitate, & ſacramentis, ſed ẽt in miniſteriis, & officiis, & actibus eccleſiaſticis, & publicis, ſi ſint aliàs idonei, ſicut alii antiqui chriſtiani, ſeu ex antiquis originẽ trahentes (ut ait prima cõcluſio) inde cõſtat q̃ B. Paulus fideles Romanos ex hebręis gẽtibusq́; cõuerſos nititur cõciliare, nõ quidẽ quia de rebus fidei, ſed quia de præcellẽtia in honoribus, & dignitatibus ĩtra eccleſiã diſſidebãt, ut ex B. Hieronymo, cęteriſq́; doctoribus ubi ſupra facilè cõſtat: tu ẽt quia ad hoc propoſitũ allegãtur per cõcilia, & per bullã Nicol. 5. ut in probatione tertia ſequenti habętur: & per B. Tho. ubi ſupra, & per alios doctores, ut etiam latius hoc probat Mõtaluo ſuper foro regio Hiſpaniæ, lib. 4. titu. 3. l. 2. ibi uidentur.

Tertiò probatur cõcluſio prima p̃ cõcilia & auctoritatẽ papalẽ. Nã ĩ quodã cõcilio Toletano ſub Alphõſo ſapiente Hiſpanorũ Rege, & ĩ quadã alia ſynodo Toletana celebrata p̃ Archiepiſcopũ D. Alphonsũ Carrillo, quæ ut fertur habetur ĩ archiuo ſynodorũ in eccleſia ſanctę Mariæ cõpluten. ſic habetur. Quia iuxta Apoſtoli ſ͞niam ab oĩ ſpẽ nos decet abſtinere &c. & ĩfra, Percepimus (qđ dolendũ eſt) q̃ ĩ ciuitate Toletana, & ĩ aliis ciuitatibus, oppidis, & uillis noſtri Archiep̃atus reperiuntur multę cõfraternitates, capitula, & collegia, quæ ſub fuco pietatis nõ recipiũt ad ſuã ſocietatẽ nouiter cõuerſos ad fidẽ: alii nõ recipiũt eos, q ab antiquo ad fidẽ cõuerſi ſunt: hoc ĩ ſui erroris p̃ſidiũ aſſumẽtes q̃ ad id teneãtur aſtricti ſtatutis & ordinationibus, pactis, iuramẽto, & aliis pęnis, ac uiculis roboratis, & ſi quis ad eorũ ſocietatẽ recipiẽdus eſt, prius ĩquiri faciũt de quã progenie ortus ſit: ex quo ſequuntur grauia ſcãdala ĩter Chriſti fideles: Quę nos attẽdentes, ac ex intimis uiſceribus pacẽ, & tranquillũ ſtatũ nobis ſubditorũ affectãtes, ſancta ſynodo approbãte, pia & ſingula ſtatuta hmõi cõſuetudine, iuramento, & aliis pęnis roborata irritam', & nullius roboris uel ualoris eẽ decernimus, & cõtraria iuri & charitati declaramus: & relaxamus quęcũq; iurramẽta hac occaſione edita, & reprobamus, & anathematizamus oẽs confraternitates, collegia, capitula, & cœtus, ĩ q̃bus ĩ poſterũ tales diuiſiões nationũ, & generũ fieri cõtigerit publicè uel occultè ſub quocũq; colore. Et iubemus q̃ ſi qui circa hoc aliqđ ſtatutũ fecerũt, & cõgregationẽ vbi tales diuiſiões obſeruãtur, q̃diu ĩ talibus ſchiſmatibus perſeuerauerint &c. & ĩfra, Prohibemus ẽt oĩbus p̃ſonis eccleſiaſticis ſub excõicationis maioris pęna, ne p̃dictas p̃ſonas cõuenire permittãt ĩ ſuis eccleſiis, uel parochiis, nec eis

Tertia ratio.

celebrent miſſã, uel diuina officia quã diu in prædicto ſchiſmate perdurauerint. hæc ibi ad literã: ubi patet tales inſtitutiones eſſe erroneas, ſcãdaloſas, ſchiſmaticas, & cõtrarias iuri & charitati, i quibus rõne generis a ſocietatibus, & cõtutibus repellun tur nouiter ad fidẽ cõuerſi, uel ab eis originẽ trahẽtes. Itẽ in cõcilio Baſilien. Seſſ. 16. decretum eſt, ut ſingulis annis die, qua celebratur anniuerſariũ electionis, ſeu coronationis Papæ intra miſſarũ ſolennia quidã Cardinalis publicè corã Papa iter alia ſalubria monita dicat, Nõ ſis acceptator perſonarũ, nec ſanguinis, nec patriæ, nec natiõis, Oẽs filii Dei ſunt, & tuæ curæ, & cuſtodiæ cõmiſſi. Et in Seſſ. 19. ſic habetur, Dioceſani hmõi neophytos, ſeu nouos chriſtianos, qui per gratiã Dei infidelitate repulſa ad fidẽ cõuerſi ſunt a cõtumeliis & detractationibus paterna affectione defendant; & qui per gratiã baptiſmi ciues ſanctorũ, & domeſtici Dei efficiuntur, cùm lõge dignius ſit regenerari ſpiritu, quã naſci carne, hac edita lege ſtatuimus, ut ciuitatũ & locorũ, in quibus ſacro baptiſmate regenerãtur, priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus gaudeãt, quæ dutaxat rõne natiuitatis, & ordinis alii cõſequũtur, hæc ibi. Quãtò magis his gaudere debẽt qui ab oli conuerſis & chriſtianis orti ſunt. Quòd ſi dicatur hoc non habere uim concilii; ſaltem habet auctoritatem doctiſſimorum uirorum ibi congregatorũ.

Bulla Nico. 5. Item Nico. 5. anno domini 1409. ſic ait: Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei ad perpetuã rei memoriã. Humani generis inimicus illicò quò uerbũ Dei cadere in terrã bonã conſpexit, operã dedit ſeminare zizaniã; ut cõculcato ſemine nullũ fructũ produceret, prout uas electionis Apoſtolus Paulus huius zizaniæ præcipuus extirpator refert, quod in initio inter conuerſos ad fidẽ differentiis antelationis exorta eſt: Iudæis cũ gẽtibus de prælatione cõtẽdentibus, aliis aliter in Dei eccleſia ſciſurã inducere cupientibus: cũ alii Cephę, alii Apollinis eſſe certarent, redemptor noſter hæc prouidẽs ab initio naſcentis eccleſiæ ordinauit qui hmõi zizaniã extirparent, humanaq; imbecillitate peccãtibus, aut lapſis occurrerent; prout ipſe Apoſtolus ad Ro. ſcribens oẽ huius antelationis diſſidium diuinis uerbis euertit. (Ro.) Atq; Petrus Apoſtolorũ princeps in ſingulis diœceſibus ordinatis epiſcopis oẽm ſchiſmatis occaſionẽ ſubmouit. Nos igitur redẽptoris noſtri exẽplo, cuius uices ad hmõi tollẽda diſſidia, locũq; licet immeriti tenemus in terris, prẽfatorũ exẽplis edocti oĩ uigili cura cõpellimur operã dare, ut his, quæ iter fideles poſſent aliquã diuiſionẽ parere, noſtri pontificalis officii auctoritate occurramus: ut inter fideles charitatis amor & unitas uigeat. Nihil .n. eſt quod tã inter fideles cõueniat, quã q̃ i oĩbus ſit uelle unũ, dicẽte Apoſtolo, Sicut .n. corpus unũ mẽbra multa habet, oĩa aũt mẽbra corporis cũ ſint multa, unũ tamen corpus ſunt; ita & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu oẽs nos in unũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi oẽs in uno ſpũ potati ſumus: unũ corpus, & unus ſpũs: ſicut uocati eſtis in unã ſpẽ uocationis ueſtrę, unus ſpũs, una fides, unũ baptiſma, unus Deus, & pater oium. Percepimus quoſdã nouos zizaniæ ſeminatores affectãtes huius unitatis, & fidei noſtrę ſalutare documentũ cõtemnere: & quod per uas electionis Paulũ Apoſtolũ extirpatũ fuerat diſſidiũ in diuerſis partibus maximè i regnis chariſſimo filio noſtro Ioãni Caſtellę & legionis regi illuſtri ſubiectis renouare auſu temerario aſſerere, q̃ qui ex gẽtilitate, aut ex iudaiſmo, aut alio quouis errore chriſtianæ fidei ueritatẽ cognouerunt, & baptizati ſunt (& quod grauius eſt) eorũ filios propter nouã aſſũptionẽ fidei nõ debere ad honores, dignitates, officia, tabellionatus, & ad teſtimoniũ in chriſticolarũ cauſis admitti: & eos uerbo & facto cõtumeliis afficientes. Quæ cũ à redẽptoris noſtri iſtitutis aliena ſint eodẽ Paulo Apoſtolo teſtãte, cũ dicat Gloria, honor, & pax oĩ operãti bonũ, iudæo primũ, & græco. nõ eſt .n. acceptio perſonarũ apud Deũ. Et oĩs, qui credit nõ cõfundetur. Nõ .n. eſt diſtĩctio iudęi, & gręci: Nã idẽ dominus oĩum diues in oẽs, qui inuocãt illũ: & alibi, In Chriſto Ieſu neq; circuncitio aliquid ualet, neq; prępuciũ: ſed fides, quę per dilectionẽ operatur. Hos ut à ueritate fidei catholicę aberrãtes ad uiã ueritatis reducere ac quatenus exceſſerunt animaduertere cupiẽtes: tũ nõ tã auctoritatibus pręmiſſis diuinis cõtradicant: ſed illuſtriũ principũ quondã Alphõſi ſapiẽtis cognominati, & Hẽrici, & chariſſimi filii noſtri Ioannis Moderni Caſtellæ, & legionis regum pro fidei augmẽto perpetuis ſãctionibus, authẽticis literis eorũ ſigillo munitis, grauibus pœnis uallatis per nos uiſis, & maturè diſcuſſis, quibus ſãxerũt ut iter nouiter cõuerſos ad fidẽ maximè de populo Iſraelitico, & antiquos chriſtianos nulla in honoribus, dignitatibus, & officiis tã eccleſiaſticis, quã ſecularibus ſuſcipiẽdis & habendis diſcretio fiat; ac affectãtes ut quiſq; quæ recta ſũt ſapiat: & qui cõtra chriſtianæ legis normã falſa ſeminare, & proximos ſcandalizare, quę unitatis, & pacis cõtraria ſũt pręſumpſere, debitis pœnis affecti errores eorũ agnoſcant, pręfatorum principum ordinationes & decreta ut iuri & ſacris canonibus cõformis ſuper his edita, & proprio motu & certa ſcientia approbamus, & apoſtolicæ auctoritatis munimine roboramus, ac omnibus & ſingulis cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut conditionis fuerint eccleſiaſticis, uel ſecularibus, ſub excommunicationis pœna mandamus, ut omnes & ſingulos ad chriſtianam fidem conuerſos, & in poſterum conuertendos, ſeu ex gentilitate, ſeu ex iudaiſmo, ſeu ex quauis ſecta uenerint, aut uenire contigerit, & eorum poſteros tàm eccleſiaſticos, quàm ſeculares catholicè, & ſecundum quod decet chriſtianum uiuentes, ad omnes dignitates, & officia, tabellionatus, teſtium depoſitiones, & omnia alia, ad quæ alii chriſtiani quantumcunque antiqui admitti ſolent, admittant: nec propter fidei nouam receptionem inter eos & alios chriſtianos diſcretiones faciant: nec uerbis aut facto

Marginal notes: Ro. — Ro. — Ro. 12. 1. Cor. 12. Ephes. 4. — Ro. 2. — Ro. 10. — Galat. 6. & 5. ca.

ctio contumeliis afficiant, aut affici permittant: ſed oĩ eorum poſsibilitate contradicant, & opponãt: & eos eũ charitate proſequãtur ſine perſonarũ acceptione. Oẽs catholicos unũ eſſe corpus i Chriſto ſecundũ fidei doctrinã, quos oẽs tales eſſe, & pro talibus ab oĩbus haberi harũ ſerie decernimus & declaramus. Verum ſi qui ex eis poſt baptiſma chriſtianorũ fidẽ nõ ſapere, aut gentiliũ aut hebræorũ errores ſectari, uel dolo uel ignorantia chriſtianæ fidei nõ ſeruare præcepta inuẽti fuerint, quibus casibus quæ in Toletano cõcilio maximè capire cõſtituit, & alibi cõtra hmõi apoſtatas à fide nõ pariter cũ aliis fidelibus bonis ad hmõi honores admitten dos decreta ſunt, locũ ſibi uendicent (prout præfati reges rectè ſacros canones intelligentes in præmiſſis eorũ cõſtitutionibus quaſdã eorum leges interpretati ſunt) aut aliàs ad cõpetentẽ iudicẽ, & quod iuſtũ eſt fieri publica auctoritate legis ſeruato ordine ſtudeat; nec quisquã propria auctoritate, aut iuris ordine nõ ſeruato cõtra diuinarum, humanarũq; legum doctrinã aliquid in eos, uel eorũ aliquẽ audeat attẽtare. Et uenerabilibus fratribus epiſcopis cõmittimus & mandamus, ut cõtra eos, qui contraria præmiſsis in poſterũ dogmatizare præſumpſerint, & præfatis chriſti fidelibus uerbo uel facto propter præmiſſa iniurias intulerint, aut hactenus intulerunt, & contra prſtantes auxilium, conſiliũ, uel fauorem, oĩ iuris ſolennitate omiſſa, ſola facti ueritate inſpecta, ad priuationes, inhabilitationes, corporalẽ capturã, & alias pęnas pecuniarias, prout qualitas delicti requirere uidebitur procedant, uel alter eorum procedat. Datum Fibriani Camerinenſis diœceſis anno incarnationis dñi 1409. Põtificatus noſtri anno tertio, ſub plumbo & filis ſeris. hæc ibi; Et ego ipſe hanc bullã ſub plumbo uidi unde ad literã eã tranſcripſi. Ex quibus oĩbus in hac bulla cõtentis patet, Nico. 5. declaraſſe & diffiniſſe eos, qui horum generum ſegregationes faciunt, eſſe cõtemptores unitatis eccleſiaſticæ, tranſgreſſores ſalubrium fidei documẽtorum, ſeminatores zizaniarum, ſcandalizatores proximorum, cõtrarios unitati & paci chriſtianæ, errãtes à ueritate fidei, ſeminatoresq; falſitatis, cõtra regulas fidei chriſtianæ, & cõtra ſacrã ſcripturã: cuius auctoritates prædictus põtifex ex Paulo ad prædictum intentũ probandum adducit. Proinde decreuit prædictus põtifex, quod nulla fiat differẽtia inter hos, & illos chriſtianos, ẽt nouiter ad fidem cõuerſos, ex hac uel illa natione gentilium, uel iudæorum, in oĩbus dignitatibus, & officiis, & aliis actibus eccleſiaſticis, & ſecularibus præſentibus & futuris, ſub pęna excõicationis. Et quidem papa id ita declarauit, & diffiniuit, & ſtatuit: quia uerè tales diuiſiones ſunt aliàs contra charitatem, & unuatem chriſtianã, & ſchiſmaticæ, & erroneæ. hanc etenim cauſam præfatæ ſuæ declarationis & diffinitionis adducit.

Plures etiam aliæ bullę pontificales datę ſunt ſuper hoc ordinibus fratrum prędicatorum, & minorum: ne uidelicet trahentes originẽ ab hebręis repellãtur ab eorũ habitus ſuſceptione, & ab officiis eorundem ordinũ; niſi aliàs ſint ipſi, uel eorũ parentes intra quartum gradum nota hęreſis maculati: quãuis in aliquibus ipſorum ſtatutis, & apoſtolica auctoritate firmatis aliter diſpoſitum, uel ordinatum ſit. Quas literas authẽticas ego ipſe uidi, & legi. Ita ẽt in cõſilio & curia regali Valliſoleti quodã decretum eſt ſuper quadã lite mota iter nobiles ciuitatis Guadalaſara, & trahentes originem ab hebræis. Sed quia ĩ prefata bulla Nico. 5. cõtinetur id omne, quod in aliis ad rem breuiter tangitur: quę & non ad inſtantiam partis, nec ſolum ſtatuendo, ſed ex proprio motu tãquam rem fidei & morum diffiniendo procedit (quod certè magni ponderis eſt) ideò reliquę literę pontificales, quæ pro & contra ſunt, omittuntur.

Quartò principaliter probatur idẽ: quia Aug. q. 12. de quęſtionibus Euangeliorũ li. 3. dicit eos eſſe ſchiſmaticos, qui à ſuis gradibus alios degradãt, expelluntq; à ſuis cõgregationibus, ſeu in eis nõ admittũt, aut ipſi ab eis exeunt, nolẽtes cõicare: licet ad id cauſas exquirãt, & licet corporaliter cũ aliis in eccleſia adſint. Et ad idẽ eſt ipſe Aug. ad Bonifaciũ cõtra donatiſtas dicẽs ꝙ donatiſtę ĩ principio à catholicis nõ de fide diſsidebant: cũm utrorumq; eadem eſſet fides: Sed quia ſimul conuenire nolebant, neque couti ſimul, ut Iudæi cum Samaritanis Ioan. 4. Ad idem eſt Gregor. mora. li. 18. cap. 15. & Tho. ſecunda ſecundę q. 39. arti. 1. ubi de ſchiſmate agit, ergo ſimiliter in negotio præſenti. *Quarta ratio.*

Quintò principaliter idem probatur. Quia ſecũdũ Tho. ubi ſupra ſecunda ſecundę q. 39. nõ cõicare fideles inter ſe in his, quę ad fidẽ, & charitatẽ cõducunt, ut ſine eis uix fides, aut charitas nutriri, aut cuſtodiri poſsit, derogat chriſtianę unitati, ut patet ex ſupradictis: tale aũt eſt non admittere oẽs ad publicã & cõem ſocietatẽ aliorũ chriſtianorũ, quia uix põt charitas cõſeruari, aut nutriri inter eos, qui nolũt cõicare in tali cõi ſocietate cõgregationum propter ſolã diuerſitatẽ generis; ergo derogat chriſtianę unitati nolle cõicare cũ eis in prędictis. Et ad idẽ eſt Tho. in tractatu cõtra impugnãtes religionẽ. ca. 3. ubi agens de illis, qui nolũt aliquos admittere ad ſuã ſocietatẽ, & rẽ diffuſius inquirens ait, Dãnoſa eſt horũ opinio, quia derogat unitati eccleſiaſticę, quę cõſiſtit in hoc ſecundũ Apoſtolum ad Ro. 12. ꝙ multi unum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membrum: & ibi gloſſa. Sumus alter alterius membra, dum ſumus aliis ſeruientes, aliis indigentes &c. hęc Tho. *Quinta ratio.* *Ro. 12.*

Sextò principaliter idẽ probatur ſecundũ Tho. i prędicto tractatu cõtra impugnãtes religionẽ c. 3. quia cui cõpetit aliquis actus, cõpetit ẽt admitti ad ſocietatẽ illorũ, qui ordinãtur ad illũ actum: Sed oĩbus à iure nõ inhabilitatis ad actum religionis, doctoratus, ad beneficia, & dignitates eccleſiaſticas, & ſeculares, & hmõi ſocietatũ, cõpetit talis actus talium congregationum, officiorum, & dignitatũ, & tales ſunt chriſtiani etiam trahentes originem *Sexta ratio.*

ab hebræis, quia non ſunt à iuee inhabilitati ad prædictos actus, ut patet, nã detur ubi, potius dabitur ꝙ ſunt habiles ad id ex iure ut patebit ex infra dicẽdis: ergo ipſis competit, ſicut & aliis chriſtianis admitti ad tales ſocietates, quæ ordinantur ad prædictos actus, & habent ius ad id, quo non niſi iniuſtè priuari poſſunt.

Septima ratio. Septimò principaliter idem probatur. Quia ex quo tales ducentes originẽ ab hebræis admittũtur per eccleſiã ad ordines eccleſiaſticos, beneficia ẽt curata, & dignitates, quare ergo nõ ſimiliter, & potius ad beneficia non curata, religiones, & collegia literarum, & ad alias cõmunes congregationes? Et quidem undique diſſonũ eſt ꝙ tales ſint habiles, & admittantur ad epiſcopatum, & nõ ad beneficium ſimplex, ſeu non curatũ: nã hęc minoris ſunt ſtatus, honoris, & dignitatis: & religio potius eſt ſchola uirtutũ, ut ibi homo per uirtutes magis purgetur, & perficiatur. Et hac ratione motus Reuerendiſsimus Cardinalis Fr. Franciſcus Ximenez Archiepiſcopus Toletanus de ordine minorum conſuluit tales admitti debere ad religionem, qui per eccleſiã ad ſupradicta admittuntur.

Octaua ratio. Octauò principaliter probatur. Nam cõſtat experientia ꝙ quando aliqui ſunt admittendi ad prędicta collegia, ſeu congregationes, ſolum fiunt examinatiões, ſeu inquiſitiones de genere: & talis diuerſitas generis ſufficit omnino & quantũcũque aliàs habiles ſint, & idonei, nõ admittũtur ad illas ſocietates, collegia, ſeu religiões & c. hmõi, ergo cõſtat id fieri ex odio illius gñris, aut in iniuriã eius, aut ſola ratione generis: & per conſequens illicitè, & iniuſtè eos excludi. Patet conſequentia, quia nulla alia cauſa iuſta & rõnabilis eſt ad tales aliàs idoneos repellendũ. Nã oẽs cauſę iuſtæ ad repellendũ aliquos ab hmõi officiis & ſocietatibus cõtinentur iam, & ſunt expreſſæ in iure canonico, ut patet, in ca. cõſtitutum. de hæreti. lib. 6. Neophyti aũt, qui repelluntur à dignitate epiſcopali in diſt. 48. & diſt. 49. ca. neophytus. intelligũtur ſecundũ gl. nouiter cõuerſi ad fidem, uel religionem illo anno, undecũque cõuerſi ſint: quia nõ debent fieri Epiſcopi, ſeu prælati tam citò, quia nõdum ſunt ſatis inſtructi, ut ibi ait textus, & gl. Et ita oẽs chriſtiani trahentes originẽ à quacũque natione admittuntur à iure ad officia, & dignitates eccleſiaſticas, ut patet ca. eã te, de reſcriptis. & ca. ad decorem. de inſtitu. & ca. uenerabilis. de præben. & dignita. & nulla cauſa eſt ratione generis ut repellatur quis à prędictis: ſed omnes cauſæ iuſtæ ad repellendum aliquos à prædictis officiis, & congregationibus ſunt communes perſonis huius, & illius generis, aut nationis.

Si ad hoc reſpondeatur ꝙ nõ ratione generis tãtũ fiunt tales inquiſitiones & repulſiones: ſed rõne uitii, aut uilitatis talibus ex tali genere cõiter annexæ, ſeu conſequentis, ut tale incõmodum euitetur, quod rõnabiliter & licitè põt euitari, ut infra in tertia cõcluſione habetur. Contra hoc replicatur quia talia uitia morũ nõ poſſunt rõnabiliter pręſumi de omnibus cõiter trahẽtibus originẽ ex tali genere; cùm ſint uitia perſonæ, nõ aũt generis, & in aliis eadẽ ſeu maiora uitia reperiãtur, quę oĩbus ferè habẽtibus uſũ liberi arbitrii, & à libero arbitrio nõ à natura proueniunt. Nunc ãt ex culpa aliquorũ nõ debẽt alii tales pręſumi, maximè prę aliis alterius generis ĩ quibus ſimiliter multi deficiũt, ut ait B. Th. in tracta. cõtra impugnãtes religionẽ, & Auguſt. in epiſtola ad clerũ & populũ hipponen. & habetur ĩ ca. multi. 2. q. 1. & maximè cùm talia uitia nõ ſint regulariter à natura annexa, uel inſeparabilia tali generi, aut perſonis illius generis, ſaltem poſt aliquantum temporis ab eorum, ſeu prędeceſſorum cõuerſione, & inſtructiõe in fide & moribus chriſtianis, uti de hoc infra conclu. 3. latius habetur.

Nona ratio. Nonò principaliter probatur idẽ, quia in pertinentibus ad fidẽ uel mores, quale eſt negotium præſens, nõ eſt ſtandũ rõnibus ẽt apparẽtibus, niſi ſint euidẽtes aut manifeſtæ, qñ ſunt cõtra auctoritates ſacrę ſcripturę, ſiue doctorũ, cõiter dicentes oppoſitũ, quia per illas rõnes facilè & periculosè, per auctoritates aũt uix, aut nunquã decipi poſſumus; ut hoc ẽt ex Buridano ſup Ethica ait Gerſon, alphab. 18. V. Nũc ãt in re pręſenti ſunt auctoritates ſacrę ſcripturę, atq; doctorũ expresſius ſonãtes in fauorẽ, ſeu cõfirmationẽ præfatæ primę cõcluſionis cõtra oppoſitã opinionẽ, ut ex bulla Nico. 5. & cęteris ſupradictis cõſtat: Et eſt ſecurius talia ſtatuta in oppoſitũ cauere, & periculoſum ea condere, & ſeruare, ut dixit B. Tho. ubi ſupra, quod ẽt patet, quia dubiũ eſt utrũ id liceat: & certũ eſt oppoſitũ eſſe licitum, cùm nulla auctoritas ſacrę ſcripturæ, ſiue doctorũ ſactorũ, neq; rõnes efficaces uel ſufficientes ſint pro tali ſtatuto, uel opiniõe: cõtraq; ſint rõnes & auctoritates in oppoſitũ ut dictũ eſt. Igitur cũ in dubiis tutior pars ſit eligẽda ca. iuuenis. de ſpõſalibus, ſequitur itentũ prętatę primę cõcluſiõis. ad qđ ẽt quodãmodo facit Aug. lib. 2. ad inquiſitiones Ianuarii, q. 18. & habetur, 12. diſt. ca. oĩa ibi uideatur.

Decima ratio. Decimò principaliter tandem idem probatur, quia lex eſt, & dicitur iniqua, fouẽsq; pactũ, ex qua plura uel maiora mala ſequuntur, quã fierent ſine illa, ut bene agit Adria. de teſti. q. vtrũ eccleſiaſticus teneatur reſtituere quod in alea lucratur, ut latius in 6. quolib. ar. 3. ſecundũ ca. ex parte. de cõſuetudine. Nũc ãt ex talibus ſtatutis, & eorũ obſeruatione nulla ferè utilitas eſt: cõtra uerò plura crimina ide ſequuntur, quã fierent ſine illis: puta ambitiones, auaritiæ, odia, inimicitiæ, criminationes, infamiæ, rixę, lites, piuria, ſcãdala, & hmõi alia multa, quę ipſa nos docet experientia, igitur pria cõcluſio uera.

Secunda concluſio. Secunda concluſio. Licitum eſt nõ communicare cum tali natione, eos repellendo à prędictis congregationibus, & muneribus eccleſiaſticis, & ſecularibus extra caſus, & cauſas ſupradictas: dummodo id fiat ex cauſa iuſta, ſeu rationabili, & legitima auctoritate interueniente. Concluſio hæc eſt ſatis clara: quia ſicut ex rationabili cauſa licitum eſt repellere alios etiam ex genere antiquorum

quorum chriſtianorum deſcendētes, quia ſunt ine-
pti, rudes, criminoſi, infames, uiles, & huiuſmodi: er
go ſimiliter natos ex genere iudæorum, aut aliorū
infidelium ex eadem, aut ſimili cauſa rationabili, &
non ex ſola ratione generis repellere licebit.

Tertia concluſio. Sed magis ad particularia deſcendendo ſit con
cluſio tertia ꝙ legitima interueniente auctoritate
licitum eſt ab aliquibus cōgregationibus, & mune
ribus ſupradictis repellere deſcendētes ex genere
hebræorum, uel aliorum infideliū in gradibus ma-
ximè notis ſiue propinquis propter rationabilē prę
ſumptionē de eorū reditu ad uomitū cōtra fidē: &
quia propter diſtortos mores eorum cōuictus, aut
cōuerſatio ingrata eſt: & propter uitiū uel impedi-
mentū, & maculā ciuilē probabiliter, & cōiter ex ta
li genere in tali regione, aut patria cōſequentē, pu
ta quia iure uel facto ibidē cōiter tales habētur ui
les, indecori, aut inepti ad tale munus uel officiū,
ſeu congregationis cōicationē, exceptis ſemper iis
perſonis, quorū uilitas, ſeu ineptitudo, ſeu uitiū ex
genere proueniēs, iā fuerit purificatū per aliquam
excellentiā in moribus, ſanctitate, literis, aut aliis
præclarè geſtis ſufficientibus tales perſonas nobili
tare, & ad id munus obeundū habilitare. Hæc con
cluſio tertia tàm prolixa quoad primā eius partē ꝙ
propter tres illas rōnes uel cauſas ibi aſſignatas li-
Prima ratio. citè repellentur, dupliciter probatur. Primò quia
licitū eſt ſuę cōitatis honorem & utilitatē tueri, &
promouere, & amicabilē eius conuictū gratamq;
conuerſationē procurare, & oppoſita incōmoda ui
tare: eoſq; prohibere, unde probabiliter aliquid in
honorū aut incōmodū timetur, non obſtan. ipſorū
incommodo aut dedecore per accidēs ex hoc ipſis
proueniente, quia cæteris paribus plus nobis, no-
ſtræq; cōitati, quā aliis tenemur, & licitè poſſumus
prouidere ſicut dictum eſt. Ad quod facit. l. 1. ff. de
aqua pluui. arcen. §. deniq;, dū id aīo nocēdi nō fit,
neque crimē alterius occultè reuelatur, ut de hoc
Adria. in 11. quolib. in reſp. ad 6. difficultatē latius
agit. Nunc aūt tales trahētes originē à ſupradictis,
puta a iudæis, & ſarracenis, uel infidelibus, & maxi
mè in gradibus propinquis, aut notis, ut patet expe
rientia, ſunt ut plurimū incōſtantes in fide & mori
bus diſtorti, rudes ad diuina, & prauè affecti, ut pa-
tet i nuper cōuerſis ſarracenis ad fidē in regno Gra
natæ, Valētiæ, & Aragonię, & de nuper cōuerſis in
ſulanis: qui in rebus fidei, & moribus eccleſiaſticis
nō ſunt ſatis inſtructi: neq; prędicti oēs ſūt apti ad
cōmunem conuictū religionū, & collegiorū, & ad
officia honorifica, & adminiſtrationes eccleſiaſti-
cas, neque ad alios chriſtianos debitè regēdū. Qui
oēs ideò à religionibus, & à ſupradictis muneribus
iuſtè repelluntur, ergo ſimiliter poſſet fieri cōtrahē
tibus originē ab hebræis in gradibus eiſdē ubi pro-
babiliter ut plurimū ſimilia de his timerētur: & cò
magis, quò propter horū uel illorū inconſtantiā &
relapſū frequentē, & ut plurimū expertū iā cōiter
cēſentur & habētur uiles, uel infames i tali patria,
uel regione ii, qui ab eis in gradibus prædictis ori-
ginē trahunt. Nā & ea natura eſt ut ramus. i. proles
ut plurimū ſuam originē ſapiat, & ad eā inclinetur,
& afficiatur. Quò fit ut oblata occaſione ad prio-
rū ſuorum, & generis antiqua uitia redeat: id quod
Paulus ad Ro. 11. ſubindicare uidetur dū dicit, Si
radix ſācta & rami: & īfra, Si tu ex naturali exciſus
oleaſtro, & contra naturā inſertus es in bonā oliuā
&c. & eccleſia de cōſecratione, diſt. 4. ca. iudæi. ubi
dicitur, ꝙ iudæorū perfidia frequēter ad uomitū re
dit. quod licet de iudæis inuictè aut fictè conuerſis,
& in ſua perfidia obſtinatis præcipuè ītelligatur: at
dū de reditu ad uomitū loquitur, cōſtat id ēt de ue
rè cōuerſis intelligi. Eaq; pręſumptio iuris uidetur,
quæ cedere debet ueritati. Quare hac rōne poſſūt
legitima auctoritate interueniēte licitè fieri ſtatu-
ta generalia ut ex tali genere originē trahētes ītra
tot gradus, & maximè notos ſiue propinquos ī qui-
bus prędicta mala ut plurimū, aut cōiter præſumū-
tur, ſiue timentur, ab his uel illis cōgregationibus,
muneribus, & dignitatibus ſecularibus & eccleſia-
ſticis, ēt generalibus repellātur: Nō quidē ſola rōne
generis, ut bene ſuperius in prima cōcluſione pro-
batum eſt: ſed rōne dicti relapſus aut reditus ad uo
mitū, & dedecoris, aliorūq; malorū, quę ex iā exper
tis ex tali genere ut plurimū timētur. Et quāuis in
multis perſonis ea pręſumptio, timorq; deficiat: at
uerò lex, quæ in cōe fertur id qđ regulare eſt, qđq;
ut plurimū cōtingit attēdere debet ut iuſta ſit. De
trahētibus aūt originē ab eis in gradibus remotiſſi
mis & iā ignotis, de quibus nulla pręſumptio, aut ti
mor de eorū reditu ad uomitū, nullū ēt dedecus eſt
de eius generis uilitate, certè nō eſt cur repellātur,
& iniuria aut dedecore ſui generis inurantur: cùm
nullā maculam, aut notā uilitatis habeāt, quæ iā per
tot catholicas generationes diluta & purgata eſt:
Neq; .n. hæc durāt in ęternū in oēs generatiōes eo-
rū. Alioquī oēs olim cōuerſi de gētibus atq; iudęis
manerēt ſēper ī eadē generis uilitate; ruditate, uel
ineptitudine morū & uitę, atque de reditu ad uomi
tū præſumptione. Solū igitur durāt, & locū habent
ad tēpus in gradibus propinquis uel notis, ſecundū
quod ius, aut lex ſimul & cōſuetudo pro uarietate
tēporum & regionū rōnabiliter decreuerit, uel ha
buerit circa hoc. Hos aūt gradus determinare no-
ſtri non eſt arbitrii, ſed bonorū uirorū expertorū,
atque prudentū eſt iudicare. Cauendū tamē ne pro
ſua cuiuſque affectione iniquitas ſibi mentiatur.

Secundò principaliter probatur tertia cōcluſio *Secunda ratio.*
prędicta, quia hac de cā ait B. Tho. 1. 2. q. 105. art. 3.
in Reſp. ad ſecūdū arg. & art. 1. ad quartū ꝙ Spurii
propter utilitatē generis excludebantur à collegio
populi hebræorum uſque ad decimā generationē,
Deut. 23. quodque ſacerdotes non de qualibet fa-
milia, ſeu tribu fiebant; ut ſic in maiori reuerentia
& honore haberentur: quorum honor in hono-
rem diuini cultus cedebat. Item Leo Papa epiſto-
la 58. ad uniuerſos epiſcopos ſtatuit ne ſerui ordi-
narentur: quia, inquit, ſacrum miniſterium talis
conſortii uilitate polluitur: neque morum neque

Natalium dignitas illis ſuffragatur. Et habetur hoc in ca. admittuntur, diſt. 54. Item ſecundum iura, & habetur de regulis iuris. uilibus & infamibus portæ non pateant dignitatum. Item hac de cauſa licitè inſtituuntur ſocietates & ſancta collegia ordinis militaris commendatariorum, & aliorum ordinum, vniuerſitatum, hoſpitalium, & confraternitatum, & huiuſmodi, vbi non recipiuntur ſpurii, ſeu illegitimi, aut de genere ruſticorum, aut tributariorũ: ſed ſolũ nobiles genere, aut de tali vel tali genere, aut patria ſeu natione, aut talibus ſeu talibus qualitatibus ornati: ergo ſimiliter ex eiſdem cauſis poſſunt de genere hebræorum, ſarracenorum, aut infidelium in gradibus propinquis repelli à prædictis de ſocietatibus, & dignitatibus, interueniente legitima auctoritate, ut dictum eſt. Nam vt ait etiam Simancas in inſtitutionibus catholicis ca. 46. §. 23. In his quæ ad iuſtitiam pertinent diſtributiuam ratio generis & perſonæ licitæ habetur: quod mihi uerum uidetur quando ratione eius qualitatis aliquid diſtribuendũ eſt, & quando id non vergit in detrimentum boni communis, nec id fit in iniuriam alterius, neque cum ſcandalo, ut ſupra dictum eſt. Immò & Caieta. in ſecũdo quodlib. in 5. Reſpon. ad 4. dubia dicit quòd nõ ſolum propter honorem ſocietatis tuendum, ſed etiam quia tales de tali uel tali genere non benè conueniunt cum aliis in moribus, & grato conuictu uel conuerſatione poſſunt à tali ſocietate repelli vel non admitti. In prædicta concluſione ponitur una exceptio. ſ. exceptis iis perſonis, quorum uilitas, uel ineptitudo, uel vitiũ ex genere &c. nam etiam ſi ſit in gradibus propinquis, immò etiã ſi ipſæmet perſonæ conuerſæ ſint ex hebræis ſarracenis, aut aliis infidelibus: ſi tamen ſunt adeò excellentes, puta de genere regio, uel aliàs illuſtres, aut eruditione literarum pollentes, aut præclaritate morum ſanctitatis uel fortitudinis, aut alia denique notabili excellentia ſufficiente illos apud homines illuſtrare & habilitare ad talia munera & ſocietates: tunc certè uidetur eorum uilitas & ineptitudo ex genere proueniens purificata per talem ipſorum excellentiam. Neque enim eſt inauferibilis ut ſupradictum eſt, ex quo ſolum conſiſtit in accidenti cõditione, ſeu qualitate hominis, & aliorum æſtimatione, legumq́ue decretis. Purificari igitur, vel auferri poteſt non ſolum per diuturnitatem tẽporis, ſed etiam per id omne, per quod habilitas ſeu idoneitas & illuſtratio perſonæ & generis ſecũdum leges acquiri poteſt, puta per excellentes literas, per heroica geſta ad utilitatem reipub. per notabilem fidei vel morum profectum ex tali perſona prouenientem: per quæ & per alia eiuſmodi perſona aliàs vilis cum ſua etiam poſteritate ſecundũ leges & rectam rationem in mundo apud homines illuſtris, aptiuſq́ue homo ille, & genus eius ad talem dignitatem, ſocietatem, ſeu munus obeundum efficeretur. Itaque de his, & aliis eiuſmodi excellentibus perſonis etiam recenter conuerſis ex quacunque ſecta vel natione, ſi aliàs ſint idoneæ non uidetur licitum tales non admittere ad dicta munera, atque collegia omnibus communia: etiã ſi uniuerſaliter & indiſtinctè rationabiliter alicubi ſit inſtitutum ne de tali genere admittantur. Nam uel cum tali epikeia ſeu limitatione tale ſtatutum generale eſt intelligendum, ſecundum gloſ. in ca. Sanctorum, diſt. 70. uel potius facilè cum ſupradictis perſonis diſpenſandum eſt. Cõſonat expreſsè Turrecremata in decreto diſt. 48. cap. 1. & facit diſt. 61. ca. ſtatuimus. ca. neophitus. ca. Oſius.

Nota.

Et tandem notetur quòd prædicta omnia intelliguntur, & uera ſunt, de muneribus, ſocietatibuſq́ue communibus generaliter omnibus chriſtianis aliàs aptis & idoneis, qualia ſunt dignitates, & munera ſpiritualia, beneficia eccleſiaſtica, & vniuerſitates, & gradus ſcholaſtici ſeu literarũ, ordines ſacri, & officia publica ſecularia, & alia eiuſmodi oĩa quæ ſecundum ius & rectam rationem ad communem reip. utilitatem idoneis tantum debetur. Nam ab his nullus repelli licitè poteſt ſola ratione generis, ut dictum eſt; quia cùm illa ſpiritualia & eccleſiaſtica, ſint ad animæ ſalutem ordinata, iam omnibus aliàs idoneis debentur ſecundum iuſtitiam diſtributiuam. Secularia autem publica ſimiliter omnibus idoneis debentur ex quo ad bonum publicum ordinantur. Ideò ſi ſola ratione generis aliqui repellantur, uidetur id fieri in odiũ & præiudicium eorum, & cum ſcandalo, & habet ſpeciem mali. Secus autem de aliis muneribus, officiis, dignitatibus, & collegiis, ſiue ſocietatibus particularibus eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus, qualia ſunt certa quædam collegia, quæ habẽtur in uniuerſitatibus pro his uel illis duntaxat de tali natione, aut quædam confraternitates, aut capellaniæ, aut officia regalia pro domo regia, & huiuſmodi. Nam ab his repelli poſſunt hi uel illi ſola ratione generis in quocunque gradu ſint, auctoritate legitima interueniente: dummodò id aliàs non fiat in odiũ, aut in iniuriã aliorũ, ut ſupradictũ eſt. Et rõ huius eſt, quia in his cùm ſint particularia & nulli debita, locus eſt gratificatiõi proinde nec alicui fit iniuria uel iniuſtitia: nec ulla ineſt uitioſa perſonarum acceptio, dum quis utitur iure ſuo: liquet enim quòd hæc nulli debentur ſola ratione idoneitatis perſonæ: ſicut debentur munera communia eccleſiaſtica & ſecularia, quę ad utilitatem boni communis immediatè ex ſe, aut ex natura ſua inſtituta ſunt: quod inde conſtat, quia indifferenter hi uel illi & minus idonei per inſtitutorem, uel per habentem auctoritatem ad hæc particularia munera, ſocietates, ſiue collegia gratis admitti, alii repelli licitè poſſunt. Quare in fauorem nobilium, antiquorumq́ue chriſtianorũ, uel aliorũ de tali uel tali genere, ſeu natione, uel talis communitatis particularis, ſeu muneris ampliorem honorem, ſeu propter rationabilem aliam cauſam, ſine præiudicio tamen aliàs & iniuria cæterorum aliunde proueniente, & cum aliis debitis circumſtantiis, licitè

ſieri

fieri poſſent tales inſtitutiones,& congregationes particulares, & ſtatuta, ut hi tantum admittantur, alij non ita qualificati repellantur. In quo tamen ut ſupra diximus maximè cauendum eſt ne mentiatur iniquitas ſibi,ne uidelicet id fiat exordio,auaritia,uel ambitione,aut ſpecialiter in iniuriam aliorum,aut cum ſcandalo, aut tandem cum boni communis detrimento.

Et contra prędicta non militat prima concluſio,neque decreta,aliæq; rationes,quæ ibi adducuntur : quia illa omnia intelliguntur quando ſola ratione generis ſine alia rationabili cauſa illę ſrgregationes à muneribus generalibus fiunt : id quod eo tempore fiebat ubi ſponte Iudęi,ſicut olim gentes,ad fidem conuertebantur: Nunc autem contra ſe res habet, ubi Iudæi, & Sarraceni ferè omnes coacti metu exilii uel temporalium ad fidem conuerſi ſunt. Ideò nil mirum ſi uariatis cauſis, atque temporibus etiam prædicta ſtatuta concili Baſilien. & Toletani uarientur, ut habetur. in cap. non debet. de conſanguini. & affini. id quod ſępè Papa nunc facit:quod condemnandum non eſt.

Argum. 1. Contra primam cõcluſionem arguitur ſeptempliciter. Primò, quia id non prohibetur lege diuina,uel humana,ergo ſi acced.t auctoritas legitima ſuperioris, puta Papæ in eccleſiaſticis, uel Principis in ſecularibus,non uidetur illicitum ſola ratione generis aliquos repellere. Conſequentia patet, & antecedens probatur. primò, quia non ratione dilectionis debitæ proximo,quod patet : quia non tenemur proximum diligere affectu in particulari, neque effectu ei benefaciendo, niſi in extrema,ſeu magna, aut graui neceſsitate ſecundum diuerſas opiniones quoad hoc : tales autem non ſunt in tali neceſsitate, ut ſupponitur : & talis communicatio cum eis in ſupradictis eſt dilectio eorum in effectu in particulari:quia eſt beneficentia,& ſignum particularis dilectionis ipſorum . ergo ad id non tenemur ratione dilectionis proximi.

Quod etiam ratione alicuius alterius debiti, ſeu iuſtitiæ ad idem non tenemur probatur: quia ſi ſic, hoc maximè eſſet ratione acceptionis perſonę : quia digni, ſeu habentes ius ad talem communicationem & munus priuarentur eodem:Sed hoc non eſt in propoſito,quia ibi nulla eſt ratio debiti, neq; illi habent ius ad id, cùm ex mera liberalitate inſtituentium,& ex auctoritate legitima in iam inſtitutis,ut ſupponitur,tales inde repellantur: ergo non eſt acceptio perſonæ,neque ulla iniuſtitia,aut iuris alicuius denegatio.

Reſpon. Reſpondeo negando antecedens,& ad eius primam probationem negatur minor, & conſequentia : minor quidem ubi dicitur quòd communicare cum eis in ſupradictis eſt ſolum ſignum,& effectus dilectionis particularis : dico enim quòd eſt effectus dilectionis generalis debitæ omnibus aliàs dignis,& idoneis ad talem communicationem. Conſequentia autem illa negatur : quia licet poſsumus eis non benefacere,neque eos diligere in particulari : non tamen in odium, aut in iniuriam eorum, aut nationis, neque cum ſcandalo, & cum ſpecie mali : quę omnia uitia probabiliter inſunt, dum à prędictis muneribus,& communicationibus communibus ſola ratione generis repelluntur, ut dictũ eſt. Ad ſecundam probationem prædicti antecedentis reſpondeo negando quòd non ſit illis debita talis communicatio. Eſt enim eis debita,& habent ius ad illam,ſi ſint aliàs idonei, ſicut & alii : ex quo omnibus dignis,& idoneis talis receptio debetur ad talia beneficia,officia, ſeu munera communia,quæ præcipuè ratione idoneitatis perſonæ, & non ratione generis ſecundum ius ad reip. bonum commune cõferenda ſunt. Ideò ſicut eſt peccatum acceptionis perſonæ ſi ſola ratione generis conferantur: ita è conuerſo ſi eadem ſola ratione generis aliàs idoneis denegentur. Eadem nanque eſt menſura oppoſitorum & regula,ad quod facit beatus Tho. ſecunda ſecundæ q.63.art.2. & quæſt.63. artic. 2.

Replica. 1. Contra hoc ſi replicetur, quòd quilibet habens plenum dominium bonorum ſuorũ poteſt de ſuis particularibus bonis inſtituere hęredem, & collegia,ſeu hoſpitalia,ſeu capellaniam pro talibus,uel talibus de tali genere patria ſeu natione tantum, puta pro his, qui de ſuo ſunt genere, cognatione, patria, uel regno duntaxat : aut quòd ſolum uiri, ſeu fœminæ de nobili genere recipiantur, uel maritentur:ut ſæpè fit auctoritate etiam ſuperioris in multis ordinibus,& piis inſtitutionibus:ergo ſimiliter,eademque de cauſa,& ratione poteſt licitè fieri in propoſito : ita quòd ſola ratione generis excludantur trahentes originem ab Hebręis, Sarracenis,& aliis infidelibus. Nam ſicut poteſt de nouo fieri per inſtitutorem talis inſtitutio de ſuis bonis : ita & iam generaliter pro omnibus facta reſtringi poteſt, & limitari legitima ſuperioris auctoritate interueniente,ut ſcilicet tales ſola ratione generis excludantur.

Reſpon. Reſpondeo conceditur antecedens cum hac limitatione,ſcilicet dummodò id non fiat in odium, uel in iniuriam aliorum, ſed ſolum in fauorem illorum : neque fiat cum ſcandalo & ſpecie mali, ut ibi bene exemplificatur licitè id fieri, ubi hęc omnia ceſſant. Sed tunc negatur conſequentia : tùm quia hęc beneficia eccleſiaſtica, & ſecularia officia,& munera publica,dignitates,& ſocietates,ſeu collegia generalia, de quibus hic loquimur, non ſunt particulariter pro his uel illis in fauorem particularem aliquorum:ſed pro omnibus aliàs dignis uel idoneis generaliter ad commune bonum reip. eccleſiaſticæ uel ſecularis inſtituta : tùm etiam quia, ut ipſa experientia patet, talis repulſio à communibus muneribus, & ſocietatibus prędictis facta ſola ratione generis cenſetur fieri in odium uel iniuriam eorum, & habet ſpeciem mali, & ſchiſma,vel ſcandalum nutrit, vt ſępè dictum eſt: quod etiam inde patet, quia ſi iſti trahentes originem ab Hebręis, vel Sarracenis iam diu catholici, & ſine ulla

vlla ſuſpitione perfidiæ, ſimiliter de ſuis bonis inſtituerent quòd in talibus hoſpitalibus, collegiis, ſeu congregationibus, & beneficiis ſuis nullus reciperetur trahens originem ab antiquis Chriſtianis olim conuerſis de gentilitate, ſed ſolum de ſuo genere Hebræorum, vel Sarracenorum: certè talis inſtitutio in odium, uel iniuriam aliorũ antiquorum Chriſtianorum facta cenſeretur: eſſetque ſcandaloſa, & ſpeciem mali aut ſchiſmatis habens: niſi fortè talis inſtitutio in fauorem illorum tantum conuerſorum ex Sarracenis, vel Hebræis, vel huiuſmodi fieret propter hoc quòd ſunt aliàs auxilio ſpirituali, vel temporali deſtituti, vel ut alii libentius conuertantur: tunc enim licitè fieret: quia vt conſtat apertè omnis mala circunſtantia vacat. Sic igitur in præſenti propoſito cenſendum eſt, vt ex ſupradictis omnibus liquet.

Replica. 2. Si replicetur vlterius, quòd Papa, & Principes eccleſiaſtici, & ſeculares id ſæpè concedunt, confirmantque huiuſmodi ſtatuta repellentia conuerſos ex Hebręis, vel Sarracenis. quorum auctoritati detrahere impiũ, & facta reprehendere, ſine condemnare temerarium eſt: Neque enim pręſumendum eſt ipſos, & maximè Papam, errare: dum manifeſtè non conſtat: id quod in materia pręſenti non contingit, in qua tot ſunt opiniones, & ſententiæ ſimul cum practica præualente, quæ non eſt facilè condemnanda, niſi de errore conuincatur apertè.

Reſpon. Reſpondeo ad illud de Papa quod vt habetur, 25. q. 1. ca. quæ ad perpetuam i Et ca. ſunt quidam: & q. 2. ſi ea. & cap. ſeq. papa debet ſeruare quæ ad perpetuam rei memoriam, & communem vtilitatem ſtatuta ſunt: Et vt habetur, ea. q. 1. cap. contra ſtatuta, Et q. 2. ca. ſi ea. quod ſemel ſtatutum eſt ſecundum ſacram ſcripturam ad bonos mores expediens, reuocandum non eſt. Ideò quando Dominus Papa, vel Rex proprio motu oppoſitum ſtatuit vel concedit, cenſendum eſt id non ſola ratione generis, ſed ex aliqua rationabili cauſa feciſſe, vt in 3. concluſione habetur.

Argum. 2. Secundò principaliter contra eandem primam concluſionem arguitur, quia ſicut fideles olim Iudæi licitè ſe habebant cum infidelibus: ita & nunc nos Chriſtiani cum quibuſcunque infidelibus etiã cum Iudæis licitè nos poſſumus habere. Sed illi licitè repellebant infideles à ſuis ſocietatibus, & muneribus publicis: ergo, & nos ſimiliter nunc facere poſſumus cum natione Hebręorum, & Sarracenorum, ſola ratione generis. Patet conſequentia cum maiore: & minor probatur. Exod. 34. Deut. 7. 15. 17. & 3. Reg. 11. Nõ inibis cum eis, ſ. cum Amorrhæis fœdus &c. Et ad idem eſt gloſſ. ord. Leui. 15. & Num. 20. ibi. Mulier quę redeunte menſe &c. dicens ꝙ cum idolatris ſociari non debemus.

Reſpon. Reſpondeo. Negatur conſequentia: quia maior & minor ſunt ſolum verę de infidelibus in ſua infidelitate permanentibus: & ſic intelliguntur auctoritates Exo. Deu. &c. de infidelibus idolatris, quorum ſocietas erat periculoſa ad ruinam idolatriæ, vt expreſſè habetur Exod. 34. Et ibi aiunt Nicol. Lyra. & Hugo Cardi. & communiter doctores. Iudęi autem Chriſtiani effecti eiuſmodi non ſunt: ꝙ ſi alicubi eſſent, tunc licitè hac de cauſa ſegregarentur, vt ſupra in 3. concluſione dictum eſt. Ordinari autem ſacerdotes non prohibentur: quia ſacramentorum ſuſceptio ad augmentum gratiæ, nõ autem ad munus, vel communitatem, vel officium receptio pręcipuè eſt: Vnde & Auguſt. ſuper Exo. li. 2. q. 157. & in locutionibus. 128. Et B. Tho. 2. 2. q. 10. ad. 9. dicunt ꝙ Deus vbi ſupra non intelligebat, neque loquebatur de Proſelytis ad iudaiſmũ: Et patet idem in c. eam te. de reſcrip. Et ibi Panor. & communiter doctores. Igitur dicamus quòd communicatio aliquando cum aliquibus prohibetur ad cautelam: & ſic prohibetur cum manifeſto peccatore fideli & infideli, niſi ex eius communicatione ſpes conuerſionis probabiliter habeatur. 1. Corinth. 5. & 2. Corinth. 6. aliquando prohibetur in pœnam alicuius, puta excommunicati etiam fidelis: & ſic non prohibetur communicatio cum infidelibus, quia ſic puniri non poſſunt qui non ſunt, nec aliquando fuerunt de gremio, & foro eccleſiæ, neque prædicationem pacificam Euangelii iniurioſè impediunt: neque enim iniurioſè peccant in eam per ſolam infidelitatem illius pacem non perturbantes. Nam licet in ſuis ſacrificiis crimino ſa committant homicidia: per id tamen non perturbant pacem reipub. dum ex ipſorum ſaltem virtuali conſenſu ſecundũ eorum lęges, & ritus tametſi ſacrilegos, & in eos duntaxat homines id exercent, quos iure belli, vel alio quouis iure occidere poterant: facit. ca. diſpar. 23. q. 8.

Tertiò principaliter ad idem arguitur, quia Ioſue 9. Gabaonitę non propter infidelitatem pręteritam, ſed propter fraudem commiſſam ab eis ante ipſorum ad fidem conuerſionem redacti ſunt in perpetuam tabernaculi ſeruitutem, priuati honoribus & dignitatibus populi Iudæorum, etiã poſtquam ad fidem Dei veri, & ad iudaiſmum cõuerſi ſunt, ſecundum Auguſt. & Lyr. & communiter doctores ibidem, & ca. 10. ergo, ſimiliter Iudęi propter occiſionem Chriſti cum ſua poſteritate iuſtè damnati ſunt perpetuę Chriſtianorum ſeruituti ciuili etiam poſt eorum conuerſionem ad fidem. Quod etiam patet quia iure iuſti belli, quod Nero per Titum & Veſpaſianum geſſit contra Iudęos, effecti ſunt captiui. Cuius belli iuſtitia patet ſecũdum Ioſephum de bello Iudaico, li. 2. cap. 17. quia rebellauerunt Cęſari tributum negantes contra præceptum Chriſti, Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari: Et quia Luc. 19. Circundabunt te inimici tui vallo, eò ꝙ nõ cognoueris tempus viſitationis tuę. vnde & Auguſt. de Anchona, q. 24. titu. de obedientia Iudęorum, ad quintum quęſitum ait, ꝙ propria Iudęorum culpa eos ſubmiſit perpetuæ ſeruituti fidelium: Et hoc etiam expreſſè habetur de Iudęis, & Sarracenis ca. etſi Iudęos, & de teſtibus, & atteſta. ca. Iudæi, & 23. q. 8. cap. diſpar. & C. de paga. & ſacrileg. Argum.

ſacrileg. l. Chriſtianis. & C. de Iudæis & cęli. l. iuſſio, & l. hæc valitura: vbi etiam dicitur quòd ipſis in ſeruitutē redactis propter hoc, vt indignis omnia officia publica, & honores prohibentur. Si ad hoc reſpondeatur quòd prædicta omnia ſunt vera, & intelliguntur ſolum de Iudęis, & Sarracenis non cōuerſis ad fidem, ſed in ſua perfidia manentibus, vt expreſſè patet in dicto ca. Etſi Iudęos: & in aliis textibus, & gloſsis, & doctoribus ibidem.

Contra hoc replicatur, quia baptiſmus, ordo & religionis ingreſſus non auferunt à baptizato ſeruitutem perſonalem, quam ante baptiſmum habebat, ſecundum. 17. q. 4. cap. id conſtituimus. & cap. ſequen. ex concilio Gragrenſi. 1. ca. 3. & Carthaginen. ca. 31. & diſt. 54. Ca. magnus. & ca. qui ex famulis. & ca. quicunque libertatem. Et ca. de ſeruorum ordinatione. Et ca. admittuntur. & ca. ſi ſeruus.

Reſpon. Reſpondeo dupliciter. Primò ſecundum Mauroy in apologia cōtra ſtatutum Archiepiſcopi Toletani concedendo ꝙ Iudæi ante conuerſionē ſunt in ſeruitute corporali, vt ſupra probatum eſt: ſicut & Gabaonitæ: poſt conuerſionem autem ad fidem minimè: quia per baptiſmum ab ea liberātur. Nam licet baptiſmus non tollat abſolutè hanc ſeruitutem, vt in argumento probatum eſt, benè tamen eam tollit ſicut ordo, & religionis ingreſſus ex cōſenſu etiam tacito dominorum, aut ſuperiorum ipſorum, quod vtique fit dum ſcientibus, & non contradicentibus dominis, idest prælatis, & principibus eccleſiæ Iudæi, Sarraceni, & alii infideles, ſicut & filii fidelium baptizantur: vel dum ſerui iam baptizati ordinantur, & ad religionem recipiuntur ipſorum dominis ſcientibus, & nō reclamantibus, vt habetur diſt. 54. per totum. Et ſic intelliguntur omnia iura dicentia quòd per baptiſmum ſeruus libertate donatur: ꝙque ſeruus Iudæi Chriſtianus effectus redemptus ab eccleſia libertate donatur. 54. diſt. ca. fraternitatem, & ca. ſi ſeruus. Et ibi Hoſtien. & alii, & Grego. Ianuarius Epiſcopus Carolitanus, & concilium Toletanum, & concilium Matiſconen. cap. 16. & cap. de epiſcopis & cleri. l. Deo nobis. §. itaque.

Secundo modo ego reſpon. & melius, negando conſequentiam: dico enim Iudæos etiam ante conuerſionem non incurriſſe ſeruitutem perſonalem ciuilem, vt Gabaonitæ: ſed ſolum ſeruitutem quandam culpæ & pœnæ ſpiritualem præ aliis hominibus, habentem ortum à ſolo iure, vel diſpoſitione diuina, propter ſpeciale peccatum ipſorum, quo Chriſtum occiderunt: de qua ſeruitute habetur. Io. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, ſcilicet tā in culpa, quàm in pœna. 2. q. 7. ca. ſicuti. §. quia ea: igitur ſeruitute captiui tenebantur Iudæi cum tota eorum poſteritate præ aliis hominibus: quæ ſeruitus ſtat in hoc ꝙ propter peccatum mortis Chriſti dati ſunt in reprobū ſenſum, & excæcati, & in ſua perfidia obſtinati, & obdurati ſunt: inſuper & diſperſi in nationibus gentium ſine rege, ſine regno, & patria vagantes, & ſub tributis magnis vbique gentium, & alienigenè ſeruientes: & viles, & abiecti habiti ſunt in omnibus nationibus, quæ ſub cœlo ſunt: ſecundum quod de eis fuerat olim prophetatum, & præcipuè in Pſal. 68. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua: Et Pſal. 108. Nutantes transferantur filii eius, & mendicent. Quæ ſeruitus culpæ & pœnæ in eos, & poſteros eorum deſcendit: ſicut & ipſi ſe obnoxios fecerunt quando clamantes dixerunt Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et de hac ſeruitute loquitur & intelligitur. c. etſi Iudęos, de Iudęis, & Sarracenis, & alia iura ſupradicta dicentia quòd ſeruitutem incurrerunt ſpecialiter Iudæi propter mortem Chriſti.

A qua ſeruitute iam omnes fideles liberati ſumus per Chriſtum in baptiſmo. Gal. 3. & Colocen. 3. In Chriſto non eſt ſeruus, neque liber, neque maſculus, neque fœmina &c. Et Gala. 6. In Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: de qua habetur in ca. cùm redemptor. 12. q. 2. Et de hac ſeruitute intelliguntur prædicta iura dicentia ꝙ omninò tollitur per baptiſmum, quia & religio catholica omnem maculam purgat ſecundum gloſ. in cap. ſi quis. 1. q. 7. & latius gloſ. in diſt. 26. ca. deinde. & textus ibidem. Et iniuria, & peccatum ſemel in baptiſmo dimiſſum non reuocatur: & omnis ingratitudo aboletur per conuerſionem ad fidem, & per religionem ſecundum Felinum in ca. eam te, de reſcriptis. & in cap. Iudæi, de Iudęis, & Sarracenis. Et Hoſtien. & doctores ibidem, & habetur. 28. q. 4. ca. Si illic. Et 19. q. 3. ca. Non liceat. Et ca. gaudemus, de diuortiis. Et hæc ſecunda reſponſio videtur melior. Nam Iudæi non habentur vt ſerui ciuiliter captiui vbi degunt: ſed cum ſuis bonis permittuntur ſub tributis manere, & liberè abire: ſub ſpeciali ſeruitute culpæ & pœnæ, ſcilicet ſubiectionis & vilitatis: à qua per baptiſmum liberantur, vt dictum eſt.

Quartò principaliter ad idē arguitur, quia pro peccatis parentum filii & poſteri eorum iuſtè puniri poſſunt ad tempus, vel in perpetuū pœna temporali infamiæ, vel inhabilitationis, aut ſeruitutis, & huiuſmodi, vt patet. num. 22. 23. & Neemiæ. 13. Deut. 23. vbi Idumæus & Aegyptius vſque ad tertiam generationem, Ammonitæ, & Moabitæ in æternum prohibebantur intrare eccleſiam, ſeu congregationem Iudæorum: quia illis moleſti fuerunt in deſerto: etiam ſi ad fidem vnius Dei veri conuerſi eſſent intra Iudaiſmum, vt patet ex ipſis textibus ibidem. *Argum. 4.*

Secundò idem patet Gene. 9. vbi pro peccato Cham Chanaan filius eius eſt maledictus cum ſuis poſteris, & ſeruituti ſubditus fratrum ſuorum.

Tertiò idem patet Ioſue. 7. vbi pro peccato Achor plebs Iſrael tradita eſt in manibus hoſtium:

Quartò idem patet. 1. Reg. 4. vbi pro peccato filiorum Hely populus victus eſt.

Quintò idem patet. 2. Reg. 12. vbi pro peccato Dauid filius eius mortuus eſt.

Sextò

Sextò idem patet 4.Reg.5.vbi pro peccato Giezi tota eius poſteritas lepra nata eſt.

Ergo ſimiliter iuſtè ſtatui inter homines, & fieri poteſt, q ſcilicet propter peccata parentum Iudæorum Chriſtum occidentium eorum poſteri etiam ad fidem conuerſi puniantur pœna infamię, & inhabilitationis ad officia,& dignitates,& repellantur à congregationibus vſque ad tot uel tot gradus,ad tempus, uel in perpetuum ſola ratione generis: patet conſequentia ex identitate rationis.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam. Nam ſecundum Aug.ſuper Ioſue.7.pœna eſt duplex:quędam, quę nocet, & non prodeſt ad ſalutem, ut eſt pœna inferni: & hac pœna neque Deus punit, neque eccleſia punire poteſt unum pro alio. Alia eſt pœna, quæ ſic nocet quòd tamen prodeſſe poteſt ad ſalutem: & hac pœna ſæpè Deus punit unū pro alio ex cauſa, vt patet in infirmitatibus, & afflictionibus corporalibus, ut ſupra in argumento tactum eſt:quia & eſt Dominus uitæ & mortis, & poteſt facere,& fieri præcipere quod & quomodo uoluerit.vide Alex.Hall.3.par.q.4.memb.4.ar.1.Homo autem,etiam tota eccleſia,non poteſt hac pœna unum pro alio ſine eius culpa punire,quãdo eſt pœna corporalis uel ſpiritualis, puta excommunicatio: quæ non niſi pro culpa ipſius excommunicati infligi poteſt, quia illam præſupponit ſecundum Auguſt.ad Aurelium Epiſcopum. Benè tamen poteſt punire unum pro alio pœna temporali priuationis bonorum,& pœna ciuili infamiæ, & inhabilitationis ad hoc uel illud munus,& huiuſmodi: idque ſolum ex cauſa, ſcilicet propter neceſſitatem, vel vtilitatem magnam communem: quæ priuatè rationabiliter præponenda eſt,ut ait gloſ. diſt.22. ca. renouantes. Et 1.q.4.cap. eccleſia,ubi latius de his agitur.

Quòd ergo peccata parentum non noceant filiis niſi eos imitentur: neque ullus pro alio etiam temporaliter ſine cauſa rationabili, ut dictum eſt, puniatur,patet latius ſecundum gloſſam ordi. Auguſt.& Grego.& Nico.Lyr. Exod.20.viſitans peccata patrum in filios &c.& habetur.1.q.4. ca.homini.& ca.eccleſia, & Auguſt. ad Auxentium Epiſcopum, & ad Bonifacium, & habetur de conſecr. diſt.4.cap.quęris. Et concilium Toletanum quartum.cap.60. Et Hiero. ſuper Trenorum quinto, & diſt.56.ca.ſatis peruerſum.Et c.undecunque. cum ſequen.& ibidem Turrecremata. latius,ſecundum Tho.2.2.q.108.art.vlt.Item cã.penul.de conſuet. Item cap.de pœnis.l.ſancimus.& l.nequis.& l.cum reis,ubi dicitur. Sancimus ibi eſſe pœnam vbi & noxa eſt:& quos reos ſceleris ſocietas non facit,procul à calumnia ſubmouemus. & ff. de pœnis.l. crimen.& tandem de re.iuris.li.6. regula.22. ait. Nō debet aliquis alterius odio prægrauari. Et regula 23. ſine culpa niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus. Et ibi gloſ. & ratio huius eſt, quia pœna eſt coordinatiua culpæ, & menſura eius, ergo ubi culpa reordinanda,& menſuranda non eſt, neque eius menſura, & ordinatio pœnalis eſſe debet.

Replica. Quòd ſi contra hoc replicatur.de hæreti.ca. vergentis, habetur q ſecundum ius diuinum, & ſecundum leges vltio ſæpè fertur non ſolum in ſceleris actores,ſed etiam in progenies damnatorum:vt patet in confiſcationibus bonorum, in quibus hæredes ſuccedere deberent. Et ad idem eſt.ca.quicunque.& ca.filii.& ca.accuſatus.eo. titulo.li.6.& ca. ſtatutum.ibidem.Et.C.ad l.Iul.maieſta.l.quiſquis. & li.6.de pœnis ca.fœlicis. Et extra. eo. titulo,ca. in quibuſdam.& li.6.de ſchiſmati.ca. ad ſuccidendos.& 24.q.3.ca.cum ergo,& ff.de eo quod metus cauſa,l.iſti quidem.& C.de hæreti.& Manich.& Samari.l.Manich.& l.Gazaros.

Neque valet dicere, ut aliqui dicunt quòd illa decretalis,uergentis.de hæreticis,eſt iam reuocata per ca.de hæreti. & Manich.l. cognouimus.& l. de Neſtorianis,ubi dicitur quòd filii fideles ſuccedunt patribus hereticis:hoc inquam nō ualet: quia ſecundum alias leges ſupra allegatas ciuiles, & canonicas,quæ & de facto ſemper practicantur,ſicut & illa decretalis uergentis, pro delicto parentum filii uſque ad ſecundam generationem puniuntur in temporalibus, & hæreditate, & bonis hæreditariis omninò priuantur.

Reſpon. Reſpondeo ad replicam,quòd utique id poteſt fieri,ſicut & leges dicunt,& intelliguntur,maximè quando timetur, & probabiliter præſumitur q illi ſucceſſores ſunt, uel erunt paterni criminis comparticipes, ſeu imitatores, ut habetur. C. ad l. Iul. maieſta.l.quiſquis.Et 6.q.1.ca.ſi quis.Et de hære. ca.ſtatutum.li.6.ſicq; ex cauſa ſcilicet propter crimen probabiliter, aut iure præſumptum iuſtè puniuntur filii in bonis temporalibus pro peccato parentum, & non pro uera culpa ipſorum filiorum: aut potius in odium, & deteſtationem criminis, ut alii magis caueãt à tali crimine, ad quod ſunt proni. Idque maximè eſt uerum quando peccata parentum commiſſa ſunt poſt baptiſmum. Nam pro peccatis parentum ante baptiſmum commiſſis nō poſſunt iuſtè puniri filii eorum etiam in temporalibus: ſicut neque pro ipſa ipſorum infidelitate baptiſmum præcedente, ut ſupra in reſponſione ad ſecundum argumentum principale dictum eſt:modò illi ſint conuerſi ex genere Hebræorum, modò ex genere Saracenorum, aut aliorum infidelium quorumcunque,ſiue Gentilium: eadem quippè ratio militat in omnibus illis,ut dictum eſt.

Adde quòd indirectè benè poteſt filiis nocere delictum patris in temporalibus, puta quoad ſucceſſionem:non tamen directè.Neque tunc puniuntur filii,ſed pater in filiis pro ſuo peccato, vt habetur.6.q.1.cap.ſunt plurimi.& 1.quæſt.4.cap. Item peccato.

Vnde pro materia eorum,quæ antecedẽte prędicti quarti argumenti adducta ſunt, Nota q Idumæi Aegyptii Amonitæ, & Moabitæ non ſunt ab eccleſia Hebræorum repulſi ſola ratione generis, ſed ex cauſa, puta vt occaſio idolatrię uitaretur ex

ſocietate

ſocietate ipſorum, quando non eſſent conuerſi ad fidem, vel in deteſtationem criminis eorum conuerſionem præcedentis, quando iam eſſent ad fidē conuerſi: vel ex alia cauſa cognita, & intenta à Domino Deo id præcipiente: quod patet, quia quando ad fidem de aliis nationibus idolatris conuertebantur ad iudaiſmum, certè nulla fiebat diſtinctio inter eos & Iudæos, vt patet Leuit. 19. Si habitauerit aduena inter vos ne exprobetis ei, & Ioſue 6. de Raab meretrice. Et Ruth. 1. & Iudith. 5. & 6. ca. de Achior. Et alibi ſępè habetur de Proſelytis. Item propter figuram illi ſunt repulſi quia per eos ſignificantur hæretici, & blaſphemantes Chriſtum, ſiue ſint Iudęi, ſiue Sarraceni in ſua perfidia permanentes: & publici peccatores, qui, vt prædictum eſt, ideò ſunt uitandi ſecundum gloſ. Auguſt. Lyr. Hugo. Cardi. & aliorum, & habetur de conſecra. diſt. 4. cap. plerique. & de Iudęis, & Sarracenis. cap. etſi Iudęos.

Et ad id Gene. 9. de maledictione Cham in filio Chanaan, nota ꝙ Noe pater naturæ tunc potuit filium Cham propter peccatum ſic punire, vt ipſum ſeruum fratrum efficeret, & ex conſequenti poſteros eius. Qui enim ex ſeruo naſcuntur ſerui ſunt etiam ſecundum leges. Ideò Noe ſic maledicendo ſimul prophetauit ſiue prædixit quod dictum eſt, ſecundum Chryſoſt. ibidem. Adde quod etiam myſticè ſignificatur ibidem quòd peccatum patris, id eſt ſuggeſtionis non in ſe, ſed in filiis, id eſt in conſenſu, & opere damnabile, & dignum punitione hic, & in futurum eſt, ſecundum Auguſt. ut hoc etiam innuit Grego. lib. 26. moral. cap. 28. & habetur. 1. q. 4. cap. homini. ad propoſitum adducens id Exo. 20. Viſitans peccata patrum in filios in tertiā, & quartam generationem, ad quod etiam facit. 1. Timoth. 2. ex oppoſito myſticè dicens, ꝙ mulier ſaluabitur ſi ipſa, & filii, id eſt opera manſerint in fide.

Quoad alia; quæ ibi adducuntur ex Ioſue 7. & 1. Reg. 4. & ſecundo Regum. 12. & quarto Reg. 5. videatur latius Grego. vbi ſupra, vt etiam habetur. 1. q. 4. eccleſia:

2. Si ſecundò ad hoc replicetur probando ꝙ pro peccatis parentum fidelium, vel infidelium poſteri eorum temporaliter iuſtè per homines puniri poſſint. Nam primò id patet. 15. q. 8. cap. cum multæ, Et diſt. 56. ca. Cenomanenſe. Et ca. presbyterorū, Et extra de filiis presbyterorum. Et eo. titu. li. 6. vbi filii presbyterorum, & adulterorum pro crimine patrum arcentur ab hęreditate, ab ordinibus, & prælaturis, vt inhabiles, idq́ue ratione generis, aut defectus natalium.

Item ſecundò, quia ordinati ignoranter ab hęreticis, ſimoniacis, & excommunicatis ſine ſua culpa puniuntur pro culpa alterius, ſcilicet ordinantis: quia expoliantur gradu, & priuantur executione ordinum, vt patet. 1. q. 1. ca. ſtatuimus. Et cap. ſi qui à ſimoni. & ca. de cætero. & ca. ſeq. & q. 7. cap. conuenientibus.

Item tertiò, quia ſine vlla ſua culpa ſimoniacè ordinatus pro culpa alterius ſimoniacè interuenientis punitur priuatione, vt habetur. 1. q. 5. cap. præſentium.

Et quartò, quia electus ab excommunicatis ſine vlla ſua culpa punitur priuatione. 9. q. 1. ab excommunicatis. Et ca. ordinationes.

Quintò, quia pro peccatis aliorum, & principū iuſtè puniuntur innocentes in bellis, & excommunicantur, & interdicuntur populi, vt patet in ca. Romana. Et ca. ſi ſententia. de ſent. excom. li. 6.

Ergo ſimiliter pro peccato parentum poſſunt eorum poſteri ducentes originem ab Hebręis, Sarracenis, & huiuſmodi etiam poſt conuerſionem ad fidem iuſtè puniri, atque repelli.

Reſpondeo ad antecedens illud negando, & ad primam probationem de filiis presbyterorum concedo quòd ſine diſpenſatione tales promoueri nō poſſunt, vt ait Gratianus, in ca. apoſtolica. diſt. 56. & ca. quia ſimpliciter. & habetur in cap. Cenomacen. & gloſſ. ibidem expreſſè, & de electio. ca. innotuit. & ca. cùm in cunctis, Et de filiis presbyt. lib. 6. ca. is qui. & ſic diſpenſatiuè promoti ſunt etiam ad papatum multi, de quibus habetur diſt. 56. c. Oſius Papa, & ca. vndecunque. ca. nunquam. ca. naſci. ca. dominus. ca. ſatis. ca. apoſtolica: ſed negatur quòd pro peccato parentum ſolum ſic tales puniantur, ſeu inhabilitētur: ſed ex cauſa ſcilicet propter defectum ſignificationis ſacramenti quamuis ortum habentem ex peccato parentum. Nā naſci ex adulterio non eſt nota delicti, ſed naturalis defectus perſonæ: ſicut naſci, aut eſſe eunuchum, eſſe bigamum, & irregularem etiam ex ſancta matrimoniali coniunctione, & iuſta hominis occiſione. Et talis pœna inhabilitationis, & infamiæ eſt naturalis. Itē eſt alia cauſa, ſcilicet ipſorum filiorum culpa iuridicè præſumpta, vt ſic magis caueatur. Nam ſecundum gloſſam de reg. iuri. li. 6. regula. 8. ſemel malus, pręſumptio ſępè tranſit ad filios, qui rationabiliter præſumuntur, vt patres eorum, puta incontinentes, fragiles, & ignobiles, & huiuſmodi, ut expreſſè habetur in ca. ſi gens Anglorum. diſt. 56. & ca. niſi. Item ca. ſi quis. 6. q. 1. & de hæreti. ca. ſtatutū. 2. li. 6. Et de ſchiſmati. ca. 1. & ff. de edili. l. quod ſi nolit. Item in odium criminis. Reſpon.

Ad ſecundam de ordinatis ignoranter ab hęreticis ſimoniacis &c. Reſpon. illi canones expreſſè loquuntur de his tantum, qui ſcienter, & per conſequens culpabiliter ab excommunicatis, vel ſimoniacis iam declaratis ordinati ſunt: non autem de his, qui omninò ignoranter & inculpabiliter, ut patet ibidem & latius. 1. q. 7. ca. conuenientibus.

Ad tertiam ex ca. præſentium. 1. q. 5. reſpond. ꝙ ex illo textu, ubi dicitur illum inuictum ſacerdotii dignitatem obtinuiſſe, innititur ſecundum glo. ibidem quòd licet prius ipſo ignorante fuiſſet à parentibus ſimoniacè data pecunia: tamen poſtea id ſciens uel probabiliter pręſumens nolebat ordinari, ſed tandem cedens importunitati parētum, ſine

legitima

legitima diſcuſsione vtrum ita eſſet quod timebat, conſenſit culpabiliter ſuę ordinationi: ideò non ſine culpa licet leui puniendus erat.

Ad quartum ex ca. ab excommunicatis &c. Reſpondeo, quòd ex eodem textu, & gloſ. patet, quòd de his, qui à cognitis excommunicatis, uel qui ab eis ſciri potuerunt, & debuerunt, & per conſequēs culpabiliter ordinati, & electi ſunt, non de aliis illa iura loquuntur.

Quòd ſi replicetur ex ca. ſtatuimus. & ca. ſi qui à ſimoniacis, vbi promotiones omninò ignorantium factæ ab epiſcopis ſimoniacis irritæ eſſent, niſi ex ſpeciali miſericordia diſpenſatiuè ab eccleſia ſuſtinerentur.

Reſpondeo, quòd etiam ſi ibi non ſit ſcientia & culpa uera: eſt tamen iure aut probabiliter præſumpta, ut dictum eſt, ex quo tales ſimoniaci publici & cōmuniter noti ſunt: vnde & iure pręſumitur quòd ſcirent aliquo modo ab ipſis ordinati ſunt, niſi oppoſitum probetur: vt patet ex gloſ. in dicto ca. ordinationes. 9. q. 1. & 28. diſt. cap. propoſuiſti: dico etiam ſecundum gloſ. in dicto ca. ſi qui à ſimoniacis, quòd quamuis nulla ibi eſſet culpa etiam præſumpta, ius poteſt iuſtè prædictos ordinatos omninò inculpabiliter à ſimoniacis, & excommunicatis prædicto modo punire, ex cauſa ſcilicet in horrorem & deteſtationem prædicti criminis, & hæreſis: quia id cedit ad utilitatem publicam, ut alii timeant à talibus criminibus latè uagantibus. vide gloſ. in ca. renouantes, diſt. 22. & ca. in quibuſdam pœnis.

Ad quintum reſpon. quòd ex cauſa ſeu ex culpa præſumpta iuſtè aliquando in bellis innocētes cum nocentibus ſimul puniuntur in bonis temporalibus, & aliquando in corpore, & uita ſaltem indirectè, ſeu per accidens: de quo latius in materia de bello agunt doctores.

Et quoad excommunicationem negatur ꝙ innocentes cum nocentibus, aut pro peccato illorum, aut etiam populus totus ubi ſunt innocentes licitè excommunicari poſsint, vt patet. 24. q. 3. cap. ſi habes. & ca. Romana, de ſen. excomm. li. 6. vbi id expreſſè dicitur ſecundum etiam doctores communiter ibidem, & gloſ. ordi. Auguſt. ſuper id Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit, vt ſupra in rēſpōſione ad quartum argumentum principale ex ipſo Auguſt. dictum eſt.

Et ad ca. ſi ſententia, ubi loquitur de interdicto, reſpon. primò ſecundum gloſ. ibidem. Et in ca. pręſenti. de ſen. excom. quòd hoc eſt ſpeciale interdicto, quo prohibentur bona eccleſiæ ſpiritualia, nō autem tolluntur aliqua propria bona innocentum: idque fit ex cauſa communis utilitatis eccleſiæ, ut ſcilicet eius iniuria deploretur, & ipſi ab omnibus eius filiis faueatur. Alio modo reſpondent alii ꝙ ſcilicet ideò populus pœna interdicti punitur cum innocentibus, quia uel fauet peccato ſuperioris uel alterius, qui eſt cauſa interdicti: vel quia ei non obſiſtit, ut deberet pro eccleſia ſecundum Grego. & habetur. 1. q. 4. ca. eccleſia. ad quod facit. 2. q. 7. non eſt à plebe. & 8. q. 1. cap. audacter. Sed certè ſi hæc reſpon. eſſet bona, iam eadem ratione poſſet populus etiam cum innocentibus excommunicari: Ideò prima reſpon. aptior videtur, maximè quia excommunicatio, quæ peccatum mortale præſupponit, non ex cauſa, ſed pro culpa uera, uel iure præſumpta licitè poteſt infligi, ut dictum eſt.

Quintò principaliter arguitur ad idem, quia ſi ex cauſa licet non pro ſua culpa quis iuſtè ab homine puniri poteſt, ut in reſponſione ad quartum argumentum præcedens, & ad eius ſecundam repli. cam ſæpè dictum eſt, ſecundum quod habetur de reg. iur. & gloſ. in ca. renouantes, diſt. 22. & aliis iuribus, & doctoribus ibi allegatis: quod etiam patet, quia in ca. tua nos. de clerico ægrotante. Et cap. ex parte. habetur quòd ſacerdos leproſus ſine ulla ſua culpa prohibetur celebrare ſolum coram populo propter horrorem & ſcādalum populi tollendum, ſecundum etiam communiter doctores ibidem & Alex. Hall. 4. par. q. 47. membro vltimo. Et B. Tho. in 4. diſt. 9. q. 4. ar. vlti. Et ſimiliter bigamus prohibetur, & priuatur priuilegiis clericalibus ex cauſa propter defectum ſacramenti, ideſt ſignificationis ſecundum gloſ. in ca. 1. de bigamis: & de cleri. coniuga. li. 6. & propter eminentiam ſacerdotii. diſtin. 26. c. vna. Et ſimiliter ſpurii & filii presbyterorum prohibentur, vt ſupra dictum eſt. Et ſimiliter eccleſia ſimoniacè conſecrata execratur ſine culpa ſua. 1. q. 4. ca. eccleſia. Et eccleſia, in qua ſepelitur paganus, mundatur, de conſecra. diſtin. 1. ca. eccleſiam, idque fit in horrorem, & deteſtationem criminis: ergo ſimiliter poſſunt puniri temporaliter pœna infamiæ, inhabilitationiſque, & repelli à congregationibus, & muneribus publicis, & honoribus omnes conuerſi ex genere Hebræorum, Sarracenorum, & huiuſmodi, ratione generis ſimul & ex cauſa ſcilicet in deteſtationem perfidiæ, aut idolatriæ eorum conuerſionem præcedentis: & in fauorem religionis, aut officiorum eccleſiaſticorum, aut muneruin publicorum, ne talis generis uilitate polluantur: aut propter eorum culpam iure, aut probabiliter pręſumptam, quia ſcilicet de eorum relapſu ad ſuam perfidiam, aut de ipſorum inconſtantia in fide, & de morum prauitate timetur, ut habetur de conſecra. diſt. 4. ca. Iudęi, ubi dicitur ꝙ Iudæorum perfidia frequenter ad uomitum redit.

Reſpondeo negando conſequentiam: neque enim eſt cauſa aliqua de prędictis in propoſito: niſi fortè in gradibus propinquis aut notis, ut in tertia conclu. dictum eſt. Nam ad deteſtationem perfidiæ, ſeu idolatriæ id non oportet facere, neque eſt cauſa ſufficiens ad repellendum conuerſos ex iudaiſmo. Nam ſimiliter oporteret repellere, & puniri omnes etiam ab antiquo conuerſos ex gentilitate, & ab idolatria. In fauorem autem religionis potius expedit omnes ex quacunque natione conuerſos benignè amplecti, & honorificè fauere, ut conuertantur etiam reliqui ad fidem, ut ſupra probatum

batum eſt ex conciliis,& decretis eccleſiæ. Vilitas autem generis iam per baptiſmum purificatur, ut ſupra in reſponſione ad tertium argumentum dictum eſt. Quòd ſi aliquæ reliquiæ huius vilitatis ad huc apud homines maneant: id ſolum contingit in gradibus propinquis aut notis, dum per aliquam notabilem excellentiam non purificantur, ut ſupra in tertia conclu. latius habetur. Metus uerò de eorum reditu ad vomitum, atque relapſu, ſeu morum prauitate, certè non eſt rationabilis de omni illa natione ſine ulla graduum, & perſonarum differentia: cùm rectè viuere, ſicut & alii antiqui Chriſtiani, communiter ſine notabili diſcrimine uideantur. Et quàmuis aliqui videantur ad vomitum redire, & nefanda ſcelera committant, non ideò idem de omnibus generatim in omnibus gradibus etiam antiquiſsimis præſumendum eſt: ſicut neque propter ſimilia crimina aliquorum Chriſtianorum antiquorum, quæ in aliquibus regionibus legimus contigiſſe, idem de omnibus continuò cēſendum eſt. Igitur de ſolis illis perſonis id rationabiliter metuendum eſt, quæ uel ſemel relapſæ, aut in ſuam perfidiam reuolutæ ſunt, uel de deſcendentibus ab eis in gradibus propinquis, aut cognitis, ut ſupra in tertia concluſ. dictum eſt: de quibus dic. ca. Iudæi. Et cap. plerique. de conſecrat. diſt. 4. loquuntur.

Argum.6. Sextò principaliter ad idem arguitur, quia vilibus,& infamibus portæ dignitatum patere non debent. cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat. & gloſſ. in ca. teſtimonium. de teſtibus. Et expreſſè hoc habetur. de regu. iur. i. regula. 87. & Turrecremata in decreto diſtinct. quinquageſima ſexta cap. 1. ſecundum Bonauentu. in quarto diſtinct. vigeſimaquinta latius probat. Nunc autem ſecundum iura conuerſi ex genere Hebræorum ſunt infames, uiles, & inhabiles ad dignitates, & officia publica, ut patet cap. de Iudæis, & C. eo. l. hac valitura, & decimaſeptima quæſt. quarta, cap. conſtituit. Et quòd id non ſolum de Iudæis nondum ad fidem conuerſis, ſed etiam de iam conuerſis intelligatur, patet expreſſè in foro Iuzgo. lib. duodecimo. l. 10. vbi etiam de Iudæis baptizatis dicitur quod ad teſtimonia contra Chriſtianos non admittantur. Et concordat gloſſ. in dict. ca. conſtituit.

Item confirmatur à fortiori, quia. C. ad l. Iul. maieſta. l. quiſquis. damnātur, ut infames in æternum illi & poſteri eorum, qui contra principem factionem cum quibuſcunque inierunt: ergo à fortiori ſi contra Chriſtum Deum principem omnium, quales ſunt Iudæi, & idolatræ, & Sarraceni, & huiuſmodi: quæ infamia etiam per baptiſmum non tollitur, ſicut nec aliæ pœnæ ciuiles.

Quod & ſecundò probatur, quia in dicta. l. Manichæos, contra hæreticos manichæos, & donatiſtas tanquā contra reos læſæ maieſtatis infligitur infamia durans in ſempiternum, etiam poſt pœnitentiam, ut id etiam habetur. cap. vergentis. & cap. excommunicamus, & aliis cap. de hæreticis. & diſt. 15. cap. presbyteros, & in aliis. ca. ibidem. Nunc autem ſimilis eſt ratio de iudęis, & hæreticis: quia æquè aut grauius, quàm hæretici contra Chriſtum peccauerunt.

Reſpon. primò quòd. C. de iudęis. & ca. conſtituit, expreſſè loquuntur de iudæis nondum ad fidem conuerſis, ſed in ſuo iudaiſmo in terris Chriſtianorum degentibus: uel ſecundò potius loquuntur de iudæis ad fidem uiolenter conuerſis, & baptizatis in perfidia ſua notoriè permanentibus, & in ſuis cęremoniis iudaicis, ut tunc temporis ſolebat fieri, ut patet in eodem foro Iuzgo. lib. 12. l. 10. vbi id habetur expreſſè. Et Turrecremata ſuper eo. cap. conſtituit, contra gloſſam, ibidem. Et idem Montaluo ſuper foro Regio Hiſpaniæ, libro quarto, titu. 3. l. ij. latius probat: vel tertiò potius intelliguntur de iudęis poſt baptiſmum apoſtatantibus a fide, ut ſupra in bulla Nico. 5. ad hoc propoſitum allegatur. Igitur de iudæis conuerſis, & in fide ſine relapſu manentibus nuſquam tale quid ſtatutum habetur, ſed potius oppoſitum, ut ſupra in 1. concluſ. probatum eſt. *Reſpon.*

Et ad confirmationem nitentem à fortiori probare quòd illa iura etiam de iudæis iam conuerſis intelligenda, & ad eos extendenda ſint, Reſpondeo dupliciter, primò ſecundum aliquos. ad l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta. quòd loquitur de ipſiſmet actoribus criminis, reisque lęſę maieſtatis. Etſi ad iudęos extenditur per identitatem rationis: ſolum comprehendit ipſos criminis actores poſt baptiſmum iudaizantes, non autem ſucceſſores eorum in crimine non participantes, nec hęreticantes, ut patet ibidem: quia pœnæ tantum ſuos tenere debent culpæ actores, ut ſupra in reſponſione ad quartum argumentum latè dictum eſt. Et ſimiliter reſpon. ad l. Manichæos. Sed quia illa lex expreſſè etiam loquitur de poſteris eorum, ideò hęc reſpon. non ualet.

Secundò reſpon. quòd licet iudęi ante conuerſionem eſſent digni infamia, ſicut & ſubiectionę ſeruili in ęternum pluſquam hęretici: tamen non eſt idem iudicium de omnibus illis poſt eorum conuerſionem: quia ex largitate, & ſpeciali beneficio principis ſcilicet Dei, & Papę, & Regis, in fauorem fidei, ſcilicet ut ab ipſis iudęis reſipiſcentibus fides libenter ſuſcipiatur, remittitur illis, & omnibus infidelibus dum per baptiſmum regenerātur prędicta infamia iuris & ſeruitus pœnę, ſicut & omnis eorum culpa, ut ſupra in reſponſione ad tertium argumentum latius habetur: & quia fauoribus ſunt ad fidem alliciendi, & iam adducti in ea proſequendi ſunt, ut habetur in cap. iudęi, ſecundo de iudęis, & in extrauagan. dignum, eo. tit. & 23. quęſt. 4. cap. debet. & quęſt. 7. cap. quod autem. Et 1. quęſt. 4. cap. iudęi baptizati. & diſtinctio. 45. capit. qui ſyncera, non ſic indulgetur hęreticis, uel aliis poſt datam fidem & acceptam in baptiſmo relapſis, etiā ſi pniam agāt: de quibus procedunt prędictę leges, & ſimiles alię pœnales, quę nō

debent extendi ultra caſus, & perſonas ibi expreſſas etiam per identitatem rationis ſi non eſt expreſſa. Quia de regu. iur. odia reſtringi &c. ſecundum Anguſt. & habetur diſt. 50. ca. ut conſtitueretur, & ſecundum communiter doctores.

Et quidem licet Iudæi peius omnibus occidendo Chriſtum, ipſumque in ſua perfidia blaſphemādo peccauerint: eos tamē propter hoc eccleſia punire non poteſt vlla pœna infamiæ, aut ſeruitutis, ſicut neque alios infideles propter ſuam infidelitatem: quia quid ad nos de his, qui foris ſunt? 1. Corinth. 5. dum maximè contra pacem reipu. non peccant, ut ſupra in reſponſione ad ſecundum argumentum dictum eſt. Hæreticos autem, & omnes alios, qui poſt baptiſmum ad uomitum redierunt, ex quo ſemel de iuriſdictione eccleſiæ fuerunt, nec inde iure egredi potuerunt, utique eccleſia tali pœna etiam corporali punire poteſt, ut habetur. 23. q. 4. & alibi ſæpius: ideò eccleſia, & principes permittunt liberè Iudæis non conuerſis ſuam legem, & ritus ſeruare, cum quibuſdam tamen limitationibus, ne ſcilicet in iniurias, & blaſphemias contra dominum Chriſtum exeant, ut habetur. C. de Iudæis, & cœlico. l. Iudæos. Et l. ſabbati. diſt. 45. cap. qui ſyncera.

Quibus non obſtantibus propter tres cauſas ſuprà dictas in 3. concluſ. tàm ipſi Iudæi, & Sarraceni & alii infideles, quàm trahētes originem ab eis maximè in gradibus propinquis, aut cognitis à congregationibus, muneribus, & dignitatibus repelli poſſunt, ubi de facto uiles, inepti, uel infames habentur ex cauſa quacunque.

Argum. 7. Septimò principaliter ad idem arguitur, quia Neophyti prohibentur ad officia & dignitates aſſumi. diſt. 48. ca. quoniam. & ca. prohibentur, ſecundum. 1. Timot. 3. idque propter ruditatem eorum, & propter reliquias perfidiæ gentis iudaicę, vel idolatrię remanentes, ſecūdum Felinum ibidem, & in ca. Iudæi. de teſtibus. & ſecunda quæſtio. 7. ca. non poteſt.

Reſpon. Reſpondeo ſecundum ipſum Felinum in dict. c. & Philip. Decium, & Ioan. de Ripa, & Turrecremata ibidem, & in c. eam te, de reſcriptis, quod dicta iura loquuntur & intelliguntur de Neophytis, id eſt de recenter conuerſis ad fidem ex quacunque ſecta, aut natione non ſatis inſtructis in pertinentibus ad fidem, moresque Chriſtianos, quoad alios edocendos, & gubernandos, qui neque quoad ſeipſos ſatis probati ſunt: ne ſcandalizentur, neve in ſuperbiam erigantur æſtimantes eccleſiam illis ualdè indigere, vt etiam expreſſè ait, glo. ubi ſupra diſt. 48. cum textu. cap. 1. & 2. & diſtin 61. & in cap. conſtituit. 17. q. 4. licet malè alleget cap. de Iudæis, quod non de conuerſis, de quibus nos agimus, ſed de nondum conuerſis Iudæis dictum capit. loquitur expreſſè.

Item dicta iura intelliguntur, ſicut & loquuntur de promotione neophytorum ad ordines maiores, quibus eſt annexa obligatio alios docendi: non autem prohibentur à minoribus, nec à canonicatu. Sed neque ſecundum Dominicum in cap. quicunque. diſtinct. 78. prohibentur à maioribus, & ab aliis officiis: maximè ſi iam per aliquod tempus in fide, & moribus inſtructi, & probati ſint, & idonei ad id munus obeundum. Et in hoc omninò concordat Philip. Decius in cap. eam te. de reſcriptis. vbi & optimè reprobat Panor. ibidem dicentem illam decretalem procedere ex gratia ſpeciali in fauorem nouiter ad fidem conuerſi: probatque eam de iure communi procedere: pro quo etiā expreſſè facit. ca. neophytus. diſt. 61.

Nihil igitur obſtat ſola ratio generis huius vel illius, ne aliàs idoneus ad munera, officia, & collegia communia & præſertim eccleſiaſtica aſſumatur, vt hoc etiam expreſsè habetur in cap. ad decorem. de inſtitutionibus. Et cap. venerabilis. de præben. & gloſſ. ibidem & ſupra latè probatum eſt, at vt in fine in reſponſione ad ſextum argumentum præcedens dictum eſt, hoc non obſtante ex aliis cauſis ibi, & ſupra concluſione 3. expreſſis iuſtè repelli poteſt.

Sed pro complemento huius materiæ dubitatur quis ſit preferendus in muneribus publicis, & eccleſiaſticis, is ne qui trahit originem ab Hebræis, & Sarracenis, & infidelibus, an qui ab antiquis Chriſtianis progenitus eſt? Similiter qui ſemper fuit bonus ſit ne præferendus ei, qui aliquando fuit malus, cæteris paribus exiſtentibus utrinque? *Dubium.*

Reſpondeo in hoc videntur eſſe opiniones, quas referunt Felinus in cap. eam te. de reſcript. & Panorm. in cap. at ſi clerici, de iudiciis & gloſſ. diſtin. 63. in fine, & in ca. obeuntibus.

Sed reſolutoriè videtur dicendum. Primò, quòd infidelitas præcedens baptiſmum non nocet conuerſo in promotionibus, niſi alia cauſa adſit, ut ſupra probatum eſt; hæreſis autem, & alia crimina quædam poſt baptiſmum commiſſa, poſt quorum pœnitentiam etiam durat infamia, & inhabilitatio, de quibus habetur in cap. niſi quia, de renunciatio. & in gloſ. ibidem. vbique etiam poſteris nocent ad id, ut expreſſè habetur prima quæſtio. ſeptima, capit. primo, & cap. ſi quis omnem. Et gloſſ. diſtinct. vigeſimaquinta, ca. primum, & vigeſimaſexta diſtinctio. cap. deinde, ut ſupra etiam concluſ. tertia, & in auctoritatibus adductis in ſexto, & ſeptimo argumento habetur, & hoc eſt uerum, niſi cum talibus diſpenſetur, id quod ſæpè legitur factum, diſtinct. quinquageſima, capit. ſi poſt. & cap. Ioannes, ut etiam Luc. 15. factum eſt cum filio prodigo, & alibi cum beato Apoſtolo Petro, & cum Dauid, & cum aliis ſanctis: vide Felinum vbi ſupra.

Secundò dico quòd regulariter, & cæteris paribus, quando agitur de præſidendo, & ad prælaturā aſſumendo, præponēdus eſt qui ſemper fuit bonus, & fidelis, peccatori, & Iudęo iā conuerſo: quia liberius pōt reprehendere, & corrigere, quàm qui ali-

quando

quando fuit peccator. Qna enim fronte poteſt alıos reprehendere quı in delıctum ſimile corruit? 25. dıſtınct. cap. primum. Ad quod facit dıſtinct. quadragetımaoctaua cap. 1. & 2. item dıſtinct. 12. ca. Nos conſuetudınem. & diſtinct. 61. cap. Quid proderit. cap. Conſtituimus. cap. nec emeritis, ſecundum Hugonem & Turrecremata ibidem, & de teſtibus & atteſtat. cap. teſtimonium, & ibi gloſ. & 16. quæſt. 1. cap. legi, & Felınus ubi ſupra hoc tandem tenet.

Dico cæteris paribus, quia aliquando ratione alicuius circunſtantiæ in alıquibus caſibus requiſitæ, quæ reperitur in eo, qui aliquando fuit peccator, erit aptior ad tale munus ſi ſit aliàs ſufficiens: puta quia ex ſuo caſu didicit miſereri & mederı: qui ſi ſit aliàs æquè ſufficiens ad prælaturam, eſt præponendus ei, qui ſemper fuit bonus & fidelis, ut habetur diſt. 50. ca. fidelior, & ibi gloſſa. Et in hoc concordant Panor. & gloſſa diſt. 63. ut ſupra, & Philippus Decius, & Ioan. de Ripa, in §. de adulteris.

Tertiò dico quòd ın aliis dignitatibus non habentibus prælaturam ſeu curam paſtoralem ubi ſola bonitas uitæ requiritur, tunc ſtante pari utrinque ſufficientia præferendus eſt is, qui fuit ſemper bonus & fidelis, ſecundum alia iura communia. Et concordant in hoc communiter doctores, & ſecúdum ſupradicta concordátur etiam opiniones, quæ ſibı aduerſari uidentur.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVINTA.

Dubium 1. *De futuris contingentibus, in qua duodecim dubia tractantur: quorum primum eſt quid & quotuplex eſt poſsibile, & futurum contingens.*

Not. 1. Poſsibile [illegible] A D quod reſpondeo per tria notabilia. Primű eſt, quòd poſsıbile capitur dupliciter, ſcilicet prime intentionaliter, & id aduerbialiter: & tunc facit modalem diuiſam: uel etiam prime intentionaliter nominaliter: & id uel largo modo pro omni re, quæ poteſt eſſe ſiue neceſſariò, ſiue non neceſſariò ſit: & hoc modo quodlibet ens, etiam Deus, eſt poſsibile: uel etiam uominaliter, ſed ſtrictè, pro omni re, quæ poteſt eſſe, & poteſt non eſſe: & hoc modo eſt ıdem quod contingens ad utrumlıbet.

Secundo modo capitur ſecunde intentionaliter pro propoſitione poſsıbıli.

Nota. Nota etiam quòd ly poteſt, ſi dicit potentiam logicam, ſignificat non repugnantiam extremorum: & idem eſt quod poſsıbılıter, & ampliat ad quatuor temporum differentias, & abſoluitur à tempore: quia eſt idem quod poteſt, potuit, vel poterit: & ſic eſt uerum dicere quòd Adam poteſt non fuiſſe, ideſt poteſt, uel potuit non fuiſſe. Secus ſi dicat potentiam phyſicam, uel realem, aut naturalem: quia tunc ſtat ſolum ſecundum exigentiam copulæ, & denotat prædicatum poſſe conuenire ſubiecto ſecundum illam temporis differentiam per illam copulam importati, ut Adam poteſt non fuiſſe, ideſt res potens non fuiſſe, quę an ſit uera vel falſa infra in 12. dubio habetur.

Not. ſecundò, quòd contingens, ſicut poſsibile, capitur dupliciter, ſcilicet prime intentionaliter: & tunc, ſi teneatur aduerbialiter pro contingenter, facit modalem diuiſam: Si nominaliter, & largè eſt idem, quod poſsıbile nominaliter largè acceptum: vel eſt idem quod res, quæ aliquando eſt, aliquando non eſt, licet naturalı neceſsitate fiat, ut ortus ſolis, & occaſus, pluuia, tempeſtas &c. Si nominaliter & ſtrictè, eſt ıdem quod poſsibile ſtrictè acceptum: uel eſt idem quod ſic eſt ꝙ poteſt euitari, & non eſſe: & tunc dicitur contingens ſpecialiter captum: quia & eſt ad utrumlibet ex Ariſt. 1. Priorum: & de hoc agitur in materia & quæſtione præſenti. Not. 2. Contingens contingenter.

Et not. ꝙ hoc modo contingens ſpecialiter captum ſolet etiam diuidı in contingens rarò, & contingens ſæpè: & utrunque ab Ariſt. 1. Priorum dicitur contingens natum: & incontingens ad utrűlibet indifferens, quod ab Ariſt. dicitur contingens ad utrumlibet, ex quo ſic eſt, aut erit, quòd poteſt, uel potuit euitari, antequam ſit, ita ꝙ poteſt, potuit, uel poterit eſſe, & non eſſe, ita quod ly poteſt dicat potentiam logicam.

Not. tertiò, ꝙ futurum contingens eſt non quidem id, quod erit, & non erit: ſed quod erit, & poteſt non fore: uel quod non erit, & poteſt fore: Ita ꝙ contingens ad utrumlibet eſt poſsibile non neceſſarium, uel potens eſſe, & potens non eſſe: & eſt inferius ad poſsibile, ut conſtat ex ſupradictis: Et futurum contingens largè ſumptum etiam pro eo quod non erit, & poteſt fore, ut dictum eſt, eſt ſuperius ad futurum: quia ſtat aliquid eſſe futurum contingens, quod non erit: ſed ſtrictè & propriè omne futurum contingens erit, aut eſt futurum, & non è contra: ſic etiam dicunt Alliaco. q. 11. art. 1. & Gabriel in 1. diſt. 38. q. 1. artic. 1. notabili. 3. & 4. Not. 3. Futurum contingens.

Tandem no. ꝙ quando dicitur ꝙ contingens eſt indeterminatum ad eſſe, & non eſſe, non eſt ſenſus, ꝙ contingens nec ſit, nec non ſit: quia hoc eſt impoſsibile, & repugnans: ſed quòd non eſt neceſſe, & certum ipſum eſſe, nec ipſum non eſſe: aut ꝙ poteſt eſſe, & poteſt non eſſe.

D V B I V M ſecundum quid & quæ ſit propoſitio determinatè uera, uel falſa. Dubium 2. Reſpon. aliqui dicűt ꝙ propoſitio determinatè uera eſt id, quod propó uera, & non falſa, ut ait Gabriel ubi ſupra, addens ꝙ aliud eſt propoſitio contingenter uera, quæ ſic eſt uera, quæ poteſt eſſe falſa. Grego. etiam Arim. in 1. diſt. 38. etiam ait ꝙ ſic ſenſit Ariſt. ꝙq; ſic ſentiendo errauit. Aureolus autem, & alii dicunt ꝙ ſic quidem ſenſit Ariſt. non tamen in hoc errauit: ſed Dulart, & doctores communiter tenẽt oppoſitum quoad utrunque, dicentes ꝙ non omne uerum eſt determinatè uerum etiam ſecundum Ariſt. qui. 1. Perihermenias ca. vlt. ait ꝙ propó de futuro contingenti uera non eſt determinatè uera.

Ideò alii dicunt ꝙ propoſitio determinatè vera eſt propoſitio neceſſariò uera neceſsitate abſoluta, vt Deus eſt: uel ex ſuppoſitione, ut Sortes eſt quando eſt, aut currit quando currit. Vel ut alii dicunt eſt propoſitio uera, quæ pro tempore, aut inſtanti, quo eſt uera, non poteſt falſificari, aut non eſſe uera, quamuis abſolutè poſsit non eſſe uera. Ita tenet Alliaco. Faber. Naueros, & alii. Sed hæc diffinitio non eſt idonea tenendo quòd ad præteritum eſt potentia, quódque eſt potentia ad oppoſita pro eodem inſtanti, ut patet: quia ſi Adam poteſt non fuiſſe, & ego nunc uolens. A. poſſum non uelle. A. ergo, Adam fuit, & ego uolo. A. non ſunt determinatè uerę, ex quo poſſunt pro eodem inſtanti non eſſe uerę, quod tamen eſt contra Ariſt. vbi ſupra dicentem eas eſſe determinatè ueras. Immò & tenendo ꝙ ad futurum non eſt potentia in ſenſu compoſito, ſicut nec ad præſens, & præteritum, ut infra dubio. 9. & 12. habetur. Iſta propoſitio Sortes erit, quando erit, ex quo eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, ſicut iſta, Sortes eſt, iam ſimiliter erit determinatè uera, ut Sortes eſt.

Ideò alii, ut etiam ait Naueros, dicunt ꝙ propoſitio determinatè uera eſt propoſitio euidenter uera, cui ſcilicet poſſumus euidenter aſſentire naturaliter, quatenus eſt ex parte ſuæ ſignificationis, ut iſta, Sol lucet, ignis calefacit, Sortes eſt, aut currit, aut fuit, aut per euidentiam ſummam ſiue ſupernaturalem, ut Deus eſt trinus & unus &c. Nam ſi aliquibus ex his non poſſumus euidenter aſſentire, id prouenit ex aliquo impedimento, uel ex defectu noſtri intellectus, ut patet quia iſtis Angelus euidenter aſſentit: ſed non ita poſſumus nos, uel etiam Angeli euidenter aſſentiri propoſitioni de futuro contingenti etiam reuelatæ, ut quòd Antichriſtus erit, niſi eam in uerbo clarè uideamus: quia cùm poſsit non eſſe, iam ex parte ſuæ ſignificationis, uel rei ſignificatæ, nemo poteſt ei euidenter aſſentire, niſi ſolus Deus, uel beatus in uerbo per claritatem, & eminentiam ſuæ cognitionis: Quòd ſi quis illi propoſitioni reuelatæ aſſentiat aliquando euidenter, id erit extrinſece, ideſt ratione ſequelæ quatenus neceſſariò ſequitur ex reuelatione, uel uoluntate diuina clarè cognita, & reuelante quòd Antichriſtus erit.

Sed tandem melius ſecundum beatum Thom. 1. par. quæſt. decimaquarta articulo decimotertio, & ibi Caietanum, & Boetium, & alios propoſitio determinatè uera eſt propoſitio diffinitè, & certitudinaliter uera, ita quòd eius contingentia eſt iam ad unum determinata.

Et ita ſecundum clariſsimum doctorem Medina in ſua lectura in 1. diſtinct. 38. Propoſitio determinatè uera eſt triplex, ſcilicet quoad ſe, & eſt idem quod propoſitio uera, etiam ſi ſit de futuro contingenti, ut Sortes eſt, Sortes erit, eſt quoad ſe determinatè uera, uel falſa: quia aliquid horum certè eſt uel erit: & ſic accepit Gabriel, vbi ſupra. Quoad Deum autem determinatè uera propoſitio eſt illi certitudinaliter uera: & ita omnis propoſitio, cui Deus aſſentit, eſt illi determinatè uera. Quoad nos autem determinatè uera propoſitio eſt nobis certitudinaliter uera, ut ſupra ſecundum B. Tho. dictum eſt: modò ſit certitudo naturalis, ut ſol cras orietur, modò ſit certitudo fidei, uel ſupernaturalis, ut Antichriſtus erit, modò ſit de præterito, modò de præſenti, modò de futuro contingente. & ita multa argumenta, & difficultates per hanc diſtinctionem ſolui poſſunt. Nam propoſitio de futuro contingenti ideo abſolutè dicitur quòd non eſt determinatè uera, quia cùm non ſit determinatum fore in ſuis cauſis naturalibus, neque ſit poſitum ineſſe extra eas, non eſt nobis naturaliter certum quòd erit: ex quo naturaliter poteſt impediri, & non fore. Si autem nobis reueletur fore, tunc erit nobis determinatè uerum & certum fore, quamuis ſit contingens, & poſsit nõ fore: quia reuelatio diuina tantam nobis certitudinem poteſt præſtare, quantam cauſa naturalis ꝙ illa res eſt uel erit.

Ex quibus conſtat ꝙ hæc propoſitio Antichriſtus erit, ſecundum fidem Chriſtianis eſt determinatè, ideſt certitudinaliter, quamuis non euidenter uera, quamuis etiam ſit de futuro contingenti: aliis autem hominibus, & naturaliter indeterminatè uera eſt. Conſtat etiam ex dictis, & ſupponitur cõtra aliquos ꝙ propoſitio de futuro cõtingenti eſt uera uel falſa, ex quo eſt propõ, & non eſt neutra. Nã ſi eſt uerũ ꝙ erit uel non erit, ergo altera uera, altera falſa eſt. Et tandem propõ abſolutè, & in ſe determinatè uera non ſolum ex parte ſubiecti, uel aſſentientis, ſed ex parte obiecti eſt certitudinaliter uera certitudine naturali, ut cras orietur ſol: uel ſupernaturali, ut Antichriſtus erit, etiam ſi plures infideles ei non aſſentiant: quia ex quo eſt reuelata, uel decreta à Deo, iam eſt in ſua cauſa, ſcilicet uoluntate diuina immutabili, & non impedibili certius in ſe ꝙ ita erit, quàm ueritas naturalis in ſua cauſa naturali.

Dubium. DVBIVM tertium. Vtrũ aliqua propoſitio poſsit incipere, aut deſinere eſſe uera uel falſa, & mutari de ueritate in falſitatem, & è contra.

Prop. 1. Reſpondeo per octo propoſitiones. Prima eſt, ꝙ propoſitio de præſenti poteſt incipere eſſe uera uel falſa: & mutari de veritate in falſitatem, ut iſta Sortes currit, Sortes non currit. Nam exponendo ly incipit patet intentum.

Prop. 2. Propoſitio ſecunda. Nulla propoſitio affirmatiua de futuro de ſimplicibus extremis poteſt incipere eſſe uera: ſed ſi ſemel eſt uera ab æterno eſt & fuit uera. probatur: quia ſi aliqua poſſet incipere eſſe uera, maximè iſta, Antichriſtus erit, ſed hæc non, quia heri & ſemper ab æterno fuit uerum dicere quòd Antichriſtus erit aliquando, idque ſuppoſita exiſtentia ipſius propoſitionis ab æterno, vel in intellectu diuino fuit uerum ab æterno, ꝙ Antichriſtus erit.

Benè tamen poteſt deſinere eſſe uera poſt tempus

pus ſuæ futuritionis. Nam poſt mortem Antichriſti iam deſinet eſſe uera, Antichriſtus erit: & tunc incipiet eſſe falſa. Et ita affirmatiua falſa de futuro contingenti non eſt ab æterno falſa.

Propo.3. Tertia propoſitio. Quòd propoſitio negatiua de futuro contingenti benè poteſt incipere eſſe uera, ut iſta, Antichriſtus non erit, incipiet eſſe vera poſt mortem eius ſuppoſito quòd non reſurget, & ita nõ eſt ab æterno uera: quia antequam Antichriſtus eſſet, non eſt, neque fuit uerum dicere quòd non erit, ideſt nullo tempore erit: immo & aliquando erit, & aliquando non erit.

Negatiua autem de futuro contingenti vera nõ poteſt deſinere eſſe vera. Nam ſi ſemel eſt verum quòd Antichriſtus non erit, iam nullo tempore erit verum dicere quòd erit, aliàs duæ contradictoriæ eſſent veræ: & ita de veritate in falſitatem mutari non poteſt.

Negatiua verò de futuro contingenti falſa ab æterno eſt, & fuit falſa. Nam ſi nunc eſt falſum, quòd Antichriſtus non erit in aliquo tempore. ergo ſua contradictoria vera, Antichriſtus erit in aliquo tempore, & ergo ab æterno vera, & per conſequens illa negatiua contradictoria ab æterno falſa eſt, & fuit, & non poteſt incipere eſſe falſa.

Propo.4. Propoſitio quarta. Ex dictis ſequitur ꝙ affirmatiua de futuro contingenti benè poteſt mutari de vera in falſam, vt iſta Antichriſtus erit nunc eſt vera, & poſt mortem eius erit falſa.

E contra fit in negatiua, quæ quidem in eodem inſtanti, in quo affirmatiua deſinit eſſe uera, & incipit eſſe falſa, tunc negatiua deſinit eſſe falſa, & incipit eſſe immutabiliter vera: quia aliter duæ cõtradictoriæ eſſent ſimul ueræ aut falſæ.

Propo.5. Propoſitio quinta. Ex dictis ſequitur quòd licet iſta, Antichriſtus erit, poteſt eſſe vera, & falſa; & ſimiliter iſta, Antichriſtus non erit, non tamen indifferenter ſucceſsiuè vnam poſt alteram. Nam poſt veritatem negatiuæ non poteſt ſucceſsiuè affirmatiua eſſe vera: quia ſi negatiua eſt uera, & negat omne tempus futurum, iam non poteſt verificari affirmatiua, quòd Antichriſtus erit pro aliquo tempore: quia ſic darentur duæ contradictoriæ ſimul veræ.

Item neque negatiua poteſt ſucceſsiuè eſſe falſa poſt falſitatem affirmatiuæ; quia ſi iſta eſt falſa, Antichriſtus erit, ſcilicet aliquando, ergo negatiua eſt nunc vera & in æternum, quòd ſcilicet Antichriſtus nunquam erit. ergo non poteſt eſſe falſa poſt falſitatem affirmatiuæ. Sed è conuerſo benè poteſt eſſe, quòd ſcilicet affirmatiua poteſt incipere eſſe falſa poſt falſitatem negatiuæ: quia affirmatiua poteſt incipere eſſe falſa poſt mortem Antichriſti: & quando incipit eſſe falſa, tunc negatiua incipit eſſe vera. ergo ante fuit falſa illa negatiua: & poſt illius falſitatẽ incipit falſitas affirmatiuæ.

Item negatiua poteſt eſſe vera poſt veritatem affirmatiuæ: quia poteſt incipere eſſe vera, vt iſta, Antichriſtus non erit, poſt mortem eius.

Propoſi.6. Propoſitio ſexta. Ex dictis ſequitur quòd licet quælibet affirmatiua, vel negatiua de futuro contingenti poſsit eſſe vera & falſa, ut dictum eſt: tamen negatiua eſt immutabiliter uera, ita quòd ſi ſemel eſt uera non poteſt mutari in falſum, quia non poteſt incipere eſſe falſa, ut ſupra propoſitione tertia & quarta habetur.

E contra fit in affirmatiua: quæ eſt immutabiliter falſa, ita quòd ſi ſemel eſt falſa, nunquam mutabitur in veram, vt ſi nunc eſt falſum quòd Antichriſtus ſaluabitur, & ſua cõtradictoria vera quòd non ſaluabitur: nunquam poſtea erit verum quòd ſaluabitur: quia aliàs duæ contradictoriæ darentur ſimul ueræ.

Vnde nota, quòd iſtæ duæ contradictoriæ, Antichriſtus erit, Antichriſtus non erit, non poſſunt eſſe ueræ, nec falſæ ſimul, nec ſucceſsiuè indifferenter: ſed certo ordine ſeruato, vt dictum eſt, tunc ſucceſsiuè poſſunt eſſe falſæ, puta affirmatiua poſt negatiuæ falſitatem, & negatiua poteſt eſſe vera poſt veritatem affirmatiuæ: & non è conuerſo.

Propo.7. Propoſitio ſeptima. Nulla propoſitio de futuro contingenti eſt ineuitabiliter, ideſt neceſſariò uera uel falſa: ſed euitabiliter uel contingenter, ita quòd antequam ponatur ineſſe, poteſt eius ueritas uel falſitas euitari, & poni ſua contradictoria ineſſe. Quò fit vt licet vna ſit immutabiliter uera, ut iſta negatiua, Antichriſtus non ſaluabitur: non tamen ineuitabiliter uera ſit: & iſta affirmatiua Antichriſtus ſaluabitur, eſt immutabiliter falſa: non tamen ineuitabiliter, ideſt ſi nunc eſt falſa non poteſt ſucceſsiuè in ueram mutari, uel tranſire: ſed poteſt falſitas illa euitari, quia poteſt ille ſaluari in ſenſu diuiſo: etſi ponatur ineſſe iam erit uera, ſed non ſucceſsiuè poſtquam fuit falſa: quia tunc deponitur illa eius falſitas ita ꝙ nunquam fuit falſa: & ita eius falſitas euitatur. Eodem modo iſta negatiua Antichriſtus non ſaluabitur eſt quidem immutabiliter uera, ſed euitabiliter, ut dictum eſt.

Propo.8. Propoſitio octaua. Propoſitio affirmatiua de præterito non dependens à futuro contingenti habet per omnia eandem regulam, quam negatiua de futuro contingenti, quia ſcilicet poteſt incipere eſſe uera, non tamẽ falſa, & poteſt mutari de falſitate in ueritatem, ut ſupra propoſitione tertia, dictum eſt. Sed oppoſito modo in negatiua de præterito dicẽdum eſt, uti ex ſupra dictis facilè poteſt exemplificari, atque probari.

Argumen.1 Contra primam propoſitionem ſuprapoſitam: Primò arguitur: quia in caſu ꝙ nunc in. A. inſtanti præſenti Sortes non ſit, & poſt in inſtanti. B. mediato ſit, ſed producatur poſt. A. & ante. B. in inſtãti intermedio quod uocetur. C. tunc iſta propoſitio, Sortes eſt in. A. nõ incipit eſſe uera nec falſa, ut patet exponendo ly incipit, quia ſemper affirmatiua exponens eſt falſa: modò exponatur per primum ſui eſſe, modò per ultimum non eſſe.

Reſpon. Reſpondeo quòd ſi illa inſtãtia ſint mediata ad

inuicem, benè incipit eſſe uera, uel falſa, & exponentes ſunt ueræ. Si uerò ſint immediata, non admitto caſum: quia impoſsibile naturaliter eſt inſtantia eſſe immediata. Et ſi ponatur quòd ſupernaturaliter ſint immediata: tunc uerum probas, ſed non cõtra primam propoſitionem, quæ intelligitur naturaliter inſtantibus exiſtentibus mediatis.

Argum. 2. Secundò. Et hoc præcipuè contra ſecundã propoſitionem arguitur. Nam iſta affirmatiua, Antichriſtus erit, poteſt eſſe uera, & poteſt eſſe falſa. ergo poteſt incipere eſſe uera, ſicut poteſt incipere eſſe falſa, quia non uidetur maior ratio de una, quã de altera, & quàm de negatiua Antichriſtus non erit.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam, & eius probationem, quia maior ratio eſt de una, quàm de altera, ut ſupra propoſitione ſecunda, & tertia probatum eſt.

Replica. Si replicetur adhuc probando quòd affirmatiua poteſt incipere eſſe uera, quia hæc propoſitio, Antichriſtus ſaluabitur, nunc non eſt uera, ut ſupponitur ex fide, & immediatè poſt hoc poteſt eſſe uera, quia aliàs eſſet neceſſariò, & non contingenter falſa. ergo poteſt incipere eſſe uera.

Reſpon. Reſpondeo dupliciter. Primò ſecundum Alliaco negando conſequentiam, quia arguitur à diuiſis ad coniuncta. Nam ly poteſt in exponentibus non cadit ſupra ly incipit, ac perinde nec ſupra utranque eius exponentem, ſed ſupra una tantum: & ita non denotatur quòd copulatiua de ineſſe compoſita ex illis exponentibus poſsit eſſe uera, ſed ſolum una illarum: cũ qua ſtat altera de poſsibili: & quando ponetur ineſſe tolletur altera: & ſic antecedens eſt uerum. Sed in conſequentia exponibili uirtualiter cadit ly poteſt ſupra utranque exponentem, ex quo ponitur in principio cadens ſupra ly incipit: & denotat quòd tota copulatiua compoſita ex exponentibus de ly incipit poſsit eſſe uera in ſenſu compoſito: & facit hunc ſenſum, & exponitur ſic. Poſſibile eſt quòd hæc propoſitio, Antichriſtus ſaluabitur, nunc non eſt uera, & immediatè poſt hoc erit uera: uel poſsibile eſt quòd hæc nunc eſt uera, & non immediatè ante hoc fuit uera, ut ly poſsibile cadens ſupra totam copulatiuam, quæ eſt pars illius diſiunctiuę, denotet quòd tota illa copulatiua ſit poſsibilis, & capiatur in ſenſu compoſito: & hoc eſt falſum, & illa propoſitio impoſsibilis eſt.

Sed certè, ut aiunt Grego. Arim. in 1. diſt. 38. Et Dulart, & alii hæc reſponſio non ſtat ſecundum bonam dialecticam: quia ſi illud conſequẽs, hæc propoſitio Antichriſtus ſaluabitur poteſt incipere eſſe uera, capiatur in ſenſu compoſito, tunc ly poteſt nõ determinaret illum infinitiuum incipere eſſe, ſed totam propoſitionem ad hunc ſenſum, hæc propoſitio Antichriſtus ſaluabitur incipit eſſe uera, eſt propoſitio poſsibilis, ſed non accipitur ad prædictum ſenſum: ergo non poteſt accipi in ſenſu compoſito, ſed in ſenſu diuiſo. quòd ſi capiatur in ſenſu diuiſo non debet exponi per unam de ſenſu compoſito, quia una modalis diuiſa ſecluſis omnibus inſtantiis eſt neceſſaria, uel impoſsibilis: modalis autem compoſita eſt contingens: quia ſi ſua officians eſt in rerum natura, eſt uera, ſi non, eſt falſa, quia extremum non ſupponit, ergo modalis diuiſa non rectè exponitur per compoſitam.

Reſpon. 2. Ideò ſecundo modo reſpon. ſecundum Grego. Arim. & alios etiam negando conſequentiam, quia illa propoſitio de ſenſu diuiſo, (hæc propoſitio, Antichriſtus ſaluabitur poteſt incipere eſſe uera) non eſt prius exponenda ex parte de ly incipit, ſed ponẽda ineſſe ſic, hęc propoſitio, Antichriſtus ſaluabitur, incipit eſſe uera: quæ quia impoſsibilis, ideò ſua modalis diuiſa impoſsibilis eſt.

Argum. 3. Tertiò contra eandem ſecundam propoſitionẽ arguitur. Iſtá propoſitio, Antichriſtus erit omnis homo, in caſu quòd poſt hoc erunt multi homines tempore Antichriſti, & quòd poſt maneat ſolus Antichriſtus, iam tunc incipit eſſe uera. Nam ante illud inſtans non fuit uera: & quando eſt ille ſolus, eſt uera ſua de ineſſe, hæc uidelicet, Antichriſtus erit omnis homo, qui erit: & hoc tenendo quòd ſit falſa iſta propoſitio Adã fuit omnis homo ad hunc ſenſum Adam fuit omnis homo qui fuit. Nam aliter ſi tempus importatum per copulã ſit acceptio non unica prædicati ad hunc ſenſum, Adam in aliquo tempore fuit omnis homo, tunc ſicut illa eſt uera: ſic & iſta, Antichriſtus in aliquo tempore erit omnis homo, ab æterno fuit, & erit uera in caſu prędicto: ſicque non incipiet eſſe uera, ſed ut dictum eſt tenendo tempus importatum per copulam eſſe unicam ſubiecti tantum & illam, Adam fuit omnis homo, fuiſſe falſam, tunc iſta Antichriſtus erit omnis homo, incipiet eſſe uera in caſu prędicto.

Reſpon. Reſpondeo conceditur quod in argumento probatum eſt: ſed id non eſt contra ſecundam propoſitionem, quæ ſolum loquitur de propoſitione de ſimplicibus extremis, & ubi nulla eſt diſtributio formalis, qualis eſt in hac, Antichriſtus erit omnis homo: nec ulla diſtributio æquiualens, aut uirtualis, qualis eſt in hac propoſitione, Sortes erit maior Platone, quæ poteſt incipere eſſe uera in caſu q́ nunc & poſt ſint æquales, ſed cras Sortes ſit maior: tunc enim certum eſt quòd nunc eſt falſa, ut patet per exponentes, nam tertia exponens negatiua eſt falſa in caſu prędicto, hęc ſcilicet Plato non erit ita magnus, ut Sortes: quia facit hunc ſenſum quòd in nullo tempore erit ita magnus ut Sortes, ſed cras incipiet eſſe uera, ut patet: idque quia includitur negatio in altero extremo ſcilicet in ly maior, & ita non eſt contra ſecundam propoſitionem.

Argum. Quartò contra eandem ſecundam propoſitionẽ arguitur, quia iſta propoſitio, Antichriſtus erit omnis homo in hoc inſtanti quod eſt, demonſtrando inſtans futurum in medio uitæ eius, nunc eſt falſa; quia ly in inſtanti, quod eſt nunc, non ſupponit, & tamen poſtea in eodem inſtanti medio uitæ Antichriſti incipiet eſſe uera, ergo illa 2. propõ falſa eſt.

Reſpon.

Reſpon. diſtinguendo ly quod eſt: Nam ſi æquiualet nomini. i. in inſtanti exiſtenti, & ſemper capiatur uniuocè pro eodem; tunc maior eſt uera; quia facit hunc ſenſum, Antichriſtus erit homo in inſtanti exiſtenti in medio uitæ eius, quod inſtans uocatur. a. & minor eſt falſa; & ita nil concluditur. Si autem ly quod eſt teneatur uerbaliter reſtrictiuè pro inſtanti præſenti; tunc illa maior eſt falſa, quia prædicatum non ſupponit ſic reſtrictum; & licet minor ſit uera, tamen argumentum non eſt cõtra ſecundam propoſitionem; quæ intelligitur ſolum in propoſitionibus de ſimplicibus extremis, qualis prędicta propoſitio non eſt.

Aliqui etiam dicunt quòd tunc adhuc illa minor non erit uera in medio uitæ Antichriſti, quia per ly in inſtanti quòd eſt non debet demonſtrari inſtans tunc præſens in medio uitæ eius, ſed illud idem iam præteritum in quo maior falſa fuit, ut ſic uniuocè pro eodem inſtanti procedatur. Et ita tũc non incipit eſſe uera contra ſupradictam ſecũdam propoſitionem, quæ naturaliter tantum ſecluſis caſibus extraordinariis & miraculoſis procedit, & ita multa ſophiſmata puerilia uitantur.

Argumentum quintum. Quintò contra tertiam propoſitionem arguitur. Nam iſta propoſitio negatiua de futuro, Antichriſtus, qui erit, poteſt non fore, eſt uera: & tamen non poteſt incipere eſſe uera, ergo illa tertia propoſitio falſa eſt. Quòd ſit uera illa maior probatur: quia non debet ſtatim poni in eſſe ſic dicendo, Antichriſtus qui eſt non erit, hæc enim eſt falſa, ut patet ex ſua copulatiua, ad quam reducitur, Antichriſtus eſt & non erit, nam prima pars eſt falſa. Sed cum ly qui erit teneatur à parte ſubiecti ut reſtrictio uel determinatio eius; ideò non debet reſolui in copulatiuam: Sed illa maior eſt negatiua de ſubiecto non ſupponente: & eſt uera in caſu quòd Antichriſtus erit, & modò non ſit, & idem dicatur de iſta, Antichriſtus futurus poteſt non eſſe, & de aliis eiuſmodi. Item ſecundò probatur quòd ſit uera, quia cùm ſubiectum debeat prius reſolui, & tolli connotatio antequàm ponatur in eſſe cùm ſit modalis diuiſa, ſic fiet probatio, Antichriſtus poteſt non fore, & ipſe erit, ergo Antichriſtus, qui erit, poteſt non fore: & quando illa Antichriſtus poteſt non fore ponetur in eſſe dicẽdo quòd non erit: tunc deponetur ſua contradictoria, Antichriſtus erit, ut patet ex his, quę inferius dubio. 11. notabuntur. Et ita patet illa maior uera, minor autẽ argumenti quòd. ſ. non poteſt incipere eſſe uera, patet, quia ab æterno uerum eſt dicere, & eſt neceſſaria propoſitio hęc quòd Antichriſtus qui erit poteſt non fore, quòdq; iſta propoſitio poſſibilis eſt.

Reſpon. concedendo quod probatum eſt: ſed non eſt contra tertiam propoſitionem, quæ de ſimplicibus extremis tantum loquitur, ut dictum eſt. & ſimiliter dicatur de iſta, Antichriſtus qui non erit poteſt fore, in caſu quo non erit. Et prædicta ſunt uera ſi ſint modales diuiſæ: nam ſi ſint compoſitæ, omnes illę ſunt falſę Antichriſtus qui erit poteſt non fore: & qui non erit poteſt fore, & futurus poteſt non eſſe futurus, ut conſtat ſi ſtatim ponantur in eſſe & efficientur ſine reſolutione, ut in modalibus compoſitis fieri debet. Nam falſum eſt quòd iſtæ propoſitiones ſunt poſſibiles. Antichriſtus qui erit non erit: & qui non erit erit: & futurus non eſt futurus.

Dubium quartum. Dubium quartum eſt, ſuppoſito quòd non omnia de neceſſitate eueniunt: ſed multa contingenter ita quòd poterant non fieri uel non euenire: & multa fiunt, quæ poſſunt non fieri, ut conſtat per experientiam: Iam dubitatur utrum ad ſaluandum hanc contingentiam in rebus & libertatem in noſtris operationibus humanis neceſſarium ſit ponere libertatem in prima cauſa uidelicet in Deo: an ſufficiat in cauſa ſecunda.

Opinio prima. Reſpon. in hoc eſt duplex opinio inter catholicos. Prima ſtat in duobus dictis: quorum primum eſt quòd ſi in uniuerſo non eſſet aliqua cauſa libera, ſed omnes naturaliter, & de neceſſitate agerent: tunc non eſſet aliqua contingentia in rebus, ſed omnia de neceſſitate fierent. Probatur: Nam ſi aliquid ſit & poteſt non fieri, aut hoc eſt ex libertate alicuius cauſæ: & tunc iam habetur intentum, & eſt contra hypotheſim. Aut eſt propter aliquod impedimentum: & tunc quæro de illo impedimento, an ſit cauſa libera, an neceſſaria: Si libera iam habetur intentum, & eſt contra hypotheſim: Si neceſſaria, ergo de neceſſitate ponet illud impedimẽtum: & ita ſequitur intentum, quòd ſi non eſſet in uniuerſo aliqua cauſa libera, nihil fieret contingenter, quòdque ad contingentiam rerum aliqua cauſa libera requiſita eſt.

Secundum dictum huius primæ opinionis eſt quòd utrum ad ſaluandam iſtam contingentiam debeamus neceſſariò ponere libertatem in prima cauſa. ſ. in Deo; an ſufficiat in cauſis ſecundis duntaxat. Hoc pendet ex alia quæſtione quomodo Deus concurrat cum cauſis ſecundis ad ſuas operationes: Nam ſi teneatur opinio erronea Durandi in 2. diſtinct. 1. quòd Deus concurrit mediatè, ſic. ſ. quòd primò produxit res, & dedit eis uirtutem, qua agere poſſent, & deinde non amplius concurrit cum eis, ſed eas relinquit ut utantur ſua uirtute; tunc cõſequenter etiam diceretur quòd in omnibus operibus humanis ſaluatur cõtingentia, eſto quòd prima cauſa non eſſet libera: quia tunc ſufficeret libertas, aut etiam contingentia cauſæ ſecundę. Sed hęc opinio erronea eſt in ſuo ſaltem pręſuppoſito.

Si autem teneatur aliorum opinio æquè aut magis erronea quòd Deus immediatè quidem concurrit ad noſtras operationes, ſed inſufficienter ita uidelicet quòd illos effectus cauſæ ſecundæ ipſe ſolus producere non poteſt: ſicut neque obiectum cognitum ſine uoluntate, neque uoluntas ſola ſine obiecto cognito effectiuè concurrente poteſt uolitionis actum producere: tunc conſequenter diceretur quòd ſola noſtra libertas ſufficeret ad ſaluandum contingentiam eorum, quæ fierent à nobis,

etiam

etiam ſi Deus non liberè ſed neceſſariò ageret ſicut obiectum cognitum mouet uoluntatem, & cauſat neceſſariò.

Sed tandem tenendo cum doctoribus communiter; ſicut & uerum eſt quòd Deus immediatè & ſufficientiſſimè concurrit cum cauſis ſecundis. Immediatè in quam immediatione uirtutis & ſuppoſiti, ut hoc etiam concedit B. Tho. 1. par. q. 8. art. 1. & 2. & ibi Caietanus. Ita quòd cauſa ſecunda nihil poteſt agere niſi Deus & ſimul cuagat uirtute etiam influxa ab ipſo Deo. Et ſufficientiſſimè, ita quòd Deus ipſe ſolus agere poteſt per ſe omnem rē uel effectum non dico actionem, ſed rem uel effectū; quem efficit cum cauſa ſecunda.

Hoc ergo ſuppoſito ut ſupponit Scotus in 1. diſtinct. 1. q. 1. & diſtinct. 8. q. 2. & diſtinct. 39. Iam conſequenter dicendum eſt quòd ad ſaluandū contingentiam in rebus neceſſariò requiritur libertas in prima cauſa uidelicet in ipſo Deo: aliàs nulla contingentia dari aut ſaluari poſſet in rebus: neq; libertas alicuius cauſæ ſecundę ad id ſufficiens eſſet: Quod quadrupliciter probatur.

Primò quia ſi cauſa ſecunda mouetur à prima immediatè & ſufficienter, ſicque ſola prima ſufficit agere, & ſecunda non ſine prima ergo: ſi prima neceſſariò agit uel mouet, ſequitur ꝙ etiam ſecunda neceſſariò mouetur & agit. probatur conſequētia dupliciter. Primò quia omnis cauſa, quæ mouet in quantum mota, ſi neceſſariò mouetur, neceſſariò mouet. Sed omnis cauſa ſecunda etiam uoluntas hominis mouet ſeu agit in quantum mota à cauſa prima. ſ. à Deo, quia ſine eo nihil agere poteſt, etiam ſecundum philoſophos, ergo ſi neceſſariò mouetur à Deo neceſſariò quoque mouet ſeipſam, & agit uel operatur. Tum ſecundò quia da oppoſitum quòd. ſ. cauſa ſecūda mouet liberè aut contingenter, & prima. ſ. Deus mouet neceſſariò & ſufficienter, ergo tunc Deus fruſtratur ab effectu ſuo, uel impeditur per cauſam ſecundam, aut effectus neceſſariò fit. Igitur ad ſaluandum contingentiam in rebus neceſſarium eſt ponere libertatem in Deo, qui cauſa prima omnium eſt.

Secundò probatur idem, quia cauſa prior prius naturaliter & ſimpliciter reſpicit effectum, quàm cauſa ſecunda poſterior: quia ſicut eſt prior & non ſolum principalior in eſſendo, ita & in cauſando, cùm eius uirtute cauſa ſecunda agat, ergo in illo priori cathegorematicè uel ſincathegorematicè ſumpto cauſa prima dabit effectui neceſſitatem ſuam, & ergo poſtea in ſecundo inſtanti uel ſigno naturę aut præſuppoſitionis cauſa proxima poſterior non poteſt ei contingentiam dare.

Tertiò probatur idem, quia omnis effectus contingens cauſæ ſecundæ poteſt à Deo immediatè produci ſtante identitate naturæ illius effectus, ergo eſſet etiam contingens ſublatio cauſis ſecundis contingentibus à ſola prima cauſa dependens.

Quartò probatur idem, quia Deus de facto multa contingentia liberè produxit atque producit immediatè, ut patet in creatione mundi & animarum quotidie; ergo res non ſunt contingentes ex proximis cauſis, ſed principaliter & radicaliter à Deo ſic liberè agente. Ita tenet Scotus ubi ſupra & Gabriel, Medina, & alii. Et quamuis Caietanus, ubi infra in ſecunda opinione allegatur, conetur ſoluere prædictas rationes Scoti; tamen inſufficienter, ut Lychetus diſt. 38. 39. optimè eas defendit & probat, ut proximè etiam patebit.

Opinio ſecunda eſt Beati Thomæ 1. par. q. 19. art. 8. & ibi Caieta. & in q. 14. artic. 13. quòd licet prima radix contingentiæ rerum ſit diuina uoluntas, eiusque conditio, in quo doctores omnes conueniunt; quid autem aut quæ ſit conditio hæc, Scotus ubi ſupra & ſequaces dicebant quòd eſt contingentia, aut potius libertas diuinæ uoluntatis: ita quòd quia Deus liberè uult & cauſat, ideò eſt contingentia in uniuerſo: adeò quòd ſi Deus omnipotens liberè non cauſaret, nihil poſſet contingenter euenire. Inde dicunt quòd Ariſt. & alii philoſophi dicētes Deum neceſſariò cauſare ſimul & multa contingenter euenire, utique repugnantia dixerunt. Hæc autem ſecunda opinio beati Tho. &c. dicit quòd illa conditio non eſt libertas, ſed ſumma efficacia diuinæ uoluntatis: quæ uult quædam neceſſariò, quædam contingenter fieri ad complementum uniuerſi: & ideò præparauit eis ſuas cauſas neceſſarias & contingentes. Vnde infertur ꝙ non ideò effectus ſunt contingentes, quia cauſæ proximæ ſunt contingentes, ſed quia Deus uoluit eos contingenter euenire, & cauſas contingentes illis præparare. Opinio ſecunda.

Quæ opinio dupliciter probatur. Primò quia etiam ſi diuina uoluntas non liberè, ſed naturali neceſſitate uellet & cauſaret ut ſol, uti Ariſt. & alii philoſophi malè dixerunt, ſalua tamen efficacię ſuę uirtute, hoc uniuerſum quale nunc eſt; adhuc contingentia in rebus ſaluaretur: tum quia eſſent cauſę defectibiles; tum quia eſſent agentia libera puta homines: ſicut ex maiori neceſſaria, & minori contingenti ſequitur concluſio contingens; ſic ex prima cauſa neceſſariò mouente uel cauſante, & ex ſecunda contingenter, effectus contingens ſequi poteſt. Et hoc euidentius apparet ſi fingamus mundum non eſſe à Deo, ſed quaſi ex ſe: tunc enim manifeſtum eſt ꝙ ex hoc ipſo quòd non omnis effectus habet per ſe cauſam, aliquid euenit contingenter, ut patet 6. metaphy.

Sed Scotus & alii de prima opinione negarent hanc rationem, quòdque tunc daretur contingentia in rebus, aut agens liberum, aut contingens.

Secunda ratio huius ſecundę opi. eſt, quia ex prima opinione Scoti ſequitur hanc partem uniuerſi non eſſe à Deo ut ab agente à propoſito, quod tamen dicere eſt contra philoſophos & theologos. Et ꝙ ſequatur patet: quia effectus agentis à propoſito ut ſic oportet quòd ſit electus à Deo, ut patet. 9. metaphy. ubi dicitur quòd potentia naturalis à prohereſi. i. electione determinatur ad agendum.

dum. Sed ſi contingentia oritur ex modo uolendi ipſius Dei: iam ipſa non eſt electa ſed conſequens modum eligendi, ergo ipſa non eſt effectus Dei ut agentis a propoſito: & ita contingentia rerum eſt in uniuerſo præter intentionem Dei, ut pote conſequens modum uolendi eius, non uolitionem ipſam. Sed certè neque hæc ratio ualet contra Scotum. Nam eodem modo ſequeretur quòd actus eò quòd eſt liberè uolitus ab homine non eſt à propoſito, uel ex electione, ſed conſequens modum eligendi.

Ad primam rationem primæ opinionis.

Ad ſupradictas autem quatuor rationes primæ opinionis quòd non ſint ſufficientes conatur reſpondere Caietanus. Ad primam negando conſequentiam, & ad eius primam probationem ꝙ omne mouens in quantum motum ſi neceſſariò mouetur neceſſariò mouet, diſtinguit hanc maximam dupliciter. Primò quia ly in quantum ab alio motum, aut dicit cauſam præciſam, aut concauſam. Si cauſam præciſam, tunc illa propoſitio implicat cõtradictionem in adiecto; & minor eſt falſa ubi dicitur ꝙ cauſa ſecunda mouet in quantum mota. Nam ſi cauſa ſecunda eſt cauſa, ergo non præcisè mouet, quia mota; ſed etiam ex ſe aut ex uirtute propria aliquid confert aut efficit: aliàs non eſſet cauſa effectiua. Ideò cùm dicitur quòd cauſa ſecunda nihil agit, niſi uirtute primæ, non eſt ſenſus ꝙ nullam uirtutem habet niſi primæ: ſed quòd nullum effectum producit, niſi uirtute primę concurrente & coniungente uirtutem ſecundæ ſuo effectui. Si uerò dicit concauſam quamuis principalem: tunc negatur illa maxima. Nam ſtat ꝙ cauſa ſecunda neceſſariò moueat, & quòd non neceſſariò moueat aliã cauſam; quia motio cauſæ prioris modificatur in cauſa ſecunda, ſecundum modum ipſius cauſæ ſecundæ. Et ita licet prima cauſa moueat neceſſariò, eius tamen motio recepta in cauſa ſecunda contingenter operante modificatur à contingentia cauſæ ſecundæ recipientis. Et quia prius natura modificatur, quàm impellat ad mouendum uel agendum: iam motio illa modificata ad cauſam contingentem mouebit ſecundam ad mouendum uel agendum non neceſſariò, ſed contingenter. Etſi cauſa ſecunda ponatur naturalis potens deficere; iam motio illa modificata ad naturam cauſę ſecundæ mouebit illam ad mouendum uel agendum non neceſſariò, ſed ut in pluribus iuxta proprium modum ipſius cauſæ ſecundæ & non primæ. Exemplum eſt in ſole uel cœlo quod cum cauſis neceſſariis coagit ad effectus neceſſarios, & cum contingentibus ad contingentes, licet ſit cauſa neceſſaria aut naturaliter, & non liberè agens. Sic de Deo dici poteſt ꝙ attingit à fine ad finem diſponens omnia ſuauiter. i. iuxta modum euiuſque cooperans unicuique.

Secundo modo diſtinguitur illa maxima. Nam cauſa ſecunda poteſt dupliciter à prima moueri; uno modo motione præuia propriæ actioni, ſicut baculus motus à manu mouet lapidem, aut aqua prius ab igne calefacta calefacit hominem, aut cibum. Alio modo motione cooperatiua intrinſeca proprię actioni. Et quamuis in primo ſenſu illa maxima poſſit eſſe uera: non tamen eſt ad propoſitum. At uerò in ſecundo ſenſu, qui eſt ad rem, eſt falſa. Non enim oportet quòd cùm aliquis uult aliquid, uel cùm Sol illuminat, prima cauſa motione præuia cooperetur: ſed ſufficit & exigitur quòd ea puta Deus intrinſecè cooperetur tali electioni, uel illuminationi ſecundum naturam uniuſcuiuſque, ut dictum eſt: ut ſol & cœlum cum cauſis inferioribus ſecundum naturam earum ad ſuos effectus cooperatur.

Sed certè iſta reſponſio Caietani non ſatisfacit: quia ſolum procedit de cauſa prima aut ſuperiori mouente inſufficienter, quę. ſ. ipſa ſola ſine ſecunda non ſufficit eius effectum producere: quia tunc modificatur ſecundum naturam eius; ut ſol & cœlum, & obiectum cognitum &c. de qua & dicit Scotus quòd ſi neceſſariò ageret & ſufficienter, non poſſet impediri, neque modificari ab inferiori cauſa ſecunda, quòdque ſi modificatur eſt, quia ita liberè uult & concurrit cum cauſa ſecunda ut latius probat Lychetus in primo diſtinct. 39. & diſt. 8. q. 4. Ideò illa probatio Scoti ualida eſt.

Ad ſecundã rationem primæ opinionis.

Ad ſecundam rationem primæ opinionis reſpõdet Caietanus ubi ſupra negando conſequentiam, quia prima cauſa non attingit effectum ſecundæ in ſeipſa, ſed modificata cooperatione ſua iuxta modum ipſius cauſæ ſecundæ: ideò effectus cauſæ ſecundę in nullo priori habet neceſſariam habitudinem ad primam; ſed ſolam ex ſe contingenter fieri habitudinem habet. Illa enim propoſitio aſſumpta. ſ. cauſa prior prius natura reſpicit effectũ, nõn eſt ſic intelligenda quaſi ſit aliqua duratio uel inſtans naturæ in cuius primo inſtanti cauſa prima operetur aliquid, uel reſpiciat effectum, & in ſecundo cauſa ſecunda: in quo ſenſu illa conſequentia procedit: ſed eſt intelligenda de prioritate independentię & immediationis uirtutis & intimitatis: quia. ſ. prior independentius & immediatius quoad uirtutem attingit effectum, quàm ſecunda etiam in eodem inſtanti naturę.

Sed certè neque iſta reſponſio ualet contra Scotum: quia ſolum Caietani reſponſio procedit de cauſa prima, quę ſine ſecunda non ſufficit producere effectum, ut ſuperius ad primam replicatum eſt, ut Lychetus ubi ſupra latius agit.

Et ſimiliter ad alias ſolutiones Caietani replicari põt pro ſtabilienda prima opinione Scoti ſuprapoſita, quę omnia cauſa breuitatis omittuntur, & apud Lychetum ubi ſupra uideri poſſunt. Ideò in prima opinione nunc ſtandum eſt.

Tandem no. ꝙ ut ait Caietanus. 1. par. q. 14. art. 13. & alibi ſępius ſecundum B. Thomam in 1. diſt. 38. Deus non benè & propriè dicitur agere ad extra contingenter, neque ꝙ eſt cauſa contingens: ſed ꝙ eſt cauſa libera liberè agens: quia cauſa contingens dicit mutabilitatem, uel ꝙ ab alia cauſa poteſt

teſt impediri: & ita dicit imperfectionem, quæ in Deo ponenda non eſt. Sed doctores communiter uocabulum contingeuter extendunt ut cauſam etiam liberam comprehendat: & ita ſæpè dicunt Deum agere contingenter, & cauſam eſſe contingentem.

Dubium quintum. Dubium quintum eſt, Vtrum Deus habeat ſciētiam, aut præſcientiam certam, & determinatam euidentem & infallibilem omnium etiam futurorum contingentium.

Propoſitio. Reſpon. per unicam propoſitionem quòd ſic, etiam inuariabilem uel immutabilem ab æterno; non quidem abſolutè neceſſariã, ſed ex præſuppoſitione, & contingentem ſcientiam prædictam omnium futurorum contingentium tàm in ſeipſis, quàm in ſuis cauſis habet.

Probatur, quia ab æterno ſine ulla ſui mutabilitate & deceptione Deus nouit euidenter omnia etiam poſſibilia ut ipſa ſunt, ergo & futura contintia contingenter. Antecedens patet ad Rom.4. Vocat ea, quæ nõ ſunt, ſicut ea, quæ ſunt. Et Hebræ.4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Et Sapi.4. Scit omnia & intelligit ea &c. Item patet; quia niſi ea omnia clarè & perfectiſſimè cognoſceret ut illa ſunt, neceſſaria neceſſariò & contingentia contingenter; utique eſſet imperfectio in Dei cognitione. Idem etiam patet, quia multa futura contingentia Deus de facto reuelauit prophetis, & aliis hominibus, & beato Petro dicens Ter me negabis &c.

Argumentum primum. Si contra hoc arguatur primò. Si Deus ab æterno nouit Sortem fore, ergo immutabiliter & infallibiliter, & ergo ineuitabiliter & neceſſariò, & non contingenter. Nam omne æternum eſt immutabile & neceſſarium, ſicut Deus eſt.

Reſpon. Reſpon. conceſſa prima conſequentia, negatur ſecunda; negatur etiam quòd omne æternum eſt neceſſarium reſpectu rerum ad extra temporaliũ, quàmuis in ſe abſolutè neceſſarium ſit: pro cuius declaratione nota ꝙ ſcientia Dei poteſt conſiderari dupliciter; uno modo abſolutè quoad ſuam eſſentiam: alio modo quoad attingentiam obiecti, uel in ordine ad obiectum quoad ſe, uel quoad eſſentiam eſt ipſemet Deus: & ita ſcientia & præſcientia Dei eſt neceſſaria & æterna, ſicut ipſemet Deus, ſed quoad modum tendendi in obiectum ad extra, uel in creaturas, non eſt neceſſaria; licet ſit inuariabilis, immutabilis, & ęterna, quia nec in ſe, nec in tendendo admittit tranſitum uel ſucceſſionem; nunquàm enim Deus tranſit de neſciente hanc rem in neſcientem illam; uel ècontra, quia ſi ſcit ab æterno ſcit aut ſciuit, & ècontra, & quod futurum eſt ab æterno fuit futurum. Cum quo ſtat quòd tàm in re futura, quàm in ſcientia Dei quoad modum tendendi ſit contingentia: quia multa ſcit, & in multa obiecta enunciabilia tendit intelligendo propoſitionaliter ea eſſe, aut fore, ſiue fuiſſe, quæ ab æterno etiam potuit neſcire, nec in ea tendere; ſicut & potuit non uelle ea eſſe, aut fore, ſiue fuiſſe; & ipſa potuerunt ita non eſſe non fore, ſiue non fuiſſe, & ita ſicut res ſunt, erunt, ſiue fuerunt contingenter; ſic Deus eas ab æterno euidenter, & immutabiliter nouit contingenter ſine ullo ſuæ ſcientię tranſitu, aut ſucceſſione, ut dictum eſt.

Si arguatur. Deus eſt neceſſarium quid, pręſcientia aut ſcientia rerum eſt ipſe Deus, ergo hæc eſt neceſſaria. *Replica 1.*

Reſpon. negando conſequentiam: quia uariatur appellatio. Nam in maiori ly neceſſarium dicit neceſſitatem ſolum rei abſolutę; in conſequenti autem dicit neceſſitatem etiam reſpectus ad extra, & ita debet concludi, ergo præſcientia eſt quid neceſſarium; quia eſt Deus qui eſt quid neceſſarium: & ipſe habet præſcientiam rerum, ſed contingenter, ut dictum eſt. *Reſpon.*

Si dicas, eſto ita ſit quòd Deus cõtingenter ſcit Antichriſtum fore: Si ponatur ineſſe ꝙ non erit ex quo eſt contingens, ergo iam decipitur Deus ſciẽs, & iudicans immutabiliter adhuc eum fore: aut ſi neſcit tunc eum fore uel ſcit eum non fore, ergo iá mutatur eius ſcientia quoad modum tendendi in hoc uel illud obiectum enunciabile. *Replicas.*

Reſpon. Negando utranque conſequentiam, quia quando ponitur quòd Antichriſtus non erit, quòdque Deus ab æterno neſcit illum fore, iam cõſequenter deponitur ꝙ aliquando erit, quòdque Deus aliquando ſcit aut ſciuit illum fore: & ita nulla mutatio in ſcientia Dei facta eſt. Itaque iſta ſtãt ſimul. Sciẽtia Dei eſt neceſſaria & æterna &c. quia eius eſſentia, quæ eſt eius ſcientia, talis eſt. Scientia Dei quoad attingentiam obiecti creati, uel in ordine ad obiectum creatum, uel ad extra non eſt neceſſaria, ſed contingens & euitabilis ſed inuariabilis: & poteſt multa etiam oppoſita diuiſim cognoſcere ab æterno ſine ulla ſui mutatione & ſucceſſione, ut conſtat ex ſupradictis & infra dicendis dubio ſexto in reſponſione ad tertium argumentum contra ſecundam opinionem; & inferius dubio.11. in reſponſione ad ſecundum & tertium argumentum. Nam quando unum ponitur ineſſe, deponitur ſuum oppoſitum ac ſi nunquam fuiſſet: neque ſtant ſimul ineſſe: benè tamen alterum ineſſe cum oppoſito de poſſibili: ut Deus ſcit aut ſciuit ab æterno Antichriſtum fore: & Deus poteſt non ſcire aut non ſciuiſſe ab æterno ipſum fore, ſicut & Antichriſtus erit, & ſimul poteſt non fore ſtant ſimul in ueritate. *Reſpon.*

Et quanuis Caietanus.1.par.q.14.art.13. dicat eſſe differẽtiam inter has propoſitiones, Deus ſcit Antichriſtum fore, & Deus ſciuit Antichriſtum fore; quia illa Deus ſcit ubi ſcientia importatur de pręſenti eſt contingens: illa autem Deus ſciuit ex modo ſignificandi de pręterito eſt abſolutè neceſſaria, ſicut Adam fuit aut ambulauit: & non ſolum ex ſuppoſitione ſicut quod eſt quando eſt neceſſariò eſt; tamen communiter non fit illa differentia inter illas propoſitiones etiam apud multos Thomiſtas: ſed utraque propoſitio eſt contingenter uo

ra in

ra in ſenſu diuiſo; neceſſaria autem ex ſuppoſitiòne & in ſenſu compoſito; quia in ſcientia Dei æterna nulla differentia temporis eſt: & in Deo ſcit, ſciuit, & ſciet idem ſunt.

Argum. 2. Secundò arguitur: quia in eſſentia diuina uelut in ſpeculo relucent & repræſentātur omnia etiam futura contingentia, ergo non immediatè in ipſis rebus futuris, ſed mediante eſſentia tanquàm in ſpecie uel imagine Deus ea omnia cognoſcit, ergo non intuitiuè, ſed abſtractiuè.

Reſpon. Reſpon. quadrupliciter. Primò ſecundum Durandum in prologo qui malè concedit utranque conſequentiam, quia tenet quòd notitia intuitiua eſt, quæ habetur de aliqua re non præſuppoſita alia notitia de eadem re: abſtractiua autem quæ habetur de re præſuppoſita notitia de eadem re. Vnde nulla notitia intellectiua pro ſtatu iſto eſt in nobis intuitiua, ſed abſtractiua ex quo præſupponit aliam ſenſitiuam. Item Deus ſecundum eum nullam intuitiuam bene tamen claram notitiam habet de creaturis, ex quo præſupponitur notitia ſuæ eſſentiæ, in qua cognoſcit creaturas. Sed hæc opinio non tenetur.

Secundo modo reſpon. ſi teneatur opinio Gregorii Arim. quòd notitia intuitiua eſt quæ habetur de obiecto immediatè. i. non per aliquid aliud prius cognitum, ut notitia abſtractiua rei abſentis eſt intuitiua ſpeciei, quam immediatè cognoſcit: & per eam cognoſcit mediatè, & ſic abſtractiuè ipſam rem, tunc negatur utraque conſequentia, quia Deus intuitiuè cognoſcit omnia & immediatè, ex quo ſua notitia quæ eſt ſua eſſentia intuitiuè & immediatè omnia cognoſcit. Conſonat Gabriel in 1. diſt. 38. art. 3. dubio 2. & 3.

Tertio modo reſpon. ſecundum doctores communiter & Scotum tenendo: quòd notitia intuitiua eſt rei exiſtentis ut præſens eſt, negando utranque conſequentiam, quia Deo ſunt omnia præſentia immediatè in ſua eſſentia & æternitate, ut hoc infra dub. 8. latius declarabitur.

Quarto modo reſpon. ſecundum Ocām & Gabrielem ubi ſupra art. 2. concluſione. 2. Et Medina in ſua lectura, tenendo id quod uerius uidetur, quòd cùm rerum ſpiritualium naturam plenè pro ſtatu iſto perſpicere non ualeamus; ita neque earum diffinitiones à priori, ſed aliquas tantum earum proprietates agnoſcimus. Ideò à priori notitia intuitiua eſt notitia clara qua rem clarè cognoſcimus. In quo autem ſtet claritas hæc à priori conſtare nō poteſt: à poſteriori autem notitia intuitiua ſecundum Ocam & Gabrielem in prologo. q. 1. dubio 5. eſt per quam poſſumus euidenter indicare de prædicatis contingentibus rei, & quòd eſt quando eſt, & quòd non eſt quando non eſt: abſtractiua autem è contra: quo ſuppoſito negatur utraque conſequentia, quia Deus omnia immediatè & clarè cognoſcit & intuitiuè & non abſtractiuè per ſuam notitiam, quæ ſua eſſentia eſt: abſtractiuè namque cognoſcere dicit imperfectionem, quæ in Deo non eſt.

Quod autem dicitur in illo antecedente argumenti quòd in eſſentia diuina uelut in ſpeculo omnia relucēt, ut ait Gabriel ubi ſupra dubio 2. & 8. poſt Grego. Arim. & alios, non eſt intelligendum quaſi eſſentia diuina repræſentet intellectui diuino, ſic quòd diuina intellectio mediatè per ſuam eſſentiā feratur in res ad extra, uel tanquàm per quaſdam imagines aut ſimilitudines creaturarum ibi exiſtētes & relucentes, quas aliqui dixerunt ideas eſſe. Nam ex hoc malo intellectu prior illa opinio Durandi proceſſit. Sed eſt intelligendum ad hunc ſenſum quòd Dei eſſentia eſt identicè eius cognitio immediata omnium rerum. Et quod dicitur quòd eſt uelut ſpeculum &c. eſt ſenſus quòd ipſa eſſentia eſt immediata notitia ſui & aliorum omnium repræſentans ipſi intellectui diuino omnes creaturas, ut infra etiam dubio. 6. & 8. declarabitur.

Argum. 3. Tertiò arguitur. Si Deus clarè & intuitiuè cognoſcit omnia etiam poſſibilia, quæro an ſit ſtatus in cognitione omnium partium continui proportionabiliter diuiſibilis in infinitum, & omnium numerorum, & graduum qualitatis, & ſpecierum, & rerum aliarum numero poſſibilium eſſe in infinitum. Si dicatur quòd non eſt ſtatus, ſed poteſt Deus adhuc plura poſſibilia cognoſcere, ergo de facto non omnia poſſibilia ſimul clarè cognoſcit. Si dicatur quòd eſt ſtatus, contra, quia ſi omnia cognoſcibilia & producibilia infinita ſimul Deus clarè cognoſcit, ergo poteſt ea non ſolum diuiſiuè, de quo non eſt dubium, ſed etiam ſimul omnia producere & cognoſcere, ex quo potentia & cognitio diuina æqualia ſunt: quo poſito in actu, iam quæro uel poteſt aliud producere & cognoſcere: & hoc non, quia ſic non omnia producibilia contra hypotheſim ante produxiſſet. Quòd ſi non poteſt aliud producere & cognoſcere, ergo tunc potentia diuina ſimul & eius cognitio exhauſta eſt, quod uidetur inconueniens.

Tertiò, ut benè in hoc Gabriel in 1. diſtinct. 38. q. 1. artic. 3. dubio 4. ſecundum Gregó. & alios reſpondet, quòd non eſt ſtatus: i. terminus talium partium, & numerorum, & aliorum poſſibilium, ex quo talia ſunt infinita ſincathegorematicè, ita quòd non datur ultimus terminus eorūm: ſed benè eſt ſtatus in cognitione ipſorum, ita quòd ea omnia ſimul & numeros infinitos poſſibiles Deus clarè & diſtinctè cognoſcit. Et ad argumentum reſpondeo contra Gabrielem in hoc malè dicentem ubi ſupra, dico ergo quòd Deus poteſt omnia ſimul producere, ſicut ea cognoſcit. Et ſi ponatur in actu; iam inde non poteſt aliud producere, neque cognoſcere: quia non eſt producibile, neque poſſibile, neque cognoſcibile ex caſu. Et quando arguitur quòd iam eius potentia atque cognitio eſſet exhauſta, conceditur ad hunc ſenſum quòd iam non poteſt Deus plus producere atque cognoſcere; quia nihil amplius producibile, aut cognoſcibile eſt: non autem quòd ſit exhauſta. i. finita, limitata, &

imper-

imperfecta. Non enim eſt imperfectio, nec impotentia, aut limitatio non poſſe producere quod impoſſibile, aut non poſſe cognoſcere quod non cognoſcibile eſt. Sicut nunc de facto Deus cognoſcit omnia cognoſcibilia incomplexa, & non poteſt aliud cognoſcere; non tamen ideò eius cognitio exhauſta. i. imperfecta, quia nihil aliud cognoſcibile eſt.

Argum. 4. Quartò arguitur, Vtrum Deus neceſſariò cognoſcat contingentia. Vide ſupra in reſponſione ad primum argumentum, & infra dubio. 6. in reſpō ſione ad tertium argumentum contra ſecundam opinionem, & inferius dubio. 11. in reſponſione ad ſecundum & tertium argumentum.

Dubium 6. Dubium ſextum eſt, Vtrum Deus aliquid poſſit de nouo cognoſcere quod prius non cognouit.

Notabile. Pro reſponſione præ notandum eſt ſecundū doctores communiter, & refert latius Gabriel in primo diſtinct. 38. q. 1. dubio 5. & diſti. 39. & B. Tho. 1. par. q. 14. art. 9. & 2. 15. ꝙ cognitio Dei eſt, aut dicitur eſſe duplex. ſ. rerum & enunciabilium uel propoſitionum. alij ſic diuidunt. Cognitio aut ſcientia Dei licet in ſe ſit ſemper ab æterno unica eſſentia & cognitio omnium cognoſcibilium; tamen in ordine ad obiecta cognita uel ratione tendentiæ ad res cognitas diſtinguitur.

Et ita eſt duplex. ſ. apprehenſiua, & iudicatiua. Apprehenſiua eſt apprehenſio rerum omnium, & propoſitionum tàm complexa, quàm incomplexa: & ita ſe extendit ad omnia, ad uera & falſa, particularia & uniuerſalia, neceſſaria & contingentia cuiuslibet temporis ſint etiam ad poſſibilia. & à B. Tho. 1. par. q. 14. art. 9. & 12. dicitur ſcientia rerum ſimplicis intelligentiæ.

Iudicatiua autem eſt eadem ſcientia ut eſt enunciabilium uel propoſitionum, quæ eſt ueritatis cōplexe uel proportionaliter, ut qua ſcit uel iudicat Deus me legere, legiſſe, aut lecturum eſſe, me eſſe, fuiſſe, aut fore.

Hæc Iudicatiua eſt triplex. ſ. ſimplicis intelligentiæ, uiſionis, & præſcientiæ, uel præuiſionis. Scientia ſimplicis intelligentię eſt ſolùm omnium uerorum, quibus Deus aſſentit; modò ſint præterita, modò præſentia, aut futura, modò etiam ſint poſſibilia. Et ab aliquibus ſcientia hæc dicitur apprehenſiua; ſed propriè, & in rigore diſtinguitur ab ea, ut patet ex dictis. Scientia autem uiſionis eſt eadem ſcientia ut reſpicit ſolùm præterita, præſentia, & futura. Et dicitur ſcientia uiſionis non quòd per hāc Deus iſta cognoſcat intuitiuè, & per aliam alia abſtractiuè: nam omnia etiam poſſibilia clarè & intuitiuè cognoſcit ut in 5. dubio pręcedente dictum eſt. Sed dicitur ſcientia uiſionis ut rerū præſentialitatem pro aliquo tempore ſignificet: quia. ſ. eſt ſolum earum rerum, quæ actualiter exiſtunt, extiterunt, aut exiſtent aliquando, & ibi poſſibilia non includuntur. Sciētia uerò præſcientiæ, aut prouidentiæ futurorum tantum eſt.

Opinio. 1. Hic ſuppoſitis reſpondeo ad ſextum dubium ꝙ eſt quadruplex opinio. Prima magiſtri & Scoti, ꝙ nullum incomplexum, neque complexum propoſitionale Deus de nouo ſcit, neque eius ſcientia mutari poteſt, ita quòd nunc aliquid ſciat quod ante neſcierit, uel econtra. Sed ab æterno ſcit quod & quomodo nunc ſcit, & ſciet. Et ratio eſt duplex: prima quia propoſitio mentalis ultimata. i. iudicatiua ex quo eſt uniuoca ſemper, & præcipuè in mēte diuina, & non poteſt cadere à ſua ſignificatione, ergo eius copula ſemper unit pro eodem tempore, aliàs eſſet æquiuocá, ergo ſi ab æterno Deus nouit Antichriſtum fore pro. a. tempore: iā talis propoſitio in mente diuina ab æterno exiſtens. ſ. Antichriſtus erit pro. a. tempore ſemper unit pro eodē tempore, ex quo eſt eadem notitia & eſſentia: & ita quando Antichriſtus erit pro. a. iam iſta Antichriſtus eſt idem ſignificabit quòd iſta Antichriſtus erit pro. a. ex quo ly eſt unit pro eodem tempore. a, pro quo uniebat ly erit: & ita neutra illarum deſinit, aut incipit eſſe uera. Similiter iam tranſacto Antichriſto hęc propoſitio, Antichriſtus erit, in mente diuina ex quo unit pro illo tempore. a. quod pręteriit ęquiualet huic, Antichriſtus fuit in. a. quia ex quo idem tempus importatur in ly eſt, erit, & fuit; nil refert dicere quòd eſt, erit, aut fuit; niſi ad explicationem conuenientis modi loquendi apud nos. Apud Deum autem, cui omnia ſunt pręſentia in ſua ęternitate, non eſt, fuit, & erit, ſed eſſe. Igitur eadem propoſitio, quę fuit ab ęterno, eſt nunc uniens pro eodem tempore; & pro quo ſemel eſt uera, pro eodem ſemper manet uera; ita nulla mutatio, neque nouitas ſcientię in Deo eſt.

Immo & Aureolus inſuper dicit hoc idem eſſe in noſtris propoſitionibus mentalibus ultimatis: quia tenet quòd copulę uniūt ſemper uniuocè pro eodem tempore propter ſupradictam rationē Scoti: & ita quę ſemel eſt uera ſemper eſt uera. Et ly Antichriſtus erit, eſt, & fuit pro. a. in mente ſemper uera eſt: & explicabitur pro eodem tempore. a. ut dictum eſt. In propoſitionibus autem uocalibus & ſcriptis idem etiam eſſet dicendum, ſi copula non ſtaret pro quando profertur, uel ſcribitur, uel pro quando importat ſuum ſignificare, ſed pro eodem tempore ſicut mentalis ultimata. Quia uerò communiter ex communi modo intelligendi non ſic ſtat copula in uocalibus & ſcriptis, ſed pro tempore quo profertur, & explicatur in propoſitione, ideò in his dicit Aureolus non eſſe eandem rationem, quę in mentalibus ultimatis eſt.

Secunda ratio Scoti eſt, quia ex quo etiam ſecūdum nominales Deus habet notitiam intuitiuam omnium, qua omnia clarè cognoſcit, etiam contingentia, & omnes eorum habitudines ad omnia ſua pręedicata etiam contingentia pręteria, pręſentia, & futura, & poſſibilia, ut in quinto dubio præcedēte dictum eſt, ergo ab ęterno cognouit habitudinem Antichriſti ad ſuum tempus. a. in quo erit. Et ita ab ęterno iudicauit quòd Antichriſtus eſt, uel erit in. a. uel pro. a. & hoc idem iudicium & notitia

habitudinum

habitudinum ipſarum manet ſemper in Deo, ergo quando Antichriſtus realiter erit ad extra in.a.adhuc manet & manebit in Deo eadem notitia eiuſdem habitudinis ſicut & quæ ante in eo erat ab æterno: & per conſequens idem iudicium & eadem propoſitio. Et ita Deus nihil incipit in ſe ſcire de nouo, neque proprie in ſe de non ſciente in ſcientem mutatur.

Opin. 2. Secunda opinio nominalium, ut refert & cũ eis tenet Gabriel in 1.diſt.38.dub.5. & diſt.39. eſt ꝙ per ſcientiam apprehenſiuam, uel ſimplicis intelligentię non iudicatiuam Deus nihil de nouo cognoſcit: benè autem per notitiam, aut ſcientiam iudicatiuam: non tamen per nouam ſcientiam, ſicut nec per nouam eſſentiam. Nam per eandem ſcientiam Deus de nouo iudicat propoſitionem ueram eſſe, quando eſt de nouo uera: ſicut ſine ſui mutatione per eandem ſcientiam cognoſcit.a.eſſe, quãdo eſt, & non eſſe quando non eſt, & ſic eſſe quãdo ſic eſt. Et ita diuerſæ ueritates per eandem, non tamẽ per nouam, neque per diuerſas notitias de nouo cognoſcũtur a Deo, uel Deus de nouo cognoſcat, uel potius ad bonum ſenſum dicitur de nouo cognoſcere, ita quòd aliquod prædicatum de nouo dicitur de Deo, quod nõ ante dicebatur: & id non propter mutationem in Deo, aut ſcientiæ eius, ſed rei ad extra, & temporis importati per copulam: quia tenent quòd copula unit pro tempore quod nobis explicat.ſ.ly eſt pro præſenti, fuit pro præterito, erit pro futuro. Et cùm in his diuerſis temporibus ſint diuerſæ habitudines rerum, & per conſequens mutatio ueritatis; ideò dicunt diuerſas eſſe propoſitiones Sortes eſt, Sortes fuit, Sortes erit; ſicut à parte rei aliud eſt Sortem eſſe, aliud fuiſſe, aliud erit.

Ideò & Antichriſtum nunc eſſe, non eſt propoſitio uera, nec à Deo ſcita pro nunc eſſe uera, quia nunc Antichriſtus non eſt: erit autem poſtea uera quando Antichriſtus erit: & tunc incipiet eſſe uera, & de nouo ſcita & iudicata à Deo ita eſſe pro illo tempore tunc præſenti, pro quo Antichriſtus erit, quod explicabit ly eſt, & pro quo, & in quo tunc uerificabatur quòd Antichriſtus eſt. Nam non importatur idem tempus, nec eadem habitudo nunc & poſt per has propoſitiones Antichriſtus eſt nunc, & Antichriſtus eſt tunc quando erit.

Et ita per ly eſt intelligitur tempus præſens, quo iſta propoſitio eſt, & per ly erit tempus futurum, & per ly fuit tempus præteritum, idque in ordine ad nos, quibus non omnia tempora præſentia ſunt: Deus autem, cui omnia præſentia ſunt, nec ulla ſucceſſio eſt in æterna ſua cognitione rerum & habitudinum earum, ſemper habet eandem cognitionem incomplexam & complexam, apprehenſiuam & iudicatiuam ueram pro tempore, pro quo ita res eſt uel erit, uel fuit ad extra, & à parte rei, uti ſupra & ſecundum primam opinionem dictum eſt.

Sed etiam nota ſecundum hanc opi. quòd licet Deus prædicto modo denominatiuè dicatur de nouo aliquid ſcire puta.a.eſſe; non tamen propriè dicitur de non ſciente in ſcientem mutari. Nam duplex eſt mutatio; propria & impropria. propria eſt quãdo aliquid reale uel intentionale perditur, uel aduenit in re, quæ dicitur mutari; modò ſit ſubſtantia, uel qualitas, uel relatio realis, uel intentionalis, ſiue rationis, ut Sortes propriè & realiter mutatur quando de paruo fit magnus, de non albo albus, de non cognoſcente cognoſcens per notitiã de nouo ei aduenientem, uel etiam per nouam relationẽ rõnis ei aduenientem, uel in eo fundatam, uel ſubiectatã, & his modis nunquàm Deus mutatur: quia ex tempore nihil tale reale uel intentionale poteſt ei aduenire, uel ab eo deperdi, ex quo perfectiſſimus & ſimpliciſſimus eſt. Secunda mutatio impropria eſt quando aliquod prædicatum de nouo dicitur de aliquo, non quidem propter aliquid reale uel intentionale de nouo ei adueniens uel deperditũ ab eo uel in eo, ſed alteri rei uel in alia re, ut ſecundum nominales columna dicitur & mutatur de dextera in ſiniſtram, licet maneat fixa: mutatur inquam realiter impropriè; quia à parte rei ita eſt ut per talem propoſitionem ſignificatur, & ſine operatione intellectus de dextra ſiniſtra fit: & hoc per nil reale uel intentionale ei adueniens, nec deperditum in ea, ſecundum nominales non ponẽtes relationes a rebus diſtinctas, ſed aliunde a mutatione reali locali Sortis à dextra in ſiniſtrã mutati.

Et ſecundum reales & nominales Deus ſic impropriè dicitur realiter mutatus quãdo de nõ creãte eſt creans, & de non unito unitus eſt noſtræ humanitati; non quidem per aliquid reale ei adueniẽs uel deperditum in eo; ſed quia ſine operatione intellectus à parte rei eſt realis mutatio in creatura, ratione cuius mutationis Deus creator & unitus realiter dicitur & eſt. Sic etiam eſt mutatio impropria intentionalis quando de nõ cognito Deus dicitur cognitus à Sorte de nouo: non quidem ꝙ de nouo Deo adueniat aliqua relatio rationis; ſed quia ipſi Sorti aduenit noua notitia ſiue relatio, & ita per unicam & eandem notitiam ſiue relationem dicitur Sortes de nouo Deum cognoſcens, & Deus obiectiuè uel denominatiuè tantum non ſubiectiuè de nouo cognitus ab eo: & Sortes eſt intẽtionaliter propriè, Deus aũt intentionaliter impropriè dicitur mutatus. Eodem ẽt modo Deus de nõ cognoſcente dicitur de nouo cognoſcẽs aut ſciẽs a.fore, dicitur etiam impropriè mutatus intentionaliter: quia per mutationem propriam realem uel intentionalem factam in re ad extra ſicut propoſitio mutatur de falſitate in ueritatem, ita Deus de non ſciente in ſcientem illam impropriè mutatur. Quoad hæc etiam uideri poſſunt ea, quæ infra dub. 11.in reſponſione ad tertium argumentũ habẽtur.

Si contra hanc ſecundam opinionem arguatur ꝙ Deus de nouo approbat ſicut de nouo iuſtificat Sortẽ, ergo de nouo cognoſcit eum eſſe iuſtũ, quia approbatio ſine cognitione non eſt, & approbatio & cognitio in Deo idem ſunt. *Argum. 1.*

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam de notitia ſimplicis intelligentiæ: conceditur autem de notitia iudicatiua ad ſanum intellectum denominatiuè, ut ſupra declaratum eſt. Et quamuis approbatio & cognitio in Deo ſint idem in re; non tamen in effectibus, nec in nominis connotatione, nec in modo tendendi in obiectum: ideò non ſunt omnino idem, neque ſinonima: & ita propter diuerſos effectus & cõnotatiões poſſunt de eis diuerſa pdicata prædicari.

Argum. 2. Secundò ad idem arguitur. Si Deus de nouo ad prædictum ſenſum incipit cognoſcere cognitione non noua ſed æterna præexiſtente Sortem eſſe dignum uita æterna, ergo nõ de nouo, ſed ſemper eo dem modo cognouit per eandẽ notitiam: & ita hęc ſecunda opinio repugnantia dicit. Patet conſequẽtia, Quia idem in quantum idem ſemper facit idẽ, maximẽ ſi ſit agens naturale, qualis operatio intellectus & cognitio etiam diuina eſt. Deus enim quęcunque nouit, naturaliter nouit.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam. Nam eadem cognitione nouit Deus ab ęterno Sortem dignum uita æterna pro quando habet gratiam; & indignũ pro quando caret. Et ad probationem ꝙ idem in quantum idem &c. Reſpon. ꝙ ſemper Deus idem cognoſcit pro diuerſis temporibus eſſe, aut fore, ut dictum eſt: nec in ſe incipit, aut deſinit aliquid aliquãdo cognoſcere. Quòd aũt propoſitionẽ Deus nunc cognoſcit ueram, quam non cognouit prius ueram, ut ly prius determinet uerũ, non arguit propriam mutationẽ, aut nouitatẽ in Deo, uel in ſcientia eius in ſe, ſed in re ſignificata per illam propoſitionem, uel in ipſa etiam propoſitione, ut ſupra declaratum eſt. Quòd autem dicitur Deũ naturaliter & neceſſariò omnia cognoſcere id ſolum uerũ eſt de neceſsitate præſuppoſitionis uel conſequentiæ, non autem abſolutè, ut ſupra dubio 5. in. reſponſione ad primum argumentũ, & inferius in hoc dubio in reſponſione ad tertium argumentũ ſequens, & infra dubio. 11. in reſponſione ad ſecundum argumentum latius habetur.

Argum. 3. Tertiò ad idem arguitur. Quia Deus neceſſariò ab æterno nouit omnia etiam contingentia; ergo nihil de nouo cognoſcit. antecedens probatur infra dub. 11. in 2. argum. ibi uideatur.

Reſpon. Reſpon. negatur ſimpliciter antecedens. Nã ut ait Gabriel in 1. diſtin. 38. q. 1. dubio. 6. quo modo Deus contingentia cognoſcat. Dico ꝙ per notitiã apprehenſiuã uel iudicatiuam ſimplicis intelligentiæ Deus omnia neceſſariò, & nihil de nouo cognoſcit, ut patet etiam ex ſupradictis. Notitia autem, uel ſcientia uiſionis, aut præuiſionis abſolutè non neceſſariò, ſed contingenter uel potius liberè contingentia cognoſcit, ſicut ea liberè aut contingenter & omnes res ad extra uoluit & uult. Ex ſuppoſitione autẽ uel neceſsitate conſequentiæ Deus omnia neceſſariò cognoſcit, ad hunc ſenſum, quòd ſi aliqua res eſt, uel aliqua ueritas eſt; iam neceſſariò à Deo uolita & cognita eſt: quia bona & neceſſaria hæc conſequentia eſt. hæc res uel ueritas eſt, ergo à Deo uolita & cognita eſt: quãmuis abſolutè res illa & ueritas neceſſaria nõ ſit. Nam quomodo res aut ueritates ſunt contingentes uel neceſſariæ ex ſuppoſitione diuinæ uoluntatis, ita & contingenter uel neceſsitate conſequentię non abſolutè neceſſariò à Deo cognitæ ſunt.

In caſu autem, quo antecedens cõcederetur uerum eſſe, negatur conſequentia prædicti argumenti: & quando concederetur Deum aliquid ſcire de nouo intelligendum eſt non in ſe, ſed denominatiuè ut in reſponſione ad ſecundum argumentum & ſuperius declaratum eſt. Et per ſupradictam diſtinctionem quomodo Deus neceſſariò ex ſuppoſitione non abſolutè ſcit contingentia ſoluũtur multa argumenta Gabrielis ubi ſupra.

Tertia opinio eſt Beati Tho. 1. par. q. 14. art. 15. & ibi Caieta. & in primo ſententiarum diſt. 41. art. 5. & ſequacium, qui tenent ꝙ propoſitiones quaſdã Deus de nouo poteſt ſcire & neſcire, ut aut prædicta opinio ſecũda nominaliũ ad ſenſum declaratũ ibidem. res aũt ad extra ſignificatas p ipſas propoſitiones Deus de nouo ſcire aut neſcire nõ põt ſed ſemper ſcit rem, puta Petrũ eſſe quã aliquãdo ſcit. Opinio 3.

Fundamentum huius opinionis, & prædictæ differentiæ inter rem ad extra, quæ dicitur obiectum, aut ſcitum remotum, & ipſam propoſitionem uel enunciationem, quę, ut eſt propoſitio, dicitur obiectũ uel ſcitũ propinquũ eſt, quia propoſitio ut propoſitio eſt manens eadem põt mutari de uera in falſam, ut ſupra dubio. 3. habetur; & ex cõſequenti de ſcita in neſcitam: & de falſa in uerã, & ita de neſcita in ſcitã. Res autẽ ſignificata per propoſitionẽ ſi mutatur de ſcita in neſcitam nõ manet eadem, ſed deſinit eſſe, & inde fit ꝙ rem eandẽ manentẽ Deus de nouo ſcire aut neſcire non poteſt: propoſitionẽ ſũt ſic. Et loquor de propoſitiõe ut propoſitio eſt: nã ſi conſideretur ut res quędã naturalis eſt habẽs talem materiã uel naturam, & tales partes; tunc omnem propoſitionem, quam Deus aliquando ſcit, aut ſciuit ſemper, & non de nouo ſicut & qualibet aliam rem Deus ſcit.

Si contra hoc arguatur ꝙ ſicut ab æterno Deus intuitiuè & clarè cognoſcit rem ad extra puta Petrum eſſe, ita & hanc propoſitionem Petrus eſt; ergo ſicut B. Tho. non admittit ꝙ Deus aliquando neſciat Petrum eſſe, quem aliquando ſciuit, aut ꝙ de nouo ſciat ipſum eſſe, iam non debet admittere quòd aliquando neſciat hanc propoſitionem Petrus eſt, quam aliquãdo ſciuit, uel quòd de nouo illam ſciat, quam aliquãdo neſciuit. uel ſi hoc admittit ẽt id de rebus debet admittere: & idem iudiciũ de rebus & de propoſitionibus debet eſſe. Argum.

Reſpon. dupliciter. Primò ſecũdum Caietanũ. 1. par. q. 14. art. 15. alioſque Thomiſtas negando conſequentiam: & ratio diſcriminis eſt, quia. a. res determinat ſibi certum tempus ſui eſſe. Propoſitio autem. ſ. a. uel Petrus eſt, nullum certum tempus conſignificat ſed importat tempus præſens in communi uel uariè: & hinc eſt quòd modò eſt ue- Reſpon.

rum

rẽ m modò falſum durans tamen idem omnino: nõ ſic eſt de re ipſa, quę habet tempus præſens determinatum ſui eſſe.

Sed ut ait doctiſſimus Perez in eodem artic. 15. hæc ſolutio non ualet. Nam ſupponatur quòd in hac propoſitione. a. eſt. per ly eſt importetur tempus certum determinatum ipſius eſſe. a. rei puta Petri, ut ualeat ſicut iſta propoſitio. a. uel Petrus nunc eſt: quo dato iam currit & non ſoluitur argumentum modo prædicto.

Ideo ſecundo modo reſpon. quòd licet Deus ab æterno clarè uideat utrunque, & ſemper ſciat illam propoſitionem eſſe ueram, non tamen pro ſemper ſed pro illo tantum tempore, quo durabit exiſtentia rei puta Petri, uel ueritas ipſius propoſitionis, & ita patet rõ diſcriminis & negatiõis cõſequẽtiæ.

Opin. 4. Sed quia adhuc malè ſonat, & fortè ſimplices ſcandalizat dicere ꝙ Deus aliquid etiam enunciabile poteſt de nouo ſcire aut neſcire; ideò cautius & clarius ego dicerẽ, & ſit quarta opinio, ꝙ Deus nihil de nouo ſcit aut neſcit, aut incipit ſcire ſiue neſcire, ſed ab æterno ſemper ſcit aut neſcit aliquã rem pro tali tempore de nouo eſſe aut non eſſe, & propoſitionem de nouo eſſe aut incipere pro tali tempore ueram eſſe: quòdq́ue ab æterno iudicat aliquam propoſitionem eſſe de nouo pro tali tempore falſam, & neſcit illam pro illo tempore. Cum quo etiam ſtat & dicere poſſumus ꝙ aliqua de nouo ſciantur aut neſciantur à Deo.

Quæ omnia probantur: quia per eandem ſcientiam uel notitiam Deus ab æterno ſemper clarè uidet & iudicat talem rem. ſ. Petrum eſſe quãdo eſt, & non eſſe quando non eſt: ergo ſimiliter ab æterno & ſemper ſcit hanc propoſitionem Petrus eſt eſſe Deum non pro ſemper, ſed pro illo tantum tempore, in quo durabit exiſtentia Petri & ueritas ipſius propoſitionis, & pro tempore, quo ipſe Petrus non eſt, uel non erit, iudicat Deus & ſcit ab ęterno hanc propoſitionem Petrus non eſt eſſe ueram, & oppoſitam Petrus eſt iudicat ab ęterno pro tũc eſſe falſam. Ita ꝙ nouitas uel inceptio non determinat ſcientiam Dei uel attingentiam eius ad obiectum: ſed ipſam rem uel propoſitionem, aut ueritatem creatam, quæ cognoſcitur à Deo.

Argumen. Si contra hoc arguatur, quòd ſi aliquid, puta iſta propoſitio Petrus eſt, de nouo ſciri poteſt à Deo, puta quando de nouo Petrus eſt, ut ſupra hęc concedit opinio, ergo Deus de nouo illud ſcit. Conſequentia benè tenet à paſſiua ad ſuam actiuã, ſicut ſi tu uideris à me, ergo ego uideo te.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam. Neque enim ualet conſequentia à paſſiua ad actiuam quando committitur fallacia aliqua, uel uariatur appellatio, ut in præfata conſequentia fit. Nam quando dicitur in antecedente quòd hæc res, uel propoſitio eſt de nouo ſcita à Deo, denotatur nouitas & mutatio in ipſa re uel propoſitione, aut eius ueritate. Quando autem in conſequente dicitur quòd Deus de nouo illam ſcit, denotatur nouitas & mutatio in ipſa Dei ſcientia, uel eius attingentia ad obiectum.

Dubium ſeptimum eſt. Vtrum Deus poſſit ſcire plura aut pauciora, quàm ſcit. Dubium 7.

Reſpon. ſuppoſita multiplici ſcientia Dei, appræhenſiua & iudicatiua & ſimplicis intelligentię, & uiſionis, & pręſcientię, aut pręuiſionis, & rerum aut propoſitionum, ut ſupra dubio ſexto in principio declaratum eſt. Reſpon.

Dico primò, in quo & omnes conueniunt, quòd Deus ſua ſcientia appręhenſiua nõ poteſt plura aut pauciora ſcire, quàm ſcit; neq; ſcientia ſimplicis intelligentiæ iudicatiua, qua omnia poſſibilia cognoſcit. Et ſi arguatur ꝙ ſępè una propoſitio incipit eſſe uera, & alia falſa. Reſpon. uerum eſt tamen ex quo ſua contradictoria tũc ſimul incipit eſſe falſa, & eſſe neſcita uel uera, & eſſe ſcita: iam omnes ueritates & falſitates oppoſitę in numero ſunt ęquales. Itaque aliæ quidem, & alię non tamen plures ueritates neque pauciores à Deo poſſunt ſciri: res aũt poſſibiles augeri uel minui, & ex conſequenti tali ſcientia plures uel pauciores à Deo ſciri uel neſciri non poſſunt.

De ſcientia aũt uiſionis & pręuiſionis ſiuę pręſcientię eſt triplex opinio. Prima ꝙ Deus poteſt ſcire aut pręſcire plura, quàm ſcit & pręſcit: idq́; in ſenſu diuiſo ad hunc ſenſum, ꝙ plura, quàm Deus ſcit aut pręſcit poteſt ſcire atq; præſcire, ut ſophiſmata modaliũ caueantur. De ſcientia uiſionis probatur. quia ultra illa, quę nunc exiſtunt, extiterunt, & exiſtẽt, poteſt Deus multa alia facere, quæ prius erant ſolũ poſſibilia: ad quę non ſe extendebat ſciẽtia uiſionis, & modò ſe extendet, eò ꝙ aliquando erit realiter præſens. Opinio. 1.

De ſcientia aũt præuiſionis, ſiue præſcientiæ idẽ patet: quia aliquod futurum ſolum nunc poſſibile poteſt actualiter exiſtere, & de facto erit, ad quod iam ſe extendet ſcientia præuiſionis, quæ prius ad id non ſe extendebat, ſed ſola ſcientia ſimplicis intelligentiæ.

Si cõtra hoc arguatur, ꝙ ex hac opinione ſequitur contra ſupradicta ꝙ Deus per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ poſſet plura ſcire, quàm ſcit. quod probatur. Nam ſi ſcientia uiſionis poteſt plura ſcire, quàm ſcit, ergo põt plura cognoſcere per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ. patet conſequentia, quia arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuè, ſicut eſt homo, ergo eſt animal. currit, ergo mouetur.

Reſpon. negando ſequelam. Et ad eius probationem etiam negatur conſequentia. Nã ibi potius arguitur uirtualiter negatiuè ab inferiori ad ſuum ſuperius, ratione negationis incluſæ in illo cõparatiuo plura quã, ut patet ex ſuis exponentibus. ſicut non ualet conſequentia. Sortes frequentius currit, quàm Petrus, ergo frequentius mouetur, quàm Petrus, ut patet in caſu quo Sortes centies currat, nec amplius ambulet, nec moueatur niſi bis, aut ter, aut quãdo currit: Petrus autem decies

tantum currat & millies ſine curſu ambulando moueatur. Et ſimiliter non ualet, Sortes ſæpius prædicat uel clamat, quàm Petrus etiam ſæpius loquitur.

Hanc primam opi. tenēt plurimi nominales, & clariſſimus Doctor Medina, & Gabriel in 1. diſt. 39. eam probabilem cenſet.

Opinio. 2. Opinio ſecunda tenet cum prædicta prima opinione idem de ſcientia uiſionis & præuiſionis enunciabilium aut propoſitionum: non autem de ſcientia rerum per propoſitiones ſignificatarum, & ratio huius differentiæ eſt: quia ſcientia propoſitionum habet reſpectum ad differentiam temporis, ratione cuius earum adhuc permanentium ueritas uel falſitas uariatur: & ita minuitur uel augetur ſimul & ſcientia Dei reſpectu ipſarum. Scientia autem rerum non habet prædictum reſpectum ad temporis differentiam: & ita neque ueritas neque falſitas ipſarum uariatur, neque minuitur, neque augetur, ut patet ex ſupradictis in ſexto dubio in tertia opinione Beati Thomæ.

Hanc opinionem tenent multi Thomiſtæ & Caietanus. 1. par. q. 14. art. 15. ubi & dicunt ſic ſenſiſſe Beatum Tho.

Sed quòd hæc opinio non ſtet, ex tertia opinione ſequenti conſtabit.

Opinio. 3. Tertia opinio eſt quòd per ſcientiam uiſionis & præuiſionis etiam ſi ſit enunciabilium uel propoſitionum Deus non poteſt plura nec pauciora ſcire quàm ſcit: ſicut nec per ſcientiam rerum neque per ſcientiam apprehenſionis aut ſimplicis intelligentiæ. Cum quo ſtat quòd per dictam ſcientiam uiſionis alia & alia quàm ſciuit ſcire & præſcire poteſt: ſicut aliæ & aliæ ueritates eſſe & incipere & mutari poſſunt.

De ſcientia propoſitionum probatur. Nam de ſcientia rerum nullum dubium eſt, quia non faciendo uim in ſenſu compoſito uel diuiſo quod ad ſophiſmata cauenda pertinet, ſemper numerus uerorum eſt æqualis, neque poſſunt eſſe plures ueritates, quàm nunc ſunt; ergo neque Deus poteſt plura uera propoſitionalia aut enunciabilia ſcire quā ſcit. patet antecedens. quia cum altera pars contradictionis eſt aut incipit eſſe uera: tunc ſimul altera eſt aut incipit eſſe falſa, & è conuerſo. Igitur licet Deus poſſit ſcire alia uera quàm ſcit ſicut & poſſunt eſſe alia uera, non tamen plura: quia cùm ſcit unam propoſitionem iam tunc aut pro tunc neſcit ſuam oppoſitam, quæ eſt uel reddita falſa eſt.

Si dicatur, ſi plura uel alia uera ſuperaddantur his, quæ nunc ſunt uera, & nunc ſciuntur à Deo, dico quòd tunc erunt quidem alia uera, & alia ſcita in Deo, non tamen plura quàm antea erant, quia quot uera adduntur totidem oppoſita de numero eorum, quæ nunc aut prius ſunt uel erant uera ſub trahuntur & falſa fiunt: quia dum unum contradictoriorum uerificatur alterum falſificatur, & èconuerſo.

Et cum hac tertia opinione magis conſonat B. Tho. Scotus, & doctores comu.uniter, ut refert etiam & tenet Gabriel ubi ſupra, & hæc opinio eſt etiam tutior in modo loquendi: Nam aliæ opiniones, licet catholicum ſenſum habeant, non tamen ſunt benè ſonantes.

Et not. quòd quando dicimus quòd una propoſitio incipit eſſe uera & ſcita à Deo, quòdq; Deus incipit illam ſcire pro quando eſt uera, non denotatur inceptio aut nouitas in ſcientia diuina æterna: ſed in re aut ueritate creata, uel in ipſa propoſitione, uel denominatione uti ſuperius in ſexto dubio præcedente latius declaratum eſt. Notentur etiam cautelæ logicales de propoſitionibus acceptis in ſenſu compoſito & diuiſo, & de ipſis reſoluendis, ut infra dubio 11. latius habetur.

Dubium octauum eſt. Suppoſito quòd Deus certò euidenter & infallibiliter ſcit omnia præterita, præſentia, & futura. Quæritur per quid & quomodo determinatur diuinus intellectus ad ſic ab æterno ſciendum, præſertim futura contingentia. Dubium. 8.

Reſpon. in hoc eſt quadruplex opinio. Prima Sancti Bonauenturæ in 1. diſtinct. 39. q. 3. & Beati Tho. 1. par. q. 14. art. 13. & Henrici, & aliorum multorum eſt quòd determinatur à ſuis ideis. Ita quòd licet illa futura in ſe non ſint præſentis intellectui diuino, ſunt tamen in ſuis ideis, quæ ſunt præſentes æternæ & neceſſariæ: & intellectui diuino repræſentant illa, quorum ſunt ideæ, id eſt exemplaria; & ea non ſolum repræſentant ſecundum ſe totum, ſed ſecundum omnem conditionem & habitudinem etiam contingentem extremorum, & qualiter futura ſunt. Et ita diuinus intellectus ad proprias rerum ideas tanquàm ad imagines, uel exemplaria earum repræſentantia omnes res in ſe præteritas, præſentes, & futuras, eodem modo eas cognoſcit, quo ſunt, fuerunt, & erunt. Opinio. 1.

Contra hanc opinionem dupliciter arguit Scotus in 1. diſtinct. 39. probando eam eſſe falſam. Primò quia cognitio extremorum non ſufficit cauſare iudicium propoſitionis niſi ſit propoſitio per ſe nota; ergo quantumcunque Deus ſe conuertat ad illas ideas ſimpliciter cognoſcendas, id eſt, ad ſubiectum & prædicatum propoſitionis de futuro cōtingenti, non poterit euidenter & certè iudicare quod illa res erit: ex quo ex illa notitia non reſultat iudicium per ſe euidens. Argum. 1.

Quòd ſi ad hoc reſpondeatur cum Caietano 1. par. q. 14. art. 13. negando conſequentiam: quia ſecundum primam opinionem ideæ repræſentant non ſolum extrema, aut res quoad ſuas quidditates uel eſſentias, ſed etiam quoad ſuas exiſtentias, & quoad omne ſuum eſſe extrinſecum & habitudinem etiam contingentem: & ita repræſentant omnem earum cōplexionem propoſitionalem contingentem.

Sed contra hoc replicatur. quia etiam ſi ponamus quòd idea formaliter & quidditatiuè, & non ſolum realiter eſt ipſa eſſentia diuina in quantum

cognita

cognita ut imitabilis eſt à creatura, ut tenet B. Tho. cum aliis de illa prima opinione: cuius tamen oppoſitum tenent alii doctores, hoc ergo ſuppoſito ſic replicatur. Quia talis idea ut eſt participabilis à creatura etiam ſecundum ipſum B.Tho. repræſentat ſolum ideatam creaturam ut participantem diuinam perfectionem, ut tantum dicit perfectionem intrinſecam & quidditatiuam ipſius creaturæ, ut patet bene intuenti literam ipſius B. Thomæ. Item quia eſſentia ut ſic cognita eſt ſimpliciter neceſſe eſſe, & Deus ſic neceſſariò cognoſcit, ergo non repræſentat complexionem nec habitudinem contingentem: quia tunc Deus ante omnem uoluntatis actum neceſſariò & non liberè eam cognoſceret habitudinem: & ita talis complexio extremorum non eſſet contingens ad extra, ſed neceſſaria.

Argu. 2. Secundò ad idem arguitur. Nam ideæ merè naturaliter repræſentant id, quod repræſentant & ſub ratione qua repræſentant, ex quo ſunt, omnem actum diuinum ſuæ uoluntatis ad extra comparatum, ut conſtat ſecundum Scotum in 1. diſtin. 3.q.4.diſtinct. 35.36. & doctores communiter ibidem, tunc ponamus quòd Antichriſtus erit albus, capio ideam Antichriſti in ipſo Deo & ideam exiſtentiæ eius uel albi, & uolo quòd Deus ſe conuertat ad illa cognoſcenda. Tunc quæro an idea exiſtentiæ uel albi & Antichriſti repræſentet Antichriſtum fore album uel non fore album aut utrunque ſimul. Si utrunque, ergo utrique contradictoriæ Deus ſimul aſſentit, quod abſit quia & contradictorium nullum ens eſt, ſi ſolum repræſentat etiam naturaliter quòd ſit albus: iam ſequitur quòd Deus naturaliter quoque & neceſſariò cognoſcit illa ita neceſſariò fore: & tamen illud eſt contingens: & ponamus quòd non ſit aut non erit albus, ſequitur quòd Deus decipitur: etſi iudicat ipſum non futurum album etiam decipitur, cùm poſſit eſſe albus ſi ponatur ineſſe. igutur illæ ideæ nec repræſentant complexè Antichriſtum eſſe aut fore album, nec non album, affirmando aut negando, & ex cõſequenti nec Deus iudicat per illas, neque cognoſcit futura contingentia.

Opin. 2. Secunda opinio eſt etiam Beati Tho. 1. par. q. 14. art. 13. & ibi Caieta. quòd Deus habet certam notitiam de futuris contingentibus ratione ſuæ æternitatis, uidelicet per hoc quòd totus fluxus temporis, & omnia quę fiunt in tempore ſunt præſentia æternitati. Nam ſicut Deus per ſuam immenſitatem eſt præſens cuicunque loco: ita ratione ſuæ æternitatis, quæ eſt duratio æterna tota ſimul, eſt præſens cuicunque tempori: quia ſicut immenſitas ſe habet ad locum, ita æternitas ad tempus præteritum, præſens, & futurum: ergo ſicut eo ipſo quòd eſt in quolibet loco propter ſuam immenſitatem omnia ſunt illi præſentia: ita eo ipſo quòd omne tempus eſt illi præſens omnia eidem præſentia ſunt.

Secundò probatur idem: quia nunc æternitatis ut eſt eum nunc temporis non æquatur ei, ſed eſt ſimul cum alio, & alus omnibus temporibus.

Exemplum eſt de centro circuli, cuius circunferentia cum ſuis radiis exeuntibus à centro ad ipſam circunferentiam ponatur quòd ſit totum tempus, & centrum ſit æternitas: tunc totum tempus eſſet ſemper præſens æternitati, ſicut tota circunferentia centro præſens eſt.

Contra hanc opinionem arguit ubi ſupra Scotus dupliciter. Primò quando dicitur quòd omnia etiam futura contingentia ſunt præſentia intellectui diuino & æternitati: quero de qua præſentialitate intelligis; an intelligis de reali ita quòd ſint in ſe realiter exiſtentia & coexiſtentia, ſiue præſentia ęternitati: an de pręſentia tantum obiectiuali ita quòd non ſint in ſe realiter exiſtentia, ſed ſolum pręſentia intellectui diuino in æternitate. Argu. 1.

Si primum, ut concedit Caietanus & uidetur dicere B. Tho. ubi ſupra, iam ſequitur quòd omnes creaturę fuerunt ab ęterno in actu exiſtentes, & Deo pręſentes. quòdque quando Deus creat nihil de nouo creat, ſed illud idem quod prius realiter erat in actu, & erat in ſua pręſentia, & ſibi coexiſtens ab ęterno, facit ut nobis temporaliter appareat. Sequitur etiam quòd Deus cognoſcit ſolum realiter in ſe exiſtentia, non autem futura ut futura ſunt, quę omnia ſunt contra ueritatem, & contra ipſum Beatum Tho. ubi ſupra expreſsè oppoſitum dicentem. Si ſecundum dicatur quòd ſcilicet obiectiuè; tunc cùm nihil aliud ſit aliqua eſſe in pręſentia alicuius obiectiuè, quàm eſſe cognitum ab illo, cui pręſens eſt, iam ergo idem eſt ac ſi dicatur quòd Deus futura contingentia cognoſcit, quia illa cognoſcit: quę ratio utique ridicula circulatio eſt.

Reſpon. Sed ad hoc argumentum reſponderi poteſt cum Caietano ubi ſupra quòd intelligitur primo modo quòd ſcilicet, futura contingentia ſecundum ſuam realem exiſtentiam & pręſentiam aliquando in ſe & in ſuo tempore futuram ſunt ſemper pręſentia Deo in ſua ęternitate, & ut ęternitati comparantur; quamuis in ſe & reſpectu temporis ſint futura, & ſuam exiſtentiam temporalem habebunt. & negatur ſequela, quòd ergo ab ęterno fuerunt realiter exiſtentia. Nam illa propoſitio in qua iſta ſequela fundatur, quòd ſcilicet, id quod ſecundum realem exiſtentiam eſt pręſens, & coexiſtit ęternitati ſecundum nunc ęternitatis, oportet quòd etiam realiter exiſtat in tempore ſimul, & ſit ita pręſens, eſt falſa: ſed ſufficit quòd aliquando ſit fuerit, uel erit pręſens realiter, & exiſtens in ſuo tempore: & licet realiter iam tranſierit, aut nondum uenerit illa eius exiſtentia & pręſentia temporalis; eſt tamen pręſens & coexiſtens ęternitati ſecundum nunc ęternitatis, quę ambit totum tempus & totam exiſtentiam rerum in quo cunque tempore, uti de circulo & centro ſuperius exemplificatum eſt. Et ita ſit ęquiuocatio quando ſic arguitur, futurum contingens realiter

coexiſtit, & eſt preſens eternitati, ergo etiam realiter in ſe exiſtit, & eſt preſens ſemper ab eterno. Nam in antecedente ly eſt dicit nunc eternitatis, & in conſequenti dicit nunc temporis quod ſucceſſiuum eſt. Et hinc patet ꝙ Deus creat de nouo dũ facit realiter in tempore exiſtere quod ipſe ab æterno in nunc & ſecundum nunc æternitatis ſuæ præſentialiter uidebat pro tali tempore fore; quodq́ue realiter in ſe in ſuo tempore eſt, uel erit futurum aliquando præſens & temporaliter exiſtens, quãuis in nunc æternitatis ſemper Deo realiter præſens ſit. Conceditur etiam ꝙ Deo nihil eſt præteritum, aut futurum, ſed omnia ſunt illi præſentia & exiſtentia illi, aut in nunc, & ſecundum nunc æternitatis: quòdq́ue nihil niſi ut ſibi præſens Deus intelligit, quamuis in ſe & in tempore futurum, aut præteritum ſit, & Deus id etiam ſciat præteritum, aut futurum in ſe, aut in tempore eſſe. Et ita prædictum argumentum Scoti & replicæ quas facit Lychetus contra Beatum Thomam & Caietanum nõ procedunt, ſi ut dictum eſt & B. Tho. ſentire uidetur, eius opinio intelligatur & explicatur.

Quod ideo dico quia Caietanus ponit differentiam inter futura contingentia & futura non contingentia: dicens quòd hæc quia in ſuis cauſis iam fore determinata ſunt Deus certò cognoſcit & determinatè etiam ut futura ſunt, eaq́ue cognoſcit in & ex ſuis cauſis iam determinatis: illa autem futura contingentia non cognoſcit in ſeipſis, nec in ſuis cauſis ut futura, neque, ut talia ſunt cognoſcibilia etiam ab ipſo Deo, ſed ſolũ cognoſcuntur ab eo ut actu ſunt illi præſentia in nunc æternitatis. Sed certè hæc differentia uidetur eſſe contra Beatum Thomam qui ubi ſupra artic. 13. loquens expreſſè de futuris contingentibus ait, Deus cognoſcit omnia contingentia non ſolum ut ſunt in ſuis cauſis, ſed etiam ut unumquodq́ue eorum actu in ſeipſo eſt &c. Igitur de omnibus futuris etiam contingentibus dicamus quòd in ſe & in ſuis cauſis Deus ea omnia ut ſunt futura cognoſcit ut ſunt præſentia & coexiſtentia ſibi in nunc æternitatis ſuæ, ut declaratum eſt.

Argumen. 2 Secundò ad idem arguit Scotus retorquendo primam rationem ipſius opi. contra eam. Nam ſicut Deus nunc eſt per ſuam immenſitatem præſens cuicunque loco ſolum exiſtenti, non autem futuro, ut conſtat; ergo eadem ratione ita Deus per ſuam æternitatem non eſt nunc præſens tempori futuro, aut præterito, quod non eſt, ſed ſolum præſenti, rebusq́ue in hoc tempore præſentibus.

Reſpon. Sed ad hoc etiam poteſt reſponderi negando conſequentiam, quia illud ſimile Beati Thomæ procedit clarius illud proportionabiliter intelligendo hoc modo; quòd ſicut Deus per ſuam immenſitatem eſt in omni loco, qui ſubiicitur eius immenſitati; ita per ſuam æternitatem eſt preſens omni tempori, & omni rei temporali, que ſubiicitur & ambitur ab eius eternitate. Sed eius immenſitas extenditur ad omnem locum realiter tantum preſentem: eternitas autem ad omnem differentiam temporis ſimul, ergo ſicut Deus per immenſitatem eſt preſens omni loco preſenti; ita per eternitatem eſt preſens omni tempori & omnibus, que ſunt, fuerunt, & erunt in omni tempore. Et hec omnia ſunt realiter, & non ſolum obiectiuè Deo preſentia & coexiſtentia, non in ſe, neque in ſuo tempore, ſed in eternitate, & ſecundum nunc eternitatis uti ſuperius declaratum eſt. Et ita hec ſecunda opinio Beati Tho. adhuc ſtat, ſecundum quam & pro qua facit id Ro. 4. Vocat Deus ea, que non ſunt tanquàm ea, que ſunt, quòdq́ue Deo omnia uiuunt, & preſentia ſunt.

Opinio tertia Scoti in 1. diſtinct. 39. eſt quòd à ſua diuina uoluntate determinatur diuinus intellectus ad cognoſcendum certò & infallibiliter futura contingentia. Pro cuius declaratione & probatione nota quòd uerorum à Deo ſcitorum quedam ſunt neceſſaria, quedam contingentia. Ad cognitione illorum non oportet quòd diuinus intellectus ab aliquo alio determinetur, neque quòd reſpiciat quid uelit eius diuina uoluntas. Illa uerò, que ſunt contingentia cùm pendeant à uoluntate diuina ut ſupra dubio quarto dictum eſt; tunc intellectus diuinus priuſquàm iudicet de ipſis, repreſentat ea diuine uoluntati, & reſpicit determinationem eius, & quid ipſa efficaciter uelit. Poſtquàm autem diuinus intellectus uidet ſuam diuinam uoluntatem iam determinatam efficaciter eſſe ad unam partem contradictionis, & cognoſcit ipſam uoluntatem eſſe efficacem non impedibilem & eſſe immutabilem: iam immediatè iudicat illud ita fore, & ſic determinatur ad certò & determinatè iudicandum & ſciendum à diuina uoluntate efficaci & immutabili. i. ad ſui iudicii determinationem diuinus intellectus expectat determinationem ſue diuine uoluntatis. Opinio. 3.

Quod etiam magis ſic declaratur ponendo tria ſigna ſincathegorematice aut preſuppoſitionis ſecundum ordinem nature ut ponit Scotus. Nam in primo ſigno intellectus diuinus offert ſue uoluntati terminos ſimplices, quorum unio eſt contingens: aut offert quandam complexionem eorum neutram, id eſt, nec ueram nec falſam. In ſecundo ſigno uoluntas diuina talem complexionem determinat ad alteram partem contradictionis uolens hoc eſſe pro aliquo nunc in re ad extra: uel nihil determinat neque uult. In tertio ſigno diuinus intellectus reſpicit diuinam uoluntatem efficacem non impedibilem & immutabilem iam determinatam, & ita cognoſcit illam partem contradictionis eſſe ueram. Quòd ſi tunc uidet diuinam uoluntatem ad nihil determinatam, iam tunc cognoſcit id non uelle neque fore. Et ratio quare intellectus priuſquam uoluntas ſe determinet, neſcit contingens fore, eſt, quia tale contingens pendet à diuina uoluntate ut ſupra dubio quarto habetur: & nondum in primo ſigno hæc diuina uoluntas poſita eſt, ut ex ea tanquàm cognita cauſa

effectum

effectum eius determinatè cognoſcat. Ratio autem ponendi ſigna hæc prioritatis & poſterioritatis ſecundum ordinem naturæ in Deo quamuis in eo illa omnia ſimul ſint in eodem nunc æternitatis, & inſtanti naturæ, eſt ut habeamus ordinem & modum intelligendi ea, quæ ſunt in Deo ex his, quæ rationabiliter, & ſecundum ordinem naturæ ſunt, & fiunt in nobis, ut in 1. diſt. 6. & 41. Scotus & ſuus Lychetus, & alibi probant.

Argum. 1. Contra hanc opinionem arguitur quadrupliciter etiam admittendo ea ſigna prioritatis: quæ tamen Gregorius Arim. in 1. diſt. 38. q. 2. & alibi cũ multis alijs doctoribus non admittunt. Primò igitur arguitur. quia in illo primo ſigno ante determinationem diuinæ uoluntatis eſt uera, & neceſſaria iſta propoſitio, Antichriſtus erit uel non erit, ergo altera eius pars tunc eſt uera: quia licet ueritas hypotheticæ conditionalis, ex quo nihil ponit ineſſe, non pendeat à ueritate partis uel partium eius, bene tamen ueritas aliarum hypotheticarum qualis eſt diſiunctiua, copulatiua, cauſalis, & rationalis, quia ponunt aliquid ineſſe. Et ita in quo inſtanti eſt uera diſiunctiua illa Antichriſtus erit uel non erit, in eodem eſt uera altera eius pars, ut dictum eſt. ergo, & tunc ſcita eſt ab intellectu diuino. Nam non eſt aliquod uerum neſcitum à Deo. Similiter tunc etiam eſt uerum ꝙ Antichriſtus eſt futurus aut erit, quia propoſitio de futuro contingenti uera ab ęterno eſt, & fuit uera æternitate temporum, inſtantium, & ſignorum per eandem rationem, ut ſupra dubio 3. habetur. Similiter tunc eſt uerum dicere ꝙ uoluntas diuina in ſecundo ſigno eſt uolitura Antichriſtum fore, ut probatum eſt: ergo tunc in illo primo ſigno eſt ſcitum ab intellectu diuino illud futurum cõtingens: quia nullum uerum neſcitum à Deo eſt.

Respon. Reſpondeo ꝙ ſicut omnes illæ cathegoricę contingentes de futuro ſunt quidem ueræ non tamen determinatè uerę: ita ſunt cognitę aut ſcitę à Deo, non tamen determinatè uerę niſi in tertio ſigno. Et quidem hoc argumentum uidetur fortiſsimum contra Scotum. Nam durum uidetur concedere ꝙ in aliquo ſigno ſit aliquod uerum quod non ſit cognitum, aut quod non ſit determinatè certò, & infallibiliter cognitum, & euidenter à Deo, ut patet ex ſupradictis in quarto dubio ſecundum communiter doctores.

Argum. 2. Secundò ad idem arguitur, quia in illo primo ſigno uerum eſt ꝙ aliquod peccatum committetur ab Antichriſto, uel ab aliquo homine in mundo, & loquor de peccato pro formali: & id Deus tunc etiam ſciuit, & tamen illud peccatum de formali nõ eſt uolitum à uoluntate diuina etiam in ſecundo ſigno, ergo uel ante determinationem diuinę uoluntatis id nouit, & non pendet ab ea: vel Deus nunquam nouit futurum illud contingens.

Respon. Reſpond. ut ſupra ad primum argumentum reſponſum eſt. Inſuper poteſt dici quòd diuina uoluntas poſitiuè non uult peccatum quoad formale, bene tamen quoad materiale ipſius, ad quod concurrit cum hominis uoluntate: permiſsiuè autem, uel negatiuè uult etiam formale peccati dum non impedit illud, ut poteſt. Ita etiam diuinus intellectus ex determinatione diuinæ uoluntatis cognoſcit directè, & determinatè peccatum illud quoad materiale: indirectè autem quoad formale dum uidet actum illum carere debita rectitudine, aut eſſe, aut fore contra legem.

Arg. 3. Tertiò ad idem arguitur, quia quando aliquid determinatur contingenter uel liberè, ita ꝙ potuit non determinari, non poteſt per talem determinationem haberi euidentia certa & infallibilis. Sed uoluntas diuina ita liberè determinatur ꝙ potuit ſe non determinare, ergo ex tali determinatione non poteſt haberi certa & infallibilis euidentia futurorum contingentium inde ſequentium.

Respon. Reſpondeo negando maiorem: tùm quia licet pro illo ſigno, quo uoluntas diuina ſe determinauit, potuit ſe non determinare, ut infra dubio 10. & 11. latius habetur: tamen poſtquam iam ſemel ſe determinauit Antichriſtum fore, & eſt efficax, & immũtabilis: & totum hoc clarè uidet diuinus intellectus, iam impoſsibile eſt ipſum non iudicare determinatè, certò, & infallibiliter ita fore, ſicut ſcit à ſua diuina uoluntate eſſe determinatum fore. quamuis ut diximus non ſit neceſſaria prædicta determinatio atque præſcientia ex quo potuit aliter eſſe. Voluntas autem noſtra cùm non ſit efficax, nec immutabilis, iam ex clara cognitione ipſius nõ poteſt noſter intellectus determinatè, & infallibiliter noſtra opera futura contingentia inde ſequẽtia cognoſcere.

Argum. 4. Quartò arguitur ad idem. ſecundum OKam, & Grego. Arimi. in 1. diſt. 38. q. 2. probando ꝙ licet poſsit ſaluari certitudo ſcientiæ diuinæ per determinationem voluntatis eius reſpectu omnium effectuum productorum ab ipſa uoluntate diuina, & reſpectu omnium cauſarum cum quibus uoluntas ipſa diuina coagit, nou tamen uidetur quòd poſsit ſaluari reſpectu actuum noſtræ uoluntatis. quod ſic probatur. Nam poſita illa determinatione uolũtatis diuinæ ꝙ ego cras uoliturus, & futurus ſum tale quid: quæro utrum ſtet adhuc in mea poteſtate oppoſitum uelle & facere, an non. Si non, ergo iam noſtra uoluntas non liberè, ſed neceſſariò operatur, & neceſsitatur ab illa determinatione uoluntatis diuinæ. Si ſic, ergo non ſufficit illa determinatio diuinæ uoluntatis, ut ex ea diuinus intellectus certò, & infallibiliter cognoſcat actus futuros contingentes noſtræ uoluntatis. (Not.)

Respon. Reſpon. ꝙ tunc abſolutè ſtat in noſtra poteſtate oppoſitum agere, uel in ſenſu diuiſo, neque abſolutè neceſsitatur mea uoluntas, quamuis neceſsitate conſequentiæ, aut ex ſuppoſitione diuinæ determinationis, aut in ſenſu compoſito mea uoluntas neceſsitatur, ut infra dubio 10. & 11. latius de hoc habetur, & ita abſolutè negatur conſequentia, quia licet intellectus diuinus nõ iudicet neceſſariò abſolutè,

solutè,

ſolutè, ſed ex ſuppoſitione determinationis ſuæ uoluntatis: tamen euidenter uidet ab æterno eam determinatam, ut liberè concurrat cum noſtra uoluntate ad talem actum pro. A. tempore & ad oppoſitum pro. B. & ita ad omnes actus futuros noſtræ uoluntatis pro temporibus ſuis: ac proinde certitudinaliter determinatè, & infallibiliter ſcit omnia futura contingentia etiam à noſtro libero arbitrio procedentia.

Not.

Replica. Sed contra hoc replicatur. Nam prius ordine naturæ determinatur diuina uoluntas à noſtra uoluntate, quàm ipſa ſe determinet ad nolendum, & concurrendum cum noſtri uoluntate ad productionem talis actus, ut infra dubio. 10. latius habetur in fine: ergo ex determinatione diuinæ uoluntatis non poteſt diuinus intellectus determinatè, & euidenter præcognoſcere futuros actus contingentes pendentes à noſtra uoluntate, & quidem hoc argumentum uidetur mihi fortiſsimum contra Scotum, ut infra in dubio. 10. clarius probatur ibi uideatur.

Opinio. 4. Quarta opinio Gabrielis in 1. diſt. 38. q. 1. art. 2. conclu. 2. & dubio. 8. & clariſsimi doctoris Medina eſt quòd ad ſciendum determinatè, certò, euidenter, & infallibiliter omnia futura etiam contingētia diuinus intellectus determinatur à ſua eſſentia, non quatenus eſſentia, ſed quatenus cognitiua, & clariſsima notitia intuitiua eſt. Nam Deus tam clarè, & perfectè, & intuitiuè cognoſcit omnia etiā futura, ſicut præſentia exiſtentia, & poſsibilia, quòd uirtute huius tàm claræ cognitionis determinatè iudicat omnes habitudines rerum, quæ eis etiam contingentes conueniunt, ſiue conuenient: ſicut ſi ego comprehendo aliquam rem coram me exiſtentem, utique iudicabo de omnibus prædicatis dicibilibus de illa re: quia ſola notitia clara, & perfecta comprehenſiua rei; & nihil aliud requiritur ad iudicandum uerè quid huic rei conueniat neceſſariò, uel cōtingenter. Quòd ſi modò uidēs aliquam rem non iudico de omnibus prædicatis eius, ideò eſt quia non clarè, neque perfectè illam comprehendo: ex ea autem parte, qua illam clarè, & perfectè video, certè iudico de multis prædicatis de illa dicibilibus, & quæ de facto dicuntur. Ita Deus, quia clariſsimè, & perfectiſsimè omnia in ſua eſſentia videt, & comprehendit, inde ergo per hanc notitiam determinatur ad certiſsimè, & determinatè ſciendum omnia etiam futura contingentia, ut dictum eſt. Nam ſi per impoſsibile eſſet ꝙ ipſa cognitione diuina tàm clara exiſtente ut non eſt, uoluntas ſua diuina non eſſet cauſa effectiua totalis, aut partialis effectuum contingentium, adhuc ipſa notitia intuitiua eſſet cauſa, qua Deus determinatè ſciret, quæ pars contradictionis omnium etiam futurorum contingentium eſſet, fuit, & erit uera quæ falſa, ut dictum eſt.

Dubium. 9. DUBIUM nonum eſt. Vtrum ſit potentia & libertas noſtræ uoluntatis ad oppoſita pro eodem inſtanti.

Not. 1. Pro reſponſione not. duo. Primò, quòd ſecundum Scotum in 1. diſt. 39. libertas diuinæ uoluntatis differt à noſtra: quia nos ſumus liberi quoad tria. Primò quoad actum elicitum uoluntatis: poſſumus enim actum elicere diſtinctum à voluntate, & non elicere, & oppoſitum elicere, quæ dicitur libertas contradictionis, & contrarietatis. Secundò poſſumus iſtum actum ſic elicitum dirigere in tale vel tale obiectum: & ſic ſumus etiam liberi quoad obiectum. Tertiò ſumus liberi quoad actū imperatum, uel quoad effectum ad extra ut conſtat. Deus autem cùm vnicum tantum actum cognitionis, & volitionis eſſentialem habeat ab æterno: qui quidem actus eſt ipſamet eſſentia realiter ab ea non diſtinctus: quia immutabilis ſimpliciſsimus, & perfectiſsimus eſt: & eo actu cognoſcit, & vult ſecūdum ipſum Scotum primariò ipſam ſuam eſſentiam, & ſecundariò alia obiecta creata ibi repræſentata. Vel ſecundum nominales ſimul ea omnia tàm eſſentiam, quàm omnia creabilia cognoſcit & vult, & neceſſariò ab æterno habet talem actum eſſentialem, ſicut & ipſam eſſentiam. Iſte etiā actus habet liberè diuerſos reſpectus ad diuerſa obiecta creata: ſed neceſſariò cognoſcit, & diligit ſuam eſſentiam & ea, quæ intra in ea ſunt: & ita Deus quoad talem ſuum actum eſſentialem eſt neceſſitatus à ſua ſumma immutabilitate, & perfectione, & non liber libertate contingentiæ, ſed cōplacentiæ. Quoad obiectum autem eſt liber ut nos libertate contingentiæ, uel contradictionis, & contrarietatis reſpectu obiectorum creatorum: quia ſic vult hoc ꝙ poteſt non velle, & nolle illud, & velle aut nolle oppoſitum. Quoad effectum etiam eſt liber ut nos: quia liberè facit hoc ita ꝙ poteſt non facere illud & facere oppoſitum: idq́ue tàm quoad effectus naturales, quàm gratuitos & gloriæ. Itaque patet ꝙ nos ſumus liberi tripliciter, vel quoad tria, ſcilicet quoad actum, quoad obiectum, & quoad effectum: Deus autem dupliciter, vel quoad duo vltima duntaxat.

Not. ſecundò, ꝙ circa hoc dubium ſunt duæ opiniones, quæ magis videntur de nomine, quàm de re ſibi aduerſari. Nam omnes concedunt ꝙ noſtra voluntas non poteſt habere ſimul duos actus contrarios. ſ. velle & nolle, neque velle, & non velle ſimul circa idem, quia repugnat, & impoſsibile eſt. Omnes etiam concedūt ꝙ omnibus cauſis eodem modo ſe habentibus abſque vlla variatione in ſe, vel in alia re, voluntas noſtra antequam velit in. A. diuiſim poteſt non uelle, poteſt & nolle idem in. A. & poſtquam vult in. A. non poteſt ſimul idem nolle, aut non velle in. A. quia repugnat, ſed in inſtanti ſequenti poſt. A. Tota autem difficultas eſt utrum quando uult aliquid in. A. poſsit etiam phyſicè, id eſt habeat ſimul potentiam uel libertatem, ad non volendum, vel ad nolendum idem in. A. non quidem ad non volendum idem ſimul in. A. cum illo actu volitionis iam habito, neque ſucceſsiuè in. A. quia, ut diximus, de hoc non dubitatur, ſed diuiſim ita *Not. 2.*

ita quòd loco illius actus volitionis in. A. quando voluntas id nunc vult poſsit in ipſo. A. idem non velle vel nolle,& actum illum non producere.

Opi. 1. Et in hoc ſenſu eſt duplex opinio. Prima Oxam, cum quo videtur eſſe Gabriel in 1. diſt. 38. artic. 1. notabili. 6. & 8. & conclu. 1. 2. & 3. & Guiliel. Pariſien. HolKot,& alii multi doctores, ꝙ non eſt talis poteſtas,ſiue libertas in noſtra voluntate ad oppoſita pro eodem inſtanti, vt proximè declaratum eſt: neque de potentia Dei abſoluta talis poteſtas, ſiue libertas eſſe poteſt.

Quæ opinio probatur quadrupliciter. Primò quia ſi quando Sortes, uti ſupponitur, nunc vult in A. inſtanti, poteſt non velle in. A. ſi inquam ponatur ineſſe quòd non vult in. A. ergo iam nunc ſimul vult & non vult in. A. Sed ad hoc facilè reſpondet ſecunda opinio oppoſita ꝙ non debet poni ineſſe ſimul cum oppoſito, nec ſucceſsiuè in eodem inſtanti. A. ſed diuiſim, vt ſupra declaratum eſt in 2. notabili, ita ꝙ licet ſimul in. A. ſit potentia ad oppoſitum, non tamen ſit ſimul tūc ſuum oppoſitum. Si replicetur ꝙ ſi Sortes nunc vult in. A. & poteſt non velle in. A. ergo poteſt velle,& non velle in. A ſed hoc conſequens eſt falſum, quia ſua de ineſſe. eſt impoſsibilis, ſcilicet Sortes vult & non vult in A. quia eſt contradictio, ergo antecedens eſt falſum,& opinio vera.

Reſpondeo in rigore negatur prima conſequentia; quia arguitur à diuiſis ad coniuncta, vel à ſenſu diuiſo ad compoſitum. ſicutſi arguatur. Sortes portat uel poteſt portare decem,& poteſt portare nouem. ergo poteſt portare decem & nouem. Vel Sortes poteſt loqui,& poteſt tacere. ergo poteſt ſimul loqui & tacere.

Item alio modo reſpondeo diſtinguendo illud conſequens. Nam ſi ly poteſt cadat ſupra totum copulatum eſt falſum, & conſequentia non valet, quia æquiualet huic, Sortes poteſt velle ſimul, & non velle in. A. quod eſt impoſsibile, vt dictum eſt. Sed ſi ly poteſt cadat ſupra quamlibet partem ſeorſum in ſenſu diuiſo, & ly & teneatur diuiſiuè, & ly ſimul dicat ſimultatem potentiæ non actuum, tunc conſequens eſt verum ſicut & antecedens, & nullus defectus in illa conſequentia eſt: Nam tunc illud conſequens non debet prius officiari dicendo, hæc propoſitio eſt impoſsibilis, Sortes vult,& nō vult in. A. ac ſi eſſet modalis compoſita, ait faceret ſenſum compoſitum: ſed debet prius reduci ad copulatiuam,& poſtea quęlibet eius pars per ſe debet poni ineſſe hoc modo. Sortes poteſt velle in. A. & Sortes poteſt non velle in. A. vel ſic. Sortes poſsibiliter vult in. A. & Sortes poſsibiliter non vult in A. quarum quælibet per ſe eſt poſsibilis, non tamē compoſsibilis, neque debent ſimul verificari, ſed ſeorſum: & quando vna ponitur ineſſe, debet altera de ineſſe tolli. & ita hæc prima ratio non ſatis probat primam opinionem.

Secundò probatur opinio, quia ſi Sortes nunc in. A. vult & poteſt in. A. non velle, ergo poſtea poteſt, aut poterit non habuiſſe illam volitionem in a. quæ ſi ponatur ineſſe ꝙ non habuit volitionem illam in. a. quam tamen ex ſuppoſitione habuit in a. ergo duo contradictoria ſimul vera conſequerentur.

Sed nec hæc ratio concludit. Nam reſpondeo negando illam primam conſequentiam, quia illud conſequens, Sortes poſtea poteſt nō habuiſſe illam volitionem in. a. ſi ly poteſt dicat potentiam logicam facit modalem diuiſam, & ampliat ly poteſt ad hunc ſenſum poteſt, vel potuit non habuiſſe illam volitionem in. a. & tunc eſt vera, ſicut iſta Adā poteſt eſſe,& iſte poteſt videre demonſtrando cæcum, & claudus poteſt currere &c. quia æquiualent his, Adam poſsibiliter eſt, ideſt poteſt vel potuit eſſe. claudus poſsibiliter currit, Nam ſi ponantur ineſſe uerum eſt ꝙ Adam aliquando eſt uel fuit, & claudus aliquando ſcilicet factus ſanus eſt, vel fuit, uel erit currens. quia omnes iſtæ propoſitiones poſsibiles ſunt. ſed tunc conſequentia non ualet: quia ly poteſt in antecedente in hac difficultate capitur, ut ſolum dicit potentiam phyſicam, uel naturalem: quæ eſt idem, quod libertas ad oppoſita pro eodem inſtanti, & hæc potentia phyſica nō facit modalem, nec ampliat terminos propoſitionis, ut ſupra in primo dubio dictum eſt. Et hoc modo illæ propoſitiones, Adam poteſt eſſe, cæcus poteſt uidere,& claudus ambulare, faciunt hunc ſenſum quòd nunc Adam eſt potens ut ſit,& cæcus poteſt in ſenſu compoſito uidere, & claudus ambulare, quæ omnia falſa ſunt. Sic in propoſito loquendo de hac potentia phyſica antecedens primæ conſequentiæ eſt uerum, & conſequens falſum, & ita non ualet illa conſequentia. Nam falſum eſt quòd Sortes poſtea poteſt, aut poterit nō habuiſſe illam volitionem in. a. quia facit hunc ſenſum ꝙ poſtea Sortes habet potentiam & libertatem, ut illa uolitio non fuerit in. a. quæ propoſitio falſa eſt, cum ex ſuppoſitione iam fuerit in. a. & tunc, ut diximus non eſt modalis, nec debet poni ineſſe ex parte de ly poteſt. Vel ſi concedatur conſequens,& ponitur ineſſe, iam tunc ſimul deponitur oppoſita propoſitio de ineſſe, quæ eſt in antecedente. quia nec ad iſtum ſenſum concedit aliqua opinio potentiam ullam eſſe ad oppoſita pro aliquo inſtanti etiam futuro, ut ſuperius in 2. notabili declaratum eſt.

Tertiò probatur opinio. quia fruſtra eſt potentia, quæ non reducitur ad actum. ſed ſi in caſu quo nunc in. a. Sortes uult poteſt non uelle,& nolle, iſta potentia non poteſt reduci ad actum, quia ſi poneretur in actu quòd tunc in. a. non uellet aut nollet, iam eſſet contradictio ut conſtat, ergo non eſt potentia, neque libertas ad oppoſita pro eodem inſtanti.

Sed nec iſta ratio ualet quia poteſt reſponderi ad minorem eam diſtinguendo, quòd non ſit reducibilis ad actum ſimpliciter uel abſolutè: & ita negatur. Nam quantum eſt de ſe & abſolutè, aut per ſe poteſt poni in actu, uel ineſſe ꝙ Sortes non uelit in

lit in. a. ſi non eſſet impedimentum alterius actus oppoſiti. reſpectiuè autem & quomodocunque cõceditur quòd non eſt reducibilis ad actum, quia ſcilicet non eſt compoſsibilis ſimul cum alia iam poſita, puta cum hac Sortes uult in.a. quia repugnant ſimul & ſe impediunt. Sicut non eſt negãdum ignẽ eſſe calefactiuum ſi propter impedimentum aquę, uel huiuſmodi non calefaciat de facto: ita nec in propoſito: uel ſi uis quòd negatiua ponatur in actu uel ineſſe, tollatur affirmatiua oppoſita. Nam Sortes poteſt eſſe in.a.loco: & Plato poteſt ibidem eſſe, ſed non ſimul: & uterque poteſt ibidem non eſſe ſed non ſimul quando ibi eſt. Sic in propoſito dicẽdum eſt, ſed neque etiam ſucceſsiuè poteſt Sortes non uelle in eodem inſtanti.a. poſtquam in eodem iam uult: quia ſucceſsio repugnat ut fiat in inſtanti, ut ſupradictum eſt.

Quartò probatur opinio, quia ſecundum Ariſt. 1. Periherme. Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe. Sed ex ſuppoſitione Sortes in.a.uult, ergo neceſſariò uult, & ita non poteſt tunc non uelle.

Sed nec hæc ratio concludit. Nam in illa maxima ly quando ſi tenetur temporaliter: hoc poteſt fieri quadrupliciter. Primò, ut ſit modalis compoſita aut in ſenſu compoſito ad hunc ſenſum ꝙ iſta propoſitio, omne quod eſt quando eſt, eſt neceſſaria: & tunc conceditur licet non habeat niſi unam ſingularem neceſſariam, uidelicet hanc, Deus eſt quando eſt. Aut ſecundò eſt temporalis modalis diuiſa ad hunc ſenſum, quòd omne quod eſt aliquando eſt, & neceſſariò eſt: & tunc eſt falſa. Aut tertiò eſt de temporato ſubiecto ad hunc ſenſum, omne quod eſt quando eſt, neceſſariò eſt: & tunc etiam eſt falſa: quia bene ſequitur, Omne quod eſt quando eſt, neceſſariò eſt. Sortes eſt quando eſt, ergo Sortes neceſſariò eſt. & ita quodlibet ens neceſſariò eſt, quod eſt manifeſtè falſum. Aut quartò eſt de temporato prædicato ad hunc ſenſum. Omne quod eſt neceſſariò eſt ens quando eſt: & tunc ſecundum communiter doctores etiam eſt falſa: quamuis ſecundum Burleum & alios ſit uera. Et ꝙ ſit falſa probatur. quia ſi omne quod eſt neceſſariò eſt quando eſt, ſed Petrus eſt, ergo Petrus neceſſariò eſt, conſequens eſt falſum abſolutè, ut proximè probatum eſt quando eſt de temporato ſubiecto, ergo & antecedens. Aut ly quando eſt æquiualet conditionali ſi eſt: & tunc poteſt accipi tripliciter. Primò ſi facit conditionalem, & ly neceſſariò dicit neceſsitatem conſequentiæ, eſt uera: quia facit hunc ſenſum, iſta conſequentia eſt bona, & neceſſaria. Omne quod eſt ſi eſt eſt ens. Si autem dicit neceſsitatem conſequentia ad hunc ſenſum. Omne quod eſt, eſt neceſſariò ens: eſt falſa: quia & eſt in ſenſu diuiſo. Aut ſecundò eſt de conditionato ſubiecto ad hunc ſenſum, Omne quod eſt, ſi eſt, eſt neceſſariò, & eſt falſa. Aut tertiò eſt de conditionato prædicato ad hunc ſenſum. Omne quod eſt, eſt neceſſariò ſi eſt, & tunc ſecundũ communiter doctores eſt uera, licet alii teneant quòd eſt falſa. Igitur illa maior ſolum eſt uera quando eſt modalis compoſita, uel quando accipitur in ſenſu compoſito: & quando ly neceſſariò dicit neceſsitatem conſequentiæ: quando eſt de conditionato prædicato, ſed tunc conſequens eſt falſum, & conſequentia nihil ualet: quia fit æquiuocatio ex parte de ly neceſſariò, quia in conſequente dicit neceſsitatem abſolutam conſequentis, & arguitur à modali compoſita, uel à ſenſu compoſito ad diuiſam, uel diuiſum, ut Greg. Arim. & Gabriel in 1. diſtinctio. 38. dubio nono ſecundum Scotum latius agunt.

Ideò opinio ſecunda eſt Scoti, & aliorum ubi ſupra, quæ & communis eſt, quòd benè eſt potentia, & libertas noſtræ uoluntatis ad oppoſita pro eodẽ inſtanti in ſenſu ſupra declarato in ſecundo notabili, in quo tota difficultas eſt: quæ probatur dupliciter. Primò, quia benè ualet, nunc eſt actus, & pro nunc poteſt non eſſe idem actus. ergo intentum: antecedens probatur. quia cum propoſitione de ineſſe ſtat oppoſita de poſsibili contingente, quia ſi iſta conſequentia non ualet. Sortes poteſt currere pro. a. ergo currit pro. a. igitur oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente, uidelicet, Sortes nõ currit pro.a. & poteſt currere pro.a. & ergo potentia eſt ad oppoſita pro eodem inſtanti. Opinio 2.

Sed ad hoc diceret OKam quòd ſi ſumus in inſtanti.a.in quo iam Sortes currit: tunc bona eſt prima conſequentia, quæ poſita eſt ad probationem antecedentis, quod negatur ab eo: nec oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente: quia impoſsibile eſt Sortem non currere quando currit pro.a. immo tunc neceſſariò currit quando currit, & ſic de aliis.

Sed contra hoc replicatur, quia cauſa libera in cauſando eſt quæ quando cauſat poteſt non cauſare omnibus eodem modo ſe habentibus. Sed nolũtas eſt cauſa libera in cauſando, ergo tunc poteſt non cauſare quando cauſat. Sed maiorem negaret OKam: ſed diceret quòd cauſa libera eſt, quæ poſitis omnibus præuiis, & requiſitis poteſt agere, & poteſt non agere.

Secundò probatur opinio, quia Angelus in primo inſtanti ſui eſſe potuit mereri, & peccare, ergo habuit libertatem & potentiam tunc ad oppoſita. antecedens conceditur etiam ab ipſo OKam, qui tamen negat conſequentiam dicens quòd ſi meruit, aut peccauit, aut potuit tunc mereri, ſiue peccare, non ideò eſt quia tunc potuit in oppoſita: ſed quia potuit poſt illud primum inſtana ceſſare ab illo actu, uel illum continuare.

Sed contra hoc replicatur, quia ſi Angelus non duraret niſi per illud inſtans, iam non poſſet in alio inſtanti ceſſare, uel continuare, & tamen ibi iã fuit meritum, uel peccatum, ergo.

Et ſi OKam dicat quòd Angelus pro illo inſtanti tunc non eſſet liber ſicut eſſet ſi poſſet in inſtanti ſequenti continuare, uel ab actu ceſſare: & ſicut dicit B. Tho. 1. par. q. 63. art. 5. & ibi Caietanus quòd

ad

ad peccatum tunc non eſſet liber, neque poſſet in primo inſtanti peccare, licet poſſet bene agere, & mereri.

Tunc replicatur contra OKam. quia poſterius non eſt cauſa prioris, nec prius pendet à poſteriori. Sed ſi in primo inſtanti Angelus poſſet mereri, aut peccare, ergo quomodocunque poſtea ſe habeat in inſtantibus ſequẽtibus modò ſit, modò nõ ſit, non deſinit eſſe illud meritum aut peccatum prius in illo primo inſtanti præcedente. Quòd ſi adhuc OKam perneget maiorem huius replicæ, ut patet inſtantia quando præteritum pendet à futuro contingenti, ut in propoſito fieret: certè irrationabiliter id negaret: neque inſtantia ualet, ut infra dubio. 11. latius patebit in reſponſione ad primum argumentum ibidem.

Solu. Itaque reſolutoriè patet quòd ſecũdum OKam libertas uoluntatis ſtat in hoc quòd antequam eliciat actum in. a. poterat nõ elicere: uel poſt elicitũ in. a. poteſt illum in inſtantibus ſequentibus continuare, uel ab eo ceſſare. Secunda autem opinio Scoti dicit quòd etiam ſtat in hoc quòd in inſtanti. a. in quo actum elicit poteſt illum non elicere, non ſimul cum illo iam elicito, ſed diuiſim ita quòd ſicut elicit tunc etiam poteſt, uel poterat ipſum non elicere. Et ita quæſtio hæc aliquo modo eſt de nomine, aliquo etiam modo de re eſt. Et pro hac ſecunda opinione Scoti uidetur eſſe etiam alia ratio, quia ſcilicet Deus in eodem inſtanti æternitatis ſimul uult & non uult Sortem eſſe pro diuerſis temporibus. ergo ſi Deus cõſeruet uolitionem meam: iam eodem modo per eundem actum per potentiã diuinam poſſem nunc tendere in obiectum. a. & poſtea ceſſare ab eadem tendentia, & tẽdere in aliud, uel etiam ſimul poſſem ut Deus tendere per eundem actum in diuerſa obiecta, & velle, & non velle ea pro diuerſis temporibus. ergo tunc eſt libertas, uel potentia ad oppoſita pro eodem inſtanti ẽt in voluntate noſtra. quæ potentia, & libertas cùm ſit naturalis non perditur per hoc quòd naturaliter non poſsit, ſed ſupernaturaliter ſimul tendere, & non tendere in oppoſita per eundem actum pro diuerſis temporibus, ut dictum eſt. Sicut homo naturaliter appetit beatitudinem, ad quam creatus eſt: quamuis non naturaliter, ſed ſupra naturaliter poſſit eam obtinere.

Dubium 10. DVBIVM decimum. Vtrum cum uoluntate Dei efficaci, & ſtante eius concurſu immediato, & ſufficiente, de quo ſupra dubio quarto, & octauo dictũ eſt, ſtet ſimul libertas noſtræ uoluntatis, & contingentia in rebus.

Argum. 1. Reſpon. quòd ſic, quod patebit reſpõdendo ad argumentum in oppoſitum, quod tale eſt. Agens liberum eſt quod poſitis omnibus præuiis, & requiſitis poteſt actum ſuũ producere, poteſt & non producere. Sed unum de præuiis, & requiſitis ad omnem operationem eſt concurſus diuinus immediatus, & ſufficientiſsimus. poſito autem iſto concurſu ſeu uoluntate diuina, tunc ſimul noſtra uoluntas producit ſuum actum neceſſariò ita ꝙ nõ eſt in ſua poteſtate illum non producere, ergo poſito tali cõcurſu diuino non manet ſimul noſtra uoluntas libera ſed neceſsitata eſt, ad ſuum actum producendum ſicut & alia agentia naturalia.

Si ad hoc reſpondeatur ut ſolet negando minorem ubi dicitur ꝙ concurſus ille diuinus eſt unum de prꝗuiis, ſed ꝙ ſolum eſt unum de requiſitis, & ſimul cum uoluntate concurrentibus, id quod ex ipſo nomine conſtat, nam ideò dicitur concurſus diuinus hoc apertè ſignificans.

Contra hoc replicatur dimittendo nomen concurſus, & loco eius ponendo uoluntatem ſic ſubſumendo in argumento prædicto, ſed unum de præuiis, & neceſſariò requiſitis ad actum uoluntatis producendum, & ad omnem operationem eſt diuina uoluntas, quam Deus ab æterno habuit efficaciſsimam me uoliturum eſſe pro tali tempore: poſita autem hac uoluntate diuina iam tunc ſimul noſtra uoluntas neceſſariò ſuum actum producit, ita ꝙ non eſt in eius poteſtate illum non producere, aliàs ipſa poſſet impedire diuinam uoluntatem, & eam reddere inefficacem, quæ efficaciſsima eſt. ergo, &c.

Reſpon. ad hoc argumentum; ſolet ſexcupliciter reſponderi. Primò ſecundum Durandum tenẽtem ꝙ Deus non concurrit immediatè cum cauſis ſecũdis ad ſuos actus & effectus, nec per velle, nec per nolle: conſequenter negat minorem ꝙ unum de præuiis, & requiſitis eſt concurſus, aut uoluntas diuina. Sed dicit ꝙ Deus creauit uoluntatem noſtram cum poteſtate operandi, & reliquit eam in manu conſilii ſui. Sed quia opinio præſuppoſita Durandi non eſt catholica: ſequitur ꝙ neque reſpon. ibi fundata catholica eſt. Reſpon. 1.

Reſpon. ſecunda ad minorem, illam negando. Reſpon. 2. tenet enim hæc opinio ꝙ Deus licet immediatè & ſufficienter concurrat cum noſtra uoluntate, & cũ omnibus cauſis ſecundis: non tamen concurrit per ſuum velle, aut per ſuam uolitionem, ſed per ſuam uirtutem, uel omnipotentiam, uel aſsiſtentiam, uel per naturam ſuam, quod idem eſt. Dicit etiam ſecundò ꝙ iſta Dei aſsiſtentia uniuerſalis determinatur à noſtris uoluntatibus ad actus, uel effectus ipſius uoluntatis, aut quid agere debeat cum ea concurrendo: ſicut cauſa uniuerſalis creata reſpectu alicuius effectus determinatur à cauſis particularibus, ut Sol, uel Cœlum concurrit cum cauſis inferioribus ad ſuos effectus, non quidem per ſuũ uelle liberum, ſed per ſuam potentiam, aut uirtutem: & ita determinatur à cauſis particularibus, ſcilicet à tali terra, & eius humiditate, & ſemine &c. ad producendum cum eis triticum, uel pomum, uel &c. ſecundum diſpoſitionem, & determinationem harum cauſarum. Sic in propoſito cauſa uniuerſaliſsima increata, quæ Deus eſt, concurrit cum uoluntate noſtra non per ſuum uelle efficax, ſed per ſuam uirtutem & aſsiſtentiam: quæ determinatur à noſtra uoluntate: quia ſolum concurrit, ſiue coagit

ſecundum

ſecundum diſpoſitionem cauſæ ſecundæ, & quo
modo à noſtra voluntate libera determinatur. Et
ita negatur etiam illa conſequentia illius argumen
ti:nam ſtante illo concurſu diuino per ſuam uirtu-
tem ſtat ſimul libertas noſtræ uoluntatis ad ſuum
actum, ut patet ex dictis: neque generalis ille Dei
concurſus eſt per ſe ſufficiens, & efficax ſine no-
ſtra uoluntate ſtante lege ad actum noſtræ uolun-
tatis producendum.

Hanc reſponſionem, & opinionem tenuit quō-
dam clariſsimus ille doctor Medina: ſed idem po-
ſtea illā reprobauit quatenus dicit quòd Deus non
concurrit per ſuum uelle cū noſtra uoluntate. Nam
eſt falſum: Tùm primò, quia non neceſſariò, ut cau
ſa naturalis, ſed liberè concurrit cum omnibus cau
ſis creatis, & cum noſtra uoluntate. ergo uolunta-
riè, & per uoluntatem, & per uelle: Tùm ſecundò,
quia omnia fiunt & comproducuntur à cauſis ſe-
cundis Deo ſimul intelligente & uolente. ergo per
uelle ſuum ęternum pro tali uel tali tempore. Tùm
tertiò, quia ſi Deus non liberè concurrit per ſuum
uelle non poteſt ſaluari contingentia in rebus crea
tis, ut ſuperius dubio.4. habetur. Tùm quartò, quia
Matth. 10. Nec paſſer cadit ſine uoluntate patris
ueſtri &c. & multæ aliæ auctoritates ſacræ ſcriptu-
ræ ſunt ad idem. Prouerb. 21. Cor regis in manu
Domini &c. Sap. 11. Quomodo aliquid perma.ni.
tu uoluiſſes. Iob. 37. Nubes ſpargunt lu.ſu. quo-
cunque eas uoluntas gubernantis eduxerit. Tùm
demum quintò, quia bene ſtat ꝙ Deus concurrat
per uelle efficax & liberè cum noſtra uoluntate li-
berè, & contingenter uolente: quamuis neceſsitate
conſequentię, neceſſariò uult quando uult uti ſupe
rius dub.9. & in hoc dubio paulò inferius. & dubio
11. latius habetur.

Reſpon. 3. Tertio modo reſpon. ſecūdum alios conceden-
do maiorem argumenti ſolum ſi intelligatur de
præuiis, & requiſitis naturalibus: non autem ſi intel
ligatur de ſupernaturalibus, qualis eſt concurſus
diuinus, uel uoluntas diuina, & ita negatur minor:
& nihil concluditur contra libertatem uoluntatis:
quia ut ſit agens liberum ſufficit quòd ſi per poſsi-
bile, uel impoſsibile Deus non concurreret, aut ſi
non liberè concurreret cum cauſis ſecūdis, & cum
uoluntate noſtra: tamen adhuc noſtra uoluntas eſ-
ſet libera, quia cum præuiis, & requiſitis naturali-
bus poſſet liberè uelle, & non uelle, id quod ignis,
aut aliud agens naturale facere non poteſt.

Sed certè hęc reſponſio non ſtat, quia ſi Deus li
berè non concurreret cum cauſis ſecundis nulla eſ
ſet contingentia in rebus, neque libertas in uolun
tate, ut ſupra dubio.4. latius dictum eſt. Item nunc
ſaltem ſtante concurſu diuino uoluntas noſtra ne-
ceſsitaretur ad actum ſuū, ut proximè contra quin
tam reſponſionem probabitur, ideò hæc tertia re-
ſponſio, quæ uidetur eſſe Geruaſii in poſteriori-
bus, & Almayn in moralibus ca. 1. nihil ualet.

Reſpon. 4. Quarto modo reſpon. ſecundum alios negan-
do minorem. Nam concurſus diuinus, eiuſque uo-
luntas pro tempore, quo cum noſtra uoluntate co-
agit non eſt de præuiis, ſed de concomitantibus a-
ctum, & ita non concludit argumentum.

Sed certè ꝙ ſit etiam præuia, ſeu præuius pro-
batur: quia cauſa prima eſt prior, quàm cauſa ſe-
cunda non ſolum in eſſendo, ſed etiam in cauſan-
do. quia ab illa habet hæc cauſa ſecūda eſſe & ope
rari: & illa dat virtutem, & influit, & mouet ſecun-
dam ad operandum, ſecūdum id Actuum 17. In ip
ſo viuimus, mouemur, & ſumus. Et Ioan. 6. Sine me
nihil poteſtis facere, ut latius de hoc agit B. Tho.
1. par. q. 8. art. 2. & 3. Et ibi Caietanus. & q. 14. arti.
13. Et Vega. q. 11. de iuſtificatione in reſponſione
ad tertium argumentum, & Scotus in 1. diſt. 39. &
ibi ſuus Lychetus, doctoreſque communiter con-
ſentiunt.

Quinto modo reſpondet clariſsimus doctor Reſpon. 5.
Medina in ſua alphonſina, & Soto de natura, & gra
tia li. 1. ca. 16. & plurimi alii doctores, negādo ſim
pliciter conſequentiam. Nam licet ſit uerum quòd
ſtante concurſu, vel voluntate diuina iam noſtra
voluntas ſimul neceſſariò producit ſuum actum
neceſsitatis conſequentiæ, vel in ſenſu compoſito,
ſicut omne quod eſt quando eſt, neceſſariò eſt, vt
ſupra dubio.9. habetur, & quando agit, neceſſariò
agit: etiam ipſe Deus neceſſariò neceſsitate conſe
quentiæ concurrit, & vult quando noſtra voluntas
vult. Non tamen abſolutè, nec in ſenſu diuiſo ne-
ceſſariò noſtra volūtas, aut Deus producit actum,
aut agit, neque neceſſariò neceſsitate conſequen-
tis. & ita non ſequitur ꝙ abſolutè, vel ſimpliciter
noſtra aut diuina voluntas libera non ſit: ex quo po
teſt noſtra voluntas in inſtanti, aut tempore ſequē-
ti ceſſare ab actu, & ita facere ꝙ ceſſet concurſus
ille diuinus, & ꝙ ponatur alius cōcurſus, cum quo
ſimul ſit poſtea alius actus voluntatis: & poſtea po
teſt iterum ceſſare, & iterum producere quomodo
uoluntas noſtra voluerit, id quod agens naturale fa
cere non poteſt.

Sed certè niſi hæc reſponſio amplius declaretur,
adhuc nō videtur idonea. Tùm primò, quia ex quo
conceditur ꝙ diuina volūtas, eiuſq; concurſus eſt
cauſa præuia etiam in cauſando, ꝙq; ea ſtante iam
noſtra voluntas quamuis neceſsitate conſequentię
neceſſariò producit ſuum actum, ita ꝙ tunc nō po
teſt, nec potuit non producere, neque tollere cau-
ſam neceſsitatem, ideſt concurſum illum, ergo iam
ſemper neceſsitatur à cauſa extrinſeca, ſcilicet à
Dei voluntate ſiue concurſu: & ita nunquam liberè
libertate abſoluta producit ſuos actus, & conſequē
tia argumenti valet ꝙ ſcilicet cum concurſu diui-
no non ſtat libertas noſtræ voluntatis, ſicut neque
contingentia in rebus. Neque valet dicere quòd
ſaluatur libertas in hoc quòd in inſtanti ſequenti
poteſt ceſſare ab actu &c. Nam per hoc non tolli-
tur quòd actus iam poſitus cum concurſu diuino
non ſit, aut non fuerit liberè, ſed neceſſariò produ-
ctus, vt dictum eſt: & idem dicendum eſt de quo-
cunque actu voluntatis poſtea cum concurſu diui-

no

no ſic neceſſariò producto, uel producendo.

Tùm ſecundò, quia non eſt eadem ratio ad dicendum quòd noſtra uoluntas neceſsitate conſequentiæ neceſsitetur à cauſa extrinſeca, ſcilicet à concurſu diuino ad producendum ſuum actum: ſicut quando à ſeipſa, uel à ſuo actu quando uult neceſſariò uult. Nam quando à ſeipſa neceſsitatur neceſsitate conſequentiæ, non tollitur eius libertas abſoluta, ſed potius conceditur quòd poterat ante & poſtea, immo & tunc etiam poteſt nō producere actum illum, ut ſupra dubio. 9. ſecundum uarias opiniones dictum eſt: hic autem quando à concurſu diuino conceditur reſponſio prædicta ꝙ noſtra uoluntas neceſsitatur neceſsitate conſequētiæ, certè tollitur eius libertas abſolutè: ex quo conceditur quòd ſtante illo concurſu uoluntas noſtra non poteſt, nec potuit actum ſuum non producere, neque poteſt tunc ceſſare ab actu, nec tollere cauſam neceſsitantem, ideſt concurſum illum, aut uoluntatem diuinam concurrentem, quamuis id poſsit in inſtanti ſequenti, ut dictum eſt. Similiter non eſt eadem ratio in hoc caſu, & quando dicitur, Si Deus ſcit Sortem uelle, ergo neceſſariò neceſsitate conſequentiæ Sortes uult: quia non obſtante hac neceſsitate conſequentiæ benè conceditur ab omnibus quòd Sortes etiam tunc liberè uult, & potuit, & poteſt etiam ſtante ea ſcientia Dei non uelle: quòdque illa ſcientia Dei nullo modo neceſsitat illum ad uolendum: quia nec eſt, nec fuit cauſa quòd Sortes uelit, ut infra dubio. 11. latius habetur. Hic autem dicit reſponſio prædicta quòd uoluntas diuina, eiuſque concurſus eſt cauſa prior, à qua uoluntas noſtra prædicto modo neceſſitatur, ex qua neceſsitate ſequitur abſoluta neceſſitas, & priuatio libertatis noſtræ uolūtatis in ſuorum actuum productione, ut probatum eſt.

Reſpon. 6. Ideo tandem. 6. reſpon. conceſſa maiori diſtinguendo minorem illius argumenti. Nam ſi intelligatur de concurſu, uel uolitione diuina habituali & uniuerſali, uera eſt prima eius pars, quòd ſcilicet iſte concurſus eſt præuius, & requiſitus: ſed tunc ſecunda eius pars eſt falſa ubi dicitur quòd hoc concurſu ſtante neceſſariò & neceſsitate conſequentiæ uoluntas producit ſuum actum: & ita nil concluditur. Si autem illa minor intelligatur de concurſu uel uolitione diuina actuali & particulari, tunc prima eius pars eſt falſa: nam ſolum eſt cōcomitans non præuius concurſus ille: & ſecunda pars eſt uera quòd ſtante iſto concurſu neceſſariò neceſsitate conſequentiæ uoluntas producit ſuum actum: & ita conſequentiā nihil ualet, quia libertas uoluntatis ſtat in hoc quòd ſtante concurſu illo Dei uniuerſali, & habituali præuio, & requiſito poteſt ſuum actum producere, & non producere. Et cū hac reſponſione cōſonat Greg. Arimi. in 1. diſt. 38. & Angeſt. in morali capitu. primo, aliique doctores.

No. 1. Sed pro maiori declaratione notetur primò, ꝙ diuina uolūtas in ordine ad obiecta creata pōt conſiderari, ut eſt ipſa potentia uolitiua, aut potēs eſſe in actu uolitionis: & hoc modo non agimus de illa in præſenti materia. Poteſt ēt ſecundo conſiderari ut eſt iam in actu uolendi, uel uolitionis, & tendentiæ in obiecta creata: & tunc dicitur uoluntas diuina eſſe in actu ſecūdo, quia ordine naturæ prius eſt uolitiua, quàm uolēs: & tūc dicitur propriè uolitio aut uelle, nā primo modo propriè dicitur uolūtas: & hoc ſecūdo modo eſt ad propoſitū huius difficultatis: ſed nos eam ſæpè ēt uolūtatem diuinam appellamus, ut cōi modo loquendi conformemur. Hoc igitur ſecundo modo ſumpta uoluntas diuina, aut potius eius uelle, ſiue uolitio, poteſt tripliciter conſiderari, aut in triplici ſigno, nō quidem cathegorematicè ſumpto, ſed ſyncathegorematicè, uel exponibiliter ſecundum ordinem naturæ, ut ſæpè conſiderat Scotus in diuinis: quamuis hæc omnia tria ſigna ſint ſimul ab æterno in ipſa uolūtate, uel uolitione diuina. Nā primò, aut in primo ſigno uolūtas diuina hæc conſideratur, ut eſt cauſa uniuerſalis, uidelicet ut ab æterno uult dare, & temporaliter dat uirtutem, & influit in omnibus cauſis ſecūdis creatis, eaſq; mouet, & parata eſt coagere cum eis ad ſuos actus & effectus. Secundo modo, aut in ſecundo ſigno conſideratur, ut modificatur ab ipſis cauſis ſecundis quoad modum agendi, ut ſcilicet cum eis poſtea in tertio ſigno coagat ſecundum modum aut naturam earum liberè, uel naturaliter: & hoc uel neceſſariò neceſsitate phyſica, & naturali ita ut regulariter ita fiat ab eis, uel contingenter ita ut prędictę cauſę ab aliis cauſis, cum quibus Deus etiam ad id coagit, ut plurimum, uel rarò poſsint à ſuis effectibus impediri. Tertio modo aut in tertio ſigno conſideratur, ut iam prædicto modo modificata cum cauſis ſecundis uult coagere, uel coagit, & concurrit actualiter ad ſuos actus, & effectus ſingulares producendum.

Sic etiam conſideratur tripliciter prędicta diuina uoluntas, ſiue uolitio cum noſtra voluntate concurrens ad ſuos actus. Nam in primo ſigno conſideratur, ut ab ęterno uult dare pro tali tempore uirtutem, & influxum, & mouere noſtram uoluntatem, & parata eſt cum ea concurrere in ſuo tempore ad ſuos particulares actus. In ſecundo ſigno, ut ab æterno uult modificari, & modificatur, & determinatur temporaliter à noſtra uoluntate, ut poſtea in tertio ſigno cū ea liberè ad talem actum concurrat. In tertio denique ſigno, ut iam prędicto modo modificata, & determinata à noſtra uoluntate uult cum ea temporaliter concurrere, & concurrit ad ſuos actus ſingulares producendum.

Sed not. ſecundò, quòd noſtra uoluntas differt ab aliis cauſis creatis in illo ſecūdo, & tertio ſigno. No. 2.
Nam alię cauſę creatę uoluntatem illam diuinam uniuerſalem modificāt quidem quoad modū coagendi, aut concurrendi, ut dictū eſt: ſed non determinant illam quoad ſpeciē actuū uel effectuū, neque quoad ſuos actus, vel effectus ſingulares. Nam

quoad hęc iam ab æterno à diuina voluntate deter minatę,& limitatę ſunt: benè autem determinant, & modificant quoad hæc omnia cauſam vniuerſalem creatam puta Cœlum, Solem, & Stellas, ut uidelicet cum terra hic & nunc &illic ſeminata,& culta non niſi triticum hoc ſingulare, illic ordeum, illic pomum, illic herbam, ſiue lactucam hanc determinatam, & non aliam producant. Et ad id diuina voluntas in tertio ſigno actualiter, & particulariter etiam concurrit, ſicut ab æterno determinauit pro tali tempore ibi ſe eſſe facturam. Voluntas autem noſtra non ſolum modificat prædictam voluntatem diuinam vniuerſalem quoad modum, vt liberè cum ea concurrat: ſed etiam determinat quoad ſpeciem actuum, & quoad ipſos actus ſingulares voluntatis:ita vt non prius ordine naturę voluntas diuina, ēt ab æterno velit, aut ſe determinet ad concurrendum actualiter in tali tempore cum noſtra voluntate in tertio ſigno ad hunc vel illum actum particularem producēdum: non inquam prius, ſed poſtquam noſtra voluntas præuiſa, aut præcognita eſt quòd ſe tali tempore determinabit ad uolendum, vel nolendum, vel ad producendum hunc vel illum actum: tunc & non ante diuina voluntas ſe determinat ab æterno ad volēdum in tertio ſigno concurrere pro tali tempore cum noſtra voluntate ad eoſdem actus particulares, quoties & quando noſtra uoluntas uoluerit, & à tali concurſu ceſſare quoties,& quando ipſa pręuiſa eſt quòd liberè ceſſabit. Et ratio huius eſt: quia niſi ſic Deus facere ab æterno decreuiſſet, vt dictum eſt, vtique non benè ſaluaretur libertas noſtræ voluntatis ſimul cum cõcurſu diuino, vt ſuperius contra quintam reſponſionem,& in argumento probatum eſt,& hic inferius habetur.

Corol. 1. Et ex his patet. Primò, quòd illa voluntas, ſiue volitio diuina in primo ſigno conſiderata dicitur Dei concurſus vniuerſalis, vel habitualis. Vniuerſalis quidem quia in omnes cauſas ſecundas influit virtutem, & eas mouet ad ſuos actus & effectus: habitualis autem quia paratus eſt Deus, vt actualiter cum eis concurrere velit in tertio ſigno ad ſuos actus, vel effectus particulares: & illa in primo ſigno non eſt ſemper efficax: ex quo non niſi ſecundum determinationem noſtræ voluntatis in ſecundo ſigno factam concurrit in tertio ſigno: & ita ſępè non exit in actum, eſt etiam illa volitio ſiue concurſus Dei in primo ſigno præuius, & prior ordine naturæ, quàm quæcunque cauſa ſecunda, etiam quàm noſtra voluntas tàm in eſſendo, quàm in cauſando, vel ſuo modo operando vti ſuperius in reprobatione quartæ reſponſionis probatum eſt.

Supradicta uera volitio diuina in tertio ſigno cõſiderata eſt, & dicitur propriè concurſus diuinus particularis & actualis. Particularis quidem quia iam cum hac & illa cauſa particulari, & cum noſtra uoluntate ad hunc vel illum actum, uel effectum, actualis autem quia actualiter iam ad actum vel effectum cum cauſa ſecunda concurrit. Et iſte concurſus ſeu volitio diuina eſt efficax: & eſt non prior, ſed ſimul cum actu vel effectu cauſæ ſecundæ:& mutuò ſe inferunt. Concurſus iſte ſiue hæc volitio diuina eſt: ergo voluntas noſtra uult, aut cauſa ſecunda operatur, & eius actus, uel effectus eſt,& è conuerſo:quia iſte concurſus non præuius, ſed concomitans in cauſando eſt.

Inde etiam patet clara reſpõſio ad ſupradictum argumentum, quòd ſtante volitione diuina, vel concurſu vniuerſali habituali in primo tantum ſigno non neceſſariò ſequitur noſtra volitio: benè autem ſequitur ſtante illa particulari actuali in tertio ſigno, & è conuerſo eſt mutua conſequentia,& ita ſtat libertas uoluntatis noſtræ, ſicut & libertas diuinæ uoluntatis in eodem ſigno.

Et ſi arguatur quærendo quomodo Dei æterna uoluntas immutabilis,& efficax pendere poteſt & uariari à determinatione noſtræ uoluntatis temporali,& ab ea impediri? Quæſtio.

Reſpondeo per duo dicta. Primò, quòd non uariatur, nec pendet originaliter, & abſolutè à noſtra determinatione: ſed à ſeipſa pendet inuariabiliter, quia ſic ab ęterno decreuit,& uoluit determinari in ſecundo ſigno à noſtra uoluntate pręcognita, ut ſi in tertio ſigno uellet actualiter cum noſtra uoluntatē pro tali tempore concurrere ad ſuos actus, ut ipſa uoluerit ſe determinare. Et ita omnis uolitio diuina prædicta æterna, & inuariabilis eſt pro tali, uel tali tempore: licet eius executio ad extra ſit temporalis. Sicut uolitio creandi mundum in tali tempore, æterna: executio autem eius temporalis eſt: nec ipſa uolitio diuina in ſe uariatur ſed res ad extra & noſtra uoluntas. Sicut quando de nouo dicitur cognita à Deo aliqua ueritas, nulla uariatio in Deo, ſed in ipſa re, uel ueritate creata eſt: quia ſic cognita, & uolita eſt ab æterno ſicut pro tali tempore eſt uel erit, ut ſupra dubio. 6. & 7. latius habetur. Reſpon.

Secundò dico quòd uoluntas diuina eſt quidem efficaciſſima ſicut & pro quando uult, ſecundum Pſal. 113. Omnia quæcunque uoluit fecit. Et Roma. 9. Voluntati eius quis reſiſtet? quia & cum creatura, & ſine ea poteſt facere quæ uoluerit: in prædicta autem determinatione eius à uoluntate noſtra non impeditur, neque reſiſtitur, ſed obeditur ei: quia ſic ipſa diuina uoluntas uoluit ab æterno diſponens omnia ſuauiter, ut Sap. 8. habetur, & ſupra declaratum eſt. Et prædicta hęc magis patent exemplo. 2. Reg. 24. ubi Deus propter peccatū Dauid ipſi dedit optionem ut unā è tribus plagis eligeret, ſcilicet famem, bellum, uel peſtem: & ad determinationem, uel electionē eius Deus ēt ſe determinauit peſtem infligere. Itē 3. Reg. 3. quando Deus dixit Salomoni, Pete quod uolueris,& ad eius petitionem Deus ſe determinauit illi ſapiam dare. Sic in ꝓpoſito determinatur à noſtra uolūtate: eiuſq; cõcurſus ille præuius generalis, uel habitualis in primo ſigno in noſtra ptāte, ut in 2. determinatur, tandē in tertio ſigno cõcurrat actualiter, uel non

uel non concurrat cum noſtra uoluntate, ut dictũ eſt. Id etiam patet exemplo naturali, quando infans à matre docetur ambulare, quæ ſic prius mouet & ſimul ducit illum quocunque & quotieſcunque infans uult ambulare, quòd non aliter quàm ipſe uult, nec præter eius uoluntatem cum eo coagit. Similiter quando magiſter docens puerum ſcribere mouet, & ducit manum eius, ad eas tantum literas formandas, quas, & quãdo puer ſcribere uult, tunc certè quando magiſter atque mater prius natura moueat, & det uirtutem puero ad ambulandum & ſcribendum, determinatur tamen à uoluntate pueri ad nunc huc uel illuc ambulandum, & nunc hoc uel illud ſcribendum: & ſimul uterque cõcurrit actualiter ad illum effectum. Sic in propoſito Deus nobiſcum ſe habet. Nam in primo ſigno uult mouere noſtram uoluntatem & dare illi uirtutem: & hæc eius operatio præuia eſt, in ſecundo ſigno uult determinari temporaliter à noſtra uoluntate; & in hac determinatione uolũtas noſtra præuia eſt, in tertio ſigno ſimul Dei concurſus, & noſtræ uoluntatis operatio, & actus ſunt, ut ſupra dictum eſt. Et idem eſt de concurſu auxilii diuini ſpecialis ad opera gratiæ uel ſupernaturalia, & ad diligendum Deum ſuper omnia: vbi prædicta tria ſigna in eius concurſu cum noſtra voluntate ponẽda ſunt, ut bene omnia intelligantur, uti de hoc Soto de natura & gratia lib. 1. ca. 16. & Vega. q. 11. de iuſtificatione in reſponſione ad tertium argumentum, & lib. 12. de iuſtificatione ca. 22. & lib. 6. ca. 7. 8. &c. latius agunt.

Nue. Corol. Secundò ex ſupradictis patet falſitas, aut inſufficientia opinionis Scoti dicentis quòd intellectus diuinus conuerſus ad voluntatem diuinã, videnſq́; eam determinatam inde clarè, & determinatè cognoſcit omnia futura contingentia, etiam volitiones noſtras liberè futuras, antequam ſint vt ſupra dubio. 8. in 3. opi. habetur. Quòd autem hoc ſit falſum quoad cognitionem ſaltem noſtrarum uolitionum futurarum probatur. Nam vt patet ex dictis noſtra uoluntas in illo ſecundo ſigno determinat voluntatem diuinam, & eſt prior, quàm illa ſic determinata, & tamen tunc & etiam ante eſt cognita ab intellectu diuino illa determinatio præſens, & futura noſtræ uoluntatis, ergo illa clara, & determinata cognitio, & noſtrarum uolitionum futurarum contingentium non pendet, nec habetur à ſequente determinatione diuinæ voluntatis. maior conceditur ab omnibus etiam ab ipſo Scoto: minor autem probatur. Tum primò, quia in illo ſecundo ſigno, & ante illud ab æterno erat cognita illa determinatio futura noſtræ uoluntatis antequã eſſet: quia ab æterno ante illud ſecundum ſignum uerum erat dicere ꝙ illa determinatio erit in aliquo ſigno, aut tempore ſequenti: nam affirmatiua de futuro ſemel vera ab æterno eſt uera æternitate temporũ inſtantium & ſignorũ, per eandem rõnem ut ſupra in 3. dubio habetur, ergo talis veritas ante illud 2. ſignũ præcognita determinatè, & clarè à Deo erat. Nam ſemper ab æterno oẽ verum à Deo pro ſuo tpe cognitũ eſt. Tum ſecũdò eadẽ minor probatur, quia vt illa determinatio noſtræ voluntatis præſentetur per intellectũ diuinum ſuæ diuinæ voluntati, vt ab ea cognita determinetur, vel ut cum ea poſtea in 3. ſigno concurrere velit, vtiq; prærequiritur ordine naturæ ꝙ iam ſit præcognita ab intellectu diuino: alioqui non poſſet illi vt determinatio iam facta præſentari. Alia argumenta & dubia, quæ contra prædicta poſſunt ſuboriri, ex infra dicendis in 11. dubio ſequenti patebunt.

Dubium 11 Dvbivm vndecimum eſt. Vtrum cum ſcĩa, aut præſcĩa Dei clara & determinata, & infallibili ſtet contingentia in rebus, & libertas noſtræ volũtatis.

Reſpon. Reſpon. ꝙ ſic. quod patet, primò, quia ſicut ipſum futurum cõtingens contingẽter erit, ita Deus contingenter ſcit: quia põt aut potuit nunquam ſcire, aut ſciuiſſe id eſſe futurum. Secundò, quia quãdo ſunt duæ propoſitiones, quæ inter ſe habẽt mutuam connexionẽ, ita ꝙ valet conſequentia ab vna ad alteram poſitiuè & negatiuè, tunc quæcunq; potentia eſt ad unam, eſt ẽt ad alteram: ita ꝙ qui vnã ponit, ponit & alteram, & qui vnam deponit alterã quoq; deponit, idq́; propter mutuam earum connexionem. Sed ſcĩa Dei ab æterno, & fieri rerum, & veritas propõnum mutuò ſe inferunt, & mutuã inter ſe habent connexionem, ergo quanta contingẽtia eſt in rebus, & veritatibus creatis contingentibus tanta eſt in ipſa ſcĩa Dei, & è cõuerſo ita ꝙ ſicut Deus ab æterno ſciuit, aut ſcit, ſic potuit ẽt ab æterno non ea ſciuiſſe. Tertiò, quia ſecundũ Boet. & Ariſt. cùm Deus oĩa ſuo viſu cernat æterno: ſi neceſſariò euenirent iam non oporteret de agendis conſiliari. Quartò idem patet per Boet. lib. 5. de conſolatione, proſa, 4. dicentem. Sicut ſcĩa præſentium rerum nihil his, quæ fiunt, ita præſcĩa futurorum nihil his, quę futura ſunt neceſſitatis imponit. Et proſa. 6. dicit Num ea, quę pręſentia cernis, aliquam eis neceſſitatem tuus addit intuitus? minimè. & infra. Si eſt diuini humaniq́ue intuitus præſentia digna collatio, vti vos veſtro hoc temporario præſenti quædam videtis, ita & ille omnia viſu ſuo cernit æterno &c. Item Auguſt. lib. 5. de ciuitate ca. 10. contra Ciceronem & alios ait. Homo, quẽ Deus peccaturum præſciuit, peccat quidem actu: ſi nolit omnino, non peccat: ſed ſi peccare noluerit, hoc etiam Deus ipſe præſciuit. Conſonant Grego. Arim. in 1. diſt. quæſt. ſecunda articu. 2. & diſtinct. 36. 37. in ſecundo dubio. Et Gabriel. ea. diſtin. 38. & doctores communiter.

Si ad hoc dicatur non eſſe ſimile de viſione noſtra, quæ non eſt cauſa rerum, & de viſione vel ſciẽtia Dei, quæ cauſa rerum immutabilis, & infallibilis eſt, vt latius agit B. Thomas. 1. par. q. 14. arti. 8. 13. 15. reſpon. quòd bene eſt ſimile. Nam licet ſcĩa Dei iuncta cũ eius voluntate ſit cauſa effectiua rerũ, de qua in præcedente dub. 10. dictum eſt: non tamen ſola ſpeculatiua eius ſciẽtia ſine uoluntate, quamuis ſit cauſa exemplaris earum. Et de hac ſciẽ-

tia ſpeculatiua optimè procedit ſimilitudo ſupradicta, ad id eſt ſimile. Nam Deus ſcit ſi hic orietur triticum uel nō:ſed nihilominus ſeminatur, & alia negocia fiunt:ſic in propoſito.

Notabile. Sed pro maiori dictorum, & dicendorum, huiusque materiæ claritate, & argumentorum ſolutione ſunt hic pr*ę*notanda qu*ę*dam de ſuprapoſitis in 6. dubio pr*ę*cedente, videlicet quòd ſcientia, & notitia Dei licet in ſe ſit unica, ſicut & unica eſſentia, qua omnia cognoſcit: tamen multipliciter reſpectu diuerſorum obiectorum appellatur:& pr*ę*cipuè ad propoſitum reſpectu futurorum dicitur pr*ę*ſcientia, uel præuidentia, ut ubi ſupra latius habetur. Item ſunt qu*ę*dam regul*ę*, atque cautel*ę* logicales obſeruand*ę*. Prima quoad materiam obligationum quòd omne poſsibile ſcitum eſſe tale, ſi ponatur, eſt admittendum ut tale: & ſi proponatur, eſt concedendum ſi eſt uerum, uel negandum ſi eſt falſum. Item omne, quod ſequitur ex admiſſo & bene conceſſo, & ex oppoſito, uel oppoſitis bene negatis eſt concedēdum, & oppoſitum negandum eſt. Item quòd ſi ponitur aut proponitur aliquid repugnans iam poſito, & admiſſo, atque conceſſo, non debet concedi:aut debet deponi id quod prius poſitum, & admiſſum atque conceſſum eſt:quia repugnantia concedenda non ſunt, ut infra in reſponſione ad quartum argumentum patebit. Secūda regula, & cautela eſt quòd licet ſecundum dialecticos propoſitiones modales, ubi modus ſtat nominaliter, ſint modales compoſit*ę*, ut poſsibile eſt album eſſe nigrum, & facit hunc ſenſum, iſta propoſitio eſt poſsibilis, album eſt nigrum, qu*ę* falſa, & impoſsibilis eſt, Vbi autem modus ſtat uerbaliter, uel, aduerbialiter ſunt modales diuiſ*ę*, ut album poſsibiliter eſt nigrum, uel album poteſt eſſe nigrum, & eſt uera: tamen in communi modo loquendi, & apud theologos ea differentia non ſeruatur. Ideo omnes modales, ſiue modus teneatur nominaliter, ſiue uerbaliter, ſiue aduerbialiter, ſunt diſtinguendæ ſi capiantur in ſenſu compoſito, uel in ſenſu diuiſo, ut magiſter, & doctores communiter in 1. diſt. 38. 39. 40. communiter diſtinguūt. Puta iſta propoſitio, album poteſt eſſe nigrum, & iſta, effectus à Deo præſcitus poteſt non euenire, ſi capiantur in ſenſu compoſito ſunt falſæ, quia ſtatim ſunt officiendæ, uel reducendæ ad ſuas de ineſſe, uel de præſenti. Et faciunt hunc ſenſum, iſta propoſitio eſt poſsibilis, album eſt nigrum, & ſimiliter iſta, effectus à Deo præſcitus non euenit. Si autem capiantur in ſenſu diuiſo ſunt ueræ:quia prius eſt tollenda connotatio, & facienda reſolutio terminorum ſtantium à parte ſubiecti, & poſtea poni debent ineſſe hoc modo, hoc ſcilicet Sortes eſt nunc albus, & ipſe Sortes poteſt eſſe niger. ergo album poteſt eſſe nigrum, & facit hunc ſenſum, id quod nunc eſt album, puta Sortes, poteſt eſſe nigrum ſcilicet quando deſierit eſſe album. Et ſimiliter, iſte effectus eſt nūc à Deo pr*ę*ſcitus, & iſte effectus poteſt non euenire, ſcilicet dum non eſt præſcitus, ergo effectus à Deo præſcitus poteſt non euenire. Ecce utraque conſequentia eſt bona, & antecedens eſt uerum, quia illa minor primæ conſequentiæ, ſcilicet Sortes poteſt eſſe niger, eſt uera, quia ſua de ineſſe eſt poſsibilis, ſcilicet Sortes eſt niger: & ſimiliter altera minor alterius conſequētiæ, ſcilicet iſte effectus poteſt non euenire, eſt uera, quia ſua de ineſſe eſt poſsibilis, ſcilicet iſte effectus non euenit, ſicut & poſsibile eſt quòd non ſit, aut non fuerit præſcitus à Deo. Tertia regula, ſiue cautela eſt quòd ubi eſt conſequētia cum ly neceſſariò, ut Sortes currit, ergo neceſſariò mouetur. Deus pr*ę*ſcit Antichriſtum damnandum eſſe, ergo neceſſariò damnabitur, debet diſtingui. Nam ſi ly neceſſariò dicit neceſsitatem conſequētiæ, uel præſuppoſitionis, ſunt ueræ:quia faciunt hunc ſenſum, iſta conſequētia eſt bona, & neceſſaria, Sortes currit. ergo mouetur. Deus præſcit Antichriſtum eſſe damnandum, ergo damnabitur, & ita erit ut Deus pr*ę*ſcit. Si autem dicit neceſsitatem conſequentis, uel abſolutam ſunt falſæ: quia faciunt hunc ſenſum, Sortes neceſſariò mouetur, Antichriſtus neceſſariò damnabitur. Similiter iſt*ę* diſtinguantur, Sortes neceſſariò quieſcit uel mouetur, ſed non quieſcit uti ſupponitur, ergo neceſſariò mouetur. Nam ſi ly neceſſariò in maiori cadat ſuper alterutram partem illius diſiunctiu*ę*, eſt falſa: quia facit hunc ſenſum, Sortes neceſſariò quieſcit, vel neceſſariò mouetur, quarum quælibet eſt falſa. Si autem cadat ſupra totam diſiunctiuam, eſt uera, quia facit hunc ſenſum, iſta diſiunctiua conſtans ex partibus oppoſitis eſt neceſſaria, Sortes quieſcit uel mouetur, quia nō eſt dare medium, & tunc conſequētia nihil ualet:quia fit æquiuocatio in ly neceſſariò, quod in maiori dicit neceſsitatem diſiunctiu*ę*, & in conſequēti dicit neceſsitatem alterius partis, uel partium eius. Et ſimiliter diſtinguatur iſta. Sortes neceſſariò eſt pr*ę*ſcitus, uel prædeſtinatus, ſed non eſt præſcitus uti ſupponitur, ergo neceſſariò eſt pr*ę*deſtinatus, quia non ualet conſequentia, ut dictum eſt.

His ſuppoſitis iā quincupliciter arguitur cōtra ſupradictam reſponſionem probando ꝙ cum pr*ę*ſcia Dei non ſtet contingētia in rebus. Primò, quia Deus ſciuit Antichriſtū fore, aut eſſe damnādum, ergo Antichriſtus erit, aut dānabitur. Conſequētia eſt bona ſecundum oēs, & antecedens eſt abſolutè neceſſarium: tū quia eſt æternum: tū quia oīs propoſitio de præterito uera eſt neceſſaria abſolutè, ergo & conſequens eſt abſolutè, & non ſolum neceſsitate conſequentiæ, ſed ēt conſequētis neceſſarium. Nā in omni bona conſequentia ſi antecedens eſt abſolutè neceſſariū, ēt conſequens abſolutè neceſſarium eſt: quia ita ſe habet antecedens ad conſequens, ſicut principia ad concluſionem: ex principiis aūt neceſſariis non ſequitur cōcluſio, niſi neceſſaria, ut habetur. 1. Poſteriorū: igitur quicquid ſcitur à Deo eſt neceſſarium:& ita ſcientia Dei imponit neceſsitatem in rebus, & cum illa nō ſtat rerum contingentia. *Argum. 1.*

Reſpon.

Reſpon. 1. Reſpon. dupliciter. Primò ſecundum B. Tho. 1. par. q. 14. & 13. conceſſo antecedente ſecundæ conſequentiæ negatur ſimpliciter ſecunda conſequentia, quia Sortem uel Antichriſtũ fore, aut eſſe damnandum eſt in ſe abſolutè contingens, licet ut ſcitum à Deo ſit aliquo modo neceſſarium. Sed ſi ſignificetur formaliter, ut ſcitum à Deo, conceditur quòd eſt etiam abſolutè neceſſarium ſicut & ſuum antecedens: quia tenet ipſe B. Tho. quòd quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ formaliter, tunc conſequens, quod inde infertur formaliter ex ui talis dictionis importantis actum animę, debet accipi non ſecũdum eſſe quod in ſe habet, ſed ſecundum quod eſt, uel habet in anima, uel in intellectu, ut ſi dicam: anima intelligit lapidem, ergo ille eſt immaterialis, uidelicet ut eſt in intellectu licet in ſe ſit materialis. Et eodem modo formaliter debet in conſequenti importari talis neceſſitas, certitudo, & infallibilitas, qualis importatur in prædicto antecedente, quatenus inde infertur, & non aliter, & ita talia futura ſunt neceſſaria ut ſcita à Deo, & ut ſunt in ſua præſentialitate, & ut ſubſunt eius præſcientiæ: quamuis in ſe, & ſimpliciter, uel abſolutè ſint contingentia, ut dictum eſt. Hæc reſpon. eſt clara ad mentem B. Tho. licet Caietanus ibidem aliter metaphyſicans eam confundat, & fortè magis, quàm eius literam exponat.

Reſpon. 2. Secundo modo reſpon. ſecundum doctores cõmuniter conceſſa prima conſequentia negatur minor ſecundæ conſequentiæ ubi dicitur quòd illud antecedens primæ conſequentiæ, ſcilicet Deus ſciuit Antichriſtum fore, uel eſſe damnãdum, eſt abſolutè neceſſarium. Et ad eius primam probationẽ negatur quòd omne æternum ſit neceſſarium abſolutè, ut patet de æterna Dei ſcientia, quæ dicit reſpectum ad creaturam temporalem ad extra, ut ſupra in quinto dubio in reſponſione ad primum argumentum, & in dubio ſexto in reſponſione ad tertium argumentum contra ſecundam opinionem: & infra in hoc dubio. 11. in reſponſione ad ſecundum & tertium argumentum habetur.

Ad ſecundam eius probationem ubi dicitur ꝙ omnis propoſitio de præterito uera eſt abſolutè neceſſaria, id negatur in propoſitionibus de præterito dependentibus ab aliqua de futuro contingenti, ut in propoſito eſt illa, Deus ſciuit Antichriſtum fore aut eſſe damnandum, quæ pẽdet ex iſta, Antichriſtus erit, ſiue damnabitur.

Ad dubium Pro quo nota quòd eſt difficultas quomodo illa de præterito pendet ex illa de futuro. Nam aliqui dicunt quòd omnis propoſitio pendet in ueritate ab illa, quam includit, & ita quia iſta, Deus ſciuit Antichriſtum, uel Sortem fore includit iſtam, Sortes erit, ideo pendet ab illa. ſed hoc eſt falſum. Immo nunquam una propoſitio pendet ab alia in ueritate, aut falſitate, quando illa ueritas, aut falſitas eſt omnino impertinens ad illam uerificandam, uel falſificandam, ut hæc propoſitio, ego ſcio, credo, aut iudico Antichriſtum fore, non pendet ab iſta, Antichriſtus erit, licet illam includat: quia ſiue ſit uerum, ſiue falſum quòd erit, ſtat benè quòd ego iudicem ipſum fore. Ideo alii dicunt quòd illa de præterito pendet ex illa de futuro: quia ex illa de præterito infertur hæc de futuro, & ex hac de futuro etiam infertur illa de præterito: ita quòd mutuò ſe inferunt. Sed neque hoc eſt uniuerſaliter uerum. Quod probatur dupliciter. Tùm primò, quia in caſu quo Sortes erit albus, tunc iſta propoſitio de præterito, Sortes fuit futurus albus, eſt uera, & pendet ex iſta propoſitione, Sortes erit: quia illud pendet ab alio quod præſupponit, & eſt poſterius illo præſuppoſito. Nam irrationabile eſt dicere quòd prius pendet à poſteriori. Nunc autem prius eſt Sortem fore, quàm ipſum fore futurum album, ex quo illud præſupponitur ad Sortem fore futurum albũ: & tamen iſta conſequẽtia non ualet, Sortes uel Antichriſtus fuit futurus albus, ergo ipſe erit, ut patet in caſu, quo Deus annihilet illum nunquam reproducendum: nam tunc iſta eſt uera, Sortes fuit futurus albus, & iſta falſa, Sortes erit: & ita tunc antecedens eſt uerum, & conſequẽs falſum. Similiter in caſu quo Sortes non erit albus, non ſequitur è conuerſo. Sortes erit, ergo Sortes fuit futurus albus. Igitur patet ꝙ eſt propoſitio de præterito dependens ab una de futuro contingenti: & tamen nec infert illam, nec infertur ex illa: ergo unam propoſitionem dependere ab alia non eſt inferre illam, nec ex illa inferri. Tùm ſecũdò idem probatur. Nam in hac conſequentia Deus uoluit Sortem fore, ergo Sortem erit, iſta de futuro Sortes erit, pendet ex illa de præterito, Deus uoluit Sortem fore, & nõ è conuerſo, ut conſtat, quia cauſa eſt prior ſuo effectu, qui ab ea dependet. Nam ideo Sortes erit quia Deus uoluit ipſum fore: & nõ è contra, & tamen mutuò ſe inferunt, quamuis illa de preterit o non pendeat ex illa de futuro, ergo propoſitionem unam ex alia pendere non eſt mutuò ſe inferre.

Dicamus igitur quòd propoſitionem unam ex alia pendere in ſua ueritate eſt illam præſupponere ad ſuam ueritatem: & omnis propoſitio de præterito dependens ex una de futuro contingenti eſt contingens quando id, quod per illam de futuro ſignificatur, eſt prius ſeu cauſa quòd ſit id, quod per illam de præterito ſignificatur, & non aliàs. Exẽpli gratia, in hac conſequentia, Deus ſciuit aut ſciit Antichriſtũ fore, ergo Antichriſtus erit, illa de preterito pendet ex iſta de futuro: quia ſcientia Dei ſpeculatiua ſine eius uoluntate non eſt propria cauſa effectiua rerum, aut illius futuritionis, ut ſupra dictum eſt, ſed ſolum eſt ſignum ſcibile. Siguũ aũt præſupponit ſignatũ quod eſt cã logica, aut denominatiua, non phyſica neq; realis illius ſciæ, aut ſigni ſcibilis, quia ab eo quod res eſt uel non eſt dicitur propõ uera uel falſa: ergo Deũ ſciuiſſe Antichriſtũ fore eſt poſterius, quàm Antichriſtũ fore, & ꝙ hęc propoſitio Antichriſtus erit: & ideo illa pendet ab iſta ſicut poſterius à ſuo priori. Nõ ſic eſt de

 uelle

velle diuino quod eſt prius, & cauſa quòd Sortes erit, vt ſupra dub. 4. 8. 10. latius hsbetur. Et ita patet prædicta ſecunda reſponſio ad argumentum primum, ꝙ ſi Deus ſcit Antichriſtum fore, Antichriſtus neceſſariò erit in ſenſu compoſito, & neceſsitate conſequentiæ, vel præſuppoſitionis ſcientiæ Dei: non autem in ſenſu diuiſo, neque neceſsitate abſoluta. Et ſimiliter quòd Deus id ita sb æterno ſciuit ꝙ potuit & poteſt id nunquam ſcire, ſiue ſciuiſſe. Et ad replicas, quæ contra hoc fieri poſſunt latius reſpondebitur infra in reſponſione ad quartum srgumentum vbi, & in 12. dubio ſequenti multa huc pertinentia videri poſſunt.

Argum. 2. Secundò principaliter ad idem arguitur, quia Deus neceſſariò ſcit omne verum: ſed Sortem fore eſt verum vti ſupponitur, ergo Deus id neceſſariò ſcit: & ergo Sortes ita neceſſariò erit. probatur hæc ſecunda conſequentia: tùm quia ex antecedente abſolutè neceſſario ſequitur etiam conſequens abſolutè neceſſarium: tùm etiam quia omne ſcitū à Deo neceſſe eſt eſſe verum, à fortiori, ſicut omne ſcitum nobis neceſſe eſt eſſe aut eſſe verum: ex quo ſcientia Dei eſt certior, quàm ſcientia noſtra. Maior autem prioris conſequentiæ, quòd ſcilicet Deus neceſſariò ſcit omne verum probatur, quia ſi aliquod verum ipſe neſcire poſſet, vtique imperfectio in Deo eſſet.

Reſpon. Reſpondeo, ꝙ illa maior in ſenſu diuiſo, & abſolutè falſa eſt: ſed Deus neceſſariò neceſſaria, contingenter autem contingentia ab æterno cognoſcit, ſicut & illa ſunt: conceditur autem in ſenſu cōpoſito, aut neceſsitate conſequentiæ, vel præpoſitionis: ita ꝙ ſi eſt aliquod verum non poteſt eſſe quin Deus illud cognoſcat neceſſariò, vel contingenter ſicut illud verum eſt: & in hoc ſenſu conceduntur illæ conſequentiæ: & nihil probatur contra contingentiam rerum cum præſcientia Dei, vt ſupra dubio. 6. in ſecunda opin. in tertio argumento contra eam habetur.

Argum. 3. Tertiò ad idem arguitur. Omne æternum eſt neceſſarium, ſed præſcientia Dei, quam habet de Antichriſto futuro eſt æterna, quia ab æterno id præſciuit, ergo illa eſt neceſſaria qua præſciuit Antichriſtum fore, & ergo ita etiam neceſſariò Antichriſtus erit ſicut Deus id neceſſariò præſcit: aliàs eſſet deceptio, aut falſitas iudicii in Deo ſi poſſet non fore, & Deus neceſſariò iudicaret illum fore.

Iterum ſic arguitur. Omne æternum eſt immutabile, & neceſſarium, ſed hæc veritas, vel propoſitio, Antichriſtus erit, eſt ęterna: quia propoſitio de futuro ſemel vera eſt ab æterno vera, ut ſupra dubio tertio habetur, ergo eſt immutabiliter, & neceſſariò vera.

Reſpon. Reſpondeo, quòd illa maior eſt vera ſolum de æterno quod non dicit reſpectum, vel ordinem ad extra ad obiecta creata temporaliá, vel contingentia, qualis eſt eſſentia diuina, & eius ſcientia in ſe, & ea omnia, quæ identificātur cum eſſentia. Secus de æterno reſpectiuo ad extra, vel in ordine ad rē ad extra, vel obiecta creata temporalia, vel cōtingentia, qualis eſt ſcientia diuina, vt dicit attingentiam ad res creatas, vt ſupra dubio. 5. in primo argumento latius habetur. Et ita ſolum probatur ꝙ iſtæ propoſitiones Deus ab æterno neceſſariò præſcit Antichriſtum fore, ergo Antichriſtum neceſſariò erit, ſunt verę ſi dicant neceſsitatem conſequētiæ, vel ſi capiantur in ſenſu cōpoſito, & non aliter.

Ad aliud argumentum vbi probatur ꝙ hæc propoſitio, Antichriſtus erit, eſt æterna immutabiliter & neceſſariò vera. Reſpon. ſecundū B. Tho. 1. par. q. 16. art. 7. & 8. & Greg. Arimi. in 1. diſt. 38. & doctores communiter, per duo dicta. Primum eſt ꝙ nulla propoſitio aut veritas creata eſt æterna: ſicut nec vlla res, aut intellectus creatus, vbi eſt prædicta veritas, eſt ab æterno: niſi ſolus Deus, & eius veritas increata. Ideo quando dicitur ꝙ propoſitio de futuro vera eſt ab æterno vera, intelligitur extrinſecè, ideſt, quòd à veritate increata & ęterna in mente diuina dicitur vera: vel ut ait Gregorius, vbi ſupra intelligitur ſuppoſita exiſtentia propoſitionis, ſi eſſet ab æterno, eſſet etiam ab æterno vera.

Secundò dico quòd veritas, aut propoſitio vera increata in intellectu diuino eſt immutabilis. Creata autem in intellectu noſtro mutabilis eſt, vt B. Tho. vbi ſupra, & de veritate. q. 1. art. 6. & in 1. ſententiarum diſt. 19. q. 5. art. 3. latiua oſtendit. Vbi ēt in q. 1. de veritate quærit an poſsit cadere mutatio in veritate rei creatæ in ordine ad intellectum diuinum: & ſi ſic, quomodo differunt mutatio veritatis rei creatæ in ordine ad intellectum diuinum, & in ordine ad intellectum creatum: Et reſpondet quòd res dicitur vera per comparationem ad intellectum diuinum & humanū. Si ergo accipiatur veritas rei ſecundum ordinem ad intellectum diuinū, tunc mutatur veritas rei creatæ in aliam veritatē, & non in falſitatem. Si aūt conſideretur ueritas rei creatæ in ordine ad intellectū humanū: tunc qńq; fit mutatio de ueritate in falſitatem: quandoque de veritate in veritatem. Nam cū veritas ſit adęquatio rei & intellectus, etſi ab æqualibus æqualia demas adhuc remanent æqualia, quāuis non in eadē quantitate, ſic aliquando mutatur res ſimul & intellectus, ut ſi Sorte ſedente iudicabam Sortē ſedere, & Sorte non ſedente iudicabam Sortē non ſedere. Et quia ſi ab uno æqualiū tollas aliquid, & nihil ab alio, uel ſi ab utroq; tollas inæqualia, neceſſe eſt inæqualitatem remanere. Et cùm inæqualitas ſe habeat ad falſitatē ſicut ęqualitas ad ueritatē, hinc eſt quòd ſi intellectu exiſtente uero mutetur res non mutato intellectu in ſuo iudicio: aut è cōuerſo, aut utrunq; mutetur, ſed non ſimili modo: iā remanet falſitas: & tunc eſt mutatio de ueritate in falſitatem. Tandem liquet ex dictis quòd propoſitio de futuro contingenti, uel de præterito, uel de præſenti ab illa dependens, creata uel increata, æterna uel temporalis, mutabiliter, aut immutabiliter uera, non eſt abſolutè neceſſaria, ſed contingenter uera: quāuis ī ſenſu cōpoſito, uel neceſsitate cō-

ſequentiæ,

ſequentiæ, aut ſuppoſitionis aliquo modo conditionaliter neceſſaria ſit. Ad quod faciunt ea, quæ ſuperius dubio. 5. & 6. dicta ſunt.

Arg. 4. Quartò ad idem arg. Nam ſi, uti ſupponitur, Deus ab æterno immutabiliter, determinatè iam & infallibiliter de facto præſciuit ſeu præſcit Antichriſtum finaliter peccaturum, & damnandum eſſe, ergo iam neceſſariò damnabitur finaliterque peccabit; quamuis abſolutè poterat ante non ita præſciri; & ita ſtante illa diuina præſcientia iã neceſſariò peccabit, & damnabitur: & illa præſcientia ei neceſsitatem imponitur non poſsit aliter fieri; modò ſit neceſsitas conſequentiæ, modò conſequentis, modò ſit in ſenſu diuiſo, modò in ſenſu compoſito.

Probatur conſequentia dupliciter. Primò auctoritate Auguſtini tertio de libero arbitrio ca. 4. di. Aliter fieri non poteſt quàm Deus præſciuit. Item lib. 6. ſuper Gen. ca. 22. Illud quod Deus præſciebat neceſſariò futurum erit. Item Anſel. de concord. prædeſti. & lib. arbi. ca. 1. & 4. Id quod Deus præſciuit neceſſe eſt eſſe futurum. Secundò probatur conſequentia, quia ſi ſtante & iam poſita prædicta præſcientia poſſet aliter fieri, & poſſet Antichriſtus finaliter non peccare, & non damnari; tũc non eſſet immutabiliter & determinatè & infallibiliter præſcitum à Deo ipſum eſſe peccaturum, atque damnandum. Nam ſi ponatur ineſſe quòd Antichriſtus finaliter non peccabit, neque damnabitur; iam illa præſcientia Dei, quæ de præterito ſtat immutabili falſa aut fallibilis eſt, qua præſciuit illum eſſe damnandum: aut mutabitur in aliã præſcientiam ꝙ Antichriſtus non damnabitur.

Hoc argumentum uiſum eſt Caietano in 1. par. q. 22. art. 4. adeò fortè ut dixerit id eſſe inſolubile hominibus: Neque ſatisfacere diſtinctionem communem de neceſsitate conſequentiæ & conſequẽtis, & in ſenſu compoſito & diuiſo: dicit etiam ꝙ idem eſt infallibiliter & ineuitabiliter ſeu neceſſariò aliquid ſcire & euenire: uel quòd non ſequitur, hoc eſt à Deo præſcitum uel præuiſum fore; ergo hoc euitabiliter uel ineuitabiliter eueniet: ſed quid altius quod ipſe fatetur ſe neſcire explicare, ſed ſolus Deus id ſcit. hæc & quædam alia falſa dicit ibidem.

Reſp. Quibus non obſtantibus reſpon. ad argumentum concedendo conſequentiam in ſenſu compoſito ita quòd neceſſariò erit ſicut Deus præſcit: & impoſſibile eſt Deum præſcire aut præſciuiſſe aliter, quàm futurum eſt: uel ut dicit neceſsitatem cõditionalem conſequentiæ, aut connexionis, uel præſuppoſitionis: ita quòd hæc conſequentia eſt bona & neceſſaria, ſi Deus præſciuit Antichriſtum finaliter eſſe peccaturum atque damnandum, ergo ita erit. ſed conſequens ſicut & antecedens abſolutè uel in ſenſu diuiſo contingens eſt. Nam cum hoc quòd Deus præſciuit Antichriſtum eſſe damnandum ſtat ſimul potentia ad oppoſitum, quòd nimirum abſolutè põt aut potuit illum non ita præſcire, aut præſciuiſſe, poteſt etiam Antichriſtus abſolutè non finaliter peccare & condemnari. Et ad primam probationem reſpondeo quòd illæ auctoritates loquuntur & intelliguntur de neceſsitate conſequentiæ uel in ſenſu compoſito ut declaratum eſt. Ad ſecundam probationem reſpondeo negando quòd inde ſequatur quòd diuina præſciẽtia fallibilis aut mutabilis ſit. Nam ſi ponatur ineſſe quòd Antichriſtus non peccabit, neque damnabitur, tunc aliqui dicunt quòd Deus ab æterno præſciuit illum peccaturum, finaliter & eſſe damnandum pro. a. & non peccaturum neque damnãdum eſſe pro. b. & ita manet ſemper præſcientia Dei infallibilis & immutabilis pro tempore, pro quo hoc uel eius oppoſitum præſciuit. Sed certè hæc reſponſio non ualet niſi pro rebus, quæ ſecundum diuerſa tempora uariantur, non tamen pro caſu pręſenti ubi alterum tantum & ſemel futurum eſt; puta quòd Antichriſtus damnabitur. Nam tunc falſum omnino eſt quòd Deus præſciuit illum non eſſe finaliter damnandum pro. b. uel pro aliquo tempore, aut è conuerſo. Ideo melius ſecundum communiter doctores dicamus quòd ſi ponatur quòd Antichriſtus finaliter non peccabit neque damnabitur; tunc ſimul deponitur illa, Deus pręſciuit Antichriſtum eſſe damnandum, ita quòd nunquàm Deus præſciuit illum eſſe damnandum; quia aliàs ſequeretur repugnantia aut cõtradictio, ut cõſtat ex ſupradictis regulis obligationũ in notabili præcedente, & ita patet quòd nulla mutatio, neque deceptio in Deo eſt, ex quo ab æterno idem & eodẽ modo præſciuit ut ponitur eſſe uel fore, neque aliter prius quàm poſtea præſciuit. Patet etiam quòd cùm utrumque alteri connexum ſit, & mutuò ſe inferat & comitetur a qui poteſt tollere & tollit unum, puta conſequens quòd Antichriſtus finaliter peccabit atque damnabitur; iam conſequenter poteſt tollere & tollit alterum, puta antecedẽs quòd Deus præſciuit Antichriſtum peccaturum & eſſe damnandum.

Si contra hoc replicetur. Si Chriſtus præſciuit, & dixit Petrum eſſe illum negaturum, ergo Petrus neceſſariò negabit neceſsitate conſequentiæ; & poteſt ſimul non negare: iam ſi ponatur ineſſe quòd non negabit, dicis quòd ſimul deponitur illa, Chriſtus ſciuit Petrum eſſe negaturum, Contra hoc ſic arguitur. Nam Chriſtus tempore cœnæ prædixit & reuelauit diſcipulis quòd aliquis ex eis eſſet illum negaturus, ut ſupponitur & conſtat Matth. 26. & non niſi Petro aut de Petro id prædixit aut reuelauit quòd eſſet illum negaturus, ergo ipſi reuelauit, ipſumque præſciuit eſſe negaturum: & ita non poteſt deponi, neque deponitur illa pręſcientia aut reuelatio iam facta etiam ad depoſitionem conſequentis. Conſequentia eſt bona; & maior patet & concedenda eſt: quia hæc propoſitio, Chriſtus præſciuit & reuelauit quòd aliquis illum eſſet negaturus, bene ſtat cum illa, Petrus non negabit, quæ modò ponitur ineſſe, neque illi repu- Replica. 1.

gnat,

gnat, & eſt uera in caſu quòd aliquis alius à Petro eſſet negaturus: & ita eſt concedenda per ſupradictas leges obligationum. minor etiam conſtat Matth. 26. ꝙ non niſi Petrus erat negaturus, ergo etiam per regulas obligationum non euacuatur ſu pradictum argumentum.

Reſpon. Reſpon. negando minorem huius replicæ. Et ſi quæras, cui ergo reuelauit? Reſpon. propone & dicam tibi: etſi proponas, utrum reuelauit Petro? Nego. nego etiam ſcriptum eſſe de Petro ꝙ negabit: quia ſic iam ſupponitur aut ponitur in caſu. Si Andreæ? nego &c. quia non ſequitur, reuelauit alicui ex duodecim, ergo Petro uel Andreæ &c. uſque ad ultimum, quem ſupponamus eſſe Thomam, & tunc ſi quæras, utrum reuelauit Thomæ? dico ꝙ ſic: quia tunc benè ſequitur. reuelauit alicui ex duodecim, ſed nec Petro, nec Andreæ, nec cæteris prę ter ultimum Thomam ergo reuelauit Thomæ ꝙ eſſet negaturus. & de iſto concedo quòd negabit, & ſimul poteſt non negare: etſi ponatur ineſſe ꝙ non negabit, iam ſimul deponitur antecedens ꝙ Chriſtus ei reuelauit, ut ſupra de Petro dictum eſt. Etſi iterum quæras, Cui ergo reuelauit? eodem modo dicam propone & dicam tibi: & ſic omnes iterum negabo uſque ad ultimum, & dicam quòd ei reuelauit; & quòd ita neceſſitate conſequentiæ neceſſariò negabit quòd ſimul poteſt non negare. Etſi iterum de illo quæras quòd ponatur ineſſe ꝙ non negabit: eodem modo reſpondebo in circuitu in infinitum procedendo: & non deducar in contradictionem, neque in aliquod inconueniens.

Alii etiam ad argumentum & replicam ſupradictam reſpondent, quando petitur ab eis ꝙ poſtquàm Antichriſtus poteſt non peccare & non damnari, & ſimiliter Petrus poteſt non negare, quòd ponatur in eſſe quòd non peccabit, neque damnabitur, neque negabit, ita quòd non deponatur illa, Deus præſciuit aut reuelauit ipſum eſſe peccaturum, damnandum, aut negaturum. Dicunt, ergo id non eſſe admittendum; quia licet per ſe poni poſſit ineſſe & abſolutè ꝙ non peccabit neque damnabitur; non tamen ſimul ſtante illa, Deus præſciuit aut reuelauit ipſum eſſe peccaturum ſiue damnandum eſſe; quia repugnant & incompoſſibilia ſunt. Et ita ex legibus obligationum id quod repugnat poſito & conceſſo admittendum non eſt.

Replica. 2. Si ſecundò adhuc replicetur, ſi ſecundum ſupradicta quando Deus præſcit Antichriſtum peccaturum, ipſe ſimul poteſt non peccare, ergo Deo præſciente illum peccaturum ille poteſt non peccare. conſequentia eſt bona ſi conſequens ſit propoſitio cathegorica uti ſupponitur, ſecus ſi eſſet propoſitio hypothetica: ſed conſequens cathegoricum eſt falſum, ergo & antecedens. Quòd conſequens ſit falſum patet, quia ſua de ineſſe eſt impoſſibilis & inuoluens contradictionem, uidelicet hoc, Deo præſciente Antichriſtum peccaturum ille non peccat. nunquam enim iſta poteſt eſſe uera, modò reducatur ad cauſalem, modò ad conditionalem, modò ad rationalem, ut conſtat.

Reſpon. negando quòd conſequens ſit falſum, immo eſt uerum ſicut & antecedens: Et ad probationem quòd ſua de ineſſe eſt impoſſibilis, Reſpô. quòd cùm ſit modalis diuiſa non debet ſtatim officiari aut poni ineſſe; ſed prius debet tolli connotatio & fieri reſolutio terminorum præcedentium ly poteſt; & poſtea poni ineſſe ſic. Deus præſciens Antichriſtum peccaturũ eſt Deus exiſtens, & Deo exiſtente poteſt ille non peccare, ergo Deo præſciente illum peccaturum poteſt ille non peccare: & ſua de ineſſe illius minoris iam reſolutione facta eſt poſſibilis. ſ. Deo exiſtente ille non peccat, ut ſupra in notabili dictum eſt. *Reſpon.*

Si replicetur quòd ſua conuertens eſt falſa, hæc. ſ. Antichriſtus poteſt non peccare Deo ſciente ipſum eſſe peccaturum, ergo & illud conſequens eſt falſum. Reſpon. quòd non eſt illa ſua conuertens; quia arguitur à termino reſolubili uidelicet à ly præſciente pręcedẽte ſignum modale poteſt ad ipſum terminum ſequentem & irreſolubilem; ſed debet ſic conuerti: Antichriſtus Deo præſciente ipſum peccaturum poteſt non peccare, & hæc eſt uera: quia antequàm ponatur ineſſe debet ly præſciente reſolui, & tolli connotatio ut proximè factum eſt. Eodem modo dicatur ad iſtam, Deus olim reuelauit Gabrieli ſe incarnandum; & neceſſariò neceſſitate conſequentiæ uel in ſenſu compoſito incarnatus eſt: & ſimul abſolutè potuit non incarnari, & de aliis eiuſmodi ſimiliter dicatur. Similiter licet prædeſtinatus ad gloriam neceſſariò ſaluetur in ſenſu compoſito uel neceſſitate conſequentię; tamen abſolutè poteſt ſimul condemnari in ſenſu diuiſo, & poteſt non eſſe prędeſtinatus, & ſimiliter præſcitus ad infernum ſimul abſolutè poteſt ſaluari, & non eſſe præſcitus in ſenſu diuiſo: quia in poteſtate homine uiatoris eſt facere per ſua opera bona uel mala, quæ ſunt media à Deo ſtatuta, atque pręuiſa, ſiue decreta ut ſint etiam in homine libertate & poteſtate, ut finaliter ſecundum ea ſaluetur uel condemnetur; & ex conſequẽti ut etiam ab æterno fuerit, & ſit præſcitus, uel prędeſtinatus. Nam & cum uoluntate Dei antecedente, qua inefficaciter, aut ſolum quantum eſt ex parte ſua Deus ipſe uult omnes homines ſaluos fieri, utique ſimul ſtat quòd uoluntate conſequenti ſecundum opera noſtra etiam uolũtate abſoluta beneplaciti efficaciter uult ſolum hos uel illos, quos prędeſtinauit ad gloriam, & non alios, quos nõ ita prędeſtinauit ſaluari; ſicuti ſuperius. q. 10. in 6. reſponſione ad argumẽtum de duplici concurſu uel uoluntate Dei habituali & actuali nobiſcum & cũ operibus noſtris dictum eſt: quod ad propoſitum ualdè facit.

Quintò ad idem arg. & poteſt eſſe replica contra hæc. Nam prędeſtinatio & pręſcientia diuina de Petro ſaluando, & Antichriſto condemnando eſt ab ęterno iam poſita & determinata, & iam trãſiit in prętеritum ab ęterno; ergo non poteſt iam *Argum. 5.*

tolli

tolli ſiue deponi per aliquem etiã per ipſum Deũ, aut per quæcunque opera, quæ etiam à Deo decreta ſimul ſunt; maximè ſi teneamus quòd ad præteritum non ſit potentia. Alioqui daretur quòd uel ſcientia & prædeſtinatio Dei eſt mutabilis uel incerta, uel ꝙ ſimul quis fuit, & non fuit præſcitus, uel prædeſtinatus.

Reſpon. 1. Reſpon. dupliciter. Primò ſecũdum Scotum in 1. diſtinct. 40. & B. Tho. in q. 3. de potentia & plures alios doctores negando antecedens. Nam falſum eſt dicere ꝙ aliquid ſit pręteritum in Deo: falsò etiam imaginamur actum diuinæ uoluntatis atque præſcientiæ quaſi iam præteritum, & iam poſitum abſolutè, & ineuitabilem in Deo. Ideo ex noſtro imperfecto & communi modo intelligendi & uolendi difficile cognoſcimus diuina, quia ea ſicut in nobis imperfectè imaginamur. Igitur dicendum eſt ꝙ prædeſtinatio & præſcientia diuina non tranſit in præteritum, quia in Deo nil præteritum, neque futurum eſt; ſed ſemper omnia præſentia in nunc æternitatis ſunt, quod pręteritis ſimul & futuris præſentialiter coexiſtit. Vnde ſic intelligendum eſt de diuina uolitione & pręcognitione cuiuſcunque rei, acſi per impoſſibile nunc inciperet cognoſcere uelle aut deliberare: quia ſemper ab ęterno eſt in egrediendo & in fieri de pręſenti: & ita liberè uult & præſcit Deus in nunc æternitatis quod uult pręſcit quaſi ad nihil ſua uoluntas & ſcientia determinata eſſet. Et ideo idem eſt Deũ prædeſtinaſſe, pręd eſtinare, & pręd eſtinaturum eſſe; & pręſciuiſſe, pręſcire, & pręſciturum eſſe: & tã contingens & euitabile eſt unum, ſicut alterum. Et in his conſonat B. Tho. ubi ſupra dicens quòd uoluntas Dei quoad facienda & nondum facta nõ eſt determinata, quia põt in oppoſita ſine ſui mutatione. Hęc ille. Ait ergo quòd non eſt determinata id eſt non eſt ſic poſita ineſſe de pręterito quòd nõ poſſit in oppoſitum: bene tamen eſt determinata, id eſt certa & immutabilis, quamuis poſſit in oppoſitum. Et in hoc deceptus eſt Caietanus ubi ſupra in quarto argumento habetur putans pręſcientiam & prouidentiam diuinam eſſe determinatam, & de pręterito poſitam in eſſe. Inde etiam ipſe Caietanus. 1. par. q. 14. art. 13. ponit differentiam inter has propoſitiones Deus pręſcit, & Deus pręſciuit Sortem fore; dicens illam de pręſenti non eſſe abſolutè neceſſariam; bene autem hanc de pręterito abſolutè neceſſariam eſſe: ſed ut dixi doctores cõmuniter nullam faciunt differentiam, & utranque dicunt eſſe abſolutè contingentem.

Sed licet prędicta ſint uera, nondum ſatisfaciũt argumento. Nam ut ait Gabriel in 1. diſtinct. 40. q. 1. dubio 1. non ſolum pręteritum non poteſt nõ eſſe pręteritum; ſed etiam quod nunc ponitur ineſſe eo ipſo quòd nunc eſt non poteſt mutari ad non eſſe nunc. Ita licet prędeſtinatio & pręſcientia diuina non ſit poſita de pręterito, ſed de pręſenti ſit ſemper in nunc ęternitatis; certè eo ipſo quòd nũc eſt non poſſet mutari ad non eſſe, ut probat ſupradictum argumentum quod adhuc procedit contra pręfatam reſponſionem.

Ideo ſecundo modo ad argumentum reſpon. ſecundum nominales & doctores communiter cõformiter ad ſupradictas regulas obligationum ꝙ ſi ponatur ineſſe quòd prędeſtinatus condemnetur, aut pręſcitus Antichriſtus ſaluetur, iam ſimul ex conſequenti deponitur ꝙ unquàm ſit aut fuerit prędeſtinatus aut pręſcitus à Deo; idque propter repugnantiam & incompoſſibilitatem earum: neque ide ulla mutatio aut deceptio ſequitur ĩ Deo, ut ſupra dictum eſt. Reſpon. 2.

Replicatur. Nam ſi pręſcitus ad infernum poteſt facere quòd ſaluetur, quòdque non ſit pręſcitus à Deo, uti ſuperius ſępè dictum eſt, & ſimiliter prędeſtinatus poteſt damnari, & ita facere quòd non ſit prędeſtinatus, uel quòd iam non prędeſtinetur à Deo; ergo poteſt facere quòd Deus non pręſciat, aut non prędeſtinet illum. patet conſequentia à paſſiua ad ſuam actiuam; ſicut ſi liber legitur à me, ergo ego lego librum; conſequens autem eſt falſum, quia ſic nos per opera noſtra eſſemus cauſa noſtrę prędeſtinationis, ſicut & reprobationis: & uoluntas & pręſcientia Dei eſſet in noſtra poteſtate; & eam ponere & tollere poſſemus, contra id Iob. 23. Deus cuius cogitationes auertere nemo poteſt, ut Auguſt. Greg. & gloſ. ordi. ibidem latius. Replica.

Reſpon. negando conſequentiam, neque enim ualet argumentum à paſſiua ad actiuam quando committitur fallacia uel ęquiuocatio, uti fit in pręſenti ubi arguitur à paſſiua ſignificante cauſam logicam uel obiectiuam ad actiuam ſignificantem cauſam phyſicam uel realem effectiuam. Nam quando dicitur quòd quis poteſt facere ſe eſſe pręſcitum uel prędeſtinatum à Deo, denotatur quòd per ſua opera poteſt ſaluari, & facere ſe eſſe obiectum prędeſtinationis, uel pręſcientię diuinę, unde Deus etiam pręſciens uel prędeſtinans illum denominetur, quod uerum eſt. Quando autem dicitur quòd poteſt facere ut Deus prędeſtinet illũ, denotatur quòd ipſe eſt cauſa effectiua actus prędeſtinationis, quod falſum eſt. Sicut aliud eſt dicere, ego poſſum facere ut illuminer à Sole uelut uideor a Petro, quia. ſ. poſſum ei me facere pręſentem; & aliud eſt dicere, ego poſſum facere ut Sol me illuminet, aut Petrus uideat me. Nam hic denotatur quòd ego lumẽ ſoli aut uirtutem uiſiuam Petro poſſim pręſtare ad illuminandum uel uidendum me. Sic reſpondet Tho. Vualden, in ſuo doctrinali fidei lib. 1. art. 1. ca. 27. & communis modus loquendi ſanctorum eſt ad idem. Scholaſtici autem nullam in hoc differentiam faciunt, & utroque modo ad bonum ſenſum iam dictum loquuntur & concedunt conſequentiam: quia uis in uocabulo eſſe uidetur. Ideo tutius diſtingueretur uel explicaretur conſequens illud ad ſenſum pręfatũ, ut ita calumnię, rixęque uerborum facilius uitarentur: maximè quia licet Auguſt. ſuper id Ioan. 6. Ne Reſpon.

mo

mo poteſt uenire ad me niſi pater meus traxerit eum, dicat, Si nō traheris, ora ut traharis; quia hæc attractio eſt effectus prædeſtinationis, quem homo aliquo modo mereri uel impetrare quandoque poteſt, ut hic ſignificat Auguſtinus: non tamen dicit, Si nō es prędeſtinatus ora uel fac ut prędeſtineris: quia nos non ſumus cauſa noſtræ prædeſtinationis; quamuis noſtræ poſitiuæ reprobationis cauſa eſſe poſſimus ſecundum Scotum, Thomam, &c. ut infra q. 56. latius habetur.

Quæſtiuncula. Tandem ſi quæratur utrum abſolutè dicendum ſit ꝙ prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur, quòdq; poteſt condemnari; & è contra de præſcito?

Reſpon. Reſpon. per 4. dicta. Primò quòd communiter conceditur, & dicitur ab omnibus abſolutè quòd prædeſtinatus certè & infallibiliter, non tamen ineuitabiliter, nec neceſſariò ſaluabitur; & præſcitus ſimiliter certè condemnabitur, & oppoſitum dicere repugnantiam includit. Secundò dico ꝙ hæc propoſitio, prædeſtinatus poteſt damnari, & præſcitus ſaluari & prædeſtinari, etiam communiter & abſolutè conceditur; quia communiter & in rigore capitur in ſenſu diuiſo, & prius debet fieri reſolutio, quàm ponatur ineſſe, ut patet ex ſupradictis. Tertiò dico quòd hæc propoſitio, prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur, & præſcitus neceſſariò damnabitur ſecundum B. Tho. 1. par. q. 14. art. 13. eſt abſolutè concedenda: quia ſecundum ipſum capitur in ſenſu compoſito, & facit hunc ſenſum quòd prædeſtinatus ut prædeſtinatus uel ut ſubeſt prædeſtinationi diuinę, uel formaliter prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur, ut ſupra in prima reſponſione ad primum argumentum habetur. Sed ſecundum alios doctores non eſt abſolutè concedenda, ſed potius neganda uel diſtinguenda, & cum ſua debita explicatione concedenda, uel neganda eſt; quia magis dicit, aut ſonat neceſſitatem abſolutam conſequentis, quàm conſequentiæ, & ſenſum diuiſum, quàm compoſitum dum abſolutè profertur, ſicut iſta prædeſtinatus poteſt damnari, ut patet ex dictis. Sed ut diximus melius eſt eam diſtinguere & explicare etiam ad ſcandalum puſillorum, & abſonum ſenſum pręcauendum. Quartò dico quòd iſtæ propoſitiones, prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur, & prædeſtinatus poteſt condemnari, & pręſcitus neceſſariò condemnabitur, & pręſcitus poteſt ſaluari, non opponuntur neque repugnant niſi quando ly neceſſariò, & ly poteſt uniuocè capiuntur; ut ſcilicet utrunque dicat neceſſitatem, & poſſibilitatem abſolutam, uel ſenſum diuiſum faciat; uel utrunque ut dicat neceſſitatem & poſſibilitatem conſequentię uel conditionatam, aut in ſenſu compoſito capiatur.

Dubium 12. Dubium 12. eſt utrum ad pręteritum ſit potentia. Reſpon. primò quòd omnes conueniunt in hoc quòd id, quod fuit non poteſt non fuiſſe ſucceſſiuè poſtquàm fuit, ita quòd nunc ſit iterum dicere ꝙ Adam fuit, & poſtea ꝙ non fuit. Nam ibi eſſet manifeſta contradictio ꝙ fuit & non fuit; neque Deus id facere poteſt, quia repugnans, & non factibile eſt. Item omnes concedunt ꝙ Deus habet nunc eam potentiam, qua potuit facere ut Adam antequàm fuiſſet nūquam fuiſſet in ęternum: Sed ſecundò dico ꝙ tota difficultas eſt utrum modo poſtquam Adā uel alia res fuit ſit poſſibile per aliquam potentiam etiam diuinam ꝙ non fuerit; non dico ꝙ non fuerit pòſtquàm fuit, quia hoc eſt impoſſibile ut dictum eſt: Sed abſolutè utrū Deus nunc poſtquàm Adam fuit habeat potentiam, aut facere poſſit ut Adam non fuerit, & ita conſtat ꝙ in hoc dubio ſemper loquimur non de potentia logica ampliatiua, ſed de potentia phyſica non ampliatiua.

In hoc igitur ſenſu eſt triplex opinio. Prima & communis eſt ꝙ nulla potentia eſt ad pręteritum reale uel intentionale, quia eſt contradictio, ut ait ſecunda opinio ſubſequens. Opinio 1.

Opinio ſecunda Oxam & Gabrielis in 1. diſtin. 38. q. 1. dubio 1. & aliorum eſt quòd ad pręteritum reale nulla eſt potentia ut prima dicebat opinio: bene autem ad pręteritum intentionale. Exemplum primi. Ad iſtam, Adam fuit, nulla eſt potentia ut non fuerit, propter rationes quę inferius habentur in argumentis contra tertiam opi: quia inde ſequitur contradictio quòd Adam fuit & non fuit. Exemplum ſecundi. Ad iſtas, Deus ſciuit Antichriſtum fore, Deus uoluit Antichriſtum fore, eſt potentia ad oppoſitum quando à parte rei nihil reale ponitur prętериiſſe. Et ratio huius diſcriminis eſt: quia tunc ſine ulla implicatione contradictionis poteſt eſſe quòd Deus neſcierit, neque uoluerit illud uidelicet Antichriſtum fore etiam ſi illud ſcierit aut uoluerit. Et fundamentum huius eſt, quia pręteritum intellectuale uel intentionale pendet ex una de futuro contingenti, ad cuius oppoſitum potentia eſt. Ideo licet ſit uerum, non tamen neceſſarium, ut in caſu quòd à parte rei non ponatur Antichriſtus, tunc in potentia Dei eſt id nunquàm ſciuiſſe aut uoluiſſe, idque propter neceſſariam eorum connexionem. Opinio 2.

Contra utramque opinionem ſuprapoſitā quadrupliciter arguitur probādo quòd tam ad prętеритum reale, quàm ad intentionale quodcunque eſt potentia in oppoſitum. Primò quia omne quod nō implicat contradictionem poteſt fieri à Deo, & ei poſſibile eſt. Sed Adam non fuiſſe eſt huiuſmodi, ergo à Deo fieri poteſt ipſum non fuiſſe. Conſequentia patet cum maiori, & minor probatur: quia antequàm Adam fuiſſet non includebat contradictionem, nec erat repugnantia extremorum, ergo nec nunc. patet hęc conſequentia, quia aliàs potentia Dei eſſet diminuta per aduentum rei ad extra. Argum. 1

Reſpon. negando minorem; & ad eius probationem negatur conſequentia. Nā licet ante creationem Adę non eſſet contradictio ſi non fuiſſet; eſt tamen contradictio nunc poſtquàm ille creatus eſt, & iam fuit: quia inde ſequeretur quòd fuit & non fuit. Neque per rem ad extra Dei potentia minuitur: Reſpon.

minuitur: ſed per taliter ſe habere rei, fit non factibile, fitque impoſſibile quod aliter factibile & poſſibile eſſet. Ita quàmuis quicquid id eſt quancunque rem uel entitatem Deus potuit facere, poſſet etiam nunc facere; non tamen quicquid id eſt quomodocunque neque quodcunque enunciabile, aut rem taliter ſe habentem Deus potuit facere, poteſt etiam nunc facere, quando inde ſequitur repugnantia, aut contradictio, qualis ſequitur ſi præteritum non ſit præteritum, aut quod fuit non fuit; ideo id à Deo fieri non poteſt.

Argum. 2. Secundò ad idem arg. Quicquid Deus poteſt nunc uelle, poteſt etiam nunc facere. ſed nunc poteſt uelle Adam non fuiſſe, ſicut olim potuit id uelle, ergo etiam nunc poteſt facere Adam non fuiſſe. Conſequentia patet cum maiori, & minor probatur: tùm primò quia aliàs Deus, eiuſque libera, potenſque uoluntas minueretur aut neceſſitaretur per rem ad extra: tum ſecundò quia Gen. 6. pœnituit eum feciſſe hominem, ita poteſt nunc eum pœnitere & nolle feciſſe hominem Adam: tùm tertiò quia ſi nos poſſumus uelle non peccaſſe, & Adã non fuiſſe, ergo à fortiori Deus id uelle poteſt: quia liberior & potentior eſt.

Reſpon. Reſpon. negando minorem ut iam patuit in reſponſione ad primum argumentum, & ad primam eius probationem reſpõdeo quòd non minuitur neque neceſſitatur diuina poteſtas atque libertas per rem ad extra ſi non poſſet uelle & facere impoſſibilia, & repugnantia, & culpabilia: Sed neceſſitatur per ſe & ſimpliciter à ſua immutabili rectitudine & ſumma bonitate & perfectione; quàmuis per accidens & occaſionaliter, uel ex ſuppoſitione ab extrinſeco ſcilicet à præteritione rei neceſſitetur propter repugnantiam inde ſequentem. Sicut ſi uult creare hominem neceſſariò creabit illum rationabile animal atque riſibile. Ad ſecundam probationem minoris reſponſio ſecundum gloſ. ibidem ꝙ non uerè pœnituit, ſed ad modum pœnitentis ſe Deus habuit uolens deſtruere hominem, quem creauerat, & ita illa locutio tropica eſt. Ad tertiam probationem eiuſdem minoris reſpondeo negando conſequentiam; quia nos poſſumus etiã uitioſa & impoſſibilia uelle abſolutè ſimul & ineſficaciter, id quod imperfectionis eſt: Deus autem non, quia perfectiſſimus eſt.

Argum. 3. Tertiò ad idem arg. quia in caſu quòd Deus reuelauit Petro ter me negabis, uel aliud futurum contingens Gabrieli uel alteri cuique, & ſit reuelatio abſoluta, non conditionata aut comminatoria qualis Ionæ prophetæ facta eſt de Niniue ſubuerſione; & quòd iſti habeant iudicium in intellectu ꝙ ita erit ut ſibi reuelatum eſt; & quòd Deus decipere non poſſit; iam his ſuppoſitis quæro utrũ Deus poſſit facere quòd futurum illud contingens non eueniat, & utrum Petrus poſſit non negare? Certè quamuis in ſenſu compoſito, & neceſſitate conſequentiæ uel ſuppoſitionis ſtante reuelatione illa Deus aut Petrus non poſſit aliter facere; bene tamen in ſenſu diuiſo & abſolutè dicendum eſt ꝙ Deus aliter facere poteſt, & Petrus poteſt non negare, & non peccare, ut ſupra dubio. 11. Latè dictũ eſt, quòd cum præſcientia Dei ſtat contingentia in rebus; & qui poteſt tollere & de facto tollit unum puta ne eueniat effectus ille contingens reuelatus, iam conſequenter poteſt tollere & tollit alterum ſibi concomitans, id eſt reuelationem illam & iudicium iam poſitum ſiue præteritum pendens ex illo futuro contingenti. Et tamen illa reuelatio, illudque iudicium erat uera res realis, uel qualitas quædam infuſa uel acquiſita, ergo ad illam rem præteritam ſiue qualitatem illam realem eſt potentia. Nam prius uerum erat dicere quòd fuit illa reuelatio, & illa qualitas; & poſtea quando non euenit euentus ille reuelatus ablata eſt illa reuelatio & iudicium, & ita quòd uerum eſt dicere quòd non fuit. Certè hoc argumentum fortiſſimum uidetur.

Reſpon. Reſpon. duppliciter. Primò in dicto caſu dico ꝙ ſtante reuelatione in ſenſu compoſito non poteſt aliter euenire: neque Deus poteſt aliter facere, neque reuelationem illam reuocare: quia ſic deciperet contra hypotheſim. Neque eſt concedendum quòd repugnat bene admiſſo atque cõceſſo, ut patet ex regulis obligationum.

Secundo modo reſpon. concedendo quòd abſolutè poteſt aliter euenire; & poſito quòd euentus ille non eueniat ut reuelatus eſt, quòdque Petrus nõ peccabit; tunc ſimul ex conſequenti deponitur illa reuelatio, quæ neque facta eſt, neque præteriit, neque illa uel iudicium aliquod, aut qualitas, aut res aliqua fuit: & ita non probatur ꝙ ad præteritum ſit potentia, quia nihil ibi præteritum eſt.

Argum. 4. Quarto ad idem arg. per auctoritatem Auguſtini contra Fauſtum lib. 26. cap. 4. di. tam Deus poteſt facere quod futurum eſt non fore, quàm quod fuit non fuiſſe. Item Boetius de trinitate lib. 1. cap. 9. dicit expreſsè Deum omnia poſſe, & ad præteritum eſſe potentiam. Idem etiam ait Gilbertus Porrectanus eius commentator ibidem.

Reſpon. Reſpon. quòd illud Auguſtini potius eſt pro opinione, quia arguit ab impoſſibili à præterito ad futurum, & uult dicere quaſi ſubſumendo, ſed impoſſibile eſt quod fuit non fuiſſe, ergo & impoſſibile eſt id quod erit ſimul non fore, aut ſucceſſiuè in eodem tempore uel inſtanti.

Ad Boetium & Gilbertum reſpondeo quòd id intelligitur de potentia logica, quòd ſcilicet Deus potuit facere quòd Adam non fuiſſet antequam illum creaſſet: quia cõtingenter non neceſſariò creauit illum, & omnes eiuſmodi auctoritates ſimiliter intelliguntur.

Opinio 3. Opinio tertia eſt quòd ad quodlibet præteritum eſt potentia. Ita quòd ſicut id quod nunc Deus præſciuit fore, puta Petrum peccaturum, põt nunc etiam non fore, & ex conſequenti poteſt non eſſe præſcitum: & ſicut nunc eſt potentia ſiue libertas uoluntatis ad oppoſita, quia ſic nunc uult. a. quòd

nunc

nunc etiam ſimul poteſt non uelle.a. quamuis non ſtet ſimul actus uolitionis, eiuſque priuatio nunc in ſenſu compoſito, ut ſupra dubio. 9. & 11. latius habetur. Ita id, quod fuit puta Adam, etiam nunc ſicut olim antequàm fuiſſet poteſt non fuiſſe, licet non ſtet ſimul actus fuiſſe, eiuſque priuatio, ſiue negatio puta non fuiſſe, aut quod fuit & non fuit. Rationes huius opi. ſunt illæ, quæ tactæ ſunt in 4. argumentis ſupra factis contra primam & ſecundam opinionem.

Argum. 1. Contra hanc opinionem arguitur quadrupliciter. Primò quia quæro quomodo Deus non poteſt facere Adam non fuiſſe? Nam aut id poteſt facere producendo aliquid de nouo, uel impediendo alicuius entis productionem, uel aliquid corrumpendo, uel nolendo aut non uolendo Adam fuiſſe ſed merè negatiuè ſe habendo. Sed quomodocunque id fiat & ſe Deus habeat, adhuc ſtat Adam fuiſſe, ergo non eſt potentia ad præteritum.

Reſpon. Reſpon. quòd Deus id facere poteſt non quidem rem aliquam de nouo producendo aut corrumpendo; ſed ſicut antequàm Adam fuiſſet facere poterat poſitiuè nolendo, aut negatiuè non uolendo illum eſſe, ſiue illum creare; ita & nunc poteſt nolle, aut non uelle ipſum fuiſſe, aut uelle ipſũ non fuiſſe abſolutè, non autem ſucceſsiuè ita quòd poſtquàm fuit non fuit ut dictum eſt. Sicut etiam nunc poteſt nolle me nunc eſſe aut fore, poteſt etiam non uelle me eſſe aut fore, & uelle me non eſſe aut non fore; quamuis non ſtet ſimul eſſe & non eſſe, fore & non fore. Et uoluntas Dei actiua poſitiua habet pro termino actionis aliquid poſitiuũ, negatiua autem quid negatiuum habet: ſicut Deus nolens aut non uolens Antichriſtum fore, aut uolens ipſum non fore.

Argum. 2. Secundò ad idem arg. quia ſi Deus poteſt facere Adam non fuiſſe, ergo iſta propoſitio, Adam nõ fuit poteſt eſſe uera, tunc quæro quando erit uera? vel antequàm fuit Adam, uel quando fuit, uel poſtquàm fuit. Non antequàm fuit; quia tunc cùm non præterierit Adam, iam non poteſt dici quòd ad præteritum eſt potentia. Nec quãdo primò fuit; quia tunc eſſent duo contradictoria uera, quòd ſcilicet tunc fuit & non fuit. Neque poſtquàm fuit; quia quando primò erit uerum dicere in primo inſtanti.b. quòd non fuit, iam tunc etiam ſua contradictoria Adam fuit eſt uera, ut conſtat; uel ſi iſta, Adam fuit eſt tunc falſa, ergo ab æterno falſa ut ſupra dubio tertio habetur, ergo non fuit Adam præteritus; & ex conſequenti non datur quòd ad præteritum potentia ſit.

Reſpon. Reſpon. ꝙ iſta propoſitio, Adam non fuit, poteſt ſemper dari uera ita quòd ſemper eſt poſsibilis: & quandocunque ponatur ineſſe tunc deponitur ſua contradictoria, Adam fuit: nunquàm enim Adam fuit: & ita negatur ultima conſequentia. Neque enim hæc opinio dicit quòd ad præteritum eſt potentia in ſenſu compoſito ita quòd ſit uerum dicere quòd non fuit id quod fuit, aut quod præteritum eſt: ſed in ſenſu diuiſo ut ſupra declaratum eſt: & iſta Adam non fuit, eſt poſsibilis & uerificabilis antequàm Adam fuit.

Argum. 3. Tertiò ad idem arg. Si ad præteritum eſt potentia, ergo Deus poteſt facere Adam, qui fuit præteritus, non fuiſſe, aut præteritum non fuiſſe; conſequens eſt impoſsibile, quia ſua de ineſſe.ſ. Deus facit Adam qui fuit non fuiſſe, aut præteritum non fuiſſe, eſt impoſsibilis; quia ſi reſoluatur in ſuam copulatiuam ſunt duo contradictoria uera ſcilicet Adam præteritus fuit & non fuit; ergo antecedens eſt etiam impoſsibile: Nam conſequentia illa, ut conſtat, bona eſt.

Reſpon. Reſpon. dupliciter. Primò ſtando in rigore negatur conſequentia; quia arg. ab antecedente ſumpto in ſenſu diuiſo ad conſequens in ſenſu compoſito, quod ut patet ex dictis falſum eſt. Sed ad bonum ſenſum, ut conſequens capiatur in ſenſu diuiſo ſicut antecedens, conceditur conſequentia; & conſequens eſt uerum ut æquiualeat huic, Adam, qui fuit præteritus, Deus poteſt facere non fuiſſe; quia tunc antequàm ponatur ineſſe debet tolli connotatio, & reſolui terminus præcedens ly põt hoc modo, Adam Deus facit non fuiſſe, & Adam fuit præteritus, ergo Adam, qui fuit præteritus, Deus facit non fuiſſe, ubi illa maior eſt poſsibilis & uera, antequàm crearetur Adam.

Secundo modo reſpon. concedendo conſequentiam, quòdque in rigore illud conſequens eſt uerum, & ſua de ineſſe eſt uera, Deus facit Adam, qui fuit, non fuiſſe, quia iſta eſt uera, Adam, qui fuit, non fuit, in caſu quo nunc primò & non ante ſit Adam, quia eſt negatiua de extremo non ſupponente: nec illud relatiuum qui fuit debet reſolui in copulatiuam: quia eſt copula implicationis & pars extremi, ſed prior reſponſio melior eſt.

Quartò ad idem arg. per auctoritatem Ariſt. 6. Ethi. ex Agathone dicentis. Hoc ſolo priuatur Deus ingenita facere quæ genita ſunt: Item Hierony. ad Euſtochium dicentis. Firmiter credo Virginem poſt ruinam à Deo reparari non poſſe: Item Auguſt. contra Fauſtum lib. ca. 6. ca. 26. Et Anſel. de concordia liber. arbi. & prædeſti. cap. 4. di. nunquã fieri poteſt vt res, quæ præterita eſt, fiat non præterita, ſicut res, quæ dum præſens eſt, non poteſt fieri non præſens.

Reſpon. Reſpon. quòd Ariſt. loquitur de potentia naturali, quòd ſcilicet prima cauſa id eſt Deus cùm ſecundum ipſum, aliosque philoſophos neceſſariò & naturaliter agat, non poteſt, nec potuit non facere quæ ſemel fecit: non autem de ſupernaturali, quam illi non cognouerunt. Eodem modo loquitur B. Hieronymus ubi ſupra de potentia Dei ordinaria uel de lege poſita, ut patet ex cauſa ibidem ab eo data, quia, inquit, Non habebit aureolam uirginitatis. Vel dicatur ꝙ tàm Ariſt. quàm Hierony. Auguſt. & Anſel. loquuntur in ſenſu compoſito quòd id eſt impoſsibile quòd res præterita non ſit præterita, quòdque res aliqua fuit & non fuit.

fuit, hæc autem tertia opinio loquitur in ſenſu diuiſo ut declaratũ eſt. Denique prima opinio eſt magis cõis, ſed hæc tertia opinio uerior uidetur, quãuis auctoritates philoſophorum & doctorum ſanctorum magis faueant primæ opinioni.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA SEXTA.

Vtrum prædeſtinationis & reprobationis hominum ſit aliqua ratio uel cauſa ex parte ipſorum præter diuinam uoluntatem.

Notabile. 1. RESPON. præſuppoſitis quatuor notabilibus, quorum primum eſt quòd prędeſtinatio eſt efficax propoſitum diuinum ſiue uoluntas dandi gratiã & gloriam creaturæ rõnali: vel ſecundũ alios eſt præparatio gratiæ & gloriæ; ita ꝙ includit actũ diuinæ cognitionis & uolũtatis, modò ſit formaliter & eſſencialiter cognitio habens adiunctum actum diuinæ uoluntatis, ut tenet B. Tho. 1. par. q. 23. art. 1. 3. & 5. & de ueritate. q. 6. art. 1. modò ſit e conuerſo ut alij cõiter opinantur. Et nomine gratiæ comprehenduntur oĩa auxilia diuina ẽt ordinaria, & oĩa ẽt naturalia media iuuantia & efficaciter perducẽtia ad finẽ puta ad gloriam æternam. Et hæc propriè dicitur prædeſtinatio totalis, ſiue completa, & ſimpliciter dicitur prædeſtinatio; quãuis Gabriel in 1. diſti. 41. aliiq; doctores dicant ꝙ etiã propriè dicitur prædeſtinatio quædam particularis, qua Deus uult dare gloriam alicui, quia eſt ultimus & principalis effectus illius totalis prædeſtinationis: ſed ut diximus cõiter à doctoribus uocatur propriè & abſolutè prædeſtinatio illa totalis: hæc aũt dicitur particularis, uel cũ limitatione dicitur prædeſtinatio ad gloriã, uel potius dicitur effectus illius prædeſtinationis. Et notanter dictum eſt ꝙ eſt efficax propoſitum diuinũ. Nã eſt duplex Dei uolũtas. Altera antecedens, qua uult dare & dat media ſufficientia, ſi obſtaculum non opponatur, non tamen efficaciter perducentia ad finalem beatitudinẽ; puta uult dare, & dat legem, & poteſtatem, & auxilia ſufficientia ordinaria, cum quibus homo ſi uelit, & non ponatur impedimẽtum poſſit ſaluari; de qua habetur 1. Timoth. 2. ꝙ Deus uult oẽs homines ſaluos fieri &c. ſecũdum Damaſcenũ, & Auguſti. de ſpiritu & lit. ca. 32. & ſuper Gen. contra Manichæos, & doctores cõiter conſentiũt. Altera eſt Dei uolũtas cõſequens, qua efficaciter & abſolutè uult aliquid concurrens, aut etiam non concurrens cum cauſa ſecunda: Et in præſenti materia iſta eſt uoluntas dãdi media efficaciter perducentia ad beatitudinem. Et hæc eſt & dicitur propriè prædeſtinatio uti ſuperius diffinita eſt; & non illa antecedens tantum ut dictum eſt. Nam illa qua uult Deus omnes homines ſaluos fieri eſt inefficax & non abſoluta reſpectu finis uel effectus ultimi prædeſtinationis; licet ſit efficax & abſoluta reſpectu tantum aliquorum mediorum ad gloriam, uti hoc etiam ait doctiſſimus Perez in 1. par. Beati Tho. q. 23. art. 4. Sed utrũ illa uoluntas Dei antecedens reſpectu gloriæ poſſit dici conditionata, Soto ſuper ad Rom. 9 & Perez ubi ſupra art. 6. & Clariſsimus Medina magiſter meus, & multi alij dicunt quòd ſic; quia eſt uere, quam Deus non ſolus ſed nobiſcum aſſentientibus operatur, ſecundum id Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata, ſaltem poteſt exprimi conditionaliter more loquendi humano; ita quòd Deus quantum ad ſe attinet, qui dat ſufficientia media ad beatitudinem uult omnes homines, & eorum quemlibet ſaluari, ſi modò ipſi noluerint debitè cooperari. Quæ quidem uoluntas non ſemper impletur, neque ſuum ſortitur ultimum effectum: quia illi reſiſtitur ab iniquis, uel aliàs impeditur, uti Matth. 22. dicitur quòd inuitati ad nuptias uenire noluerunt. & ca. 23. Quoties uolui congregare filios tuos & noluiſti. & Prouerb. 1. Quia uocaui & renuiſtis &c. Igitur non hęc, ſed illa conſequens, efficaxque uoluntas Dei eſt prædeſtinatio totalis & propria; quam nomine prædeſtinationis abſolute in hac quæſt. 56. intelligimus. Reprobatio autem eſt Dei æterna uoluntas non dandi gratiam uel auxilia efficaciter perducentia ad beatitudinem, & permittendi ab ea decidere, & puniendi peccatum pœna æterna damni uel etiam ſenſus. Et quanuis prædictus Perez ubi ſupra q. 23. artic. 3. dicat quòd reprobatio non eſt actus poſitiuus diuinæ uoluntatis, ſed permiſsio cadendi in peccatum & uolitio illud puniendi: Sed B. Tho. ibidem & Scotus in 1. diſtinct. 41. & alij dicunt quòd eſt etiam uoluntas permittendi & puniendi ut dictum eſt. Deus igitur uult ab æterno abſolutè permittere peccatum, ipſumque perpetuò punire ut dictum eſt. Et hæc Dei uoluntas dicitur reprobatio æterna. Conſonat Sotó ubi ſupra.

No. ſecundò quòd Deus ab æterno præuidit, Notabile. 2. & diſtinctè, euidenterque cognouit per notitiam ſimplicis intelligentiæ & uiſionis omnia in tempore ſuo futura etiam omnes homines, & eorum opera & fines, ac ſi tunc illi præſentia eſſent, quia præteritum & futurum ſunt differentiæ temporis noſtri, non ęternitatis; & quòd ab æterno nouit & uoluit pro ſuo tempore fore, ibi ſemper ſine ulla ſui mutatione eodem modo nouit & uoluit, ut ſupra q. præcedente 55. dubio 7. latius de hoc dictũ eſt. Sed ut clarius hęc intelligantur fingamus aut ponamus ſigna naturę, uel prioritates prępſuppoſitionis, uti Scotus in 1. diſtin. 41. & 37. & alibi & ſuus Lychetus, doctoreſque communiter ponere ſolẽt; ita ꝙ ĩ primo ſigno uidit Deus omnes homines tali tempore creandos, ſicut ipſe miſericorditer uoluit & ſtatuit ad ſuam imaginẽ, capaceſq; ſuæ beatitudinis, quibus ideo tunc uel in alio ſigno decreuit ponere leges ut adulti, qui eas ſeruarent cum eius auxilo, uel illi in quibus illę leges implerentur ut ſunt pueri baptizati, gloriam obtinerent. Ad quod tunc etiam decreuit auxilia ſufficientia ad id omnibus illis præſtare, neque ullo

modo quantum in ſe eſſet illis deeſſe quò minus illa beatitudine omnes potirentur, niſi uel ſua ipſorum culpa, uel aliunde ipſis obſtaret, ut habetur. 1. Timoth. 2. Deus uult omnes homines ſaluos fieri ſcilicet uoluntate antecedente, ut ſupra in primo notabili præcedente dictum eſt. In ſecundo ſigno Deus uidit caſum Adæ & omnium hominum in eo. In tertio ſigno iudicauit bonum expediens eſſe ad ſuam miſericordiam & iuſtitiam, ſupremamque potentiam manifeſtandam aliquos ex illis hominibus ad ſuam gloriam per auxilia gratis impenſa efficaciter & miſericorditer perducere; & alios relinquere in ſua perditione, uel permittere ut liberè uel ex ſua culpa decidant à beatitudinis conſecutione, quamuis auxilia ſufficientia non tamen efficacia ad eam illis non defuerint. In quarto ſigno miſericorditer dilexit & elegit hos, & non alios ad beatitudinem, & prædeſtinauit eos id eſt decreuit illis præſtare media ad beatitudinẽ efficaciter obtinendum; aliosque reprobauit id eſt priuatiuè aut etiam poſitiuè uoluit relinquere, ut in tertio ſigno præcedente dictum eſt; eosque propter ſua prædicta iuſtè punire decreuit. Et nota quòd in hoc quarto ſigno poſſunt etiam diſtingui tria ſigna ad maiorem declarationem, ut infra in quinta opinione

Opinio. 5. ſecundum Scotum habetur. In quinto ſigno iudicat & præuidet Deus hos & non illos adepturos eſſe gloriam per talia media in tempore ſuo, uel iudicat eos obtinere de præſenti reſpectu ſuæ æternitatis. Cum ſupradictis conſonat B. Tho. 1. par. q. 23. art. 4. & ſuus Soto ſuper ad Rom. 8. & 9. ca. & Scotus ubi ſupra. Et ſecundum hæc exponitur id Rom. 8. Quos Deus præſciuit ſcilicet in tertio ſigno iudicauit & præuidit bonum & honorificum eſſe Deo ad gloriam perduci, hos in quarto ſigno prædeſtinauit ut eam obtinerent: & poſt in tempore ſuo uocauit & magnificauit. Vel ut exponit Tithelman ſecundum Origenem & alios, quos Deus præſciuit, id eſt iudicauit & præuidit in quinto ſigno eſſe beatificandos, poſtquam in quarto ſigno illos elegit & prædeſtinauit ad gloriam: hos & prædeſtinauit in eodem quarto ſigno includente tria ſigna ſecundum Scotum, in cuius primo ſigno prædeſtinauit ad finem uel gloriã, & in ſecundo & tertio prædeſtinauit ut per certa media illis præparata cõformes fierent Chriſto, & gloriã obtinerent. Et ita demum in tẽpore poſtea uocauit & magnificauit.

Notabile. 3. No. tertiò ꝙ cauſa prædeſtinationis & reprobationis põt itelligi tripliciter. Primò ꝙ ſit cauſa uel ratio ipſius actus diuini prædeſtinantis aut reprobantis, & de hoc conſtat ꝙ nulla eſt cauſa eius quo ad ipſum ſicut nec eſſentiæ diuinæ, quę idẽ realiter eſt. Secundò ꝙ ſit cauſa rei uolitæ, uel effectus prædeſtinationis: & de hoc ẽt conſtat ꝙ unus effectus poteſt eſſe cauſa uel ratio alterius, & ita opera noſtra cum auxilio diuino ſunt cauſa diſpoſitiua gratiæ iuſtificantis: & gratia eſt principalis cauſa meriti, & meritum eſt cauſa præmii gloriæ. Tertiò ꝙ ſit cauſa uel ratio tendentię diuinæ uoluntatis, quare uoluit hos prędeſtinare, & alios reprobare, & de hoc eſt quæſtio præſens, utrum ex parte noſtra ſit aliqua cauſa uel ratio, an ſola diuina uoluntas, & beneplacitum.

Quartò no. ꝙ adhuc quæſtio hęc poteſt intelligi de cauſa prędeſtinationis & reprobationis in cõmuni, aut in generali ad hunc ſenſum, utrum detur aliqua cauſa uel rõ huius differentiæ hoium ꝙ aliqui ſint prædeſtinati aliqui reprobati, & nõ oẽs ſũt prędeſtinati, nec oẽs reprobati. Põt ẽt intelligi de cauſa prędeſtinationis & reprobationis in particulari ad hunc ſenſum, Vtrum dato Petro prædeſtinato, & Iuda reprobato detur cauſa uel ratio quare Deus illum prædeſtinauit, & hunc reprobauit ab æterno: & idẽ de duobus aut pluribus in particulari ſignatis. Et quidem quoad primum ſenſum in generali, ſatis cõiter dicitur cum B. Tho. 1. par. q. 23. art. 5. ꝙ ſola cauſa uel rõ finalis in ipſo Deo eſt, ut videlicet eius miſeria in prędeſtinatis, eiusque iuſtitia, & ſuprema poteſtas in reprobatis, & eorum iuſta punitione nobis manifeſtetur. quod uidetur expreſsè dicere Paulus ad Rom. 11. Vide ergo bonitatẽ & ſeueritatem Dei in eos, qui ceciderunt: in te aũt bonitatem ſi permanſeris. Et cap. 9. ꝙ ſi Deus uolens oſtendere iram ſuam, & notam facere potentiam ſuã ſubſtinuit in multa patiẽtia uaſa irę in interitum apta (.ſ. à ſeipſo non à Deo) ut oſtẽderet diuitias glorię i uaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriã &c. Et ad idem eſt rõ ſumpta ex uniuerſo ad cuius complementum requiruntur diuerſi gradus rerum uilium atque nobilium. In magna etiam domo uaſa quædam uilia, quædam honorifica ſunt 2. ad Timoth. 2. In regno quoque ſunt quædam deſtinata loca, iudices, & leges ad punitionem & iuſtitiam exequendam: & quædam alia ad dona munera, & pręmia bonis & bene meritis uiris pręſtanda. Sic in uniuerſo & republica generis humani ad gloriam Dei fieri decet iuxta id pſal. 110. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Etſi cõtra hoc arguatur ꝙ qui intendit finẽ ẽt intendit media neceſſaria ad finẽ. Sed ſecundũ prędicta Deus reprobans aliquos intendit iuſtitię ſuę manifeſtationem in illorum iuſta punitione, ergo etiam intendit peccata eorum; quia ſunt media neceſſaria ad illam iuſtam punitionem ipſorum, ut ſcilicet in ęternum iuſtè puniantur.

Reſpõ. ꝙ maior eſt uera ſolũ de intendente finẽ abſolutè, ita ꝙ ẽt ſi nõ eſſent opera ulla, aut aliqua præſuppoſita idẽ uellet. Secus aũt ſi id intendat ex ſuppoſitione; ut iudex qui intẽdit iuſtitiã facere puniendo malefactores, ſuppoſito ꝙ ſint malefactores, quod tamen ſuppoſitũ nõ uult nec intẽdit. Ita Deus ex ſuppoſitione peccatorum aut iniquorum & non aliter intendit per eorum iuſtã punitionem manifeſtare iuſtitiam ſuam. vnde non ſequitur quod eorum peccata uelit aut intendat.

Quoad ſecundum ſenſum an detur cauſa prædeſtinationis & reprobationis in particulari uel ſtãtibus ſupradictis cauſis prædeſtinationis & reprobationis

Notabi[le 4.] *Præſens [...] ſenſus [...] quæſtion[is]*

probationis in generali, quare illæ cauſæ cum ſuis effectibus magis ad hunc uel hos, quàm ad illũ uel illos applicentur: uel quare potius hũc uel hos prędeſtinauit, & illum aut illos reprobauit ab æterno, in quo ſtat tota difficultas huius quæſtionis.

Opinio 1. In hoc igitur ſunt quinque pręcipuę opiniones; quarũ prima eſt ꝙ nulla differentia eſt ponẽda prędeſtinatorum & reprobatorũ: neque ulli homines ſunt ab æterno reprobati à Deo antequam ipſi ſeipſos libere reprobos temporaliter fecerint. Dicit ſecundò ꝙ licet aliqui ſint ſingulariter & eximiè prędeſtinati, quales ſunt ſanctiſsimi quidã uiri, qui ſolum dicũtur propriè & abſolutè prædeſtinati in ſacra ſcriptura, de quibus ad Rom. 8. dicitur Quos prædeſtinauit hos uocauit & magnificauit &c. q. ſ. per certa media & efficacia ad beatitudinem obtinendam prædeſtinati ſunt: At uerò cæteri omnes homines ſunt conditionaliter prædeſtinati, ita ꝙ ſi uolunt, aut ſi non ponatur impedimentũ, utiq; poſſunt ſaluari cũ auxilio diuino ordinario; quod nulli utenti ratione unquam deeſt: & iſti non ſunt, neque dicuntur propriè & abſolutè prædeſtinati, ſed uocati atque ſaluandi: & tales ſunt omnes homines uitæ huius.

Hæc opinio probatur dupliciter. Primò quia impium & crudele eſt Deum ab ęterno meditari pœnas ante peccatum ut ſic oſtendat iuſtitiam, & potentiam ſuam, quia ſecundũ Auguſt. ſuper Geneſim. 41. Deus nõ prius eſt ultor, quàm homo ſit peccator: & contra Dei miſericordiã eſt tantã multitudinem hominum odio habuiſſe & reprobaſſe ab æterno, antequàm uerè eſſent odio digni.

Sed certè rõ hæc nihil ualet; quia nõ ita Deus abſolutè reprobat ab æterno, ut hoiem deiiciat ĩ peccatũ; aut ipſum relinquat ſine auxilio ſufficiẽte, cũ quo ſi uelit poſſit ſaluari; aut ipſum excludere uelit à gloria ẽt ſi nullã culpã habeat, ut malè ſibi fingit opinio. Sed dicimus hoc quod ĩ tẽpore fit à Deo ipſum ab æterno ſine ſui mutatiõe noluiſſe. Quare ſicut neminẽ de facto punit niſi ob peccatũ cõmiſſũ ſiue contractũ; ita neminẽ ab æterno reprobauit niſi ob ipſum peccatũ præuiſum, ut infra in 5. opi. latius habetur. Sed neq; Deus permittit aut uult permittere peccatũ & iuſtè puniat; ſed rectè uult permittere & iuſtè punire peccatũ ut in hoc eius iuſtitia reluceat. Non quidẽ ita ꝙ hic finis odiũ ingenerauerit Deo; ſed ꝙ odium, quod habebat ob culpã pręuiſam illo fine, nõ deleuit per miſericordiã, quã neq; largiri tenebať alicui. Et ſicut non crudelis eſt Deus permittendo condẽnari tot quot in finali iudicio uidebimus; ita neque dum id nouit & uoluit ab æterno, quod poſtea facit in tempore.

Secũdò probatur opinio quia 1. Timoth. 2. Deus uult oẽs homines ſaluos fieri &c. & 2. Pe. 3. Deus non uult aliquos perire. Et Ezech. 18. Nolo mortẽ peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat; & multa huiuſmodi quæ cum ęterna reprobatione uidentur manifeſtè repugnare. Sed neque auctoritates hæ quicquàm probant, Nam intelliguntur de uoluntate Dei antecedente, quæ non eſt æterna Dei prædeſtinatio: ſed lex à Deo ſtatuta aut pactũ potius generale cum oĩbus hominibus de præſtando illis auxilia ſufficientia ad ſalutem æternam, ut ſupra in primo notabili dictum eſt. Voluntate aũt conſequente, abſoluta, & efficaci utique Deus ab æterno odio habet peccatores, & perfecto odio illos odit, & uult permittere peccata aliquorũ, ꝙq; ex culpa ſua decidant à beatitudine, & ita facere ſtatuit ab æterno. Et ſic intelligitur id Rom. 8. Quos prædeſtinauit uocauit &c. de omnibus etiã non ſingulariter tantum prædeſtinatis. Illud etiã Malach. 1. & Ro. 9. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, de prædeſtinatione & reprobatione ipſorum intelligitur communiter à doctoribus, ut infra in quarta opinione latius habetur.

Illud autem ſecunda ad Timoth. ſecundo cap. in magna domo ſcilicet, in eccleſia eſt aliquod uas in honorem id eſt prędeſtinatum, & aliud in contumeliam. i. finaliter reprobatum, ſi quis autem emundauerit ſe ab iſtis erit uas in honorem &c.

Reſpon. non dicitur ibi quòd nullum uas eſt in ignominiam, id eſt finaliter reprobatum; cùm expreſsè ibidem dicatur oppoſitum quòd eſt uas in contumeliam: Sed ibi ſignificatur quòd licet quis ſit finaliter reprobatus propter peccata ſua præuiſa poteſt in ſenſu diuiſo ſaluari. quod fiet ſi ſe emundauerit &c. Sed tunc ſi ponatur ineſſe antecedens quòd ſe finaliter emundet & ſaluetur, deponitur ꝙ eſt prædeſtinatus ut ſupra, q. 55. dubio 10. & 11. latius habetur.

Hanc opinionem tenuit Ambroſius Catharinus in ſuo libro de prædeſtinatione, addens ſcholaſticos doctores aliter de æterna reprobatione docentes contra ſacras literas, & doctores antiquos erraſſe. Sed certè ipſe potius errat, & eius opinio prædicta phantaſtica, temeraria, & contra doctores omnes ferè, & contra ſacram ſcripturam rectè intellectam erronea, licet non manifeſtè hæretica eſt. id quod dupliciter contra illam arguendo probatur. Primò quia conſtat Deum in altero ſeculo nunc abſoluto uel finali odio habere & reprobare peccatores illos in mortali decedentes, quos iam punit & puniturus eſt æterna pœna tantum damni, ut paruuli ſunt ſine baptiſmo morientes, uel etiam ſenſus, ut ſunt adulti in malo ſtatu pereuntes: hoc autem odium ſiue uolitio non aduenit Deo ex tempore, ſed ab æterno in eo eſt; aliàs mutatio eſſet in ipſo; ergo Deus ab æterno illos finaliter reprobauit; ſicut & tunc etiam ab æterno alios abſolutè uel finaliter & efficaciter prædeſtinare uoluit, ſiue ſaluare. Inſuper cùm Matth. 25. duplex tantum hominum ordo futurus ſit in iudicio finali; alter electorum à dextris, qui ibunt in uitam æternam, & ſalui fient, alter à ſiniſtris, qui excludetur à gloria, in quibus etiam infantes ſine baptiſmo decedentes comprehendun- tur ſecundum Auguſt. & doctores communiter ſit utique ꝙ quot quot Deus in ſua æternitate

abſoluta ſua uoluntate non ordinauit ad gloriam tunc deſtinauerit in exilium uel damnationē. Cum quo ſtat ꝙ cum auxilio Dei ordinario potuerint illi ſaluari ſi uoluiſſent, aut ſi aliunde impedimentū non eſſet oppoſitum. Nam cum prædeſtinatione & reprobatione æterna ſtat libertas noſtræ uoluntatis, & potentia ad oppoſitum ut ſupra. q. 55. dubio 9. & 10. latius habetur. ſtat etiam ꝙ tales abſolutè & finaliter reprobati ſint à Deo dilecti etiā ad bonum gloriæ uoluntate tantum antecedente inefficaci uel conditionali, niſi per ipſos ſteterit, uel aliūde obſit impedimentum ne beatitudinem conſequantur, ut ſupra in primo notabili habetur.

Secundò contra ipſam opinionem arguitur probando falſum eſſe ꝙ oēs homines ſint ſaluandi, aut de numero ſaluandorum, & nullus ſit reprobatus ab æterno. Nam ſi uox illa ſaluandus ſit nomen uerbale, certè ſignificat hominem dignum ſalute, uel ſaluari: ſicut reuerendus dignum reuerentia, uel ut reuereatur; & tunc conſtat damnatos non eſſe, neque unquam fuiſſe finaliter ſaluandos, aut dignos finali ſalute, nec de numero finaliter ſaluādorum. Si autem ſaluandus ſignificat idem, quod ſaluabilis, uel qui poteſt aut potuit ſaluari, hoc certò nullus negat catholicus omnes eſſe ſaluabiles: cū quo tamen ſtat quòd multi eorum ab æterno finaliter & abſolutè de facto ſint à Deo reprobati, ſicut in tempore erunt, aut condemnabuntur. Si uerò ſaluandus participium ſit paſſiuæ uocis; ſignificat ꝙ de facto omnes homines ſaluabuntur, id quod de damnatis conſtat falſiſſimum eſſe, etiamſi conditionaliter ſaluandi appellentur. Repugnat igitur omnes homines eſſe ſaluandos, & multos eorū condemnatis: Denique de illis, quos hæc opinio uocat ſaluandos, & non prædeſtinatos, neque reprobatos ab æterno, quæro an ſint ab æterno finaliter efficaciter, & abſolutè deſtinati ad gloriam, an non. Si ſic, ergo iam ſunt propriè prædeſtinati. Si non niſi conditionali & antecedente tantum uoluntate diuina; iam ſequeretur quòd iſti nunquàm peruenirēt ad gloriam, neque ſunt efficaciter ſaluandi; & conſequenter ſunt abſolutè ab ea excludendi, quod eſt eſſe ab æterno reprobatos: aliàs diuina uoluntas cōferendi gloriam eiſdem ab æterno non conditionata, ſed abſoluta fuiſſet. Sed ad hoc diceret hæc opinio quòd iſti ſunt prædeſtinati ſolum conditionaliter, ſi finaliter benè egerint, & non aliter. Sed contra hoc ſunt impugnationes præcedentes, maximè quia prædeſtinatio abſolutum, certum; & efficax decretum diuinæ uoluntatis ſignificat.

Opinio. 2. Secunda opinio eſt quòd bona opera præuiſa uel tempore uel natura præcedentia gratiam, non quidem omnia, cùm multa eorum ſint peccatum uel non accepta à Deo, ſed illa tantum, quæ ſunt proximæ diſpoſitiones ad gratiam, ut ſunt aſſenſio noſtra cum motione diuina, & motus fidei, & ſpei, & amoris Dei, & pœnitentia per inſpirationem Dei & huiuſmodi, ſunt cauſa uel ratio prædeſtinationis quoad eius effectum uel gloriam. Ita quòd propter illa opera præuiſa tanquàm propter merita ſaltem de congruo Deus ab æterno ſtatuit illos homines adultos, de quibus loquitur opinio hæc, ad gloriam efficaciter perducere, & gratiam, & alia auxilia diuina ad eum finem efficacia præſtare.

Probatur dupliciter. Primò quia talia opera facta ex auxilio ſpiritus ſancti ſunt de congruo meritoria gratiæ iuſtificantis uel iuſtificationis, ergo & prædeſtinationis, quia non eſt maior ratio unius, quàm alterius. Sed certè ratio hæc nihil ualet; quia antecedens non eſt certum, ſed ſolum opinatum ſecundum Scotum, & multos alios doctores, ut etiam tenet & refert Vega de iuſtificatione. q. 7. & in alio libro de iuſtificatione lib. 8. ca. 6. & ſequentibus. Sed B. Tho. cum pluribus aliis, ut etiam tenet & refert ſuus Soto de natura & gratia lib. 2. cap. 4. & ſuper ad Rom. 9. oppoſitum opinantur, dicentes opera illa diſpoſitoria concurrere in genere cauſæ materialis, à qua non mouetur Deus ad iuſtificādum; quàmuis ex pacto aut lege ſtatim conferat gratiam iuſtificantem. Rurſus conſequentia illa nihil ualet etiam ſi antecedens concedatur, & eſt aperta ratio diſcriminis. Nam omnia auxilia diuina, & merita congrui, & diſpoſitiones, præcedentia gratiam iuſtificantem licet ſint aliquo modo cauſa iuſtificationis meritoria de congruo uel diſpoſitiua, ſicut inter effectus prędeſtinationis unus poteſt eſſe cauſa alterius, ut ſupra in tertio notabili dictum eſt; non tamen poſſunt eſſe cauſa prędeſtinationis completę ſiue totalis, quę abſolutè & propriè dicitur prædeſtinatio, de qua loquimur, quia cùm ſint effectus eius, non poſſunt ullo modo eſſe cauſa ipſius; ſicut neque quicquàm poteſt eſſe effectus & cauſa eiuſdem rei efficiens.

Probatur ſecūdò hæc opinio, quia alioqui Deus uel eſſet uel uideretur acceptor perſonarum, non reddens unicuique iuxta opera ſua, uti ad Rom. 2. habetur. Sed neque ratio hæc aliquid ualet, quia in purè gratuitis, qualis prædeſtinatio eſt, non habet locum acceptio perſonarum, ſed ſolum quando ſunt aliqua uolibilia & æquè ordinabilia ad aliquem finem, & ex parte ſua habent rationem illā, propter quam ſunt ita uolenda. Nam tunc uoluntas præacceptans unum eorum & non alterum, uitiatur acceptione perſonæ. Et talis eſt uoluntas creata, quæ amat rem, quia bona uel amabilis eſt: non autem diuina, quæ amando facit bonum & amabile, & eius amor magis in effectu, quàm in affectu eſt. Sic reſpondet Scotus & ſuus Lychetus ubi ſupra. quod etiam magis patet; quia non dabitur ratio uel cauſa meritoria quare aliqui paruuli ſignati ſint ita prædeſtinati ut baptizarentur, & ſic gloriam per merita Chriſti obtinerent: alii autem non ſic, ſed ſine baptiſmo decederent in damnationem æternam. quare etiam ex duobus latronibus cum Chriſto crucifixis alteri Deus uoluit efficaciter ad beatitudinem auxiliari, alteri aūt non, niſi diuinū beneplacitū, quia nulli quicquā debet:

Igitur

Igitur hæc opinio erronea eſt, quam tenuit modernus quidã Benedictinus in ſuis ſcholiis ſupra Chryſoſt. ad Rom. 9. dicens etiam, & quidem falsò, nullam eſſe diuinam prædeſtinationem, qualem ſcholaſtici doctores contra liberum arbitrium abſque operum præuiſione & cauſa communiter docent; quòdque Chryſoſt. & doctores antiqui pro hac ſua ſunt opinione; quòdque B. Paulus ad Rom. 9. Cùm nondum nati eſſent Eſau & Iacob &c. non ex ſuo ſenſu id dixit, ſed ex conceſſis á iudæis ea diſputat, uti Chryſoſt. ibidem annotauit. Sed certè ut diximus bonus ille Pater in his omnibus errat. Nam ſententia ſcholaſticorum eſt eadem, quæ doctorum ſanctorum antiquorum, uti etiam inferius in quinta opi. patebit. Et Paulus ſecundum doctorum ferè omnium expoſitionem ex ſuo ſenſu diuino diſputat & affirmat dicens, Cùm nondum nati fuiſſent, nec aliquid boni aut mali egiſſent, non ex ope. ſed ex uoca. dic. eſt Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Chryſoſt. autem nil aliud ait, niſi quòd Paulus utitur teſtimoniis, quæ Iudæi non poterant inficiari. Auguſt. autem ſicubi uidetur cum hac opinione conſentire, poſtea ſe retractauit, ut infra in tertia opi. ſequente in quarta ratione contra eã latius habetur.

Opin. 3. Tertia opinio eſt quòd opera prænisa iuſtorum, non quidem illa, quæ in puncto iuſtificationis concurrunt, ut malè ſecunda opinio præcedens dicebat, ſed ea tantum, quæ per uſum eius illam ſubſequuntur, ſunt ratio aut cauſa prædeſtinationis. Ita uidelicet quòd Deus illis ab æterno ſtatuit gratiã dare, quos præſciuit bene illa uſuros eſſe. Sicut rex prouidus illi donaret equum aut arma & inſignia nobilitatis, quem prænoſſet ſtrenuè in bello illis acturum: illique arcem concrederet, quem fideliter atque conſtanter eam eſſe pugnaturum ęſtimaret.

Hanc opi. tenuit Henricus Ganden. in 4. quodlib. art. 9. & in 5. quodlib. artic. 5. & quoad angelos magiſter in 2. diſt. 5. & eam etiam tenuerunt plures antiquorum; & fuit quondam ſatis communis opinio, ut etiam refert Proſper in epiſtola ad Auguſtinum. Quæ & tripliciter probatur. Primò quia ad Ro. 2. Deus reddet unicuique iuxta opera ſua, & Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata. Et ca. 25. Quia in pauca fuiſti fidelis, intra in gaudium domini tui. Et in ſymbolo Athanaſii, Et qui bona egerunt ibunt in uitam æternã, & qui malè egerunt ibunt in ignem æternum; ubi opera denotantur ut cauſa gloriæ uel prædeſtinationis & reprobationis.

Sed ratio hæc non ualet, quia ſolum probat ꝙ opera ſunt cauſa effectus alterius, puta gloriæ uel condemnationis finalis, id quod ingenuè concedimus, ꝙ. ſ. inter effectus prædeſtinationis diuinæ unus eſt cauſa alterius meritoria uel diſpoſitoria: nullus tamen eſt cauſa uel ratio prædeſtinationis ęternę ſimpliciter loquendo; quia opera bona & uſus gratię cum auxilio diuino ſunt effectus illius prædeſtinationis; & ita non poſſunt eſſe ipſius ratio uel cauſa motrix uel meritoria, quæ reducitur ad cauſam efficientem, de qua hæc opinio loquitur. Et ita non ualet hęc conſequentia, Opera, quę ſunt uſus gratię; ſunt cauſa gloriæ; ergo & prędeſtinationis ad gloriam. Sed ſolum ſequitur ꝙ Deus prędeſtinauit nos ab ęterno ut per hanc gratiam, & per talia opera ſeu media nos efficaciter ſuo tẽpore perduceret ad gloriam: quòdq; ea opera ſunt cauſa, per quam Deus inſtituit ſuam temporaliter exequi prędeſtinationem, quibus etiam utitur ut nos ad prędeſtinatũ finem perducat. Ideo. 2. Pe. 1. Satagite ut per bona opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis. Et Epheſ. 1. Elegit nos ante mundi conſtitutionem ut eſſemus ſancti &c. non ait Quia pręuidit nos futuros eſſe ſanctos, ſed ut eſſemus ſancti.

Secundò probatur opinio quia aliàs Deus eſſet acceptor perſonarum, aut liberum deſtrueretur arbitrium. Sed nec ratio hęc quicquàm ualet uti ſuperius in reſponſione ad ſecundam rationem ſecũdę opinionis pręcedentis dictum eſt. Tertiò probatur opinio auctoritatibus ſanctorum. Nã origines ſuper id Rom. 9. Cuius uult miſeretur, & quẽ vult indurat, ait. Sciens Deus atq; pręnoſcẽs uniuſcuiuſq; motibus vtitur, & propoſito utitur ad ea opera perficienda, quę uniuſcuiuſque animus ac uoluntas eligit, ueluti paterfamilias qui ſagaciter contẽplatur ſeruorum ingenia, ſingulos muneribus illis & officiis deputat, ad quę aptos pręnouerit. Et inferius, ſuper id An non habet poteſtatem figulus &c. ait. Iacob, quia mundauit ſeipſum, fecit Deus uas in honorem: Eſau autem, cuius animam non ita purã uidit, fecit uas ad contumeliam.

Item Chryſoſtomus ſuper id Rom. 9. Cùm nõdũ nati fuiſſent &c. interrogans quare ex nondũ natis alterũ tantũ Deus pręelegit, reſpondet, cauſam eſſe, quia Deus nõ expectat ſicut homo vt ex fine rerũ bonũ iudicet aut malũ: ſed antequã quicquã fiat nouit ꝙ hic malus, ille bonus futurus ſit.

Item Hieronymus in prologo ſuper Malachiam ait. Omnino Deus Iacob dilexit, Eſau autem odio habuit, quia Iacob pium, Eſau autem iniquum futurum eſſe ſciebat.

Item Ambroſius ſuper ad Rom. 9. Sciens Deus quid unuſquiſq; illorũ futurus eſſet dixit, Minor erit dignus, maior indignus. Et inferius ibidem. Miſerebor cui miſerebor &c. id eſt illi materiam dabo, quem pręſcii recto corde ad me reuerſurum. Et addit gloſſa ordinaria, & permanſurum, & ſubdit quòd Deus eum vocat, quem ſciuit obaudire & eum non vocat quem ſciuit minimè obaudire. Ad idem etiam eſt Auguſt. libro 83. q. q. 68. ſuper id Malachię primo Iacob dilexi &c. dicens ꝙ uoluntas Dei prędeſtinantis venit de occultiſſimis meritis hominum &c. Tandem ad idem uidetur ad Rom. 8. Quos Deus præſciuit (ſcilicet bonos futuros eſſe) hoc prędeſtinauit &c. Sed certè auctoritates hę bene intellectę non probant hanc opinionem, quia poſſunt tripliciter

intelligi. Primò ꝙ loquuntur & intelliguntur de ultimo prædeſtinationis effectu.i. gloria: cuius in adultis merita præuiſa præcedunt ad præmium nõ prædeſtinationis,ſed gloriæ etiam præuiſæ, ut ſupra ad primam probationem dictum eſt.

Secundo modo ꝙ ſi etiam loquantur de aliis effectibus prædeſtinationis,puta de prima gratia, & aliis auxiliis efficacibus ad gloriam; tunc intelligũtur ꝙ Deus illos tantum adultos, quos ab æterno præuidit aſſenſum præbituros ſuæ uocationi & gratiæ prædeſtinauit, & poſt ſuo tempore uocauit, & iuſtificauit,& magnificauit ad Rom. 8. Non quidẽ ita ut illa præuiſio aſſenſus uel aſſenſus ipſe præuiſus fuerit cauſa motrix,uel effiens,aut meritoria prędeſtinationis ad gratiam & gloriam;ſed ꝙ ſunt præuiſa tãquàm diſpoſitiones & præparationes ex parte materiæ ſiue ſubiecti ad gratiã; quia eo modo ſtatuit Deus ab æterno reconciliare ſibi homines, quo reuera in tempore reconciliat. Neminem autem adultum reconciliat niſi liberè aſſentientem,atque uolentem, & per ſuum auxilium diſpoſitum; ergo iſtis tantum in ſua æternitate ſtatuit huiuſmodi gratiam elargiri.

Tertio modo poſſunt intelligi,ut B.Tho. 1.par. q.23.art.5.reſpondet ad Ambroſium, nimirum ꝙ doctores illi loquuntur & intelliguntur de operibus ſubſequentibus gratiam; cuius uſus fuit cauſa prædeſtinationis, non quidem quaſi efficiens, aut motrix,uel meritoria,ſed fuit cauſa finalis; quia.ſ. Deus dat gratiam propter uel ad bonũ uſum eius id eſt, non quia bene illa uſuri ſumus, ſed ut benè utamur.

De Auguſtino autem ſpecialiter dico ꝙ antequàm eſſet epiſcopus tenebatur illo errore, ꝙ initium ſalutis ex nobis eſt, quia credimus uolũtariè, unde ſequitur alius error uel illi coniunctus eſt, ꝙ Deus prædeſtinat hominem propter præuiſa merita ſubſequẽtia gratiam ut iſta tertia opinio tenet, uel potius propter opera propinquè præcedentia gratiam, & diſpoſitoria ad illam, & ſupradicta ſecunda opinio dicebat;quæ tamen omnia poſtea libro primo retracta.ca. 22.23.25. ſaltem uirtualiter uel in ſententia retractauit,ut magiſter in primo diſtinct.41.& Caietanus 1.par.ubi ſupra & Lychetus in primo diſtinct. 41. & doctores communiter referunt.

Inſuper contra ipſam tertiam opinionẽ eſt quadruplex ratio efficax, utt etiam Soto ſuper ad Ro. 9. optimè diſſerit. Prima quia ſæpè Deus confert gratiam reprobis ea malè uſuris;ergo & quam con fert prędeſtinatis non confert propter bonum eius uſum præuiſum tanquàm propter cauſam motricem,aut materiam præuiſam, quia eadem ratio eſt ex parte Dei communicandi gratiam ſuam gratis omnibus hominibus. Sicut neque quando duo paruuli baptizantur, quorum alter reprobus,alter eſt prędeſtinatus,diuerſis rationibus Deus eos mũdat ab originali,& recipit in gratiam ſuam; alioqui ſequeretur quòd gratia collata prædeſtinato propter præuiſa opera eius minorem haberet rationem gratiæ,quàm illa quæ reprobo omnino gratis donatur.

Et confirmatur, quia cùm Deus ſæpè ipſis prædeſtinatis det gratiam, qua malè utuntur relabẽtes in peccatum; utique non ſemper illis cõfert ob merita ipſorum præuiſa. Et ita demum prædeſtinatio æterna non fit ob præuiſa eorum merita.

Secunda ratio cõtra eandem tertiã opinionem eſt ſatis efficax,quam facit Auguſt.ad Sixtum epiſtola 105. Nam gratia,qua paruuli iuſtificantur in baptiſmo,qui ante rationis uſum moriuntur, certè non confertur illis ob merita illorum præuiſa,quæ ipſi nunquàm facturi ſunt; ergo neque ſi eſſent uicturi illam ea ratione reciperent,quia eiuſdem rationis gratia illa baptiſmalis eſt. Sed neque dici poteſt cum quibuſdam hæreticis ꝙ ex paruulis tales perduntur,taleſque ſaluantur,quales futuros illos in ætate adulta,ſi ad eam peruenirent,Deus ab æterno præuidit. Nam errorem hunc refutat Auguſtinus ibidem,& in libro de prędeſtinatione ſanctorum,dicens ꝙ Deus opera, quæ nunquã erunt, neque punit neque coronat: ſed ſecundum quod quiſque geſſit in corpore ſuo uiuens. Alioqui ſequeretur ꝙ tantam gloriam daret Deus uni paruulo,quantam dat uni homini, qui bene operando uixit centum annis. Ex quo paruulus ille mortuus in ſua infantia, ſi uixiſſet, tanta opera feciſſet ut ſupponitur,quod tamen conſtat falſum eſſe: Nam ſi Deus ei,qui futurus erat bonus,illa cauſa per baptiſmum conſuluiſſet, utique ipſum potius ſeruaſſet quouſque talia bona præſtaret. Etſi Deus puniret mala, quæ quis facturus eſſet ſi uiueret; iam non eſſet uerum quod Sap.4.dicitur quòd iuſtus ſępè raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Iden tandem Auguſtinus ibidem & libro primo contra Iulianum concludit quòd prædeſtinatio non fit ex operibus præcedentibus aut ſubſequentibus gratiam iuſtificantem,ſecundum id ad Titum 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum materiam ſuam ſaluos nos fecit.

Tertia ratio contra hanc opinionem eſt. Nam ſi propter præuiſa opera Deus ab æterno prædeſtinat hominem, iam Deus ipſum diligit, quia prius homo præuiſus eſt dilecturus ipſum Deus quod eſt contra 1.Ioan.4. In hoc eſt charitas Dei non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quia ipſe prior dilexit nos. Et ad Rom. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? & huiuſmodi alia multa. Item ſi hanc præuiſorum operum efficientiam ſiue rationem prædeſtinationis Paulus agnouiſſet,eorum utique operum meminiſſet pro diſcrimine inter Iacob & Eſau ad Rom. 9.& cap. 11. vbi diſcriminat inter gentes & Iſrael antequàm tandem admirans diceret. O altitudo diuitiarum ſapientiæ Dei &c.

Contra hanc tertiam opinionem quarta ratio eſt, quia ſi aliquid ex parte noſtra eſſet cauſa vel ratio

ratio prædeſtinationis, illud non comprehenderetur ſub prædeſtinationis effectu. Nunc autem totum, quod inuenitur in bono vſu gratiæ, vel auxilii diuini, eſt effectus prædeſtinationis, ergo nihil quod in bono uſu gratiæ uel auxilii diuini eſt cauſa uel ratio prædeſtinandi ab æterno. Maior patet, & minor probatur: quia id etiam quod & in quantum eſt ex libero arbitrio, puta bonus vſus, & modus eius, ut eſt à nobis ante uel poſt gratiam iuſtificantem, eſt effectus prædeſtinationis: licet non ſit effectus gratiæ iuſtificantis, de qua tamen loquitur Auguſt. ſuper id Pſal. 78. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: quia omne ordinans prædeſtinatum ad gloriam cadit ſub prædeſtinatione: de quorum numero eſt prædictus vſus liberi arbitrii, quia per illud ordinamur, ut liberè operando cum auxilio diuino, & cum gratia eius gloriam conſequamur. Et ita corruunt euaſiones, & argumenta Henrici & aliorum pro hac ſua tertia opinione, uti etiam Caietanus. 1. par. q. 23. art. 5. latius proſequitur. Denique hæc opinio à ſcholaſticis communiter nunc reprobatur ut erronea, licet non ſit hęretica, ut notatur inter articulos Pariſienſes ca. 28.

Opin. 4. Quarta opinio eſt, ꝙ neque prædeſtinationis abſolutę ſiue totalis, neque reprobationis æternæ quoad id quod eſt ex parte Dei reprobantis, datur cauſa uel ratio ex parte noſtra: ſed ſola diuina voluntas vtriuſque cauſa eſt. Quod probatur per id ad Rom. 9. ca. vbi ex propoſito probat Paulus, ꝙ Deus ſola miſericordia ſua, aut gratia prædeſtinat bos: & ſola ſua volūtate reprobat alios ab æterno, vt ita miſericordiam & iuſtitiam, atque potentiam ſuam oſtēdat, ut ſupra in quarto notabili habetur. Id etiam ibidem probat Paulus per duas figuras alteram Iſaac, & Iſmaelis, dicens Non qui filii carnis, ſed promiſsionis, ſicut Iſaac, ſunt filii Dei, & in Iſaac vocabitur tibi ſemen, ideſt illi qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo vocante nati ſunt, hi ſunt filii promiſsionis, quò fit ꝙ ad ſolum Deum ſpectat facere filios promiſsionis per prædeſtinationem. Idem ibidem etiam oſtendit per alteram figuram Iacob & Eſau, de quibus ait, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: vti etiam idem habetur Malachiæ. 1. ca. Nam de primogenitura temporali, de qua ibi ad literam agit, tranſit ſimul ad figuratam prædeſtinationem unius, & reprobationem æternam alterius, & omnium electorum, & reproborum in illis duobus deſignatorum, ſecundum omnes ferè ſanctos doctores ibidem: vbi Paulus excludit omnes creatas cauſas, ſiue rationes prædeſtinationis, & reprobationis æternæ. Nam excludit genus dicens, ꝙ vterque ex eadem parente genitus eſt. Excluditur etiam conſtellatio cœleſtis vbi dicitur ꝙ ex vno concubitu illi geniti ſunt. Excluditur etiam prioritas temporis natiuitatis, vbi dicitur ꝙ prius natus eſt Eſau, & maior ſeruiet minori. Excluduntur etiam opera bona & mala eorum vbi dicitur, cùm nondum quicquam boni aut mali egiſſent. Excluduntur etiam opera ipſa præuiſa ab æterno, vbi dicitur, ꝙ non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt. &c. vbi ſola diuina voluntas datur pro ratione quare Iacob Deus dilexit, Eſau autem odio habuit. Idem etiā ibidem probat Paulus exemplo Exo. 33. de quo vtrobique ait, Miſerebor cui miſerebor, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. Eſt enim modus loquendi principis ſuper ſubditos, & eorum bona, & ſupra omnem legem poteſtatem ſupremam habentis: quaſi dicat apertius, Faciam quod fecero, aut quod & quomodo facere voluero: & dona præſtabo, & miſericordiam, & remiſsionem culpæ & pœnæ, quibus & quomodo voluero, & non aliis: & eo ipſo quo id omne voluero, & fecero bene factum eſt, nec cuiquam rationem reddere teneor, nec quiſquam eam à me exigere poteſt. Idem etiam probat ibidem Paulus exemplo figuli, qui ex eadē maſſa facit aliud vas honorificum, aliud vile vt vult nulla ratione habita huius, vel illius diſpoſitionis eiuſdem maſſæ. Sic ex eadem maſſa generis humani Deus, vt vult pro ſuo beneplacito hunc prædeſtinat, illum reprobat ab æterno, & cui vult miſeretur, & quem vult indurat ad Rom. 9. ſecundum expoſitionem Auguſtini, aliorumq́; doctorum cōmuniter, & in hoc nulli facit iniuriam, aut nemini quicquam debet. Prædeſtinationis autem & reprobationis partialis quoad vltimum eius effectū, ideſt quoad gloriam & pœnam æternam benè datur cauſa ex parte noſtra, nimirum merita, aut peccata hominis, in quo nullum dubium eſt. Sed quia & ipſa merita effectus ſunt prædeſtinationis totalis, ideo abſolutè dicitur ꝙ prædeſtinationis æternæ nulla datur cauſa ex parte prædeſtinati. Hanc opinionem tenent magiſter in 1. diſt. 41. & beatus Thomas ibidem, & 1. par. q. 23. artic. 5. vt exponit ibidem Caietanus, & Perez, & plurimi alii doctores, & Soto in ſuis recognitionibus, quas ſuppoſuit in fine. 4. ſententiarum fo. 687. vbi & dicit hāc opinionem eſſe ſatis probabilem, quam ipſe tandem tenet: & inſuper ait quòd permiſsio peccati Adæ, & peccatorum noſtrorum eſt æternæ reprobationis effectus, licet non eodem modo, quo auxilia diuina ſunt effectus prædeſtinationis, quamuis ſuper ad Rom. 9. ca. oppoſitum quoad hoc, & quoad cauſam reprobationis æternæ ſenſerit cum opinione aliorum, quam putabat eſſe etiam ſancti Thomæ. Sed certè hęc opinio ſic indigeſta videtur dura, vel crudelis, Deumq́ue uel iniquum, uel immitem hominibus exhibere: niſi rectè & piè intelligatur, ut in quinta opi. ſequenti latius explicatur.

Tandem eſt quinta opinio, ꝙ prędeſtinationis totalis nō datur cauſa, uel ratio ex parte hominis: partialis autem ſic quoad effectum gloriæ. Reprobationis uerò poſitiuę, uel punitiuę qua Deus ab æterno uult pœna ſenſus, uel tantum damni punire, benè datur cauſa demeritoria ex parte hominis, nempè peccatum actuale, uel originale ab ęterno præuiſum: at uerò reprobationis penitus negatiuę, uel permiſsiuę nulla datur cauſa ex parte hominis, Opinio. 5.

minis, ſicut neque prædeſtinationis totalis: Sed ſola diuina volnntas cauſa eſt.

Hæc opinio continet. 4. partes: duas de prædeſtinatione, & totidem de reprobatione. Prima pars

1. pars. eſt ꝙ prædeſtinatio totalis non habet cauſam ex parte noſtra, quæ probatur per eaſdem auctoritates, quibus. 4. opinio præcedens probata eſt: & per eaſdem rationes quibus aliæ opiniones præcedentes refutatæ ſunt. Et in hac prima parte bea. Tho. & Scotus, aliique doctores in 1. diſtin. 41. & Soto ad Rom. 9. communiter conſentiunt, & quia totum id per quod prædeſtinati diſponuntur ad gratiam, & ordinantur ad gloriam, etiam ſi ſit vſus bonus liberi arbitrii, ut eſt à libero arbitrio, & dona alia naturalia, ſunt effectus huius prædeſtinationis, ut ſupra ſecundum B. Thomam dictum eſt: cuius ſola diuina miſericordia quæ nulli quicquam debet, cauſa uel ratio eſt uti Paulus ad Rom. 9. ca. diſſerit.

2. pars. Secunda pars, quòd prædeſtinationis partialis quoad ultimum eius effectum uel gloriam ex parte hominis adulti benè datur aliqua ratio, ucl cauſa meritoria diſpoſitiua, uel determinatiua, puta merita præuiſa, ab omnibus conceditur, & patet ex ſupradictis in opinionibus præcedentibus: quod intelligendum eſt de ipſo effectu, ideſt de gloria homini à Deo volita propter merita præuiſa in tertio ſigno, non autem de ipſa gloria homini volita abſolutè in primo ſigno æternitatis. Pro cuius maiori declaratione imaginanda ſunt tria ſigna in æterna prædeſtinatione ſecundum Scotum, & Lychetū, vbi ſupra. Nam in primo ſigno prius natura, uel

Nota. præſuppoſitione Deus in ſua æternitate merè gratis, & abſolutè, ideſt nulla habita ratione meritorū noſtrorum præuiſorum nos, videlicet prædeſtinatos, prædeſtinauit ad finem, ſcilicet ad gloriam: & non propter ipſa opera, quæ in hoc primo ſigno præuiſa nondum erant. Sed inde in ſecundo ſigno eiuſdem æternitatis decreuit, & voluit etiam gratis nobis dare gratiam, & alia auxilia, & media, vel merita ad prædictum finem efficaciter perducentia, id; quod maioris fuit liberalitatis, & nobis honorificentius, quàm ſi primum tantum nobis dare uoluiſſet. In tertio tandem ſigno eiuſdem æternitatis voluit dare nobis gloriam finaliter intentam pro tali tempore, & per talia media, aut propter merita: ita ꝙ tunc, & non ante voluit nobis executionē, & conſecutionem finis pro tali tempore, & per talia media, aut merita, ut dictum eſt. Et de hoc tertio ſigno, & non de aliis præcedentibus eſt verum quod diximus in hac ſecunda parte, ꝙ ſcilicet prædeſtinationis partialis, quæ eſt volitio diuina dandi gloriam, datur ratio vel cauſa ex parte noſtra nimirum merita noſtra præuiſa, propter quæ Deus in hoc tertio ſigno vult nobis ipſam dare opportunè. Sed quia totum hoc quod in prædictis tribus ſignis Deus dare voluit, merè gratis, & liberaliter ſic ab æterno ſtatuit: ideo abſolutè dicendum eſt, quòd nulla datur ratio, uel cauſa prædeſtinationis æternę niſi ſola diuina uoluntas: vt in prima parte huius quintę opinionis habetur, ſecūdum Auguſt. Cum nos Deus præmiat non noſtra merita, ſed ſua dona coronat, quamuis cum addito benè etiam dicatur in hac ſecunda parte ꝙ prędeſtinationis partialis ad gloriam benè datur cauſa ex parte noſtra, vt declaratum eſt.

Et ratio horum ſignorum, & huius intelligentiæ ſecūdum Scotum eſt, quia cùm finis ſit prior in intentione licet ſit poſterior in executione, & omnis rectè, & ordinatè uolens, qualis Deus eſt, prius natura vel præſuppoſitione velit ſibi vel alteri finem, quàm media ad ipſum finem, modò velit vtrunque vnico actu, modò pluribus actibus, modò ſimul duratione, modò ſucceſsiuè in tempore, modò in eadem æternitate vt Deus, velit vtrunqne, quia quod eſt, volitum abſolutè, vel propter ſe eſt priuſquam id quod eſt volitum propter illud, aut in ordine ad illud: quod etiam conſtat: quia mihi uel alteri prius & potius uolo ſanitatem ſi illam conſequi poſſem ſine medicina, quàm ipſam medicinam, quam nollem niſi propter ſanitatem obtinendam. Sic igitur Deus ab æterno prius in primo ſigno abſolutè, & merè gratis vult prædeſtinatis finem glorię, deinde eiſdem vult in ſecundo ſigno media ad illam: & in tertio vult ipſis executionem, uel conſecutionē glorię dare opportunè per & propter talia media, & merita, ut dictum eſt.

Etſi quæratur primò vtrum in illo primo ſigno Deus ab ęterno voluit gloriam efficaciter, an ineſficaciter prædeſtinatis? Quia uidetur inconueniēs quodcunque dicatur.

Reſpon. vtrunque poteſt dici ſine ullo inconueniente. Nam ſi dicamus ꝙ tunc voluit ineſficaciter, ſalua res eſt: cùm illud ſignnm nil aliud patiatur, & in aliis ſignis eiuſdem ęternitatis uelit efficaciter: poſſumus tamen quoq; & melius uidetur dicere ꝙ in illo primo ſigno vult gloriam prædeſtinatis efficaciter, non tamen pro illo, ſed pro aliis ſequentibus ſignis eiuſdem æternitatis: neque tunc ſequitur quòd Deus dabit, & prædeſtinatus obtinebit gloriam ſine meritis, & mediis ad illam ab ęterno ſtatutis aut ordinatis: Quòd autem illa uolitio Dei in illo primo ſigno efficax ſit inde liquet, quia eſt ſufficiens, ut ſtatim in ſequentibus ſignis uelit dare media opportuna ad finem glorię efficaciter exequendum & conſequendum.

Si ſecundo quęratur utrum dici poſsit ꝙ Deus in illo tertio ſigno uult homini dare gloriam propter merita eius de condigno præuiſa ab ęterno, quòdque talia merita pręuiſa ſunt cauſa illius prędeſtinationis partialis ad gloriam.

Reſpon. aliqui dicunt ꝙ non: ſed ꝙ illa ſunt merita de congruo, aut diſpoſitiones, uel præparationes ex parte materię, ſiue ſubiecti ipſius hominis: quamuis ſint merita de condigno ipſius effectus, ſcilicet glorię non tamen uolitionis diuinæ & æternę dandi ad gloriam. Sed certè hoc ego non ſatis intelligo: ideo uidetur, ſaluo meliori iudicio, quòd ſint etiam merita de condigno huius prędeſtina-

tionis particularis ad gloriam, ſicut & gloriæ ipſius: quia ſi ſunt de condigno meritoria gloriæ, ut omnes fatentur, uel fateri tenentur, ut probat B. Tho. 1.2.q.114.art.3. & doctores communiter in 2.diſt.27.& Vega de iuſtificatione q.5. latius agit, ergo ſunt etiam eodem modo meritoria dationis gloriæ, quia nõ poteſt haberi niſi detur à Deo præmiante, ſtante lege loquor ſemper. Et cùm illa datio Dei ſit libera & uoluntaria, non autem naturalis, neque coacta, ergo ſunt meritoria uoluntariæ dationis gloriæ, aut uolitionis diuinæ dandi gloriã: & ex conſequenti ſunt meritoria de cõdigno prædeſtinationis particularis ad illam: Nam prædeſtinatio hæc non niſi uoluntas diuina æterna eſt dandi gloriam opportunè propter merita, aut per talia media præuiſa, ut dictum eſt. Itẽ quia ita Deus uult ab æterno ſicut nunc in tempore, ex quo eſt immutabilis. Sed nunc uult dare gloriam propter merita de condigno, ergo ab æterno in illo tertio ſigno uult eodem modo dare gloriam propter merita de condigno. Et ita patet ſecunda pars huius quintæ opinionis.

3 par. Tertia pars ꝙ reprobationis æternæ punitiuæ, uel poſitiuæ datur cauſa, puta peccatum præuiſum actuale adultorum ad pœnam damni, & ſenſus, uel originale paruulorum ſine baptiſmo decedẽtium ad pœnam tantum damni, probatur: quia ſecũdum Auguſt. ſuper Gen. 41. Deus non prius eſt ultor, quàm homo ſit peccator, & in epiſtola 105. Ad Sixtum. Quærimus cauſam prædeſtinationis, nec inuenimus, reprobationis autẽ cauſam quærimus, & inuenimus. Item Oſeæ 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantum ex me auxilium tuum. Ad quod etiam faciunt rationes trium priorum præcedentium opinionum. Nam in hoc concordant cum Scoto B. Tho. ſuper ad Rom. 9. lect. 2. & ſuus Soto ibidem, & omnes ferè doctores in 1. diſt. 41. ſi ſano modo intelligantur.

4 par. Quarta pars quòd reprobationis penitus negatiuæ, uel permiſsiuæ, qua ſcilicet Deus ab æterno decreuit gratiam, uel auxilium efficax ad gloriam non dare, quamuis nulli utenti ratione deneget auxilium ad eam ſufficiens, & qua decreuit permittere peccatum, uel alio modo à gloriæ conſecutione decedere, quamuis nulli utenti ratione deneget auxilium ad eam ſufficiens neceſſarium, utique præter diuinum beneplacitum cauſa, uel ratio ex parte noſtra non datur, ſicut neque totalis prædeſtinationis.

Probatur per eaſdem rationes, & auctoritates quibus quarta opinio præcedens probata eſt, quibus etiam aliæ tres præcedentes opiniones refutatæ ſunt. Et de hac reprobatione omnino negatiua. 4. opinio beati Tho. aliiq; doctores communiter cũ Scoto ſic rectè intellecti conſentiunt. Dixi de hac reprobatione penitus negatiua, uel permiſsiua. Nã eſt alia reprobatio non omnino negatiua, uel permiſsiua, quando ſcilicet, ut ſæpè contingit, propter aliqua grauia peccata Deus denegat aliquibus auxilium ſuum, non quidem neceſſarium & ſufficiẽs, uel ordinarium, ſed extra ordinarium, ſuperabundãs, & efficax ad gloriam: & permittit eos grauius cadere, & excæcari, ut habetur Apoc. 22. Qui ſordet ſordeſcat adhuc. Et Eſa. 6. Excæca cor populi huius &c. Et Ezech. 3. Ego ponam offendiculum coram eo, ideſt permittam poni. Et Pſal. 80. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum &c. Huius itaque permiſsionis, & reprobationis non omnino negatiuæ datur cauſa nempè peccatum hominis ipſius: reprobationis autẽ penitus negatiuæ, aut permiſsiuæ nulla datur cauſa, ut dictum eſt. Et in hoc Soto in ſuis recognitionibus in fine quarti ſententiarum ſatis concordat, quamuis ſuper ad Rom. 9. prius ſenſerit oppoſitum. De hac duplici reprobatione, & triplici induratione in peccato noſter Medina in relectione ſuper ca. 2. Deutero. Quia indurauerat Dominus Deus tuus ſpiritum eius &c. pulchrè agit.

Ex quibus ſequitur ꝙ ſtante lege multi ab æterno reprobantur omnino negatiuè, & permiſsiuè: idque non ex culpa ſua etiam originali, ſed ſola uoluntate diuina quoad multos effectus citra pœnam æternam, quales ſunt adulti, quibus multa auxilia diuina extraordinaria, & aliqua ordinaria denegãtur, quæ aliis miſericorditer conceduntur: quales etiam ſunt qui liberè, ut quidam ſancti & primi parentes peccare permittuntur, quales etiam ſunt paruuli in uteris maternis, aut etiam recenter nati, qui ſine baptiſmo, aut aliqui adulti, qui morte ſubita, aut caſu, aut ſine pœnitentia decedere permittuntur. Nullus tamen ad pœnam æternam ſenſus, uel etiam damni tantum niſi ex culpa ſua actuali, uel originali ab æterno præuiſa, ut ſupra diximus poſitiuè reprobatus eſt: quamuis de potentia abſoluta Deus poſsit quibus uellet ſine ulla eorum culpa gloriam denegare. Argum. 1.

Contra ſecundam partem huius quintæ opinionis, & præcipuè contra id quod in eius declaratione, & probatione dictum eſt, ꝙ omnis ordinatè nolens, uti Deus eſt, prius uult finem, quàm media ad illum, etiam ſuppoſitis illis ſignis, & prioritatibus naturæ, uel præſuppoſitionis, quæ tamen negari poſſunt, ſic arguitur ſecundum OKam, Gabrielem, & alios quoſdam nominales. Nam ſtat ꝙ homo ſibi uel alteri prius, & potius uelit media, quàm finem, ut patet quia ego prius, & potius nolo militi, aut operario laborem eius ipſi lucroſum, quàm uelim eidem dare præmium ſiue mercedem, ergo ſimiliter Deus prius uult prædeſtinatis merita, quàm præmium gloriæ propter illa, aut ratione illorum meritorum, præſtare. Reſpon.

Reſpon. antecedens eſt uerum ſolum quando quis uult finem alicui propter tale medium, aut ratione illius duntaxat, ut ibi exemplificatum eſt: & tunc conceditur conſequentia ad ſenſum ſupra declaratum, ꝙ ſcilicet in tertio ſigno Deus uult dare gloriã propter merita præuiſa: & in illo ſigno prius uult prædeſtinato merita, quæ iam uolita erant in

ſecundo

ſecundo ſigno, quàm pręmium glorię propter illa, aut ratione illorum, quę & ſunt cauſa, aut ratio huius particularis prędeſtinationis ad gloriam. Negatur autem antecedens quando quis vult abſolutè finem non propter tale medium nec ratione illius, qualiter Deus prius in primo ſigno merè gratis, & non ratione meritorum, quæ in ſecundo ſigno uolita, & præuiſa ſunt, uult gloriam prædeſtinato, ut ſuperius declaratum eſt, & ita opinio, & ratio Scoti ſibi conſtat in ueritate.

Arg. 2. Secundò idq; præcipuè contra tertiam partem huius. 5. opi. arguitur. Nam ſicut effectus prædeſtinationis eſt gratia, quæ eſt cauſa bonorum operũ, ita etiam effectus reprobationis æternæ eſt permiſsio diuina, Sed hæc eſt cauſa peccati, ergo quę ratione opera prædicta non ſunt cauſa prædeſtinationis, fit ut nec opera mala ſint cauſa reprobationis poſitiuæ; ſed potius effectus ipſius ſint.

Reſpon. Reſpon. licet maior poſſet negari: tamen ea conceſſa negatur minor. Nam in reprobatione tria includuntur, ſcilicet diuina uoluntas permittẽdi peccatum, uel permiſsio peccati. Secundò peccatum ipſum. Tertiò uoluntas puniendi peccatum: & de peccato quoad formale, ut propriè, & theologicè loquendum eſt, conſtat Deũ non eſſe cauſam eius, ſicut eſt cauſa omnium bonorum operum: ſed liberum hominis arbitrium ex ſuo defectu cauſa peccati eſt. De permiſsione autem conſtat etiam ex ſupradictis quòd etiam quando eſt effectus reprobationis æternæ penitus negatiuę, aut permiſsiuę: Deus non eſt cauſa peccati: neque peccatum eſt eius effectus propriè, & per ſe, ſed per accidens: quia ſcilicet ſolum eſt ablatio miſericordiæ, quæ peccatum impediret, uel prohiberet. Neque enim eſt cauſa peccati, neque peccat qui potens impedire peccatum non impedit, ſed id permittit, niſi ad id impediendum teneatur: Deus autem ad nihil horum tenetur, neque ad auxilium efficax ad id præſtandum: ſed potius ut habetur Sap. 8. Diſponens omnia ſuauiter non cogit, ſed relinquit hominem ſuo libero arbitrio, ut cum auxilio neceſſario, & ſufficiente, ut uoluerit operetur: ideo neque Deus, neque eius permiſsio cauſa peccati eſt. De uoluntate verò puniendi peccatum conſtat quòd à Deo, & iuſta eſt: & talis iuſta punitio eſt effectus reprobationis æternæ. Sed neque Deus permittit peccatũ, ut puniat, ut ſic eius iuſtitia reluceat; ſed permittit, & iuſtè punit, ut in tali iuſta punitione eius iuſtitia reluceat.

Replica. Quòd ſi contra prædicta replicetur ſecundum Aureolum, & alios, quòd ad Rom. 3. Nõ ſunt facienda mala, ut ueniant bona. Sed reprobatio prædicta poſitiua, atque punitio abſque ullo demerito eſt mala & iniuſta, ergo non eſt à Deo faciẽda etiam ut ſua iuſtitia, & potentia manifeſtetur.

Reſpon. Reſpon. totum conceditur: ſed nihil contra opinionem, quæ expreſſè dicit quòd Deus neminem reprobat poſitiue, aut punitiue, neque punit niſi propter peccatum actuale uel originale. Neque ſequitur quòd ſi hæc reprobatio, & punitio eſt homini mala, ergo eſt in ſe, & ſimpliciter mala.

Liquet igitur ex omnibus ſupradictis quòd diuerſa ratio prædeſtinationis, & reprobationis eſt. Quia omnis effectus prædeſtinationis refertur ad eam ut ad ſuam cauſam: ex quo eſt, & ad eiuſdem prædeſtinationis ultimum effectum uidelicet ad gloriam ordinatur: non tamen omne quod includitur in reprobatione, puta peccatum, eſt à Deo, nec ad gloriam Dei; nec ad beatitudinem hominis ordinatur. Et ita Deus eſt cauſa reprobationis quoad id tantum quod eſt in eo uirtute reprobantis, aut ex parte ipſius reprobantis punitiuè, uel poſitiuè, aut penitus negatiuè, uel permiſsiuè, ut ſuperius declaratum eſt. Quod autẽ ait Chryſoſtomus ſuper ad Rom. 9. quòd ſicut Deus præparat malos ad interitum, ita præparat bonos ad coronam, eſt ſano modo intelligendum, non quidem ita quòd Deus reprobis ſit cauſa ſuorum delictorum: ſed quòd eos propter ſua peccata ad interitum deſtinauit. Itaq; in hac quinta opinione ſuperius declarata, doctores communiter cum beato Thoma & Scoto, & cõſonant, & facilè conciliantur.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEPTIMA.

De bello infidelium & inſulanorum, Vtrum ſit iuſtum, & quomodo ſit diuulgandum Euangelium inter eos.

Reſpon. hic præſupponitur ſecundum omnes doctores quòd ad iuſtum bellum tria præcipuè requiruntur atque ſufficiunt: uidelicet auctoritas bellantis, cauſa iuſta, & modus, uel debitum moderamẽ. Nam ut omnino licitum ſit, & inculpatum apud Deum, multæ aliæ circunſtantiæ, puta perſonæ, loci temporis, & finis, uel intentionis, ſicut in quolibet alio humano actu, requiruntur. Sed hic non niſi de tribus illis iam dictis agendum eſt. Et ita iuxta hæc quædam ſunt prænotanda, quæ omnia per ſex dubia ſequentia digeruntur.

DVBIVM primum. Vtrum Christus, ut homo nobiſcum uiuens in hoc mundo habuerit dominiũ totius orbis, & poteſtatem temporalem ſuper omnes homines, & reges, & regna mundi. *Dubium*

Reſpon. in hoc ſunt duæ opiniones ſolennes. *1. Opinio.* Prima quòd ſic quoad habitum uel ius poteſtatis: non tamen quoad actum, uel executionem eius. Probatur quòd ſic quoad habitum, non quidem ex ſucceſsione paterna ſiue materna, ſed iure redemptoris mundi, & ex ſpeciali dono patris: quia ita expediebat propter auctoritatem, & dignitatem perſonæ Chriſti & muneris eius: quia ut homo erat redemptor & legiſlator: & non poterat abuti ea poteſtate. Et ad idem facit Pſal. 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Et Pſal. 71. Dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum. Et Matth. vlti. Data eſt mihi omnis poteſtas

in cœlo

in cœlo & in terra. Et ca. 11. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et Ioan. 13. Sciens quia omnia de dit ei pater in manus &c. Et Hebr. 1. Quem conſti tuit hæredem vniuerſorum &c. Et Apoc. 19. In ue ſtimento, & in femore ſuæ humanitatis ſcriptum habet rex regum & dominus dominantiū. Et Matt. 21. Ecce rex tuus uenit tibi. Non autem habuit exercitium huius dominii & poteſtatis, nec tempo ralium adminiſtrationem, neque uſus eſt diuitiis: quia ſic expediebat ad noſtram redemptionem, & eruditionem. 2. Corinth. 8. ca. Cùm eſſet diues, ſci licet dominio, & proprietate rerum omnium etiā ut homo erat, factus eſt egenus, quoad uſum & exe cutionem, pro nobis, ut dictum eſt.

Prædictam ergo poteſtatem Chriſtus habuit ab inſtanti ſuæ cōceptionis: & manifeſtata eſt in eius reſurrectione: ſed nondū impleta eſt omnino quo ad actum, uel uſum executionis uſque ad finale iu dicium, ubi pleniſsimè dominabitur uiuorum, & mortuorum. Rom. 14. Nam Hebr. 1. Nondum om nia ſubiecta ſunt ei, ſcilicet quoad executionem, ut dictum eſt.

Hanc opi. tenere uidetur Bern. lib. 3. de conſide ratione dicens Papæ Eugenio. Diſpenſatio tibi cre dita, non data poſſeſsio eſt. Non tu ille de quo pro pheta in pſ. 49. Et erit omnis terra poſſeſsio eius? Chriſtus hic eſt qui poſſeſsionem ſibi uendicat, & iure creationis, & merito redēptionis, & dono pa tris. Hæc ille. Hanc etiam opi. ſequuntur plures Thomiſtæ dicentes beatum Thomam ita ſentire. Et Turrecremata in ſum. de eccleſia. lib. 2. ca. 116. ad idem & in diſt. 96. ca. cum ad uerum. in reſpon ſione ad quartum argumentum. Et in ca. duo ſunt, ea. diſt. quamuis ipſum, & beatum Thomam alii re ferant ad ſecundam opin. ſequentem. Hanc etiam opi. tenent Florent. 3. par. titulo. 22. c. 5. §. 8. & Ho ſtien. in ca. ſuper his de uoto, & uo. redemp. Et Fa ber. in. l. cunctos populos. C. de ſum. trinita. & fide cath. Et Panor. & plures alii iuriſtæ. Et Roffen. con tra Lutherum artic. 25. & Conradus Brunus de di tione Imperii Ro. ca. 6. & tandem Nauarro in cap. nouit de iudiciis.

Secunda opinio oppoſita tenet quòd neque quoad actum uel exercitium, uel uſum, neque quoad ha bitum, uel ius temporalis poteſtatis, neque ex ſuc ceſsione parētum, neque iure redemptoris, neque ex dono patris Chriſtus habuit dominium tempo rale ſiue ciuile, neque iuriſdictionem, aut poteſta tem totius orbis, neque regni iudæorum, quale eſt dominium principum mundi huius: ſed ſolum ha buit dominium alterius rationis, uidelicet domi nium ſpirituale, & cœleſte ad perducendum ani mas ad cœlum per ſuas leges, & munera ſpiritua lia, & quoad hoc tantum directè omnibus homini bus imperans: quod dicitur dominium redempto ris, & ſaluatoris omnium hominum ſufficienter: quod carebat armis & ciuili poteſtate quatenus il la non erant neceſſaria uel expedientia ad quietam adminiſtrationem & tranquillum ſtatum eius rei publicæ Chriſtianæ. Nam indirectè, uel in caſu ne ceſsitatis, uel in ordine ad finem ſalutis hominum bene habebat Chriſtus poteſtatem ſuper omnes, & omnia regna mundi, immo & ſupra ipſam naturam & omnes Angelos habebat poteſtatem ex ſpeciali dono patris ad miraculosè faciendum, & imperan dum omnibus creaturis, ut ſibi uideretur, & placi tum eſſet, & expediret fieri ad honorem patris, & hominum ſalutem. Et ad hunc ſenſum hæc opi nio intelligit rationes, & auctoritates ſuperius ad ductas in prima opi. & beatum Thomam ſuper Io. 17. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et de regimine principum lib. 3. cap. 3. & in 2. diſt. vlt. & in 3. par. ſum. q. 13. q. 20. arti. 1. Et Turrecrema. ubi ſupra ln 1. Hanc opinionem expreſſè tenent Victo ria in prima relectione de eccleſia. §. 15. propè fi nem. Et in prima relectione de inſulanis. §. 25. Et Soto de iuſtitia & iure lib. 4. q. 4. art. 1. Et in 4. ſen tentiarum diſt. 28. q. 2. art. 1. & multi moderni ſe quuntur. Ibi latius hoc uideatur.

Dubium 2. DVBIVM ſecundum. Vtrum Imperator habeat dominium aut poteſtatem, uel iuriſdictionem tem poralem totius orbis in omnes, & ſuper omnia tem poralia.

Opinio. 1. Reſpondeo, in hoc etiam eſt duplex opinio. Pri ma quòd ſic, non quidē ita quòd ſit Dominus mun di per proprietatem, ut omnes omnium res, & pro uincias conuertere poſsit in vſus ſuos, & facere de eis aut ea omnia capere, & donare, & ueteres domi nos tollere, & nouos conſtituere, aut capere ſibi uectigalia pro ſuo arbitrio: ſed ſolum eſt Domi nus per poteſtatē iuriſdictionis ad ea omnia ſicut ad omnes homines mundi gubernandum ad finem naturalem ſiue ciuilem, qui eſt ut pacificè, & iuſtè inter eos uiuatur. Hanc opi. tenet Bartol. in ex trauagan. ad reprimendum, quæ eſt Henrici. 7. & gloſſ. in cap. per uenerabilem, qui filii ſint legi. & gloſſ. in cap. venerabilis. de elect. & plures alii iu riſtæ.

Opinio. 2. Secunda opinio communis eſt in oppoſitum: quam probat experientia, & practica communis totius orbis: & ratio manifeſta, quia & id nullo iure probatur, ut latius proſequitur Victoria in prima relectione de inſulanis. §. 24. 25. Et Soto de iuſtitia & iure lib. 4. q. 4. artic. 2. Et in 4. ſententiarum diſt. 25. q. 2. art. 1. Vbi etiam ad fundamenta prioris opi nionis latè reſpondetur.

Dubium. 3. Dubium tertium. Vtrum Papa habeat domi nium temporale & poteſtatem ſuper omnes homi nes, & res omnes, & regna totius mundi, & maxi mè fidelium.

Opinio. 1. Reſpond. hic eſt triplex opinio. Prima, quòd non: quòdque Principes etiam Chriſtiani ſunt omnino liberi à poteſtate eccleſiaſtica: ita ut penè nihil in tegrum papæ relinquatur in temporalibus: ſed om nes cauſæ etiam ſpirituales deferri tandem debeāt ad ciuile iudicium, & illic terminari. Quæ opinio erronea, & ſine ullo fundamento eſt, quam ange lici, & hæretici ſoli ſequuntur.

Secunda

Opinio 2. Secūda opinio omnino oppoſita tenet ꝙ ſic: nō quidem ita ut ad libitum poſsit tollere, & dare res omnes omnium, & prædia, & regna, uel ea ſibi vſurpare: ſed ſolum quoad poteſtatē iuriſdictionis ita ꝙ poteſt immediatè ea omnia gubernare, ordinare, & iudicare, etiam in prima inſtātia de omnibus rebus tēporalibus, & hominibus, & de cauſis principum, & iuribus, & titulis regnorum, ꝙq; ad ipſum potius in his omnibus appellari poteſt. Diciturq; hęc opinio, ꝙ hanc poteſtatem Papa habet in habitu quoad auctoritatem: quamuis non in actu vſu, vel executione ordinaria, non quidem ex defectu auctoritatis, vel poteſtatis: ſed quia iam ipſe dedit, & tranſtulit hanc poteſtatem quoad vſum eius ordinarium in principes ſeculares. Et inde etiam dicit opinio hæc ꝙ omnes principes, & reges terræ temporales, ſiue ciuiles non ſunt niſi vt Vicarii, vel legati papæ, vel eccleſiæ, & miniſtri poteſtatis papalis: quódque omnis poteſtas temporalis deriuatur à papa ſicut poteſtas ſpiritualis, vel eccleſiaſtica: quíque papa inſtituit omnem poteſtatem temporalem tanquam delegatam, & ſibi ſubordinatam. Immo & aliqui de hac opinione dicunt, ꝙ etiam papa eſt dominus orbis propriè dominio temporali. Fundatur hæc opinio rationibus, & auctoritatibus, quę inferius in argumentis contra tertiam opi. ſequentem tanguntur, & ſoluuntur ibidem. Hanc opi. tenent Florent. 3. par. titu. 22. ca. 3. §. 7. Et Panormi. Angelus, Auguſt. de Ancona, Albertus Pighius de eccleſiaſtica Hierarchia lib. 5. Syluester titu. papa. q. 2. q. 7. 10. 11. 14. & tit. legitimus. q. 4. q. 5. & Hoſtien. in cap. ſuper his. de voto, & plures alii iuriſtæ.

Opinio 3. Tertia opinio media tenet, quòd quamuis ſimpliciter, & abſolutè Papa non ſit ſicut neq; verè eſt etiam habitualiter dominus totius orbis. Neque ab eo pendent poteſtates temporales principum temporalium, ſiue ſecularium quoad inſtitutionē, vel collationem earum ipſis faciendam, ſicut pendent poteſtates ſpirituales, vel eccleſiaſticę miniſtrorum eccleſiæ, quibus papa confert poteſtatem, & auctoritatem, certo modo mediatè, & immediatè. Neque poteſtates temporales illi ſubiiciuntur, vt domino temporali. Neque in papa, vt papa eſt vlla poteſtas temporalis abſolutè. At vero his non obſtantibus poteſtas ciuilis ſubiecta eſt nō quidem poteſtati temporali papæ, ſed ſpirituali, aliquo modo, ſcilicet in caſu neceſsitatis, vel magnæ vtilitatis ſpiritualis. Et eccleſia, & maximè papa habet poteſtatem, & auctoritatem, vel iuriſdictionem aliquam temporalem in ordine ad finem ſpiritualem ſuper omnes homines, & principes, & res omnes, & regna totius mundi.

1. pars. Prima pars ꝙ ſcilicet abſolutè papa etiam habitualiter non eſt dominus temporalis mundi, probatur tripliciter. Primò, Quia Matth. 20. & Lucæ. 22. Principes gentium dominantur eorum &c. Quod Bern. lib. 2. de cōſideratione ad Eugenium papam explicans ait. Quod tibi aliud dimiſit Petrus Apoſtolus? Quod autem habeo, inquit, hoc tibi do: argentum & aurum non eſt mihi: eſto ut alia ratione hoc tibi vendices, ſed non Apoſtolico iure. Sequitur planè Apoſtolis interdicitur dominatus: quomodo tu tibi audes vſurpare? Sequitur. Exigitur in agrum eccleſiæ non ut dominus, ſed ut villicus, &c. Ad idem eſt. 1. Pet. ca. 5. Non dominantes in clero &c.

Secundò idem probatur. Quia papa fatetur ſe recepiſſe dominium aliquarum terrarum ab Imperatore. 12. q. 1. cap. futurum. & 96. diſt. cap. cum ad verum. & ca. quoniam. diſt. 10. ubi dicitur. Nec Imperator iura pontificatus arripiat: nec pontifex nomen imperatoris ſibi vſurpet. Vnde in donatione facta papę Syluestro per Conſtantinum prius, aut per Philippum poſtea, ſi vera hiſtoria eſt, conſtat factum eſſe, quod aliqui dicunt non fuiſſe veram donationem, ſed reſtitutionem factam ipſi papæ eius, quod ipſe donauerat imperatori prædeceſſori, ut malè ait Sylueſter vbi ſupra in 2. opinione.

Tertiò idem probatur quia decretaliſsimus ipſe Innocentius Papa in ca. per venerabilem, qui filii ſint legiti. expreſſè fatetur ſe in temporalibus non habere poteſtatem ſupra Regem Franciæ. Et in hac parte conſonant Ioannes Andreas, & Hugo in 96. diſt. ca. cum ad verum: & beatus Tho. & Turrecremata de poteſtate Papæ lib. 2. ca. 113. & alii doctores communiter: quamuis Sylueſter, vbi ſupra ſecundum alios oppoſitum opinetur.

Secunda pars ꝙ ſcilicet neque à Papa pendent abſolutè poteſtates temporales principum, &c. probatur. Quia ſi ut dictum eſt ipſe non eſt dominus, ergo non poteſt aliis dare dominium aut poteſtatem, quam non habet. Quòd ſi negetur hęc conſequentia, & dicatur ꝙ bene ſtat quòd aliquis non ſit dominus propriè, & tamen ad eum pertineat cōſtituere dominos ſuper aliqua re. Sicut ad papam ſpectat dare præbendas, & temporalia illis annexa, quorum tamen non eſt dominus propriè, & ſicut imperator facit, & inſtituit dominos, & commendatarios licet non ſit ipſe dominus ditionis illius: quia nō poteſt ſibi reſeruare, ſic ergo videtur dici poſſe ꝙ licet papa non ſit propriè dominus, poteſt tamen dare aliis temporale dominium, & poteſtatem aliarum rerum: & ita ab eo depēdent. Contra hoc replicatur probando, quòd nec hoc modo poteſt dare, nec ab eo depe ndent: tum quia hoc patet ex ſupradictis: tum quia etiam, quia ſi dominia priuata aliorum dominorum non pendent à papa modo prædicto, ergo nec publica. 2. pars.

Tertia pars quòd ſcilicet nec poteſtas temporalis aliorum ſubiicitur temporali poteſtati papæ, non dico quòd non eſt ſubiecta papæ, quia certum eſt omnes poteſtates eſſe papæ ſubiectas ratione poteſtatis ſuæ ſpiritualis, quia omnes ſunt oues, & ipſe paſtor etiam omnium principum orbis. Sed dico non eſſe ſubiectam ei, ut domino temporali. Et hæc pars differt à præcedenti: nam dato quòd papa non ſit dominus orbis, nec poſsit dominos inſtituere, benè poſſet eſſe ſuperior, ſicut imperator eſt ſuperior 3. pars.

perior aliquibus regibus, qui illi ſubiiciuntur, & tamen nec eſt dominus regnorum, nec habet eos inſtituere in illis regnis uel prouinciis. Vel ſicut olim rex Franciæ erat ſuperior ad comitem Flandriæ, & tamen nec erat propriè dominus, nec inſtituebat comitem illum. Item rex eſt ſupra omnes perſonas priuatas regni, & tamen nõ facit eos dominos rerum ſuarũ. Dico ergo ꝙ nec hoc modo principes aut reges papæ ſubiiciuntur. Quod patet tum ex præcedentibus, tum etiam quia reſp. & poteſtas temporalis eſt in ſe integra & perfecta nunc, ſicut erat in lege naturæ & ſcripturæ: ergo non eſt ſubiecta alteri extra ſe, aliàs non eſſet integra: ergo poteſt inſtituere ſibi regem nullo modo ſubiectum. Nam nullo iure diuino habetur ea ſubiectio. Et quamuis multi doctores etiam Thomiſtæ credant oppoſitum ſenſiſſe Beatum Thomam, non tamen ſenſit niſi ut dictum eſt. Quod etiam inde liquet. Nam ipſe tenet eccleſiaſticos eſſe à tributis exemptos ex priuilegio principum ſecularium. Nunc autem ſi Papa eſſet dominus temporalis ſupremus & reges haberent imperium ab eo, utique nõ erat neceſſarium priuilegium principum ad eccleſiaſticorum exemptionem.

Immo & temporalis poteſtas non pendet à ſpirituali eo modo, quo ars ſiue facultas inferior pendet à ſuperiori, ut frænorum ars ſeruit equeſtri, fabrilis nauticæ; armorum militari, quàmuis aliqui oppoſitum malè opinentur.

Quod patet. Quia poteſtas ciuilis non eſt præcisè propter ſpiritualẽ: ſed ars inferior eſt propter ſuperiorem: ergo. Probatur antecedens pro utraque parte. Nam ſi non eſſet militaris, nec armorum ars eſſet: neque frænorũ ſi non eſſet equeſtris. Sunt.n. omnes huiuſmodi organicæ, ideſt inſtrumentales, ceſſante autem fine nullus eſt vſus inſtrumenti, immo & nullum eſſet inſtrumẽtum. Non ſic autem eſt de poteſtate ciuili in ordine ad ſpiritualem. Nam licet non eſſet aliqua poteſtas ſpiritualis nec beatitudo ſupernaturalis, adhuc eſſet aliquis ordo in republica temporali & eſſet aliqua poteſtas ciuilis. Sicut in rebus naturalibus etiam in irrationabilibus, inter quas aliqua agunt aliqua patiuntur propter bonum uniuerſi. Quod etiam liquet; nam ſecundum meliorem ſententiam philoſophorum vir fortis aliam vitam ignorans deberet ponere vitam pro ſua republ. etiam ſi non eſſet alia fœlicitas poſt hanc vitam: ergo tunc adhuc maneret reſpubl. ſine fine ſpiritualis poteſtatis & per conſequens maneret aliquis ordo principatus & ſubditorum, ſine quo propriè reſpubl. non eſſet. Igitur eſt magna differentia prædictarum poteſtatum; ita quòd abſolutè una non dependet ab altera, ſic quòd ſit præcisè propter illam, vel tanquam inſtrumentum eius, uel tanquam pars illius ſicut poteſtas prætoris eſt pars regiæ. Sed integra & perfecta poteſtas in ſe, & propter ſuum proprium finem immediatè. Cum quo ſtat quòd ſit aliquo modo ordinata ad poteſtatem ſpiritualem ut infra in quinta parte huius tertiæ opinionis proximè dicetur.

Quarta pars quòd ſcilicet neque Papa ut Papa habet aliquam poteſtatem temporalem abſolutè, ita quòd ad finem temporalem ordinetur, inde liquet, quia nullo iure diuino probari poteſt. Et hęc ratio, & pars eſt fundamentum omnium prædictorum. Quod etiam ſecundò probatur. quia, ut benè ait Caietanus in apologia de poteſtate papæ capitul. 6. ad octauum argumentum Almayni. poteſtas temporalis diſtinguitur à ſpirituali ex fine: quia illa ad finem temporalem, hæc ad ſpiritualem tendit. Sed Papa non eſt niſi perſona uel ſacerdos, in quo eſt ſumma poteſtas eccleſiaſtica & ſpiritualis à Chriſto inſtituta: ergo non habet poteſtatem, quæ abſolutè habet finem temporalem, ſed ſpiritualem. Nam ratio rerum ex fine ipſarum ſumenda eſt ſecundo Phyſico. Sed nullus finis eſt ad ponendum hanc poteſtatem temporalem abſolutè in papa. igitur intentum. — *4. Pars.*

Idem etiam tertiò probatur. Quia ſine aliqua poteſtate purè & abſolutè temporali poteſt eſſe Papa habens ſupremam poteſtatem tantum eccleſiaſticam & ſpiritualem, vti erat in eccleſia primitiua: ergo de ratione papalis poteſtatis, & papæ non eſt prædicta poteſtas temporalis.

Ex omnibus ſupra dictis inferuntur tria. Primò *Corolla. 1.* quòd Papa non habet iudicare ſaltem uia ordinaria de cauſis principum, aut de iuribus ditionum & regnorum titulis, neque poteſt ad eum in cauſis ciuilibus appellari, contra ſecundam opinionem ſuprapoſitam: quia ſi vt dictum eſt non eſt dominus, neque ſuperior quò ad vſum, neque quò ad habitum uel auctoritatem: ergo nec ad ipſum ſpectat iudicium cauſarum temporalium in prima inſtantia, neque in gradu appellationis dico ordinariè. Nam in caſu bene poteſt haberi recurſus ad papam, & ipſe poteſt iudicare, & reſcindere iudicium ciuile de temporalibus: ſed hoc non ratione poteſtatis temporalis, ſed ratione ſpiritualis præciſe ut in quinta & ſexta partibus ſequentibus proximè declarabitur. Ita habetur in capit. cauſam. & cap. ſi duobus. de appellatio. vbi dicitur quòd ad regem non ad eccleſiam pertinet de poſſeſsionibus iudicare. Et Innocent. in capit. nouit. de iudiciis. non intendimus iudicare de feudis, cuius, ſcilicet ad ipſum regem iudicium ſpectat. Et Bernard. ad Eugenium libro primo de conſideratione. In criminibus ait non in poſſeſsionibus poteſtas veſtra eſt: habent infima terrena hæc ſuos iudices & principes terræ &c.

Secundò infert opinio hęc quòd papa non poteſt deponere principem ſecularem etiam ex iuſta cauſa eo modo, quo poteſt deponere epiſcopũ. *Corolla. 2.*

Tt Quia

Quia ratione temporalis poteſtatis,quam ut dictũ eſt non habet,non poteſt iudicare,neq; deponere ſecularem: poteſt tamen deponere epiſcopum ratione poteſtatis uel iuriſditionis ſpiritualis,quam habet ſuper eum ad id. Cum quo ſtat quòd ratione poteſtatis ſpiritualis in caſu.5. propter uitãdum peccatum & periculum eccleſię bene poteſt papa deponere principem ſecularem ut dictum eſt & proxime latius dicetur.

Coroll. 3. Tertiò infert hæc opinio quòd papa nec poteſt confirmare,nec infirmare leges ciuiles niſi contineant vel foueant peccatum: patet ex dictis quia ſi poteſtas ciuilis nõ pendet ab eo,ergo nec actus ipſius poteſtatis.

5. Pars. Quinta pars huius tertię opinionis communis eſt quòd poteſtas ciuilis ſubiecta eſt aliquo modo poteſtati ſpirituali Papæ,ſcilicet in caſu neceſſitatis uel magnæ vtilitatis in ordine ad finẽ ſpiritualem. Probatur hoc primò quia ſi finis alicuius facultatis pendet à fine alterius,ergo & facultas à facultate primo Ethi.& B. Tho. ſecunda ſecundę q. 40.art.3. ad tertium. Sed finis poteſtatis temporalis pendet aliquo modo à fine ſpiritualis,ergo & ipſa poteſtas ciuilis à ſpirituali. Probatur minor uel antecedens huius ſecundę conſequentiæ. Quia felicitas humana eſt imperfecta & ordinatur ad beatitudinem ſupernaturalem tanquam ad perfectam: ſicut ars armorum fabricandorum ordinatur ad militarem & imperatoriam:& ars fabricandi nauem nauticę,& fabricãdi uomeres agri culturæ. Itaque non eſt imaginandũ quòd poteſtas ciuilis & ſpiritualis ſint ſicut ſunt duæ reſpub.diſparatæ & differẽtes, ut galeorum & hiſpanorum: ſed quòd ciuilis ſubſeruiat ſpirituali: quã uis regulariter non ordinetur ad illam.

Secundò probatur idem. Quia ſi adminiſtratio ciuilis eſſet in detrimentum adminiſtrationis ſpiritualis etiam ſi ad finem proprium ciuilis poteſtatis eſſet commoda talis adminiſtratio; tamen rex aut princeps teneretur mutare huiuſmodi adminiſtrationem, & etiam ſi temporalia perirẽt deberent poſtponi pro ſpiritualibus in neceſſitate uel magna vtilitate, ut proximè probabitur; ergo poteſtas ciuilis eſt aliquo non ſubiecta poteſtati ſpirituali: non tamen è conuerſo ſi adminiſtratio ſpiritualis nocere reipublicę ciuili teneretur papa illam mutare ſi illa neceſſaria vel vtilis valde eſſet eccleſiæ.

Nec valet dicere quòd licet hoc ſit uerum,non tamen hoc eſt ratione ſubiectionis aut dependentię ſed ex ordine charitatis; quia ſcilicet finis ſpiritualis poteſtatis eſt perfectior,quã ciuilis: & ideo ex ordine charitatis bonum ſpirituale præponendum eſt temporali. Hoc inquam non ualet,quia ex hac ſola cauſa non ſequitur,nec eſſet obligatio conſeruandi maius bonum ſpirituale poſtpoſito

Nota. minori temporali. Quod probatur,quia gubernator unius reipublicę non tenetur, immo neque debet conſeruare maius bonum alterius reipublicæ cum ſuæ reipub.notabili detrimento. Immo nec priuatus homo tenetur pati notabile detrimẽtũ bonorũ ſuorũ pro cõſeruatione alterius reipublicę,quia ut ait Scotus in. 3. diſti. 27. Bonum minus poſtponendum eſt ſolum pro maiori cuius eſt pars,vel à quo dependet, vel in quo conſeruatur. Ideo nullus debet peccare pro ſalute et beatitudine etiã æterna omniũ hominum totius mundi, quia quò ad vitam gratiæ & gloriæ à ſolo Deo pendet & in eo conſeruatur,nec eſt pars etiam mũdi totius niſi in ordine ad Deũ, & eius honorem, & gloriam finaliter, cui peccatum contrarium & ideo omnino vitandum eſt. Igitur ſi reſpublica ciuilis & ſpiritualis eſſent omnino independentes ſicut duæ reſpublicę temporales, vel ſicut duę artes vel facultates impertinentes; non teneretur princeps temporalis ſubuenire ſpiritualibus cum detrimento ſuæ reipublicæ tẽporalis: tenetur aũt ut probatum eſt:ergo non ſola ratione charitatis, ſed ratione ordinis ſubiectionis, aut dependentiæ vnius ab altera.

Sed neque iterum valet dicere quod ideo rex tenetur ſubuenire rebus ſpiritualibus,non quidem propter ſubiectionem, ſed propter bonum ſuorũ ſubditorum, & propter bonam ſuam gubernationem ad illos. Qua ſcilicet ſi ſubditi paterentur iacturam in ſpiritualibus certè noceret illis ſi eis non ſubueniret etiam cum detrimento bonorum vel gubernationis temporalis. Hoc inquam non valet. Quia non ſolũ ad id tenetur reſpectu ſuorum ſubditorum,ſed aliorum quorumcunque.Ita quòd ſi ex adminiſtratiõe reipublicę ciuilis in Hiſpania fieret magna iactura bonorum ſpiritualiũ in africa, tenetur princeps corrigere huiuſmodi adminiſtrationem,& bona temporalia ſuæ reipublicæ poſtponere pro conſeruatione maiorum bonorum ſpiritualium in africa. Igitur id prouenit à dependentia & ſubiectione uel ordinatione aliqua vnius ad alterum ut dictum eſt.

Tertiò probatur eadem quinta pars. Quia tota eccleſia eſt unum corpus, nec ex republica ciuili & ſpirituali fiũt duo corpora,ſed vnũ tãtũ,ut patet Ro.12 & 1.Corinth.12.Multi vnum corpus ſumus in Chriſto &c. Et ſicut eſſet monſtrum corpus ſine capite; ita & vnum caput habere duo corpora. Sed in vno corpore omnia ſunt connexa & ſubordinata & partes ignobiliores ſunt propter nobiliores,ergo etiam in republica chriſtiana omnia connexa et ſubordinata ſunt, & officia & fines et poteſtates:& non eſt dicendũ quòd ſpiritualia ſunt propter temporalia & dependent ab eis,ergo è conuerſo ut dictum eſt.

Quartò probatur eadem quinta pars. Quia non eſt minoris auctoritatis ſacerdos & poteſtas ſpiritualis nouę legis,quàm veteris, qui tamen poterat etiam cauſas tẽporales in aliquibus caſibus terminare ut patet Deut.17. Igitur intentum.

Sexta pars & ultima huius tertię opinionis cõis ẽ q̃ eccleſia & maximè Papa habet ſupremã ptã- 6.Pars

tem

tẽẽt tẽporalẽ in ordine ad finẽ ſpiritualem ſuper omnia & ſuper omnes reges & regna mundi. Probatur primò quia ut dictũ eſt tẽporalia aliquo modo ſunt neceſſaria & ordinata ad finẽ ſpiritualẽ: ergo Chriſtus nõ ſatis prouidiſſet rebus ſpiritualibus ſi non reliquiſſet aliquam poteſtatem, ad quam ſpectaret quando opus eſſet ordinare, & uti temporalibus conuenienter ad finem ſpiritualem. Sed hoc non ſpectat ad officium principum ſecularium, qui ignorant proportionem rerum temporalium ad ſpiritualia, nec habẽt curam ſpiritualium: ergo cura hæc utendi temporalibus ad ſpiritualia eſt poteſtatis eccleſiaſticæ. Et ita ſi neceſſarium ſit ad conſeruationem & ſpiritualium aliquando uti gladio materiali & auctoritate temporali, papa hoc facere poteſt: & ad id habet ampliſsimam poteſtatem, quia quantum & quando neceſſe eſt ad finem ſpiritualem poteſt non ſolum omnia quæ poſſunt principes ſeculares, ſed etiam facere nouos principes, & alios tollere, & imperia diuidere, & unire, & punire delicta atque rebelles etiam gladio temporali ſaltem per alios ipſum exercendo & mandando, & multa alia eiuſmodi facere in toto mundo. Immo & Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus idem iure diuino facere poſſunt proportionabiliter, niſi per Papam illis prohibeatur: qui etiam poſſunt delinquentes punire pœna temporali, & corporali ut hoc etiam ait Victoria in 1. relectione de inſulanis. §. 29. contra aliquos oppoſitum erroneè ſentientes, aut practicantes.

Secundò hęc. 6. pars probatur per auctoritatem Matth. 16. Quodcumq; ſolueris & ligaueris ſuper terrã &c. Et Io. 21. Paſce oues meas &c. ubi auctoritas ſuper oẽs & omnia ſine exceptione datur Petro & eius ſucceſſoribus, ut hoc ita declaratur in ca. ſolite. de maiori. & obed. Item diſti. 22. cap. Omnes habetur quòd Chriſtus beato Petro uitæ eternæ clauigero terreni ſimul & cœleſtis imperii iura commiſit. Et in extrauagan. ſi fratrum. ne ſede vacãte, idem replicatur. ubi gloſſa etiam ait quòd papa habet imperium & utrunque gladium ſpiritualem & temporalem etiam ſuper infideles. Itẽ diſtin. 66. ca. duo ſunt, & ca. nos ſanctorum. & cap. iuratos. Et Bonifa. 8. in extrauagan. unam ſanctã. de ſumm. trinit. & fid. catho. dicunt in hac pontificis poteſtate duos eſſe gladios ſpiritualem, ſcilicet & temporalem euangelicis dictis inſtruimur Lu. 22. Ecce gladii duo hic &c. Et ſequitur non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem à Deo ſunt ordinata ſunt. Non autem eſſent ordinata niſi gladius ſub gladio eſſet & tanquam inferior per alium in ſuprema reduceretur. Item in cap. per venerabilem. qui filii ſint legiti. idem decernitur. Item Bernar. de cõſideratione ad Eugenium lib. 4. idem expreſſe determinat dicẽs. Tuus eſt gladius ſed non à te, ſed ad nutum tuum educendus eſt: ideo dictum eſt Petro Ioan. 18. Mitte gladium tuum in uaginam. Item eccleſia canit quòd Deus Petro & Papæ eius ſucceſſori tradidit omnia regna mundi. Et ita patet hæc tertia opinio communis quo ad omnes ſuas partes plenè probata. Quam expreſsè tenent Victoria in prima relectione de eccleſia artic. 5. per. 8. propoſitiones à. §. 3. vſque. 19. Et in 1. relectione de indis art. 1. §. 27. vſque 30. Et Soto de iuſtitia & iure lib. 4. q. 4. art. 1. Et in 4. ſententiarum diſtinct. 28. q. 2. art. 1. latius proſequuntur & communiter moderni eam tenent, quam etiam prædicto modo declaratam tenere videtur Turre-eremata de poteſtate eccleſiæ lib. 2. ca. 113. 114. Et in diſtinct. 96. cap. Cum ad uerum. & cap. duo ſunt. Et Durandus de poteſtate eccleſiæ, & Henricus Ganden. in 6. quodlib. art. 23. Et Palud. de poteſtate eccleſiæ quanuis latius quàm dictum eſt ad ſecundam opi. ſuprapoſitam ſe extendat.

Sed ex dictis in quinta & ſexta particula oriuntur duæ quæſtiunculę. Prima ſi pro defenſione fidei noſtræ, uel pro alia cauſa ſpirituali neceſſe, uel *Quæſtiuncula 1.* ualdè utile ſit ut Hiſpani proficiſcantur ad bellum contra Sarracenos utrùm papa ſolum poſsit præceptis & cenſuris cogere regem ut proficiſcatur ad bellum; an etiẽ ipſe poſsit indicere bellũ & Hiſpanos ad id uocare propria auctoritate ita ꝙ ipſum ut regem ſuum ſequi teneantur. Item ſi imperator facit legem ut poſſeſſor etiam malæ fidei præſcribat ſuppoſito quòd lex non eſt de ſe ita iniqua quin haberet uim legis ſi non eſſet reuocata: nihilominus quia eſt occaſio iniuriarum & rapinarum, & plus mali affert, quàm boni, expedit ut tollatur: Dubitatur an Papa ſua auctoritate poſsit immediate eam tollere, & reuocare, & contraria ferre: an ſolum poſsit imperatori præcipere, & cogere ut tollat & reuocet illam legem. & ita de ſimilibus aliis.

Reſpon. Reſpondeo quòd Papa non poteſt immediatè illam legem reuocare: quia hoc ſpectat ad ciuilem poteſtatem; quia Papa non poteſt eam uſurpare, ſicut nec bona temporalia; niſi in neceſsitate quando aliàs eſſet periculum in ſpiritualibus ſi ſic Papa nõ faceret immediatè. Aliàs iniuriam faceret principibus ſi officium & bona temporalia eorũ uſurparet. Quod inde patet. quia ſi ſolũ per hoc quòd ſit conueniens ad finem ſpiritualem aliquis actus poteſtatis ciuilis, papa poſſet ſtatim illum exercere: iam cùm tota adminiſtratio temporalis ſit neceſſaria ad finem ſpiritualem, poſſet Papa ſtatim exercere totam ciuilẽ poteſtatẽ: & ita officiũ principũ ceſſaret, ergo non ſufficit ut aliquid ſit neceſſariũ ad finẽ ſpiritualẽ ad hoc ꝙ ſtatim pertineat ad Papam: ſed oportet ꝙ illud ſit etiam in caſu neceſsitatis ideſt ubi ceſſat poteſtas ciuilis, & non ubi poteſt facere officium ſuum. Vt de hoc etiam inferius in reſponſione ad tertium argumentum habetur. Dico ergo ꝙ papa primò debet uti poteſtate ſpirituali ſcilicet iubendo illud fieri aut reuocari. Quòd ſi principes ſeculares nolint aut negligant; tunc ipſe papa poteſt & debet propria auctoritate id facere, aut reuocare, & ſtatim lex iſta erit reuocata.

Eodem modo ſi populus Chriſtianus eligeret principem infidelem, de quo merito timeretur ꝙ populum auerteret à fide; quamuis ſtando in ſolo iure diuino ille eſſet uerus princeps: nihilominus Papa deberet populum, ad quem attinet electio, præmonere atque præcipere ut tolleret illū: quòd ſi nollet aut non poſſet, tunc Papa auctoritate ſua illum tollere, aliumque præficere poſſet: & ex tunc ille qui prius erat uerus princeps iam auctoritate Papę perderet, & alius haberet illum principatum.

Similiter ſi principes inter ſe belligerarent ſuper aliqua prouincia cum manifeſto detrimento religionis Chriſtianæ, non ſolum papa poteſt illis interdicere bellum, ſed ſi aliter conuenire non poſſunt utique poteſt inter illos iudicare per propriā auctoritatem, & dare ius uni eorum, & alteri auferre. Et hac de cauſa papa diſtribuit prouincias infidelium, & eorū debellationes inter principes Chriſtianos, ut lites & bella inter ſe ſuper his euitentur.

Similiter dico in aliis negotiis temporalibus ꝙ papa non poteſt præuenire poteſtatem temporalem: & quantumcuoque poteſtas temporalis ſit negligens in ſuæ reipublicæ adminiſtratione: ſi hoc non uergit in detrimentum rerum ſpiritualium papa nihil poteſt: ſed ſi hoc uergit in notabilem iacturam ſpiritualium poteſt adhibere remedium ut dictum eſt.

Et ratio prędictorum omnium eſt, quia ut patet ex dictis reſpublica ſpiritualis debet eſſe perfecta ſicut & temporalis, & per conſequens ad ſuum finem ſibi ſufficiens. Sed reſpub. temporalis hoc iure habet quòd ſi aliter ſe indemnem & incolumē ſeruare non poteſt, utique poteſt exercere iuriſdictionem & poteſtatē in aliena prouincia; ut patet quia ſi hiſpani non poſſunt ſe defendere à Gallorum iniuriis; utique poſſunt ciuitatem eorum occupare & ibi nouos dominos & principes conſtituere, & punire nocentes & alia eiuſmodi iura belli propria auctoritate proſequi & facere, ac ſi ueri domini eſſent: ergo ſimiliter ſi poteſtas ſpiritualis non poſſet ſuam rempub. ſeruare indemnem, certè poterit ſua auctoritate facere omnia neceſſaria ad illum finem: alias poteſtas hęc manca & ad ſuum finem inſufficiens eſſet inſtituta.

Quæſtiuncula. 2. Si ſecundò quæratur, Poſtquam ut dictum eſt papa non habet poteſtatem ordinariam ſed ſolum in caſu neceſſitatis, Quid ſi ipſe diceret aliquam legem ciuilem uel adminiſtrationem temporalem non expedire gubernationi reipublicæ & iuberet eam tolli, rex autem diceret oppoſitum, Cui eorum ſententiæ ſtandum eſſet?

Reſpon. Reſpon. quòd ſi Papa diceret id non expedire reipub. temporali, non eſſet audiendus: quia hoc iudicium ad eum non ſpectat, nec ad eius auctoritatem, ſed ad temporalem uel ſecularem: ex quo id non eſt contra ſalutem animarum & religionem, reſpectu cuius eſt auctoritas & officium Papę. Sed ſi Papa dicat id cedere in detrimentum ſalutis ſpiritualis aut religionis, puta quòd id fieri uel ſeruari non poteſt ſine peccato mortali, aut eſſe contra ius diuinum, aut eſſe fomentum peccati; tunc ſententiæ papæ ſtandum eſſet. Quia non rex ſed papa de ſpiritualibus habet iudicare prima Corinth. 2. Spiritualis omnia iudicat & ipſe à nemine iudicatur. Et. 6. cap. & ibi gloſſa. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quantò magis ſecularia? Et hoc eſt uerum niſi papa manifeſte erraret uel faceret in fraudem. Non enim tenentur principes aut populi ad optimam rationem uitæ Chriſtianę, ſicut nec ad conſilia euangelica: nec ad hoc poſſunt cogi ſed ſolum ad conſeruandam legem Chriſtianam intra certos limites & terminos. Quod etiā inde patet: quia cum in una eccleſia ſint à Chriſto relictæ duæ diſtinctæ poteſtates ad conſeruationē & incrementum rerum temporalium & ſpiritualiū & non raro oriri poſſunt dubia & controuerſię inter utranque poteſtatem: nō uidetur perfectè prouiſum eccleſiæ niſi eſſet aliquod iudicium ubi huiuſmodi dubia terminarentur. Alioquin omne regnum in ſe diuiſum deſolaretur. Lucæ. 11. & non eſt rationabile dicere quòd hoc ſpectet ad minorem poteſtatem & principes ſeculares qui non poſſunt rectè de ſpiritualibus iudicare: ergo hoc potius ſpectat ad maiorem poteſtatem ſpiritualem & principes eccleſiaſticos, quando iudicium eſt de comparatione temporalium ad ſpiritualia, quibus illa temporalia ſubſeruiunt in neceſſitate ut dictum eſt.

Ex ſupra dictis patet error OKam in dialogo libri. 6. cap. 8. & in finem dialogi, & Gerſonis lectione. 4. de uita ſpirituali dicentium quòd Papa non poteſt punire omnia peccata ſententia excommunicationis, puta peccata quæ ſunt contra legem naturalem ſed ſolum quæ ſunt directè contra euangelium, ut pote contra fidem & ſacramēta. Nam hic error eſt contra ſecunda Corinth. 5. ubi Paulus excommunicauit inceſtuoſum contra legem naturalem. Hęc omnia, quia mihi ualdè placuerunt ex prædictis relectiōibus doctiſsimi Patris Victoria, ad literam ferè deſumpta ſunt.

Si cōtra ſupradicta primò arguatur quòd Chriſtus dedit poteſtatem ſuam ſupra totum mundum Ioann. 20. Sicut miſit me pater ego mitto uos, idest cum eadem poteſtate. Et cap. 21. Paſce oues meas, non ſolum præſentes ſed futuras per præſentem & per finalem prædeſtinationem, de quibus Ioann. 10. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili & c. ſed Chriſtus habuit poteſtatem etiam temporalem ſuper omnes & omnia, ſaltem ſecundum plures doctores ut ſupra. quæſtio. 1. in. 1. opinione ſatis probabili dictum eſt: ergo ſaltem papa ſecundum eoſdem doctores habet eandem poteſtatem. Nam de apoſtolis non curamus: & multo minus de epiſcopis, qui quamuis in dignitate non tamen in eorum poteſtate illis ſuccedunt. *Arg.*

Reſpon. ꝙ illa minor licet poſſit ſimpliciter negari cùm ſit alia opinio in oppoſitū: tñ adhuc ea cōceſſa ſecundū aliam opin. negatur maior abſolutè. *Reſp.*

Nam

Nam Chriſtus non dedit Petro vel Papæ poteſtatem excellentiæ, quam ipſe habuit ad remittendum peccata et conferendum gratiam extra ſacramenta nec donum vel poteſtatem miraculorum et prophetiæ &c. Sed neque expediebat vt illam poteſtatem temporalem ordinariam et abſolute ſuper omnes et omnia Papa haberet, ſicut Chriſtus. Quia nec eſt perſona infinita ſiue diuina neque impeccabilis vt Chriſtus, ſed poteſt facile abuti tali poteſtate in perniciem eccleſiæ. Solum igitur habet et expedit habere poteſtatem temporalem in ordine ad ſpiritualia in caſu neceſsitatis et in ordine ad ſalutem æternam vt declaratum eſt.

Argum. 2. Secundo ad idem arguitur. Quia Papa Zacharias a regno depoſuit regem Fråcorum Chriſtianum, eiſque præfecit in regno Pipinum patrẽ Caroli magni, vt habetur. 15. quæſt. 6. capit. alius. Et Stephanus Papa tranſtulit imperium a Græcis ad Germanos tempore Conſtantini Imperatoris, et inſtituit primum imperatorem Carolũ magnũ vt habetur in cap. venerabilem. de electio. et poteſt videri in cap. licet. de foro competẽ. et in Clemen. paſtoralis. de ſenten. et re. iudica. Item Innocentius quartus interdixit regi Portugaliæ adminiſtrationem regni, vt habetur in capitul. grandi. de ſupplen. negligen. prælato. libro. 6. Igitur Papa habet temporalem poteſtatem ſuper reges et regna.

Reſpon. Reſpondeo, conceditur conſequentia non abſolute ſed in ordine ad ſpiritualia in caſu neceſsitatis et vbi id fuerit neceſſarium ad tollendũ ſcandala in regno fidelium, et ad protectionẽ religionis contra paganos, vt ſupra declaratum eſt, et nihil aliud probat argum.

Argum. 3. Tertio arguitur. Quia ad eccleſiaſticam poteſtatem ſpectat cognoſcere de omni peccato mortali: ſaltem deuoluitur iudicium ad illam per viã correctionis fraternæ, Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. Nunc autem in omni cauſa quãtumcunque ſeculari altera pars facit iniuriam: ergo eccleſia poteſt iudicare de illa cauſa et ita poteſt cognoſcere de omni controuerſia et cauſa ſeculari, id quod ad poteſtatem ciuilem ſpectat.

Reſpon. Reſpon. ſecundum Victoria in prima relectione de eccleſia artic. 5. prope finem. § 19. negando conſequentiam abſolute. Nam vtrum pars faciat iniuriam pendet regulariter ex iure ciuili: et ideo regulariter non ſpectat ad poteſtatem eccleſiaſticam de illa iudicare, ſed oportet quod in ſuo foro ciuili terminetur. Poſtquam autem illic terminata eſt ſi altera pars nollet obedire: tunc ratione peccati poſſet haberi recurſus ad eccleſiam vt caueatur, vel recedatur a peccato etiam cogendo per excõmunicationem et per alias pœnas, et ita in peccatis indubitatis, puta: furtis, homicidijs &c. etiam quando criminoſi occulti ſunt recurritur immediate ad eccleſiam, vt patet in ca. ſi ſacerdos. de off. ordi.

Secundo dicit Victoria ibidem, quod ille proceſſus quo tales cauſæ deuoluuntur ad iudicium eccleſiæ, eſt ſolum ad finem correctionis fraternæ et non ad ſatisfactionem partis læſæ, vt habetur in cap. nouit. de iudicijs. In foro autem ciuili contrario modo: ideo non eſt temporale ſed ſpirituale illud iudicium eccleſiæ. Hæc ille. Sed certe ſi intelligit quod eccleſia in ſuo iudicio non poteſt punire, non videtur verum neq; cohæret cũ ſupradictis: et practica eccleſiæ punientis periuros blaſphemos, et mulieres internuncias vel lenocinantes eſt contra illum. Si autem intelligat quod etiam puniendo principalius intendit eccleſia finem ſpiritualem et animæ ſalutem et quod peccatum caueatur, verum eſt: quodque illo iudicio nõ debet nec poteſt Papa vti in fraudem aut impedimentum iuriſdictionis ciuilis vt ſupra declaratum eſt.

Dubium quartum. Vtrum Papa habeat poteſtatem ſuper infideles non idolatras et ſuper bona eorum ratione infidelitatis, qua Chriſtum nolunt recognoſcere neque volunt baptizari, et eſſe Chriſtiani. Dub. 4.

Reſpondeo quod nõ: modo tales infideles vnicum Deum verum recognoſcentes ſint moniti ſufficiẽter vt fidẽ Chriſti ſuſcipiant, vt ſunt Iudæi et Sarraceni: modo nõ ſi forte alicubi ſunt: et modo audire velint modo non, neq; velint ſuſcipere vel audire prædicatores fidei Chriſti, quales ſunt prædicti Iudæi et Sarraceni. Neque iſti etiam auctoritate Papæ poſſunt vi, armis, aut bello licite aut iuſte cogi ad fidem Chriſti ſuſcipiendũ vel audiendum: neque propter peccata quæcunque puniri poſſunt etiam auctoritate Papæ, niſi alios volentes impediant ne audiant et libere ſuſcipiant prædicatores et ipſam fidem et in ea permaneant: vel niſi blaſphemias et iniurias inferant Chriſto et religioni Chriſtianæ: vel niſi contra eccleſiam ſiue Chriſtianos aliquid mali moliantur. Reſpon.

Et ratio primi eſt: quia ſi Papa nullam poteſtatem temporalem habet niſi in ordine ad ſpiritualia; vt ſupra dubio 3. ſecundum probabiliorem opinionem dictum eſt. Sed nullam poteſtatem ſpiritualem habet in illos, prima Corinth. 5. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare? ergo nec temporalem, ſed ſolum habet poteſtatem ſpiritualem illis per ſe et per alios prædicandi fidem Chriſti.

Ex his ſequitur ſecunda pars contra Auguſtinum de Anchona. et Florenti. et alios quod etiã ſi infideles prędicti ſufficiẽter edocti de fide Chriſti et de Papa eius vicario nolint vtrumque recognoſcere neq; dominium aliquod Papæ: nõ ideo poteſt eis bellum inferri per Chriſtianos neque eorum bona vſurpari: ſicut neq; poſſunt bello cogi ad fidẽ ſuſcipiendã vel audiendã ſecũdũ probabiliorẽ et cõem opin. quamuis, vt Syluester vbi infra refert Hoſt. male teneat oppoſitũ. Et quidem

nulla ratione dici poteſt quod prædicti infideles non poſsint bello aut alia vi aut punitione cogi ad recognoſcendum Chriſtum dominũ, et ꝙ poſſint cogi ad recognoſcendũ Papam vicarium eius: cum ad huius recognitionem recognitio Chriſti et eius fidei ſuſceptio prærequiſita ſit.

Tertia pars eſt. Niſi alios volentes impediant &c. Nam ſi aliquid eorũ attentarẽt, vel ſi iam credentes auertere a fide ſuaſibus, minis, aut quacũque vi niterentur: tunc fideles iure poſſent violẽtiam et iniuriam eorum vi et armis propulſare et vindicare. Quia noſtrũ ius et præceptũ prædicandi fidem vbique gentiũ nobis diuinitus iniunctũ Mar. vlti. Prædicate euangellum omni creaturæ, illi nobis iniuſte auferrẽt vel impedirẽt. Alijs etiã indigenis illius terræ grauem iniuriam irrogarẽt prohibendo ne prædicationem Euangelij libere audirent et crederent ſi vellent ad ſalutem. Illos

Cõtra Hoſtienſem et alios.

autem, qui nos audire nollent, nõ poſſemus cogere vt nos audirent: quia iam eſſet illos ad fidem aliquõ modo cogere vti in hoc conſonat Syluester vbi infra quamuis in alijs a communi opinione diſſideat. Sed neq; licitũ eſt illos prius bello ſubijcere et ita cogere vt audiant prædicationem fidei vt poſtea ſi voluerint libere conuertãtur. Bene tamẽ licitum eſt eos bello prius ſubijcere ne impediant liberam prædicationem fidei et eius ſuſceptionẽ et permãſionem in ea, vbi eſſet veriſimilis nũ fictus timor ex expertis de tali periculo, vti latius de hoc infra dub. 6. habetur, ibi videatur.

Cum ſupradictis expreſſe conſonat Syluester titu, infidelitas. quæſt. 7. Et Inno. in cap. ſuper his de voto. Et Beatus Thom. ſecunda ſecũdæ quæſt. 66. artic. 8. ad ſecundum, et Caieta. ibidem, vbi ait Beatus Thom. quod infideles non poſſunt ſpoliari rebus ſuis: niſi qui ſunt ſubditi principibus fidelibus propter cauſas legitimas legum, propter quas etiam alij ſubditi poſſunt priuari. Et Caſtro de punitione hæreticorum lib. 2. cap. 14. quamuis quidam pater in quodam tractatu male hunc intelligens dicat quod Pater Alphonſus a Caſtro & Victoria ſenſerunt oppoſitum. Conſonant etiam doctores communiter et tandem Victoria in prima relectione de inſulanis. §. 30. 31. 32. in. 2. & 4. titulo inſufficiente ad illos debellandum. Et in ſecunda relectione de eiſdem. § 1. vſque. § 18. Et Soto in quarto ſententiarum diſtinct. 5. quæſtio. 1. artic. 10 vbi pulchre & plene hi duo vltimi doctores hoc pertractant, ibi videatur. Nam nos ad alia difficiliora properantes ideo prætermittimus.

Argum. Contra prædicta ſi arguatur, quod ergo iã ſequitur quod Papa & alij Principes Chriſtiani habẽt poteſtatem ſuper infideles ſi ex prædictis cauſis poſſunt eos punire et debellare. Nam punitio et bellum non niſi ab habente poteſtatem ſimul et ex cauſa legitima iuſte fieri poteſt.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam ſimpliciter et eius probationem. Quia non oportet quod qui cauſa defenſionis & propulſandi & vindicandi iniuriam vbi non eſt alius iudex põt bellũ mouere, habeat poteſtatem ordinariam in illos offenſores: ſed ſolum pro tunc ad illum tantũ effectũ. Nam in defectum ſuperioris quiſque ſibi ius dicere poteſt quoad prædicta. Quod patet. Quia licet rex Hiſpaniæ non habeat poteſtatem in regẽ et regnum Galliæ, vtique iuſte poteſt ipſum et regnum eius debellare ad ſuam et ſuorum defenſionem, et vindictam exercendam pro iniuria accepta. Et idem quiſque poteſt contra iniuſtum inuaſorem ſe defendendo cum debito moderamine, non tamen per hoc dicitur abſolute habere poteſtatem et iuriſditionem ſuper eum.

Dubium quintum eſt, Vtrum Papa habeat Poteſtatem ſuper infideles, idolatras, et ſuper bona eorum: et propter hoc poſsit eos punire et debellare, et vi et armis cogere vt ſuam relinquant idolatriam. Dubium.

Reſpondeo quod punctum huius difficultatis ſtat in hoc quod cum ad iuſtum bellum non ſufficiat iuſta vel legitima cauſa, ſed etiam requiratur auctoritas ad bellandum: ſicut ad iuſtitiam vindicatiuam vel punitiuam non ſufficit crimẽ eſſe ſupplicio dignũ, ſed etiam requiritur vt a ſuo iudice exerceatur. Nunc dubitãtur vtrum propter idolatriam et alia ſcelera idolatrarum iniurioſa Deo et hominibus, vti eſt veſci carnibus innocẽtum, et eos ſuis idolis ſacrificari et huiuſmodi, Papa et principes Chriſtiani habeant auctoritatem, vel poteſtatem ordinariam, vel ſaltem in tali caſu ad idolatras debellandum ſiue puniendum et vi et armis eos cogendum vt ab idolatria et prædictis ſceleribus recedant: ſicut eam habẽt in eoſdẽ et in alios infideles in caſibus prædictis ſi fidei prædicationẽ impediant et eius ſuſceptionem et permanſionẽ in ea. Reſpon.

Reſpondeo ergo ꝙ in hoc eſt duplex opinio. Prima quod ſic: idq; ſolum poſtquam fuerint moniti ſufficienter vt infra dubio. 6. latius habetur, quæ et qualis monitio ſufficiens cenſeatur, quodque propter hoc poſſunt per principes Chriſtianos puniri, cogi, et debellari etiam ſine ſpeciali licentia Papæ: quamuis ad fidem cogi non poſsint, neque vt ſuſcipiant baptiſmum, ſed ne eam impediant, vt ſupra dubio. 4. dictum eſt. Opinio. 1.

Quæ opinio tripliciter probatur. Primo quia eccleſia habet poteſtatem non ſolum directiuam ad docendum, ſed etiam punitiuam et coherſitiuam ad puniendum et bello et armis cogendum quoſcunque etiam ordinarie alias nõ ſubditos, in quibus eſt iuſta cauſa ad id faciendum. Sed ſola idolatria, et multo magis cum ſceleribus ſibi regulariter annexis puta cum ſacrificijs et comeſtionibus innocentũ, etiã ſi alias nõ ſint infeſti Chriſtianis, nec fidẽ Chriſti in alijs libere audire vel ſuſcipere volẽtibus nõ impediãt, eſt iuſta et legitima cã digna punitione, et vt vi et armis cogãt recedere ab ea, qñ alias ſufficiẽter moniti ab ea recedere

nollent

noſſent:ergo Opinio uera eſt. Conſequentia eſt nota & maior probatur. Pro cuius declaratione nota ꝙ eſt duplex punitio ſiue uindicta peccati. Altera quæ ſolum eſt ad puniendum delicta contra legem propter & ſecundum demerita ſua,ſicut & ad præmiandum merita bona ſecundum iuſtitiam diſtributiuam ſecundum Tho. uel commutatiuam ſecũdum Scotum & alios, & hæc punitio ſiue uindicta peccati regulariter & ordinariè nõ niſi iudicialiter à ſuperiore in ſubditũ exercetur;neq; proprie bellum,ſed iudicialis punitio eſt, de qua hic non loquimur. Altera eſt quæ ſolum aut principaliter fit ad reparationem damni uel ſatisfactionẽ pro iniuria, uel ad defenſionem ſuam uel proximorum : modò pertineat propriè ad iuſtitiam hanc uel illam, modò non. Et hæc non ſemper iudicialiter ſed per bellum propriè offenſiuum uel et defenſiuum ſæpius exercetur;maximè dum non eſt ſuperior qui ius dicere poſſit, & uelit inter eos. Et ad huius uindictæ exercitium per bellum non oportet ꝙ bellator ſemper ſit ſuperior ordinarius in ſubditum puniendũ; uel contra quem bellũ fit, ut patet quando Rex Hiſpaniæ ex iuſta cauſa habet bellum iuſtum contra regem Galliæ,qui ſibi ſubditus non eſt;ſed requiritur & ſufficit ꝙ talis habeat auctoritatẽ indicendi bellũ,ut eſt Papa,Rex,uel princeps, aut cõitas non recognoſcens ſuperiorem quoad hoc ſecundũ doctores cõiter,& cauſa iuſta ad id,ut in prędicta maiore aſſumptũ eſt. Quæ iã probatur. Quia reſpub. ſpiritualis non debet eſſe mãca ſed perfecta ad ſuũ finem obtinendum,& eius impedimenta tollendũ, & ad ſua iura proſequendum,& Dei cultũ defendẽdum,& eiuſdem & proximorũ iniurias & blaſphemias in eum attendum & puniendum:ſicut & tẽporalis ad ſua tẽporalis perfecta eſt,& bellũ indicere poteſt cõtra quoſcunq; aliàs nõ ſubditos. Alioqui nec poteſtas tẽporalis,nec ſpiritualis ꝑ regẽ,neque per papã poſſet hoſtes alienos iniuriã facientes debellare,neque infideles etiam idolatras impedientes prædicationem & ſuſceptionem fidei debellare atque punire poſſet,quod abſit, ut ſupra dubio. 4.dictum eſt.Sufficit ergo auctoritas ad conuocandum ſubditos, & amicos, & adiutores ad bellum & iuſta cauſa ad id, ut in illa maiore aſſumptũ eſt; idque iure diuino uel naturali conceſſum eſt.

Minor autem ꝙ ſcilicet idolatria eſt iuſta cauſa belli & digna punitione &c.probatur. Quia ſecundum B.Thomam 2.2. q.40.artic.1. iuſta cauſa bellandi contra aliquos eſt quando hoc illi merentur propter aliquam culpam,Sed idolatria id meretur tum propter iniuriam proximorum,tum et propter iniuriam Dei. Primò quidem propter iniuriã proximorũ quòs ſuis idolis ſacrificant & comedũt innocentes. Nam ſicut eccleſia poteſt debellare quoſcunque infideles ſi proximorum ſalutem impediant,& eorum conuerſionem ad fidem, ratione defenſionis proximorum; ita eadem quoque ratione poteſt illos idolatras debellare, atque punire & prohibere ne homines idolis ſacrificent, & commedant ſecundum id Prouer.24. Erue eos qui ducuntur ad mortem ſcilicet iniuſte. Et Eccle.17. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, ut ſcilicet illi prouideat in neceſſitate corporali & ſpirituali, ipſumque iniuriam patiẽtem defendat ut cõmodè potuerit, ut hoc etiam fatetur Soto in 4.diſtinct.5. q.1. art.10. dicens etiam ꝙ ſi pater infidelis uellet occidere filium paruulum ne baptizetur eſſet prohibendum ei, & filius ab eo tollendus. Et conſonat Gabriel in 4.diſtin.4.q.2. art.3. & latius hoc proſequitur Victoria in ſecunda relectione de inſulanis.§.15. in quo & omnes doctores ſine dubio conſentiunt. Iam ex hoc patet intentum. Nam ſi hac ratione eſt legitima cauſa ad illos idolatras debellandum & iura belli in eos proſequendum ad proximorum defenſionem ergo, & ratione ipſius idolatriæ tollendæ,quæ eſt cauſa propinqua & origo ordinaria iubens illa hominum nefaria ſacrificia, & comeſtionem fieri. Neque ualet dicere quòd illi omnes idolatræ in ſua idolatria cõſentiunt in eiuſmodi ſacrificiis & comeſtionibus hominum: quia in hoc non ſunt ſui iuris ut poſſint conſentire, & ſe & ſuos tradere ad mortem inſontes.

Secundò etiam probatur illa minor ꝙ etiam ſi non ſacrificarent neque comederent homines, nec quouis modo prædicationem & ſuſceptionem fidei aliis uolentibus impedirent,ſed ſolum propter iniuriam Dei uitandam,quam irrogant in ſua idolatria,eſt poteſtas & iuſta cauſa ut propter eã idolatrę poſſint puniri,& bello cogi ut ab eã recedãt, & unum uerum Deum ſaltem per rationem naturalem opinatiuè recognoſcant. Quia ſi aliqui ſubditi honorem & debitam obedientiam ſui regis tollerent & alteri impenderent,utique per quoſcunq; potentes etiam ſubditos, illi rebelles & iniurii in ſuum regem & rei lęſę maieſtatis puniri poſſent & debellari.Sicut etiam ſi pagani facerẽt aliquam iniuriam aut ignominiam Chriſto dum agebat in humanis, aut regi Chriſtiano uiuo uel defuncto, aut eius imagini uel crucifixo aut ſacramentis, uel eccleſię quocunque modo blaſphemiam uel illuſionem irrogarent:quamuis idẽ ipſe uel Chriſtus poſſet ſuum honorem tueri & iniuriam uindicare:certè propter hoc poſſent per eccleſiam, uel Papam, uel etiam per principes Chriſtianos puniri & debellari,ad tuendum honorem Chriſti, uel fidei, uel eccleſiæ, ut ait expreſſè Caietanus 2.2.q.10.art.8. & 9.ſed non minus ex charitate uel etiam ex iuſtitia nos Chriſtiani tenemur eiuſdem Dei honorem tueri,& iniuriam in eum illatam uindicare & prohibere:& maximè papa & principes Chriſtiani ſecundum Grego.& habetur.23.q.4. ca. ea uindicta.& Auguſt.ſuper Ioſue.lib.6.ca.10. & habetur, 23.q.2.ca.dominus.& lib.18.de ciuita.cap.54. ut etiam refert & docet.B. Thom.ſecunda ſecundę. q.10.art.11.Et Abulen.Matth.5.q.324.ad.4.& q. 338.Et Hierony.ſuper Hieremiã & habetur.23.q. 5.cap.regimini.Et Chryſoſt.ſuper Matth.5.Et latius agit Gabriel in quarta diſtinct. 15. quæſtio.4.

Neq; minor neq; minus digna punitione eſt iniuria, quę Deo vt Deus eſt per idolatriā irrogatur, dū eius excellentia honor & obedientia illi ſoli debita auferetur, & dęmoni, aut alteri creaturę tribuitur. Immo & idolatria ipſi fidei vnius veri, & Chriſti redēptoris magis directè, q̄ alia peccata ipſo facto cōtrariatur, & fundamentū chriſtianę religionis euertit, ut expreſſè dicunt B. Tho. 2.2.q.10. art.3.& q. 95.art.4. Et Alexā. Alen. 2.par.q.170. mēbro 4. ꝙ idolatria eſt principiū & finis oīum peccatorū. Et Gregorius Nazianzenus in oratione in ſanctū Paſcha. & Ambroſius ſuper ad Ro.6. & ca.1. & ſuper 1.Corint.6.& 15.c. Et habetur Sap.12. & 14. Initium fornicationis eſt exquiſitio idolorū &c. Et ad Ro.1. Quia mutauerūt gloriā incorruptibilis Dei &c. ſequitur. Digni ſunt morte. ſ. ęterna & tēporali ſecundū Nico. Lyr. & Diony. Carthuſiē. & alios. Igitur dicendū eſt, ſicut tandē Soto in 4.diſt.5.q.1.ar.10. fatetur idolatriā eſſe iuſtam cauſam, dignamq; punitione tēporali, ut ſupra ſubſumptū eſt in minori: quę per prędicta probata eſt, quāuis ibidem Soto malè neget poteſtatē eccleſię ad idolatras debellandū, ut infra in ſecunda opinione latius habetur.

Reſpon. 1.

Secundò principaliter hęc prima probatur opinio: quia, ut ſuprà dub.4. declaratū eſt, Papa habet poteſtatē temporalem & coercitiuā & punitiuam ſuper oēm creaturam, & reges, & regna mundi in ordine ad ſpiritualia: & eam pōt exercere ēt in actu in caſu neceſſitatis ſi expediret: ſicut & Chriſtus in habitu tantū ſecundum oppoſitum opinantes habuit ptātem ſuper oēs & omnia: non aūt in actu & uſu: quam tñ poterat exercere & exercuit aliquādo in caſu neceſſitatis, uti ad Dei honorem & hoīum ſalutem expediebat. ergo ſimiliter Papa habet poteſtatē in caſu neceſſitatis ēt ſuper idolatras, & regna & bona eorū ad hunc finē ꝙ Deus per eos non blaſphemetur, neq; honor & obedientia ei debita ab eo tollatur, & detur creaturę. Alioqui nihil prodeſt prędictam poteſtatem in habitu tantum habere, ſi non ēt in actu & uſu eam haberet quando eſſet neceſſarium eam exercere ſuper oēs etiam ſuper idolatras, quando & quomodo expediret pro temporum uarietate. Nam ſecūdum Ariſt. fruſtra eſt potentia, quæ non reducitur ad actum.

Tertiò principaliter eadem prima opinio probatur. Quia propter eādem cauſam poſſunt idolatrię per papam & principes chriſtianos puniri iuſtè & debellari (ſeruato tamen debito moderamine, de quo infrà dubio 6. latius) propter quam Deo approbante & iubente filiis Iſrael idolatras terrę promiſſionis & aliarum regionum debellarunt. Sed in ſacra ſcriptura legimus propter idolatriam & iniuriam hanc Deo illatam iuſtè debellatas eſſe atq; punitas multas nationes per filios Iſrael, ēt ipſo Deo ſępe iubente & non ſolum permittente vt etiā per illos & per alias nationes idolatræ punirentur & debellarentur. ergo opi. ſtat in ueritate. Cōſequentia patet. Et minor conſtat Deut.9. Propter impietates ſuas iſtæ gentes deletę ſunt &c. Et cap.7.12.18.30.31. ad idem habetur. Percutita eos. ſ. idolatras vſque ad internitionem &c. & Leuit.18.20. Et Exo.34. Non adorabis Deos eorum, ſed deſtrues eos &c. Et Dan.3. Laudatur pręceptum regis Nabuchdonoſor ēt ſine pręcepto Dei, ꝙ qui blaſphemaret verum Deum occideretur. Laudatur etiam ab Auguſtino ſuper Ioan. et habetur 23.q.3. c. qui vult. & in epiſtola ad Vincentium 23.q.3. c. nō inuenitur. Laudantur etiā leges imperatorum cōtrà ſacrificia paganorum. C. de ſacrifi. paga. l.1. l.4. & l.8. Nemo. Ad idem etiam ſunt Eſa.13.16.21.34. & Iere.50. Ezech.31.c. Naum.1. Michęę.5. Zacha.13. ubi propter idolatriam illę gentes dicuntur iuſtè deſtructę uel etiam deſtruendę.

Maior autē illa probatur, Quia iudicia Dei ſunt exemplaria iudiciarum noſtrorum; ita ꝙ ex punitionibus idolatrarum & Blaſphemorum per Deū iuſtè inflictis rectè inferunt ſancti doctores quòd etiam in noua lege tali pœna puniri poſſunt ſimiles peccatores ut patet quia Auguſt. contra Petilianum. & habetur. 23.q.3.ca.1. qui peccant. Et alibi ut refertur ea.q.ca. quoniam. ca. quādo vult Deus ca. non inuenitur, exemplo Iſraelitarum cōtra idolatras, & Helyę contra prophetas Baal. 3. Reg.18. dicit id etiam, nunc iuſtè fieri poſſe & Caieta. 2.2. q.40.art.1. ſecundum B. Tho. ex exemplis, 1. Machabeorum. 2.ca. & aliunde arguit licitum eſſe bellum prō defenſione fidei de honoris Dei, & patrię, & legum contra quoſcunque, & ita maior uera eſt, quę etiam Secundò probatur: quia ſicut Iſraelitis ex diuino pręcepto ſiue licētia licuit Idolatras de terra promiſſionis delere, quia ibi Dei cultus futurus erit; Ita ergo id licet Chriſtianis in toto mūdo quia ibi iam in lege gratię fides Chriſti prędicari & coli ab omnibus debet. & ad hūc finem, impedimentum Idolatrię omnino fidei Chriſti cōtrarium etiam bello, dum aliter fieri non poteſt, utique tollendum eſt.

Hanc opinionem expreſſè tenent Nicolaus Lyran. ſuper nu.31. Et Abulen. Deut.2.q.6. Et Gabriel in 4. diſtin.15.q.4.art.1. Et Caieta. 2.2.q.10. art.8.& 9. Et Florent. 2. par. titu.12.cap.3. §.1. Et 3.par. titu.22.ca.5.§.8. Et Turrecremata de poteſtate eccleſiæ lib.2.cap.114. Et Sylueſter tit. papa q.7. tit. iudęus. q.4. tit. infidelitas. q.8. quæſtio.9. Et ſumma Armilla. ibidem. Et Pater Alphonſua à Caſtro de iuſta punitione hæreticorum lib. ſecundo, ca.14. Et Inno. in ca. ſuper his. de uoto & uo. re. dicit ꝙ papa poteſtatem habet etiam ſuper oēs infideles de iure, licet non de facto habeat executionem, quia non prodeſt nec expedit, Nam ſi prodeſſet utique licitè eam in eos exercere poſſet. Ad idē eſt Panor. Et Hoſtien. ibidem. & gloſſ. in extrauagan. ſi fructum. ne ſede uacan. &c. Et Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. & Ioan. Andre. in nouellis. Et Holkoth in ſapientiam lectio.65. Et Honcala in quodam ſuo tractatu de hac materia.

Sed hæc prima opinio prima facie aliquibus uidetur deficere in duobus. Primò quia poteſt negari illa

Impugna- prime op- nionis.

ri illa

ri illa minor primæ probationis principalis, ubi dicitur ꝙ ſola idolatria eſt cauſa iuſta & digna punitione per papam & principes Chriſtianos ui & ármis facienda, de qua loquitur maior prædictæ probationis. Et ad eius probationem ubi dicitur quòd ſi ratione defenſionis proximorum, ne in ſacrificiis occidantur & comedantur, poſſunt idolatræ debellari, ergo etiam ratione ſolius idolatriæ tollendæ. Negatur hæc conſequentia. Quia idolatria non eſt de ſe cauſa neceſſaria ſacrificiorum & comeſtionum hominum: Nam ſtat idolatria ſine his cũ aliis ritibus ſine offenſa proximorum. quando autem non ſtaret ſine tali offenſa conceditur illa minor & tota illa ratio. Sed certè quia ita regulariter contingit: ideo abſolutè & ſimpliciter illa ratio bona ſufficiensq́; uidetur pro hac prima opinione.

Ad ſecundam etiam eiuſdem minoris probationem ubi dicitur quòd ſolum propter cauendã iniuriam, quæ per idolatriam Deo irrogatur, eſt iuſta cauſa bellandi: quanuis poſſit dici quòd licet propter puram idolatriam ſicut & propter alia peccata Deus per ſe & per alios bonos & malos iuſtè puniat: non tamen papa, aut princeps Chriſtianus ſine ſpeciali Dei mandato uel inſpiratione, ſicut neque propter aliam puram infidelitatem & alia eorum peccata, illos punire aut debellare poteſt, quia non eſt ibi formalis blaſphemia uel iniuria Deo illata, ſicut eſt quando Deus, aut Chriſtus, uel eius imago expreſsè blaſphematur uel irridetur. quanuis ergo ita poſſet apparenter dici & eneruari illa prima ratio: tamen negari non poteſt quòd in idolatria eſt aliqua iniuria Dei ut in illa prima probatione habetur; & ideo uidetur ſufficiens pro illa prima opinione.

Secundò deficit illa opinio quia nec illa tertia ratio ſumpta ex exẽplis ſacræ ſcripturæ ualet pro illa prima opinione. Nã poteſt negari maior, quia multa liceat ex Dei ſpeciali præcepto uel inductione, quæ ſine illo non licerent quando ſunt contra legem ordinariam, quale eſt propter ſolam idolatriam uel infidelitatem aliquos ĩfideles punire uel debellare, quia uidetur aliqua coactio ad fidem. Item ad minorem poteſt dici ꝙ non propter ſolã idolatriam, ſed propter alia etiam ſcelera Deus præcepit illos debellari, & quia impedierunt Iſraelitis tranſitum ad terram promiſsionis & eius poſſeſsionẽ, quam Deus illis dederat. ideo Deus præcepit eis ut etiam repentino bello etiam uſque ad internitionem omnium etiam paruulorum ſine ordinario moderamine illos occiderent, ut patet in locis ibidem allegatis. id quod ſine Dei ſpeciali mãdato facere nõ licuiſſet, neque nobis liceret etiam iuſtè debellando quoſcunque idolatras quantumcunque proximis, & Deo iniurioſos & impedientes fidei prædicationem & eius ſuſceptionem, ut infra dubio 6. habetur.

Sed certè hæc eluſio rationis non ualet illam eneruare quin ſufficiens illa tertia ratio ſit pro illa prima opinione: quanuis Victoria & Soto ubi infra & alii dicant oppoſitum. Nam illa maior ſuperius probata eſt per doctores ſacros ſufficienter: quòdque non eſt contra ſed ſecundum legem ordinariam idolatras propter ſolam idolatriam iuſtè poſſe per papam & principes Chriſtianos debellari cum debito moderamine. Illa etiam minor etiam probata eſt quò ad hoc tantum per illa exempla ſacræ ſcripturæ: quanuis quò admodum illius debellationis illarum nationum terræ promiſsionis ſine ordinario moderamine non niſi ſpeciali Dei iuſsione uel conceſsione iuſtè fieri potuit propter alia ſcelera idolatriæ adiuncta. Et quò ad hoc ibi non arguitur ex illis exemplis: ſed ſolum ad iuſtitiam belli propter ſolam idolatriam comprobandum illa tertia ratio cum aliis rectè procedit ex exemplis pro illa prima opinione. Ad quod etiam uideatur quod infra in quarta probatione ſecundæ opinionis habetur.

Opinio. 2. Secunda opinio eſt omnino in oppoſitum quòd propter ſolam idolatriam non poſſunt idolatræ iuſtè per papam uel principes Chriſtianos puniri uel debellari ut ab ea recedant: ſicut neque ut alii infideles à ſua infidelitate recedant ut ſupra in quarto dubio habetur: quòdque de utriſque idem omnino iudicium eſt.

Quæ opinio ſeptempliciter probatur. Primò quia uel idolatræ tenentur has ferre pœnas bello illatas pro ſua idolatria ſola, uel pro ſua inobedientia quia ſcilicet papæ monenti per ſe aut per ſuos prædicatores non acquieſcunt; uel non tenentur. Si non tenentur ergo nec papa nec alius poteſt inferre pœnam uel bellum. Si tenentur ergo tenentur recognoſcere & recipere papam ut ſibi ſuperiorem & legiſlatorem. Ita quòd ſi illum non recognoſcunt poſſunt propter hoc ab eo puniri & debellari tanquàm inobedientes Papæ ſuperiori ipſorum, cuius tamen oppoſitum ſupra in quarto dubio decretum eſt. Cùm igitur idolatræ, & alii infideles non teneantur recognoſcere Papam, nec alios principes Chriſtianos eſſe ſuperiores eorum ſaltem quò ad hoc niſi prius fidẽ Chriſti ſuſcipiant; ſequitur quòd neque iudicium uel ſententiam eorum pœnasq́; ſubire: quòdq́; nec papa aut alii fideles poſſunt eis propter hoc bellum inferre, neque ut ab idolatria recedant: quantumuis idolatræ contra Deum peccent idolatrando & prædicationem fidei uel ipſam fidem non ſuſcipiendo, nec acquieſcendo.

Sed certè hæc ratio, quã facit Victoria pro hac opinione in prima relectione de inſulanis. §. 40. Et Soto in 4. diſt. 5. q. 1. art. 10. non uidetur ſufficiens; quia poteſt dici ꝙ idolatræ quanuis ratione inobedientiæ ad Papam, quem neque recognoſcunt, neque ullo humano præcepto recognoſcere tenẽtur, quicquid ſit de iure diuino, non teneantur ſubire aliquam pœnam humanitus illatam, neque poſſunt iuſtè debellari, & nihil aliud probat ratio prædicta. At uerò alia ratione idolatriæ quia eſt iniurioſa Deo uel etiam proximis poſſunt iuſtè puniri & debellari:

bellari: ſicut ſi prædicationem fidei impedirent, ut ſupra in prima opinione probatum eſt.

Secundò probatur hæc ſecunda opinio per id 1. Corinth. 5. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare? Nonne de his, qui intus ſunt, uos iudicatis? Nã eos qui foris ſunt dominus iudicabit. Hæc ibi. Vnde uidetur ꝙ papa non poteſt iudicare, neque punire, aut bello cogere idolatras &c. ut dictum eſt.

Sed certè neque hæc auctoritas benè intellecta facit pro hac opinione. Nam tripliciter poteſt intelligi. Primò quòd eccleſia nõ poteſt iudicare, uel non iudicat de facto infideles iudicio ſpirituali directè, puta illos excommunicando, qui iam foris ſunt; uel leges Chriſtianæ religionis illis imponendó, puta quòd ieiunent & decimas ſoluant, & feſta obſeruent, & alia eiuſmodi, quia ut habetur in ca. gaudemus. de diuort. Infideles non ſubiiciuntur, neque tenentur legibus eccleſiæ; benè autẽ ex cauſa legitima iudicat de eis iudicio punitiuo, & ſæpè eos punit, & punire poteſt indirectè pœna ſpirituali excommunicationis, puta prohibendo fideles ne communicent cum illis, ut 28. q. 1. ca. ſæpè. Et etiã pœna temporali & corporali directè, ut habetur in dict. ca. ſæpè. & de raptori. ca. in archiepiſcopatu & in multis aliis caſibus in quibus eos repellit ab actibus legitimis dignitatibus, & officiis ciuilibus etiam ſi non ſubſint dominio Chriſtianorum, nec in eorum terris commorentur, ut patet. 2. q. 7. ca. alieni. Et diſt. 54. ca. nulla officia. & 24. q. 2. ca. ſanè. Et extra. de iudæis. ca. iudæi. & ca. conſuluit & de teſtibus. ca. iudæi. & in multis aliis caſibus ut refert Syluester tit. iudæus. q. 4. q. 5. Et ita exponit & tenet Alexander de Alis par. 2. q. 160. membro 1. & B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 10. art. 9. 10. 11. Et Caietanus ibidem latius. & gloſſ. in dict. ca. iudæi. de iudæis. & in ca. Conſtituit 22. q. 4. & in ca. multi 2. q. 1. Et Turrecremata in ſum. de eccleſia. lib. 2. ca. 114. propoſitio. 13. Et Florent. 2. par. titu. 12. ca. 3. §. 1. & alii multi ſic exponunt.

Secũdo modo exponitur ut ait Abulen. ĩ Matth. 19. q. 63. ꝙ Paulus ibi non abſtulit eccleſiæ poteſtatem iudicandi de his qui foris ſunt; ſed ſolicitudinem: ideo non ait Non poſſumus iudicare, ſed quid mihi, id eſt quæ utilitas eſt mihi; uel quæ ſolicitudo eſt mihi impoſita ut iudicem uel legem uiuendi ponam infidelibus? Quia quicquid faciunt inutile eſt, dum manẽt in ſua infidelitate: qui enim non credit iam iudicatus eſt. Ioan. 3. Ideo nemo debet inutilem ſolicitudinem aſſumere cum infidelibus: quia illi ſunt in ſtatu damnabili, in quo ſi permanent peribunt, quicquid faciant, & quicquid fit nunc circa eos inutile eſt. Ideo eccleſia nil aliud facit niſi hortari eos ad fidem, per quam ſolum eſt ianua ſalutis: neque prohibet eis, quę diſtrahunt à Deo, ſed quæ proximis nocent cum quibus uiuunt, & quæ ſunt contra publicum ſtatum illius politiæ, in qua uiuunt. Hæc Abulen.

Et conſonat Claudius Guillandus dicens. Quid mihi: i. ſuperuacaneũ eſt illis imponere leges Chriſti, qui nolunt eum recognoſcere. Et Titelman. Quid mihi. i. quid mea refert iudicare de his qui ſũt huius mundi extra eccleſiam qualeſcunque illi ſint ut eorum uobis conſortium interdicam? Certè de his qui intra eccleſiam ſunt uos iudicare debetis delinquentes puniendo. Qui autem extra eccleſiã ſunt licet noſtrum iudicium effugiant, Deus tamen eos iudicabit ſecundum opera eorum. Similiter Innocentius in ca. ſuper his. de uoto. dicit quòd id Pauli, non pertinet ad nos iudicare de his qui foris ſunt, intelligitur quòd non debemus eos iudicare excommunicando uel compellendo ad fidem, ad quam ſola Dei gratia uocantur. 45. diſti. ca. de iudæis. Vbi nota quòd id, quid mihi &c. exponitur non quidem quòd non poſſumus, ſed quòd nõ pertinet ad nos tanquam inutile iudicare de his qui foris ſunt. Simile etiam rationem reddit B. Gregorius & Alexander Alen. 2. par. q. 79. de non arcendis iudæis à ritibus ſuis & cæremoniis, ſed tolerandis: quia nihil utilitatis eſt, nec hoc illis proficiet ad eorum conuerſionem ad fidem, neque per hoc illos poſſumus lucrari: ideo illis fruſtra regulam imponeremus. Et diuus Auguſtinus ait V in centurio, & habetur. 23. q. 4. ca. forte. etiam de fidelibus baptizatis idem dicit quòd ſcilicet quando per iudicium non poſſunt commodè auferri ab eccleſię cõmunione tolerentur potius ut palea cum tritico uſque ad ultimum uentilabrum, uel ut malus piſcis donec ſeparetur à bonis in fine ſeculi. Nunc autẽ quod ita toleratur non ex defectu poteſtatis aut iuris, ſed quia non aliter expedit facere ita toleratur, & ad Dei iudicium remittitur. Sicut ad Rom. 2. dicitur: Exiſtimas ô homo qui facis quæ condemnas quòd effugies iudicium Dei?

Et ita ex illa auctoritate 1. Corinth. 5. non arguitur defectus poteſtatis temporalis eccleſiæ ſupra idolatras: ſed ꝙ eam in illos non expedit ſed inutile eſt exercere ut dictum eſt. Concilium autem Triden. Seſsione. 14. cap. 2. dicens ꝙ eccleſia in neminem iudicium exercet qui non ſit per ianuam baptiſmi in eam ingreſſus ſecundum 1. Corinth. 5. Quid mihi de his qui foris ſunt &c. conſtat ꝙ loquitur de iudicio ſpirituali ſacramenti pœnitentiæ de quo ibi agitur. De alio autem iudicio temporali nil loquitur. Sed neque dicit ꝙ eccleſia non poteſt, ſed ꝙ de facto non illud exercet ſupra infideles, quia eis non prodeſt nec expedit regulariter ut ſæpè dictum eſt: & præcipuè tunc tempore beati Pauli quando erant pauci credentes & parua poteſtas temporalis de facto in eccleſia ut ait Abulen. Matth. 20. q. 96. ex Auguſtino quòd tũc ſoror noſtra paruula erat & ubera non habens nil mirũ ſi nec tunc arma contra infideles & hæreticos habebat, ideo uix hanc poteſtatem temporalem niſi miraculosè in peccatores & infideles exercebat, quia non aliter expediebat, ut patet Actu. 5. De Saphira & Anania. Et cap. 13. de Elima mago ut de hoc latius infra ĩ tertia probatione ſequẽti habebit.

Tertio modo & forſan melius exponit. de iudi-

cis

tio tantum puniciuo & iudiciali propter demerita peccati uel idolatriæ ſecundum iuſtitiam punitiuá, & de tali iudicio nos hic non agimus, ſed de bello ad arcendum idolatras ab idolatria pro deſenſione honoris Dei & ad uindicandum iniuriam eius; ſicut & pro deſenſione & uindicta iniuriæ reipu. uel innocentum fieri poteſt & debet, uti ſuperius dictum eſt.

Tertiò principaliter hæc ſecunda opinio probatur. Quia eccleſiæ conſuetudo habet parem auctoritatem cum ſententia omnium doctorum ſimul & ſacræ ſcripturæ, ut ait concilium Triden. Seſſ. 4. ca. 1. Sed eccleſia etiam quando babebat principes potentiſſimos nunquam quempiam illorum contra idolatras ad deſerendam idolatriam armauit, ergo id non poteſt. Conſequentia patet etiam negatiuè, eccleſia nunquam hoc fecit ergo fieri non poteſt, ut habetur in ca. inter corporalia. de tranſla. epiſ. & gloſ. in ca. peruenit diſti. 93. ad idem eſt diſti. 45. ca. de iudæis. ca. quis ſyncera. ca. quid autem. item ad idem eſt ca. conſuluiſti. & cap. monomachiam. 2. q. 4. & ca. amputato. 25. q. 2. & alibi. Et B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 10. art. 8. & 12. hac ratione nititur dicens quòd filii infidelium parentibus inuitis baptizandi non ſunt, quia eccleſia id facere non conſueuit.

Sed certè ratio hæc non eſt ualida pro hac ſecunda opi. Nam maior eſt uera & concilium loquitur ſolum de conſuetudinibus & traditionibus quæ, ut ibi ait conciliū, ipſius Chriſti ore ab apoſtolis acceptę, uel ab ipſis apoſtolis dictāte ſpiritu ſancto quaſi per manus traditæ ad nos uſq; peruenerunt, qualis eſt conſuetudo confitenti tali modo, & miſſas celebrandi, & orandi pro uiuis, & defunctis, & colendi imagines, & miniſtrandi ſacramentum confirmationis, & extremæ unctionis. Item de conſuetudinibus negatiuis de non faciendo hoc uel illud quæ ſunt per cōcilia ab initio eccleſiæ, aut per ius canonicum prohibitæ, uel tanquàm illicitæ uel temerariæ ſemper habitæ ſunt apud fideles generaliter, & non de aliis. Alioqui modò eſſet de fide non baptizare filios infidelium inuitis parentibus eorum, quod abſit, nam ſolum eſt opinio. Negatur autem minor ꝙ talis ſit hæc conſuetudo eccleſiæ. Nam ipſe B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 10. art. 8. & 11. dicit tales ritus idolatrarum & infidelium non eſſe tolerāndos, ꝙ ſi alicubi & aliquando eos tolerabat eccleſia, ideo eſt quia tunc non habebat tantum robur ut de facto præualere poſſet tantæ multitudini infidelium ſine maiori iactura aut ſcandalo, aut quia habebat ſpem eos dulcius conuertendi ad fidem per prædicationem eius. Et conſonat Gabriel in 4. diſti. 4. q. 2.

Item in ca. ſi eccleſia. & ca. dupliciter. & ca. non inuenitur. 23. q. 3. diffinit Auguſtinus ad Vincentium Donatiſtam, & ad Donatum ꝙ licet in euangelio nō inueniatur ꝙ apoſtoli petierunt à regibus auxilium contra infideles inimicos eccleſiæ; inueniuntur tamen Dani. 3. duo exempla regis Nabuchodonoſor præfigurantia duplex tempus eccleſiæ. Primum quando ſæuiebat in tres ſanctos pueros ut colerent ſtatuam auream, in quo figurabat primus ſtatus eccleſiæ ubi principes mundi infideles potentes ſæuiebant in eccleſiam. Secundū quando rex ipſe iam conuerſus decreuit ut qui non adoraret uerum Deum periret. In quo ſignificatur ſtatus eccleſiæ huius temporis qñ reges mundi ad fidem conuerſi iam ad obſequium eccleſiæ, & ad nutum eius ſuam poteſtatem exercent contra hæreticos & infideles, ſecundum Pſal. 2. Quare fremuerunt gentes &c. Et ad idem eſt Abulen. Matth. 20. q. 90. dicens ꝙ diuerſa eſt ratio poteſtatis quoad factum uel exercitium i cohertione corporali per gladium materialem in hæreticos & infideles tempore apoſtolorū à tempore pręſenti. Nam tunc humilitas, & manſuetudo, & patientia Chriſti atque fideliū oſtendenda erat dum implebatur illud principium Pſal. 2. Quare fremuerunt gentes &c. Et illud Pſal. 43. Et Rom. 8. Propter te mortificamur tota die &c. Nunc autem non eſt prætermittendū ut etiam impleatur quod ſequitur ibidem. Reges eos in uirga ferrea &c. Pſal. 17. Perſequar inimicos meos &c. Non eſt ergo cur hæc tempora per illa metiamur, quin potius ſecundum Auguſt. Diſtingue tempora & concordabis ſcripturas. Neque enim nunc fides prædicanda eſt, neque gentes & idolatræ ad fidem ſunt conuertendi omnino eodem modo ſicut in eccleſia primitiua, ubi ſæpè miracula fiebant, quando pauciſſimi fideles Chriſtiani erant. Quia non eſt eadem ratio & cauſa ut dictum eſt. Ad quod etiam facit ꝙ in prima miſſione diſcipulorum à Chriſto Lu. 10. quamuis dictum ſit ut irent ſine baculo & pera: poſtea tamen tempore perſecutionis Lu. 22. dictum eſt eis quòd tollerent ſaculum & peram ad prouiſionē uictus, & gladium ad deſenſionem ſi expediret. Et prius Matth. 26. & Lu. 10. ꝓmiſſum eſt apoſtolis ut ſi eos perſequerentur fugerent ut conſeruarentur ad prædicandum gentibus poſt paſſionem Chriſti. Poſtea uero Matth. 10. & 24. dictum eſt ipſis iam factis epiſcopis quòd tradendi eſſent ante reges & præſides &c. Et tunc certè non deberent fugere ſi inde periculum fidei in ouibus immineret, ſed ut boni paſtores detinerentur pro ouibus ponere animam ſuam, ut Ioan. 10. habetur.

Quartò hæc opinio ſecunda probatur. Quia nuſquam in ſacra ſcriptura nec etiam alibi ſortè legitur ꝙ propter ſolam idolatriam Deus præceperit, uel ꝙ gentes terræ promiſſionis uel etiam extra eiectæ, uel deletæ, aut deſtructæ ſint, ſed ſimul propter alia ſcelera eorum.

Item ſecundò quia Deut. 20. Deus præcepit hebræis ꝙ quando exirent terrá promiſſionis ad bellum contra alias gentes idolatras (quales omnes ferè tunc erant) ſi illæ gentes ſe ſponte ſubiicerent eis, non occiderentur, neque deuaſtarentur, ſed manerent illis ſubiectæ ſeruientes ſub tributo in ſua idolatria.

Tertiò

Tertio immo etiam Deut.2. Deus prohibuit hebræis pugnare cõtra Amorrhæos Moabitas & filios Eſau,qui etiam erant idolatræ.

Ex his ergo uidetur ꝙ non eſt, neque fuit olim aut unquam licitum propter ſolam delendam idolatriam cogere ui & armis idolatras, aut eos debellare.

Sed neque ratio hæc ualet, quia ad eam poteſt reſponderi ꝙ cõceſſis omnibus illis tribus caſibus negatur adhoc cõſequentia. Et ratio eſt quia Deus ex cauſis ſibi notis uoluit ita tunc miſericorditer agere, & temperate ſuas punitiones in illos idolatras omnes, & præcipere iudæis ut ita miſericorditer facerent cum eis:cùm tamen propter ſolam idolatriã & ritus ſuos ſi Deus non prohibuiſſet utique iuſtè puniri & debellari potuiſſent. Quod inde patet:quia ſecundum doctores omnes & Victoria in ſecunda relectione de inſulanis. §.15. ut ſupra in prima opinione in prima eius probatione dictum eſt, propter hominum ſacrificia uitanda nũc iure naturali poſſunt idolatræ & poterant iuſtè debellari ceſſante prohibitione diuina. Omnes aũt idolatræ illi habebant ſuos ritus de hominibus ſacrificandis, ut patet Leuit.20. Deut.13. 2.Paralyp. 28. & Iere.32. de initiantibus & luſtrantibus filios ſuos per ignẽ idolo Belſegor & Moloch; ergo miſericorditer Deus cum eis egit non permittendo eos ut iuſtè poterant deuaſtari propter idolatriam cum ſuis annexis: & eadem ratione propter ſolam idolatriam, quæ id utique merebatur. & ita conſequentia tunc, & à fortiori nunc in lege gratiæ negatur, ubi præcepta iudicialia ueteris legis, qualia hæc Deut. 2. & 20. & alia eiuſmodi ſunt, iam ceſſauerunt.

Quintò hæc ſecunda opinio probatur. Quia Auguſtinus ſermone.6. de uerbis Domini admonet ne idolatræ per uiolentiam à ſua impietate diuellantur etiam ſi in cõſpectu Chriſtianorum ſua idola adorent, quia talem inquit poteſtatem non habemus ut ea infringere ualeamus. Sed quando inquit Deus illos dat in hanc poteſtatem? Reſpondet, quando erunt Chriſtiani, aut quando ſponte ſua in noſtram familiam uenerint, iuxta id Deut.7. Cùm data fuerit terra in ueſtram poteſtatem aras & lucos eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum confringetis. Hæc ille.

Sed certè auctoritas hæc non eſt efficax pro hac ſecunda opinione quia poteſt intelligi quòd eccleſia non habet hanc poteſtatem non quidẽ iuris ſed facti tantum uel exercitii, quia ſcilicet non expedit eam niſi in Chriſtianos regulariter exercere, ut ſupra & in prima opinione dictum eſt. Quamuis Soto in 4. diſti.5.q.1.art.10. malè referat hanc auctoritatem dicens ꝙ ad id Auguſtinus allegat id 1. Corinth.5. Quid mihi de his qui foris ſunt, cum tamẽ eam non alleget, nec eius mentionem faciat ibidẽ ad propoſitum.

Sextò probatur opinio ſecunda, quia Matth.10. & Lu.10. habetur Si uos perſecuti fuerint i una ciuitate, fugite ad aliam &c. Non dicit occidite, rapite ut Lupi ſed uos potius ut oues iter lupos, ergo.

Sed certè neque auctoritas hæc probat intentũ, quia ſecundum Abulen. Matth.10.q.86. Si apoſtoli non recipiebantur in ciuitatibus, uel ſi iam recepti non permittebantur euangelium prędicare; nõ deberent prædicare, ſed eis annunciare mala quæ propter hæc incurrebant coram Deo hic & poſt mortem. Si autem aliqui uolebant eos audire, alii non, tunc ſi à nolentibus non prohibebantur, deberent prædicare uolentibus audire: ſi autẽ prohibebantur, deberent agere uti commodius uidebatur publicè uel occultè ſecundum ꝙ fructus ſperabatur uel non ſperabatur. Et ita intelligitur id 2.Timoth.4. Prædica uerbum, inſta opportunè, importunè &c. id eſt etiam nolentibus audire uel differentibus cõuerti ex uerecundia uel intereſſe &c. Si eſt ſpes fructus & non aliàs ut dictum eſt ſecundum rectam rationem. Hæc ille. Et ad hoc uide eã, quæ ſupra in tertia probatione dicta ſunt.

Septimò probatur ſecũda opinio. Quia coactio per bellum magis auertit idolatras à fine intento, qui eſt ut uerè ex animo relinquant idolatriam. Nã potius id facient fraudulenter: maleque aut prius afficientur ad fidẽ Chriſti & prædicatores eius: cũ uiderint propter illam ſe ſic bello coactos & afflictos, ut ſuam legem & ritus deſerant antiquos, quibus tandiu ſunt aſſueti.

Sed certè neque hæc ratio ualet. Quia inde ſequeretur quòd etiam ſi fidem Chriſti, & eius prædicationem impedirent, non eſſent debellãdi: quia malè afficerentur ad fidem & eius prædicatores. dico ergo quòd non eſt curandum de eorum indignatione præſenti, ſed de maiori fructu eorum uel poſterorum rationabiliter ſperato, ſicut doctores communiter dicunt de correctione fraterna. Nam fieri poteſt ut ipſi poſtea edocti uel illuſtrati de ſuo errore placentur, & libenter ſuum relinquant errorem & idolatriam: uel ſaltem ut eorum poſteri extra idolatriam nati id libentius faciant atque ſaluentur. Alioqui ſequeretur (quod abſit) ꝙ nullus eſſet uel compellendus ut à peccato uel errore aut hæreſi recedat modò Chriſtianus ſit, modò nõ ſit. id quod contra doctrinam ſanctorum & eccleſiæ eſt, ut patet.23.q.3.ca. Nimirum ca. diſplicet. ca. ſi duo aliqui. ca. ſi eccleſia. ca. qui peccat. Et 23. q.4. ca. uindicta, ut de hoc etiam B.Tho. ſecũda ſecundæ q.3. art.2. ad tertium arg.

Ex his duabus opinionibus iſta ſecunda tenetur nunc à modernis communiter, quam etiam tenere uidetur Victoria in prima relectione de inſulanis. §.27.40. Et in prima relectione de poteſtate eccleſiæ art.5.§.5. Et Soto in 4. diſti.5.q.1.art.10.& Couarruuias in regula peccatum par.1.§.10. Sed prima opinio uidetur probabilior, quam & doctores antiqui communiter & plurimi de modernis amplectũtur cõformiter ad ea quæ de poteſtate Chriſti ſuperius in primo dubio, in prima opinione ibidem habentur. Et ita tenet Roffen. contra Lutherũ art. Reſolutio

arti. 15. dicens. Quod primatus Petri ſuper omnes reges et regna mundi iam impletus eſt quoad donum et eius poteſtatis, quã traditam habet a Chriſto, vel quoad habitum in toto mundo etiam ſuper infideles qui ſunt oues Chriſti quanuis extra ouile Eccleſie errantes: non tamẽ omnino quoad executionem vel actum poteſtatis. Quia ſcilicet ad Papam pertinet cura omnium ouium Chriſti, Ioan. 20. Paſce oues meas, nõ ſolum eas que ſunt intra ſed que ſunt extra ouile Eccleſiæ a fide Chriſti aberrãtes, de quibus Ioan. 10. Alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili: illas oportet me adducere. ſcilicet per me et per meos miniſtros, maxime per Papam, Ad quẽ maxime pertinet de predicatione nunc illis prouidere: vt qui voluerint libere non coacti ad fidem Chriſti conuertantur: et hoc tãdem implebitur in fine mundi quãdo erit vnũ ouile et vnus paſtor. Ideo ſicut poteſtas Chriſti ei data a patre in cœlo et in terra. Matth. 28. impleta eſt in eo quoad habitum ab inſtanti conceptionis, et manifeſtata in reſurrectione: ſed nondum omnino impleta quoad actum executionis vſque ad finale iudicium vt ſupra dubio primo in prima opinione dictum eſt. Ita et poteſtas Pape ei a Chriſto promiſſa et data Matth. 16. et Ioann. 21. Paſce oues meas iam impleta eſt in eo quoad habitum et ius poteſtatis: non tamẽ omnino quo ad eius executionem vſque ad finẽ mundi quãdo omnes conuertentur ad fidem. Hæc ille.

Reſolut. ¶ Sed tandem reſolutorie videtur quod hec ſecũda opinio communis probabilior atq; tenẽda ſit. Nam quero ad quẽ finem vindicta hæc vel punitio bellica ordinetur? Nam vel ſolum fit ad idolatras occidendum, vel ad eos captiuandum, vel ad eorum dominia et bona omnia auferendum, in penam idolatrie vel vt eã deſerant? Primum dici non poteſt ꝙ. ſ. ad illos occidendum ſi illam nõ deſerant. Nam eodem iure ſequeretur quod non liceret eos relinquere viuos captiuos vel ſub tributo ſubiectos manentes in ſua idolatria et iniuria veri Dei. Hoc autem cõſtat eſſe falſum et contra Aug. vbi ſupra in. 5. probatione huius ſecũde opi. habetur. et eadem ratione et auctoritate Auguſt. conſtat quod nec poteſt dici ſecundum nec tertium quod ſcilicet ſit licitum bellum contra illos ad eos captiuandum et eorum dominia et bona omnia auferendum ſi non deſerant idolatriã. Ergo bellum hoc propter idolatriam tantum eorum preteritam preſentem et futuram puniendã vel auferendam vanum certe et illicitum eſt.

Dub. 6. ¶ Dubium ſextum. Quis modus habendus eſt in caſu quo licitum eſt infideles aut idolatras debellare? ¶ Reſpõdeo ꝙ regula generalis ab omnibus probata eſt quod prius ſunt illi ſufficienter et pacifice admonendi quod velint nos recipere et audire de pertinentibus ad ſalutem eorum: et de hoc ad eos ingreſſu et conuerſatione pacifica debemus eos verbo et opere ſufficienter certificare ita vt nobis credere teneantur: et ante premiſſam diligentiam non eſt neque cenſetur debitũ modo tamen neque iuſtum bellum contra eos.

¶ Si queratur quãdo et quotuplex monitio prædicta eſt aut cẽſetur ſufficiẽs? Nũquid ſufficit ſemel aut bis aut ter eã facere? ¶ Reſpõdeo ꝑ quinq; dicta ſequẽtia quorũ primũ eſt. Quod tenẽdo illã. Primum dictum. 1. opi. ſupra poſitã in. 5. dub. precedẽte, admonitio ſufficiẽs vt idolatre poſſẽt iuſto bello cogi ſolũ vt ab idolatria recederẽt tũc eſſet formaliter loquẽdo qñ prius pacifice rogati oẽs vel plures illius populi vel optimates et principes eius vt audiãt Chriſtianos volẽtes eis pacifice loqui de religione et ſalute ipſorũ, et illi nollẽt eos recipere nec audire: et in hoc totus populus vel maior eius pars cõſentiret. quod probatur. Quia vt ait Victoria in. 1. relectione de inſulanis. §. 36. illi habẽt grauiſſimos errores cõtra rectã rationẽ et legẽ naturalẽ, de quibus nullas habẽt rõnes veriſimiles excuſantes. Ergo ſi quis eos de his pacifice velit admonere vt audiãt et deliberẽt de rebus ad ſalutẽ ptinẽtibus: certe tenẽtur ſaltẽ audire et cõſultare. Quod ſi noluerint audire, vel ſi ratiõibus naturalibus ſufficiẽter adductis de vnico vero Deo colẽdo et de idolatrie vanitate reijciẽda noluerint acquieſcere vti tenentur: tũc vtiq; et nõ ante ſũt in culpa notabili, et ad id bello cogi poſſunt: quãuis ad fidẽ Chriſti ſuſcipiẽdã vel ẽt audiẽdã cogi nõ poſſint vt ſupra dubio. 5. dictũ eſt. ¶ Facit ad id Deut. 20. ca. Si qñ acceſſeris ad expugnãdũ aliquã ciuitatẽ. ſ. extra terrã promiſſionis, offeres ei primũ pacẽ: ſi receperit et aperuerit tibi portas: cũctus populus qui in ea eſt ſaluabitur et ſeruiet tibi ſub tributo: ſin aũt &c. Facit ẽt Luc. 10. Primũ dicite pax huic domui, dicite inquit nõ ſolũ ſalutãdo et deprecãdo ſed ẽt practice verbo et opere pacẽ offerẽdo et pacifice cõuerſando, vt ait Theophilactus, et alij, et facit Aug. vt habet. 23. q. 4. c. debet homo. ¶ Quare nõ licet idolatras repẽte debellare: quãuis ex ſpeciali Dei cõceſſione vel precepto id licuit Iſraelitis contra idolatras terre promiſſiõis dũtaxat vt Deut. 12. 20 habetur. ¶ Sed nota ꝙ hoc primũ dictũ procedit ſecũdũ illã pri. opi. ſupra poſitã in. 5. dub. precedẽte ad finẽ tantũ tollendi idolatriã. At vero quia illa pri. opi. ſuppoſita nõ eſt ſatis certa et quia nunc tẽpore legis grẽ habemus mãdatũ diuinũ de predicãdo euãgeliũ et fidẽ Chriſti et penitẽtiã pctõrũ in omnibus gentibus: quia et hec omnia ſunt omnibus hominibus neceſſaria ad ſalutem, vt patet Math. 28. Luc. 24. et Marc. vlt. et Actu. 4. ca. Ideo ſimpliciter non ſufficit admonitio ſupra dicta in hoc primo dicto. ſed etiã requiruntur omnia alia moderamina et diligẽtie que in ſequẽtibus dictis referuntur requiri ad euãgeliũ et fidẽ Chriſti omnibus infidelibus debite perſuadendũ. Alias iniuſtum bellum eſſet contra omnes idolatras et infideles nullam aliam iniuriam inferentes.

¶ Secundum dictũ ſit. Quod ad perſuadendum fidẽ Chriſti ſupernaturalẽ plus requiritur: neq; infideles aliqui tenentur eam ſuſcipere aut credere ad vnã ſimplicẽ monitionẽ ſtatim vt ſemel aut bis illis proponitur ꝙ ſola eſt vera religio Chriſtiana Dictum. 2.

ſtiana, quodque Chriſtus eſt mundi redemptor
atque ſaluator in cuius ſola fide eſt ſalus omni-
bus hominibus: niſi fiant miracula vel alique
ſufficientes probationes aut perſuaſiones ad id.
Vti hoc bene ait victoria vbi ſupra .§. 34. quia
talis monitio ſimplex etiam multiplicata non eſt
ratio ſufficiens ad credendum. Nam ſecundum
beatum Thomam ſecūda ſecunde queſtione quar
ta articulo quarto ad ſecundū et articulo quinto
ad primum. Ea que ſunt fidei ſunt viſa ſub ratio
ne credibili. Non enim fidelis crederet niſi vide
ret euidenter eſſe credenda, vel propter euiden
tiam ſignorum vel propter alias perſuaſiones:
quamuis non ſit euidens veritas ipſorum credi
bilium. Ergo vbi neque huiuſmodi ſigna neque
aliquid aliud ad ſufficiēter perſuadēdū credere ſu
pernaturalia concurrit: vtique non tenentur infi
deles aut Barbari credere. Ad quod facit Ioannis
decimo. Si ſigna nō feciſſem quæ nemo alius fe
cit non haberent peccatum ſcilicet infidelitatis
culpabilis. Immo vt ait Caietanus ſecunda ſecun
dæ queſtione prima articulo quarto. temere et
imprudenter quis crederet aliquid maxime in
his quæ ad ſalutem animæ ſpectant, niſi cognoſ
cat id a fide digno aſſeri. Barbari autem id non
cognoſcunt cum ignorent qui aut qualesſunt qui
nouam illis religionem proponunt.

¶ Secundo probatur idem. Quia ſi Sarraceni
ſimul etiam proponerent illis Barbaris ſectam
ſuam ſicut Chriſtiani ſimpliciter: non vtique te
nerentur Barbari illis credere vt certum eſt: ergo
neque Chriſtianis ſine miraculo vel alio motiuo
perſuaſiuo proponentibus. Quia non poſſunt
illi neque tenentur diuinare vtra eorum ſit verior
religio, niſi appareant probabiliora motiua pro
altera parte. Alioqui eſſet cito credere, quod lé-
uis eſt cordis Eccleſiaſt.19.

¶ Tertio probatur idem. Quia ſolum bellum
non eſt ſufficiens argumentum pro veritate fidei,
ſed falſe ſecte mahometice proprium eſt: ergo per
id non poſſunt infideles moueri ſufficienter ad
libere credendum ſed coacte et ad fingendum ſe
credere et recipere fidem Chriſti et baptiſmum,
id quod ſacrilegium eſt.

¶ Requiritur ergo et ſufficit ad hoc quod infideles
quicumq; fidem Chriſti ſuſcipere teneātur, quod
eis probabiliter proponatur, id eſt, cum miraculis
manifeſtis vel curationibus probabilibus et cum
vita honeſta et ſecundum legem naturalem ſtu-
dioſa. Nam talis vita magnum argumentum eſt
ad confirmandum veritatem predicatā. Quia ſe
cundum Chryſoſtomum Matthæi decimo nono,
nō ita ſignis adducuntur gentiles ad fidem vt bo-
na vita. Qui enim miracula faciunt ſine vita ſtu-
dioſa ſepe deceptores ab eis eſtimantur. Igitur ita
vt diximus faciendum eſt, idq; non ſemel et per
functorie ſed ſepe et diligēter proponatur et fiat.
Et tunc infideles credere ſub noua culpa infide-
litatis tenebuntur. Nam ſi Barbari tenentur tunc
audire et conſultare de pertinentibus ad ſalutem

ex quo de ſua ſecta rationabiliter certi non
ſunt. Ergo tenentur acquieſcere auditis ſi ratio-
nabiliter et ſufficienter illis probantur. Alias in
culpa infidelitatis ſunt. Mathæi vltimo. Qui non
crediderit ſcilicet vobis predicto modo predican
tibus fidem, condemnabitur.

¶ Sed notandum eſt quod modo infideles qui-
cunque credant fidei ſufficienter predicate modo
non credant: non poſſunt ante vel poſt ad id co
gi neque debellari vt fidē audiant vel ſuſpiciant:
niſi eam impediant aut predicationem eius fieri
alijs quibuſcunque volentibus eam audire ſiue re
cipere, vt ſupra dubio quarto latius dictum eſt.
Sed certe de huiuſmodi idolatris non impedienti
bus fidem neque comedentibus homines iniurie
moraliter ſperandum eſt quod ſi non hodie ſal-
tem poſtea cito conuertentur ad fidem: et ideo
non ſtatim ſunt debellandi et occidendi dum eſt
ſpes conuerſionis eorum. Neque iuſtum ſed iniu-
ſtum bellum carens debito moderamine cenſen-
dum eſt dum rei pro qua bellum geritur aliter
quam per bellum commode poteſt prouideri, vt
hoc optime doctiſsimus Caſtro de punitione he-
reticorum libro ſecundo capitulo decimo quarto
diſſerit.

¶ Tertium dictum eſt. Quando poſt ſufficien- Dictum
tes monitiones non omnes ſimul, ſed aliqui tantū
nunc, alij poſtea vel nunquam conuertuntur ad de
ſerendam idolatriam: tūc eſt ſub diſtinctione pro
cedendum. Nam ſi iſti qui ab idolatria nolunt cō
uerti non impediunt fidei predicationem et eius
ſuſceptionem alijs quibuſlibet volentibus audire
ſiue conuerti, neque comedent homines iniurie:
et hodie conuertuntur aliqui eorum, poſtea alij
poſt hebdomadam, et alij poſt menſem, et alij
poſt paulatim et ſucceſiue: ita quod eſt ſpes con-
uerſionis omnium vel maioris partis eorum ab
idolatria et etiam ad fidem: etiam ſi ad modicum
tempus in initio predicationis aliqui eorum alijs
diſſuaſiſent predictam conuerſionem: tunc certe
propter illos idolatras nolentes conuerti iniuſte
debellarentur cum eis etiam alij qui conuertun-
tur vel de quibus eſt ſpes quod cito paulatim con
uertentur, vt patet ex dictis. Et quia nec ſol exiēs
ſimul et equaliter omnes mūdi partes illuminat:
neque omnes fructus terre ſimul et equaliter ſta-
tim matureſcunt: neque omnes infirmi ſta-
tim ſimul ab eadem infirmitate conualeſcunt: ne
que omnes diſcipuli vel auditores ſtatim fiunt
æque ſapientes: ſed paulatim et ſucceſsiue ſperan
tur omnia ad ſuos effectus. Sic in propoſito dicen
dum eſt. Sicut et Eſa.30. Expectat dominus vt mi
ſereatur noſtri. Immo et quando eſt ſpes maioris
fructus vel conuerſionis eorum ſi Barbari non de
bellentur: tunc certe non eſſet iuſtum bellum ne
que debitum moderamen ad finem ceſſationis ab
idolatria vel conuerſionis eorum qui pretēditur:
Ratio nāq; mediorum ex fine ſumēda eſt.2. Phyſi
Id quod ex ſupra dictis etiam liquet. Et qui-
dem quando infideles ſunt faciles ad conuerſio-
nem

uerſionem, quales ſunt qui non ex obſtinata malitia uel odio ad Chriſtũ, uel fidẽ eius, u[illegible] ecleſiã Chriſti, uti ſunt obſtinati iudæi & ſarraceni, ſed ex ignorantia & ſimplicitate à ueritate aberrant, uti ſunt multi inſulani idolatræ, tunc certè magna ſpes eſt conuerſionis eorum omnium paulatim & ſucceſsiuè futuræ ad ueritatis uel fidei Chriſti ſufficientem monitionem uel prędicationem ſupradictam: tum ex eorum docilitate, tum etiam ex auxilio diuino prædicatoribus fidei promiſſo. Eſa. 55. Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo & inebriat terram, & germinare eam facit. Sic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo, paulatim producet fructũ ſuũ &c. Et pſal. 67. Dominus dabit uoci ſuæ uocem uirtutis. Et ibidem etiam. Dominus dabit uerbũ euangelizantibus, uirtute multa. Ideo cõuerſio aliquorũ ſpeciẽ cõuerſionis cęterorũ paulatim faciendæ arguit & præſtat, ſimul & iuſtitiã belli cõtra eos oſtẽdit manifeſtè.

Sed quid ſi principes uel maiores ab idolatria conertuntur ad ſufficientem prædicationem ueritatis & fidei, non autem populi eorum, neque minores qui nolunt conuerti? Reſpondeo ꝙ ſi nõ impediant prædicationem & cõuerſionem aliorum non poſſent iuſtè ſtatim debellari, ſed ſunt paulatim expectandi; quia tunc populus ſperatur facilè trahendus ad conuerſionem per imperium & mores maiorum ſuorum iuxta poeticum illud, Regis ad imperium totus componitur orbis: tunc enim maiores & principes illi in ſuo dominio permanẽtes iure poſſent ſubditos ſuos etiam ſub pœna rerum & capitis cogere ut relinquerent idolatriam & ritum eius: ſicut Dani. 3. Rex Nabuchodonoſor præcepit ut qui uerum Deum non adoraret diſperiret: & inde paulatim ad fidem Chriſti libenter ſuſcipiendam facilius perducerentur.

Quid autem contra, Si maiores aut principes adhuc in ſuo errore idolatriæ uolunt manere cum maiori parte populi ſui idolatrare uolentis cũ eo, quamuis non impediant alios uolentes ab idolatria recedere, ſicut & multi receſſerunt & recedere plures & ad fidem conuerti parati ſunt? Reſp. ꝙ tunc non eſſent debellandi ſed tolerandi idolatræ illi potentes: idq́; ut caueatur periculum maioris mali ex illo bello omnibus probabiliter imminentis, quàm ſit bonum uix ſperatum ex eorũ conuerſione: & ne cum zizanijs triticum ſimul tunc eradicetur dum eſt interim ſpes conuerſionis cæterorum. Et conſonat. B. Tho. 2. 2. q. 10. art. 11. dicens ꝙ ritus infidelium ſunt tolerandi propter uitandum ſcandalum ubi eſt maior multitudo infidelium repugnantium, aut propter ſpem maioris fructus ipſorum, uel aliorum.

Quod ſi maior pars populi aut populorum iam quomodocunque iuſte uel iniuſte deliberatorum conuerſa aut conuerti parata eſſet ad fidem Chriſti: tunc ſi ſine diſpẽdio ſiue periculo papa uel princeps aliquis Chriſtianus auctoritate papę etiã per bellum tollere poſſet illos dominos infideles, & illis præficere principem aut principes Chriſtianos qui gubernarent iam fideles effectos, aut conuerti paratos & ipſos in uera religione ab infidelium perſecutione tuerentur; certè ita fieri licitè poſſet atque deberet ad cõſeruationem religionis, & ad tollendum impedimentum eius, & fidei, & tyrãnidem, & dominorũ infidelium ſupra Chriſtianos. Id quod ex ſupra dictis facilè conſtat, & Victoria in 2. relectione de inſulanis. §. 13. 14. 15. & Soto ubi ſupra fatentur. Et hoc modo reges Hiſpaniæ dominãtur inſulanis ꝑ ſuos Hiſpanos expugnatis.

Quartum dictum. Si timore tyrrãnidum & ſtratagematum longè lateq́ue euulgata fama nagantium cæteri barbari vicini veriti ne ſub ouinã pelle mali Chriſtiani tanquam lupi rapaces ad eos & eorum bona deuaſtandum atque rapiendum ſubingrediantur: & territi ne ſimilia cæteris illis contingant, ideo repellerent prædicatores fidei aut ueritatis, nolentes aliam legem ſibi ſuſpectam ab hominibus: item ſuſpectis barbatis inuiſis & horrendis prædicari: tunc certè non poſſunt iuſte à Chriſtianis illis debellari. Quia cùm illi barbari ſint natura ſua meticuloſi, uidentes illos homines barbatos & armatos ualdè potentiores, inſuper audita multiplici eorũ tyrannide in uicinos, quos expugnauerunt, utique meritò timent & ſimilia aut peiora mala de illis ſuſpicantur quantumcunque illi Chriſtiani uelint ab eis tollere timorem, & reddere ſecuros de pacifica apũd eos conuerſatione, & de pacifica & ſalutari prædicatione ad eorum ſalutem. Et in hoc caſu ille barbari ſunt innocentes: & non odio Chriſti, aut fidei, uel ueritatis, ſed iure naturalis & iuſtæ defenſionis ſuæ atque ſuorum poſſunt Chriſtianos repellere & occidere tãquam iniuſtos offenſores: id quod Chriſtianorum crudelium culpa meretur, quæ occaſionem dedit barbaris illis ſuſpicandi etiam noſtram legem eſſe impiam & iniquam, quæ tàm impios inſtituat uel ferat alumnos. Quare tunc liceret quidẽ Chriſtianis ſe defendere ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ: non tamen alia iura belli in illos exercere, puta non liceret parta uictoria & ſecuritate illos occidere, uel ſpoliare, uel occupare ciuitates eorum: quia in hoc caſu bellum iuſtum ex parte barbarorum quatenus defenſiuum eſt. Neque eſt inconueniens ꝙ dum ex una parte. ſ. Chriſtianorum eſt Ius & cauſa iuſta, & ex altera. ſ. ex parte barbarorum eſt ignorantia inuincibilis, ſit ex utraque parte iuſtum bellum. i. licitum, non ex parte cauſæ uerę, ſed rationabiliter opinatæ iuſtæ ex parte ipſorum barbarorum inculpabiliter æſtimãtium ſe iuſtam cauſam ad ſic ſe defendendum habere. Alia autem ſunt iura belli contra homines uerè noxios & iniurioſos: alia contra innocẽtes & ignorantes. Sicut aliter uitandum eſt ſcandalum phariſęorum, aliter ignorãtum & infirmorum, uti latius Victoria in ſecunda relectione de inſulanis. §. 6. propoſitione. 5, proſequitur.

4. Dictum.

Quintum dictum. Si Chriſtiani contra, uerisi- *5. Dictum.*

mili-

militer timeant barbarorum frandes ſiue fallacias & in ſtabilitatem in uera fide uel religione ſemol ſnſcepta uel ſuſcipienda, ꝙque habita opportunitatein mortem Chriſtianotum molientur: ita ꝙ non ſunt, neque erunt tuti inter eos etiã Chriſtianos effectos, niſi illis d ominentur & habeant arces & oppida fortia, ad quę confugiant tempore neceſsitatis, ad ſe & ſua omnia & iam cõuerſos in uera religione tuẽdum, tunc certè iuſtè poſſunt illos bello ſubiicere & eis dominari: Ita ꝙ omnibus tentatis ut ſupra dictum eſt ſi Chriſtiani non poſſunt conſequi ſecuritatem, neque eſſe tuti inter barbaros prædicando uolentibus andire fidem uel poſt eius prædicationem & ſuſceptionẽ niſi illos debellãdo & ſubiiciendo, & ciuitates eorum occupando; hoc utique iuſtè facere poſſunt, & antiquos dominos deponere, & nouos inſtituere, & proſequi iure belli ea omnia, quę in aliis bellis iuſtis iuſtè & licitè fieri poſſunt. Quia finis belli eſt pax & ſecuritas, ut ait Augiſtinus ad Bonifacium: ergo poſtquam licitnm eſt Chriſtianis bellum ſuſcipere & etiam ſi neceſſe ſit inferre: etiã licitum eſt facere neceſſaria ad finem belli. ſ. ad ſecuritatem & pacem obtinendum. Conſonat expreſsè Victoria in ſecunda relectione de inſulanis. §. 5. & 7. propoſi. 6. & §. 12. cõcluſione. 4. Et Sepulueda in quodam tractatu de hac materia, quan uis quò ad quædam alia plus æquo hic ſe extẽdat.

Sed ſemper attendendum eſt ne mentiatur iniquitas ſibi: & ꝙ in omnibus his prędictis ſeruetur debitum moderamen, modus, & rõ, ne. ſ. ultra procedatur, quàm ad finem obtinendum opus ſit: & potius de proprio iure aliquid remittatur: & ſemper omnia dirigantur magis ad commodum barbarorum & profectum religionis & fidei quàm ad proprium queſtum.

Attendendum etiam eſt ꝙ prædicta omnia intelliguntur per ſe loquendo. Nã cùm 1. Corinth. 6. dicatur ꝙ omnia mihi licent ſed non omnia expediunt; fieri poteſt, ut diximus, ꝙ per hæc bella, cædes, & ſpolia inde ſequẽtia potius impediretur conuerſio barbarorum ab idolatria uel alia infidelitate, quàm quæreretur & propagaretur uera fides, ſiue religio in eis.

Ideq́ hoc in primis cauendum eſt ne ponatur offendiculnm fidei uel ueritati. ſi. n. ponatur, ceſſandum eſt ab hac ratione & modo promulgandi fidem uel veritatem: & alia uia quærẽda eſſet. Nõ videtur autem dubitandum quin opus fuerit ui & armis ut Chriſtiani poſſent apud inſulanos perſeuerare. Sed etiam timendum eſt ne res vltra progreſſa ſit, quàm ius fasq́ue permittebant, ipſi viderint ad quos attinet. Nam qui ex aliqua cauſa de prædictis iniuſtum bellum egerunt: certè ad reſtitutionem malẽ ablatorum & damnorum reparationem ſecundum doctores omnes ipſi tenentur. Vti etiã hæc omnia victoria ubi ſupra. §. 12. & alibi latius, & ſatis doctè proſequitur.

FINIS LIBRI PRIMI.

F. ANTONII CORDVBEN.

ORDINIS MINORVM REGVLARIS OBSERVANTIAE PROVINCIAE CASTELLAE;

QVAESTIONARII THEOLOGICI,

Liber Secundus.

Qui de ignorantia inſcribitur, Quæſtionibus Triginta digeſtus; quibus miro artificio, viuaciq; ſpeculatione, tùm Philoſophiæ auctoritatibus, tùm Theologicis rationibus, tùm notiſsimis exemplis (quibus à lippis etiam oculis obſcura quæq; clareſcunt) pro doctrina animarumq; utilitate (nuſquam vſqueadeò materia hac ſic ab aliquo ſcrutata, atque expoſita) totus Liber abſoluitur.

QVAESTIO PRIMA.

Quid & quotuplex eſt ignorantia.

RESPONDEO per quinque diuiſiones cum diffinitionibus ſuis. Prima ergo diuiſio eſt, quòd ignorantia eſt triplex. Vno modo contrariè ſeu poſitiuè contra ſcientiam vel cognitionem: & eſt idem quod error, idest aſſenſus quo intellectus adhæret falſo æſtimato uero: uel eſt aſſenſus falſi, aut diſſenſus ueri ex Ariſto. 2. Priorum: & ideo ait Agusti. in enchiridio. cap. 16. Nec niſi rerum ignorantia errari poteſt: nihil enim eſt aliud errare, quàm verum putare quod falſum eſt; falſumque, quod verum eſt: uel certum habere pro incerto, incertumque pro certo: ſiue falſum ſiue uerum ſit. Hæc ille. Et hæc ignorantia dicitur prauę diſpoſitionis à quibuſdam, ab aliis ignorantia poſitiua, ab aliis erronea, uel error clarius appellatur. Secundo modo capitur ignorantia, contradictoriè uel negatiuè: vt eſt carentia uel naturalis defectus cognitionis, in ſubiecto tamen apto nato ad eam: non enim dicimus lapidem ignorantem, uel neſcientem, ſed hominem; & hæc propriè dicitur neſcientia in creatura tantum rationali, uel intellectuali: neque eſt peccatum, ex quo illa cognitio illi perſonę nullo modo debibita eſt. Hęc item ignorantia, uel potius neſcientia, in Deo uel in Chriſto homine eſſe non poteſt: qui omnia ſciens eſt: in Angelis autem cæteriſque beatis, etiam in beata Virgine glorioſa eſſe poteſt: neſciunt namque multa quæ ſcire poſſunt, quamuis ea ſaltem tunc ſcire non debeant. Sed ut dixi potius dicendum eſt, quòd in Beatis eſt aliqua neſcientia, quàm ignorantia. Quia ignorantia propriè dicit vitium ſiue defectum debitæ cognitionis ut proximè in tertio modo dicetur: quod quidem vitium in Beatis eſſe nō poteſt. Et ita communiter loquuntur ſancti Do-

ctores: quorum phraſim, ſiue ſermonem, in materia theologica, quæ ſuam habet logicam, ſuumque idioma, ſequi tenemur: id quod ex Auguſtino cęteriſque doctoribus latius probat Gerſon in ſecunda parte tractatu de ſuſceptione humanitatis Chriſti, Alphab. 15. litera.s. & tertia parte, tractatu ſuper Magnificat.

Tertio modo & propriè capitur ignorantia priuatiuè, ut uidelicet eſt priuatio cognitionis debitę aliquo modo, ſcilicet, de neceſsitate legis, aut de decentia perſonæ. Et hæc aliquando eſt peccatum ut eſt ignorantia uincibilis: aliquando uitium tantum naturæ, uel perſonæ, ſine ulla culpa, ut eſt amentia, uel ſtultitia naturalis, uel ex infirmitate proueniens: aliquando eſt defectus ſolum naturę uel ipſam naturam hominis ab originali iuſtitia deſtitutam uel etiam non deſtitutam generaliter conſequens, ut eſt ignorantia paruulorum: Ignorant enim multa ad ſuum ſtatum decentia, uel expedientia ad uiuendum, quæ in ſtatu iuſtitiæ originalis fortè etiam ignorarent: Et hæc ignorantia nullum peccatum eſt, ſed neque uitium præter ordinem rationis; Et nulla harum ignorantiarum fuit in Chriſto, qui etiã ut homo omnia ſciuit: in Beata autem Virgine fuit ſolum hęc ultima ignorantia, quę defectus tãtum naturæ & inuincibilis ſine culpa & ſine ullo uitio eſt. Neque enim in ſtatu pueritiæ ſciuit omnia ſuum ſtatum decentia ad uiuendum: & poſtea adulta ignorauit inuincibiliter multa, quæ tunc uel poſt expediebat ſcire, licet ad id non teneretur: de quibus à Deo uel ab angelo opportunè edocta eſt: ut de morte Archelai, & de reditu ab Aegypto in terram Iſrael Matth. 2. & Lucæ. 2. ignorauit Chriſtum remanſiſſe in Hieruſalem, & alia huiuſmodi multa: & tandem ſecundum Gerſon, alioſque doctores, multas deceptiones in ſomniis paſſa eſt.

Diuiſio 2. Secunda diuiſio eſt, quòd quælibet ignorantia prædicta eſt duplex. Altera ſpeculatiua, quę ſcilicet, de aliquo purè ſpeculatiuo eſt puta ſi triãgulus habet tres angulos, & huiuſmodi: & de hac nihil ad rem, nec ad mores facit: niſi ſit in materia fidei, quę reducitur ad practicam.

Altera eſt ignorantia practica prudentialis, nam de artificiali practica etiam hic non eſt ſermo, ſed de prudentiali, quæ facit ad mores.

Nota ergo quòd ſicut notitia prudentialis eſt iudicium dictans aliquid agendum uel non agendum, ſecundum legem aut rectam rationem, ut ly agendum importat debitum neceſsitatis uel congruentiæ; ut danda eſt eleemoſyna huic pauperi, quia dictat, utrum, quando, & quomodo, & cum aliis circunſtantiis ſit laudabiliter operandum, ut communiter doctores dicunt; ita per oppoſitum, ignorantia prudentialis eſt, quæ habetur de aliqua propoſitione practica prudentiali, formali, uel uirtuali; puta de hoc quòd ſit danda eleemoſyna exiſtenti in neceſsitate, uel utrum licitè hoc tanti uendatur.

Dictum eſt formali uel uirtuali, quia tàm notitia practica prudentialis, quàm eius ignorantia, poteſt eſſe tantum formaliter, aut tantum uirtualiter practica. Formaliter practica notitia uel propoſitio eſt iudicium uel oratio formaliter dictans de operatione ut eſt iſta propoſitio, non eſt lædendus proximus iniuſtè, pauperi eſt danda eleemoſyna. Virtualiter autem practica eſt iudicium ſeu propoſitio formaliter ſpeculatiua, ex qua tamen cum alia formaliter practica in bona conſequentia ſequitur una alia formaliter practica, ut eſt iſta propoſitio, iſte eſt pauper; quæ licet in ſe abſolutè ſumpta ſit formaliter ſpeculatiua: quia tamen ex ea ſumpta pro minori cum alia formaliter practica ſumpta pro maiori ſequitur iſta formaliter practica, ſcilicet iſti pauperi eſt danda eleemoſyna: arguendo ſic, Cuilibet pauperi eſt danda eleemoſyna, hic eſt pauper, ergo huic eſt danda eleemoſyna ideo dicitur illa minor uirtualiter practica. & ſimiliter de his, iſte eſt benefactor meus, iſte eſt proximus, & huiuſmodi.

In hac ergo materia ſolum agitur de illa duplici ignorantia de aliquo practico prudentiali, formali, ſeu uirtuali, & non de ignorantia alicuius purè & omnino ſpeculatiui.

Tertia diuiſio, ſi ignorantia prædicta prudentialis, de qua hic agitur conſideretur in ordine ad obiectum, ſcilicet ad id quod ignoratur, eſt duplex, ſcilicet iuris & facti. Ignorantia iuris diſtinguitur & multiplicatur ſecundum diſtinctionem, & multiplicationem legum, ſeu iurium ignoratorum, quorum aliud eſt naturale, aliud Diuinum, aliud humanum: & hoc uel canonicum, uel ciuile, legale laicale ſeu ſeculare. Et poteſt talis ignorantia iuris ſubdiſtingui, quia ſcilicet quædam eſt ignorantia iuris neceſſarii ad ſalutem: quædam non neceſſarii ad ſalutem ſimpliciter aut ſecundum quid. Cognitio autem iuris neceſſarii ad ſalutem non eſt eadem ſemper apud omnes, ſed uariatur ſecundum diuerſos ſtatus hominum. Nam quædam ſunt neceſſaria ſcitu prælato, quę non ſubdito aut ſimplici, de quibus latius infra. q. 2. & 3. 3. Diuiſio

Ignorantia autem facti quædam eſt facti in ſe, quædam eſt alicuius circunſtantiæ facti, quædam alicuius ſequelę ad factum. Exemplum primi, quando ignoro utrum ſit homo an ceruus, quem occidere uolo, putans eſſe ceruum. Exemplum ſecundi, quando ignoro eſſe ſororem, quam cognoſco, æſtimans eſſe aliam: aut quando ignoro eſſe patrem aut ſuperiorem meum, quem occido, credens me occidere hominem quendam inimicum, aut potius quando comedo carnes neſciens eſſe diem ieiunii. Exemplum tertii, quando ſcio me occidere patrem meum, aut cleri-

clericum, aut frangere ieiunium; & tamen ignoro me ex hoc incurrere talem uel talem pœnam aut culpam mortalem. Et nota quòd ignorantia facti ſępè prouenit ex ignorantia iuris alicuius: puta quandò ego ignorans ius humanum, quo excommunicatur ipſo facto omnis intrans Monaſteria Sanctæ Claræ; aut percutiens clericum, aut contrahens in gradu prohibito; iam conſequenter ignoro me intrantem, aut percutientem, aut contrahentem eſſe excommunicatum; aut me ſic excommunicatum celebrare: & tunc habeo ignorantiam facti, quòd ſcilicet ſum excommunicatus, aut quòd excommunicatus celebro; quanuis talis ignorantia proceſſit ab ignorantia iuris prædicti. Item dicitur ignorantia facti, quando ignoratur tale factum eſſe peccatum tunc, uel prohibitum, quia ignoratur ius illud prohibens, puta cùm Sortes cognoſcit non ſuam, putans eſſe ſuam, quæ tamen in gradu prohibito iure canonico eſt ſibi coniuncta, quod ius ille ignorat: tunc illam cognoſcens habet ignorantiam facti, utrum ſcilicet committat adulterium: quę ignorantia facti proceſſit ex alia ignorantia iuris prædicti, modò ſit culpabilis, modò non, de quo infra latius. quæſtio. 12. & 16.

Diuiſio. Quarta diuiſio: Si ignorantia omnis ſupradicta de aliquo practico prudentiali conſideretur in ordine ad ſuam cauſam ſeu uoluntatem, ſic diuiditur bifariam: quia uidelicet eſt uincibilis, aut inuincibilis. Vincibilis dicitur illa, quam homo poteſt uincere & tollere, adhibendo omnem diligentiam, quam tenetur apponere pręciſè ad illud effectum, ſcilicet ad ſciendum illud, cuius habet talem ignorantiam. Et hęc ignorantia eſt multiplex. Nam quædam eſt affectata, quę & à Beato Thoma & aliis dicitur ignorantia electionis, & eſt illa, qua homo formaliter & poſitiuè uult neſcire ut liberius peccet, uel ſuo ſatisfaciat zelo uel appetitui; puta quando homo ex nimia affectione uel odio uolens proſequi quod ſibi placet, inde non uult attendere nec audire, ut oportet, quod ullo modo ſuæ repugnet affectioni, ſed id potius, quod ſuo ſit conſonum appetitui: & ita errans id facit quod tali depoſita affectione facilè poſſet ſcire: de qua ignorantia pſal. 35. Noluit intelligere ut benè ageret: & Iob. 21. Qui dicunt Deo recede à nobis, ſcientiam uiarum tuarum noluimus: & Eſai. 30. Loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferte à me uiam.

Talis fuit ignorantia militum, qui Chriſtum crucifixerunt ſequentes edictum Pilati ut deſiderabant, & populi Iudæorum, qui à maioribus perſuaſus clamauit Tolle tolle crucifige eum. Ea eſt ignorantia hęreticorum & infidelium, qui ſuos hęreſiarchas ex prauo ſtudio ad ſuas hæreſes uel errores, ſequuntur; etiam ſi in his ſe non errare credant. Ea eſt ignorantia eorū, qui uel ex odio ad ſuos hoſtes, uel ex nimia ad ſuos principes affectione, illos in bello iniuſto ſequunt̄, putātes ſe iuſtum bellum habere: cùm tamen non ita dubium ſit, quin facilè ſi uellent ut oportet attendere eius iniuſtitiam ſcire poſſint. Ea eſt etiam litigantium & inimicitias fouentium, & principum ignorantia, qua nihil, uel non libenter audiunt, neque conſiderare uolunt quod ſuæ opinioni contradicat, uel affectioni. Ea tandem fuit Beati Pauli Apoſtoli ignorantia; qua ad Thimoteum primo fatetur ſe ignoranter peccaſſe perſequendo eccleſiam Dei ex zelo legis indiſcreto, ut aiunt Altiſiodoren. libro ſecundo tractatu uigeſimonono capitul. primo quæſtione tertia, & Caietanus prima ſecundæ quæſtione 79. articulo tertio dubio quarto. Nam licet ipſe uideatur ſe diligentem exhibuiſſe ad legem ueterem ſciendam & defendendam ex zelo ipſius, ut ad Gala. 1. dicit ſe paternarum traditionum ęmulatorem fuiſſe, & per conſequens non habuiſſe prædictam ignorantiam affectatam ex malo fine, uel ut prauam peccati affectionem proſequeretur: at uerò illam ignorantiam habuit ex nimio zelo ueteris legis indiſcreto: credebat enim iniuriam fieri legi & ipſi Deo, ſi uetere lege relicta fidem Chriſti ſuſciperet, quam malè putabat erroneam. Ideò hæc eius ignorantia affectata non fuit tàm grauis, ut illa alia affectata ex malo fine procedens ad liberius affectionem prauam proſequendum, ut ſupra dictum eſt.

Alia eſt ignorantia uincibilis, craſſa, & ſupina; & eſt quæ conſequitur negligentiam inquirendi ſcienda: quæ quidem non affectatur, nec uolita eſt formaliter, neque placet: ſed interpretatiuè, quia ſcilicet negligitur cognitio: & tolli poteſt, ſi uelit homo diligentem ac debitam curam ad ſciendum apponere. Et nota quòd differt craſſa à ſupina in cauſa uel occaſione à qua oritur. Nam craſſa dicitur quæ procedit ex deſidia & pigritia laborandi ad acquiſitionem debitæ ſcientiæ: quæ negligentia, quia frequenter adhęret craſſis & pinguibus hominibus, ideo dicitur craſſa. Supina autem dicitur, quia ex nimia ſolicitudine, pronitateque ad terrena mundi fit in homine difficultas, & incuria mentis aderigendum ſe ad ſalutaria ſciendum: quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: de quibus Ierem. 4. Sapientes ſunt ut faciant mala: benè autem facere neſcierunt: & Matthæ. 13. & Lucæ. 8. dicitur quòd ſolicitudo ſeculi & fallacia diuitiarum ſuffocant uerbum Dei: & ideo dicitur ſupina ignorantia quia talea hominea conſiderationem rationis & deſiderium ut talpa in terrenis demerſum habent, non eleuantes ſe ipſos ad debitam conſiderationem, & affectionem ſalutarium: & in his etiam concordat Adrian. in 4. quodlib. arti. 1. & Magiſt. in ſecundo diſtinctio. 22. Et ad hanc ignorantiam

ſupinam reducuntur illi, qui ex auaritia, ambitione, & huiuſmodi ſe ſe intromittunt in multis officiis, ad quæ ſimul uel diuiſim debitè exercenda non ſunt ſatis apti, nec ſufficienter inſtructi, neque potentes, ut ad pralaturam ſeu iudicaturam unam uel plures quæ non poſſunt debitè exerceri ab eis ignorantibus, multaque ad ea omnia ſcire oportet. Cōcordat in hoc expreſſè Syluester titulo ignorantia quæſtione 7. Idem de medicis, & cauſidicis, & aliis huiuſmodi ignorantibus eodem modo dicatur.

Inuincibilis autem ignorantia dicitur non quidem quòd talis ignorans non poſsit eam ſimpliciter uincere, & oppoſitam ſcientiam habere, faciendo quod in ſe eſt: nam ſimplex parochianus dicitur habere ignorantiam inuincibilem de ieiunio, ſeu de feſto aliquo, quando ſuus ſacerdos non pronunciauit die ſolito; quamuis talis ignorantia ſimpliciter uinci & tolli poteſt: quia tamen fecit quod debuit eundo ad ecclesiam, ideo dicitur illi eſſe inuincibilis; neque etiam dicitur inuincibilis eò quòd talis ignorans fecit id omne, quod tenetur ſimpliciter, ſed quod tenetur ad ſciendum. quod patet, quia ſi quis iudæus exiſtens in alia ciuitate uouiſſet adire Hieruſalem in Die Penthecoſtes, & omiſiſſet illuc ire, is certè ignorabat inuincibiliter legem Chriſti tunc Ieroſolimis promulgatam per Apoſtolos de Baptiſmo, & non teneretur tunc baptizari ſub peccato; quia non tenebatur tunc adire Ieruſalem ut ſciret legem Chriſti, quamuis teneretur ire ad implendum uotum: & tamen ſi feciſſet id omne, ad quod tenebatur, puta ſi impleſſet uotum uel legem de eundo tunc Ieruſalem, iam certè ſciuiſſet ſe eſſe baptizandum, uiciſſetque ignorantiam illam, ut ſupponitur. Similiter dicitur ignorantia inuincibilis eius, qui cognouit ſororem putans eſſe aliam; ut latius de hoc infra. quæſtio. 6. Igitur ignorantia inuincibilis dicitur illa, quam non poteſt homo uincere, apponendo omnem diligentiam, quam tenetur apponere ad ſciendum tale quid ignoratum: ſed adhuc manet poſtquam fecit homo omnia, ad quæ tenetur pro eius expulſione. Et hæc ignorantia inuincibilis adhuc ſubdiuiditur; nam quædam eſt inuincibilis omnino, ſcilicet quoad diſſolutionem, & euaſionem ſimul: & eſt quando quis ullo modo non poteſt ſcire ueritatem, faciendo quod tenetur ad ſciendum: & ſtante tali ignorantia non poteſt euadere quin ſecundum eam operetur, uel omittat aliquid, de quo eſt ipſa ignorantia: ut ſi Diabolus apparens in ſpecie crucifixi dicens ſe eſſe Chriſtum præcipiat alicui quòd immolet ei filium, ut reuelatum eſt Abrahæ, aut quòd religioſus exeat religionem, & ducat uxorem, & huiuſmodi.

Quædam eſt inuincibilis quoad diſſolutionem tantum, & non quoad euaſionem: & eſt illa, quam homo non poteſt uincere, neque ſcire ueritatem, faciendo omne quod tenetur ad ſciendum ut ſupra diffinitum eſt: benè tamen patet euaſio, quia, ſcilicet non aſtringitur ullo modo agere uel omittere ſecundum talem ignorantiam: puta ſi Diabolus in ſpecie crucifixi præcipiat quòd adoretur: tunc licet non poſsit cognoſci ueritas illius, an ſit Chriſtus, an non; tamen benè patet euaſio adorando ſub conditione ſpecialiter expreſſa in illo ſpeciali caſu extraordinario. Similiter ſi puer expoſitus ſit, & illi, qui expoſuerunt, ſunt mortui, uel omnino ignorantur; iam non poſſumus ſcire an ſit baptizatus ille puer: benè tamen patet euaſio, quia poteſt baptizari conditionaliter. Similiter ſi ignoratur inuincibiliter an talis contractus ſit illicitus, & timetur peccatum, certè patet euaſio recedendo ab illo contractu dubio, de quo latius infra quæſtio. 17. propoſitione prima quomodo hæc uel illa ignorantia excuſet. Et iſta ignorantia inuincibilis poteſt eſſe adhuc duplex: puta culpabilis, quæ ſcilicet ex culpa præcedente prouenit, qualis eſt ignorantia culpabilis ebriorum, quæ dicitur conſequens, ut habetur infra in quinta diuiſione: alia eſt inuincibilis ſimul & inculpabilis, ideſt ex nulla culpa proueniens, ut in dormientibus. Et nota quòd aliqui doctores ut Adrianus ubi ſupra & Sylueſtrina titul. ignorantia. quæſtio. 1. & alii diſtinguunt ignorantiam in probabilem & improbabilem. Probabilis ignorantia dicitur, quando aliquid probabiliter ignoratur, qualis eſt ignorantia de eo, quod omnes uel maior pars hominum ſuæ qualitatis ſtatus, aut conditionis communiter ignorant: ut eſt ignorantia ſimplicium & ruſticorum de aliquibus excommunicationibus iuris communis, uel ſuæ diœceſis. Nam ut ſit & dicatur ignorantia probabilis non requiritur quòd homo ſit nimium curioſus, aut diligens in inueſtigando ueritatem: ſed requiritur & ſufficit mediocris diligentia, qualis communiter ſolet apponi in inquirendo ſuper tali negocio ab hominibus ſuæ conditionis: ita quòd non ſit notabiliter negligens, aut remiſſus in inquirendo. ff. de iur. & facti ignorantia. l. fin. §. ſed facti: & ita hæc ignorantia non deſinit eſſe probabilis propter leuem aut leuiſsimam culpam, aut negligentiam in inquirendo ut dictum eſt; modò capiatur culpa theologicè & propriè pro peccato ueniali; modò capiatur iuridicè pro deuiatione à lege, ſeu pro defectu alicuius requiſiti ad aliquem effectum, quamuis non ſit peccatum coram Deo, ut Bartol. in l. quod Nerua. ff. de depo. Ignorantia autem improbabilis dicitur è conuerſo, quando quis non probabiliter aut rationabiliter ignorat quod poteſt commodè ſcire; qualis eſt ea, quę habetur de eo, quod communiter ſcitur ab omnibus hominibus ſuæ conditionis: & hæc ſemper prouenit ex lata culpa vel notabili negligentia: vel eam habet annexam, capiendo culpam extensè ut dictum

eſt,

eſt. Ideo dicitur improbabilis, ideſt quòd non poteſt approbari; aut quis non probabiliter habetur.

Sed quantum attinet ad rem coram Deo, & in conſcientia, videtur quòd prædicta diſtinctio poteſt reduci ad diſtinctionem ignorantiæ uincibilis, & inuincibilis ſuprapoſitam extendendo vocabula: ita quòd ignorantia probabilis includatur in ignorantia inuincibili ſeu inculpabili: improbabilis autem includitur in ignorantia uincibili ſupradicta: licet ſtrictè loquendo ignorantia probabilis & improbabilis ſolum habeant locum in facto aut iure humano: inuincibilis autem ſolum in iure diuino, & naturali, & pertinentibus ad id.

5. Diuiſio. Quinta diuiſio. Si ignorantia conſideretur in ordine ad actum peccati ſic diuiditur tripliciter. Nam quædam eſt præcedens actum peccati ſequentis: quædam concomitans; quædam ſubſequens eſt. Ignorantia præcedens abſolutè eſt illa, quæ eſt cauſa actus, ita quòd ſi ſciret homo non ageret illud: & nomine actus intelligo etiam omiſſionem; ita uidelicet quòd antecedit omnem operationem uoluntatis, & nullo modo volita eſt: & poteſt eſſe duplex. quædam præcedens abſolutè & eſt ea, quæ ita præcedit omnem actum uoluntatis, quòd nullo modo ea ignorantia eſt uolita in ſe, nec in ſua cauſa formaliter, uirtualiter, aut interpretatiuè: & tamen eſt cauſa actus: & hæc eſt ignorantia inuincibilis præcedens ſimpliciter & omninò quemcunque actum voluntatis, ut quando Iacob cognouit Liam putans eſſe ſuam Rachel Gen. 29. quia inuincibiliter præcedenter ignorauit eſſe Liam; fecit enim quod debuit, & non amplius inquirendo quod non debebat in tali negocio: vel cùm quis adhibita diligentia debita proiiciens ſagittam interfecit aliquem caſu tranſeuntem, neſciens illum tranſire.

Poteſt tamen eſſe aliqua ignorantia præcedens ſecundum quid & non omnino, ideſt quę ſic eſt præcedens reſpectu alicuius actus inde ſequentis, quòd tamen eſt effectus conſequens alterum actum ſeu volitionem formalem, uel interpretatiuam; quæ ignorantia poteſt eſſe aliquando inuincibilis & aliquando uincibilis: ut eſt ignorantia culpabiliter ebrii, quæ ſic eſt conſequens ex culpa, quòd etiam eſt cauſa alterius, vt proximè dicetur. Ignorantia concomitans eſt, dum quis aliquid agendo ignorat uincibiliter ſeu inuincibiliter id, quod non eſt cauſa, nec effectus illius actionis: ut ſi quis fornicatur die dominico, aut loco ſacro, neſciens eſſe diem dominicum, aut locum ſacrum; qui tamen ſi ſciret non propter hoc aliter ſe haberet ad adulterium illud; & non minus fornicaretur: & talis ignorantia non inducit ad uolendum ſeu omittendum id, quod fit; ſed accidit tale quid factum ſeu omiſſum eſſe ſimul & ignoratum: vt ſi quis aliàs uellet occidere Platonem hoſtem, & ignorans illum eſſe Platonem occidit quidem illum, putans tamen eſſe alium hominem, ſeu feram, de quo latius infra. q. 19.

Ignorantia conſequens dicitur illa, quæ ſe habet conſequenter ad actionem, uel omiſſionē aliquam uoluntariam: quia, ſcilicet ipſa ignorantia eſt aliquo modo uoluntaria formaliter, uirtualiter, ſeu interpretatiuè: & ita dupliciter contingit talis ignorantia conſequens ſecundum Beatum Thomam ſecunda ſecundæ quæſtio. 6. artic. 8. Vno modo quando eſt formaliter volita, ut ſæpè eſt ignorantia affectata: Alio modo quando eſt uirtualiter, ſeu interpretatiuè uolita, ut eſt ignorantia craſſa & ſupina, de quibus ſupra in quarta diuiſione dictum eſt: ita quòd iſta ignorantia ſequens, quamuis ſe habeat antecedēter uelut cauſa ad aliquam operationem ſeu omiſſionem, quæ ex tali ignorantia fit: habet ſe tamen conſequenter reſpectu alterius, & ut pœna & effectus peccati ſeu actionis præcedentis: & ideo dicitur ignorantia conſequens uel ſubſequens: quæ quidem ignorantia ſæpè eſt uincibilis, ut patet ex ſupra dictis. Aliquando autem eſt inuincibilis tunc; ut patet inculpabiliter ebrio, ut in Loth cognoſcente filias Gene. 19. cuius ignorantia licet culpabiliter fortè contracta ſit: tamen quando iam ebrius illas cognoſcebat erat inuincibilis ut patet ex diffinione ſupradicta: & ait Gabriel ubi infra. Et omnis hæc ignorantia conſequens tàm uincibilis, quàm inuincibilis poteſt eſſe cauſa præcedens reſpectu alicuius alterius effectus, ſeu omiſſionis indę ſequentis, ut dictum eſt.

Et cum prædictis omnibus concordat Gerſon Alphab. 24. in regulis moralibus, & Alphab. 31.6. & Alphab. 15. litera. s. & communiter doctores. Ex omnibus ſupra dictis in 4. & 5. diuiſione ſequitur quòd non eſt idem omnino ignorantia uincibilis, & culpabilis, capiendo culpabile pro ignorãtia ex culpa prouenīēte. Nā ſtat benè quod ſit ignorantia culpabilis, ideſt ex culpa prouenies ſimul & inuincibilis, quando ſcilicet non poteſt uinci faciendo quod tunc homo tenetur ad ſciendum; qualis eſt ignorantia eius, qui eſt plenè ebrius ex culpa ſua. Sed non ſtat quòd homo ignorantiam vincibilem habeat, quando tenetur eam vincere, quin etiam tunc culpabilis ſit; ut patet ex diffinitione: ſæpè tamen pro eodem accipitur inculpabilis & inuincibilis: ſimiliter vincibilis & culpabilis ignorantia: termini ſunt ad placitum; ſed in dubiis per prædictam diſtinctionem facilè patebit quid intelligatur per hanc uel illam vocabuli acceptionem. de his B. Thom. ſecunda ſecundæ q. 76. art. 3. Gabriel in 2. diſtinctione. 22. q. 2. Almayn. in moralib. tracta. 1. cap. 4. Angeſt. item in morali. ca. 6. & alibi alii doctores communiter. Corolla.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quæſtio. 2. QVID SIT FACERE QVOD IN ſe eſt, ad ſciendum, quidve requiratur ad vincendum ignorantiam de aliquo, ut iam quis dicatur id inuincibiliter ignorare.

Propoſ. 1. RESPONDEO per quatuor propoſitiones, quarum prima eſt. Facere quod in ſe eſt ad ſciendum eſt facere id omne, ad quod homo tenetur ad hunc finem, ſcilicet ad ſciendum quod in tali negocio ſcire oportet, ut patet ex quæſtione prima præcedente in quarta diuiſione. Quòd ſi quæratur quid quiſque facere tenetur vt ſciat? certè dari non poteſt certa & infallibilis regula vniuerſalis pro omnibus hominibus & negociis. Nam ſecundum diuerſa, variaque negocia, & officia, & qualitatem perſonarum, & circunſtantias occurrentes ſic quiſque tenebitur plus vel minus facere, & inquirere per ſe, uel per alios, vt ſciat quod ſcire tenetur. Plus enim ſcire tenetur & facere prælatus, aut doctor, aut Iudex, quam ſimplex ſubditus in hoc vel in illo negocio. Sed ut aliquas regulas particularius conſtituamus, quantum poteſt dici, ſint propoſitiones ſequentes.

Secunda propoſitio ad habendam ſufficientem notitiam eorum, quæ iure diuino, vel naturali ſunt neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem, & in omnibus caſibus, in quibus ſpecialis Dei directio & illuminatio neceſſaria eſt, tenetur homo vtens ratione inquirere ueritatem diligenter ut poteſt per ſeipſum, & per alios, quos ad id uiderit idoneos, ſi ipſe rationabiliter aſtimat ſeipſum ad id non ſufficere. Et inſuper ſi ad prædictam notitiam ſufficientem habendam non ſufficit induſtria humana, requiritur quòd homo debitè diſpoſitus ad id impetrandum oret & petat à Deo ſufficientem notitiam veritatis.

Propo. 2. Pro declaratione huius propoſitionis nota quòd ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, de quibus tantum in hac agitur propoſitione, ſecundum aliquos ſunt ea, ſine quibus nullo modo ſalus animæ haberi poteſt. Sed melius dicitur ſecundum Soto in 4. ſenten. diſtin. 5. q. 1. art. 2. & ſecundum alios doctores quòd ſunt ea, quæ non per accidens, nec ex ſuppoſitione, neque ſecundum quid, his uel illis tantum, ſed per ſe obligatoria & neceſſaria omnibus ſunt, ut eſt fides Chriſti explicita in lege gratiæ & baptiſmus, & alia, de quibus ſecundum communiter doctores ignorantia inuincibilis dari non poteſt, ut infra. q. 4. in 2. & 3. propoſitione in ſecunda eius opinione latius habetur.

De his ergo habetur in hac propoſitione quòd ad ſciendum hęc tenetur homo primò per ſe inquirere ueritatem diligenter, ita quòd non ſit notabiliter negligens; exempli gratia. Si eſt infidelis tenetur, ut poteſt, ſecundum rationem naturalem ſaltim in confuſo Deum, aut ſuum principium & factorem omnium conſiderare, &, ut dictat ratio naturalis, agere ad veram cognitionem ſalutarē habendam: quia pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Fidelis autem ſecundum rectam rationem & regulas fidei & eccleſiæ tenetur diligenter inquirere ut ſciat. Quòd ſi uident iſti probabiliter ſe ad id non ſufficere, tunc ſecundò tenetur diligenter inquirere per alios, quos ad id idoneos & neceſſarios rationabiliter æſtimauerint, ut in q. 3. ſequenti habetur: quia lege naturali & charitatis tenetur quilibet remediū & auxilium etiam hominum neceſſarium ad ſalutem ſibi quærere ſufficienter: alioqui temerè ſe Deo committeret, ipſumque malè tentaret non prius adhibendo induſtriam humanam opportunam, ſecundum Augu. 22. q. 2. ca. quæritur. Hinc etiam patet quantæ temeritatis ſit de propria ſolum ſententia quid liceat, quid non liceat præſumere determinare in dubiis & periculoſis ſine ſufficiente probatione omiſſo conſilio & doctrina ſapiētum, & præter iuſtam neceſſitatem ſoli Deo ſe committere, ut ait Adrianus ubi infra.

Quòd ſi prædicta hęc non ſufficerent, tertiò neceſſaria eſt oratio, qua à Deo petatur ſufficiēs cognitio eorū, ut dirigat uias hominis, uel ipſum illuminet opportunè. Quod patet ex illo Paralipp. cap. 20. Cùm ignoramus quid agere debeamus ad te Domine ſunt oculi noſtri: & latius probat B. Thom. ſecunda ſecundę q. 83. art. 3. & communiter doctores ex Matth. 7. Ioann. 16. Petite & accipietis, tenentes eſſe neceſſariam orationem tunc, ut etiam tenet & refert Medina de oratione. q. 13. & tradit diuus Auguſtinus de dogmatibus eccleſiaſticis dicens, Nullum credimus ad ſalutem uenire niſi Deo inuitante: nullum inuitatū niſi Deo auxiliante ſuam ſalutem operari: nullum niſi orantē auxilium Dei ſibi promereri. Hæc ille. Ergo de primo ad ultimum nullus conſequitur ſalutem, neque cognitionem ad eam ſimpliciter neceſſariam ſine oratione. Ad id etiam facit Eſai. 29. & cap. 30. Os autem meum non interrogaſtis. & Ezechi. 14. & Prouerbio. & Pſal. ut habetur infra in fine concluſionum.

Et cum prędicta propoſitione concordant expreſsè Alexan. hall. 2. p. ſu. quæſtio. 29. membro & in 3. parte. q. 69. art. penu. Durandus in 3. diſtinctio. 25. q. 1. & doctiſsimus Caſtro de lege pœnali lib. 2. cap. 14. & Gabriel in canon. lecti. 59. primo & in ſecundo ſententiarum diſtinct. 27. q. 1. concluſ. 4. dubio 4. etiam Corradus de contractibus. q. 100. concluſione. 3. & communiter doctores.

Sed Vtrùm ultra predicta tria requiratur etiā quartò emendatio conſcientiæ à peccatis ſaltē per contritionem generalem? 3. Diſſi

Reſpon

1. Opinio. Reſpondeo eſt triplex opinio. Prima quòd ſic: & non ſolum in hoc, ſed & uniuerſaliter in omni caſu, quo humana induſtria non ſufficit ad habendam notitiam ſufficientem de iure naturali uel diuino quod omnes ſcire ſub mortali tenentur, ut ſunt articuli fidei, qui communiter prędicantur in Eccleſia, & præcepta vniuerſalia legis naturalis, de quibus infra. q. 4. propo. 1. habetur quòd de eis nō datur ignorantia inuincibilis diu perſeuerans: túc dicit hæc opinio quòd eſt neceſſaria oratio ſimul & conſcientiæ emundatio ſaltem per contritionē generalem de peccatis, ut ſic homo dignè & ſufficienter obtineat à Deo ueritatis illuſtrationem opportunam; uel per ignorantiam inuincibilem excuſetur, aliàs non erit inuincibilis ignorantia.

Hanc opinionem tenet Adrianus in 2. quodlib. q. 1. ſine argumentis; & latius in 4. quodlibo. art. 1. & in ſuo. 4. ſententiarum in materia de reſtitutione q. Vtrum in caſu, quo aliquid ſit reſtituendum, poſsit quis de conſilio peritorum ſeruare rem præſcriptam &c. & illū ſequit doctiſsimus Caſtro de lege pœnali ubi ſupra. Sed certè hęc opinio ſolum videtur habere locum in caſu tertiæ propoſitionis quæ inferius habetur.

2. Opinio. Secunda Opinio tenet vniuerſaliter & indiſtinctè; quòd nullo modo ſub peccato requiritur oratio, nec ulla conſcientiæ emundatio ad faciendum quod in ſe eſt, ad ſciendum quodcunq; etiam ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem: nec ad hoc quòd talis ignorantia ſit inuincibilis, & excuſans à peccato; ſed quòd ſufficit ad id humanam diligentiā apponere per ſe & per alios, etiam ſi talis ignorantia & cæcitas propter noſtra peccata proueniat: & ratio huius opinionis eſt: quia non dabitur preceptum quo ad húc finem Deus nos ad amplius, quā dictum eſt, obligauerit. Sic tenet doctiſsimus noſter Vega de Iuſtificatione lib. 6. c. 8. conſequenter ad ſuam opinionem, quòd etiam fidei Chriſti datur inuincibilis ignorātia; vt de hoc infra. q. 4. latius, & multi alii Moderni; & allegant pro ſe Auguſt. & B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 10. art. 1. & Bonauentur. in 2. diſtin. 22. q. penul. Sed ut proximè patebit extrema hæc opinio eſt.

3. Opinio. Tertia opinio media, quę & mihi magis placet, tenet quòd ad ſciendum ea, quæ ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem; in quibus etiā ignorantia inuincibilis non datur, ut eſt fides Chriſti huiuſmodi, & in omnibus caſibus ſupradictis vbi ſpecialis Dei directio & illuminatio neceſſaria eſt utique tenetur homo ad humanam induſtriam, & orationem ſupradictam, cum pia & bona affectione ueritatis, & cum debita diſpoſitione ut non impediatur ueritatis cognitio, uel illuminatio: non tamen ad aliquam contritionem uel conſcientiæ emundationem, niſi in caſu tertiæ propoſitionis ſubſequentis. Ad ſciendū autem alia obligatoria quæcumque, uel ut eorum ignorantia ſit inuincibilis, non tenetur homo niſi ad humanam induſtriā cum bona affectione ueritatis & diſpoſitione prædicta; non autem ad orationem ſpecialem, neque ad aliquam conſcientiæ emundationem.

Prima pars quòd is teneatur ad induſtriam & orationem cū prædicta diſpoſitione, conſtat, quia ſi (ut in 2. propoſitione ſuperius dictum eſt.) tenetur ad orationem certè eodem precepto tenetur apponere media uel conditiones neceſſarias orationis requiſitæ ad talem finem, & cauere impedimenta eiuſdem finis: impedimenta autem ueritatis ſunt praua affectio ad eam, ſæpè etiam indiſpoſitio hominis puta implicatio in peccatis, propter quæ Deus ſępè permittit hominem excæcari, aut in ſua cæcitate permanere, uti latius inferius de hoc in 3. propoſitione.

Quòd autem is non teneatur ad aliam contritionem, uel conſcientiæ emundationem tripliciter patet. Primò, quia non dabitur ulla lex ad id obligans ultra prædicta: neque doctores infra allegati amplius requirunt ab infidelibus, niſi quòd cum bona affectione ueritatis ſecundum rationē naturalem viuentes ſe Deo commendent petētes ab eo illuminari & interim dum non illuminantur eorum ignorantia erit inuincibilis: ſed non permanebit in finem quando illa ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem. Nam ante mortem opportunè illuminabunē, ut de hoc latius infra. q. 4. Item ſecundo quia ut ſit inuincibilis ignorātia ſufficit ꝙ homo faciat quod tenetur, ad ſciendum, liceat aliàs ſit in peccato ut ſuprà q. 1. in 4. diuiſione latius. Item 3. quia ad Roma. 10. Paulus reprehendit eos infideles, qui prędicatum Chriſtum non crediderunt: non autem quia non ſe diſpoſuerunt recedēdo à peccatis, ut ſic à Deo illuminarētur & expreſsè dicit. Quomodo credent quem non audierunt? quomodo audient ſine prędicante? ergo ſi non eſt eis fides Chriſti prędicata excuſatur eorum ignorantia, & inuincibilis eſt. Igitur ad ignorantiam inuincibilem fidei Chriſti & huiuſmodi non requiritur aliqua conſcientię emundatio. Et cum his concordat Alex. aliique doctores cum Durando in 3. diſtinctione. 25. q. 1. & frater Bernabas de Roſalibus in ſuo tract. de uarietate opinionum; & Victoria in 4. relectione, quæ eſt prior de Indis in 4. titulo ad eos debellandum.

Et ad rationem ſecundæ opinionis ſuprapoſitæ reſpondeo quòd ut ſupra dictum eſt tenetur homo petere à Deo ueritatis illuminationem: & eo modo petere ne impediatur finis, uel impetratio opportuna cognitionis eorum, quorum inuincibilis ignorantia non datur, uti probatum eſt: & ad B. Tho. & Bonauentur. & Auguſti. infra q. 4. in reſponſione ad 7. argumentum contra primam partem ſecundę propoſitionis habetur quomodo nihil faciunt pro illa ſecunda opinione.

Secunda pars prædictæ tertiæ opinionis quòd ſcilicet ad ſciendum aliā obligatoria non eſt neceſſaria oratio, & à fortiori nec conſcientiæ aliqua emundatio: ſed ſolum humana induſtria ſupradicta cum bona affectione veritatis acquirendæ, ita

quòd

quòd non ſit valde notabiliter homo negnligens, probat triplleiter.

Primò, quia non eſt neceſſaria oratio prædicta niſi ad obtinendum à Deo cognitioné ſimpliciter neceſſariam ad ſalutem, uel cognitionem eorum, quorum inuincibilis ignorantia non eſt, ad quorũ etiam cognitionem noſtra induſtria non ſufficit ut conſtat. ergo ſi eorum cognitio non eſt ſimpliciter neceſſaria, & poteſt dari ignorantia inuincibilis; tunc ſufficit induſtria humana, vt uel eorũ cognitio habeaẽ, uel ignorãtia inuincibilis ſit: ex quo nullũ ius dabiẽ ad aliquid ãplius obligãs ut cõſtat ex diffinitione ignorantiæ inuincibilis ſupra q. 1.

Secundò probatur idem, quia certè difficillimũ eſt omnes Mercatores & contrahentea in omnibus dubiis contractibua, in quibus ſunt contrariæ opiniones doctorum an ſint mortalia peccata contra prædictum ius naturale uel diuinum, obligari ad tam frequenter orandum & cõſcientiam emundandam. Deus autem non obligat generaliter homines ad uix difficile: quia iugum eius ſuaue eſt.

Tertiò probatur idẽ; qa de ignorãtia facti, undecunq; proueniat, conſtat ꝙ ad ſciendum an hęc mulier, uel res ſit mea an non, certè ſufficit mediocris, probabilisq; diligentia; ita quòd homo non ſit nimium negligens in inquirendo ſecundum negocii qualitatem & alias circunſtantias ſolitas & debitas adhiberi: & poteſt exemplificari in facto Iacob, quando Gene. 29. cognouit Liam ſibi ſuppoſitam, ut ſupra q. 1. de hoc habetur, quòd in huiuſmodi mediocris diligentia ſine oratione pręuia, & conſcientiæ emundatione ignorantiam facit inuincibilem & excuſantem à peccato.

Et in hac ſecũda parte oẽs ferè doctores cõmuniter concordant. Adrianus autem & alii de prima opinione fortè poſſunt intelligi, & ſaluari, ut ſuperius habeẽ, quòd in iure naturali, cuius non datur ignorantia inuincibilis diu perſeuerãs, de quo infra. q. 4. propoſitione. 1. habetur, requiritur oratio non quidem ſemper in quolibet actu, ſed ſæpè ut ita ſit perſeuerãs ut homo dicatur facere quod tenetur, à Deo opportunè ante mortem de hoc illuminetur. Poteſt etiam intelligi in caſu ſequentis tertię propoſitionis, ut ibi tãtum requiratur etiam conſcientiæ emundatio.

3. Propo. Tertia propoſitio. Qui probabiliter timet ꝙ propter ſua peccata Deus permittit ipſum excæcari, uel deprauari, is ad debitam ueritatis illuſtrationem obtinendam, uel ut eius ignorãtia ſit inuincibilis, tenetur, pręmiſſa debita diligentia & induſtria humana, per ſe & per alios bonam habere ueritatis affectionem, ſimul & emundationem conſcientiæ per cõtritionem ſaltem generalẽ uel etiã particularem de illis, propter quæ timet ſe Deo ꝑmittente excæcari, & ita petere humiliter à Deo debitam ueritatis illuſtrationem: alioqui non eſſet inuincibilis illa eius ignorantia.

Probatur, quia quamuis de his, quorum cæcitatẽ culpabilem iſte habet, ſit aliàs abſolutè dabilis ignorãtia inuincibilis ut ſupponitur; at in caſu prędicto non erit inuincibilis ignorantia niſi omnia prædicta fiant. Quia non facit quod tenetur ad ſciendũ qui non tollit impedimentũ cognitionis. Nam quo præcepto tenemur ad finẽ puta ad ſciendũ, eodem tenemur & apponere media neceſſaria & tollere impedimẽta, etiã ſecundum oẽs mundi ſapientes. Sed talis peccator ꝑꝑ peccata ſua ſpecialiter excęcatus aut datus in reprobũ ſensũ obligaẽ quęrere debitã ueritatis cognitionẽ ut ſe reponat in ſtatu gratiæ: & illa eius peccata ſunt impedimẽtũ ad id, vti ſupponitur in caſu propoſitionis huius, ꝙ ſcilicet propter illa ſit à Deo permiſſa ſpecialiter eius excęcatio; quodq; permanebit ſtantibus prædictis peccatis illius: ita quòd per ſolã induſtriã humanã non eſt probabile illum ab ea culpabili cæcitate eſſe liberandum, niſi per auxilium Dei ſpeciale uel abundans extraordinarium mens eius illuſtretur. ergo eodem præcepto, quo tenetur ſcire, & cæcitatem expellere, tenetur etiam ad humilem orationem, & prædictam conſcientiæ emundationem, qua Dei auxiliũ & lumen ueritatis non impediat, ſed potius impetret: ex quo non eſt aliud medium ſufficiens ad id, ut patet etiam ex ſupradictis in præcedente ſecunda propoſitione. Ideo pſal. 12. orat Dauid. Illumina oculos meos ne nunquam obdormiam in morte: & ſimiliter Eccleſia, ut Deus auferat uelamen ab oculis Iudæorum, & aliorum infidelium propter ſua peccata excæcatorum. Et notanter dictum eſt requiri ei contritionem generalem uel ſpecialem de illis peccatis, propter quæ timet ſe excæcari ſicut requiriẽ de oblitis; quæ homo timet ſe commiſiſſe, ut Medina de pœnitentia quæſtione. 3. de his latius agit.

Et cum his cõcordat Alex. Hall. & alii doctores cõmuniter ubi ſupra dicentes, ꝙ ideo ad Roma. 1. gentes dicuntur inexcuſabiles & obſcuratũ eſſe inſipiens cor eorũ, & illos homines datos eſſe in reprobum ſenſum, & culpabiliter ignorare multa iuris diuini & naturalis: quia ad Deũ recurſum nõ habuerunt per uerũ eius cultum, & orationem, uiuendo ſecundum rectam rationem, & legẽ naturalem. Et idẽ uidetur de Iudæis fidem Dei nõ tamen Chriſti habentibus propter ſua peccata excæcatis, ut patet Ioan. 13. & Matth. 13. Luc. 18. Actu. 28. Excæcatum eſt cor populi huius &c. Induratum eſt cor eorũ &c. Et facit ad idem Iſai. 6. & 29. & 30. ut de hoc latius habeẽ infra. Et ad idẽ eſt expreſſè Caſtro de lege pœnali lib. 2. cap. 4. & in caſu huius tertiæ propoſitionis intellectus Adria. vbi ſupra concordat cum ſupradictis.

Et quamuis magiſter Vega de iuſtificatione lib. 6. cap. 18. teneat oppoſitum dicens quòd non requiritur oratio, nec conſcientię emundatio prædicta ut quis in caſu propoſitionis ſit inuincibiliter ignorans: tùm primò quia non dabitur tale pręceptum, tùm ſecundò quia ſi illa obligatio ſumitur ex hoc quòd tales ex propria culpa incidunt in talem ignorantiam uel cæcitatem; iam eadem ratione

tione ſequeretur ꝙ omnes peccatores tàm ratione vtentes, quàm non vtẽtes, ut ſunt culpabiliter ebrii, ex peccatis ſuis præcedentibus ignorantes multa obligatoria, ſimiliter tenerẽtur ad eam orationem, & conſcientię emundationẽ ne ſint vincibiliter ignorantes: quod tamẽ etiã ex ſupradictis conſtat eſſe falſum. At uerò non ualet hæc eius opinio uti probatum eſt: nec eius rationes quicquam efficiunt. Nam ad primam reſpõdeo ꝙ quo præcepto tenentur tales ad finem ſcilicet ad tollẽdam talem cæcitatem, eodẽ etiam tenentur ad illa media orationis, & conſcientiæ emundationis neceſſaria ut patuit ſuperius. Ad ſecundam etiam reſpondeo negando conſequentiam, quia non eſt ſimile utrobiq;. Nam in caſu propoſitionis illa cæcitas eſt adhuc culpabilis, ex quo eam ſic cæcatus deponere tenetur, & poteſt cum auxilio diuino, ꝙ etiam ad id procurare obligatur ut probatum eſt. Illa etiam cæcitas eſt pœna peccati non ſolum generaliter, & naturaliter conſequens, aut cõtracta ex peccatis præcedentibus; ſed etiam ſpecialiter à Deo in pœnã peccati permiſſa, & permanens quouſq; peccator reſipiſcat, quorum neutrũ vel non niſi alterum habent aliæ ignorãtię culpabiliter tãtum contractæ: ideo ad earum expulſionem, orare, aut conſcientiam emundare eiuſmodi ignorans non tenetur

Et nota quòd in hac & in aliis propoſitionibus ſupponitur ſicut & verum eſt, quòd propter peccata, & propter hoc quod homo non rectè affectus inquirit ueritatẽ ſed ut inueniat loquentes ſibi placentia ut habetur Eſai: 30. & cautllos inueniant ut iuſtificent quod ipſe vult & ad quod ipſe præ deliciis, auaritia ſeu ambitione malè affectus eſt: propter hoc igitur Deus ſepè (idq; iuſtè) permittit talem hominẽ non ſolũ amplius cęcari & in multiplicem ignorantiã, & errorem culpabilem induci: ſed & in eo permanere quouſq; debitè reſipiſcat, & ſe diſponat habens rectum, uehementẽq; affectũ & deſideriũ ſolicitum ad ueritatẽ inquirendã, & operi demãdãdã; ut ſic à Deo per auxiliũ ſuperabũdãs aliquo modo diſponatur, & mereatur illuminari, vel per ignorantiã inuincibilẽ à culpa excuſetur vt dictum eſt, quod patet Roma. 1. Propterea tradidit illos Deus in reprobum ſenſum & Sopho. 1. Ambulabunt, ut cæci, quia domino peccauerunt.

Quę permiſſio cęcitatis & erroris tripliciter cõtingit ſecundũ Adria. ubi ſupra, in ſecũdo & quarto quodlib. Nam primò ſępè Deus in pœnam peccatorũ prędictorum hominum malè affectorũ abſcondit veritatem ab aliis Magiſtris ſeu pręlatis, quos iſti peccatores conſulunt: adeo ut etiam ſi vellent eis reſpondere & docere ueritatem, Deus nõ permittat eos ſcire, dicere, aut docere illos ut oportet: ſed uel falſa, uel non opportuna, nec expedientia ad ſalutem: patet Ezechi. 14. Qui poſuerit immũditias in corde ſuo, & uenerit ad prophetam ut interroget, ego decipiam prophetam illum, id eſt decipi permittã. Vide ibi, & nota totũ illud capitulum ad propoſitum, vbi dicitur iuxta iniquitatẽ interrogantis iniquitas & prophetæ erit: & glo. ſuper id Roma. 10. Quomodo prædicabũt niſi mittantur? &c. ait. Mittit ſæpè Deus malos doctores peccatoribus ex ira. & ſecunda Theſſalo: 2. Quia non receperunt charitatem veritatis ut ſalui fierent, ideò mittit illis Deus operationẽ errorum ut credant mendacio: ibi Auguſtinus in gloſ. vide, & Grego. lib. 25. morali, c. 20. ait Secundum merita plebiũ diſponuntur corda rectorũ &c. & Eſai. 29. Eò ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo & labiis ſuis glorificat me: cor autẽ eius longè eſt à me: ad mirationem faciã populo huic miraculo grandi & ſtupendo, peribit ſapientia à ſapientibus, & intellectus prudentiũ abſcondetur: & paulò ſuperius ibidem habetur. Miſcuit uobis dñs ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros; prophetas & principes ueſtros, qui uident uiſiones, operiet: & erit uobis viſio omniũ prophetarũ ſicut uerba libri ſignati, quẽ cùm dederit ſcienti literas dicet, lege iſtũ, & reſpõdebit non poſſum, ſignatus eſt enim: & dicit dominus eò quòd appropinquat populus iſte &c.

Et nota ꝙ Chriſtus Matth. 15. allegauit prædictã auctoritatem, quia populus hic labiis me honorat &c. ad hoc propoſitũ. Nam ipſe legem peruerſe interpretãtibus phariſæis & ſcribis dixit Matth. 15. Quare vos trãſgredimini mãdatũ Dei propter traditiones ueſtras? uidelicet, ut ibi patet in præcepto, de honoratione parentũ, & de obſeruãtia voti quãdo occurrerit caſus incõpoſſibilitatis utriuſq; utra illarum obſeruantia deberet præualere. Nam ut hoc declarat Frater Bernabas de Roſalibus in ſuo tracta. de breuitate opinionũ, phariſæi ex auaritia extollentes dignitatẽ uoti ut pote magnum actum virtutis religionis, & ideo illum anteponentes pietati & honorationi parentum in eorum ſubuentione dicebant. Si quis ea quæ parentibus pręſtanda erant, Deo uouẽret, qui pręcipuus eſt pater omniũ, liberũ eſſe a ſubuentione parentũ: tũ maximè quando non extrema premebantur egeſtate. Nam corporalis honoratio parentũ, de qua etiam ibi agit Chriſtus, ad honorabilẽ eorũ ſtatum tendit; non ad extremam neceſſitatem, quę in quocũque etiam extraneo ad ſubueniendũ obligat. Chriſtus autem ibidem hanc eorum opinionem ut erroneã cõfutare videtur: docetq; ut quod iure naturę abſoluto debetur anteponatur ei quod uel ſub cõſilio cadit uel ex uoluntate pẽdet humana: propter quod hoc ultimũ ſit diſpenſabile: non ita id quod abſoluto iure naturæ debitũ eſt: cũq; propter hãc doctrinã Chriſti, & propter alia, quæ ibi dixit & docuit Matth. 15. diſcipuli dicerẽt Chriſto phariſęos eſſe ſcãdalizatos Dimittite ait, eos, quia cæci ſunt & duces cæcorũ: cęcus autem ſi cæco ducatum prębeat, ambo incident in foueam: ex quibus ultimis uerbis ad noſtrum propoſitum elicitur, quòd licet Chriſtus Matth. 23. dicat ſuper cathedram Moyſis ſederunt ſcribæ & phariſæi, quæ dixerint uobis facite: non tamen propter hoc excuſabantur

tur prauè affecti ſequentes illorum erroneam doctrinam in moribus, etiam ſi eſſet res obſcura. Cauſa autem huius uidetur eſſe, quia ad auaritiam & ambitionem prauè affecti erant tum ipſis: neq; deſiderium ueritatis habebant: & propter peccata ſua tàm hi, quàm illi culpabiliter cæcari permiſsi ſunt: Nam & pro cauſa prædicti erroris Chriſtus allegauit prædicta uerba, Eſa. 29. Quia populus hic labiis me honorat &c. Igitur requiritur benè affectum eſſe & uigilantiſsimum eum, qui ueritatē tangentem conſcientiam inquirit atq; ſectatur, uti faciebat Iob. 29. Cauſam, quam ignorabam, diligētiſsimè inueſtigabā. Nam Eccleſi. 19. Qui citò credit leuis eſt corde, maximè in rebus ſalutem animę ſpectantibus. Secundò etiā Deus aliquando nō permittit bonis etiam doctoribus, & doctis etiam ſcientibus ueritatem, etiam conſultis de illa reſpōdere: ſed eos facit, aut permittit tacere & obmuteſcere, aut negligere, & non curare prædicare, & docere ueritatē neceſſariam, & opportunam, aut alio modo ex quauis alia cauſa tacere: idque propter populi aut interrogantis iniquitatem, ut patet Ezech. 3. Adhærere faciam linguam tuam palato tuo; & eris mutus, nec quaſi uir obiurgans: quia dominus exaſperās eſt. Vide ibi gloſ. Grego. & ad idem facit ipſe in moralibus. lib. 15. c. 20. ſecundum merita plebium diſponuntur corda rectorum. Ideo & Chriſtus quærēti Pilato, quid eſt ueritas nihil reſpondit, Ioā. 18. quia ſecundum cōmunes doctores non affectu ſciendi, aut credēdi, aut exequēdi rectam iuſtitiam, ſed animo curioſo, aut tepido id quærebat. Tertiò ēt Deus in pœnā peccati & ſuæ prauæ affectionis ſupradictæ permittit ſæpè indignos non rectè, neq; ad ſuum propoſitum, nec ſalubriter intelligere reſponſa & doctrinam ueritatis neceſſariam, etiā eis opportunè prædicatam, lectamq; in libris ſacris atq; doctorum; ut patet Eſai. 29. Claudet Deus oculos ueſtros: & erit uobis uiſio oīum prophetarū ſicut uerba libri ſignati, id eſt, ac ſi nō uideretur, nec audiretur, neq; intelligeretur quod in libro clauſo & ſignato continetur: ſic nō percipitur quod prędicatur, aut edocetur, ut dictū eſt. Et Eſai. 29. Peccata ueſtra diuiſerunt inter uos & Deum, ut faciem eis non uideatis. ibi uide. in cuius figuram, Exo. 34. Filii Iſrael non poterant clarè intendere in faciem Moyſi ex parte Dei ad illos loquētis niſi ſub uelamento. Itē Eſai. 58. Etenim me de die in diem quęrunt, & ſcire uias meas nolunt quaſi gens, quæ fecit iuſtitiā. Item clarius. cap. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, id eſt excæcatum uel excæcandū cor eius & aures aggrauandas prænuncia & prædica: & oculos eius claude: ne forte uideat oculis ſuis & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum: & paulò ſuperius ibidem, Audite audientes, & nolite intelligere, & uidete uiſionem, & nolite cognoſcere. Et ratio huius datur, Matth. 13. & Actu. 28. Quia incraſſatū eſt cor populi eius, & auribus grauiter audierunt: & Iob. 21. Quia dicunt Deo recede à nobis, ſcientiam uiarum tuarum nolumus &c. Oculos autem claudere apud Deum eſt mentem hominis non illuſtrare in pœnam peccati, & non ſpecialiter cooperari, neq; iuuare ad intelligendum ut oportet. Iuſta autem, ait Grego. externus palpitat lingua prædicantis, ſi intus non doceat (adde & moueat cor) gratia ſpiritus ſancti. Ideo Ioan. 18. Chriſtus ait Pilato, Qui ex ueritate eſt audit uocē meā. Secūdū Chryſoſt. qui eſt ex ueritate, id eſt, ſi quis amat ueritatem, & ad eam afficitur. Et Theophilact. O Pilate ſi ueritatis es filius, eamq; deſideras, audies uocem meam, id eſt credes, & intelliges, & ſuſcipies eam ueritatem, quā deſideras: quia ſecundū Auguſt. lib. 1. de moribus Eccleſiæ c. 17. Veritas ſi non totis uiribus concupiſcatur inueniri non poteſt. Ideo Prouerbio. 2. Audiat ſapientiā auris tua, inclina cor tuū ad cognoſcendam prudentiam: ſi quæſieris eam quaſi pecuniā, & ſicut theſauros effoderis illam, intelliges timorem dñi, & ſcientiā Dei inuenies &c. cap. 7. Optaui, & datus eſt mihi ſenſus: inuocaui & uenit in me ſpiritus ſapientiæ &c. ubi oſtenditur quo animo & affectu debet ueritas inquiri à Deo, & doctoribus, ut homo ſit dignus illuminari, & ut per ignorantiam inuincibilem excuſetur, ut dictum eſt.

Ex quibus oībus in tota hac propoſitione & in 1. Corol.
ſupradictis corollariè ſequitur primò q; quia ſunt multi peccatores & non ſatis benè affecti ad ſciendum ueritatem, & eam cognitam exequēdum, propter quorum peccata & indiſpoſitionem deberēt ipſi rationabiliter dubitare ſeu timere q; Deo permittente prolapſi ſunt in præfatam ignorantiam uel cæcitatem culpabilem de ſuo malo ſtatu, aut de ſua inſufficiēte pęnitentia ad ſalutē, ideo generaliter oēs peccatores ſuadendi & inducendi ſunt ut ad habendā ſufficiētē cognitionē ueritatis neceſſarię de ſtatu ſuæ ſalutis aut ut inuincibiliter & inculpabiliter ignorantibus eis talis error & cęcitas iā nō imputetur; inducēdi inquam ſunt ut nō ſolū p ſe & per alios cū uehemēti affectu & deſiderio ueritatis inquirāt diligenter, ſed etiam à Deo petant humiliter illuminari, idq; cū debita cōtritione ſaltē generali uel ſpeciali de illis, & emendatione ſuæ uitæ inſtanter & perſeueranter ut ſupra dictū eſt.

Et fortè Adrianus uidens ut plurimum homines eſſe magnos peccatores, unde timere deberēt propter ſua peccata Deo permittente cæcari quò ad aliquid, ideo abſolutè locutus eſt; & generaliter dicens quòd omnes tenebantur cum debita uitæ emundatione, & contritione & deſiderio ueritatis petere humiliter à Deo illuſtrationē ueritatis; quod & probatur, quia in dubiis probabilibus de mortali tutior pars eſt eligenda, ut habetur in ca. inuenis. de ſponſalibus: ſed talis eſt in dubio huiuſmodi ut ſupponitur in corollario q; ſcilicet dubitat probabiliter ſe propter peccata eſſe cęcatum & manere in ignorantia ſui mali ſtatus, ad cuius cognitionem ſufficientem etiam probabilem non

ſufficit

ſufficit humana induſtria, ergo requiruntur ſupra
dicta & maximè in morte; ſecus ſi non dubitat, aut
ſi non ſic dubitare debet rationabiliter, quia non
eſt curandum de leuibus ſcrupulis & ſuperſtitioni
bus: neque poſſumus omnes actus noſtros intelli-
gere, an ſint ſecundum Dei pręcepta ſufficienter
circunſtantionati propter ignorantiam, quę anne-
xa eſt naturæ lapſę. Sapien. 9. Timidæ & incertæ
ſunt prouidentiæ noſtræ. Sæpè etiam homo neſcit
certitudine probabilitatis adhuc ſe eſſe in gratia,
aut in ignorantia culpabili propter ſua peccata.
Inde multa ignorata culpabiliter nos latēt: ad quo
rum cognitionem non ſufficit humana induſtria
ſine aliqua Dei illuſtratione ex auxilio abundanti.
Quia Hiere. 10. Prouerb. 16. & 20. ca. Non eſt ho
minis ut dirigat greſſus ſuos. Et cùm timoratarum
mentium ſit de conſilio ibi timere culpam ubi non
eſt, ideo tunc quilibet de bono item conſilio debet
de oblitis & ignoratis confiteri generaliter, & ſe-
cundum Bonauen. ita petere à Deo prædictam il-
luſtrationē, ut habetur. 2. Paralip. ca. 20. cùm igno
ramus quid agere debeamus ad te ſunt oculi no-
ſtri. Item Thob. 4. Pete à domino vt dirigat uiam
tuam: Et ad idem eſt Prouerb. 2. & 3. cap. expreſ-
ſè. & ideo Pſal. 5. & 26. 36. 89. 118. & alibi ſæpius
petitur à Domino, Dirige in conſpectu tuo viam
meam: & vias tuas & voluntatem tuam & verita-
tem tuam edoce me: & Pſal. 12. Illumina oculos
meos ne unquam obdormiā in morte. Vnde & cō
cludit B. Tho. 2. 2. q. 85. art. 2. quòd oratio eſt ſim
pliciter neceſſaria nobis, vt ſic mereamur diuinum
auxilium oportunum ad vitæ ſalutaria.

Corolar. 2. Secundò corollariè ſequitur ex omnibus ſupra-
dictis in ſecunda & 3. propoſitione, ꝙ ſicut ſub no
uo peccato nō tenetur homo pro ſemper ſcire ne-
ceſſaria ad ſalutem, ſicut nec facere; quamuis pro
ſemper teneatur vitare omne peccatum; ita & per
conſequens non tenetur pro ſemper ſub nouo pec
cato facere omnia ſupradicta requiſita ad ſciendū
neceſſaria; ſed ſolum pro tempore, quo ſub nouo
peccato tenetur ſcire ad illa neceſſaria faciendum,
uel ad cauendum peccatum aliquod, quod ſine prę
dicta cognitione ſufficienter caueri non pōt: quia
obligatio mediorum, ſcilicet cognitionis & expul
ſionis ignorantiæ ſumitur ex obligatione finis, pu
ta obſeruantiæ pręceptorum: ex ſuppoſitione aūt
quando uidelicet homo id vult ſcire, debet, quam-
uis non ſub nouo peccato, facere prædicta requiſi-
ta ad ſciendum, ut ſupra dictum eſt.

Dubium. Et ſi quæratur, quid ſi ego probabiliter aut in-
uincibiliter ignoro orationem uel emundationem
conſciētiæ eſſe neceſſariam in caſibus ſupradictis
in 2. & 3. propoſitione, & ideo illam omitto, non
omiſſurus ſi ſcirem; nunquid tunc inuincibiliter
quoq; illa ignorabo & ſaluabor ſine notitia illorū
quæ dicta ſunt eſſe ſimpliciter neceſſaria ad ſalutē?

Nam ſi dicatur ꝙ ſic; iam ſequitur ꝙ in illis ſim
pliciter neceſſariis ad ſalutem datur ignorātia in-
uincibilis; vel ꝙ vt illorum & aliorum ignorantia
ſit inuincibilis nō requiruntur oīa illa q̄ dicta ſunt.

Si autem dicatur ꝙ non ſaluabitur homo ille,
neque inuincibiliter, ſed uincibiliter illa ignorat;
contra hoc videtur primò, quia facit quod poteſt
& tenetur ad ſciendum illa: neque tenetur ſcire ea
quæ probabiliter uel inuincibiliter ignorat, puta
orationē & conſcientiæ emundationem, eſſe ne-
ceſſaria ad talem finem. Tum ſecundò quia ne-
mo obligatur ad impoſſibile, qualis eſt iſte inuin-
cibiliter ignorans orationem, uel emundationem
conſcientiæ eſſe neceſſariam ad prædictum finē;
quia non poteſt ea velle facere dum ſic ignorat.

Item tertiò quia iam eſſet etiam ſimpliciter ne
ceſſarium ad ſalutem ſcire orationem uel emunda
tionem conſcientię, & alia eiuſmodi eſſe neceſſa-
ria ad cauendum inuincibilem ignorantiam eorū,
de quibus agitur in ſecunda & tertia propoſitio-
ne: quod tamen dicere abſonum eſt; cum con-
ſtet cadere ſub opinionibus doctorum dicentium
hęc, uel illa, uel tot eſſe requiſita ad uincibilē igno
rantiam horum uel illorum euitandam.

Reſpon. ꝙ propter has rationes iſte talis inuin Reſpon.
cibiliter ignorat illam orationem uel contritionē
eſſe neceſſariam ad ſciendum illa, de quibus 2. &
3. propoſitio agit. Sed negatur ꝙ de illis ſimplici-
ter neceſſariis ad ſalutem datur ignorantia inuin-
cibilis. Nam tunc Deus hoc non requirit, ſed illu-
ſtrat opportunè facientem aliàs quod in ſe eſt, ut
ſupra in ſecūda propoſitione habetur. Neque etiā
ſequitur ꝙ ergo illa, puta oratio & contritio non
requiruntur, ex quo ſine illis habetur illuſtratio
vel ſalus: nam requiruntur regulariter ut probabi
liter tenet opinio ſupradicta: & id eſt opinatum
non de fide quòd illa requiruntur: neque dicit
opinio quòd ſunt ſimpliciter neceſſaria, ſed ob-
ligatoria uel neceſſaria regulariter: ita quòd
qui ſcit, & poteſt ea facere, & non facit, non inuin
cibiliter ignorabit, nec excuſabitur à peccato,
cum quo ſtat, ꝙ excuſabitur qui inuincibiliter ea
ignorat, ſicut & is qui legem & præceptum imple
re non poteſt; & Deus tunc hoc non imputat ad
nouam culpam, ſed ſupplet quod deeſt illi, ac ſi
illa feciſſet ad hunc finem, videlicet vt vel incul-
pabiliter ignorans ſi aliàs faciat quod in ſe eſt op
portunè illuminetur, vel propter hanc ignoran-
tiam non condemnetur, ſed propter alia peccata.

QVAESTIO TERTIA.

VTRVM FACIAT QVOD IN SE
eſt ad ſciendum quantum eſt ex parte induſtriæ
humanæ etiā ſit tutus in cōſcientia is, qui ſequi
tur opinionem aliquorum doctorū, qui ſibi ma-
gis placent, ſi contingit quòd eos ſequendo er-
rat cum eis.

Propo. 1. RESPONDEO ſecundum Conradum de
contractib. q. vlt. & Adria. in 4. de reſtitu
tione, & Maior. in 4. ſententiarum, q. 1.
in ſententia clarius eos reſoluēdo per tres propoſi
tiones.

tiones ſequẽtes. Quarum prima eſt, quando opinio probabilior diffinit quod ſecundũ ſe à parte rei tutũ eſt & condemnat oppoſitum; tunc neceſſariò talis opinio tenenda eſt, exẽpli gratia. Si cõmunis aut probabilior opinio tenet pluralitatẽ beneficiorũ aut non reſidere in ſuo curatu ſine cã legitima, aut talẽ contractũ eſſe illicitũ, cùm ipſum cauere, & oppoſitũ facere ſit tutiſsimũ; dicit propoſitio hęc talẽ opinionẽ eſſe tenendã, & ſequẽdã: & in hoc omnes doctores conſentiunt. Et probatur tum primò quia agendo cõtra rectã rationẽ peccatur ſed talis agens contra probabiliorẽ opinionẽ agit contra rectã rationẽ: quia agit cõtra rationẽ & authoritatem, cui reniti non licet. Nam ideo dicitur probabilior opinio, quia rationabilior, & quia ualidioribus innititur rationibus & fundamentis, quibus naturaliter conuincitur intellectus, ut huic parti potius, quàm oppoſitę aſſentiat.

Tum ſecundò quia legi rationabili ſeu prudẽtiali iudicio dictanti tale quid eſſe neceſſariũ (qualis eſt prædicta opinio probabilior & rationabilior) neceſſarium eſt ſe conformare. Tum tertiò quia aliter agens agit temere irrationabiliter: dum ſine ratione ſufficiente eligit partẽ periculoſam minus rationabilem, quàm ratio ipſa minus dictat, poſt poſita ea, quam magis dictat eſſe neceſſariò amplectẽdam: ut infra in corollario habetur, & in tertia propoſitione latius.

2. Propoſ. Secunda propo. quando opinio probabilior aſſerit & iuſtificat quod in ſe nõ eſt tàm ſecurum, quã eius oppoſitũ, tunc licet ſit tutius talẽ opinionẽ nõ ſequi licitum tñ eſt eam ſequi: exẽpli gratia, ſi probabilior opinio tenet mutuantẽ poſſe recipere ultra ſortẽ aliquid rõne intereſſe lucri ceſſantis, licitum eſt eã ſequi, licet ſit tutius ab ea cauere ſecundum aliam opinionẽ non tã probabilem. Probatur, tum primò quia legi rationabili licitũ eſt ſe cõformare; huiuſmodi aut eſt talis opinio probabilior & rõnabilior, quã oppoſita, ut ſupra in probatione primæ propoſitionis probatũ eſt, ergo. Tũ ſecundò quia in dubiis quod certius æſtimamus tenere debemus ut habet in ca. iuuenis, de ſponſalibus: nunc aũt certius æſtimat quod rationalibus æſtimatur aũt creditur: qualis eſt opinio probabilior. ergo. Nam ex ipſa ratione eius quæ vi excuſabitur per igorantiam inuincibilem ſi quis ueritatẽ nõ attingat aut ſi erret talẽ opinionẽ probabilẽ ſectando. Tum tertiò quia ſi non ita eſſet; ergo nulla eſſet in examinandis opinionibus diligẽtia adhibẽda, niſi quando ex ſacris literis uel Eccleſiæ authoritate ueritas elucidanda eſſet. Conſequẽs aũt hoc omniũ aures offendit, eſtq; cõtra cõſenſum omnium ſapientũ. Conſequentia autem probatur. Nam ſi omni adhibita diligentia errans nõ excuſaretur; ergo abſq; ulla ueritatis inquiſitione oporteret ſemp uiã tutiorem ex parte rei eligere, ut ſi de fide agatur oportet nulli parti aſſentiẽdo expectare Eccleſię determinationẽ; ſi de moribus ſimiliter abſtinendo ab omni actu; cui ex uarietate opinionũ imminet periculũ. Tum deniq; quartò quia doctiſsimi & ſanctiſsimi uiri cõtraria in expoſitione ſacrę ſcripturæ & in moribus ſenſerũt: & nullus eorũ condemnat quod ſic ſenſerit & egerit, ergo ſequẽtes eorũ opiniones probabiliores cõdẽnari debẽt. Conſequẽtia patet cũ minore, & maior probatur, quia Hierony. & Auguſti. in expoſitione Epiſtolæ ad Galatas tã de ſenſu ſcripturæ ſuperdictis Pauli quã de ipſo facto Petri ſeparantis ſe à gẽtibus propter aduentũ Iudæorũ cõtraria indubiè ſenſerunt. Nam (ut ait frater Barnabas de Roſalibus in ſuo tract. de varietate opinionũ, & Maioris ubi ſupra) nõ ſunt audiendi Adria. & alii, qui dicunt eos non ſe intellexiſſe: ideoq; nõ tã ſenſu quã uerbis cõpugnaſſe. Qui. n. fieri potuit vt viri illi ingenioſiſsimi tot ſup eadẽ re miſsis ac remiſsis Epiſtolis uerborũ ſuorũ ſenſum nõ calluerint? fuerũt ergo in materia fidei ſimul & morũ diuerſę opinionis: & ſimiliter Tho. & Bonauẽtura à ſe ipſis inuicẽ & ab aliis in materia fidei, morũ, & ſacramentorũ ſæpè (ſalua tamẽ fide) diſſẽtiũt in ſuis opinionibus ut patet eorũ ſcripta legẽti: neq; propter hoc arbitrabãtur ſe exponere periculo inexcuſabilis erroris ſi nõ attingerẽt ueritatẽ, dum quod probabilius uideretur ſectabantur. id quod ipſe, B. Tho in 8. quodlib. art. 13. expreſſe ait; quod ſcilicet qui ex contrariis opinionibus alterã videlicet probabilem imitando in nullam dubitationem adducitur, non committit ſe diſcrimini, utique nec peccat.

Ad uim ergo rõnis oĩa referenda ſunt, ſicut & Auguſt. ait in Epiſtola. 19. in concertatione prædicta cũ Hieronymò, & habeẽ diſtinctio. 9. c. ego ſolis, alios, ſcilicet libros doctorũ prẹter ſacrã ſcripturã ita lego: ut quantũlibet ſanctitate & doctrina præpolleant, non ideo verũ putẽ, quia ipſi ita ſenſerunt; ſed quia mihi per illos. ſ. libros canonicos ſacrę ſcripturę vel probabili rõne perſuadere potuerunt. Igitur in dubiis ea ſequenda via eſt de neceſsitate aut de licentia, quę rationabilior & probabilior uidetur, ut precedentibus propoſitionibus dictum eſt.

Tertia propoſitio quãdo opiniones ſunt vel creduntur æquè probabiles, ſemper id quod uidetur minus malum & tutius tenendum eſt, quando eſt dubium de peccato mortali. 3. Propoſ.

Probatur dupliciter. Primò, quia in dubiis nõ ſolũ facti, ſed iuris, tutior & certior pars eſt eligẽda, ut habetur in ca. iuuenis. de ſponſa. & ca. ad audiẽtiã de homicid. & ca. illud. de clerico excommu. miniſtran. & quia aliàs Eccleſia. tertio. Qui amat periculũ peribit in illo. Nam hęc eadẽ ratio militat in dubio iuris & facti. Nunc aũt qui illas opiniones æquè probabiles ſcit vel arbitrat, neceſſe eſt ut maneat dubius quæ earũ ſit uera, & per cõſequẽs nõ ſibi liceat agere quod altera opinio cõdẽnat. Aequè enim mouetur naturaliter intellectus ad aſſentiendum vni opinioni ſicut alteri habenti æqualia motiua & æqualem probabilitatem: uel ſi non manet dubius ſaltem temerè & periculosè ſine

vlla

vlla ratione ſed voluntariè ex ſua affectione adhæreret huic vel illi opinioni, & iudicaret eſſe faciendum quod hæc opinio iuſtificat, non obſtante æquali probabilitate quod id facere non licet, quod altera opinio condemnat. Igitur peccat qui ſine ratione ſufficienti relinquens partem tutam & certam non ſolum ſecundum ſe & à parte rei, ſed etiam ſecundum ſuam æſtimationem, eligit minus tutam vel maius malum. Ad id facit c. duo mala. c. nerui diſtin. 13.

Secundò probatur idem, quia ideo in c. inquiſitioni. de ſenten. excómu. habetur quod vxor probabiliter dubia de conſanguinitate viri intra gradum prohibitum, non poteſt petere debitum coniugale, cùm tamen ſit in profeſſione mariti: & ſimiliter in c. Dominus. de ſecun. nuptiis. vbi agitur de vxore quæ probabiliter dubitat de vita mariti prioris, & ex conſequenti an is quæ de præſenti habet, ſit ſuus verus maritus; dicitur ibi: quod non poteſt ab eo debitum petere, licet teneatur reddere exigenti: idque non alia de cauſa, niſi quia in caſu æque probabiliter dubio eſt tutius eligendum, ſicut & maius malum, maiuſq; periculum cauēdum eſt: vti de hoc etiam infra lib. 5. de conſcientiā. q. 5 latius habetur.

Sed nota primo, quòd licet tunc ſit tutius eligendum; non tamen eſt id firmiter aſſerendum, ſed ſolum cum formidine aliqua de oppoſito opinandum eſt id eſſe probabile aut probabilius, quia temeritatis vitium eſt, dubia aut non ſatis certa pro certis affirmare, vti B. Tho. in 9. quol. art. 15. & Gerſon de vita ſpirituali coroll. 2. 11. & 23. optimè docent.

Etiam nota ſecundò, quod benè ſtat vtrâque opinionem æquè probabilem eſſe; & quod ego non ex ſola affectione ſed ex aliqua rationabili cauſa, puta quia rationes alterius ſcio diſſoluere, vel credo per alios benè diſſolui, aut ſolubiles eſſe, nec omnino efficaces, licet illas ego diſſoluere non ſciam: vel etiam ex ignorantia inuincibili rationabiliter vel inculpabiliter æſtimem alteram opinionem eſſe magis probabilem aut veram, quæ non eſt: & tunc hæc quæ probabilior aut vera æſtimatur tenenda eſt de neceſſitate, aut de licentia, vti in duabus propoſitionibus præced. dictum eſt.

Si verò cum æquali opinionum probabilitate æſtimata, æquale etiam malum ſiue periculum, vel etiam nullum immineat vtrinque: tunc locus eſt gratificationi: & quælibet illarum opinionum ſequi poteſt; ita quòd ſi vtraque opinio eſt vel creditur æquè probabilis vel æquè dubia, vt diximus, an ſit peccatum ſecundum eam vel contra agere, neque diſcerni poteſt in quā partem grauius peccatur, aut grauius malum ſiue periculum imminet; tunc eſt locus gratificationi, & quæcunque opinio eligi poteſt, quia in via Dei non poteſt eſſe perplexitas ad peccatum, neq; Deus obligat ad impoſſibile. Cæterum vbi nullum periculum corporale vel ſpirituale eſt; tunc regulariter quælibet opinio probabilis rectè eligi poteſt, id quod in ſpeculatiuis & aliis conſcientiam nō tangentibus ſæpè contingit.

Igitur reſolutoriè prædicta omnia in quatuor dictis colliguntur. Primò quòd quando eſt periculum de mortali ex vna vel ex vtraq; parte contradictionis quodcūq; fiat; tunc ea, quę eſt vel creditur probabilior opinio, tenenda eſt: de neceſſitate quidem, quando illa ſic aliquid ſub mortali condemnat, quod oppoſitum omnino licitum & tutum eſt, vt ait prima propoſitio: de licentia verò quando aliquid iuſtificat quod de ſe à parte rei non eſt tam ſecurum ſicut oppoſitum, vt ait ſecunda propoſitio. Secundò quòd ſi vtraque opinio æquè dubia aut æquè probabilis eſt; tunc à ſcientibus vel credentibus illud tutior tenenda eſt: & cauendum eſt periculum maius vel de grauiori & certiori malo formata bona & quieta cōſcientia; quod ſic agendum eſt, vti ſuperius propoſitio tertia habetur. Ad quod etiam faciunt c. duo mala. & cap. nerui. diſtinctio. 13. Tertiò quòd ſi ſtante æqua probabilitate vel æquali dubio ex vtraque parte de peccato mortali, neque etiam diſcerni poteſt in quam partem grauius, certiuſq; peccatum ſiue periculū imminet; tunc eſt locus gratificationi, & formata bona cōſcientia cum bona fide quæcunque illarum opinionum eligi poteſt; quia in via Dei non poteſt eſſe perplexitas ad peccatum, neq; ad impoſſibile eſt obligatio vt in tertia propōne dictum eſt.

Quartò ſi homo non eſt literatus, aut doctus, aut ſi neſcit ibi eſſe varietatem opinionum, neq; dubium inter doctores, aut ſi audit vel ſcit ibi varias eſſe opiniones, tamē probabiliorem, aut tutam non ex affectione, ſed ex ignorantia, uel ex alia cauſa credit eam, quā ipſe ſequitur æquè aut magis, quàm oppoſitam; & ita cum bona fide, bonaq; conſcientia putans ſibi licere agit vel omittit paratus oppoſitum agere, ſi ſufficienter ſciret illud illicitum eſſe; hic certè inculpabiliter agit, & illam ſequitur opinionem; & per ignorantiam inuincibilem excuſatur. Et ita doct. communiter dicunt, & præcipuè Medina de reſti q. 22. fol. 74. & Nauarro in ſumma. cap. 27. numero 283. 288. quod de poſito dubio & formata bona conſcientia poteſt homo prædictus adhærere illi opinioni, quā audierit à doctoribus fide dignis approbari; quibus ſe tute pōt confirmare. Immo & glo. in extrauag. Ioā. 22. inter nōnullos, de verb. ſig. §. i. verbo, deinceps, etiam ait quod opinio alicuius magni doctoris inducit cauſam probabilē, & excuſat a culpa erroris; qđ videtur intelligendum, ſi talis hō neſcit inuincibiliter ibi eſſe opiniones, aut neſcit earum cauſas, & motiua vel fundamēta examinare, vt dictū eſt. nā ſi eſt doctus ſciens illa diſcernere & examinare; tūc in dubio de pcō mortali debet habere cauſas magis rōnabiles ad adhęrendum potius huic opinioni, quàm ipſe vti probabiliorē & tutā amplectitur, vt in præcedētibus

B decla-

declaratum eſt, vt à culpa per ignorantiam excuſetur. Fit tandem ex dictas quòd quando litigantes ſuper aliqua re, cui eorum debeatur, habent pro ſe æquales probationes, vel doctorum opiniones, debent componendo inter ſe rem illam diuidere vt maneant tuti in conſcientia; aliàs fortè tuti non eſſent. Ad ſupradicta faciunt ea, quæ inferius, lib. 3. de conſcientia. q. 5. propoſitio. 2. & q̃ô. 6. in ſecunda parte propoſitionis & q. 8. differuntur.

Dubium. Sed dubitatur quæ ſunt, aut eſſe poſſunt cauſæ rationabiles ad adhærendum potius vni vti probabiliori opinioni, quàm alteri, aut facientes vnã opinionem probabiliorem, quàm alteram. *Reſpon.* Reſpondeo ſecundum Conradum, vbi ſupra ꝙ ſunt ſeptem, quarum quinque ſe tenent ex parte ipſorum doctorum opinãtium, aliæ duæ ex parte fundamentotum illius opinionis.

Cauſa 1. Prima igitur cauſa eſt, ſi doctores vnius opinionis ſunt & fuerunt regularitet in aliis opinionibus fidem vel morem reſpicientibus veriores; ita quòd in talibus verius ſcripſerunt, & minus errauerunt; tunc enim cæteris partibus etiam in propoſita materia eſt cauſa magis adhærendi opinionibus eorum, quia ex ſimilibus præſumitur de ſimilibus.

Cauſa 2. Secunda cauſa eſt, ſi doctores vnius opinionis plus inſudarunt ſtudio talium materiarum, de quibus agitur in præſenti, quàm doctores alterius opinionis, quia cæteris paribus in fide & moribus plus adhærendum eſt Theologis, quàm Canoniſtis: contra verò in his quæ concernunt leges humanas, & forum contentioſum, plus canoniſtis, quàm Theologis. Similiter inter Theologos in materiis moralibus & caſibus conſcientiæ plus ſtandum eſt illis, qui in moralibus diligentius ſuum ingenium contriuerunt, quàm aliis, qui ſpeculatius plus intenderunt: quia Ethic. 1. Horum quiſq; eſt bonus iudex quæ nouit, & vnicuiq; in ſua arte credendum eſt.

Cauſa 3. Tertia cauſa eſt, ſi doctores vnius opinionis ſunt pręſumendi minus affectati ad illam opinionem, quàm alii ad ſuam: quia cæteris paribus plus ſtandum eſt illorum opinioni, qui ſunt minus affectati, quàm aliorum affectatorum. Ideo ſi materia, de qua eſt dubium, tangit lucrum temporale alterius partis doctorum; minus credendum eſt eis, quos illud lucrum reſpicit, quàm aliis. Ideo etiam magis credendum eſt iuriſperitis cæteris paribus, qui vel vbi non ſunt alligati alteri partium, puta vbi ſcribunt per modum lecturæ, q̃ aliis etiam eiſdem vbi alteri partium tanquã aduocati, vel ei alligati conſilia ſcribunt: & idem ſimiliter de quomodolibet affectis, & nõ affectis dicendum eſt, quia amor & odium peruertunt iudicium. 2. Rheto. Amantibus & odientibus non eadem videntur.

Cauſa 4. Quarta cauſa eſt, ſi doctores vnius opinionis ſunt & fuerunt regulariter melioris vitę: quia cęteris patibus magis ſtandum eſt opinioni eorũ, q̃ aliorum, quia ſanctitas & puritas vitæ meretur à Deo illuminationem veritatis, & præcipuè caſtitas. vnde Io. Euang. inter catholicos, & inter Ethnicos Plato altius de Diuinis ſcripſerunt: & ſicut tales minus errant in vita ſua; ſic etiam apti ſunt minus errare in doctrina & operationibus aliorũ dirigendis; quia Pſal. 9. Initium ſapientiæ timor dñi. & Eccl. 37. Anima viri ſancti enunciat aliquãdo uera pluſquam ſeptem circũſpectatores ſedentes ad ſpeculandum: & ſequitur ibidem ironicè, cum uiro irreligioſo tractatu de ſanctitate, & cũ iniuſto de iuſtitia. Vide ibi.

Quinta cauſa eſt, ſi ſunt plures de una opinione, quàm de alia: quia cæteris paribus magis adhęrendum eſt pluribus. Ideo S. Iſidorus in epiſt. ad lectorem ſuum præfert canones qui dicuntur apoſtolorum cęteris cõciliis, quia licet à quibuſdam dicantur apocriphi, tñ plures eos receperũt, ut habetur 16. diſt. c. Iſid. & Aug. lib. 2. de Doctrina Chriſt. docet in illis ſcripturis, quæ nõ ab omnibus recipiuntur præponendas eſſe eas, quas plures & grauiores accipiũt diſt. 19. c. in canonicis. & diſt. 63. c. ult. & in 2. q. 7. c. puto habetur quòd illud potius tenendum eſt quod à pluribus approbatur & corroboratur. Nã 1. Top. ait Ariſt. quòd Probabile uerum eſt quod pluribus & ſapiẽtibus uidetur. Et notetur ꝙ ſemper dico cęteris parib. quia aliàs non oportet. Vnde & Papa Pius 1s. in epiſt. 401. ad Lodouicum regem Francorũ dicit. Scriptura quæ ait ubi multa conſilia ibi ſalus, cõſiliorum multitudinẽ non requirit; ſed maturitatem & digeſtionem, quæ res in paucis, q̃ in multis facilius ſępe reperitur: neque. n. honeſtas aut iuſtitia multitudine facilè ſuadetur: q̃ uariis affectib. agitata ad peiora frequenter inclinat: neq; bene ſe res habet ubi ſuffragia numerantur, non põderantur: ſæpe. n. fit ut maior pars meliorem uincat. Hæc ille. & C. de uete. iu. enucl. l. i. & l. tanta. §. ſi quid autem, dicit tex. ꝙ ſępe unius & fortè deterioris ſiue minoris ſententia poteſt multos & maiores in aliqua parte ſuperare: & tunc non eſt cõſideranda multitudo ſequentium unam opin. ut ibi dicit tex. Igitur cæteris paribus & non aliter opinio communis tenenda eſt, quia pro ea præſumitur ueritas ſecundum glo. 3. q. 7. c. infamis. & innuit tex. iuxta glo. in c. unico. de poſtul. præla. lib. 6. & facit tex. in l. ii. ff. de iu. & fac. igno. & notat Bar. in l. de eo. C. de pœna iud. qui male iudi. & in foro contentioſo ſeu exteriori debet iudex iudicare ſecundum opinionem communem; aliàs punitur, ut de hoc late Syluester tit. opinio. q. 2. & ſumma Ange. ibi uide. quæ omnia limita ut dictum eſt, ſcilicet cæteris paribus, uel ut ait Geminia. cap. 1. de ſumma trinit. lib. 6. niſi notoriè maledicat, uel rationabiliter conuinci poſsit, ut ait etiam Io. Andr. cap. 1. de conſtitu. *Cauſa 5.*

Quòd ſi unam opin. plures teneant, aliam autem grauiores licet pauciores, uidetur, (ut ait Conr.)

Conradus) ꝙ cæteris paribus exiſtentibus opiniones illæ ſunt æqualis auctoritatis. vnde Aug. lib. 2. de doctrina Chriſt. & habetur diſtinct. 19. c. in canonicis. dicit ꝙ ſi contingat inuenire ſcripturas aliquas à pluribus teneri, & alias à grauioribus haberi quãquam hoc inueniri non poſsit; æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. Hæc ille. Quòd ſi doctores contraria opinantes ſint Antiqui & Moderni; præponuntur antiqui (cæteris paribus loquor ſemper) quia temporum diuturnitas videtur aliquam auctoritatem attuliſſe, niſi ex nouis rationibus & cauſis aliud ſentiatur, quia aliquando intellectus iuniorum eſt perſpicacior. l. gallus. ff. de lib. & poſth. Ad hoc pulchre facit Getſon in tertia par. ſum. de vita ſpirituali, lect. 4. corollario 8. vide ibi.

aſa 6. Cauſa ſexta eſt, ſi rationes vnius opinionis ſunt meliores & magis vrgentes, quàm rationes alterius: ei enim, qui meliori rationi innititur ſtandum eſt, vt in cap. capellanus. de feriis. quò enim quiſq; magis rationi innititur, eò maioris auctoritatis verba eius eſſe videntur, ait Gratianus. diſtinc. 20. cap. 1. & 2. vnde ſecundum eum ibid. & in cap. placuit. 36. diſtinc. aliqua dicta Auguſt. & Hieronymi circa expoſitionem ſcripturarum præferenda videntur dictis aliquorum pontificũ, eò quòd meliori rationi adhæſiſſe videntur.

ſa 7. Septima cauſa eſt, ſi auctoritates ſonantes ꝓ vna ſunt expreſsiores, aliis ſonantibus pro alia opinione. Ideo Gratianus 36. quæſt. vlt. cap. vlt. dicit quòd auctoritas concilii Aquiſgrani dicentis; quòd raptor & rapta non poſſunt matrimonialiter copulari, etiam poſt conſenſum parentum, etiam poſt pœnitentiam, non præiudicat auctoritati Hieronymi dicentis oppoſitum, maximè cùm Hieronymus teſtimonio diuinæ legis innitatur. verum hoc exemplum, quod adducit Gratianus (ait Conradus) non videtur eſſe conueniens, quia prædictum concilium non dixit hoc declaratiuè, quaſi hoc ſit de lege Diuina, vel non determinauit abſolutè quòd id fieri nullo modo poteſt; ſed vt videtur id dixit diſpoſitiuè, & quãtum eſt ex humana lege volendo ſtatuere & prohibere ne tales copularentur. Nunc autem multa non poſſunt fieri ob prohibitionem legis humanæ, quæ tamen, quantum eſſet ex lege Diuina poſſent fieri. Et ita patent prædictæ ſeptem cauſæ, quibus cognoſcitur potior ſeu probabilior opinio, cui magis hærendum ſit; inter quas cauſas iſtæ duæ vltimæ ſunt potiores & magis attendendæ, quia & magis faciunt ad rem; quibus deficientibus ad alias quinque cauſas priores eſt recurrendum, vt dictum eſt.

uleriũ. Ex quibus patet quòd peccat mortaliter is, qui agit actum à parte rei licitum quidem & bonum, ſed tamen iſte illum agens eſt vir literatus, qui nouit ponderare cauſas adhærendi potius vni opinioni, quàm alteri: & tales cauſæ ſunt notabiliter meliores circa opinionem dãnantem eundem actum vel contractum, quàm ſunt cauſæ adhærendi opinioni, illum approbanti. Nam ſecundum Ariſt. quædam falſa ſunt probabiliora, quibuſdam veris: & nihilominus non obſtante ipſa præualentia ipſe adhæſit etiam ſine dubio opinioni illum iuſtificanti, & ſic egit illum. Ratio eſt ſecundum Conradum vbi ſupra; quia talis temere agit, & contra probabiliorem conſcientiam. Probatur primò quòd contra conſcientiã agit; quia ſi cauſæ adhærendi opinioni actum dãnati ſunt meliores, ergo ſunt natæ inducere eum ad magis credendum quòd ſit illicitus, quàm ꝙ ſit licitus; ſed intellectus eſt potentia naturalis nõ potens non aſſentiri, ſeu non opinari id quod ſibi oſtenditur, vt magis opinabile, ergo is magis æſtimat vel opinatur ſtantibus illis cauſis quòd ſit ille actus illicitus, quàm quòd licitus: & nihilominus illa credulitate non obſtante vult agere eundum actum contra reclamationem conſcientiæ; quàm non audit nec aduertit cùm debeat aduertere: ſed eam per imperium voluntatis compeſcit ſuſpendendo, vel auertendo intellectum à debita illorum conſideratione, ergo patet quòd facit contra conſcientiam in actu vel in debito exiſtentem.

Quòd autem temere agat patet ſecundum Adria. in 4. vbi ſupra quia ſtat aliquem faciendo licitum & obligatorium peccare eò quòd exponit ſe periculo, verò vel æſtimato, vt patet in caſu prædicto, quia qui æſtimat vel æſtimare debet ibi eſſe periculum peccati mortalis; tunc certè quãtum in ſe eſt, exponit ſe periculo, licet non quantum eſt ex parte rei licitæ quam agit. Si autem nõ aduertit tale periculum; tunc interpretatiuè ſe illi periculo exponit: quia ſcilicet debet æſtimare & aduertere periculum vel diſcrimen illud in eo quod agit; ſicut interpretatiue dicitur quis velle peccatum, quod debuit aduertere. Quãdo enim homo non timet vbi timendum eſt, & non dubitat vbi dubitandum eſt; tunc ex 4. Ethic. ex nimia audacia eſt exceſſus vitioſus formalis, vel interpretatiuus, atque temeritas: & ita temeritas intellectus eſt, quando ſuæ æſtimationi nimis innititur, & non formidat ubi formidandum eſt, contra illud Prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ: prudentiæ autem ſuæ, (ut ait Hieronymus) nimis innititur qui ea, quæ ſibi agenda uel dicenda uidentur, patrum decretis anteponit: & ut idem Adrianus ibidem in ſecundo quolib. art. 1. Vltimo dicit is innititur propriæ prudentiæ, qui cùm adhuc lactis ſit particeps & expers ſermonis & iuſtitiæ non ſtat auctoritati maiorum: ſed ex iis, quæ ſibi apparent, concludit ita ſore, quia ſicut perperam temerè & contra rationis ordinem agerem: ſi ego longe diſtans, & non ſtare uidens hominem à longè uenientẽ, conſtanter tenerem illum eſſe ſortem quem alii clarius propiuſqne uidentes dubitant: ita temere peccat is qui dubitantibus, & opinantibus

viris doctiſsimis contra probabiles rationes eorum tenet oppoſitũ licet in rei veritate ſit verũ.

Similiter peccato temeritatis, peccat qui eſt ſimplex homo, & nullatenus dubitat in eo actu, vel contractu in quo ſcit vel audit doctores præclarosque viros eſſe varios dubios & perplexos, & vacillare.

Similiter ſi quis modo ſit literatus modo non ſciens tamen vel audiens excellentiſsimos doctores, & ferè omnes tenere quod ſtante probabili dubio, an talis coniux ſit aliena, eius vir cum quo nunc eſt, tenetur reddere debitum ipſi petenti quamuis exigere non valeat ab ea, vt videtur dicere cap. inquiſitioni de ſententia excommunic. & cap. dñs. de ſecundis nuptiis. & cap. quia culpatur. 23. q. 1. & tamen audiens eſſe aliam ſingularem opinionem in oppoſitum quam ſequitur, Adria. in 2. quol. (de qua latius alio noſtro tractatu de conſcientia. q. 8. dicetur) negat ei debitum ſequendo firmiter hanc opinionem Adriani, & aliorum paucorum: niſi pro hac ſua opinione ſingulari habeat rationes notabiliter meliores, ſeu auctoritates & cauſas magis vrgentes, quam habet opinio communis doctorum, peccat, inquam, peccato temeritatis vt dictum eſt.

Ratio horum eſt, quia dicitur primo Poſter. Oportet diſcẽtem credere donec melius ſentiat. & 6. Ethic. dicit. Itaque non minus inhærendum eſt expertis & ſenioribus vel prudentum opinionibus atque ſententiis ſine demonſtratione, quã demonſtrationibus ipſis: veluti enim per oculũ experientiam habentes principia diſcernũt. Hęc ibi. In moralibus enim valet experiẽtia id quod demonſtratio in ſpeculatiuis, vt 1. diſtinc. 2. & 6. Ethic. ait Ariſt. de quo etiam B. Tho. prima ſecũdæ. q. 57. q. 60. pulchrè agit quomodo prudentia certius quàm ars operatur.

Contra primam propo. arg. 1. Contra ſupradicta & præcipuè contra primam propoſitionem arguit primo ſecundum Adrian. in 4. de reſtitu. vbi ſupra. Nam doctoribus nulla eſt facultas legis condendæ neque obligandi per talem legem, ergo ſimiliter neque opiniones eorum videntur obligationem aliquã inducere, ad eligendum hanc vel illam, &c. ergo non obſtante quòd ego ſciam apud doctores in dubium verſari ſequitur quòd poſſum eligere quãcunque opinionem voluero, vel ad conſilium vnius abſque diſcrimine peccati amplecti quãcunque voluero partem, non attendendo probabilitatem maiorẽ huius vel illius: & prima conſequentia probatur à maiori ad minus negatiue, quia ſi certa ſententia doctorum non poteſt me obligare tanquam lex, ergo nec formidoloſa eorum opinio. Secunda autem conſequentia patet. Et confirmatur primo, quia ignorantia inuincibilis excuſat à peccato: alioqui obligaremur ad impoſſibile (quod abſit) vt de hoc latius infra. Sed qui in dubiis ſequitur ſententias & decreta maiorum: videtur iam inuincibiliter ignorare quantum eſt ex hac parte induſtriæ humanę apponendæ, cũ nõ poſsit per ſe noſſe veritatem legis quam neſcit aut non intelligit ergo. Confirmatur ſecundo auctori, quia ſubditi præſertim ſimplices tenentur maxime in dubiis ſeruare decreta legesq; maiorum. Deut. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinẽ & ſanguinẽ, cauſam & cauſam, lepram & non leprã: & iudicũ. Inter portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum quem elegerit dñs Deus tuus: veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore, quęresq; ab eis, q indicabunt tibi iudicii veritatẽ, & facies quęcũq; dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dñs, & docuerint te iuxta legẽ eius: ſequerisq; ſententiã eorum; non declinabis ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Hæc ibi. In quo ſe fundat. c. per venerab. qui filii ſint leg. ex quo etiã canoniſtę & bene demonſtratũ putant, quod in dubiis diffiniendis magis ſtandum eſt ſent. papæ quã quorũcũq; ſanctorum, etiam quo ad expõnem ſacræ ſcripturæ quo Pontificibus: non aũt ſanctis data eſt poteſtas iudicandi & interpretandi. de quo Panor. in c. aliquib. de decimis. & c. ne imitaris. de pſcr. quãquã contrarium determinaſſet Gratianus in 20. diſt. c. 1. & 2. ſufficit ꝓ nunc ad ꝓpoſitum auctoritas Deut. 17. Item Math. 23. Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſei quæcũq; dixerint vobis facite. nunc aũt qui peccat auctoritate legis nõ peccat. 23. q. 4. ergo. Item Vlricus in ſumma ſua dicit quod ſi quis de aliquo dubio cõſulat magis peritos de quo nullã habet expreſſam auctoritatem ſcript. vel Eccleſiæ, vtrum ita ſit vel non, dũmodo formet ſibi bonam conſcientiã, etiam ſi res aliter ſe habeat quã ipſe ſentit, & quã ſibi conſuetum fuerit, excuſatur, quia fecit quod potuit & Deus plus non requirit. Item Alb. Mag. videtur in ſuis reſpõ. dicere ꝙ frater ſimplex vel quilibet homo eum ſalute poteſt ſequi in conſiliis quamcunque opinionem voluerit, dummodo alicuius magni doctoris opinionem ſequatur.

Item Aug. ad Caſſulanũ & habetur diſt. 9. c. ſanè. & Guill. gloſſator Raim. dicunt ꝙ in apicibus iuris vbi dubitant etiam ſapientes excuſabilis eſt Ignorantia: vnde ſi quis bona fide partem hãc vel illam elegerit nõ debet ſuper hoc habere cõſcientiam nimis ſcrupuloſam. Item Monal. dicit ꝙ in dubiis non generatur aliquod pindicium veritati ſi inter diuerſas opin. à magiſtris approbatas illã quiſquã amplectatur quæ ſibi videtur magis conſona veritati ſeu rationi. Item Landulph. in 4. ſenten. diſtinc. 15. dicit. Si quis illius ſit animi & propoſiti quòd nullo modo vellet operari contra legem ſi ſciret: & ſequatur in dubio contractuum opinionem alicuius doctoris, dato quod illud quod facit ſit malum, & contrarium ſit bonum, creditur quòd non peccat.

Item Hoſtien. extra de cogn. ſpir. ſuper c. ſi vir. dicit quòd vbi ſunt diuerſæ opiniones diuerſaq; iudicia

iudicia ſemper eſt ferenda humanior & æquior, & ad idem facit. cap.fin. de tranſact. & ff.de legibus.l.benignus. & ibi doctores, & quòd ſi vna opinio innititur rigori ſcripto: altera autem ſcriptæ æquitati, præponitur æquior (vt habetur de rerum permutatione. cap.1. lib.6.) & l.placuit.C. de iud. & Cynus in l.1.C.de legibus, & l.benignus ff.de legibus, & tenet Pau.in clementina Romani. in princ.de elect.quod tamen fallit in odium Iudæorum: contra quos rigor præfertur æquitati. de iudi.c.2. Et nota quòd dicit benignior illa quæ fauet iuramento, teſtamento, libertati, matrimonio, religioni, & ſacramento, vt eſt argumen. cap.2. de cogna.ſpiritu. & l.ſunt perſonæ. ff.de religio.& ſumptibus fun. & ſimiliter ea quæ abſoluit eſt ligante benignior. de reg.iur.c.odia. lib.6. & l.Arrianus.ff.de actionib.& obligatio. vt etiam refert Syluester tit.opin, quæſt.2.

Item Florent.in ſua ſumma, par.1. tit.3. c.10. §.10. & Nauarro in ſumma cap.27.numero 283. & 288. vbi etiam prædictos doctores recitat dicit quòd cum bona conſcientia poteſt quis tenere vnam opinionem, & ſecūdum eam operari excluſo ſaltem ſcandalo, ſi talis opinio habet pro ſe notabiles doctores, & non ſit contra expreſſam auctoritatem ſacræ ſcripturæ aut contra determinationem eccleſiæ: & dummodo ex contrarietate talium opinionum non tamen ducatur ad dubitandum ſed bonam ſibi cōſcientiam formet de eo quod credit tanquam de probabiliori parte, & præcipue quando quis adhibet diligentiam inquirendo veritatem, nec inuenit aliquid quod eum ſufficienter moueat ad credendum quod ſit illicitum hoc quod ipſe ſequitur ſecundum illam opinionem. Hæc ille. Et in idem concidit Henricus Gandē.in 4.quolibet. q.33. vt recitatur infra in reſponſione ad ſecundum argumentum & tertiam eius confirmationem.

Ex quibus omnibus videtur ſufficere quòd opinio iuſtificans actum licitum vel illicitum nō ſit expreſſe contra ſacram ſcripturam, aut expreſſam determinationem eccleſiæ, & quòd non oriatur ſcandalum ſequendo eam, & quòd ſit opinio habens probabiles rationes quæ & tales videantur ipſi agenti, & habeat notabiles doctores pro ſe, & non faciunt prædicti doctores mentionem de aliqua alia conditione requiſita quòd videlicet ſint rationes aut cauſæ probabiliores pro tali opinione, immo neque ſupradicti doctores prius recitati ponunt tot conditiones, ſicut Florent. & Henricus, ergo non requiritur amplius neque quòd ſit probabilior aut quod probabiliores cauſas habeat pro ſe quā oppoſita opinio.

Reſpondeo ad primum argumentum conceſſo antecedente, & prima conſequentia, negatur ſecunda. & ratio eſt, quia licet doctores decernentes vel opinantes non obligent: tamen lex, & ratio naturalis obligat nos ad tenēdum & ſequendum probabiliorem cognitam opinionem: alioqui eſſet peccatum temeritatis vel periculi ſeu contra conſcientiam vt probatum eſt. Doctores autem opinando nihil aliud faciunt quàm indagare & declarare nobis rationes probabiliores quibus cognitis tenemur iam ex lege naturali eam ſequi opinionem: ideo non ualet illa conſequentia ſecunda, ſcilicet nō obligamur ex opinionibus doctorum tenere hanc vel illam, ergo ſimpliciter non obligamur, quia ſtat quòd obligemur ex alia lege puta naturali vt dictum eſt.

Ad primam confirmationem reſpondeo negando minorem, quia niſi ſequatur decreta maiorum in quibus eſt maior probabilitas quàm in opinione oppoſita non ignorat quis inuincibiliter, nec agit rationabiliter, ex quo temere agit, vt probatum eſt. Et ſi ſic intelligatur, tunc conceditur etiam conſequentia, ſed nihil contra ſupradictas propoſitiones, vt patet.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo, qđ illa omnia & auctoritates ibi adductæ locum habent in ſimplicibus qui neſciunt perſpicere vim rationum & probabilitatis huius & illius ſententiæ vel opinionis. Nam hi licitè ſequūtur opinionem alicuius magni doctoris quem bona fide credunt recte docere. docti autem viri qui ſciunt vim rationum diſcernere non excuſantur niſi probabiliorem ſequantur opinionem, vt ſupra, & in reſolutione poſt tertiam propōnem dictum eſt.

Et ad id Deuteron.17. reſpondeo, quòd textus ſe ipſum ſoluit, vt ait Adrian.in 2.quolib.q.1.fine argumentis, quia ibi dicitur. Facies quæ te docuerint ſecundum legē. nunc autem error aut quod eſt contra rationem aut contra probabiliorem opinionem non docetur ſecundum legem Dei, ſed contra. vnde glo.nō dicit tibi vt obedias niſi te iuxta legem docuerint. Illud autem non declinabis ad dexteram vel ſiniſtram, non intelligitur reſpectu doctrinæ illorum ſuperiorum, quaſi non liceat declinare ab eorum malo decreto vel mala doctrina: ſed intelligitur de non inclinando extra rectam doctrinam eorum ſecundum Dei legem, quia non declinandum eſt à via recta quam illi docuerint. Nam declinare eſt in via morum à bono & recto recedere, ſic dicitur Deut. Nō declinabis ad dexteram vel ſiniſtram, ſcilicet à præceptis Dei. Ad illud Matth.23. Super cathedrā Moyſi &c. Reſpondeo ſecundum Conradum & Adr. vbi ſupra quod intelligitur quando concorditer omnes quid dicunt: ſecus vbi eſt contrarietas opinionum: vel intelligitur de iis quæ ad cathedram pertinent ſecundum glo. inter eiuſmodi ſunt ea quæ ſecundum Dei legem & rectam rationem docēt: non autem errores quos de capite ſuo confingunt. Eſai.10. Væh qui condunt leges iniquas &c. Igitur tenemur ſequi doctrinam ſuperiorum & doctorum: dummodo non dixerint contra ſacram ſcripturam & rectam rationem expreſſe vel implicite aut aliquo modo. Hæc ille. Et ita patet quod indebite adhærens errori

ſuperioris uel doctoris non peccat auctoritate legis præceptiue vel conſultiue, cùm lex non iubeat nec ſuadeat contra rationem probabiliorem vel in erroribus aliquem ſequi.

Ad Vlricum reſpondeo, quod ipſe intellexit, ſi homo fecit quod in ſe fuit, vt patet ex ratione ſui dicti, quia & tunc fuit Ignorantia inuincibilis & non aliter. & ſimiliter ſubintellexit alias particulas debitas ineſſe, licet non tam clare expreſſerit.

Ad Albert. reſpondeo, quòd ſimiliter debet intelligi & ſuppleri prædicto modo, aliàs, eius dictum non eſt verum.

Ad Auguſt. & Guillel. & Monal. reſpondeo, quod eodem modo ſunt intelligendi & ſupplēdi, quia ex quo dicunt quod in dubiis tutè ſequitur homo opinionem habentem pro ſe rationem ſolam, dimittendo illam quæ habet pro ſe exempla dūtaxat, & ſi vtraq; habet rationem & exempla, tunc illa quę habet exempla excellentiora pietate eſt magis imitanda ſicut ex talia exempla ſunt digniora ad imitandum: in dubiis autem moralibus aliorum bona vita debet eſſe nobis regula viuendi, & eo magis quo meliores ſunt illi. hæc Aug. Ex quibus patet quod ipſe intendit ꝙ probabiliori & rationabiliori eſt ſtandum, ex quo prædicta hæc faciunt, opinionem probabiliorem, vt patet ex ſupradictis.

Ad Landul. reſpondeo, quòd eodem modo eſt intelligendus & ſupplendus quando opinio tangit rem obligatoriam de iure Diuino. Nam (vt ait Adrianus in 4. quolibet. art. 1. in his quæ ſunt ſolum de Iure poſitiuo, in quibus inquirendis nō eſt neceſſaria tanta diligentia, bene excuſatur à peccato is qui ſequitur opinionem alicuius doctoris, aut viri docti, ſicut ſequendo errorem Medici vnius, pro repellenda ęgritudine, quis inculpabiliter morti ſe exponit: & ſic limitata opinio Landul. eſt vera vt iacet, alias ſupplenda eſt ſecūdum ſupradicta, ſi vera eſſe debet.

Ad Hoſtienſ. reſpondeo ſecundum Contradum vbi ſupra quòd illud eius dictum habet veritatem in ſolo foro exteriori & quoad perſonam iudicis debentis iudicare, quia in dubio illo debet iudex potius declinare ad humaniorem & benigniorem partem & equiorem, quia melius eſt reddere rationem de nimia miſericordia q̄ de nimia ſeueritate. Aequitas autem eſt iuſtitia quædam dulcore miſericordiæ prudenter temperata ſecundum exigentiam caſuum & circunſtantiarum particularium. Sed non eſt verum in foro conſcientiæ, ſaltem quoad ipſum pœnitentē & confitentem. Nam apud talem, ea quæ eſt humanior non eſt præferenda, quia eſt laxior & minus ſecura, nunc autem licet non ſit ſemper neceſſarium ſequi tutiorē, ſed tutā ſufficienter, niſi vbi eſt periculum mortale ſeu dubium: tamen ſemper conſulendum eſt tutius, & hęc tutior opinio communiter eſt durior, vt de hoc ſupra habetur in reſolutione, & infra in reſponſione ad ſecundum arg. latius.

Ad Flor. Nauarro. & Hēri. reſpō. quod ſunt intelligendi, & ſupplendi, vt de reliquis dictum eſt, quia & eorum verba id expreſsius ſonant.

Secundo arguitur pręcipue contra ſecundam propoſitionem vbi dicitur quod agens actū aliàs illicitum, vel non ita tutum vt eſt oppoſitum, ſequendo probabiliorem opinionem non peccat, quia vbi poſſumus tenemur incerta fugere & certa amplecti (vt patet per Auguſt.) & habetur de pœniten. diſtin. 7. c. ſi quis. dicentem, tene certum & dimitte incertum, & in c. Iuuenis. deſponſ. habetur quòd in dubiis tutior pars eſt eligenda, & gloſ. Math. 1. ibi hoc eo cogitante &c. dicit hic docemur diu deliberandum eſſe de incertis ne peccato leuitatis peccetur. Sed cùm certum ſit quòd non ſit peccatum ſequendo illam opinionem quę damnat talem actum de quo eſt doctorum contrarietas, omittere & cauere illum actum, præſertim ſi ex tali omiſsione non ſit pręiudicium tertii, vel aliud periculum peccati aliūde, & non ſit certum quòd nō ſit peccatum ſequi opinionem probabiliorem iuſtificantem illum actum etiam poſt longam diſcuſſionem, ergo ſtante prędicto dubio opinionum ſeu earum cōtrarietate, ſequitur, quòd illa ſemper neceſſario eligenda eſt tanquam tutior quæ damnat talem actum & non illa quæ illum iuſtificat. Et confirmat primo, quia qui ſe periculo exponit mortalis peccati mortaliter peccat, ſecundum regulam magiſtralem, ex Eccleſiaſt. 3. qui amat periculum, peribit in illo: ſed ex quo quis ſcit eſſe dubium ex contrarietate opinionum ſi eligit vel ſequitur opinionem etiam probabiliorem iuſtificantem actum de quo eſt dubium an ſit mortalis, iam amat periculum: quia amare periculum in propoſito eſt illud velle in quo periculum conſiſtit, vt contingit in illo actu, ergo peccat qui ſequitur opinionem illam quæ iuſtificat aliquem actum quem alia opinio damnat. Et confirmatur ſecundò, quia non ſolum eſt mortale agere contra conſcientiam, ſed etiam contra dubium de mortali, vt latius de hoc infra in materia de conſcientia, ſed impoſsibile eſt eum non dubitare qui iam nouerit occulatiſsimos atque acutos viros dubitare de negotio vel de altera opinione oppoſita, ergo nūquam licet ei partem amplecti, de qua dubium verſatur ex contrarietate opinionum. Confirmatur tertiò, quia ſaltem ſequitur quòd debet ibi recognoſcere culpam, ſequendo opinionem iuſtificantem actualem de quo eſt incertitudo & contrarietas opinionum, quia ſecundum Auguſt. & habetur diſtinc. 5. c. ad eiuſ. Bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere vbi culpa non eſt; & non poteſt hoc intelligi de eo actu de quo nullum omnino dubium eſt quin ſit licitus: ſed de eo de quo eſt aliqualiter dubiū. Sed quando quis agnoſcit ibi eſſe culpam in aliquo 2. arg.

actu

ctu tunc ibi credit eſſe culpam ergo non licebit illum agere: quia ſic agere contra conſcientiam. Confirmatur. 4. quia B. Tho. in 3. quodlibet. art. 10. dicit in his quæ pertinent ad fidem & bonos mores nullus excuſatur ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius magiſtri. in talibus n. ignorantia nõ excuſat, alioqui excuſarentur à peccato illi præſertim ſimplices qui ſecuti ſunt opiniones hęreſiarcharũ, puta Arrii Neſtorii &c. nec poteſt excuſationem habere ꝓpter ſimplicitatem ſuam ſiquis in talibus opinionem erroneã ſequatur: quia in rebus dubiis non eſt facile præſtandus aſſenſus. Immo ſecundum Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana, conſulere debet quiſque regulam fidei, quam de ſcripturarum planioribus locis & Eccleſię auctoritate percepit. hęc B. Tho. & in 8. quodlib. art. 13. dicit quod duobus modis quis peccatũ incurrit. 1. faciendo, contra legem. 2. faciendo contra conſcientiam certam vel opinatiuam: & quòd quando ſunt duæ opiniones cõtrariæ de eodem, ex quo oportet alteram veram altera falſam eſſe: tunc ſi quis facit contra veram opinionem quæ damnat actum & ſic facit contra legem Dei, talis non excuſatur à peccato quãuis non faciat contra conſcientiam. ſi autem alia opinio contra quam facit non eſt vera, & ſi actus eſt licitus tamen agens habet conſcientiam de contrario: tunc iterum peccat: quia contra conſcientiam: Si verò non habet conſcientiam de contrario ſed certitudinem, ſed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum: & tunc manente tali dubitatione ſi agit peccat quia diſcrimini ſe committit. aut ex contrarietate opinionũ, in nullam dubitationem inducitur: & ſic non peccat. Hęc B. Tho. Ergo ex prędictis his videtur, quòd qui ſequitur opinionem iuſtificãtem actum aliàs illicitum quem alia damnat, nunquam excuſatur à peccato, etiam ſi habeat omnes illas conditiones ſecundæ propoſitionis.

Reſponſio ad arg. Reſpondeo ad ſecundũ arg. ſecũdũ Conradũ vbi ſupra ad maiorẽ, quod quãuis poſsit refutari dictum Auguſt. tene certum &c. tanquam impertinens ad propoſitum: quia ibi non loquitur quando ſumus inter contrarias opiniones: ſed quando pœnitens eſt in articulo mortis vt patet. ¶ Tamẽ admittendo illam & alias auctoritates ad propoſitum, dico illam maiorem diſtinguendo, quod dupliciter dicitur incertũ, vno modo per negationẽ certitudinis cuiuſq; tam moralis: quàm dialecticæ, ita quòd nullo modo eſt probabilis certitudo quod talis actus ſit licitus: ſed potius eſt probabile & equilibre dubium & periculum peccati in tali actu ſequendo talem opinionem; ita quod agens ſecundum illam opinionem probabiliter ſeu æquo credit ſe peccare, ſicut nõ peccare mortaliter: & tunc conceditur vt ſupra dictũ eſt quod tenemur tutiorem opinionem amplecti. & ad hunc ſenſum conceditur illa maior & auctoritates pro ea adductæ: ſed tunc negatur minor. non enim eſt incertum moraliter neq; dubium an ſit mortale ſequi illam opinionem probabiliorem, de qua in 2. propoſitione dictum eſt: ſed potius eſt certum quod ſit licitum vt patet ex dictis.

Alio modo capitur incertum per excluſionem certitudinis maioris: ita quod ſolum negat certitudinem maiorem euidentię, nõ autem certitudinem moralem dialecticam & probabilem: quæ certitudo moralis ſeu probabilis innititur non quidem propoſitionibus euidentibus ex terminis aut deductis ex talibus, ſed cõiecturis groſſis & figuralibus magis ad vnam partem ſe habentibus quàm ad aliam, vt 1. Ethic. c. 2. dicitur quòd diſciplinati eſt, in tantum certitudinem requirere, ſecundum vnumquodq; genus, in quantũ rei natura patitur; proximum enim peccatum ſeu ęque vitioſum eſt, mathematicum perſuaſionẽ, & rethoricum demõſtrationem exquirere. Ideo qui in agibilibus nollet eſſe contentus de tali certitudine morali vel probabili eſſet in diſciplinatus. Igitur capiendo incertum hoc, ſecundo modo, ideſt ꝙ non eſt euidens: tunc nego illam maiorẽ ſi loquatur de obligatione pręcepti, vel neceſsitatis. Nam opinio quæ eſt probabilior, quamuis alia ſit longe certior aut tutior ex parte rei quòd eam ſequi nullum omnino continet periculum, licite eligitur tanquam certa moraliter licet ſit in certa euidenter, & licet ſit alia certior aut tutior. Sicut bene ſtat quòd inter duo alba, vnum ſit magis album quã aliud: & tamen id quòd eſt minus album ſit pure & ſimpliciter album, ſic quod nihil nigredinis habeat admixtum: & inter duos ſanctos vnus eſt ſanctior alio vterq; tamen ſanctus: ſic in propoſito. Si autem quis velit de cõſilio ſequi certiorem omnino opinionem & duram, cauendo omnem actum quem quelibet opinio dãnat, eligendo ſemper ſecurius, & id de quo conſtat eſſe licitum omnino: poteſt quidem licitæ & ſanctæ id facere ſimpliciter loquendo: quod ideo dico, quia ratione alicuius circũſtantiæ, puta dãni tertii vel periculi ſcrupulorum conſcientiæ inquietantium ſeu aliunde, non eſſet tutius neq; bonum ſequi illam ſimpliciter tutiorem certioremque, aut duram opinionem.

. . Sic etiam patet quomodò eſt intelligenda illa maxima cõmunis, ſcilicet in dubiis tutior pars eſt eligenda, quia ſi intelligatur de dubio iuris tunc modo prædicto intelligitur quando eſt dubium de mortali, ita quod ſi nõ eſt probabilis aut moralis certitudo ſufficiens quod ſit licitum, aut quando vtraq; pars eſt ęque probabilis aut ęque dubia de mortali: tunc tutius & minus malum eſt neceſſario ſimpliciter eligendum, vt dictum eſt hic, & in tertia propoſi. & in reſolu. ſuprapoſita, No.

Si autem loquamur de dubio facti, puta quãdo quis ſcit quidem tale ius videlicet eſſe illicitum, furtũ & fornicari: ſed dubitat an hoc factũ ſit furtum aut fornicatio, quia dubitat vtrum hęc res vel mulier ſit ſua an non, & per conſequens

dubitat

dubitat an capere talem rem, vel accedere ad talem mulierem ſit furari & fornicari an non: tunc in tali dubio facti (ait Conrad. de contractibus. q. 61. in 5. arg. & eius reſponſione) quòd etiam tutior pars eligenda eſt neceſſariò vt dictum eſt. Sed hoc limitat quando eſt dubium probabile vel æquilibre de alicuius præſentia vel abſentia requiſita vt actus ſit licitus, vel vt non ſit illicitus, puta quando quis dubitat probabiliter ſeu æque quòd eſt in ſtatu gratiæ ſicut quòd eſt minor tali peccato, & per conſequens probabiliter ſeu æque dubitat ſeu credit quòd adeſt debita diſpoſitio ad communicandum, ſicut quòd abeſt aut quòd adeſt indiſpoſitio ſicut quod non adeſt. tunc. n. tutius eſt neceſſariò eligendũ, & curãdũ vt probabiliter habeatur diſpoſitio ſufficiẽs requiſita & caueatur indiſpoſitio impediens dignã euchariſtiæ ſumptionem. ſecus ait quando eſt dubium probabile ſeu æquilibre de præſentia illius facti ſeu circunſtantiæ, cuius præſentia facit vt actus ſit illicitus: tunc enim nõ neceſſariò tutius eligendum, puta cum quis æque vel magis credit quod non erit tempore futuro, quàm quòd erit maior valor ſeu precium eius: tũc enim licet præſentia illius maioris precii ſit circũſtantia deprauans actum venditionis mercis tamen: quia de ea dubitatur vel creditur probabiliter quòd nõ aderit ſicut aut magis quàm quòd aderit, ideo ad vẽditionem eſſe iuſtam nihil officit tale dubium facti ſcilicet maioris precii futuri: & per cõſequẽs ad venditionem eſſe iuſtam nõ neceſſariò eſt tutius eligendum in tali dubio de præſentia facti cuius præſentia deprauat actum vt dictum eſt & ait Conradus vbi ſupra.

Nota. Sed ego non video differentiam inter hunc & alium primum caſum, nam videntur coincidere & alterum ex altero inferri, quia ſi præſentia circunſtantiæ vel facti deprauat actum, vel eum facit illicitum, vt dicitur in ſecundo caſu, ergo eius abſentia requiritur vt actus non ſit illicitus: & per conſequens in tali dubio eſt tutius eligendum, vt dictum eſt in ſecundo caſu. Ideo videtur ſimpliciter & vniuerſaliter dicendum quòd in dubiis tutior pars eſt eligenda eodẽ modo in omni dubio facti; ſicut in dubio iuris dictum eſt. Et ad arg. ſ. quòd ſequeretur quòd eſſet illicita venditio mercis pro maiori precio dubio expectato in futurum ſi tunc eſſet precium tutius, ideſt æquale vel minus recipiendum neceſſario: cuius tamen oppoſitum communiter dicunt doctores. Reſpondeo negãdo ſequelam, quia de iuſto conſenſu voluntario partium formali vel interpretatiuo ſeu virtuali exiſtente aut exiſtere debente eligitur tale precium futurum dubium maius aut minus: ideo volenti nõ fit iniuſtitia. Quòd ſi non eſſet talis conſenſus iuſtus vtrinque: tunc conceditur quòd eſſet iniuſtum precium & per conſequẽs tũc tutius. i. æquale pciũ dubiũ aut certũ expectãdũ eſſet: & forte hoc mõ Cõradus itellexit.

Ad primam confirmationem. Reſpondeo quòd maior eſt vera de periculo probabili vel æquilibri quod vere & proprie dicitur & eſt periculum: non autem de periculo improbabili leui vel ſcrupuloſo, quod nec eſt nec vere nec proprie dicitur periculum: ſed tunc negatur minor; nõ eſt enim periculum in caſu ſecundæ propoſitionis & reſolutionis ſupradictæ. quia cum opinio doctorum non faciat periculum à parte rei ſed ſolum quo ad æſtimationem; ideo vbi tales circunſtantiæ ſe offerunt quòd quis non ducitur in dubitationem neq; tenetur dubitare, non amat periculum probabile nec æquilibre formaliter nec interpretatiue, talis autem eſt is qui ſequitur opinionem iuſtificantẽ actum in ſe illicitũ cũ conditionibus ſecundæ propoſitioois vt patet ex dictis.

Ad ſecundam confirmationem. Reſpondeo conceſſa maiori, negatur minor primæ conſequentiæ: immo vt ait Adrianus, in 4. de reſtitutione vbi ſupra, experientia docet oppoſitum, quòd ſcilicet homines præſertim docti aut etiam alii de quibus loquitur ſecunda propoſitio ſuprapoſita nullo modo mouentur ad aſſentiendum uel dubitandum contra opinionem ſuam propter auctoritatem uel opinionem aliorum, quamuis habeant leuem foroudinem ſeu ſcrupulum. Neque is peccat per temeritatem neq; per contemptum virorum doctorum quos audit vel ſcit tenere oppoſitam opinionem: quia noo tenetur in hoc eos revereri hoc modo, ſcilicet ſequendo eorum opinioem minus probabilem; dummodo alias eos non contẽnat nec irreuerẽter tradet vllo modo.

Ad tertiam confirmationem. Reſpondeo ſecundum Conradũ. q. 100. negando illud, ſi agnoſcere & credere culpã capiatur proprie pro actu intellectus adhæſiuo vel iudicatiuo firmo aut probabili: vel etiam improprie pro actu vel motu potẽtiæ affectiuæ, i. pro refugere & dolere abſolute tanquam de culpa. Neq; Auguſt. ſic intendit neq; vult dicere quòd quis debeat abſolute & firmiter aut probabiliter credere ibi eſſe peccatũ vbi non eſt: quia hoc nõ eſſet verum etiã in materia vbi eſt contrarietas doctorũ: ſic enim oporteret quod quis adhæreret illi opinioni cuius contradictoria videtur ſibi probabiliter vera & alia falſa, nec etiam vult Auguſt. quòd quis debeat abſolutè & firmiter refugere dolere & cauere tale quid tanquam omnino malum: ad hoc enim nullus tenetur neq; requiritur hoc ad bonitatem homini neceſſariam, ſed intelligit Auguſt. agnoſcere improprie pro formidare dolere & refugere culpam; & id non abſolute nec firmiter nec probabiliter, ſed ſub conditione ad cautelam: & id adhuc non de neceſsitate ſed de ſupererogatione. & ſic conditionaliter formidare dolere & cauere illud non requirit actum adhæſiuum intellectus firmum nec probabilem de hoc quod ibi ſit peccatum ſed poteſt eſſe vbi eſt tantum modicus motus alicuius paruæ & leuis formidinis ſeu

timo-

timoris,& ita non agit contra conſcientiam, & ita intelligitur, quod bonarum mentium eſt timere culpam vbi culpa non eſt.

Inſuper vt ait ſiluestrina tit. ſcrupulus.q.3. hoc eſt proprium bonarum mentium, nõ quidem inquantum ſunt bonæ ſimpliciter, nam de ratione bonitatis moralis ſimpliciter non eſt recognoſcere & timere aliquo modo culpam vbi non eſt: alioqui non ſaluaretur bonitas niſi hoc adeſſet; ſed eſt proprium bonarum mentium per accidẽs ideſt ex præſuppoſita.ignorãtia veritatis ſeu alio defectu naturali ratione cuius non poteſt plenè pro tunc veritas cognoſci: & tunc propter ſecuritatem & humilitatem eſt conſilium bonarum mentium ibi timere culpam.

Et cum ſupradictis concordat gl.ibidem Gerſon.3.par.ſum.de conſolatione Theolog.lib.4. proſa 1. 2.& 3. Alphab.6.c.d.&c. & lect.6.de vita ſpirituali. Alphab.63.n.dicẽs ꝙ de p̃teritis eſt timenda vel formidanda culpa cõditionaliter & generaliter coram Dei iudicio, ante quem nullus mundus à ſorde niſi dei miſericordia parcens ſuppleat: ad cuius miſericordiæ pedes nos humiliter ponamus confitentes recognoſcentes & timentes modo prædicto nos eſſe peccatores, ne forte aliquod ſit in nobis peccatum latens, de futuro autem, non eſt reputanda culpa vbi non eſt, ſed ad cautelam de conſilio fugienda, aliàs autem ſufficit probabilis certitudo quod non eſt culpa, vt ſic peccatum vitetur vt dictum eſt.

Ad quartã cõfirmationẽ. Reſpon. quòd B.Th. in 3.quolib.art.10.eſt intelligendus in caſu quo opinio erronea quam aliquis ſequitur in fide, & moribus eſt expreſsè contra ſacram ſcripturam aut cõtra expreſſam determinationem Eccleſiæ, quam ſcire tenetur & eius ignorãtia illi inuincibilis eſſe non poteſt. Nam in prædictis hominibus ſimplicibus, ſequentibus hæreſiarcham non eſt ignorantia inuincibilis quo ad ea quæ ſunt expreſſè contra ſacram ſcripturam, aut contra expreſſam determinationem Eccleſiæ in fide vel moribus: quia ſi facerent quod in ſe eſt vt ſcirent & parati eſſent ſine pertinacia credere Eccleſiæ & ei humiliter ſubiici non ignorarent, vt de hoc latius infra.q.4.& 5.habetur.& quod iſta ſit mens. B.Tho.patet: quia mox poſt prædicta verba Auguſtini allegata ſubdit dicẽs, quòd qui aſſentitur opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtũ ſcripturæ teſtimonium, ſiue contra id quod publicè tenetur Eccleſiæ auctoritate non poteſt ab erroris vitio excuſari.hæc ille. Et eodem modo patet reſponſio ad Auguſt.quem allegat, quia Auguſt. dicit quod debet quis conſulere ſacram ſcripturam & determinationem Eccleſiæ. Igitur ſi ſic fecit nec tamen ei veritas innotuit iã erit eius ignorantia inuincibilis & excuſabilis alias non. Et ſimiliter eſt intelligendus Henricus gandenſis in 3.quodlib.q.33. dicens. Si auditor opinionum diuerſarum, de aliquo credibili vel agibili eſt homo ſimplex, nõ potens diſcernere doctorum determinationes neq; conditiones circa doctores qui ſtant contra partem periculoſam: ſed nouit illos probos eſſe qui ſentiunt contrarium aut bona fide præſumit eos magis fide dignos: tunc iſte exponendo ſe illi periculo non peccat mortaliter: quia non reputat illud periculum, quamuis ſit periculum in rei veritate. Sed licet iſte non peccet exponendo ſe illi periculo vt dictum eſt: peccat tamen mortaliter aliunde, ſcilicet faciendo quod regula fidei prohibet licet occultum ſit ei quòd fides illud prohibet: quia huiuſmodi ignorãtia non eſt facti, ſed iuris, quæ neminem excuſat. Hæc Henricus. Qui videtur concordare cum B.Tho. Et ſimiliter eſt intelligendus vt dictũ eſt, Floren. in 1.parte ſum.tit.3.c.10.vt ſupra recitatum eſt in fine primi argumenti, contra primam propoſitionem.

Ad illud autem quod ait. B.Tho.in 8.quolib. art.13.reſpõdeo quod ſimiliter limitandus & intelligendus eſt vt ſupra: ſcilicet quando eſt contra ſcripturam expreſſam vel determinationem eccleſiæ, vel quando opinio damnans talem actũ eſt longe probabilior & habet cauſas adhęrentię meliores quam opinio iuſtificans illum actum illicitum, cuiuſmodi eſt opinio damnans pluralitatem beneficiorũ de quo caſu etiam ibi loquitur, vel B.Tho.intelligitur quando pro vtraq; parte eſt opinio æque probabilis: tunc enim dubitare debet & tutius eſt intelligendum, vt ait 3.propoſitio: in quo caſu loquitur ibidem: vel tandem intelligitur quando ſequens talem opinionem erroneam habet ignorantiam vincibilem vndecumque. Quod autem dicit B.Tho. ſi quis habet cõſcientiam de contrario, &c. intelligi debet de conſcientia probabili, vel æquilibri & similiter quòd dicit de dubitatione debet intelligi ſecundum Conrradum de probabili vel æquilibri dubitatione alias non oportet eius dictum habere veritatem, vt de his latius infra lib.3.in alio noſtro tractatu de conſcientia q.5.& 6. Itẽ quod ibidem. B.Tho.ſupponit opinantẽ poſſe dubitare ſeu debitũ eſſe quod dubitet, ait Adrianus, quòd B.Th.loquitur large ſeu impropriè de opinione aut de dubio: nam cùm opinio dicat propriè aſſenſum cum formidine de oppoſito: dubium vero dicit apparentiam quandã vtriuſq; partis ſine aſſenſu alicuius earum; oportet igitur quòd opinio capiatur impropriè pro nuda apparentia ſine aſſenſu & iudicio: ideſt pro ſcrupulo & ſic non eſſet peccatum contra talem opinionem agere: aut oportet quòd dubiũ capiatur pro formidine ſeu anxietate quadã & timore vel ſcrupulo, & ſic etiã non eſt peccatum cum tali dubio ideſt timore progredi in actum: quia Bonarum mentium eſt ibi culpam timere vbi non eſt, vt ſupra in reſponſione ad ſecundam confirmationem declaratum eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVAESTIO QVARTA.

IN QVIBVS POTEST cadere ignorantia inuincibilis.

RESPONDEO, ſuppoſito quod in hac quæſtione agimus de ignorãtia inuincibili propriè ſumpta: quæ excuſat à culpa actum vel omiſsionem ex ea procedentem, modo proueniat ex culpa modo non, vt ſupra.c.1.latius, ſint quinq; propoſitiones ſequentes.

propoſi. 1. Prima propoſitio, in omnibus quæ ſunt iuris naturalis quæ non ſunt per ſe nota, datur ignorantia inuincibilis & omnino inculpabilis, etiam in decalogo: raro quidem & ad tempus quando abſolute: ſæpius autem & ſemper quando cum quibuſdam circunſtantiis talia præcepta ſumuntur. Non tamen datur prædicta ignorantia inuincibilis diu perſeuerans circa talia vniuerſalia præcepta iuris naturalis abſolutè ſumpta: eo præſertim tempore quo neceſſario obſeruanda occurrunt.

Prima pars patet; quia cum nõ ſint per ſe nota vt ſupponitur ergo homo indiget aliquo tempore vt per diſcurſum: & doctrinationem cognoſcat ſufficienter ea deduci ex primis principiis vniuerſaliſsimis per ſe notis in lumine naturali. Neq; enim talis diſcurſus & doctrinatio haberi poteſt in momento quo proponuntur homini ſaltim incipienti vti ratione, ergo pro illo tempore intermedio magno vel paruo poteſt homo omnino inuincibiliter illa ignorare vel ſaltem dubitare: quouſq; faciens quod in ſe eſt, ſit ſufficiẽter inſtructus ſecundum ſuam cuiusq; ætatem, habilitatem vel facultatem ingenii doctorum & aliorum huiuſmodi ad id requiſitorum.

Et quod ibi dicitur, raro quidem quando abſolute, ſæpius autem &c. inde conſtat; quia abſolutè ſumpta facilius deducuntur ex vniuerſaliſsimis principiis per ſe notis: quam cùm aliquibus circunſtantiis. quod patet. quia pauci ignorauerunt præcepta decalogi abſolute ſumpta, vt germani quidam putauerunt latrocinia non eſſe peccata, vt refert Iulius Cæſar: multi autem etiam viri docti atq; catholici cum aliquibus circunſtantiis ea ignorarunt: ſicut & multos contractus vſurarios & iniuſtos contra ius naturale. Nam & Martinus. q.5. de martirio vtiq; putauit eſſe licitum mentiri pro ſaluanda uita: & alii idem eſtimauerunt & cognoſcere non ſuam pro vita ſaluanda; & furari ad ſubueniendum pauperibus: vel furari ab inimico: & dare libellum repudii, eſt adhuc dubium inter doctores utrum olim licuerit: & licitum eſtimatum eſt inter gentes etiam ſine licentia Dei: & prima repudiata ſecundam uxorem ducere licitũ ducebatur olim etiam inter Christianos tẽpore Cid Ruidiam in Iuſpania. quod & ipſe fecit de filiabus ſuis ut in eius hiſtoria legitur. & licitum multi eſtimauerunt, priuatum occidere tyrãnum. & multa homicidiorũ genera Hieronymus. l. 1. Epiſtolarum. parte. 1. cõtra Iouinianum Epiſt. 6. c. 36. refert apud multas gentes licuiſſe & aliquãdo quidem uincibiliter, aliquando autem inuincibiliter ignorari, conſonat B. Tho. 1. 2. q. 94. artic. 4. & Syluester tit. lex. q. 3.

Secunda pars probatur tripliciter. 1. quia licet hæc uniuerſalia præcepta iuris naturalis & decalogi, nõ ſint per ſe nota: poteſt tamẽ quilibet breui tempore in lumine naturali ex notis principiis uniuerſaliſsimis ea deducere utens ratione nõ læſa. Nam ex illo uniuerſaliſsimo principio per ſe noto, non eſt malè agendum, & quod tibi non uis alteri noli, poteſt quilibet in lumine naturali deducere, quod non eſt furãdum, non fornicãdum, non mentiendum, non perierandum, non occidẽdum & huiuſmodi: quia Deus prouidit humanæ naturæ ab eius creatione de tali lumine naturali neceſſario & ſufficiẽte ad id ſecundũ pſal. Signatum eſt ſuper nos lumẽ uultus tui Domine: ſicut de lumine naturali ad principia uniuerſaliſsima ſpeculatiua. Ideo multò facilius poteſt homo deducere prædicta ex ſuis principiis quam concluſionem ex ſuis principiis in ſpeculatiuis & in aliis diſciplinis: quia & cùm hæc ſpeculatiua non ſint tam neceſſaria, & ſint magis obſtruſa indigẽt maiori tẽpore, ingenio, diſcurſu & Doctrina quam præcepta decalogi: unde & Deus prouidit de doctoribus ad bene uiuendum in omni tempore à mundi conſtitutione.

Secundò probatur idem ex. 3. Ethic. ca. 1. ubi habetur quòd ignorãtia uniuerſalium, non eſt inuita ſed uoluntaria: & ideo ea ignorantes ſunt reprehenſibiles: & patet experientia: quia ubiq; cenſetur malũ furtũ, homicidium, adulterium, & alia decalogi, niſi apud hoĩes barbaros deprauatos.

Tertiò probatur idem ad Rom. 2. Gentes naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, quia habent opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. i. quia lex naturalis eſt inſita ipſi naturæ: & ibidem. c. 1. ita ut ſint inexcuſabiles, & ad idẽ eſt. c. turbatur. 1. q. 4. ubi habetur quòd ignorantia iuris naturalis omnibus adultis damnabilis eſt.

Fit ex dictis poſſe ad tempus, non autem toto tempore uitæ apud aliquos dari inuincibilẽ ignorantiam ueri Dei: quia non eſt ita per ſe notum nobis Deum unicum eſſe, quin opus ſit tempore & inquiſitione & ratiocinatione ad id ſciendum. Sed interim homo faciens quod in ſe eſt ſtatim illuminabitur, aliàs ſine fide ueri Dei non iuſtificabitur, ut infra in hac quæſtione propoſitio. 3. & q. 5. latius: de hoc. Quod autem pro toto tẽpore uitæ illa Dei ignorantia ſtante lege non detur, inde probatur, quòd legis naturalis ut dictum eſt & dicetur, non poteſt ea ignorantia dari: ſed ſine cognitione unius ueri Dei Domini & gubernatoris omnium, & legiſlatoris noſtri, cõmodè ea lex ſeruari non poteſt. Nam & ad & maxime ad pe- corollariũ

niten-

pœnitentiam peccatorum requitur cognitio ſuperioris Dei offenſi vt commode placetur, ergo ipſius Dei ignorantia prædicta dari non poteſt.

De vniuerſaliſsimis autem principiis vel per ſe notis legis naturalis conſtat etiam ex dictis quòd non poteſt dari ignorantia inuincibilis vel inculpabilis pro vllo etiam modico tempore apud vtẽtem ratione non lęſa: quia intellectus practicus non minus habet ſuum lumen naturale circa agibilia quã ſpeculatiuus circa ſpeculatiua: & vtrobiq; ſunt ſua principia per ſe nota, de quibus nulla eſt nec eſſe poteſt ignorãtia iuuincibilis: & alia ſunt facile, alia non tam facile inde deducibilia & ſcribilia vt dictum eſt.

Igitur quamuis aliqui doctores teneant quòd ſimpliciter indiſtinctè ĩ nullo iure naturali poteſt dari ignorantia inuincibilis etiam pro paruo tempore propter rationes quæ infra in 1. arg. tangentur & ſoluentur: tamen probabilius ſtandum een ſeo ſupradictæ propoſitioni vt dictum eſt; cũ quã cõcordant communiter doctores ſi prædicto modo intelligantur & limitentur: & præcipue. B. Th. 1.2. q. 94. art. 5. & 6. & q. 100. art. 8. & ibi Caiet. & Henricus Gan. in 8. quolib. q. 33. & Conradus de contractibus q. 100. in reſponſione ad 4. arg. & Adrianus in 1. quolib. art. 3. in reſponſione ad tertium argumentum & in 4. quolibet. art. 1. & Gerſon. in tractatu de vita ſpirituali: lectura 2. corollario. 5. & Angeſt. in moralibus c. 14. & Almain in moralib. tract. 1. c. 4. concordat etiã magiſter Soto ſuper id Rom. 7. Ego autem viuebam aliquando ſine lege, dicens quòd licet ignorantia affectata non excuſet: quando tamen aliquo tractu temporis ĩ aliqua natione corruptiſsimis moribus lumen naturæ obtenebratur: tunc & ſi ſcelerum capitalium ignorantia non excuſet: tamen aliorum minorum obliuio quæ ſunt etiam contra ius naturale vel minuit vel forte nõnunquam culpam tollit, præſertim quando totus ferè orbis tali ignorantia excęcatus erat. Hæc ille. Et ad prędicta faciunt etiam ea quæ infra in 2. propoſitione ſequenti habentur.

ſi. 2. Secunda propoſitio. In omnibus quæ ſunt de mero iure diuino poteſt & ſæpe datur ignorantia inuincibilis etiam toto tempore vitæ perdurans: excepta fide Chriſti explicita, de qua inferius propoſitione. 3. latius.

atio. 1. Probatur quadrupliciter. Primò quia cũ ius pure diuinum poſitiuũ, quod ſcilicet non habet admixtum ius aliquod naturale, de quo iam ſupradictum eſt, non ſit per ſe notum ſed indiget reuelatione & ſufficiẽte promulgatione: vtiq; fit vt interim homo faciens quod in ſe eſt vt ſciat poſſit illud inuincibiliter ignorare: quia non poteſt hoc communiter & ordinariè ſciri in modico tẽpore, vt ſupra in 1. propoſitione probatum eſt.

Secundò probatur idem: quia ſicut olim ante perfectam promulgationem Euangelii multa de iure diuino neceſſario & obligatorio per multũ tempus à ſanctis facientibus quod in ſe erat ſunt inuincibiliter ignorata, vt patet de præcepto baptiſmi & de ceſſatione legalium, quæ ante ſufficientem eorum promulgationem erant articuli fidei neceſſarii ſicut & nunc: & tamen aliquo tempore à paſſione Chriſti ſunt inuincibiliter ignorati à diſcipulis & Apoſtolis aliquibus, & à multis aliis, vt patet Act. 10. & 11. & ideo ibi concilium coactum legitur ab Apoſtolis, vt etiam ait Adrianus in 4. in materia de Baptiſmo. q. 1. & in 1. & 4. quolibet. Patet idem etiam de gentilibus conuerſis ad fidem quos non eſſe obligatos circumciſioni fuit articulus fidei tunc ſicut & nunc: & tamen aliquo tempore ſimiliter eos latuit: ideo enim Act. 15. cõcilium coactum eſt. Patet etiã de gentilibus vocãdis & recipiendis ad fidem, quia quidam diſcipuli nemini loquebãtur verbum Chriſti niſi ſolis iudęis, quaſi alii non eſſent participaturi gratiam Chriſti, vt habetur Act. 10. & 11. c. Patet etiam quia machabei ignorauerunt inculpabiliter an ſibi liceret ſumere arma defenſiua ſabbato, vt habetur. 1. Machab. 2. Patet etiam de illis qui iuxta deciſiones aliquorũ ſummorum põtificum egerunt, vt habebat antiqua cõpilatio decretalium, vt refertur in c. laudabilem, de conuerſione coniugato. & gl. in ea quanto. de diuortiis. vbi Celeſtinus Papa dicitur erroneè decreuiſſe vel ſtatuiſſe per hæreſim vnius coniugium diſſolui matrimonium, & in ea. licet de ſponſa, duorum: vbi habetur quòd pontifices quidam erroneè decreuerunt matrimonium conſummatũ diſſoluere matrimonium tantum ratum præcedens: Omnes igitur docti & indocti, illis tẽporibus agẽtes ſecundum illas deciſiones erroneas manebãt in ignorantia inuincibili iuris diuini. Item olim fuit apud multos etiam doctiſsimos & ſanctos viros ignorantia inuincibilis circa aliquos articulos fidei, an ſpiritus ſanctus ꝓcederet à patre & filio: & an animæ noſtrę eſſent ex traduce, & circa multa alia, quouſque Eccleſia diuinitus edocta illud declarauit. Ita etiam nunc eadem ignorantia inuincibilis contingere poteſt circa credenda & agenda quæ non ſunt per ſe nota neq; facile deducibilia ab articulis fidei & à principiis iuris naturalis, vt patet in multis contractibus & actibus humanis de quibus ſunt contrariæ opiniones, vtrũ ſint vel non ſint contra ius diuinum uel naturale.

Tertiò probatur idem, quia alioqui ſequeretur quòd quilibet rudis faciens quod in ſe eſt æque illuminaretur à Deo de omnibus obligatoriis ſubtilibus pertinentibus ad ius diuinum & naturale & ſciret ea ſicut quilibet doctiſſimus uir: quod tamen eſt abſonum concedere & contra experientiam, & contra ordinem hierarchicum Eccleſiæ. Ratio. 3.

Ratio. 4. Quartò probatur eadem. 1. pars propoſitionis quia gl. Matth. 18. dicit ſi ex inuincibili ignorantia quis fallitur, peccatum nõ imputatur. & facit. 13. diſtinct. in principio. Cum ſupradictis concordant communiter doctores ubi ſupra in prima

ma propoſitione allegati,& præcipuè B.Tho.i 3. quolib.art.10.& in 8.quolib.art.13.& Henricus Ganden.& Florent.in 1.parte. ſum.tit.3.ca.10. §.10.& Victoria in 4.relectione quæ eſt prior de indis in 4.titulo,inſufficiente ad illos debellandum idem tenet.& Conradus vbi ſupra & Adria. in 4.quolibet,vbi & refellit quorundam Doctorum oppoſitá propter rationes quæ infra in 1.argumento contra hanc ſecundam propoſitionem tangentur & ſoluentur; & tádem Magiſtri Vega in lib.6.de iuſtificatione.c.18.cócordat cum hac ſecunda propoſitione.

Ex ſupradictis infertur quòd ſimplices pertinaciter ſequentes errores hęreticorum nó excuſantur per ignorantiam: quia non faciunt quod in ſe eſt ad veritatem cognoſcendam:ex quo non ſunt humiliter parati ſubiici, doctrinæ Eccleſię communiter prædicatæ: ſic quæ ſequuntur errores qui ſunt expreſsè contra ſacram ſcripturam vel determinationem aut communem prædicationem Eccleſiæ.

prop.3. Tertia ꝓpoſitio de explicita fide Chriſti problema eſt, vtrum poſt iam promulgatum Euangelium per Apoſtolos & ſucceſſores eorum in præcipuis partibus orbis poſsit nunc ignorantia inuincibilis apud aliquem reperi pro toto tempore vitæ eius pſeuerás. Nam in hoc eſt duplex opinio inter catholicos.

opinio. 1. ratio.1 Prima opinio ſatis communius tenet quod nó: quæ & probatur ſeptem rationibus. Primò quia eorum quę ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem non datur ignorantia inuincibilis: ſed fides Chriſti explicita in lege gratiæ eſt huiuſmodi ergo:có ſequentia patet & minor ſupponitur ex q.5.ſequẽti, & maior probatur:qui illa ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ſine quibus non conſtat ſalus æterna: ſed ſi ignorantia eorum inuincibilis datur, ſequitur quòd illa non ſunt ſimpliciter neceſſaria ſine quibus ſtat prædicta ſalus,& ignorás decedens ſine illis ſaluatur, & ita eſt repugnantia quod illorum ſit ignorantia inuincibilis, & ſimul eorum notitia ſit ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem. Si dicatur quòd taliter ignorans nón ſaluatur; ſed ſolú excuſatur à peccato per illá ignorantiam. Contra, quia quæro quomodo damnatur; aut pœna ſenſus: & hoc non: quid ſupponitur nullum aliud habere peccatum actuale, quod fiet ſi ponamus puerum non Baptizatum, ſtatim, vt vſum rationis attingit, ſine explicita fide Chriſti decedere ſine vllo peccato: aut pœna tantum damni vt aliqui dicunt cum Armachano:& nec hoc poteſt dici,quia non datur limbus adultorum, ſed ſolum puerorum. Igitur dicendum eſt, quòd iſte ſic eam fidem inuincibiliter ignorans, cum tali ignorantia decedere non poteſt; ſed opportunè illuminatus ſaluabitur, vt infra in reſponſione ad 7. arg.contra hanc primam opinionem habetur; & ita horum inuincibilis ignorantia non datur.

Secundo probatur idem, quia aut homo facit quod in ſe eſt, quodvè tenetur ad noticiam fidei Chriſti explicitam obtinendum, aut ſi nó, ergo illius ignorantia non inuincibilis ſed vincibilis eſt: ſi ſic, iam Deus opportunè aderit illuminando: ne ſine tali fide ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem homo decedat:& ita non datur inuincibilis ignorantia per totam vitam perſeuerans, probatur hæc conſequentia.quia vtenti ratione, facienti, quod in ſe eſt, Deus vtiq; non deeſt, opportunè per ſe, aut per hominem, aut per Angelum viſibiliter, aut inuiſibiliter, aliquo etiam modo extraordinario de ſimpliciter neceſſariis ad ſalutem prouidẽdo, aut illuminando. Quod patet, quia ſicut à faciente quod in ſe eſt Deus non permittit principia legis naturalis diu ignorari, vt ſuperius in 1. habetur propoſitione, neque ſupernaturalis ſine quorú noticia in lege naturę hó ſaluari nó poterat. Ita ergo & nunc in lege gratiæ reuelatæ, multò magis Deus abundans in miſericordia, prouidebit opportunè de ſimpliciter neceſſariis ad ſalutem; qualis vti ſupponitur explicita fides Chriſti nunc eſt. Dixi quod prouidebit Deus aliquo modo & extraordinario aut miraculoſo, quando deficerit induſtria humana & modus aut via ordinaria ad id: quia ad Diuinam prouidentiam & ad implendum fideliter ſua promiſſa Diuina, id ita pertinet prouidere: vt videlicet in iis caſibus extraordinariis hoc vel illo modo, etiam extraordinario, ſpecialiter moueat; vel illuminet hominẽ facientem quod in ſe eſt, ad ſuum finem ſupernaturalem obtinendum; neq; talis prouidentia eſt miraculoſa, ſed regularis & ordinaria: quamuis effectus aut modus ſit miraculoſus & extraordinarius: maximè quia ſic ipſe promiſit vt proximè patebit, ita dicit B.Tho. in 3.diſtinctio.25.q.2. artic.1.quæſtiuncula 1.ad primum & ſecundum & de veritate.q.14.art.11.ad primum. Ratio 2.

Quòd autem Deus ſic promiſerit vt dictum eſt prouidere, patet. 1.Timoth.2.Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſ.antecedenter, dando neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem opportunè ſecundum cómuniter doctores in 1.diſtinctio.46. Item Ioan.1.Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.& pſal.9.Non dereliquiſti quærentes te Domine. & pſal.144.Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.& Hebr.13. Non te deſeram neque derelinquam.& Zach.1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos, & Iacob.4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis, & Apoc.3. Sto ad oſtium & pulſo: & Ioan.6. Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.& Matth.7. petite & accipietis: quæ omnia de omnibus ſimpliciter neceſſariis ad ſalutem tam de gratia iuſtificante, quàm de fide Chriſti explicita vel implicita æque procedunt: de quibus. Auguſt.ſuper id 1.Thimot.2.Negare ſeipſum Deus non poteſt: ait. Non poteſt Deus ſuam negare miſeri-

ſericordiam debitè requirenti, ſicut nec ſuam iuſtitiam illam promerenti: idque ex immutabilitate fidelis ſuæ promiſsionis, quòd.ſ.facienti quod in ſe eſt in ſimpliciter neceſſariis Deus hoc vel illo modo aderit opportunè. Ideo & idem Auguſt. ſuper ad Rom.5. Iuſtificati ex fide pacem habeamus, ait. Deus reſpicit confugientes ad ipſum, aliter in eo, eſſet iniquitas; & refert Gabriel in 2.diſtinct.27.q.1.dubio 4. Et ad prædicta hæc confirmanda adſunt exempla Cornelii Actu.10. Et Eunuchi reginæ Candaciæ æthiopiæ Actu.8. & Macedonum Actu.16. & beatæ Barbaræ, Chriſtinæ & aliorum ſanctorum Diuinitus de explicita fide Chriſti edoctorum, dum doctor humanus & ordinaria ad id illis defuit induſtria.

Facit etiam quòd cõmuniter dicunt, doctores de puero in ſylua nutrito, ad adultam ętatem peruenіente: quod.ſ.faciens quod in ſe eſt, vtiq; illuminabitur à Deo aliquomodo etiam extraordinario ante mortẽ opportunè de explicita fide Chriſti, ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem.

3. ratio. Tertiò probatur eadem prima opinio, quia niſi ita eſſet certè neceſſario concederetur quod Chriſtum ipſum inuincibiliter ignoratum blaſphemãdo, ſicut Pilatus & Iudæi olim ipſum blaſphemauerunt & crucifixerunt, etiam nunc in lege gratię homo ſaluari & eius membrum fieri poſſet, quod horrendum videtur concedere: ſequitur etiam quòd in tali ignorantia fidei Chriſti, & baptiſmi decedens, ſaluabitur ſine eis.

4. ratio. Quartò probatur idem, quia Actu.4. habetur. Non eſt datum hominibus aliud nomen ſub cęlo in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vbi quãuis id poſſit tã de fide Chriſti explicita quã implicita pro diuerſitate tẽporum intelligi: at ibidem Apoſt. ad propoſitum de fide eius explicita quã tunc p. adicabat id dixit, inſinuans eam fidem in lege gratiæ nunc eſſe ſimpliciter neceſſariam ad vitam, & ſalutem æternam. At idem eſt.2.Corin.3. Fundamẽtum alind præter Chriſtum nemo poteſt ponere, &c.

5. ratio. Eſt etiam ad ſupradicta alia ratio, quia tam clara & tam illuſtris prædicatio Euangelii per totum hunc noſtrum orbem conditum per Apoſtolos & eorum ſucceſſores facta eſt, vt probabiliſsimum ſit nullum hominum genus in eo iam inuincibiliter ignorare fidem Chriſti & Euangelium, quod vt expreſsè habetur ad Coloſſen.1. prædicatum eſt in omni creatura quæ ſub cœlo eſt, vt pulchrè ait Soto ſuper ad Rom.10. Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum: vbi dicit quòd ad præcipuas totius noſtri orbis cogniti partes promulgatio Euangelii per Apoſtolos & ſucceſſores facta eſt: & inde rumor ad omnes ferè nationes peruenit, quo moueri debuerunt ad inquirendum de lege aut fide Chriſti, cũ pio affectu veritatis audiendæ, vt ſic à Deo illuminarentur. Hęc ille. Quicquid ſit de inſulanis alterius orbis nunc denuo inuentis, ad quos vel nulla notitia peruenit, vel iam olim ita abolita eſt ab eis, ac ſi nunquam perueniſſet: de quibus & de omnibus aliis ait propoſitio, quòd ſi facerent quod in ſe eſt, vtique à Deo opportunè illuminarentur: & ita nulla inuincibilis ignorantia de explicita fide Chriſti, in perpetuum durans in eis eſſe poteſt.

Sexta ratio, quia diſcrimen fidei & ſacramentorum legis gratiæ poſt eius promulgationẽ ſufficientem & aliarum legum ante eã eſt; quòd ante eius promulgationem ſufficiebat ad gratiã & gloriam fides implicita cum ſuis ſacramẽtis legis naturæ & ſcripturæ, ſed ea omnia ſacramenta poſt Euangelii ſufficiẽtem promulgationem omnino ceſſarunt, ergo iam nunc requiritur fides explicata, cum ſuis ſacramentis ad ſalutem. 6. ratio.

Septima ratio, quia ita eſt nunc ſimpliciter neceſſaria neceſsitate præcepti & finis explicita fides Chriſti, ſicut olim ante ipſum Chriſtum erat implicita: ſed huius implicitè tunc non dabatur vlla ignorantia inuincibilis toto tempore vitæ perdurans: ergo nec nunc eiuſdem explicitè, ſed faciẽtem quod in ſe eſt Deus opportunè ante mortem aliquo mõ etiam extraordinario, vt ſupra dictum eſt illuminabit: maior probatur tum ex rationibus & auctoritatibus ſupradictis, tum etiam ex iis quæ infra.q.5.propo.2. referuntur: vbi neceſsitas fidei implicitè probatur. Minor etiã conſtat, quia ſi facerent quod in ſe eſt etiam ſtatim Deus de ea fide neceſſaria ad ſalutem illuminaſſet, vti hic in dubio paulò inferius & in reſpõſione ad ſecundam rationem ex B.Tho. & doctoribus cõiter habetur, & probat Soto in 4.diſtin.1. q.2.art.3. & diſt.5.q.1.art.2. Conſequentiã etiã probatur: quia ideo non datur ignorantia inuincibilis illius fidei implicitè quia illa erat ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, quæ ratio etiam militat in explicita. 7. ratio.

Et cum omnibus ſupra dictis concordant communiter doctores in 3.diſt.25.& præcipuè B.Th. ea diſtinc.q.4.& vbi ſupra. & Bonauen.ea diſtin. art.1.q.2. & Sco.ibidem videtur ad idem.& Durand.ea. diſtinct.q.1. & Alexand. Halen. par. 2. quæſtione 129. membro.8.§.1. & parte 3. quæſtione 63. art.penult. & Altiſiodor.lib.3. tractatu 3.quæſtione 3.de fide: & Gabriel in tertia diſtinc.25.q.1. concl.3. & in ſecundo diſtinct.22. quæſtione 2. dubio 1. & diſtinct.27.q.1.concluſione 4. & dub.4. & Gerſon lect.2. de vita ſpirituali, & Caſtro vbi ſupra.

Et nota quòd ſæpe dictum eſt Deum opportunè ante mortem de huiuſmodi fidei explicitę Chriſti illuminatione prouidere faciẽti quod in ſe eſt. Nã non ſtatim illuminat: ſed aliqñ citius, aliqñ tardius: & interim illo tpe inter medio talis ignorãtia inuincibilis eſt. licet.n. Deus ſtatim det gratiam facienti quod in ſe eſt cum auxilio diuino ſpeciali, quia ad ſtatum ſalutis in via ſtatim neceſſaria eſt, ſecundũ cõiter doct. cõtra aliquos

thomiſtas

thomiſtas,& Caiet. prima ſecundæ.q.112. art.3. & in quolibet.non tñ ſtatim ſed opportunè qñ ſibi placet concedit alia dona ad ſalutem pro ſtatu viæ non neceſſaria,vt magis deſiderentur magisq; æſtimentur & cuſtodiantur ſecundum Aug.ſuper Io.16.Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: ſic & donum illuſtrationis fidei Chriſti explicitè non ſemper datur ſtatim:quia ad ſalutem ꝓ ſtatu viæ, nõ eſt homini neceſſaria,ex quo ſine illa cũ fide implicita in gratia inuincibiliter ignorans eſſe põt: ſed ante mortem Deus dabit qñ ſibi placuerit: quia ad ſalutem æternã ſine illa fide, ſtante lege, homo peruenire non põt, vt de hoc infra.q.5.latius habetur: & iõ non permittet Deus illum è vita decedere ante q̃ ſit de ea fide Chriſti ſufficienter illuminatus aut inſtructus, vt in illo ſciat ſuam ſpem ponere, cuius eſt membrum, cuius etiam meritis ſaluatur & gratia. Sic etiam tenet Duran.vbi infra refertur.

Dubium. Sed dubitatur vtrum talis Dei prouidẽtia ſiue promiſſio quòd facientem quod in ſe eſt illuminabit opportunè de explicita fide Chriſti,ante mortem ſit certa de lege,ita quòd repugnabit legi poſitæ, ſi Deus aliter faciat,illum nunquam illuminando,aut ſit de fide vel contra fidem,id vel oppoſitum tenere.

Reſpon. Reſpondeo per tria dicta, quorum primũ eſt ꝙ id nõ eſt certum: eſt tñ ſatis probabile ſicut & ipſa opinio quæ eo fundamento ꝓbabiliter innititur. Primum conſtat,tum primò quia ſunt probabiles doctorum opiniones ſibi inuicem cõtrariæ ſuper hoc non condẽnatæ per Eccleſiam;tum ſecundò quia ꝑdictæ auctorit.non conuincunt id eſſe de fide;poſſunt.n.intelligi de perfectæ ꝑ motum, vel auxilium ſpẽle Spiritus ſancti faciẽte qđ in ſe eſt ſeq; ad Deũ conuertente, non quidẽ ad explicitam fidẽ,ſed ad gratiam gratificantẽ obtinẽdũ,vt gloſat B.Th.prima ſecũdæ.q.112.art.3 & q.113.art.4. vt hoc latius habetur infra.q.5.in reſpõ.ad quartum arg.contra primam propo.vel dici põt qđ ille auctoritates ſolũ concludunt hãc diſiunctiuã,videlicet, ꝙ aut nõ datur ꝑdicta ignorantia, aut ꝙ Deus illã non imputabit ad culpam facienti quod in ſe eſt,& ita erit & dabitur inuincibilis,vti hoc aiunt Gerſon de vita ſpirituali. lectio.2.corollario 5.& Caſtro de lege penali. lib. 2.c.14. cum multis aliis, ſecundum etiam conſtat ex probabilitate opinionum.

Secundò dico ꝙ cuilibet viatori vſum rõnis habenti, Deus ſemper dat illuſtrationem ſuper naturalem neceſſariam de qua infra.q.5.propo.1. habetur: ſicut & auxilium neceſſarium vt poſſit ſe ſufficienter præparare & ad Deum conuertere & facere quod in ſe eſt, vt gratiam obtineret iuſtificantem & ſalutem,quam Deus illi facienti quod in ſe eſt ad id certiſſimè dabit: & hoc eſt de fide,quia 1.Timoth.2.Deus vult oẽs hom. ſaluos fieri &c.vt ſupra: quàuis nõ omnibus det ſemper abundans & extraordinarium auxilium ad id,nec alias illuſtrationes & dona non neceſſaria ad ſalutem, vt latius agunt Adria.de pœnitentia.q.3. & Medina etiam de pœnitentia.q.2. & Vega de iuſtificatione lib.13.c.1.vſq; cap.13.23.& lib.9. c.39.& Honcala vbi infra.

Sed vtrum facienti quod in ſe eſt, ideſt quod poteſt,Deus etiam ſtatim gratiam conferat gratum facientem & prædictam illuſtrationem neceſſariam ad gratiam & ſalutem, ſunt opiniones. Nã Caiet. in quolib.de contritione.q.1.ait quòd non,etiam ſi ꝑ auxilium ſuper naturale ſit ſufficientiſſimè diſpoſitus, & Durã.in 4.d.4.q.7.idẽ dicit de prædicta illuſtr: ſed cõiter de gratia à doctoribus id reprobatur:iõ Soto de natura & gratia lib.2.c.16.& lib.3.c.vlt.& in 4.ſen.diſt.5.q.1. art.2.& latius diſt.17.q.2.art.5.& cõmuniter thomiſtæ ſecundũ ipſum B.Th.vt habetur infra q.5. in reſpõſ.ad quartum arg.contra primam propo. & Medina de Recta in Deum fide lib.4.c.7.& multi alii dicunt quòd ſic,ſi homo ſupernaturaliter adiutus facit quòd in ſe eſt: nam tunc & non aliter eſt & dicitur ſufficienter & vltimatè diſpoſitus ad gratiam gratum facientem: & Honcala trac.de mundicia cordis fol.49.col.j. ait hoc eſſe de fide: alii autem plurimi cum quibus eſt Vega vbi ſupra tenent hoc eſſe verum, etiam ſi non ſupernaturaliter extraordinariè adiutus ſit, ſed per naturæ vires eum fide illuſtratur homo, cùm auxilio ordinario faciat quòd in ſe eſt,& ſe diſponat ad gratiam,quia ſtatim dabitur ei, vti ſuperius in hac tertia propoſi. in ſecunda probatione habet.

Alia autem dona non ſimpliciter neceſſaria ad gratiam & ſalutem non ſemper neq; ſtatim ſed opportunè Deus confert facienti quod in ſe eſt.

Tertiò tandẽ dico quod non oibus carentibus vſu rõnis,Deus adeſt conferendo neceſſaria ad ſalutem,vt patet de exiſtentibus in vteris maternis ſine baptiſmo decedẽtibus, & de amẽtibus in peccato mort.qa talibus ſecundũ Aug.de corrept.& gratia,miſericordia eſt ſi datur ſalus,& nõ eſt iniuſtitia ſi nõ dať. Nã ꝑ pccm origin.vel actuale ꝑcedens, ſunt indigni gratia Dei & iuſtæ pereunt.

Et ita patet prima opi. cui Cano in relectione de ſacramen. ſuperaddit ꝙ exiſtens in gratia ſine explicita fide Chriſti vel nõ morieť neq; Deus id ꝑmittet,vel ſi ſine ea fide moriatur ſ ſtatu gratiæ nõ ſaluabitur:qđ qa videtur oĩno falſum & horrendum:iõ eſt ſecunda opinio quæ ſubſequitur.

Quoad prædictam tertiam propo. eſt alia ſecunda opin. ꝙ fidei Chriſti explicitè & baptiſmi ſtante lege dari põt, ſed de facto non datur, etiã nunc ignorantia inuincibilis toto tempore vitæ perſeuerans; quodq; ſine explicita fide Chriſti eã vincibiliter ignorans cum implicita fide Chriſti poteſt vitam æternam ſicut & vitã gratiæ haberet quàuis de facto ſine illa nullus nunc ſaluetur iam promulgato Euãgelio. Hanc opinionem tenet Vega de iuſtificatione lib.6.cap.18.19.22.& Soto in quarto ſententiarum diſtinct.5.q.1.art.2.& Dubium.

Victoria

Victoria in 4. relectione quæ de Indis prior eſt, in 4. titulo ſufficiente ad illos debellandum, cum multis aliis doct. quæ & probatur per ſeptem rationes quę infra in ſemptem arg. contra ſupra poſitam primam opin. huius tertiæ propõnis habetur: hanc etiam opin. tenet noſter Medina lib. 4. de Recta in Deũ fide. c. vlt. quã & optimè ꝓbat.

Reſpond. ad primam rationem primæ opin.

Et ad ſupradictas ſeptem rationes primæ opinionis reſpondet hæc ſecunda opinio: ad primam negando maiorem: quod ſcilicet eorum quę ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem non datur ignorantia inuincibilis: & ad eius probationem negatur, ꝙ illa dicunt & ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ſine quibus non ſtat ſalus abſolutè: ſed debet addi, niſi per inuincibilem ignorantiam homo excuſetur: immo ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem vel ad vitam gratiæ & gloriæ: ideo dicitur, quia tale quid non per accidens nec ex ſuppoſitione neq; ſecundum quid his vel illis tantũ, ſed per ſe obligatorium & neceſſarium omnibus eſt, vt baptiſmus & fides Chriſti explicita, quæ nunc omnibus etiam exiſtentibus in gratia ſunt in præcepto & neceſſaria ad gratiam acquirendam vel conſeruandam: pœnitentia aũt & alia ſacramẽta nõ ſunt omnibus ſimpliciter neceſſaria ad ſalutẽ, quia nõ niſi ſuppoſito peccato, vel ad alios fines, & non omnibus hominibus ſed peccatoribus vel his, vel illis neceſſaria vel opportuna ſunt: & quod ſic debeat intelligi & limitari inde patet, quia quãuis ſecundum oẽs doct. baptiſmus in re vel in voto ſit ſimpliciter neceſſarius ad vitã gratiæ & gloriæ: at verò iidem cum B. Th. in 3. par. q. 69. art. 4. dicunt ꝙ ſufficit votum implicitũ ad remiſsionẽ peccatorum, & idem dicerent ad gloriã; quia nulli bi inſinuant aliud ad illam obtinendum requiri q̃ gratiam vel remiſsionem peccatorum: & hoc idem ſenſit Aug. lib. de p̃deſtinatione ſanct. c. 7. dicens, Non ſine fide Cornelius orabat &c. Sed ſi poſſet ſine fide Chriſti ſaluus eſſe, nõ ad eum ędificandũ mitteretur Petrus &c. Non. n. cogitauit Aug. Cornelium aut non potuiſſe mori etiã ſi veneno aut gladio occideretur ſine explicita fide Chriſti, aut quòd vita functus in gratia non reciperetur in gloriam ſine illa fide: quãuis Canõ in relectione de ſacram. hoc vltimum malè cõcedat quod & horrẽdum eſt. Sed Aug. ſolum voluit docere ꝙ baptiſmus eſt ſimpliciter neceſſarius & in p̃cepto ſicut & explicita fides Chriſti etiã illis q ſunt in gratia: & iõ miſſus eſt Petrus qui hæc illũ doceret q̃ erãt ſimpliciter neceſſaria ad gratiam & gloriam, ſine quibus Cornel. non poterat eſſe ſaluus, videlicet quãtum eſt de ſe & abſolutè niſi per inuincibilem ignorantiã excuſaretur: & ſimiliter eſt intelligendũ. c. firmiter. de ſum. tri. & fid. catho. & oĩa alia decreta, vbi dicitur qđ poſt promulgatum Euãg. i. in illo loco & gente vbi fuerit ꝓmulgatum, non eſt ſalus extra Eccleſiã, aut ſine fide Chriſti explicita, ſ. niſi per inuincibilẽ ignorantiam quiſpiam excuſetur.

Ad ſecundã rationem.

Ad ſecundam rationem reſpon. ꝙ homo facit quod in ſe eſt ad ſciendum, & negatur ꝙ, ergo Deus de lege illuminabit de fide Chriſti explicita ſemper & vniuerſaliter omnes, licet cõmuniter id faciat: quia hæc fides Chriſti non eſt ſic neceſſaria ꝙ ſine ea cum ſola implicita non poſſit inuincibiliter ignorans ſaluari, ſicut eſt gratiam habere vt dictum eſt: exempla autem Cornelii & Eunuchi &c. non faciunt regulam generalem.

Ad cõmune autem dictum doctorum de puero in ſylua nutrito, vt aiunt Alex. 2. par. diſt. 119. Mẽbr. 1. & B. Th. in 3. diſt. 25. q. 2. art. 1. & Durã. ea diſt. q. 1. Reſpõ. ꝙ vel id dicunt ſuppoſita ſua opinione ſuprapoſita ꝙ de fide Chriſti non datur ignorantia inuincibilis, cuius oppoſitum tenent doct. de hac ſecunda opin. vel ꝙ id piè ſicut cõiter fieri æſtimauerunt ſicut re uera fit, vel potius, vt ait Soto, vbi ſupra ꝙ non intẽdunt docere ꝙ poſtq̃ homo ſit in gratia per aliquam implicitã fidem exigatur alia explicatior de fide Chriſti ad conſequendam gloriam, ſed ſolum ibi ſentiunt ꝙ talis puer aut alius filius faciens quod in ſe eſt, illuminabitur de illa ſupernaturali cognitione vel fide implicita vel explicita, quæ eſt neceſſaria ad peccati originalis vel etiam actualium remiſsionem quæ fit per gratiam: & hanc fidem B. Th. & Duran. & alii vbi ſupra vocant explicitã eò quòd ſupra naturalis ſit, qua creditur quod Deus & remunerator ſuper naturalis eſt: quã tamen nos vocamus implicitã reſpectu illius explicationis fidei Chriſti & trinitatis quã in lege gratiæ audito Euãgelio habere tenemur: vnde & ipſe B. Th. poſtea in ſecunda ſecundę. q. 2. art. 3. ad tertiũ vbi cõſuluis loquitur, illam priorem fidẽ non vocat explicitam ſed fidẽ reuelatam qua hõ haberet fidem de Diuina ꝓuid. credens Deum eſſe liberatorem hoĩum ſecundum modos ſibi placitos: & hãc reuelationem huius fidei, Durã. in 4. d. 4. q. 7. dicit nõ eſſe neceſſariã poſtq̃ hõ peruenit ad vſum rõnis illi fieri: ſed B. Th. prima ſecũdæ. q. 89. art. 6. inſinuat ꝙ cũ primum hõ de ſe rectè deliberat recipit Diuinum auxiliũ, ſine quo, vt ipſe Th. ibid. q. 3. art. 6. expreſsè docet, homo non põt perfectè & vltimatè ſe diſponere ad gratiã nec debitè facere quod in ſe eſt: quo quidem auxilio & eius intellectus illuminatur, & eius affectus eleuatur in Deũ: & hæc fides vbi ius naturę ritè & rectè ſeruaretur profectò ſine alio miraculo vel per internã inſpirationem vel per doctrinam maiorũ quibus reuelationes fiebant, poterat minoribus affulgere.

Ad tertiam rationem.

Ad tertiam rõnem reſpõ. negatur quod primò inferri videtur. Nam non põt quis blaſphemare Chriſtum, niſi ipſum vel eius fidem ſibi prædicatã renuat pertinaciter ſuſcipere: & ita non inuincibiliter illum ignorauit. Negatur etiam quod ſecũdò ibi infertur, vt latius habetur infra in reſpõ. ad vltimum atq. in fine huius quæſtionis.

Ad quartã rationem.

Ad quartam rationem reſpon. quòd id actu. 4. non conuincit vt poſtquam homo ſit in gratia

requirebatur alia expreſsior eiuſdem nominis cognitio vel fides ad gloriã: quod patet, tum primo quia ibi ſalus non ſolum de ſalute gloriæ ſed etiã gratiæ pôt intelligi, q.ſ. ad vtranque ſalutem eſt neceſſaria fidea Chriſti, tam neceſsitate præcepti quàm finis: fidea autem Chriſti ad gratiam neceſſaria & ſufficiens eſt implicita apud inuincibiliter ignorantes explicitam, ergo ſimiliter ad gloriam, tũ ſecundò ouia illa cognitio quę ibi actu.4. deſignatur, nõ ſolum nobis, verùm & cunctis hominibus poſt peccatum Adæ fuit ad ſalutem neceſſaria vt ait B. Tho. ſecunda ſecundæ. q.2. art.7. quęritur, ergo vt bene arguit Soto vbi ſupra. vtrũ in lege gratiæ nunc aliam nouam obligationem explicitę fidei, hæc auctoritas adhibeat ſuper illã q̃ ante aduentum Chriſti afferebat, vel nullam: ſi ergo inuincibiliter ignoranti non ſufficit fides implicita etiam ad gratiam, vel ſi ſufficit etiã eadem ratione ſufficit ad gloriam: ſi nullam; ergo eadem fidea implicita ei ſufficiat ad gloriam ſicut ad gratiam nunc ſicut & in lege naturæ: & eodem modo per omnia dicatur ad id 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere pręter id quod poſitum eſt quod eſt Chriſtus: quia de omni ſeculo poſt peccatum Adæ intelligitur: vbi per fidem implicitam fundamentũ habet in Chriſto inuincibiliter ipſum ignorans.

Ad quintã rationem. Ad quintam rationem reſpondeo, quòd quãuia ingenuè cõcedamus nullam nationem in noſtro orbe cognito reperiri quę inuincibiliter nũc Chriſtum ignoret, quidquid de inſulanis ſit: nullum etiam hominem alicubi gentium, nunc reperiri, qui per ſolam implicitã fidem Chriſti in Deũ conuertatur vt oportet, quia lumẽ naturale inter infidelea omnea, adeò iam obtenebratum eſt, vt niſi doctrina Euangelica prius ab eis fuerit audita nemo vnum Deum, vt hominum liberatorem, & reconciliatorem agnoſcat & ſuſcipiat: & ita nemo ſit iam faciens quod in ſe eſt & fidem Chriſti inuincibiliter ignorans: at verò cum hoc ſtat veritas huius ſecundæ opinionis, videlicet quòd ſi aliquis daretur fidẽ Chriſti inuincibiliter ignorans, is vtique ſine eius fide explicita cum implicita ſaluaretur, quodque nulli repugnat legi, eam ignorantiam dari.

Ad ſextam rationem. Ad ſextam rationem reſpondeo, quòd non magis concludit, eam fidem explicitam Chriſti eſſe nunc neceſſariam ad obtinendum ſalutem, vel vitam gloriæ quàm gratiæ. Ideo ſicut inuincibiliter ignoranti, ſufficit vel non ſufficit implicita ad alteram, ita & ad vtrãque, per eandem rationem vti ſuperius ad quartam rationem dictum eſt.

Quoad ſacramenta verò eſt differentia, quòd ante ſufficientem promulgationem durabat illa fidei applicatio, inſtar ſacramenti, quæ admouebatur paruulis in lege naturæ, & circũciſio in lege Moſayca: non quidem tanquam vim habens ſacramenti veteris legis: illam enim perdidit vel in morte Chriſti, ſecundum Tho. vel poſt ſufficiẽtem Euangelii promulgationem ſecundum Sco. ſed tanquam illa applicatio ſacramenti, vel oblationis quæ fiebat in lege naturæ: poſt ſufficiẽtem verò promulgationem illa omnia abolita ſunt, nullumq; verum ſacramentum contra peccatum originale, neq; applicatio fidei extat præter vnicum baptiſma: quo fit vt nunc in toto orbe, præterquam in Eccleſia catholica, nullũ omnino remedium ſit paruulis, ſed omnes propter originale damnantur, etiam ſi à parentibus ſacramenta legis naturæ & Moyſi aut alia ſacrificia fidei implicite proteſtatiua applicẽtur. Neq; ea culpa in Deum reiicienda eſt, ſed in eorum parentes qui ius naturæ non ſeruant vt Diuinitus illuſtrentur.

Et quia nulla ſecta nunc eſt q̃ non aliqd tueatur atq; ſectetur cõtra legem naturalem: iõ nullus homo viuens ſecundum ſuã aliam ſectã per ignorantiam inuincibilẽ excuſatur. Iõ Turrecremata de poteſtate Eccleſiæ lib. 1. c. 21. dicit hæreticũ eſſe tenere quod vnuſquiſq; in ſua ſecta ſaluatur.

Ad ſeptimam rõnem reſp. negando maiorem, & ad eius probationẽ dico, quod licet ita ſit quòd vtraq; fides Chriſti, olim uidelicet implicita: nũc autem explicita, ſit ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem; non tñ ęqualiter. Nam ſine implicita fide Chriſti non poteſt haberi vita gratiæ nec gloriæ: ideo nec ignorantia eius inuincibilis poteſt dari: cum implicita autem ſine explicita fide Chriſti vtraq; vita haberi poteſt ab inuincibiliter ignorante, vti latius ſupra & infra q. 5. habetur. *Ad ſeptimam rationem.*

Quarta propõ in iure humano cadere poteſt ignorantia inuincibilis immo & probabilis, idq; ſępiſsime, omnino à culpa excuſans: probatur à fortiori, quia ius humanum non eſt tam neceſſarium quã Diuinum & naturale, & eſt minus notũ de ſe, & in hoc non eſt dubium. *4. propoſitio.*

Quinta propõ in hia quæ ſunt facti, cuiuſcunq; etiam pertinẽtis ad ius Diuinũ & naturale quodcũque, poteſt cadere ignorantia inuincibilis, vel probabilis omnino à culpa excuſana. *5. propoſitio.*

Probatur primò ſecũdũ Almayn, in morali vbi ſupra & cõmuniter doctores, quia prædicta ignorantia facti, ſemper eſt reſpectu alicuius particularis contingentis circa materiam vel circũſtantiam actus, quę facilè poteſt ignorari: vt patet Gene. 29. Vbi Iacob cognoſcens Lyam ſibi ſuppoſitam pro Rachele non ignorabat aliquod ius, ſed an iſta eſſet ſua: & ideo fuit omnino excuſatus à culpa, ſecundum communiter doctores.

Item ſecundò id patet, quia poteſt quis ſaluari non baptizatus inuincibiliter putans ſe baptizatum, vt patet de Presbytero nõ baptizato c. Apoſtolicam, vbi in c. veniens. habetur quòd talis ſaluatur per fidem ſacramenti, i. per baptiſmum in voto cum explicita fide Chriſti, ergo talis caſus eſt dabilis, & ſæpe cõtingens, & vt talis ibi ſupponitur in d. c. Apoſtolicã. licet aliqui doctores oppoſitum dicere videantur.

Item tertiò quia in iis quæ ſunt facti, Eccleſia

fallit

fallit & fallitur ſecundũ cõiter doct. putans eſſe matrimonium inter eos inter quos non eſt, quia deficit probatio facti, ergo & quilibet alius.

Itẽ quarto quia ſerũdum Adr. in 4. quodlib. ſi ignorantia facti non eſſet inuincibilis, ergo nõ li ceret conuolare ad ſecundas nuptias recepto cer to nuncio de morte mariti, ex quo adhuc talli poſ ſet: quod tamen eſt cõtra c. in preſentia. de ſpõſ. & c. dñs. de ſecundis nupt. & Aug. in lib. de fide & operibus: vbi dicit ꝙ nõ peccat virgo quæ nubit alieno viro nec erit adultera ex hoc quãdiu ne- ſcit. ſ. probabiliter illum virum eſſe alienum.

Contra primam ꝓpo. arguit tripliciter. Primõ quia ad Rom. 1. habetur. Ita vt ſint inexcuſa- biles. & 5. q. 4. c. turbatur, habetur indiſtinctè qđ ignorantia iuris natu. oibus adultis dãnabilis eſt.

Secundò arguitur ad idẽ, quia ſi in iure naturã li põt dari ignorantia inuincibilis ꝓ aliquo tpe, ergo pro tunc apud vtentem rõne nõ leſa, poſſet in iure naturali ꝓbari oppoſitum iuris naturalis.

Tertiõ arguitur ad idẽ, quia ſequeretur quod liceret & teneretur immo & mereretur men tiendo, qñ quis inuinribiliter putat licere et tene ri mentiri pro ſaluanda vita, vt impleat cõſilium vel præceptũ; alioqui eſſet perplexus, & vlterius ſequeretur quod Spũs ſanctus per gratiam, aut ꝑ ſuum auxilium ſpeciale mouet ad mendacium & ad peccatum, quod eſt erroneum roncedere.

Propter has rationes moti ſunt aliqui docto- res antiqui qui in ſecundo arg. contra ſecundam propoſitionem recitantur, & etiam aliqui Moder ni ad tenendum quod in illo pure iure naturali ca dere poteſt, ignorãtia inuincibilis etiam pro par- uo tempore: quia tale ius eſt inditum naturæ & ſcriptum in cordibus hominum. Rom. 2. In iure autem naturali habente admixtum aliquod ius poſitiuum, ſeu ab eo dependẽte vel à facto aliquo humano, bene poteſt cadere talis ignorãtia, vt in contractibus multis id ſæpe videmus.

Sed certè iſtę rationes non probant ſuum in- tẽtum contra primam propoſitionem: ideo ad eas. Reſpondeo ad primum ex Rom. 1. & c. tur- batur, quod intelliguntur ſolum in caſu ſecundæ partis prædictæ primæ propoſitionis, & in iure na turali per ſe noto, vt ibi probatum eſt.

Ad ſecundum reſpondeo, concedendo conſe- quentiam apud vtentem rõne non læſa inuinci- biliter ignorantem tale ius naturale: non autem ſimpliciter, neq; apud alios illud non ignorantes.

Ad tertium reſpondeo, conredendo ptimam, & negando ſecundãm ronſequen. quatenus di- cit ꝙ Spiritus ſanctus mouet ſpecialiter ad pecca tum. Nã licet generaliter Deus concurrat ad actũ peccati vel ad peccatum quoad materiale: & ſimi liter moueat ſpãliter per ſuum auxilium ſpãle ad ipſum actũ meritoriè aut virtuoſè mentiendi aut credẽdi errori inuincibiliter ignorato, vt ſic igno rans impleat mandatũ Dei vt ipſe inuincibiliter æſtimat non tñ concurrit ad peccatũ formaliter: eſſet. n. erroneum id aſſerere, ſicut & ꝙ Deus pec care aut malè agere põt: immo nec abſolutè dicẽ dum eſt Deum ad peccatũ vel ad mendaciũ, vel ad fornicationem concurrere, aut ſpãliter moue re, quia malè ſonat: ſed cum vera explicatione ſu- pra dicta loquendum eſt: & quidem quãuis men- tiri aut fornicari abſolutè & formaliter ſit intrin ſecè malum: ſecus autem reſpectiuè, i. reſpectu inuincibiliter ignorantis tam iuris quã facti igno rantia, vt conſtat in caſu ſupradicto, & in caſu co gnoſcentis non ſuam inuincibiliter æſtimãtis e- ſe ſuã vt infra q. 17. q. 23. habetur. & ad talẽ actũ ſi vt Dei ꝓceptum adimpleat homo ſic ignorans honeſtè aut etiam meritoriè illum faciat vtique Deus ipſe non ſolũ generaliter cõcurrere, ſed et per gratiam ſuam vti prædiximus mouere poteſt.

Contra ſecund propoſitionem arguitur du- pliciter. Primò auctoritatibus, quia, vt hoc e- tiam refert Gerſon lect. 2. de vita ſpirituali co- rol. 5. & Cõradus de contractib. q. 100. in reſpõ. ad quartum arg. Guill. Pariſien. in tract. de legib. c. 21. & lib. de ſacramẽ. ordinis propè finẽ fol. 68. tenet quòd apud facientem quod in ſe eſt nulla cadit ignorantia inuincibilis, ſiue iuris, ſiue facti in lege Diuina.

Item (vt etiam referunt Gerſon & Conradus vbi ſupra & Adria. in 4. quodlib. art. 14.) Altiſio- doren. lib. 3. qõ. 3. tenet cum quibuſdam Docto- ribus aliis quòd licet detur ignorantia inuincibi- lis facti cuiuſcunque aut iuris humani non ta- men iuris Diuini.

Item Gerſon vbi ſupra lec. 4. corol. 3. conclu- dendo mẽtem ſuam dicit ſic: quicquid ſit de igno rantia facti aut iuris humani aut naturalis: con- cors tamen ſenia doctorum eſt nulla in his quæ legis diuinæ ſunt cadere ignorantiam inuincibi- lem, quin facienti quod in ſe eſt Deus ſemper aſ- ſiſtit paratus illuſtrare mentem quantum oporte bit ad ſalutem & erroris vitationem. & lect. 2. di- cit. apud facientem quod in ſe eſt nulla eſt igno- rãtia inuincibilis neq; iuris, neq; facti i lege Diui na, vel agẽs ex tali ignorãtia nõ peccat. Hæc ille.

Item Hugo de ſancto Victore lib. 2. de ſacra- mentis. par. 6. cap. 5. dicit neminem excuſari per ignorantiã à præcepto baptiſmi ſuſcipiendi quia niſi ſua culpa obſtiterit ſcire poteſt ab homine vel ab Angelo, Deo id prouidẽte, vt patet Act. 3. de Eunucho. & Act. 10. de Cornelio. Et ad idẽ eſt exemplum de vetula vt affert Altiſiodoren. vbi ſupra dicens, quòd ſi hæc audiat ſuum præla- tum prædicantem aliquam hæreſim non excuſa- tur per ignorantiam inuincibilem, quia niſi ſua culpa obſtiterit poteſt à Deo de veritate edoceri faciens quod in ſe eſt.

Et ad idẽ eſt prima Io. 2. Vnctio docebit vos de omnibus. ſ. neceſſariis ad ſalutem.

Secundò cõtra idem arguitur rõne, quia Deus non deficit in neceſſariis, ad ſalutem. Sed noti- tia tã facti quàm iuris Diuini & naturalis obliga-

torii cuiuſcunq; ſub mortali peccato eſt neceſſaria ad ſalutem: alioqui non eſſet obligatorium tale ius aut factum, ergo in talibus Deus adeſt: & per conſequens non datur ignorantia inuincibilis ſicut nec in ſide Chriſti. Et quidem videtur repugnantia quod in obligatoriis prædictis ſit ignorantia inuincibilis. Nam ſi ſunt obligatoria ergo tenemur ea ſcire & exequi, ergo non excuſamur per talem ignorantiam. vel ſi excuſamur contenemur, & ita non erat obligatoria. eſt igitur contradictio.

Reſpondeo ad 1. arg. REſpondeo ad primum, ſ. ad auctoritates doctorũ, vno mõ quod illi doctores fuerunt illius opinionis quam eorum verba prædicta declarant (vt Gerſon vbi ſupra refert) quorum opinio non obſtat veritati & rõnibus melioribus, & aliorum doctorum opinioni cõmuni ſupra poſitæ.

Alio modo reſpõ. quod loquitur de ignorantia iuris Diuini uel facti alicuius ſimpliciter neceſſarii ad ſalutem, vt eſt fides Chriſti & Baptiſmus ſecundum multos. Et ad exemplum de vetula. Reſpondeo quod illa poteſt inuincibiliter ignorare, & inculpabiliter manere in illa hæreſi, & ſaluari ſi cito moriatur audita illa hæreſi, vt ſupra dictum eſt contra Altiſiodoren. & alios oppoſitum dicentes, quia implicite habet fidem veram de omnibus credendis dum eſt parata credere quod credit Eccleſia cum ei fuerit ſufficienter notificatum. Cum qua fide implicita Eccleſiæ, ſimul & explicita de ſide Chriſti quã habet, ſtat error inuincibilis de aliquo particulari quod inuincibiliter ignorat includi & contineri in illa ſua generali & implicita fide Chriſti & Eccleſiæ. Sicut ſtat ſcire aliquid in generali & confuſe, & ignorare illud in particulari & diſtinctè. Videtur Gabriel in tertio diſtinct. 25. q. 1. nota, ſecundò, & alii doctores cõmuniter ibidem concordantes in hoc: libenter tamen concedo quod non ſtabit diu in illa hæreſi, contra quam Eccleſia communiter ſolet prædicare veritatem, ſi ipſa vetula faciat quod in ſe eſt ad ſciẽdum, quia per prædicatores edocebitur veritatem fidei.

Illud autem 1. Ioã. 2. Vnctio docebit vos omnia. Reſpõdeo etiam ſi non ſolum Apoſt. ſed etiã omnibus Chriſtianis hæc promiſſio facta intelligatur, quod habet hunc ſenſum quod omnia ipſis neceſſaria ſcitu Deus per ſe vel per ſuos miniſtros opportunè tradet: & interim non erunt in culpa, ignorando: neq; pro tunc erunt ſibi neceſſaria vt ſupra dictum eſt ſecundum Gerſon lect. 2. de vita ſpirituali, coroll. 3. ſicq; hoc non probat non poſſe inuincibiliter ignorari.

ad 2. arg. AD ſecundum reſpõ. quod Deus opportunè adeſt in neceſſariis ad ſalutẽ: & interim excuſatur hõ à culpa vt dictum eſt, & ita cõceditur maior: ad minorem autem negatur quod omne obligatoriũ eſt neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem. Item quia ſine executione multorum eorũ poteſt homo ſaluari propter impoſſibilitatem, & ſimiliter propter ignorantiam inuincibilem, vt patet de confeſſione, & de Baptiſmo quia cum eis in voto etiã implicito patet ſalus, vt patet in c. Apoſtolicam. de Presbytero non baptizato. Igitur eſt neceſſarium neceſſitate præcepti, non tñ ſimpliciter nec neceſſitate finis abſoluta, & ſic negatur conſequentia.

Neq; eſt repugnantia vlla in prædictis: nam licet ſint obligatoria ſimpliciter & abſolute, nõ tamen reſpectiuè, i. non reſpectu eius qui laborat ignorantia inuincibili, aut impoſſibilitate executionis: & licet ratione impotentiæ vel ignorantiæ non tollatur ſimpliciter obligatio talium præceptorum, nec impotentia exequendi tollat vim legis: tollitur tamen imputatio ad culpã à qua excuſatur ignorans ſicut impotens ſeruare legem.

COntra primam opinionem tertię propoſitionis vbi habetur quod de fide Chriſti nõ datur ignorantia inuincibilis diu perſeuerans &c. Arguitur ſeptempliciter primò, quia non eſt vincibile neq; culpabile quod eſt ineuitabile. Ignorantia autem fidei Chriſti explicitè & Euangelii eſt ineuitabilis illis quibus Chriſtus non eſt prædicatus ſufficienter qui adeò nihil audierunt quantumcunq; ſint aliàs peccatores, ergo eſt eis inculpabilis & inuincibilis. Maior cum conſequentia patet & minor probatur: quia nulla alia via communi & ordinaria ſine miraculo poſſunt homines fidem Chriſti habere niſi per ſufficientem prædicationem vel doctrinationem eis factam ab hominibus miniſtris Chriſti, vt patet ad Romanos 10. Quomodo credent quem nõ audierunt? quomodo audient ſine prædicante? dicere autem Deum non prouidiſſe quo via ordinaria ſine miraculo homo ſaluetur incõueniens eſt: & quidẽ ad Ro. 10. vbi ſupra ſatis ſignificatur quòd illi quibus non eſt prædicata fides Chriſti ignorant illam inuincibiliter, etiam ſi alias ſint peccatores: neq; enim ibidem Pau. condemnat infideles quia nõ faciunt quod in ſe eſt recedendo à peccatis, vt illuminentur à Deo; ſed quia cùm audiſſent Chriſtum prædicatum non crediderunt, alias condẽnaturus illos de infidelitate, vt conſtat. Contra ... arg. 1.

SEcundò arguitur, quia ſicut in principio promulgationis euãgelii fuit ignorantia inuincibilis eius & fidei Chriſti apud multos qui ſine explicita fide Chriſti iuſtificati & ſaluati ſunt: ergo ſimiliter etiam nunc iam promulgato Euangelio id fieri poteſt; patet conſequentia, quia promulgatio Euangelii iam facta non fecit duriorem legem Chriſti, neq; abſtulit ſuam vim & naturam ab ignorantia inuincibili, vt. ſ. poſſet excuſare à culpa ignorantes: ſed ſolum fecit vt rarior eſſet ignorantia, & grauior eſſet culpa non aſſentire doctrinæ Chriſti prædicatę quàm ante fuiſſet: maximè quia nec Eccleſia, nec Scriptura ſacra, nec vllus doctor antiquus docet maiorem eſſe rigorẽ pro hoc tempore, quàm olim pro talibus inuincibiliter ignorantibus fidem Chriſti. 2. arg.

TErtiò arguitur, quia ignorantia inuincibilis 3. arg.

de Deo

de Deo aut de fide vnius veri Dei fuit poßibilis omnium in lege naturæ apud aliquos ſaltem ad tempus vt ſupra propo. prima habetur: & ea ſtāte erat, tunc hominũ ſalus: ergo etiam nunc eſt talis ignorantia inuincibilis de Deo & de fide Chriſti dabilis apud aliquos: cum qua iuſtificentur & ſaluentur. Antecedens quo ad ſecundā partē probatur, tum. 1, quia facienti quod in ſe eſt etiam ſecundum naturæ vires Deus dat auxilium & gratiam etiam ſtatim, iuxta communem doctorum ſententiam, quæ ſupponitur contra aliquos thomiſtas & Caieta. in quolib. de contritione. & 1. 2. q. 113. art. 4. & q. 112. art. 3. & per conſequens ille tunc habet gratiam ſine explicita fide Dei & ex conſequenti habet ignorantiam Dei inuincibilem etiam nunc in lege gratiæ. Tùm 2. quia ſi dicatur quod Deus ſtatim etiam illum facientem quod in ſe eſt illuminat de fide veri Dei ſimul & dat gratiam. Contra hoc ſequitur, quòd habens cognitionem Dei ſolum naturalē opinatiuam vel euidentem non poſſet ſecundum legem communem ſine miraculo quouis tēpore aſſequi Dei gratiam & reconciliationem faciens quod in ſe eſt: moriensq; damnaretur. Nam ſine prædicante non poteſt homo credere ad Rom. 10. prædicatio autem non poteſt ſtatim aut modico tempore fieri vel haberi ita vt per eam homo ſufficienter doceatur, maximè interris longe diſtātibus à prędicatoribus fidei veri Dei: concedere autem hoc quod illatum eſt quòd, ſ. de lege communi ſine miraculo non poſsit homo faciens quod in ſe eſt iuſtificari pro magno tempore neq; ſaluari, certè videtur maximum incōueniens contra miſericordiam Dei & merita Chriſti & rationem viatoris; quod inde conſtat: quia ad hominis iuſtificationē requireret Deus abeo, id quòd eſt impoſsibile ipſi facienti quod in ſe eſt ſaltem pro aliquo tempore videlicet habere Dei fidem explicitam immodicum item tempus ſufficeret ad perdēdum gratiam non autem ad eam recuperandam ſine miraculo, contra id Ezech. 18. quoties ingemuerit peccator &c. & Apocal. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo ſiquis aperuerit &c. vt ſuperius latius probatum eſt: ita patet antecedens huius tertii argumēti, quòd, ſ. datur de Deo & eius fide ignorantia inuincibilis. Conſequentia autem ſupraposita quòd, ſ. etiam fidei Chriſti ignorantia eadem dari poteſt, probatur à fortiori vel etiam à paritate rationis. quia iam neceſſaria vel etiam magis erat olim fides veri Dei etiam explicita, quam nunc ex Chriſti fides explicita ad ſalutem.

[*Nota. Quartū ar.*] QVartò arguitur, quia ad obtinendum vitam æternā gloriæ nihil aliud eſt neceſſariū adulto quàm ſeruare mandata, Matth. 19. ſi vis ad vitā ſcilicet æternam de qua ibi agebat Chriſtus reſpondendo ad quæſtionem iuuenis, quid faciendo vitam æternam poſsidebo? Serua mādata. Sed ei qui eſt in gratia per fidem Chriſti implicitam ſufficit mandata ſeruare; ſicut & ea ſeruat per talem fidem in voto etiam implicito dum per ignorantiam inuincibilem vel per impoſsibilitatem ea in ſe realiter implere non poteſt, vt eſt mandatum de Baptiſmo, pœnitentia, & confeſsione, aliàs non eſſet Deo gratus, vt conſtat; ergo ſimiliter ſufficit cum fide implicita ſeruare præceptum & legem de fide Chriſti explicitè habenda: quod fit per ignorantiam inuincibilem fidei Chriſti: is namq; totum habet quod exigitur ad gratiā & gloriam: conſequentia probatur; quia eadem eſt ratio vtrobique: neq; vllo maiori rigore eſt tradita lex fidei Chriſti quàm Baptiſmi, licet fides ſit omnibus maximè neceſſaria vt totius boni fundamentum; ſecundum Ber. Epiſt. 77. dicentem quòd maior eſt neceſsitas fidei quàm Baptiſmi, Mar. vlt. qui non crediderit condēnabitur, Sed ea ratione lex huius fidei benignius interpretāda eſt, vt, ſ. inuincibiliter ignoranti ad gloriam ſicut & ad gratiam ſufficiat implicita.

Si ad hoc reſpondeatur negando conſequentiam, quia quamuis quatenus eſt præceptum fidei & Baptiſmi, ſit eadem ratio vtriuſq; ita vt ignorātia inuincibilis excuſet à peccato ſecus autem quatenus ēt, eſt ſtatutum ad fidem. Nam licet ad finem gratiæ ſit eadem ratio vtriuſq; ita quòd inuincibiliter ignoranti ſicut ad gratiā ſufficit Baptiſmus in voto etiam implicito ſic & fides implicita: at verò, ad finem gloriæ licet ſufficiat Baptiſmus in voto etiam implicito, non tamen fides implicita Chriſti ſed neceſſaria eſt explicita, quia ſic Deus ſtatuit vt homo cognoſcat eū in quo ſuā ſpem debeat collocare, vt ſupra probatum eſt in prima opinione. [*Nota punctum difficultatis.*]

[*Nota. arg. 5.*] COntra hoc replicatur & fit. 5. arg. probans quod ſi inuincibiliter ignoranti fides Chriſti implicita ſufficit ad finē gratiæ obtinendæ & conſeruandæ ſecundum omnes, ergo etiam ad finem gloriæ ſi ſic moriatur; quia non dabitur vbi ad hunc finem Deus aliud exigat àquocunq;, quam ſtatum gratiæ, vel quàm quod homo faciat quòd in ſe eſt ad gratiam habēdam & conſeruandam, qua homo fiat filius Dei per gratiam habens ius ad gloriam. Io. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri &c. ſed inuincibiliter ignorans Chriſtum exiſtens in gratia, cum eius fide implicita, eſt huiuſmodi & habet ius ad gloriam: ergo nihil aliud eſt ei neceſſarium ad finem gloriæ, & ita ſine fide Chriſti explicita ſaluabitur, in ſua ignorantia inuincibili. Nam non eſt dicendum quòd in ſtatu gratiæ condemnabitur, neq; eſt recurrendum ad nouum miraculum, quòd Deus illum mori non permittet (etiā ſi veneno aut gladio occidatur) antequam de fide Chriſti miraculosè inter Barbaros doceatur: ex quo nulla lex ſtat ſuper hoc & fides implicita ſufficit ad collocandum ſpem in Chriſto ſicut ad gratiam, vt ſupra dictum eſt: & quidem hoc arg. valde urget,

[*6. arg.*] SExtò arguitur quia pōt homo mori & ſaluari decedens in ſtatu gratiæ cū hæreſi inuincibiliter

biliter ignorata de aliquo articulo fidei (vtſupra in 2.propoſitione habetur) ergo etiam cum ignorantia in vincibili fidei Chriſti. patet conſequentia, quia æque neceſſarium eſt habere veram fidẽ circa articulos fidei. ac habere fidem Chriſti.

7. argum. Septimo arguitur auctoritatẽ Ioan. 15. Si non veniſſem & locutus non fuiſſem peccatum nõ haberent. ſ. peccatum infidelitatis culpabilis ſecundum Auguſt. & B. Tho. ibidem, vt patet etiam ex ipſo textu litteræ & mentione Chriſti loquentis. & Auguſt. lib. noui teſtamenti, q. 67. & habet diſtinct. 37. c. fin. dicit. Ille ignorans poterit excuſari à pœna, qui quod diſceret non inuenit: & alibi etiam dicit: ſi non fuit à quo quis diſceret, neq; ad eum aliquo modo rumor Euãgelii peruenit: tunc non aliquo ſuo uitio ignorat, & immunis eſt à condemnatione, ſ. propter talem infidelitatem ſeu ignorantiam inuincibilem fidei Chriſti.

Item B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 10. art. 1. dicit quòd infideles qui de fide Chriſti nil audierũt non condẽnabuntur propter talem eorum infidelitatem ſed propter alia peccata ſi qua commiſerunt cõtra legẽ naturalem: & videtur ad idẽ Bonauentura in 2. diſtinctio. 22. q. penult. & Armachanus, lib. 8. c. 39. licet non expreſsè: vbi etiã dicit quod tales inuincibiliter ignorantes fidem Chriſti ſi decedant ſine vllo actuali peccato non ſaluabuntur, ſed neq; condemnabuntur ad pœnã ſenſus, ſed ad pœnam tantum damni, vt pueri in limbo propter originale, ergo datur ignorantia inuincibilis fidei Chriſti.

Propter has rationes fuit 2. opinio ſupra poſita quòd fidei Chriſti explicitè poteſt etiam nunc dari ignorantia inuincibilis pro tota vita: quãuis de facto nuſlibi detur neq; moraliter id poſsibile ſit, ſed ſtando in 1. opinione ſatis ſolemni ſupra poſita in 3. propoſitione quæ tenet oppoſitum, dicendum eſt, quòd prædicta argumenta contra eam non concludunt.

Reſponſio ad 1. arg. Ideo ad ea reſpondeo, ad primum quòd ſi pro paruo tempore intelligantur, omnia argumenta, conceditur quod poteſt dari, ignorantia inuincibilis. ſi autem pro tota vita hominis, ut loquitur propoſitio: tunc negatur minor, & ad eius probationem, concesſo antecedente; negatur conſequẽtia, quia vt ſupra diximus vel per hominem vel per Angelum vel alio modo in tali caſu extraordinario Deus prouidebit per ſuam prouidentiam ordinariam, quomodo facienti quod in ſe eſt; cognitio fidei Chriſti opportunè ante mortem hac vel illa via ordinaria vel extraordinaria donetur. Nec id eſt inconueniens: nam ad ordinariam Dei prouidentiam ſpectat hoc vel illo modo in caſibus extraordinariis vt expedit prouidere, & in hoc ſtat fundamẽtum huius cõmunis opinionis.

Reſponſio ad 2. arg. Ad ſecundum Reſpondeo negando conſequẽtiam, & ad eius probationem dico, quòd iam Euangelio promulgato eſt ſtabilita per legem Chriſti neceſsitas æternæ ſalutis ex fide Chriſti tantum explicita: ita etiam quod ſecundum hanc legem à faciente quod in ſe eſt nullo modo poſsit ignorari: quia Deus oportunè & ſufficienter de hoc vt dictum eſt prouidebit. multa namque licuerunt in principio promulgationis Euangelii quæ iam Euangelio promulgato nõ licent, tunc. n. licitum erat Paulo circumcidere Timotheum, & ſeipſum cum aliis purificare Iudęis, iuxta ritum legis Moyſi, propter ſcandalum tollendum: quod nunc plenè promulgato Euangelio facere damnabile eſt: ita tunc pueri & adulti & quos nondum peruenerat Euangelium ſaluabantur in ſacramentis legis naturæ, & Moyſi, ſaltem vt habebant ſolum virtutem ſacramentorum legis naturæ, non legis Moyſi, nũc autem non. Item abſtinere à ſanguine & ſuffocato tunc fuit licitum, immo & neceſſarium propter ſcandalum Iudęorum euitandum & propter alias rationabiles cauſas, vt patet, actu. 15. nunc autem minimè: ſic improposito de explicita fide Chriſti, quæ tunc non erat tam ſimpliciter neceſſaria vt nunc: ideo de illa dabatur inuincibilis ignorantia quæ nunc (ut diximus) dari non poteſt.

Reſponſio ad 3. arg. Ad tertium reſpondeo, negando antecedẽs: & ad eius probationem ſuppoſita illa opinione ſatis communi, dico quòd ſimul tempore Deus dat gratiam, & habituale lumen fidei, vt ibi tactum eſt: quia nunquã gratia infunditur ſine hac fide ſecundum doctrinam communem: quo lumine illuſtratus homo cum aliquo motiuo opportunè habere poteſt debitum actum fidei de Deo: quia ſicut lumine naturæ nihil prius oſtendit quàm primum naturæ principiũ. ſ. quodlibet eſt vel nõ eſt, & alia per ſe nota, ex quibus homo poteſt facile deducere alia principia vniuerſalia facilè inde deducibilia, vti ſuperius. 1. propoſitione dictum eſt. ita lumen fidei infuſum cum aliquo motiuo ſtatim oſtendit Deum eſſe quòd eſt primum fidei principium, aut ſaltim cum illo lumine ratio naturalis adiuta motaq; Diuinitus poteſt facilè cognoſcere actualiter Deum eſſe & actum fidei explicite de Deo tunc ſimul habere cum gratia: & ad ſecundam probationem antecedentis quæ eſt replica contra hæc, reſpondeo cõcedendo de legè nullum adultum ſine actu fidei explicite de Deo per ſolam naturalem cognitionem Dei, poſſe aut potuiſſe vnquã ſaluari aut iuſtificari: & oppoſitum tenere erroneum & forſan hęreticum eſt vt patet ex ſupradictis & infra. q. 5. propoſitio. 1. neq; malè ſequitur facientem quòd in ſe eſt ſaluari aut iuſtificari non poſſe regulariter ſine miraculo. Nam prædicta illuminatio & motio Diuina ordinaria vel extraordinaria non eſt miraculoſa, ſed regularis eſt Diuinæ prouidentiæ, vt ſupra dictum eſt: neque etiam Deus ab homine requirit impoſsibile ſimpliciter, ſed poſsibile cũ adiutorio eius opportuno: quamuis ſuæ naturæ viribus ſolis ſit impoſſibile ſicut nõ requirit Deus à nobis impoſsibile dũ exigit vt cum

auxilio

auxilio & gratia Dei bene faciamus & ſaluemur, quāuis ſine eis id impoſsibile ſit: & ita ſimpliciter poteſt iuſtificari & ſaluari faciens quod in ſe eſt. neq; vllo modo per ſupradicta derogatur miſericordiæ Dei aut meritis Chriſti. Quòd ſi dicatur cognitionem de Deo non aduenire hominibus niſi magno & longo tempore abſq; diſcurſu, vt ſupra propoſitio. 1. dictum eſt: id vtiq; ſolum eſt verum de notitia acquiſita & naturali: ſecus: de ſupernaturali aut de cognitione habita per rationem naturalem lumine tamen ſuper naturali adiuta. Nam ſecundum Ambroſ. neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia.

Reſpondeo ad 4. arg. Ad quartam reſpondeo negando conſequentiam vt ibidem reſponſum eſt.

Reſpondeo ad 5. arg. Ad quintum reſpondeo negando conſequentiam: quia ſecundum Bernard. maior eſt neceſsitas fidei Chriſti actualis quam Baptiſmi in adultis; ideo vt ſupra dictum eſt, Baptiſmus tantum in voto ſufficit ad ſalutem habenti actualem fidem explicitam Chriſti, dum Baptiſmus ignoratur vel haberi non poteſt: non autem ei ſufficit fides in voto quæ implicita fides Chriſti eſt: vti ſuperius ĩ. 3. ꝓpoſitione probatũ eſt in. 1. opinione.

Reſpondeo ad 6. arg. Ad ſextum argum. reſpondeo negando conſequētiam: & ad eius probationem dico quòd licet ſit neceſſarium habere verã fidem Chriſti & omniũ articulorũ: nõ tamen eſt æque neceſſariũ habere veram fidem Chriſti explicitam de omnibus articulis fidei ſicut de Chriſto. Nam ĩ vera fide explicita de Chriſto quam homo habet, iam habetur implicite vera fides omnium articulorum fidei ſufficiens ad gratiam & ſalutem, dum homo faciens quod in ſe eſt ad ſciendum, errat inuincibiliter circa aliquem articulum fidei paratus ſtare doctrinæ Eccleſiæ, quando ei innotuerit ſufficienter: & ita licet alicui articulo fidei diſcredat explicitè, credit tamen eidem implicitè in generali fide vel credulitate quam habet articulorum omnium quos explicite credit & tenet Eccleſia.

Reſpondeo ad 7. arg. Ad 7. arg. reſpondeo cũ magiſtro Cano in ſua relectione de ſacramentis, par. 2. concedendo quòd ex illis auctoritatibus concluditur ꝙ quādiu non eſſet fides Chriſti annunciata, non eſſet culpabilis infidelitas eorum: quodq; tunc ad tempus illis eſſet inuincibilis ignorãtia fidei Chriſti, quodq; ſi decederent in ea ignorantia, nõn condẽnarentur propter illam tanquam propter peccatum, ſed propter alia peccata quę haberẽt. Quod autem de lege in tali ignorãtia decedere poſsint id vtiq; nõ dicitur neq; inde elicitur, ſed potius negatur vt dictum eſt: quia ſi facerent quod in ſe eſt benè viuẽdo ſecundum legem naturę, Dominus prouideret & illuminaret eos opportunè de fide Chriſti explicita, vt etiam, alij, victoria & cõiter doctores vbi ſupra. Non tamen ſequitur ꝙ ſi malè viuant & non illuminentur, propter hoc prędicta ignorantia Chriſti iam vincibilis illis facta ſit: neque. n. ad ſciendũ Chriſti finem tenentur bene viuere ſed ſufficiẽter inquirere & petere à Deo vt doceat vias ſuas: niſi in pœnam peccati execęcati ſint ſpecialiter id Deo permittẽte, vt ſupra. q. 2. latius habetur. Quòd ſi fingamus quòd in ſola tali ignorantia fidei Chriſti ſine vllo peccato mortali actuali quiſpiam decedat, id quod cõtingere poteſt, ſi ſtatim habens vſum diſcretionis moriatur uel occidatur ſine Baptiſmo; tũc ait Armachanus ubiſupra, & ſyluester in ſua aurea roſa ſuper Euangelia in feſto Simonis & Iudę quòd talis damnabitur ad pœnã damni dũtaxat æternã propter originale, ut pueri in limbo. Sed hæc eorum reſponſio non placet: quia contra communem doctorum ſententiã ponit limbũ Adultorũ, cũ ſolũ ſit limbus puerorũ vſum rationis nõ habentium. Soto autem in 4. diſtinctio. 5. q. 1. art. 2. dicit quòd B. Tho. ibi loquitur de fide neceſſaria ad iuſtificationẽ ut hõ conuertatur in Deũ mõ ſit fides explicita: mõ tñ implicita, dicitq; ꝙ quatenus eſt in ꝓcepto nõ peccat infidelis priuatiuè qui eam inuincibiliter ignorat, quatenus autem ex ui ſtatuti eſt neceſſaria ad finem remiſsionis peccatorum quæ commiſit aliàs, ut ſic homo per fidem ſufficienter conuertatur ad Deum per fidem ut ei peccata remittantur, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo: tunc nõ excuſatur: quòd ſi faciat quod in ſe eſt ſtatim Deus illuminabit dabitq; lumen fidei: ſaltem implicite ut debitæ pręparetur & conuertatur. Hæc ille.

Sed quia B. Tho. ibi uidetur de fide Chriſti explicita loqui ſicut & Act. 4. Non eſt datum aliud nomen ſub cœlo &c. ubi ſicut olim fides implicita Chriſti, ita & explicita nunc oſtenditur neceſſaria ad gratiam & gloriam. Ideo melius dicamus ſecundum ſupradicta non admittendo quòd ille ſtante lege in ſola ignorantia fidei Chriſti inuincibili decedat & ſaluetur aut condemnetur. Nam aut ille facit quod ĩ ſe eſt, ut ſciat uel à Deo illuſtretur, aut non, ſi ſic, ergo Deus illi opportunè ante mortẽ prouidebit, de explicita fide Chriſti: ſicut olim ante aduentum Chriſti de eius implicita fide ſecundum omnes doctores illuminabat, ut in reſponſione ad 3. argumentum dictum eſt: & infra. q. 5. latius habetur in prima propoſitione: & ita neque in peccato neque in huius fidei ignorantia decedet: hanc conſequentiã negaret oppoſita opinio: ſi autem non facit quod in ſe eſt, iam nõ inuincibiliter ſed uincibiliter ignorat: ſicque damnabitur ad pœnam ſenſus æternam propter hanc actualem omiſsionem & ignorantiam fidei Chriſti culpabilem. Nota. Cum his tamen bene ſtat quòd ſi per poſsibile uel impoſsibile adultus ſine ullo alio peccato in ſtatu gratiæ, cum ignorantia fidei Chriſti inuincibili decederet, utique ſaluaretur: ſed conditionalis nil ponit ineſſe, neque antecedens ſtante lege conceditur eſſe poſsibile, ſecundum hanc primam

& com-

& communem opinionem : pro maiori autẽ prę-ditorum & neceſsitas fidei Chriſti declaratione ſit quæſtio ſequens.

Qvaestio qvinta.

VTRVM NOTITIA SVPER-naturalis, vel fides Dei & Chriſti, fuerit olim, & nunc ſit ſimpliciter neceſſaria ad hominis iuſtificationem, finalemq; ſalutem.

1. propoſitio. Respon. Per duas rõnes quarum prima eſt quòd tam ad vitam gratiæ quàm glorię neceſſaria ſimpliciter eſt & fuit ſemper poſt peccatum nõ ſolum cognitio ſupernaturalis vel fidea explicita vnius veri Dei, ſed etiam fides ſaltem implicita Chriſti vel mediatoris ſub ratione mediatoris, & non ſufficit cognitio naturalis : & oppoſitum tenere temetarium & hæreticum vel hæreſim ſapiens eſt. Neq; de hac fide datur ignorantia inuincibilis diu perſeuerans vel vſq; ad mortem.

Nota. Pro declaratione nota quòd cognitio ſupernaturalis de Deo explicita eſt illa qua credimus vnicum verum Deum principiũ finemq; naturæ, & gubernatorem pręmiatoremq; omnium hominũ, non ſolum naturalem ſed ſuper naturalem & Beatificum: modo notitia, hæc certa & firma habeatur per reuelationẽ, modo per maiorum traditionem aut inſtructionem ; & hæc dicitur fides Dei explicita : non tamen dicitur fides Chriſti etiam implicita, ex quo ſub ratione Chriſti aut mediatoris vel redemptoris hominum non habetur : & hæc non ſufficit ad ſalutem, vt ait prima propoſitio, niſi ſit fides Chriſti ſaltem implicita ſub ratione mediatoris aut redemptoris : quę tunc propriè eſt quando vltra prædicta homo firmiter credit Deum iuſtificatorem & prouiſſorem eſſe, ſalutis hominum, & prouidentiam habere quomodo per aliquem modum vel mediatorem remedia ſalutis præſtarentur : & ita in eum implicitè homo credit per quem Deus iuſtificaturus erat per media ſibi nota vniuerſas nationes hominum : vt hoc aiunt B. Tho. ſecunda ſecundæ. quæſtio. 1. articulo. 7. & quæſtio: 2. articulo. 7. & Bonauentura. in 3. diſtinctione 25. art. 1. q. 2. & noſter Medina de recta in Deum fide lib. 4. cap. 8. 9. 10. latius de hoc agit.

Simpliciter autem neceſſarium ad ſalutem quid ſit, ſupra, quæſtione. 4. propoſitione. 3. plenius habetur.

1. Ratio. Qvòd autem hæc fides explicita Dei ſupernaturaliſque cognitio eius, inſuper & Chriſti prædicta fides ſaltem implicita ſemper fuerit ſimpliciter neceſſaria vt ait propoſitio : probatur quincupliciter, primò auctoritate Hieronymi ſuper id Gal. 2. ſcientes quòd *non iuſtificatur* homo ex operibus legis *niſi* per fidem Chriſti, vbi ait, Admonere debemus ſanctos qui antiquitus fuerunt non niſi ex fide Chriſti iuſtificatos eſſe. Abraam vidit Deum & letatus eſt Ioan. 8. & Moyſes maiores diuitias æſtimabat theſauro Aegiptiorum improperiũ Chriſti : aſpiciebat enim in remunerationem Hebr. 11. & Eſai. 6. vidit gloriam Chriſti. Item ad idem eſt ſuper id Epheſ. 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris : & ſuper id Galath. 3. Lex pedagogus noſter fuit ĩ Chriſto, omnes enim filii Dei eſtis per fidem : & ad idem eſt ſuper ad Galath. 4. cap. Quanto tempore hæres paruulus paruulus eſt, vbi ait : quomodo omnes in Adam nondum nati moriuntur ita & omnes ii etiam qui ante aduentum Chriſti nati ſunt in Chriſto viuificabuntur; iſte intellectus Eccleſiæ catholicæ conuenit quæ veteris & noui teſtamenti vnam aſſerit prouidentiam nec diſtinguit in tempore quos conditione ſociauit. Hæc ille. Vbi innuit apertè quod ſicut hæres idem eſt paruulus & adultus: ſic populus ille antiquus & ſic nouus eadem fide & religione cõtentus eadem quoq; Eccleſia eſt : & ſicut in paruulo implicitè & virtualiter continetur quod poſtea explicatur in adulto: ita fides illa antiquorum paruula fuit & vi ſua continebat implicitè quod deinde creſcens habuit explicitè in nouo populo legis gratiæ : ſicut & fructus in ſemine aut in radice continetur implicitè qui poſtea explicitè apparet in fruge.

Item Auguſt. libro primo contra duas Epiſtolas pelagianorum. cap. 21. & ſuper Ioã. tract. 45. & Epiſtola. 157. quæ ſcribitur ad Optatum, idem tenet in hoc vltimo loco ſpecialiter dicens : illa ſit fides ſalua qua credimus nullum hominem ſiue maioris ſiue paruulæ quamlibet & recẽtis ætatis liberari à contagione mortis antiquæ & obligatione peccati quod prima natiuitate cõtraxit, niſi ꝑ vnũ mediatorẽ Dei & hominũ Chriſtum Ieſum : cuius hominis eiuſdemq; Dei ſaluberrima fide etiam illi iuſti ſalui facti ſunt qui priusſquàm veniret in carne crediderunt eſſe venturum : & paulò inferius : proinde cum omnes iuſti ſiue ante incarnatum Chriſtum ſiue poſt nec vixerint, nec viuant niſi ex fide Chriſti: quia Act. 4. Non eſt datum aliud nomen ſub cœlo in quo oporteat nos ſaluos fieri : profectò ex illo tempore valet ad ſalutem generis humani quo in Adam viciatum eſt. Hæc illæ. Et ad idem eſt libro 83. quæſtionum. quæſtio. 68. & lib. de correct. & gratia. cap. 2. & 7. & de natura & gratia & delib. arbitri, cap. 7. & de ſpiritu & litera. cap. 29. 30. 31. & libro primo retract. ca. 23. & ſuper Ioan. tracta. 25. 26. & ſuper pſal. 13. & 31. & 67. & ſuper id pſal. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. & in lib. de vera innocentia, & alibi ſæpius. Item Ambroſ. ſuper 1. Thim.

1. Thimoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri &c. ait: fides eſt quæ dat ſalutem: quã niſi mens tota ſuſceperit voluntate non ſolum nihil proderit ſed etiam oberit: & libro 1. offi. cap. 29. ait fidem eſſe fundamentum iuſtitiæ: & ad demetriadem lib. 3. Epiſtola. 84. latè probat ex illo Roma. 1. quia cum cognouiſſent Deũ &c. quòd cognitio quæ ad iuſtificationem & ſalutem ſatis eſt ad ei gratia proueniat: ſecundum id prouerbio. 2. Dominus dat ſapiã & prouer. 8. meũm eſt conſilium mea eſt prudentiam: & Ierem. 10. non eſt hominis via eius &c. & cap. 24. dabo eis cor vt ſciant me &c. & ſapien. 9. da mihi ſapientiam & prima Corinth. 12. nemo poteſt dicere Dominus Ieſus nib in ſpiritu ſancto & 2. Corinth. 3. non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis & Ierem. 9. non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. & pſal. 83. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: item ad idem eſt lib. 1. de vocatione gentium capitulo penultimo & capitulo vltimo. & cap. 1. ait: dubitandum non eſt ad ipſam cognitionem veritatis & perceptionem ſalutis niſi ope diuinæ gratiæ neminem poſſe peruenire; & capitulo. 2. eſt ad idem. Item Chriſoſt. Homilia de fide & lege naturæ ait: nullus vnquã ſine fide vitam habuit. & homilia. 32. in joan. & ſuper ad Roman. & præcipuè homilia. 16. ſuper Ezechielem dicit in figuram huius veritatis turbas quæ procedebant & ſequebantur ſimul, ac clamaſſe filio Dauid oſanna in excelſis.

Secundo probatur auctoritatibus ſacræ ſcripturæ. Nam ad Roman. paul. intendit probare nec naturæ nec ſcripturæ legem iuſtitiam Dei præſtitiſſe ſed fidem. vt patet. c. 1. ex Abacuch. 2. Iuſtus ex fide viuit & cap. 3. Iuſtitia Dei per fidem in omnes; quem, ſcilicet Chriſtum Ieſum poſuit Deus propitiatorem per fidem eius &c. Vnus eſt enim Deus qui iuſtificat circunciſionem ex fide & præputium per fidem: & cap. 5. Iuſtificati ergo ex fide &c. & cap. 8. Quos vocauit iuſtificauit. Nam primus effectus prædeſtinationis eſt vocatio per fidem: & Hebr. 11. Fides eſt ſubſtantia, ideſt fundamentum rerum ſperandarum: & ibidem Sine fide impoſsibile eſt placere Deo: & accedentem ad Deum oportet credere quia Deus eſt & remunerator eſt, ſcilicet non ſolum naturalis ſed ſupernaturalis, vt ſupra & infra etiam in reſponſione ad tertium argumentum latius habetur vbi expreſsè loquitur paulus de actu fidei acquiſitæ qui eſt credere & non de habitu: & dicit impoſsibile eſt ſine fide placere Deo & non dicit, vt aliqui malè exponunt quòd regulare & commune eſt, quaſi aliquando quamuis raro contingere poſsit ſine aliquo actu fidei in Deum illi placere.

Tertio probatur idem, quia in concilio Mileuita. c. 4. habetur. Vtrũq; Dei donũ eſt, & ſcire quod facere debeamus & diligere vt faciamus ſecundum pſal. Qui docet hominum ſcientiam. Ad idem eſt concilium Cartaginien. in Epiſtola ad Innocentium ex illo ſecunda Corinth. 8. non ſumus ſufficientes cogitare, &c. Et Cæleſtinus Papa ad omnes Galliarum Epiſcopos capite nono. Omnis ſancta cogitatio pium conſilium omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo eſt: & cap. 12. & 13. habetur: igitur catholicum non eſt quod præfixis ſententiis apparuerit eſſe contrarium.

Item concilium Tridentinum ſeſsione ſexta de iuſtificatione, cap. 5. 6. 7. & 8. eſt ad idem. Nam in cap. 7. habetur ſine fide nulli vnquam iuſtificationem contigiſſe. & cap. octauo dicitur: Cum verò Apoſtolus dicat iuſtificari hominem per fidem: ea verba in eo ſenſu ſunt accipienda quæ perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, expreſsitque, vt ſcilicet per fidem iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix omnis iuſtificationis, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire. Hæc ibi. Nunc autem ſi cognitio naturalis tantum de Deo poſſet eſſe principium iuſtificationis, iam ex nobis poſſet eſſe noſtræ iuſtificationis initium, id quod Pelagiani docuerũt quod etiam eſt contra concilia prædicta.

Quartò probatur idem ratione ſecundum Bonauenturam in tertio diſtinctione 25. articulo primo quæſtione ſecunda quia non poſſent peccatores abiecto peccato Deo reconciliari niſi crederent ſe peccatorum veniam gratia Diuina conſequi poſſe: nec ſciret homo ſalutem & iuſtitiam quærere niſi vnde petenda eſſet agnoſceret: & in quo confidere deberet: ſemper ergo neceſſarium fuit credere Deum eſſe hominum iuſtificatorem & ſaluatorem, quo ſcilicet prouidente per aliquod medium vel mediatorem ſalutis remedia humano generi præſtanda erant: hæc autem eſt fides implicita Chriſti mediatoris ſub ratione hoc quæ videlicet implicitè credebatur in eum per quem Deus erat iuſtificaturus per media ſibi nota vniuerſas rationes hominum, ergo non ſufficiebat cognitio Dei naturalis. Hæc Bonauentura. Vnde, vt ait Vega, de Iuſtificatione libro ſexto cap. 21. in omni tempore & loco ſuæ Diuinitatis cognitionem ita Deus multipliciter propagauit in orbe, vt nullus ea fide caruerit ſine ſua culpa aut inuincibiliter, ſed neque mentes aliquorum Philoſophorum quantacunque fulſerint cognitione Diuinitatis per luminis naturalis demonſtrationes credendum eſt ita ſubiectos legi naturali fuiſſe, ac ad veram iuſtitiam opus fuit, niſi eo animo fuerint vt etiam ceſſantibus illis demonſtrationibus crederent Deum eſſe.

Et confirmatur, quia ſecundum B. Thomam prima ſecundæ quæſtio. 113. articulo quarto, peccatum mortale ſine contritione vera extra ſacramentum nulli remittitur; contrario autem

vera

vera eſt dolor de peccatis propter Deum, aut de offenſa Dei & non ſolum, quia ſunt contra rectam rationem ſine Dei cognitione ſuper naturali aliàs conſtitutione nulla eſt: quia primus motus iuſtificationis eſt in Deum per fidem oſtendentem Deum offenſum eſſe à nobis, & per contritionem eſſe placabilem, & ab eo ſperandam eſſe veniam: ergo iuſtificatio à mortali peccato præreequirit explicitam Dei notitiam ſupernaturalem.

5. ratio.

Quintò probatur idem: quia cùm primum homo ad vſum rationis peruenit, vel deliberat de fine naturali, vel de ſupernaturali: ſi de naturali; certè vt eſt verum proportionatum intellectui ita quoq; bonum proportionatum eſt voluntati: & ita voluntas naturæ bonum appetere poteſt naturaliter, ſicut intellectus naturale verùm poteſt intelligere: Ergo cùm puer ille de fine naturali deliberans, naturamque ducem ſequens velit quòd natura præſcribit non peccat, ſed facit quòd in ſe eſt: igitur ſecundum aduerſariorum opinionem iuſtificabitur, & primã gratiam ex naturalibus conſequetur: quod certè erroneum, & pelagianum eſt, vti ſuperius in tertia ratione continetur. Si autem deliberatio de fine ſupernaturali ſit; id vtiq; ſine cognitione ſupernaturali fieri non poteſt, quam nos fidem Dei explicitam appellamus. Et ita patet propoſitio prima.

2. pars primæ propoſitionis.

Quòd autem vt ait ſecunda pars oppoſitum tenere ſit temerarium inde patet: quia eſt contra doctores communiter tenentes hanc primam propoſitionem. Quòd autem ſit hæreticum videtur ex eo quòd contra auctoritates ſuprapoſitas ſacræ ſcripturæ & conciliorum apparet, ſi rectè ſecundum communem ſenſu; doctorum intelligantur; vt Soto in quartò diſtinctione prima quæſtio. 2. articulo 3. & diſtinctione. 5. quæſtione. 1. articulo. 2. dicit expreſsè id hæreticum eſſe: & Cano. in relectione de ſacramentis cum formidine ſic etiam cenſet: ſed ſaltem videtur ſapere hæreſim, quia valde probabiliter, quamuis non euidenter ex hæreſi ſequitur; aut contra ſacram ſcripturam & concilia militare videtur.

3. pars propoſitionis.

Quòd tandem vt ait. 3. pars, de hac fide ſeu cognitione ſupernaturali Dei veri, nõ detur unquã ignorantia inuincibilis diu perſeuerãs probatur: quia hæc fides ſiue cognitio eſt tam neceſſaria ad iuſtificationem, ſicut & ipſa gratia vel auxilium Dei ſpeciale, ex quo ſine illa non poteſt homo iuſtificari; ergo faciẽti quod in ſe eſt Deus ſtatim ea omnia confert, quando homo iuſtificandus eſt: vt de his latius ſupra. q. 4. propoſitione. 1. & 3. in reſponſione ad tertium argumẽ. contra primam opinionem poſitam in præfacta tertia propoſitione & infra in hac. q. 5. in reſpon. ad argumenta habetur.

Contra primam propoſitionem arg. 1.

Contra primam propoſitionem arguitur ſimpliciter probando quòd ſine vlla fide vel cognitione ſupernaturali de Deo, & ſine fide implicita mediatoris potuit in lege naturali, & poteſt nunc etiam eſſe ſalus, & vita gratiæ & gloriæ, & ignorantia inuincibilis de tali fide. Primò quia pro vnoquoq; ſtatu generis humani ſufficiebat hominibus ad ſalutem gratiæ & gloriæ ea cognitio, quæ ſecundum legem illius ſtatus regulariter ſine miraculo aut priuilegio ſpeciali poterat haberi de Deo. Sed pro ſtatu legis naturalis ſola cognitio naturalis, quæ eſt ſecundum rationem naturalem poterat regulariter haberi de Deo; ergo illa ſufficiebat ad ſalutem ſine alia ſupernaturali cognitione. Conſequentia patet cũ minore; & maior probatur: quia Deus nunquam reliquit hominem ſine remedio ordinario ſufficiente ad ſalutem ſine miraculo: quia 1. Thim. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri &c. ſ. antecedenter id vult Deus, quia, ſ. dat regulariter omnibus omnia ad ſalutem ſufficientia, vt communiter omnes doctores dicunt. Et idem iudicium etiam nunc eſt de remotiſsimis inſulanis, ad quos nulla notitia Dei veri, & Chriſti peruenit.

Secundò arguitur ad idem: quia in lege naturæ ſatis erat ád ſalutem gratiæ & gloriæ ſeruare mandata, Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: & Rom. 2. Factores legis iuſtificabuntur: & ibidem. Si præputium mandata legis cuſtodiat in circũſionẽ non reputabitur: & Act. 10. In omni gente qui timet Deum acceptum eſt illi; Sed mandãta decalogi, de quibus ibi erat ſermo, continebantur in ſola ratione ſeu lege naturali; ergo vltra legem & rationem, vel cognitionem naturalem non erat neceſſaria alia cognitio ſupernaturalis. arg. 2.

Et confirmatur: quia ad Rom. 1. Gentes, quæ legem. ſ. ſcriptam non habent, naturaliter ea, quę legis ſunt, faciunt: quia oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. vbi B. Tho. ait Naturaliter. i. per legem naturalem oſtendentem eis quid ſit agendum: quamuis non ſine auxilio Dei ad mouendum affectum. 3. arg.

Tertiò arguitur ad idem: quia in lege naturę ad accedendum ad Deum, ſatis erat credere Deum eſſe, & remuneratorem eſſe inquirentiũ eum, vt habetur Hebr. 11. ſed vtraq; cognitio habetur ex lumine naturali tantum; ergo non eſt neceſſaria ſupernaturalis; maximè ſi naturalem notitiam, etiam demonſtratiuam de Deo remuneratore, & de prouidentia ipſius homo habeat. Ad quod facit Auguſt. in Epiſtola. 49. in reſpon. ad ſecundam quæſtionem dicens in ſententia, quod qualiſcumq; cognitio & fides de Deo, cum obſeruãtia mandatorũ eius ſufficiebat ad ſalutẽ. 4. arg.

Quartò arguitur ad idem, ſuppoſita opinione B. Tho. prima ſecundæ quæſtio. 89. articulo ſexto, quòd non poteſt eſſe peccatum veniale cum ſolo originali, vt etiam videtur ſupponi extra

tra de Baptiſmo.ca.maiores,& in concilio Florenti.in decreto de unione græcorũ ubi ſic habetur. Illorũ aũt animas,qui in pecato originali uel ſolũ actuali decedunt, mox io infernuoi deſcendere.

Hoc ſuppoſito ſic arguitur: qoia fieri poteſt ut primo tempore uſus rationis non modo Chriſtũ, ſed nec Deum qoidem agnoſat homo, ut pote apud Barbaros ſine ulla religione & notitia diuini nominis educatus. Is ergo,ut faciat quod in ſe eſt,ſatis eſt ſi ſe conuertat in finem honeſtum à naturali ratione comprehẽſum. Sed tunc ille nõ peccat cũ bene faciat pro ſuis uiribus,quas tũc habet: nec eſt i ſolo originali,ut ſoppoſitũ eſt. Ergo cõſequitur gratiam faciens quod in ſe eſt ſine ulla Dei cognitiõe ſupernaturali uel fide implicita Chriſti.

gum. 5. Quiotò ad idem arguitur:quia ſecundum Tho. ſecuoda ſecundæ quæſt. 10. art. 1. infidelitas nullum peccatum eſt in his, qui de rebus fidei nihil omnino audierunt. Iam ſi puer prima deliberatione cognoſcat aliquid eſſe honeſtum, aliquid turpe;ſtatuatque ſe hooeſtum ſectaturum, inhoneſtum uerò uitaturum; certè non peccauit peccato infidelitatis, ut ſupra patet ex Beato Thoma, nec peccato omiſsionis cùm ſtatim ſe conoertat in finem honeſtum quantum ei per ætatem & ſcientiã licet:ergo in gratia ſine nlla fide & cognitione ſupernaturali conſtituitur.

gum. 6. Sextò arguitur:quia fides ex auditu; auditus autem non eſt ſine prædicante ad Ro. 10. & ita puer non poteſt ſtatim à principio uſus rationis habere fidem ſine prædicante. Nunc autem ut ſupponitur oon poteſt haberi prædicator fidei in illo temporis articulo: ergo ſecundum Thom. opinionem, prima ſecundæ quæſtio. 89. ſuppoſitam puer ille ſine ullo actu fidei iuſtificabitur: & à fortiori ſecundom opinionem communem tenentem quod poteſt eſſe ueniale cum ſolo originali peccato.

gum. 7. Septimò arguitur ad idem, ſupponendo quòd primus actus pueri utentis ratione ſit velle accipere baptiſmum,quia uidet alios pueros à ſacerdote baptizari,ut de hoc habetur exemplum in pueris ab Athanaſio pucro baptizatis, ut habetur lib. 10. Hiſtoriæ eccleſiaſticę c. 14. & 1. q. 1. ca. Spũs ſanctus: tũc ergo cũ ille baptizatus nõ ponat obiicem, recipit gratiam & ſine ulla fide ut conſtat.

[Opini]o Vega. Propter has rationes, & alias ſupra poſitas. q. 4. in ſecunda opiniooe contra tertiam propoſitionẽ tenoit Magiſter Vega de iuſtificatione lib. 6. cap. 20. 21. quòd ſi poſsibilis eſſet etiam ouoe ignorãtia inuincibilis de Deo aut de fide nnius ueri Dei etiã pro toto tẽpore uitæ, taliter ignorãs cõſequẽter ſtãte lege poſſet interim ſine ullo actu fidei explicitæ uel ſupernaturalis cognitionis in Deum, & ſioe fide implicita in Chriſtũ per ſolã oaturalẽ cognitiooem iuſtificari & ſaluari. & Magiſter Soto lib. 2. de natura & gratia c. 11. cũ quibuſdã aliis idem olim tenuit: ſed poſtea ſe retractauit ſuper ad Rom. 1. Quia cùm cognouiſſent Deũ &c. & ad Ro. 2. Gẽtes naturaliter quæ legis ſunt, faciunt. & in quarto ſententiarum diſt. 1. q. 2. art. 3. & diſt. 5. quæſtio. 1. artic. 2. Sed illa opinio ex quo abſolutè id non aſſerit, neq; dicit inuincilem ignorantiam Dei, aut eius fidei nnne dari poſſe: & ideo hęrctica non ſit: tamen adhuc eſt contra communem ſententiam Doctorum, & temeraria, uel ſapiens hæreſim uidetur, uti ſnperius ait prima propoſitio. Neque prædicta argumenta contra primam propoſitionem quicquam probant.

IDEO ad ea reſpõdeo ad primum negando maiorem ſi intelligatur ſeclnſa Dei illuſtratione, uel fide aliqua, & ſpeciali auxilio diuino: quia hęc, quãuis ſupernaturalia, ordinariè omnibus hominibus omni tempore cõferuntur à Deo, & ſicut ipſa gratia neceſſaria ſunt ad ſalutem cum lege & cognitione naturali. Ideo neq; ſunt miraculoſa, quamuis ſint ſupernaturalia, etiam effectus uel modus ſit extraordinarius, ut latius habetur hoc ſuperius q. 4. propoſitione 3. in 2. ratione primæ opinionis & in Reſp. ad 3. arg. contra eam, & ita iotelligitur ſupra dicta auctoritas Pauli. Si aũt illa maior intelligatur cum Dei illuſtratione, uel fide prædicta, & ſpeciali eius auxilio ordinariò, ot dictũ eſt; tunc eſt uera ſed minor eſt falſa, quia ut diximus non ſolum cognitio Dei naturalis regulariter poterat haberi de Deo, ſed etiam illuſtratio, & prædicta fides, & auxilium Dei ſupernaturale neceſſarium ad ſalutem. *Reſp. ad 1 argum. contra primam propoſitionẽ.*

Ad ſecundum argumentum reſpondeo dupliciter. Primò negando maiorem, ſi de illis tãtum præceptis decalogi, legiſque naturalis ibi expreſsis intelligatur. Conceditur autem ſi de mandatis etiã ibidem implicitè & reductiuè contentis intelligitur: ſed tunc negatur maior & conſequentia. Nã ſicut in decẽ generibus, quę philoſophi uocãt prædicamenta, res omnes cõtinentur nõ quidẽ formaliter ſemper, atq; directè, ſed uel reductiuè, punctus. n. principium quantitatis, & materia principium ſubſtantię ad ea prædicamenta reducuntur, quorum principia ſunt, ita ad mandata reducũtur omnia, quæ à Deo præcipiũtur ad ea maximè, quæ principia ſunt cęterorum. Ita præceptum de honore parentum obſeruantiam ſoperiorum, & maiorum contioet: & io præcepto mœchię omnem fornicationem, abuſumq; naturæ per luxuriam prohibitam credimus. Sic etiã præceptũ uel ſtatutum fidei ad illud de cultu unius ueri Dei referendum eſt: neq; .n. ſioe recta fide Deus rectè coli poteſt. Talis eſt fides in Deum hominum cooditorẽ, reparatorẽ, iuſtificatorẽ, & glorificatorem: & fides Chriſti implicita, quæ ibi cõteota, uel præſuppoſita eſt. Fides itaq;, pœnitẽtia, & ſacramẽta ſunt neceſſaria ad ſalutem gratiæ & gloriæ ultra mandata decalogi ibi expreſſa ac ibidem implicitè & reductiuè contenta ſunt. *Reſpon. ad 2. argum.*

Alio modo reſpoodeo, etiam ſi illa maior intelligatur de mandatis decalogi, legiſque oatnralis tantum ibi expreſsis conceditur ad hunc ſenſum, quod ſcilicet talium obſeruantia quoad ſubſtãtiã ope

ris cànformiter ad cognitionem naturalem, quã-uis ſine cognitione ſupernaturali, & fidę prędi-cta non ſufficeret ad ſalutem; pcoficiebat tamen, ualebatque ad hoc ꝙ ſi ſecundum rationem & le-gem naturalem homines cectè uiuerent; tunc cer-tè Deus occurriſſet illis per auxilium ſpeciale eo-rũ mẽtes altiori lumine fidei illuſtrãdo, & eleuãdo iuuãdoq; affectum, ut per fidem poſſent ſufficien ter diſponi ad gratiam, & ſalutem ęternam: Et ita tunc negatur conſequentia. Sufficiebat igituc gen tibus ad ſalutem obſeruantia legis naturalis, ſed non cognitio tantum naturalis, neque obſeruãtia aut uictus tantum naturalis ſine ſupernaturali il-luſtratione, aut fide, & auxilio diuino, ut ita obſer uaretur lex propter Deum ut finem ſupranatura-lem hominis & beatificum. Concordat Cano. ubi ſupca & Soto in 4. diſtinct. 1. q. 2. artic. 3. & diſtin-ctio. 5. q. 1. art. 2.

Et quod ibi tangitur in minore prædicti argu-menti, vtrum ſcilicet mandata decalogi contineã tur ratione naturali nõ eſt pcæſentis pi opoſiti: ſuf ficit ſi ſecundum Tho. & Caieta. ſuper Matth. 19. dicamus quòd ſunt moralia & naturalia, ideſt cõ formia rectæ rationi, & inde facilè deducibilia ut ſuperius. q. 4. propoſitione pi ima habetuc.

Ad confirmationem ex Rom. 2. patet reſpon-ſio ex dictis ꝙ gentibus ſufficiebat quidem ob-ſeruantia legis naturalis ſine lege ſcripta, ſed non ſine cognitioue uel illuſtratione fidei, & auxilio Dei ſupecnaturali, uc ex Auguſti. de ſpiritu & lite ra. ca. 26. 27. 28. ait B. Tho. 1. 2. q. 109. art. 4. & q. 111. art. 6. & q. 89. art. 5. & 3. 2. q. 2. art. 7.

Reſp. ad 3. argum. Ad tertium arg. reſpon. dupliciter. Primò ſe-cundum aliquos negando conſequentiam, quia in tali fide explicita de Deo quòd eſt, & remunera-tor eſt, continetuc implicitè fides mediatoris, per quem Deus iuſtificare & ſaluare decreuit omnes homines, quos prædeſtinauit ad gloriam, & pro bene factis eorum eos remunerare. Sed cectè hęc ceſpõſio nõ ualet: quia talis fides eſt valde implici ta, & cemota, neq; ullã notitiã etiam generalẽ & confuſam ſub ratione mediatoris habet de Chri-ſto. Nam ſic ſufficeret dicere quòd ſola fides, uel cognitio explicita de Deo ſufficiebat olim ad ſa-lutem: & non erat neceſſaria fides implicita me-diatoris: quod tamen eſt contra Bonauentu. Tho. & communiter doctores dicentes non ſufficere ẽt ſupernaturalem cognitionem ueri Dei aut diui-nitatis explicitã, ſed neceſſariã, fuiſſe ſemper ſal-tem implicitam fidem reuelatam, uel ſupernatu-ralem mediatoris. Igitur in illa notitia Dei natura li ꝙ Deus eſt, & remunerator eſt, nõ includitur fi des mediatoris: neque illa ſufficit ad ſalutem quã uis requæſita ſit ad ſe diſponendum, ad fidem ob-tinendum à Deo, & ad faciendum quod in ſe eſt: & id prætendit Apoſtolus.

Ideo alio modò melius reſpõdeo ſecundũ Bo nauen. in 3. diſt. 25. arti. 1. q. 2. & cõiter doctores cũ B. Tho. 2. 2. q. 2. art. 7. ad. 3. & q. 1. ar. 7. ꝙ illud Hebr. 11. intelligitur etiã de fide aut de cogni-tione ſupernaturali, qua Deus creditur eſſe remu-nerator non ſolum naturalis. i. nõ ſolũ ut eſt finis & cã rerum omniũ naturalium, ſed ſupernaturalis & ſpecialis hominis beatitudo: & ultra hoc requi ritur etiã cognitio, & fides implicita Chriſti, cuius uidelicet gratuito beneficio homo illũ finem con ſequitur: itaq; erat neceſſariũ tunc credere Deũ eſſe iuſtificatorem hominũ, cuius gratia peccata hominibus remitterentur & homines à cœleſti beatitudine alienos non aliter eã adepturos quã per aliquod diuinæ prouidentiæ remediũ præpara tum. Et hoc ſola fide creditur, quæ eſt notitia ſu-pernaturalis: explicita quidẽ Dei, implicita autem Chriſti uel mediatoris, & ſub rõne mediatoris ut dictũ eſt: quæ tunc neceſſaria fuit & ſufficiens ad accedendũ ad Deum per gratiã: quia Rom. 5. ac-ceſſum habemus ad eũ per fidẽ: de quo etiã uide B. Tho. 2. 2. q. 1. art. 8. ad. 1. & q. 2. arti. 4. & 1. 2. q. 113. art. 4. & Soto in 4. diſt. 1. q. 2. art. 3. & diſt. 5. q. 1. art. 2. Nã etiã ſi ſecundum Chryſoſt. Homilia. 4. de prouidentia & fato aliqui philoſophi negan-tes præmia iuſtorum, pœnaſque reproborũ poſt hanc uitam media luce cæcutiebant: quia inde le quereretur Deum nec iuſtum eſſe, nec curam rerum humanarũ habere, & per conſequens nec uerum Deum eſſe. vnde & Barbaræ omnes ferè gentes ſe cundum rõnem naturalem pœnas reproborũ, præ miaq; iuſtorum admiſerunt. At uerò ut hæc tam firmiter & cõſtanter teneantur, quam neceſſe eſt ut hominis uita in honeſto cofirmetur, neceſſariũ eſt ut cognitio ſupernaturalis aut fides ad aſſen-ſum utriuſq; principii. ſ. Deũ eſſe, & ipſum eſſe re-muneratorem concurrat, & inſuper cognitio aut fides ſaltẽ implicita mediatoris aut Chriſti ſub rõ-ne mediatoris aut reparatoris hominum ut dictũ eſt, ut ad gratiam Dei homo reperiatur.

Ad Auguſti. autẽ ubi ſupra allegatum, dico ꝙ ipſe in illa Epiſtola expreſsè loquitur de fide Chri ſti. Nã de eo ait ibidem ſic, Ab exordio generis hu mani quicunque in eum crediderunt, eumq; utcun que intellexerunt, & ſecundum eius præcepta piè & iuſtè uixerunt quandolibet & ubilibet fuerunt per eum proculdubio ſalui facti ſunt. Sicut. n. nos in eum credimus, & apud patrem manẽtem, & qui in carne iam uenerit, ſic credebant in eum antiqui & apud patrem manentem & in carne uenturũ: hæc ille. Ideo ꝙ dicit utcunq; eum intellexerunt intelligitur, ideſt implicitè in eum crediderunt. Et ita Auguſti. ibidem pro noſtra ſententia eſt.

Si quæratur unde poterat hęc fides tunc habe-ri? cùm ratio naturalis eam non poſſet præſtare, reſpõdeo ſecundum Bonauentura ubi ſupra & B. Thom. prima 2. q. 89. arti. 6. & communiter docto res, ut etiam refert Soto ubi ſupra, ꝙ faciẽti quod in ſe eſt uiuentiq; ſecũdũ legem naturæ Deus illi de hac fide uel illuſtratione ſupernaturali ſtatim prouideret; maximè quia ab initio non defuerunt reuelationes ſuper hoc factæ multis ſanctis atque

prophe-

propheticis, & de ſacrificiis uero Deo offerendis in quibus ea fides implicite proteſtabatur: per quę omnia ſimul & per traditiones maiorum verbo tenus ſimul et per rationem naturalem diuinitus illuſtratam quilibet dictam fidem implicitam Chriſti poterat habere.

g. ad 4 gum. Ad quartum argum. Reſpõ. dupliciter. Primò negando illam opinionem præſuppoſitam quæ Beato Tho. aſcribitur prima ſecundæ. q. 89. quia oppoſitum ipſe expreſſius tenet. q. 113. artic. 4. q. 112. & ſecunda ſecundę. q. 10. art. 4. ad tertium & ſuper ad Roma. 10. & Hebrę. 10. lect. 4. & Hebrę. 11. lect. 2. ubi & ſuper ad Roma. 3. Caieta. dicit ꝙ illa opinio Beati Tho. eſt quidem probabilis: ſed non eſt adeò certa ut non poſſit facile eneruari. Nam & ratio qua illa opinio ſuadetur eſt ſolum ratio congruentiæ non autem efficax. Vnde nec B. Thom. accipit illud fundamentum tanquã firmum & de fide, quòd ſcilicet facienti quod in ſe eſt pro naturæ uiribus Deus in eodẽ illico momento conferat gratiam gratum facientem & iuſtificantem. Quod patet: tùm primo, quia poſſet dici ut ex eod. Thom. prima ſecundæ. q. 112. arti. 3. Caieta. in quodlib. de contritione dicit, nõ oportere ſtatim ut puer rationis naturalis dictamen ſequitur iuſtificari per gratiam, ſed ſatis eſſe ſi proximè, uel etiam poſt aliquam moram temporis ſecundum diuinæ prouidentiæ moderationem habita ſufficienti diſpoſitione ſecundum legem ad gratiam iuſtificetur: quo quidem interuallo poterit de rebus ſupernaturalibus erudiri eaſque tenere per fidem: tùm ſecundò quia ſicut ad iuſtificationem uoluntas boni naturalis non ſufficit, neque eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam & amicitiam Dei obtinendam; ideoque indiget auxilio Dei ſpeciali: ita quoque naturalis cognitio veri Dei nõ eſt idonea: quia inter actus volũtatis & intellectus proportio eſt: nã volũtas nõ fertur in incognitũ. Ideo ut eliciat actũ naturalẽ cognitio naturalis antecedit. Vt ãt actionẽ habeat ſupernaturalem prærequiritur notitia ſupernaturalis, ſecundum Thom. lib. 3. contra Gentiles. cap. 152. & in prima ſecundæ q. 112. art. 3. & q. 113. art. 4. & Bonauent. in 3. diſtinct. 25. art. 1. q. 2. ut ſupra. q. 4. in tertia propoſitione in fine primæ opinionis dictum eſt. Igitur in hunc ſenſum facienti quod in ſe eſt per naturæ uires Deus non denegat gratiã, quia præſto eſt gratuitum Dei auxilium illuſtrantis & mouentis hominem ad cognoſcẽdum ſimul & amandum illum, ut finem ſupernaturalem, & ad ſe ultimatè & perfectè diſponẽdum ad gratiã: & per conſequens ad illum iuſtificandum. Cũ prædictis latius conſonat Medina de recta in Deum fide lib. 1. c. 7. & ſic cõceditur cõiter à doctoribus.

Item ſecundò tenẽdo adhuc illam opinionem B. Tho. quam etiam tenet Victoria in ultima relectione par. 2. dubio. 4. nu. 11. eaque ſic ſuppoſita Reſpon. etiam dupliciter ad 4. arg. Primò admiſſio quod dicitur in minori quòd talis puer non eſt in ſolo originali ſecundum B. Tho. quamuis id ſit cõtra communiter doctores, negatur illa conſequentia. Dico enim quòd tali puero deliberanti circa vitam honeſtam Deus occurret ſtatim altero de duobus modis. Primo non ſolum mouendo affectum, ſed etiam ſimul illuſtrando intellectũ ſecundum Bonauent. ubi ſupra; quia ſicut ratio naturalis in illo principio Deus eſt remunerator inquirentium ipſum, eam certitudinem nõ præſtat quæ requiritur ad firmandum animum hominis in Bono. Nam ſapien. 9. cogitationes mortalium timidæ ſunt & incertæ prouidentię noſtræ; ita profectò, ut puer rectè firmiterque deliberet de honeſta uita ducenda, pueriles illæ naturæ cogitationes non ſufficiunt: Sed illuſtratur & confirmatur puer maiori quodam lumine & auxilio ſupernaturali à Deo: & ideo habetur ad Corinth. Non ſumus ſufficientes ex nobis &c. ſecundum Auguſti. de gratia & lib. arbitri cap. 7. & pſal. qui docet hominem ſcientiam: Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam uanę ſunt. Vnde ſi uolumus ſaluare. B. Tho. dico quòd ſi ipſe ubi ſupra. 1. 2. q. 89. intelligatur de ordinatione uitæ ad debitum finem naturalem, ut in de ueritate. q. 14. artic. 11. ad primum ſentire uidetur, intelligendus adhuc eſt non de illa ordinatione, quæ per naturam tantum fit, ſed quæ fit per gratiam, id eſt per gratuitũ Dei auxilium: quia ibi prima ſecundæ expreſſè dicit. Si ordinauerit ſe ad debitum finem per gratiam. Nam licet per ſe loquendo lumen fidei detur propter ſupernaturalia quæ non videntur: tamen eſt neceſſarium etiam propter quædam naturali lumine cognoſcibilia ut ea firmitate teneantur, quę ad rectam uitam confirmandam requiritur, ſecundum pſal. 118. Da mihi intellectum ut diſcam mandata tua. Et ſecundum hanc primam ſolutionem puer ille iuſtificabitur ſine explicita fide Dei, ſed nõ ſine aliqua illuſtratiõe ſupernaturali.

Secundo modo & melius tenendo cum prima parte prædictę propoſitionis quòd ſcilicet ad iuſtificationem requiritur explicita fides Dei, & implicita ſaltem fides Chriſti uel mediatoris, reſpondeo ꝙ eiuſmodi puero deliberãti protinus affulget lumen fidei de Deo; cum qua & cum aliquo motiuo facilè tunc poteſt exire ad actum fidei explicitę de Deo, ſimul & in actum fidei implicitę mediatoris, & amoris eius: ſimul inquam hęc omnia fiunt, cùm gratia infunditur, quæ perficiat & informet actus naturales hominis facientis qđ in ſe eſt, ut ſupra q. 4. propoſitione 3. in 2. rõne primæ opinionis ibidẽ poſitę, & in reſponſione ad 2. arg. contra eã habetur: ibi uideatur qñ talis illuminatio non eſt miraculoſa: neque requiritur magnum tempus: quia cùm ſit ſupernaturalis, neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia.

Et ſi arguatꝰ ꝙ interim talis puer poterit peccare uenialiter, reſpõ. ſcđm cõiter doctores id cõcedẽdo: ſed ſcđm. Tho. ut latè proſequitur Victoria in ultima relectiõe de puenĩẽte ad uſũ rõnis par.

2.dubio.4.nu.11.id cóceditur de potentia logica tātū ita quòd non repugnat naturæ ſuæ: negatur autem de potentia morali ſeu theologa: quia ſcilicet repugnat legi & ordini prouidentiæ diuinæ. Nam quod nunquam fiet neque factum eſt & uix poteſt fieri dicitur impoſſibile moraliter & theologicè, quia, ſcilicet contra communem legem homo adultus non damnabitur propter veniale in ęternum in inferno: ſed neque cum pueris in limbo: & ne homo peccet uenialiter antequam mortaliter ut dictum eſt ſecundum illam probabilem opinionem B. Thom. ſuprapoſitam: quam tamen communiter doctores non tenent. De Adā autem in ſtatu innocentię ut probabilius etiam contra doctores communiter tenet Thom. quod non poterat potentia theologa peccare uenialiter antequam mortaliter, Deo id ſpecialiter prouidente: ne contra communem legem in ſtatu innocentię uel inſtitiæ originalis ſimul cum culpis admittamus & pœnas: tamen & ſi ſecundum Nicol. Lyr. & Abulenſ. Geneſ.3.cap. cum iuſticia originali bene ſtat ſicut de facto in Eua, & forte etiam in Adā ad tempus ſtetit peccatum mortale, ut ab eis probatur ibidem.

Reſpon. ad 5. Argum. Et per prædicta patet ét reſponſio ad.5. Arg.

Reſp. ad 6. Argum. Ad ſextum Reſpon. quòd ibi Rom. 19. Paulus loquitur de explicita fide Chriſti ut patet ex textu ibidem Auditus anté per verbum Chriſti, quę fides non eſt tam indita lumini naturali ut fides Dei. Nunc autem fides Dei explicita & mediatoris implicita quæ in lege naturæ erat cuique ętati neceſſaria ad iuſtificationem, non ſemper indigebat homine extrinſecus docēte: ſed interius ſæpe inuiſibiliter uel uiſibiliter etiam per Angelos adminiſtrabatur lumen ſeu illuſtratio fidei de Deo & mediatore, cū qua & aliquo motiuo homo per rationem naturalem poterat exire in actum eiuſdem fidei de Deo & mediatore ut dictū eſt. ideo nullus faciēs qđ in ſe eſt tali fide de Deo carebat.

Reſp. ad 7. Argum. Ad ſeptimum Reſpō. dupliciter. Vno modo ſecundum Adrianum de Baptiſmo. q.1. art. 3. quòd eiuſmodi puer non accepit gratiam: quia non ſatis eſt non ponere obiicem, ſed requiritur conueniēs diſpoſitio uel actus fidei in adultis. Vnde Act. 8. Si credis ex toto corde licet. & ita ſecundū hanc opinionem datur acceſſus neuter ad ſacramentum Baptiſmi. Nam puer ille nec recipit gratiam nec peccat mortaliter dum ſic baptizatur. Secundo modo reſpondeo ꝙ cum huiuſmodi euentus non ſint frequentes ſed rari: melius videtur dicere ꝙ in talibus caſibus Dei prouidentia nō deficiet in neceſſariis, ſcilicet illuminando tunc hominem quem ſit per Chriſti ſacramentum cum infuſa fide iuſtificaturus.

Ad alia argumenta quæ hic etiam fieri poſſunt, quæ ſupra. q.4. cōtra primá opinionē tertiæ propoſitionis habentur, reſpōſio etiam habetur ibidem.

2. Propo. Secunda propo. Fides Chriſti implicita ante promulgatum Euangelium ſufficiens fuit ad uitá gratiæ & gloriæ obtinendam. Poſt diuulgatum autem Euangelium neceſſaria eſt explicita: excepto apud inuincibiliter ignorantem, cui ſufficit implicita ad uitam gratiæ. Ad uitam autem gloriæ utrū ea illi ſufficiat problema eſt: ſed probabilius eſt ꝙ etiam ſufficit implicita.

Prima pars quòd ſcilicet ante promulgatū Euāgelium ſufficiebat fides Chriſti implicita probatur ſecundum Magiſtr. & communiter doctores in tertio diſtinctione. 25. & Auguſti. contra Fauſtum lib. 19. cap. 14. ex Paulo ad Galatas. 3. ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus: prius autem quam ueniret fides, ſcilicet Euangelica reuelata uel id quod per fidem credebatur & ſperabatur futurum ad ſalutem hominum, ſub lege cuſtodiebantur incluſi in eam fidem quę reuelanda erat. i. explicanda in lege gratię ſecundum id Rom. 2. Iuſtitia Dei in Euangelio reuelatur ex fide, ſcilicet implicita, in fidem ſcilicet explicitá. Item 2. Timoth. 1. Vocauit nos Deus ſecundum propoſitum ſuum & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia: & Ad Rom. 3. eſt ad idem & aliæ auctoritates ſupra poſitę in probatiōe primæ propoſitionis. Quæ omnia ęque de uita gratiæ ſicut de uita gloriæ procedunt & per eandem rationem. *1. Pars prob.*

Secunda pars quod ſcilicet poſt promulgatum Euangelium eſt neceſſaria Chriſti fides explicita, probatur quadrupliciter. Primò, quia in lege gratiæ reuelatę ita neceſſaria eſt ad ſalutem gratię & glorię fides Chriſti explicita ſicut fuit eius fides implicita ante aduentum Chriſti: quamuis hæc implicita fuit tunc magis & omnino neceſſaria ad gratiam & gloriam quàm nunc eſt explicita, vt in partibus ſequentibus huius propoſitionis habeť. Sed hęc fuit tunc ſimpliciter neceſſaria ut ſuprà propoſitione. 1. habetur; ergo nunc iſta fides Chriſtiani explicita. Conſequentia patet cum minore: & maior probatur. Quia hoc eſt diſcrimē inter fidem noui & ueteris teſtamenti, ut ſcilicet illa fuerit implicita, hæc autem explicita ſecundum Auguſti. lib. 19. contra Fauſtum. capitu. 14. vbi ait. Tunc ergo occulta erat fides Chriſti, nunc autem reuelata eſt fides in quam concluſus erat populus quando ſub lege cuſtodiebatur: quam differentiam Paulus probat ad Gala. 3. & 4. ca. ut ſuprà in prima propoſitione Hieron. teſtificatus eſt. & ad idem eſt Coloſſ. 2. & Epheſ. 3. & ſecunda Corinth. 3. ubi hoc diſcrimen habetur. *2. Pars prob.*

Secundò probatur idē Mar. vlti. Prędicate Euāgeliū oī creaturę qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero nō crediderit cōdēnabitur: vbi loquiť de fide acquiſita adultorū qbus pręicádū eſt Euangeliū ut liquet ex ipſo textu, ubi Ber. ad Hugonē epi. 79. notat nō eſſe dictū q nō fuerit Baptizatus cōdēnabiť, ſed qui non crediderit cōdemnabitur, vt ſcilicet maior quædam neceſſitas fidei Chriſti explicitæ quá Baptiſmi præſcriberet. Fit. n. ut ſine baptiſmo realiter ſuſcepto qs ſaluet, *1. Ratio* *2. Ratio*

cùm

cùm ſcilicet Baptiſmi ſuſcipiendi non eſt facultas:& habetur Baptiſmus in uoto etiam implicito cum fide Chriſti explicita, ſecundum Auguſti. & B.Tho.3.par.q.63. art. 4. ad ſecundum & cõiter doctores.& habetur, de Presbytero non baptizato id ignorante in c.apoſtolicam:& ca.uenięs.eo. titu.at uerò credendi Euangelio pręedicato tanta eſt neceſsitas ut in omni euentu qui non crediderit condemnetur. Item Io. 3. & 5. Qui non crędit in filium hominis iam iudicatus eſt quia non credit in nomine vnigeniti filii Dei. & infra. Qui autem incredulus eſt filio non uidebit uitam.

Item Ioan.6. Omnis qui audiuit à patre & didicit uenit ad me.& ca.14. Ego ſum uia ueritas & uita: nemo uenit ad patrẽ niſi per me.& ca. 17. Hęc eſt vita æterna, ideſt uia ad uitam ęternam, & cognoſcant te ſolum verum Deum & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Ex quo patet quod utraq; cognitio explicita eſt nunc neceſſaria ad uitam gratiæ & gloriæ, ut patet ex Chryſoſto. ibidem. Item Io. 8. Si non credideritis quia ego ſum, in peccato veſtro moriemini. Et 1. Corinth. 3. Fundamẽtum aliud præter Chriſtum nemo poteſt ponere. i. præter Chriſti fidem, de quo Gregorius. 1. q. 1. ca. cũ Paulus, ait, Vbi Chriſtus. i. Chriſti fides non eſt fundamentũ, nullius boni operis ædificatio eſſe poteſt. Item ad Roma. 10. Si confitearis ore tuo dominum Ieſum Chriſtum & corde tuo credideris ꝙ Deus illum ſuſcitauit à mortuis ſaluus eris. & infra. Quicũque inuocauerit nomen domini ſaluus erit. & infra: Ergo fides ex auditu auditus autem per uerbum Chriſti:& quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum &c. ubi patet quòd Paulus inuocationem domini, quæ fuit ſemper in omni lege & tempore neceſſaria, ad inuocationem Chriſti deflexit, quæ nunc ſecundum eum eſt neceſſaria cum iam in omnem terram exiuit apoſtolica prędicatio. Item Actu. 10. ubi Angelus ait Cornelio uiro iuſto Mitte & accerſi Simonẽ & ille dicet tibi quid te oporteat facere. Quæ verba pertractans Auguſti. lib. de prædeſtinatione ſanctorum ca. 7. ait. Nõ ſine fide Cornelius orabat: nam quomodo inuocabat in quem non crediderat: ſed ſi poſſet ſine fide Chriſti ſaluus eſſe, nõ ad eum inſtituendum mitteretur Petrus qui illi diceret quid illi oporteat facere & audire: de quo Chryſoſto. in homilia de fide & lege naturę ait. Cornelius teſtimonium bonum habuit de eleemoſyna & oratione, ſed Chriſtum ignorabat Deum credens: ſed quia bona eius opera mortua erant ſine fide Chriſti, mittitur Angelus ad eum. Et Actu. 16. cuſtos carceris, dicens Quid me oportet facere ut ſaluus fiam? audiuit à Paulo & Syla, Crede in dominũ Ieſum Chriſtum. Item ad idem ſunt multæ alię auctoritates Pauli ad Rom. 2. & 3. & 5. & Coloſſen. primo & alibi ubi iuſtificatio & ſalus eterna non niſi ex fide Chriſti docetur in lege gratiæ. Hæc autem fides eſt explicita de Chriſto.

Tertiò probatur idem per Symbolum Athanaſii receptum ab eccleſia ubi dicitur. Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem ut incarnationem domini noſtri Ieſu Chriſti quiſque fideliter credat. & infra. Hæc eſt fides catholica quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit ſaluus eſſe non poteſt. Item in cap. firmiter. de ſumma trinita. & fide Cathol. habetur quòd una eſt fidelium uniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. Et in concilio Florenti. ſub Eugenio quarto expreſsius habetur. Sacroſancta Romana eccleſia firmiter credit nullos extra catholicam eccleſiam exiſtentes nec paganos nec Iudæos nec hæreticos, nec ſchiſmaticos æternæ uitæ fieri poſſe participes, ſed in ignem æternum ituros: niſi ante finem vitæ eidem fuerint aggregati. Tantumque ualere eccleſiaſtici corporis unitatẽ ut nemo extra illud quantaſcũque fecerit eleemoſynas poſſit ſaluari niſi in catholicę eccleſiæ gremio & unitate permanſerit. hæc ibi. Et idem fere habetur extra de hæreti. cap. 3. & in extrauagan. unam ſanctam. de maiori. & obedien. Et ad idem eſt Hieronymus. 24. quæſt. 1. cap. quoniam vetus. & Cypria. in cap. loquitur & cap. alienus, & Auguſti. in capit. firmiter, 15. quæſtio. 1. & multa alia quæ refert Turrecremata capit. 21. lib. 3. de poteſtate eccleſiæ. Igitur ut habetur ubi ſupra, & extra de ſumma trinita. & fide cathol. ſi legalia poſt Euangelii diuulgationem ſine interitu ſalutis ſeruari non poſſunt: ſi omnes eorum obſeruatores ſunt à Chriſto alieni & minime poſſunt fieri participes ſalutis ęternę niſi ante mortem de his erroribus reſipiſcant: utique ſequitur quòd neque Iudæi nunc uiuentes ſecundum legem Moyſi, etiam intra montes Capios, ut dicunt aliqui, cum Ioſepho ibi eos incluſos eſſe, neque alii quicunque uiuentes nunc in lege naturæ culpabiliter ignorantes fidem Chriſti ſunt pars vnius eccleſiæ catholicæ: ex quo non habent eundem ſpiritum fidei Chriſti explicite neque ſinè hac fide poſſunt ſaluari & iuſtificari. Item in concilio Tridenti. ſeſſi. 6. de iuſtificatione, capi. 1. habetur Fides noſtra catholica ſine qua impoſſibile eſt placere Deo &c. Fides autẽ noſtra catholica in lege gratiæ certe fides Chriſti explicita eſt. & ibidem inferius habetur. Si quis originale peccatum uel per humanę naturę uires uel per aliud remedium aſſerit tolli quàm per remedium vnius mediatoris domini noſtri Ieſu Chriſti: aut negat ipſum Ieſu Chriſti meritum per Baptiſmi ſacramentum tam adultis quam paruulis applicari, anathema ſit: quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. vnde illud. Quicunque baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. hæc ibi. & capitu. 4. habetur. Tranſlatio à ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adę in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei poſt promulgatum Euangelium ſine lauacro regenerationis aut eius voto fieri non poteſt.

poteſt. & ca. 6. ibidem declaratur apertius.

4. Ratio. Quartò probatur idẽ: quia ſicut paruulis poſt Euangelii diuulgationem proteſtatio fidei Chriſti implicita nihil eſt ad ſalutem gratiæ gloriæ, ſed requiritur profesſio fidei Chriſti explicita qualem continet Baptiſmus. ita ergo ad iuſtificationem & gloriam in adultis requiritur nunc fides explicita in Chriſtum. Antecedẽs ſupponitur ex concilio Tridẽtino vbi ſupra in tertia ratione habetur. Et conſequentia probatur: tum per eandem rationem, quia etiam in lege gratiæ explicatiora ſunt remedia ſalutis paruulis & adultis quàm erant naturæ & ſcripturæ: tum etiam quia alias ſequeretur ꝙ ſine Baptiſmo in re uel in uoto etiam implicato ſuſcepto eſſet ſalus adultis. Nam ſine fide explicita Chriſti nullum uotum Baptiſmi eſſe poteſt ſicut nec in lege naturæ uel ſcripturæ. Et ideo ait Ber. ubi ſupra in ſecunda ratione ꝙ maior eſt neceſsitas fidei huius quàm Baptiſmi. Concedere autem hoc conſequẽs eſt contra id Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. & cõtra concilium Tridentinum ſeſsio. 6. de iuſtificatione. ca. 4. & contra doctrinam eccleſiæ. Et ita patet ſecunda propoſitio quo ad eius ſecundam partem probata.

3. Pars. Tertia autem pars, quòd ſcilicet inuincibiliter ignorãti fidẽ Chriſti explicitam ſufficit implicita ad ultam gratiæ, id probatur. Tum primo quia datur ignorantia inuincibilis de hac fide ad tempus: & interim homo poteſt eſſe in gratia cum fide implicita ut ſupra q. 4. propoſitione tertia habetur. Tum ſecũdo id conſtat Act. 10. de Cornelio qui cum fide tantum implicita iuſtus erat & timens Deum ſecundum Auguſtĩ, & B Thom. ſecunda ſecundæ. q. 10. arti. 4. & idem etiam patet Act. 8. de eunucho. & ca. 16. de Lydia purpuraria. Tũ tertio quia idem nunc apud aliquos ad tempus euenire poteſt. quia hæc fides Chriſti explicita non habetur ordinariè ſine prædicante, ad Rom. 10. ſed in quolibet temporis momento homo faciens quod in ſe eſt per fidem implicitam poteſt iuſtificari: quo tamen tempore non poteſt habere prædicatorem Chriſti. Nec ualet dicere quòd tunc faciens quod in ſe eſt illuminabitur de fide Chriſti explicita ſicut de implicita. hoc inquam non ualet: quia Deus non ſtatim dat has illuſtrationes nec alia dona non neceſſaria ad gratiam ſed opportunè: quãuis ſtatim donet fidem implicitam uel aliàs illuſtrationes & auxilia neceſſaria ut homo diſponatur ad gratiam, ſicut & ipſam gratiam facienti quod in ſe eſt, & in his omnes fere doctores conueniunt.

4. Pars. Quarta vero & ultima pars propoſitionis, ſcilicet utrũ etiã ad uitam gloriæ ſufficiat fides Chriſti implicita inuincibiliter ignoranti explicitã problema eſt &c. id certè conſtat ex 4. q. præcedente propoſi. 3. ubi circa hoc duæ catholicorum referuntur opiniones.

Contra 2. partẽ 2. pro. CONtra ſecundam partem ſecundæ propoſitionis ubi dicitur quòd poteſt diuulgatũ Euãgelium neceſſaria eſt fides Chriſti explicita arguitur. Quia omnes ferè auctoritates ſacræ ſcripturæ ſupra inductę ĩ ſecũda ratione ad ꝓbationẽ huius ſecundę partis ſecundæ propoſitionis ſine ullo diſcrimine dicunt ſine fide Chriſti non eſſe ſalutẽ. Sed id poteſt intelligi de fide etiam implicita tantum, ut in lege naturę & ſcripturæ cum ea erat ſalus ut ſupra propo. 1. probatum eſt: ergo non concluditur ex illis auctoritatibus neceſsitas fidei explicitè in Chriſtum etiam nunc in lege gratiæ.

Reſpon. Reſpon. negando minorem: quia multæ auctoritates ibi allegatę non niſi de fide Chriſti explicita poſſunt intelligi, ſicut & concilia & doctores in 1. & 3. ratione ubi ſupra exponunt & allegant ad propoſitũm: contra quorum expoſitionem non licet aliter interpretari, ut habetur in cap. relatũ. 37. diſtinct. quamuis proteruientes non poſſint euidenter conuinci. Inſuper dico quòd eadem teſtimonia ſcripturæ pro diuerſitate temporum accõmodè intelliguntur & allegantur, ut, ſcilicet ante legem gratiæ de fide implicita Chriſti, poſt diuulgatum autem Euangelium de eius explicita accipienda ſint, ut eſt illud Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri, ut Apoſtolus ibidem allegauit; & ſuprą in ſecunda ratione dictum eſt.

Contra 3. partem 2. propoſ. Contra tertiam partem ſecundæ propoſitionis ubi dicitur quod inuincibiliter ignorãti fidẽ Chriſti in lege gratiæ ſufficit implicita ad gratiam obtinendam arguitur. Quia ſi adultus ignorãtibus fidem Chriſti cã media nunc ſatis ſunt ad ſalutem ęternam quæ erãt ante diuulgatum Euangelium, ergo ſimiliter paruulis inuincibiliter ignorãtibus & impotentibus eadem ſufficient cum non adeſt Baptiſmi facultas ad ſalutem gratiæ & glorię. Cõſequentia patet ex identitate rationis: quia non alia proteſtatio fidei requiritur quã ipſa fides, ut explicita uel implicita tam paruulis, q̃ adultis: nec enim eſt ulla differentia. Conſequẽs autem eſt falſum & uidetur reprobatum per eccleſiam contra Caieta. & Maioris, & Gerſon, & Altiſiodorenſem & quoſdam alios, ut habetur in concilio Triden. vbi ſupra & ca. firmiter. de ſum. Trini. & fid. Cath. & de Baptiſmo & eius effectu. ca. maiores, ut etiã refert & tenet Armachanus lib. 8. cap. 39. & Ambroſius Catharinus lib. 5. contra errores Caietani, & tenet etiam Soto in 4. diſtinct. 5. q. 1. artic. 2. ſecundum Bonauenturam ea. diſtinctio. & communiter doctores.

Reſpon. Reſpon. negando conſequentiam: nec eſt ſimile de paruulis & adultis ignorantibus. Nam paruuli ex quo actum proprium alicuius fidei explicite uel implicite ſine qua impoſſibile eſt placere Deo habere non poſſunt: certè ſine ſacramento ſui temporis uel ſtatus, idest ſine Baptiſmo in lege gratiæ actualiter ſuſcepto ubi eſt expreſſa profeſsio fidei huius tẽporis, nõ poſſunt nunc ſaluari nec iuſtificari. Adulti autem ignorantes qui actũ proprium alicuius fidei poſſunt habere, poſſunt

utique

vtrique vti ſuperius probatum eſt per talem actum fidei etiam implicitę, ſicut & per ſacramentum Baptiſmi in voto etiam implicito aut per fidem ſacramenti iuſtificari & ſaluari, dum per ignorantiam inuincibilem vel aliàs per impotentiam ab actuali ſacramento vel fide Chriſti explicita habenda excuſantur. Videatur etiam de hac quæſtione tota noſter Medina de recta in Deum fide lib.4.cap.7.8.9.10.vbi de his latius agit. Quãuis ibidem.cap.7.fol.130.dicat ꝙ primus actus fidei de vero Deo non poteſt cadere tantum mediate ſub vllo præcepto etiã diuino ſicut nec gratia: ſed ſub ſtatuto neceſſario ad ſalutem: quia ea cognitio vel non eſt in noſtra poteſtate immediatè ſicut nec gratia, vel quia præſupponitur vt ipſi Deo in aliis ſequentibus actibus teneamur obedire. Sed certe id non videtur verum. quia licet fides infuſa vel illuſtratio diuina ſicut & gratia non cadat immediatè ſub pręcepto quia ſic non ſunt in noſtra poteſtate: bene tamen primus actus fidei ſicut & alii ſequentes quia ſunt in noſtra poteſtate. Item recta cognitio naturalis vel illuſtratio diuina vndecunque & quomodocunq; habita de vero Deo ſufficit vt ſubinde Deus ipſe poſsit nobis innoteſcere & pręcipere & nos ei teneamur obedire in omnibus quę vel ipſe præceperit, vel recta ratio dictauerit, vel veridica hominum traditio & inſtructio de vera fide Dei & mediatoris docuerit, vt tam primum quam alios ſequentes actus fidei prædictę liberè credendo producamus.

QVAESTIO SEXTA.

VTRVM OMNIS IGNORANTIA ſit peccatum & quomodo.

1. Propo. RESPONDEO per duas propoſitiones quarum prima eſt. Nulla ignorantia omnino inuincibilis eſt peccatum. Vincibilis autẽ ſiue iuris ſiue facti peccatũ eſt.

Probatur prima pars: quia ſi eſt omnino inuincibilis, ergo non teneor illam vincere, vt patet ex diffinitione ignorantiæ inuincibilis ſupra. q.1. alioqui eſſet repugnantia quòd ſcilicet quis peccet, aut maneat in peccato culpabiliter dum fecit omne quod tenebatur. Dicitur notanter ſi eſt omnino inuincibilis, quia vt ait Adrianus in 4. quodlibet art.1. ſi non ſit omnino inuincibilis reſpectu actus vel circunſtantiæ quam teneor ſcire, licet ſit inuincibilis reſpectu alterius actus vel circunſtantiæ: tunc erit peccatum talis ignorantia quatenus eſt vincibilis. patet exemplo. Si quis ſciens ſe occidere hominẽ, neſciens tñ inuincibiliter ſe occidere patrem ſuum occidat illum, certe peccat peccato homicidii, nõ autẽ parricidii, vt de hoc latius infra.q.16.q.17. vel ſi nunc habeo ignorantiam omnino inuincibilem de aliquo ſciendo, non eſt peccatum: ſi autem cras aut alio tempore poſſum facile ſcire à magiſtro & negligo: iam talis ignorantia vincibilis facta eſt, & peccatum.

Secunda pars, quòd ſcilicet vincibilis ignorãtia eſt peccatum, probatur: Quia ſi teneor hoc ſcire & deliberatè negligo, aut omitto id ſcire: certe trãſgredior pceptũ habẽdo ignorãtiã vincibilẽ purę negationis & etiã prauę diſpõnis.q̃a qua obligatiõe teneor hoc ſcire, eadẽ teneor nõ omittere, & teneor non habere errorem contrarium. & ita peccatum eſt prædictã ignorantia vincibilis ſicut & exterior omiſsio voluntaria alicuius obligatorii, & non ſolum velle omittere & ignorare.

Et notandum eſt quòd pro eo tempore quo teneor ad aliquid agendum vel omittendum, vt ſciam, tunc de nouo pecco ſi non ago vel ſi non omitto, & non pro alio tempore. Similiter ignorantia vincibilis prauę diſpoſitionis idest aſſenſus erroneus eorum quę ſcire tenemur, pro quolibet tẽpore quo & quoties deliberate actualiter quis errat & vult in tali ignorantia manere, vel poſitiue vult aut renuit facere quod tenetur ad ſciendũ veritatem neceſſariam & errorem deponendum, nouum peccatum eſt: quia omnis actus contra præceptum negatiuum pro omni tempore & quoties libere elicitur eſt nouum peccatum. Nã ideo volitio deliberata formalis vel etiam interpretatiua furandi vel detinendi furtum eſt nouum peccatum. Sed talis error deliberatus, vel volitio deliberata diſcredendi eſt actus contra præceptum negatiuum: quia ſi habeo præceptũ affirmatiuũ de credendo vel ſciendo hoc: etiam habeo negatiuum de oppoſito actu poſitiuo erroris. omne.n. præceptum affirmatiuum includit negatiuum de oppoſito actu. Nam præceptum de colendo Deũ, de honorando parentes includit præceptum negatiuũ de non dehoneſtãdo illos, vt conſtat. Nũc autem præcepta negatiua obligant ad ſemper & pro ſemper: cuiuſmodi eſt illud Eccleſi.17. Non maneas in errore, igitur intentum.

Dubium. DIctum eſt etiam id eſſe verum tam in ignorantia iuris quàm facti; quia de ignorãtia facti eſt dubium verum ſemper ſit peccatũ etiam ſi poſsit vinci, & cauſa peccati ſit. Exempli gratia. Vtrum cognoſcens carnaliter ſororẽ aut aliam conſanguineam, ignorans quæ ſit putans eſſe quamlibet aliam mulierem, non curans de alia examinatione vel animi ſui præparatione q̃a faceret vel non faceret ſi ſciret eſſe conſanguineam. id quod ſæpe contingit erronibus noctę quærentibus mulieres occurrentes, cum quibus ſuã expleant libidinẽ, Dubitatur inquã vtrum vltra peccatum illud carnale, modò ſit formaliter inceſtus, modò non, de quo infra.q.23.24. latius. peccet etiam altero diſtincto peccato ignorantiæ facti vincibilis.

Reſpon. in hoc eſt quadruplex opinio. Prima, p ſic: quia licet abſolutè non teneatur ſpeciali præcepto 1. opinio.

cepto

cũpio ſcire quæ mulier ſit hæc vel illa: tenetur tamen ex ſuppoſitione ſi vult cum illa rem habere, & eodem præcepto de fine ſeu de actu illo cauendo. quia ſicut tenetur ſcire alias circunſtantias actus quæ ſpeciali præcepto prohibentur: ita & materiam circa quam operatur. Sicut & ſagittare uolens in agro vtique tenetur ſpecialiter inquirere ne hominem occidat: aliàs vltra homicidium peccaret etiam peccato ſpeciali vincibilis ignorantię. Hanc opinionem tenent Gabriel & Almayn vbi ſupra cum multis aliis. ſed cõtra eam eſt ca. ſi vero. de ſenten. excõmuni. ſi ſic in diſtincte hæc opinio intelligitur, vt inferius habet.

2. opinio. Secunda opinio aliorum, quam dicunt tenuiſſe Victoria abſolute eſt in oppoſitum, quod ſcilicet non eſt ibi peccatum ignorantiæ vincibilis, quia nec præcepto de fine nec vllo alio tenetur quis dictam diligentiam vel inquiſitionem de hac vel illa perſona adhibere. Sed certe nec hæc opinio eſt indiſtincte & vniuerſaliter vera vt proxime patebit.

3. opinio. Tertia opinio quę videtur media & concordiã vtriuſq; facere quam & Doctiſsimus Vega in ſua lectura fertur tenuiſſe, eſt, quòd quando illa ignorantia eſt pręcedens ſeu cauſa actus, ita quòd ſi ille ſciret illam mulierem eſſe conſanguineam, vtique carnaliter illam non cognoſceret, tunc ſi non debite inquirit eſt ignorantia vincibilis & peccatum, vt ait prima opinio. Non autem ſi eſt ignorantia concomitans, ut de hac ait ſecunda opinio. Et ratio horum eſt, quia ideo dũtaxat tenetur ſcire ut uitet peccatum ſequens. Sed quando eſt ignorantia tantum concomitans non uitat tale peccatum: quia ſic ignorans nihilominus peccaret ſi ſciret, ergo ſolum talis ignorantia eſt peccatum quando eſt præcedens uel cauſa peccati. Sed certe nec hæc opinio & concordia uidetur uera nec ſufficiens: tum primò quia etiã quando eſt concomitans ſtat ꝙ illa ignorantia ſit uincibilis atque peccatum, ut patet de eo qui omnino uult illo peccato peccare, uel illam carnaliter cognoſcere, modo ſciat modo non: & tamen non uult ſcire ut liberius peccet; aliàs eadem ratione nulla ignorantia concomitans eſſet uincibilis atque peccatum: tum ſecũdò quia etiam ſi ſit præcedẽs, ſtat quòd tunc peccatum non ſit quando uidelicet certum vel ueriſimile eſt quòd non eſt ibi conſanguinea uel huiuſmodi: quia tunc in tali negocio nõ tenetur quis amplius examinare nec timere, ut Geneſ. 38, habetur de Iuda fornicante cũ ſua nuru Thamar in habitu meretricio ignorata. & ad idem eſt. ca. ſi uero. de ſenten. excom.

4. opinio. Igitur ſit quarta opinio quòd regulariter ibi nõ eſt peccatum ignorantię: quia nec regulariter ad examinandum quæ ſit illa mulier quiſquam tenetur, niſi de tali muliere, puta conſanguinea rationabiliter timeri deberet. Et ita forte duę illę priores opiniones concordantur idque eſt uerum modo illa ignorantia ſit pręcedens, modo concomitans.

Et hæc opinio probatur, tum primò ex diffinitione ignorantiæ uincibilis & inuincibilis ubi ſupra q. 1. tum ſecundò quia ſicut parricidium uel clericidium non committitur nec ibi eſt uincibilis ignorantia facti etiam ſi ſit præcedens quando etiam dans operam rei illicitę patrem uel clericũ occidit putans eſſe feram uel laicum inimicum vel alium hominem, ut infra q. 17. q. 22. habetur ita in propoſito; & facit cap. ſi uero, de ſenten. exco. vbi excuſatur à clericidio is qui nutrientem comã clericum occidit putans eſſe laicum: qui utique non excuſaretur ſi illius ignorantia præcedens dantis operam rei illicitæ ſemper culpabilis eſſet, ut dicebat prima opinio. 1. prop.

Propoſitio ſecunda. Nulla ignorantia priuatiua eſt peccatum intrinſece, ſed extrinſece uidelicet ratione negligentię adiunctæ. Nam de ignorantia poſitiua ut eſt hæreſis uel ſimilis error culpabilis alia ratio eſt. Prop. 2.

Probat quadrupliciter. Primò, quia nulla talis ignorãtia eſt immediate libera, ſed mediate ſicut actus exterior à malitia uoluntatis omittentis ſcire uel neſcire uolentis. ergo nulla talis eſt mala à malitia propria ſed uoluntatis imperantis uel omittentis. hæc Almayn ubi ſupra. Sed certè iſta ratio non cãgit ſcopum. Non enim intendimus hic quęrere utrum culpa ignorantiæ habeat radicem in ipſa ignorantia an in uoluntate. Nam hoc eſt certum de omni peccato cuiuſcunque potentię imperatę, quòd ſcilicet habet rationem uel radicem culpę in ipſa & ab ipſa uoluntate imperante, uel omittente, in qua eſt immediate ipſa libertas cõpleta; ſed intendimus quęrere utrum ignorãtia habeat rationẽ culpę immediate ex hoc qđ uoluntarie aut libere non habetur debita cognitio an mediante aliquo alio peccato adiũcto alterius particularis ſpeciei. Et ſic dicit propõ quòd nõ ratione ſui, ſed alterius adiuncti eſt peccatum: quod eſt dicere extrinſece, ſcilicet ratione negligẽtię ſciendi ei adiũctæ. Ideo iſta ratio præfata non ſatis uidetur probare intentum, niſi ut infra intelligatur quia ſcilicet ignorãtia non eſt immediate in noſtra poteſtate ſicut eſt negligentia & alia peccata. 1. ratio.

Secundò probatur propõ prædicta ſecundum Duran. in ſecundo diſtinctio. 22. q. 13. & diſtinctio. 5. q. 1. quia uitium ſeu malum & peccatum differunt in hoc, quòd probatio cuiuſcunq; perfectionis debitę uel ſine qua eſt aliqua indecentia eſt malum ſeu uitium, peccatum autem ſeu culpa dicit ſolam priuationem ſecũdę perfectionis quę eſt operatio. & ita peccatum dicit priuationem debitę rectitudinis in ipſa operatione ſeu in ipſo operante prout operans eſt, ſecundum diuerſas opiniones Scoti & Okam ut latius de hoc agitur in ſecundo diſtinct. 35. ſed ignorantia ſecundum ſe dicit ſolã priuationem ſcientię quæ eſt habitus; non autem priuationem operis uel perfectionis ſeu rectitudinis in opere, niſi concomitanter, ſcilicet, in quantum ignorantia concomitatur negligentiam ſciendi: ergo 2. ratio.

di, ergo non eſt peccatum ſecũdum ſe ſed ratione adiuncti. Conſequentia patet & maior probatur. quia cum meritum & culpa ſint circa idem: meritum autem conſiſtit in actu nõ in habitu, non .n. meremur neque demeremur de nouo in habẽdo uel non habendo habitum, ſed in actualiter operando, ſeu conãdo, aut omittendo actum debitũ, ergo culpa, ſeu peccatum conſiſtit in priuatione actus uel rectitudinis illi debitę: q̃ erat maior probanda. Iſta ratio non uidetur ſatis efficax prima facie: quia poteſt negari minor ubi dicitur q̃ ignorantia ſolum dicit priuationem ſcientiæ habitualis. Nam dici poteſt, quòd ut eſt peccatum potius dicit priuationem ſcientiæ, aut cognitionis actualis debitæ ineſſe ipſi homini obligato pro tũc ad eam habendam: ſicut negligentia eſt peccatũ, quia eſt priuatio actus ſeu conatus debiti.

3. Ratio. Ideo tertia ratio etiã ipſius Durand. ubi ſupra eſt. quia ſi ignorantia de ſe eſt peccatũ, ergo ſemper homo eſt in nouo peccato, dum manet in tali ignorantia: quod tamen conſtat eſſe falſum, ut patet ex dictis in prima propoſitione. Conſequentia autem probatur. Nam licet ignorantia ut diximus non ſit peccatum nouum, niſi pro quando quis tenetur implere præceptum affirmatiuũ ſciẽdi actualiter ut oportet: tamen etiam quilibet pro ſemper obligatur ſecundum habitum, ſeu diſpoſitionem implere tale præceptum affirmatiuũ ideſt quòd quilibet obligatur pro ſemper eſſe ita diſpoſitus & expeditus ut implere poſsit tale pręceptum quoties occurrit neceſſario ſaciendũ. hæc autem diſpoſitio tollitur per ignorantiam eorum quæ homo ſcire & facere tenetur. ergo ſi ſecundũ ſe eſſet culpa iã ſemper & pro ſemper eſſet nouũ peccatum. Iſta ratio prima facie ut ſonat non uidetur ſufficienter probare intentum. Nam põt negari conſequẽtia, quia ſolum probat quod pro omni tempore quo quis tenetur ſic habitualiter eſſe diſpoſitus ad obligationem exequendam præcepti occurrentis, tunc etiam & non alio tempore tenetur ſub nouo peccato ut poteſt habere ſciẽtiam aut cognitionem neceſſariam ad id: & per conſequens tunc talis ignorantia erit nouum peccatum, & quoties ſic deliberatè nollet, aut nõ vellet habere ſcientiam neceſſariam ut dictum eſt. Sed certe ex hoc non ſequitur quòd non ratione ſui, ſed alterius adiuncti habet rationem peccati. Nam poteſt dici quod ſicut neglig ẽtia ratione ſui eſt peccatum licet non ſit nouum peccatum, niſi pro quando quis tenetur eſſe ſolicitus aut ſtudioſus ne omittat præceptum: ſic & ignorantia prędicta ut dictum eſt: ideo nec hęc tertia ratio videtur ſufficiens ad propoſitum.

4. Ratio. Igitur quarta ratio eſt ſecundũ Caieta. 1. ſecũdæ. q. 76. art. 2. & 6. Tho. ibidem, quia omne per ſe aut ſecundum ſe vitium habet ſecundum ſe oppoſitum aliquam virtutem moralem. ignorantia autem formaliter aut ſecundum ſe non opponitur alicui virtuti morali, ſed ſcientiæ. ergo non eſt ſecundũ ſe peccatũ, ſed ratione adiuncti. Iſta ratio prima facie non videtur bona, quia poteſt negari maior: eſt. n. vitiũ & peccatum intellectuale ſicut & virtus oppoſita intellectualis, vt de hoc latè B. Tho. 1. ſecundę. q. 87. ſed profundius ſpeculando eſt bona ratio. quia hic agimus de peccato quod habet perſectam rationem peccati oppoſitam virtuti habenti perfectam rationem virtutis, qualis eſt virtus moralis & peccatum morale ei oppoſitum: non autem de virtute imperfectam rationem virtutis habente, qualis eſt intellectualis, ſecundum Tho. 1. ſecundæ. q. 57. ideo hic quęrimus utrum ignorantia practica ſit tale peccatũ: & utrum hoc habeat de ſe, ſicut alia peccata, puta ſuperbia gula &c. an ratione alterius peccati adiuncti. & dictum eſt ad primum quòd ſic ut ſupra propoſitione prima. Ad ſecundũ autem dicitur in hac ſecunda propoſitione quòd hanc rationem perfectam peccati oppoſitam perfectę uirtuti non habet ex ſe, ſed ratione alterius peccati adiuncti quod habet perfectam rationem peccati: quamuis dicta ignorantia aliàs habet ex ſe rationem perſectam peccati oppoſitam imperfectæ rationi uirtutis, qualis eſt uirtus intellectualis. & ideo præſata ratio uidetur ſufficiens ad propoſitum. Et quia intrinſece & ratione ſui non eſt propriè peccatum prædicta ignorantia, ideo de ea nõ tractatur à doctoribus cõmuniter nec à B. Tho. inter peccata ſpecialia, ſed inter generales cauſas peccatorum.

Et ſi quæratur rõne cuius adiuncti eſt peccatũ morale. Reſpondeo quod ratione negligentiæ oppoſitę ſtudioſitati. quod probatur quia ex quo ſecundum ſe non eſt peccatum, oportet ergo q̃ ſit peccatum ſecundum illud quod ingreditur rationem mali moralis ſecundum ſe. quod patet ex eius oppoſito, ſcilicet ſcientia ſeu cognitione. Cõſtat autem quòd cognitio uel ſtudium cognoſcẽdi eſt materia illius uirtutis moralis quæ uocatur ſtudioſitas, ſecundum Tho. & Caieta. 2. ſecundæ. q. 166. art. 1. & cõtrariorum uitiorum ſecundum exceſſum & defectum: primum uocatur curioſitas: alterum uero uidetur innominatum & communi nomine uocatur negligentia. Igitur ignorantia quæ eſt omiſsio ſcientiæ tenet ſe ex parte uitii deficientis: ideo peccati rationem in tantũ habet inquantum ſub illa negligentia cadit, quæ eſt immediatè libera ex quo eſt immediatè in poteſtate uoluntatis imperantis, quomodo ignorantia non eſt.

Pro quo etiam nota quòd neglig ẽtia eſt nomẽ æquiuocum uel quaſi ęquiuocũ ad peccatum oppoſitum prudentiæ ſtrictè ſumptę, & ad peccatũ oppoſitum ſtudioſitati. Illa enim negligentia eſt in intellectu: iſta uerò in uoluntate. Illa defectũ ſolicitudinis præcipiendi in qualibet materia ex remiſſa uoluntate oppoſiti boni procedentem ſignificat, ſecundum Tho. ponentẽ dictamen pręceptiuum prudentiæ, ut infra. q. 10. habetur: iſta Nota.

autem

autem dicit uoluntatem remiſſam reſpectu omiſſionis ſtudioſitatis, ſicut cętera uitia moralia defectiua dicunt. Vnde ad iſtam ſpectat ignorantia affectata & craſſa uel ſupina ſeu negligens: illa per commiſsionem hęc per omiſsionem; ſicut ad puſillanimitatem ſpectant & affectata paruitas & omiſſa magnitudo: quia eiuſdem rationis eſt commiſsio contrarii, & omiſsio uirtutis. Vnde negligentia oppoſita ſolicitudini eſt effectus negligentiæ oppoſitę ſtudioſitati: quatenus eſt uoluntas remiſſa circa ſtudioſitatem: & ſic una negligentia infert aliam. Ideo communiter confuſè utraque dicitur negligentia: à qua habet ignorantia rationem peccati ut dictum eſt. Et cum prędictis concordat Gerſun in regulis moralibus dicens, quod ignorantia habet rationem peccati à negligentia ſecundum communiter doctores & B. Thom. ubi ſupra.

Arg. primũ CONTRA ſupradicta maximè contra primã propoſitionem arguitur primò. Peccatũ directius opponitur gratiæ quã ſcientiæ. ſed priuatio gratiæ non eſt peccatum: ſed potius pœna quędam conſequens peccatum. ergo ignorantia quæ eſt priuatio ſcientiæ peccatum non eſt.

Arg. ſecundum. Item ſecundò. Si ignorantia eſt peccatum hoc non eſt niſi inquantum eſt uoluntaria. ſed ex hoc uidetur peccatum in ipſo actu uoluntatis conſiſtere potius quàm in ipſa ignorantia. ergo ignorantia non eſt peccatum, ſed conſequens ad peccatum.

Arg. tertiũ. Item tertiò. Omne peccatum tollitur per pœnitentiam: nec aliquod peccatum traſiens reatu remanet actu niſi ſolum originale. Ignorantia autẽ non tollitur per pœnitentiam, ſed adhuc remanet actu, omni reatu per pœnitentiam remoto. ergo non eſt peccatum actuale, neque originale ut conſtat.

Reſpon. ad primũ argu. Reſpon. ad primum, ad minorem quòd priuatio gratiæ licet ſecundum ſe non ſit peccatum: tamen ratio non pręparandi ſe ad gratiam poteſt habere rationem peccati, & ſic ignorantia habet rationem peccati, ut patet ex dictis. & tamen quo ad hoc eſt diſsimile: quia homo poteſt aliquam ſcientiam acquirere ꝑ ſuos actus immediate, gratiam uerò non: ſed ex Dei munere immediate: quia mediante noſtra diſpoſitione Deus ſolus nobis illam confert.

Reſpon. ad ſecundum arg. Ad ſecundum reſpon. ſecundum Tho. 1. ſecundæ. quæſt. 76. art. 2. ad minorem quòd ſicut in peccato tranſgreſsionis peccatũ non conſiſtit in ſolo actu uoluntatis, ſed etiam in actu uolito imperato à uoluntate: ita in peccato omiſsionis non ſolũ actus uoluntatis ſeu eius omiſsio eſt peccatum: ſed etiam ipſa omiſsio exterior, ſeu imperata alicuius actus inquantum eſt aliqualiter uoluntaria eſt peccatum, & hoc modo ipſa negligentia ſciendi, uel etiam ipſa ignorantia et inconſideratio uoluntaria eſt peccatum et ſic negatur conſequentia.

Alio modo reſpondeo conceſſa maiore, & minore negatur conſequentia. Solum enim concludi debet, quòd peccatum ignorantiæ habet rationem peccati & malitiæ immediate in uoluntate in qua eſt prima radix peccati & libertatis, quod ingenue concedimus: ſicut in omnibus peccatis potentiarum imperatarum à uoluntate: cum quo ſtat quòd ſimpliciter ſit peccatum & habeat rationem peccati quamuis mediate: ſicut & libera omiſsio ſcientiæ debitæ: ſicut & quodlibet aliud peccatum potentiæ imperatę à uoluntate peccatum eſt.

Ad tertium reſpon. ad minorem quòd licet trãſeunte reatu per pœnitentiam, remaneat ignorantia ſecũdum quod eſt priuatio ſcientiæ, ſeu pœna, non tamen remanet ſecundum quod eſt culpa aut ſecundum rationem culpę: quia non remanet culpabilis negligentia ſcientiæ debitę ſecundum quã ignorantia dicitur peccatum, ut patet ex dictis. *Reſpon. tertium*

Quartò idq; contra ſecundam propoſitionem principaliter arguitur. Nam ſicut infidelitas culpabilis poſitiua aut priuatiua eſt peccatum diſtinctæ ſpeciei oppoſitę uirtuti fidei, aut latrię: & non ratione negligentiæ uel alterius peccati adiuncti: ita ergo de ignorantia dicendum eſt: idq; per eandem rationem, quia ſcilicet utraq; carentia cognitionis pertinet ad intellectum cuius actus oppoſita cognitio eſt. Et antecedens probatur. Nã aliàs ſequeretur quòd prædicta infidelitas non eſſet diſtinctæ alicuius ſpeciei oppoſitę uirtuti fidei aut latrię, ſed ad negligentiam ut ignorantia reduceretur. *Reſpon. quartum*

Reſpon. ad hoc quartũ argumentum, negando conſequentiam: neque eſt eadem ratio utrobiq;, nam aſſenſus fidei eſt immediate in poteſtate noſtræ uoluntatis per modum imperii ſecundum doctores communiter, & probat Angeſt. in moralibus, cap. 1. ita quòd uoluntas cum aliquo motiuo poteſt imperare intellectui ut ſaltẽ ita uel non ita firmiter credat, uel non credat credibili ſibi propoſito. Ideo oppoſita infidelitas ſupradicta eſt etiam immediate in noſtra uoluntate. Non autem ita eſt de aſſenſu uel cognitione euidente vel opinatiua: quia noſtra uoluntas non poteſt immediate imperare intellectui ut ſic aſſentiat non exiſtente obiecto applicato aut motiuo ſufficiente, neque ut non aſſentiat illo exiſtente: ſed ſolũ poteſt imperare immediate ut inquirat & aduertat, ut ita ſciat uel opinetur. Ideo neque ipſi aſſenſus aut cognitiones neq; oppoſitę priuationes & ignorantiæ ſunt immediate in poteſtate uoluntatis, ſed mediante ſtudioſitate & negligentia, ratione quarum ipſa cognitio & ignorantia ut diximus ſecundum Caieta. virtus aut peccatũ eſt. *Reſpon. quartum*

QVAESTIO

QVAESTIO SEPTIMA.

VTRVM IGNORANTIA SIT cauſa peccati, & quomodo.

RESPONDEO per duas propoſitiones. Prima ignorantia eſt cauſa peccati. probatur ſecundum Gabriel. in ſecunda diſtin. 22.q.2. not. 1. & ſecundo, quia cauſa eſt ad quam ſequitur aliquis effectus & ad cuius remotionem remouetur effectus. Sed ignorantia ſępè ſic ſe habet quod eſt cauſa uel diſpoſitio ad peccatum, ut patet quãdo eſt ignorantia præcedens, uel quãdo quis peccat ex ignorantia hac pręcedente, tunc enim agens non ageret tale peccatum ſi non ignoraret. ergo eſt cauſa peccati aliquo modo ſaltē ſine qua nō; modo peccatum hoc ſit imputabile modo non, de quo latius infra. Nota tamen ſecundum Caieta. 1. ſecundæ. q. 76. art. 4. in reſpon. ad primum ex B. Thõ. ibidem & q. 78. ut de hoc etiam latius infra. q. 8. propoſitione 2. & q. 13. habetur, quod triplex eſt ignorantia à parte rei ſcitę ſecundum triplicem ſcientiam oppoſitam. Prima ſciẽtia, ſeu cognitio eſt qua ſcitur indiuiduum actus eſſe malum. Secunda qua ſcitur indiuiduum actus & temporis, ſcilicet hoc & nunc eſſe malum. Tertia qua ſcitur indiuiduum actus temporis & executionis ſcilicet hoc & nunc non eſſe faciendum. Ignorantia igitur oppoſita ſcientię primæ eſt cauſa peccati. Ignorãtia ſecũda, & tertia eſt ignorantia electionis, quam B. Tho. negat in prima ſecundæ. q. 76. art. 4. eſſe cauſam peccati; non quidem quod putet eam non cauſare peccatum, ut alii tenent, ſed quia negat eam annumerari inter generales cauſas peccati de quibus ibi agit: quia peccata quę fiunt ex ſecunda & tertia ignorantia non ſunt peccata ex ignorantia propriè loquẽdo, ſed ex paſſione uel habitu, ut de hoc latius infra. q. 8. habetur & ſic patet quod ignorantia eſt cauſa peccati.

Secunda propoſitio. Ignorãtia eſt peccati cauſa per accidens non per ſe, probatur, quia non ens non eſt per ſe cauſa entis. ſed ignorantia eſt non ens: quia eſt quid priuatiuum ut patet, quia eſt priuatio ſcientiæ debitæ, de qua hic agimus: peccatum autem actuale cõmiſſionis eſt quid poſitiuum. ergo ignorantia eſt non per ſe, ſed per accidens cauſa peccati, ut remouens prohibens. quia ſicut graui inclinato ad motũ deorſum ablatio columnæ prohibentis dat per accidens motũ deorſum: ſic uoluntati inclinatę ad actum peccati negatio ſcientiæ, quæ prohiberet talem actũ peccati ſi talis ſcientia adeſſet, dicitur dare cauſam ad talem actum peccati, ut communiter doctores in ſecundo diſtinctio. 22. & B. Tho. 1. ſecundę. q. 76. art. 1. & 3. concorditer dicunt.

Argu. 1. CONTRA primã propoſitionẽ arguitur, primò quia quod non eſt nullius eſt cauſa, ſed ignorantia, non eſt ens, cum ſit priuatio quædam ſciẽtię, ergo non eſt cauſa peccati. Item ſecũdò cauſę peccati ſunt accipiendæ ex parte conuerſionis ad bonum commutabile, ſecundum Thomam: q. 75. ſed ignorantia uidetur potius reſpicere auerſionem à Deo, ergo non uidetur quòd ſit cauſa peccati. Item tertiò omne peccatum in uoluntate conſiſtit, ſed uoluntas nõ fert, niſi in aliquid cognitum: quia bonum apprehenſum eſt obiectũ uoluntatis: ignorantia autem facit incognitum, ergo non poteſt eſſe cauſa peccati.

Reſpon. ad primum quod non ens non poteſt eſſe cauſa per ſe alicuius entis, bene tamen per accidens, & ſic ignorantia per accidens eſt cauſa peccati, ut habet ſecunda propoſitio. Reſpon.

Ad ſecundum reſpon. ſecundum Thom. prima ſecundę. q. 76. art. 1. quod ſicut ſcientia quam tollit ignorantia reſpicit peccatum ex parte conuerſionis: ita & ignorantia ex parte conuerſionis eſt cauſa per accidens peccati ut remouens prohibens, & ſic negatur minor.

Ad tertium reſpon. ſecundum Tho. ad minorẽ, quod in illud, quod eſt omnino quoad omnia ignotum, non poteſt ferri uoluntas: ſed in id quod eſt quo ad aliquid notum: ſicut cum aliquis ſcit hũc quem occidit eſſe hominem ſed neſcit eum eſſe patrem ſuum, uel cum aliquis ſcit aliquem actũ eſſe delectabilem, neſcit tamen eſſe peccatum. Argu. 2.

Secundò arguitur, & hoc contra ſecundam propoſitionem. Ignorantia de ſe aut per ſe cauſat inuoluntarium, ut patet 3. Ethi. cap. 1. & dicit etiam B. Tho. 1. ſecundæ. q. 76. art. 3. & cõiter doctores dicunt quòd ignorantia eſt una de cauſis per ſe cauſantibus in uoluntarium. Sed in uoluntarium eſt quid poſitiuum: quia ut patet. 3. Ethi. cap. 1. dicitur contrariè & non contradictoriè: non uoluntarium autem dicitur contradictoriè non contrariè ad uoluntarium, ergo ignorantia poteſt eſſe cauſa per ſe alicuius entis poſitiui: & per conſequens alicuius actus peccati: & non ſolum cauſa per accidens.

Reſpon. dupliciter. Vno modo ſecundum Caieta. 1. ſecundę. q. 76. art. 3. ad maiorem & cõſequẽtiam, quod in ignorantia cauſante, eſt conſiderare duo, ſcilicet materiam & formã ſicut in omnibus aliis cauſis. Materia eſt ipſa abſentia ſcientię: forma eſt quatenus eſt cauſa alicuius effectus. Igitur ſi ignorantia cõſideretur prout eſt & denominatur cauſa formaliter: tunc ex hoc habet quod ſit cauſa per accidens alicuius effectus poſitiui: ut remotio prohibẽtis: & effectus eius ſit id quod prohibebatur, ſcilicet oppoſitus effectus effectui cauſato à prohibente. Remotio nãq; columnæ ſuſtinentis & prohibentis graue ne deſcendat, eo hoc ipſo quod eſt remotio columnę habet, quod ipſa remotio ſit cauſa per accidens, & quod effectus eius ſit deſcenſus illius grauis prohibitus Reſpon.

à columna

à colnmna contrarius quieti ſurſum quàm cauſa
bat ſubſtentatio columne. Si autem ignorantia cō
ſideretur materialiter, ſcilicet, ſecundum id quòd
eſt ipſa ignorantia, uel abſentia ſcientiæ: ex hac
parte habet quod effectus eius ſit contrarius ad ef
fectum ſui oppoſiti, ſcilicet, ad oppoſitum ſcien-
tiæ, quia ex ſe ipſa habet oppoſitionem ad ſciētiā,
ergo & effectus contrariorum debent eſſe contra
rii: effectus autē contrarius effectui ſcientiæ in ta
li natura ſcilicet uoluntaria, eſt in uolūtarius: quia
effectus ſcientiæ propriè eſt uoluntarius; Igitur
ignorantia cauſans per accidens actum ut remo-
tio prohibentis quatenus conſideratur materiali-
ter, ſcilicet prout eſt abſentia ſcientię in natura
uoluntaria habet de ſe quòd actus ſeu effectus eius
prędictus ſit in uoluntarius: quamuis ſit cauſa per
accidens talis effectus quatenus talis ignorantia
3. Ratio. eſt formaliter cauſa illius ut dictum eſt. Hoc au
tem ſcilicet ignorantiam materialiter de ſe habe-
re, quòd eius effectus ſit inuoluntarius, non eſt
ignorantiam per ſe cauſare inuoluntarium: ſed eſt
ignorantiam determinare uel applicare ad mate-
riam effectum per accidens; quia cùm ſit commu
ne omni remotioni prohibentis cauſare effectum
prohibitum contrarium effectui inuento: & hoc
ſit formale in cauſa remouente prohibens: ideo ſi
cut ignorantia applicat ad talem materiam ſcili-
cet ad ſeipſam talem cauſę rationem: ita applicat
ad talem materiam, ſcilicet ad in uoluntarium ta
lem rationem effectus; continetur enim ſub prohi
bito & contrario inuoluntarium: ut materiale
ſub formali ſicut ignorantia ſub remouente prohi
bens. Vnde ex hac parte, ignorantia non niſi cau-
ſa per accidens inuolūtarii eſt, ſicut priuatio pro
hibentis deſcenſum, ſi eſſent nomina appoſita, eſ
ſet cauſa per accidens motus contrarii motus ſur-
ſum. Cum his tamen ſtat quòd ſi cauſa materiæ
reſolutio inuoluntarii in ignorantiam redigenda
eſt: inuenietur quòd ignorantia eſt per ſe cauſa in
uoluntarii: ſicut abſentia Nautę eſt cauſa ſubmer
ſionis nauis. Ideoque quicquid inuolntarii ex igno
rantia in noſtris actibus inuenitur, poteſt ut ſic re
ſolui in ignorantiā ut per ſe cauſam: igitur ignorā
tia dicitē eſſe de ſe cauſa inuoluntarii, ſcilicet rōne
materialis: cùm tamen in ratione formali, ſcilicet
prout eſt cauſa, ſit cauſa per accidens effectus po-
ſitiui cuiuſcunque. Itaque patet reſolutoriè
reſponſio ad maiorem & conſequentiam argumen
ti: dico enim quòd ignorantia formaliter ſcilicet
prout habet rationem cauſæ eſt cauſa non per ſe,
ſed per accidens inuoluntarii: materialiter autem
prout ſcilicet eſt abſentia ſcientiæ in tali natura
uoluntaria ſeu litera eſt cauſa per ſe inuoluntarii,
ut patet ex 5. Methaph. Hęc Caieta.

Sed hæc reſponſio, quanuis ſubtilis, uidetur ta
men deficere: nam præſupponit quòd ignorantia
materialiter conſiderata prout ſcilicet eſt abſen-
tia ſcientiæ, opponitur contrarię ad ſcientiam: &
per conſequens habet effectum illi contrarium;
cùm tamen conſtet opponi contradictoriæ, ſicut
priuatiuè oppoſita. Item uidetur tandem concede
re Caieta. ibidem, quòd abſolutè ſit concedendum
quòd ignorantia per ſe cauſat inuoluntariū: quod
tamen uidetur contra rationem ſupra poſitam in
probatione ſecundæ propōnis: quia nō ens per ſe,
non pōt eſſe cauſa entis, inuoluntariū autē eſt ens.

Ideo alio modo Reſpondeo ad argumentum
negando minorem, pro quando dicitur ꝙ ignorā-
tia eſt per ſe cauſa inuoluntarii: dico enim quòd
ſicut eſt per accidens cauſa peccati ſeu actus, ſic &
per accidens quamuis de ſe eſt cauſa inuoluntarii;
& ad Ariſtotel. dico quòd ipſe non dicit, quòd eſt
per ſe cauſa inuoluntarii, ſed abſolutè dicit ꝙ eſt
cauſa inuoluntarii ut patet intuenti textum. 3. E-
thico. ca. 1. & 2. cum quo ſtat quòd non per ſe ſed
per accidens ſit de ſe cauſa inuoluntarii, ut dictū
eſt; & ad B. Tho. & alios doctores dico quòd quā-
do dicunt quòd ignorantia de ſe cauſat inuolunta
rium intelligunt quòd ignorantia habet hoc ſibi
proprium & naturale quòd cauſat inuoluntarium
effectum quem cauſat, cum quo ſtat quòd cauſat
eum non per ſe ſed per accidens, tam effectum
quàm inuoluntarium, ut ſępe dictū eſt: ſicut etiā
cōmuniter dicitur, quòd omnis remotio prohiben
tis habet de ſe hoc ſibi conueniens & naturale, ꝙ
per accidens cauſet effectum prohibitum contra-
rium effectui inuento, ut paulò ſuperius dixit Ca-
ieta. ideò B. Tho. & alii doctores non dicunt ꝙ eſt
cauſa per ſe, ſed de ſe cauſans inuolūtarium, ut pa
tet ibidē. Eligat lector quā maluerit harū rñſionū.

Sed nota quòd quando cōmuniter dicitur à do
ctoribus, quòd ignorantia cauſat inuoluntarium Nota
intelligitur de ignorantia præcedente, quæ eſt cau
ſa actus, non de commitante, ad hunc ſenſum,
quòd cauſat actum contrarium uolitioni quæ adeſ
ſet ſi ſciret id quod ignoratur: quia uidelicet talis
effectus ignorantiæ certè eſſet nolitus & inuolun
tarius ſi cognoſceretur. Si eum eū occido neſciens
eſſe patrem meum: certè ſi ſcirem nollem occi-
dere eum, & dicta ignorantia dicitur cauſare inuo
luntariam illam occiſionem: non quòd ſit forma-
liter nolita, ſed quia utique formaliter eſſet nolita
& inuolūtaria ſi ſcirem eſſe patrem meum, quod
patet, quia quando poſtea ſcio eſſe patrem meum
occiſum, certè habeo nolitionem occiſionis præte
ritę; quia nollem occidiſſe: & in hac declaratione
concordant communiter doctores, ut Bonauentu
ra, in ſecundo diſtinctione. 22. q. ultima. & Tho.
ubi ſupra art. 3. & Almayn, in moralibus tract. 1. c.
5. Ex quibus patet quòd ignorantia cauſans a-
ctum inuoluntarium aliter cauſat actum, aliter
inuoluntarium: nam ipſum actum puta occiſio-
nem cauſat per accidens & actualiter dum manet
ipſa ignorantia, & antequam aduenniat cognitio
quæ prohiberet ipſum actum: inuoluntarium au-
tem cauſat quidem ipſa ignorantia per accidens,

ſed

ſed non actualiter ſed virtualiter ſeu in animi præparatione: quouſq; adueniat cognitio & expellatur ipſa ignorantia: tūc.n. incipit eſſe nolitus & inuoluntarius actualiter ille actus, puta occiſio illa ex ignorātia cauſata. ita ēt patet ꝙ illa occiſio quā eſt actualiter & formaliter inuoluntaria: tunc nō eſt ſed iā receſsit illa ignorātia ex qua cauſata eſt: ſed illius occiſionis cā exiſtens actualiter & per ſe, licet partialis cū ipſa volūtate eſt cognitio rei apparentis, ignorantia aūt ſolū eſt cā per accidens virtualis illius formaliter inuoluntarii & ita intelligitur B.Tho.& cōiter doctores, ꝙ ignorantia eſt de ſe cā inuoluntarii quāuis per accidens vt dictū eſt; bene tamen ignorantia quælibet eſt cauſa per ſe non uoluntarii: quia per ſe tollit voluntarium, vt de hoc infra.q.16.latius.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAESTIO OCTAVA QVID SIT ex ignorantia, & ignoranter, quid ex paſsione ſeu infirmitate, quid ex malitia, vel ex habitu peccare, & quomodo paſsio prẹualeat contra rationem.

Prop. 1. RESPONDEO per tres propoſitiones. Quarū prima eſt. peccare ex ignorātia, vel ꝓpter ignorantiam, vt ly propter non dicat cām finalē ſed efficiētē quā ly ex ſignificat, eſt peccare ex carētiā ſciæ aut cognitionis: ita ꝙ talis ignorātia eſt cauſa vel diſpō ad talē actū vel omiſsionē, adeo ꝙ hō id nō ageret ſi ſciret. vt ſi quis ideo comedit carnes die ieiunii, quia neſcit eſſe diē ieiunii, ita quòd ſi ſciret non comederet: hic dicitur comedere carnes ex ignorantia diei ieiunii. & hẹc dicitur ignorantia præcedens illū actū. quod ſi nihilominus comederet ēt ſi ſciret eſſe diē ieiunii: iā non ex ignorantia, ſed ignoranter ſeu ignorando, vel ignorās comedit carnes: quia talis ignorantia diei ieiunii nō fuit cā vel diſpō ad comedendū carnes: ſed cōmittāter & per accidens ſe habuit ad comeſtionē illā. Patet igitur quid ſit peccare ſeu aliquid facere ex ignorātia & ignorāter, & quō differāt ſcd̄m cōiter doctores & Gabriel. in 2. diſ. 22. q. 2. not. 2. & Adria. in 4. quolibeto. & Almayn. & Angeſt. in Moral. ex 3. Ethimo. cap. 1.

Prop. 2. Secunda propō peccare ex infirmitate ſeu paſſione propriè, eſt actū ſeu omiſsionē culpabilē facere non ex deliberatione plena propter paſsionis impetū. ita quòd ille proprie dicitur ſolū ex infirmitate peccare, qui propter paſsionē īpeditur plenè tunc conſiderare malitiam ſuæ actionis ſeu omiſsionis. Si aūt paſsio adeo exilis fuerit & modica, vt rōnis iudiciū quò ad hoc non obūbret q̄q̄ quodāmō trahat & inclinet, non eſt propriè pc̄m infirmitatis ſed malitię, quia omne peccatū à voluntate ſcienter procedēs eſt peccatū malitiæ, ſeu de induſtria, ut patet. 5. Ethic. & proximè dicetur. Hẹc Adria. vbi ſupra & concordant cōiter doctores. Vbi & notat Caieta. ſecūdū Tho. 1. ſecundę q. 78. art. 1. quod triplex contigit ſcīa actualis circa aliquē actū. pīa qua ſcitur hoc eſſe malū, ſcd̄a qua ſcitur hoc nunc eſſe malum. 3. qua ſcitur hoc nūc, malū relatū ad illud aliud eſſe tibi peius: qui ergo peccat ex ignorantia habet ignorantiā oppoſitā primę ſcię: quia neſcit hoc eſſe malū: qui autē peccat ex paſsione ſeu īfirmitate habet ignorātiā oppoſitā ſecundę ſciæ: quia licet ſciat hoc abſolute eſſe malū, tn̄ propter paſsionē perturbātē iudiciū rōnis non oīno conſiderat nunc an ſit malum. Hæc Caieta. & concordat Adria. vbi ſupra. Sed vtrū oīs qui peccat ex malitia ſeu induſtria habeat ignorātiā oppoſitā tertiæ ſciæ prẹdictẹ vt ibidem ſentit Caiet. ſecundū Tho. latius infra. q. 12. q. 13. habetur. Et nota ꝙ prædicta hæc, quid. ſ. ſit peccatū ex paſsione ut declaratum eſt vn̄r procedere de pcō proprie ex paſsione inuincibili, uel plena prædn̄ante oīno ſupra iudiciū rōnis, quod per excellentiā dicit̄ peccatum ex paſsione: Non aūt de peccato ex paſsione quacunq;. Nā experimur ſæpe nos licet paſsionatos ira, aut delectatione non habere iudicium ita perturbatū quin clarè cognoſcamus hoc eſſe nunc peccatū luxurię uel iræ, & per id nos perdere gloriā, honorē, diuitias, ſalutē, &c. & tn̄ renitentes contra paſsionē aliqualiter tādē paſsione victos ſcienter peccare; & tale peccatū ēt dicitur aliqualiter ex paſsione ſcd̄m cōem oīum ſnīam & experientiā; igit̄ non omnis paſsio ita perturbat iudicium, quòd non ſinat cognoſcere hoc nunc eſſe malum: ſed ſolum id contingit in paſsione plena prædominante, ſeu inuincibili, vt dictum eſt. Quare, ut comprehēdamus omne peccatum ex paſsione quacunque dicamus cū Angeſt. in morali. cap. 6. quòd peccatum ex paſſione, eſt peccatum cuius determinata eſt cauſa inſtigans, ſeu impellens; ut eſt paſsio uel complexio, ſeu tentatio, & huiuſmodi; ita quòd ſine tali cauſa impellente non fieret tale peccatum. Nota.

Et nota quòd poteſt eſſe triplex paſsio, ſcilicet inuincibilis, quæ uidelicet in aliquo remanet facto quod debuit ad eam reſecandam. Craſſa, quæ uidelicet manet ex torpore non facto quòd debuit. Affectata quam ſcilicet quis affectat ſibi ineſſe: vnde conſtat quòd non dicitur peccare ex paſsione is qui mouetur à delectabili obiectiuè tantum ad ipſum proſequendum, niſi ipſa delectatio ſit talis & tanta, quòd antecedenter ſeu effectiuè, & non ſolum obiectiuè moueat uehementer, ſeu impellat uoluntatem ad uolendum uel omittendum. Et nota etiam quòd tale peccatum ex paſsione; dicitur etiam ex infirmitate: quia ſecundum Thom. 1. ſecundæ quæſtion. 77. artic. 3. & Adrian. ubi ſupra, ſicut corpus infirmum eſt, quando humores & membra non ſubduntur eius uirtuti regitiuę: ſic animi infirmitas Nota.

dicitur, & eſt, quando affectiones ſenſitiuę non ſubduntur uirtuti regitiuæ animæ puta rationi: ſed etiam perturbant & deducunt ad conſenſum, ut dictum eſt; unde. 1. Eth. tam incontinētis quàm continentis ratio rectè & ad optima prouocat: ſed aliud quidam eſt præter ratione innatū quod repugnat reſiſtitque rationi: ut enim reſolutè cor poris partes ſi ad dexteram mouere uelis ad ſini ſtram feruntur: ſic & in animo incontrarium feruntur incontinentium appetitus. Hęc ibi. & facit ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnan tem legi mentis meæ, & Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum &c.

Dubium. 1. Et ſi quęratur. Primò quomodo paſsio appeti tus poteſt pręualere aduerſus rationem, & eā per turbare, ſeu uincere aliquando, & ducere in errorem. Reſpon. ſecundum Tho. 1. ſecundæ. q. 77. art. 1. & 2. & Caieta. ibidem & Adria. in 4. quodli bet. ꝙ hoc poteſt fieri tripliciter. Vno modo per diſtractionem: quia ſcilicet paſsio diſtrahit iudiciū rationis hoc modo. Nam cùm omnes poteotiæ animæ ſint in eadem eſſentia animæ, iam quando una potentia intenditur in ſuo actu, altera remittitur in ſuo vel totaliter imepeditur; quia omnis virtus ad plura diſperſa fit minor in actu ſuo: & èc contra quò magis intenditur circa vnum eò magis diſpergitur circa plura. cùm omnis virtus creata ſit finita in actiuitate ſua: ſed in operibus animalibus animæ, requiritur quędā intentio & acti uitas: ergo dum vehementer applicātur ad vnū non po eſt anima alteri uehementer intendere, ſed diſtrahitur ab altero: & ita quando motus appetitus ſenſitiui fortificatur ſecundum quácunq; paſsionem, neceſſe eſt quòd uel reinittatur, uel to taliter impediatꝫ motus proprius appetitus rationalis, qui eſt voluntas ne poſsit aliis conſiderādis intendere: & patet exemplo. Quia ſicut qui fiſtulis delectantur, non poſſunt mentem adhibere ſermonibus; ſi multarum ſonorum audiant, magis gaudentes ſono quàm pręſenti operatione: ſicque voluptas ſoni corrumpit operationem circa ſermones, vt dicitur, 10. Ethi. Ita in propoſito: quia quęlibet extranea voluptas diſtrahit corrumpēdo operationem: ſicut propria potentię voluptas auget eius operationem, magis ſingula diſcernere faciens exactiusque comprehendere; ideo Pſal. 57. Super cecidit ignis, ſcilicet paſsio concupiſcē tiæ vel libidinis, & non viderunt ſolem, ideſt ootiſsima principia practica agēdorū vti infra. q. 15.

Secundo modo, per ligationē intellectus, ſeu iudicii rationis, quia ſcilicet paſsiones faciūt trāſmutationem corporalem: corporalis autem perturbatio, ligat ſenſum uel perturbat phantaſmata: propter quod intellectus impeditur à proprio actu. ſ. ab vſu rationis & ita per paſsionem ligatur ratio, impeditur enim iudicium, & apprehenſio rationis propter vehementem & inordinatam apprehenſionem imaginationis, & iudiciū virtutis æſtimatiuę, vt patet in amētibus; & facit ad hoc ratio ſupra poſita in primo mō pcedēte.

Tertio modo per contrarietatem, quia ſcilicet frequēter paſsio inclinat ad cōtrarium eius quod ratio dictat, quæ dum non cohibetur, parua ſcintilla creſcit in flamam: tandemque ratione trahit in ſententiā conformem ſuæ uiclinationi: & hic modus eſt ex parte obiecti volūtatis, quod eſt bonum ratione apprehenſum ſeu ęſtimatum. Qui quidem modus per contrarietatem ex parte obiecti ſumptus, poteſt adhuc dupliciter intelligi. Vno modo quod paſsio afficiens appetitum, afficit proportionaliter per viam redundantię fantaſiam: quia vt habetur ſecundo de anima, appetitiuū & fantaſticū Animę ſunt in diſtincta, loco en tomis deciſis atteſtātibus, entoma græcè dicuntur latinè inſecta Animalia, Hyſpanè; animales ce nidos: ſicut ergo ſunt animalia annuloſa quæ habeot eandem animam in eodem toto: & eius animalis partes viuunt etiā eadem anima: cuius pars eſt in parte animalis colligata cum alia parte eiuſ dem animę in tali animali: & ſeparata parte materiæ, ſeparatur & pars animæ cum ea, & ſicut ad linguam cholera infectā fit iudicium erroneum guſtus: quia guſtus iudicat de ſaporib. ſecundum diſpōnē linguæ, & ſui organi, vt patet infebricitantibus: & vt ait Adria. in 4. quodlib. q. 1. ſine argumentis, ſecundum Ariſt. 2. Rc tho. ſicut videnti per vitrum rubeum, apparent oīa rubea: ſic fortiter affecto ea ſolum videntur, quę ſunt conformia ſuo appetitui: quia & ita ad appetitum paſsio ne infectum immutatur fantaſia, & conſequēter iudicium virtutis ęſtimatiuæ: & exinde quia intellectus mouetur à fantaſmate: conſequens eſt, vt à fantaſmatibus ſic compoſitis iudicio æſtima tiuæ, moueatur ipſe intellectus ad idem conformiter iudicandum; pręſertim quia iudicium eſt de ſingulari, in quo plurimam vim obtinet iudicium cogitatiuæ ſeu ęſtimatiuæ virtutis. Alio ſcđo modo. poteſt intelligi prædictus tertius modus, quō paſsio trahit iudicium intellectus in errorem ex parte obiecti, ſic ſcilicet: nā ex hoc quod appetitus ſenſitiuus afficitur vehementer paſsione, iā hic hō non ſolum ſecundum illā partē, ſed & abſolutè mutat aīaliter & eſt aliter diſpoſitus: & ratio eſt, quia appetitus aīalis eſt primo propter totum ſuppoſitum, vt patet. 1. ſecundæ. q. 19. arti. 1. & q. 77. art. 1. & q. 78. art. 3. ſecundum B. Tho. vt paulo inferius dicetur in 3. propōne: in hoc. n. differt appetitus aīalis, à naturali ſingularū potētiarū & partiū, & ꝑpter hoc à natura datus eſt cuiq; aīali, ex hoc āt ꝙ hic hō eſt alter diſpoſitus totaliter: iā ſequitur, ꝙ ſtāte illa diſpōne alıq̄d ſit ſibi cōueniens ſecūdū illā diſpōnē, quod prius nō erat cōueniens illa non ſtante, quodq; et abſolutè ſecū dum rationem eſt diſconueniens, quia incipit eſſe conuenientia, ex altero extremorū variato: ex hoc verò quod aliquid modo iam eſt conueniens huic diſpoſito: ſequitur quòd etiam ſecundum iudicium æſtimatiuæ, & rationis iudicet illud ſibi nūc

eſſe conueniens; quia qualis vnuſquisq; eſt, talis ei finis videtur. 3. Ethi. & ita diſpoſitio ſubiecti, paſſione facta; mutat iudicium rationis de obiecto quod eſt motiuum uoluntatis. & ſic ex parte obiecti paſſio uel appetitus ſenſitiuus peruertit iudicium rationis ut dictum eſt. Et iſte ſecundus & ultimus modus declarandi: ſcilicet ex parte ipſius totius ſuppoſiti eſt melior, quàm primus ſumptus ex parte ipſarum potentiarum: quamuis vterq; ſit bonus, & ſe inuicem iuuent ad prędictā declarationem huius tertii modi; quomodo paſſio peruertit iudiciū rationis ex parte obiecti: & ideo. 2. Reth. dicit quod non eadem uidentur amātibus & odientibus, iratis & manſuetè ſe habentibus. Item quod corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis. ¶ Et inter omnes paſſiones delectatio habet hanc vim; ut ſępius & regulariter corrumpat iudicium rationis ut dicitur. 2. Ethi. & quod difficilius reſiſtitur delectationi quàm iræ: quia latentius ſuffuratur: deinde corrumpit iudicium rationis etiam ualde ſapientis. 7. Ethi. ut latè Adria. in 4. de Euchariſtia. Ideo Deutero. 17. Munera excæcant oculos ſapientum. Et 2. Ethic. Ariſto. ducet à delectatione cauere eos maximè qui ad uirtutem uolunt conuerti. Et 2. Retho. Ariſto. dicit minimam poteſtatem eſſe tribuendā iudicibus: ut non ex arbitrio ſed ſecundum leges iudicent: quia uel cùm amēt, uel odiant ſua quoq; utilitas connexa ſit, non ſatis poſſunt uerum perſpicere: ſed propria uoluptas uel dolor iudicia obumbrat. ideo Pſal. 136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram; paruulos ſuos, ideſt exiles ſuos motus paſſionum, ad petram rationis, ne ſcilicet, paulatim ſucreſcentes uim capiant deducendi ad malum, ut ait Adria. Et nota quòd ſicut dictum eſt paſſionem peruertere iudicium rationis dupliciter ex parte obiecti: ſic ēt ex parte obiecti, paſſio & appetitus ſenſitiuus dupliciter mouet uoluntatem; quamuis radicaliter procedat ex parte ſeu diſpoſitione ipſius ſubiecti, ideſt, ipſius hominis ſeu uoluntatis ſic diſpoſitæ.

Nota. Nota etiam ſecundum Caieta. 1. ſecundæ. q. 9. ar. 2. ꝙ quamuis diſpoſitio appetitus ſenſitiui, non moueat uoluntatem, neque peruertat rationem directè, & immediatè, tanquam immutans & mouens ipſam ſiue quoad exercitium, ſiue quoad ſpecificationem actus: bene tamen occaſionaliter & mediate ſeu indirecte imutat ex parte obiecti ipſam uoluntatem quoad ſpecificationem actus. i. quoad talem actum: non quoad exercitium actus; ideſt. non quoad actum abſolutè producendum. & hoc ita fit ſicut frigeſcenti corpori conueniens fit calefactiuum eius, & ex hoc occaſionatur in tali homine apprehenſio calefactiui ut conuenientis: & ſic pręſentatum uoluntati amatur: ita irati hominis appetitui cōueniens fit uindicta; & hinc fit ꝙ itellectus practicus apprehēdit repercuſſionē ut conuenientē huic nūc ut dictum eſt: & exinde percuſſio apprehenſa ut conueniens, nūc huic mouet uolūtatem obiectiuè: ſicque patet quod diſpoſitio appetētis quamuis ſe teneat ex parte ſubiecti quoad eſſentiam, ſcilicet ex parte appetentis: tamen quoad operationem ſeu notionem rationis ſeu uoluntatis & quoad peruerſionem earum non niſi ex parte obiecti ſe tenet: quia nō niſi pro quanto redundat in talem apprehenſionem obiecti uoluntatis & rōnis, q̄a uoluntas non niſi ab obiecto apprehenſo mouetur, ut patet ex ſupradictis; & conſonat Victoria in ultima relectione de perueniente ad uſum rationis par. 1. dubio primo. Sed & de hoc quomodo ratio poteſt excæcari à paſſione & corruptione affectionis latius infra in reſponſione ad argumenta et q. 15. propoſitione 3. & 4. videatur, & ita patet quid ſit peccare ex paſſione, & quo modo paſſio perturbat & peruertit iudicium rationis.

Prop. 3. Tertia propoſitio: peccare ex induſtria ſeu ex malitia eſt quando ipſa uoluntas ex ſe ipſa mouetur ad malum. i. quando peccatum fit ex inordinatione ſeu corruptione uoluntatis ipſius, ſecundū B. Thom. 1. ſecundæ. q. 78. art. 1. & 3. & Adria. ubi ſupra, uel ſecundum Angeſt. in Moral. cap. 6. Peccatum ex malitia, ſeu ex induſtria, èſt peccatum commiſſum non aſſiſtēte ignorantia peccati, uel inclinatione alicuius inſtigantis ſeu impellentis. uel eſt peccatum voluntariè commiſſum habito rationis iudicio quòd eſt malum, atque euitandum, nec alio impellente: quod probatur; quia cum uoluntas ſeu appetitus intellectiuus de ſua natura inclinetur in bonum rationis ſicut ad proprium obiectum: ſicut & quælibet alia res habet appetitum ſui boni obiecti: uel ſibi conuenientis: unde et omne peccatum quia eſt contra bonū rationis dicitur eſſe contra naturam: ergo non pōt uoluntas in aliquod malum eligendum inclinari, niſi ex corruptione, ſeu inordinatione alicuius principii, à quo procedunt actus humani: quia ſic inuenitur peccatum in actionibus rerum naturalium: principia autem humanorum actuum ſunt tria, ſcilicet intellectus, ſeu ratio, appetitus ſenſitiuus, & rationalis qui dicitur uoluntas; quādo ergo in actibus humanis peccatum accidit ex defectu intellectus tunc dicitur peccatum ex ignorantia: quando autem ex inclinatione appetitus ſenſitiui tunc dicitur peccatum ex infirmitate ſeu paſſione: quando uerò ex inordinatione, ſeu corruptione ipſius uoluntatis, dicitur peccatum ex malitia ſeu induſtria uel electione: tūc enim uſurpat ſibi nomen generale quaſi anthonomaticè: electione enim mala uel malitia, communis eſt omni peccato perfecto, ſecūdum Tho. ubi ſupra art. 4. Nam qui peccat ex paſſione uel ignorantia, peccat quidem eligens & uolens malum ſeu malè, & ideo ibi eſt malitia; nō tn̄ peccat ex electione; q̄a electio mala nō eſt in eo principiū primū peccati; ſed inducitur ex paſſione impellēte, uel ex ignorātia ad eligēdū id quod extra paſſionē ſeu ignorantiam exiſtens non eligeret. Eſt autem uoluntas

mala ſiue corrupta cùm minus bonum plus amat: quia quod in corporibus eſt pondus, hoc in animo eſt amor, ſecundum Auguſt. lib. confeſſio. Amor meus pondus meum, eo feror quocunque feror: & qa ad magis ſeu plus amare aliquid, conſequens eſt electio patiendi detrimentum in minus amato, ut quis potiatur eo quod magis amat: ſicut eligimus membri abſciſionem ut uitam ſaluemus: ita uoluntas plus amans diuitias aut delitias quàm ordinem rationis, ſequitur quòd uelit diſpendium pati in ſpirituali bono, ut uoluptate uel alio temporali bono potiatur, qđ magis amat: & ſic ſcienter vult malum ſpirituale.

Quod autem tale peccatum ex malitia ſeu de induſtria reperiatur in hominibus, patet Iob. 34. Quaſi de induſtria receſſerunt à Deo: Item Rom. 14. Beatus homo qui non iudicat ſeipſum in eo quod probat: qui autem diſcernit, ſi manducat dãnatus eſt: item Luc. 10. ſeruus ſciens uoluntatem Domini & non faciens uapulabit: item ſuper illud Pſal. Forte uiuos deglutiſſent nos: ait Auguſt. Viui abſorbentur qui ſciunt malum eſſe & cõſentiunt. Et Pſal. fiat coram ipſis menſa eorum in laqueum. ubi dicit Auguſti. quòd eſt ſcientes conſentire: ecce nouerunt muſciculam & mittũt pedem. Item probatur ratione quia multi peccant cum propoſito peniẽdi de hoc quod malè agũt; ergo ſciunt ſe malè agere, vnde Magiſter in ſecũdò diſt. 22. poſt B. Auguſti. dicit quod Adam non victus carnali concupiſcentia peccauit. & 1. Thimoth. 2. uir non eſt ſeductus. quia pœna ignorãtię aut paſsionis inordinatę contra rationem non præceſſerat culpam, ergo ſciens malum elegit; licet forte neſcierit aut non conſiderauerit, tunc aut poſt conſenſum in peccatum, grauitatem peccati, aut punitionis futurę aut alias circunſtãtias, ſeu ſequelas peccati, et alia eiuſmodi quę nec tũc ſcire debebat ante peccatũ, ergo bene ſtat quòd quis uelit malum cognitum quãuis non ſub ratione mali ut infra q. 11. latius.

Tandem peccare ex malitia, eſt quòd hõ ſciẽs hoc abſolute eſſe malũ, quod proponitur ei ſub aliqua ſpeciei boni delectabilis, aut utilis ei coniuncti, & non uictus uehementia paſsionis abſorbẽtis ad horam iudicium rationis, nec impulſus ab ea: tamen ſponte, uel liberè ex corrupta uoluntate eligit proſequi illud ſub illa ratione boni apparentis; & quãuis iudicet quod melius eſt legem Dei tranſgredi quàm tunc delectatione priuari, & in hoc erret ut ait Durãd. in 2. diſ. 43. q. 1. ad ſecundum de quo latius infra. q. 11. habetur: tamen iſte error non eſt talis, quòd excludat ſcientiam qua quia ſcit malum eſſe quod agitur; quo aliqui dicitur ex ignorantia peccare. Immo talis ſponte & ſcienter claudit oculos rationis oſtendentis, malum eſſe quod proponitur, ut liberius ſine remorſu proſequatur, & conſonat Adria. ubi ſupra, quo modo autem cum prædictis ſtet quòd nemo operatur ad malum aſpiciens: & quòd omnis malus eſt ignorans, infra. q. 12. q. 13. latius de his.

Et nota, quòd peccatũ ex malitia, ſæpè dicitur attributiuè peccatum contra ſpiritum ſanctum, ut patet in 2. diſtin. 43. Nota.

Ad maiorẽ intelligentiam prędictæ tertiæ propoſitionis, quæritur unde, aut quotupliciter accidit prædicta corruptio uoluntatis in peccato ex malitia. Reſpon. ſecundum Thom. 1. ſecundę. q. 78. art. 3. quòd dupliciter. Vno modo ex aliqua diſpõne corrupta exiſtente in ipſo homine quę illum ad malum inclinat; ita quòd homini ſic diſpoſito fit quaſi conueniens & ſimile, & quaſi connaturale aliquod malũ: & in tale malum ratione cõuenientiæ tendit uoluntas quaſi in bonum: quia vnumquodque ſecundum ſe tendit in ſibi conueniens & connaturale aliquo modo: talis autem diſpoſitio corrupta aliquando eſt aliquis habitus vitioſus acquiſitus ex conſuetudine quæ uertitur in naturam, ut ſcilicet fiat iam connaturalis illi homini; aliquando autem eſt aliqua ęgritudo, ſeu cõplexio naturalis, uel diſpoſitio ex parte corporis: ſicut aliqui habent quaſdam naturales inclinationes ad aliqua peccata propter corruptionem naturæ in ipſis; de quibus agit B. Tho. 1. ſecundæ. q. 31. art. 7. Alio modo poteſt accidere prædicta corruptio uoluntatis, ex remotione alicuius prohibentis talem corruptionem, ſeu malitiam eius. Nam poſtquam natura humana in primo parente eſt ſpoliata gratuitis, & vulnerata in naturalibus: uerificatum eſt illud Gen. 8. ſenſus & cogitatio humani cordis ad malum prona ſunt, ſenſus. i. appetitus ſenſitiuus, & cogitatio humani cordis. i. uoluntas inquantum nata eſt condelectari ſenſui & appetitui ſenſitiuo; ideo deflectitur ſemper appetitus noſtrę uoluntatis, magis in amorẽ præſentium uoluptatum, & ſenſibilium quàm in amorẽ honeſti: & hęc eſt corruptio noſtrę uoluntatis. Prohibetur autẽ iſta corruptio ne exeat in actũ prauæ electionis, per metũ pœnarũ, per ſpem gloriæ, & huiuſmodi: quibus amotis ecce uoluntas noſtra effrænis ſecũdũ prędictã pronitatẽ ſuam ad malum currit, amãdo uoluptates aut huiuſmodi: ideo Eccle. 27. Si non inſtanter te tenueris in timore Domini cito ſubuertetur domus tua: quia ſ. per hãc punitionẽ timor incutitᵉ q cohibet uolũtatẽ à pc̃õ. Eccl. 1. Timor Dñi expellit peccatũ.

Et ita, ex omnibus ſupradictis patet, ꝙ omne peccatũ procedens ex habitu large ſumpto. i. ex diſpõne acquiſita, uel naturali cõplexione deliberatè & ſcienter factum, eſt peccatum ex malitia, ſeu induſtria, ex certa ſciẽtia, ſeu electione. Nam unicuique habenti habitum, eſt per ſe diligibile, id quod eſt ei cõueniens ſecundũ illum habitũ: quia ſic fit ei quodammodo connaturale ſecũdũ quòd conſuetudo & habitus uertitur in naturam; ita quòd in peccato ex malitia prius eſt talis corruptio uoluntatis, quàm peccatum inde ſequens, & ante prædictam uoluntatis corruptionẽ, prius eſt praua diſpoſitio præfata, uel remotio prohibẽ- Concluſio.

tis:

tus: & ante prędictam diſpōnē prauā eſt ſæpè peccatum ex paſsione, ſeu ex ignorantia: uel eſt tandem ipſa paſsio uel ignorantia proueniens ex peccato actuali alio ſeu originali: ſicque tandem dabitur aliquod primum peccatum, quod non cauſatur ex alio priore peccato, in infinitum procedēdo ut bene ait B. Tho. 1. ſecundæ. q. 78. art. 1. & 2.

Et nota quòd non omnis peccans, habens habitum prædictum peccat ſemper ex malitia; niſi quando peccat deliberatè ex tali habitu eo vtens: ſtat enim habentem habitum uel diſpoſitionem aliquam, non agere ſecundum talem habitū neq; eo uti: ſed quaſi non haberet illum: quia uti uel agere ex habitu ſubiacet uoluntati, ut patet etiā ex diffinitione habitus; quo ſcilicet quis utitur cùm uoluerit; quia etiam uoluntas non neceſsitatur ad actum ſecundum diſpoſitionem, uel complexiones naturales, uel acquiſitas ut patet. Itē nota ꝙ nec omnis qui peccat ex malitia peccat ſemper ex tali habitu, ſeu diſpoſitione; patet quā dò talis corruptio uoluntatis prouenit nōn ex habitu uel diſpoſitione praua; ſed ex remotione prohibentis ut ſupra dictum eſt.

Argumē. CONTRA ſecundam propoſitionem, ubi dictum eſt paſsionem poſſe pręualere contra rationem modis ibi explicatis in illo dubio, arguitur; quia ſcientia propter ſuam certitudinem eſt fortior paſsione, fortius autem non uincitur à minus forti; ergo paſsio quantumcunque intenſa, non poteſt peruertere iudicium rationis, ſaltē cū fuerit iudicium ſcientię aut firmæ adhæſionis: & per conſequens rectè uidetur Socrates ſenſiſſe dicens. Difficile eſt ſi ſcientia adſit aliud quicquā prævalere, ac ueluti mācipium in ſeruitutem trahere, vbi concludit Socrates; neminem intelligentem facere contra id quod optimum ſcit: ſed eos qui faciunt per ignorantiam facere, ut refert Ariſtoteles in Ethi. hāc Socratis opiōnē, eāq; refellit.

Reſpon. ad primū argu. Reſpon. ſecundum Tho. 1. ſecūdę. q. 77. art. 2. & Adria. in 4. quodlibet. ex Ariſto. 7. Ethi. ꝙ maior eſt nera ſolum de ſcientia prudentiali particulari, ſcilicet de hoc particulari agibili & actuali eius conſideratione: non autem de ſcientia practica, ſeu ſpeculatiua uniuerſali, ſeu habituali tantum: quamuis hęc certiſsima, & fortiſsima ſit. Et ratio eſt, quia operationes ſunt circa ſingularia: ideo requiritur ſcientia particularis & non ſolum uniuerſalis: & ut operationes tales non ſint diſtractæ, à ſua ſcientia uniuerſali, & particulari habituali; oportet ut adſit actualis conſideratio particularis in tali operatione. Ideo non eſt mirum, ſi in operabilibus quis habens ſcientiam in uniuerſali & particulari habitualiter tm̄, & non in actuali cōſideratione, facilè aliter agat quàm ſcit; quia eſt actualiter diſtractus à tali ſcientia propter paſsionem uel aliud impedimētum. & ſic cōceſſa maiori, limitata & intellecta, de ſcientia prudentiali particulari actuali; negatur conſequētia. Dico. n. ꝙ exūte tali ſciā nō pualebit paſsio inclinādo efficaciter uoluntatē ad quid uolēdū, ſeu nolēdū contra tale actuale iudiciū prudentiale; quā uis bene poſsit talē ſciam extinguere, uel corrūpere aliquo triū modorū ſupra poſitorū in ſecūda propōne; ſcilicet per diſtractionē, ligationem, ſeu per contrarietatē: & ita non trahitur ſcia manens uelut mancipium in ſeruitutem: ſed à paſsione pręualente abiicitur, ſeu corrūpitur ut dictū eſt. ideq; in hoc non rectè ſenſit Socrates: & Ariſt. 7. Ethi. eū merito reprehendit ut refert Tho. ubi ſupra.

Contra hanc reſponſionem replicatur dupliciter primò quia experimur quòd homo exiſtens in paſsione optimè diſerit de differentia boni & mali, quod utiq; fieri non poteſt niſi cū ſciētia in particulari & actualiter habita: quodque ſæpè confitetur actualiter, id quod ſic paſsionatus eligit eſſe malum etiam in particulari; ergo cōtra ſcientiam manētē prudētialē ēt actualē, pōt paſsio pualere. Replica. 1.

Item ſecundò replicatur. Quia ſi paſsio nō poteſt pręualere contra ſcientiam particularē actualem; ergo nec contra uniuerſalem. Probatur cōſequentia hæc dupliciter, primò quia uniuerſalis & particularis propōnes ſi opponantur, opponuntur cōtradictoriè: ſicut omnis homo, & nō oīs hō; ſeu aliquis homo non: ſed duæ opiniones contradictoriæ ſunt contrariæ, ut habetur ſecundò peryhermenias; ergo ſi quis ſciens aliquid in uniuerſali iudicaret oppoſitum in particulari, ſequeretur quòd haberet iam ſimul contrarias opiniones; ſeu contraria iudicia quod eſt impoſsibile. Replica. 2.

Probatur ſecundò præfata conſequentia. Quia quicūq; ſcit vniuerſale, ſcit ēt particulare quod nouit ſub uniuerſali contineri: ſicut qui ſcit omnem mulā eſſe ſterilem, ſcit hoc animal eſſe ſterilē; dūmodo ſciat eſſe mulā, ut patet primo poſt. ſed qui ſcit aliquid in uniuerſali; puta nullā fornicationē eſſe faciendā, & ſcit hoc particulare ſub uniuerſali contineri, ſcilicet hunc actum eſſe fornicarium, uidetur quòd ſciat etiam in particulari hāc fornicationem non eſſe nunc faciendam.

Reſpon. ad primam replicam. Reſpon. ad primā replicā ſumptā ex experientia, ſecundum Adria. & B. Tho. ubi ſupra, ꝙ tales paſsionati bene quidem poſſunt cognoſcere purè ſpeculatiuè, in uniuerſali & particulari actualiter: prudentialiter autem non: dico prudentialiter propriè & ſtrictè ut de hoc infra q. 12. habetur latius. quia quāuis poſſent cognoſcere quid morales philoſophi & ſcriptura ſacra tradant de bono & malo, & ſic poſsint formare propōnes mentales: tamen nunquàm poſſunt aſſentire propoſitioni diſcurſus practici propriè prudentialis de bono contrario inclinationi ſuæ paſsionis cui cędūt. Vnde ſicut ębrius quandoque proferre poteſt uerba ſignificantia profundas ſententias, quas tamen mente iudicare non poteſt æbrietate prohibente: ſic in paſsione exiſtens quamuis ore confiteatur, uel iudicet ſpeculatiuè hoc non eſſe faciendum; tamen oppoſitum interius animo ſentit practicæ, iudicando quòd ſit faciendum,

dum, ut habetur 7. Ethicor. quòd ſcilicet eos dicere ſermones, ſeu uerba ſcientiæ nullum ſignum eſt. Nam qui primo diſcunt illa complectuntur, ſed nondum intelligunt: opus eſt enim ut cognata uatura fiat per affectiouem. Quare exiſtimandum eſt incontiuétes talia dicere: quẽadmodum eos qui in Scena 1. Theatrali ludo recitant: hæc Ariſto.

Reſpon. ad ſecundam replicam. Ad ſecuudam Replicam reſpondeo negando conſequentiam: & ad primam eius probationem dico ſecundum Thom. ubi ſupra, quod antecedens pro utraque parte ſolum eſt verum, quando duæ opiniours uel ſcieutiæ ſunt habituales uel actuales: ſic enim cuntrariautur inuicem quã do opponuutur contradictoriè: aliàs uegatur antecedens ſi una ſcientia uel opinio ſit habitualis, & altera oppoſita ſit actualis: quia actus uon contrariatur formaliter habitui; ſed ſolum uirtualiter: actus aũt actui, & habitus habitui bñ cõtrariatur formaliter. Ideo impoſsibile eſt quod quiſquam habeat ſimul in actu ſcientiam aut opinionem ueram de nniuerſali affirmatiua, & de particulari negatiua: aut èconuerſo. Sed bene contingit quòd quis habeat veram ſcientiam habitualiter de uniuerſali affirmatiua & opiniouem actualiter de particulari negatiua propter rationem prædictam.

Ad ſecundam autem probationem ipſius conſequentię, reſpondeo negando minorem: & ratio eſt, quia habet ſcientiam prudentialem tantum in uniuerſali, propter paſsionem impeditur ne poſsit ſub illa ſubſumere, & ad concluſionẽ prudentialem peruenire: ſed ſubſumit minorem; ſub alia maiori uniuerſali quam ſuggerit inclinatio paſsionis, & ſub ea concludit. Ideo. 7. Ethi. dicitur quòd ſyllogiſmus incontinentis habet. 4. propoſitiones: duas uniuerſales, quarum una eſt rationis, ſeu prudentię; puta, nullam fornicationem eſſe committeudam: alia eſt paſsiouis; puta, delectationem eſſe ſectandam. Paſsio igitur ligat uel impedit rationem, ne ſubſumat & concludat ſub illa prima: ideo ea durante ſub ſumit & concludit ſub ſecunda propoſitione uniuerſali, quam ſuggerit paſsio. hæc Tho. Ex quibus patet primò ut ait Caieta. 1. ſecundæ. quęſtion. 77. arti. 2. quòd propoſiti ones ſcitę & ignoratæ in particulari in actu practico, non ſunt contradictoriæ: quia licet exiſtẽs in paſsione credat hãc nunc fornicationem ſecundum ſe, ſeu ſpeculatiuè non eſſe faciendam: credit tameu practicè omnibus concurrentibus, hanc nunc fornicationem eſſe committendam ab eo: omnibus inquã concurreutibus. i. concurrente etiam eius appetitu, credit practicè conformiter ad talem appetitum, & paſsionẽ eſſe efficaciter ab eo fornicandum; niſi enim aliquo modo hoc animo ſentiret, non faceret eam. Conſtat autem non eſſe contradictorias illas, quę nou ſunt ad idem & eodem modo. Quòd ſi ille in paſsione exiſtens, dicat ſe ſentire in animo contradictionem in actu; certè decipit. Cum hoc tamen tenet B. Thom. ꝙ ſtaute plena cognitione etiam actuali oſtenſiua non poteſt uoluntas in oppoſitum, cuius contrarium communiter tenetur, ut de hoc etiam latius infra. q. 12. habetur.

Patet ſcd'ò ex ſupradictis, ut clarius ipſe B. Th. de ueritate. q. 16. uidetur dicere, quòd non poteſt prouenire à paſsioue deprauatio aliqua in intellectu, quoad actualem aſſeuſum primorum principiorum practicorum per ſe notorum: ſed quo ad applicationẽ eorũ, ad particulare agibile. Sed hoc nõ tenetur à pluribus doctorib. ut de hoc latius infra. q. 15. habetur & infra lib. tertio de conſcientia. q. 7. propoſitione ſecunda & in argumento ſecuudo contra eam habetur.

Arg. ſe… Sextò contra idem arguitur. Quia uoluntas non eſt niſi boni ueri uel apparentis. Sed dum paſsio trahit uoluntatem in id quod eſt bonum verè uel apparenter iam trahit eam in id quod rationi videtur: ita quòd paſsio hoc ſolum operatur; ut ſcilicet aliquid fiat ſecundum rationem, quam deducit ad ſententiam conformem ſuæ inclinationi: hoc autem eſt in ſcientia rationis qđ ei videtur, ergo paſsio nunquam inclinat rationem contra ſuam ſcientiam.

Reſpon. ad ſecundum arg. Reſpon. ſecuudum Tho. ubi ſupra, & Adria. negando conſequentiam; quia hoc ipſum quod uidetur rationi in particulari aliquid bonũ, quod non eſt uere bonum; contingit ex ipſa paſsione: & tamẽ hoc particulare iudicium rationis, eſt cõtra nniuerſalem & rectam ſcientiam rationis. Et ita negatur etiam, quòd ſi bonum hominis eſt eſſe ſecundum rationem, ergo omnis motus uolũtatis ex paſsione eſt bonus. Ratio uegationis huius conſequentiæ eſt ſecnndum Adrian. quia uerum bonum hominis ſtat ineſſe ſecuudum rationem rectam: nou autem ſecuudũ curuam, qualis eſt ratio incontinentium paſsione turbata: & ita patet quòd paſsio corrumpit rationem, ne ſcilicet rectè ſed prauè iudicet: & quòd inclinat rationem. i. particulare actuale iudicium rationis contra ſuam ſcientiam uniuerſalem, & habitualem; ut dictum eſt. Cum ſupradictis etiam ſtat ſecundum doctores communiter quòd ſtante recto dictamine intellectus ſtat difformitas in uolũtate, ut infra. q. 12. latius de hoc.

Arg. te… Tertiò arguitur ſpecialiter contra tertiam propoſitionem, ubi quærendo in illo dubio; quotupliciter accidat corruptio uoluntatis ex malitia: dictum eſt in primo modo, quòd coutingit ex habituali ægritudine corporali: ex quo uidetur quòd ſtant ſimul hæc duo; ſcilicet peccare ex malitia. i. uolũtatẽ ex ſe ipſa moueri ad malũ: & ex ęgritudinali habitudine corporis, moueri aliqñ ad ipſum peccatum ex malitia. Contra hoc arguitur probãdo ꝙ hæc duo non ſtent ſimul: quia magis diſtat à uoluntate infirmitas corporis q̃ animæ: quæ conſiſtit in deordinatione appetitus ſenſitiui ut ſu-

pra

pra dictum eſt. Sed qui peecat ex infirmitate animi, peccat non ex malitia, ſed ex paſsione, ergo peccans ex ægritudinali diſpône corporis, non poteſt peccare ſimul ex malitia, in illo peccato.

Item ſecûdò probatur idem; quia neutra infirmitas animę & corporis, ponit aliquid in uoluntate, per quod inclinetur ex ſeipſa ad malum: ergo non poteſt uoluntas inclinari ad malum ex tali diſpoſitione corporali, ſed ſolum ex diſpoſitione habituali acquiſita.

Reſp. ad.3 Argum. Nota.

Reſpon. dupliciter. Primò ſecundum Caieta. prima 2.q.78.art.3. notando quod inter appetitû animalem, & naturalem, eſt hæc differentia: quòd naturalis eſt primò partis, & deinde totius: animalis autem è contra eſt primò totius, & propter bonum totius; deinde propter bonum partis: quod patet: quia appetitus oculi ad uidendum eſt naturalis: & ſic eſt primò ipſius oculi, & propter bonû ipſius oculi: uoluntas autem iraſcib lis & concupiſcibilis, ſunt appetitus animalis: & ſic primò, ſunt totius & propter bonû totius animalis: ut de hoc duplici appetitu naturali & animali, latius etiam agitur à B. Tho. 1.2.q.77.art.1. Ideo appetitus naturalis, non uariatur niſi ſecundum diſpoſitionem illius partis cuius eſt primò ipſe appetitus: qualitercunque enim homo ſit diſpoſitus, modo non redundet in oculum: eodem modo ſe habebit appetitus oculi ad uidendum, uel non uidendum: appetitus autem animalis non ſolum ſecundum propriam diſpoſitionem, ſed ſecundum diſpoſitionẽ totius, ſeu ſuppoſiti, uariatur. Quia non ſolum aliter ſe habet uoluntas diſpoſitione; uel habitu in ſe ipſa affecta & nô affecta: ſed etiâ aliter ſe habet uoluntas hominis affecti, aliqua diſpoſitione uel habitu: & inde prouenit ꝙ homo tâ ſecundû appetitum ſenſitiuû habituatus aliquo uitio, quàm etiâ ſecundû corporalẽ côplexionem inclinatus in aliquod delectabile contrariû rectę rationi, aliter ſe habet ſecundû uoluntatem, quæ eſt appetitus animalis intellectualis, q̃ homo nô ſic habituatus, aut inclinatus. Igitur, quia qualis quiſq; eſt, talia ei conſonât omnia: & naturale eſt uoluntati ferri in conſonans ipſi uolenti: ideo etiâ ſi uoluntas ipſa ſecundû ſe nô ſit taliter diſpoſita: quia tñ ſecundum ſuû ſuppoſitû eſt taliter diſpoſita. ſ. malo habitu, uel pluſquâ habitu, naturali videlicet ęgritudine uel côplexione: ideo inquâ dicitur ex ſe ipſa moueri in malum, utroq; .n. modo. ſ. ex propria diſpoſitione & ex diſpoſitione ſuppoſiti, rectè dicitur ex ſe ipſa moueri uoluntas: quia uoluntati nô ſolû ipſamet ſed ſuppoſitum ipſum eſt intrinſecum in rône mouentis, quâuis differenter, quia primum côuenit ei ut côuenit cum appetitu naturali: ſecundum autẽ ut eſt appetitus animalis præſertim intellectualis. Vnde quâdo dicitur ꝙ peccatum ex malitia, eſt qñ uoluntas ex ſeipſa mouetur ad malû, ly ex ſeipſa, nô diſtinguitur côtra ſuum ſuppoſitum, ſed côtra alias partes ut ſic quæ ſunt principia humanorum actuû. ſ. côtra appetitû ſenſitiuû & côtra intellectû: quę ſunt cauſæ peccati ex paſſione & ex ignorâtia, ut ſupra dictû eſt. Hęc ſcdm Caieta. per quæ patet etiam reſponſio ad 1. & 2. probationem. Sed quia hęc ratio ſimiliter probaret de paſſione ſicut de corporali ægritudine uel complexione: ideo clarius & melius reſpondeo negando conſequentiam: quia potius inferri debet. ꝙ ergo quò magis diſtat à uolûtatis perturbatione, & rationis cæcatione, cò magis uoluntas liberè, à ſua malitia inclinatur, ratione illius habitus ſeu diſpoſitionis corporalis, & hoc utiq; conceditur: & magis facit pro his quæ ſupra dicta ſunt.

QVAESTIO NONA.

QVID ET QVOTVPLEX EST prudentia ſeu dictamen prudentiale.

Primo modo Prudentia

RESPONDEO quòd prudentia capitur dupliciter, primo modo pro recta ratione agibilium. Primò pro iudicio practico oſtenſiuo tantum ſeu indicatiuo dictâte uerè & rectè de agibilibus; non curando an ſit conforme recto appetitui, an non: modo ſit uniuerſale, modo particulare, habitum per Syllogiſmum, aut per experientiam, aut per alium quemcunque modum, ut eſt iſta propoſitio. Omne mẽdacium eſt fugiendum; & huiuſmodi. Si ſolum oſtenſiuè capiatur ideſt debitum eſt neceſſitatis, uel congruitatis quod mendacium fugiatur, licet ſciamus quod mentiemur, ut ait B. Tho. 1.2. q.17.q.58.& Adria. in 4. quodlibet. & iſto modo capitur prudentia largè ſecundum omnes doctores, communiter.

Sed utrum talis prudẽtia, debeat dici, & ſit propriè prudentia, eſt controuerſia inter eos. Nam Scotus, & OKam, & communiter nominales, ut Gabriel, in tertio diſtinctio. 36. dub. 3. & Angeſt. in morali. capit. 11. & Almayn, in moralib. tract. 3. cap. 4. & alii alibi dicunt quòd ſic: quia eſt principium regulatiuum actuum, ſeu uirtutum moralium: quanuis ipſa non ſit propriè & formaliter, ſed ſolum materialiter uirtus. Sed B. Thom. & ſequaces dicunt quòd non quia ſicut non eſt propriè uirtus moralis ita nec propriè dicitur, nec eſt prudentia: quæ eſt una de uirtutibus moralibus propriè ſumptis: ſed potius dicitur ſcientia moralis, quàm prudentia ut infra dicetur: de quo Caieta. prima ſecundę. quæſtio. 58. artic. 5. & quæſtio. 66. art. 3. ubi & latè reſpondet ad rationes B. Tho. & aliorum. Sed quomodocumque hoc ſit, ſuffieit quòd prudentia capitur extenſè hoc primo modo ut dictum eſt, in quo omnes conueniunt.

Secundo modo Prudentia.

Secundo modo prudentia capitur pro recta ratione agibilium conformi recto appetitui, ut habetur. 6. Ethi. uidelicet prout eſt iudicium actuale practicum de agibilibus rectû, uniuerſale uel particula-

ticula-

ticulare,habens ſibi coniunctum appetitum rectũ quomodocunque ſcilicet,uel concomitantem ſecundum aliquos, uel cauſantem ſecundum alios, modo habeatur per diſcurſum modo non.

Nota. 1. Pro declaratione huius, ſunt quinque notanda & examinanda,quæ ibi tanguntur. Dicitur quod eſt recta rõ agibilium.i.iudicium practicũ de agibilibus:rectum.i.dictans rectè,ſeu de recte agendo:& nõ dicitur uerum ſed rectum: quia eius ueritas non ſtat in conformitate eius ad rem,ut eſt ueritas ſpeculatiua: ſed in conformitate ad ita eſſe dictatæ operationis rectè,ſeu ad debitum ita fieri, ſeu ſecundũ Thomiſtas; ad principiũ directiuum operationis; quod principiũ eſt rectus appetitus: ideo dicitur quod eſt recta ratio conformis recto appetitui,ſecundum Caieta.1.2.q.57. art.4. & 5. & q.58.art.5,& habetur latius infra q.23.in 3.reſponſione ad argum, & etiam proximè in hac eadem.q.dicetur.

Nota. 2. Dicitur ſecundò quòd tale iudicium prudentiale poteſt eſſe uniuerſale, ut omne mendatium eſt fugiendum uel particulare,ut hoc mendatium eſt nunc fugiendum.

Nota. 3. Dicitur tertiò quòd habet coniunctum ſibi rectum appetitum: quia ſcilicet tale iudicium ut ſit propriè prudentiale de quo agimus non capitur oſtenſiuè ſolum,ut ſupra:primò modo, ſed præceptiuè,ſeu executiuè; prout ſcilicet dicit aliquid debere fieri abſulutè,& efficaciter exequi ab homine ſic affecto: ut ſi quis efficaciter uelit aliquem à morte liberare:& aduertens id commodè fieri nõ poſſe ſine mendatio: iudicat aut dictat efficaciter eſſe mentiendum, ideſt ꝙ oportet ut mentiatur, quamuis abſolutè ſciat id non rectè, uel non debere fieri. Sic dico ꝙ hoc modo ſumuntur uerba in iudicio ſeu dictamine prudentiali prædicto,& etiã maior & concluſio in diſcurſu prudentiali propriè ſumpto:ita ꝙ benefaciendum eſt amico,moriendum eſt pro republica, nõ capiuntur in actu ſignato,ſeu oſtenſiuè aut indicatiuè tantum:ſed in actu exercito ſeu in exercitio efficaci,prout dicunt efficaciter & concluſiuè tale quid exequendum eſſe:ut hæc expreſsè ait,Caieta.1.2.q.58.artic.5.& Adrianus in 4.quodlibet. latius.

1. Ratio. Quod quadrupliciter probatur. Primò, quia.6. Ethi.ſic habetur.Speculatiuæ mentis,laus & uituperatio in uero & falſo conſiſtit: actiui uerò & intellectui ueritas conſentanea recto appetitui.Hęc ibi. Vnde conſtat, ꝙ bonum intellectus practici; non eſt abſolutè ueritas,neque malum eius eſt abſolute falſitas; ſed ueritas conſentanea recto appetitui;& falſitas conſentanea malo appetitui:nũc autem ſi dictamina ſeu iuſtitia prudẽtialia uniuerſalia ſeu particularia,non caperentur modo ſupra dicto;non eſſet ueritas,uel falſitas conſentanea recto uel malo appetitui: ſed eſſet abſolutè ueritas uel falſitas ſpeculatiua,uel practica,ſi oſtẽſiuè tantum acciperentur:ergo iudicium proprium prudẽtiale eſt uerũ cõſonũ recto appetitui ſibi cõiũcto.

2. Ratio. Secundò probatur idem,quia malitia corrumpit principia practica prudẽtiæ,ut patet.6.Eth.ubi ſic habetur.Ei qui corruptus eſt, ob uoluptatẽ uel dolorẽ,repente nõ apparet principiũ,neq; oportunè gratia huius,neq; propter hoc ſuſcepiſſe omnia & egiſſe:natura. n. uitiũ principij corruptiuũ eſt. Et iterũ ibidẽ ait. Principiũ diſcurſus rerum agendarum eſt ꝙ tale quid ſit extremũ & optimũ: hoc autẽ niſi uiro bono nõ apparet; quia prauitas obliquat & falſo errore labefacit circa practica principia.Vnde impoſſibile eſt eſſe prudentem nõ bonũ.Hæc ibi,& 3.Eth. Qualis unuſquiſq; eſt.ſ.quo ad appetitũ,talis ei finis uidetur, finis autẽ in agibilibus habet rõnem principii, ut patet: & ſic cõſtat quod malitia corrumpit principia prudentialia,ut aſſumptũ eſt in maiori. Nũc aũt qui peccat ex induſtria, ille.ſ.qui ſcienter bono uirtutis præfert, aut præeligit uoluptatẽ, aut malũ habet ſumum gradum malitiæ,ut infra q.29.& tamen nõ habet corruptum iudicium circa iudicia prudentialia accepta oſtenſiuè ſeu indicatiuè tantũ ut patet,quia talis de induſtria peccans bene ſcit & iudicat eſſe illicitum furari,& fornicari, ex quo peccat ſcienter,quãuis ſecundum Tho.non conſideret alia tũc conſideranda,ut ſupra q.8.& infra q.12. latius habetur:ergo oportet quòd illa iudicia prudentialia circa quæ ſecundum Ariſto.errat omnis malus,capiantur modo ſupradicto prout ſcilicet ſunt conſona ſuo appetitui.

3. Ratio. Tertiò probatur idẽ: quia ſi principia ſeu iudicia prudentialia nõ capiantur modo ſupra dicto: certè non uidetur rõ quare principium diſcurſus prudentialis,nõ poſſit apparere homini malo uel corrupto ex paſſione:cõtra 6. Ethi. ubi ſupra.neque uidetur rõ quare apud incontinentẽ non poſſit ſaluari utraq; præmiſſa diſcurſus prudentialis: cùm tamen Ariſto.6.Ethi. contra opinionem ſocratis dicat utranque præmiſſam diſcurſus prudẽtialis,non poſſe ſaluari apud incontinentem,ut ſupra,q.8.in reſponſione ad ſecundam replicam primi argumenti habetur.

4. Ratio. Item quartò probatur idẽ: quia niſi prædicto modo capiatur iudicium prudentiale propriè ſumptum,ſequeretur ꝙ ſtante utraq; præmiſſa diſcurſus prudentialis, põt uoluntas uelle ſeu operari in oppoſitum concluſionis,quod patet,quia ſi ſolum oſtenſiuè ſumantur, nõ uidetur unde neceſſitetur uoluntas ad eliciendum actum conformem dictamini oſtenſiuo concluſio,ut hoc etiã latius probatur infra.q.12.propoſi.2. ꝙ autẽ id quod ſequitur ſit falſum patet.7.Ethi. vbi habetur. Si fiat una ex uniuerſali & particulari ratiocinatio; neceſſe eſt cõcluſum hic dicere animã,in factiuis autẽ operari cõfeſtim. puta ſi omne dulce guſtare oportet: hoc autẽ dulce ut uinum; neceſſarium eſt eum qui poteſt & nõ prohibetur ſimul & hoc agere. Hæc ibi.& in libro de motu animalium ca.14. idẽ Ariſto.expreſsè ſentit:ergo ut in diſcurſu prudentiali neceſſario uoluntas uelit & operetur conformiter

ad con-

ad cõcluſum, & ipſa concluſio ſequatur ut dicit Ariſto. requirit neceſſario, quòd iudiciũ ſeu dictamen prudentiale aſſumptum in maiori, capiatur præceptiuè uel ut habet coniunctum appetitum modo ſupradicto.

Nota 4. Quartò nota: dicitur quomodocunque ſit talis appetitus coniunctus tali dictamini prudentiali, ſcilicet concomitanter uel cauſaliter: quod ideo dicitur; quia eſt difficultas utrum talis appetitus cui iudicium prudentiale conformatur, ſit concomitans, an etiam ſit cauſa talis iudicii.

1. Opin. NAM Scotus in 8. diſt. 36. & ſequaces tenent, quòd eſt ſolum cõcomitans aut cõſequens: quodque regulatur per ipſum iudicium prudẽtiale, pro quo ſupponit prudẽtia, cõnotãdo appetitum ei cõformẽ cõcomitanter aut conſequenter: & conformiter ad hãc opinionẽ: Scotus exponit prædictã diffinitionem Ariſtotelis. Prudẽtia eſt recta ratio conformis recto appetitui, ſcilicet ſequenti, ſeu apto nato ſequi talem rationem rectam, quia ſcilicet talis recta ratio, eſt conformatiua ſeu regula rectæ electionis, ſiue ſequatur, ſiue non.

2. Opin. Sed certè neq; opinio neq; gloſa prædicta Scoti uidetur ſufficiẽs aut uera ut patebit ſtatim. ideo eſt alia opinio B. Tho. 1 2. q. 58. art. 4. & 5. & q. 57. art. 1. & ibi Caieta. quòd prædictus appetitus; eſt cauſa prædicti iudicii ſeu rõnis prudentialis, quoad ſuã rectitudinem, licet non quo ad ſubſtantiam actus, à quo appetitu recto, pendet rectitudo prædicti iudicii propriè prudentialis. & ſic gloſatur id. 6. Ethi. Prudentia eſt recta ratio conformis recto appetitui. ſ. tanquam ſuæ regulæ à qua pendet rectitudo rationis ſeu iudicii prudentialis, ſi uidelicet ipſi recto appetitui, ut ſuæ regulæ rõ cõformatur: ideo dicitur quod ratio eſt cõformis recto appetitui: non autem quod rationi conformatur rectus appetitus, ut malè gloſabat Scotus.

Item. Et quòd dicta ſententia & gloſſa B. Tho. ſit uera & cõis: probatur quincupliciter ſecundũ Caieta. ubi ſupra, primò quia 6. Ethi. ca. 3. habetur ꝙ prudentia eſt recta rõ agibiliũ confeſſè. i. conformiter ſeu conſonè ſe habens recto appetitui: & ꝙ impoſſibile eſt prudentẽ non eſſe bonũ: ex quo patet, ꝙ ſicut ueritas iudicii ſpeculatiui pẽdet ab ita eſſe à parte rei; & ideo ueritas ſpeculatiua dicitur conformitas ſigni ſeu propoſitionis ad ſignatũ: ita ueritas ſeu potius rectitudo iuditii propriè prudẽtialis, eſt cõformitas eius ad rectum appetitum: & falſitas, ſeu prauitas iudicii prudentialis ad prauitatem appetitus; & ideo ab eo pẽdet rectitudo ſeu prauitas iudicii prudentialis, ut ſupra dictum eſt, & hic infra, & q. 12. habetur.

Item. Secũdò probatur idem; quia niſi ſic dicatur certè non poteſt bene ſaluari quòd ſit aliqua uirtus ſeu habitus uirtuoſus intellectualis circa contingentia, qualis ponitur prudentia, & ars ſecundũ Ariſto. 6. Ethi. & quòd non poſſit ſaluari inde patet ſecundum Tho. 1. 2. q. 57. art. 5. ad 3. & ibi Caieta. quia ſi eſſet aliqua uirtus ſeu habitus uirtuoſus intellectualis circa contingentia non dependens à recto appetitu: ergo eſſet ſemper uirtus & habitus uerus: quia 6. Ethi. uirtus intellectualis nõ eſt niſi uerorum. Rurſus talis habitus eſt circa contingentia: ergo non ſemper uerus; quia contingẽtium eſt multa uarietas, deceptio & falſitas: nam quantumcunq; intellectus noſter diſcurrat, nunquã ad hoc poteſt peruenire ut de particularibus contingentibus habitum per ſe, & ſemper uerum acquirat: quia cum ab eo quod res eſt uel non eſt oratio ſit uera uel falſa: & contingentia aliter & aliter ſe habeant: ſequitur quòd impoſſibile eſt ꝙ cognitio noſtri intellectus, infallibiliter cõtingẽtibus conformetur. Quòd ſi talis habitus nõ eſt ſemper uerus: ergo neq; uirtus quia. 6. Ethic. uirtus nõ ẽ niſi uerorũ. Et ita repugnat ꝙ ſit habitus uirtuoſus purè itellectualis de cõtingẽtibus: ꝗq; prudentia propriè dicta, quę eſt habitus intellectualis uirtuoſus, ſit de cõtingentibus, & ſit purè intellectualis, ſeu conſiſtat in ſola cognitione intellectus practici, ſed talis cognitio pura intellectus practici, erit cognitio moralis, non autem prudentiã uirtus propriè ſumpta.

Tertiò probatur & confirmatur: quia ſecundũ Tho. 1. 2. q. 57. art. 4. & q. 58. art. 5. ueritas accipitur ꝑ cõformitatẽ ad ſuũ principiũ: principiũ aũt in moralibus eſt finis ut habet. 6. Ethi. ergo. diſpoſitio bona circa finem, eſt principiũ in moralibus: talis autem diſpoſitio eſt appetitus rectus: quia 3. Eth. qualis unuſquiſq; ẽ talis ei finis uidet; ergo ueritas intellectus practici prudẽtialis, accipitur per cõformitatem ad appetitũ rectũ. Nã ueritas intellectus practici artificialis, accipitur per conformitatẽ ad appetitũ rectum rectitudine artificiali: ueritas autem intellectus practici prudentialis, accipitur per conformitatem ad appetitũ rectũ rectitudine morali; & talis eſt prudẽtia ut dictũ ẽ. Itaq; ueritas intellectus practici cuiuſcunq; non conſiſtit ſolum in cognoſcendo, ſed in alio actu directiuo operationis ſecundum regulam rectæ rationis; qui perfectus uerusq; infallibiliter circa contingẽtia eſſe poſſit: quæ quidem directio tunc eſt infallibiliter uera circa contingentia ſi ſit conſona appetitui recto, ut ſuo principio. 3. ratio.

Quartò ꝓbatur idem, quia delectatio & triſtitia & ſimiliter malitia eſt corruptiua principii prudentiæ ut patet. 6. Et 7. Ethi. ſed hæc pertinent ad appetitũ: ergo prudẽtia iſta pendet in ſua rectitudine ab appetitu, ſeu uoluntate. Et confirmatur idem; quia cuiuſlibet habitus in ratione ſolum cõſiſtentis, dum modo non ſit congenitus, (ut eſt habitus principiorũ) poteſt eſſe obliuio, ut patet, ſed prudentiæ nõ eſt obliuio. 6. Eth. ergo prudentia proprie non eſt habitus in ſola ratione exiſtẽs. 4. ratio.

Quintò probatur idẽ; quia proprius actus prudẽtiæ propriè ſumptæ, eſt rectè præcipere circa agibilia: ergo prudẽtia prædicta pẽdet à recto appetitu; antecedens patet ex infra dicendis in q. 10. & conſequentia probatur: quia ſicut non eſt intelligibile 5. ratio.

gibile quin præcipere pendeat ab appetitu, ut ibi dicetur (præcipit enim quilibet non niſi uolens) ita rectè præcipere ſibi ipſi in huiuſmodi moralibus non eſt, niſi à recto appetitu.

Dubium. 1. ET ſi quæratur primò quo modo prædicta rectitudo, aut præceptum prædicti dictaminis prudentialis ſit & pendet à recto appetitu? Reſpódeo hoc modo. Nã cùm multo conſilio & recto iudicio definierim tale bonũ, puta, temperantiæ eſſe uolendũ & ſectãdum eſſe, ſi mẽ nõ ſtatim mihi imponendum ſeu exequẽdum efficaciter uidebitur: niſi ſic ſecundum appetitum diſpoſitus ſim. Nam experimur ꝙ famelico, ſitibũdo, aut irato, aliud videtur efficaciter proſequendum quã nõ appetenti nã nõ appetens impero mihi abſtinentiã, aut manſuetudinẽ: appetens uerò impero mihi appetitus proſecutionẽ, quia. 3. Ethi. qualis unus quiſq; eſt .ſ. ſecundum appetitum, talis ei finis uidetur .ſ. quo ad proſecutionẽ quã ſicut ipſum præceptum: ut habetur infra q. 10. Igitur cùm perfectè & efficaciter ſibi ipſi imperat animus, appetere cibum tali hora, propter talẽ finẽ bonũ &c. iã oportet, ꝙ hoc actuale imperiũ, ab actuali appetitu boni rationis in tali materia nunc hic procedat: Niſi .n. efficaciter uellet, nõ præciperet efficaciter illud & perfectè, & quoniam ex ſimilibus actibus ſimiles habitus generantur: & ſicut actus ab actu, ita habitus ab habitu pendet: ideo ex frequentatis huiuſmodi actibus generatur ſimilis habitus rectè præceptiuus, dependens ab habitu reddente appetitum rectum, ad bonum rationis in tali materia, cum ſuis debitis circunſtantiis. Hæc ex Caieta. Sed de hoc etiam infra. q. 15.

Dubium. 2. QVOD ſi ulterius quæratur, quo modo enim hoc, quòd recta rõ prudentialis pendet à recto appetitu, ſtat ſimul ꝙ rectitudo uirtutis moralis, ſeu appetitus uirtuoſi reguletur & pendeat, à rectitudine rõnis prudentialis: Nã uidetur ꝙ prius pendeat à ſuo poſteriori & quod eſt circulus, ut aguit Sco. in 3. diſt. 36. Reſpõdeo quòd bene ſtant ſimul, & nõ eſt circulus: nã ille appetitus rectus à quo pendere dicitur recta rõ prudentialis: nõ dicitur neq; eſt appetitus propriè & uerè uirtuoſus: propriè .n. nõ eſt uirtus moralis ante aduentum prudentiæ ſed eſt quidã appetitus rectus uel quædã inclinatio uoluntatis deliberata ſecundũ dictamen ſynderesis, quæ ẽ uirtus moralis imperfecta .i. inchoatiuè ſeu diſpoſitiuè, ut hoc latius declarat Caieta. 1. 2. q. 58. art. 5. & q. 66. arti. 3. ad tertiũ. Similiter bene ſtant ſimul, quòd imperiũ prudẽtiale ſit prius actus rõnis quatenus motæ ab appetitu: ita quòd appetitus eſt primũ mouens quoad exercitium actus, ſeu eius executionẽ, ut ſupra in ſecunda probatione dictũ eſt ſecundũ Tho. 1. 2. q. 17. arti. 1. & q. 9. art. 1. & q. 10. art. 1. & ratio ipſa ſit primum mouens regulatiuum: appetitiua autem vis eſt regulata à ratione & mota quoad ſpecificationem actus & in eſſe morali perfecto, ſecundum Tho. 1. 2. q. 60. art. 1. & ibi Caieta. latius.

Nota. 5. . Nota quintò dicitur in prædicta diffinitionis declaratione: modo habeatur per diſcurſum modo non quòd ideo dicitur, quia tale iudicium prudentiale propriè ſumptũ, poteſt eſſe uniuerſale, ut omne mendacium eſt fugiendum, & tunc dicitur principium prudentiale. Poteſt etiam eſſe particulare & hoc tripliciter. Vno modo habitum ex diſcurſu propriè prudentiali, ſic .ſ. eroganda eſt pauperi eleemoſyna: hic eſt pauper: ergo huic pauperi eſt danda eleemoſyna ubi maior & concluſio capiuntur præceptiuè: minor autem ſolum oſtenſiuè: & hæc propoſitio huic pauperi eſt danda eleemoſyna dicitur cõcluſio propriè prudentialis: quia eſt habita per diſcurſum propriè prudentialem. Secundo modo poteſt haberi per diſcurſum largè prudentialem oſtenſiuè ſumptum, ſeu in actu tantum ſignato: cuius concluſioni in concludendo ſuperadditur appetitus rectus efficax cui conformetur: & talis concluſio eſt dictamen prudentiale efficax ſeu imperatiuum executionis: ratione appetitus recti ſuperadditi & annexi, ut dicit Capreolus in 3. diſt. 36. & Almayn ſecundum OKam in moral. 3. tracta. c. 4. quamuis Capreolus ubi ſupra erret putans quòd non niſi hoc ſecundo modo poteſt haberi concluſio propriè prudentialis: poteſt enim haberi alio primo modo iam dicto: & etiam alio. 3. modo proximè dicendo ſecundum Caieta. 1. 2. q. 58. art. 5. & Adria. in 4. quodlibeto. Ideo tertio modo, poteſt iudicium, ſeu propoſitio particularis propriè prudentialis haberi ſine ullo diſcurſu: ſed per experientiam, uel alio modo conformiter ad rectum appetitum: & tunc non dicitur concluſio; ex quo nõ eſt habita per diſcurſum ſed dicitur propoſitio prudentialis propriè, ut patet ex ſupra dictis.

Argum. Contra prudentiam ſecũdo modo propriè ſumptam arguitur: quia rectitudo rationis, tam in practicis, quàm in ſpeculatiuis ſufficienter conſtat ex terminis, & forma ſyllogiſtica tãtum: ergo ratio practica erit ex ſe perfecta quidquid in appetitu ſequatur.

Reſpon. Reſpon. conceditur antecedens de ratione abſoluta ſecundum ſe conſiderata qualis eſt ſpeculatiua non autem prout pendet, ſeu mouetur ab appetitu: qualis eſt ratio prudentialis: tunc enim non ſolum pendet eius rectitudo ex terminis, & forma ſyllogiſtica: ſed etiam à recto appetitu, ut ſupra dictum eſt.

Replica. Si replicetur primò quòd aſſenſus primorum principiorum prudẽtialium, naturaliter cauſatur à notitia terminorum, ut patet: quia ſunt per ſe nota talia prima principia: ergo non oportet quòd ratio talium principiorum ſit conformis recto appetitui, aut quòd pẽdeat ab eo: ad hoc quòd talis ratio ſit recta: ſed eius rectitudo ſufficienter cauſatur ex notitia terminorum, & forma ſyllogiſtica tantum.

Reſp. ad replicam. Reſpon. ſecundum Adrianum, ut ſupra, negando conſequentiam, & ratio eſt: quia notitia termi

norum

norum non cauſat aſſenſum principij practici niſi
inpatiente diſpoſito: ſicut & alia agentia natura-
lia non niſi inpaſſo diſpoſito cauſat ſuos effectus:
nunc autē non eſt homo diſpoſitus ad aſſenſum
principii prudentialis, niſi ut habetur. 7. Eth. quòd
ſcilicet ratio non eſt edoctiua principiorum, niſi
eius natura fuerit cognata per affectionem & 3.
Ethi. qualis unuſquiſque eſt talis ei finis uidetur vt
infra q. 15. q. 13. latius habetur: ergo aſſenſus prin
cipiorū requirit diſpoſitionē debitā appetitus, ut
notitia terminorū cū forma Syllogiſtica: cauſet aſ
ſenſum principiorum prudētialium, ut dictū eſt.

Replica. 2. Si replicetur ſecundò quòd intellectus non po-
teſt dictare ullo modo, malum eſſe agēdum: ergo
uoluntatis appetitus, aut eius mala diſpoſitio, nō
poteſt aliquid facere in intellectu, ad cauſandum
uel nō cauſandum aſſenſum primorum principio
rum prudentialium. Et inde ſecundò ſequitur, ꝙ
ergo neque uoluntas poteſt ſcienter malum uelle.
Antecedens probatur dupliciter. Primò quia ma
lum eò quòd malum eſt, intelligitur debere non
fieri, quod quiſque uel mediocris intellectus ad-
uertit: quia oppoſitum includit contradictionem,
quòd. ſ. malum in eo quod malum intelligatur fie
ri debere. Secundò probatur antecedens: quia
ſi intellectus poſſet ullo modo dictare malum eſſe
agēdum: ſequeretur quòd poſſet aliquo modo diſ
ſentire primo principio prudentiali intellectis ter
minis: quod eſt contra primò poſt. Conſequen
tia autem prima probatur: quia ſi intellectus non
poteſt malum dictare neque diſſentire primo prin
cipio prudentiali: ergo non poteſt peruerti per
quācunque prauam diſpoſitionem appetitus: &
per conſequens diſpoſitio appetitus nihil facit ad
talem aſſenſum: nec talis aſſenſus pendet à diſpoſi
tione appetitus. Et ſecunda conſequentia proba-
tur: quia nihil deliberatè fit à uoluntate, ſine intel-
lectu prudentiali præuio: ut habetur tertiò de ani
ma & infra q. 10.

Reſpon. ad ſecundam replicam. Reſpon. ſecundum Adria. ubi ſupra negando
antecedens: & ad primam eius probationē dico
quòd ſolum probat, ſicut & conceditur, quòd nul
lus rectè diſpoſitus iudicat contra principia pru-
dentialia, quòd malū ſeu potius quòd malè ſit agē
dum, capiendo faciendum oſtenſiuè tātum: ſecus
ſi capiatur præceptiuè, uel executiuè quomodo
ſumitur in dictamine propriè prudētiali: ſecus etiā
ſi quis ſit malè diſpoſitus in appetitu: talis enim be
ne poteſt errare, circa principia prudentialia, ut
dictum eſt, & dicetur latius infra. q. 15. q. 13. Ideo
ad ſecundam probationem antecedentis: Reſpon
deo, cōcedendo quòd intellectus malè diſpoſitus,
ex aliqua praua diſpoſitione praui appetitus con-
iuncti: poteſt diſſentire primo principio pruden-
tiali & aſſentire contrario: ſicut & in diſpoſitio lin
guę fallit iudicium ſenſus de ſapore. Ariſto. autem
primo poſt. loquitur de principiis ſpeculatiuis, cir
ca quæ natura facit rectè aſſentire intellectis ter-
minis intellectum non deprauatum, aut non malè
diſpoſitum: ſecus ſi ſit malè diſpoſitus, quia cùm
ſit cauſa naturalis; & in cauſando aſſenſum natura
liter agat: poteſt impediri à ſua operatione per ali
quam indiſpoſitionem, Sicut etiam quælibet cau
ſa naturalis: quę indiſpoſitio poteſt ab intrinſeco
ipſius intellectus, poteſt ēt ab extrinſeco. ſ. ab ap
petitu prouenire, in intellectu ſpeculatiuo & à
fortiori in practico prudentiali, ut ait Ariſto. 3. &
6. & 7. & 10. Ethi. & habetur infra. q. 15. & ſupra.
q. 8. & infra lib. 3. de conſcientia. q. 7. propoſitione
ſecunda, & reponſione ad 2. arg. ibidem.

QVAESTIO DECIMA.

VTRVM PROPRIVS ACTVS prudentiæ, propriè & ſtrictè ſumptę, ſit recte præcipere circa agibilia.

RESPONDEO per treſ propoſi- Nota.
tiones, præſuppoſito quòd pru-
dentia capitur dupliciter. Vno
modo largè, ſeu impropriè & cō
muniter: & eſt recta ratio agibi-
lium quomodocūque habita, mo
do ſit conformis recto appetitui, modo non. Alio
modo propriè & ſtrictè & eſt recta ratio agibiliū
conformis recto appetitui, ut latiur ſupra in præ-
cedente. q. 9. de hoc ægimus.

PRIMA propoſitio eſt, quòd proprius actus Propo. 1.
prudentiæ propriè ſumptę, eſt pręcipere, ſeu dicta
men præceptiuum circa agibilia.

Pro cuius probatione & declaratione. Nota ſe
cundū Caieta. 1. 2. q. 17. arti. 1. quòd actus impe- Nota.
rii ſeu pręcepti, cōponit ex aliquo quod eſt intel-
lectus, & ex aliquo quod ē uolūtatis. Nā ad rōnem
eius tria cōcurrūt. ſ. ordinatio alicuius ad aliquid;
intimatio ſeu oſtēſio ordinati; & motio. Quod pa-
tet: quia cùm pręcipitur diligere Deū, ordinatur
quis ad amādū Deū: & hoc ei intimatur: & moue-
tur ad hoc ab imperāte: ex his aūt tribus actibus,
primus & ſecūdus. ſ. ordinatio & itimatio: ſpectāt
ad rōnē: quāuis Scot. in 2. diſt. 6. q. 1. & in quodli-
bet. 17. teneat oppoſitū; quia ibi dicit uolūtatē eſ-
ſe collatiuā, nō ut ſapit intellectū, ſed ꝙ potius cō
uenit ipſi intellectui & uolūtati, ſecūdū aliquā na
turā eis cōem: puta, ſecūdū immaterialitatē: q opi
nio in hoc nō uidetur ſatis uera: quia ex cōi animi
cōceptione tenemus, ꝙ ordinare eſt actus intelle
ctus, ſeu rōnis: quāuis imperetur à uolūtate: & pa-
tet; quia actus ordinādi formaliter cōuenit ſapien
tiæ, prudētiæ & arti. ꝙ autē ſolus intellectus ordi
net, ex eo patet, ꝙ quicquid ordinis ī naturalibus &
uolūtariis eſt, à rōne proficiſcit & in ipſam reſolui
tur: Opus. n. naturæ eſt opus intelligētię: & electio
nes, in quibus maximè apparet ordo: ſunt. n. eorum
quę ſunt ad finē, à cōſilio proficiſcūtur ordinan-
te hoc in illud. Voluntas. n. eligēs & utens tendit in
res ſecūdū ordinē rationis ueræ uel falſę, forma-
liter ſeu uirtualiter aut implicitè dirigētis hæc in

illa

illa:unde cùm pluralitas ſine rationabili conuenië tia non ſit admittenda:& in principiis natura ſtudeat paucitati:& omnis ordo qui apparet in uolũtate ſaluetur optimè reſoluendo in intellectum:in ſuper & cum communi animi conceptioni conſonet, & ut dictum eſt habeatur, quòd conferre & ordinare eſt opus proprium rationis: ideo non ualet ratio Scoti in oppoſitum.

Igitur ut dicebamus;ex tribus actibus ſupradictis ordinatio & intimatio pertinent ad rationẽ: tertius autem actus.ſ.motio affectiua pertinet ad uoluntatem,quo ad exercitium, ſeu productionẽ actus:quamuis ratio ſit primum mouens regulatiuum eſſe moralis:ut hoc latius ipſe Caieta. 1.2. q. 60.art.1.& ita patet intentum.ſ. quòd & quomodo actus imperii componitur,ex eo quod eſt intellectus,& ex eo quod eſt uoluntatis:nam quatenus hoc imperium eſt actus regulatiuus, uel ordinatiuus,& intimatiuus pertinet ad intellectum, quatenus autem eſt motiuus, & executiuus, pertinet ad uoluntatem.

1.Ratio. Sed cuius potentiæ iſtarum duarum, hoc dictamen præceptiuum ſit præcipuus actus: dico quòd eſt eſſentialiter & elicitiuè actus rõnis: nõ quidẽ abſolutè,ſed rõnis ut mouetur à uoluntate: principaliter aũt & formaliter eſt actus uolũtatis:nã ſecundum Tho.1.2.q.13.art.1.actus compoſitus ex duobus ſpectantibus ad diuerſas potentias: illius eſt potentię eſſentialiter & elicitiuè, cuius eſt materialiter,ſeu quoàd ſubſtantiã actus: quod patet in actibus habituum. quia mori propter Chriſtum,licet ſit à charitate,& fortitudine: tamen elicitiuè eſt à fortitudine:quia ipſius eſt quoàd materiale:imperatè autem eſt à charitate.Nunc autem cùm in imperando concurrat uolũtas, ut ſuprema potentia:quia concurrit ut primũ mouens ad exercitium ut ſupra dictum eſt:& quod eſt à ſuperiori potentia in actu compoſito, ſe habet ut formale: quod autem ab inferiori, ſe habet ut materiale; & ut ſubſtantia actus.Igitur ordinatio intimatiua in prædicto imperio prudentiæ ſe habet ut materia: & motio ſe habet ut forma:& ideo imperium elicitiuè,ſicut & materialiter & eſſentialiter, eſt actus rationis:uoluntaris autem formaliter, & principaliter quoàd formam motionis: unde quando Caieta.1.2.q.58.art. 5. dicit quòd præcipere eſt actus intellectus formaliter: eſt autem actus appetitus uirtualiter & electio: è cõuerſo,ẽ actus appetitus formaliter,intellectus autem uirtualiter: intelligit formaliter.i. eſſentialiter, ſeu quoàd ſubſtãtiã actus;& uirtualiter.i.cauſaliter, ut patet ex dictis, & ex B.Tho.ubi ſupra. alioqui ſibi contradiceret.

Vlterius,quia ſimpliciter ille actus dicitur eſſe illius uirtutis ſeu potentiæ cuius eſt elicitiuè, ſeu, quoàd ſubſtantiam actus, imperiũ aũt quoàd hoc eſt actus rationis, ut conſtat ex dictis: ergo ſimpliciter dicitur & eſt actus rationis, ſeu prudentiæ, propriè ſumptæ, cum quo ſtat quòd eſt actus rationis participantis uoluntatem: quæ eſt primum formaliter mouens, tam ſe ipſam ad exercitium ſeu productionem actus,quàm ipſam rationem ad dictandum uel præcipiendum.

Secundò probatur eadem prima propoſitio au- 2.Ratio. ctoritate.6.Ethi. ubi dicitur ꝙ prudentia eſt præceptiua.Item 1.polyt. ubi dicitur quòd ratio imperat potentię appetitiuę,ſeu ui appetitiuę principatu polytico: & has probationes latè proſequit Caieta.1.2.q.58.art.5.& q.17.& q.78.artic.2.

Propoſitio ſecunda,rectè præcipere, eſt actus Propoſ. præfatę prudentię propriè ſuuprę; probatur: quia aliàs non eſſet uirtus præceptiua, niſi determinaret ad rectè pręcipiendum.

Propoſitio tertia,proprius & præcipuus actus Propoſ. prudentiæ prædictæ propriè ſumptæ, eſt rectè præcipere;probatur dupliciter. Primò quia conuenit 1.Ratio. prudentię præfatæ iſte actus rectè pręcipiendi ut diſtinguitur à ſuis partibus: & eſt cõſummatio cęterorum actuũ,ut patet.6.Ethi.ubi Ariſtot. prius ponẽs prudẽtiã indiſtinctã à ſuis partibus,& cõem omnibus,dicit ipſam eſſe cõſiliatiuam, iudicatiuã &c.Sed poſtea diſtinguẽs eã à ſuis partibus & ſingulis ſua officia diſtribuens, expreſſe dat eubolię rectè conſiderare;ſeu rectè inquirere: gnomi autem & ſyneſi,rectè iudicare:quod iudicium; quando fit ſecundũ regulas uel leges rõnis,dicitur ſyneſis:quãdo aũt ſecundũ regulas rõnis naturalis,epyeheizantis eſt gnomin: uel ſecundũ nominales,ſyneſis eſt diſcurſus cõparatiuus unius medii cũ altero,quod eorũ ſit expediẽtius: gnomin aũt eſt iudiciũ concluſiuũ diffinitiuũ, uel electiuũ oſtendẽs hoc eſſe tandẽ melius & eligendũ:prudentiæ autẽ dat rectè præcipere, ut ait Tho. 1.2.q.57. art. ult, quamuis hunc actum præceptiuum tollant nominales à prudẽtia: nã hi oẽs actus ſunt hominis prudentis, & ſecundum has partes ei conueniunt:

Secundò probatur tertia propoſitio, quia de 2.Ratio. agendis nõ eſt cõſummata rõ per conſiliũ & iudicium:ſed oportet præceptũ rectũ ſuperuenire quò do oportet &c.qđ patet: quia cũ quis prudẽter ſe hẽt ad ea q̃ ſunt abſtinentiæ, abſtinẽs à cibo & potu, nõ ideo ſolũ prudenter ſe habet quia rectè diſcurrit circa qualitatẽ,quantitatẽ,& tẽpus ſumẽdi cibi & potus, nec quia rectè iudicat in ordine ad cõditionẽ ſuã:ſed quia rectè inuẽta & iudicata ſibi ipſi præcepto efficaci imponit: quo. ſ. ſibi animus perfectè & efficaciter imperat uolẽdo: quod explicatur per ly.fac hoc,ſecundũ Tho.1.2.q.17. art.1. & Adria.ut habetur ſupra.q.9.nõ aũt quo inefficaciter animus imperfectè imperat ſibi uelleitate quadã,ſicut accidit tepidis in uia uirtutũ, qui uellẽt quidẽ uiã uirtutis, ſed in ueritate nõ uolũt nec efficaciter. Et ita præceptũ uerę & propriæ prudẽtiæ, eſt efficax quo uult efficaciter bonũ ſecundũ Auguſt.lib.8.cõfeſſio.propter cuius defectũ, multi nõ operãtur prudẽter;quãuis prudẽter iudicent.

Patet igitur ꝙ prius, & præcipuus actus uirtutis prudẽtię propriè ſũptæ, eſt rectè pręcipere: mõ ratio pręcipere, materialiter & eſſentialiter, ſit ab ipſa re-

ſa recta rõne, vt ſupra dictũ eſt; modo ſit etiã formaliter à recto appetitu coniuncto vel illã cauſante à quo dependet ipſa recta ratio, vt de hoc latius habetur ſupra quæſtione nona, & Caietanus prima ſecundæ. q. 17. q. 58. artic. 5. & q. 78. artic. 2. proſequitur.

Argum. 1. Contra primam & tertiam propoſitionem arguitur. Primo ſecundum Almayn. in moralibus tracta. 3. cap. 2. & communiter doctores: quia 5. Ethic. non ponuntur niſi tres operationes intellectus, ſcilicet ſimplex apprehenſio, diſcurſus, compoſitio & diuiſio: quæquidem reducuntur ad duplex genus notitiarum tantum, ſcilicet ad notitiam apprehenſiuam, & iudicatiuam. Sed ille tertius actus præcipuus eſt actus intellectus: ergo vel apprehenſiuus, vel iudicatiuus tantum: & per conſequens ſuperfluit illud dictamen præceptiuum in intellectu.

Reſponſio. Reſpondeo ſecundum Tho. quòd illa maior ſumpta ex Ariſtotele, eſt vera, de actibus ſeu notitiis intellectus abſolutè conſideratis in ſe tantum, ſcilicet prout exiſtunt intra limites ipſius intellectus: non autem reſpectiuè conſideratis, prout habent dependentiam, ſeu connexionem ad appetitum; qualis eſt intellectus practicus prudentialis, de quo ſupra quæſtione nona dictum eſt: nam in talibus notitiis practicis notitia iudicatiua, diuiditur in oſtenſiuam & præceptiuam, vt ſupra; quia ſicut etiam ipſi doctores nominales, qui non ponunt hoc dictamen præceptiuum, conſiderantes ipſum intellectum, & eius operationem abſolutè, ſine vlla connexione ad appetitum; dicunt notitiam iudicatiuam eſſe multiplicem: ſcilicet comparatiuam ſeu diſcurſiuam, quam vocant ſyneſin: & conſiliatiuam, quã eubolam dicunt: & concluſiuam quam gnomen: ita ſimiliter & à fortiori, notitia iudicatiua habens cõnexionem ad appetitum, diuiditur in oſtenſiuam, & præceptiuam vt dictum eſt.

Replica. Quòd ſi contra hoc replicetur. Quia ex ſimplici apprehenſione ſecluſo quocunque actu iudicatiuo & præceptiuo, poſſum elicere liberam volitionem ſeu nolitionem conformẽ rectæ rationi; & per conſequens moraliter bonam: ergo ex ſimplici iudicio intellectus oſtenſiuo, ſecluſo quocunque dictamine præceptiuo ſequente. Et ita ſuperfluit illud dictamen præceptiuum ad moralem bonitatem actus. Probatur antecedens, quia talis volitio ſeu nolitio, eſt ſcienter & liberè elicita, ex quo ſcio vel cognoſco hoc eſſe faciendum, & propter talem finem, circa debitam materiam cum ſuis debitis circunſtantiis; eſt etiã conformis rectæ rationi, vt ſupponitur; & latius Scotus in ſecundo diſtinctione ſexta quæſtione prima in reſponſione ad tertium argumentum, & nihil aliud requiritur ad moralem bonitatem actus ſecundum omnes doctores. Conſequentia autem probatur, quia iudicium vel includit, vel præſupponit apprehenſionem; ergo ſi cum minore diſpoſitione, ſcilicet cum apprehenſione, ſufficit quantum eſt ex hac parte rationis, ad eliciendum actum moraliter bonnm; ſequitur, quòd cum maiore, ſcilicet cum iudicio tantum oſtenſiuo, etiam ſufficiet.

Reſpon. ad replic. Reſpondeo ad replicam dupliciter. Primo modo ſecundum Caietannm prima ſecundæ quæſtione 77. articulo ſecundo negando antecedens; & ad probationem, negatur quòd illa volitio ſit libera. Tenet enim ipſe & Adam Godam. in primo diſtinct. prima cum quibuſdam aliis, quòd omnis actus voluntatis productus à non habente vſum rationis perfectum, aut ſine deliberationis iudicio præuio ſaltem virtualiter deliberante, eſt naturalis & neceſſario productus: nec eſt in noſtra poteſtate, nec eſt moraliter bonus, nec malus, nec ſcienter elicitus; illa ergo volitio nec libera nec vllo modo deliberata eſt. Item addit Caietanus vbi ſupra, quòd etiam ſi eſſet libera non tamen eſſet deliberata, nec moraliter bona, neque conformis rectæ rationi, quæ non eſt niſi per accidens: quia recta ratio, & iudicium requiſitum, vt voluntas deliberatè & bene moraliter velit, non eſt qualiſcunque cognitio ſiue iudicium tantum oſtenſiuum: alioqui intellectio ſpeculatiua ſufficeret, cuius oppoſitum habetur tertio de Anima, vbi dicitur, quòd nihil humanè, ideſt deliberatè ab homine fit, ſine intellectu practico & appetitu: ſed eſt cognitio atque iudicium actualiter vel virtualiter, de agendo vel vitando bono vel malo, iudicans ſiue deliberans ſimul atque præcipiens ſubito vel imperceptibiliter: & ita requiritur iudicium oſtenſiuum ſimul & præceptiuum; nunquam enim quiſpiam aliquid deliberatè vult quod non aliquo modo iudicat appetẽdum: neque etiam ſic iudicatum eligit, niſi animus aliquo modo de prædictis imperet ſibi id appetendum eſſe.

Reſpon. 2. Alio modo ſecundum Scotum vbi ſupra & cõmuniter doctores quos ſequitur Angeſt. in moralibus cap. ſexto reſpondeo, negando etiam antecedens, eiuſque probationem; quatenus ibi dicitur qnòd illa volitio eſt moraliter bona: conceditnr autem quòd eſt libera, ſed non plenè libera. Tenent enim quòd cum ſola apprehenſione intellectus, quamuis homo poſſit elicere volitionem liberam & non neceſſariam: non tamen merè aut plenè liberam, nec deliberatam: & per cõſequens illa non erit propriè moraliter bona aut mala; niſi adueniat iudicium formaliter, aut virtualiter, aut interpretatiuè deliberans: ſine quo ſcienter elicita illa volitio aut nolitio nõ eſt. Tenent etiam, ꝙ ſufficit illud iudicium oſtenſiuum etiam ſi præceptiuum non ſit; vt volitio vel nolitio ſit deliberatè & bona vel mala moraliter.

Quod autem cum ſola obiecti apprehenſione, voluntas poſſit ſuos actus liberè elicere, pro-

F batur

baiur tripliciter. Tum primò quia pueri & amentes atque ſomniantes habent actus intellectus & voluntatis, etiam circa ſpiritualia & vniuerſalia ſyllogizando, quæ non cadunt ſub ſenſu, vt ait B. Thoma. prima parte quæſtione 84. articulo ſecundo ad ſecundum, & Adrianus de Euchariſtia, agens de pollutione nocturna. & de iis etiam ſupra libro primo quæſtione 23. dubitatione nona, & infra quæſtione 18. latius habetur; & tales actus non ſemper neceſſario, ſed ſæpe libere producuntur à volũtate & in ipſa: quia voluntas, ex ſua natura eſt formaliter libera; ex quo eſt potentia rationalis quæ eſt ad appoſita; vt habetur tertio de Anima; & quia voluntas nõ neceſsitatur ad ſuos actus à ſenſu, ſeu à noticia ſenſitiua, nec à paſsione vel habitu, nec à noticia intellectiua quacunque, etiam ſi plenè oſtenſiua boni aut mali ſit, vt infra quæſtione duodecima, de hoc plenius. Nam etiam ſecundum Tho. prima ſecundæ quæſtione 60. intellectus ſpeculatiuus non mouet executiuè, ſed ſolum regulatiuè voluntatem, niſi practicus & prudentialis ſit: & multò minus apprehenſio quæcunque illam mouere poteſt ex tertio de Anima; ergo illi actus, liberè & non neceſſario producuntur, tam in puero, quàm in adulto, ſapiente & amente: & tamen conſtat non eſſe plenè liberos, nec vllo modo deliberatos. Tum ſecundò idem patet, quia motus ſubiti, quos doctores appellant motus primos, omnino non imputabiles, non ſunt neceſſario ſed liberè quamuis non deliberatè producti: quia omnis notitia quæ eſt in primo inſtanti poſt illud inſtãs non neceſsitat; ergo nec tunc, quia vt diximus, nulla cognitio, neque iudicium tantum indicatiuum, neceſſitat voluntatem. Tum tertiò idem patet; quia videmus pueros & amentes multa agere rogatos & admonitos, vt faciunt alii homines adulti & ſani, & ad ſimplicem apprehenſionem ſiue iudicium non ſufficiens ad deliberationem: neque videtur illos actus neceſſario ſed liberè producere, vel agere. Idque comprobatur etiam, de omnibus actibus indeliberatis ſed liberè factis ab omnibus ferè, vt fricare barbam ſeu oculos, caput ſcalpere & huiuſmodi, quæ non neceſſario; in deliberatè autem fiunt; vt de hoc victoria in vltima relectione de perueniente ad vſum rationis, parte prima propoſitio tertia & quinta latius agit.

Sed qui vellet tenere cum Caietano, Adam, & aliis, quòd in non habentibus vſum rationis, neque liberi arbitrii vt in pueris, amentibus, & dormientibus, voluntas neceſſario & non liberè producit omnes actus: poteſt reſpondere ad rationes prædictas, quòd ea voluntatis natura eſt, quòd ſi intellectus ſolutus & capax ſit deliberationis atque conſilii, tunc ipſa voluntas liberè agit: ſi autem non ſit capax, tunc voluntas neceſſario & naturaliter agit, ſicut & brutorum appetitus: & ita voluntas in pueris, amentibus & dormientibus, neceſsitatur; non quidem ab vlla noticia ſeu paſsione, ſed à ſua natura ſicut in brutis vt dictum eſt; quia vt in quæſtione ſecunda ſequenti habetur, libertas voluntatis, ab intellectu tanquam à cauſa vel radice dependet: at verò in habentibus vſum rationis & liberi arbitrii, hoc dici non poteſt. Sed neque in eis probabiliter negari poteſt, ad ſolam obiecti apprehenſionem, voluntatem ſuos actus liberè, quamuis non deliberatè, nec plenè liberè, vt ſupra dictum eſt; producere poſſe, vt ipſe victoria vbi ſupra propo. 5. latius probat. Nota 1.

Ad prædicta nota. primò, quòd deliberatio interpretatiua, quæ eſt quando quis habet facultatem deliberandi, de agendo vel vitando bono vel malo & omittit, quod etiam iudiciũ dicitur interpretatiuum, bene ſufficit ad volitionem vel nolitionem moraliter malam; non aũt ad moraliter bonã, vt bene tangit Angeſt. vbi ſupra, ſecundum doctores communiter. Volitio autem ſiue nolitio libera, non tamen plenè libera, nec vllo modo deliberata de qua ſuperius egimus; non eſt bona, nec mala moraliter, neque culpabilis: quamuis B. Tho. dicere videatur, quòd poteſt eſſe moraliter mala ſed venialiter tãtum, vt ſunt primi motus: ſed id communiter non tenetur, vt etiam refert Angeſt. vbi ſupra; de quo ſupra in noſtro quæſtionario lib. 1. quæſtio. 23. dub. 9. latius egimus.

Nota 2. Nota ſecundò, quòd conſequenter ad ſupradicta dicit Caietanus prima ſecundæ quæſtione decimaſexta, quòd nulla eſt volitio aut nolitio deliberata, quin fiat aliqua reflexio actuum voluntatis, ad ſuum ſupradictum imperium producẽdum: nam ponit triplicem ordinem actuum voluntatis: & in quolibet ordine; diſponit ſuos actus: & ſecundus ordo, eſt actuum reflexorum in quibus datur ſtatus intra ſuum ordinẽ; & idem de tertio ordine dicit: in quibus ſua ſemper reflexio vel formalis, vel virtualis, aliquo modo ſecundum ipſum eſt. Fit tandem ſecundum Tho. quòd in omni voluntatis actu deliberato, & moraliter bono, ſemper eſt aliquod iudicium, ſiue dictamen prudentiale præceptiuum formale vel virtuale; & in omni actu vel omiſsione moraliter mali, eſt dictum dictamen, ſaltem interpretatiuum: ſed doctores communiter illud præceptiuum nõ admittunt, vti ſuperius dictum eſt.

Quomodo autem ex tali dictamine præceptiuo, nondum adhuc ſecundum ipſum B. Tho. ſequatur quòd libertas propriè & formaliter, ſed ſolum radicaliter ſit prius in intellectu quàm in volũtate ex q. 2. ſequenti patebit.

Quæſt.

QVAESTIO VNDECIMA.

VTRVM LIBERTAS prius in intellectu ſit, quàm in voluntate.

prima opin. RESPONDEO, in hoc eſt duplex opinio. Prima B. Tho. prima parte ſumma quæſtione 83. articulo primo, & ibi Caietanus & prima ſecundæ quæſtione decimaſeptima, articulo primo, & quæſtione ſexta articulo ſecundo, & de veritate quæſtione vigeſimaquarta articu. 20. & ſanctus Bonauentura in ſecundo diſtinctione vigeſimaquinta articulo primo quæſtione ſexta, & Durandus in ſecundo diſtinctione vigeſimaquarta quæſtione ſecunda & tertia, & ſequacium; quòd libertas eſt intellectu, priuſquam in voluntate, non quidem formaliter, ſed prius initiatiuè, originaliter, & radicaliter ſeu cauſaliter quod idem eſt, ad hunc ſenſum; quòd radix & origo libertatis voluntatis, eſt in ratione ſeu intellectu: in voluntate autem eſt formaliter complectiuè, & propriè.

Prima pars declaratur ſimul & probatur, quia voluntas vel volitio oritur ex obiecti cognitione, ex quo ſecundum Auguſtinum nihil volutum quum præcognitum, ergo libertas voluntatis ad oppoſita, oritur ab indifferenti & indeterminata cognitione obiectorum volibilium, abſq; determinatione rationis ad alterum illorum. Antecedens eſt clarum: & conſequentia probatur: quia cuilibet appetitui animali reſpondet ſua cognitio præuia ei conformis, ergo ſicut appetitui naturali non libero ſed determinato ad vnum, reſpondet in animali ſua præuia cognitio naturalis ad bonum determinata, cui ideo neceſſario & naturaliter ſe conformat; ita appetitui libero ad oppoſita, reſpondet ſua præuia cognitio intellectiua, iudicatiua, non determinata ad vnum oppoſitorum ex genere ſuo: ſic quòd præſentato obiecto, iam ex ſua natura neceſſario cognoſcit quidem illud, ſed indeterminate ad oppoſita, ideſt ita iudicat quòd eſt volibile ſiue nolibile, volendum ſiue nolendum, quòd oppoſitum cognoſcere aut iudicare poteſt verè vel erroneè; & ita oſtendere voluntati: & inde voluntas illud contrariè vel contradictoriè liberè vult, ſicut ei præſentatur. Nam voluntas nunquam liberè eligeret aliquod medium: niſi ei prius per rationem aliquo modo præſentaretur, vt poſſibile & indifferens. Nemo enim dicitur liberè eligere, id quod iudicat omnino malum, impoſſibile vel neceſſarium; vt patet. Sed de contingentibus & indifferenter ſe habentibus eſt electio: ideo enim medicus eſt liber ad præbendam potionem ſanatiuam, vel ægrotatiuam, quia medicina cognita eſt prius ægri & ſani effectiua: & viator ideo eſt liber ad hanc vel illam viam eligendum, quia ratio ei vtranque poſsibilem, vel indifferentem oſtendit, ergo ſimiliter à cognitione non determinata ad hoc vel illud, oritur electio voluntatis, ergo eſt radix, origo, & cauſa libertatis eius.

Secundò probatur idem ex tertio Ethicorum, vbi dicitur, quod deſiderium, ſiue delectatio & electio naſcitur ex conſilio, & nono Metaphyſic. cap. 8. vbi dicitur, quòd potentiæ rationales eò quòd rationales ſunt habent ſe ad oppoſita: irrationales autem determinatè ſunt ad bonum; ergo ex hoc quòd homo eſt rationalis liberum habet arbitrium; quod ſecundum communiter doctores, in ſecundo diſtinctione vigeſimaquinta eſt facultas rationis & voluntatis, id eſt facultas eligendi, quod per rationem prius aliquo modo conſultum, & deliberatum eſt, & vbi eſt facultas deliberandi, ibi eſt facultas eligendi, & è conuerſo: neque alterum ſine altero reperiri poteſt; vt Victoria in vltima relectione de perueniente ad vſum rationis, parte prima plenius etiam probat.

Secunda pars uidelicet, quòd in uoluntate eſt libertas formaliter & cõplectiuè, probatur; quia poſitis omnibus præuiis & requiſitis, uoluntas poteſt uelle & non uelle, & nolle: & liberè mouet ſeipſam ad eligendum alterum oppoſitorum: & liberè imperat executionem aliarum potentiarum & mouet eas: & in hoc ſtat propria formaliſque libertas.

Secunda opinio Scoti in ſecundo diſtinctione uigeſimaquinta, Gabriel & communiter doctorum eſt, quòd non ſolum formaliter & complectiuè, ſed eſſentialiter libertas uoluntatis eſt in ipſa & ab ipſa uoluntate: quæ ex ſe ipſa ſeipſam determinat, & mouet liberè ad oppoſita: & non eſt ab intellectu ſeu ratione, quamuis ſine intellectione præuia non ſit: ita quòd uoluntatis indeterminatio ſeu indifferẽtia ad oppoſita, ab ipſa uoluntate quæ ex ſua natura libera eſt, & non ab intellectu ſeu ratione, prouenit. 2. opinio.

Probatur primò, quia libertas eſt illa facultas ſiue poteſtas, ratione cuius uoluntas eſt domina ſuorum actuum; quæ & cogi non poteſt; talis autem propriè eſt in ipſa ſola uoluntate ſecundum Auguſtinum: nam ratio cogi poteſt, aut neceſſitari ad aſſentiendum, uel diſſentiendum concluſioni euidenti, uel ad apprehendendum obiectum ſufficienter præſens, ergo ad ſolam uoluntatem libertas pertinet principalius, ut dictum eſt.

Secundò probatur idem, quia liberum arbitrium eſt, id quod in nobis eſt imperatiuum, & moti-

motiuum ad executionem; ſed voluntas eſt magis imperatiua, & motiua, quàm ratio: quamuis ratio vt talis imperet & moueat ſolum regulando: non enim mouet niſi ratione appetitus voluntatis coniunctę: quicquid enim ratio dictet, ſemper id fit quod voluntas vult; tam in proſequendo, quàm in refrænando ſeipſam ab obiecto & actibus ſuis; Igitur intentum.

Tertiò probatur idem, quia liberum arbitriũ eſt potentiſsimum in nobis ſecundum Bernardum & communiter doctores; ſed nihil eſt potentius in nobis quàm voluntas; quæ poſita ſufficiente cognitione obiecti, & omnibus aliis præuiis & requiſitis poteſt in oppoſita contrariè, & contradictoriè, & habet actus ſuos in ſua poteſtate; ergo principaliter in voluntate libertas conſiſtit.

Quartò ex ipſo nomine liberi arbitri probatur idem, quia illud in quo res inchoatur ſe habet per modum materialis: illud autem in quo conſummatur ſe habet per modum formalis; & adiectiuum reſpectu ſui ſubſtantiui ſe habet per modum informantis. Nunc autem in propoſito, nomen reſpondens rationi ſignificatur prius ſubſtantiuè: nomen verò reſpondens voluntati poſterius, ſignificatur adiectiuè: & ideo magis iſta facultas dicitur liberum arbitrium quàm arbitraria libertas: ergo principalius ſtat talis libertas in voluntate in qua eſt formaliter & conſummatè, quàm in ratione, in qua ſolum eſt per modum materialis & inchoatiuè.

Quinto probatur idem, quia quicquid intelligitur ante omnem actum voluntatis merè naturaliter intelligitur: ergo nulla eſt ibi libertas neque determinatio in ratione.

Sextò probatur idem, quia ibi principaliter eſt libertas vbi eſt ratio meriti: ſed in voluntate principalius quàm in ratione eſt ratio meriti, vt conſtat: ergo etiam ibi principalius libertas eſt.

Septimò ad idem, quia rationes primæ opinionis ſuprapoſitæ, ſolum probant libertatem eſſe prius radicaliter in intellectu, quoad actus voluntatis efficaces & electiuos mediorum ad aliquem finem: non autem quoad inefficaces, neque quoad actus alicuius finis propoſiti ipſi voluntati per intellectum vt impoſsibilis vel neceſſarii: de quibus conſtat quòd voluntas poteſt liberè velle & nolle inefficaciter aut conditionaliter aliquid cognitum omnino impoſsibile, vel neceſſarium per ſe aut per accidens, quod ingenuè concedit Caietanus prima parte quæſtione 63. articulo tertio, & probat Scotus in ſecundo diſtinctione ſeptima, de primo Angelo aliquo modo appetente æqualitatem Dei, quam ſibi impoſsibilem cognoſcebat: & tunc non eſt indeterminatio cognitionis ſiue iudicii, ad vtrumque oppoſitorum indifferenter vt conſtat, ergo tunc non eſt illa libertas prius radicaliter in intellectu, ſed in ſola voluntate radicaliter ſicut completiuè aut conſumatè & formaliter eſt.

Octauò ad idem, quia libertatem eſſe prius radicaliter in intellectu nihil aliud eſt, quàm in intellectu eſſe indeterminatam præuiam cognitionem requiſitam ad liberè volendum vel nolendum: nunc autem, ſicut propter hoc non dicitur quòd volitio aut nolitio libera, prius ſimpliciter aut prius radicaliter eſt in intellectu, vt intellectus eſt formaliter aut aliquo alio modo diſtinctus à voluntate; ergo neque dici debet ſimpliciter, neque cum addito quòd libertas prius radicaliter aut originaliter eſt in intellectu, quàm in voluntate: conſequentia patet ex identitate rationis.

Reſolutio. Hæ duæ opiniones conueniunt in hoc, quòd propria formalis & conſummata ratio libertatis, eſt ſimpliciter & potius in voluntate: & non in intellectu: nam in omni propria locutione & re abſolutè & ſimpliciter conſiderata, ſemper à ſua forma & à principaliori debet quælibet res habere denominationem: ſicut & ab eadem ſuum eſſe formale & abſolutum habet: vt homo, ſimpliciter & abſolutè dicitur & eſt rationalis, ab anima rationali: quod patet ex nono Ethicorum, & quarto Metaphyſic. & ex B.Tho. prima ſecundæ quæſtio.66. articulo tertio dicente, quòd ſimpliciter conſideratur vnũquodque, ex propriis ſuæ ſpeciei, ſeu ſecundum propriam rationem ſuæ ſpeciei: & Durandus in ſecundo diſtinctione 34. quæſtione prima, & eſt ad idem. Nunc autem formaliter propriè & cõpletiuè, libertas eſt in ſola voluntate etiam ſecundum Thomiſtas vbi ſupra; ergo ibi ſimpliciter & potius quàm in intellectu ponenda eſt. *Reſolutio.*

Sed differunt opiniones in hoc, quòd ſecunda opinio Scoti & ſequacium, tenet quòd ratio ſeu intellectus vt diſtinguitur à voluntate, non eſt cauſa propria nec origo aut radix libertatis: ſed ſolum eſt cauſa ſine qua non, quamuis effectiuè cognitio concurrat cum voluntate ad actum liberè producendum: ſicut oculus eſt cauſa ſine qua non rectæ operationis manuum aut pedum: manus autem aut pedes ſunt propria cauſa effectiua, ſeu inſtrumentalis executiua prædictæ operationis: & ad idem videtur Abulenſ. 3. Regum capite duodecimo quæſtione ſexta dicens, quòd ideo libertas dicitur principiatiuè eſſe in intellectu: quia voluntas non poteſt velle aut nolle niſi id quod per intellectum, ſub ratione boni aut mali fuerit præſentatum. Prima autem opinio B.Tho.& ſequacium tenet, quòd ratio non ſolum eſt cauſa ſine qua non libertatis: ſed etiam eſt cauſa originalis eius & diſpoſitio vt voluntas ſit formaliter & cõſummatè libera in ſe, & liberè producat actus ſuos. Et hæc opinio B.Th. mihi probabilior eſt: tum propter rationes ſupra-

ſuprapoſitas: tum etiam, quia vbi eſt magis de vſu rationis ibi & magis de pcopria libertate eſt: & èconuerſo vbi minus de rationis vſu, ibi & minus eſt de libertate; vt patet in pueris, amẽtibus, ſomniantibus & dormientibus, in quibus ratio ligata eſt: ac prinde nec in eis plena & propria libertas in ſuis actibus inuenitur: quia hæc deliberatio rationis in illis eſſe poteſt: quamuis aliqua libectas cum aliqua cognitione in ipſis reperiat, vt ſuperius quæſtione 10. præcedente in reſponſione ad primum argumentum latius habetur: ergo à ratione vel cationis vſu pendet libertas voluntatis. Patet hæc conſequentia, quia ſi ratio eſſet ſolum cauſa ſine qua non libertatis voluntatis, certè quęcunque cognitio etiam apprehenſiua tantum, ſufficeret ad actum liberè producendum; ſufficeret etiam ad ipſum plenè liberè producendum, ſi voluntas ex ſe ſola talem libertatem haberet & apponere poſſet; ſed conſtat hoc conſequens eſſe falſum ex dictis: quia quia vbi non eſt nec poteſt eſſe deliberatio, vtique nec plena libertas eſſe poteſt; igitur intentam. Item vltimò idem probatur; quia libertas arbitrii, eſt facultas intellectua & voluntatis ſecundum Auguſtinum, ergo vtriuſque in eodem genere cauſæ eſt dicta facultas: quamuis differentec, videlicet originaliter & principatinè ab intellectu, & completiuè, & formaliter ab ipſa & in ipſa ſit voluntate.

Reſponſ. ad 4. rationes priores. Ad tationes autem ſecundæ opinionis Scoti & aliorum quatenus militant contra primam opinionem B. Tho. ceſpondeo, quòd ſolum probant maximè quatuor illæ priores quòd formaliter & completè libertas eſt in ſola voluntate; cum quo ſtat quòd principiatiuè ſit in intellectu, vt declaratum eſt.

Ad quintũ. Ad quintum ſimiliter poſſet reſponderi diſtinguendo, & id concedendo de libertate formaliter, & negando de libertate originaliter: tamen adhuc diſtinguatur antecedens: nam, vt air Caietan. prima parte. q. 83. artic. 1. ſi facit hunc ſenſum, quòd omnis actus intellectus ante voluntatis actum eſt merè naturalis elicitiuè, eſt verum: quia ante voluntatis actum quemcunque, actum intellectus elicit, à natura & non ab electione elicit: ſed tunc negatur conſequentia. Si autem ſecũdò facit hunc ſenſum, quòd omnis actus intellectus præueniens voluntatem, eſt merè naturalis obiectiuè: & tunc quò ad conditiones poſitiuas ſeu poſitiuè monſtratas: etiam antecedens eſt verum; ſed negatur tunc conſequentia. Secus quò ad conditiones negatiuas ſeu negatiuè monſtratas: nam quò ad eas non eſt vniuerſalitec verum illud antecedens: quia actus intellectus voluntatem præueniens, quamuis habeat obiectum à natura oblatum & quicquid in eo cognoſcit & iudicat naturaliter cognoſcat & iudicet: habet tamen reſpeſtu operabilium contingentium hanc conditionem negatiuam, ſcilicet indeterminationem & indifferentiam iudicii reſpectu vtriuſq; partis contradictionis: poteſt enim verè vel erroneè oppoſitum iudicare, & ſic iudicatum voluntati præſentare: quæ indeterminatio directè opponitur naturæ quæ determinatur ad vnum: & hæc conditio eſt radix & principium libertatis. Si enim tale iudicium eſſet determinatum: voluntas non poſſet ad quam vellet partem contradictionis declinare: ſed neceſsitaretur à prius determinato iudicio oſtendenre obiectum, ſub pleniſsima catione volibilis vel non volibilis ſiue nolibilis, aut à prius determinato iudicio de uolendo ſiue non volendo illud. Quia verò rationis indicium circa hoc amandum vel non amandum, ante voluntatis actum indifferens eſt, & vtrinque rationes habens, ſuſpenſum ſtat, nec natura, nec electione determinatum ſecundum ſe: hinc tale iudicium natucale non eſt quoad talem indifferentiam: imo & naturæ repugnat & libertatem fundat. Et ſi inſtetur, quòd aut hæc indifferentia iudicii eſt naturalis aut libera. Reſpondeo quòd eſt neutra formaliter ſed eſt radicaliter libera, ideſt radix libertatis. Eſt enim implicatio in adiecto, dicere quòd eſt indeterminatio naturalis: quia ſi naturalis, ergo determinata ad vnum: & ſi indifferens, ergo non naturalis: inhæſio tamen talis indeterminati iudicii eſt natucalis: ſicut libertas eſt homini naturalis. Hæc Caietan.

Ad ſextum ceſpondeo, quòd ſolum procedit & eſt verum de libertate formaliter, non principiatiuè. *Reſponſio ad ſextum.*

Ad ſeptimum reſpondeo, concedendo quòd præcipuè & propriè illæ rationes probant libertatem radicaliter eſſe in intellectu reſpectu tantum actuum voluntatis efficacium, & electionis mediorum, & id iure: quia libertas arbitrii propriè eſt reſpectu electionum mediorum & deliberationum; vt Thomas de Argentina & communiter doctores, vbi ſupra dicunt: quo non obſtante, poteſt adhuc idem extendi & habere locum in omnibus voluntatis actibus plenè liberis & deliberatis de quibus agimus. Quod probatur, quia ſicut datur volitio & nolitio plenè libera ineſficax & conditionata impoſsibilium & neceſſariorum, ita datur iudicium rectum vel erroneum oppoſitorum; quodque volibilia vel nolibilia verè, vel apparenter, vel aliquò modo ſunt; quia licet impoſsibile reale à parte rei dari non poſsit, quia iam eſſet poſsibile: ſed neque impoſsibile logicum incomplexum, ideſt conceptus incomplexus ſignificans aliquam rem ſimplicem, vel realem impoſsibilem, ſicut nec ipſa res impoſsibilis per ipſum conceptum ſignificata dari poteſt: nec tali impoſsibile reale aut incomplexum cadit ſub ente, nec eſt ens, nec habet rationem boni, nec eſt intelligibile, neque ſignificabile, quia & explicat contradictionem eſſe ens & eſſe impoſsibile: at *Reſponſio ad ſeptimũ.*

F 3 verò

verò impoſsibile logicum complexum bene poteſt dari, & intelligi, & ſignificari; quia eſt propoſitio conſtans ex extremis poſsibilibus; ſed incompoſsibilibus, vel diſparatis, aut ex contradictoriis, vt ſunt illæ propoſitiones, hominem eſſe aſinum, Angelum eſſe Deum, aut æqualem Deo, per æquiparantiam, velle non fuiſſe quod fuit, hominem eſſe & non eſſe ſimul. Nam de iſtis conſtat quòd extrema ſunt poſsibilia licet non poſsint eidem conuenire neque eſſe ſimul: tamen vt chimera bene ſunt intelligibilia & imaginabilia: & ex conſequenti inefficaciter vel conditionaliter volibilia, vel nolibilia ſunt; quia & aliquam rationem boni vel mali verè vel apparenter habent, & vt talia per intellectum verè vel erroneè præſentantur ipſi voluntati: vt Scô.in 2. diſt.7.& Angeſt.in moralibus.c.3. & Adria.in 4. de pœnitentia art.1.& cõmuniter doctores conueniunt in hoc: quamuis Caieta. prima par.q.63. artic.3. aliqualiter diſsideat; ſed quo ad præſens propoſitum non diſſonat à prædictis.

Reſponſio ad 8. Ad octauũ reſpõ. negando conſequentiam: neque enim eſt eadẽ ratio de productione actus, & de conditione ſeu modo producendi illũ: nam ipſe actus conſtat quòd omnino eſt in ſua potentia, puta in voluntate à qua elicitur ſiue producitur quo ad ſubſtantiam ſuam: modo cognitio obiecti præuia concurrat effectiuè, modo vt cauſa ſine qua non, æque aut minus principaliter quàm voluntas, modo non: tametſi bene concedi poteſt quòd actus voluntatis eſt prius originaliter ab intellectu ratione cognitionis prçuiè ad ipſius productionem concurrentis. De conditione autem, ſeu modo ſuæ productionis, puta liberè, vtrobique modo poteſt concedi, quòd videlicet originaliter in intellectu, & ab intellectu prædicta libertas eſt, atque dependet.

Reſponſio ad 9. Si tandem ergo arguatur, ꝙ ibi, ſcilicet in intellectu eſſet principalius ratio culpæ & meriti, vbi prius eſt originaliter ratio libertatis. Reſpõdeo id negando; ſed vbi eſt libertas formaliter & completè puta in voluntate, ibi ſimpliciter eſt ratio culpæ.

QVAESTIO DVODECIMA.

VTRVM STANTE RECTO iudicio prudentiali, de aliquo agẽdo vel omittendo, ſtet ſimul voluntas mala in oppoſitum difformis illo iudicio, an neceſſario illi conformetur.

Nota 1. Respon. per duas propoſitiones præſupponendo duo notabilia. Primum, quòd eſt duplex prudentia. primo modo largè, & eſt iudicium practicum rectũ de agibilibus oſtenſiuum, ſecũdò modo ſtrictè & propriè, & eſt recta ratio ſeu iudicium practicum rectum de agibilibus conforme recto appetitui: ita quòd eſt dictamen præceptiuum includens rectum appetitum, vt de hoc habetur latius ſupra q.9.& 10.

Nota 2. Secundum notabile eſt, quòd aliud eſt plenũ dictamen ſeu iudicium, aliud plena deliberatio: nam plenum dictamen ſeu iudicium dicitur, quando aliquid iudicatur etiam actualiter abſolutè, & reſpectiuè hic & nunc, eſſe omnino bonum vel malum plenamq́; rationem boni vel mali habẽs, quodque etiam nunc omnibus aliis poſtpoſitis eligendum vel vitandum eſt. Plena autem deliberatio ſimpliciter, dicitur iudicium completè dictans de obiecto & omnibus circumſtantiis requiſitis ad bonitatẽ vel malitiam moralẽ actus, vel in ratione honeſti vel inhoneſti: etiam ſi non dictet quòd omnibus aliis poſtpoſitis tunc id eligendum vel vitandum eſt. Semiplena autem deliberatio eſt per oppoſitum: quando.ſ.iudicium non eſt tam completè dictans, & ſecundum maiorem vel minorem receſſum à dicta deliberatione completa: ita magis vel minus plena erit deliberatio.

Et nota, quòd vt actus in ratione honeſti ſit plenè deliberatus: requiritur & ſufficit deliberatio actualis vel virtualis, quæ eſt dictamen vel iudicium agendi aut vitandi actuale vel virtuale: vt autem actus ſit inhoneſtus ſufficit deliberatio tantum interpretatiua: quæ eſt facultas cum tempore ad deliberandum vel iudicandum de agendo aut vitando. Videatur Angeſt.in moral.c.6. vbi breuiter & bene de hoc agit.

Ex quibus patet, quòd ſtat aliquod opus eſſe plenè deliberatum in ratione honeſti vel inhoneſti aut moraliter boni vel mali: & quòd nõ ſit plenè deliberatum in ratione vtilis vel delectabilis, conuenientis diſconuenientiſvè naturæ; quodq́; non ſit plenum dictamen abſolutè neque plenè oſtenſum ſub omni ratione boni vel mali, tunc omnibus aliis poſtpoſitis eligendi vel vitãdi. His ſuppoſitis ſint duæ propoſitiones ſequentes.

Propoſitio. Propositio prima. Stante recto iudicio prudẽtiali actuali particulari, ſtrictè & propriè ſumpto includente rectum appetitum, impoſsibile eſt aliter hominem agere vel omittere, ſed ei neceſſariò ſe conformat.

Probatur hoc: quia in tali prudẽtia, includitur rectus appetitus efficax ei conformis; ergo non poteſt eſſe ſimul voluntas ſeu appetitus deliberatus efficax difformis: aut non conformis: ſicut neq; poſſunt eſſe ſimul volitio & nolitio, aut non volitio efficaces reſpectu eiuſdem: neq; contraria aut contradictoria ſimul: ideo ſi habetur prudentia prædicta particularis, quòd ſcilicet iſti pauperi eſt nunc à me danda eleemoſyna, neceſſario dabitur à me, & non poſſum non dare; ſi nõ impedior: quia eſſet repugnantia: ad idem ſunt auctoritates Ariſt. vbi ſupra.

1. Dubium. Sed dubitatur; vtrum ſtante iudicio prudentiali

tiali vniuerſali propriè ſumpto, ſine alio indicio minoris aut in particulari, voluntas neceſſario illi ſe conformet.

Reſpondeo Reſpondeo quòd non, & poteſt ſe diſformare contrariè & cõtradictoriè in exercitio ſeu in exe cutione. Exempli gratia. Habito tali dictamine præceptiuo, danda eſt eleemoſyna pauperi: ſi nõ adſit cognitio quòd iſte eſt pauper: non neceſſario ſequitur volitio efficax dandi ei elemoſynam, aut alteri pauperi, & ratio eſt; quia cũ operationes ſint ſingularium, ſi non adſint dictamina particularia ſibi reſpondentia propriè ſumpta, quę ſunt formaliter & immediatè imperatiua exe cutionis, non ſequitur volitio efficax. Nam vniuerſale dictamen quodcunque, eſt ſolum virtualiter & mediate, ſcilicet mediante cognitione minoris ſubſumptæ & non aliter imperatiuum executionis; ſecundum Angeſt. in moral. c. 3. & communiter doctores.

2. Dubium. SED verum ſtante iudicio propriè prudentiali prædicto actuali vniuerſali, cum iudicio oſtenſiuo tantum minoris, ſequatur dictamen particulare concluſiuum prudentiale, efficaxque volitio ei conformis.

Reſpondeo Reſpondeo ſecundum communiter doctores quòd ſic. & Adria. in 4. quolib. & in tract. de pœnitentia. & Caie. 1. par. ſum. q. 63. qui tenent has tres propoſitiones: quarum prima eſt, quòd volitio efficax finis, neceſſario cauſat volitionem efficacem omnium mediorum, quæ quis ſcit neceſſaria ad talem finem.

Secunda, volitio efficax maioris, cum iudicio minoris ſubſumptæ neceſſario producunt volitionem efficacem concluſionis: vt volens omnẽ furem ſuſpendi: & iudicans ſortem eſſe furem; neceſsitatur velle ſortem ſuſpendi.

Tertia, volitio efficax antecedentis, cum iudicio, quòd conſequens ſequitur ex antecedente, & cum volitione ſequelæ ipſius conſequentis ex antecedente, neceſſario producunt volitionem ipſius conſequentis: vt volo habere filium; ergo volo eſſe pater: volo eſſe Epiſcopus; ergo & Sacerdos: volo cognoſcere non meam, aut volo bonum delectabile cum non mea; ergo volo peccatum, ſiue per ſe ſiue per accidens, ſiue conſequenter tale conſequens ſequatur ex antecedente: alioqui quilibet excuſaretur à peccato dum vellet antecedens, puta delectationem & non conſequens, ſ. deformitatem annexam: non autem excuſatur vt patet ex dictis. Et prædicta tertia propoſitio debet limitari ſecundum Adria. vbi ſupra, dummodo in antecedente non includatur neceſſario aliquid nolitum, vt volo pœnitere de peccatis; ergo peccaui. Vbi quia in antecedente neceſſario includitur peccatum nolitum, non ſequitur quòd qui vult pœnitere de peccatis velit conſequens, ſcilicet ſe peccaſſe: qui repugnat nolito in antecedẽte, etiã ſi velit bonitatẽ conſequẽtiæ.

Cùm ergo in iudicio propriè prudentiali vniuerſali includatur volitio efficax ei conformis: iam cum iudicio minoris ſequitur iudicium prudentiale propriè de aliquo particulari, & volitio efficax eius ſecundum prædictos doctores communiter; ſi non proueniat impedimentum naturale vel ſupernaturale.

Et ad prædicta videtur. 7. Eth. vbi habetur. Si fiat vna ex vniuerſali & particulari ratiocinatio, neceſſe eſt cõcluſum hic dicere animam in factiuis aut operari confeſtim; puta, ſi omne dulce guſtare oportet: hoc autem dulce vt vinum: neceſſarium eſt eum qui poteſt & non prohibetur ſimul & hoc agere. Hæc ibi. Et. 3. Eth. habet. Si præſtituto fine inueniatur impoſsibile eſſe quo finẽ oportet attingi diſcedunt, idest deſinunt velle finem.

Sed Scot. in 2. diſtin. 6. q. 1. videtur tenere oppoſitum contra tertiam hanc propoſitionem: & Angeſt. in moral. cap. 3. dicit, quòd præfatæ tres propoſitiones non ſunt vniuerſaliter veræ ſine exceptione: nam voluntas poteſt abſolutè ſuſpendere ſuum actum: neq; neceſsitatur elicere volitionem aut nolitionem mediorum, aut concluſionis, aut conſequentis, etiam poſitis omnibus illis cauſis & conditionibus ſupradictis. Sed bene concedit Angeſt. quòd tanta eſt voluntatis, illis cauſis, adiutæ promptitudo & inclinatio, vt mox ipſa illis cauſis illecta, regulariter agat: & quòd ideo videtur naturaliter & neceſſario agere: quodq; ſi à uolũtate liberè renitente, illæ cauſæ non impediantur aut non ſuſpendantur, certè ipſa voluntas ex ſua naturali inclinatione naturaliter coaget cum illis cauſis, ſicque neceſſario producet illos actus. Si tamen ipſa voluntas reniti uelit, illis cauſis, & omnibus aliis creatis ſtãtibus: certè poteſt eas vincere & ſuſpendere ne ipſam neceſsitent ad actum aliquem producendum. Ita abſolutè voluntas non neceſsitatur ad actum ex prędictis cauſis poſitis in prętatis tribus propoſitionibus: quamuis regulariter producat actum vt dictum eſt ſecundum communiter doctores, & cum Angeſt. videtur aliqualiter concordare Caietan. prima ſecundæ. q. 13. art. 6. ſed nos ſecundum communem opinionem reſpondimus vt ſupra. & ſic patet prima propo.

Propoſitio ſecunda ſtante recto & pleno iudi cio ſeu dictamine prudentiali extensè ſumpto vel iudicio plẽno oſtenſiuo tantũ quod idem eſt, quo videlicet quis tam in vniuerſali, quàm in particulari actualiter, plenè & rectè & certò iudicat aliquid eſſe omnino bonum ſecundum omnem rationem boni, honeſti, vtilis & delectabilis, abſolutè & reſpectiuè, ſcilicet tam in ſe quàm in ordine ad aliud quodcunque bonũ & quoad ipſum iudicantem: ita quòd nulla ratio mali alicuius appareat in eo, immo & quòd tunc omnibus aliis poſtpoſitis id eligendum eſt: tunc voluntas viatoris non neceſſario ſe conformat illi iudicio poſitiuè illud volendo: ſed poteſt ſe illi diſformare propoſitio. 2

pri-

priuatiuè ſeu omiſsiuè ſe habendo quod alii dicunt, quoad exercitium actus: Non tamen poteſt ſe illi diſformare iudicio contrariè ſeu poſitiuè actum nolitionis illius obiecti producendo. Immo ſi vult reſpectu illius obiecti actum producere, neceſſariò producet actum volitionis conformem illi iudicio: & ex conſequenti ex ſuppoſitione hac, ſeu quoad ſpecificationem actus, vt alii dicunt; non autem abſolutè neceſſariò ſe illi conformabit.

1. pars probatur. Hæc propoſitio ſic explicata, quoad primam partem, quòd ſcilicet ſtātibus illis conditionibus non neceſſariò voluntas poſitiuè actum eliciendo illi iudicio ſe conformabit, probatur tripliciter. Primò quia etiam ſecundum Thom. 1. 2. q. 9. art. 1. & q. 10. art. 2. & q. 19. & ibi Caieta. voluntas viatoris quoad exercitium ſeu productionē actus non neceſsitatur vllo modo ab obiecto quocūq; ei præſentato: quia eius libertas ſtat in hoc, quòd poſitis omnibus præuiis & requiſitis ad agendum poteſt agere & non agere; vt patet ex agentis liberi diffinitione ſecundum omnes; ergo quantūcunq; ſub pleniſsima ratione totius boni proponatur: non inde voluntas neceſſariò actum illi iudicio conformem aut diſformem producet. De quo latius Th. vbi ſupra. Et notanter ſemper loquimur de voluntate viatoris: nam voluntas comprehenſoris clarè Deum videntis ſecundum Th. ibidem & 1. par. q. 82. articulo 1. & 2. neceſsitatur ad diligendum Deum: non quidem ab ipſo Deo in ratione obiecti prout obiectum eſt, ſed ratione diſpoſitionis naturaliter ab ipſo Deo clarè viſo productæ in ipſa voluntate: quæ ſic diſpoſita, iam neceſſario naturaliter quàm à ſeipſa mouetur ad actum amoris, ſeu volitionis ſummi boni clarè viſi producendum, vt latius declarat Caiet. vbi ſupra. & 1. 2. q. 10. art. 2. & videtur in hoc concordare Angeſt. in moral. c. 2. quamuis Scotus in 1. diſtinct. 1. q. 4. & in 4. diſtinct. 49. quæſtio. 9. cum aliis doctoribus teneat oppoſitum.

Secundò probatur eadē prima pars propoſitionis. Quia vt habetur ī articulis pariſiēſibus, vt ēt refert Scot. in 3. diſt. 36. & Buridanus in 3. Eth. q. 5. & communiter doctores, ſi ratio recta eſt & voluntas etiam eſt recta: error: item exiſtente voluntate in vltima diſpoſitione, quòd non poſsit velle oppoſitum: error. *2. art.*

Tertiò probatur idem; quia ſi ſtante prædicto iudicio, voluntas actum illi conformem neceſſario produceret; ergo iam ſcire multum immo totum penè valeret ad virtutem: quod tamen eſt contra Ariſt. 2. Eth. c. 2. & 4. dicentem quòd ſcire, parum aut nihil valet ad virtutem. Neq; valet euaſio Caiet. de qua infra. in reſponſione ad 3. Arg. latius habetur. Neq; etiam valet alia euaſiò Henrici Ganden. in 10. quolib. dicentis quòd ſtante prædicto pleno iudicio in ſenſu compoſito voluntas neceſſario producit actum: neq; propter hoc perdit ſuam libertatem: ex quo quamuis immediatè tunc non habeat iuxta poteſtatē ſuum actum producere & non producere, bene tamen mediatè ideſt in ſua cauſa; quia, ſcilicet tunc poteſt imperare intellectui ne plenè conſideret illud obiectum, ſed aliud, vel etiam nullum: & tunc conſequenter poterit non elicere illum actū ceſſante ſupradicto iudicio per imperiū volūtatis.

Nam contra hanc euaſionem replicatur; quia pono quòd illud plenum dictamen etiam ſimul plenè dictet, quòd nullo modo tale dictamen eſt auertendum neq; tollendum per imperium voluntatis, & tunc quæro, aut voluntas neceſſario ſe illi dictamini conformabit, aut non: ſi ſic; ergo iā voluntas non eſt libera etiam imperando intellectui, ne id ſed aliud conſideret: & per conſequens neq; mediatè neq; immediatè uolūtas imperium ſuum liberè poteſt elicere. Si autem uolūtas tali dictamini non neceſſario ſe conformat: tūc habetur intentum propoſitionis. Et in hoc concordant Ocham in 4. quolib. q. 6. & in 3. ſententiarum q. 12. & Almayn. in moralibus tracta. 3. cap. 4. & Gabriel cum Scoto. & communiter doctores in 3. diſtin. 36. quamuis Buridanus in 7. Ethic. q. 8. uideatur ſentire oppoſitum, dicens quòd experimur oppoſitum. Sed certè vel ipſe decipitur vt ait Almayn vbi ſupra putans experiētiam quæ non eſt: vel potius loquitur ipſe de pleno dictamine propriè prudentiali habente anexum rectum appetitum; de quo ſupra in prima propoſitione dictum eſt. Nam & in 3. Ethic. q. 4. & 5. cum ſupradicta ſecunda propoſitione ipſe expreſsè concordat.

Secunda pars quintæ propoſitionis, quòd ſcilicet talis non poteſt ſe diſformare contrariè probat; quia voluntas non poteſt tendere in aliquod obiectum niſi ſub ratione formali ſui obiecti: ſed ratio formalis obiecti volūtatis quo ad actū proſecutionis ſcilicet quo ad actum volitionis ſeu amoris producendum, eſt ratio boni alicuius veri vel apparentis per intellectum voluntati præſentati: quoad actum autem refugitiuum, ſcilicet quoad nolitionem ſeu odium producendum ratio formalis voluntatis eſt ratio mali alicuius, veri vel apparentis per intellectū voluntati propoſiti; ergo vbi nulla omnino ratio mali alicuius veri vel apparentis per intellectum volūtati proponitur vel apparet, ſed potius plena ratio boni: voluntas illud nolle vel odiſſe non poteſt. Et ita ſi reſpectu illius obiecti actum elicere vult, certè volitionis & non odii aut nolitionis actum neceſſario producet. Conſequētia patet, & maior probatur; quia nulla potentia poteſt actum producere niſi ſecundum rationem formalē ſui obiecti, vt patet de potentia viſiua quæ non poteſt viſionem producere, niſi de obiecto in quo eſt color, vel lux; quæ eſt ratio formalis obiecti viſionis: ſimiliter non poteſt eſſe auditio niſi vbi eſt ratio ſoni: neque guſtus niſi vbi eſt ratio ſaporis, & ſic de aliis potentiis ſenſitiuis & intellecti- *Probatur 2. pars.*

uis

nis idem patet. Minor autem ſupradicti diſcurſus patet, ſuppoſita opinione communi: nam ſi teneretur alia opinio quòd ratio boni non eſt ratio formalis obiecti voluntatis quoad volitiones neq; rō mali quoad nolitiones: ſed rō entis veri vel imaginarii: aut quomodocūq; volibile reſpectu volitionis, aut nolibile reſpectu nolitionis: tūc neq; ratio procederet, neque ſecunda pars propoſitionis haberet veritatem. Nos autem ſecundum opinionem communem in iis procedimus vt dictum eſt: quam etiam tenet Scot. vbiſupra & B. Th. etiam ſuperius, præcipuè. 1. 2. q. 9. art. 1. & q. 18. q. 19. q. 77. art. 2. ſimiliter vbi deficeret aliqua conditio de ſuprapoſitis in propoſitione, ita quòd eſſet plenum dictamen ſub omni ratione boni: tunc hoc ſtante bene poteſt voluntas ei etiā contrariè & ſe difformare; puta volendo fornicationem ſub ratione boni delectabilis, quamuis plenè iudicetur eſſe malum inhoneſtum.

Dubium. Sed ne tam ſicco (vt aiunt) pede tranſeamus per ſupradicta: dubitatur. Vtrum ratio formalis obiecti voluntatis quoad volitiones, ſit ratio boni alicuius; & quo ad nolitiones ſit ratio mali.

Reſpondeo: in hoc eſt duplex opinio quam tangit Scot. in 1. diſtinct. 1. q. 4. & in 2. diſtin. 43. q. 2. & in 4. diſtinct. 49. q. 9. & Ocham. in 3. ſententiarum. q. 12. & Angeſt. in moral. c. 2. & Almayn in moral. in 3. trac. c. 4. & alii alibi doctores communiter referunt.

Prima opinio tenet, quòd ratio formalis obiecti voluntatis quo ad omnes ſuos actus, eſt eadē quæ & intellectus; ſcilicet ens verum vel imaginarium: & hoc eſt volibile & nolibile: & conſequenter dicit hæc opinio, quòd voluntas poteſt velle malum etiam oſtenſum bonum, videlicet in quo nulla ratio boni ſed plena ratio mali apparet: poteſt etiam nolle bonum etiam oſtenſum bonum in quo etiam nulla ratio mali apparet; vt ait Angeſt. vbi ſupra: imnio & ſecundum alios vt refert Scotus, vbiſupra, in 2. diſtinct. 43. q. 3. poteſt velle malum ſub ratione mali aut quia malum eſt: & nolle bonum ſub ratiōe boni aut quia bonum eſt: quod probatur dupliciter. Primò quia alias ſequeretur quòd voluntas creata, non poſſet tendere in aliquod obiectum ſub aliqua ratione, ſubqua non poteſt tendere voluntas Diuina: & per conſequens quòd voluntas creata non poſſet peccare, ſicut nec Diuina poteſt, probatur ſequela: quia voluntas Diuina poteſt tendere in omne bonum ſubſtractum illi deformitati, licet non in illam rationem malitiæ commitantem.

Secundò, quia poſito ꝙ apprehendatur odiū Dei ab aliqua potentia intellectiua creata non errante; iam ex quo non errat, ſequitur quòd nō oſtendit odium Dei ſub ratione boni ſed mali: & tunc ſic; aut voluntas poteſt illud velle aut non, ſi poteſt illud velle: patet intentum: quia nulla eſt bonitas in illo actu odii prior ipſo actu volendi: ſi enim aſſignatur aliqua bonitas videlicet ipſius eſſentiæ naturalis actus volēdi hoc non eſt in obiecto vt præcedit actum; ſed in ipſo vt ſequitur actum volendi; ideſt in ipſo odio Dei vt eſt volitum. Si autem non poteſt in illud malum oſtenſum niſi ſub aliqua ratione boni & non mali; ergo vel ſimpliciter non poteſt in illud: vel oportet rationem eſſe cæcatam prius naturaliter: hoc autem eſt contra articulum pariſiēſem dicentem; Stante ratione in vniuerſali & particulari, voluntatem non poſſe in oppoſitum: error eſt. Auctoritates, autem omnes, rationeſq; probantes voluntatem non poſſe appetere quicquā, niſi ſub ratione boni, neque odire niſi ſub ratione mali; intelliguntur de appetitu libero ordinato & recto conformi ſuæ inclinationi ſeu appetitui naturali: idq; regulariter: at, de potenita ſua abſoluta, ſiue ſimpliciter, oppoſitum dicendum eſt ait hæc opinio: quam tenuerunt multi antiqui, & de modernis, Ochā & Angeſt. vbi ſupra cū aliis.

Sed certè rationes ſupradictæ non concludūt ſufficienter pro ipſa opinione: nam ad primam reſpondeo ſecundum Caieta. ſecunda ſecundæ. q. 14. art. 1. & lichetum in 2. diſtinct. 43. q. 2. negando ſequellam; quia licet omne volibile vni hoc modo, puta rectè aut malè, eſt volibile alteri eodem modo: vt patet de paſsione Chriſti quæ fuit bene volita à Deo, malè autem à Iudęis: quia idem obiectum modusque volendi non conuenit omnibus eodem modo. Idem nāq; eſt, conueniēs & bonum verum vel apparens vni, & non alteri: & ita pręter actum ſubſtractum malitiæ in peccato odii vel eiuſmodi, eſt bonitas apparens illi peccanti, nunc hic inquam vt eſt ratio totius actus, huic non poteſt ferri Diuina voluntas quia vt ſic eſt ratio peccandi, quæ Deo cōuenire nō poteſt. Item eſt differentia inter bonitatem ſecundum ſe, & vt eſt ratio talis actus. Nam licet omnis bonitas ſit amabilis a quocunque: non tamen vt ratio omnis actus cuius poteſt eſſe ratio in quocūque: ſed ſolum ſequitur quòd ſit amabilis ab vnoquoq; proportionabiliter: & quia peccare conſiſtit in velle bonitatem veram vel apparentem vt rationem mali actus; vt ſcilicet eſt contra legem ſuperius vel obligantem, quod ſolum cōuenit voluntati auerſæ à Deo: ideo non ſequitur quòd Deus id poſsit velle ſub ea ratione qua voluntas creata poteſt. Reprobatio opinionis.

Ad ſecundam probationem etiam reſpondet Caietanus vbi ſupra negando ſequelam, quòd ſcilicet verè apprehendens odium Dei, illud apprehendit ſub ratione mali; & quòd tale odium Dei nullius boni rationem habet. Nam ibi ponit opinio hæc malum integrum, quòd implicat duo contradictoria: deſtruit enim ſeipſam in Philoſophia, ex quo ponit odium Dei, vt eſt obiectum præueniens actum volendi eſſe totum malum. Nam obiectum poſitum in ſolo intellectu, & in ſolo eſſe obiectiuo voluntatis, impoſsibile eſt quòd ſit totum malum: quia oportet includere

actum

actum ſubſtractum puta odium Dei præſentatum voluntati : quod includit in ſe actum voluntatis qui eſt odium , & deformitatem ratione indebitæ materiæ, ſcilicet Dei : & cum voluntas in hoc peccatum fertur, iam actus ille conceptus, eiusq; deformitas exercetur: nã odium Dei quoad ſubſtractũ, tam in actu exercito, quàm ſignato alicuius boni rationem habet. Item ſecũdò deficit prædicta probatio; quia ponit intellectum prius naturaliter cæcum ſi voluntas fertur in obiectum ſecundum apparentem & non exiſtentem bonitatem : nam in virtute huius illa vltima ſequela fundari videtur: ideo Caieta. vbi ſupra malè mordet Scotum, quia hanc opinionem propter prædictas rationes tanquã probabilem reliquerit: quãuis in ea non ſe firmauerit.

Itẽ illa prima opinio nõ ſufficienter aſsignat, quæ ſit ratio volibilis diſtincta à ratione nolibilis vel etiam communis vtrique.

opinio 2. Ideo eſt ſecunda opinio communis, quòd obiectum formale voluntatis quo ad volitionem, eſt bonum verum vel apparens : quoad nolitionem autem malum verum, vel apparens: ita quòd nihil poteſt velle niſi ſub ratione alicuius boni apparentis , neq; nolle , niſi ſub ratione alicuius mali

Nota 1. apparentis. Vbi nota primò quod bonum capitur hic extensè ſeu communiſsimè, nõ ſolũ prout eſt in rerum natura, ſed etiã prout eſt in eſſe poſsibili aut etiam intelligibili : vel vt æſtimatur cuiuſcunq; boni ſeu conuenientis ẽt erroneè, abſolutè vel reſpectiuè , directè, vel indirectè , per ſe aut per accidens, aut quomodocũq; rationem habens ; vt quando eligitur mors , vel non eſſe , vt medium ad carendum aliquo alio malo, ſeu miſeria. Vnde & quando voluntas vult aliquod impoſſibile , puta æqualitatem Dei, aut hominem eſſe brutum , eſt aliquorum poſsibilium volendo ea taliter ſe habere , qualiter ſe habere non poſſunt: idq; ſub ratione alicuius boni apprehenſi; vt de hoc latius Angeſt. vbi ſupra, Scotus in 2. diſtinct. 6. & ibi communiter agunt; licet. Tho. & Caiet. in 1. par. q. 63. art. 3. cum quibuſdam aliis oppoſitum ſentiant. Malum etiã capitur extensè; pro eo in quo nulla omnino ratio boni ſeu conuenientis verè vel æſtimatiuè apparet: & ita obiectũ voluntatis , quoad omnes ſuos actus volitionum & nolitionum , bene extenditur ad omne obiectũ ad quod intellectus : ſed non ſub eadem ratione formali: quia non niſi ſit ibi aliqua ratio boni vel mali apprehenſi : quòd ſi neutro modo apprehendatur iam reducitur ad malũ , in quo nulla ratio boni apparet. Neq; libertas voluntatis ſtat in volendo & nolendo contrariè quodlibet obiectũ : ſed in contradictoriè ſe habẽdo circa ſuum obiectum ; puta, volendo aut non volendo obiectum volitionis, ſcilicet bonum apparens : & nolendo & non nolendo obiectum nolitionis, ſcilicet ma-

Nota 2. lum apparens. Nota ſecũdò ꝙ quando dicimus voluntatem velle aut nolle ſub ratione boni aut mali; non intelligitur ſic , quòd præſupponatur aliqua notitia cõnotatiua obiecti, ſeu aliqua reflexio , vt male intellexiſſe videtur Angeſt. vbi ſupra : ſed explicatur abſoluta notitia ratione formalis, ſub qua volũtas tendit in ſuum obiectum: ſicut quando dicitur quòd viſio habet pro obiecto ſenſibile ſub ratione coloris; id eſt quòd color eſt ratio quòd ſenſibile videtur , ſeu quòd ſenſibile videtur quia habet colorem : ſic in propoſito voluntas vult aliquid ſub ratione boni , id eſt quia eſt bonum , vel quia habet aliquam rationẽ boni vt dictum eſt. Hanc opinionem ſic declaratam tenet Scot. vbi ſupra & S. Bonauentura in 2. diſtin. 34. art. 1. q. 3. & B. Th. primæ ſecundæ. q. 8. articulo. 1. & tandem doctores communiter illam tenent.

Iam his declaratis , prædicta. 5. opinio , probatur dupliciter. Primò ſecundum Th. prima ſecundæ. q. 8. art. 1. quia nihil inclinatur proſequendo niſi in aliquid ſimile vel conueniẽs aliquo modo; ſed omnis appetitus proſecutiuus nihil aliud eſt quàm inclinatio appetentis in aliquid : modo ſit appetitus naturalis, modo rationalis ſeu liber; ergo omnis appetitus proſecutiuus etiam liber, qualis eſt volitio , non eſt niſi in obiectum ſimile vel ei aliquo modo conueniens : omne autẽ ſimile aut conueniens eſt aliquo modo bonum; vt patet ex ratione ſeu diffinitione boni , quod eſt aliquo modo conueniens ſeu appetibile alicui, vt de hoc latius agit B. Th. 1. par. ſum. q. 5. & q. de bono & malo : & eatenus eſt bonum quatenus vel quomodo eſt vel apprehenditur conueniens ſecundum rationem aut ſecundum ſenſum ; ergo actus proſecutiuus voluntatis qualis eſt volitio non poteſt tendere niſi in obiectum in quo aliqua ratio boni , honeſti , vtilis , aut delectabilis aliquo modo apparet: & è contra, de appetitu refugitiuo quocunque etiam libero dicendum eſt; quòd non poteſt eſſe niſi de obiecto in quo apparet aliqua ratio mali diſconuenientis ſeu fugibilis, directè aut indirectè, vel per ſe vel per accidens , vel alio quocunq; modo. 1. ra.

Secundò probatur idem auctoritatibus 10. Ethic. vbi habetur, quòd omnis ars, omniſq; doctrina ſimiliter actus & electio , bonum quoddã appetere videntur: & 1. Rethor. eſt autem voluntas cum ratione appetitus ; nullus enim vult niſi cum patuerit bonum eſſe. Et Dionyſ. de Diuin. no. cap. 4. ſic ait. Nec enim quiſquam mali naturam aſpiciens, ea facit quæ facit. Et paulo inferius. Nemo etenim in malum intuens agit ea quæ operatur. Hæc ibi. Vbi & latiſsimè hoc probat ex profeſſo, ꝙ ſcilicet nullus appetitus poteſt eſſe niſi ad bonum verum vel apparens vt dictũ eſt. 2. ra.

Item Aug. in lib. quæſtio. & habetur. 15. q. 1. c. merito. vbi ſic habet. Vſq; adeo ipſum peccare nemo appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud quod ex eo ſequitur; ſeu propter aliquid aliud volitum. Et ita patet opinio intenta. Quòd ſcilicet

ret vbi nulla eſt ratio boni apparens, non poteſt eſſe obiectum volitionis capax; neq; vbi nulla ratio mali apparet, poteſt eſſe obiectum nolitionis: ſicut neq; ſonus reſpectu viſionis, neq; calor reſpectu auditus obiectum eſſe poteſt: illud enim voluntatis naturæ repugnat. Vnde & dicit Scotus in 2. diſtin. 43. q. 2. & in 4. diſtin. 49. q. 9. quòd Deus ex natura ſua vel in ſe & Beatitudo odiri nõ poteſt: videlicet, ſi vt eſt ſummum Bonum in ſe & nobis, nullius mali aut defectus rationem habẽs, noſtræ voluntati præſentatur. Nam ſi conſideretur ſub aliqua ratione mali, puta, vt puniens ſeu pœnam quamuis iuſte infligens; vtiq; odibilis eſt & de facto odio habetur à damnatis vt de hoc latius agit Martinus de temperantia. q. 2. de odio Dei. & Angeſt. in moral. c. 3. & B. Th. ſecundæ ſecundæ. q. 34. art. 1. & ibi Caiet. & alibi doctores communiter ſecundum pſal. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Obiectum nãq; volũtatis non eſt quale ipſum eſt in re: ſed quale apprehenſum per intellectum voluntati præſentatur: & quia oppoſitũ dixerat ſe retractauit D. Auguſt. lib. 1. c. 19. retractationum.

arg. 1. Contra ſupradicta, & præcipuè cõtra primam partem ſecundæ propoſitionis, vbi dicitur, quòd ſtante illo pleno dictamine oſtenſiuo, poteſt voluntas nullum actum producere: arguitur probando quòd neceſſario producat actum illi conformem. Nam ſi ſortes habens hunc diſcurſum & dictamen plenum oſtenſiuum, cum omnibus conditionibus ſupradictis, Deus eſt nunc à me diligendus: hic eſt Deus: ergo hic Deus eſt nunc à me diligendus: iam ſic arguo; ſi ſortes habens tale dictamen ſyllogiſticum poteſt ſe priuatiuè habere non diligendo, & ſic omiſſiuè peccare: certè id deliberatè omittere non poteſt, niſi habeat aliquod iudiciũ formale vel virtuale, quòd Deus nõ eſt nunc ab eo diligẽdus: vt ſupra. q. 10: in reſponſione. Ad arg. & latius infra. q. 13, ex. 3. de anima habetur; & præcipuè ſecundũ Th. ergo ſortes tunc habet hæc duo iudicia contradictoria ſeu contraria; ſcilicet Deus eſt nunc à me diligendus, Deus non eſt nunc à me diligendus, quod non eſt poſſibile, ſecundum communiter doctores.

Reſpondeo ad 1. arg. Reſpondeo negando antecedens; quia ſi teneamus quòd datur pura omiſſio; vt tenet Angeſt. in moral. c. 6. & ca. 10. cum multis aliis doctoribus: tunc quando ſortes habens iudicium quòd Deus eſt, ab eo diligendus, per puram omiſſionem liberè omittit: non oportet quòd habeat aliud iudicium oppoſitum, quòd Deus non eſt nunc ab eo diligendus; ſicut neq; requiritur aliqua volitio omittendi: ſed ſufficit quòd habito iudicio quòd tunc Deus eſt ab eo diligendus liberè omittat: quæ omiſſio eſt etiam deliberata, vt infra. q. 13. habetur: & ad illam omiſſionem deliberatam & culpabilem, ſufficit iudicium interpretatiuum quale ibi eſt: ſicq; non dantur duo iudicia formaliter, immo neq; virtualiter ibi contraria. Inſuper cùm non repugnent duo iudicia virtualiter contraria, ſicut neq; habitus cũ actu contrario: fit à fortiori vt neq; alterum formale iudicium cum altero interpretatiuo cõtrario repugnet. Si autem teneatur opinio: quòd non datur pura omiſſio: tunc etiam ſi ad deliberatam omiſſionem requiratur volitio omittendi: non tamen requiritur formale, ſed ſufficit virtuale, ſeu etiam interpretatiuum iudiciũ de omittendo, vt infra. q. 13. habetur: & inde conſtat etiã ſecundum Th. vbi ſupra, non eſſe duo iudicia formaliter; ſed vel virtualiter contraria, vel alterum formale alterum interpretatiuum de oppoſito, quæ nullo modo repugnant.

Secundò & præcipuè contra ſecundam partẽ ſecundæ propoſitionis vbi dicitur quòd ſtãte pleno dictamine tantum oſtenſiuo, voluntas non poteſt ſe illi diſformare contrariè arguitur: quia ſtat quòd recta ratio oſtendat vtrũq; oppoſitorum, ſicut verè eſt, puta, furari eſſe omnino malũ atq; cauendum, & oppoſitum eſſe bonum appetendũ; eſt enim ratio oppoſitorum eadem: & quòd voluntas ex ſua libertate ſe determinet ad alterum illorum quia vult, vt patet. 9. Metaph. vbi dicitur quòd ſcientia eſt oppoſitorum ſed à pro hæreſi, ideſt, electione determinatur ad vnum; ergo contra illam propoſitionem apertè. argum. 2.

Reſpondeo ſecundum Caiet. prima ſecundæ. q. 77. art. 2. negando antecedens, quia ſi eſſet plenum dictamen, cum omnibus illis conditionibus ſuprapoſitis in 3. propoſitione iam voluntas non poſſet in oppoſitum contrariè ſeu cõmiſſiuè, vt ſupra probatum eſt: & Ariſt. ibi non loquitur de pleno iudicio ſeu cognitione plena oppoſitorũ: ſed de cognitione abſolutè. Reſpondeo ad 2. arg.

Quòd ſi replicetur: quòd ex. 2. Ethic. ſcire, parũ aut nihil valet ad virtutem, ſed ſi rectitudo intellectus requiritur ad bene volendum modo prædicto, ita quod ea ſtante non poteſt voluntas ſe illi diſformare contrariè ſeu commiſſiuè; ergo iam ſcire multum valeret ad virtutem contra Ariſt. & per cõſequens ſequeretur quòd potius eſſet ſuadendum cuilibet quòd rectè conſideraret quàm quòd recte vellet. Replica. Reſpondeo dupliciter. Vno modo ſecundum Caietanum, quòd illa maior ex 2. Ethic. intelligitur de ſcientia morali tantum diſtincta, contra ſcire prudentiæ; quia de illa cùm ſit vniuerſalium conſtat parum vel nihil valere ad bene viuendum. De iſta autem ſcientia prudentiæ propriè ſumptæ conſtat eſſe formam ſeu regulam virtutum, quia hæc pendet à recto appetitu, & ideo multum valet ad virtutem & eſt valde ſuadenda. Sed certè iſta reſponſio Caietani non eſt ad rem: quia Argumẽtum & replica procedit de ſcientia morali & de iudicio oſtenſiuo, ſicut & 2. propoſitio: contra quam arguitur, ideo

alio

alio modo reſpondeo ad replicam ꝙ Ariſt. loquitur de ſcientia tantum abſolutè ſeu ſpeculatiuè & non practicè ſumpta prout nullo modo ordinatur ad voluntatem: puta, quando quis ſtudet ſcire ſolum, vt ſciat, & non vt ſecundum ſciẽtiam operetur: quia licet talis ſcientia in ſe ſit practica quia tractat de agibilibus & de moribus: tamẽ in tali homine ratione ſubiecti parum valet ad virtutem; ex quo non intendit eam applicare ad rectè viuendum: immo & talis ſcientia non facit ſcientem moraliter perfectè: ex quo ille non vult experiri virtuosè quod ſcit: quæ tamen experientia requiritur ad ſcientiam moralem propriè & perfectè habendam, vt habetur. 1. Ethic. Non inquirimus vt ſciamus; ſed vt boni efficiamur. Si autem ſcire ordinatur ad voluntatem ſeu ad opus: tunc certè multum valet ad virtutem: quia qui vult rectè agere neceſſe habet plenè & rectè conſiderare de requiſitis vt nõ malè ſed benè agat: qua conſideratione habita vix peccabit commiſiuè: & de hac ſcientia practica & per ipſum hominem ordinata ad opus agitur in ſecunda propoſitione: eſtq; dictamen practicum ſed oſtenſiuè tantum acceptum vt patet ex ſupradictis.

Argum. 3. Tertiò principaliter arguitur iterum ad idem contra ſecundam partem ſecundæ propoſitionis vbi dicitur quòd ſtante pleno dictamine oſtenſiuo, non poteſt voluntas ſe illi, difformare commiſiuè: nam inde ſequitur quòd ratio culpæ, vel laudis, prius & principalius immo & ſimpliciter eſt in intellectu, vel in actu dictandi ſeu conſiderandi, quàm in voluntate ſeu eius actu & ꝙ actus intellectus eſſent in ſe & ratione ſui boni vel mali moraliter & imputabiles & non ratione voluntatis: quod eſt contra omnes doctores, etiã Thomiſtas: & quòd hoc ſequatur probatur dupliciter, tum primò; quia ratio culpæ vel laudis ibi eſt principalius vbi primo & principalius eſt defectus qui eſt cauſa & ratio culpæ, maximè ſi illud ſit in noſtra poteſtate: ſed dictamen prædictum intellectus eſt huiuſmodi; quia ſcilicet ex eius defectu prouenit culpa ſaltem commiſſionis in voluntate: & eo ſtante pleno non eſſet talis culpa, vt ſupra dictum eſt: & eſt in noſtra poteſtate habere vel non habere tale dictamen plenum vel defectuoſum: quia in noſtra poteſtate eſt applicare intellectum ad conſiderandum, aliàs non eſſet culpa inde proueniens tũ. 2. idem probatur ſecũdum Almaynũ in moralibus. tract. 1. c. 6. quia quandocunq; ſunt duo actus, ſic ſe habẽtes quòd vnus eſt liber in ſe ſeu per prius, & alter neceſſario ſequitur ad illum primum: tunc ille ſecundus non habet libertatem in ſe propriè dictam, niſi in primo: quia & tota bonitas & malitia attribuitur primo: nam ideo actus exterior dicitur non habere propriam bonitatem vel malitiam à ſe, ſed ab interiori ſecundum communiter doctores: modo illa bonitas vel malitia actus exterioris ſit alia, ſeu diſtincta à bonitate ſeu malitia actus interioris, vt ait Scot. modo non: quia neceſſario ſequitur ad ipſum interiorem niſi ponatur impedimentum: ergo ſimiliter cùm à dictaminis defectu proueniat culpa commiſſionis: & à plenitudine dictaminis proueniat, quòd non ſit talis culpa; ſequitur quòd ibi in intellectu & eius actu eſt cauſa culpæ primaria & per conſequens ibi eſt tota bonitas vel culpa ſequentium actuum voluntatis.

Reſpondeo ad argumentum negando ſequelam: & ad primam eius probationem, quòd. ſ. ibi eſt prius ratio culpę vbi prius eſt defectus: negatur iſta maior etiam ſecundum Duran. in 2. diſtin. 39. q. 1. & ratio eſt clara: quia talis defectus poteſt etiam inueniri in ratione ſpeculatiua ſeu imaginatione, vnde poſtea ſequatur culpa in voluntate: & tamen talis defectus non eſt culpa moralis aut imputabilis, vt patet. Dico igitur quòd ſolum in illa potentia & eius actibus eſt primo ratio culpæ ſeu laudis quæ liberè mouet ſe, & alias vires ad proſecutionem boni aut mali; quia etiam talis potentia ſolum eſt propriè obligabilis & per prius ſtante lege: hæc autem potentia & eius actus eſt voluntas, non autem ratio; quod patet: quia habitus & priuatio per prius dicuntur de ſubiecto in quo ſunt formaliter quàm de eis quæ ſolum extrinſecè denominat: quia de talibus non niſi ſecundario dicuntur, & in habitudine ad primum: ſicut ſanum per prius dicitur de animali in quo eſt ſubiectiuè quam de medicina vel vrina in quibus eſt ſicut in cauſa vel ſigno: ſed culpa dicitur de actu voluntatis ſeu de ipſa potentia ſecundum diuerſas opiniones, Scoti & Ocham, ſicut de ſubiecto in quo eſt formaliter ipſa culpa: de errore autem rationis practicè tanquam de cauſa, ſcilicet tanquam de regula electionis ſeu uoluntatis; ergo defectus rationis practicè non habet rationem culpæ moralis ſeu imputabilis, niſi extrinſicè & ſecundario; quatenus uidelicet per ipſum rationem habet regulari ipſa uoluntas ſeu electio de agibilibus à nobis. Hæc duran. Illud autem dictum eiuſdem quòd ſcilicet electio uoluntatis liberè tẽdit in proſecutionem intelligitur ſano modo, quòd ſcilicet ipſa electio ſeu actus uolitiõis liberè elicitur & producitur à uoluntate: tamen iam talis actus productus dum manet in genere actus ſeu volitionis; & dum liberè continuatur, neceſſario tendit in ſuum obiectum, vt Adrian. in quarto quodlib. art. 1. latius diſſerit; alias ſtaret volitio efficax & quòd non ſequeretur actio, ſeu opus ablato impedimento. Reſpond. ad 3. arg.

Ad ſecundam autem probationem reſpõdeo, negando antecedens ſeu maiorem illius diſcurſus, & ratio eſt, quia ut bene ait Angeſt. in moral. c. 1. & 3. & 6. & 10. actus intrinſecè ſeu eſſentialiter

ter & per prius liber eſt & dicitur ille qui à voluntate productus eſt immediatè in ipſamet voluntate: vel quia à ſua natura eſſet liber, & quantum eſt de ſe ſi non eſſet aliquis alius actus à quo neceſſario penderet. Prima pars patet de volitione immediata finis. Secunda de volitione medii neceſſariò cauſata ab efficaci volitione finis: patet etiam de volitionibus neceſſariis Beatorum & huiuſmodi aliis volitionibus neceſſariis: quia omnes tales quãtum eſt de ſe, ſi à voluntate producerentur eſſent liberè elicitè immediatè & intrinſecè & per prius, niſi eſſet talis volitio finis, aut alia cauſa neceſſitans voluntatem ad illarum volitionum productionem. Ideo & omnes tales volitiones quantumuis neceſſariò productæ ex aliarum cauſarum ſuppoſitione, bene habent in ſe propriè & intrinſecè, & per prius libertatem ſicut & bonitatem vel malitiam, alioqui volitio medii ad malum finem efficaciter volitum, non eſſet mala neque haberet aliam malitiam à malitia efficacis volitionis ipſius finis à qua fuit neceſſariò producta: ſicut actus exterior non habet aliam malitiam à malitia actus interioris à quo neceſſario ex ſuppoſitione pendet, ſeu cauſatur, quod eſt contra veritatem & omnes doctores communiter. Ideo contra Almayn, qui vbi ſupra in hoc certè deceptus videtur, dicamus, quòd non eſt ſimile de actu exteriore pendente neceſſariò ab interiore, & de actu interiore voluntatis pendẽte neceſſariò ab alio actu voluntatis interiore, qualis eſt volitio medii cauſata ab efficaci volitione finis: & ratio diſcriminis patet ex dictis. quia, ſcilicet, actus exterior non eſſet ex ſua natura liber etiam ſi non penderet ab interiori: interior autem volitio ſicut dictum eſt: ideo actus exterior non eſt per prius aut immediatè & intrinſecè bonus vel malus, ſed id habet à ſuo actu interiori à quo neceſſariò pendet: actus autem voluntatis interior bene eſt per prius immediatè & intrinſecè, ideſt à ſe bonus vel malus: & ex his patet quòd actus voluntatis liberè complacenter, quamuis neceſſariò elicitus, certè liberè eliceretur ſi non eſſet aliunde neceſſitata voluntas ſimpliciter aut ſecundum quid, de quo latius alibi, & ita per prius liber eſt.

24. Quarto principaliter arguitur contra eandem ſecundam propoſitionem & præcipuè contra id quod ibi præſupponitur, quòd, ſcilicet, ſi non ſit omnino plenum dictamen oſtenſiuum, quamuis ibi ſit plena deliberatio intellectus in ratione honeſti vel inhoneſti bene poteſt voluntas ſe illi difformare, non ſolum omiſsiuè, ſed etiam commiſsiuè. Contra hoc arguitur probando quòd tunc non poteſt voluntas ſe illi dictamini non pleno commiſsiuè difformare: nam ſit Sortes, qui habeat hunc diſcurſum & dictamen oſtenſiuum tantum actualiter in vniuerſali & particulari, ſcilicet, nulla fornicatio eſt à me cõmittenda: talis concubitus meus cum Bertha eſt fornicatio; ergo non eſt à me committendus: ita quòd ſolum deficiat in tali dictamine, vna conditio de ſuprapoſitis ad eius plenitudinem requiſitis: hæc, ſcilicet, quòd Sortes ſic iudicans non conſideret relatiuè quòd tale malum fornicationis eſt potius cauendum, quàm omne aliud malum pœnale: iam in tali caſu ſic arguo. Sortes non poteſt contrarium agere fornicando deliberatè & culpabiliter cum Bertha, niſi aliquo modo iudicet ſaltem imperceptibiliter ſecundum ipſos Thomiſtas quòd talis concubitus ſit cum illa committendus, vt patet 3. de Anima, vbi dicitur quòd nihil ab homine humanè, ideſt, deliberatè fit ſine intellectu practico & appetitu, vt latius habetur ſupra quæſt. decima in reſponſione ad argumentum, ergo prædictus Sortes habet hæc duo iudicia ſimul, ſcilicet, nulla fornicatio eſt à me cõmittenda, & hæc fornicatio eſt à me committenda: & ipſa ſunt cõtradictoria, vt patet: ergo contradictoria iudicia in eodem reſpectu eiuſdem ſequuntur ex ſupradicto præſuppoſito; quod eſt contra omnes doctores, & contra veritatem.

Reſpondeo vno modo, negando antecedens ſecundum Scotum, vt ſupra in reſponſione ad primum argumentum, & ſuperius quæſtione decima habetur. Alio modo conceſſo antecedente ſecundum Thomam negatur prima conſequentia: non enim ſunt contradictoria neque contraria illa duo iudicia; quia non ſub eadem ratione neque reſpectu eiuſdem opponuntur, quod patet. quia iudicans eſſe fornicandum cum Bertha, & ſic volens fornicari cum ea iam iudicat & vult id ſub ratione ſibi delectabilis, ſeu ratione uitandi ſuum incommodum temporale ſeu aliàs: ſub qua ratione non iudicabat oppoſitum, quando iudicabat non eſſe cum ea fornicandum abſolutè tantum; uel ſub ratione honeſti. Sicq; non ſunt omnino oppoſita iudicia illa in eodem intellectu, & multò minus eſſent oppoſita illa duo dictamina, etiam ſi ſub omnibus & eiſdem conditionibus reſpectiuis & rationibus haberentur; ſed unum eorum caperetur ſolum oſtenſiuè, alterum autem præceptiuè: aut ſi unum eorum non haberet annexum appetitum, alterum autem ſic; ſic enim æquiuocè ſumerentur ly fornicandum, & non fornicandum eſt, ut ait Adrianus, in quarto quodlib. & Caietanus prima ſecundæ quæſt. 77. artic. 2. & patet ex ſupradictis, & ſupra quæſt. 8. in reſponſione ad primum argumentum. Reſpondeo ad 4. arg.

QVAESTIO TERTIADECIMA.

VTRVM IN OMNI PECCATO ſit aliqua ignorantia, defectusque rationis: ita etiam quod omne peccatum ex ignorantia, ſeu potius ex inconſideratione aliqua, procedat aliquo modo.

1. opinio. RESPONDEO, in hoc eſt duplex opinio. Prima B. Tho. prima ſecundæ. q. 76. art. 4. q. 77. artic. 2. q. 78. art. 1. & ibi Caietan. & Duran. in 2. diſtinc. 5. q. 1. & diſt. 24. q. 2. & diſtinc. 39. q. 5. & aliorum ſequacium, quòd in peccato tam omiſsionis, quàm commiſsionis ſemper eſt aliqua ignorantia, ideſt imprudentia propriè ſeu ſtrictè ſumpta, de qua ſupra quæſt. 9. quæſt. 12. latius habetur: quia ibi vel non eſt rectum, plenumq; dictamen prudentiale, quale requiritur: vel ſi eſt, non tamen eſt conformitas recti appetitus, vt ad talem prudentiam exigitur. Et in hoc omnes conſentiunt, quamuis quò ad dictamen præceptiuum non omnes conueniant. Ignorantia verò, ideſt imprudentia largè ſumpta, quæ eſt carentia debitæ cognitionis, aut ſaltem conſiderationis alicuius circunſtantię vel alterius, quod deberet conſiderari ad peccatum tale cauendum; ſemper eſt in omni peccato cõmiſsionis, quamuis non in omni peccato omiſsionis; quamuis non ſemper vllus ibidem ſit error, deceptio, aut ignorantia propriè dicta, quæ

1. ratio. carentia debitæ cognitionis eſt. Hoc probatur dupliciter, primo quia vel homo tale peccatum eligit ſeu voluit deliberatè, vel non: ſi non plenè deliberatè, etiam ſi id liberè voluit: ergo iam ibi eſt defectus plenæ deliberationis, & iudicii, aut conſiderationis alicuius, quod deberet conſiderari; vt ex quid nominis plenæ deliberationis planò conſtat. Si dicatur quòd plenè deliberatè id malè voluit; iam probatur id non eſſe poſsibile; non poteſt voluntas aliquid plenè deliberatè velle, niſi illud formaliter aut actualiter plenè iudicet, abſolutè, & reſpectiuè, hic & nunc, eſſe omnino bonum, nullam mali rationem habens; ſimul & formaliter, vel virtualiter iudicet illud tunc eſſe uolendum ſicut de facto uult, quia 3. de Anima habetur, quòd nihil ab homine humanè, ideſt deliberatè fit, ſine intellectu practico & appetitu: tali autem iudicio pleno ſtante, non poteſt uoluntas ſe illi contrariè ſeu poſitiuè diſformare ut in ſecunda propoſitione quæſtionis præcedentis habetur: ergo ſi deliberatè malum eligitur & iudicatur, ibi eſt aliqua ignorantia, ſiue defectus plenæ & debitæ deliberationis, aut iudicii ſaltem actualis, neque plena deliberatio aut iudicium eſt; ex quo in ueritate id non omnino, neq; ſimpliciter bonum, neq; appetendum eſt.

Secundò probatur idem auctoritate. 6. Ethic. cap. 15. ubi habetur, quòd ſi uoluntas malè eligit; intellectus malè dictat, ſcilicet, uel poſitiuè uel priuatiuè aliquam ignorantiam, uel inconſiderationem habens. Item 5. Ethic. Nullus uult ne incontinens quidem, quod non æſtimat eſſe ſtudioſum. & 2. Rethoric. Nullus uoluntarius & cognoſcens prauè eligit. & 3. Ethic. Omnis malus eſt ignorans, capiendo malum extenaè, ut capitur communiter à doctoribus ſacris pro omni peccatore, non ſolum in gradu intemperantiæ; ſed etiam in quocunque gradu malitiæ: nam ſi capiatur ſtrictè & propriè, ut philoſophi capiunt, pro malo in gradu intemperantiæ, non probaret intentum ubi generaliter de omni peccato agimus. Item ad idem eſt Aug. lib. de Trinitate. cap. 5. & Prouerb. 14. Errant omnes qui operantur malum.

Neque ex hac opinione ſequitur, ait Duran. in 1. diſtin. 5. q. 1. quòd omne peccatum ſit ex ignorantia, & nullum ex induſtria, uel ex certa malitia; nam prædicta ignorantia uel inconſideratio, quam dicimus eſſe in omni peccato, non eſt ignorantia obiecti, qua tale quid ignoratur eſſe malum, quod tamen requiritur ut ſit peccatum ex ignorantia: ſed eſt ignorantia, qua non plenè conſideratur omnis circunſtantia, atque ſequela quomodo deberet conſiderari, ut homo retraheretur ab eo, quod nouit eſſe malum.

Dubium. ET ſi quęratur ſtando in hac opinione, an ignorantia ſeu inconſideratio prædicta, quæ eſt cauſa diſformitatis uoluntatis, ſit prius natura, quàm ipſe appetitus: nam uidetur dubium, quia ex eo quòd obiectum eſt uolũtatis, illud ſic iudicatum in tali ignorãtia videtur prius natura: ex eo uerò quòd eſt effectus uoluntatis determinantis intellectum ad ſic iudicandum ſecundum 9. Metaph. ut ſupra habetur, iam uidetur poſterius natura.

Reſponſio. Reſpõdeo ſtando in illa opinione B. Th. quòd determinatio intellectus ad alteram partẽ in moralibus, quæ ſunt contingentia, quando prouenit ex paſsione, præuenit manifeſtè electionem, ut patet ex ſupradictis: ſed quia hoc eſt per accidens, ideo abſolutè loquendo de determinatione intellectus, dico ſimpliciter, quòd uoluntas determinat intellectum ad concludendum ſiue iudicandũ alterum oppoſitorum eſſe faciendum, ut habetur 9. Meta. Sed diuerſimodè in bonis & malis, quia ſi neutrum oppoſitorum habet rationẽ mali moralis; uoluntas ex ſe ſola flectit iudiciũ quò uult: ad alterum uerò oppoſitorum moraliter malum uoluntas ipſa flectit iudicium, ſed non niſi concurrente aliquo alio defectu intellectus, ſaltem conſideratione omnium conſiderandorum: quæ ſufficit ut omnis malus ſit ignorans, ut dicit Tho. prima par. ſum. q. 63. artic. 2. & 3. de peccato primi Angeli, & ut ſupra quæſt. 12: in ſecunda propoſitione & dubio primo habetur.

Iudicium

Iudicium igitur de agendo vel appetendo moraliter malum, cùm in ratione propoſiti ſit prius natura, quàm mala voluntas; & in ratione acceptati ſit poſterius natura: & acceptatur ex aliquo defectu intellectus, quia malum ſecundum ſe nõ eſt acceptabile, niſi habeat aliquam rationem boni ſaltem apparentis: reſoluendum eſt tale iudicium in tua hæc, ſcilicet in ipſum iudicium, ſeu iudicatum quod acceptatur. Secũdò in defectum intellectus quodammodo acceptatur. Tertiò in ipſam acceptationem paſsiuam à mala voluntate illatam. Et quo ad duo prima præuenit voluntatem malum vt obiectum & conditio nonnulla eius, ſiue ex parte eius, ſiue ex parte intelligentis: quò ad tertium autem, eſt effectus voluntatis, & ſic omnia conſonant.

2. opinio. Secunda opinio Scoti in 3.diſtinc.36.art.2. & in 2.diſtin.6.art.2. & in reſponſione ad tertium argumentum, & Baſſolis in 2.diſtin.25.quæſt.2. & Adrianus in quarto quodlib. artic.primo, & communiter doctorum eſt, quòd licet in omni peccato ſit aliqua imprudentia propriè ſeu ſtrictè ſumpta, vt ſupra q.9.habetur, quæ ab aliis dicitur ignorantia electionis, ex quo ibi nõ eſt conformitas volũtatis ſecundum Sco. ſeu actus eius ſecundum Ocham ad rectam rationẽ: non tamen ſemper eſt ignorantia ſeu imprudẽtia largè ſumpta, vel aliqua inconſideratio alicuius quod deberet conſiderari: ſed dicit q́ ſtante plena, rectaq; deliberatione intellectus, poteſt voluntas etiam poſitiuè ſeu commiſsiuè malè moraliter velle & nolle, ſine vllo defectu in ratione: non autem id poterit ſtante pleno dictamine in ipſa ratione, ſeu intellectu. Pro cuius declaratione & probatione nota, quòd aliud eſt plenum dictamen ſeu iudicium, aliud plena deliberatio: nam ſtat aliquod opus eſſe plenè deliberatum in ratione honeſti vel inhoneſti, aut moraliter boni vel mali; & q́ non ſit plenè deliberatum in ratione vtilis vel delectabilis cõuenientiſvè naturæ: & per conſequens quòd non ſit plenum dictamen abſolutè, neque plenè oſtenſum ſub omni ratione boni vel mali, quod tunc omnibus aliis poſtpoſitis eligendum vel euitandum ſit, vt ſupra in 2.notabili quæſt.12. præcedentis latius habetur.

Iam his ſuppoſitis & declaratis probatur hæc ſecunda opinio cõmunis, quò ad hanc vltimã partem eius; quod, ſcilicet, non eſt ſemper in omni peccato aliqua ignorantia vel inconſideratio: quia vbi eſt plena deliberatio alicuius, putà, fornicationis in ratione honeſti vel inhoneſti, non eſt in intellectu aliqua ignorantia vel defectus alicuius cõſiderandi quò ad rationem hãc honeſti vel inhoneſti, vt patet: quia aliàs non eſſet plena deliberatio: ſed ſtante tali deliberatione plena ſtat etiã ſimul quò ad alterum illorũ, putà, fornicationẽ, vt bonum delectabile ſenſui per verum iudiciũ, aut per ſolam intellectus apprehẽſionem voluntati præſentatum, ſicut & verè eſt, voluntas ipſa ſcienter contra rectam rationem aut contra conſcientiam rectam merè liberè & culpabiliter eligat: ergo in tali electione plenè deliberata nulla ignorantia, nullusque defectus rationis eſt. Conſequentia patet cum maiore, & minor probatur tripliciter. Tum primò, quia ideo requiritur iudicium, vt obiectum cum ſuis circunſtantiis voluntati præſentetur vt ipſa poſsit circa illud deliberare: ſed ſine alio iudicio aut dictamine reflexo quòd tale quid eſt tunc omnibus aliis poſtpoſitis eligendum vel reprobandum, iam per iudicium completè dictans de obiecto & omnibus circunſtantiis requiſitis ad honeſtatem actus, voluntas eſt ſufficienter illuminata vt poſsit deliberare, & plenè liberè id vel oppoſitum eligere: ergo illud reflexum non requiritur ad actum plenè deliberatum in ratione honeſti vel inhoneſti: nam aliàs ſequeretur quòd nullus poſſet ſciẽter velle aut agere contra conſcientiam rectam & plenam; quod concedere eſt contra experientiam, & contra omnes doctores. Tum ſecundò, quia, vt ſupra q.12.propoſitione ſecunda habetur, quando obiectum non oſtenditur ſub omni ratione boni aut mali cuiuſcunque, quantumcunque plenè ſub ratione honeſti præſentetur, poteſt voluntas velle & nolle aliud etiam contrariè oppoſitum ſub alia ratione mali vel boni vtilis, aut delectabilis quomodocumque ei ſimul oſtenſum. Tum denique quia 9.Metaph. ſcientia eſt oppoſitorum ſed à prohæreſi, id eſt, ab electione voluntatis determinatur ad vnum. Quod autem Commentator. 2. Phyſic. ait in cap. de fortuna: quòd contingens ad vtrũlibet & ęqualiter indeterminatum non inuenitur in agentibus per ſe; ſed in potentiis tantum paſsiuis, qualis voluntas non eſt; dico quòd illud primum intelligitur de agentibus naturalibus determinatis ad vnũ, qualis voluntas nõ eſt; hoc autem vltimum intelligitur de potentiis non merè paſsiuis qualis voluntas eſt. Vide hæc auctoritas potius eſt pro hac noſtra opinione, quæ et per eam magis confirmatur, & per tres artic. Pariſienſes, in hunc modum condemnatos. Primus eſt, Stante ſcientia in vniuerſali & particulari voluntatem non poſſe in oppoſitum. error. qui articulus ab aliis ſub hac forma refertur. exiſtente maiore vniuerſali in actu & minorem particulari etiam in actu quòd voluntas non poſsit in oppoſitum: error. Secundus, Si recta rõ eſt, etiã recta voluntas eſt: error. Tertius, Exiſtẽte voluntate in vlt. diſpõne, quòd non poſsit oppoſitum velle: error. Hos errores etiam refert Sco. & cõiter doc. in 3. diſt.36. & Buridanus.3.Eth.q.5.

Neque ad has auctorit. valet euaſio Caiet. prima ſecũdæ.q.77.art.2. dicentis, quòd iſti errores condẽnantur, ſicut & verè ſunt errores, qñ eſt ſolum ſcientia actualis abſolutè & non reſpectiuè; vel ſi etiam eſt reſpectiuè, non tamen eſt di- Euaſio.

ctamen iudicium præceptiuum; quia ſi eſſet, non eſſent errores, neque condemnarentur. Sed certè hæc euaſio nihil valet, tum primò, quia articuli loquûtur expreſsè de ſcientia etiam actuali quacunque, nulla facta diſtinctione dictaminis pleni aut non pleni, pręceptiui aut non præceptiui: nam ſi aliter intendiſſet, facilè id explicare potuiſſet: tum ſecundò, quia ſine prædictis adiectionibus ſtat ꝙ ſit plena delibetatio in ratione honeſti & inhoneſti, etiam ſi non ſit plenum dictamen, vt ſupra dictum eſt: qua deliberatione ſtante condēnatur vt erroneum dicere ꝙ non poteſt voluntas in oppoſitum, quia hoc intenditur ibi & nihil aliud vt ex ipſis verbis conſtare poteſt. ergo ſine vlla ignorantia vel defectu rationis ſtat malè eligere oppoſitum; vt ait opinio & Ariſt. 7. Ethic. ex propoſito reprobat opinionem Socratis oppoſitum tenentis, vt ſupra quæſt. 8. & infra q. 15. latius habetur.

Refutatio eius.

Reſpon. ad primam rationem primæ opin.

Ad rationes autem primæ opinionis, reſpōdeo ad primam concedendo ꝙ homo illud peccatū, putà, fornicationem, plenè deliberatè eligit: & quando arguitur id non eſſe poſsibile, negatur illa maior ibi poſita: ſtat enim aliquid eſſe plenè deliberatum in ratione honeſti vel inhoneſti; & ꝙ non ſit plenè oſtenſum vel dictatum ſub omni ratione boni vel mali, vt ſupra declaratum eſt. Neque etiam ad plenè deliberatè aliquid agendum, requiritur quòd homo formaliter, aut virtualiter iudicet id eſſe tunc omnibus aliis poſtpoſitis eligendum: & dato quòd id eſſet requiſitum ad rectam, non tamen ad malam electionem plenè deliberatam: ſufficit enim ad rectam & malā electionem plenè deliberatam, quòd plenè deliberetur vel iudicetur tale quid eſſe bonum vel malum moraliter, ſeu in ratione honeſti vel inhoneſti eſſe, nunc cū aliis circūſtantiis agendum vel vitandum; cum quo ſtat quòd in ratione vtilis vel delectabilis, voluntas plenè deliberatè oppoſitum velit, vt dictum eſt.

Et ad Ariſt. 2. de Anima reſpondeo, quòd intelligitur quòd ad plenam deliberationem requiritur intellectus practicus. i. intellectus actualis vel virtualiter completè dictans ſeu iudicans de obiecto & circunſtantiis, & appetitus. ſ. voluntas eligens alterum illorum oppoſitorū plenè deliberatorum: neq; aliud ibi ſignificatur, neq; inde elicitur contra ſupradictam opin. communem.

Replica.

Si replicetur quòd ſi fuiſſet plenum dictamen, poſſet voluntas ſeſe illi difformare contrariè eligēdo fornicationem, etiam ſub ratione boni delectabilis, vt ſupra q. 12. propoſitione ſecunda habetur, ergo defectus illius pleni dictaminis eſt cauſa peccati, ſeu eſt in quocunque peccato quātumcunque plenè deliberato ſub ratione honeſti vel inhoneſti.

Reſpon. ad replicam.

Reſpondeo concedendo antecedens & negando conſequentiā, immo etiam ſi concedatur conſequentia nihil inde ſequitur contra opinionem: neque enim inde ſequitur quòd eſt aliquis defectus in ratione in quocunq; peccato: quia non dicitur defectus rationis aut conſiderationis niſi ſit defectus eius, quod in ratione honeſti vel inhoneſti deberet conſiderari ad tale quid vitandum vel agendum: nunc aūt ad plenam conſiderationem ſub ratione hac honeſti, non tenetur homo plenum abſolutè dictamen ſupra dictum habere, ſed plenam deliberationem ſub ratione honeſti vel inhoneſti, vt ſupra dictum eſt.

Ad ſecundam probationem ex 6. Ethic. reſpō. quòd ibi Ariſt. ſicut & 7. Ethic. loquitur, non de quacunq; electione ſiue dictamine; ſed de prudētiali propriè & præceptiuo, cui neceſſariò coniunctus eſt rectus appetitus, de quo ſupra q. 12. prima propoſitione, & q. 9. latius habetur. Nos autem hic loquimur de dictamine tantum oſtenſiuo, ideo nihil ad rem.

Ad aliud ex 5. Ethic. reſpon. ſecundum Adria. in 4. quodlib. quòd loquitur etiam ibi Ariſto. de æſtimatione prudentiæ & imprudentiæ propriè ſumptæ, de qua dicitur etiā 3. Ethic. Qualis vnuſquiſque eſt talis ei finis videtur, vt ſupra q. 9. & infra q. 15. latius declaratur. et eodem modo reſpondeo ad illud ex 7. Rethor.

Ad 3. Ethic. Omnis malus eſt ignorans, & ad Auguſti. & Prouerb. 13. reſpondeo ſecundum Scotum in tertio diſtinctione 36. quòd intelligitur de ignorantia electionis, quæ non eſt formaliter ignorantia deceptionis, aut neſcientiæ, vel inconſiderationis in intellectu: ſed eſt electio verorum, aut accōmodorum mediorum ad malum finem à mala voluntate intentum vel præſtitutum, quæ dicitur etiam error morum, qui eſt non quidem in intellectu deceptio, ſed in voluntate deuiatio à via virtutum: quomodo dicimus aliquem ſcienter errare per deuium ambulans, licet per intellectum nil falſum iudicet, neque ignoret, qui dicitur error effectus, ſicut & error calami vel pedum, vt ait Adrianus, vbi ſupra ſecundum cōmuniter doctores: vnde & Baſſolis ſuperius ait, quòd talis dicitur ignorans nō verè & formaliter, ſed interpretatiuè, quia videlicet agit tanquam ignorans: & inde ex mala volūtate ſæpe ſequitur error, ſiue deceptio, vel ignorantia aliqua in intellectu concomitans peccatum ipſum ſecundum Sapien. 2. Excæcauit eos malitia eorum. & tertio Ethic. dicitur, quòd propter delectationem deceptio prouenit; & non bonum, bonum videtur: & qualis vnuſquiſque eſt talis ei finis videtur: Quod, quomodo fiat, latius infra quæſt. 15. habetur. Ad argumenta verò alia, quæ hic fieri poſſunt, reſponſio ſupra quæſtione 12. videatur.

Quæſt.

QVAESTIO QVARTADECIMA.

VTRVM OMNE PECCATVM Chriſtiani, ideſt hominis baptizati non hæretici, ſit ex defectu fidei: & vtrum talis in mortali exiſtens poſſit verè dicere, Credo in Deum.

RESPONDEO ad primum ſecundū duas opiniones tactas in quæſtione 13. præcedente. Nam ſecundum primam opinionem Beati Tho. dicendum eſt, quòd ſic, ſaltem ex aliqua incōſideratione alicuius pertinentis ad fidem, vt ibi declaratum eſt. Secundum aliam opinionem Scoti & aliorum tenendum eſt quòd non ex defectu fidei ſpeculatiuæ, neque ex inconſideratione prædicta. Nos autem ſecundum omnes & quidem verè dicamus, quòd omne peccatum Chriſtiani prouenit ex defectu fidei practicæ, quæ per dilectionē operatur, & ipſam Dei dilectionem veram includit. Prouenit etiā ex defectu uigoris viuacitatis efficatiæ, aut fortitudinis fidei ſpeculatiuæ, vel informis: quia ſcilicet Chriſtianus non efficaciter proſequitur id, ad quod ipſa fides dirigit, & inclinat. Et ad alterutrum ſenſum intelliguntur Origenes homilia 9. in Leuitic. & Cyprianus contra Nouatianum, & Hierony. 10. ſuper Prouerb. 8. & præcipuè Chryſoſtomus ſuper Matth. 25. communiterque doctores dicentes omne peccatum ex defectu fidei eſſe, omneſque peccatores eſſe infideles.

Multò minus dicēdum eſt omne mortale peccatum Chriſtiani ex errore in fide procedere: aut per omne peccatum fidem perdi: aut exiſtentem in peccato mortali non eſſe Chriſtianum: tum primò quia non perditur fides theologica quò ad eſſentiam fidei niſi per ſolam infidelitatem, ſeu hæreſim pertinacem ei oppoſitam, ſecundum Scotum & communiter doctores in tertio diſtinctione 23. & 36: tum ſecundò idem patet prima ad Corinth. 12. Si habuero omnem fidem vt montes transferam, charitatem autem non habuero. Facit & Hieronymus lib. 1. commentari. ſuper Matth. 7. ibi. Non omnis, qui dicit, Domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et Baſilius in regula monachorum cap. 94. Et Gregorius homilia de Virginibus ſuper Matthę. 25. ibi. Non acceperunt fatuæ oleum cum lampadibus: & ad idem eſt Auguſt. & Chryſoſt. eodem loco in opere imperfecto: & Bernar. ſermone 25. ſuper cant. & communiter doctores: & tandem in concilio Tridentino ſeſsione 6. de iuſtificatione, canone 28. expreſsè habetur Peccatos fideles baptizatos habere veram fidem ſine charitate, & eſſe, & dici Chriſtianos: & oppoſitum dicentes anathematizantur ibidem. Vide nota ſecundum Vega de iuſtificatione lib. 7. capi. 8. & 9. & 10. quòd tales dicuntur, ſuntq́; Chriſtiani; non tamen veri veritate fructus, neque boni Chriſtiani licet veram fidem veritate rei habeant, vbi de his ſatis pulchrè agit. Et talis horum fides dicitur informis, quia ſine forma, & vita charitatis mortua eſt, Iacob. 2. non quidem quia eſt ſine ſua intrinſeca forma ſpecifica, aut ſine ſuo ſpecifico eſſe habitus & virtutis fidei, ſicut homo mortuus non habet veram formam hominis ſpecificam: & ideo verè non eſt homo: ſed quia non habet formam extrinſecam, ideſt pulchritudinem, ſeu vitam charitatis & gratiæ; & per conſequens neque motum efficacem, neque eſſe meritorium & gratuitum, neque perfectum eſſe virtutis fidei practicæ, quæ iuſtificat. Igitur charitas eſt forma fidei, ſicut ſpei, aliarūq́; virtutum, non quidem conſtituens illas in ſuo ſpecifico eſſe fidei, aut virtutis fidei, ſed in perfecto eſſe virtutis fidei, quæ per charitatem operatur, quod eſt eſſe gratuitum & meritorium. Concordant in hoc Scot. in 3. diſt. 36. & Caieta. ſecunda ſecundæ q. 4. & q. art. 1. & prima ſecundæ. q. 65. art. 4. quamuis in aliis ibidem inter ſe diſſentiāt. Igitur peccator Chriſtianus, non habet errorem, aut defectum fidei ſpeculatiuæ formaliter, ſed interpretatiuè: ſicut & omnes malus eſt ignorans, vt ſupra q. 13. in fine dictum eſt.

Quo ad ſecundum quod quæritur in prædicta quæſtione, ſcilicet, vtrum Chriſtianus exiſtēs in mortali peccato, verè poſſit & debeat dicere, Credeo in Deum. Reſpondeo quòd ſic, quāuis non tam propriè & perfectè, ſicut qui eſt in charitate: quod probatur tripliciter. Primò ſecundū Tho. ſecunda ſecundæ. q. 1. art. 9. ad tertium vbi ſic ait, Confeſsio fidei traditur in ſymbolo quaſi ex perſona totius Eccleſiæ, quæ per fidem vnitur. Fides autem Eccleſię eſt fides formata: talis enim fides inuenitur in omnibus, qui numero & merito ſunt de Eccleſia. Ideo confeſsio fidei in ſymbolo traditur ſecundum quod conuenit fidei formatæ: vt etiam ſi qui fideles fidem formatā non habent, ad hanc pertingere ſtudeant. Hæc ille. *Reſpon. ad 2. dub.* *1. ratio.*

Sed contra hanc rationem arguitur, quia ſi nō vt miniſter Eccleſiæ, nec in perſona eius quiſpiā in mortali peccato id dicit, ſed vt perſona ſingularis; tunc nullo modo neq; vt mēbrum Eccleſię neque in perſona Eccleſiæ id verè dicere poteſt; ſicut exiſtens in odio contra proximum dicens, Pater noſter vt perſona ſingularis vel particularis nullo modo verè dicit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: quod ſi adhuc id pernegetur; contra, quia ſaltem de cathecuminis nondum baptizatis in mortali peccato exiſtentibus nō poteſt dici, quod in perſona Eccleſię id verè dicant: cùm neq; merito, neq; numero ſint membra eius: & tamen D. Auguſt. illis

G 3

ſuadet vt antequam dormiant, dicant, Credo in Deum &c. ergo inſufficiens ratio illa videtur.

2. ratio. Reſpondet 2. Gerſon. alphab. 25. n. q́ ſenſus eſt, Credo in Deum, ideſt, confiteor fidem, qua creditur in Deum. Sed nec omnino hæc explicatio ſatisfacit.

3. ratio. Ideo tertia ratio eſt, quòd dupliciter ſtat credere in Deum; q́ eſt credendo in Deum ire ſiue tendere. Vno modo perfectè, ſcilicet fide formata, vel quæ per dilectionem operatur; de qua Auguſt. in ſoliloq. in fine, & ſuper Ioã. c. 14. Creditis in Deum, & in me credite: & in expoſitione ſymboli: & habetur de pœnitentia, diſt. 2. c. Charitas eſt aqua, ait. Credere in Deum eſt credẽdo illum amare, & in eum ire, ſcilicet per opera fidei, & credendo ei adhærere, & eius membris incorporari, ſcilicet, per charitatem & gratiam; & hoc eſt proprium bonorum Chriſtianorum, & Auguſt. id tantum ibidem expreſsit quod perfectum eſt, quo & omnes anniti debent. Alio modo imperfectè credere in Deum eſt credendo in ipſum ire, per fidem informem ſimul, & per informem amorem deſiderii habẽdi Deum, ex bono deſiderio naturali per fidem directo & adiuto, mouente in Deum vt ipſum habeamus; & tali modo credere in Deum eſt fidelium in peccato mortali exiſtẽtium: qui & hoc modo in perſona ſua verè dicere poſſunt & debent Credo in Deum: vt per talem fidei confeſsionem veram, ad perfectam fidem, quæ per charitatem operatur, & ad Deum per gratiam habendum paulatim perueniant, & impetrent à Deo. Nam talis eſt natura fidei, quæ niſi adſit impedimentum ex parte hominis ipſum mouet, & dirigit ad Deũ amandum & habendum. Et hanc etiam reſponſionem innuit B. Tho. vbi ſupra in fine vbi ait. Vt etiam ſiqui fideles formatam fidem non habent, ad hanc pertingere ſtudeant: & Abulenſ. ſuper Exodo 14. quæſtione decima, dicens, quòd eſt credere in Deum, non quidem perfectè per amorem inhærendo, ſed fide qua propter Dei amorem, quo ſcilicet deſideramus Deum habere, iis, quæ ſunt fidei, firmiter aſſentimus, intellectumq; in eius obſequium captiuamus. Hæc ille. Et de hac fide peccator pœnitens prius monetur concepta de Deo fide & timore: deinde deſiderio ac ſpe, vt tandem venia obtenta per charitatem illi adhæreat. Vnde liquet eiuſmodi pœnitentem prius tendere in Deum per informem fidem ipſius Dei deſiderio affectam, quàm per eandem charitate perfectam, qui & nondum liber à peccato verè tunc dicere poteſt, Credo in Deum.

QVAESTIO QVINTADECIMA.

QVOMODO MALITIA excæcat intellectum, & maximè circa principia prudentialia: & quomodo qualis vnuſquiſque eſt, talis ei finis videtur; & vtrum ſtet diſſentire primis principiis practicis & ſpeculatiuis, & propoſitionibus per ſe notis, & aſſentire oppoſitis: & quomodo omnis malus eſt ignorans.

RESPONDEO per quatuor propoſitiones, quarum prima eſt. Propoſitioni ſpeculatiuæ euidenti omnino euidentia intrinſeca, cuius, ſcilicet, aſſenſus cauſatur ſufficienter ex notitiis apprehenſiuis terminorum ſuorum, ſine alio aſſenſu concurrente; ſi talis propoſitionis euidentis, oppoſitum explicat manifeſtam contradictionem; nullo modo poteſt intellectus ſanus diſſentire, neque eius oppoſitæ aſſentire. Secus ſi oppoſitum non explicat contradictionem; ſecus etiam eſt de propoſitione euidentia extrinſeca, quæ ſcilicet non eſt euidens ex ſuis terminis, ſed per præmiſſas euidentes euidenter illam inferentes mediatè ſeu immediatè. Secus etiam ſi intellectus ſit aliàs vndecunque læſus, ſeu deprauatus: nam in his tribus vltimis caſibus, poteſt intellectus diſſentire talibus propoſitionibus euidentibus, & earum oppoſitis aſſentire. Iſta prima propoſitio habet quatuor partes. Prima eſt de propoſitione euidenti euidentia intrinſeca, cuius oppoſitum explicat manifeſtam contradictionem, vt ibi declaratur; vt iſta propoſitio Sortes eſt vel nõ eſt, quæ etiam dicitur primum principium ſpeculatiuum, quia, ſcilicet, eſt diſiũctiua ex partibus contradictoriis conſtans ex terminis ſingularibus: & iſta, non eſt malè agendum, quæ eſt primum principium practicum prudentiale. Propoſitio autem dicitur explicare manifeſtam contradictionem, quando eſt copulatiua compoſita ex contradictoriis, vel contrariis, vt iſta propoſitio, Sortes eſt & non eſt; nullus homo viuit & omnis homo viuit. Quòd ergo tali propoſitioni euidẽti intrinſecè, cuius oppoſitum explicat contradictionem, intellectus ſanus non poſsit diſſentire, neque eius oppoſitæ aſſentire, probatur dupliciter. Primò, quia ibi eſt eſſentialis intrinſeca & manifeſta repugnantia; ergo ſicut ſenſus non læſus non poteſt decipi circa proprium obiectum, ita nec intellectus circa prædicta: & ratio conſequentiæ eſt, natura intellectus & natura ſenſus, qui naturaliter agunt circa propria & primaria obiecta; qualia ſunt ſupradicta, quia ex lumine naturali intellectus naturaliter inclinatur ad non diſſentiendum, nec aſſentiẽdum prædictis propoſitionibus.

Secundò

2. ratio Secundò probatur idem, quia ſicut non pôt eſſe vna & eadem qualitas, quę ſit caliditas & frigiditas; ergo ſimiliter nec vna qualitas quæ eadem ſit formalis aſſenſus & diſſenſus eiuſdem ꝓpoſitionis. Hæc ratio nõ eſt tam efficax vt prima, licet valde probabiliter probet intentum: tum quia poteſt negari antecedens ab eo, qui uellet proteruire: tum etiam quia poteſt negari conſequentia, aut ſimile quatenus in conſequente videtur præſupponi opinio Gregorii Arimi. tenentis ꝙ eadem ſimplex qualitas, ſeu eadem propoſitio eſt aſſenſus vnius & diſſenſus oppoſiti: quæ opinio tenetur à multis, ſed alii, aliter opinantur, ſicq; ſolum probabiliter concludit.

2. pars propoſitionis. Secunda pars propoſitionis, ſcilicet ſecus ſi talis propoſitionis euidentis intrinſecæ oppoſitum non explicat contradictionem: tunc enim ſtat ei diſſentire, & eius oppoſito aſſentire etiam intellectu exiſtente ſano, ut eſt iſta propoſitio, non eſt malè agendum: ego viuo; ego vigilo, ego video: & forte etiam eiuſmodi eſt, hæc propoſitio, omne totũ eſt maius ſua parte; & quòd Triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & aliæ huiuſmodi, quibus poteſt quis diſſentire, & eius oppoſitis aſſentire. Probatur quia aliquis ſimplex poteſt credere alicui docto, qui & creditur bonus, dicenti quòd id quod uerè uidet, nõ eſt talis res, licet ei videatur quòd ſic: quia tamen ille uir doctus dicit quòd decipitur ex parte medii, uel organi, uel aliunde ſophiſticando: iam ille ſimplex credit ita eſſe: ergo poteſt ſic contingere in omni propoſitione prętata, de qua ſecũda pars propoſitionis loquitur, propter eandem cauſam & rationem.

3. pars. Tertia pars propoſitionis, ſcilicet, ſecus etiam de propoſitione euidenti, euidentia extrinſeca &c. quòd enim tali propoſitioni euidenti extrinſicè poteſt intellectus aliàs non lęſus diſſentire, & eius oppoſitæ diſſentire, patet; quia benè poteſt intellectus cum aliquo motiuo, & à fortiori cum imperio uoluntatis ante applicationem demonſtrationis ei diſſentire, ſecus poſt eius applicationem. Hæc Angeſt. in moral. capitulo. 1. fol. 6.

4. pars. Quarta pars propoſitionis, ſcilicet, ſecus etiã ſi intellectus ſit aliàs læſus, patet ſecundum communiter doctores: ſicut potentia uiſiua læſa non poteſt rectè uidere colorem; de his omnibus in alio noſtro tracta. uel lib. 3. de conſcientia q. 11. infra uideatur.

2. propoſitio. Secunda propoſitio, in primis principiis practicis, corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis, & contingere poteſt error ſeu deceptio: & eò magis, quò plus eſt de affectione circa ea, & quo minus uniuerſalia ſunt talia principia practica: & econtra, eò minus deceptio ſeu error cõtinget circa ea, quò minus eſt de ea affectiõe, & quò magis uniuerſalia, ſunt talia principia practica.

Prima pars probatur: quia omnia principia practica, etiam ſi ſolum oſtenſiuè capiantur, nõ ſunt ſic euidentia intrinſecè quod eorum oppoſita explicent manifeſtam cõtradictionem: ergo poteſt contingere error circa ea, ex aliqua cauſa maximè ex corruptione affectionis. Antecedens patet de his uniuerſaliſſimis principiis practicis negatiuis, ſcilicet, nõ eſt malè agendum, neq; iniuſtè, & huiuſmodi: quia eorum oppoſita, putà malè agendum eſt, non explicant contradictionem, Et cõſequentia patet ex. 1. propoſitione, in 2. eius parte. Quòd autem maximè ex corruptione affectionis contingat corruptio iudicii, ſeu error circa ea; patet, quia ex eo quòd ſunt practica, iam habent ordinem uel cõnexionem ad appetitum, & aliquo modo eorum iudicium pendet ab eo: ergo à tali appetitu corrupto, coniunctoq; ipſi intellectui poteſt facilius, quàm aliunde prouenire corruptio iudicii; ut paulò inferius in 3. & 4. propoſitione magis declarabitur: & in hoc concordat Angeſt. in moral. c. 1, & c. 3. in fine & communiter doctores Moderni in 2. diſtin. 39. & Buridanus in 3. & 6. & 7. Ethic. Qualis unuſquiſq; eſt, talis ei finis uidetur, & 2. Reth. Amãtibus & odiẽtibus non eadem uidentur: & quia affectio facit errare circa principia, & huiuſmodi; ut ſupra. q. 8. q. 9. & ſapien. 2. Excęcauit eos malitia eorum.

Quamuis B. Th. in q. 16. de ueritate, & primæ ſecundæ. q. 77. art. 2. & alii ſequaces non concedãt quòd ratio poteſt deprauari à malitia ſeu paſſione quò ad principia practica uniuerſalia immediatè, ſed ſolum quò ad applicationẽ eorum ad particulare operabile. Ait enim quod diſcurſus uirtuoſi eſt iſte. Malum eſt uitandum, hoc eſt malum: ergo uitandum. Maiorem proponit ſyndereſis, minorem ratio, concluſionem conſcientia: uitioſus autem habet quidem prædictam maiorem, ſed & ſimul habet aliam maiorem fundamentalem, quam ei ſuadet, atq; proponit ſua praua affectio uel appetitus, ſ. ſequendus eſt honor uel delitiæ, aut diuitiæ: hoc eſt honorificum utile uel delectabile, & eſt hæc uia ad illud: ergo hoc proſequendum eſt: & ita non ſubſumit ſub illa maiori prudentiali; ſed ſub alia, quam ſuggerit appetitus: & ita malè arguit in quatuor terminis: malè etiam applicat illam maiorem prudentialem ad concluſionem; in quo tota deceptio uitioſi eſt; ut ait B. Tho. ex 7. Eth.

Sed certè licet hoc modo ſæpè contingat: cum hoc ſtat quòd etiam ex affectione decipiatur circa maiorem, minorem, & concluſionem; uti ſupra ſecũdum Scot. & alios dictum eſt, & inferius lib. 3. de conſcientia. q. 11. in 2. propoſitione, & in reſponſione ad 2. arg. contra eam latius habetur. Secũda pars ſecũdę propoſitionis, ſ. & eò magis, quò plus eſt de affectione &c. probatur, quia augmẽtata cauſa, augetur eius effectus, & ea minuta, minuit cæteris paribus & ſecluſo impedi-

mento

mento. Nam poteſt cauſa naturalis à fortiori etiam cauſa naturali impediri, ut conſtat. Ex quibus patet quòd cum principia hæc quò magis ſunt vniuerſalia, eò magis recedant ab affectione & magis appropinquent rationi. Nam ratio vel ĩtellectus propriè circa vniuerſalia verſatur, quamuis etiam ad particularia extendatur: affectio autem circa particularia propriè aut ſolum eſt inde circa principia vniuerſaliora, vtpote certiora, deceptio minus continget ex parte affectionis; & multò minus circa vniuerſaliſsima; & minus circa ſpeculatiua, quàm circa practica; quia minus ad affectionem vel appetitum.

3.propoſitio. 1.modus. Tertia propo. tripliciter intelligitur quòd omnis malus eſt ignorans vt dicitur. 3. Eth. Vno modo capiẽdo malum ſtrictè & propriè in gradu intemperantiæ diſtinctum à malo in gradu incontinentiæ, & mollitiei, vt communiter capiunt Morales, ſecundum Ariſt. vt etiam dicit Buridanus, & Adria. vbi ſupra, & talis malus in gradu intemperantiæ eſt, qui ſic eſt vitio & malitiæ deditus tanquam peruerſus quòd vitia omnino illi ſint ſapida: & ferè iam ſine remorſu conſcientiæ ſit ſicut è contra virtuoſus eſt; qui virtute delectatur omnino ſecũdum Ariſt. 2. Ethic. Omnis itaq; malus hoc modo acceptus eſt ignorans, ideſt deprauatus ſaltem diſpoſitiuè, ideſt malè diſpoſitus ad rectè iudicandum de faciendis ab eo, vt hoc latius declaratur infra in 4. propoſitione.

2.modus. Secundus modus intelligitur omnis malus, ideſt omnis peccator in quocunq; gradu malitiæ eſt ignorãs, ſcilicet ignorantia electionis, vt ſupra. quæſt. 13.

Quæ ignorantia electionis dupliciter contingit, ſecundum Scot. & Gabriel. in 3. diſt. 36. Vno modo priuatiuè ſeu contradictoriè ad ſcientiam ſeu cognitionem debitam hoc modo, ſ. quòd malitia facit auertere intellectum à conſideratione requiſita ad rectam electionem: nam voluntas volens formaliter ſeu interpretatiuè diſcedere ab electione eius boni, quod eſt plenè dictatum à recta ratione, & eligere volens contrarium; cùm id non poſsit eligere ſtante dictamine pleno ſecundum Th. vel ſecundum Scot. ſaltem non niſi vix id poſsit, vt patet ex ſupradictis. q. 12. propoſitio. 2. iam non permittit intellectum diu ſtare in illo pleno dictamine recto: ſed auertit, ſeu diſtrahit ipſum ad conſiderandum rationes ſi quæ fortè poſſunt eſſe ſophiſticæ aut apparentes in oppoſitum, ſeu ad id quod malè vult: aut ſaltem auertit intellectum à prædicto ſuo uero dictamine, ad conſiderandum aliud impertinẽs ne cum remorſu conſcientiæ eligatur oppoſitum; & ita ſtante defectu rationis ſeu conſiderationis debitæ, iam voluntas eligit malum ſub aliqua ratione boni ſaltem apparentis: ſitq; omnis malus ignorans, ideſt inconſideratus priuatiuè. Alio modo contingit prædicta ignorantia poſitiuè ſeu contrariè ad cognitionem debitam mediorum ſeu electionis: quia, ſ. ſicut voluntas rectè eligẽs finem præcipit intellectui conſiderare illa media, quæ ſunt neceſſaria ad illum finem; & intellectus ſic inquirendo generat in ſe habitum prudentiæ; ita volũtas eligens ſeu præſtituens ſibi malum finem, ſub ſpecie bonis alicuius vtilis aut delectabilis vel honeſti; imperat intellectui conſiderare media neceſſaria ad conſequendum illum finem: & habitus acquiſitus ex talibus dictaminibus circa ea, quæ ordinantur ad illud malè electum, eſt error imprudentiæ, oppoſitus huic præfatę prudentiæ; & ita poteſt vocari imprudentia, vel ſtultitia; quo modo in ſacra ſcriptura omnis peccator vocatur ſtultus & omne peccatum ſtultitia, & imprudentia: vt patet Prouer. 1. & alibi ſæpius: non tantum priuatiuè, ſed poſitiuè, & contrariè, quia ſcilicet eſt habitus, quo promptè talis imprudens inueniat media ordinata ad malum finẽ à mala volũtate præſtitum: & quia talis malus habitus imprudentiæ generatur ex imperio volũtatis malè eligentis: ideo verè dicitur quòd voluntas mala excæcat intellectum; non quidem faciendo errare ſemper circa aliqua complexa, ſed faciendo intellectum habere actum conſiderandi media expedientia ad malum finem: qui error licet non ſit deceptiuus quo ad ſpeculationem, quia non eſt error in cognitione veri, nam illa media inuenta ad finem malum præſtitum; ſunt vera media ad illũ finem conſequendum: attamen dicitur ignorantia electionis & error in moribus, qui dicitur error vitæ oppoſitus veritati vitæ: quia non eſt recta electio debiti finis, & per cõſequens nec mediorum ad ipſum debitum finem; ſed omnino diſſonat à recta ratione & regula bonæ vitæ, de quo Prouerb. 14. Errant omnes, qui operantur malum; & conſonat Adria. in 4. quolib. & ita iſte ſecũdus modus bipartitus explicat quomodo omnis malus eſt ignorans, id eſt inconſideratus ſeu imprudens aliquo modo priuatiuè ſeu poſitiuè. Sed quia Ariſt. 3. & 6. & 7. Ethic. dicit quòd malitia facit errare & mentiri circa principia practica, & circa finem, & eis diſſentire poſitiuè, vt patet ex auctoritatibus ſuprapoſitis. q. 9. & 3. Eth. Qualis vnuſquiſq; eſt, talis ei finis videtur. & 2. Reth. Quòd amantibus & odiẽtibus non eadem videntur: ex quibus & aliis eiuſmodi auctoritatibus patet quòd non ſolum circa medium; ſed & circa finem & principia practica ex affectione cõtingit error non ſolum priuatiuè, ſed & poſitiuè in intellectu atq; iudicio. Ideo non uidetur ſufficiens iſte modus, ſicut nec alii prædicti ad plenè declarandum quomodo omnis malus eſt ignorãs ad mentem Ariſt. & ſecundum veritatem.

Tertio igitur modo intelligitur omnis malus, id eſt omnis peccator in quocunq; gradu malitiæ, eſt ignorans: non quidem ſemper formaliter; ſed diſpoſitiuè ſemper eſt ignorans in intellectu, tam circa principia, quàm circa media practica;

voló

volo dicere quòd malitia in quocunq; gradu peccati, ſeu praua affectio voluntatis; quamuis non faciat ſemper errorem in intellectu formaliter aut effectiuè circa principia, aut media, ſeu electionem ad finem præſtitum; vt patet in 2. modo ſupradicto & patet experientia, & ſupra. q. 12. q. 13. at, verò ſemper eſt diſpoſitio propinqua, vt intellectus & iudicium rationis tandem corrũpatur & decipiatur circa omnia prædicta iudicãdo conformiter ad illam: & iſte modus intelligendi eſt Ocham, & aliorum doctorum, & optimè quadrat cum omnibus ſupradictis, & cum 2. propoſitione ſuprapoſita, vbi dictum eſt, quòd circa oĩa principia practica contingere poteſt corruptio rationis & iudicii; ex corruptione affectionis plus vel minus vt ibi latè declaratũ eſt: & conſonat manifeſtè cum omnibus auctoritatibus. 3. & 6. & 7. Ethic. & 2. Reth. ſuprapoſitis, & 3. Ethic. Qualis vnuſquiſq; eſt, talis ei finis videtur. Sed quo id fiat, proueniatq; talis error intellectus ex affectione, id in 4. propoſitione ſequẽti explanatẽ.

4. propoſ. Quarta propoſitio: ex triplici cauſa contingit error rationis ſeu iudicii circa principia practica, & circa alia quæcunq; ex corruptione affectionis: ita quòd qualis vnuſquiſq; eſt, in ſua affectione, talis ei finis videtur, in ratione. 3. Ethic. & corruptio affectionis corrumpit, diſpoſitiuè, iudicium rationis: & appetitus corrumpit æſtimationem prudentiæ, eiusq; principia. 6. & 7. Ethic. & 2. Reth. Amantibus & odientibus non eadem videntur: & ſapien. 2. Malitia excæcat intellectũ.

1. Cauſa. Prima & potiſsima cauſa ex parte ipſius rationis, vt eſt ſubiectum prudẽtialis iudicii. Nam ſecundum Caiet. 1. 2. q. 58. art. 5. appetitu ſeu voluntate affecta ad aliquid, putà, ad vindictam, ex hoc ipſo quòd afficitur ad illud, iam duo ſimul fiunt. Primò in ipſo appetitu fit affectio ad vindictam: & ipſa vindicta incipit eſſe, & eſt conueniens tali appetitui ſic affecto, quæ prius nõ erat ei conueniens: & hoc non propter mutationem in ipſa vindicta; ſed in ipſo appetitu factam. Secũdò, cõſonante autem vindicta tali appetitui, iam conſurgit in intellectu ꝙ ratio iudicet eam eſſe conuenientem: nam quia ratio mouetur ab appetitu ſic affecto: ideo fit in ratione motio quædam paſsiua conſona illi affectioni; & ſic ab appetitu affecto fit proportionabiliter ratio vt ſubſtat appetitui etiam affecta & conueniens vindictæ. Exẽplũ patet; quia ſicut guſtus affectus amaritudine iudicat omnia amara: ſic ratio benè vel malè affecta ab affectione coniuncta iudicat ſecundum illam immutationem, qua ab appetitu ſic infecto mouetur. Et ſicut videnti per vitrum rubeum apparent omnia rubea; ita fortiter affecto ſolum ea videntur, quę ſunt conformia ſuo appetitui ſic affecto; vt hæc etiam ait Adr. in 4. quodlib. q. 1. ſine argumentis. Ita demum quòd intus exiſtẽte eo; quod prohibet extraneum, inuenitur error non ſolum in iudicãte ſecundum appetitum, ſed etiam ſecundum rationem, vt ſubſtat appetitui, in cuius ſignũ ratio à tali affectione aut non mota, vt accidit ſedata iam paſſione, aut non ſufficienter mota, vt accidit paſsione non præualente, aut non vehemente quamuis inſurgente, tunc autem aut rectè iudicat, aut à recto iudicio non omnino declinat, vt patet experientia: ſic igitur ratio ab affectu infecta atq; corrupta, iudicat vindictã vt conuenientẽ eſſe proſequendã. Et tertio ſequitur concluſio præceptiua ſeu efficax volitionis illius finis, ſ. quòd fiat vindicta. Nã volitio finis, putà, vindictæ, dicitur intentio, & eſt primũ principiũ diſcurſus ſyllogiſtici prudentialis, vt ſupra. q. 8. q. 9. dictum eſt: deinde quæruntur media ad finem ſic electum, ſeu prę̨ſtitum, quæ media in minori præmiſſa proponũtur per intellectum, ſcilicet, talis, tanta punitio eſt hic, nunc ad vindictam exercendã adhibenda: demũ ſequitur concluſio efficax electionis vel executionis: & ita patet ex hac. 1. cauſa ſumpta ex parte ſubiecti; quomodo ex corruptione affectionis ſequitur corruptio iudicii practici maioris præmiſſæ & principii: & à fortiori ſequitur quòd in minori præmiſſa poteſt eſſe deceptio rationis à corruptione affectionis proueniens, & etiam in concluſione, & ſi non ſit deceptio circa primum principium, ſeu maiorem talis diſcurſus prudentialis.

Secunda cauſa adiuuat hãc primam prædictã, & ſumitur ex parte obiecti: quia. ſ. ex ipſa appetitus immutatione conſtituitur obiectum volitum in eſſe vero conueniente; dũ vindicta eſt verè conueniens appetitui voluntatis ſic affectæ; quamuis non ſit ſimpliciter conueniens ipſi voluntati. Cõſtat. n. quòd intellectus naturaliter inclinatur in verũ quomodocunque, ſ. ſimpliciter, aut ſecundũ quid: & licet ex hoc non fiat obiectũ, ſ. vindicta ipſi homini verè conueniens, & verũ ſimpliciter, ſed ſecundũ quid, ſ. ſecũdum affectionẽ, & prout intellectus iudicat ſecũdũ eam, & ideo contingat in intellectu errare iudicando vindictã vt conuenientẽ homini ſimpliciter; quæ tamen vindicta non eſt verè conueniens, niſi ſecundũ quid, ſ. appetitui ſic affecto: tamen adhuc non nullũ verum eſt. Igitur quia appetitus animalis eſt primo totius ſuppoſiti: ideo verè conueniens vindicta appetitui offertur, vt conueniens ſimpliciter ipſi appetenti, vt de hoc ſupra. q. 8. q. 9. habetur. 2. cauſa.

Tertia cauſa & adiuuat primã ſupradictã, & ſumitur ex parte cõis inclinationis virium animæ; quia, ſ. eas experimur prõptas ad operãdũ conſonæ affectioni prædominanti. Apparet. n. infirmis ſitientibus ꝙ repræſentantur eis oẽs aquæ, quas nũquã viderũt, & cõcupiſcẽtibus ſimulachra delectabiliũ & importuna occurrunt: tanq̃ natura inditũ ſit; vt vires aĩæ præſtẽt obſequiũ affectioni ꝓdominãti: inter quas vires aĩæ cõſtat vim apprehẽſiuã eſſe; in cuius ſignũ irato abſq; deliberatione præſentatur ſtatim vindicta, ſeu punitio, tanquam conueniens; & ita patet. 4. propoſitio. 3. cauſa.

Quæſt.

QVAESTIO SEXTADECIMA.

VTRVM ET QVARE OMNIS ignorantia excuſet à culpa actum ex eâ factum.

Reſpondeo. 1. opinio. 2. opinio.

RESPONDEO in hoc eſt duplex opinio. Prima quòd non niſi ſit omnino inuincibilis præcedens propter argumenta, quæ infra tãguntur, & ſoluuntur. Secunda opinio, quæ mihi probabilior videtur, eſt, quòd omnis ignorantia etiam vincibilis affectata, quatenus ignorantia eſt, excuſat omnem actum, quem cauſat & cõmitatur ab omni illa culpa ſeu imputabilitate, quæ proueniret in tali actu, ratione cognitionis oppoſitæ, ſi talis ignorantia non adeſſet: ſimpliciter autem non excuſat ab omni culpa aliunde proueniente; niſi inuincibilis ſit. Hæc propoſitio habet duas partes, & ſupponatur quid ſit ignorantia vincibilis & inuincibilis ex ſupradictis in q. 1. Prima pars eſt, quòd omnis ignorantia etiam vincibilis affectata, quatenus ignorantia eſt, videlicet quãtum eſt ex hac parte quòd eſt ignorantia, non quatenus eſt vincibilis, nec aliunde, excuſat à culpa actum; in quo etiam intellige omimiſsionem, quam cauſat & comitatur: & ita ſtat quòd ex alia parte poſsit magis aggrauari peccatum ipſum, & eſſe magis voluntarium, & cum maiori contẽptu ex ignorantia affectata commiſſum: & ex conſequenti ſimpliciter ſit grauius regulariter loquendo; quàm ſi fieret ſcienter, vt infra. q. 20. latius probatur. Prædicta propoſitio ſic intellecta, eſt ſancti Bonauent. in 2. diſtinct. 22. q. 3. quæ probatur dupliciter.

1. ratio. Primò, quia quicquid tollit rationem voluntarii, tollit rationem culpæ, magis vel minus ſecundum quod magis vel minus tollit de voluntario, ſed omnis ignorantia vt talis de ſe eſt huiuſmodi; ergo tollit rationem culpæ, ſeu grauitatis, quæ adeſſet, ſi non eſſet talis ignorantia. Probatur maior, quia ſecundum Auguſt. peccatum non eſt niſi quatenus voluntarium, ſeu liberum; ergo quatenus ignorantia tollit rationem voluntarii, tollit & rationẽ culpæ. Minor autem probatur, quia. 3. Ethic. c. 1. Voluntarium eſt, cuius principium eſt in ipſo agente cognoſcente ſingula, in quibus eſt ipſe actus: cùm ergo voluntarium includat aut præſupponat cognitionem: ſequitur quòd id quod tollit cognitionem, qualis eſt ignorantia quæcunq; : tollit etiam rationem voluntarii, quod proueniret ratione cognitionis ſi adeſſet; ſi aliunde non impediretur.

Hæc probatio fundatur in illa maxima; quòd, ſcilicet, ſicut nihil volitum quin præcognitum; ita è contra, quò maior eſt cognitio eius obiecti, quod eſt ratio volendi aut nolendi, eò maior erit volitio aut nolitio illius: quia auctis cauſis naturalibus augetur effectus; ſed cognitio naturaliter concurrit cum voluntate partialiter & actiuè ad effectum volitionis ſeu nolitionis producendæ, vt communiter tenetur & ſupponitur: ergo quo maior cognitio, maior volitio, aut magis voluntarium eſt: quod intelligitur ex hac parte, & cæteris paribus, & dummodo non aliũde ſit impedimentum proueniens, putà, à libertate voluntatis, quæ poteſt minus intenſam volitionem producere cum maiori cognitione, & intenſiorẽ cum minore; ex quo eſt principalius agens & liberum ad talem effectum; vt latè de hoc agit. Almayn in tract. de libertate voluntatis: ſed quia vt dictum eſt cognitio poteſt à ſuo effectu impediri per libertatem voluntatis; non probat prędicta ratio quòd omnis ignorantia, vt talis eſt, in omni caſu ſemper tollat rationem voluntarii, & excuſet: quamuis id probet quantum eſt ex parte cognitionis ſi adeſſet, niſi ipſum voluntarium augeretur, aut cõſeruaretur à libertate voluntatis. 2. ratio.

Ideo eſt alia ratio probans intentum vniuerſaliter & ſimpliciter quòd, ſcilicet, omnis ignorantia, vt talis, ſemper in omni caſu excuſat à culpa ſeu gradu culpæ, quæ proueniret ex parte cognitionis oppoſitæ, ſi adeſſet. Et ratio etiam hæc eſt ſancti Bonauent. vbi ſupra: quia ignorantia minuit de ratione contemptus: quæ ratio ſumitur etiam ex parte cognitionis, quam ignorãtia tollit, conſiderando ipſam cognitionem; non quidem inquantum concurrit ad productionem actus voluntarii vt 1. ratio procedebat; ſed vt eſt circunſtantia pertinens ad grauitatem peccati ſeu contemptus: & per conſequens ignorantia oppoſita conſideratur, vt eſt circũſtantia tollens dictam cognitionem, & circunſtantiam facientem ad maiorem contemptum ſeu grauitatẽ peccati. Ratio autem eſt hæc. Quicquid tollit de ratione contemptus, tollit etiam de grauitate culpæ; & excuſat magis vel minus quantum eſt ex hac parte, vt conſtat: ſed omnis ignorantia, vt talis ſemper tollit de ratione contemptus, ergo ſemper omnis ignorantia excuſat plus vel minus ſecundum quod plus vel minus eſt de tali ignorantia, & quantum eſt ex parte hac quòd talis actus eſt ignoratus. Conſequentia patet cum maiore, & minor probatur. Tum primo, quia cæteris paribus maior contemptus eſt vbi eſt maior cognitio, putà, dum voluntas contemnit ſuam regulam actualiter, quàm ſolum habitualiter, aut virtualiter, aut interpretatiuè dictantem & cognitam, ideo namque peccatum ſcienter & de induſtria factum, eſt grauius aliis ſecundum communiter doctores: quia eſt magis contra ſuam regulam etiam actualiter dictantem & cognitam, vt de hoc latius infra quæſtione 29. habetur, & facit. Lucæ 10. Seruus ſciens voluntatem Domini & non faciens vapulabit multis. Tum ſecundò, quia de ratione contemptus eſt nolle obedire ſuæ regulæ cognitæ; & grauius peccat, quia agit

contra

contra conſcientiam, ſeu contra ſcientiam retrahentem à peccato: peccans autem ex ignorantia, aut cum ignorantia quacunq; , nõ ſic: quo fit, vt licet grauius peccet aliunde qui peccat ex ignorantia affectata ſeu conſequente; non tamen peccet grauius in actu ſequenti aut comitante ipſam culpabilem ignorantiã. Nam duobus ſaltim peccatis ille peccat. Primò per malam voluntatem qua vult ignorare. Secũdo per illud aliud peccatum ſequens quòd committit ex illa ignorantia affectata: & hoc peccato ſecundo, nõ peccat grauius, quàm ſi ſcienter peccaret: quia ab hoc peccato illa ignorantia tollit circũſtantiam cognitionis aggrauantem, & rationem maioris contemptus, qui ex tali cognitione proueniret; vt dictum eſt. Et in hoc cõcordat cum Bonauẽt. vbi ſupra. B. Th. 1. 2. q. 76. art. 3. & 4. & ibi Caietanus expreſſè, & Alex. Allen. & alij moderni.

Et ſic eſt intelligendus & limitandus Gabriel vbi ſupra, quando dicit quòd ignorantia excuſat, ſi ea non concurrente homo non eſſet eliciturus actum: nam ſi nihilominus eliceret, vt quando eſt ignorantia concomitans: tunc ignorantia nihil facit ad excuſationem: quia tunc non peccat ex ignorantia, licet peccet ignoranter. Hæc ille. Quod intellige & limita vt dictum eſt, quòd videlicet nihil facit ad excuſandum à culpa ſimpliciter, ſeu à culpa proueniente à mala voluntate, ſeu aliunde: benè tamen excuſat à tota culpa, ſeu grauitate, quæ proueniret ex parte oppoſitæ cognitionis ſi adeſſet; & ſimiliter ſunt intelligendi B. Th. & alij omnes doctores ſicubi videntur aliter dicere: & ſimiliter id quod communiter dicitur quòd ignorantia aliquando excuſat à tanto, ſed nõ à toto: quia, ſcilicet, non excuſat à tota grauitate, quæ ratione prauæ voluntatis, ſeu aliunde prouenit. Et ita etiam patet 2. pars propoſitionis, ſcilicet, ſimpliciter autem non excuſat; quia in omni ignorantia vincibili eſt aliqua culpa, quæ non omnino excuſat. *Reſolutio.* Igitur reſolutoriè dicitur cum Bonauent. vbi ſupra, ꝙ quia omne peccatum menſuratur ſecundum quantitatem libidinis & contemptus; & omnis ignorantia minuit aut priuat de ratione horum duorũ vt probatum eſt; ideo omnis ignorãtia generaliter in quantum huiuſmodi excuſat peccatum: vnde ſi tanta ſit quòd omnino priuat rationem voluntarij & contemptus, certè excuſat ſimpliciter à toto; ſi verò non omnino priuat, iã non excuſat niſi à tanto, i. ab eo gradu malitiæ dũtaxat, qui ratione cognitionis oppoſitæ proueniret, vt dictum eſt. Hæc S. Bonauentura in ſententia.

Argum. 1. CONTRA prædictã propoſitionem primò ſic arguitur. Omnis ignorantia æqualiter tollens de cognitione, æqualiter repugnat dictæ cognitioni quam tollit ſeu priuat, modò ſit vincibilis, modò inuincibilis: & æqualiter excuſat; ſed omnis ignorantia etiam vincibilis æqualiter tollit de cognitione, & æqualiter opponitur illi: ergo omnis ignorantia æqualiter excuſat, modò ſit vincibilis, modò inuincibilis. Minor probatur, quia quòd ſit vincibilis, aut inuincibilis, concomitans, aut præcedens ignorantia; impertinens eſt, & per accidens ad formalem oppoſitionem, & repugnãtiam ignorantiæ ad cognitionem oppoſitam vndecunq; talis ignorantia procedat: modò poſsit & debeat tolli, modò non, ſicut cæcitas, & viſio: album, & non album, aut ſicut verum & non verum: ſic cognitum & incognitum, ſeu ignoratum opponuntur vndecunque ſit, & modò poſsit ſanari, aut tolli, modò non. Conſequentia autem cum maiore patet; quia ideo omnis ignorantia excuſat & tantum, quia & quantum priuat de cognitione: ſed illud conſequens eſt falſum: patet quia ſecundum communiter doctores, vna ignorantia minus excuſat, quàm alia: nam inuincibilis præcedens excuſat à toto: concomitans autem nec excuſat, nec aggrauat: vincibilis verò à tanto ſed non à toto, vt latius de iis habetur in quæſtionibus ſubſequentibus. ergo propoſitio ſuprapoſita, ex qua ſequitur hoc falſum, falſa eſt.

Reſpon. ad 1. arg. Reſpondeo concedendo antecedens, & conſequentiam formaliter loquendo, ad hunc ſenſum quòd ſcilicet per ſe loquendo de ignorantia, vt ignorantia eſt, omnis ignorantia æqualiter tollens de cognitione æqualiter etiam excuſat, ſcilicet, quantum eſt ex parte ſua ab illo gradu culpæ, ſeu grauitatis, quæ proueniret ex oppoſita cognitionis, ſi adeſſet; vt ſupra declaratum eſt. Cùm quo ſtat quòd aliunde adſit grauitas à qua talis ignorantia non excuſet; vt diximus: hoc autem eſt per accidens ipſi ignorantiæ. Simpliciter autem non excuſatur æqualiter à culpa omnis actus ignoratus: quia aliunde aggrauari poteſt, vt ſæpè dictum eſt.

Argum. 2. Secundò arguitur, Omne illud, quod quis facit præter intentionem, agit per accidens; ſed intentio non poteſt eſſe de eo, quod eſt ignotum, vt patet. ergo id, quod per ignorantiam agitur habet ſe per accidens, in actibus humanis: nunc autem quod eſt per accidens non dat ſpeciem actui: ergo nihil quod eſt per ignorantiam etiã affectatam factum, debet iudicari peccatum, vel virtuoſum vllo modo, etiam ratione voluntatis per accidens adiunctæ tali ignorantiæ. Igitur ſi ignorantia ratione ſui aliquo modo excuſat à culpa; ſequitur quòd etiam excuſat à culpa proueniente ratione voluntatis, cuiuſcunque ei per accidens adiunctæ; & per conſequens ſimpliciter omnino, & non ſecundum quid excuſat: & mutat ſpeciem actus ne talis actus ſit per ſe voluntarius, & intentus, vt dictum eſt.

Reſpondeo ad 2. arg. Reſpondeo ſecundum Tho. prima ſecundæ, q. 76. artic. 3. ad ſecundum, concedendo primam conſequentiam, & etiam antecedens, ſi talis ſit ignorantia omnino inuincibilis, ſic quòd omnino

no

no tollat rationem voluntarii in ſe & in ſua cauſa; & tunc negatur ſecunda & tertia conſequētia; quia ibi eſt aliquod voluntarium aliquo modo adiunctum tali ignorantiæ. Si verò talis ignorantia non eſt omnino inuincibilis; ita quòd ſecum habet aliquod voluntarium ei adiunctum aliquomodo in ſe ſeu in ſua cauſa; tunc negatur minor, primæ conſequentiæ & ſimiliter ipſa cōſequentia; & ratio eſt; quia quantum remanet in illo ignorante de voluntario, tantum remanet de cognitione eius, quod eſt voluntarium, & de intentione peccati: & ſic ſecundum hoc non erit per accidens peccatum: quia talis voluntas licet ſit per accidens adiuncta ignorantiæ; eſt tamen per ſe concurrens ad actum voluntarium peccati: ſicq; actus peccati vt voluntarius eſt intentus à voluntate illa etiam in genere moris. Et hoc modo non procedunt aliæ probationes contra reſponſionem datam ad 1. Arg. ſed de hoc, ſcilicet, quomodo ignorantia mutet ſpeciem, quomodo non, latius infra, quæſtione. 24. habetur.

Arg. 3. Tertio arguitur: quia peccatum additum peccato, facit maius: ſed ipſa ignorantia eſt peccatum maximè quando eſt vincibilis ſeu culpabilis: ergo, non excuſat, nec minuit peccatum ſed potius auget. Conſequentia patet; & minor ſimiliter; maior autem probatur. quia maius includit illud, cum quo facit maius.

Reſpondeo ad 3. arg. Si ad hoc dicatur quòd non oportet quòd peccatum peccato additum maius faciat intenſiuè, ſed extenſiuè: quia non ſemper peccatum additur peccato: ita quòd fiat vnum reſultans ex vtroque magis intenſum: ſicut gradus qualitatis additus alteri gradui facit vnam qualitatem magis intenſam ſecundum communiter doctores. quia vnum peccatum non ſemper eſt conforme alteri, nec eiuſdem ſpeciei aut rationis: ſicque non ſemper facit maius intenſiuè, ſed extenſiuè, ideſt, quòd ſunt plura peccata; quorum alterum poteſt tollere de grauitate alterius intenſiua. & ſic reſpondit Bonauentur. vbi ſupra. & Tho. prima ſecundæ. quæſt. 76. articulo. 4. Immo dicit B. Tho. ibidem & Caiet. quòd non ſemper peccatum additum peccato facit maius, nec auget peccati malitiam etiam in peccatis coeuntibus in vnum; & facientibus vnum in genere rei & moris: quia poteſt eſſe primum peccatum circunſtantia alterius plus diminuens de grauitate illius ſecundi, cum quo vnitur, quàm ſit grauitas ipſius ſecundi, aut etiam primi peccati. Quod ſic patet; quia exempli gratia, ſit ebrietas habens grauitatem vt duo: & homicidium ſeu inceſtus grauitatem vt decem: iam ſiquis ex illa ebrietate occidat hominem ſeu comittat inceſtum, certè minus peccaret, quàm ſi ſine illa ebrietate illud faceret; quia tale homicidiū vel īceſtus diſtrahitur ꝑ ebrietatē ꝗllā à ſua ſpecie: & per cōſequēs à ſua grauitate ſpecifica: & reducitur ad ſpeciem & grauitatē ebrietatis non excedētē in duo. quis cū circūſtātia ſequelæ ipſius dāni ſeu homicidii, peccati uel inceſtus: & per cōſequēs plus minuitur de ſua ꝓpria & ſpecifica grauitate culpæ rōne ebrietatis: ꝗ ſit grauitas ſpecifica ipſius ebrietatis. Et concordat Aug. lib. 22. contra Fauſtum, dicens ꝙ Loth culpandus eſt non quantum ille eius inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit: quia, ſcilicet, inceſtus non niſi ex cauſa ebrietatis illius culpabilis fuit: & tamen ebrietas & inceſtus ille, ſimiliter & homicidium faciunt vnum peccatum in genere moris: quia ſecundum peccatum, putà, inceſtus, ſeu homicidium, ſolum eſt circunſtantia ſequelæ, ſeu effectus ad primum peccatum ebrietatis ſecundum Tho. & Caiet. 1. 2. q. 73. artic. 4. & quæſt. 20. art. 5. & quæſt. 73. articulo. 8. vt de hoc latius infra. quæſtio. 18. Ita ergo ſimiliter ad propoſitum ſecundum Th. dici poteſt, quòd quamuis ignorantia quantūcunque culpabilis concurrat vt circunſtantia cū altero peccato, ita quòd faciant vnum peccatū in genere moris: non tamen ſequitur quod aggrauat illud: ſed potius minuit vt de ebrietate dictum eſt: & concordat Angeſt. in moral. capitulo. 8. & ita propter hanc rationem negatur illa maior cum ſua probatione. Contra hoc *Replic.* ſic replicatur probando veritatem illius maioris aſſumptæ: quia primum peccatum ſemper aggrauatur ex aduentu ſecundi: modò id ſit per modum circunſtantiæ, aut ſequelę, modò non; vt patet de fornicatione ſimplici, quæ aggrauatur ex circunſtantia loci ſacri: & ita ſimiliter ebrietas ſeu ignorantia præcedens fit grauior ex aduentu inceſtus aut homicidii ex ea ſequentis. Nunc autem quòd aggrauatur ex altero adiuncto non poteſt minuere illud, ſed potius auget. ergo patet prædicta maior vera, & Argumentum videtur habere vim. Reſpondeo negando minorem huius replicæ, & patet ex dictis.

Quartò arguitur ad idem. quia cognitio non facit ad maius meritum ſeu demeritum; ergo nec ignorantia oppoſita facit ad minus meritum ſeu demeritum; nec ad excuſandum vllo modo. patet conſequentia: quia ſicut propoſitum impropoſito: ſic oppoſitum in oppoſito. ſi enim lux nihil facit ad eſſe hominem; ergo nec tenebra ad non eſſe hominem. & antecedens probatur; quia meritum vel demeritum non prouenit ex maiori vel minori cognitione: ſed ex voluntatis actu ſeu conatu, ita quòd vbi eſt æqualis actus ſeu conatus voluntatis: ibi eſt æquale meritum & demeritum circa idem obiectum: ita demū quòd modò adſit cognitio, modò non: ſi ſortes ſciens peccat ex tāta libidine ſeu cōatu volūtatis; et Plato ignorās peccat ex tāta libidine ſeu conatu cæteris paribus: certè eſt ęquale peccatū vtrobiq;

& con-

Et confirmatur; quia eiuſdem non eſt aggrauare & minuere peccatum: quod patet, quia eadẽ cauſa naturalis non habet indifferentiam ad oppoſitos effectus; ſed potius eſt determinata ad unum ſecundum Ariſtotelem: ignorantia autẽ eſt cauſa naturalis in ſuo effectu, & aggrauat peccatum; ut patet per Ambroſ. ſuper illud Ro. 2. An ignoras quoniam benignitas Dei &c. dicentem grauiſsimè peccas, ſi ignoras. Et Iſido. in lib. de Eccleſ. inſtitu. dicit. Nullus in culpa maior eſt, quàm qui neſcit Deum. Et Auguſti. in lib. de libe. arbitr. dicit. Quædam per ignorantiam facta rectè improbantur. et. 3. Eth. cap. 5. dicitur, quòd ebrius meretur duplices maledictiones: ergo nõ minuit, neque excuſat ignorantia.

Reſpon. ad 4. argum. Reſpondeo ad quartum argumentum, ſecundum Bonauentu. ubi ſupra, negando antecedens. & ad eius probationem conceſſo eius antecedente negatur conſequentia: & ratio eſt, quia ſi ignorans quis peccat ex tanta libidine & contemptu ſicut ille, qui ſcienter peccat; idem peccatum in ſpecie; tam ille ignorans ſi haberet cognitionem certè peccaret cùm multò maiori libidine ſeu cõtemptu ex parte huius circunſtantiæ cognitionis proueniente: & per conſequens grauius peccaret, grauiuſque puniri mereretur: ſicque uerum eſt quòd ſicut cognitio aggrauat per modum circunſtantiæ, ſic etiam ignorantia excuſat ſeu minuit grauitatem peccati, non quidem exiſtentem, ſed quæ exiſteret ratione cognitionis, ſi adeſſet, reſpectu illius, cuius talis ignorantia habetur; ut dictum eſt. Ideo dicere quòd cæteris paribus ubi tanta libido & conatus, ibi eſt tanta imputabilitas ſeu grauitas, & quòd non obſtet circunſtantia cognitionis & ignorantiæ reſpectu eiuſdem; hoc certè implicat: quia ſi adeſt cognitio iam ratione huius circunſtantiæ, eſt maior contemptus; & minor ubi cognitio non eſt: ſicque non ſunt cætera paria.

Ad confir. argum. Ad confirmationem, reſpondeo concedendo maiorem, quòd ſcilicet cauſa naturalis eodem modo ſe habens, quantum eſt de ſe ſeu ex parte ſua; non habet oppoſitos effectus: ſecus ſi non eodem modo ſe habet: ſecus etiam ex parte ſubiecti aut paſsi. ſimiliter conceditur minor quò ad id quod, ſcilicet, ignorantia in ſuo effectu per ſe proueniente uidelicet priuando cognitionem oppoſitam eſt cauſa naturalis, ſed negatur quòd ignorantia quantum eſt de ſe, & quo ad effectum per ſe aggrauat: hoc enim non eſt uerum ut latè dictum eſt. Ad auctoritatem autem Ambroſ. quæ uidetur dicere quòd aggrauat, reſpondeo ſecundum Tho. tripliciter. primo quòd intelligitur de ignorantia affectata: & ſic non ratione ſui, ſed ratione uoluntatis adiunctæ per accidens aggrauat. ſecundò, quòd intelligitur de ignorantia quæ non habet rationem peccati uel circunſtantiæ ingratitudinis, in qua ingratitudine ſummus gradus eſt quòd homo etiam beneficia non recognoſcat: ſicque non aggrauat ratione ſui prout eſt ignorantia oppoſita cognitioni, ſed aliunde per accidens. tertiò quòd intelligitur de ignorantia infidelitatis, quæ ſubuertit fundamentum ſpecialis ædificij. Et ad hanc reſponſionem uidetur alludere alia quarta reſponſio Bonauentu. ubi ſupra, quæ uidetur melior omnibus prædictis, & magis ad rem, dicentis quòd intelligitur non ratione maioris, & grauioris culpæ in ſe, ſed ratione maioris periculi: quia ſcilicet cùm quis non habet cognitionem morbi, ſeu culpæ non quærit medicinam, ſicque manet ſemper morbus ſpiritualis ſine remedio: & ita ignorantia alleuiat quidem morbum peccati, ſed inducit periculum curationis eius: ita quòd peccatum ignoratum eſt quidem minus graue, quàm ſi eſſet ſcitum: ſed eſt magis periculoſum non quidem ſimpliciter, ſed per accidens. Et facit ad hoc Auguſti. in lib. confeſſ. dicens, eò inſanabilius peccabam, quò me non peccare arbitrabar. Sed de hoc latius infra. q. 29. Et ſimiliter reſpondeo ad illud Iſidori ad quod ſpecialiter etiam dico ſecundum Bonauent. quòd ibi comparat peccatum infidelitatis ad alia genera peccatorum: quia & ipſum in ſe grauiſsimum eſt, quia non eſt ſine magna animi deordinatione: nihilominus tamen cùm quis ignorans aliquid facit etiam in incredulitate minus grauiter peccat ex hac parte, quàm qui ex certa ſcientia cæteris paribus; ut Paulus de ſe dicitur. prima Timoth. primo. Miſericordiã ſum conſecutus; quia ignorans feci. Similiter reſpondeo ad Auguſti. de lib. arbitr. dico enim quòd ſolum concluditur inde quòd ignorantia non excuſat ſimpliciter ab omni culpa, & gradu culpæ undecunque proueniente; & hoc ſatis eſt conceſſum quòd ſolum excuſat, ſecundum quid, ſcilicet, quantum eſt ex parte ſua ab illo gradu culpę, qui ex parte cognitionis oppoſitæ proueniret ſi talis cognitio adeſſet. Ad illud. 3. Eth. reſpondeo ſecundum Tho. ubi ſupra quòd ebrius mereatur duplices maledictiones propter duo peccata, ſcilicet, propter culpabilem ebrietatẽ, & propter aliud peccatum inde ſequens: ebrietas tamen ratione ignorantię adiunctę minuit peccatũ ſequẽs; & fortè pluſquàm ſit grauitas ipſius ebrietatis, ut ſupra dictũ eſt in reſponſione ad ſecundũ argu. uel etiam tollit omnino, ut infra. q. 18. habetur, uel etiam ſecũdo poteſt dici, ut ait. B. Tho. q. illud dictum inducitur ab Ariſt. non ex mente ſua, ſed ſecundũ ordinationem cuiuſdam, Pytaci legiſlatoris, qui ſtatuit ebrios culpabiliter ſi percuſſerint amplius puniendos eſſe; non reſpiciens leuitatem, uel grauitatẽ peccati ex ebrietate procedẽtis, ſed ſequelam damni; quia ſcilicet ſæpius iniuriantur aliis ebrii, quàm ſobrii, ut patet. 2. Polyt.

Quintò arguitur. Id, quod eſt commune in omni peccato, non diminuit peccatum, ſed ignorantia eſt communis in omni peccato; ut patet 3. Ethi. Omnis malus eſt ignorans, ut ſupra q. 25. *Argum. 5.*

habetur ergo nulla ignorantia excuſat, aut ſaltem non omnis.

Reſpon. ad quantum arg. Reſpondeo tripliciter ſecundum Tho. ubi ſupra. primò, conceſſa maiori, ad minorem, quòd illa ignorantia, quæ eſt in omni peccato, qua ómnis malus eſt ignorans, non eſt cauſa peccati, ſed aliquid conſequens ad cauſam, ſcilicet, ad paſſionem uel malitiam, habitum, ſeu diſpoſitionem inclinantem ad peccatum, ut ſupra q. 15. declaratum eſt. Vel ſecundo reſpondeo, quòd illa ignorantia, quæ eſt in omni peccato, eſt generaliter ſumpta; de qua in hac quæſt. non agitur, ſed de ignorantia ſpecialiter & propriè ſumpta; qua quis dicitur ex ignorantia uel ignoranter peccare; prout diſtinguitur à peccante ex malitia ſeu paſſione; & talis ignorantia actus ſeu circunſtantiæ, non eſt in omni peccato, ut patet. quia non eſt in peccato ex paſſione ſeu malitia, ex quo iſta peccata differunt, ut patet ex dictis ſupra quæſt. nona. Vel tertiò reſpondeo negando maiorem ſimpliciter; & ratio eſt. quia ſi id, quod eſt commune omni peccato quantum eſt de ſe, ſeu ex parte ſua, minuit rationem uoluntarii uel contemptus: tunc etiam quantum eſt ex hac parte minuit grauitatem, quæ tali peccato proueniret, ſi talis conditio minuens grauitatem non adeſſet, ut patet. quia fragilitas noſtræ naturæ poſt peccatum originale aliquo modo alleuiat noſtra omnia peccata; & quantum eſt ex hac parte facit illa eſſe digna, uel ſaltem non indigna ueniæ: quòd non ſic eſſet tali conditione remota, ut patet in Angelis peccantibus, & in primis parentibus, & ſic eſt de quacunque ignorantia in quolibet peccato, ut ſæpè dictum eſt.

Argum. 6. Sextò arguitur. Omnis circunſtantia, quæ ſic eſt neceſſaria, quòd non eſt in poteſtate noſtra; maximè ſi ſe tenet ex parte operantis, ſi eſt etiam impertinens ad actum in eſſe moris, etiàm eſt impertinens ad ſpeciem & grauitatem actus: ſed ignorantia inuincibilis concomitans eſt circunſtantia, quæ pro tunc non eſt in noſtra poteſtate, & ſe tenet ex parte operantis: & eſt impertinens ad illum actum, putà, homicidium, ergo etiam eſt impertinens ad excuſandum uel aggrauandum homicidium: ſicque non minuit uoluntarium & contemptum, nec excuſat ullo modo. conſequentia eſt bona: et maior tripliciter probatur. primò, quòd circunſtantia quæ non eſt in noſtra poteſtate, nil facit ad grauitatem, quia ex Ariſtotel. per ea, quæ nobis inſunt à natura, nec laudamur, nec uituperamur, & ſimiliter per ea, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, nec meremur, nec de meremur, alioqui ad impoſsibile eſſet obligatio: quod abſit. Et ſecundò, quòd circunſtantia ſe tenens ex parte operantis nihil facit ad grauitatem, uel excuſationem, patet. quia talis circunſtantia concurrit naturaliter & neceſſariò poſito actu liberi arbitrii, & per conſequens iam non eſt in noſtra poteſtate. Et tertiò, quòd circunſtantia impertinens, ad actum etiam eſt impertinens; & nihil facit ad grauitatem augendam aut minuendam, patet. quia ideo circunſtantiæ aggrauant uel minuunt, quia aliquo modo ſunt pertinentes, & habent aliquam cauſalitatem, ſeu habitudinem ad actum aliquo modo, ut patet. Ergo ſi eſt omnino impertinens, nullam habet cauſalitatem ad aggrauandum actum uel alleuiandum. Et ita patet maior omnino probata. Minor etiam probatur: quia ignorantia inuincibilis concomitans non eſt pro tunc in noſtra poteſtate ut tollatur, ut patet ex diffinitione ignorantiæ inuincibilis, ſupra quæſt. 1. et ſecundo, patet. quòd tenet ſe ex parte ipſius ignorantis. et tertiò, eſt impertinens ad illum actum: quia nihilominus ille ſic peccans peccaret, ſeu ageret illud, ut patet ex diffinitione ignorantiæ concomitantis ſupra. q. 1.

Reſp. ad Argu. Reſpondeo negando maiorem quò ad eius duas primas particulas: quò ad primam quidem de circunſtantia, quæ non eſt in noſtra poteſtate, tunc quando operamur, dico quòd eſt falſa, quamuis Gabriel in ſecundò diſtinctio. 41. concluſio tertia ſecundum OKam teneat oppoſitum & malè: & ratio falſitatis eſt, quia ſi quis cognoſcat Bertham inuincibiliter putans eſſe ſuam uxorem, ut Iacob. cognouit Lyam, & in illo actu iam adueniat cognitio quòd non eſt ſua, putà, per uocem ipſius uel alio modo; iam talis cognitio neceſſariò illi adeſt & naturaliter operatur in eo, ita quòd non eſt in poteſtate ſua non cognoſcere illam non eſſe ſuam: & tamen ratione huius circunſtantiæ, cognitionis neceſſariò exiſtentis, iam ex tunc incipiet ille actus eſſe demeritorius, & culpabilis ſi continuatur, ex quo eſt contra dictamen rationis aduenientis. Similiter ſi quis die non prohibito comedat carnes: & iam adueniat prohibitio, quæ non eſt in poteſtate ipſius comedentis, eiusque ſufficiens promulgatio: certè exinde erit culpabilis illa comeſtio ratione illius prohibitionis, ſeu circunſtantiæ temporis, quæ non eſt in eius poteſtate. Similiter poteſt exemplificari & dici de circunſtantia loci, & perſonæ, & de omnibus aliis, ergo illa particula eſt ſimpliciter falſa. Et Ad Ariſtotel. reſpondeo, nihil facit ad propoſitum, quia loquitur non de circunſtantiis, ſed de actibus naturalibus: ut ſunt actus potentiæ uegetatiuæ, & nutritiuæ, & huiuſmodi, quòd iſti tales ex quo nullo modo ſunt in noſtra poteſtate applicatis actiuis ad paſſiua, neque per modum imperii ſubiiciuntur uoluntati, non ſunt laudabiles, nec uituperabiles: quamuis applicatio cibi ad os, uel ad ſtomachum bene eſt in noſtra poteſtate; & hæc laudabilis, ſeu uituperabilis eſt: ita & actus ille, qui in ſe uel in ſua cauſa eſt in poteſtate uoluntatis per modum imperii eſt laudabilis, ſeu uituperabilis pro

tunc

tunc tantum; quando eſt in poteſtate noſtra, & non aliàs, nec alio tempore.

Quòd ſi etiam de circunſtantiis velis idem propter eandem rationem dicere; tunc dico generaliter; quòd ſi aliquo modo mediatè uel immediatè in ſe uel in ſua cauſa, actus cum tali circunſtantia non eſt in noſtra poteſtate per modum imperii uoluntatis; tunc etiam non eſt laudabilis, nec uituperabilis talis actus ratione illius circunſtantiæ: neque illa facit ad grauitatem culpæ, modò ſe teneat ex parte obiecti, modò non: quamuis faciat ad grauitatem pœnæ, ſeu etiam ad accidentalem culpæ maiorem, aut minorem grauitatem; ut infra.q. 18. latius habetur, Cum quo tamen bene ſtat quòd talis circunſtantia, quę nullo modo eſt in noſtra poteſtate, facit ad alleuiationem ſeu excuſationem culpæ, ut patet. quia ex hac parte quòd non eſt in noſtra poteſtate, iam ſicut non aggrauatur peccatum; ita eadem ratione alleuiatur in toto uel in parte quantum ratione eius tollitur de ratione uoluntarii, aut cõtemptus, ut dictum eſt. Et ita negatur illa maior aſſumpta in argumento ratione illius primæ particulæ: immo ratione eius deberet potius dici quòd circunſtantia, quæ non eſt ullo modo in noſtra poteſtate licet ſit impertinens ad laudem ſeu peccati grauitatem augendam; eſt tamen pertinens, & facit ad culpę alleuiationem; ut patet ex dictis. Item negatur eadem maior ratione ſecundæ particulæ; quamuis Durand. illam teneat, uidelicet, quòd circunſtantia ſe tenens ex parte operantis, nihil facit ad laudem uel uituperium, ſeu grauitatem actus; propter rationem ſuprapoſitã: & iam impugnatam in prima particula. Inſuper eius falſitas patet. quia ſi ſortes exiſtens in charitate ſeu gratia, producat actum bonum cum omnibus aliis circunſtantiis; non tamen ex inclinatione charitatis; iam non eſt meritorius ille actus, ſuppoſita opinione ſatis communi; ꝗ ſcilicet ad meritum non ſufficit charitas aſsiſtẽs; ſed ꝗ requiritur cõcurrens actualiter ſeu uirtualiter. Iam ſi ex concurſu illius charitatis producat ſeu cõtinuet illum actum: certè erit meritorius, quamuis ille concurſus gratię ſit naturalis, & ex parte operantis; ut pater. Item circunſtantia perſonæ facit ad grauitatem peccati, ut patet ſi quis uoto obligatus fornicatur, quia plus peccat, quàm ſecularis non habens uotum. Et tamen dignitas, ſeu ſtatus, & profeſsio, ſeu uotum perſonæ ſe tenet ex parte perſonæ operantis; & non eſt cauſa actus illius, quia ſuppono quòd talis perſona eſt aliàs omnino uolens facere talem actum bonum aut malum. Si ad hoc dicatur, quòd antecedenter aliquomodo eſt in poteſtate operantis talis concurſus circunſtantiæ ad talem actum; ideo facit ad meritum, ſeu demeritum; ecce quomodocunque dicatur habeo intentum: nam iam falſum eſt ſimpliciter quòd circunſtantia perſonæ non facit ad laudem uel uituperium: modò ſit in poteſtate eius, modo non. Item ſecundò falſum eſt dicere quòd eſt impertinens ad alleuiandum peccatum: nam ut ſupra dictum eſt de prima particula, etiam ſi eſſet talis circunſtantia impertinens ad laudem & uituperium & grauitatem augendam: non tamen ad alleuiandum peccatum, quòd patet. quia ſi talis circunſtantia tenens ſe ex parte perſonæ non eſt ullo modo in ſua poteſtate: iam ſequitur quòd ex hac parte ſicut non aggrauatur peccatum, ita & alleuiatur, ut ſupra dictum eſt. ſi autem eſt in ſua poteſtate, iam ſequitur quòd ſicut eſt pertinens ad aggrauandum, ita poteſt eſſe pertinens ad alleuiandum. ergo illa particula ſecunda illius maioris, utpotè falſa, negatur omnino. Tertia autem particula, ſcilicet, quòd circunſtantia omnino impertinens ad actum in eſſe rei & in eſſe moris qualiſcunque & undecunque ſit, eſt etiam impertinens ad qualitatem ſpecificam ſeu grauitatem mutandam, augendam, ſeu alleuiandam in toto uel in parte, conceditur: ſed tunc negatur minor, quia licet actus peccati, putà, homicidium commiſſum cum tali ignorantia inuincibili concomitante, ſit uolitus ineſſe rei, & quò ad hoc ipſa ignorantia ſit omnino impertinens: non tamen in eſſe moris: quia ut in hoc ait bene Gabriel, in ſecundò diſtinctio 22. queſt. 2. notab. 3. quo ad tale eſſe morale talis ignorantia facit talem actum eſſe non uoluntarium: nam quò ad hoc quòd eſt occidere hominem, facit talem occiſionem non eſſe uolitam, non enim ille uolebat, neque putabat ſe occidere hominem, ſed feram, aut aliud; ut ſupponitur, & per conſequens occiſio hominis, ut hominis, erat ignorata & nullo modo intenta in illo actu, quamuis in alio actu intenta eſſet: ſicque talis ignorantia bene eſt pertinens ad tollendum rationem homicidii ineſſe morali: & per conſequens excuſat tollendo uoluntarium & contemptum legis, ut patet ex omnibus ſupradictis. ſed & de hac ignorantia concomitante quomodo, & quantum excuſet, latius infra quæſtione decimanona habetur.

Quòd ſi replicatur, quòd Intemperatus, qui, ſcilicet, eſt in gradu intemperantiæ depràuatus ſine murmure rationis aut conſcientiæ peccans; iſte peccat grauius & ex maiori libidine & contemptu quàm qui eſt in gradu incontinentiæ cum eius murmuratione, ergo cognitio non eſt circunſtantia augens contemptum: ſicut nec omnis carentia cognitionis minuit contemptum: ſicque non omnis ignorantia minuit peccatum nec excuſat. *Replica.*

Reſpondeo ſecundum Martinum de temperantia in quæſtione tertia de ebrietate, concluſio. 6. conceſſo antecedente, negatur conſequentia: ratio eſt, quia carentia rationis murmuràtis proue- *Reſp. ad replicam.*

H 2 niens

niens ex deprauatione voluntatis ex conſuetudine peccati & ex contemptu: qualis eſt in prædicto intemperato; ut ſupponitur, equiualenter, ſeu uirtualiter, continet in ſe rationẽ remurmurantem, quam etiam uirtualiter contemnit: ſicque illa carentia rationis actualis, eſt uirtualiter contemptus frequentisſimus ipſius ex ratione deprauata. qui autem eſt ignorans per ligationem ſenſuum & organorum miniſterialiter deſeruientium ad uſum rationis, non ita contemnit: ideo eius carentia cognitionis minuit contemptum. Hæc ille. Poteſt etiam dici negando illam conſequentiam; quia talis imtemperatus habet eò minus de contemptu actuali quò minus habet de rationis murmuratione actuali: quamuis aliunde ex uoluntate deprauata habeat æqualem ſeu maiorem contemptum uirtualem: ſemper enim eſſet maior contemptus actualis ſi eſſet maior actualis rationis murmuratio. Et ideo cæteris paribus ignorantia aut carentia cognitionis & remurmurationis actualis, minuit contemptum ex parte ſua; & per conſequens peccatum, ut patet ex dictis.

Argum. 7. Septimum ad idem, & contra primam probationem propoſitionis arguitur, quia ignorantia inuincibilis concomitans, qua ſcilicet, exempli gratia; Sortes occidit Platonem inimicum putans omnino illum eſſe feram, non tollit uoluntatem ſaltem uirtualem uel promptitudinem quam habebat ſortes occidendi Platonem inimicum; ut ſupponitur quòd ſortes manebat in ſuo malo propoſito, quamuis nunc actualiter non intenderet occidere Platonem inimicum ſed feram aliquam uti ei apparebat: haberet tamen actualem uolitionem illum occidendi ſi ſciret illum eſſe ſuum inimicum; ut ſupponitur ex diffinitione ignorantiæ concomitantis ſupra quæſtio. 1. ergo non omnis ignorantia omnino priuans cognitionem tollit uoluntarium: & per conſequens non omnis excuſat.

Reſp. ad 7. Argum. Reſpondeo negando antecedens: dico enim quòd in caſu prædicto ſortes occidens Platonem, in illo actu non habet illam uolitionem quam haberet ſi ſciret eſſe Platonem, aut ſi ſub æſtimatione platonis occideret: ſicque ratione ignorantiæ tollitur iſta talis uolitio in illo actu: modo habeat tunc ſimul aliam nolitionem actualem ſeu uirtualem occidendi platonem, modo non: & ita ille actus occiſionis platonis non producitur à uolitione occidendi platonem ſed à uolitione occidendi feram ſeu rem quæ ęſtimatur eſſe fera: obiectum enim illius uolitionis in quod ipſa uolitio tendit, eſt fera æſtimata uel apparens. Similiter ex dictis patet reſponſio ad Argumentum Martini de temperantia quæſtio. 3. de ebrietate concluſione prima dicentis. quòd peccata quæ ebrius ſine ſua culpa committit ex paſſionum motibus, habens aliquam cognitionem quæ etiam ſine ebrietate committeret; non excuſantur à culpa ratione illius ignorantiæ uel ebrieiatis. & cum Martino concordat. Caieta. ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ quęſtio. 150. artic. 4. dicens, quòd ſolum illa peccata quæ ex inculpabili ebrietate cauſantur: ita quòd à nullo ſobrio fierent excuſantur omnino à culpa: ſed ut patet ex dictis, tam illa peccata quæ à ſobrio fierent quàm ea quæ à ſobrio non fierent excuſantur ab eo gradu culpæ, qui ratione cognitionis proueniret. Hic etiam poteſt argui, quòd ignorantia etiam inuincibilis pręcedens aliquando aggrauat, uideatur infra. quæſtio. 17. ſequenti, dubio 4. ubi de his latius.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

VTRVM OMNIS IGNORANtia inuincibilis pręcedens, iuris, uel facti, uel circunſtantiarũ: ex nulla culpa proueniens, excuſet ſimpliciter à culpa.

RESPONDEO notando prius, quòd hic, & in quęſtionibus ſequentibus iam agitur utrum ignorantia excuſet omnino uel ſimpliciter à culpa prouenientę tam ratione cognitionis oppoſitę ſi adeſſet, quàm aliunde ratione uoluntatis ſeu aliarum circunſtantiarum adiunctarum: nam in quæſtione præcedente actum eſt, quòd omnis ignorantia excuſat de ſe à culpa quæ ratione oppoſitæ cognitionis proueniret, & non aliunde. *Nota*

Item nota quid nominis ignorantiæ inuincibilis præcedentis, ſimul & inculpabilis vel ex nulla culpa prouenientis, de qua hic agimus: nam de aliis in quæſtionibus ſubſequentibus agitur particulariter: ſimiliter ſupponitur ex dictis ſupra q. 1. quæ ſit ignorantia inuincibilis, quò ad diſſolutionem & euaſionem ſimul, & quę, quò ad diſſolutionem tantum. *Nota 2.*

ISTIS ſuppoſitis ſit vnica propoſitio. Omnis ignorantia omnino inuincibilis, præcedens ſeu inculpabilis ſeu ex nulla culpa proueniens, tam iuris quàm facti & circunſtantiæ cuiuſcunque, excuſat omnino & ſimpliciter à tota culpa: & hoc ſolum eſt uerum quando tota malitia actus proueniret ratione illius: de quo prædicta ignorantia habetur. Eſtque id regulariter uerum etiam quando illa ignorantia eſt ſolum inuincibilis, quò ad diſſolutionem, quamuis non quò ad euaſionem. *Propo. 1.*

Iſta propoſitio habet tres partes, quarum prima

ma eſt quaſi regula generalis, aliæ ſunt eius limitationes, ut patet: & probatur prima pars tripliciter. Primò ſecundum Gabriel. in ſecundo diſtinctio. 22. quęſtio. 2. concluſio. 1. Qui facit omnia ad quæ tenetur non peccat: ſed habens prædictam ignorantiam inuincibilem eſt huiuſmodi, ut conſtat ex diffinitione eius ſupra quæſtio. 1. ergo non peccat imputabiliter ullo modo. Conſequentia eſt bona: & maior etiam clara; quia ſeruans legem non peccat: ſeruat autem qui facit omne quod debet. Secundò probatur idem ſecundum Thom. prima ſecundæ quæſtio. 76. artic. 3. & 4. & ibi Caieta. & Bonauent. in ſecuudo diſtiuctio. 22. quæſtio. 3. art. vltimo. Quia id quod tollit omnino rationem uoluntarii ab aliquo actu quò ad eſſe morale, tollit etiam omnino rationem culpę ab eo: ſed ignorantia prædicta eſt huiuſmodi; ergo. Conſequentia patet, & maior probatur: quia ſecundum Auguſti. peccatum eatenus eſt peccatum, ſcilicet imputabile, quatenus eſt uoluntarium; quia eatenus eſt in hominis poteſtate & non amplius: ergo ſi nullo modo eſt uoluntarium iam non eſt peccatum imputabile. Minor autem probatur: quia nihil uolitum quin ſit aliquo modo præcognitum ſecundum Auguſti. Ideo Ber. dicit quòd pueris, infantibus, & dormientibus nihil imputatur. Tertiò, probatur idem ſecundum Adria. in 4. quodlibet. quia ſi prædicta ignorantia omnino inuincibilis non excuſaret à culpa; ergo facienti quod in ſe eſt, non eſſet Deus paratus ſnccurrere in neceſſariis abſolutè ad ſalutem: quòd tamen eſt contra Auguſti. dicentem quòd Deus ſemper eſt paratus bene facere; ſed malitia hominum prohibetur. 16. quęſtio. 1. capitu. decimę. & contra pſal. 144. Prope eſt Dominus inuocantibus cum in ueritate. Addes ut glo. ad Rom. 5. dicat quòd ſi Deus non reciperet confugientem ad ſe eſſet iniquitas in eo: hoc autem attribuere Deo eſſet impium & blaſphemum ut de hoc latius ſupra. q. 4. dictum eſt.

Secunda pars propoſitionis, uidelicet, quando tota malitia actus proueniret ratione illius de quo habetur prędicta ignorantia; Ideo dicitur; quia ſi illa ignorantia inuincibilis præcedens ſit ſolum de aliqua circunſtantia quæ aggrauaret, ſi ſciretur; & non de aliis actibus uel circunſtantiis aggrauantibus: tunc non excuſat niſi à malitia quæ proueniret ex parte illius circunſtantiæ ignoratæ. patet exemplo, ſi quis culpabiliter occidat aliquem, quem cognoſcit quidem eſſe hominem; ſed eum inuincibiliter omnino ignorat eſſe patrem ſuum; ita quòd ſi id ſciret nullo modo occideret: uel ſi quis fornicetur ſcienter cum non ſua, quam tamen omnino inuincibiliter ignorat eſſe matrem uel ſororem ſuam, ita quòd ſi hoc ſciret nullo modo ipſam cognoſceret (ut aliquando nocte contingit, & ut Geneſ. 38. legitur ſimile de Iuda cum Thamar nuru ſua quamuis aliqui contra dicant ut ſupra. quæſtione. 6. dubio. 1. latius habetur propoſitione prima) iam in his caſibus uon excuſatur à culpa homicidii ſeu fornicationis, ex quo reſpectu huius uon habuit prędictam ignorantiam: excuſatur tamen à culpa parricidii, aut inceſtus coram Deo in foro conſcientiæ: & à pœna iuris Diuini pro culpa hac ſicut & ab ipſa culpa: etiam ſi det operam rei, aliàs illicitæ ut dicit Caieta. ubi ſupra, & Syluester titulo ignorantia quæſtio. 6. Sed utrum excuſetur etiam à pœna iuris humani uideatur infra q. 26. q. 27. & ratio huius eſt, quia reſpectu talis circunſtautiæ quæ faceret ſeu aggrauaret peccatum illud habetur ignorantia omnino inuincibilis præcedens. Item ſi quis haberet ignorantiam præfatam de aliqua circunſtantia impertinente ad rationem peccati; ideſt non aggrauante, nec alleuiante peccatum ſi cognoſceretur, ipſa circunſtanria: tunc non excuſatur à peccato propter talem ignorantiam: quia ſicut circunſtantia, ita & ignorantia & cognitio eius eſt impertinens ad culpæ grauitatem aut alleuiationem; ut patet exemplo: ſi uellem furari rem alienam Ioannis; quam tamen inuincibiliter æſtimo eſſe Platonis: ità quòd ſi ſcirem eam eſſe Ioannis certè non furarer illam: tunc talis ignorantia non excuſat à peccato furti: nec aggrauat, ſicut neque ipſa circunſtantia ſi eſſet cognita: parum enim refert ad furtum quòd res aliena ſit Ioannis uel Platonis cæteris paribus: ſicut parum aut nihil refert quòd manu ſiniſtra aut dextra, pigrè aut uelociter, hora tertia uel quarta, rem alienam rapui. Similiter eſt dicendum de ſciente aliquid eſſe peccatum; ſed ignorat ipſum ipſum eſſe mortale: nam non excuſatur à peccato, ut ait Adrian. ubi ſupra, neque à grauitate mortali inuincibiliter præcedenter ignorata, propter eandem rationem, quia ſcilicet non ignorat aliquid adeſſe uel non adeſſe, quod ſit pertinens ad rationem peccati mortalis: non enim ignorat actum aut circunſtantias ex quibus ptouenit ratio illius peccati: quamuis ignoret grauitatem carpm & euentus uel ſequelę aut pœnæ, quę & quarea ſit, ut de hoc habetur latius infra. quæſtio. 19. in reſponſione ad primum Argumentum. Quòd ſi quis ignoret omnino inuincibiliter circunſtantiam quæ alleuiaret culpam ſi ſciretur, puta ſi quis omnino inuincibiliter Ignorans occidat aliquam beſtiam ſeu hominem, putans eſſe patrem ſuum quem certè tunc intendebat occidere per talem actum: ita quòd ſi ſciret non eſſe patrem nollet occidere: tum talis ignorantia non excuſat eum à peccato parricidii, ſed aggrauat ipſius beſtiæ ſeu hominis alterius occiſionem: ita quòd formaliter eſt parricidium ex quo intentio ſeu uolitio à qua illa occiſio imperabatur habuit pro obiecto patrem ſuum: quamuis materialiter actus exterior occiſionis non parricidium ſed homicidium aut Beſtiæ occiſio ſit. Quomodo autem ſit uerum,

quòd præfata ignorantia non ſolum non excuſat, ſed etiam aggrauat per accidens culpam, paulò inferius declarabitur in fine huius quæſtionis. & cum hac ſecunda parte huius propoſitionis ſic declarata concordat. Bonauent. & B. Tho. & ibi Caieta. & Altiſiodoren. Almayn, Adria. & communiter doctores.

3. Pars. Tertia pars propoſitionis, quòd ſcilicet id eſt regulariter uerum (etiam ſi ignorantia ſit inuincibilis ſolū quò ad diſſolutionem) patet; quia regulariter tunc excuſat quando homo non habet cauſam dubitandi de oppoſito; aut de peccato ſecundum talem ignorantiam faciendo: ut ſæpe contingit in multis contractibus iure Diuino & naturali illicitis; de quibus tamen ſunt rationabiles opiniones iuſtificantes: & quando mulier, poſtquam à fide dignis audiuit maritum ſuum in remotis agentem: mortuum eſſe: cum alio contraxit: & quando quis petit debitum ab ea quam inuincibiliter æſtimat eſſe ſuam: nam in his & aliis caſibus ſimilibus: vbi probabilitas quòd talis actus eſt licitus, aut quòd maritus eſt mortuus, aut quòd illa mulier eſt ſua, tollit cauſam dubitandi de oppoſito: utique inuincibilis ignorantia quò ad diſſolutionē tantum excuſat omnino, licet pateat euaſio ceſſando ab actibus illis. Tunc autem non excuſaret niſi ignorantia eſſet omnino inuincibilis etiam quò ad Euaſionem: quando ſtante tali ignorantia adhuc homo habet cauſam rationabilem dubitandi de oppoſito; aut quòd eſt peccatum ſecundum talem ignorātiam agendo; putà, quando ob arduitatem uel nouitatem ſimul & incertitudinem rei, tenetur quis non procedere ad actum uel omiſſionem, niſi plenè certior factus ſit: ita quòd tale dubium ſeu incertitudo non tollitur per poſitionem alterius partis: exēpli gratia. ſi Diabolus alicui in ſpecie crucifixi appareret; utique non excuſaretur ille abſolutè adorando: quamuis non poſſit ſcire ſi Diabolus eſt, aut non: quia patet euaſio cum expreſſa conditione adorando: ſed an tūc ſufficiat implicita conditio, ſicut adoratur hoſtia ſecundum Concilium Conſtantienſe, alibi diſcutiendum eſt. Ita tenet Adria. in materia de confeſſione dubio. 7. & dicit ita intelligere & limitare doctores: quamuis ipſe in 4. quodlibet. art. 1. prius indiſtinctè tenuerit, quòd non excuſat ignorantia (ſcilicet ſemper in omni caſu) niſi ſit omnino inuincibilis quò ad diſſolutionem & euaſionem: ſed (ut dixi) ſecundū præfatam diſtinctionem quam ipſe ubi ſupra dubio. 7. ponit intelligendus eſt. Vnde ſi Diabolus in ſpecie crucifixi apparens præciperet Petro immolationem ſui aut filii, aut mutilationem membri: aut quòd relicta religione quam profeſſus eſt ducat uxorem: non eſt ignorantia inuincibilis, niſi quò ad diſſolutionem tantum. Sed quia per incertam illam Diaboli apparitionem illud præcipientis, non tollitur certitudo præcepti Diuini generalis in oppoſitum: ideò nec excuſatur, obediens illi incertę apparitioni, contra certum præceptum Dei in oppoſitum: ſuper re periculoſa de mortali peccato. Quòd ſi eſſet certum de reuelatione Dei illud præcipientis: utique illi eſſet obediendum ſicut Abraham obediuit Geneſ. 22. quia & Deus tunc in ſuo generali præcepto diſpenſat: ſi autem æquale dubium de utraque parte contradictionis eſſet: tunc minus malum minuſque periculum eligendum eſt; ut inferius tractatu de conſcientia. q. 5. q. 6. latius habetur: eſt enim tunc ignorantia omnino inuincibilis quò ad diſſolutionem ſimul & euaſionem, & penitus excuſans.

Ex ſupradictis, tria dubia oriuntur, quorum primum eſt. Vtrum quādo quis ex actuali obliuione eius quod habitualiter ſcit aliquid operatur: reducatur ad præfatam ignorantiam inuincibilem præcedentem: & omnino excuſetur. Putà ſi quis certa intentione perſeuerans nullo modo peccandi mortaliter: & ſciens talem contractum ſapere uſuram & eſſe mortalem, aut eſſe diem ieiunii obligatorium, aut ſortem eſſe excommunicatum nominatim: & tamen id actualiter nunc non recolens, facit talem contractum ſeu actum, ſeu cōmunicat, etiam in Diuinis, cum illo excommunicato; quòd ſi recoleret (ut ſupponitur) nullo modo faceret. in tali inquam caſu, & aliis eiuſmodi dubitatur; utrum illa obliuio æquiualeat ignorantiæ inuincibili præcedenti, ut excuſetur homo à mortali & à cenſuris propter id inflictis. Dubium. 1

Reſpondeo quòd ſic, ſecundum Caieta. prima ſecundæ quæſtio. 6. artic. 8. & Gabriel in ſecundo diſtinctio. 41. dubio. 3. & Alexan. Allens. & Paluda. in 4. diſtinctio. 18. quæſtio. 6. & ratio eſt; quia omnium actualiter reminiſci eſt ſupra hominis facultatem. Quilibet enim experitur in ſe ipſo non eſſe in poteſtate ſua quòd recordetur eorum omnium quæ habitualiter nouit, & meminit, etiā ſi uelit recordari, ut patet; de quo infra. quæſtio. 26. latius. & hoc eſt uerum quando prædicta obliuio non prouenit ex culpa noſtra; nam ſi prouenit ex culpa, tunc eſt idem iudicium, quod & de ignorantia inuincibili præcedente proueniente ex culpa, qualis eſt ignorantia culpabiliter ebriorum, de qua infra in q. 18. latius habetur. Reſpon.

2. Dub. Dubitatur ſecundò: Vtrum ſortes habēs ignorantiam, partim uincibilem partim inuincibilem, ſic ſcilicet, quòd poteſt uinci faciendo quod tenetur, ſed tamen requiritur tempus unius diei exempli gratia: ita quòd in medietate illius diei non poteſt plenè facere quod tenetur ad ſciendū ut oportet: dubitatur ergo, tunc ſi dictus ſortes conformiter ad illam ignorantiam uel ex illa ignorantia aliquid operatur, in illa prima parte diei in qua eſt ſibi inuincibilis, an peccet, an teneatur expectare finē totius illius diei ſeu temporis requiſiti quouſque plenè ſciat; ut ſic tunc plenè informatus operetur & non ante.

Reſpondeo ſecundum Almayn in moral. tracta. 1. cap. 5. quòd ſi talis ex ſua culpa in talē ignoran-

rantiam non peruenit: neque dubitare tenetur tunc, an ſit mortale peccatum id quod vult agere: iſtæ non peccabit interim dum inquirit operãdo ſecundum illam ignorantiam tunc inuincibilem; quia omnis actus malus pro tempore pro quo ſit eſt difformis dictamini recto ſeu inculpabili quod ineſt, uel quod ineſſe debet: uel eſt contra conſciẽtiam uel contra probabile dubium, ut patet; quia non apparet vnde ſit illicitus actus niſi ex aliqua trium cauſarum dictarum: ſed talis actus illius hominis de quo eſt quæſtio nõ eſt huiuſmodi: quia ex quo ignorat inuincibiliter omnino, iam non facit contra dictamen rectum quod non eſt: neque contra debitum ineſſe, ex quo tunc non tenetur habere aliud dictamen ſeu cognitionem is qui inuincibiliter ignorat: neque facit contra conſcientiam aut contra probabile dubium; ut ſupponitur in caſu iam dicto: ergo non peccat. Ideo & dicũt communiter doctores quòd peruenienti ad ætatẽ diſcretionis dantur induciæ, ut inquirat & ſciat: & interim dum non plenè ſcit, quod eſt ſciendum ignorat inuincibiliter, ſi facit quod debet inquirẽdo ut conuenit illi ætati; & ſecundum illam ignorantiam aut notitiam quam habet interim operando non peccat. Et fortè ſic intelligendo concordat. B. Tho. 1. ſecundæ. q. 89. art. 6. dicens quòd ſtatim tenetur puer ueniens ad ætatem diſcretionis inquirere & deliberare de fine ultimo ſeu de fine honeſto uitæ ſuæ vt ibi latè Caieta. declarat. Secus eſſet ſi illa ignorantia tunc inuincibilis prouenirет ex culpa ſua de qua in. q. 18. latius habetur. Secus etiam ſi dubitat aut dubitare tenetur quòd peccat tale quid agendo: tunc enim tenetur ſe ſuſpendere ab illo actu quouſque debitè inquirat & ſciat (ut oportet) et interim dum inquirit ſi occurrit quid neceſſario agendum uel omittendum non peccat, ſecundum illam ignorantiam inuincibilem agendo uel omittendo: & ſi conſcientia remordet tunc depoſita tali conſcientia nõ peccat agendo uel omittendo: conformiter ad illã ignorantiam omnino inuincibilem.

Dubit. 3. Tertiò dubitatur: Vtrum ignorantia inuincibilis præcedens aggrauet culpam aliquando. Nã ſi dicatur quòd ſic: iam hoc uidetur contradicere ſupradictis in q. 16. ubi habetur quòd quantum eſt de ſe, ſemper excuſat: & per conſequens uidetur repugnare quòd quantum eſt de ſe (ſic enim loquor) cauſa naturalis habeat cõtrarios effectus, aggrauandi, ſcilicet, & excuſandi culpam. Si dicatur quod non: certè hoc uidetur contra experientiam: nam occidens Platonem inuincibiliter æſtimatum eſſe patrem ſuum uolens: & intendens occidere patrem; qui quidem Platonẽ non occideret ſi cognoſceret illum non eſſe patrem, quem intendebat occidere: iam grauius peccat ſic occidendo illum cum tali ignorantia & intentione parricidii, quàm ſi cognoſcendo illum eſſe Platonem occideret; ut ſupra dictum eſt in probatione. 2. partis propoſitionis: ſimiliter ſi quis fornicatur cum Bertha ſoluta quã inuincibiliter æſtimat eſſe ſororem, aut matrem, ita quòd nullo modo cum illa fornicaretur, ſi ſciret non eſſe ſororem aut matrem cùm qua ſolum uolebat tunc inceſtuosè coire: iã grauius peccat quàm ſi ſciret.

Reſpondeo dupliciter. Primò ſecundum Caieta. 2. ſecundæ. q. 150. art. 4. quod propriè, & per ſe loquendo nulla ignorantia quatenus talis eſt aggrauat culpam; ſed potius minuit; ut ſupra dictũ eſt hic & q. 16. pręcedente: Ad obiecta autem dico quòd aliud eſt dicere quòd ignorantia aliquomodo per ſe, aut per accidens facit incurrere peccatũ grauioris ordinis ſeu ſpeciei: & aliud eſt dicere quòd ignorantia aggrauat peccatum. Primum enim bene conceditur: quia ebrius ex ebrietate & ſimiliter ignorans ex dicta ignorantia cõmittit blaſphemiam, homicidium, ſeu fornicationem quam non committeret ſi ſciret quod facit; ut ſupponitur & dictũ eſt in exemplis adductis: & ad hunc ſenſum intelligitur quod ſupra in probatione ſecundę partis propoſitionis dictum eſt; quòd talis ignorantia aggrauat per accidẽs, ideſt facit incurrere peccatũ grauius quàm eſſet ſi non eſſet prædicta ignorantia. Secundum autem quòd ſcilicet ignorantia aggrauat peccatum propriè, & per ſe loquendo nunquam conceditur ſed negatur; ut patet: quia tale peccatum ex tali ignorantia commiſſum quodcunque ſit, ita quòd ſi eſſet ſobrius & ſciens non committeret illud, iam alleuiatur & excuſatur in toto, uel in parte ex ipſa ignorantia: quia minus graue eſſet ignoranter quàm ſcienter factum, ut dictum eſt. Hæc Caieta. Secundò dico quòd illud peccatum grauius parricidii aut inceſtus, quod talis ignorans intendit & vult cõmittere actu exteriori, non eſt ignoratum quò ad formale, neque reſpectu eius habetur talis ignorantia: ſed potius habetur cognitio & uolitio eius obiecti quò ad formale, licet quò ad materiale in actu exteriori ſit ignorãtia: quod nihil refert ad grauitatem minuendam; ut dictũ eſt ſupra in probatione ſecũdæ propoſitionis partis: & per hęc patet etiam reſpõſio ad argumenta Martini de temperantia, in quæſtione. Vtrum peccata ebriorum ſint imputabilia concluſio. 5. ubi uidetur dicere oppoſitum; ut de hoc latius infra quęſt. 18. ſequenti habetur.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA.

VTRVM IGNORANTIA INVINcibilis præcedẽs, ex culpa propria proueniens, qualis eſt ignorantia culpabiliter ebriorum, excuſetur omnino aut ſimpliciter à culpa.

RESPONDEO in hoc eſt duplex opinio. Altera antiquorum Opinio. 1. Richardi de ſancto Victore, Damaſceni, & huiuſmodi aliorum; quam etiam ſequuntur multi ſcolaſtici Antiqui & Moderni: quorum

rum aliqui has, aliqui illas, uel alias modificationes apponunt: de quibus omnibus infra latius pertractatur. Et hæc opinio tenet quod non excuſat à culpa; propter argumenta quæ infra ſoluentur.

2. Opinio. Altera eſt opinio communis, neotericorum theologorum; quòd peccata facta ex ignorantia inuincibili præcedente culpabili, quæ uidelicet prouenit ex quacũque culpa etiam non emendata ipſius peccãtis; non ſunt coram Deo de nouo culpabilia, ſeu imputabilia, noua & propria culpa, diſtincta à culpa ſeu imputabilitate ſuæ cauſę, ſed ſolum ſunt & dicuntur culpabilia in ſua cauſa: & eadem tantum culpa ſpecifica ſuæ cauſæ: quáquàm ratione ſequelæ effectus quomodolibet præuiſi aut debiti præuideri, habent rationẽ circunſtantiæ aggrauantis culpam ſuæ cauſæ.

Iſta opinio habet duas partes principales: & intelligitur de culpa & pœna eſſentiali coram Deo debita, nam de pœna accidentali conſtat quòd tã hic quàm in inferno habet homo rationem dolendi de tali peccato, ſeu malo effectu ſecuto ex ſuo primo peccato quod fuit cauſa eius. Similiter coram hominibus habet rationem nouæ culpæ: et talia peccata de nouo puniũtur, ut patebit ĩfra.

Notabile. Nota ad declarationem ſecundæ partis præfatæ propoſitionis quòd ſecundum Caieta. 2. ſecundæ. q. 150. art. 4. & communiter doctores dupliciter dicitur aliquid eſſe præuiſum, ſcilicet in actu & in debito: ſeu quòd idem eſt verè uel interpretatiuè: verè quidem uel in actu quando quis antequã incideret in talem ignorantiam ſeu ebrietatẽ præuidit aliquo modo quòd ipſe poſtea priuatus uſu rationis ſolet talia peccata in genere uel in ſpecie facere: puta percutere blaſphemare, detrahere, mentiri, infamare, contumeliare, turpia loqui: aut etiam in communi ſcit ſe aliquid mali facere aut peccare, quãdo eſt priuatus uſu rationis: licet neſciat in quo genere aut ſpecie peccati, poſtea peccabit. Interpretatiuè autem, uel in debito dicitur aliquid prȩuiſum, quando quis exiſtens in uſu rationis antequam incurrat priuationem eius aut ebrietatem, potuit & debuit prȩcogitare & præuidere ea mala quæ ab eo ſolent fieri & poſſunt probabiliter ſequi quando ipſe eſt in tali alienatione rationis, ſeu ignorantia; puta, quia expertus eſt inclinationes ſuas pronas ad peccata quantò magis bibit aut dormit: uel quia aliàs in alienatione mentis, uel propè poſitus incidit: uel quia alii eiuſmodi ſimiliter poſiti ĩ ſimili ebrietate, ſeu alienatione mentis ſolent communiter ſeu vt in plurimum committere talia uel talia peccata; quamuis ipſe in ſe nunquam fuerit expertus talẽ ebrietatem ſeu mentis alienationem. Hæc inquã peccata dicuntur eſſe præuiſa in debito ſeu interpretatiuè, ab eo qui aliàs inexpertus ebrietatis ſe culpabiliter inebriauit nihil cogitans de periculo ſequentium peccatorum: ſicut etiam inter interpretatiua præuiſa homicidia cõputantur; ſi quis caſu hominem in monte ſagittando occidit non præſciens an mons ille ſit ab homine meabilis, an non; ex quo aliqui ſunt meabiles aliqui non. Illud autem dicitur nullo modo præuiſum ex ignorantia ſeu ebrietate prædicta, quod nullo modo prȩuiſum eſt, neque potuit aut non debuit rationabiliter præuideri, adhibita ſolita diligentia in tali negocio: utpote quando nulla ratio ſubeſt timendi futurum caſum: puta talis ebrius aſſuetus eſt dormire in ſua pace: ita etiam peccata quæ magis in paſſione quàm in actione conſiſtunt quȩ non ex ipſis ebriis ſed ab aliis captantibus tempus ebrietatis emergunt; dicuntur nullo modo præuiſa: quia hæc omnia non cadunt ſub humana diligentia communiter; qualis creditur fuiſſe inceſtus Loth. Geneſ. 19. ſaltem prima uice: & ſic iſta peccata nullo modo præuiſa non videntur cadere ſub uoluntate ſeu culpà priori ipſius ignorãtiæ, uel ebrietatis; niſi ſicut euentus ſeu effectus in ſua cauſa poſſibilis & ualde per accidens & remotè proueniens: & iſti effectus nullo modo præuiſi non habent rationem circunſtantiæ aggrauantis ullo modo culpam ſuæ cauſæ ſeu ignorantiæ uel ebrietatis culpabilis: ſed ſolum illa peccata quæ ſunt aliquo modo præuiſa verè uel interpretatiue, ut dicit ſecunda pars prȩfatȩ propoſitionis.

His ergo prȩmiſſis, iam probatur prima pars propoſitionis, quòd ſcilicet, talia peccata nõ ſunt de nouo culpabilia & imputabilia per nouam culpam diſtinctam à culpa ſuȩ cauſæ. quod probatur tripliciter. *Probatur prima pars.* Primò quia talis omnino ebrius uel ignorans de quo eſt quȩſtio tenetur ſub noua culpa tunc uitare illud peccatum ſequens: ergo non uitando illud non peccat de nouo: cõſequẽtia eſt bona, quia nullus peccat, niſi qui facit uel omittit quod aliqua lege tenetur non facere uel non omittere, ut patet ex diffinitione peccati ſecundum Auguſti. *Prima ratio.* Antecedens autẽ probatur; quia nullus obligatur ullo modo ſub noua culpa ad aliquid faciendum uel omittendum pro eo tempore pro quo etiã ex culpa ſua eſt impoſſibilitatus ad id omnino & abſolutè in ſe & in ſua cauſa; ita quod nullo modo eſt tunc aliquid eorum in eius poteſtate: ſed tunc ſcilicet in ebrietate plena & ignorantia omnino inuincibili quacũque, talis homo eſt omnino impoſſibilitatus; & ita quòd nullo modo eſt in poteſtate ſua, tunc uitare illam ignorantiã & peccatum ſequens omnino tunc incognitum: ergo nullo modo tunc peccat noua culpa uel imputabilitate. Hȩc conſequentia ultima cum minore patet: & illa eius maior probatur tripliciter, tũ primo quia aliàs Deus præciperet & obligaret ad impoſſibile, quod eſt error damnatus per Hierony. in expoſitione ſymboli fidei; et patet ex ipſa diffinitione peccati quod ſecundum Auguſti. lib. 1. retract. & alibi ſæpius, & Ambroſi. ut habetur. 15. q. 1. ca. aliquos. & cap. illa, & cap. ſi concupiſcentia. & cap. non eſt, ſi non eſt voluntarium id eſt liberè & deliberatè aliquo modo factum uel omiſſum nullo modo eſt peccatũ,

ſcilicet

ſcilicet nouam culpam, ſeu imputabilitatem ha-
bens aliàs per id quod nullo modo eſt in noſtra po
teſtate tūc meremur aut demeremur quod abſit.
Tum ſecundò probatur prædicta maior: quia nul
lum videtur inconueniens quòd per peccatum
quis Deo obligetur ab aliquo ad quod obligabatur
ſeu obligaretur adhuc ſi non commiſiſſet tale pec
catum: licet non implicat pręceptum aliud; ut pa-
tet de filio malè occidente patrem ſuum paupe-
rem ne ei amplius prouideat de neceſſariis: quia
iam iſte filius impius poſt parricidium non manet
obligatus patri prouidere, cui teneretur ſi eſſet vi
uus ſi ipſæ non commiſiſſet parricidiū: ſicq́ue per
parricidium eſt extincta et ablata, licet non im-
pleta obligatio prædicta, ut ait Adria. in ſecundò
poſt quodlib. et in 4. ſuarum ſententiarum in ma-
teria de confeſs. dub. 4. & 5. & patet etiam, quia
ſicut vnum peccatum, putà, ignorantia ebrietasq́.
etiam culpabilis ſicut & peccatum originale, pōt
minuere obligationem legis ſeu grauitatem alte-
rius peccati inde ſequentis, ſecundum communi
ter doctores, ut patet ex ſupradis. q. 16. ergo ſimi
liter unum peccatum poteſt eſſe cauſa quòd tol-
latur & extinguatur omnino tota obligatio: & per
conſequens tota grauitas legis uel peccati inde ſe
quentis, quia poteſt tollere cauſam obligationis,
ſeu grauitatis ſicut & poteſt minuere. Similiter
poteſt inducere impoſsibilitatem ut poteſt facilè
exemplificari. Tum tertiò prędicta maior pro-
batur: quia impertinens eſt ad tollendam & mi-
nuendam obligationem legis & peccati grauita-
tem, quòd talis cauſa habeat ſibi culpam anneſā
uel non: quod patet; quia obligatio uel grauitas
prouenit uel ex parte legislatoris obligantis, uel
ex parte obiecti ſeu materiæ; uel ex parte circun-
ſtantiarum: non .n. uidetur vnde aliàs proueniat.
Sed ad tollendum uel minuendum obligationem
legis & per conſequens peccati grauitatē ex parte
obligantis legislatoris, impertinens eſt peccatum
ut ſit cauſa tollens uel minuens efficienter: dū per
ſolam uoluntatem ipſius legislatoris poteſt tolli,
uel minui obligatio, & per conſequens grauitas
inde procedens. Similiter ex parte materiæ poteſt
tolli auferendo materiam uel in toto uel in parte
per aliam cauſam naturalem, modo ibi adſit pec-
catum modo non: nam extincto patre etiam cul-
pabiliter, utique extinguitur obligatio de illi ſuc-
currendo. Similiter ex parte circunſtantiarum;
quia poſſunt tolli per aliquam cauſam naturalem:
igitur per peccatum poteſt tolli uel minui legis
obligatio & grauitas peccati inde ſequens: & po
teſt peccatum eſſe cauſa impoſsibilitatis exequē-
di legem, aut uitandi peccatum aliud, & per con-
ſequens tollēdi obligationē pro tunc, ut dictū eſt.

Nota. Et nota quòd hę rationes probant quòd nullus
obligatur ad aliquid ſub noua culpa quando ad
id omnino impoſsibilitas eſt; etiam ſi iſta talis im
poſsibilitas procedat ex culpa quacunque ſua uel
alterius; etiam ex ſua culpabili uolitione talis
impoſsibilitatis: modo talis cauſa culpabilis ſit iā
per pœnitentiā emendata modo non. Nota etiā
quòd omnia ſupradicta intelliguntur de impoſsi-
bili ſimpliciter & abſolutè, quòd, ſcilicet, nec in ſe
nec in ſua cauſa eſt tunc in noſtra poteſtate ullo
modo: ſicut qui ſe in foueam proiecit aut cęca-
uit, aut mutilauit culpabiliter, certè non tenere-
tur ſub noua culpa, ad faciendū quod nullo mo-
do tunc facere poteſt: teneretur autem ſi illud in
ſe uel in ſua cauſa tunc eſſet in ſua poteſtate, &
ita patet probatio.

Secunda ratio principalis ad probationem pri- 2. Ratio.
mæ partis propoſitionis eſt, quia ſicut cæcus quan
tumcunque ex ſua culpa cęcitatē incurrerit, ſi cre
dens ſe commiſceri ſuæ, miſceatur alienę: nō pec
cat tunc imputabiliter peccato adulterii: ita ſimili
ter ebrius ſeu ignorans omnino etiam culpabili-
ter non peccat de nouo imputabiliter commiſcē
do ſe alienæ, aut patrem inuincibiliter omnino
ignoratum in bello aut alibi occidendo. Item ſi-
cut ſi ſeruus culpabiliter ſe præcipitet in foueam
fiatq́ue omnino impotens ad debita ſeruitia, certè
non peccabit de nouo coram Deo toties quoties
illa omiſerit. & idē de culpabiliter dormiēte omit
tēte debita pcepta: & idē de culpabiliter amentib.
& furioſis, de quibus. Ioan. Andr. dicit quòd in fo
ro Eccleſiæ pœnitentia imponitur his ad cautelā,
ne Eccleſię diſciplina deſeratur. de quo latius
infra. q. 26. ita ſimiliter eſt dicendum de aliis pec
catis ex ignorantia omnino inuincibili, quamuis
culpabili procedentibus.

Tertia ratio eſt per auctoritates Iacobi. 4. cap. 3. ratio.
Scienti & non facienti legem, peccatum eſt illi.
ſed omnino inuincibiliter ignorans, nullo modo
eſt ſciens pro tunc: ergo à contrario ſenſu, pecca
tum non eſt illi: patet conſequentia, quia aliàs ſu-
perfluè poneretur ſcienti. Item quia ſecundum
Auguſti. paruulis quidem qui necdum propria uo
luntate credere, nec pœnitētiā pro peccato quod
originaliter trahunt agere poſſunt, ſacramentū
fidei quod eſt Baptiſmum quamdiu rationis capa
ces eſſe non poſſunt, ſufficit ad ſalutem. Hæc il-
læ. Ex quo patet, quòd nulli poſt Baptiſmum pec
cata imputantur niſi capax rationis tunc ſit. Itē
Ambroſi. & habetur. 15. q. 1. cap. ſanè. ſic dicit. Vi
tandam dicimus ebrietatem per quam crimina ca
uere non poſſumus: ideo ſi quid per uinum delin-
quunt quin imo uino indulgent, apud ſapientes
quidē venia facto donatur, ſed leuitatis damnātur
auctores. Hæc ille: ubi apparatus dicit leuitatis dā
nātur auctores qa ſunt nimis faciles ad ſe inebriā
dum. Alii autem intelligunt quòd non puniuntur
pro eo quod ebrius facit, ſed pro eo tantum quod
eius erat ad ſe inebriandum. Item cap. meritò
dicitur quòd ſunt quidam qui iniuriam facere nō
poſſunt ſed pati ſolum, ut furioſus & impubes,
ubi dicit apparatus ex Auguſt. ut etiā habetur ca.
aliquos. qui omnino neſcit quid facit, ut puer,
ebrius, & furioſus non peccat. Ad idem eſt ipſe

Angu-

Auguſti. ibidem cap. 1. & cap. inebriauerunt. Itē diſtinct. 6. cap. 1. ubi agitur de polutione nocturna; gloſſa, poſtquam recitauit opinionem quæ ex illo textu eliciebat ꝙ aliquis peccat in ſomno & furia, infert quòd ex illa opinione ſequeretur ꝙ aliquis peccat neſcienter etiā mortaliter, & quod benè operatur & meretur gloriam: quod abſit; & reſpondendo ad illum textum in quo fundabatur illa alia opinio dicit, quòd intelligitur ille textus quòd poluti mens in dormiēdo, nec rea eſt in ſomno nec poſt ſomnum: ſed tunc fit rea quando ſe ingurgitat: ergo ſimiliter eſt dicendum de omnino inuincibiliter ignorante per eandem rationem. Patet igitur probatio intenti per tres rationes, quarum prima eſt efficatior, nam ad alias duas & ad auctoritates facilè poteſt reſponderi ſubterfugiendo, ſicut reſpondent tenentes oppoſitam opinionem.

Ex dictis patet, quædam particula ipſius primę partis præfatæ propoſitionis: quòd ſcilicet tota culpa peccati ſequentis ex ignorantia omnino inuincibili culpabili, imbibitur in ſua cauſa, ſcilicet in illa priori culpa qua quis culpabiliter ignorauit ſeu ſe impoſsibilitauit ad cauendum peccatum inde probabiliter ſecuturum ut dictum eſt: quia cū culpa iſtius peccati ſequentis debeat ineſſe alicui actui ſeu omiſsioni: ſed non eſt talis culpa in tali peccato, ut dictum eſt; ergo eſt in ſua cauſa, quia non uidetur ubi debeat ineſſe. Et hoc eſt uerum. modo ille effectus peccati ſequatur ad extra, modo non: quia quantum in ſe eſt iam talis peccator voluit virtualiter in ſua cauſa, ſcilicet, in primo peccato, omne peccatum probabiliter inde ſecuturū, & aliquo modo præuiſum, vt ſupra dictum eſt. Ideo coram Deo ſufficit ad culpam & imputabilitatem peccati ſequentis, illa voluntas virtualis, ſicut & ad meritum ſufficit: & patet exemplo. Sicut qui ſeruo ſuo præciperet vt occideret platonem, & interim dum ille ſeruus vadit & occidit illū iſte qui pręcepit dormit, ſeu efficitur amens, certè iam ſaltem virtualiter & originaliter peccauit peccato homicidii coram Deo quando voluit homicidium, non autem quando ad extra eo neſciente fuit commiſſum: ſi autem ante commiſsionem exteriorem ſufficienter retractauit, iam non ſibi ſed ſeruo occidenti tantum imputatur. Et nota, quòd iſtud peccatum ſequens eſt tantæ grauitatis dumtaxat, quantæ eſt peccatum primum cum circunſtātia talis ſequelæ ſeu peccati aliquo modo ſaltem interpretatiuè pręuiſi, ex quo uirtualiter ſequitur & non amplius: quia non poteſt habere maiorem culpam & imputabilitatem quā in & ex ſua cauſa: ideo & talis culpa, putà, ebrietas quæ alias ſecundum ſe tantum conſiderata, ſeu ex ſuo genere eſſet tantum uenialis: iam ratione circunſtantiæ talis ſequelæ mortalis probabiliter inde ſecuturæ & debitę præuideri fuit mortalis. Sicut ſagittatio, quæ de ſe non eſt peccatum fit mortalis ratione talis circunſtantię, quando, ſcilicet, non curat debitè pręuideri & cauere ne inde homo occidatur ut etiam dicit Caieta. ſecunda ſecundę q. 150. art. 4. & prima ſecundę q. 76, art. 4. de quo etiam latius infra q. 25. propoſitio. 3. & dubio finali illius quæſtionis habetur & ſic patet prima pars propoſitionis omnino probata.

Secunda pars, ſcilicet, quamquàm ratione ſequelæ, probatur. quia circunſtantia ſequelæ quo modocunque præuiſæ ſeu cognitæ ex quo ſe tenet ex parte obiecti aggrauat culpam. Sed iſta eſt huiuſmodi, vt ſupponitur ex dictis ergo. patet conſequentia cum minori, ſed maior probatur: quia ſicut quis eſt aliquo modo melior cęteris paribus volens & faciens bonum quàm volens & non faciens, putà, quia non poteſt: ergo ſimiliter è conuerſo peior eſt malè uolens & malè faciens quàm malè volens tantum; patet per Auguſti. 13. de trinitate. cap. 5. mala uoluntate quilibet miſer efficitur ſed miſerior poteſtate qua deſiderium malè voluntatis impletur. Et nota quòd non intelligo, quòd ex actu exteriori ſeu ex ſequela tātum exteriori quis efficiatur peior in voluntate intenſiuè & formaliter, hoc enim non eſt verum ſecundum opinionem communem, ſecundum quam ego hic loquor, vt agitur à doctoribus in ſecundo deſtinctio. 42. ſed dupliciter intelligo præfatam ſecundam partem propoſitionis. Vno modo ꝙ malitia præcedentis culpę aggrauatur eſſentialiter ex tali euentu peccati, non quidem ſic ꝙ tunc incipiat hęc eſſentialis aggrauatio malitiæ prioris ex tali euentu quādo ipſe euentus contingit: quia tunc fortè non eſt quò ad actū, licet maneat quò ad reatum illa prior culpa, ſicque illa actualis malitia prior & euentus ſequens non ſunt ſimul tempore, ſed dico quòd aggrauatur eſſentialiter ex euentu peccati ſequentis, tunc, ſcilicet, quando fuit aut debuit eſſe præuiſus ſeu æſtimatus talis euentus probabiliter ſecuturus ex tali culpa, ſicq; potius aggrauatur illa culpa ex ueriſimili pręuiſione ſeu ęſtimatione debita ipſius euentus, tunc ſimul cum ipſa culpa exiſtente quàm ex ipſo euentu exterius poſtea ſequente: & ita illa culpa ebrietatis habet prædictam totam grauitatem, modo euentus iſte præuiſus ſequatur exterius, modo non vt ſupra dictum eſt: & ſic ait Angeſt. in moral. cap. 6. Aliomodo poteſt intelligi aggrauatio malitiæ prioris accidentaliter ex euentu ſequēti, ſic, ſcilicet, quòd prędicta prior culpa iam eſſentialiter aggrauata ex præuiſione debita euentus inde probabiliter ſecuturi ut dictum eſt: poſtea quando ipſe euentus incipit exterius ſubſequi, tūc etiam incipit pręfata culpa prior non eſſentialiter ſed accidentaliter aggrauari: quia ex aliena malitia quam actus exteriori addit extenſiuè ad actum interiorem: iam grauitatem culpę actus interioris perficit ipſa malitia actus ſequentis exterioris ſequelæ, & eam implet & conſummat in ſuo perfectiſsimo eſſendi modo, vt iam dicatur eſſe peccatum conſummatum ex ſui finis ſeu obiecti uoliti

Proba. partis.

aſſecu-

aſſecutione : omnis enim motus perfectior eſt in aſſecutione ſui finis,ſeu termini quàm ante. ſed dicitur tunc malitia accidentaliter grauior ex opere exteriori ſeu ex ſequela peccati alterius:quia prædicta prior culpa amplius punietur aliqua pęna accidentali ex tali ſequela,quam ſi non ſubſequeretur. quia peccator amplius de illa dolebit: ſicut & bonum opus exterius & bona ſequela auget accidentaliter bonitatem & præmium boni actus interioris,ut etiam ait hoc B. Tho. in 4. diſtinctio. 17. q.2.art.3.& q.4. ad ſecundum & habetur de hoc latius infra in primo corolario prope finem huius quæſtionis.

Si autem tale peccatum ſequens, ex ebrietate ſeu ignorantia omnino inuincibili prædicta, non ſit ullo modo præuiſum, tunc nullo modo imputatur ad culpá neque in ſe neque in ſua cauſa neq; per modum circunſtantiæ ſequelæ ſeu actus exterioris, ut patet ex ſupradictis.uel ſi imputetur ſolum per modum euentus ſeu ſequelæ omnino improuiſæ,hoc erit ualde leue & per accidens, quatenus iſte culpabiliter ſe poſuit in ſtatu efficiendi iſtum effectum ut ſic habeat aliquid de circunſtátia aliquo modo aggrauante ut ait Caieta. ſecunda ſecundæ q.150. art. 4. & prima ſecundæ.q.20. art.4.& 5.& q.76.art. 4. ubi de his circunſtantiis latè agit : Et ita patet etiá quòd ſimpliciter & abſolutè tale peccatum ſequens, debet dici peccatum & nú excuſari culpa & malitia:ex quo cá habet in ſua cauſa & ab ea tantum: quamuis in ſe & propriè eam non habeat ſed excuſetur; ut habetur infra in reſponſione ad ſecundum Argumentum & primo corolario & inferius q.23. in dubio primo & q. 24. propoſitione prima. Et ita patet probatio totius propoſitionis, quam quò ad primam eius partem tenet Alex. Allen. & uidetur ad idem Bonauen. in ſecundo deſtinctio. 22. q.ultima.& Gabriel. in ſecundo diſtinctio.22.q.2.concluſ.3. & diſtinctio.41.dub.3. & Almayn in moralib.tract.primo cap.5.& Angeſt.in moralib.& Adria.in 4. in materia de euchariſtia in q.3.de pollutione nocturna.& Magiſter Vega de iuſtificatione. q.13.concluſ.5.& maioris in quarto diſtinct. 17. q.2. & tandem Soto ſuper Ad Roma. 7. & in quarto diſtinctio.22.q.1.art.7.vbi & dicit B.Thoma. ita ſentire, ſic etiam tenent communiter doctores Moderni & canoniſtæ, ut patuit in ſupradicta tertia probatione: quamuis alii doctores antiqui theologi & canoniſtæ dicant oppoſitum, cóformiter ad Damaſcenum lib.2.cap. 24. & videtur ad idé Auguſt.de correctione & gratia.ca.49. & de perfectione iuſtitiæ . cap. 14. 16.18.& lib. primo retracta.cap.13. 15. in Epiſtola ad Sixtum ſuper id Ad Roma.primo. Ita ut ſint in excuſabiles. & Ricard. de Sancto Victore ſupra canti. 4. cap.16. cum quibus eſt etiam. Grego. ari. in ſecundo diſtinct.36.q.prima & ſecunda propter rationes quæ in argumentis ſequentibus tanguntur & ibi ſoluentur. niſi fortè doctores iſti limitent & intelligantur, ſecundú ea quæ dicta ſunt & dicentur in reſponſionibus ad argumenta.

Contra primam partem propoſitionis Arguitur primò.quia omnis actus deformis ſeu contra rationem ſi eſt uoluntarius, aliquo modo in ſe ſeu in ſua cauſa; ſcilicet, in actu volitionis aut nolitionis quam quis potuit & debuit uitare, talis (in quam) actus de nouo culpabilis & imputabilis per nouam culpam aliquo modo in ſe aut in ſua cauſa prædicta: ſed peccata omnino ebriorum & inuincibiliter ignorantium, maximè ſi ſunt ex culpabili uolitione ſe inebriandi & ignorandi pręcedentia, ſunt huiuſmodi ergo : conſequentia patet cum minore: & maior probatur: quia ad rationem nouæ culpæ ſufficit quòd talis nouus actus peccati ſit aliquo modo voluntarius: modo tale voluntarium ſit nunc in ſe de nouo, ſimul cum ipſo actu peccati adueniens actualiter, modo ſit uoluntarium uirtualiter in ſua cauſa, ſcilicet,prouenient ex actu voluntario præcedente, quod patet. quia ſicut ex uolitione actuali pręcedente qua ſortes heri uoluit fornicari cras; iá cras fornicádo nihil cogitans de fornicatione, certè peccabit tűc de nouo imputabiliter:ex quo,illa uolitio heri pręcedens ex qua proceſsit ad illam fornicationem manet uirtualiter in illo ſuo effectu : quia uoluit ex tunc pro nunc quando fieret: ita ergo ſimiliter eſt dicendum de ebrio & omnino inuincibiliter ignoráte ex culpa præcedéte qua uoluit ſe inebriare & ignorare ; quia utrobique eſt eadem ratio. Si negetur illa maior eiuſque probatio, dicendo quod non eſt ſimile, quia in fornicante cras, illa fornicatio eſt adhuc in ſua poteſtate, ut patet & ſupponitur. ſed non in plenè ebrio & inuincibiliter ignorante: ideo ille cras fornicando peccabit de nouo imputabiliter. Sic autem omnino ebrius & ignorans nullo modo peccabit, propter interuenientem impoſsibilitatem, tunc ſciendi & uitádi tale peccatum. Contra hoc replicatur; quia illa ignorantia & impoſsibilitas uitandi peccatum eſt culpabiliter uolita ſaltem uirtualiter, quando uoluit ignorare & inebriari talis homo: & eſt uolita quaſi medium neceſſarium ad peccata inde ſequentia. ſicut mulier quæ ideo obdormit, ut à cóſanguineo quaſi neſciens, & reſiſtere non potens opprimatur, eſt rea inceſtus & ille coitus eſt & de nouo imputabilis ad nouam culpam inceſtus. quia ille ſomnus eſt electus ut medium neceſſarium ad peccatum ſequens, & tale peccatum dicitur fieri uoluntariè à uirtuali uolitione præcedente. ergo ſimiliter in propoſito eſt omnino dicendum.

Arg. primũ

Respondeo ſicut reſponſum eſt uſq; ad replicam: ad quam ſimul & ad illa alia eiuſmodi exempla : de proponente fornicari cras, de dormiente &c. Dico uniuerſaliter, quòd ſi pro eo tépore quando fiunt habet peccans in ſua poteſtate ipſa peccata ſeu eorum cauſam, tunc uerè ſunt & dicuntur uoluntariè fieri actualiter uel uirtualiter & de nouo culpabiliter in ſe, aut ſub noua culpa

Reſpon. ad primũ argu.

peccata

peccata ſunt, aliàs autem non; ſed in ſua tantum
cauſa, & ab eadem culpa ſuæ cauſæ: quamuis quã
do incipiunt fieri incipiant de nontinari de nouo
culbabilia & imputabilia ab eadẽ culpa & impu-
tabilitate priori ſuæ cauſæ, & ĩ ſua cã ut dictũ eſt:
& fortè ſic uoluit ſentire B. Tho. & alii eiuſmodi
doctores, ut latè dicetur infra in primo corolario.
Neque eſt inconueniens, quòd per culpam ſuam
quis de obligetur à præcepto cui antea tenebatur
ut ſupra in prima probatione dictum eſt: neque
ex hoc eſt eius conditio per culpam melior facta
ſimpliciter quamuis ſecundum quid quò ad ali-
quid id ſit uerum: quia caret merito impletionis
præcepti: & quia in priori culpa habet imbibitam
grauitatem omnium peccatorum aliquo modo
præuiſorum probabiliter inde ſequentium: ut pa-
tet ex dictis: igitur ſtando in illa prima probatio-
ne propoſitionis, omnia facilè ſoluuntur.

Argu. 2. Secundo conta eandem primam partem pro-
poſitionis arguitur; quia ignorantia orta ex negli-
gentia non excuſat omnino à culpa noua, peccata
inde ſequentia; ergo neque eadem ignorantia in-
uincibilis orta ex ebrietate ſeu ex alio culpabili
actu quocunque: antecedens patet ſecundum A-
riſtotel. 3. Ethi. cap. 13. Nam legum latores, eos
quidem qui praua faciunt ſi modo non vi, nec ob
ignorantiam eam cuius ipſi non fuerint cauſa, illa
agant; utique caſtigant & puniunt, & infra. Ete-
nim pro ignoratione etiam ipſa pœnas inſtituũt;
ſi quiſpiam ignorationia eſſe ſibi cauſa uidetur:
ebrios nanque duplici pœna afficiunt, principium
enim in ipſis eſt: quippè cùm in ipſorum ſit potẽ-
ſtare ebrietatem vitare quę ignorationis eſt cau-
ſa. puniunt etiam quæcunque per negligentiã ho-
mines ignorare uidentur quia in ipſis eſt non igno
rare. Hæc ibi. Neque ualet dicere quòd aliquis
iam ex conditione ſua talis eſt factus ut non poſsit
ſcire aut eſſe diligens: nam ad hoc reſpõdit ibi A-
riſto. dicens. Sed fortaſſe talis aliquis eſt, ut non
diligens ſit. Ecce obſectionem ſequitur reſponſio
eius ibidẽ ſic. Sed eius ꝙ eſt tales fieri ipſi ſunt cau
ſa uiuentes remiſsè. hæc ille: ubi id latè proſequi-
tur: & ignorantiam & peccata ebriorum & ma-
los habitus & orbitates corporales uolũtarias, &
legum ignorantiam ob negligentiam pariter re-
prehendit. Item in iudiciis humanis ſecundum
leges ſi conſtaret quòd quis uoluntariè culpabili-
ter ſe furioſum aut ebrium feciſſet & inde homi-
nem occidiſſet: utique iuſtè puniretur & eſſet ir-
regularis: quia ut habetur. 15. q. 1. cap. illud. cap.
ſi quis. furioſus abſolutè non autem furioſus uo-
lũtariè aut culpabiliter excuſatur ab irregularita
te homicidii. leges enim ut habetur. 4. Ethi. uo-
luntarias ignorantias arguunt & puniunt nõ excu
ſant. ex quo patet quod ratione præcedentis cau-
ſæ culpabilis ſunt etiam imputabilia de nouo ad
nouam pœnam & culpam peccata quæ ex prędicta
negligentia neceſſariò ſequuntur, etiam tunc quã
do nullo modo in ſe uel in ſua cauſa ſunt in pote-
ſtate facientis. & ita hoc Argumentum poteſt eſ-
ſe replica contra reſponſionem argumenti præce
dentis. Et confirmatur primò à ſimili; quia ſi quis
per negligentiam ignoret, omnino inuincibiliter
nunc fornicationem ſimplicem eſſe mortalem
alius autem hoc ipſum nũc ignoret propter ebrie
tatem culpabilem: ex qua ignorantia uterque for
nicetur, ita tamen quòd ſi ſciret nullo modo for-
nicaretur: conſtat quòd peccatum primi eſt de
nouo imputabile ad nouam culpam mortalem; er
go & ſecundi. patet conſequentia: quia ſecundus
nil habet alleuiãs quod non habeat primus ut ſup-
ponitur. Sicut etiam ſi ſint duo qui tempore obſi-
dionis cuſtodiunt muros ciuitatis quorum unus
per negligentiam alter per ebrietatem ignorans,
aut dormiens ciuitatem periculo expoſuit: con-
ſtat quod pari pœna puniuntur. Secundo quia
aliâs ex ipſa prima parte propoſitionis ſequeretur
quòd peccata conformiter ad conſcientiam erro
neam orta ex culpa noſtra non imputarentur no-
bis ſicut nec peccata facta ex ebrietate.

Reſpon. ad ſecundum Argum. Reſpondeo ad ſecundum Argumentum negã-
do antecedens: dico enim quòd excuſantur talia
peccata coram Deo: & ad probationẽ ex. 3. Ethi.
dico, quòd ſunt imputabilia, non quidem in ſe per
nouam culpam, ſed in ſua cauſa & ſuę cauſæ impu
tabilitate ut dictum eſt: & ideo apud homines pu
niũtur cùm talia fiunt, & tunc imputantur, quia
tunc, & non ante perpenditur damnum ſequelæ
quod pręcipuę conſideratur in foro & iure humã
no; & tunc etiam conſtat per talem effectum pec-
cati: grauitas culpæ præcedentis. Apud homines
enim tunc res dicitur fieri quando innoteſcit ſe-
cundum Ariſtot. ſecus coram Deo, qui intuetur
cor. & nihil aliud concludit neque intẽdit Ariſtot.
ibidem. & ſic etiam reſpondet. B. Tho. ſecunda ſe
cundę q. 150. art. 4. Ad primam confirmatio-
nem reſpondeo, quòd nihil concludit contra præ
dicta, undecunque enim proueniat tale peccatũ
ſeu impoſsibilitas, excuſat coram Deo: ſecus co
ram hominibus. Ad ſecundam confirmationẽ
ſimiliter reſpondeo, quòd ſi conſcientia erronea
eſt pro tunc inuincibilis excuſat: & tota malitia
peccatorum inde ſequentium imbibitur in ſua
cauſa culpabili, ut dictum eſt.

Argu. 3. Tertio contra eandem primam partem propo-
ſitionis arguitur. Omnis conſenſus qui in ſomnis
aliquando habetur ligatis omnino ſenſibus, de
actu libidinoſo ut contingit in plene dormiente;
qui in ſomnis exercet actum libidinoſum ei con-
ſentiendo; etiã ſi in uigilia non præceſſerit mala
volitio huius talis actus, talis inquam cõſenſus &
actus libidinoſus in ſomnis habitus eſt de nouo
culpabilis tũc ſub noua culpa; ergo & conſenſus
ſeu actus peccati ebrii in ebrietate plena. pa-
tet conſequentia à ſimili ſeu etiam à maiori; quia
maior alienatio mentis & priuatio rationis eſt in
ſomnis ubi eſt ſenſus omnino ligatus, quàm in e-
brietate plena cęteris paribus: & quàm ſit inuin-
cibiliter-

cibiliter ignorante, ut patet; quia talis ebrius & inuincibiliter ignorans, habet aliquam cognitionem & uoluntatem & conſenſum de eodem actu aut circunſtantia in genere rei aut moris: quam non habet plenè dormiens: ſicque ebrius & alius inuincibiliter ignorans, non eſt tam alienus à mente, & vſu rationis: ſicut plenè dormiens. Antecedens autem probatur tripliciter. Primò quia ſicut Salomon per bonã uoluntatem quam habuit dormiens in ſomnis petendo ſapientiam à domino, meruit eam, & laudabiliter egit, & conſecutus eſt, ut habetur ſecundo Paralyp.c.1. ergo ſimiliter uolitio de illicito actu habita in ſomnis, eſt mala culpabiliter de nouo: patet conſequentia; quia plus requiritur ad bonum & ad meritum, quàm ad malum & ad culpam; ad quam non eſt neceſſaria tanta deliberatio, neque integritas circunſtantiarum, ſicut ad bonum ſecundum communiter doctores: igitur ſi in ſomnis poteſt eſſe laus & bonum, ſequitur quòd & culpa. Secundò probatur dictum antecedens, quia in ſomno quantumcunque profundo poteſt haberi aliquis uſus rationis, & per conſequens aliqua deliberatio & libertas; ergo & culpa: patet antecedens, quia apparitio phantaſtica ſomni aliquando corrigitur & iudicatur eſſe ſomnus & fictio & mala ſeu falſa: etiam in ipſo ſomno fit reflexiò & ſyllogizatio: hoc autem non poteſt fieri niſi per rationis vſum, ut patet. Tertiò probatur idem antecedens, quia quotieſcunque poteſt homo inſtrui & erudiri poteſt uti ratione, & ſic deliberare & culpabiliter uel laudabiliter agere, ſed in ſomnis poteſt homo inſtrui & erudiri, Iob. 33. per ſomnum in uiſione nocturna, quando ſopor ſolet occupare homines, tunc aperit aures uirorum & erudiens eos inſtruit. igitur &c.

Reſpon. ad tertium argumen. Reſpondeo ad tertium Argumentum. quicquid ſit de conſequentia quæ pro nunc tranſeat: tamen negatur antecedens: dico enim quòd in ſomno profundo & pleno non poteſt eſſe libertas neque deliberatio, nec laus, nec culpa in quocunque actu ibi facto, ſecundum Martinum de temperantia quæſtione de pollutione. Et Caietanum ſecundum Beatum Thomam ſecunda ſecundæ quæſt. 150. quæſt. 154. articulo quinto. Et in quarta diſtinctione nona, quæſtione quarta quæſtiuncula prima. Et prima part. quæſt. 34. art. 3. Et Adria. in 4. in materia de Euchariſtia quæſt. 4. Vtrùm in ſomnis poteſt quis peccare. Et uictoria in ultima relectione de perueniente ad uſum rationis. part. tertia propoſitione. 2. &. 3. &. 5. Et ad primam probationem ex ſecundo Paralyp. primò de Salomone reſpondeo dupliciter: vno modo ſecundum Thom. quòd ibi Salomon nihil meruit, neque laudabiliter egit petendo in ſomnis ſapientiam à Deo: ſed fuit ſignum præcedentis deſiderii laudabilis habiti in uigilia propter quod dicitur talis petitio placuiſſe Deo, ut dicit Auguſti. 12. ſuper Geneſ. ad literam: ideo patet quòd ibi non eſt laus uel culpa licet ex culpabili aut laudabili actu procedat quod fit in ſomnis. Alio modo reſpondeo ſecundum Martinum ubi ſupra, in Argumento contra primam concluſionem, quòd non habetur ex rigore textus quòd illa apparitio & petitio fuerit facta in ſomnis: ſed ſolum quòd in nocte Dominus ei apparuit, potuit enim in nocte ei uigilanti apparere. Ad ſecundam probationem antecedentis reſpondeo etiam dupliciter ſecundum doctores ſupradictos. Vno modo negando antecedens de uſu pleno rationis ſufficiente ad laudem ſeu meritum, & ad culpam ſeu demeritum: nam cum in ſomno uero impediatur uſus ſenſuum, per quem & non aliter in hac uita regulariter habetur uſus rationis, quia ut habetur in tertio de Anima, nihil in intellectu quin prius ſit in ſenſu: & inde in phantaſia ſeu imaginatione, & inde in intellectu: ideo impeditur etiam liber uſus rationis, licet non aliquale iudicium: & per conſequens tunc non imputatur ad culpam uel laudem, etiam ſecundum Thom. & Martinum ubi ſupra. Et ad probationem, quòd ſcilicet apparitio phantaſtica ſomni, aliquando corrigitur & fit reflexio & ſyllogizatio, conceditur: ſed negatur quòd ideo ſit uſus rationis, qualis requiritur ad laudem uel culpam ſaltem mortalem. Dico enim quòd ille uſus rationis ſemiplenus aut non liber, & correctio & ſyllogizatio, quæ eſt in ſomnis, prouenit non liberè ſed naturaliter, ex hoc quòd homo frequenter reflectitur ſupra ſomnium ſuum uigilando, & iudicat ſe deceptum & illuſum dormiendo: & ex illis actibus generatur habitus, qui cum in ſomnis naturaliter mouetur, ad apparitionem phantaſticam, ſeu ad ſpecies imaginationis: inde mouet etiam rationem naturaliter ad ſimilem actum, illi actui ſeu actibus, ex quibus ille habitus genitus fuit in uigilia: & ita per talem ſimilem actum iudicat tunc ratio quòd id quod apparet eſt ſomnium & illuſio. Immo experiuntur aliqui quòd cum habent ſomnium ad quod nata eſt ſequi pollutio: quod ex deteſtatione huius pollutionis facta in uigilia, habent apprehenſionem, uel etiam notitiam iudicatiuam aliquam corrigentem apprehenſionem illam ſomni: qua excitatur dormiens, & tunc interdum præuenitur & impeditur pollutio, interdum autem non: & hoc vltimum æſtimo ad opus vſumque rationis pertinere.

Note. ALIO modo reſpondeo, quòd dupliciter habetur uſus rationis. Vno modo per determinationem & imperium uoluntatis, ſe liberè ad hoc determinantis: & talis uſus rationis eſt in poteſtate habentis, & eſt principium meriti uel demeriti, ſed talis uſus rationis non poteſt haberi in ſomnis, neque in ebrietate plena. Alio modo habetur vſus rationis,

ſic quòd non eſt in poteſtate habentis ipſum habere & non habere, neque facere quòd ratio conſideret de eo quod eſt agendum uel non agendum: & hoc modo concedit quòd talis uſus rationis poteſt haberi in ſomno, & ebrietate plena, & potius dicitur actus uel opus quàm uſus rationis. Sed iſte non eſt, nec poteſt eſſe principium meriti aut demeriti ſufficiens, quia omnino caſuale eſt quòd tunc habetur talis vſus rationis: ex quo non habetur neque continuatur ex certo propoſito & libertate mentis ſed naturaliter. Et ſimiliter dico de illa correctione ſomni, & reflexione, & ſyllogizatione, & de conſenſu, & diſſenſu, & electione, quæ in ſomnis habentur: quia tunc non eſt in noſtra poteſtate talia corrigere uel approbare: ideo non eſt ibi ratio culpæ ullo modo, ut dictum eſt.

Ad tertiam probationem antecedentis reſpondeo concedendo maiorem, ſolum quando poteſt erudiri & uti ratione liberè, ideſt ex determinatione & propoſito libero uoluntatis potentis tunc attendere & non attendere: aliàs negatur illa maior; ut patet ex dictis. Et ſic patet ad minorem, quòd in ſomno aut ebrietate non poteſt eſſe eruditio & rationis uſus liberè aut propriè: neque deliberatio, neque laus uel culpa: ſed ſolum poteſt ibi eſſe eruditio & opus rationis, ex occurſu phantaſmatum, qui non ſubeſt libertati uoluntatis: aut per reuelationem Diuinam, aut per immiſionem Angeli boni uel mali, & cognitio ad quam homo paſsiuè & naturaliter non liberè ſe habet tunc in tali eruditione ſeu reuelatione: & nihil aliud poteſt probari, ut dictum eſt.

Argum. 4. Quartò & hoc ſpecialiter contra tertiam partem propoſitionis arguitur: quia circūſtantia neceſſario adueniens non poteſt aggrauare malitiam: ex quo naturaliter aduenit & non eſt in poteſtate noſtra, ſed euentus ſequens eſt huiuſmodi, ergo.

Respon. Reſpondeo negando maiorem & maximè quò ad grauitatem accidentalem culpæ, ut ſupradictum eſt & hic etiam proximè dicetur. Quomodo autem id ſit uerum quomodo non, quò ad grauitatem culpæ eſſentialem latè dictum eſt ſupra quæſt. 16. in reſponſione ad quintum Argumentum.

Corolla. 1. Ex ſupradictis infertur, primò quòd non ualet opinio B. Thom. in ſecunda ſecundæ quæſt. 150. art. 4. & Caietani ibidem, & in prima, ſecundæ quæſt. 76. art. 3. & 4. & ſequacium dicentium, quòd peccata ſequentia ex ebrietate ſeu ignorantia inuincibili ſeu alia impoſsibilitate, proueniente ex propria culpa peccantis; ex quo ſecundum eos ſunt & fuerunt uoluntaria à uoluntate & in uoluntate ſuæ culpæ culpabilis, contrahunt de nouo imputabilitatem & culpam ſuæ cauſæ & in ſua cauſa; licet non in ſe ipſis propriè, ut declarat Caieta. ſecunda ſecundæ vbi ſupra & in ſecundo quodlib. quæſt. 16. utrum confeſſor pollutus audiens confeſsionem peccet de nouo, & ut ibi dicit Caieta. hoc intelligit B. Tho. & ipſe de peccatis aliquo modo formaliter uel interpretatiuè præuiſis: quod probare nituntur per rationes tactas ſupra in primo argumento & ibi ſolutas, ideo hęc opinio non ualet. Et quidem ex dictis ipſius B. Tho. & ſequacium uidetur ratio contra ipſos: nam Caietanus ſecunda ſecundæ ubi ſupra dicit quòd homicidium commiſſum ab ebrio, cōmiſſum eſt culpabiliter & imputabiliter in actu interiori quando culpabiliter ſe inebriauit præuidens formaliter ſeu interpretatiuè tale homicidium probabiliter inde ſecuturum: tunc enim uoluit ebrietatem ſimul & ſequens peccatum homicidii: actu uero exteriori tunc peccauit de nouo culpabiliter, quando iam ebrius hominem occidit: & ita dicit, quòd ideo dicitur tunc homicidium eſſe nouum peccàtum, & nouam culpam habere non in ſe, ſed in ſua & à ſua cauſa culpabili: & idem dicit Caieta. in prædicto quodlib. Sed ex hoc eius dicto patet contra eos, quòd tale homicidium quando externus de nouo fit licet de nouo denominetur culpabile, & dicatur habere & contrahere nouam culpam in ſua cauſa & à ſua cauſa: non tamen ſequitur quòd nouam culpam aliam homicidii diſtinctam à ſua cauſa habeat. Et ad hoc etiam uidentur uerba B. Tho. in 4. diſtinctio. 17. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 4. ad ſecundum ſic dicentis. Effectus conſequens qui peccatum aggrauat iam in actu præceſsit uelut in cauſa: & ideo quando commiſſum eſt totam ſuam quantitatem habuit: & ex effectu conſequenti non accreſcit aliquid quò ad rationem culpæ, etiam ſi accreſcit quò ad pœnam accidentalem ſecundum quod plures habebit homo rationes dolendi in inferno de pluribus malis ex ſuo peccato conſecutis. Hæc Thom. ut tenet & refert etiam Syluestrina titulo ebrietas, quæſt. 4. Et iterum ipſe Caietan. prima ſecundæ quęſt. 76. art. 4. expreſſe dicit, quòd peccata ſequentia prædictam ebrietatem ſeu ignorantiam culpabilem, de qua agimus; ſolum aggrauant per modum circunſtantiæ quid, ut patet ex eodem Tho. ibidem in reſponſione ad ſecundum & quartum dicēte, quòd ebrietas & homicidium inde ſequens ſunt unum peccatum: & homicidium ſe habet per modum circunſtantiæ aggrauantis modo prædicto: quamuis dicantur duo peccata ſecundum ſe ſeu propter duas inordinationes duorum actuum; ſicut actus exterior & interior ſecundum communiter doctores in ſecundo diſtinctio. 42. & quamuis homicidium habeat malitiam moralem diſtinctæ ſpeciei, prouenientem ab obiecto ſecundum ipſum Caiet. ibidem. & q. 20. art. 3. 4. & 5. Vbi etiam ſic dicit. Quando aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud: dicitur denominatiuè tale, & non oportet ꝙ formaliter: quod patet dupliciter. Primò quia quod habet aliquid formaliter, dicitur tale ſecundū ſeipſum; quod patet inductiuè, quia ſa-

num

num dicit formaliter de animali, & ſecundum ſeipſum, de medicina autem & urina denominatiuè tãtum uel analogice, quia in ordine ad ſanitatem animalis. Conſtat autem quòd actus interior uoluntatis dicitur bonus uel malus ex actu exteriori habente Bonitatem uel malitiam ex obiecto & circunſtantiis; ut patet, quia uelle furari ideo dicitur malum, quia eſt ad malum obiectum, ſcilicet, furtum: & ſimiliter actus exterior dicitur bonus uel malus ex actu interiori habente ſuam bonitatem uel malitiam ex fine, quia ſe habet in ordine ad ipſum interiorem: nam actio manus qua quis furatur dicitur mala; quia à mala uoluntate. Ideo cùm multiplicare entia ſine neceſsitate non ſit rationabile: & ordo ſit manifeſtus adinuicem: & ſufficiat ad ſaluandum bonitates & malitias: igitur ſuperfluum eſt ponere multas bonitates & malitias formales in talibus actibus: ita quòd etiam ſit deriuatio formalis unius ab alia; ut caloris à calore. Et ſecundò patet idem; quia ſi in deriuatione huiuſmodi conditionum, actus ab actu ponatur deriuatio formalis: oportet ergo eadem ratione poſtmodum dicere, quòd cum actus unius uirtutis imperatur ab alia, puta, fortitudinis à charitate; ut in martyribus: quòd à charitate in uoluntate, deriuatur charitas alia in actum exteriorem; & ſimilia quæ abſurda ſunt. Iam ergo fundamentum hoc quòd deriuatio bonitatis & malitiæ in actu, ab actu, et ſic non eſt formalis, ſed denominatiua: ſeu non per modum uniuocationis, ſed attributionis ſeu Analogiæ: ita quòd eadem unica bonitas uel malitia formalis eſt in uno formaliter, in alio autem in quem deriuatur ſeu deſcendit eſt ſolum denominatiuè. Hæc Caietan. prima ſecundæ quæſt. 20. arti. 3. Et in art. 4. addit idem dicens, quòd bonitas ſeu malitia actus exterioris, proueniens à bonitate uel malitia actus interioris, nil bonitatis intenſiuè & formaliter addit ſupra bonum actum interiorem: quia denominatiuum extrinſecum nil formæ intenſiuè aut formaliter addit eſſentialiter ſupra denominatiuum formale: ſicut ſanum in urina & medicina, non addit aliquid ſanitatia aut non dicit aliam ſanitatem formalem ſupra ſanitatem animalis: licet à ſanitate animalis deriuetur ſolum denominatiuè & extrinſecè ſanitas in urina & medicina: nam utrobique eſt tantum unica ſanitas formalis, formaliter quidem in animali, denominatiuè autem in urina ſeu medicina. ſic unica numero bonitas formalis ſeu eſſentialis eſt in actu interiori & in exteriori inde cauſato: ſed formaliter & eſſentialiter in interiori, denominatiuè autem in exteriori. ſicq; idem non cauſat ſeipſum formaliter & eſſentialiter, ſed denominatiue tantum ut dictum eſt. Hæc Caietanus. Ex quibus dictis patet intentum, quòd ſcilicet, ſimiliter in propoſito noſtro, peccatum ſequens ex ebrietate ſeu ex ignorantia præfata, licet denominetur de nouo & ſit culpabile & imputabile de nouo ab imputabilitate & culpa ſuæ cauſæ & in ſua cauſa: non tamen habet aliam nouam formalem eſſentialem & propriam culpam, ſeu imputabilitatem diſtinctam ab ea, ſed ſolum denominatiuam, ut dictum eſt: quia tam naturaliter ſequitur iſtud peccatum ex dicta ignorantia, quàm actus exterior ex ſua culpabili efficaci uoluntate: quamuis prout conſideratur abſolutè ex genere ſuo, tale homicidium ſequens, habeat ſuam malitiam moralem, & inordinationem diſtinctæ ſpeciei prouenientem ab obiecto, non tamen de nouo imputabilem niſi ut dictum eſt. Et hoc modo intellectus B. Thom. ſaluari poteſt.

Secūdò corolariè ſequitur ex ſupradictis quòd non ualet opinio alia Martini de temperantia quæſt. de ebrietate & quæſt. de pollutione nocturna dicentis tria. Primò, quòd omne peccatum ſequens ex ignorantia inuincibili, plena ebrietate, ſomno, furia, uel ex quacunque alia impotentia, non eſt de nouo culpabile per nouam culpam, ſeu imputabilitatem diſtinctam à culpa ſuæ cauſæ: etiam ſi talis impotentia præfata prouenit ex culpa non emendata, ſi talis culpa non eſt actus uolitionis, ſeu deſiderii illius impotentiæ ſeu peccati inde ſequentis. Ratio eius eſt neque de pollutione nocturna concluſione tertia, quia non eſt culpa ratione ſui, ut patet: nec ratione actus deſiderii culpabilis præcedentis, quia non fuit, ut ſupponitur, & ſi qui actus proceſſerunt ex habitu aut inclinatione alia uitioſa, illi non fuerunt nec ſunt de nouo culpabiles, ex quo neceſſario inde ſequuntur. Et in hoc primo dicto bene dicit Martinus, & concordat cum ſupradictis propter rationes iam poſitas. 2. Corola

Secundò dicitur ibidem quęſt. de pollutione cõcluſione prima, quòd peccata ſequentia ex dicta impoſsibilitate, non habent nouam culpam, etiam ſi prædicta impoſsibilitas proueniat ex actu uolitionis, ſeu deſiderii culpabili illius impoſsibilitatis, ſeu peccati inde ſequentis: dummodo prædictus actus culpabilis ſit iam emendatus ſeu correctus per pœnitentiam, antequam inde tale peccatum ſequatur: & ratio eius eſt; quia tunc illud peccatum ſequens in ſe non eſt noua culpa, ut patet per ſupradicta: neque in ſua cauſa, quia tunc ſua cauſa non eſt culpabilis, ex quo eſt emendata per pœnitentiam & nullo modo inanes quò ad actum, nec quo ad reatum, ut ſupponitur: & non uidetur unde aliàs trahat rationem culpæ nouæ tunc. Et in hoc dicto ſecundo etiam concordat cum ſupradictis: quamuis nõ in ratione. Nos enim propter aliam rationem dicimus ꝙ non eſt tunc noua culpa, ut ſupra patuit. Tertiò dicitur ibidẽ cõcluſione 4. & in q. de ebrietate. concluſ. item. 4. ꝙ prędicta peccata ſequẽtia ex ebrietate uel impoſsibilitate ſunt de nouo culpabilia per diſtinctam culpam à ſua cauſa: & hoc

quando talis impoſsibilitas ſeu talia peccata procedunt ex actu culpabili uolitionis, uel deſiderii illius impoſsibilitatis ſeu peccatorum, per ſufficientem diſplicentiam non emendato. Rationes quibus nititur hoc probare ſunt illæ quæ ſupra tactæ & ſolutæ ſunt in argumentis: ideo in hoc tertio dicto, propter rationes ſupra poſitas nobis cum illo non conſtat. Ad Richard. Damaſ. & alios oppoſitum opinantes; iam ſupra reſponſum eſt, quòd, ſcilicet propter eorum reuerentiam prædicto modo ſunt intelligendi, quòd denominatiuè, non formaliter niſi in ſua cauſa, illa ſunt noua peccata; ut in primo corolario de B. Tho. dictum eſt.

3. Corola. Tertiò corolariè ſequitur ex dictis. primò contra Grego. Ari. in ſecundo diſtinct. 26. q. 1. in fine & q. 2. & B. Tho. 1. 2. quæſt. 76. art. 4. ad quartum, & quæſt. 77. art. 7. ad tertium, & contra Martinũ ubi ſupra, quòd non poteſt quis imputabiliter de nono peccare extra uſum rationis quando non eſt in ſua poteſtate ſcire aut nolle illud uel oppoſitũ.

Quartò, ſequitur contra Marſilium in ſecundo q. 1. art. 2. quòd dormiens non poteſt perdere gratiam, neque extra uſum rationis exiſtens; quæ omnia patent ex ſupradictis.

Sed vtrùm talis actus debeat dici peccatum, licet non habeat nouam culpam uel malitiam infra quæſt. 23. in fine latius habetur.

QVAESTIO DECIMANONA.

VTRVM IGNORANTIA inuincibilis concomitans, ſiue iuris ſiue facti cuiuſcunque, excuſet à culpa.

Propoſ. RESPONDEO per unicam propoſitionem hanc. Ignorantia inuincibilis concomitans excuſat à culpa actum illum dumtaxat; à cuius obiecto tollit omnem cognitionem: & per conſequens rationem formalem obiectiuã à qua proueniret aliàs ratio culpæ in tali actu: ſecus ſi non tollit omnem, ſed aliquam cognitionem aut aliquam rationem obiectiuam ſecus etiam ſi à tali obiecto ignorato non proueniret ratio culpæ ſed aliunde ſecus tandem de alio actu, ſeu præparatione culpabili actuali, ſeu virtuali, ſeu habituali ſimul exiſtente.

Declaratio. Iſta propoſitio habet tres prædictas limitationes uel exceptiones quæ explicantur ibidem. & nota; quòd nomine actus etiam intelligo omiſſionem: & nomine obiecti & rationis obiectiuæ, etiam intelligo & includo circunſtantias quaſcũque informantes adiacentes, ſeu quomodolibet ad rationem culpæ facientes. Et per exemplum patet propoſitio, prædicto modo limitata. Si Sortes occidit Platonem inimicum; inuincibiliter omnino ignoratum eſſe Platonem; ſed æſtimatum potius eſſe feram; putans & intendens in tali actu occidere feram: qui tametſi ſciret non eſſe feram ſed Platonem; certè uoluiſſet etiam eum tunc occidere: quia & eum alias uolebat occidere: in hoc caſu ſic limitato dicit propoſitio, quòd talis actus occiſionis Platonis non eſt culpabilis ſed excuſatur omnino à culpa homicidii ratione præfatæ ignorantiæ inuincibilis concomitantis habentis tres conditiones præfatas. Primò quòd tollit omnem cognitionem, & per conſequens rationem obiectiuam formalem uitiantem reſpectu actus, à quo illa occiſio imperata eſt: quia, ſcilicet obiectum formale uolitionis illius eſt fera æſtimata, & nullo modo eſt Plato, uel homo; qui tamen eſſet obiectum uitians talem occiſionem: ſi Sortes cognoſceret aut æſtimaret tunc ſe occidere Platonem ſeu hominem: licet fortè per alium actũ tunc etiam uelit occidere Platonem, ut paulò inferius dicetur: & ita tollitur omnis cognitio & ratio formalis obiecti uitiantis. Item ſecundò eſt alia conditio ſeu limitatio in dicto exemplo, quòd ſcilicet, ratio culpę in tali actu occiſionis non proueniret aliunde, niſi ratione ſubiecti pręfati ſi non eſſet ignoratum; ut ſupponitur: putà quia non ſit aliàs contra conſcientiam uel aliam legem: ita quòd culpa illius homicidii, non eſſet niſi quia Plato ſeu homo aliquo modo cognitus uoluntariè & iniuſtè occideretur. Item eſt alia conditio tertia ſeu limitatio, quòd ſcilicet, ſolus ille actus imperans illam occiſionem dicitur à culpa excuſari ratione præfatæ ignorãtiæ: & non alius neque alia mala uolitio ſeu mala præparatio occidendi Platonem; etiam tunc ſi illum reperiſſet & cognouiſſet: ſi qua tunc ſimul eſt actualiter ſeu virtualiter: hæc enim manet culpabilis in actu ſeu in reatu ſicut ante ipſam actualem occiſionem erat: & nihil culpæ accedit, aut ſubtrahitur eſſentialiter uni propter aduentum alterius uolitionis ſeu occiſionis: aut propter excuſationem unius actus non excuſatur alter, neque eſſentialiter aggrauatur alter ab altero, propter ſimultaneam ſocietatem impertinentem & contingentem: nam unum peccatum non inficit alios actus aliàs non culpabiles ſimul exiſtentes: alioqui omnes actus hominis habentis vnum peccatum mortale, eſſent culpabiles; & nullum bonum opus eleemoſynæ aut ieiunii poſſet agere is qui eſt in uno mortali, quod abſit. Propter defectum harum conditionum ſeu limitationum nõ excuſatur à culpa actus Sortis in hoc caſu: quando Sortes ignorans omnino inuincibiliter hodie eſſe diem ieiunii obligatorium, ſeu hanc mulierem eſſe alienam ſeu ſuam coniugem, ſeu eſſe Platonem illum quem omnino æſtimat eſſe feram: & tamen habet uolitionem & in-

tentionem

tentionem non ieiunandi hodie etiam ſi ſit dies ieiunii, ſeu cognoſcendi hanc mulierem etiam ſi ſit aliena ſeu occidendi illam rem etiam ſi ſit plato aut homo aut quidquid ſit illa res: & ex tali intentione ſeu uolitione procedit ad actum comeſtionis, coitus, ſeu occiſionis præfatæ. Ratio eſt; quia talis ignorantia non tollit omnem cognitionem neque rationem formalem obiectiuam à qua prouenit ratio culpæ in tali actu ut patet. quia tale obiectum licet ſit ignoratum in particulari & diſtinctè quò ad materiale, ex quo ignoratur an ille dies ſit Ieiunii & an illa mulier ſit aliena, & an ille ſit Plato ſeu Sortes: non tamen quò ad formale ſaltem in generali ſeu confuſè; ex quo in illis actibus manet cognitio & uolitio comedendi, etiam ſi ſit tunc dies ieiunii & cognoſcendi illam mulierem quæcunque ſit etiam ſi ſit aliena: & occidendi illam rem quæcunque ſit etiam ſi ſit homo: & ita manet ratio obiectiua formalis à qua prouenit ratio culpæ in talibus actibus: modo præfati actus ſint minus graues & differant ſpecie entis aut moris ab aliis actibus habentibus plenam rationem obiectiuam & cognitionem diſtinctam & intuitiuam uitiantem, modo non. de quo latius, Angeſt, in moral. cap. 9. & infra quæſt. 23. 24. habetur. Sed vtrùm tunc etiam ſit duplex peccatum alterum homicidii ſeu adulterii, alterum ignorantiæ. uide ſupra. q. 6. in illo dubio.

prima rã. Nunc prædicta propoſitio ſic declarata probatur quadrupliciter. Primò quia nullus actus eſt culpabilis de nouo niſi quia ſit contra aliquam legem tunc obligantem aut contra conſcientiam. ut patet. quia non eſt dare medium ſed talis actus de quo eſt propoſitio præfata non eſt contra conſcientiam; ut ſupponitur. neq; contra legem tunc obligantem: quia lex non obligat ſaltem tunc imputabiliter niſi promulgata & cognita in actu uel in debito; ut ſupra quæſt. 13. habetur latè: nunc autem talis lex & tale factum tunc inuincibiliter ignoratur omnino: ergo non obligat tunc; ut patet ex diffinitione ignorantiæ inuincibilis ſupra quæſt. prima. Dico quòd talis lex tunc ratione ignorantiæ non obligat, ideſt quòd à culpa excuſat ignorantem ac ſi ipſa in ſe non eſſet obligatoria: nam ſimpliciter eſt obligatoria, neque enim propter ignorantiam alterius, lex aut legislator, ſuam uim aut poteſtatem amittit obligandi: ſed propter ignorantiam non imputatur ad culpam eius tranſgreſſio.

2. Ratio. Secundò probatur. quia ille actus reſpectu illius obiecti ignorati eſt omnino ignoratus ut patet. quia eſt ignorantia omnino inuincibilis de obiecto ut ſupponitur in propoſitione: ergo non eſt uoluntarius neque liber reſpectu eiuſdem obiecti formalis, ut etiam de hoc latius ſupra quæſt. 16. habetur: ergo etiam non eſt culpabilis talis actus. patet conſequentia hæc: quia non habet rationem culpæ niſi quod habet rationem voluntarii aut liberi ſecundum Auguſtinum Ambro. & communiter doctores ut ſupra quæſt. 18. habetur. Si negetur tam antecedens quàm vtraque conſequentia; ſicut B. Tho. & Caieta. negare uidentur: replicatur ut habetur infra in reſponſione ad primum Argumentum.

Tertiò probatur propoſitio. quia in caſu prædicto propoſitionis, ille actus peccati non eſt actus imperatus ab aliquo actu culpabili interiori; ut ſupponitur quòd non eſt imperatus à culpabili uolitione occidendi hominem, ſed à uolitione occidendi feram æſtimatam: ergo non eſt de nouo culpabilis. Conſequentia patet: quia omnis culpa actus exterioris pendet ab interiori ſecundum omnes doctores in ſecundo diſtinct. 42. & Thom. prima ſecundæ queſt. 20. art. 1. & 2. & ibi Caieta. Non enim actio furti exterior eſt culpabilis niſi procedat à libera uolitione furandi, & ſic de aliis. Sed antecedens probatur. tum ex ſuppoſitione caſus. tum etiam exemplo: quia ſi Sortes amicus & Plato inimicus ueniant ſimul in ueſte ferarum contra me, inuincibiliter omnino ignorantem qui ſint; ſed omnino exiſtimantem eſſe feras: tunc ſi occiderem vtrumque ſimul certè non peccarem in illo actu culpabiliter ut homicida ut patet. quia in caſu præfato occidendo ſolum Sortem amicum nõ peccarem culpabiliter ut homicida, ergo neque occidendo Platonem inimicum eodem aut ſimili actu tunc ſimul cum Sorte aut ſine illo. patet conſequentia: quia actus interior à quo imperatur ſeu procedit illa occiſio Platonis inimici eſt eadem numero uel ſpecie cum uolitione à qua procedit occiſio Sortis ut ſupponitur. utraque enim uolitio habet pro obiecto formali non quidem hominem aut rem verè exiſtentem; ſed æſtimatam & apparentem feram & intentam in illo actu. Obiectum nanque uoluntatis eſt res, non quidem abſolutè ſed ut cognita ſeu æſtimata eſt: quia nihil uolitum quin aliquo modo cognitum: alioqui occiſio Sortis amici eſſet culpabilis in caſu præfato quòd nulla concedit; ex quo ab eadem uolitione numero uel ſpecie imperatur ut ſupponitur in caſu. — 3. ratio.

Item quartò probatur idem. quia aliàs ſequeretur, quòd meum peccatum penderet in eſſe culpæ ex uoluntate uel actu alterius, ut patet ſi ille contra quem ego ignorans & putans illum eſſe feram mitto ſagittam fugeret ne percuteretur quia tunc ego non peccarem. Et ſic patet probatio præpoſitionis cum qua concordant communiter doctores, & etiam aliqui thomiſtæ qui etiam dicunt quòd Caieta. ſic tenet & interpretatur Beatū Thomam ſecundum limitationes ſupradictas: & fortè. ſecundum eas poſſunt concordari doctores qui uidentur diſſonare. Nam Almayn, & alii tenentes ſimpliciter quòd præfata ignorantia inuincibilis cõcomitans excuſat à culpa intelliguntur cum limitationibus ſupra poſitis — 4 ratio.

in propoſitione B. autẽ Tho. 1.2.q.76.art.3.& alii ſequaces tenentes ꝙ non excuſat, intelligunt & loquuntur de ea quando non habet omnes eas limitationes, putà, quando non priuat omnem cognitionem & ratione obiecti formalis à quo prouenit ratio culpę aut de alio actu ſeu præparatione culpabili tunc ſimul exiſtente ut dictum eſt, ſi tamen ſic patiantur uerba prædictorum doctorum intelligi. quòd ſi ſic non intelligunt ſuam opinionem certè tunc ſalua reuerentia eorum; opinio oppoſita utpotè non probabilis refutatur.

Argum. 1. CONTRA præfatã propoſitionem primò ſic arguitur. quia nulla ignorantia excuſat actum aliquem à culpa niſi quem cauſat ſeu efficit inuoluntarium contrariè ſeu poſitiuè. ſed ignorantia concomitans propriè & per ſe non cauſat inuoluntarium, immo nec non uoluntarium ſimpliciter; ergo non excuſat. Conſequentia patet. ſed maior probatur, ex tertio Ethi. ubi ex propoſito dicitur, quòd non omnis ignorantia excuſat niſi ea quæ cauſat inuoluntarium. Et patet ratione: quia ignorantia nullum actum excuſat niſi quem cauſat: ſed nullum actum poteſt cauſare per ſe, uel per accidens niſi inuoluntarium, quod probatur. quia ignorantia dicitur cauſare actum quem ſcientia oppoſita prohiberet, ſi adeſſet ut remotio prohibentis; ut ſupra quæſt.7. latius habetur. cauſando autem ſiue per ſe ſiue per accidens actum prædictum iam cauſat aliquid poſitiuum; & inſuper tollit uoluntarium à tali actu, ex quo tollit ab eo cognitionem. ſed impoſsibile eſt quòd uoluntarium tollatur per actum poſitiuum, quin tollatur per actum contrarium, ſcilicet, per inuoluntarium; ſicut album per nullum poſitiuum tollitur niſi per nigrum, quamuis tolli poſsit per negatiuum priuatiuum ſeu contradictorium ſimpliciter; ergo nullum excuſat niſi quem cauſat in uoluntarium ut ait maior ſupradicta. Minor autem argumenti quòd, ſcilicet, talis ignorantia concomitans non cauſet inuoluntarium probatur. tum primò quia formaliter ignorantia eſt priuatio cognitionis: ergo non poteſt eſſe cauſa per ſe alicuius poſitiui quale eſt inuoluntarium: tum etiam ſecundò quia ſignum inuoluntarii eſt diſplicentia eius quando poſt cognoſcit; ut Ariſtot. 3. Ethi. cap. 1. dicit. Sed ignorans prędicto modo concomitanter occidens inimicum æſtimatum eſſe feram: ſi poſt ſciret non doleret ſed gauderet potius: ergo. Secunda etiam particula ipſius minoris quòd, ſcilicet: immo ignorantia concomitans per ſe & propriè non cauſat non uoluntarium ſimpliciter patet. quia talis ignorantia habet duas conditiones. Prima eſt quòd facit talem ignorantem non uolentem & non cauſantem uoluntariè id ignotum. ſecunda eſt quòd permittit actum qui fit eſſe totaliter & ſimpliciter uoluntarium; & ideo quamuis ratione primæ conditionis, prædicta ignorantia habeat hoc, quòd non apponat peccatum aut peccati circunſtantiam ex ignoto: tamen ratione ſecundæ conditionis relinquit ipſum actum ineſſe ſimpliciter uoluntariò; & non facit ipſum eſſe inuoluntarium contrariè aut poſitiuè ad uoluntarium: & ita patet minor. Propter hanc rationem tenet Caieta. prima ſecunda quæſt. 76. art. 3. quòd propriè loquendo, prædicta ignorantia inuincibilis concomitans, non excuſat per ſe ſpectantibus ad actum illum: ſed impropriè ſeu largè accipiendo excuſare à culpa, idest à concurrentibus omnino per accidens quò ad rationem culpæ, bene excuſat talem actum à culpa: quia ratione illius primæ conditionis præfatæ quam habet prædicta ignorantia quòd, ſcilicet, facit neſcientem & per conſequens non uolentem priuatiuè; nullus actus poſitiuè fit in tali ignorante occidente inimicum æſtimatum eſſe feram. Sed quia non meremur neque demeremur habitibus ſed actibus: & actus penſamus ſecundum per ſe pertinentia; & non ſecundum omnino per accidens; quæ nec ſub conſilio neque ſub arte cadunt; quia omnis ſcientia & ars eſt de his quæ ſunt per ſe. ideo ait Caieta. ibidem quòd B. Thom. abſolutè loquendo dixit optimè quòd talis ignorantia non excuſat: & quòd ratio ſua fuit optima relata ad actum peccati in ordine ad quem tractat de ignorantia ibidem: & quòd ſua ſententia etiam fuit uera loquendo abſolutè, & per ſe, & propriè: quamuis impropriè & per accidens excuſat prædicta ignorantia; ut dictum eſt 1 & ſic nititur Caieta. ſaluare opinionem B. Thomæ.

Sed nihil efficit: ideo ad argumentum reſpondeo negando maiorem, & minorem pro ſecunda eius parte: maiorem quidem: quia excuſat omnis ignorantia tam ea quæ facit inuoluntarium quàm illa quæ tollit rationem uoluntarii; ut dictum eſt hic, & ſupra quæſt. 16. & ad probationem ſumptam ex. 3. Ethico. reſpondeo dupliciter uno modo, quòd ibi Ariſtotel. ſolum loquitur de ignorantia præcedente non de concomitante: nam quaſi diſtinguendo ſolum inter ignorantiam præcedentem inuincibilem, ſimul & inculpabilem ex una parte; & uincibilem ſeu etiam inuincibilem; ſed culpabilem, idest ex aliqua culpa procedentem ex alia parte: qualis eſt ignorantia ebriorum: dixit: quæ ſola ea quæ cauſat inuoluntarium actum, qualis eſt ſola inuincibilis ſimul & inculpabilis omnino ignorantia præcedens, excuſat: Non autè præcedens uincibilis: hæc enim, ex quo homo tenetur adhuc eã uincere aut ſcire, iam eſt aliquo modo uolita & actus inde procedens, & per cõſequens, talis actus eſt cognitus & uolitus liberè tunc formaliter aut interpretatiuè. Neque etiam præcedens inuincibilis ſed culpabilis ignorantia omnino excuſat, ut ſunt peccata ebriorum quæ ſunt culpabilia, ſcilicet, in ſua cauſa; ut ſupradictum eſt latè quæſt. 18. in reſpon-

reſponſione ad ſecundum Argumentum & de hac vtraque ignorantia præcedente, ſcilicet uincibili uel etiam inuincibili. Sed culpabili dicit Ariſtotel. quòd non excuſat omnino à culpa talem actum: quia eſt uoluntarius ſaltem interpretatiuè vel in ſua cauſa: & non eſt inuoluntarius ut ſupradictum eſt in q. præcedente: licet cognita occiſione patris ſequatur triſtitia de eius occiſione. Inuoluntarium enim illud & triſtitia eſt formaliter reſpectu euentus ſeu ſequelæ; quod non tollit omnino rationem voluntarii reſpectu actus vt ait Martinus de temperātia in materia de ebrietate. q. 3. in reſponſione ad 6. argumentum contra quartam concluſionem: & latè B. Tho. prima ſecundæ q. 20. art. 5. & q. 72. art. 9. & q. 73. art. 8. & ibi Caieta. ſicut ſi quis peccaret ſciens eſſe peccatum ignorans tamen eius grauitatem & pœnam aliàs non peccaturus non excuſatur, ut etiam de hoc infra q. 25. latius. igitur de ignorantia concomitante omnino inuincibili ubi ſupra non loquitur Ariſto. Sed quia contra hanc reſponſionem poteſt bene replicari quòd Ariſtotel. ibidem videtur generaliter loqui de omni ignorantia expreſsè dicens, quòd illa quę cauſat non voluntarium quæcunq; ſit non excuſat: ſed illa tātum quę cauſat inuoluntarium, ut patet in tex. 3. Eth. c. 1. & 5. vbi dicit ꝙ aliud eſt ignorantem agere qualis eſt ignorantia concomitans, & dicit ibi nō excuſare: aliud eſt per ignorantiā agere qualis eſt ignorātia ꝓcedēs inuincibilis & inculpabilis cauſans inuolūtarium: & dicit hanc ſolam excuſare. Ideo alio modo reſpondeo ad illam maiorem, quòd id ex tertio Ethic. intelligitur ſicut & loquitur Ariſto. quādo talis ignorantia non habet omnes limitationes ſupra poſitas in propoſitione; tunc enim non excuſat omnino actum ipſum vel alium actum ſimul exiſtentem, ut dictum eſt & declaratum: quodq; ſic debet ſuppleri & intelligi Ariſtot. breuiter loquens ibidem: quia rationes pręfatæ id ſic concludunt.

Ad aliam rationem ſupra adductam ad probationem pręd ictæ maioris reſpondeo, quòd ſolum procedit de ignorantia præcedente quę eſt cauſa actus, ut ibidem & ſupra. q. 17. probatum eſt. ſecus de ignorantia concomitante, quę non eſt cauſa actus: ideo ad eius probationem negatur illa maior, ubi dicitur quòd ignorantia nullum actum excuſat niſi quem cauſat. Nam ignorantia concomitans excuſat actum homicidii cuius non fuit cauſa, ut patet in exemplo ſupra adducto de occidente inimicum ęſtimatum eſſe feram.

Ad minorem autem præfati principalis argumenti reſpondeo illam negando quò ad eius ſecundam partem ubi dicitur quòd immo ignorantia inuincibilis concomitans propriè & per ſe; non cauſat non uoluntarium, neque tollit rationem uoluntarii quod idem eſt, reſpectu obiecti illius à quo proueniret ratio culpæ. Et ad probationem, negatur quòd ratione primæ aut ſecundæ conditionis ibi poſitæ, talis ignorantia permittat, aut relinquat actum illum ineſſe ſimpliciter uoluntariò, & quòd id non ſit uerum inde patet, quia reſpectu illius obiecti formalis, ſcilicet, hominis occiſi de quo agitur, illa occiſio eſt ſimpliciter non uoluntaria ſicut eſt ſimpliciter ignorata ut ſupra probatum eſt. Ideo cùm de occiſione hominis quæritur an ſit uoluntaria an non certè ſimpliciter eſt dicendum quòd non eſt uoluntaria formaliter: quamuis reſpectu alterius obiecti formalis, ſcilicet, feræ apparentis æſtimatæ & intentę, & quamuis materialiter ſit uoluntaria per ſe aut ſimpliciter. Quid enim obſtat aliquem actum eſſe uoluntarium ſimpliciter & materialiter reſpectu unius obiecti; non uoluntarium autem ſimpliciter reſpectu alterius: maximè quò ad formale? immo omnis actus ſimpliciter uoluntarius reſpectu obiecti cogniti & intenti, eſt ſimpliciter non uoluntarius reſpectu alterius ignorati & non intenti, per eandem rationem, quia ſicut propoſitum in propoſito: ita oppoſitum in oppoſito. Igitur propriè per ſe & ſimpliciter talis ignorantia ex quo facit omnino non uoluntarium actum reſpectu talis obiecti formalis iam omnino & per ſe excuſat à tali culpa, & non ſolum per accidens & impropriè. Immo ex quo ſemper ſeu in plurimum talis ignorantia facit neſcientem & non uolentem reſpectu talis obiecti formalis, ſiue id faciat per ſe ſiue per accidens: certè ſimpliciter eſt dicendum quòd talem actum reſpectu illius obiecti excuſat à tali culpa, quia regula & doctrina generalis non ſolum datur de per ſe, ſed etiam de vt plurimum per accidens contingentibus, maximè in moralibus ut patet: ideo nihil ualet opinio neque defenſio quam Caieta. ubi ſupra nititur ingerere pro B. Tho.

Secundò arguitur. in caſu præfato quo Sortes occidit Platonem inimicum inuincibiliter ignoratum putans ſe occidere feram: ſi ſciret eſſe Platonem certè ipſum libentius occideret eodem actu occiſionis, & tunc eſſet culpabilis occiſio, ergo & nunc quando ipſum ignorat. *Arg. ſecundum.*

Reſpondeo, negando maiorem: ſed dico quòd alio actu ſeu alia nolitione habente pro obiecto formali Platonem ſeu occiſionem Platonis, à qua uolitione imperaretur illa alia occiſio culpabilis Platonis cogniti & intenti: Sortes uellet occideretque Platonem cognitum: ſicque illa exterior occiſio Platonis cogniti & intenti, eſſet moraliter uel formaliter alia ab occiſione eius ignorati ut dictum eſt. Sicut eadem numero ambulatio in genere rei eſt alia; & alia in genere moris à diuerſis nolitionibus imperata, quando fit propter bonum & perficitur propter malum finem: uel eadem etiam numero eſt comeſtio in genere naturę continuata adueniente cognitione quòd eſt dies ieiunii licet varietur moraliter: ut de hoc latius Angeſt. moral. cap. 8. *Reſpon. ad ſecundum arg.*

Tertiò

3. Argum. Tertiò arguitur, in caſu præfato ſortes vult & intendit occidere hanc rẽ: & hæc res eſt Plato inimicus: ergo vult & intendit occidere Platonem. ſed occiſio Platonis intenta eſt culpabilis, ergo talis ignorantia concomitans non excuſat.

Reſpon. ad tertium arg. Reſpondeo. negatur prima conſequentia, quia uariatur appellatio: nam in maiori ſortes vult occidare hanc rem ſub conceptu non rei abſolutè ſed huius rei eſtimatæ feræ: & per conſequens formaliter vult occidere hanc feram: in conſequenti autem ſtat pro Platone: & ſic fit æquiuocatio & uariatio obiecti formalis ex variatione appellationis; & nulla eſt conſequentia. Et alio modo qui redit ad idem, reſpondeo negando maiorẽ abſolutè: non enim intendit ſortes in illo actu occidere illam rem quidquid ſit illa res: ſed ſolum reſtrictè illa rem quę æſtimatur fera: & per conſequens feram dumtaxat. ſecus ſi intenderet illo actu occidere illam rem quidquid ſit illa res. ſecus etiam ſi alio actu id intenderet ut dictum eſt ſupra in declaratione propoſitionis & ita debet rectè ſic concludi, ergo vult & intendit occidere Platonem æſtimatum feram ſeu ſub æſtimatione færæ; & tunc conceditur conſequentia: & negatur quòd talis occiſio Platonis inuincibiliter æſtimati eſſe feram ſeu ſub tali ęſtimatione feræ ſit culpabilis: nam res, putà, Plato qui æſtimatur fera eſt fera non realiter ſed obiectiuè formaliter: & ita intenditur occiſio ſolum eius quod æſtimatur, vt dictum eſt.

argum. quartum. Quartò arguitur. in caſu quo ſortes ſit ſic affectus & actualiter uolens in illo actu occidere illam rem, quidquid ſit illa res ſiue fera ſiue homo: & ignoret inuincibiliter quid ſit illa res; an ſit homo uel fera quæ ſibi videtur: tunc ſic arguo. ſortes vult occidere hanc rem & ignorat inuincibiliter concomitanter quę ſit illa res, ergo talis ignorantia excuſat: cuius oppoſitum dictum eſt ſupra in prima exceptione propoſitionis.

Reſp. ad quartum argum. Reſpondeo negando minorem, non enim habet ignorantiam plenam illius obiecti, ſed ſolum ignorantiam diſtinctam illius: notitiam autem confuſam eius ſaltem quò ad formale in illo actu habet: ex quo in uniuerſali, ſeu in confuſo habet notitiam hominis, & uoluntatem habet occidendi hominem ſeu Platonem in illo actu ut ſupra dictum eſt, licet non habeat notitiam & uoluntatem diſtinctam hominis ſeu Platonis, ideo talis ignorantia, non omnino excuſat, ut ſupra dictum eſt.

QVAESTIO VIGESIMA.

VTRVM IGNORANTIA VINcibilis affectata, ſimpliciter augeat culpam.

Propo. RESPONDEO per unicam propoſitionem. Ignorantia uincibilis affectata ex malo fine, ut ſcilicet, quis liberius ſine remorſu conſcientiæ peccet, ſimplicitet auget culpam peccati ex ea procedentis: affectata autem culpabilis ex bono fine illam alleuiat. Declarantur particulæ. Primò quę ſit affectata ex malo & bono fine; patet ſupra q. 1. Item dicitur, quòd peccatum procedẽs ex ea aggrauatur uel alleuiatur & non aliud ad quod ipſa ignorantia habet ſe impertinenter uel concomitanter, quia non oportet quòd tale peccatum ratione talis ignorantiæ ſemper aggrauetur, ut benè dicit Gabriel, in ſecundo diſtinctio. 22. quęſt. 2. concluſio. 3. quia nihilominus fieret tale peccatum eodem modo ac ſi non eſſet talis ignorantia. Affectata autem ex bono fine quæ non eſt cauſa peccati ſequentis, ſed eſt concomitans bene alleuiat illud, licet non excuſet omnino & multò magis alleuiat in parte peccatum cuius ipſa eſt cauſa, ut ait propoſitio.

1. Pars 1. Ratio. Nunc probatur. Prima pars propoſitionis tripliciter. Primò ſecundum Gabriel vt ſupra, & Almayn in moralib. tracta. 1. cap. 6. Adria. in 4. quodlibet. quia uolens ignorare legem, ſeu factum aut circunſtantiam per quam retrahi poſſet à peccato, magis contemnit, & talis uolitio eſt magis voluntaria, qua vult non ſolum ignorantiã ſed etiã peccatum inde ſequens & malum finem à quo mouetur, ergo grauius peccat. patet conſequentia, quia grauius peccat uolens multa quàm unicum tantum malum, pluralitas enim obiectiua cæteris paribus auget culpam actus, ut de hoc etiam Angeſt. in moralib. cap. 9. latius agit. ſed antecedens probatur, quia magis contemnit qui non ſolum auertitur à dictamine rationis, ſed etiam ab ea ſciẽtia qua ipſa ratio rectè regulari poſſet & retrahi à peccato: ut patet ex ſupradictis in q. 16. & per Bern. dicentem, qui ſcire non uult, id eſt, qui poſitiuè uult neſcire non de ignorantia ſed de contemptu iudicabitur. Et Ambro. ſuper id Luc. 12. qui cognouit uoluntatem Domini &c. ait. Qui cũ poſſent ſcire ſi uellent ſtudium adhibere nolunt, non neſcientes ſed contemptores iudicantur. Concordat Adria. in 4. quodlibet. art. 2. tum etiã, quia habet pro obiecto peiorem finem, ſcilicet, peccare ſine remorſu cum maiori libidine, & alia peccata probabiliter inde ſequentia, quod & videtur quodam modo ad peccatum in ſpiritum ſanctum pertinere.

Nota. Et Nota quòd in dicto peccato ex tali ignorantia

rantia affectata ex malo fine, eſt conſiderare duo. Primum eſt uelle ignorare. Secundum eſt ex tali ignorātia agere uel omittere aliquid contra legē. Et licet hoc ſecundum peccatum ſi conſideretur ſecundum ſe ſolum ſit minoris grauitatis & contemptus quàm ſi fieret ſcienter cum cognitione peccati ut ſupra quæſt. 16. dictum eſt, tamen conſideratum ſimul cum prædicta ignorantia affectata ſeu cum uolitione ignorandi à qua procedit, & cum qua manet actualiter; eſt peccatum grauius & maius: non ſolum extenſiuè & coniunctim ſecundum Angeſt. in moral. cap. 6. ſed etiā intenſiuè ſecundum Bonauent. in ſecundo diſtinctio. 22. quæſt. vltima. quàm ſi ipſummet peccatum fieret ſcienter, quia licet ratione ignorantię ſit minus graue, utpotè minus uoluntarium & cū minore contemptu ut diximus, tamen ex alia parte uoluntatis ipſius, eſt magis uoluntarium habetque magis de contemptu, ideo dicitur quòd ſimpliciter aggrauat, & hoc modo intelligitur pima propoſitio præfata, ut probata eſt.

2.Ratio. Secundò probatur idem; quia qui uult ignorare vt malè agat; iam uult habere in illo peccato quod intendit maiorem libidinē ſeu conatum ut patet, quia cognitio peccati quam ille repellit quodam modo retrahit uoluntatem à peccato: dum ratio inhoneſti fugibilis ei per cognitionem præſentatur: ſicque repellit retractiuum ſuæ libidinis ex libidine vehementius peccandi quod etiam patet. Et confirmatur, quia uidetur uelle poſt peccatum minorē triſtitiam: quia qui ſcit ſe malè feciſſe dolet ſeu triſtatur, ut patet tertio Ethi.

3.Ratio. Tertiò probatur idem, quia habet plus de uoluntario extenſiuè, nam peccans ex malitia ſcienter uult ſemel malè agere: ex dicta autem ignorantia affectata dupliciter. Primò quidem uirtualiter, quando uult ſic ignorare ad malè agendum. Secundò verò formaliter quando agit actum peccat ſeu omittit debitum: & ita priuat ſe lege, id eſt cognitione legis & uoluntate & actu legis: peccans autem ſcienter ex malitia priuat ſe ſolum actu legis, non autem lege nec uoluntate legis. Et cum ſupradictis concordat B. Tho. & Durand. in ſecundo diſtinct. 22. q. 4. & Marſilius ea. diſtinct. quæſt. 15. & 5. Bonauentu. Alex. Altiſiodoren. & communiter doctores. Et fortè ſic etiam intendunt doctores alii dicentes; quòd peccatum ipſum procedens ex dicta ignorantia affectata, eſt minus graue quàm ſi fieret ſcienter ſeu ex malitia ſed ipſe peccat grauius etiam intenſiuè quàm ſi ſcienter peccaret, quia hæc grauitas non prouenit ex tali ignorantia, ſed eſt ipſa affectata & praua uolitione ignorandi, coniuncta illi peccato ex ea præcedenti. Hæc iſti doctores qui uel ut ſupra intelliguntur, uel aliter ut oportet, cum eis agatur.

2.Pars. Secunda pars propoſitionis probatur: quia ibi non eſt ratio contemptus, uel libidinis, ſeu conatus prauę uoluntatis ad malum neque maior malitia ex obiecto, fine, aut circunſtantiis proueniens: ſed minor quàm ſi ſcienter fieret aut peccaretur ut ſupponitur, quia & cętera paria ſupponuntur: ergo ex parte illius ignorātię culpabilis affectatæ non ſolum non prouenit grauitas peccati: ſed eſt ratio alleuians illud ſimpliciter, licet non excuſet à tota culpa: quod patet tum ex parte ipſius ignorantiæ tum ex parte boni zeli licet indiſcreti & ex parte bonæ uoluntatis reſpectu boni finis intenti: & talis fuit ignorantia B. Pauli, ante eius cōuerſionem ad fidem, ut ſupra quęſt. 1. dictum eſt. Vnum nanque peccatum bene poteſt alterum in parte alleuiare, ut ſupra. quæſt. 16. in reſponſione ad ſecundum argumentum & proximè in quæſtio. ſequenti latius habetur.

QVAESTIO VIGESIMAPRIMA.

VTRVM IGNORANTIA VINcibilis, craſſa & ſupina, iuris uel facti excuſet, alleuiet ſeu etiam aggrauet culpam.

Prop. 1. RESPONDEO quòd ignorantia prædicta iuris uel facti cuiuſcunque, non excuſat ſimpliciter à tota culpa peccatum inde ſequens, neque aggrauat: ſed ſolum excuſat in parte, ſeu à tanto, & per conſequens ſimpliciter alleuiat culpam.

Iſta propoſitio quò ad primam partē, ſcilicet, quòd non excuſat ſimpliciter à tota culpa probatur dupliciter. Primò ſecundum Gabriel. in ſecundo diſtinct. 22. quæſt. 2. & communiter doctores quia talis omittit culpabiliter contra legem præcipientem inquirere, quę recta ſunt & neceſſaria ad ſalutem Eccleſ. 16. Cogitatum habe in præceptis Dei & in mandatis illius aſsiduus eſto. ideo, prima Corint. 14. Ignorans ignorabitur, & Ephe. 5. Nolite fieri imprudentes.

Secundò quia non facit quod tenetur, ut ſciat & ut caueat tale peccatum, ut patet ex diffinitione ignorantiæ uincibilis unde talis ignorantia & peccatum inde ſequens ſunt uolita, etiam tunc interpretatiuè quādo culpabiliter ille omittit ſcire.

Secunda pars propoſitionis, quòd prędicta ignorātia non aggrauat culpam: & tertia pars quod ſimpliciter alleuiat uel excuſat in parte, licet non in toto patet, quia ratione præfatæ ignorantiæ eſt minor cōtemptus quàm ſi ſcienter fieret, minorque conatus & libido: quia cęteris paribus minor conatus, minorq; libido eſt in omiſsione in qua eſt voluntarium interpretatiuè, quàm in commiſsione in qua eſt uoluntarium formaliter ut de hoc etiam Angeſt. in moral. ca. 10. & ſupra q. 16. latius, & quamuis ſit maius peccatum extenſiuè quia ſunt ibi duo peccata unum omiſsio culpabilis ſciendi, & aliud eſt peccatum inde ſequens, tamen

men quia ipſum peccatum inde ſequens non habet tantum grauitatem intenſiuè, quantam haberet ſi ſcienter fieret: ideo abſolutè & ſimpliciter dicitur minus graue, & alleuiari prædictam ignorantiam, ut iam dictum eſt.

Arg. primũ Contra primam partem propoſitionis ſic arguitur. Nam in caſu quo Sortes in die Dominica omittat ire ad Eccleſiam ubi ſolent indici feſta & ieiunia obligatoria; pono quòd illo die, curatus non dixerit quod ſolebat, & ex cõſequenti ſimplices ignorant diem ieiunii obligatorium: tunc ſic arguo, In caſu præfato ſimplices ignorantes non peccant non ieiunando in die obligatorio ſibi nõ indicto per ſuum curatum: quia eſt ignorantia inuincibilis ſeu probabilis & inculpabilis ĩ eis, ut patet & ſupponitur. ergo nec Sortes peccat nõ ieiunando ſed Sortes habuit ignorantiam uincibilem & culpabilem craſſam ex qua ſubſecutum eſt quòd illo die non ieiunet quia quantum in ſe eſt licet prædicaſſet ſuus curatus ipſe tamen ism. culpabiliter omiſit ire ad prædicationem obligatoriam ut ſupponitur ex caſu & per conſequens culpabiliter ignorauit & craſsè, & nõ ieiunat ex dicta ignorantia craſſa: ergo ignorantia craſſa illum omnino excuſat ſicut & inuincibilis excuſat alios prędictos in caſu. Probatur prima conſequentia quia ſi præfatus Sortes affuiſſet cum aliis illo die in Eccleſia non magis ſciuiſſet quàm nũc ſcit ſicut nec alii ſciunt & non poteſt nunc ſcire, neque potuit aut debuit aliter ſcire, niſi ut alii audiendo curatum indicentem feſta & ieiunia, quæ tamen non indixit ut ſupponitur totum hoc, ergo non peccat ſicut nec alii non ieiunando.

Reſpon. Reſpondeo concedendo antecedens & primã conſequentiam, & ſimiliter antecedens ſecundæ conſequentiæ ſed negatur ultima conſequentia, quòd ſcilicet illa ignorantia craſſa quam habuit illum excuſet. dico enim duo. Primum quòd licet ignorantia illa craſſa ſit cauſa quòd non ieiunet non tamen eſt cauſa quòd excuſetur omnino à culpa: cauſa autem excuſans à culpa nũc comeſtionẽ illam eſt quædam alia ignorantia pro tunc omnino inuincibilis ſuperueniens, ſiue ſit pręcedens ſiue concomitans, ſiue ſit illa met quæ antea erat vincibilis & iam facta eſt inuincibilis hæc inquam excuſat illam comeſtionem à noua culpa tráſgreſſionis præcepti de ieiunando.

Secundò dico, quòd Sortes in illa omiſsione eũdi ad Eccleſiam peccauit duplici culpa ſeu imputabilitate. Nam ibi eſt culpa ipſius omiſsionis culpabilis ſciendi quod tenebatur ſcire: quia quantũ in ſe eſt, omiſit culpabiliter ire ad Eccleſiam vbi probabiliter curatus erat docturus neceſſaria: & ideo ſi fortuito accidit quòd curatus non docuit, certè hoc per accidens incognitum Sorti, non excuſat ipſum omittendo. Item in præfata omiſsione eſt etiam culpa alia comeſtionis in die ieiunii, & peccatorum aliorum ex ea probabiliter ſubſecutorum, modo in effectu ſequantur modo non ut ſupra q. 18. latè dictum eſt concordat Almayn in moralib. tracta. primo cap. 6.

Quaestio vigesimasecunda.

VTRVM IGNORANTIA PRObabilis, iuris uel facti excuſent omnino à culpa

Propo. Respondeo per unicam propoſitionem hanc. *1. part.* Ignorantia tantum probabilis iuris humani, & etiam facti cuiuſcunque, excuſat omnino & ſimpliciter à tota culpa peccatum omne ex ea procedens. Prius ſupponatur quid nominis ignorantiæ probabilis improbabilis, ut ſupra quęſt. 1. ut diſtinguitur ab inuincibili & uincibili. Nunc probatur quòd ignorantia probabilis iuris humani excuſat omnino. Quia ipſe leges humanę non obligãt nos ad maiorem diligentiam quàm quòd non ſimus nimis aut notabiliter negligẽtes, remiſsi aut diſſoluti ad ſciendum: aut quòd non ſimus in lata culpa, aut dolo ignorandi: ſed ut habemus eã diligentiam, quam alii homines noſtri ſtatus cõditionis & qualitatis circa talem legem & negotium communiter habere ſolent, aut habent rationabiliter. ut patet. ff. de iur. & facti ignoran. in l. regula. & l. latè culpę. ff. de uerbo. ſigni. ut latius dictum eſt ſupra. q. 1. & facit ad hoc. ca. propoſuiſti. diſtinct. 82. & notata doctorum ibidem, & Adrian. in 4. ſenten. in materia de reſtitutione ubi agit de præſcriptio. & facit ad hoc Conradus ut habetur ſupra. q. 3.

2. part. Quòd autem probabilis ignorantia facti cuiuſcunque etiam omnino excuſet à culpa probatur ſecundum Adria. ubi ſupra, quadrupliciter. *1. ratio.* Primò quia niſi excuſaret. ergo Iacob. Geneſ. 29. non excuſatur à culpa cognoſcendo Lyam ſibi fraudulenter ſuppoſitam quod tamen abſit: patet ſequela, quia ibi non fuit niſi probabilis ignorantia facti an ſcilicet illa eſſet Lya: poterat enim de facto cognoſcere quæ eſſet illa ſi plus curioſus fuiſſet inquirendo afferendo lumen loquendo &c. & ſolũ adhibuit eam diligentiam quæ communiter à uiro bono ſolet rationabiliter in tali negotio adhiberi: immo ſi maiorem adhibuiſſet, fortè peccaſſet ex nimia curioſitate, ergo ſtandum eſt in propoſitione. Quamuis Guillelmus Pariſien. teneat quòd Iacob congnoſcendo Lyam peccauit. quodque non datur ignorantia inuincibilis, nec excuſans in facto lege Diuina uel naturali prohibito, ut ſupra in quęſt. 4. in ſecundo Argumento contra primam partem ſecundæ propoſitionis habetur, & confutatur ibidem. *2. ratio.* Item ſecundò quia niſi excuſaret non liceret conuolare ad ſecundas nuptias ſeu uota, recepto certo nuntio de morte prioris mariti. Conſequentia probatur, quia adhuc falli poteſt; conſequens autem eſt erroneum, quia con

tra

tra determinationem Eccleſiæ, in cap. in præſentia. de ſponſalibus. & cap. Dominus de ſecundis nupt. & Auguſt. li. de fide & operibus dicentem. Non peccat virgo quæ neſciẽs nubit alieno viro neque erit adultera ex hoc quamdiu neſcit, 34. q. 2. ſi virgo in lectum, quod uidetur uerum dum probabiliter ignorat. Item tertiò ſicut is qui de conſilio medici, qui peritus reputatur, ſumit vel alteri dat poculum quo homo occiditur, excuſatur ab homicidio propter hanc ignorantiam facti probabilẽ & ſicut qui probabiliter æſtimat aliquam rem eſſe ſuam quam in ſua domo inuenit & ideo retinet ut ſuam quamuis ſit aliena certè excuſatur à culpa furti ergo ſimiliter eſt dicendum in omnibus aliis caſibus, ubi eſt ſimilis ignorantia facti probalis, propter eandem rationem. Itẽ quartò, quia alioqui oporteret omnes diſcere medicinam, leges & theologiam, eſſeque nimis curioſos in omnibus factis ſuis, & legibus humanis addiſcendis, ſemperque timentes omnia pericula poſſibilia, ne contra ius Diuinum peccarent ignorantes. Igitur probabilis ignorantia facti, & legis humanæ, excuſat à culpa & etiam à pœna debita Deo uel in foro Dei propter Diuinæ legis prædictam tranſgreſſionem ex tali ignorantia cõmiſſam etiam ſi talis homo det alias operam rei illicitæ ut hoc etiam ait Caieta. prima ſecundæ quæſtio. 76. art. 3. quia ubi non eſt culpa Deus non infligit pœnam propter illam. ideo Iacob. Geneſ. 29. ſi cognoſceret Lyam prima nocte etiam cauſa libidinis explendæ cum præfata ignorantia facti utique à culpa & pœna fornicationis coram Deo excuſaretur. Similiter clericus alias illicitè ludẽs ad ſagittam & ex dicta ignorantia facti patrem occidens, certè à culpa & pœna parricidii coram Deo excuſatus eſt: quamuis in illo actu peccet alias ut habetur in cap. ſi uerò. de ſenten. excomu. ſecus dicendum eſt de culpa pœna iuris humani maximè in foro exteriori uel Eccleſię, de quo infra quæſt. 26. quæſt. 27. latius.

(margin: 3. ratio. — 4. ratio. — Argum. 1.)

CONTRA utramque partem propoſitionis primò ſic arguitur quia ignorantia iuris Diuini uel naturalis non excuſat à culpa niſi ſit inuincibilis ut patet ex ſupradictis. Sed diſpoſitio iuris humani facit quòd aliquid ſit de lege Diuina, uel naturali, aut contra eam quod alias non eſſet: quia ſicut contra legem Diuinam eſt rapere ſeu retinere omnem rem ſeu mulierem non ſuam vel alienam, & occidere omnem hominem auctoritate priuata: ita & contra idem ius Diuinum & naturale eſt detinere hanc rem, ſeu hanc mulierem non ſuam, & occidere hunc hominem in particulari: ex quo eſt furtum & fornicatio ut patet: hoc autem quòd talis res uel mulier, ſit aliena uel non ſua prouenit à iure humano prohibente dominiũ aut ius talis rei eſſe apud talem hominem & contractum ualidum matrimonii eſſe poſſe inter tales perſonas & occiſionem talis criminoſi fieri per talem hominem, ut ſupponitur clarum: & ita patet illa minor præfata, ergo ignorãtia tãtũ probabilis iuris humani, & etiam facti cuiuſcunque, niſi ſit inuincibilis, non uidetur uniuerſaliter excuſare quando tale ius humanum facit aliquid eſſe de iure Diuino, aut eſſe contra ius Diuinum uel naturale, quod alias non eſſet, ut exemplificatum eſt. Conſequentia probatur, quia ignorantia eius quod iure Diuino uel naturali eſt præceptum aut prohibitum, eſt ignorantia iuris Diuini uel naturalis; ſed talis ignorantia iuris humani ita facientis aliquid eſſe contra ius Diuinum, non eſt ſine ignorantia eius quod iure Diuino prohibetur aut præcipitur: ergo ignorantia tantum probabilis præfati iuris humani non excuſat. Hæc conſequentia patet: & antecedens eius pro utraque parte probatur. Quia ignorare utrùm ſit prohibitum detinere hanc rem alienam, cognoſcere hanc mulierem non ſuam occidere hunc hominem, eſt ignorantia eius quod iure Diuino prohibetur: quia ſicut ipſo iure Diuino prohibetur in generali detinere alienum, cognoſcere alienam, occidere hominem; ita etiam in particulari detinere quamcunque & hanc rem alienam, & cognoſcere hanc alienam, & occidere hunc hominem ut liquet ex ſupradictis.

(margin: Reſpon. ad primum Argum.)

RESPONDEO ſecundum Adria. in 4. quodlibet. art. 1. & in 4. ſententiarum in materia de reſtitu. ubi ſupra concedendo maiorem primæ cõſequentię, uel argumenti & ſimiliter minorem ad hunc ſenſum quòd diſpoſitio iuris humani facit aliquid cadere ſub prohibitione legis Diuinę & eſſe materiam prohibitionis illius, ut ibi probatum eſt quamuis propriè loquendo non faciat illud eſſe de iure Diuino, ut latè ait & bene probat Gerſon in ſecunda lectione de uita ſpirituali: licet in aliis ibidem diſſonet à ueritate. Sed negatur illa conſequentia: & ad eius probationem reſpondeo, quòd maior eſt uera ſolum quando conſtat quòd ſub uniuerſali quod iure Diuino prohibitum eſt, includitur illud particulare: aut quòd ſit recta ſubſumptio illius particularis prohibiti: non autem quando hoc non conſtat, tunc enim eſt ſolum ignorantia iuris humani uel facti: exempli gratia. Quando ignoro in uniuerſali quòd omne homicidium, furtum, uel fornicatio, prohibetur iure Diuino, uel quando in particulari tantum ignoro quòd hoc, occidere hunc hominem quod ſcio eſſe occidere hominem: uel hoc, furari hanc rem alienam quã ſcio eſſe alienam, aut quòd ſcio eſſe furtum uel, quòd hic coitus cum hac Bertha quam ſcio eſſe alienam & quem coitum ſcio eſſe fornicationem comprehenſam in illo generali præcepto mihi noto de non fornicando &c. ut in probatione antecedentis exemplificatum eſt: talis inquam ignorantia eius quod iure Diuino præcipitur & prohibetur, ex quo conſtat quòd includitur ſub

illo

illo uniuerſali prohibito, bene eſt ignorantia iuris Diuini aut eius quod iure Diuino prohibetur ſecus quando quis non ignorat ſed ſciuit in uniuerſali omne furtum, homicidium, fornicationem & cætera huiuſmodi eſſe prohibita iure Diuino: ignorat autem hunc aut talem actum eſſe furtum, homicidium aut fornicationem comprehenſam in illa uniuerſali prohibitione ſibi nota: tunc enim talis ignorantia non eſt ignorantia iuris Diuini uel naturalis: quam uis ſit ignorantia eius quod iure Diuino prohibetur: ſed ſolum eſt ibi ignorantia iuris humani ſeu facti uel circunſtantiæ, propter quam ignorantiam neſcit quòd ille actus cadat ſub prohibitione iuris Diuini. Quomodo autem ex ignorantia iuris humani, aliquando oriatur ignorantia facti uide etiam ſupra quæſt. prima & in ſenſu in quo præfata maior conceditur, negatur minor ibi ſubſumpta.

Arg. ſecundum. Secundò ſpecialiter contra ignorantiam facti ſit arguitur quia Geneſ. 20. Abimelech ex probabili ignorantia facti rapuit ſibi Saray, uxorem Abrahę uolens eam ſibi ſumere uxorem ęſtimans non eſſe coniugatam. Nam ex dicto Abrahæ dicentis eam eſſe ſororem ſuam, non potuit Abimelech aliud cognoſcere neque aliunde quia erant ignoti: & patet quia Dominus ibidem dixit ipſi Abimelech. Ego ſcio quòd in ſimplicitate cordis feceris, & ideo cuſtodiui te ne peccares. Et ita patet maior præfata. Sed talis probabilis ignorantia facti non excuſaret eum à peccato illius detentionis Saray & commiſtionis quam cum ea volebat tanquam cum uxore exercere: quia ibi dixit illi Deus, cuſtodiui te ne peccares & non dimiſi, ut tangeres eam ubi gloſ. interli. dicit, id eſt, ut non peruenires ad flagitium & Auguſt. ibidem. ex quibus patet quòd peccaſſet Abimelech ſi cognoſceret Saray ſic probabiliter ignoratam eſſe uxorem Abrahæ: ergo probabilis ignorantia facti contra ius Diuinum non excuſat. Et confirmatur ex concilio Triburienſ. ubi ſic dicitur, Si abſente uxore cum ſorore dormierit quam ipſe uxorem putat: ſi per ſeueritatem probauerit, quòd inſcius fecerit hoc ſcelus debebit pœnitentiam indictam perficere: ſed permittitur ut ille non illa coniugium legitimum habeat. 34. quęſtio. 2. in lectum: ex quibus patet, quòd poſt ignorantiam probabilem dicitur ſcelus perpetraſſe cognoſcendo ſororem uxoris ſuæ, & pœnitentia ei iniungitur, ergo illa probabilis ignorantia non excuſauit ipſum à culpa.

Reſp. ad ſecundum argum. Reſpondeo, quòd Nico. Lyr. Geneſ. 20. ad illud de Abimelech dicit quòd non habuit ignorantiam probabilem facti: quia non ſufficienter inquiſiuit ſi eſſet maritata uel non: ideo peccauit eam uſurpando. Item dicit quòd habebat aliam uxorem, ut patet in eod. cap. ſicque uolendo hanc ſuperinducere peccauit. Sed neutra reſponſio uidetur bona, quia textus Geneſ. 20. dicit, quòd ſimplici corde fecit, ut patet ex uerbis tum ipſius Abimelech, tum etiam ipſius Dei, & Ambroſ. ibi ſimplici corde dicit, puro corde. Nullus autem ſimplici aut puro corde vult quid uitioſè & culpabiliter: ergo ibi fuit ignorantia probabilis facti. Ideo Adri. vbi ſupra aliter reſpondet concedendo quòd ibi fuit ignorantia probabilis facti, quę excuſauit à culpa actum illum: quodque textus dicit quòd peccauit ſeu peccaſſet eam cognoſcendo, ut uxorem: quia ibi fuit peccatū & ſcelus materialiter tantum, id eſt, actus in ſe ex obiecto aut ex genere deformis, contra rectum dictamen, ſecundum unum modum opinandi: aut fuit actus ſimilis peccato, ſecundum exteriorem apparentiam & ſpeciem peccati ſeu facti, licet non malus moraliter ſecundum alium modum opinandi: non tamen eſt neque fuiſſet actus culpabilis ſeu imputabilis ad culpam uel pœnam coram Deo, in quo omnes opiniones conueniunt: ſicut peccata facta ex ignorantia inuincibili, ſunt & dicuntur peccata materialiter, non tamen imputabiliter; ut de hoc latius habetur infra quęſtio. 23. Ad confirmationem reſpondeo ſimiliter quòd ibi vocatur ſcelus & peccatum materialiter, ut dictum eſt: non tamen imputabiliter, nec culpabiliter, ut etiam ibi uult gloſſa. Quod autem talibus imponitur pœnitentia, id fit, non quidem pro culpa, ſed ad cautelam, & terrorem aliorum & in horrorem facti, & propter publicam honeſtatem ſicut Leuit. 20. dicitur reum peccati & punitur animal quod cum muliere coierit: cum tamen conſtet nō eſſe capax culpæ ſecundum Auguſt. ibidē. & in hoc cōcordat Martinus de temperantia. q. vltima de ebrietate in reſpunſione ad quartum Argumentū contra tertiam concluſionem: quāuis dicat eſſe moraliter malos tales actus cuius oppoſitū habetur infra q. 23. & quęſt. ſequentibus.

QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

VTRVM IGNORANTIA inuincibilis excuſet actum à malitia morali: ita etiam quòd actus ille, neque ſit, neque debeat dici peccatum aut malum, ſed potius ſit actus moraliter bonus.

RESPONDEO per vnam propoſitionem duo notabilia præmittendo: quorum primum eſt.

Nota. 1. Quòd idem conſideratum ſecundum varias conditiones, poteſt eſſe materia diuerſarum virtutum & vitiorum: & ſimiliter materiam indifferentem, aut de genere bonam, aut de genere malam; poteſt circunſtantia facere de indifferenti, bonam & malam, & de bona malam, & de mala bonam conuenientẽ ſeu debitam tali actui.

Hoc notabile ponit Angeſt. in moralibus. capi. 3. & 8. & 11. & cõmuniter doctores cuius prima pars probatur. Tum primo, quia ſicut idem conſideratum ſecundum varias conditiones eius, ſpectat ad diuerſas ſcientias & artes vt patet; ita ſimiliter ad diuerſas virtutes & vitia: quia ex tali diuerſa conſideratione, diuerſificatur obiectum formale ſeu materiale ratione cuius etiam diuerſificantur actus, vt dicetur in ſecundo notabili. Tum ſecundò probatur exemplo: quia poteſt Bertha conſiderari, vt vxor, & tunc eſt materia actus coniugalis: vt aliena, & tunc eſt materia actus luxuriæ: vt indigens, & tunc eſt materia actus miſericordiæ: vt delinquens, & tunc eſt materia actus iuſtitiæ punitiuæ: vt venalis, & tunc eſt materia actus iuſtitiæ commutatiuæ: ſi prædictæ conditiones verè inſint tali materiæ à parte rei. Vbi etiam nota, quòd dupliciter actus poteſt propter huiuſmodi cõditionem, eſſe certè ſpeciei virtutis aut vitii: vno modo intrinſecè, quando ſcilicet talis actus habet pro obiecto huiuſmodi conditionem à qua ſumitur ſpecies. Pro obiecto autem tunc habetur circunſtantia vel conditio aliqua, quando voluntas fertur in eam aliquo modo: & quando non fertur in eam non habetur pro obiecto: vt volo cognoſcere Bertham meam, volo ſubuenire Berthæ indigenti, volo corrigere Bertham delinquentem. Alio modo extrinſecè, quãdo ſcilicet talis actus non habet talem conditionem pro obiecto, in quo tamen eſt huiuſmodi conditio, ſed actui extrinſeca: vt conſideratis etiam illis conditionibus volo Bertham cognoſcere, volo ſubuenire Berthæ &c. non neceſsitatur voluntas, illas conditiones etiam expreſsè oſtẽſas aſſumere & velle pro obiectis ſuorum actuum: patet, quia in Sorte ſciente Bertham eſſe ſuam, hic actus non eſt vitioſus; volo cognoſcere Bertham: qui actus ante coniugium vitioſus erat; quia iam poſt coniugium facta eſt Bertha materia illius actus: ꝙ ſi prædictus Sortes eſſet ſic libidine affectus ꝙ etiam vellet cognoſcere ipſam Bertham tanquã non ſuam; etiam ſciens eam eſſe ſuam: tunc ille actus vitiaretur propter conditionẽ repugnantem clauſam in obiecto; & ſic patet probatio primæ partis huius primi notabilis.

Secunda pars eiuſdem notabilis, ſcilicet ſimiliter materiam indifferentem &c. probatur, quia contingit eſſe indebitam habitudinem alicuius circunſtantiæ, ad materiam indifferentem, aut de genere bonam aut conuenientem, vt patet. Si ambulationi aut comeſtioni, quæ eſt indifferens; ſeu dationi eleemoſynæ ſeu orationi & ieiunio, quæ ſunt de genere bona; adſit circunſtantia mali finis, ſeu modi aut tẽporis aut ſcandali: iam fit ille actus malus, & materia indebita & diſconueniens ei: quòd ſi adſit circunſtãtia boni finis, temporis, modi &c. iam erit materia debita & conueniens & actus moraliter bonus.

Quòd autem materiæ de genere malæ, aut diſconuenienti tali actui, circunſtantia adhibita faciat eam bonam, & conuenientem ad actum moraliter bonum probatur. quia contingit talem circunſtantiam reddere talem actum circa talem materiam conformẽ rectæ rationi. Exempli gratia. Venenum eſt materia indebita ſeu mala ex genere ſuo reſpectu comeſtionis: quia illa materia dicitur mala ex genere ſeu obiecto; quæ eſt prohibita aliquo iure; & è contra, illa materia eſt ex genere bona, quæ eſt conformis iuri præcipienti vel conſulenti: indifferens autem eſt, quæ nullo iure prohibetur neque præcipitur neque conſulitur. Sic etiam omne opus cadens ſub iure communi præcipiente vel approbante, dicitur bonum ex genere, vt orare, dare eleemoſynam & huiuſmodi. Opus autem malum ex genere, eſt opus iure communi prohibitum, vt acceptio rei alienæ inuito domino, occiſio hominis, & huiuſmodi: & ita venenum quòd de ſe eſt materia difformis præcepto naturali de ſuſtentando ſeipſum, ex quo eſt diſconueniens humanæ ſuſtẽtationi; eſt materia de genere mala reſpectu actus comeſtionis. Similiter alienum, quod eſt prohibitum reſpectu acceptionis ſeu detentionis adueniente circunſtantia ſeu caſu neceſsitatis extremæ ad ſaluandam vitam; quæ non niſi per comeſtionem illius veneni ad venenum aliud expellendum; & non niſi per acceptionem ſeu comeſtionem rei alienæ poſſet ſaluari, vt facile poteſt exẽplificari: iam illud venenum & illud alienũ, fit materia conueniens, & debita reſpectu illius actus comeſtionis & acceptionis: & talis actus tũc eſt conformis rectæ rationi, & moraliter bonus, qui alias non eſſet: & hoc prouenit ratione circunſtantiæ, ſcilicet neceſsitatis ſuperuenientis. Aliqua autem materia eſt de ſe & intrinſecè, id

eſt, neceſſario mala ſeu diſconueniens alicui actui, ſic quòd nullo modo poteſt denudari à ſua malitia neque rectificari: & tunc talis actus non poteſt eſſe bonus, neque talis materia poteſt fieri ei conueniens ſecundum rectam rationem; vt eſt odium Dei ſecundum communiter doctores, & mendacium, & fornicatio, & huiuſmodi; deliberatè & ſcienter facta.

2. notab. Secundum notabile eſt, quòd tripliciter poteſt actus diuerſificari in eſſe rei & moris. Vno modo ex parte obiecti materialis: quando ſcilicet diuerſæ res ſunt volitæ; vt volo orare, volo orare hic, aut hodie. volo ire orare. volo ieiunare in pane tantum & aqua. volo ieiunare cras aut hic; omnes iſti actus habent diuerſa obiecta materialia quia diuerſa ſunt totalia obiecta volita. & ſic ſunt diuerſi actus numero in eſſe rei. Secundo modo ex parte obiecti formalis ſeu modi ſe habendi: vt diligere ſortem currentem, diligere ſortem quieſcentem: iſti actus habent diuerſa obiecta formalia, ſuppoſito quòd motus non diſtinguatur à re mobili: & ſic omnes iſti actus differunt ſpecie moris & naturæ. Tertio modo ex parte immutationis quando, ſcilicet eſt diuerſus modus vitaliter immutandi ſeu tendendi in ipſum obiectum: patet, quia eiuſdem obiecti volitio & nolitio, ſpecie differunt penes ſuos immutandi modos aut tendendi: ſimiliter eiuſdem obiecti actus nutritiuus & abſtractiuus, ſiue voluntatis ſint ambo ſiue intellectus: ſimiliter actus indicatiuus qui per volo explicatur: & alter optatiuus qui explicatur per vellem: & ſimiliter de reliquis differentiis vitaliter immutatiuis: quia talis actus penes hoc, ſpecie diſtinguuntur.

Propoſitio. Iſtis ſuppoſitis iam ſit propoſitio reſpondens ad quæſtionem. Omnis ignorantia inuincibilis quæ tollit rationem omnem voluntarii, reſpectu obiecti & circunſtantiæ vitiantis, quomodo excuſat actum à culpa; ita & à malitia morali & non aliter: quòd ſi inſuper facit ſeu relinquit rationem omnem obiecti & circunſtantiæ conuenientis quantum eſt ex parte ſua, facit eſſe moraliter bonum talem actum.

Declaratio. Declaratio huius propoſitionis quò ad primam partem ex ipſis particulis conſtat: ideo propter alicuius earum defectum, actus peccati factus ex ignorantia inuincibili præcedente ſed culpabili, quale eſt homicidium à culpabiliter ebrio ſeu furioſo commiſſum, ſicut non eſt culpabilis in ſe ſed in ſua cauſa, vt ſupra quæſtione decimaoctaua dictum eſt: ſic nec eſt moraliter malus propriè in ſe, ſed in ſua & à ſua cauſa: & ita à malitia ſuæ cauſæ denominatur, & eſt nunc de nouo moraliter malus: quòd ſi ab omnino inculpabiliter ebrio vel amente fieret non eſſet culpabilis nec moraliter malus, vt infra in dubio quod in fine huius quæſtionis habetur.

Sed quia ad eſſe moraliter bonum plus requiritur quàm tollere malitiam ab actu, vt patet ſuppoſita communi & vera opinione doctorum, quòd datur actus moraliter indifferens; non ſolum in ſpecie, ſed in indiuiduo, in ſecundo diſtinct. 41. & Angeſt in moralibus cap. octauo. contra beatum Thomam prima ſecundæ quæſtione 18. & Gregorium Ariminenſem in 1. diſtinctione prima. Ideo ſequitur ſecunda pars propoſitionis præfatæ, ſcilicet & ſi inſuper facit &c. Exempli gratia. Coitus Iacob cum Lya Geneſ. 29. Fuit moraliter bonus, & aſſenſus vetulæ credentis ſuo curato hæreſim prædicanti; ab ipſa vetula inuincibiliter omnino ignoratam; eſt etiam actus moraliter bonus, ratione præfatæ ignorantiæ: qui ſine ipſa ignorantia, eſſet moraliter malus, quia prædicta ignorantia, fuit cauſa, quòd relinqueretur, vel poneretur conditio rectificans obiectum ſeu materiam de ſe diſconuenientem tali actui; quodque maneret ratio voluntarii ſolum reſpectu materiæ ſic rectificatæ: modo id faciat propriè per ſe, modo impropriè per accidens aut remotè, de quo iam ſupra quæſtione 7. & quæſtione 19. in reſponſione ad primum argumentum dictum eſt. & ſic patet declaratio totius propoſitionis.

Nunc probatur prima pars ſecundum Duran. in ſecundo diſtinctione 38. vt etiam refert Almayn in moralibus tractatu primo capi. 6. tum quia ibi nullum eſt voluntarium vnde ratio culpæ & malitiæ formalis aſſumitur. tum etiam, quia volitio qua volo reddere huic mulieri petẽti debitum, vt fecit Iacob cum Lya Geneſ. 29. Sequitur neceſſariò ex duabus cauſis in quibus nulla eſt malitia moralis: ergo nec in illa vlla malitia moralis eſt: patet conſequentia; quia quandocunque eſt aliquis hominis effectus, qui neceſſariò neceſſitate naturali ſequitur ad priorem: ſi in priori nulla ſit malitia moralis, nec etiam erit in ſequente: nam aliàs per actum non malum, neceſſitaretur omnino quis ad malè agendum, quod nemo concedit. & antecedens probatur; quia nec in dictamine vniuerſali, reddendum eſt debitum vxori petenti, eſt aliqua malitia: neque in iſto iudicio quod ſubſumitur pro minori, ſcilicet iſta eſt vxor mea petens: licet ibi ſit malitia ſpeculatiua, ſeu intellectualis tantum; quia ibi eſt error, vt infra patebit in reſponſione ad primum argumentum: hinc enim pendet tota hæc difficultas. Et illa volitio quia volo reddere huic debitum, neceſſario & omnino naturaliter ſequitur ex illis duabus præmiſſis ſeu cauſis. ergo ibi nulla eſt malitia moralis. & ſic patet prima pars. ad cuius probationem etiam faciunt probationes ſecundæ partis ſequentis. *Probatio p- me partis.*

Secunda pars probatur tripliciter. Primò, quia illud opus fit qualiter tunc debet fieri; ergo eſt bonum moraliter. Antecedens autem ſimiliter *Probat- cundæ pa- 1. ratio.*

militer

militer & conſequentia probatur. Quia ſi non; hoc ideo eſſet quia non eſſet obiectum aut materia debita & conueniens: aut quia ibi non eſſet ratio recta cui talis actus conformatur; nam alia requiſita ad actũ moraliter bonum ſupponuntur adeſſe. ſed ibi eſt materia debita & obiectum conueniena: patet, quia licet de ſe & ex genere ſuo ſit materia diſconueniens tali actui: tamen circunſtantia ignorantiæ inuincibilis facientis aut relinquentis æſtimationem quòd illa eſt vxor ſua; facit eſſe materiam conuenientem & obiectum debitum illius actus, volo cognoſcere hanc vxorem meam ſeu inuincibiliter æſtimatam eſſe meam, vt patet ex primo notabili ſupra poſito: obiectum enim voluntatis non eſt quale eſt à parte rei, ſed quale ei præſentatur per intellectum: nunc autem intellectus inculpabiliter oſtendit voluntati illam eſſe ſuam vxorem: ergo obiectum voluntatis eſt: hæc vxor eſt mea, modo ſit mea à parte rei modo non. Tale autem obiectum, ſcilicet hæc vxor mea eſt obiectum conueniens reſpectu illius actus, volo cognoſcere hanc vxorem meam, eſt etiam ibi ratio recta: quia ratio recta dictat quòd vxor mea aut quæ omnino inuincibiliter æſtimatur eſſe mea, eſt licitè & honeſtè cognoſcenda à me maximè ſi petat.

Inſta. Si ad hoc reſpondeatur negando ibi eſſe materiam debitam & rationem rectam: quia licet aliqua circunſtantia poſsit aliquam materiam de genere malam rectificare, quando videlicet, in rei veritate poteſt eſſe materia conueniens, vt eſt comeſtio venenum in neceſsitate: non tamen omnem materiam omnis circunſtantia rectificare poteſt: quando ſcilicet, in rei veritate conueniens materia eſſe non poteſt. & ſic eſt in propoſito. Nam recta ratio non dictat eſſe cognoſcendam hanc alienam inuincibiliter æſtimatam eſſe ſuam: quia tunc ſecundum veritatem non eſt obiectum nec materia conueniens reſpectu talis actus; ſed ſecũdum æſtimationem falſam ſeu erroneam licet inculpabilem. ſicque, licet obiectum voluntatis ſit quale æſtimatur per intellectum: non tamen eſt debitum obiectum voluntatis niſi quòd vt verè bonum præſentatur per rationem rectam. igitur actus ille conformis erroneæ rationi inuincibili licet excuſetur à malitia morali: non tamen per hoc efficitur bonus moraliter, neque conformis rectæ rationi. & in hoc ſtat tota difficultas, vt patet infra in reſponſione ad primum argumentum.

Replica. Contra hanc euaſionem replicatur. quia ille actus imperatur ab actu interiore conformi rectæ rationi habente pro obiecto debitam materiam, qui actus interior eſt, volo reddere debitum vxori meæ petenti. & iſte eſt moraliter bonus. ergo & actus ab eo imperatus. Ad hoc poteſt reſponderi negando conſequentiam, nam non ſufficienter nec immediatè ab illo vniuerſali dictamine imperatur: ſed ab iſto particulari, volo reddere debitum huic vxori meæ petenti: & iſte actus non eſt moraliter bonus, quia non eſt conformis rectæ ſed erroneæ licet inculpabili rationi, vt dictum eſt. quia ergo ſic poteſt reſponderi & in hoc ſtat tota vel præcipua radix huius rationis & difficultatis: ideo de hoc latius infra in reſponſione ad primum argumentum videbitur.

Secundò principaliter probatur ſecunda pars propoſitionis; & poteſt eſſe replica contra euaſiones præfatas probando quòd ille actus ſit conueniens dictamini recto ſeu rectæ rationi: & quod ibi ſit obiectum & materia conueniens illi actui ſecundum rectam rationem, ſecundum Durandus & Almayn, vbi ſupra. quia nullus vlla lege tenetur ad operandum malum moraliter. Sed ſtat quòd quis, putà Sortes obligetur ad actum coitus cum Bertha debitum petente inuincibiliter æſtimata ſua vxore. ergo talis actus eſt tunc moraliter bonus, & per conſequens conformis rectæ rationi. conſequentia eſt bona & maior patet: quia eo ipſo quo malum eſt non poteſt cadere ſub obligatione alicuius legis: quia lex non niſi ad bonum intendit & dirigit ſibi ſubditos ſtante lege communi vt patet. Minor autem probatur. quia in caſu quo talis ignorantia eſt omnino inuincibilis iam hoc dictamen eſt pro tunc omnino inuincibile, ſcilicet reddendum eſt debitum huic vxori petenti: & Sortes nihilominus tenetur vitare omne peccatum. ſed non poteſt vitare niſi cognoſcendo illam: quia non poteſt tunc deponere illam conſcientiam, ſicut nec illud dictamen & ignorantiam, vt patet ex dictis & ſuppoſitis: neque poteſt aliter vitari priuatio, putà omiſsio illius dictati niſi ponendo habitum, ideſt actum oppoſitum vt patet. ergo non poteſt vitare peccatum niſi cognoſcendo illam tunc. & ita patet minor, quæ erat probanda, quòd ſcilicet tunc tenetur cognoſcere illam Bertham. Quomodo autem aut qua lege obligatur tunc ad talem actum, an à conſcientia erronea, an potius à lege Diuina & naturali rectoq; dictamine, ſcilicet non eſt agendum contra conſcientiam rectam vel erroneam maximè inuincibilem, latius de hoc infra lib. 3. de conſcientia. q. 4. habetur. *2. ratio.*

Quòd ſi euadendo, ad præfatam minorem eiuſque probationem dicatur, quod tunc non obligatur ſimpliciter ad cognoſcendum Berthã, ſed quòd peccat non cognoſcendo eam: neque aliud probatur. Contra hanc euaſionem replicatur; quia tunc peccat non cognoſcendo illam: ergo obligatur non omittere & ponere actum cognitionis Berthæ. quia priuatio non niſi per actum oppoſitum poteſt tolli, vt ſupra dictum eſt, ſtante caſu cum ſuis conditionibus præ-

ſatis, & ita patet intentum. Et hæc ratio videtur efficax ad propoſitum ſecundum Thomiſtas tenentes quòd non datur actus indifferens in indiuiduo. nam ſecundum communiter doctores opinantes dari actum indifferentem diceretur ꝙ ſolum probat ratio, quòd ille actus non eſt moraliter malus non autem quòd ſit moraliter bonus: ſtat enim quòd ſit indifferens & quòd ad illum tunc obligetur: & ita ratio non eſt efficax.

3. ratio. Tertiò probatur eadem ſecunda pars propoſitionis, quia ille actus cognitionis Berthæ in caſu præfatæ propoſitionis eſt meritorius. ergo eſt moraliter bonus. conſequentia probatur. quia ſi eſt meritorius & laudabilis & premio dignus. ergo eſt conformis rectæ rationi naturali aut ſupernaturali regulæ ſuæ: & maximè ſi adeſt circunſtantia vltimi finis, qui præſtat omnibus aliis finibus honeſtis, quia rectitudo voluntatis diuinæ præſtat ad rectificandum actum ei conformem quàm rectitudo rationis naturalis: & ita tunc neceſſario eſt moraliter bonus & conformis rectæ rationi supernali, & per conſequens naturali ei ſubiectæ: nec malus nec indifferens eſſe poteſt. Et in hoc concordant communiter doctores, vt etiam refert Gabriel in ſecundo diſtinctione. 41. dub. 1. & diſtinctione 31. quæſt. prima, & diſtinctione ſeptima quæſtione prima, notab. 1. & Scot. in 18. quodlib. in reſponſione 14. Gerſon tertia par. lectu. prima de vita Spirituali, corollario 5. & clariſs. Medina magiſter meus de reſtitutio. quæſtione 27. in reſponſione ad tertium argumentum vbi & dicunt quòd oppoſitum dicere quòd, ſcilicet poteſt eſſe meritorius & moraliter malus actus, eſt erroneum & quidem videtur accedere ad hæreſim Lutheranam dicentem; quòd omnia bona opera etiam ſanctorum ſunt & fuerunt peccata, vt hoc etiam refert Caietanus, vbi ſupra, & concordat Almayn in moralibus tractatu primo cap. 12. & quamuis Ocnam videatur aliquibus dicere oppoſitum, nō tamen dicit ſi bene intelligatur: nam ipſe ponit quinque gradus virtutis ſeu actus moraliter boni: & dicit ſecundum expoſitionem aliquorum, quòd eſt dabilis actus meritorius propter Deum factus, qui tamen non eſt perfectè moraliter bonus, quia ſcilicet, non producitur ab obiecto actualiter includente hanc conditionem, quia recta ratio dictat, quam conditionem dicit ipſe requiri ad perfectum gradum virtutis: non tamen negat quòd ſit virtuoſus & moraliter bonus talis actus meritorius licet non habeat præfatam conditionem in obiecto. De potentia autem abſoluta bene poteſt eſſe actus meritorius largè, ideſt acceptus Deo ad gloriam; etiam ſi non ſit moraliter bonus neque laudabilis ſed indifferens ſeu naturalis, vt ſunt etiam actus neceſſarii omnino inconfirmatis in via ſecundum eos qui tenent tales actus non eſſe moraliter bonos nec virtuoſos, ex quo non ſunt liberi contrariè aut contradictoriè, ſed ſolum complacenter, vt tenet Angeſt. in moralib. cap. 9. Sed melius eſt dicere eos eſſe moraliter bonos & virtuoſos ſicut & propriè meritorios: quia ad hoc ſufficit libertas complacentiæ quæ eſt in ipſis, qui & ſunt in ſtatu viæ: & quia quantum eſt ex natura ſua ſunt liberi; quia, ſcilicet, liberè contradictoriè elicerentur niſi ex neceſſitate legis aut priuilegii confirmationis; non autem ex naturali neceſſitate eſſent neceſſarii; & ſic tenetur communiter.

Quibus non obſtantibus concedendū eſt quòd ſecundum Gerſon & Angeſt. vbi ſupra eſt dabilis etiam, ſtante lege, idem numero actus imperatus, qui ſit ſimul bonus & malus moraliter extrinſecè, vt patet de actu exteriori imperato. quia eadem paſsio Chriſti quæ erat actio Iudæorum erat bona moraliter in quantum acceptata à Chriſto & mala moraliter & demeritoria inquantum illata à Iudæis, vel vt melius exēplificat idem tenens Angeſt. in moralibus capi. 14. quia eadem ambulatio exterior poteſt effectiuè & ſufficienter à duabus diſparatis volitionibus imperari & continuari; quarum vna ſit mala altera bona moraliter: ſicque ex volitione vna bonitatem, ex altera malitia moralem contrahet vna numero ambulatio. Sicut eadem propoſitio vocalis vel ſcripta æquiuoca ſubordinata duabus mentalibus ſuſcipit veritatem ab vna, ab altera falſitatem, immo & quia actus voluntatis elicitus poteſt eſſe etiam imperatus ab alio voluntatis actu reflexo: ideo eadem ratione idem iudicium poteſt tunc eſſe de eo, ſicut de imperato exteriori dictum eſt. quia ille unus actus elicitus ſimul & imperatus manens idem numero poteſt eſſe bonus moraliter ratione unius actus eliciti boni etiam ſufficienter illum imperantis: & malus ratione alterius actus eliciti mali illum imperantis etiam ſufficienter. Sicut una propoſitio mentalis non ultimata ſubordinata pluribus mētalibus ultimatis poteſt eſſe vera & falſa: ſic etiá idem numero actus exterior ſeu etiam interior elicitus ſimul & imperatus, poteſt cum gratia ſimul eſſe bonus & uenialiter malus, meritorius; & demeritorius extrinſecè; & diuerſis reſpectibus, ut dictum eſt. Vt uolo conteri de peccatis, uel habere fidem Chriſti & ei credere principaliter æque, propter Deum; & quia recta ratio dictat & propter intereſſe temporale & uanam gloriam humanam. Iſte tamen actus quamuis ſit unus materialiter ſeu in eſſe naturæ: æquiualentet tamen & uirtualiter ſunt duo actus interiores imperati à duobus, quorum quilibet ſufficienter imperat illum: per accidens enim eſt, quòd concidant in unum materialiter; nunquam tamen idem numero omnino actus elicitus purus erit ſimul bonus & malus moraliter: ſed ſi eſt meritorius, iam neceſſario eſt bonus

mora-

moraliter vt dictum eſt. & ſic patet probatio conſequentiæ principalis quæ erat probanda in hac tertia ratione ſeu probatione. Nunc probatur antecedens prædictæ tertiæ probationis, quòd ſcilicet talis actus cognitionis Berthæ in caſu præfato propoſitionis ſit meritorius: quia exiſtens in gratia vti ſupponitur agit quãtum in ſe eſt propter Deum ſumme dilectum ſecũdum quòd ſcit ſe teneri aut debere agere. nam non videtur quid amplius requiratur ex parte hominis ad meritum niſi facere quod in ſe eſt vt obediat Deo; vt illi placeat habens vſum rõnis in ſtatu viæ. Et confirmatur per cõe dictum doctorum dicẽtium, ꝙ vetula meretur credens per aſſenſum erroneum ſuo prælato prædicanti errorem illum inuincibiliter ab ipſa ignoratum, ergo ſimiliter in propoſito per eandem rationem.

Euaſio. Quòd ſi ad hoc dicatur negando quòd per talem actum conformem rationi erroneæ, mereatur quis cognoſcendo Bertham in caſu præfato, etiam ſi propter Deum agere videatur: quodque vetula per ipſum aſſenſum erroneum non meretur: ſed quod oẽs iſti merentur per alium actum moraliter bonum ibi coexiſtentem vel præcedentem verè impletiuum præcepti legis ſeu voluntatis Dei; & verè factum propter Deum ſummè obedientialiter dilectum: ſeu per moraliter bonam voluntatem qua vult generaliter talis homo reddere debitum ſuæ; aut credere ſuo prælato vera prædicanti & obedire legi aut Deo vt debet. Sicut etiam Exod. 1. Obſtetrices Pharaonis non meruerunt per illud ſuum mendacium officioſum, quod non fuit moraliter bonum ſed malum, ſicut nec ſua volitio illud imperans: ſed meruerunt per aliam coexiſtentem voluntatem ſaluandi infantes illos: quæ fuit moraliter bona & meritoria de congruo boni temporalis aut ſpiritualis. ſic in propoſito poteſt euadendo dici ad præfatam probationem antecedentis, ſicut dicit Martinus de temperantia in materia de ebrietate quæſtione vltima in reſponſione ad vltimum argumentum contra quartam concluſionem: & ideo ipſe cum aliquibus aliis doctoribus negat antecedens præfatum, & probationes eius, & propoſitionem ſupra poſitam vt viſum eſt.

Replic. Contra hanc euaſionem ſic arguo probando quòd ille actus eſt meritorius, ſcilicet, volo cognoſcere hanc Bertham petentem debitum probabiliter ſeu inuincibiliter æſtimatam eſſe meã, ſi fiat propter Deum vel vt impleam legem Dei id præcipientem: quia talis actus quando eſt obligatorius vtique placet Deo & acceptatur ab ipſo; maximè ſi fiat ab exiſtente in gratia vt ſupponitur. ergo laudabilis eſt & meritorius, vt patet ex ſupradictis. ergo non deſinit eſſe laudabilis & meritorius quando non eſt obligatorius. quod etiam patet 1. Ioan. 3. cap. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus quia mandata eius cuſtodimus; & ea quæ ſunt placita coram eo facimus, quod non niſi ceruicosè negari poteſt, vt patebit in reſponſione ad primum argumentum.

Contra ſecundam partem propoſitionis. Primò ſic arguitur ad actum moraliter bonum requiritur quòd ſit conformis dictamini ſeu rectæ rationi prudentiali. Sed talis actus conformis ignorantiæ inuincibili non eſt conformis rectæ rationi aut dictamini prudentiali: ergo non eſt moraliter bonus. conſequentia patet, & ſimiliter maior, ex 5. Ethic. cap. ſecundo & quia bonum morale conſtat ex integritate omnium requiſitorum, vt patet ex diffinitione actus moraliter boni, qui eſt conformis rectæ rationi. Minor autem in qua ſtat tota difficultas probatur dupliciter. Primò, quia vt dictamen ſit prudentiale requiritur quòd ſit verum vt patet quinto Ethicorum cap. tertio, quòd prudentia eſt vnus de quinque habitibus veris quibus non contingit falſum dicere. Sed illud dictamen, hæc eſt vxor mea aut à me cognoſcenda non eſt verum, ergo. Item ſecundò probatur illa minor: quia nullum iudicium eſt rectum niſi pro quanto iudicio aut rationi Diuinæ conformatur: quia ratio Diuina eſt prima regula cuiuslibet rectæ rationis dictaminisque creati. ergo vt ratio vel lex aut dictamen aliquod ſit rectum requiritur quòd ſit verum, ſicut & ſua prima regula Diuina cui conformatur in rectitudine & veritate. Sed illud dictamen, hæc eſt vxor mea, cui conformatur actus ille; volitio, ſcilicet, cognoſcendi hanc vxorem meam non eſt verum ſed falſum vt patet ex caſu, ergo non eſt rectum nec prudẽtiale, nec ibi recta ratio eſt. *Arg. 1.*

Reſpondeo tripliciter, vt etiã refert Almayn in tractatu de libertate voluntatis. quæſtione 3. & in moralibus tractatu 1. cap. 5. & 13. Vno modo ſecundum Gerſon in tertia parte. tractatu de vita ſpirituali, lectione quarta corollario 3. & videtur ſententia Ber. in lib. de diſpenſatione & præcepto, concedendo maiorem ſed negatur minor. & ad eius probationem negatur quòd tale dictamen ſit falſum: dico enim quòd dictamen cui conformatur talis volitio ſeu actus non eſt hoc, iſti vxori meæ eſt reddendum debitum à me, & hanc vxorem meam volo cognoſcere: ſed hoc, ſcilicet, huic mulieri eſt reddendum debitum à me, & actus ei conformis eſt. hanc mulierem volo cognoſcere; & illud eſt verum & rectum dictamen illius actus. quia in bona conſequentia ſequitur ex veris, ergo eſt dictamen verum. & quòd ſequatur patet ſic: quia bene ſequitur. cuilibet mulieri quę inuincibiliter creditur eſſe mea eſt reddendum debitum, ſed hæc mulier inuincibiliter creditur eſſe mea: ergo hæc mulieri petens eſt à me cognoſcenda. ecce quomodo ex illis præmiſſis veris in bona conſequentia ſequitur prædictum dictamen verum: ex veris enim non ſequitur niſi verum ſecundum Ariſtotelem, *Reſpon. 1.*

& huic dictamini vero conformatur illa volitio ſeu actus.

Replica. 1. Quòd ſi contra hanc reſp. replicetur probando quòd illud dictamen, hæc mulier eſt à me cognoſcenda, nõ eſt verum: quia bene ſequitur, hæc eſt à me cognoſcenda; & hæc mulier eſt aliena, ergo mulier aliena eſt à me cognoſcenda. conſequens eſt falſum: quia contra ius Diuinum & naturale, & minor eſt vera vt patet, ergo illa maior eſt falſa.

Reſpon. Reſpondeo ſecundum Almayn in tract. de libertate voluntatis. q. 3. conceditur conſequẽtia: ſed negatur ꝙ conſequens ſit falſum, & contra præceptum aliquod: quia pręceptum Diuinum & naturale quodcũq; intelligitur ꝙ ſcienter nõ fiat contra ipſum, ſeu ꝙ ſcienter nulla mulier aliena eſt cognoſcenda: ſecus ſi inuincibiliter ſit ęſtimata mea, vt patet ex dictis ſupra. q. 22. q. 16. q. 17.

Replica. 2. Quod ſi ſecundò contra hoc replicetur. Si iſta propoſitio, mulier aliena eſt à me cognoſcenda, eſt vera: & eſt practica, ergo de ipſa poteſt eſſe verum iudicium practicum in me. & per conſequens ego potero velle iudicare quòd mulier aliena ſit à me cognoſcenda: & ex conſequenti ſequitur quòd licitè poſſum ſcienter cognoſcere mulierem cognitam eſſe alienam, quod eſt contra id quod immediatè dictum eſt.

Reſpon. Reſpondeo negando primam conſequentiam huius ſecundæ replicæ. Nam in altero bene põt eſſe iudicium verum practicum de illa propoſitione: non autem in me inuincibiliter ignorãte, & cognoſcente Bertham in caſu præfato. putà, ſi Sortes ſciret quòd de iſta vxore aliena ego inuincibiliter crederem quòd eſſet mea: tunc Sortes rectè & verè iudicaret quòd iſta mulier aliena eſſet à me cognoſcenda: & ſic concedendum eſt quòd poteſt eſſe in Sorte aliquod iudicium verũ practicum rectum, cuius ſynonymum non poteſt eſſe in me rectum.

Replica. 3. Quod ſi contra hoc tertiò replicetur, quòd iã ex dictis ſequeretur quòd mulier illa, putà, Lya q̃ ſe ſcienter ſuppoſuit ipſi Iacob: loco vxoris ſuæ Rachel. Gene. 29. Non peccaret volendo quòd Iacob cognoſceret ipſam. probatur primo ex reſponſione data ad ſecundam replicam, quia iſtud iudicium, ſcilicet, Iacob, debet Lyam cognoſcere, eſt rectum in alio ab ipſo Iacob: & per conſequens in ipſa Lya: ergo ipſa Lya volendo & cõformando ſe illi dictamini recto non peccat. Probatur ſecundò quia nullus peccat volendo quod alius exerceat operationem bonam debitam aut meritoriam ipſi operanti: quia talis volitio videtur eſſe actus charitatis. Sed iſta mulier Lya in ſic volendo vult Iacob exercere actum ſibi meritorium: quia ſolum vult in tali volitione ꝙ Iacob cognoſcat ipſam quod per te eſt illi bonum & meritorium, ergo per talem volitionẽ ipſa Lya non peccat.

Reſpon. Reſpondeo negando ſequelam, & ad primam probationem conceditur quòd illud iudicium in Lya eſt rectum; ſed negatur conſequentia quia ipſa Lya tenetur pro tunc facere quod non ſit rectum oſtendendo veritatem aut docendo quæ ſit, & tollendo ignorantiam Iacob aut cauendo à tali volitione & actu: ex quò illa non ignorat inuincibiliter factum illud in quo communicat eſſe lege damnatum & ſibi prohibitum: ideo non poteſt licitè ſe confirmare illi dictamini. ad ſecundam probationem negatur maior: ſed oppottet illi maiori addere hoc, ſcilicet, dummodo non habeat præceptum de non volendo: ſicut non conformamur licitè cuilibet voluntati diuinæ in volito dum habemus præceptum de oppoſito. Sed de hoc etiam infra quæſtione vlt. latius videatur: & ſuperius libro 1. in quæſtionario quæſt. 51.

Replic. 4. Quod ſi quartò replicetut, ſuppoſito quòd Iacob non habuit illud iudicium præfatum, huic mulieri eſt reddendum debitum neque aliquod aliud niſi iſtud; huic vxori meæ eſt reddendum debitum: cum tamen in rei veritate non ſit vxor ſua ſed inuincibiliter creditur: iam ſic arguo. Iacob conformando ſe tali dictamini, huic vxori meæ eſt reddendum debitum, non conformat ſe iudicio verò, vt patet ex dictis ſecundum Gerſon & huiuſmodi opinantes, ergo non bene moraliter agit tunc.

Reſpon. Reſpondeo, ſtando adhuc in præfata opinione & modo dicendi ſecundum Gerſon, negatur antecedens: quia licet non formaliter bene tamen ęquiualenter & virtualiter illud eſt iudiciũ verum: quia illud dictamen æquiualet huic, ſcilicet, huic mulieri inuincibiliter creditæ meæ eſt reddendum à me debitum: & hoc eſt verum dictamen quia ſequitur ex veris, vt ſupradictum eſt in reſponſione ad principale argumentum ſicut quando eleemoſynam do Petro debiti credens eſſe pauperem eſt actus moraliter bonus, & ſic patet prima reſponſio ſecundum Gerſon.

Reſpon. 2. ad ſecundum arg. Secundo modo reſpondeo ad argumen. principale ſecundum Ocham conceſſa maiori, negatur minor ſicut & Gerſon eam negauit: ſed in hoc differt Ocham ab eo, nam illud dictamen, ſcilicet, hæc mulier eſt à me cognoſcenda, ſeu huic mulięri eſt à me reddendum debitum, quod eſt dictamen cui conformatur ille actus, volo cognoſcere hanc mulierem: Gerſon dicebat quòd ſequebatur ex præmiſſis veris: & quod ideo erat verum vt dictum eſt. Ocham autem nunc dicit quòd ſolum ſequitur ex vna præmiſſa vniuerſali vera & ex altera, ſcilicet, minore falſa: ſic arguendo. Omni mulieri meæ petenti eſt reddendum debitum: ſed hæc mulier eſt mea petens: ergo huic mulieri eſt reddendum debitum à me; ecce quomodo illa maior eſt vera minor autem falſa, & inde ſequitur illud dictamen quod dicit etiam Ocham eſſe verum; licet ſequatur ex vna tantum præmiſſa vera: quia tenect

net Ocham, quòd ad veritatem dictaminis particularis ſufficit quòd ſequatur benè ex dictamine vniuerſali vero, quamuis minor præmiſſa ſit ſpeculatiuè falſa: & ratio eius eſt: quia ex falſo bene poteſt ſequi verum: vt patet hic. Omnis homicida iniuſtus eſt occidendus: ſortes eſt homicida iniuſtus; ergo ſortes eſt occidendus: in caſu quo ſortes ſit verè inocens ſed ſit probatus per teſtes ſufficienter homicida iniuſtus & talis inuincibiliter creditus à iudice: & ſic patet ſecundum Ocham, quòd hæc dictamina, ſortes eſt occidendus, huic mulieri eſt à me reddendum debitum, in caſibus præfatis ſunt vera: quibus cõformantur actus qui ſunt moraliter boni. Sed certè videtur quòd ſi hæc reſponſio valeret, ſequeretur ꝙ etiam ſi ſcirem illam non eſſe meam, licitè illam cognoſcerem: & talis actus tali dictamine conformis eſſet moraliter bonus, vt patet per eandem rationem.

Reſponſio 3. ad 1. arg. TERTIO modo reſpondeo ad primum arg. principale ſecundum Durãd. in 2. diſt. 38. etiã cõceſſa maiore: negatur minor: & ad eius probationem quando dicitur in maiori, quòd vt ſit dictamen rectum & prudentiale requiritur quòd ſit verum; diſtinguo, quòd ſit verum ſpeculatiuè negatur: ſi autem practicè verum conceditur: ſufficit enim adhoc quòd dictamen ſit rectũ & prudẽtiale ꝙ ſit verũ practicè quis ibi ſit falſitas ſpeculatiua inuincibilis: & ratio eſt, quia nulla lex obligat ad omnino incognitum: & cum ibi ſit aliquando obligatio ad tale dictatum ex ignorãtia inuincibili; vt ſupponitur & patet ex dictis. ergo ad impletionem legis ſufficit actus conformis dictamini verò practicè, ideſt, dictanti talem operationem fieri debere, quamuis ibi includatur aliquod ſpeculatiuum falſum. Igitur dictamen cui conformatur ille actus cognitionis Berthæ dicit Durand. quòd non eſt illud quòd dicebat Gerſon & Ocham, huic mulieri eſt reddendum debitum: ſed eſt hoc, ſcilicet, huic mulieri meæ ſeu vxori meę, eſt reddẽdum debitum; quia ibi includitur virtualiter illa propoſitio quæ fuit ſubſumpta pro minori præmiſſa; ſcilicet, hęc mulier eſt mea: quæ propoſitio eſt falſa ſpeculatiuè, ſicut & eſt ſpeculatiua formaliter, ſed virtualiter practica: & practicè eſt vera ex quo ex ipſa cum illa præmiſſa vniuerſali, ſcilicet, cuilibet mulieri ſeu vxori meæ eſt reddendum debitum ſub præcepto aut conſilio vt oportet: infertur iſtud dictamen practicum, ſcilicet, huic vxori meæ vel mulieri meæ eſt à me reddendum debitum, quod eſt & dicitur practicè verum: cui conformatur talis actus.

Quòd autem ſit practicè verum, patet. quia in practicis ſeu moralibus veritas non attenditur pęnes conformitatem ad ita eſſe ſed ad ita debere fieri dictatæ operationis, ſeu ad principium directiuum operationis quod idem eſt. Pro cuius maiori declaratione & probatione nota ſecundum Caiet. 1. 2. q. 57. articulo. 5. quòd cum intellectus practicus conueniat cum ſpeculatiuo in actu cognitionis, & differat in actu directionis ad agibile; ideo differentia practici à ſpeculatiuo attenditur non penes cognoſcere; ſed pœnes dirigere; ſicque veritas intellectus ſpeculatiui conſiſtit in cognoſcendo: practici autem in dirigendo: ex quo ſequitur quòd veritas intellectus ſpeculatiui conſiſtit in hoc quòd cognoſcere adequatur & conformatur rei cognitæ aut ad ita eſſe rei: veritas autem practici, conſiſtit in hoc, quòd dirigere adequatur & cõformatur ſuo principio directiuo, quod ex. 9. Metaphis. eſt rectus appetitus tendens in bonum honeſtum: vel ad ita debere fieri, & ita demum, tunc dictamen practicum eſt verum & rectum quando dictat de opere faciẽdo qualiter debet fieri. faciũt ad hoc, 6. & 7. Ethic. quòd prudentia eſt recta ratio confeſſè ſe habens recto appetitui, vt de hoc latius ſupra. q. 9. & ita patet reſponſio ad 1. arg. ſecundum tres modos doctorum tenentium præfatam propoſitionem; quorum duo, ſ. primus & vltimus magis placent Angeſt. in moralib. cap. 7. in fine: ſed vltimus Durãdi magis placet Almaynat; vero primus ſecundum Gerſon. & Ber. magis mihi placet, & videtur planior ac magis fundamẽtalis; cui & magis conſonat clariſs. Medina de reſtitutione, q. 27. in reſponſione ad 3. arg. nam illa duo dictamina, ſcilicet, huic mulieri eſt reddendum à me debitum; ſecundum modum ſecundũ ipſius Ocham: & illud huic mulieri meæ eſt reddendum à me debitum, ſecundum tertium modũ Durandi ſunt ſimpliciter falſa; ratione ſpeculatiuæ propoſitionis ibi incluſæ virtualiter, ſcilicet, hæc eſt vxor aut mulier mea, vt dictum eſt. inſuper quia vt ſupra diximus in 2. modo niſi amplius addatur certè per eandem rationem ipſius Ochã, quia, videlicet, ſequitur ex vniuerſali vera quãuis ex minore falſa, liceret etiam ſcienti hanc mulierem eſſe alienam eam cognoſcere; eſſetq; verum illud dictamen ſemper & reſpectu cuiuſcunque, quod abſit, igitur ſi illa duo dictamina practicè vera ſunt; id vtiq; non aliũde quàm ratione prędictæ ignorantiæ inuincibilis verificantis ea formaliter ſeu æquiualenter explicando ea ſic: cuilibet mulieri quæ inuincibiliter creditur eſſe mea debeo reddere debitum: ſed hæc mulier inuincibiliter creditur mea; ergo huic mulieri debeo reddere: quæ ęquiualet, huic mulieri quæ inuincibiliter creditur mea debeo reddere, vt ſupra dictum eſt in primo modo ſecundum Gerſon: & ideo videtur quòd ad modum illum reſoluendi ſecundum eum debeant tandem deuenire omnes aliæ ſolutiones Ocham & Durandi ſi habent veritatem.

Secundò arguitur cõtra primam partem propoſitionis, quia ſi ignorantia inuincibilis tollit malitiam moralem; ideo eſt, quia tollit rationẽ volũtarii vt ait ipſa propoſitio. Sed omnis igno- arg. 2.

rantia

rantia tam inuincibilis quàm uincibilis quantum eſt de ſe tollit rationem voluntarii, ſicut & cognitionem reſpectu obiecti & circunſtantiæ diſconuenientis aut viciantis, de quibus habetur talis ignorantia: quamuis aliunde ſit ibi ratio voluntarii atque malitiæ, vt patet ex ſupradictis. q. 16. q. 17. ergo omnis ignorantia vincibilis æque vt inuincibilis, tollit malitiam moralem ab actu cui ineſt. Sed hoc conſequens eſt falſum: ergo & antecedens: non pro minori, ſed pro maiori quæ eſt 1. pars propoſitionis contra quam arguitur. antecedens patet: & conſequentia prima probatur. quia vbicunq; fuerit eadem ratio ſeu cauſa, putà, ignorantia tollens rationem volũtarii, ſimiliter excuſabit aut tollet malitiam moralem inde prouenientem. quòd autem conſequens ſit falſum inde patet, quia fornicatio ex ignorantia vincibili facta non deſinit eſſe mala moraliter atq; culpabilis, vt conſtat etiam ex. q. 20. 21. ſimiliter fornicatio intenta atque commiſſa cum matre, quam ſortes inuincibiliter concomitanter ignorabat eſſe matrem ſuam; credens eſſe aliam mulierem, non excuſat à malitia & culpa inceſtus, vt ſupra. q. 19. dictum eſt.

Reſpondeo ad 2. arg. Reſpondeo negando conſequentiam ſimpliciter; & ſolum concluditur & conceditur, quòd quantum eſt ex ſua parte omnis ignorantia tollit rationem voluntarii ab eo cui ineſt plena. ſecus ſi non ſit plena. ſecus etiam ſi aliunde manet ratio voluntarii vel culpę, vt ſuperius in ipſa propoſitione & eius declaratione dictum eſt.

Dubium. Sed dubitatur vtrum peccata ex ignorantia inuincibili commiſſa ſint dicenda peccata.

Reſpondeo. Reſpondeo quòd ſi talis ignorantia ſit omnino inuincibilis & ex nulla culpa procedens; de qua in hac. q. actum eſt. tũc ſicut tales actus excuſantur à malitia morali; ita formaliter & propriè peccata non ſunt: niſi ſolum materialiter. & ita ſimpliciter & cõmuniter peccata, homicidia, & homicidæ vocantur, ſcilicet, materialiter tantũ; ſicut quando ſcienter fiunt. quia, videlicet, ex genere aut ex natura ſua quò ad ſubſtantiam actus deformitatem habent, ſunt enim contra legem vel contra rectam rationem in ſubiecto obligabili, putà, in homine. & ita in ipſo homine dicuntur vitia non autem in aliis animalibus, quæ ex ſua natura obligari non poſſunt. & in hoc omnes doctores conueniunt.

Si autem ignorantia non omnino inuincibilis ſit; vel ſi ex aliqua culpa procedit; qualis eſt ignorantia culpabiliter ebriorum de qua ſupra. q. 18. dictum eſt: tunc dico talem actum contra legem inde procedentem quamuis non habeat nouam malitiam ſiue demeritum in ſe, ſed in ſua cauſa vt ſæpe diximus, eſſe tamen & dici formaliter peccatum. Quod probatur. primo. quia talis actus, putà, homicidium in ebrietate vel etiam pollutio nocturna in ſomnis; adhuc eſt liber & malus non in ſe ſed in ſua cauſa culpabili. ergo contrahit eandem malitiam formalẽ illius, quia non videtur vnde eam contrahat. antecedens autem conſtat. tum ex. q. 18. præcedente. tum etiam quia ſicut actus exterior vigilantis propriè dicitur malus & culpabilis à ſua cauſa, putà, ab interiori malo actu à quo liberè imperatur: ita & homicidium & pollutio ebrii ſiue dormientis etiã, eſt & dicitur propriè peccatum ab eadem cauſa culpabili à qua procedit, ita quòd eſt vnica ratio peccati à cauſa ad effectum emanans. Si hoc pernegetur quia actua exterior eſt etiam tunc quando ſit in poteſtate operantis: homicidium autem vel pollutio culpabiliter ebrii ſiue dormiẽtis, nec in ſe nec in ſua cauſa quæ iam præteriit quando fiunt non ſunt in poteſtate operantis: quamuis prius in ſua fuerit poteſtate. Sed certè hæc euaſiò non valet, quia id ſolum probat, quòd tunc non eſt peccatum nouum, nouam culpam vel malitiã & demeritum habens diſtinctum, à culpa vel malitia ſuæ cauſæ; ſicut nec vllam libertatem tunc habet diſtinctam ab ea quæ iam præceſsit: quod tamen illa libertas ſicut & malitia ſuæ cauſæ, maneat adhuc non actualiter ſed virtualiter in ſuo effectu, ſicut in actu exteriori; quãuis immediatius in exteriori quàm in actibus ſupradictis: hoc certè rationabiliter negari nõ põt.

Ideo ad idem probandum ſit ſecunda ratio. quia ſicut ſagittam emittens peccat occidendo Platonem. quamuis ad illam emiſsionem mors neceſſario ſequatur: nec enim reuocari poteſt poſtquam emiſſa eſt, & quamuis poſt eius emiſſionem doleat emiſiſſe. ita ergo peccat occidendo, fornicando, aut ſeipſum polluens, is qui culpabiliter ſe inebriauit & fecit aut procurauit, quomodo in ſono vel ebrietate, prædicta mala cõmitteret aut inde ſequerentur. probatur conſequentia. quia ita neceſſario vel naturaliter hæc ſequuntur ad ebrietatẽ vel ſomnum culpabilem, ſicut homicidium ad culpabilem ſagittæ emiſſionem. & ſicut emiſsio ſagittæ fuit in poteſtate emittentis, ita & inebriatio aut dormitio aut alius actus culpabilis, ex quo neceſſario aut naturaliter homicidium aut fornicatio ſiue pollutio ſecuta eſt.

Tertiò probatur idem. quia ſi quis pollutionẽ nunc conſulto procuraret poſt horam in vigilia neceſſario aut naturaliter ſubſecuturam, certè illa eſſet peccatum; licet iam actus libertatis ceſſaſſet & neq; ipſa pollutio in ſe nec ſua cauſa tũc libera eſſet. ergo eadem ratione illa quæ ſit in ſomnis dum in vigilia per ebrietatẽ aut per ſomnum culpabiliter procurata fuit, ſicut & fornicatio mulieris, quæ ſcienter dormiuit vt ſic quaſi neſcia vel ĩpotens reſiſtere ab alio cognoſceret.

Quartò probatur idem. quia niſi talia eſſent mala nunquam eorum procuratio eſſet peccatum neq; ea quis teneretur confiteri, neq; pollutionem nocturnam naturaliter ſequẽtem ex culpabili actu vel volitione in vigilia: ex quo naturaliter

raliter ſequuntur ad actus culpabiles præcedentes: & nec tales actus nec eorum cauſæ, putà volitiones culpabiles quæ præceſſerunt ſunt tunc in hominis poteſtate. & quidem niſi hæc culpam haberent doctores ſancti non iudicarent eſſe impedimentum Euchariſtiæ percipiendæ: ſed ſolam cauſam eorum ex qua procedunt.

Quintò probatur idem quia 3. Ethic. c. 5. habetur q̃ leges duplici pœna puniunt ebrios. igitur actus eorum peccata ſunt quæ puniuntur. id autem non propter libertatem quæ tunc actu nõ eſt, ſed propter præcedentem quæ virtualiter ineſt. ergo ſimiliter pollutio dormientis eadem ratione peccatum eſſe poteſt. & ad idem eſt c. nõ eſt peccatum. diſtin. 6. vbi habetur quòd inceſtus Loth, fuit peccatum quamuis non haberet culpã inceſtus ſed ebrietatis, videlicet, præcedentis ſic qualificatæ vt ſupra. q. 18. dictum eſt. Et nota quòd vt pollutio ſit peccatum vt bene ait Soto vbi infra non ſatis eſt fuiſſe præuiſam: nam licet quis videat inde quòd reſupinus dormit, aut quia iuſtam refectionem capit pollutionis ſibi periculum imminere: non ideo tetur à cena abſtinere aut aliter iacens dormire ſi non ita commodè poteſt: ſed requiritur libidinis cauſa pollutionẽ illam eſſe procuratam vel formaliter vel per applicationem cauſæ vitioſæ vt eſt cogitatio vel crapulæ ingluuies. Nota etiam, quòd ſiquis in vigilia cauſam daret ebrietati aut pollutioni in ſomno futuræ: ſed antequã inebriaretur aut dormiret, ipſum ſui facti debitè peniteret: tũc pollutio aut fornicatio vel homicidium ſubſequens in ſomno vel ebrietate non eſſet peccatum: quia cauſa quatenus erat culpabilis iam ablata eſt, quãuis quatenus erat naturalis quæ nec iam erat in hominis poteſtate remãſerit; & ita effectus ſubſequens cenſetur omnino naturalis. hanc opinionem tenet Henricus in 6. quodlib. q. 18. q. 32. & B. Tho. 1. 2. q. 74. artic. 8. de primis motibus & Adrianus in 4. quodlib. & in 4. ſententiarum. q. de pollutione. & latius Soto in 4. diſtinct. 12. q. 1. art. 7. quamuis palude, diſt. 9. q. 3. & Maioris, ead. diſtin. & Mart. q. de pollutione nocturna: cum quibuſdam aliis propter Argumenta quæ proximè ſoluuntur teneant quòd prædicti actus peccata propriè non ſunt. ad quos accedere videtur B. Tho. in 4. diſtin. 9. art. 4. q. 1. ſed Soto vbi ſupra illum interpretatur vt cum ſupradicta opinione communi & vera conſentiat.

Si igitur contra ſupradictam reſolutionem arguatur, quòd nocturna pollutio aut alius actus in ſomno aut plena ebrietate factus non eſt liber in ſe vt conſtat: neque in ſua cauſa quæ iam tranſiit, & tũc iam in poteſtate dormientis vel ebrii nõ eſt. ergo non eſt propriè peccatum. patet hæc conſequentia ex Auguſt. 1. de libero arbitrio.

Si dicatur quòd ſufficit ad rationem peccati, quòd ſit effectus naturaliter aut neceſſario ſequens, ex peccato.

Contra hoc replicatur q̃ id non ſufficit: quia inde ſequeretur quòd opera potentiæ vegetatiuæ, vt nutritio & augmentatio conceptus & partus adulteræ, quę naturaliter ſequuntur ex culpabili comeſtione & concubitu fornicario ſimiliter eſſent peccata: quod abſit.

Reſpondeo ad arg. negando conſequentiam, ſolum enim concluditur ſicut & conceditur quòd non eſt peccatum habens nouam malitiam & demeritum diſtinctum à malitia ſuæ cauſæ, vt ſupra dictum eſt. *Reſpondeo*

Et ad replicam quòd omnis effectus naturaliter conſequens culpam vel peccatum eſſet peccatum &c. reſpondeo id negando de effectibus omnino naturaliter conſequentibus, qui immediatè per modum imperii in noſtra poteſtate nõ ſunt; quales ſunt nutritio, augmentatio, conceptus, partus, &c. eiuſmodi: quæ ſolum mediatè & antecedenter per applicationem agentium naturalium ſunt in noſtra poteſtate. talis etiam eſt pollutio omnino naturali via proueniens ſine noſtra procuratione. Ea etiam vt ait Soto vbi ſupra, eſt pollutio quæ poſtquam eſt è lumbis decisa vbi actio libera finitur, eſt ex tunc in ſuo motu naturali: ideo ſi tunc dormiens expergefieret, licet illam propter morbi periculum non retineret non cenſetur peccaſſe tanquam in vigilia pollutus. Secus autem de effectibus qui immediatè per modum imperii ſunt in noſtra poteſtate: hi nanque, etiam ſi ex noſtris liberis actibus neceſſariò ſequantur peccata ſunt; vt eſt homicidium ex emiſsione ſagittæ ſequens. & talis eſt pollutio dormientis ab ipſo vigilante formaliter vel interpretatiuè per liberos actus procurata: & homicidium à culpabiliter ebrio; id actu vel debito prouidente commiſſum, vt ſupra probatum eſt. & quamuis tales effectus per alias cauſas liberas vel naturales aliquando impediantur aliquando non: id tamen per accidens eſt: quod proinde nec culpam voluntatis tollit nec apponit: quamuis eam per modum ſequelę augeat vel minuat, vti ſuperius. q. 18. dictum eſt.

QVÆSTIO VIGESIMAQVARTA.

VTRVM IGNORANTIA mutet ſpeciem peccati vel actus, videlicet vtrùm ſit eiuſdem ſpeciei ineſſe moris peccatum ex ignorãtia, cuius eſſet ſi fieret ſcienter.

RESPONDEO per. 4. propoſitiones ſuppoſitis duobus notabilibus ſuprapoſitis in quæſtione. 23. præcedente.

PRIMA propoſitio eſt. Actus ex inuincibili ignorantia quacũque, ſiue iuris ſiue facti præcedente aut concomitante, qui ratione talis ignorantiæ non habet mali-

malitiam ſiue bonitatem moralem quam haberet ſi fieret ſcienter; non eſt eiuſdem ſpeciei moralis cuius eſſet ſi ſciēter fieret. Probatur. quia ſi ratione dictæ ignorantiæ mutatur talis actus de genere in genus moris, ſ. de malo in bono vel è contra: quia illa poſitiua actus non eſt peccatū & ea ablata eſt peccatum. ergo à fortiori de ſpecie in aliam ſpeciem moris. conſequentia eſt bona; quia omne quod mutat genus mutat etiā ſpeciem. putà, non eſt animal. ergo nō eſt homo nec equus &c. Antecedens autem probatur ex ſupradictis in q. 17. 18. 19. 23. vbi latius agitur quomodo inuincibilis ignorantia malitiam moralem tollit.

Si autem quæratur, cuius ergo ſpeciei moralis erit talis actus. reſpondeo quòd eiuſdem ſpeciei quò ad formale cuius eſt actus elicitus à quo imperatur. Nā quò ad materiale proximè dicetur. exempli gratia. Coitus Iacob cum Lya Gen. 29. fuit moraliter bonus illius ſpeciei iuſtitiæ ſcilicet, vel caſtitatis coniugalis qua voluit ſuam cognoſcere vel ei debitum reddere ſicut volitio imperans erat. Occiſio autem qua ſortes occidit Platonem inimicum inuincibiliter creditum eſſe feram fuit actus quò ad formale indifferens ſicut & volitio imperans qua tunc feram occidere intendebat. Homicidium autem vel inceſtus cōmiſſus à culpabiliter ebrio eſt moraliter quò ad formale ſpecie ebrietatis periculoſæ. Comeſtio autem Platonis imperata à volitione comedendi contra præceptum tunc etiam ſi eſſet dies ieiunii quem tamen ignorabat diem eſſe ieiunii, eſt moraliter mala ſpecici gulæ cuius eſt ſua uolitio illam commeſtionem imperans. & ſic de ſimilibus proportionabiliter dicendum eſt. Quò ad materiale verò ratione dictæ ignorantiæ, non mutatur ſpecies etiam moralis ipſius actus vel peccati, quia materialiter ſunt, dicunturq; mali actus ſiue peccata eiuſdem ſpeciei: putà homicidium, fornicatio & huiuſmodi, ac ſi ſcienter fierent; quamuis non formaliter nec imputabiliter, vt ſupra. q. 23. in fine ī dubio ibi poſito latius habetur.

Actus igitur omnino ebriorum, amentium, & dormientium culpabiliter procedentes ex culpa præterita, dico quòd in ſe & propriè quò ad formale non ſunt alicuius ſpeciei moralis; ſicut nec in ſe propriè ſunt boni vel mali moraliter; ſed neq; indifferentes: ex quo non ſunt vllo modo pro tunc liberi aut deliberati. Sed ſicut in ſua cauſa, & à malititia ſuæ cauſæ tantum ſunt & denominatiuè dicuntur voluntarii & boni vel mali moraliter. Sic etiam reductiuè tantum ſunt ſpecici ſuæ cauſæ ſic circunſtantiatæ aut per modū circunſtantiæ quid ſignificantis effectum ſequelæ aut euentus. Materialiter autem ſunt iuſdem ſpeciei cuius eſſent ſcienter facti, vt ſupra. & q. 18. dictum eſt.

Coroll. Ex hoc ſequitur vlterius quòd primum peccatum, putà ebrietas plus minuit de ſecundo, putà de homicidio vel de Blaſphemia Dei quam ſit grauitas primi. exēpli gratia. Si. n. ebrietas ſic circunſtantionata in tota ſua latitudine ad plus eſt grauitatis vt duo, & homicidium vt decem: tam ex hoc quòd homicidum diſtrahitur à ſua ſpecie, conſequenter diſtrahitur à ſua grauitate. & quia reducitur ad ſpeciē ebrietatis reducetur quoq; ad grauitatem eius, affectę tamen tali circunſtantia valde aggrauante. & ſic reducitur ad grauitatem non excedentem duo vel tria: at per hoc plus minuetur homicidium de propria grauitate ab ebrietate ſic circunſtantionata; quàm ſit grauitas ebrietatis. translatum enim de gradibus grauitatis vt decem ad duos gradus, longe plus diminutum eſt quàm in duobus qui ſunt gradus ebrietatis præfatæ. Et his conſonat Auguſt. lib. 22. contra fauſtum dicens quòd Loth culpandus eſt non quantum ille inceſtus ſed quantum ebrietas meruit; videlicet ſic circunſtantionata, quoniam inceſtus non niſi in ſua cauſa ebrietatis præfatæ culpabilis eſſe potuit. cōſonat etiam B. Th. 1. 2. q. 76. art. 4. in reſponſione ad 2. arg. dicens quòd etiam in peccatis coeuntibus in vnum peccatum additum altero non ſemper facit maius intenſiuè: quia contingit primum peccatum plus minuere de ſecundo quàm ſit grauitas primi, vt dictum eſt de ebrietate & homicidio. Per hoc inſinuat ipſe B. Tho. ambo in vnum peccatum coire, & ſecundum eſſe circunſtantiam, ſcilicet effectū primi vt dictum eſt. & conſonat eius dictis. 1. 2. q. 72. art. 9. & ibi Caieta. de ſpecie peccatorum ex fine ſeu obiecto intento. Ideo ſi B. Th. videtur alicubi aliter dicere eſt ſano modo intelligendus ſecūdum prędicta. Nam quod in 1. 2. q. 76. art. 3. & alibi ſæpe dicit, in ebrio duo peccata inueniri; ſcilicet ebrietatem & peccatum homicidii ſequētis intelligendum eſt materialiter; ita quod ſunt duo actus mali & ſecundum ſe duo peccata extenſiuè: non autem quòd in hoc ſunt duo peccata formaliter: ſed alterum vel ſecundum trāſit in circunſtantiam primi. Cum prædictis omnibus concordat Caiet. 1. 2. q. 76. art. 4. quamuis ibi videatur dicere quòd tale homicidium habet nouam culpam & malitiam moralem de ſe & in ſe diſtinctam à malitia ſuæ cauſæ vt ſupra. q. 18. maximè in coroll. 1. dictum & improbatum eſt. & ſic patet præfata prima propoſitio ad quam etiam reducitur ignorantia probabilis iuris poſitiui humani & etiam facti, vt patet ex ſupradictis. q. 22. q. 23.

Secunda propoſitio. Ignorantia vincibilis iuris naturalis: vel eorum quæ per ſe mala ſunt, non tollit ſpeciem moralem ſicut nec culpam ab actu cui ineſt: ſed talis actus eſt eiuſdem ſpecici cuius eſſet ſi ſcienter ſine tali ignorantia fieret. Probatur. quia ſpecies peccati quò ad eſſe morale ſumitur ex obiecto formaliter per ſe & directè intento, contra legem ſeu dictamen exiſtens aut debitum exiſtere: ita quòd omnes actus circa idē propoſ. 2.

obie-

obiectum formaliter per ſe & directè intentum, contra legem ſeu dictamen exiſtens aut debitum exiſtere; ſunt eiuſdem ſpeciei. dico contra dictamen exiſtẽs aut debitum exiſtere: vt per hoc excludantur actus ex ignorantia inuincibili vt in 1. propoſitione dictum eſt. ſed actus ex ignorantia vincibili iuris præfati, tantum producti ſunt voluntarii æque directè per ſe & formaliter circa idem obiectum, ac ſi eſſent ſcienter ſine tali ignorantia producti: & ſunt contra dictamen debitum exiſtere. ergo. conſequẽtia patet: & maior probatur ſecundum Caiet. 1. 2. q. 76. artic. 4. quia illa ſunt quę requiruntur ad conſtituendum actum aliquem alicuius ſpeciei ex parte obiecti ſecundum Tho. 1. 2. q. 72. 73 vbi de his latè. minor etiam probatur quia reſpectu obiecti nulla eſt ignorantia, vt ſupponitur. quòd de ſola vincibili iuris naturalis ignorãtia loquimur. ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. Et confirmatur. quia gentiles vincibiliter ignorantes fornicationem ſimplicẽ eſſe peccatum, certè æquè voluntariè conſentiebant in actu cognitionis mulieris non ſuæ, & per conſequens in actum fornicationis; acſi ſcirent eſſe prohibitum & peccatum. quia ſpecies fornicationis ſumitur non ex hac vel illa lege prohibẽte; aut ex tali vel tali cognitione eius: ſed ex obiecto, ſcilicet ex voluntario vſu mulieris cognitæ non ſuæ. quamuis fortè aliqui eorum ſi ſciuiſſent ius aut eſſe peccatum non feciſſent: & ſic aliquomodo per accidens, in actum illum fornicationis ex parte contrarietatis ad virtutem & legem ignoratam, cõſenſerunt: directè autem per ſe & formaliter ex parte obiecti; à quo trahitur ſpecies peccati ſeu mali moraliter, vt dictum eſt. Similiter hoc modo Paulus conſenſit in mortem Stephani confitentis Chriſtum; & fuit homicida: ac ſi ſine tali ignorantia id feciſſet: licet ratione ignorantiæ minueretur grauitas peccati: quia à morte innocentis cogniti actu vel debito ſumitur ſpecies peccati homicidii: quamuis non niſi per accidens conſenſit in contrarietatem legis ignoratæ. & per conſequens: in contrarietatem virtutis intrinſecam illi actui: quam contrarietatem, ſi cognouiſſet adeſſe, non cõſenſiſſet. & ſimile eſt de aliis eiuſmodi.

Argum. Quòd ſi contra hoc arguatur: quòd voluntas nunquam per ſe directè & formaliter, ſed ſolum per accidens indirectè & interpretatiuè fertur in peccatum quod vincibiliter ignoratur eſſe peccatum, vt hoc etiam ait B. Th. 1. 2. q. 76. art. 4. huiuſmodi autem eſt fornicatio facta ab ignorante vincibiliter ius naturale prohibens acceſſum ad non ſuam. tunc enim non cognoſcit eſſe peccatũ licet ſciat ſe accedere ad non ſuam. ergo per accidens & interpretatiuè tantum eſt volita fornicatio ſeu peccatum illud fornicationis. eſſet autem per ſe volitum ſi ſciretur eſſe peccatum & ius prohibens illud, & ergo per accidens fertur voluntas in ſpeciem peccati fornicationis: & non eſt eiuſdem ſpeciei fornicationis directè & per ſe, ſed ſolum per accidens & reductiuè cum fornicatione commiſſa à ſciente prædictum ius.

Reſpondeo. Reſpondeo ſecundum Caietanum. 1. 2. q. 76. artic. 4. concedendo conſequentiam primam & antecedẽs eius, pro quanto dicitur quòd per accidens tantum eſt volitum peccatum illud fornicationis formaliter loquendo; ideſt, inquantum peccatum. negatur autem ipſa conſequentia & antecedens, pro quanto dicitur quòd per accidẽs tantum eſt volita fornicatio vel accedere ad non ſuam. ſimiliter negatur alia conſequentia quòd ergo per accidens voluntas fertur in ſpeciem peccati fornicationis: & quòd non eſt eiuſdem ſpeciei directè & per ſe. multum enim differũt hæc tria. Nam aliud eſt peccatum fornicationis; aliud fornicatio; aliud ſpecies peccati fornicationis. nam peccatum cùm formaliter ex propria peccati ratione exigat contrarietatem ad legem ſeu rationẽ, vt patet ex diffinitione Auguſt. ideo tunc tantũ eſt directè & per ſe volitũ ipſum peccatum, cum ipſe actus peccati cognitus contrarius legi eſt per ſe directéq; volitus, ita quòd non ſit per ſe volitus actus qui eſt contrarius, ſed actus contrarius ſeu cognitus contrarius legi & virtuti. & ſic vult illum & peccatum formaliter. ignorans autem vincibiliter legẽ voluntariè quidem & directè & per ſe fertur in actum illum qui eſt contrarius legi, putà in fornicationẽ: per accidens autem fertur in contrarium actum legi, putà in pecatum. & inde conſtat quòd per ſe fertur in obiectum vnde pecatum ſumit ſuam ſpeciem. ſpecies enim peccati vt dictum eſt: non ſumitur ex cõtrarietate ad hanc vel illam legem, ſed ex obiecto. ideo B. Th. 1. 2. q. 72. art. 9. dicit cautè quòd ſpecies peccati ſumuur ex obiecto per ſe intento: non autem ex contrarietate ad legem: ſicut nec ſpecies albi ſumitur ex contrarietate ad nigrum, ſed ex abundantia lucis in ſe. Et nota, ꝙ non loquor de auerſione quę ſequitur ſpeciem peccati: quia illa per accidens etiã à ſcienter peccãtibus eſt volita: ſed de conuerſione ad bonum creatũ ſecundum quam ſumitur ſpecies peccati & contrarietas ſpecifica ad virtutem. & ſic loquor hic de cõtrarietate intrinſeca ipſi peccato, quia eſt actus contrarius virtuti. hæc enim à ſciẽter peccante eſt directè & per ſe volita, ab ignoranter autem peccante eſt volita per accidẽs tripliciter. Primò ex parte actus, quia ſcilicet eſt volita ad volitionem actus. Secũdo ex parte ignorantiæ voluntariæ, quia ſcilicet in ipſa volita, ſunt etiam voliti omnes eius effectus: quorum vnus eſt incurrere in hoc contrarium: ſicut qui oculis velatis vult ambulare, iam neceſſario vult in ſua cauſa quicquid mali inde ſequi natum eſt. vnde ſi impinguit in lęſiuum aliquod, voluntariè impingit voluntate, ſcilicet antecedente ſuæ cauſæ, putà voluntarię velationis oculorum ſeu velati inceſſus. Tertio ex parte accidentalitatis in

ipſa

ipſa ignorantia, & hoc quoad illos qui neſciunt ſe ignorare, qui ſi ſcirent ſe eſſe ignorantes; darent operam vt ſcirent: in iſtis enim, etiam ipſum ignorantiæ peccatnm, eſt voluntarium per accidens; ſicut accidit in Paulo Apoſtolo. Hæc Caiet. Igitur patet, quòd vt aliquid ſit in ſe, & per ſe directè & formaliter volitum à quo tanquam ab obiecto ſumatur ſpecies peccati: ſufficit quòd tale quid, ſit cognitum & volitum per ſe & directè quò ad ipſum factum: quamuis ignoretur culpabiliter quòd tale volitum habeat contrarietatem ad legem ſeu ad aliud; aut quòd debeat illud ſic velle aut non: quia hoc per accidens ſe habet ad illam rem eſſe per ſe formaliter & directè volitam: vt patet. ſi quis cognoſcat clarè albedinem ex ſua ratione intrinſeca, ſine hoc quòd cognoſcat eius habitudinem ſeu contrarietatem ad nigredinem: certè albedo eſſet directa per ſe & formaliter cognita & volita: modo teneatur conſiderare aut velle aut nolle nigredinem modo non: hoc enim eſt impertinens ad talem albedinis directam per ſe & formalem cognitionem & volitionem; quamuis ſit pertinens ad perfectã ſeu culpabilem cognitionem ſeu volitionem eius, vt dictum eſt.

propoſitio. 3. Tertia propoſitio. Peccata ex ignorantia vincibili ſolius iuris poſitiui, Diuini, vel humani ſunt etiam eiuſdem ſpeciei, licet non tantæ grauitatis ac ſi ſcienter fierent. Hæc propoſitio eſt contra Caiet. 1.2.q.77. artic.4. qui ait. quòd ſi talis ignorantia velat obiectum illius actus ſeu peccati: tunc non eſt eiuſdem ſpeciei cnius eſſet ſcienter factum. Si autem non velat obiectum ſed ſolum contrarietatem ad legem illam cuius eſt ipſa ignorantia: tunc eſt eiuſdem ſpeciei cuius eſſet ipſum peccatum ſcienter factum. Hæc ille. In hac vltima parte nobis cum illo ſatis conſtat per eandem rationẽ quæ locum habet in ignorantia vincibili iuris cuiuſcunque. At vero quò ad primam partem, vbi ait quòd iuris poſitiui ignorantia vincibilis velat obiectum, ab illo omnino diſſentio. neque enim talis diſtinctio aut differentia ponenda eſt, ſed generaliter dicendum eſt vt ait 3. propoſitio. quòd nulla ignorantia vincibilis iuris cuiuſcunq; velat obiectum quamuis vellet cõtrarietatem eius ad legem. Nam licet ratione illius ignoretur obiectum eſſe prohibitum & contrarium legi: non tamen ignoratur ipſum obiectum formale, ſicut nec lex ipſum conſtituit in ſuo eſſe formali, ſed ineſſe prohibito per illam legem, quæ illud iam comprehendit: Nam vti ſupponitur nulla ibi ignorãtia facti eſt. vt latius hoc conſtare poteſt ex ſupradictis in 2. propoſitione præcedẽte. Si dicas, quòd ergo peccata ex ignorantia inuincibili iuris, eſſent eiuſdem ſpeciei cuius eſſent ſcienter facta; ex quo ſunt circa idem obiectum quod per dictam ignorantiam non velatur: cuius tamen oppoſitum dictum eſt ſupra propoſitione prima. Reſpondeo negando ſequelam: quia licet ſint circa idem obiectum non velatum per dictam ignorantiam: tamen ex quo nõ ſunt contra legem aut dictamen obligatorium, pro tunc exiſtens aut exiſtere debens; iam ſunt extra genus peccati, ſeu culpæ imputabilis: & per conſequens extra ſpeciem moralem peccati. Quod verò dicit Caiet. quòd ſcilicet ex ignoto per negligentiam non ſumitur ſpecies: id ſolum eſt verum de obiecto ignoto vincibiliter, vt in 4. propoſitione ſequente habetur, & id tantum voluit B. Th. vbi ſupra allegatur. ſecus de ignorãtia iuris viucibili vt dictum eſt.

Quarta propoſitio. Peccata ex vincibili ignorantia facti, craſſa ſeu ſupina, non ſunt eiuſdem ſpeciei directè cuius eſſent ſi ſcienter fierent: ſed ſpectant per modum circũſtantiæ ad ſpecies peccatorum directè volitorum à quibus talia peccata cauſantur: indirectè autẽ & ſimpliciter ſunt & dicuntur eſſe illius ſpeciei cuius eſſent ſcienter facta. propoſ. 4. Iſta propoſitio habet tres partes cuius prima eſt. exempli gratia. cùm Sortes vacans venationi occidit hominem æſtimans eſſe ceruum ex non plena circunſpectione facti & circunſtantiarum loci: quod tale homicidium directè non eſt ſpeciei homicidii cuius eſſet ſi ſciẽter fieret: quia ab intentis obiecris per ſe non per accidens ſpecificantur actus morales: ſed tale homicidium non eſt intentum per ſe directè & formaliter: quamuis aliquomodò voluntarium ſit ergo. Maior ſupponitur ſecundum B. Th. 1.2.q.72. artic.9.q.76. art.4. & q.18. & ſecundum cõmuniter doctores, minor autem probatur. quia vt ſit directè & per ſe intentum plus requiritur quàm eſſe voluntarium, vt latè dicit Caiet. 1.2.q.76. art.3. ad ſecundum & vbi ſupra: multa enim ſunt voluntaria mala in vnoq peccato: vnum tamen eorum dũtaxat eſt finaliter intentum directè & per ſe; vt patet. qnia in procuratione adulterii eſt auerſio à lege Dei, & ratione, & ſuaſio mortis & peccati alterius, nocumẽtum ſeu iniuria Mariti, nocumẽtum pœnę æternæ & ſæpe periculum vitæ temporalis & honoris, & tandem appetitus delectabilis alienæ vxoris; & tamen ab hoc vltimo tantum quod eſt per ſe intentum directè ſpecificatur actus adulterii: reliqua autem, etiam ſi volita ſint, tamẽ ab hac intentione excluduntur: ex quo non ſunt volita per ſe & directè; vt patet. Sed iſta peccata homicidii & huiuſmodi quæ ſequuntur ex pręfata ignorantia facti vincibili, licet ſint voluntaria in ſuis cauſis; non tamen in ſeipſis: & ſic non ſunt per ſe & directè volita: neq; intenta; ſed ſolum indirectè conſecutiuè & per accidens; ſicut & volita ſunt interpretatiuè. ergo talia peccata non ſunt propriè per ſe directè ſpeciei illius ac ſi eſſent intenta: modo ſint actus eliciti modo imperati. Ex quibus patet differentia velaminis inter peccata ex vincibili ignorantia iuris de quibus egit. 2. & 3. propoſitio ſupraposita; & peccata ex vincibili ignorantia facti: quia in illis ignorantia

rantia

rantia non velat obiectum ſed contrarietatem ad legem ſeu virtutem : in iſtis autem ignorantia velat obiectum ipſum: & ideo illa ſunt reſpectu obiecti per ſe intenti, & per conſequens eiuſdem ſpeciei per ſe & directè, ac ſi ſcienter fierēt: iſta autem non, vt dictum eſt.

2. pars. Secunda pars propoſitionis, ſed ſpectant per modum circunſtantiæ &c. ita quòd tale peccatum homicidii in caſu præfato, reducitur non ſimpliciter ſed per modum circunſtantiæ, nocumenti ſeu euentus ſequelæ debitæ præuideri aggrauantis ſpeciem ſuæ cauſæ, videlicet ad ſpeciem peccati venationis periculoſæ à qua ortum habet; eo modo quo dictum eſt latius ſupra quæſtione 18. in ſecunda parte propoſitionis : & ex dictis ibidem patet probatio huius partis. Neque ex hoc ſequitur quòd illa venatio fiat de bona mala, propter circunſtantiam euentus poſtea ſequentis, & huiuſmodi ignotarum conditionum : ſed quod fiat de mala peior aliquo modo eſſentialiter, licet non intenſiuè : aliquo etiam modo accidentaliter extenſiuè. Nam ſagittans improuidè facit actum moraliter malum, etiam ſi nullum contingat lædi : quia illa ſagittatio eſt actus voluntarius periculoſus, quæ debet fieri vbi, quando, quomodo &c. quæ non ſeruantur ab improuidè ſagittante. quando ergo contingit aliquem lædi : tunc talis læſio ſecuta aggrauat actum iam malum eo modò quo dictum eſt, ſcilicet accidētaliter extenſiuè, vt etiam ait Tho. prima ſecundæ quæſtione 73. eodem modo cùm quis verba detractoria non animo detrahendi ſed ocioſè dicit, ignorans vincibiliter & improuidè talia verba eſſe detractoria ſiue læſiua famæ alterius : tunc læſio famæ ſequens non ſpecificat directè illum actum, ſed aggrauat vt circunſtantia euentus debiti prouideri; obligatq; ad reſtitutionem, ratione illius læſionis iniuſtæ ſubſecutæ. Similiter ſi quis ex ignorantia præfata vincibili abſoluit à quo non poteſt, non eſt directè reus ſacrilegii; ſed improuidi ſeu ignorati culpabiliter actus propriè loquendo quò ad moralem ſpeciem eius; ſecus quò ad pœnas iuris humani, putà quò ad irregularitatem, de quibus infra q. 26. 27. latius habetur.

3. pars. Tertia pars propoſitionis, ſcilicet indirectè autem & ſimpliciter &c. ita quòd tale homicidium ex venatione incircunſpecta factum in caſu ſupradicto, quamuis directe non ſit ſpeciei homicidii : tamen ſimpliciter loquendo dicendum eſt quòd eſt homicidium & ſpeciei homicidii. quia ſecundum Caiet. prima ſecūdæ. q. 76. art. 4. velamen ignorantiæ facti, quod tenetur iſte ſcire nunc, quia eſt voluntarium aliquo modo. ſ. intēperatiuè, iam facit illud homicidiū eſſe aliquo modo voluntarium & intentū: & ſic voluntas velati actus reducit actū ipſum qui materialiter eſt homicidium, ad naturā ſuę formę ſpecificę homicidii: ſicq; reductiuè eſt homicidiū : & ideo ſimpliciter dicendum eſt illud homicidium eſſe ſpeciei homicidii vt dictum eſt. Quod probatur dupliciter. quia quod aliquo modo eſt ſpeciei homicidii, ſimpliciter dicendum eſt, & non negandum abſolutè eſſe illius ſpeciei : alioqui argueretur negatiuè à particulari ad vniuerſale: ſicut qui argueret, hoc non fit illo modo aut illa via, ergo ſimpliciter non fit, aut nulla via & nullo modò fit. Item ſecundò, quis tam in iure humano quàm Diuinis literis tales peccantes ex vincibili ignorantia facti vocantur homicidæ, detractores, & ſcandalizatores, & huiuſmodi nominibus ſpecierum ac ſi ſcienter facerent, ergo licet non per ſe & directè, tamen quia aliquo modo, ſcilicet reductiuè vt dictum eſt ſunt talium ſpecierum : ſequitur quòd abſolutè & ſimpliciter ſic cenſeri & dici debent. Nota tamen ſecundum Caietanum vbi ſupra & Martinum de temperantia quæſtione prima de ebrietate in reſponſione ad nonum argumentum contra ſecundam partem octauæ concluſionis ibidem; quòd tam leuis poteſt eſſe culpa negligentiæ ſciendi quòd non reduceret actum ad propriam ſuam ſpeciem ſaltem perfectè & mortaliter, vt patet in eo qui ex leuiſsima culpa negligentiæ, quam etiam facilè poſſet vincere & tollere talem ignorantiam in diſcernendo vina; vel in ſumendo vltra ſufficientiam, ſic ignoranter inebriatus eſt: quia tunc illa ebrietas non redit ad naturam perfectam ſuę ſpeciei, ſcilicet ebrietatis : neque peccat mortaliter : quia non tenebatur ſub mortali tollere, illam leuiſsimam negligentiam : attentis omnibus circunſtantiis, vt ſupponitur. & ſic de ſimilibus ſecundum ſubiectam materiam dicēdum eſt, vti ſuperius q. 18. latius habetur.

Sed dubitatur vtrum ignorantia quæ ſecundum ſe eſt peccatum veniale, excuſet peccatum ex ea ſequens à malitia mortali : & vtrum ignorantia mortalis leuioris ordinis excuſet ſequens à mortali grauioris ordinis. vel ſecundo è conuerſo, an mortale peccatum ſequens ex ignorantia veniali faciat illam mortalem: & vtrum mortale grauioris ordinis aggrauet ignorātiam mortalem trahendo illam ad grauiorem ordinem. Dubium.

Reſpondeo ad hæc omnia ſimul ſecundum Caietanum prima ſecundæ quæſtione 76. art. 4. quòd vt patet ex ſupradictis, quando ignorantia ſic qualificata non aufert propriam & perfectam ſpeciem à peccato deliberato, quod ex illa fit: tūc ex conſequenti non aufert id quod ex propria ſpecie ſibi vendicat, ſcilicet eſſe mortale & grauioris ordinis; ideo quæ ſunt ſecundum ſe mortalia & deliberatè fiunt quamuis ex ignorantia; non deſinunt eſſe mortalia vt ſi ſcienter facta eſſent. quando verò ignorantia talis eſt, quòd diſtrahit ſequens peccatum, aut ſpeciem alterius peccati, putà ebrietatis vel venationis non Reſpon.

diſcretiſsimæ: tunc quia peccatum ſequens non ſortitur iam propriam ſpeciem, quantumcunque ſecundum ſe eſſet mortale aut grauioris ordinis; non facit actum vel ignorantiam illam ex veniali mortalem, nec ex mortali leuioris ordinis mortalem grauioris ordinis, quamuis aggrauet, vt circunſtantia. ita quòd nec ille effectus, putà homicidium habet maiorem grauitatem ſpecificam quàm ſua cauſa ſic qualificata: nec è conuerſo ſua cauſa aggrauatur ſpecificè à grauitate illius effectus. Et ratio horum eſt, quia circunſtantia nõ habens propriam ſpeciem nunquam aggrauat in infinitum neque transfert in proprium ordinem, vt latius de hoc ipſe Caietanus agit ſecundum Tho. prima ſecundæ quæſtione 88. art. 5. & 6. vnde ſi ebrietas vel incircunſpecta venatio, eſt ſolum venialis attentis omnibus circũſtantiis & aliis conſiderandis: tunc non facit quòd homicidium inde ſequens ſit mortale; & ſi illa ebrietas vel venatio ſint peccata leuioris ordinis quàm homicidium: non trahentur in ordinem grauitatis homicidii, quamuis ex tali effectu vel euentu aggrauentur. Et notanter dictum eſt ſi ignorantia aut ebrietas ſic qualificata aut circunſtantionata, ſunt peccata leuiora, quod ideo dicitur, quia ignorantia de ſe venialis, aut ebrietas poteſt eſſe mortalis ratione circunſtantiæ quam tunc ſub mortali homo ille præuidere tenetur, vt de hoc ſuperius quæſt. 18. latè dictum eſt. De hoc etiam ſupra quæſt. 6. propoſitione prima videatur.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA.

VTRVM INVINCIBILIS ignorantia pœnæ duntaxat, excuſet à culpa.

Propoſitio. RESPONDEO. Omnis ignorantia ſolius ſequelæ ſeu pœnæ legis, non excuſat ipſum peccatum, à culpa & pœna illius legis pro illo peccato commiſſo contra talem legem cognitam, ſeu vincibiliter & culpabiliter ignoratam. Declaratur iſta propoſitio. quia non loquitur quando ignoratur lex vel factum quod agitur contra legem, & homo ſcit ſe malè agere: ſed ſolum quãdo ignorat pœnam illius legis pro tali facto. Exempli gratia. Si quis ſcit quòd intrans monaſteria S. Claræ facit contra legem Eccleſiæ id prohibentis, & tamen ignorat etiam inuincibiliter eſſe excommunicationem ipſo facto inflictam intrantibus: quam pœnam ſi ſciret certè non intraret: dicit hæc propoſitio, quòd talis ſi intrat non excuſatur ab illa pœna excommunicationis incurrenda, pro illo ingreſſu contra illam legem Eccleſiæ contra quam ſcienter peccauit, quantumcunq; ignoret talem pœnam ipſius legis. Et ratio eſt, quia qui incurrit peccatum incurrit reatum eius & obligationem ad pœnam pro illa culpa. quia eo ipſo quo quis efficitur peccator, efficitur etiam reus pœnæ debitæ pro illo peccato: hoc enim importat peccatum, ſcilicet actum contra legem & dignitatem, vel reatum, ſeu obligationem & imputabilitatem ad pœnam. ergo ſufficit cognitio peccati & non requiritur cognitio pœnæ debitæ in particulari, ad hoc quòd fiat obligatus illi pœnæ.

Item ſecundò idem patet ſecundum communiter doctores, quia qui ſcit Eccleſiam prohibere percuſsionem clerici: & tamen ſcienter percutit: certè incurrit excommunicationem quãuis inuincibiliter ignoret talem pœnam impoſitam percuſſoribus. Similiter qui inceſtum ſciẽter committit ſciens prohibitum ab Eccleſia, etiã incurrit pœnam non exigendi debitum vel non contrahendi, & alias pœnas Eccleſiaſticas propropter id inflictas, etiã ſi inuincibiliter eas ignoret, & ad hoc eſt cap. cum illorum. de ſentẽ. excommu. vt etiam dicit Driedon. de liberta. Chriſtiana lib. 2. cap. 10. quia & ſciens ſe excommunicatum incidit irregularitatem ſi ſic miniſtrat vel ordinatur etiam ſi ignoret ſe incurrere irregularitatem. Similiter tertiò, qui contra legem naturalem & Diuinam in lege naturæ peccabant mortaliter, etiam incurrebant pœnam inferni etiã ſi de tali pœna nulla eis reuelatio facta fuiſſet, vt patet Rom. 10. vbi tales de mortali & pœna infernali damnantur; & hæc eſt opinio communis & ſententia vera: & oppoſitum dicere eſt error; vt etiam Gabriel tangit in 2. diſtinctio. 22. quæſt. 2. concluſio 5. & 6. & in 3. diſtinctione 37. quæſtione 1. notabil. primo. Ex quo patet ꝙ, vt etiam refert & tenet Gerſon vbi infra, Durandus dicens quòd ſi homini non fuiſſet facta vlla reuelatio de ſua beatificatione aut damnatione ſuper naturali & æterna, non incurriſſet peccatum mortale faciens ipſum reum damnationis æternæ. hoc dictum eius vel eſt piè interpretandum ſano modo ſi poteſt; vel potius eſt facilè refellendum: neque enim habet veritatem de lege poſita, neque de lege poſsibili: quamuis Gerſon tertia part. ſum. lect. 2. de vita ſpirituali dicat quòd de lege iam ſtatuta habet veritatem nõ autem de poſsibili. quod certè non probat: immo ex dictis probatur oppoſitum de lege poſita: nam non dubitatur de poſsibili quam Deus ſtatuere poteſt. Nam nulla legitur reuelatio facta de pœna æterno in lege naturæ ſaltem pro aliquo tempore ſeu apud aliquos: & tamen tunc apud eos aliquod fuit mortale, vt patet Rom. 1.

Si dicatur quòd licet non legatur, tamen fuit aliqua reuelatio de pœna æterna: ecce replicatur probando, ꝙ etiam ſi nulla fuiſſet reuelatio *Replica.*

erat

erat aliquod mortale obligans ad pœnam æternam. Primò ex ratione ſuprapoſita in probatione ꝓpoſitionis. Item ſecundò quia non ideo eſt peccatum tale quia quis obligatur ad talem pœnam: ſed potius è contra ideo obligatur ad talem pœnam vel eſt dignus illa quia tale peccatum commiſit. Nam pœna ſeu obligatio aut dignitas ad talem pœnam potius ſequitur & non præcedit ipſum peccatum, aut qualitatem eius: licet à pœna denominetur peccatum mortale vel veniale; ſicut ſæpe cauſa denominatur ab effectu ſuo. Item tertiò quia vt quis obligetur ad aliquid non oportet quòd ei notificetur in particulari præmium vel pœna hæc vel illa: ſed ſufficit inconfuſo ſeu in generali ſe ex tali opere reportaturum præmium vel pœnam aliquam magnam vel paruam, etiam ſi omnes eius conditiones ignoret: vt patet. quia iuſtè homo præcipit ſubdito ſub præmio vel pœna, ſic inconfuſo ſine ſpeciali conditionum notificatione. Item quartò, quia alias ſequeretur quod eodem modo quilibet peccator nunquam peccaret niſi ſciret omnem pœnam quam propter tale peccatum incurrit, quod tamen eſt manifeſtè falſum: nam omnis ferè peccator incurrit aliquam pœnam quam ignorat. vnde & dicitur 3. Ethic. quòd omnis malus eſt ignorans. Nam ſunt multæ pœnæ contractæ & etiam inflictæ quæ conſequuntur peccatum ipſum: quas omnes non cognoſcit, ſed neque poteſt ſemper & plenè cognoſcere peccator in hac vita dum peccat. Item quintò quia vt aliquod peccatum ſit in ſe dignum pœna æterna non requiritur quòd cognoſcatur quòd eſt mortale. vt patet etiam nunc. quia aliquis aliquando peccat mortaliter qui nec certò ſcit, nec poteſt ſcire certitudinaliter an tale ſit mortale an ſolum veniale: quod non poteſt negari cum id experientia probetur: ſicut quòd ſæpe neſcit homo ſe eſſe in ſtatu gratiæ. ergo non requiritur cognitio pœnæ æternæ ſtante lege ad hoc quòd quis grauiſsimè peccet contra Dei legem aut contra rōnem, quod hic vocamus peccatum mortale, quod. ſ. eſt dignum morte æterna: ſed ſolum ſufficit quòd cognoſcat ſe peccare grauiſsimè & dignum graui punitione cognita illi ſuperiori qui debet iudicare & punire tale peccatum. Poteſt etiam Deus eam legem ſtatuere peccatoremq́; damnare pœna æterna etiā ſi homo illam ignoret: quia nulla eſt contradictio: & hoc nullus negat. ſicut etiam poteſt de potentia abſoluta miſericorditer pœna temporali punire quodcunque peccatum: immo & nullam pœnam pro quocunq; peccato infligere manente ſola pœna contracta, quæ eſt ipſius culpæ deformitas, remorſus conſcientiæ, & huiuſmodi quibus malè eſt peccatori. quia hoc non repugnat ſuæ bonitati & iuſtitiæ: cum contingenter puniat peccata hac vel illa pœna; quia nulli legi niſi ſuæ voluntati aſtringit̄ Deus: & tunc cōcedendum eſſet, ꝙ nullum peccatum eſſet mortale aut veniale; iis nominibus diuerſam pœnā infligendam connotantibus: eſſet tamen moralis malitia, & offenſa, & culpa grauior & minor contra maiorem aut minorem obligationem; ſicut nunc etiam quocunque malo pœnæ fugibilior, vt hoc etiam refert Angeſt in moralib. c. 14. cum ſupra dictis latè conſonat Couarruuias in relectione. cap. alma mater. de ſenten. excommu. lib. 6. par. 1. §. 10. num. 99.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

VTRVM IGNORANTIA facti, excuſet à pœna legis humanæ.

PRo reſponſione prius duo notanda ſunt. Primum quòd ignorantia facti ſæpe habet ortum ab aliqua ignorantia iuris, putà quando video Petrum ſcienter intrare monaſterium S. Claræ aut percutere clericum, aut facere aliquid aliud propter quod à iure excommunicatio lata eſt: ſed ego ius illud ignoro: & conſequenter ignoro Petrum propter factum illud eſſe excommunicatum: inde etiam ignoro quòd cum illo in ſacris communicando communico cum excommunicato: quamuis bene ſcio ius commune, ꝙ ſcilicet cum excommunicato in ſacris communicare non licet. itaque cum illo in ſacris communicando habeo ignorantiam facti à iuris ignorantia præcedentem. Similiter habeo ignorantiam facti ſi ignorans me eſſe excommunicatum vel irregularem celebro vel ordines ſacros accipio, vt in cap. Apoſtolicæ. de cleric. excommunic. miniſtran. habetur. Nota. 1.

Nota ſecundò quòd pœna legis propriè ſumpta, non niſi pro culpa ad vindictam eius infligitur. impropriè autem pœna non pro culpa coram Deo, ſed ex cauſa, videlicet in horrorem & deteſtationem criminis aut facti, aut propter defectum ſignificationis aut conditionis aut alicuius facti ſecundum legem requiſiti ad talem finē vel effectum incurritur: quamuis defectus iſte ſæpe etiam dicatur culpa iuridicè, & peccatum materialiter tantum. & ſic habetur de re. iu. 23. ſine culpa non tamen ſine cauſa quis iuſtè punitur. igitur hanc pœnam impropriè dictam, homo ex cauſa ſine culpa vera, ſæpe etiam in conſcientiæ foro incurrit, vtpotè irregularitatem, quæ non pro delicto, ſed propter defectum ſignificationis ſæpius incurritur ſecundum ius, vt de hoc Scotus in 4. diſtinctione 6. quæſtione 8. & Gerſon alphabeto 33. litera S. & beatus Thomas, & Caietan. ſecunda ſecundæ quæſtione 64. art. 8. & quæſt. 76. art. 3. aliiq́; doctores vtriuſq; Nota. 2.

iuris agunt. & Syluester titulo. ignorantia. quæſtione 8. homicidium 2. & 3. & irregulariras. & Nauarro in ſumma cap. 27. numero 206. vſque 218. latius referunt, & de hac pœna & culpa impropriè ſumpta non agimus in hac quæſtione, ſed de pœna propriè propter culpam vel peccatum ab humano iure inflicta.

Propoſitio. His præmiſsis ad quæſtionem reſpondeo per vnicam bimembrem propoſitionem, quòd is qui ex inuincibili ignorantia facti, committit actum quacunque lege reprobatum; nullam excõmunionem aut cenſuram vel pœnam iuris humani propter delictum illud inflictam incurrit in foro conſciẽtiæ: etiam ſi aliàs illicitè rei operam det & ex culpa ſua in illam ignorantiam inuincibilnm deuenerit; excepta irregularitate; nam etiam ſi ſit ſolum propter delictum mutilationis vel homicidii à iure inflicta; illam vtiq; in vtroque foro incurrit baptizatus homo, quantumcunque inuincibilem ignorantiam facti habeat: ſi ex eo quòd dans operam rei illicitæ aut rei licitæ, ſed incautè vel culpabiliter eſt cauſa illicita propinqua quòd mutilatio vel homicidium illud, aut eius anticipatio etiam indirectè inde ſequatur.

Probatur 1. pars, ratio 1. Prima pars probatur dupliciter. Primò, quia vbi nulla eſt culpa nulla incurritur pœna legis pro tali culpa uel peccato inflicta: ſed in caſu præſenti huius primæ partis nulla eſt culpa in ſe vel in ſua cauſa. ergo non incurritur pœna legis propter delictum illud inflicta. Conſequentia nota eſt: & maior probatur. quia lex & ſententia iuris non poteſt eſſe iniuſta; neque enim inde naſci debet iniuria, vnde iura naſcuntur, vt habetur in cap. qualiter & quando primo de accuſatio. & in l. meminerint. C. vnde vi. neque eſſet lex illa obligans in conſcientia ſecundum Auguſtinum lib. 1. de libero arbitrio cap. 15. & de ciuitate lib. 19. cap. 21. & Iſidorum vt refertur diſtinctione 4. cap. erit autem lex, vt hoc etiam latius probat palude. in 4. diſtinctione 18. & Adrianus in quæſtione de clauibus articulo 3. exceptione 7. eſſet autem iniuſta ſi pœnam in vindictam culpæ infligeret illi, qui omnino caret illa culpa vt habetur etiam expreſsè in cap. cognoſcentes. de conſtitutio. & ibi Panormitan. & capi. cum in tua. qui matrimo. accuſa. pot. quamuis ſententia iudicis poſsit eſſe iniuſta puniendo ſine culpa; quamuis etiam in foro humano exteriori vbi ſtatur præſumptionibus iuſtè quis puniatur pro culpa tantum præſumpta quouſque veritas conſtet ſiue probetur. non tamen in foro conſcientiæ vbi præſumptio cedit veritati quiſpiam ſine culpa, pœnam eius incurrit ut in prędicta maiori aſſumptum eſt. Minor autem, quòd ſcilicet in caſu præſenti vbi inuincibiliter ignorans hominem occideret nulla eſt culpa homicidii in ſe vel in ſua cauſa; inde patet, quia reſpectu illius homicidii eſt facti ignorantia omnino inuincibilis vti ſupponitur. Neque obſtat dicere quòd ſi datur opera rei illicitæ, vel illa ignorantia procedit ex cauſa culpabili, puta ex ebrietate criminoſa: iam ibi eſt culpa ex qua illud ſequitur homicidium quamuis tunc ignoratum: & ideo propter illud à iure iuſtè illa infligitur pœna. hoc inquam non obſtat: quia licet ibi ſit vel fuerit alia culpa contra aliam legem prohibentem operam dare illi rei illicitæ vel inebriari & huiuſmodi: & ita legem illam tranſgrediens, pœnam illius tantum incurrat ſicut & culpam ſic qualificatam, vti ſuperiùs quæſtione 18. latius habetur: at verò neque tunc neque poſtea eſt culpa illius homicidii omnino inuincibiliter ignorati inde ſequentis; propter quod lex pœnam illam contra homicidam infligit. quod inde patet: quia ſi homicidium illud eſt inuincibiliter ignoratum vti ſupponitur: iam certè præſupponitur nullo modo eſſe præuiſum, ſed potius quòd omnis debita cautela ne homicidium illud ſequeretur adhibita eſt: quodque homo ille fecit omne quod tenebatur ad illud ſciendum & euitandum: quo facto cum adhuc maneat eius ignorantia inuincibilis; manet etiam impotentia ad id vitandum quod adhuc inuincibiliter ignoratur: & ita nulla culpa illius homicidii in ſe nec in ſua cauſa in illo homicida tunc eſt; quando illud inuincibiliter ignorat: quamuis tunc vel antea fuerit alia culpa ex qua illud ſecutum eſt: ſic igitur illa minor, & tota ratio liquet.

Secundo probatur eadem pars, quia in capi. *2. ratio.* ſi verò ſecundo de ſenten. excommunic. habetur quòd percutiens clericum nutrientem comam, aut viuentem in habitu ſeculari, ſi probabiliter ignorat illum eſſe clericum, ęſtimans eſſe laicum non incidit excommunionem: & tamen ille dabat operam rei illicitæ percutiens quem æſtimabat eſſe laicum: nam ſi illum occidiſſet putans ſe occidere alium clericum vtique incurreret excommunicationem & alias pœnas clericidii. vt ibidem habetur: licet gloſſ. ibidem quò ad aliquid oppoſitum dicat.

Ad idem etiam eſt cap. apoſtolicæ. de clerico. cæco. miniſt. vbi & in gloſſ. dicitur quòd clericus probabiliter ignorans ſe eſſe ſuſpenſum vel excommunicatum, ſi celebrat aut ordinatur non peccat nec vllam ex hoc excommunicationem vel cenſuram aliam incurrit in foro conſcientiæ. immo vt ait Driedon lib. 2. de libertate Chriſtiana. cap. 10. fol. 72. ille pœnitens poteſt abſolui à peccatis etiam ſi non abſoluatur prius ab illa excommunicatione probabiliter ignorata: ſed poſtquam nouerit ſe eſſe excommunicatum tenetur à Diuinis abſtinere quouſque ab illa tantum excommunicatione abſoluatur: nam ab aliis peccatis à quibus iam legitimè eſt abſolutus non oportet iterum abſolui. & conſonat Medina de confeſsione q. 24. fol. 72. Et cum prædicta prima parte huius propoſi. expreſsè concordat Adr.

vbi

vbi ſupra ſecundum palude. in 4.diſtinc.35.quæſti.1.art.4. & Caſtro de lege pœnali lib.2.c.14. & latius Couarr. In relectione cap.alma mater. de ſenten. excommu. parte 1. §.10. numero 13. & 14. & 15. & 16. & Nauarro. in ſum.c.27. numero 130. 231. & Caiet. prima ſecundæ. q.76. art.3. & ſecunda ſecundæ.q.64.art.8. vbi ait ꝙ Iudas fornicando cum Thamar nuru ſua ex ſola facti ignorantia probabili. Geneſ.38.non peccauit formaliter peccatu inceſtus, ſed fornicationis: quia putabat eſſe aliam quandam meretricē: & ita ſi fuiſſet lata ſententia excommunicationis contra inceſtum committentes: ille in conſcientia non incurriſſet pœnam illam. quia excommunicatio præſupponit culpam illam formalem, putà inceſtum vel clericidium contra quam à iure infligitur. nam canon non excōmunicat fornicantem aut hominem occidentem; ſed formaliter & propriè inceſtuoſum aut clericidā, quod formaliter & propriè aliud peccatum eſt à prædictis conditione & qualitate. In foro autem exteriori tantum, vtrum pœnam aliquam ille incurrat; inferius habetur quòd ſic; niſi inuincibilis ignorantia probetur. Et ita prima pars ſatis probata eſt, quamuis alii doctores quò ad aliquid oppoſitum opinentur. vt 15.quæſt.1.cap.1. & cap.inebriauerunt. c.illud. & glo.ibidem latius habetur. & ita eſt intelligendus Bar.in l.diuus.ff. de ſicariis. numero 1.

Secunda pars. Secunda pars videlicet excepta irregularitate. probatur, quia ſic iura diſponunt, vt patet diſtinctione 50. cap.de his. & cap.ſequen. & extra. de homicid. cap.ſicut dignum. cap.ex literis.cap.dilectus. cap.tua nos. cap.ſignificaſti. cap.preſbyterum. cap.ad audientiam. & de ſententia excommu. cap.cum illorum. & ibidem gloſſ. & doctores communiter vt refert etiam Syluester.homicidium. 2.& 3.& ignorantia. quæſtione 6. & Nauarr. in ſumma.cap.27. num.218. vſque 239. & latius in cōmen. de furto ſuper cap.fin. 14.q.6. numero 13. & ſeq.

Nota 1. Sed pro declaratione maiori & probatione huius ſecundæ partis notandæ ſunt omnes eius particulæ & limitationes & præcipuè duæ illarum, quarum prima eſt. quid ſit eſſe aut dare cauſam illicitam propinquam homicidii. ſecunda quid ſit dare operam rei illicitæ. Quo ad primum dico ſecundum Ber. & alios, vt refert Sylueſter homicidium.3.quæſt.1. & plenius Nauarr. in ſumma. cap.27. numero 220. quòd in præſenti materia cauſa illicita propinqua mutilationis vel homicidii, eſt dictum vel factum illicitum directè vel indirectè ordinatum ex natura ſua vel ex intētione auctoris ad illud homicidiū: vt eſt percutere vel id ſuadere ſine animo occidendi, vel mutilandi, vt ſit in torneamentis illicitis, & dare enſem vel lanceam alicui cum animo vt alium occidat: vel id ſuadere. nam ſi inde ſequitur mutilatio vel homicidium: vtiq; ſit irregularis qui eam cauſam illi dedit homicidio. ſecus ſi ſit cauſa remota; vt armiger qui enſem fecit aut vendidit ſine animo vt alius occideretur: nam is non incurrit irregularitatem ſi illo enſe alius occidatur, dummodò debitam cautelam, vel aduertentiam adhibeat quando gladium vendit ne ad homicidium vel mutilationem ſpecialiter ementi illum vendat.

Vnde Panormitanus in cap.quia diuerſitatem de conceſsione præben. & in cap.ſi verò.de ſent. excō.quia non ita bene diffiniuit cauſam illicitā propinquam & remotam homicidii, quam ille & alii ipſum ſequentes cauſam immediatam & mediatam appellant: ideo conſequenter errauit dicens, quòd culpabiliter ebrius non ſit irregularis ſi homicium committat: quia non homicidium ſed ebrietas ex culpabili potatione ꝓpinquè aut immediatè vel directè proceſsit. vti id etiam refert & bene reprobat Sylueſter ebrietas quæſtione 4. ſecundum doctores communiter, vt dictum eſt.

Nota ſecundò ex prædictis etiam ſequitur declaratio ſecundæ particulæ, quid videlicet ſit rei illicitæ operam dare: aut rei licitæ ſed illicitè. Nota 2. Nam id certè ſit quādo ipſum opus in ſe, aut modus operandi, ideo generaliter omnibus aut ſpecialiter alicui generi hominum, putà Eccleſiaſticis illicitum aut prohibitum eſt: quia ex genere ſuo opus illud eſt periculoſum: aut quia ex natura ſua via eſt, aut ordinatur ad tale genus mortis aut mutilationis: ita quòd etſi non ſæpe, at aliquando id genus mortis aut mutilationis ex tali opere vel tali modo operandi quamuis indirectè atque per accidens in tali regione aut loco ſequi ſolet: tunc enim et non ex illicito opere ex alia circunſtantia, homicidium caſuale vel mutilatio præter intentionem ſequens inducit irregularitatem hanc pro delicto à iure inflictam. vti hoc latius probat Nauarro in ſumma cap.27. numero 228. 236. 237. 238. & latius in cōmen. de furto ſuper cap.fin. 14.q.6.num.13. & 17. &c. ſecundum doctores cōmuniter, contra Soto de Iuſtitia & Iure lib.5.q.1. art.9. limitantem atque dicentem id ſolum eſſe verum quando opus vnde homicidium ſequitur ex genere ſuo aut ex modo operandi periculoſum eſt. Sed, vt diximus, ſecundum Nauarro. etiam incurritur irregularitas quando opus illud aut modus eius ex natura ſua via eſt aut ordinatur ad genus illius mortis aut mutilationis vt declaratum eſt. Exempli gratia, Monachus etiam ex pietate vtens arte chirurgi ſit irregularis, ſi ex apertione vulneris infirmus etiam contra præceptum illius agens inde moriatur, vt habetur in cap.tua nos, de homicidio. & Nauarro vbi ſupra in dicto cap.finali numero 14. latius probat contra Soto. Item ibidem numero 15. & in ſumma cap.15. numero 7. ait etiam contra ipſum Soto vbi ſupra, & quoſdam alios doctores; quòd clericus adulter inuentus à marito cum vxore ſua ſi ſe cum de-

bito moderamine defendens maritum occidat, eſt irregularis ſecundum Florent. in tertia parte titulo quinto cap. 8. §. i. aliosque doctores, vt etiam tenet Turrecremata in decreto, diſtinctione 50. cap. de his. quantumcunque à mortali culpa homicidii excuſetur: quia attenta conſuetudine hominum & legibus maximè in Hiſpania, adulterium illud eſt via ad illud homicidium & cauſa propinqua illius & adulter aduertere debuit atque cauere tale periculum quod ex adulterio quamuis indirectè & raro, aliquando ſolet ſequi. Sed vtrum ſit idem iudicium ſi propter hoc ipſe maritus ſuam vxorem occidat, ita quòd etiam tunc clericus ille adulter ſit irregularis. Nauarro vbi ſupra. cap. 27. num. 228. 229. 236. 237. 238. videtur quamuis non expreſsè dicere quòd ſic: ſicut ſi pro defenſione clerici illicitè cum alio corrixantis ſuperuenientes amici etiam contra voluntatem ipſius illum vel alium occiderent: ipſe clericus eſt irregularis: non autem ſi licitè pugnaret. Sed oppoſitum tenet Caſtro. de lege pœnali. lib. 2. cap. penult. & cum eo videtur palude in 4. diſtinctione 32. quæſtione 1. & Soto vbi ſupra id à fortiori tenere habet, & Panormitanus & alii ipſum ſequentes, vti ſuperius in primo notabili diffiniendo cauſam propinquam atque remotam homicidii dictum eſt. Sed pro Nauarro quòd clericus ille ſit irregularis potius faciunt innocentius in cap. ad audientiam, de homicidio. & Hoſtienſis, & Ioannes Andr. & doctores communiter, immo & ipſe Panormitanus à ſe ipſo diſſonans ibidem. Ex prædictis etiam ſequitur quòd non eſt irregularis clericus mittens famulum ſuum Hiſpalim ſiue Toletum ad negotia etiam illicita & opera mortalia: ſi in via rabidus canis, taurus, aut tegula de tecto cadens, aut fulmen de cœlo illum occidit: aut ſi in flumine ſuffocatus, vel à latronibus vel ab aliis occiſus eſt: maximè ſi clericus dum illum emiſit id non intendit vt ibi occideretur ſiue periret, quia illa via ex ſua natura ad illud genus mortis nec ordinata nec intenta eſt: quamuis Sylueſter homicidium. 3. quæſt. 1. oppoſitum dicat. bene tamen eſt irregularis qui pro haurienda aqua puerum paruulum miſit ad flumen vel puteum periculoſum vbi obrutus puer eſt. Similiter is qui per tectum periculosè fecit aliquem ambulare, vel tauro ſe exponere vbi occiſus vel mutilatus eſt. Similiter clericus non eſt irregularis qui etiam culpabiliter ad ſuas delitias & non ad recreationem licitam etiam cum omiſsione Diuinorum etiam die feſto venatur vel aucupatur, ſi mors alicuius inde caſu & præter eius intentionem ſequatur: quando venatio illa cautè fiebat nec erat alias periculoſa neque cum armis neque tumultu propter quod eſt à iure prohibita clericis ſpecialiter, neque enim omnis venatio illis prohibita eſt: quamuis Caietanus dicat oppoſitum. Immo etiam ſi venaretur illicitè periculoſam venationem ferarum cum armis & feris exercens: ſi tamen non inde ſed aliunde, putà fulmine vel tegula de alto cadente aut ex alia cauſa ad aliud & non ad genus illud mortis ex venatione proueniens ordinata, quiſpiam etiam ab illo clerico rogatus vt ipſum in illa venatione comitaretur caſu occideretur: certè clericus ille non eſſet irregularis, quia illa eius venatio ad illud genus mortis nullo modo ex ſua natura ordinata eſt vt latius probat Nauarr. in ſumma cap. 27. numero 237. & in commento de furto ſuper cap. fin. 14. quæſt. 6. num. 13. 23. 24. Similiter Sacriſta vel alius de eius conſenſu ſaltem interpretatiuo vel virtuali pulſans campanam etiam tempore indebito culpabiliter caſu cadentem & occidentem aliquem hominem, non eſt irregularis ſi debitam cautelam adhibuit ne caderet & bene poſita eſſet; quia illa culpa ex natura ſua non ordinatur ad homicidium & aliàs rei licitæ cum debita cautela operam dabat. eſſet autem irregulari alius qui inuito Sacriſta aut contra eius voluntatem expreſſam aut tacitam illicitè pulſaret: quia dabat operam rei illicitæ quæ ad ſuum officium non pertinebat, quæ ex natura ſua via erat & ordinabatur ad mortem quamuis raro & caſu inde ſequentem, vt ait Nauarr. in ſumma cap. 27. numero 238. & in dicto commento numero 22. & hac eadem ratione diceretur cum Sylueſtro homicidium. 1. quæſt. 18. quòd non incurrit irregularitatem qui cum debita cautela etiam tempore prohibito, ſuam arborem præſcindit bene tamen incurrit ſi aliena præſcindendo occidat. quia videlicet tunc dat operam rei illicitæ quæ ex natura ſua ad homicidium quamuis raro inde ſequens ordinata eſt. quamuis Nauarro in commento vbi ſupra nume. 22, & Soto vbi ſupra quò ad hoc vltimum dicant oppoſitum, quòd ſcilicet præſcindens arborem modo prædicto ſuam vel alienam non incurrit irregularitatem. Sed certè ratio & diſcrimen ab eis conceſſum de Sacriſta, & de alio præter ſacriſtæ voluntatem cimbalum pulſante, eſt contra ipſos. Nam vtrobique idem opus ex natura ſua ad mortem ordinatur: & ita in vtroque caſu nullus uel uterque erit irregularis; ille, uidelicet qui contra uoluntatem ſacriſtæ cymbalum pulſat, & qui arborem alienam cum debita cautela præſcindit, quamuis culpabiliter id faciat vterque. Fit tandem ex ſupradictis quod in caſu cap. ſi uerò. de ſenten. excommu. incurritur irregularitas non autem excommunicatio, in caſu uerò. cap. Apoſtolicæ. de clerico excom. miniſ. nec excõmunicatio nec irregularitas incurritur: quia rei licitæ ex plena ignorãtia facti omnino inculpabili opera dabatur.

Sed dubitatur primò, utrum is qui ex ſua culpa in ignorãtiam inuincibilem, putà ebrietatem, furiam uel ſomnum deuenit, & ita ebrius vel furioſus aut ſomnians hominem occidit, in foro conſciẽtiæ incurrat irregularitatem propter homicidii Dubium.

micidii

micidii delictum à iure inflictam. (nam de excommunicatione & aliis pœnis à iure iam dictum eſt quòd illas non incurrit.) & ſimiliter vtrum à iudice propter id iuſtè puniatur..

Reſpondeo Reſpondeo in hoc duplex opinio maximè quò ad culpabiliter ebrium. Prima & quidem ſatis cõis quòd vtique irregularitatem à iure incurrit & pœnas à iudice inflictas etiam in conſcientia reus illarum eſt. quam opinionem tenent B. Th. in 4. diſtin. 17. q. 2. art. 2. q. 4. & 2. 2. q. 150. art. 4. & ibi Caiet. & Ricardus in 4. diſtin. 15. & Martinus de ebrietate, & ſyluester titulo ebrietas. q. 4. & titulo homicidiũ. 3. q. 4. & de iuriſtis zenzeli. & Card. & alii cõmuniter cum eis, vt hoc etiam ſupra. q. 18. in 2. arg. latius habetur.

Alia opinio eſt in oppoſitum quam tenet Nauarro in ſumma. c. 27. nu. 230. 231. ſecũdum Boniſ. in clemen. 1. de homicidio plurimosq; doctores ibidem & 15. q. 1. c. 1. c. ſanè. c. inebriauerunt. & gl. ibidem. quia ſi culpabiliter etiam mortaliter furioſus non fit irregularis hominem occidẽs ſecundum gl. in c. ſi quis inſaniens. 15. q. 1. & doctores communiter in d. clemen. j. de homicid. neque etiam culpabiliter dormiens ſecundũ eoſdem ibidem. ergo nec culpabiliter etiam mortaliter ebrius, propter eandem rõnem vtrobiq; militantem, vti ſuperius etiam in 1. par. præfatæ propoſitionis dictum eſt. illa autem prior opinio cõis poteſt intelligi & limitari vt ſit vera tripliciter tñ. Primò in foro exteriori, qñ non probaretur quòd ille omnino vſum rationis perditum habebat aut ꝙ omnino inculpabiliter id egit, vt ait Nauar. in ſum. c. 27. nu. 246. Secundo in eo qui non omnino erat ignorãs; & extra vſum rationis tunc enim etiam in foro conſcientiæ irregularitatem à iure & alias pœnas à iudice inflictas incurrit. Tertio in eo qui ſanus, vigil & ſobrius exiſtens ſcit quòd quando inebriatur dormit aut fit furioſus ſolet arma capere & facere periculoſa & percutere: quia tũc ſi culpabiliter inebriatur dormit aut fit furioſus & non ante ꝓuidit ſufficienter vt cõmodè poteſt ne illa mala periculoſa ſequantur, vtiq; fit irregularis hominem occidens aut mutilãs in illo ſomno, furia aut ebrietate culpabili exiſtens. quod etiam Marian. not. in c. ad audien. de homic. & Bar. in l. pœna. ff. de parric. vt refert etiam Sylueſter homicidium. 3. q. 4. & ita fortè poſſunt opiniones illę conciliari. Conſonat Soto in 4. diſt. 3. q. 1. art. 9.

Dubium. 2. Dubitatur ſecundò vtrum vbi cauſa homicidii ignorati ſequentis, putà vbi opus illicitum cui quis operam dabat, aut negligentia aut incautela fuit ſolum venialiter culpabilis, inde incurratur excommunicatio & irregularitas, quę pro delicto homicidii inde ſequentis infligitur à iure.

Reſpondeo Reſpondeo de excommunicatione maiori, certum eſt quòd non niſi pro peccato mortali. de irregularitate autem Soto vbi ſupra duriſſimum cenſet quòd pro delicto veniali à iure inferatur: quàmuis aliàs etiã ſine illa culpa ex cauſa contrahatur vti ſuperius dictum eſt. ſed Caiet. ĩ ſumma & 2. 2. q. 64. art. 8. & Sylueſter tit. ebrietas q. 4. & homicidiũ. 3. q. 4. & ſeq. & Nauarr. in ſumma c. 27. num. 220. 221. 230. & plures alii tenent quòd ſufficit culpa venialis vt irregularitas pro delicto inflicta à iure incurratur. ſicut & excommunicatio minor incurritur ex participatione veniali cum excommunicato.

Sed nota quod tam mortale quàm veniale peccatum aliquando non niſi ex dolo vel lata culpa, aliquando ex leui, aliquando etiam ſed raro ex leuiſsima culpa, ſecundum qualitatem materiæ, & aliarum circunſtantiarum incurritur. & hoc vltimum de leuiſsima culpa verum eſt ſecundũ ſummã Angel. & Adria. in 4. de reſtit. & aliquos alios doctores, quorum oppoſitum tenet Sylueſter cũ aliis. tit. culpa. q. 4. & ita iuxta hoc de excommunicatione & irregularitate propter id delictum inflicta proportionabiliter cenſendum eſt, vti de hoc etiam latius infra. quæſt. 28. habetur. & ita fortè dicta Panorm. & Nauarri vbi ſupra. numero 229. & 236. ſecum & cum aliis doctoribus poſſunt conciliari.

Neq; mirãdum eſt quòd excommunicatio cũ ſit maxima pœna ſpiritualis non niſi ex magna cauſa, videlicet pro mortali tantum peccato formaliter ſub tali pœna prohibito, à iure inferatur vti ſuperius in 1. part. propoſitionis probatũ eſt. irregularitas autem quæ minor pœna eſt pro homicidio aut mutilatione ex quocũq; peccato minori etiam veniali ſequentę facilius & iuſtè à iure infligitur, vt in hac 2. parte propoſitionis proximè dictum eſt. Sed illud potius mirum videtur cur licitè ſe defendens ſi in vaſorem occidat nõ incurrit irregularitatem: quam tamen incurrit etiam meritoriè in bello iuſto vel alibi defendẽs ſuum honorem, patriam, parentes, filios & vxorẽ, ſi in vaſorem occidat: quam etiam incurrit iudex meritoriè iubens ſecundum ius criminoſum occidi: cum vtraq; irregularitas, vt ait Nauarro in ſumma c. 27. nu. 217. non pro delicto ſed pro defectu ſignificationis perfectæ lenitatis, qui vtrobique, reperitur contrahatur.

Et tandem nota quòd in hac quæſtione præſupponitur quòd ignorantia inuincibilis iuris & facti & circunſtantiarum excuſat omnino à culpa: quando tota malitia vel culpa actus aliàs proueniret ab ipſa re, vel qualitate ſi non ſic eſſet ignorata. Nam non excuſat à culpa nec à pœna debita ratione prauæ voluntatis vel actus aut circunſtantiæ non ſic ignoratæ, vt ſupra quæſtio. 17. latius habetur. ibi videatur. & Couarruuias in capitulo alma mater. de ſentent. excommunicatione. part. 1. §. 10. numero. 13. 14. vbi de hoc etiam plenius agit.

Quomodo autẽ incurrat vel non incurrit pœnam legis qui eam ex ignorantia vincibili transgreditur infra quæſtio. 28. latius habetur.

Quæſt.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA.

VTRVM SCIENTER COMmittens peccatum vel aliquid, alias lege naturali vel Diuina damnatum, incurrat etiam pęnam legis humanę id prohibentis: ſi ipſam legem hnmanam inculpabiliter vel probabiliter ignorat.

RESPONDEO hic ſunt tres opiniones: & fundamenta vnius ſunt argumenta contra alias: & ſolutiones eorum ex ipſarum opinionum fundamẽtis facilè patent, vt inferius hæc omnia ponuntur. Sed ſecundum eam opinionem quæ mihi probabilior videtur reſpondendo ad quæſtionem ſit ſeqnens propoſitio.

Propoſitio. & opinio. Qui peccat mortaliter cõtra legem Diuinam vel naturalem aliquid agẽdo, & probabiliter ſeu inuincibiliter ignorat ius humanum commune ſeu ſtatutum Papale prohibens etiam illud ſub aliqua pœna, vtiq; incidit in ipſam pœnam pro tali peccato inflictam: nec ab ea excuſatur ratione ignorantię ſtatuti prædicti. ſecus ſi tale ſtatutum ſit particulare ordinarii ſeu diœceſani aut iudicis cuiuſcunque: nã ipſum probabiliter ignorans eius pœnam non incnrrit.

Iſta propoſitio habet duas partes principales vt patet ex diſtinctione pœnæ inflictæ per ſtatutum commune Papæ, & per particulare diœceſanorum. & dicitur notanter vtrobique, qui peccat mortaliter contra legem Diuinam vel naturalem. Nam ſi id quod fit nõ eſt prohibitum niſi ſola lege humana, & iſte probabiliter eam ignorat: non incurrit eius pœnam, ſicut nec culpam, vt qui non malo animo intrat Monaſteriũ S. Claræ prohibitum lege tantum humana, probabiliter ignorans talem legem non peccat nec incurrit excommunionem, vt dicunt communiter doctores, vt patet in c. propoſuiſti. 82. diſtin. & latè ſxlueſter dicit tit. excommunio. x. q. 3. & tit ignorantia. q. 8. q. 9. quia ius nou infligit pœnam pro culpa vbi nõ eſt culpa vera aut probabiliter præſumpta, vt ſupra. q. præcedẽti latè probatum eſt, quòd ſi malo animo patrandi aliquod ſcelus quis intrat monaſterium S. Claræ ꝓbabiliter ignorãs legem Eccleſiaſticam ſub ex communione id prohibentem: tunc dicit hæc propõ in prima eius parte ꝙ ex quo talis ingreſſus cum tali malo animo eſt aliàs iure Diuino prohibitus & malus, incurrit excommunionem illam Papalem iuris cõmunis aut etiam extrauagantis papalis latam cõtra intrãtes talẽ locum, quam excommunionem non incurreret ſi eſſet ſolum lata per diœceſanũ aliquem aut per ius ſeu ſtatutum ſuum particulare, vt dicit, ſecunda pars propõnis. Dicitur etiã qui peccat mortaliter. quia ſi non niſi venialiter tantum peccat, non incurrit pœnam excommunionis & alias pœnas huiuſmodi quæ iure communi non niſi pro mortali feruntur. Dicitur ẽt quòd talis incurrit pœnam iuris communis aut ſtatuti Papalis inflictam pro illa culpa: nou autẽ inflictam pro alia culpa annexa aut ſequente. vt ſi excommunicatur committens inceſtum ſimiliter & qui intrat monàſterium S. Claræ: iam ſi forteq; ignorans probabiliter vtramq; legem humanam intrat prius ſimplici animo bono tale monaſterium; deinde cõmitteret ibi inceſtum propter occaſionem poſt ingreſſum oblatam: tnnc incurreret ſolam excommunionem pro inceſtu non pro ingreſſu.

His præſuppoſitis iã prædicta opiuio ſeu propõ tripliciter probatur. primò quia in c. vt animarum, de conſti. lib. 6. ſic habetur. vt animarum periculis obuictur, ſententiis per ſtatuta quorũcũq; ordinariorum prolatis ligari nolumus ignorantes: dum tamen corũ ignorantia craſſa aut ſupina non fuerit. Hæc ibi. Ex quibus verbis conſtat. Primò ꝙ d. c. eſt nouum ius: quia ſi Papa nõ intenderet ibi nouum ius condere: vtiq; non diceret, nolumus, quod importat auctoritatem condentis nouum ius: neq; præmitteret cauſam huius ſtatuti dicens, vt animarum periculis obuictur, ſi nullum de nouo remedium contra pericula futura nobis afferret. Secundò conſtat ex d. c. per argumẽtum ab ſpeciali iure deſumptum, quòd ante huius capituli ſeu noui iuris conſtitutionem, nullius ſtatuti generalis Papalis aut ordinariorũ quorumcunq; ignorantia probabilis excuſabat à pœna excõmunionis pro furto, aut pro alio quouis facto damnato iure Diuino vel naturali de quo ibi agitur expreſsè. Nunc autem per huius cap. editionẽ voluit Papa ex benignitate hoc mitigare quò ad ibi expreſſa, ſcilicet quò ad excommuniones vel ſententias ſtatutorum quorumcũque ordinariorum tantum, non autem quò ad ſententias ſtatutorum Papæ iuriſvè cõmunis, vt ait propoſitio prædicta. Nã ſi Papa voluiſſet vtiq; expreſsiſſet vt eſt communis regula iuriſtarum. *ratio 1.*

2. ratio. Secunda ratio eſt. quia ignoratia probabilis iuris cõis, prohibẽtis ſub pœna irregularitaris excõmunicatũ ordinari nõ excuſat illũ à pœna irregularitatis qui excõmunicatus exiſtens & id ſciens ordines ſuſcepit ius illud iguorans: quãuis mitius agatur faciliusq; cũ eo diſpenſetur q̃ ſi ſciens ius ſimul & ſe excõicatũ ordines ſuſcepiſſet. vt hoc habetur expreſsè in c. cũ illorũ. de ſent. exc. ĩ fine & rubrica ibidẽ. illa aũt irregularitas eſt pœna iuris cõis inflicta pro culpa contra ius Diuinũ cõmiſſa. hic. n. ſacrilege peccat cõtra illud, quamuis probabiliter ignorãs ius Eccleſiaſticum id prohibens & infligens irregularitatẽ excuſetur a culpa contra tale ius: nõ tñ liberatur à pœna irregularitatis ergo ſimiliter probabiliter iuris commu

nis

nis ignarus contrahit pœnã eius ẽt excõicationẽ inflictã contra factum iure naturali ſiue Diuino damnatum, vt ait opinio hæc, Non eſt.n. maior ratio de vna q̃ de alia pœna quando pro culpa infligitur: cum in excõicatione ẽt ſit priuatio bonorũ & cõicationis Eccleſię: ſicut in aliis pœnis Eccleſiaſticis priuatio aliorum bonorum aut beneficiorum Eccleſiaſticorum eſt.

3. ratio. Tertia ratio eſt. quia vt excõicatio iuſtè feratur à Papa certè ſecundũ communem ſententiã non requiritur contẽptus eius qui eã infligit: neq; cõtẽptus præcepti illius vel excommunionis ſeu pœnæ inflictę: ſed contẽptus vel inobediẽtia alterius legis contra quã peccatur propter quod peccatũ ipſa ſententia fertur, cum præmonitione vel ſine illa, vt de hoc agit ſylueſter tit. excõ. 1. notabil. 3. & 4. ergo ſimiliter vt quis incurrat ſententiã iuris non requiritur cõtẽptus ipſius iuris aut canonis infligentis excõmunionẽ; ſed ſatis eſt interueniſſe contemptũ vel inobediẽtiã alterius legis Diuinæ vel naturalis contra quã peccatũ eſt: ſeu fuiſſe contemptũ in facto quod canon punit; tunc.n. dicitur contumacia largè ſumpta. Probatur antecedens ſimul & conſequentia dupliciter. tum primò quia quamuis ad incurrendam culpã requiratur cognitio legis contra quam peccatur: at verò ad incurrẽdum aliquam pœnam alicuius legis vel ſuperioris non eſt neceſſariũ quòd trãſgreſſor agnoſcat cauſam & finẽ eius, puta legislatorem aut ſuperiorem vel legem illam pœnam infligentem, aut ipſam pœnam tali peccato debitam aut deſtinatam eſſe: ſed ſatis eſt quod in generali ſciat id eſſe malum aut prohibitum: quamuis ignoret quare & quomodo aut qua lege Diuina vel humana & ſub qua pœna prohibitum eſt. q inde patet. quia aliàs peccantes in ſolo lumine naturali contra rectam rationem naturalem, nullam noticiam inferni vel alterius Diuinæ ſeu reuelatæ legis habentes, nunquàm incurrerẽt pœnam illam inferni quantumuis grauiter peccarent: quod tamen eſſet contra id ad Rom. 1. Qui talia agunt digni ſunt morte &c. quamuis Gerſon. lect. 2. de vita ſpirituali ex Durando aliquo modo in hoc diſonare videatur, vt de hoc latius ſupra q. 25. habetur. Tum ſecundò quia Papa & ſimiliter lex eius humana poteſt prohibere id quod aliàs lege naturali atq; Diuina prohibitum eſt: & poteſt inſuper addere pœnã propter trãſgreſſionem iuris Diuini vel naturalis ſimul & humani: ipſumque peccatum punire poteſt vt oportet hac vel illa pœna, etiam excommunicationis vel ſuſpenſionis & huiuſmodi. quia non eſt maior ratio de vna quàm de alia. ergo ex ſua benignitate poteſt tollere ſuam prohibitionem vel præceptum humanum ſuper additum ante vel poſt inflictionem pœnæ, & relinquere cum ſola præmonitione vel ſine illa ſuam pœnam, humano dũtaxat iure inflitam propter illam iuris tantum Diuini vel naturalis tranſgreſſionem. probatur hæc conſequentia. quia lex Eccleſiaſtica & ſuperior Eccleſiaſticus ex quo eſt defenſor præcipuè iuris Diuini vel naturalis & ad finem ſuper naturalem ordinatur: vtiq; poteſt debetque punire eius tranſgreſſionem hac vel illa pœna, qua & tranſgreſſionem iuris ſiue præcepti Eccleſiaſtici vel humani: modo ius Diuinum vel naturale ſit humano iuri cognito vel ignorato coniunctum, modo non: id enim eſt impertinens vel deper accidens ad poteſtatẽ hanc puniendi trãſgreſſionem iuris Diuini vel naturalis vt dictum eſt. Nam & abſurdum planè ſonat & contra finẽ ipſius Eccleſiaſticæ poteſtatis eſt quòd prælatus non poſsit prædicto modo punire periurium, adulterium, mendacium pernicioſum & huiuſmodi, niſi quatenus lege humana prohibita eiq; contraria ſunt. & ergo. qua ratione poteſt punire tranſgreſſionem iuris tantum Diuini vel naturalis aliis pœnis Eccleſiaſticis ſuſpenſionis irregularitatis & huiuſmodi; eadem poteſt etiam pœna excommunionis idem peccatum mortale punire. Ad idem etiam facit c. ſi Epiſcopus. & c. propter. el. 2. diſtinct. 18. & c. nuper. de ſentent. excommunication. vbi dicitur, quòd participans in crimine cum criminoſo ratione damnati criminis videtur in eum delinquere qui damnauit; & pari pœna conſtringitur. Supradicta propoſitio eſt Adriani in 4. de clauibus articulo. 3. in 7. exceptione, & concordat Dryedon de libertate Chriſtiana libro primo. c. 10. & gloſ. in dicto capitulo vt animarum. & ſecundum præfatam limitationem etiam conſonat ſum. roſella. titulo ignorantia. §. 10. §. 11. vbi & nititur ad hanc opinionem trahere Scotum in 4. diſtinct. 6. quæſtione. 8. & gloſ. in capitulo à nobis el. 1. de ſentent. excommunicatio. & Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate. & fid. Catholic. & Ioan. Andr. in dicto capitulo vt animarum. dicentem quod qui probabiliter ignorat conſtitutionem Epiſcopi nõ ligatur pœna illius ſtatuti licet incurrat pœnam iuris communis pro facto aliàs lege Diuina damnato. quem ſequitur Domi. de Sancto Geminia. & latius conſonat Couarruuias in relectione capitulo alma mater. de ſententia excommunicatio. part. 1. §. 10. numero 8. vſque numero 13. prædicta etiam Roſella trahit ad hanc opinionem Dominum Ant. loquentem quò ad alias pœnas excepta excommunicatione. quem ſequitur Panormit. in d. capitulo à nobis. quamuis Scot. & aliqui de doctoribus ſupradictis vniuerſaliter & indiſtinctè cum 3. opin. infra ponenda loquantur & ſentire videantur; niſi fortè limitentur quò ad ius humanum commune ſeu Papale, quod antonomaticè & abſolutè ius dicitur, de quo & ibidem loqui præcipuè intendunt; tunc enim pro hac ſunt opinione, vt dictum eſt.

Contra præfatam propoſitionem, præcipue contra eius primam partem ſic arguitur. quia Argum. 1.

non

nõ incurritur excommunicatio & alia pœna Eccleſiaſtica niſi pro culpabili tranſgreſsione legis aũt præcepti Eccleſiaſtici. Sed qui eam probabiliter ignorat non tranſgreditur illam culpabiliter. ergo non incidit pœnam illam. Cõſequentia patet cum minore, et maior probatur quadrupliciter. Tum primò quia Matth. 18. Si eccleſiám nõ audierit ſit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus: vbi patet quòd non concedit Chriſtus habendum eſſe peccatorem vt ethnicum & publicanũ, ideſt excommunicatum per iuris aut iudicis ſententiá præuiam, niſi poſtquam monitus per Eccleſiam fuerit ei inobediens & contumax. Nam ibi fundant communiter doctores poteſtatem Eccleſiæ ad excommunicandum & puniendum: & ex conſequenti quòd non niſi propter contumaciam poteſt quis excommunicari. Cõtumacia autem eſt rebellis inobedientia poſt præceptum vel monitionem factam à iudice vel ſuperiore vel lege Eccleſiaſtica talem pœnam inferente, vt elicitur ex capit. 2. de dolo & contumacia, iuncta gloſ. ergo niſi talis inobedientia ſit legis humanę, quæ eius notitiam prærequirit, non incurritur eius pęna vel excõicatio. Tum ſecundò quia non poteſt excommunicatio infligi niſi monitione præmiſſa c. Romana. de ſen. excom. lib. 2. & c. ſacro. eod. tit. & non niſi contra incorrigibilem. cap. nemo Epiſcoporum. 11. quæſt. 3. hæc autem monitio non eſt niſi per Eccleſiæ iudicem, aut per legem eius ſub excommunione aliquid prohibentem aut pręcipientem, vt patet. quia & quando lex vel iudex ſub excommunione monet iam ibi eſt præceptum Eccleſiæ. ergo non niſi pro inobedientia Eccleſiæ & pro incorrigibilitate contra præceptum aut monitionem eius incurritur pœna Eccleſiaſtica. alioqui ſequeretur quòd pro peccato omnino præterito poſſet excommunicatio valida infligi, quod tamen videtur abſurdum concedere contra communiter doctores.

Tertiò quia quantitas pœnæ vt ſit iuſta debet quantitati culpæ proportionari, ſecundum c. felicis, de pęn. lib. 6. ſed non offendit conditorem canonis neque ipſum canonem humanum qui ipſum ignorat licet áliàs offendat Deum. ergo non debet puniri pœna ipſius canonis neq; illam incurrit ſed pœnam legis Diuinæ vel naturalis quam offendit. Quartò quia ſecundum Innocẽ. in c. nouerit. de ſenten. excom. qui facit ſtatutũ contra Eccleſiaſticam libertatem ignorans eſſe contra eam non ligatur ſententia excommunicationis. Similiter percutiens clericum nutrientem cõmam ſi ex hoc probabiliter ignorat illum eſſe clericum licet peccet contra ius Diuinum non incidit excommunicationem, ſecundum c. ſi verò. el. 2. de ſententia excom. Item in c. vt animarum. de conſt. lib. 6. excommunicantur fures, nõ tamen inuincibiliter ignorantes illam legem licet peccent contra ius Diuinum. ex quibus patet quòd probabilis ignorantia iuri humani infligentis pęnam prò facto aliàs damnato iure Diuino vel naturali releuat ab illa pœna.

Reſpond. ad 1. arg.

Respondeo ad primum Arg. negando maiorem: & ad eius primam probationem ex Matth. 18; dico quòd ibi datur quidem poteſtas excommunicandi: ſimul & præcipuè datur modus iuſtè procedendi & excommunicandi in illo caſu de iniuria vel de correctione fraterna. ſed ſtatim ibi, Quæcũq; alligaueritis ſuper terrá &c. & Matth. 16. Quodcũq; ſolueris & ligaueris &c. ipſi Eccleſiæ & ſingulariter Petro aut Papæ ſucceſſori abſolutè poteſtas hæc data eſt ſecundum eius diſpoſitionem ita videlicet, quòd quamuis ab inferioribus Papæ & ab ipſo Papa fiat iniuſtè, iniuſtaque ſit ſententia excommunicationis ex animo aut ex defectu ordinis, aut etiam ex cauſa, dummodo aliàs non ſit nulla. vtiq; ligat & valida & tenenda & ſeruanda eſt. vt ſupra. lib. 1. in Quæſtionario. q. 43. latius ſecundum communem doctrinam & veram probatum eſt. & ita nõ habetur ex Euangelio quòd niſi eius ordo ſeruetur contumacem ſemel aut ter præmonitum excommunicando ipſa ſententia aut poteſtas quò ad hoc nulla eſt. vt hoc confitetur Soto in 4. ſenten. diſtin. 22. q. 1. art. 2. Nam qua ratione ex defectu trinæ monitionis Euangelicæ ſententia non redditur nulla: eadem neq; ex vniua tantum defectu, quamuis in hoc Soto ibidem repugnet.

Quantò magis quòd in tranſgreſſore legis Diuinæ vel naturalis aut alterius legis id prohibentis, eſt contumacia virtualis in facto atq; contemptus etiam legis humanè ignoratæ idem ſub excommunione aut alia pœna prohibentis: quatenus ratione damnati criminis ſcienter ab eo commiſsi videtur in eum delinquere qui damnanit, vt ſupra ex capitulo. nuper. de ſententia excommunicatione habetur. & ita non ſolum in Deum ſed etiam in legem humanam eiuſque legiſlatorem ſub pœna ſententiæ latæ crimen damnantem peccauit & contumax fuit. & ex conſequenti eiuſpœnam incurrit.

Ad ſecundam probationem reſpondeo quòd excommunicatio inflicta ſine trina præmonitione per Papę inferiorem eſt quidem iniuſta ex defectu ordinis iudiciarii. contra. c. Romana. de ſenten. excõ. lib. 6. non tamen eſt nulla ſed tenet vt ſupra in Quæſtionario. li. 1. q. 43. latius habetur. & à fortiori tenet per Papá inflicta. quod ẽt dicit Sylueſter tit. excom. 1. not. 3. & 4. & excõ. 2. not. 2. & gl. in c. ſacr. de ſententia excom. ex d. c. Romana. & gl. in c. ſentẽtia. 11. q. 3. & Couarruuias in c. alma mater. de ſent. excom. par. 1. §. 9. nu. 7. fol. 78. 79.

Diffic.

Quò ad illud autem vtrùm videlicet pro peccato omnino præterito ſine vlla præmonitione poſsit excommunicatio ſic infligi vt valeat & nõ ſit nulla quamuis iniuſta ſit, dico communiter teneri quòd nõ vt Soto vbi ſupra & de ſecreto in ſecundo membro. quæſt. 8. in reſponſione ad 2.

Arg.

Arg. principale & de iuſticia & iure lib. 5. q. 6. artic. 2. & cum ipſo eſt etiam noſter Caſtro de lege pœnali. lib. 2. cap. vltimo concluſio. 2. ſecundum doctores in 4. diſtinct. 18. & Couarruuias in c. alma mater. de ſententia excom. pat. 1. §. 10. numero. 1. 4. & 5. videtur ad idem licet poſtea oppoſitum teneat.

Sed ad exaltationem poteſtatis Eccleſiaſticæ fortè & quidem ſatis apparenter & verè dici poſſet oppoſitum, quòd ſcilicet illa excommunicatio quamuis iniuſta non tamen nulla ſed valida eſſet atq; teneret: quod maximè de excommunicatione lata per Papam verius videtur. quod tripliciter probatur. Primò, quia aliæ pœnę Eccleſiaſticę poſſunt validè infligi per Eccleſiã pro peccato commiſſo contra ius tantum Diuinum vel naturale ſine vlla præmonitione atq; omnino iã tranſacto, ergo & pœna excommunicationis. nul la eſt. n. ratio diſcriminis: Eccleſia nãq; æquè punire poteſt pœna Eccleſiaſtica hac vel illa peccatũ commiſſum contra ius Diuinum vel naturale, atq; contra ius Eccleſiaſticum ſimul vel ſeparatim: neq; dabitur ratio diſcriminis nec auctoritas qua hoc prohibeatur Eccleſiæ, ſed potius vbi id conceſum ſit, vt ex auctoritatibus infra recitãdis conſtabit. neq; per id Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus &c. vt inferius patebit ad obiecta reſpondendo. Secũdò probatur idem, quia peccans contra præmonitionem Eccleſiæ, vt caueat vel deſiſtat à peccato, licet grauius peccet quàm ſi non præmonitus peccaret, et aut in peccato perſeueraret: at verò excommunicatio vel alia pœna Eccleſiaſtica non infligitur illi propter ſolam in obedientiam vel contumaciam contra præceptum illud Eccleſiæ: Nam eadem pœna incurri poſſet puniri & excommunicari propter inobedientiam, contra præceptum aliud iuris Diuini vel naturalis ſibi cognitum, vel intimatum: modò altera inobedientia vel contumacia ſit alteri coniuncta, modo non vt proximè dictum eſt. Neq; excommunicatur ſolum quia non emendatur, vel quia non deſiſtit à peccato, vel quia non teſtituit aut reparat damnũ quod fecit: quia ſæpe contingit quòd iam ipſe de illo peccato contritus & omnino emendatus eſt, & nullum damnũ eſt ſubſequutum, vel iam reſtitui vel reparari nõ poteſt, vt contingit in inceſtu, fornicatione, homicidio occulto & aliis eiuſmo di peccatis omnino præteritis & iam emendatis. ergo illa excommunicatio quæ tunc infligitur nõ niſi, vt pœna pro illo peccato inceſtus vel homicidii iam omnino præteriti fertur. Tertiò probatur idem per auctoritates. Nam 1. Corint. 5. Paulus tradens Sathanæ inceſtuoſum illum excommunicauit, illo modo tunc in Eccleſia conſueto, pro peccato omnino præterito contra ius Diuinum & naturale: quamuis communiter dicatur ꝙ iã ille pręmonitus erat à Pau. vel ab alio vt deſiſteret ab illo peccato. Sed certè textus id non ſignificat immo dict. c. Romana. potius ſub indicat oppoſitum. Item c. guiliſarius. 23. q. 4 vbi Papa excommunicauit quoſdam quia ipſum deceperunt & comprehenderunt, & præcipit ne de cætero quiſpiam ſimile attentet. & ita pro illo peccato omnino præterito, ſine vlla pręmonitione illos excommunicauit. Item eadem. q. c. inter querelas. B. Gregor. reprehendit quendam Epiſcopum eò quòd pro iniuria in ipſum facta quendam excommunicauit: & non illum reprehendit eò quòd pro peccato iniuriæ iam præterito excommunicauit: quem certè de hoc illum reprehendiſſet ſi id illicitè feciſſet, aut facere nõ potuiſſet, ſicut & ipſum reprehendit de alio quod ſpeciem vindictæ & mali habere videbatur. Itẽ in c. in primis. 2. q. 1. quidam excommunicantur & in monaſterio ad agendum pœnitentiam recluduntur, quia contra ordinem iuris procedentes quendam Epiſcopum, inauditum condemnauerunt & alterum loco illius ſubſtituerunt. Itẽ ex. c. ex parte. de verb. ſign. & diſtin. 86. c. tanta. & 30. q. 2. c. eos qui rapiunt & c. raptores. & 27. q. 1. c. ſi quis Epiſcopus. & vbicunq; in iure præcipitur vt ꝓ crimine vel iniuria iam facta quis à iudice excommunicetur: quamuis abſolutio ab ea non fiat quouſq; fiat debita ſatisfactio vel emenda: at verò ipſa excommunicatio non quia non emendat vel non ſatisfacit, ſed quia peccatum illud fornicationis vel inceſtus vel quia iniuriam fecit quod omnino iam tranſiit contra ius Diuinum vel naturale infligitur vel infligi decernitur, vt conſtat ea iura conſideranti. ad idem facit quòd B. Ambr. excõicauit Imperatorẽ Theodoſium propter ſæuiciam in Theſalonicenſes exercitam vt diſt. 96. c. duo ſunt. & in hiſtoria Eccleſiaſtica. lib. 5. c. 1. habetur. Hanc opinionem tenent expreſsè gl. in c. Romana. de ſent. exc. lib. 6. & Caiet. 2. ſenten. q. 69. art. 2. & Almayn de poteſtate Eccleſiaſtica. c. 10. & Silueſtrina. excom. 1. notab. 3. & 4. & excommunic. 2. notab. 2. & 4. & ibidem inferius. q. 11. vbi agit de eo qui per iudicem excommunicatur quia impregnauit monialem, quomodo ligatur quomodo non: facit & Couarruuias vbi ſupra. §. 10. nu. 5. fol. 84. ſecundum gl. in d. c. Romana.

Si contra hanc opinionem Arguatur pro opinione communi, quòd Matth. 18. non datur facultas Eccleſiæ ad excõmunicandum niſi pro inobedientia vel contumacia contra præceptum Eccleſiæ annexa vel non annexa alteri peccato mortali, talis autem inobedientia & contumacia non eſt vbi admonitio vel præceptum Eccleſiæ non præcedit, quale peccatum omnino præteritum eſt. ergo &c. Reſpondeo negando maiorem. Nã licet Math. 18. detur poteſtas & modus excõmunicandi vt iuſtè fiat: non tamen negatur ea poteſtas Eccleſiæ ſi aliter faciat neq; eius ſententia ibi decernitur nulla; ſed modus ſcomunicandi relinquitur Eccleſiæ vt viderit expedire. Itẽ minor

eſt

eſt falſa. eſt.n.inobedientia & cõtumacia, etiam contra legem humanam idem prohibentem, ſi non formalis bene tamen virtualis in ipſo facto, vti ſuperius in rõſione ad primum argumentum dictum eſt. Si ſecundò obiiciatur quòd excommunicatio non poteſt eſſe niſi ſit medicinalis.c. cum medicinalis. de ſententia excom.lib.6.pro peccato autem omnino præterito non poteſt eſſe medicinalis,quia iam nullum remediũ eſt neq. vtilitas,ſed potius damnum eius qui excommunicatur qui etiam fortè iam de peccato penituit ergo ſuper eo ferri non poteſt. Reſpondeo negãdo minorem: quia ſicut omnes aliæ pœnæ ſpirituales & temporales per Eccleſiam pro præteritis peccatis inflictæ ſunt medicinales ex natura ſua, quatenus vel ipſi peccatori vt redeat ad cor vel ſic inuitus vel timeat caueatq́; de cætero, & ſimiliter aliis ſit in exemplum:ita de hac excommunicatione dicendum eſt. Et ita patet reſponſio ad primam probationem atq; ſecundam principalis argumenti ſuprapoſiti.

Ad tertiam probationem illius primi argumẽti principalis reſpondeo negando minorem.quia licet non formaliter, at materialiter in ipſo facto ratione ipſius criminis, vt diximus ad primã probationem,offendit omnem legem id prohibentem:licet non culpabiliter agat contra talem legem inuincibiliter ignoratam.ſicut in ſolo lumine naturali fornicantes legem Diuinam inuincibiliter ignorantes, licet inculpabiliter: tamen pœnam æternam ipſius Diuinæ legis ignoratæ incurrebant vt patet ex ſupradictis.

Ad quartam probationem prædicti primi argumenti ſuprapoſiti reſpondeo,quòd in duobus primis caſibus ibi poſitis eſt ignorantia facti probabilis, quamuis habens ortum ab ignorantia iuris humani: quæ ignorantia excuſat à pœna legis,vt ſupra.q.26.dictum eſt:quia ibi non eſt cõtemptus in ſe legis nec in facto quod canon punit, ſicut eſt ignorantia tantum iuris humani de qua loquimur.& ad c.vt animarum. Reſpondeo quòd ſolum loquitur de ignorantia ſtatutorum diœceſanorum, vt patet idq́; ex benignitate iuris ſpeciali: ideo potius eſt pro noſtra opinione vt ſupra probatum eſt.

Quòd ſi obiiciatur adhuc:c.Romana.de ſent. excom.libro.6.vbi prohibetur excommunicatio pro præteritis aut futuris culpis etiam conditionaliter fieri.Reſpondeo ſecundum Couarruuias vbi ſupra.§.10.nu.5.fol.84.col.1.quòd intelligitur ad hunc ſenſum.Primò quòd non feratur excommunicatio pro culpis futuris, niſi culpa vel offenſa præceſſerit: nam ſi præceſſerit culpa vel offenſa poterit excommunicatio ferri pro futura & pro prẹterita culpa.Secundò ibi etiam prohibetur ne excommunicatio feratur ſub ea conditione ſi intra tantum tẽpus non ſatisfecerit:niſi mora in ſatisfaciendo præceſſerit.Tertio ne hoc. ſecundo neq; illo primo modo pro prẹteritis aut futuris culpis excommunicatio feratur abſolutè vel conditionaliter, niſi aliqua alia rationabilis cauſa ſubſit. Nam ſi ſubſit vtique. pro præteritis & futuris culpis abſolutè & conditionaliter excommunicatio ferri poteſt,vt dictum eſt, & ita etiam magna ex parte practicatur dũ ad reincidẽtiã excõicatur & vt diximus à Papa fieri poteſt.

Secundò arguitur principaliter cõtra illã primã propoſitionẽ ad idẽ.quia ſi ius Diuinũ ſuperueniẽs prohiberet ſub pœna ẹterna id quod aliàs eſt prohibitũ iure humano ſub aliqua pœna,putà ꝙ nõ comedantur carnes die veneris aut ꝙ nõ cõtrahatur matrimoniũ in quarto gradu cõſanguinitatis: ſequeretur ꝙ qui ſcit prohibitũ iure humano,ſed inuincibiliter ignorans eſſe ẽt prohibitũ iure Diuino: ſi id violaret non ſolũ incurreret pœnam illius iuris humani ſed ẽt iuris illius Diuini prohibẽtis id quod aliàs iure humano prohibitũ eſt.patet ſequela per eandem rationẽ omnino per quã tenetur opinio præfatæ propoſitionis.ꝙ aũt hoc cõſequẽs ſit abſurdũ patet,quia inuincibilis ignorãtia iuris Diuini excuſat à culpa vt ſupra q.17.ergo & à reatu pœnẹ æternæ pp illã culpã. argum.

Et confirmatur primò,quia ex prẹfata opinione ſequeretur primo, ꝙ ligarentur excõione illi qui cõmittunt actum prohibitum ſolo iure humano ſeu Papali per extrauagãtes,& priuilegia quæ probabiliter ignorãtur.putà per Sixtinã & huiuſmodi priuilegia innumera in mille caſibus particularibus, quod tamen eſt falſum & contra cõiter doctores vt patet ex ſupradictis. Et ſimiliter, ſecundò ſequeretur quòd qui actum lege Diuina prohibitum cõmitteret,incurreret excõmunionem latam per priuile[illegible]ium particulare Papẹ, conceſſum in fauorem [illegible] perſonæ ſeu religionis aut ſtatus,cont[illegible] delin[illegible]ttẽtem illud aliàs iure Diuino prohibitum nu[illegible]iam ſi probabiliter ignoret tale priuilegium, vt ſæpe cõtingit in multis priuilegiis conceſsis religioſis ſub excommunicatione ipſo facto cõtra eos moleſtãtes in perſonis & rebus. & quod id ſequatur patet ex ipſa opinione, quia non excipiuntur in ſecunda eius parte ſecundum.d.c.vt animarũ.in quo fundatur opinio,niſi excõmuniones ordinariorum. Quòd autem iſtud concedere ſit abſurdum patet, quia ſic irretiretur totus mundus talibus excõmunionibus priuilegiorum: & quia contra faciens non cenſetur excõicatus ẽt ſi excõmunicatio ſit ipſo facto lata, in contra facientes niſi poſt iudicialẽ notificationem ſeu ſententiam: & quia ſine tali præmonitione cenſentur æquè ignorari vt ſtatuta particularia diœceſanorum de quibus habetur.d,c.vt animarum.& quia eſt eadẽ ratio vtrobiq; & per conſequens eadem lex, quia ratio eſt anima legis. Confirma. 1.

Reſpondeo ad ſecundum Argumentum negando ſequelam: & ad eius probationem negatur quòd ſit eadem ratio vtrobique. Quoniam humanũ ius & legiſlator humanus, vt defenſor

legis

legis Diuinæ & naturalis ei obſequens ad eius obſeruantiá tendens & nindex tranſgreſsionis illius, qnando prohibet & punit id quod aliàs iure Diuino & naturali prohibitum eſt : id præcipuè facit quia aliàs iã cognoſcitur illud iure Diuino prohibitum eſſe uolens conſeruare honorem ſui ſuperioris : & ideo etiam incurritur eius pœna & uindicta. ſecus quando ius Diuinum ſuperueniens prohiberet & puniret quod eſt aliàs iure humano prohibitum. Nam cùm ius Diuinum ſit ſuperius & non ſit defenſor, miniſter aut executor legis humanæ nec uindex eius : inde nõ prohibet, aut punit id quia iure humano aliàs cognoſcitur eſſe prohibitum : neque ut cõſeruet honorem iuris aut legislatoris humani tanquam ſuperioris : ſed quia uult principaliter id nunc prohibere de nouo ut ſuperior : ſicque tranſgreſsionem talis iuris Diuini præcipuè punit quia cõtra ipſum peccatum eſt. Ideo qui non peccat culpabiliter contra ipſum ius Diuinum non incurrit eius pœná aut uindictam : quamuis aliam pœnam legis humanæ uiolatæ incurrat.

Ad primam confirmationem, reſpondeo ad primam eius parté de extrauagan. & priuilegiis ſuper re tantũ humanitus prohibita negando ſequelam : quia ubi nulla culpa contra ullum ius, nulla etiam pœna ullius iuris iuſtè infligit, ut dictum eſt. Ad ſecundam partem confirmationis : id facilè conceditur ex dictis ; neque ullum eſt inconueniens neque periculum quòd talium priuilegiorum uel extrauagátium uiolatores excommunionem ipſo facto inflictam, etiam ante notitiam uel notificationem aut monitionem iuridicam incurrant in foro conſcientiæ. Nam in foro exteriori tunc ſolum eam pœnam incurrunt, quando talia ſunt quòd cenſentur & ſunt communia, uel generalia & nota cõmuniter omnibus ; ita quòd eorum nulla præſumitur nec eſt ignorantia probabilis maximè apud ipſos uiolatores aut transgreſſores eorum : quæ aliàs iure Diuino uel particulari ſunt prohibita : id tamen raro contingit quò ad ipſa priuilegia : nam ferè ſemper dicitur in eis quòd poſt talem uel talem notitiam eorum intra tantũ uel tantum tempus & non ante, ipſa excommunicatio in tranſgreſſores inflicta ipſo facto in utroque foro incurratur. Quòd ſi talia priuilegia uel extrauagan. non ita generalia nec communiter nota ſunt neq; cenſentur : tunc certè ipſorum excommunicatio ab ignorantibus in utroque foro non incurritur : ſicut nec pœna ſtatutorum diœceſanorum per eandem rationem, quia ut diximus, ex ipſorum priuilegiorum tenore conſtat quòd non aliter ligare Papa intendit, immo nec eorum aut iuris communis pœnam incurrit, qui ex culpabili ignorantia transgreditur quando tale ius uel priuilegium requirit dolum expreſsè, ut in q. 28. ſequente latius habetur.

Secunda opinio etiã probabilis eſt in hac quæſtione quæ diſtinctè & generaliter tenet q. qui cõmittit factũ aliàs lege Diuina uel naturali damnatũ, quantũcunq; mortaliter peccet contra Deũ, nullã pœnã humaná inflictam pro illo peccato incurrit in foro conſcientiæ : ſi probabiliter ignorabat talem legem humanam Papalem communem aut particularem ſeu ordinarii cuiuſcunque, quia nullam differentiam facit inter hæc. Fundamentum huius opinionis eſt illud quod ſupra tactum eſt in argumentis contra primam opinionẽ & maximè in primo argumento præfato : quod tamen ibi ſolutum eſt. Hanc opinioné tenet Summa Angelica titul. excommunicatio. 7. §. 2. caſu ultimo & Syluester titul. excommunicatio. 2. nota. 3. & excommunicatio 10. q. 3. & latius titul. ignorantia. q. 8. & dicit eſſe de mente Florenti. 3. par. ſu. titu. 25. cap. 23. & Anton. de Butrio & Panormi. in cap. à nobis. de ſenten. excommu. & in cap. cognoſcentes. de conſtitutio. & Innocenti. in cap. ſi uerò. de ſententia excommunic. præſertim quò ad alias pœnas, excepta excommunicatione : & Bea. Thom. 1. quodlib. artic. 19. uniuerſaliter id tenere uidetur, quòd ſcilicet, conſtitutio Papalis ligat ſolũ ex lata culpa ignorantes, ut dicetur infra q. 29. & ad hanc opinionem uidentur accedere doctiſsimi quidam moderni, de quorum numero eſt Soto in 4. ſenten. diſtinctio 22. q. 1. artic. 2. & tandem noſter Caſtro de lege pœnali lib. 2. cap. 14. & tenent ſatis communiter Theologi in 4. diſtinctio. 18. & hæc opinio fortè fuit uera ante conſtitutionem cap. ut animarum. de conſtitutio. lib. 6. & Couarruuias in cap. alma mater. de ſenten. excommun. par. 1. §. 10. numero 12.

Contra hanc opinionem poſſunt fieri argumenta, uidelicet tres illæ rationes ſuprapoſitæ in probatione primæ opinionis præcedẽtis. quarum prima ſumpta eſt ex cap. ut animarum. de ſenten. excom. lib. 6. *argum. 1.*

Ad quam poteſt reſponderi pro hac ſecunda opinione ut reſpondet Syluester. titu. ignorantia. q. 8. quòd argumentum ſumptum à contrario ſenſu ut ibi ſumitur non ſemper ualet : immo reſponſio præfati cap. ſcilicet ut periculis animarum obuietur, æquè militat in ſtatutis & ſententiis Papę & magis quàm in ſtatutis ordinariorum aliorum : quia ſtatutum Papæ eſt uniuerſalius & ideo plures ligat & minus publicatur ; ideo maior ratio eſt ibi prouidendi periculis animarum, quàm in ſtatutis ordinariorum ubi non eſt tale periculum. Nunc autem ratio legis ibi expreſſa trahitur ad caſus ſimiles ubi inuenitur eadem ratio : etiam ſi talis caſus ibi non exprimatur. Quanto magis quòd in eod. cap. ut animarum, ubi dicitur, quorumcunque ordinariorum, ſic abſolutè non limitando ad ordinarios locorum, poteſt per quoſcunq; ordinarios intelligi etiã Papa & eius ſtatutũ comprehendi in illa mitigatione illius ca. & licet ſuffeciſſet dicere ordinariorũ nõ dicendo quorũcunq; *reſpon. ad 1. argumen.*

ubi uidetur includere ſolum particulares ordinarios: tamen addidit id Papa uter cludat ſtatuta communitatum de quibus ibi Papa non loquitur.

Sed certè præfata reſponſio Silueſtri non ſatisfacit: quod quadrupliciter probatur. Replica. Tum primò quia poteſt negari quòd præfatum c. fundatur ſolum in ratione ibi expreſſa: quamuis ſit motiuum ad ſic ſtatuendum: ſed præcipuè fundatur in uolũtate Papæ ſic ſtatuentis ut patebit ſtatim. igitur ſic replicatur, quando ratio ſtatuti non eſt principalis ratio ſtatuendi ſed eſt motiuum tantum: tunc non debet trahi ad ſimiles caſus non expreſſos, ut eſt practica Iuriſtarum & refert ipſe Silueſter titu. lex. q. 17. 18. & alii Sumiſtæ. & Adrianus in ſuo 4. ſententiarum in materia excommunionum. q. 3. in 8. exceptione, ubi ad hoc etiam refert dictum Ioannis Andreæ in cap. ſacris, de his quæ ui metus. dicentis quod caſus exceptus à regula iuris non extendendus eſt ad alium caſum eiuſdem uel paris rationis niſi per Principem, ut habetur in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matrimo. & per notata in c. conſtitutionem. de regu. iu. lib. 6. & in regula. quæ à iure exorbitant. eod. lib. ubi etiam dicit Adria. quòd hoc dictum Ioan. Andr. eſt uerum & debet intelligi dumtaxat quando exceptio illa illius caſus fit principaliter ex principis ſeu iuris diſpoſitione: non tamen cum ex ipſa ſola ratione locum haberet ipſa exceptio ante principis ſeu iuris diſpoſitionem: tunc. n. ſecundum communiter doctores ſecundum rationem eſt ſenſus legis & exceptionis. in caſu autem prædicti cap. ut animarum, ratio exceptionis illius ſcilicet excomunionis latæ per ſtatuta ordinariorum non habet locum ex ſola ratione neque in ea præcipuè fundatur, ſed in voluntate Papæ benignè quamuis ex pia cauſa moti ſic ſtatuere uolentis. quod patet. quia niſi Papa excipere benignè uoluiſſet, certè eſſet idem iudicium de ea & de excommunione ſeu ſententia lata per ius commune aut papale: alioqui nõ erat cauſa condendi tale cap. ſi etiam ante eius conditionem eſſet idem ius. neque illud caput eſſet iam ius nouum aliquid de nouo diſponens. igitur non poteſt extendi ad alios caſus etiam eiuſdem rationis ibi non expreſſos. Tum ſecundò, quia etiam ſi id cõcedatur poteſt tamen bene negari quòd ſit par aut ęque periculum in non mitigando ſententiam iuris communis uel Papę. immo oppoſitum patet: quia ſententiæ papales aut iuris communis non ſunt de tot caſibus particularibus ut communiter & paſsim in eas homines incidant: quale periculum eſt in ſententiis ordinariorum quę ſunt tot & de tot particularibus & ut plurimum accidentibus, quę & non communiter diuulgantur, ut facilè & communiter in eas incidant homines. ideo iis periculis communiter accidentibus tantum uoluit Papa in dicto cap. benignè prouidere. Tum tertiò quia in dicto cap. non eſt argumentum à contrario ſenſu ut dicebat Silueſter: ſed à ſpeciali lege ſeu exceptione contra communem legem generalem. & licet eſſet argumẽtum à contrario ſenſu, tamen probatum eſt ſuprà quòd ibi bene ualet. Tum 4. quia poteſt optimè negari quod noĩe ordinariorũ ibi etiã cõprehendatur Papa. immo & oppoſitũ inde probatur. quia licet Papa ſit ordinarius generalis totius Eccleſię: tñ quando ipſe Papa pluraliter dicit ordinarios quoſcunq; ferendo legẽ inductiuam noui iuris & mitigatiuã iuris cõmunis, ut ibidem facit, ſecundum omnes doctores non uidetur comprehendere ſe ipſum niſi exprimat. quia ſic eſt conſuetudo loquendi quòd in generali locutione perſona loquentis intelligitur excepta, ut eſt etiam regula iuriſtarum: niſi oppoſitum aliàs conſtet. immo & gloſ. in eod. cap. ut animarũ, expreſsè per ordinarios intelligit oẽs alios particulares ordinarios à Papa, & per ſententiã ordinariorũ intelligit excludit ſententias generales generaliũ ſtatutorũ Papę. igitur euaſio Silueſtri nulla eſt, nec põt effugere quia & claudicat omnibus quatuor pedibus.

Ideo uolens tenere hanc ſecundam opinionẽ poteſt reſpondere ad primam rationem pręfatam ſumptam ex cap. ut animarum, dicẽdo quòd ante dictum cap. erat fortè uera iſta ſecunda opinio: nunc autem per illud eſt inſtitutum nouum ius: ideo nunc nõ habet locum, ſecunda opinio ſed prima. Sed certè contra hanc reſponſionem & opinionẽ eſt etiã replica fortis, quod etiã ante dictũ cap. ut animarũ, nõ habet locũ iſta ſecũda opinio ſed prima, quia dictũ ca. eſt nouũ ius ſolũ quò ad mitigandũ & ad prouidendũ periculis animarũ ut ibi dicitur: & hanc mitigationem ſolũ facit quò ad ibi expreſſa, ſcilicet quò ad ſententias uel coſtitutiones ordinariorum ex probabili ignorantia uiolatas. ergo quò ad ſententias iuris communis etiam probabiliter ignoratas non extenditur præfata mitigatio. igitur manent ſicut ante nõ mitigatę: & ligant ſemper nunc & olim ut ſupra in prima ratione dictum eſt. & ita hæc opinio ſecunda non bene reſpondet ad primã rationẽ ſupra dictam ex cap. ut animarũ. replica.

Ideo tertiò modo reſpondet Couarruuias 3. reſponſio. ubi ſupra quòd dictum cap. ut animarum intelligitur de non ſubditis ignorantibus ſtatuta diœceſanorum delinquentibus intra teritorium eorum: quia non ligantur ſtatutis ipſorum. Sed certè hæc expoſitio diuinatoria eſt, neque textus ei ſuffragatur, neque id ſignificat, quod ſi intendiſſet id facile explicare potuiſſet. ideo ubi ius non diſtinguit nec uos diſtinguere debemus, ut ait gloſ. in cap. ſolite. de maiorita. & obedien. & doctores communiter.

Secundò contra pręfatam ſecundam opinionem arguitur ex cap. cum illorum. de ſententia excommunic. ut habetur ſupra in ſecunda probatione primæ opinionis. argumentum 2.

Reſpon. Ad quod, pro hac ſecunda opinione quid poſſit ſufficienter reſponderi ego non uideo: niſi ſubterfugiendo dicatur quòd ibi papa loquitur de ignorante culpabiliter ſeu improbabiliter prædictum ius: & quòd ratio cogit ita intelligere, licet textus non exprimat.

Replica. Sed contra hanc reſponſionem eſt replica manifeſta. quia iam probatum eſt ꝙ lex expreſſè loqui uidetur de ignorantia probabili iuris humani, ut patet ex uerbis exceptionis ibidem ſequentis, ſcilicet dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit. ideo qui uoluerit tenere hanc ſecundá opinionem prouideat ſibi de alia reſponſione ſufficiente: uel dicat quòd non eſt idem iudicium de pœna irregularitatis & de aliis pœnis ut ſupra q. 26. propoſitione ſecunda habetur.

Argum. 3. Tertiò contra præfatam ſecundam opinionem, arguitur per rationem quæ ſupra poſita eſt in tertia probatione primæ opinionis & in reſponſione ad 1. argu. contra eam. Reſpon. Ad quam poteſt reſponderi pro hac ſecunda opinione, negãdo quod ſufficiat peccatum mortale contra legem Diuinam: ſed oportet quòd ſit mortale contra ipſam legem humanam non ſolum in facto, ſed & quòd formaliter. ſit contemptus uerus uel interpretatiuus ipſius legis humanæ ut eius pœna incurratur pro illa culpa. ad hoc autem requiritur cognitio eius: & ita ſine cognitione aliqua ipſius legis non incurritur culpa contra eam: & per conſequens neque pœna eius. Sed hæc reſponſio facilè poteſt confutari per ea quæ habentur ſupra in probationibus ſecundæ opinionis. Replica. Et uidetur mihi ꝙ bonus vir iſte Silueſter non loquitur conſequenter hic in titu. ignorantia. q. 8. tenens quòd ad incurrendum pœnam iuris humani requiritur cognitio & contemptus & tranſgreſsio ipſius. & ſupra titu. excõmunicatio. 1. notabi. 3. in fine dicens ꝙ ſufficit peccatum mortale contra legem Dei, ut ſupra dictum eſt in reſponſione ad. 1. Argu. contra primam opinionem. qui tamen Silueſter ſolet de his repugnantiis auidius debito carpere ſummam Angelicam & alios doctores.

3. Opinio. Tertia opinio indiſtinctè tenet ꝙ cõmittens actum Diuina uel naturali lege prohibitũ incurrit etiam pœnã legis humanæ pro tali culpa inflictã, etiam ſi illam legem probabiliter ignoret. & hæc opinio nullam diſtinctionem facit inter leges humanas generales aut papalia ſtatuta & ordinariorum aliorum. Fundamentum huius opinionis eſt quod tactum eſt ſupra in prima & ſecunda probatione primæ opinionis. & hanc opinionem tenet Scotus & alii communiter iuriſtę & canoniſtę ubi ſupra ſunt recitati in fine probationum primæ opinionis. & horum opinio fortè fuit uera ante editionem dicti cap. ut animarum. ubi de nouo eſt mitigatio facta in conſtitutionibus ordinariorum ut ſupradictum eſt. poſt editionem autem prædicti cap. non uidetur vera hæc opinio quò ad ſententias ſeu ſtatuta ordinariorum ut patet per ipſum cap. & probatum eſt. Quòd ſi Scotus & alii eiuſmodi generaliter & indiſtinctè loquentes intellexerunt ſuam generalitatem, ſolum quò ad ſtatuta cõmunia aut generalia papæ quæ propriè dicuntur iura: quò ad ſtatuta aũt ordinariorum non loquebantur ſed implicitè aut tacitè ſe limitare uoluerunt ſecũdum cap. præfatum, ut animarũ. tunc coincidunt cum prima opinione ut ibi dictum eſt.

Igitur nunc poſt editionem dicti. cap. uidetur dicendum quòd ſolum ſunt duæ opiniones probabiles: & ſunt illæ duæ priores ſupra poſitæ. quorum prima uidetur uerior ſecundum rigorem iuris. ſecunda autem ſupra poſita uidetur mitior & æquior ſaltem quò ad pœnã excõmunionis. inter rigoroſam autem & æquam opinionem illa eſt in foro conſcientiæ eligenda & tenenda quæ eſt probabilior & ſecura, quamuis abſolutè & ſemper nõ ſit ſecurior neceſſario tenenda. ut habetur latius ſupra. q. 3. & infra libro tertio de cõſcientia q. 13. in 4. modo principali ibi poſito. & ideo tandem uidetur quòd prima opinio ſit tanquã probabilior & ſecura tenenda quò ad omnes pœnas excepta irregularitate: de qua dicatur ut ſuperius in q. 26. propoſitio. 2. in ſecunda eius parte dictũ, eſt quod incurritur, quando datur opera rei illicitæ.

QVAESTIO VIGESIMA OCTAVA.

VTRVM IGNORANTIA VINCIbilis iuris uel facti excuſet à pœna iuris humani, ſi non doloſè nec ex lata culpa commiſſum eſt contra illud.

Propo. RESPONDEO quòd ſic: idque ſolum quando tale ius non punit per talem pœnam niſi culpam ſcienter aut ea uero dolo commiſſam: & homo rei licitæ operam dabat. non autem excuſat maximè à pœna excommunionis & aliis pœnis ſpiritualibus ſi operam dabat rei illicitæ. regulariter etiam non excuſat à pœna temporali non corporali iuris humani quando ex lata culpa uel ignorantia uincibili contra tale ius cõmiſſum eſt.

Nota 1. Hæc reſponſio habet tres partes pro quarum declaratione duo nota. Primũ quòd ſecundum Silueſtrum titul. culpa, & dolus, & ſupra quæſt. 1. quæſt. 26. in hoc lib. habetur ſecundum communiter doctores. Culpa ſecundum ius dicitur defectus uel deuiatio à bono uel ab eo quòd ſecundum ius fieri deberet, & per hominis debitam diligentiam poterat prouideri. & in hac ultima particula differt à caſu fortuito quando præuideri nequit. in prima particula differt à dolo qui eſt uoluntas nocendi à propoſito ut proximè dicetur. culpa autem non eſt uoluntas formalis ſed interpretatiua: ita quod ut diximus eſt circunſpecta, ideſt inconſiderata deuiatio ab eo quòd

deberet fieri ſecundum legem : & hæc eſt triplex, ſcilicet lata, leuis, leuiſsima. Lata culpa eſt deuiatio incircunſpecta ab ea diligentia quam communiter habent homines eiuſdem profeſsionis in ſimilibus, & differt à dolo uero qui eſt inſidioſa & ſerioſa machinatio. Culpa leuis dicitur deuiatio incircunſpecta ab ea diligentia quam communiter habẽt diligentes homines illius profeſsionis in ſimilibus. Leuiſsima autem dicitur deuiatio incircunſpecta à diligentia quam cõmuniter habent homines diligentiſsimi in ſimilibus.

Dolus eſt caliditas, fallatia ſeu machinatio inſidioſa atque ſerioſa uoluntas nocendi : ſeu quando à propoſito deuiatur ab eo quod contra legem deberet fieri ſeu caueri. & eſt duplex, ſcilicet uerus & præſumptus. Verus dolus eſt quando eſt formale propoſitum nocendi uel peccandi, ut dictum eſt. Præſumptus autem quando eſt interpretatiua uoluntas ſic quod eſt in lata culpa. ideo ſecundum communiter doctores dolus præſumptus & lata culpa æquiualent. immo ubicunque punitur peccatum ex dolo præſumpto etiam intelligitur puniri ex lata culpa uel ex ignorantia uincibili. ubi autem ſolum punitur ex dolo uero ibi non ſemper punitur per illam pœnam peccatum ex dolo præſumpto aut ex lata culpa commiſſum, ut proximè dicetur.

Secundò nota quòd tunc cognoſcitur ſtatutũ uel legem requirere dolum & punire peccatum tantum ex dolo vero, quando imponitur pœna corporalis & ſanguinis aut punitur quis in fama ſeu in ſtatu : quia ibi lata culpa non æquiparatur dolo uero, ut Siluester titu. culpa. quæſt. 10. & 11. & titul. pœna quæſt. 16. & titul. ignorantia. quæſt. 8. & hoc maximè eſt verum in foro iudiciali. Ad idem ſunt doctores communiter in cap. ſignificaſti. de homicidio. Barthol. & Hypolitus in l. 1. §. diuus Adrianus. ff. de Sicariis. notab. 36. & 39. & Aretinus conſi. 146. 147. & Paulus in l. 1. C. ubi ſen. uel clariſs. notab. 3. & Iaſ. in l. 1. notab. 24. ff. de legi. & Pe. forliui. in ſua practica criminali. par. 2. 2. partis notab. 3. & gloſ. in cap. eum qui. & ca. quantum. diſtinct. 50. & couarruuias in clementina. ſi furioſus. de homicidio par. 2. §. 1. per totum latius agit. generaliter autem in utroque foro tunc pœna legis punitur peccatum ex uero tantum dolo & non ex præſumpto commiſſum: quando lex expreſsè id ſonat, utpotè ſi dicat. Si quis ſuadente diabolo aut ſcienter ſiue dolosè tale quid fecerit incidat ex communionem uel talem pœnam incurrat. tunc enim eam pœnam non incurrit qui ſolum lata culpa uel dolo præſumpto aut ex ignorantia craſſa egit contra legem illam quia uerus dolus requiritur ad id, & hoc ſine dubio uerisſimum eſt quando quis operam dat rei licitæ. ideo Innocentius in Clementina. eoſ. de cõſangui. & affini. ait, quòd cùm ille textus dicat, Si quis ſcienter contraxerit &c. non comprehenditur ſub illa pœna nec illam ex communionem incidit is qui ex lata culpa uel ignorantia craſſa facti in gradu prohibito contraxit, quamuis non omnino excuſetur à culpa nec ab alia leui pœna quia rei licitæ operam dabat: & tex. ille dolum uerum requirere uidetur ut dictũ eſt : quamuis gloſ. ibidem oppoſitum ſignificet.

Quando uerò quis operã dat rei illicitæ, vtrùm incurrat ex communionem & alias pœnas legis ſu pradictæ requirentis uerum dolum ſi non ſcienter & dolosè ſed ex lata culpa & ignorantia craſſa contra eam egit in hoc ſunt opiniones. Nam Cardinal. & Fcli. in cap. ſi uerò 2. de ſent. exco. & Panormita. in cap. cognoſcentes. de cõſtitutio. lib. 6. & Silueſtr. ignorantia. q. 8. & quidam alii dicunt quòd non. & ideo Panormita. ait quòd malè percutiens clericum quem ex lata culpa uel ignorantia craſſa putabat eſſe laicum non incidit excõmunionem illius ca. Si quis ſnadente. 17. q. 4. quia ad id requiritur dolus uerus. Sed alii plures & quidẽ communiter tenent ꝙ ſic : & hoc eſt uerius. ſecũdum quos 2. pars propoſitionis poſita eſt ut latius probat couarruuias in ca. alma mater. de ſen. exco. lib. 6. par. 1. §. 10. num. 16. fol. 94. 95. quia ex quo ſcienter uoluit rem agere illicitam cui operã dabat, iam illam uolens cenſetur eo ipſo uelle id quod neceſſariò ſequitur ex illa : & ita hoc uoluit in ſua cauſa. quo fit ut effectus iſte ſicut eſt volitus in ſua cauſa ita & malitiam habeat uel contrahat in ſua & à ſua canſa : & per conſequens qui id egit pœnam legis contra quam peccauit incurrat ac ſi ſcienter & volens ſiue dolosè cõmiſiſſet. & ita qui dans operam rei illicitæ percuſſit clericum quem ex ignorantia craſſa putabat eſſe laicũ, peccauit peccato ſacrilegii & excommunionem illius. cap. Si quis ſuadente. 17. q. 4. & illius cap. Si uerò. 2. de ſenten. exco. incurrit.

Tertia pars propoſitionis regulariter etiã &c. probatur. Quia lata culpa ſiue dolus præſumptus generaliter ſufficit ad incurrendum pœnam legis humanæ non requirẽtis dolum uerum, ut patet ex dictis. & conſonat Silneſter titu. ignorantia. q. 8. & adulterium. q. 8. q. 9. & culpa. q. 10. q. 11. & excommunicatio. 10. q. 3. ſecundum Panormi. & doctores cõmuniter ut couarruuias ubi ſupra latius agit, ut etiam proximè dicetur. Quando uerò non eſt dolus neq; lata culpa quæ æquiparatur dolo præſumpto, ſed ſolũ ignorantia aut culpa leuis & uenialis in facto : non incurritur pœna canonis inflicta pro culpa. quia ad incurrendum talem pœnam requiritur ſaltem dolus præſumptus ſeu lata culpa quando non exprimitur ꝙ requiratur dolus uerus. ut in l. quod nerua. ff. de depo. & hoc tenet Ioa. Andr. in ca. quante. eod. titu. in nouell. & Inno. in ca. cũ medicinal. eod. tit. lib. 6. de ſentẽ. excom. & ſecundũ cõmuniter doctores utriuſq; iuris, ut refert etiam Silueſt. & Adria. in 4. de clauibus art. 3. exceptio, 7. ubi ſupra. & hoc ut diximus eſt uerũ regulariter. Dico regulariter quia aliquãdo licet raro incurrit irregularitas uel alia pœna

pro

pro lenisſima culpa, ut ſi Medicus doctiſsimus & diligentiſsimus conductus eſſet: & ex ſua leuiſsima culpa regem occidiſſe: præter intentionem, ut tenet Sum. Angel. & Adria. in 4. de reſtitu. & alii, ut refert Sylueſt. titu. culpa quæſt. 4. cuius oppoſitum ipſe cum aliis tenet ibidem. aliquando etiam ſine ulla culpa propria quis incidit pœnam legis, putà irregularitatem uel ſuſpenſionem in odium criminis aut facti ſimoniaci & huiuſmodi, ut ait gloſ. in cap. ex inſinuante. & cap. de ſymoniace. extra de ſymonia. Quando autem quis eſt in dubio iuris uel facti & ſic agit cõtra legem tunc dic, quòd ſi ſic agendo peccauit mortaliter incidit ex communionem ſeu pœnam legis inflictam pro illa culpa ac ſi ex lata culpa egiſſet. quia homo diligens in cauendo cenſuras interim dum eſt in dubio certè rationabiliter caueret donec ſufficienter inquireret & certificaretur, ut ait Syl. ueſtr. titu. ignorantia q. 9. Ideo & Adria. ubi ſupra dicit quòd ſi quis exiſtens dubius de iure, an ſcilicet, ipſe licitè cõmunicet cum Sorte, de quo dubitat, an ſit excommunicatus & denunciatus propter furtum quod uidit illum cõmittere propter quod ſolet excommunicatio infligi & denunciatio fieri: tunc ſi poteſt ipſum Sortem uitare ſine illius confuſione & præiudicio putà in ſecreto tenetur uitare aliàs amans periculum peribit in illo. Si autem non poteſt illum uitare ſine tali cõfuſione & præiudicio ita ſcilicet, quòd ſi ſortes non ſit excommunicatus erit ipſi præiudicium in tali uitatione putà in publico: & tunc credo ait Adria, quòd licet, & ſine incurſione ex communionis poteſt in mitiorem partem quæ charitatis eſt declinare, communicando cum prædicto forte in tali dubio. hæc Adrianus, & conſonat Gabriel in 4. diſtinctio. 18. q. 3. notab. 3. & Floréti. 3. par. titu. 25. cap. 1. §. 1. & Gerſon de uita ſpirituali lecti. 4. & Silueſter ex communicatio. 5. in 4. notab. dub. 16. 17. & abſolutio. 3. dub. 1. §. 10. & titu. dubium q. 4. quamuis alii aliter opinantur. immo ſaluo meliori iudicio mihi uidetur in hoc ultimo caſu quòd talis tenetur non uitare ipſum ſortem in publico: quia certius peccatum iniuſticiæ cæteris paribus eſt potius cauendum quàm dubium peccatum incidendi ex communionem, ut de hoc latius habetur in tract. lib. 3. de cõſciẽtia quæſt. 8. ibi uideatur, quamuis Adria aliqualiter diſſonet. Prædicta omnia in hac tota quæſtione ſunt uera in foro conſcientiæ. nam quò ad forum contentioſum & iudicialem ubi ſtatur præſumptionibus aliter dicendum eſt, id quod à doctoribus forenſibus eiuſmodi facultatis petendum eſt. Et nota ex ſilueſtro ubi ſupra titu. culpa quæſt. 11. quòd ignorantia etiam iuris naturalis ex lata culpa, excuſat à dolo & à pœna quæ propter dolum ſecundum ius humanum imponenda eſſet.

QVAESTIO VIGESIMANONA.

VTRVM PECCATVM EX malitia ſit grauius quàm ex paſsione & ignorantia, & quod eorum eſt periculoſius.

RESPONDEO per duas propoſitiones quarum prima eſt. Peccatum ex ignorantia eſt minus graue: deinde peccatum ex infirmitate ſeu paſsione eſt grauius: peccatum autem ex malitia eſt grauiſsimum omnium. Propo. 1.

Probat dupliciter primò auctoritate Gregorii, & habetur. de pœnitentia. diſtinctio. 2. ca. ſciendum, ubi ſic habetur. Peccatum tribus modis admittitur, ignorantia, infirmitate, ſtudio: & grauius quidem infirmitate quàm ignorãtia, ſed multò grauius ſtudio quàm infirmitate peccatur.

Item ſecundò probatur ratione ſecundũ Adria. in 4. quodlib. art. 2. & Tho. 2. 2. quæſt. 77. art. 6. & 7. & quæſt. 78. art. 4. ubi primò probatur quod peccatum ex ignorantia ſit minus graue quàm ex paſsione. quia ubi eſt minus de uoluntario & de contemptu ibi eſt minus graue peccatum cæteris partibus, ſcilicet ſtante eadem materia & circunſtantiis & prohibitione. Sed in peccato ex ignorantia eſt minus de uoluntario & contemptu quàm in aliis. ergo. conſequentia patet cum maiori etiam ex ſupradictis quæſt. 16. ad quod facit Luc. 12. Seruus qui non cognouit uoluntatem Domini & fecit digna plagis uapulabit paucis. & cauſa ibi ſubditur, quia cui multùm datum eſt, ſcilicet cognitio. multùm quæretur ab eo. ubi fundatur regula Aguſtini quòd ſcilicet, minora ſunt peccata ignorantium quàm ſcientium: ex quo concludit auarum fidelem, qui ſciens ab auaritia non recedit uincere in ſcelere eum qui neſciens in hæreſim incurrit ex ignorantia craſſa uel ſupina tantum: niſi fortè aliàs ex genere peccati ipſa hæreſis magnitudo faciat, quod in auaritia facit ſcientia prædicta ut ſic hæreticus neſciens auaro ſcienti coæquatur aut excedat in culpa: quia aliàs non ſunt cætera paria, ut habetur 6. quæſt. 1. cap. quæro. Quòd autem peccatum ex malitia ſit grauius quàm ex paſsione, ſemper loquor cæteris paribus, & per conſequens ſit grauiſsimum omnium patet. quia ibi eſt magis uoluntarium maiorque contemptus: quia cum peccatum ſit peccatum quatenus eſt uoluntarium ſecundum Auguſtinum, ergo quantò motus peccati eſt magis proprius uoluntati, peccatum eſt grauius cæteris paribus. Sed in peccato ex malitia motus peccati eſt magis proprius uoluntati: quia

ex ipſa mouetur ad peccatum ſine impulſu ab extrinſeco quàm quandò ex paſsione peccatur quaſi ex quodam extrinſeco impulſu ad peccatum. ergo ex hoc ipſo quòd eſt peccatum ex malitia eſt grauius quàm ex paſsione & ignorantia: & eo magis quò ipſa malitia fuerit uehementior. Sicut è contra eo ipſo quòd peccatum eſt ex paſsione diminuitur magis: quò ipſa paſsio fuerit uehementior & magis impellens extrinſecus uoluntatem ad peccatum. & ſic patet intentum. & facit ad hoc primo Reg. 15. Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare & ſcelus idolatriæ eſt nolle acquieſcere. & Prouerb. 18. Impius cum in profundum peccatorum uenerit contemnit.

Argum. 1. CONTRA prædicta primò arguitur probando quòd ignorantia nõ magis alleuiet peccatum: quia ignorantia præfata eſt peccatum diſtinctum à peccato perpetrato ex ea: infirmitas autem ſeu paſsio non eſt peccatum licet proueniat ex peccato aliquando & inclinet ad peccatum: quia in actu ſeu omiſsione eſt ratio peccati ſecundum omnes doctores. ergo ignorantia non magis alleuiat peccatum ſequens quàm paſsio: immo potius aggrauat peccatum additum peccato. Patet antecedens, & conſequentia probatur: quia culpa non alleuiat ſed potius auget culpam ex ea ſequentem facitque maiorem.

Reſpon. RESPONDEO negando conſequentiam & eius probationem de quo latius ſupra quæſt. 16. in reſponſione ad ſecundum Argumentum habetur ibi uideatur.

Argu. 2. Secundò arguitur probando quòd peccatum ex paſsione ſit leuius quàm ex ignorantia. & ratio eſt triplex. Prima quia quicquid cauſat inuoluntarium excuſat totaliter à peccato, ita quòd non eſt culpabile. Sed paſsio cauſat inuoluntarium ita quòd facit operari malum contra uoluntatem, ergo. Conſequẽtia patet cum maiore: quia nullum peccatum eſt niſi ſit uoluntarium aliquo modo ſecundum Auguſti. Ideo eſt regula generalis doctorum quòd motus primo primi qui ſunt naturales in illo ſtatu dum inſurgunt antequã moroſè contineantur non ſunt peccata ullo modo neque etiam uenialis. & ratio illorum eſt, quia nullo modo ſunt uoluntarii ſed naturales omnino, ut Adria. in 4. quodlib. art. 2. & Angeſt. in moralibus cap. 6. latius probat: quamuis Florenti. par. 2. titu. 5. capit. 1. §. 4. dicat totales motus eſſe ueniales, quod eſſe erroneum probat Angeſt. ubi ſupra. de quo latius ſupra in noſtro quæſtionario quæſt. 23. Igitur. Conſequentia cum maiore patet. Minor autem probatur ſecundum Almayn in ſuo morali tract. 1. cap. 5. quia ſicut operatio quæ fit ex metu ideo dicitur inuoluntaria quia fit contra uolitionem quæ ineſſet ſi ille motus non eſſet, ſeu quia fit contra nolitionem abſolutam ſed inefficacem ſimul coexiſtentem de eadem re, de qua eſt uolitio abſoluta efficax ex metu: & ſic illo metu ſecluſo eſſet eadem res omnino nolita ſecundum Tho. 1. 2. q. 76. & communiter doctores. Ita etiam homo paſsionatus per concupiſcentiam iam propter paſsionem illam conſentit operationi cui alias non cõſentiret niſi adeſſet talis paſsio: cui reſiſtit per nolitionem quandam abſolutam ſed inefficacem ſimul de eadem re exiſtẽtem de qua eſt uolitio abſoluta & efficax, ut patet experientia de his qui contranitentes ex uehemẽtia doloris ſue cõcupiſcentię ſuperantur & cõſentiunt: ſicut qui conãtur riſum tenere emittunt tandem illum uehementiorem: quibus dicitur. 7. Ethi. ueniam eſſe dandam. Et ſic patet quòd id quod fit per paſsionem fit contra nolitionẽ quę in eſſet ſecluſa paſsione aut quæ inefficaciter ineſt ſicut id quod per metum. Sequitur ergo quòd paſſio æque cauſat inuoluntarium ſicut metus & eadem ratione ut ſubſumptũ eſt in minore. Item ad probationem præfatæ minoris facit Sapien. 4. Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia, ideſt ſine peccato, malitia enim peccatum eſt, & ubi non eſt malitia non eſt peccatum, & ad Rom. 7. Quod nolo malum hoc ago, & ibi dicitur quòd lex membrorum captiuat animam ſub peccato, & Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſum ſpiritum & non quæcunque vultis faciatis. & ſic patet illa minor principalis & tota illa prima ratio. Secundò probatur idem, quia paſsio cauſat ignorantiam quandam in particulari, ut dictum eſt ſupra quæſt. 8. propoſitio. 2. in dubio ibi poſito: & q. 13. Sed ignorantia particularis totaliter excuſat à peccato, ut ibi dictum eſt, & q. 17. & 18. ergo paſsio æquè aut magis quàm ignorantia excuſat & alleuiat. Tertiò probatur idem, quia infirmitas animæ grauior eſt quàm infirmitas corporis. ſed infirmitas corporis totaliter excuſat à peccato, ut patet in phræneticis. ergo multò magis paſsio quæ eſt infirmitas animę ut concupiſcentia & delectatio.

Reſpondeo ad ſecundum Argumentum negando minorem, & ad primam eius probationem cõceditur antecedens ꝙ paſsio uel concupiſcentia cauſat aliquando aliquo modo inuoluntarium ſicut metus: ſed non ſimpliciter nec æqualiter ut etiam ait B. Tho. prima ſecundæ q. 6. art. 6. & communiter doctores, ideo negatur illa conſequẽtia, immo dico quòd metus abſolutè & per ſe cauſat inuoluntarium: delectatio autem non ſimpliciter nec propriè ſed per accidens, propriè autem & per ſe cauſat uoluntarium. Ratio eſt quia delectatio ex ſua natura potius inclinat directè ad uolẽdum concupitum, ergo de ſe potius facit quòd operatio ſit uoluntaria quàm inuoluntaria: licet aliunde aliquando adſit, aliquando nolitio oppoſita propter aliam cauſam, voluntarium enim dicitur ex eo quòd uoluntas directè in illud fertur, metus autem de ſe, & directè non inclinat ad uolendum quod ex tali metu fit: ſed ad nolendum & fugiendum malum quod timetur: quod ne incidat quis potius licet cum triſtitia & ita indirectè uult a- *Reſp. ad ſecundum Argum.*

gere

gere tale quid, quàm incidere in aliud malum quod timet & uult, ut in ſententia ait Bea. Tho. prima ſecundæ quæſt. 6. artic. 6. ideo metus propriè directè, & ſemper, & ex conſequenti ſimpliciter cauſat inuoluntarium; non autem delectatio uel paſsio: hæc enim ſimpliciter dicitur cauſare uoluntarium: licet aliquando peccans ex tali paſsione delectationis peccet cum aliqua & magna pœnitudine & triſtitia & contrapugnantia: ſicut qui ex timore peccat, ut patet experientia de eo qui victus delectatione fornicatur cum pœnitudine, quia nollet ſic paſsionari. quamuis Almayn in moral. ubi ſupra aliter dicere videatur.

Quòd ſi maior Argumenti intelligatur ſic ſcilicet, quidquid quomodocunque propriè aut impropriè per ſe aut directè uel indirectè cauſat inuoluntarium excuſat totaliter à peccato tunc negatur illa maior, quia paſsio delectabilis impropriè & indirectè aliquando & non ſemper cauſat inuoluntarium ut ſupra probatum eſt, non tamẽ excuſat omnino à peccato & ita patet reſponſio ad primam probationem minoris. Ad ſecundam autem ex Sap. 4. reſpõdeo ſecundum Adria. ubi ſupra quòd malitia non capitur ibi pro culpa mortali, ſed pro habitu uel actu peccati electionis ſeu de induſtria: & ſine tali malitia bene pertrãſuertitur ſenſus per concupiſcentiam, ut ibi uult ſapiens & ſupra q. 8. propoſitione ſecunda habetur.

Ad aliud ex Rom. 7. dico dupliciter. Primò quòd ibi Paulus uocat malum, malum pęnæ non culpæ & ibi capitur peccatum pro concupiſcentia contracta in natura ex originali peccato quæ etiã cauſaliter dicitur peccatum & inclinatiuè quia ſcilicet ad peccatum inclinat & eſt cauſa peccati aut quia eſt motus qui de ſe eſt contra rectam rationẽ licet non imputetur ad culpam quia non eſt in noſtra poteſtate ut dictum eſt. Similiter dico ad Gala. 5. ibi ut non quæcunque uultis faciatis, quòd non eſt referendum ad ea quæ fiunt per exteriorem actum ut dictum eſt: ſed ad interiorem motum concupiſcentiæ: uellet enim homo nunquam concupiſcere malum, ut Roma. 7. Quod nolo malum illud ago. Vel ſecundò reſpondeo ſecundum Tho. prima ſecundæ q. 77. art. 7. quòd poteſt referri ad diuerſa illud odium & operatio de qua Roma. 7. habetur; ut ſit ſenſus, quod odi prius, iam poſt victus concupiſcentia operor: & quod bonũ prius uolebam facere iam poſt uictus concupiſcẽtia non facio, ut patet in incontinentibus qui contra ſuum bonum propoſitum agunt uicti concupiſcentia. Sed ut ait Adria. ubi ſupra prima reſponſio uidetur melior & magis conſona textui & intentioni Apoſtoli ad Roma. 7. & Gal. 5. propter id quo ſubditur Roma. 7. Iam ego non operor illud. Similiter patet reſponſio ad 7. Ethi. vbi ſupra: dico enim quòd ille motus exterior inuoluntarius caret inordinatione peccati mortalis ut dictum eſt. Ad ſecundam rationem principalẽ argumenti reſpondeo negando antecedens. quia non ſola ignorantia inuincibilis omnino excuſet & paſsio autem non omnis neque ſemper tollit iudicium neque cauſat ignorantiam inuincibilem in particulari, ſed ſemper impedit applicationem communis ſcientiæ ad particularem actum, ut ſupra quæſt. 8. propo. ſecunda: quam quidem paſsionem ratio pellere poteſt. ergo non eſt ibi ignorantia inuincibilis. Et ita in quo ſenſu conceditur minor negatur maior; & in quo conceditur maior negatur minor & conſequentia nihil ualet. Ad tertiam probationem principalem conceditur maior ad hunc ſenſum, quòd infirmitas animæ eſt grauior, id eſt periculoſior quia nocet ſaluti animæ de ſe, non autem infirmitas corporis: ſed tunc negatur conſequentia quia non concluditur ad propoſitum. negatur autem illa maior ad hunc ſenſum quòd infirmitas animę eſt grauior id eſt magis impediens libertatem animæ quàm infirmitas corporis: hoc enim eſt falſum uniuerſaliter intellectũ, ut patet ex dictis: & patet in phreneticis & huiuſmodi capiendo infirmitatem animæ ut capitur in propoſito pro paſsione incitante ſeu inclinãte ad peccatum. quamuis B. Tho. & Caieta. ubi ſupra aliter reſpondeant ad hanc tertiam rationem: quia fundantur in ſua opinione quòd peccata tempore ebrietatis cõmiſſa ſunt per nouam culpam de nouo culpabilia: quam opinionem nos ſupra q. 18. latiua reprobabimus.

Tertio arguitur probando quòd peccatum ex paſsione non ſit minus graue quàm ſi non fieret ex ea. quia quanto intenſiore actu ſeu uoluntate aliquis peccat tanto grauius peccat. ſed paſsio impellens uoluntatem ad peccatum facit eam intenſius & vehementius ferri in actum peccati ergo paſsio potius aggrauat quàm alleuiat. Et confirmatur. Primo quia ſicut ſe habet bona paſsio ad meritum ita ſe habet mala paſsio ad peccatum. Sed bona paſsio auget meritum: tum quia intendit actum uoluntatis: tum quia quò ex miſericordia maiori quis ſubuenit pauperi eò magis mereri uidetur. ergo mala paſsio oppoſito modo ſe habẽs potius aggrauat quàm alleuiat peccatum. Et confirmatur ſecundo quia augmentum cauſæ auget effectum ut patet. quia ſi calidum diſſoluit ergo magis calidum magis diſſoluit, Sed paſsio eſt cauſa peccati, ut patet ex ſupradictis. quæſt. 8. ergo quò intenſior eſt paſsio eò maius eſt peccatum inde ſequens uel eò magis intendit uoluntatem ad peccatum. *Argum. 3.*

RESPONDEO ad tertium Argumentum diſtinguendo maiorem, pro quo nota prius ſecundum Tho. prima ſecundæ quæſt. 77. art. 6. & ibi Caieta. quòd motus uoluntatis poteſt dupliciter intendi. Vno modo in quantum proprius uoluntati ab intrinſeco id eſt ab ipſa inclinatione uoluntatis: alio modo in quantum communis uoluntati & paſsioni ſeu ab extrinſeco. Nunc dico ad maiorem *Reſp.*

iorem

iorem quòd ſi motus uolũtatis ſit intenſior primo modo: tunc conceditur maior, quòd ſcilicet tunc eſt grauior culpa & maius meritum: & tunc negatur minor & conſequentia. Nam paſsio præcedens non facit uoluntatem intenſius uelle ab intrinſeco & motu proprio ſed ab extrinſeco. Si autem motus uoluntatis ſit intenſior ſecundo modo tunc negatur illa maior: quia intenſio iſta ſecundo modo dicta conſurgit ex cauſa diminuente rationem voluntarii, & per conſequens rationem grauitatis peccati. quod probatur. quia cum peccatum eſſentialiter conſiſtat in actu liberi arbitrii quòd eſt facultas uoluntatis & rationis: paſsio autem eſt motus appetitus ſenſitiui quę paſsio cũ ſe habet antecedenter ad uoluntatem, ſcilicet trahendo uel inclinando eam ad peccatum, ut ſupra q. 8. propoſi. 2. latius, iam voluntas tunc potius ex tali extrinſeco impulſu & motu paſsionis operatur quàm ex proprio motu uoluntatis. & ideo aliquando diſtrahitur aliqualiter à ratione proprii motus uoluntarii: quia ſcilicet, non eſt omnino ille motus à voluntate ipſa ſed à paſsione præcedente trahente & impellente extrinſecus ad actum peccati. igitur ideo paſsio præcedens dicitur alleuiare peccatum: quia ſic minuit aliqualiter ratio nem uoluntarii ut dictum eſt. & notanter dicitur quòd paſsio præcedens aut impellens voluntatẽ minuit grauitatem peccati, non autem paſsio cõcomitans aut conſequens ipſam volitionem ſeu actum peccati, talis enim non minuit ſed potius eſt ſignum magnitudinis intenſionis peccati, quatenus ſcilicet, oſtendit ſeu iuuat intenſionem voluntatis ad peccatum & de hac paſsione concomitante ſeu conſequente bene eſſet uerum quod quo maiori libidine ſeu concupiſcentia voluntatis quis peccat eò grauius peccat: non autem de intenſione proueniente à paſsione præcedẽte ſeu impellente voluntatem ad actum peccati. Ad primam confirmationem reſpondeo. conceſſa maiore negatur minor ſi ſic vniuerſaliter ſumatur, quia vt ex dictis patet, bona paſsio cõſequens iudicium rationis auget meritum, ſi autem præcedat ſic quòd homo magis ex paſsione quàm ex rationis iudicio ducatur aut moueatur ad bene agẽdum, talis paſsio minuit bonitatẽ & laudẽ actus.

Ad ſecundam confirmationem reſpondeo ſecũdum Tho. ubi ſupra, quòd maior ſolum eſt vera de cauſis per ſe non autem de cauſis per accidens ad effectum, ſed negatur minor quòd ſcilicet paſsio præcedens ſit cauſa per ſe reſpectu grauitatis peccati quamuis ſit cauſa per ſe reſpectu illius actus peccati ex paſsione procedentis & ratio eſt quia paſsio eſt cauſa peccati ex parte conuerſionis ad creaturã: grauitas aũt peccati magis attẽditur ex parte auerſionis à Deo ſeu à ſua regula, quæ quidem auerſio cum ex prędicta conuerſione ſequatur per accidens, id eſt pręter intentionem peccãtis: ideo etiam paſsio dicitur cauſa per accidens illius auerſionis, & per conſequens reſpectu grauitatis peccati, quæ pœnea auerſionem attenditur. Vel clarius reſpondeo ad ſecundam confirmationem concedendo minorem, quòd ſcilic et paſsio eſt cauſa peccati quò ad actum, non quò ad grauitatem quam alleuiat, & conſequentia negatur ſimpliciter: quia licet quòd intenſior paſsio præcedens eò maius ſit peccatum quò ad intenſionem actus naturalem cuius eſt cauſa: non tamen quò ad intenſionẽ liberam ſeu maiorem grauitatem cuius nõ eſt cauſa. immo debet inferri quòd quò ad grauitatem eſt minus peccatum quò maior eſt paſsio: ex quo quò ad minuendum libertatem & grauitatem paſsio præcedens eſt cauſa vt dictum eſt in reſponſione ad tertium argumentũ.

Quomodo autem cum dictis ſtent alia dicta ipſius B. Tho. prima ſecundæ q. 73. art. 3. vbi dicitur quòd grauitas peccati attenditur ſecundum obiecta: nunc autem dicitur quòd attenditur ſecundum auerſionem reſpondeo ſecundum Caietã. quòd attenditur ſecundum obiecta cauſaliter, ſed ſecundum auerſionem formaliter: quia grauitas eſt conditio malitię quę in auerſione conſiſtit.

Et ſi contra hoc dicatur quòd ſi grauitas peccati attenditur cauſaliter ſecundum obiectum, ergo augmentata conuerſione ad obiectum augebitur peccatum: quia conuerſio, non per accidens ſed per ſe reſpicit obiectum à quo prouenit dicta grauitas. Reſpondeo negando conſequentia: quia aliud eſt loqui de obiecto peccati & aliud de cõuerſione ad obiectũ: nam augumẽtato obiecto augetur auerſio & malitia quia per ſe ſequitur ad illud, ut habetur prima ſecundæ q. 18. art. 5. & q. 71. art. 6. & q. 72 augmentata autem conuerſione ad ipſum obiectum non oportet augeri auerſionem: quia conuerſio ex intentione menſuratur, quæ per accidens reſpicit obiectum ut cauſat auerſionem & ideo Thom. prima ſecundæ q. 77. art. 6. vbi ſupra dicit quòd augmentata conuerſio eſt cauſa per accidens reſpectu auerſionis.

Quartum principaliter ad idem arguitur probando quòd peccatum ex malitia non eſt grauius aliis, & poteſt eſſe replica contra prædicta, quòd probatur tripliciter. Primò, quia vbi eſt maior impulſus ad peccatum ibi eſt minor grauitas peccati quod patet in peccante ex paſsione maiore vt dictum eſt per eandem rationem. ſed qui peccat ex malitia impellitur ab habitu acquiſito ſeu naturali, vt ſupra q. 8. propoſitione tertia. nunc autem fortius impellitur quis à tali habitu quã à paſsione: quia eſt magis radicatus & fortificatus talis habitus in ipſa voluntate & voluntati magis proprius quàm paſsio ut patet. ergo. Secũdo probatur idẽ, quia ubi eſt maior ignorantia eſt minor contemptus & minus de voluntario, ut patet ex dictis ſupra propoſitione, Prima. ſed maiori ignorantia laborat is qui peccat ex malitia quàm qui ex infirmitate, quia qui ex certa malitia peccat patitur ignorantiam principii, vt patet 7. Ethi. habet enim malam ęſtimationem de fine qui eſt principium operationis

rationis vt patet 3. & 6. Ethi. talis autem ignorantia eſt maxima omoium ut conſtat, ergo. Tertio probatur idem. Peccatum quod fit ex maiori libidine eſt grauius, ſed peccatum ex igoorantia fit ex maiori libidine proueniente abintrinſeco (de hac eoim loquor ad rem oe ſit locus euaſionibus) quàm peccatum ex malitia: ergo grauius eſt quàm peccatum ex malitia. Ccoſequentia patet & maior probatur, quia quod fit ex maiori libidine punitur à Deo acerbius vt patet Apocali. t 8. Quãtum glorificauit ſe in delitiis &c. & quia ſecundũ Hieriooy. abſque dubio ſceleratius eſt commiſſum quod à Deo iuſto iudice conſtat grauius eſſe vendicandum, 24. q. 1. non afferamus, & ſic patet maior. Minor autem probatur, quia in peccato ex malitia eſt remorſus rationis, vt habetur 9. Ethi. Pœnitudine replentur mali eò quòd huc quidẽ trahat &c. peccatum autem ex ignorantia fit ſine remorſu. ergo ex maiori libidine voluntatis ſine remorſu peccantis.

RESPONDEO ad primam probationem quarti argumenti concedendo maiorem ſolum quaodo eſt maior impulſus ab intriſeco proueniens pro priusque voluntati, negatur autem quando eſt ab extrinſeco ſeu non proprius ipſius volũtatis, vt patet ex reſponſione ad tertiam argumẽtum præfatum. Ad minorem vero dicitur quòd qui peccat ex malitia quamuis peccet ex habitu: tamen talis habitus non impellit ab extrinſeco voluntatem ſed ab intrinſeco ipſius voluntatis, quia inclinatio ipſius habitus procedit à volontate vt ſupra dictum eſt in reſponſione ad tertium argumentum, ideo in quo ſenſu conceditur maior negatur minor: ſicq; non procedit ratio.

Ad ſecundam probationem reſpondeo quòd illa maior ſolum eſt vera de ignorantia indicii quæ tollit rationem voluntarii, nõ autem de ignorantia electionis, qualis eſt ignorantia mali hominis. ſcilicet peccantis ex malitia, quia talis ignorantia non tollit rationem volũtarii ſed potius auget. Item quia licet malus, ſcilicet ex malitia peccans ignoret & erret errore practico pro vt pendet ab appetitu: non tamen errat ſemper ſpeculatiuè in iudicando ſeu cognoſcendo per intellectũ eſſe tale quid honeſtum aut inhoneſtum, oiſi quãdo eſt excecatus vt ſupra q. 8. q. t 2. q. 13. dictum eſt: quamuis Caieta. prima ſecundæ q. 78. art. vlt. aliter verba multiplicet quomodo ignorantia eſt maior in peccato ex malitia quã ex paſſione, ſicque in quo ſenſu conceditur maior negatur minor, quia peccans ex malitia non habet maiorem ignoratiam rationis ſeu iudicii quàm qui ex paſſione aut ignorantia peccat, niſi vt diximus quando in intellectu deprauatus aut excecatus eſt.

Ad tertiam probationem reſpondeo ſecũdum Adria. vbi ſupra quòd maior ſolum eſt vera vbi ſunt cetera paria: ideo cõſequentia negatur, quia quamuis in peccato ex malitia non ſit maior libido quàm in peccato ex ignorantia vt probatum eſt: tamen quia in illo peccato ex malitia eſt maior contemptus ratione cognitionis, vt ſupra. q. 16. dictum eſt, cuius contemptus exceſſus magis grauat quàm libido voluntatis: ideo nihil contra propoſitionem ſequitur. Item poteſt negari minor: & ad eius probationẽ dico, quòd licet ex parte remorſus retrahentis ſit minor libido in peccãte ex malitia quàm in peccante ex ignorantia: tamen ex parte habitus & voluntatis ipſius eſt maior libido in peccante ex malitia: quia ſcilicet, prauè affectus & habituatus in malum habet maiorẽ libidinem intrinſecam voluntatis: & ſic ſimpliciter ibi maior libido eſt.

Secunda propoſitio. Qui peccat ex malitia eſt magis corruptus difficiliusq; curatur & ſanatur: & tale peccatum eſt periculoſius ſimpliciter de ſe, quàm qui ex paſſione & ex ignorãtia peccat. Probatur primò, quia eſt magis corruptus & in illo eſt maior corruptio voluntatis, qui ſine extrinſeco impelleote eligit malum, quàm qui ex impulſu peccat, vt patet ex dictis in probatione primæ propoſitionis & in tertio argumento. quia ſi is qui ſine onere & ſine impellente ambulat curuè, quid faceret onere præſſus & impulſus aliunde? &c. qui ſine ira percutit: quid faceret iratus? ſed qui ex malitia peccat eſt huiuſmodi, vt patet ex dictis, & ex quid nominis peccati ex malitia, ergo. Itẽ quia qui peccat ex malitia eſt malè diſpoſitus circa ipſum finem, qui eſt principium in operabilibus: quia habet errorem contrarium principio practico pro vt peodet ab appetitu, vt latius ſupra q. 8. 9. q. 12. t 5. habetur: qui error vel mala diſpoſitio oon eſt in peccãtibus ex paſſiooe aut ex ignorantia, quibus manet adhuc propoſitum tendens in bonum finem: licet tale eorum principium practicum etiam in vniuerſali & particulari interrũpatur ad horam propter paſſionem aut ignorantiam vel aliàs: oon tamen habet contrarium errorem electionis uel prauè diſpoſitionis ſicut malus peccans ex malitia, ſed defectus & corruptio voluntatis circa principium eſt peſſima ſimpliciter. ergo.

Prop. 2.

Vnde ad huius confirmatiooem in 7. Ethi. intẽperatus comparatur hydropico vel thyſico, qui ſcilicet continua ægritudine laborat: incontinens verò epileotico qui ſolum certis temporibus patitur. in temperatus eſt peccans ex malitia: continens autem ex paſſione.

Secunda pars propoſitionis, quòd ſcilicet difficilius curatur & ſanatur: patet. qnia maximum medicamentum principiumque remedii hominis vitioſi ad reducendum illum à malo ad bonum eſt recta ratio: quam tamen ex malitia peccans nõ vult admittere propter corruptionem ſui appetitus circa principia practica vt dictum eſt. Sicut qui cognitum medicamentum corporale nulla alia paſſione retractus, ſed ſulum voluntate ſua inductus omnino non vult admittere, difficilius curatur quàm qui incognitum aut paſſione aliqua

aliqua retractus ad horam non admittit: admittē-ret autem ſi cognoſceret ſibi eſſe vtile & ſine vlla paſsione retraheretur ab eo ſumendo. ita in ſpiritualibus qui per intellectum cognoſcit remedium animæ & nulla paſsione retrahitur ab eo ſed ſola malitia voluntatis non vult admittere, certè difficilius curatur & ſanatur, qualis eſt peccans ex malitia & de induſtria: quàm qui ſaltem pro tunc ad horam ex ignorantia non admittit, quod tamen admitteret ſi tunc cognoſceret aut ſi paſsione tunc non retraheretur. Item quia magis radicata & fortificata eſt malitia voluntatis quàm paſsio: ideo difficilius curatur vt morbus inveteratus: quia paſsio inclinans voluntatem ad peccatum cito tranſit, & ſic homo cito redit ad remedium pœnitens de peccato. Sed habitus quo homo ex malitia peccat eſt qualitas permanens: & ideo homo ex malitia diuturnius peccat. vnde 7. Ethi. comparatur hydropico vt ſupra dictum eſt.

Corolla. 1. 1. Ex iis patet. Primò quòd incontinentes per temeritatem ſeu præuolationem, cuiuſmodi ſunt melancolici aut cholerici, qui paſsionis impetu ducuntur vt neque conſultent de agendo ſed fantaſiam ſequuntur, minus corrupti ſunt, quàm incontinentes per infirmitatem, qui ſcilicet paſsione non vehementi titilati ab initio conſultant quidem de agendo, ſed concluſo per conſultationem non immanent victi à paſsione. quia paſsioni invaleſcenti quam non reprimendo cùm poſſent cenſentur auxiſſe, tandem cedunt: quia plura præſidia ad vincendum & reſiſtendum habent, cùm poſſent facilius reſiſtere & vincere quàm illi priores incontinentes per temeritatem & præuolationem. quia maximum principium reducendi à malo eſt ratio recta, cui ipſi non immanent: ſicut etiam proportionabiliter de peccante ex induſtria reſpectu incontinentis peccantis ex paſsione dictum eſt.

2. Corola. Secundò ſequitur ex dictis, ꝙ magis curruptus & deteſtabilior eſt is qui dolori cedit quã q voluptate ſuperatur. cæteris paribus & attenta proportione doloris & delectationis, ratio eſt. quia ſecundum Ariſt. facilius, eſt reſiſtere, quod in dolore requiritur & ſufficit ad non peccandum, quàm vincere, quod in delectatione oportet. &. quamuis delectatio uincatur fugiendo occaſiones peccati, quod ex hac parte videtur facilius quàm reſiſtere & vincere. & aggredi, id quod in aliis peccatis requiritur: tamen iam exiſtente delectatione & dolore, quorum vtrumque non poteſt homo fugere ut ſupponitur, tunc facilius eſt reſiſtere vt dictum eſt. Item quia dolor palàm aggreditur: voluptas verò latenter inſidiatur vt domeſticus inimicus: & quia delectabilia ſæpius occurrunt & infæſtant importunius. Aliàs autem abſolutè & ſimpliciter magis corruptus eſt qui delectationi cedit quàm qui dolore ſuperatur: quia dolor grauius vrget & grauius ſentitur tollens bonum naturæ ex ſe & abſolutè: ſicque abſolutè non ſunt cætera paria. ideo ait Auguſti. libro 83. quæſtio. 4. Glorioſius eſt non uinci aduerſis nec terreri morte, quàm non allici voluptate aut proſperis. Sic igitur intelligatur & limitetur Adria. in 4. quodlibet. art. vltimo & Bea. Thom. prima ſecundæ queſt. 78. art. vltimo.

Tertio ſequitur quòd quamquàm peccatum ex induſtria eſt periculoſius ſimpliciter & de ſe ſeu ex natura ſua: tamen ratione alterius circunſtantię ſeu per accidens in caſu & ad tempus poteſt aliquando pro tunc eſſe maius periculum in peccato ex paſsione & ignorantia vt patet. & ſic intelligitur Auguſti, libro confeſſio. dicens. Eò in ſanabilius peccabam quò me non peccare arbitrabar. Quod autem eſt per accidens non facit regulam. ideo & Apocali. 3. Vtinam frigidus aut calidus eſſes: ſed quia tæpidus es incipiam te euomere. Nam ſecundum gloſ. ibidem & communiter doctores, frigidus eſt apertè malus, ſciens malum ſuum aut qui ex timore conuertitur. Calidus apertè bonus, aut qui ex amore conuertitur & bene operatur. Tæpidus eſt qui nec hoc nec illo modò conuertitur, ſed vel inefficaciter & in ſuo peccato diſsimulato & ignorato culpabiliter vult permanere. & hic non deſideratur quòd ſit frigidus cùm ſit peccatum grauius: ſed ſolum ei deſideratur remotio ſtatus periculoſi & occaſionis ad perditionem. ſicut ſi mater videns filium neo bene infirmum nec bene ſanum, ac proinde nec ſe obſeruantem à nociuis nec ſibi mederi volentem, & timens ne ſic ſine remedio moriatur diceret. Vtinam aut bene ſanus aut bene infirmus eſſes in magna febri, vt te curares. ita nunc prædicto peccatori Deus ait. Vtinam frigidus aut calidus eſſes: tuumque defectum recognoſceres: Nam qui ita tæpidus eſt utique manet in maiori periculo, quamuis grauius peccaret ſi ſcienter malè ageret. nam inde ſit vt talis peccator faſtidiat cibum. 1. bonum atque Diuina & ſui conuerſionem tanquam ſæpe rediens ad vomitum tandem abominetur, vtpotè iam peccatis in ueteratus & ſine remorſu peccans: propter quod abundantem gratiam conuerſionis non meretur. ideo dicitur, quia tæpidus eſt incipiam te euomere.

3. Corola. (margin, beside "Tertio ſequitur")

QVAESTIO TRIGESIMA.

VTRVM LICEAT COMPLAcere deliberatè in actibus malis, ſed per ignorantiam, uel impotentiam à culpa excuſatis, modo illi actus prçteriti modo futuri ſint.

RESPONDEO in hoc eſt duplex dubium primum vtrùm talis cõplacentia abſoluta in talibus actibus ſit licita ſecundum utrùm talis complacẽtia propter bonum finẽ uel effectum inde ſperatũ. de eiſdem actibus licita ſit. Nam de complacentia tantum illius finis aut effectus boni ſperati uel prouenientis non eſt dubium quòd liceat.

… 1. Igitur quò ad primum dubiũ cõmuniter doctores dicunt complacentiã abſolutã de talibus actibus nõ propter bonũ finẽ eſſe malã. probatur quin cupliciter. Primò quia obiectũ illius cõplacentiæ, putà ille actus eſt malus abſolutè quãuis per ignorantiã à culpa excuſetur uolens illud. quia difforme à recta ratione ex natura uel ex genere ſuo eſt. Nam ſi non eſſet obiectum malum utique in eo ſcienter complacere liceret & illud uelle & procurare. ergo & uolitio deliberata eius mala eſt. quia ex bonitate uel malitia obiecti ſumitur bonitas uel malitia actus uoluntatis ſecũdũ Tho. prima ſecundæ q. 19. art. 2. Secundò probatur idem. quia non licet talẽ actũ futurum deſiderare nec in illo abſolutè complacere. ergo nec in prçterito. patet antecedens. quia non licèt uirgini deſiderare ſui ipſius corruptionẽ uiolentam neque in ſomnis neque dum dormit, neque nocturnam cũ aliquo pollutionem, neque ꝙ ipſi homini dormienti aut neſcienti mulier ſupponatur, & huiuſmodi. Conſequentia autem cõſtat. quia tẽpus nõ mutat rationẽ peccati ſi non ſit eius circunſtantia ratione cuius proueniat malitia actus: quæ in propoſito ceſſat. Tertiò quia non licet homini cõplacere poſtquàm ſciuit ꝙ ignorans cognouit nõ ſuã uel matrẽ aut ſororem ſuam, ut patet in c. ſi uirgo. 34. q. 1. etiã ſi in tali ignorantia meritoriè illud feciſſet æſtimans eſſe ſuam. Neq; ſimiliter poſtea licèt alicui complacere de adulterio uel homicidio cõmiſſo tempore inculpabilis ſuæ ebrietatis aut ſomni. Quartò quia ſi liceret, & ille actus eſt uoluntarius quando poſt eius cõmiſsionem homo cõplacet in illo uel quòd illum cõmiſit: quòd ſi uoluntarius & prohibitus ergo peccat complacẽs in illo. Quintò quia multi ſunt caſus in quibus tenemur admonere proximum de ſua ignorãtia inuincibili. ergo non licet in illis actibus complacere de quibus tenemur alium admonere ne illos etiam ignorans cõmittat: neq; illũ poſſumus hortari ut ignorans illos actus faciat. Sic expreſsè tenet palude in 4. diſtinct. 9. q. 3. art. 1. & Adria. in 4. q. 4. de Euchariſtia & 10. quodlibet. art. 2. & Soto, in 4. diſtinctio. 12. quçſt. 1. art. 7. & communis regula doctorum eſt quòd quando actio ob ignorantiam uel aliã quamuis cauſam à culpa excuſatur, conſenſus in illam actionem non eſt licitus niſi ſimul cum cõſenſu eadem cauſa excuſans concurrat. & ita licuit ipſi Iacob conſentire in Lyã ſibi ignoranti ſuppoſitam ſolũ dum id ignorabat: qua ignorãtia ſublata iã cõſenſus ille illicitus eſt: quia liberè & ex propoſito iam ferretur in rem illicitam ex genere ſuo ut probatum eſt. quç ſententia ſine dubio uidetur uera in actibus tantum de ſe malis uel lege tantum naturali uel Diuina prohibitis etiam ſi contra proximum non ſint. Secus in his quæ humana tantum lege prohibita & mutabilia ſunt. Nam in his actibus fortè licebit complacere dum per ignorantiam à culpa excuſati ſunt. putà complacere licet, quod in die ieiunii inuincibiliter ignorans carnes optimè comedi. ut ait Adria. in 10. quodlibet. art. 2. Ratio huius eſt duplex. Prima ut ait quidam; quia Eccleſia non intẽdit obligare ut non complaceat in tali actu ſic excuſato is qui bona fide paratus eſt Eccleſia obedire ſed unde talem intentionẽ Eccleſiæ ipſe cognouit? cum probabilius ſit quòd qua ratione ius Diuinum & naturale prohibet ne contra legem temperantiæ quis agat, uel in eiuſdem tranſgreſsionẽ conſentiat, eadem etiam ius humanum prohibet ne contra ſuam legem de ieiunando committat & eiuſdem tranſgreſsione deliberatè complaceat. Ideo ſecunda ratio ex Adriano ubi ſuprà melior uidetur, quòd ſcilicet in illis Diuina uel naturali lege prohibitis ideo abſolutè complacere nõ poſſumus, quia non eſt in poteſtate humana ut illa deſinant eſſe prohibita & nobis liceat aliquo modo deliberatè ea uelle: in illis autem quæ humana tantum lege prohibita ſunt: ex quo impoteſtate humana eſt ut prohibita non ſint, fit ut liceat uelle illa nobis non eſſe prohibita: & in ipſis complacere ſi & quatenus prohibita & culpabiliã non ſint. prohibita autem non ſunt niſi deliberatè cõmittantur. igitur dum in tales actus à culpa per ignorantiam excuſatos deliberatè homo conſentit nõ uidetur contra ius aliquod facere: neque proinde aliquam culpam committere ſiue peccatum.

Contra prædicta arguitur. Primò, quia qui uult actum ſub ea conditione quæ omnem turpitudinẽ purgat uel excludit uel ſub ea qualitate qua inculpabiliter exercetur, non peccat. Sed talis eſt illa complacentia maximè reſpectiua de illo actu per ignorantiã uel impoſsibilitatẽ excuſato ergo. conſequentia patet cum minore. & maior probatur dupliciter. Primò quia ſecundum Tho. ubi ſuprà bonitas & malitia uoluntatis eſt ab obiecto: & illud obiectum, ſcilicet actus ille ſic à culpa excuſatus maximè propter bonum finem factus aut uolitus eſt licitus uel etiam bonus & meritorius. Secundò probatur eadem maior. quia ſecundum communiter doctores in c. primò de conſtitu. inter æquæ dubias opiniones licitum eſt iudici iudicare ſecũdum ſibi gratiorem etiam ſi in facto iniuſti- *Argum. 1.*

iuſti-

iuſtitiam alteri faciat.& conſenſus in actum carnalem cum aliqua,pro quo tempore ſua coniux futura eſt, vtique contra Caieta.in ſumm.tit.delectatio.per hoc excuſatur à culpa,quia conſēſus ſolum dirigitur in illum actū ſub eo modo & conditione quibus licitum eſt:ubi ſi abſolutè ſiue tali modo aut conditione matrimoniali in eam conſentiret certè peccaret.

Reſpon. Reſpondeo ſecundum Adria. ubi ſuprà in 10. quodlibet.quòd illa maior ſolum eſt uera quando illa qualitas afficit tam ipſum uolitum, quàm etiā ipſum velle, ideſt quando illa cauſa,puta ignorantia excuſans actum uolitum à culpa, cōcurrit etiā cum ipſo conſenſu,vt ſupra dictum eſt.& tunc negatur minor: quia illa ignorantia ſolum afficit illum actum uolitū ignoratū,& nō ipſum uelle,nec uolitionem ipſius actus eò quòd ſciēter cōplacet & conſentit in illo malo actu de ſe quamuis ignorato. Et ad primam probationem ex B. Th. ubi nititur probare quòd illa maior eſt uera etiā ſi illa qualitas ſolum ipſum uolitum afficiat.Reſpondeo ſecundū Adria.ubi ſupra de Euchariſtia quòd bonitas & malitia moralis uoluntatis eſt ab obiecto non quidem abſolutè ſed in ordine ad uoluntatem ſumpto, ad hunc ſenſum,quòd illa uolitio eſt bona cuius.obiectum ſic qualificatum per aliquā legem uoluntatis nō prohibetur appetere, ſed potius ſuadetur uel cōceditur:mala aūt cui tale obiectum appetere prohibitū eſt.exēpli gratia. Proximus inculpabiliter occiditur à me uel ab alio in furia uel in ſomno uel etiam à beſtia.dico quod licet illa occiſio moraliter mala non ſit,quia tamen nobis prohibitū eſt id uelle:ideo ipſa eſt mala in ordine ad uoluntatem,ita quòd illam occiſionē uelle aut in ea complacere malum eſt. Sic in propoſito, ille actus de ſe malus quamuis per ignorātiam excuſatus eò ipſo quòd ex genere malus eſt, prohibetur uoluntati illum ſcienter uelle aut in illū conſentire. Ad ſecundā eiuſdē maioris probationē de iudice ſecundum ſuam opinionē iudicante,reſpondeo ex Adria.in 10.quodlibet. quòd ſecundū Tho.ubi ſupra in reſponſione ad ultimum, ignorantia circunſtantiarū ſe tenet ex parte obiecti,inde quādo iudex excuſatur à peccato ideo eſt quia ignorat ſententiā eſſe contra iuſtitiam:& ita ignoratur nō ſolum ipſum uolitum ſed etiā ipſum uelle contra iuſtitiam eſſe.Nam ſi ſciret uel iudicaret id,uel id uelle eſſe contra iuſtitiam, utique non excuſaretur id uolendo aut ſecundum id iudicando.in caſu autem quæſtionis ignorantia nō afficit ipſum uelle: ideo ſimile non eſt, tametſi Ariſtote. in problemate cenſet iudicē in præiudiciū tertiū nō licitè ſequi opinionem ſibi gratiorem in illo caſu,ut refert etiam maioris in quarto,q.1. Sicut etiam uiolentia excuſat quidem mulierem renitentem à culpa adulterii:ſed non ipſam optantē ut per uiolētiam ſtupretur. Nam ut ait idē Adria. ubi ſupra de Euchariſtia,q.4.licet conſenſus in factum & ipſum factum humanū ex uoluntate per rationem directa procedens, dū ſit ſub ſimilibus cōditionibus, ſimiliter ſe habeat quò ad bonitatē & malitiam:quia tunc manet eadē ratio utrunque eorum excuſans uel accuſans: Non tamen eſt idē iudiciū de conſenſu in factum deliberato,& de facto ipſo nō humano uel non deliberato.quia nō humanum uel non deliberatū eſſe excuſat factū: & nō poteſt excuſare conſenſum qui deliberatus eſt.& ita in illo facto eſt aliqua ratio,putā ignorātia ipſum factum à culpa excuſans, quæ non eſt in conſenſu deliberato in illud factum: qui proinde conſenſus à culpa excuſari non poteſt.

Ad aliud de conſentiente in copulā cum vxore futura dico ex eodē Adria.non eſſe ſimile.quia licet cōſenſus in factū ſub conditione & modo quibus licitū eſt ipſum uelle non ſit malus, & talis eſt conſenſus in copulam cum coniuge futura. Nō tamen conſenſus eſt licitus ſi feratur ſolum in factū ſub conditione & modo quibus ſubſtantia ipſius facti licita eſt,ſi nō ſit licitum in ipſum factum cōſentire aut ipſum uelle ſicut de occiſione proximi per beſtiam uel per furioſum, uel de ſtuprata per uiolentiam uel in ſomno:& de conſenſu in tale factum ſupradictum eſt.

Argum. Secūdò arguitur.quia talis actus, putà pollutio in ſomnis,uel alius actus per ignorantiam quamcunque uel aliàs à culpa excuſatus,nec in ſe ut cōſtat nec in ſua cauſa ut ſupponitur eſt culpabilis. ergo licitè deſiderari & in eo complaceri poteſt.

Reſpon. Reſpondeo negando conſequentiam ut ex præcedentibus poteſt conſtare.

Dubium. Quò ad ſecundum dubiū,ſcilicet utrum in prædictos actus liceat deliberatè propter bonū finem cōſentire,eſt duplex opinio. Prima quòd ſic:quę dupliciter probatur primo quia licitum eſt cōplacere in morte inimici uel prædonis,uel infidelis licitè à Deo uel iudice facta vel facienda,eamque deſiderare,uel ægritudinem aut iacturā corporalē eorum propter hunc finem,ſcilicet ut non me uel aliū uel Eccleſiā uexet ut iniuſtè, uel ut ipſi uel alii à peccatis cōuerſi redeant ad cor, dummodo à prædicta eorum morte uel iactura tēporali per me aliàs iniuſtè inferenda ego corde, ore & opere abſtineam,ut communiter hoc tenent doctores in ſeptlo diſtinctio.30. ex Greg.lib.22.moral. ca.ſuper id Iob, 32.ſi gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat. quia tunc potius appetimus proximo malum illud ſub ratione boni quàm ſub ratione mali, & talis complacentia potius eſt in illo bono fine quàm in illo malo optato:quia propter unumquodque tale & illud magis.ergo ſimiliter uel à fortiori licebit ex bono fine complacere in omnibus aliis actibus malis per ignorantiam excuſatis à culpa,puta in pollutione uel etiam in fornicatione uel homicidio in ſomnis uel omnino ignoranter cōmiſſis,licitum erit complacere propter alleuiationem naturæ uel ſanitatem,uel propter hæredem regni inde prouenientem.

Secundò probatur idē,quia medicus licitè poſſet

ſet deſiderare pollutionem alicuius nocturnam uel in ſomnis, non quidem liberè procuratã ſed uia tantum naturali prouenturam, ad finem ſanitatis uel exonerationem naturę uel ad ardorem etiam libidinoſum temperandum & huiuſmodi: ſicut & ſudorem uel fluxum ſanguinis naturalẽ. ergo & ipſe homo poteſt id ſibi deſiderare & in eodem iam facto ad eundem finem complacere. & ergo in aliis quibuſcunque de ſe malis, putà in coitu fornicario in ſomnis commiſſo ad bonum finem complacere licebit. Hanc opinionem tenet Adria. in 4. de euchariſtia. q. 4. cuius oppoſitũ ipſe in 10. quodlibe10. art. 2. ſentire uidetur & ad idem eſt palude. in 4. diſtin. 9. q. 3. cum aliquibus aliis.

Secunda opinio eſt prędicti Adriani in 10. quodlibet. art. 2. propoſitione 2. & Soto etiam ſuperius & aliorum doctorum quòd nõ licet complacere in ſupradictis actibus propter quemcunque finem quantumcunque bonum. Quod dupliciter probatur. Primò, quia ut ſupra probatũ eſt talis cõplacentia abſoluta eſt mala. ergo etiã illa conditionata uel propter bonũ finem. patet conſequentia. quia ille bonus finis non tollit malitiã obiecti uel uolitionis eius: ſicut neque fornicatio propter bonũ finem uidetᷓ bona. aut deſinit eſſe mala, ut dictum eſt. Secũdò probatur opinio hæc. quia aliàs ſequeretur, quòd liceret homini complacere in fornicario actu in ſomnis aut ignoranter uel uiolenter perpetrato, quia inde præclarum filium habuit: & filio liceret in parricidio ignoranter aut uiolenter commiſſo complacere quia inde in bona hæreditate ſucceſſit. Nam æquè tollit uoluntarium & excuſat à culpa coactio naturalis uel uiolentia ſicut & ignorantia: & ita per eandẽ rationem liceret in fornicatione uel parricidio uiolenter ſicut ignoranter commiſſo complacere propter bonum finẽ. Sed illud de coactione uel uiolentia eſt abſurdũ concedere. ergo & aliud de ignorãtia & aliis eiuſmodi. ideo quamuis licitum ſit Iacob complacere in hoc ꝙ nõ peccauit ignorãter Lyam cognoſcendo, aut in ſanitate aut in filio inde proueniente: non tamen de ipſo actu aut quia Lyam ita cognouit. & ita non de pollutione ſed de ſanitate inde proueniente licitum eſt complacere. & conſonat Vega de iuſtificatione.

Reſp. ad primam. Ad rationes autem præcedentis opinionis reſpondeᷓ ad primam negando conſequentiã. quia in caſu antecedentis circunſtantia finis iuſtificat occiſionem quam afficit & conſenſum in illam. in caſu autem conſequentis de quo eſt dubium præſens, illa ignorantia quæ afficit & concurrit cum actu quem excuſat non afficit nec concurrit cum conſenſu in illum actum: ideo nec illum excuſat, ut ſupra in primo dubio in reſponſione ad primum argumentum dictum eſt.

Ad ſecundam rationem reſpondeo, quòd aliqui doctores de hac ſecunda opinione negant tam antecedens quam utramque conſequentiam per eandem rationem. ego uerò etiã tenẽs ſecundam hanc opinionem ut magis probabilem & ueram, conceſſo antecedente & prima conſequentia negarem ſecundam. & ratio diſcriminis eſt: quia pollutio nocturna uia tantum naturali ſine ulla culpa proueniens, nullo modo eſt actus humanus nec hominis, ſicut nec ſudor aut fluxus ſanguinis naturalis: quia nullo modo eſt uoluntarius nec à uoluntate per modũ imperii procedẽs, nec illi ſubiectus eſt: ſed ut dixi ſolum eſt effectus naturalis ſicut & actus potẽtiæ ſenſitiuæ uel uegetatiuæ in quibus nulla ratio culpæ eſſe poteſt. ideo in ipſam pollutionem naturalem præteritã uel futuram complacentia ex aliquo bono fine licita eſt. Secus in aliis actibus, putà fornicatione uel homicidio per ignorantiam uel per ſomnum à malitia excuſatis: quia ex natura ſua hi actus in potentia rationali ſubſunt hominis uoluntati & imperio tamquam actus eius potentiæ executiuæ: ideo ex genere ſuo difformes ſunt rectę rationi etiam mali atque prohibiti, ut ſupra in fine q. 23. habetur. à qua malitia non niſi per ignorantiam uel uiolentiam poſſunt ſpoliari. ideo & conſenſus deliberatus in tales actus à culpa excuſatos, à culpa excuſari non poteſt.

Ratio ad ſecundam.

Et fortè per hanc differentiam prędictorum actuum concordari poſſunt, prædictę opiniones. ut prima opinio ſit uera de pollutione nocturna, naturali tantum uia proueniente. ſecũda opinio de aliis actibus de ſe malis per ignorantiam excuſatis ut eſt fornicatio & homicidium in ſomnis: quia complacentia deliberata in illam ex bono fine, nõ autem in hos alios actus licita eſt. Nõ autem liceret abſolutè ſine ullo bono fine, in illã pollutionem naturali tantum uia prouenientem aut prouenturam complacere, aut illam deſiderare: quia uana & periculoſa eſt: id quod de ſudoris aut naturalis fluxus ſanguinis complacentia abſoluta dici non poteſt. & ita tenet Nauarro in ſumma ca. 16. 6. Pręcepto. nu. 6. cum hac concordia & reſolutione.

Nota concordiam & reſolutionem.

FINIS LIBRI SECVNDI.

F. ANTONII CORDVBEN. ORD. MIN. REGVL. OBSERVANTIAE PROVINCIAE CASTELLAE,

QVAESTIONARII THEOLOGICI,

Liber Tertius.

Qui de Conſcientia eſt, Quatuordecim quæſtiones complectens.

QVAESTIO PRIMA.

Quid ſit ſynderesis, conſcientia, & quomodo differant, & ubi ſubiectentur.

RESPONDEO per tria puncta, quorum primum eſt, quid hæc ſint. ſecundum quomodo differant inter ſe & alia ſimilia. tertium ubi ſubiectentur.

Quò ad primum punctum dico, quòd Synderesis ſeu Syntereſis ſtrictè & propriè accepta eſt lumen connaturale ſeu inclinatio naturalis, inclinans intellectũ ad aſſentiendũ naturaliter principiis practicis euidẽtibus ex terminis, dictãtibus uel ſignificãtibus in uniuerſali aliquid laudabiliter proſequẽdũ ſeu fugiẽdũ eſſe.

Conſciẽtia uerò ſtrictè accepta & propriè eſt notitia adhæſiua ſeu indicatiua, actualis, ſeu habitualis acquiſita, concluſionis deductæ ex ſupra dictis principiis practicis uniuerſalibus, dictans ſeu ſignificans in particulari aliquid benè uel malè moraliter agendum uel actum eſſe.

Declarantur ſimul & probantur particulæ. dicitur quòd Synderesis eſt lumen ſeu inclinatio naturalis: quòd ideo ſic disiunctiuè dictum eſt, quia circa hoc ſunt opiniones. Nam B. Thom. 1. part. ſum. q. 78. art. 12. & Sco. in 2. diſtinct. 39. & multi alii realizantes communiter tenent quòd Syndereſis non eſt ipſa potentia aut ratio intellectiua neque paſsio aut actus ipſius intellectus aut uoluntatis: ſed quidditatiuè eſt quidam habitus naturalis ſeu lumen naturale intellectus. & nomen habitus hìc accipitur largè pro uirtute ſeu qualitate perfectiua potentiæ, ſicut lumen naturale oculorum ſeu intellectus ſeu etiam lumen gloriæ dicitur habitus perficiens oculos ſeu intellectum ipſum ſecundum Tho. 1. 2. q. 49. & q. 50.

Quòd ergo Syndereſis non ſit actus aliquis rationis ſeu uoluntatis probatur ſecundum Gabriel & Sco. & communiter doctores, in 2. diſtinctio. 39. Nam in hoc omnes concordant, neque ſunt opiniones, quia Syndereſis à Beato Hieronymo in gloſſ. ſuper Ezechi. 1. & ab omnibus doctoribus ponitur in quolibet homine eſſe quoddam naturaliter inclinans ad bonum & remunerans malo, & quod eſt inextinguibilis. actus autẽ non eſt inextinguibilis neque ſemper naturaliter in homine manet, ut patet: quia 3. de anima in principio ſuæ creationis anima eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictũ. & patet etiam quia in aliquibus abſorptis in peccatis non ſentitur hæc remuneratio actualis, & per conſequens eadem ratione non eſt habitus acquiſitus: quia ſic præſupponeret actus à quibus generaretur: ſed ante quemlibet actum eſt ipſa Syndereſis inauferibilis ab homine ut patet ex dictis. Neque eſt paſſio: quia paſsio uel eſt actus appetitus uel ab actu cauſatur propriè loquendo de paſsione, ſecundũ 2. Ethi. cap. 5. & latius de hoc Ocham in 3. q. 12. & in 2. quodlibet. q. 17. Syndereſis autem neque eſt actus neque præſupponit illum ut patet ex dictis; & in his oẽs doctores cõcordãt. reſtat igitur ꝙ ſit potẽtia ipſa uel habitus naturalis ſeu lumen, aut inclinatio naturalis ut habeť in diffinitione.

Quid autem horum ſit: in hoc ſunt opiniones quia ut diximus Tho. & Scot. & reales communiter tenent quòd eſt habitus aut uirtus naturalis ſeu lumen naturalè quòd idem eſt. quod probatur dupliciter. Primò, quia ſicut ratio ſpeculatiua de ſpeculatiuis: ita ratiò practica ratiocinatur de operalibus. ratiocinatio autem eſt progreſsio aut diſcurſus intellectus ab uniuerſalibus ad particularia concludenda. ergo ſicut oportet in nobis eſſe naturaliter indita principia ſpeculabilium, ita & operabilium. primæ autem principia ſpeculabilium in nobis naturaliter indita, nihil aliud ſunt quàm quidam habitus aut uirtus naturalis ipſorum principiorum, qui 6. Ethi. dicitur intellectus uel lumen intellectus agentis: quia ſcilicet ex ratione terminorum apprehẽſorum, ſtatim intellectus acquieſcit illis principiis uirtute luminis naturalis ipſius intellectus. Nam ſicut oculus corporalis uirtute luminis ſeu potius claritatis naturalis inditæ, uidet præſenua obiecta: ita ſimiliter in noſtra ratione practica eſt quidã habitus, aut uirtus naturalis ſeu lumen ſuum naturale principiorum operabilium, quæ ſunt uniuerſalia principia iuris naturalis, utporè quòd nõ eſt iniuſtè alicui nocẽdũ nec malè agendum & ꝙ ſummũ bonũ eſt ſummè colendũ. &c. quibus principiis ex ſignificatione terminorum apprehenſorum ſtatim intellectus acquieſcit uirtute prędicti habitus ſeu luminis naturalis. hic autem habitus ſeu lumen naturale quò ad princi-

pia

pia practica dicitur ſynderesis, quæ omninò malo diſſentit, bono autem aſſentit naturaliter.

Secundò probatur auctoritate Auguſtini in lib. de Baptiſmo paruulorum. qui diffiniens ſynderesim dicit. Synderesis eſt lumen innatum & animæ concreatum, quo dirigimur & monemur ad faciendum ea quæ pertinent ad iuſtificationem culpæ & uitationem pœnæ & adeptionem gloriæ. Item Baſilius uocat ſynderesim naturale iudicatorium, & ſimiliter Auguſti. lib. 3. de libe. arbitr. & lib. 12. de trinitate. Item hieronymus in gloſ. ſuper. 1. cap. Ezechi. ibi Facies aquilæ deſuper &c. dicitur quòd ſynderesis eſt ſcintilla rationis non extinguibilis, quæ per faciem aquilæ ſignatur, ut proximè dicetur in ſecũdo puncto quomodo hoc intelligatur. & ita patet ſecundum reales quomodo ſynderesis eſt habitus ſeu lumen naturale animæ ſuperadditum reſpectu principiorum practicorum. Sed quia nominales non ponunt talis habitus ſeu lumina animæ uel intellectui ſuperaddita: ideo diſiunctiuè dictũ eſt ꝙ ſynderesis eſt inclinatio ſeu inſtinctus naturalis, uel ꝙ eſt ipſa potentia intellectiua quatenus inclinata & nata eſt ad aſſentiendum principiis practicis. ita quòd ſecundum nominales ſynderesis ſupponit pro ipſa potentia intellectiua de materiali & connotat de formali quòd ſit naturaliter inclinata aſſentire principiis: & non dicit habitum ſeu lumen diſtinctum ab eſſentia animæ, ſicut nec intellectus reſpectu principiorum ſpeculatiuorum. Et ratiò horum eſt duplex prima ut tangit Gabriel ubi ſupra & Angeſt in morali. cap. 3. & communiter doctores nominales, quia cùm non ſit ponenda pluralitas ſine cauſa rationabili: poſita autem anima intellectiua & apprehenſione principii practici ſeu ſpeculatiui omnibus aliis remotis, ſtatim intellectus ex ſua natura aſſentit. ergo. Item ſecunda ratio eſt, quia habitus uel qualitates alię ponũtur ad hoc ut potentia quæ de ſe eſt indifferens ad duo contraria, per illas determinetur & limitetur ad unũ: ſicut appetitus concupiſcibilis per temperantiam determinatur ad bonum uirtutis. Nunc autem intellectus per ſe determinatus eſt ad illa quæ lumine naturali nota ſunt: quia naturaliter eis propoſitis aſſentit. ergo non opus habet alia qualitate ad id ordinari: ſed ipſa eius inclinatio naturalis ſufficit & dicitur lumen ſeu etiam habitus eius aut uirtus naturalis. & ita tenet Soto de iuſti. & iur. lib. 1. quæſt. 4. art. 1. & ut ſatisfaceremus utrique uiæ ideo diſiunctiuè dictum eſt, quòd ſynderesis eſt habitus uel lumen propter reales, uel inclinatio naturalis propter nominales, ut dictum eſt.

Secunda particula eſt, nata ad aſſentiendum, quia non oportet quòd actualiter aſſentiat: quia ipſum lumen ſeu inclinatio uel potentia naturalis dicitur & eſt ſynderesis etiam dum actu nullum principium apprehendit. Item dicitur ad aſſentiendum & non ad apprehendendum; quia non ſufficit ad ſynderesim quòd ſit nata apprehendere ſed aſſentire principiis. & ita aſſenſus actualis ſeu habitualis talium principiorum productus, eſt effectus immediatus ipſius ſynderesis: qui quidẽ aſſenſus eſt dictamẽ uel lex naturalis per modũ habitus uel permanentis in nobis naturaliter exiſtẽs, ut infra in ſecundo puncto latius declaratur.

Tertia particula naturaliter. q̃ uidelicet ſtatim apprehenſis terminis neceſſariò fit aſſenſus ſeu diſſenſus, ſi nõ ponat obex, de quo latius infra q. 7. hf.

Quarta particula, principiis practicis, nõ enim eſt nec dicitur ſynderesis propriè reſpectu ſpeculabilium ſed ratio: neque reſpectu cõcluſionis etiam practicæ ſed conſcientia ut infra habetur.

Quinta particula, euidẽtibus ex terminis, quia reſpectu principiorum euidentium per experientiam non eſt nec dicitur ſynderesis: eò quòd talia principia apprehenſa poſſunt ignorari, uel non ſtatim poteſt eis aſſentiri.

Seſta particula, dictãtibus uel ſignificãtibus &c. ponitur ad maiorem declarationem illius quartæ particulæ, ſcilicet principiis practicis: quia eſt ſynderesis reſpectu principiorum practicorũ uniuerſalium, non artificialium, ſed prudẽtialium, quibus uoluntas ſe cõformans bene moraliter & laudabiliter operatur. ut hoc latius declaratur infra diffinitione conſcientię.

Nunc declaratur ſimul & probatur ipſa diffinitio conſcientię prima particula eſt ꝙ eſt notitia adheſiua ſeu iudicatiua. dicitur notitia quia pertinet ad intellectum non ad uoluntatem, ut infra in 2. & 3. puncto principali latius de hoc agitur. *quid ſit conſcientia.*

Dicitur adheſiua quia non ſufficit ꝙ ſit apprehenſiua tãtum quod quincupliciter patet, Primò quia eiuſdẽ obiecti eodem modo apprehenſi poſſunt eſſe contra iudicia ſeu conſcientię in diuerſis intellectibus ſimul, aut in eodem intellectu ſucceſsiuè, putà ſtante hoc obiecto ſeu hac propoſitione, iurãdum eſt licitè, nunc in tali caſu eodem modo apprehenſa, poſſunt eſſe ſcientiæ aut conſcientiæ contrariæ: quia unus poteſt aſſentire & alius ſeu idem poſtea diſſentire. ergo conſcientia non eſt actus ſeu habitus apprehenſiuus ſed iudicatiuus cum idem numero uel ſpecie ſibi non contrarietur, ut hoc etiam ait Gabriel.

Item ſecundò quia conſcientia erronea uel recta non ſunt conditiones proprietates ſeu differentiæ notitiæ apprehenſiuæ ſed iudicatiue.

Item tertiò quia ſcire non eſt differentia notitiæ apprehenſiuæ ſed iudicatiuæ. de conſcientia autem dicitur Eccleſ. 7. Scit conſcientia tua &c. ergo conſcientia eſt notitia iudicatiua actualis uel habitualis: modò ſit euidẽs aut opinatiua ſeu probabilis, modò ſit fides theologa aut logica ut ait Florenti. 3. part. Sum titu. 3. cap. 10. §. 9. ſecundũ Albert. mag. ut etiam hoc patebit latius infra q. 5. propoſitione 3. & q. 2.

Item quartò ex ratione ipſius nominis; Nam conſcientia ſecundũ proprietatẽ uocabuli importat applicationẽ, ſciẽtię ſeu cognitionis ſynderesis

ſis ad aliquid: ideo nõ dicitur ſimplicilter ſcientia ſed conſcientia, ideſt cum alio ſcientia. Hæc autem applicatio ſcientiæ ſeu cognitionis ipſius ſynderesis ad concluſionem particularem fit hoc modo ſecundum Florent. 1. part. titu. 3. cap. 10. Quia fit in mente hominis quidam ſyllogiſmus: cuius maiorem præmittit ſynderesis dictans: omne malum eſt uitandum: minorem uerò ſubſumit ratio, putà adulterium eſt malũ quia prohibitum à Deo, aut quia iniuſtum & inhoneſtum & huiuſmodi: conſcientia autem infert concluſionem ex prædictis cõcludens, ergo adulterium eſt uitandum. Aſſenſus igitur actualis ſeu habitualis de tali concluſione dicitur conſcientia quaſi concludens ex alio uel cum alio ſcientia, eò quòd conſcientia ratione ſupradictorum, ſcilicet ſynderesis & rationis concluſionẽ infertur, cõcordant. Tho. in ſecũdo diſtinct. 24. & cõmuniter doctores diſtin. 39.

Quintò probatur idem ſecũdum eoſdem ubi ſupra ex effectibus cõſcientiæ. quia effectus conſcientiæ ſunt teſtificari, ligare, mitigare, accuſare, excuſare, remordere, reprehendere, errare & non errare &c. huiuſmodi, ut infra q. 3. latius. Sed hæc omnia ſequuntur naturaliter applicationem alicuius noſtræ cognitionis ſeu ſcientiæ ad ea quę agimus: ſecundum quod recognoſcimus nos aliquid feciſſe uel non, aut bene uel malè: uel ſecundum quod iudicamus aliquid eſſe faciendũ uel non: & quia talis applicatio quæ dicitur conſcientia eſt mutabilis. Nam eſt aliquando recta, aliquando erronea, nunc teſtificans, nunc ligans, nunc accuſans nunc excuſans circa operationes & facta particularia, ergo eſt actus iudicatiuus ſeu habitus ex actibus generatus: & per cõſeqnẽs non eſt habitus naturalis neque potentia: quia hæc ſunt inuariabilia & immutabilia neq; deponi poſſunt cõſcientia aũt ſic. Tertia particula, acquiſita, patet ex dictis. Quartã particula, cõcluſionis deductæ ex principiis practicis uniuerſalibus. de quibus, ſcilicet eſt ſynderesis: etiã patet ex dictis. Quintã particula, dictans ſeu ſignificãs &c. quod etiam patet ad maiorem declarationem. perquã etiam particulam conſtat, quòd non quælibet notitia concluſionis practicæ dicitur conſcientia: nõ enim illius quæ ſolũ oſtendit modum agendi conformiter ad artem, nõ autem ad rectam rationẽ, ſicut ſunt concluſiones artium mechanicarum: quæ ſic oſtendunt modum agendi conformiter ad artem, quòd tamen non dictant aliquid eſſe agendum ubi, quomodo. cur. quando, ut ſit opus moraliter bonum laudabile & ſtudioſum, quod pertinet ad practicam prudentialem ſeu moralem. ut latè de hoc Gabriel in prologo ſententiarũ q. 11. & Angeſt. in morali. cap. 7. ſecundum communiter doctores. ſolum itaque notitia practica quę ad prudentiam aut moralem ſcientiam pertinet, ad quam conformiter uel difformiter uoluntas bene uel malè operatur eſt conſcientia. ideo dictum eſt bene & laudabiliter ſeu malè agendum eſſe, & ulterius additur, eſſe fore uel fuiſſe, quia conſcientia eſt reſpectu actionis cuiuſlibet temporis etiam præteriti, ut patebit infra q. 3. propè finem ex ipſius conſcientiæ effectibus: ſynderesis autẽ ſolũ eſt reſpectu actionis tẽporis pñtis aut futuri: quod tunc ex dictis, tum etiã ex dicendis liquet.

Secundum punctum principale huius quæſtionis, eſt differentia inter ſynderesim, cõſcientiam, rationem, prudentiam, legem, & liberum arbitrium. Nam ſecundum Tho. 1. par. ſum. q. 79. art. 12. Ratio eſt potentia ipſa intellectiua: Synderesis autem eſt lumen ſeu habitus naturalis ſuper additus. Sed ſecundum nominales eſt differentia ratione actuum uel effectuum. quia cum ratio animæ habeat tres actus, ſcilicet cognoſcere, deliberare ſeu conſiliari, & iudicare: eſt enim cognitiua operabilium: & eſt deliberatiua eorum, & iudicatiua operabilium particularium uel uniuerſalium, etiam non pertinentiũ ad mores. & quantũ ad hæc non eſt ſynderesis ut patet ex diffinitione ſupra poſita: quatenus autem ratio, eſt iudicatiua operabilium pertinentium ad mores, ſic eſt ſynderesis, prout ſcilicet nata eſt ratio aſſentire principiis. & ita ſecundũ nominales ratio differt a ſynderesi: quia ratio eſt potentia intellectiua abſolutè & connotat cognitionem intellectiuam ſpeculatiuam ſeu practicam uniuerſalem ſeu particularem quamcunq;. Synderesis autem eſt ipſa potentia ſeu inclinatio intellectiua & cõnotat quòd inclinat ad aſſentiendum ſolum principiis practicis uniuerſalibus &c. ut habetur in diffinitione. *Secundum punctum.*

Sed ſecundũ Tho. Bonauen. & alios Synderesis, differt à ratione ut dictũ eſt. inſuper quia ratio incognoſcendo deliberando & iudicando poteſt errare: ſynderesis autẽ nõ, quia ſemper rectè dictat uel inclinat. Item quia in ratione ut ſic nõ eſt meritũ uel demeritum uel peccatum: in ſynderesi aũt ſic: quod intelligendum uidetur, ꝙ deliberatè, & ſpeculatiuè cognoſcendo uel aſſentiẽdo verè uel falsè, nõ ſemper eſt peccatũ aut meritum, putà in aſſenciendo ꝙ fortes currit, aut ꝙ talis cõtractus eſt licitus: eſt aũt meritũ uel demeritum deliberatè nos cõformãdo ſynderesi, quia ſemper rectè dictat, quia Eth. 4. ratio ſemper deprecatur ad optima, ubi Ariſto. ſynderesim largè rationẽ appellat. ecce ergo quomodo ſecundũ diuerſas uias ratio differat à ſynderesi. Rurſus ſynderesis differt à prudentia, quia ſynderesis eſt ſolũ reſpectu principiorum uniuerſaliũ: prudentia aũt ſeu ratio recta agibiliũ, eſt maximè reſpectu particulariũ. Item quia prudentia eſt actus ſeu habitus etiam acquiſitus: ſynderesis aũt non, ut patet ex dictis. Iterum ſynderesis differt à lege naturali. Nam ſynderesis eſt prædictus habitus uel uirtus uel inclinato naturalis uel lumen naturale, ad ſtatim aſſentiẽdum principiis & dictaminibus practicis ſtatim ut proponuntur. lex autem naturalis eſt ipſum dictamẽ & iudicium productum de illis principiis: & ita dicitur lex naturę nobis impreſſa & indita à natura,

quia

quia apprehēſis terminis ſtatim uirtute ſynderesis intellectus format iudicia & dictamina hæc, & dicitur quòd lex naturalis ineſt nobis per modum habitus, quia per modum permanentis in abſentia actus in nobis eſt modo prædicto: & quia continetur in ſynderesi habitualiter uel uirtualiter quia eius uirtute ſtatim illa principia iudicamus. Itē ſynderesis differt à libero arbitrio: quod eſt facultas rationis & uoluntatis: & quatenus habet & dicit aliquid pertinens ad intellectum eſt reſpectu particularium: & poteſt errare ſeu malè agere: ſynderesis autem non, ſed naturaliter inclinat & neceſſario ad aſſentiendúm principiis uniuerſalibus & ad bonum &c. ut patet ex diffinitione. Conſcientia autem differt à ratione, quia ratio eſt potentia aut cognitio intellectiua abſolutè: aut, communiter eſt reſpectu ſpeculabilium & practicorum, uniuerſalium & particulariū &c. conſcientia aūt eſt ſolum notitia iudicatiua ut habetur in diffinitione. ſimiliter differt à prudentia & recta ratione: quia ſecundum Angeſt. in moralib. cap. 7. cōſcientia eſt tam verorum quàm falſorum: prudentia autem eſt ſolum uerorum practicorum: & recta ratio eſt etiam reſpectu uerorum ſpeculatiuorum. Similiter differt à libero arbitrio: quia liberum arbitrium eſt potentia ſeu facultas naturalis ad liberè eligendum &c. conſcientia autem eſt actus uel habitus acquiſitus intellectus. & ita patet differentia inter prædicta propriè & ſtrictè ſumpta. Si uerò cōſcientiæ & ſynderesis uocabula largè & impropriè capiantur, ut ſæpe apud doctores accipiuntur, ut dicit Tho. 1. 2. q. 79. art. 13. & Bonauent. in 2. diſtinctio. 39. & Angeſt. in moralib. cap. 7. ſynderesis aliquando extēditur ut etiam accipiatur pro ſuis actibus: ſicut cauſa denominatur ſæpe à ſuo effectu & effectus à ſua cauſa: & ita ſynderesis capitur ſæpe & communiter pro actu ſeu habitu acquiſito reſpectu uniuerſalium principiorum practicorum: & dicitur ſynderesis actualis ſeu habitualis acquiſita. aliquando etiam ſed raro & impropriè reſpectu particularium de quibus eſt propriè conſcientia. Item conſcientia quæ propriè eſt actus uel habitus acquiſitus particularium ut in ſua diffinitione dictum eſt, capitur ſæpe pro actu ſeu habitu reſpectu uniuerſalium: & aliquando licet raro pro habitu ſeu potentia naturali reſpectu principiorum & ſic extenditur ut comprehendat etiam ſynderesim. Et propter dictam uſurpationem uocabulorum ſæpe à doctoribus uſitatam, etiam actus & effectus alterius, alteri inuicem attribuuntur & cōmunicantur, & ideo tam ſynderesis quàm conſcientia dicitur lux uel lumen intellectus noſtri, pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. ſecundum Damaſce. Nam uultus & facies Dei eius lumen ſiue cognitio eſt; unde lumen ſynderesis deriuatur ut dictum eſt. Dicitur etiam naturale iudicatorium animæ ſecundum Baſilium, & Auguſti. lib. 3. de lib. arbitr. & lib. 12. de trinita. Dicitur etiam lex naturale & ſcintilla rationis ſecūdum Hiero. in gloſ. Ezechiel. 1. Dicitur etiā ſpiritus ſeu corrector & pedagogus animæ ſociatus ſecundum Orige. & Hierony. in gloſ. ſuper Ezechi. 1. ibi facies aquilæ deſuper dicit quòd ſynderesis, eſt ille ſpiritus qui poſtulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus Roma. 8. Dicitur etiam facies animæ ſecundum Hiero. ibidē ut etiam refert Florenti. ubi ſupra. tum primo quia ſicut inter tot homines non eſt dare duas facies omnino ſimiles quod eſt mirum: ita nec facile duas hominum conſcientias in omnibus idem omnino ſentientes. tum ſecundò quia ſicut facies nunquam operitur licet alia membra occultētur, & per faciem quiſq; cognoſcitur: ſic conſcientia cooperiri non poteſt, quin uel hic aliquando per remorſum aut per effectus ſuos, uel tandē in morte aut in Iudicio manifeſtetur. Dani. 7. libri aperti ſunt. Quia nihil ocultum quòd non reueletur Math. 10. tum tertio qa ſicut ſecundū quod quis in anima eſt interius, effigiatur exterius in facie aut componit faciem ſuam, & ſic iudicatur de diſpoſitione interiori. ita ſecundum opera & conſcientiam ſuam tam à ſe quàm ab aliis unuſquiſq; etiam à Deo cognoſcitur aut iudicatur de ſua probitate uel malitia. Eccleſ. 19. Ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. de hac facie conſcientiæ miſticè dicitur Math. 6. Faciem tuam laua. & Ezechi. 1. Facies leonis, bouis, hominis, & aquilę, ubi ſecundum Hierony. in gloſ. per faciē hominis rationalis ſignificatur animæ uis rationalis in arce cerebri ſita. per faciem leonis furibundi ſignificatur iraſcibilis. cuius ſedes eſt fel. per faciem uituli petulantis ſignificatur uis concupiſcibilis ſeu concupiſcentia, cuius ſedes amoris uidelicet eſt in iecore. per faciem aquilæ uolantis & præminentis deſuper ipſorum quatuor ſignificatur, ſynderesis ſemper ad bonum inclinans & malo remurmurans, quæ in ſe nunquam extinguitur quāuis quò ad aliquem actum aliquando ſopiatur aut impediatur, ut infra q. 7. latius. & ita gloſ. ibidem dicit quando nos aliquādo uicti uoluptatibus uel furore uel ipſa interdū rationis ſimilitudine decepti peccare ſentimus, ſynderesis eſt, quam propriæ aquilæ deputant non ſe miſcentem tribus ſed ipſa errata corrigentem. Hic eſt ille ſpiritus qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ad Roma. 8. hæc gloſ. & ratione huius ſynderesis dicit Magiſter in ſecundo diſtinctio. 39. ſecundum Ambro. quòd noſtra uoluntas naturaliter vult bonum, quod latius infra quæſt. 7. propo. prima declaratur.

Tertium punctum principale eſt de ſubiecto ſynderesis & conſcientiæ. ad quod reſpondeo quòd utraque ſubiectatur & eſt in potentia intellectiua practica; aut ſaltem ſynderesis eſt ipſemet intellectus practicus, & neque ſynderesis neque conſcientia eſt uoluntas neque in uoluntate prout uoluntas diſtinguitur ab intellectu. *Tertium punctum.*

Probatur primò de ſynderesi, quia ad ſynderesim pertinet eſſe lumē aut ſcintillam rationis aut aſſentire principiis practicis. hoc autem eſt proprium potentiæ intellectiuæ & non uoluntatis ut patet ex ſupradictis. Similiter patet ex ipſa uocabuli ſignificatione: quia deriuatur à ſynthereo uerbo greco quod latinè eſt attendo ſeu conſeruo ſeu potius conſidero, inde ſynthereſis. ideſt attentio conſeruatio ſeu potius conſideratio. ideo potius debet dici ſynthereſis quàm ſyndereſis: ſed corrumpuntur aut commutantur ſępe literæ in compoſitione & deriuatione uocabulorum: ideo in hoc non eſt uis facienda. conſideratio autem & attentio ad intellectum pertinet. Sed quia Henricus in primò quodlibeto. q. 18. dicit ſyndereſim dici a ſyn, quod eſt con. & hæreſis electio, ideſt coelectio: ideo ad uoluntatē retulit ut infra patebit. Sed certè ſicut errauit in ethimologia ita & in ſententia: & alii antiqui eum ſequentes. Nos autem ne nimium curioſi uideremur tenuimus uocabulum commune ſyndereſis: ſed ſententiam falſam reiecimus: ſecuti planè illud commune dictum ſapientum, uidelicet, loquendum ut plures, ſentiendum ut pauci. immo uerò locuti ſumus ut multi: ſenſimus autem ut plures. Nam iam communiter ſic tenetur à modernis, quòd ſyndereſis aut ſynthereſis eſt aut ſubiectatur in intellectu aut ſe tenet ex parte eius & non ex parte uoluntatis.

Idem ſecundò probatur contra Henricum ubi ſupra & Bonauent. in 2. diſtinctio. 39. & alios antiquos tenentes quòd ſyndereſis ſe tenebat ex parte uoluntatis, ut pondus eius eam naturaliter ad bonum uniuerſaliter inclinans: propter rationes quæ infra tāguntur & ſoluuntur in argumentis. Contra hos itaque doctores probatur quòd non ſe tenet ex parte uoluntatis. quia ſi ipſa ſyndereſis habet actum elicitum tendentem neceſſario in bonum & reſiſtentem malo ut illi dicunt: at talis actus non poteſt eſſe in uoluntate: quia uoluntas quò ad exercitium ſeu productionem actus non neceſſitatur ab obiecto uel habente uim obiecti, ſed ſolum à ſe ipſa ſeu à ſua natura ſic uel ſic diſpoſita ſeu à Deo ſecundum Tho. 1.2. q. 9. q. 10. & communiter doctores, ita quòd ſi à ſummo bono clarè uiſo neceſſitatur ad actum, hoc fit non ratione obiecti ſed ratione ipſius uoluntatis ſic diſpoſitæ. ut latè Caieta. 1.2. q. 10. art. 2. declarat. neque aliqua uis, qualitas ſeu habitus poteſt eſſe in uoluntate quæ ſit principium neceſſitans ipſam ad productionem actus. ergo neque principium neceſſitans ad uolendum neceſſario conformiter ad principia practica, & ita ſyndereſis ſeu pondus hoc naturale non eſt in uoluntate.

Item tertiò probatur idem, quia ſi eſſet aliqua talis potentia ſeu uis aut qualitas in uoluntate quę neceſſitaret illam ad actum eliciendum & per ipſum neceſſario tendendum in bonum & reſiſtendum malo: iam talis qualitas eſſet ſuprema in tota uoluntate: quia reſpiceret finem ultimū à quo ſumuntur prima principia practica. ergo in eius poteſtate eſſet ipſa uoluntas ſecundum quamlibet uim, & ita ipſa uis impediret omne peccatum in uoluntate: quia ſicut ipſa neceſſario mouet ita neceſſario uolūtas moueretur ſecundū motū illius, & ſic ſemper eſſet rectitudo. quod patet falſum.

Iſtæ duæ ultimæ probationes ſunt Scot. in ſecundo diſtinctio. 39. ſed non concludunt intentum contra prædictos doctores. Nam poteſt ad illam ſecundam probationem dici quòd ſyndereſis neceſſitat uoluntatem ad aliquos actus naturales: non quidem tanquam quid extrinſecum aut tanquā ſe tenens ex parte obiecti, ſed tanquā ſe tenens ex parte ipſius uoluntatis per eam ſic diſpoſitæ, & ita potius uoluntas ſic diſpoſita neceſſitatur à ſe ipſa ad tales actus naturales tendentes in bonum qui non ſunt meritorii, ut etiam id concedit Caieta. 1.2. q. 9. & q. 10. art. 2. & q. 4. art. 4. & Angeſt. immoralib. cap. 3. fol. 10. Ad tertiam probationem poteſt dici ꝙ talis qualitas eſſet ſuprema non ſimpliciter ſed ſecūdum quid, ſcilicet quò ad mouendum uoluntatem naturaliter ad tales actus bonos: qua motione non obſtāte poteſt uoluntas ex ſua libertate alia motione liberè non ſe mouere ad illos ſed ad alios actus deliberatos. ſicq; negatur illa 1. & 2. conſequentia. quantò magis ꝙ illa maxima quæ ibi ponitur pro probatione conſequentiæ, ꝙ ſcilicet cauſa mouens, inquantum mota, qualis eſt uoluntas mota ab illa qualitate quæ dicitur ſyndereſis, ſi neceſſario mouetur neceſſario mouet, ſecundū Caieta. 1. par. ſum. q. 19. art. 8. habet ueritatem & intelligitur ſolum de motione cooperatiua & præciſa non autē de motione præuia & concauſante. intelligitur ergo ſic exemplariter, quòd ſicut quādo uoluntas uult requiritur & ſufficit ꝙ Deus cooperetur & moueat uoluntatē ſimul: & ita uoluntas mota mouet & operatur neceſſario tunc ſimul neceſſitate conſequētiæ aut pręſuppoſitionis, quia mouetur à Deo cooperante modo prædicto: quia tamen non ob hoc præciſe uoluntas operatur uel cooperatur cū cauſa prima, ſcilicet cum Deo: cuius etiam curſum & motionem tollere poteſt, ſi uidelicet liberè non cooperari aut ab actu deſiſtere uelit. ideo nō neceſſario mouet ſeu operatur ſed liberè: quia operatio primæ cauſę mouentis uel cooperantis modificat ſecundū naturā cauſæ ſecūdæ, putà uoluntatis liberè ſeipſam mouentis aut operātis. & ita in propoſito diceretur ꝙ motio actiua uel operatio uoluntatis prouenit non tantū ex moueri à Deo uel à qualitate alia quæ dicitur ſyndereſis: ſed ex moueri ſimul & ex modo proprio ipſius uoluntatis qui eſt liberè operari, & ſic patet reſponſio ad illas duas ultimas probationes. ideo prima ratio ad propoſitum eſt efficacior.

Nunc probatur ꝙ conſcientia non niſi in intellectu practico ſit. primò quia eſt notitia ſeu aſſenſus concluſionis ut patet ex ſupradictis, hoc autē pertinet ad intellectū tantum. Itē Eccl. 7. Scit cō-

ſcientia

ſcientia tua &c. ſcire autem pertinet ad intellectum. Item Damaſcenus dicit quòd cōſcientia eſt lex intellectus noſtri. & conſcientia dicitur ſimul ſcientia vt dictū eſt ſupra. & cōſcientia diuiditur in erroneam & verā ſeu rectam: quæ diuiſio perti net ad intellectum ſeu ad eius actus. & conſcientiæ actus ſunt iudicare, dirigere, teſtificari, argue re, qui actus pertinent ad cognitionē. Item ſecundum Scotum contra Henricū vbi ſupra, à quo Henrico quò ad hoc diſcordat & bene Bonauen. concordans cum cōiter doct. quia habitus appetitus non generatur ex uno actu niſi valde intenſo. ſed cōſcientia gñatur ex vno ſyllogiſmo practico deducēdo euidenter aliqd ex primis principiis. ergo.

Si ad hoc dicatur ex parte Henrici ꝙ ſicut uolitio cauſatur à notitia licet parcialiter: ita habitus appeti tus etiā totaliter ab una ſyllogiſtica notitia ut dictum eſt. Contra hoc arguitur quadrupliciter. Primò, quia quod natū eſt cauſari ab ali qua cauſa nou poteſt cauſari ab alia totaliter niſi virtualite r contineat perfectionem cauſæ. ſed habitus volu ntatis natus eſt cauſari ab actu uoluntatis ſicut à propria cauſa. ergo uon poteſt cauſari ab alio actu niſi iſte actus contineat in ſe eminenter & virtualiter perfectionem actus voluntatis. ſed actus intellectus nō poteſt continere in ſe vir tualiter perfectionē actus voluntatis: quia actus voluntatis eſt perfectior ſaltē in cauſando & mouēdo formaliter, etiā ſecundū ipſum Henri. quod lib. primo. q. 14. & B. Tho. 1. par. ſum. q. 82. art. 2. & ibi Caieta. quāuis quò ad eſſentiam eſſet perfectior actus intellectus quàm voluntatis, principiatiuè libertas eſſet in intellectu priusquā in voluntate ſecundū eundē. ergo non poteſt intellectus per actū ſuum cauſare in uoluntate habitū acquiſitū, & multò minus connaturalē ſeu pondus naturale voluntatis, quod Henricus dicebat eſſe conſcientiā. Item ſecundò quia ſi conſcieutia ſicut dicit Henricus eſſet pondus voluntatis: tunc autē voluntas neceſsitaretur illud habere & ſecundum illud operari: & ſic non poſſet voluntas deponere conſcientiam neq; liberè ageret, præcipue ſtantē prædicto actu ſyllogiſtico: ſicque non poſſet agere contra conſcientiam quod tamen eſt falſum ſecundum communiter doctores & gloſ. ad Roma. 14. Quòd nou ex fide peccatum eſt, id eſt quod eſt contra conſcientiam. ut ſi dicatur ꝙ voluntas nō neceſsitatur recipere illud pondus ſeu conſcientiam neq; ſecundū illam operari. ſequitur ergo ꝙ intellectus non eſt ſufficiens cauſa illius, quia cau ſa ſufficiente agente, neſſario ſequitur effectus in paſſo debitè approximato & diſpoſito, vel ſaltem ſequitur ꝙ non eſt neceſſario ponenda talis conſcientia in uoluntate. Item tertiò ad ideuı quia ſi ponatur ibi quodq; ſit habitus acquiſitus: iam ex quo volūtas pōt velle oppoſitū. ergo ille habitus cōſciētiæ corrūperetur ꝑ alios cōtrarios actus voluntatis, ſicque tunc nō eſſet cōſcientia in uolūtate. Quartò ad idē, quia ſi ponatur habitus naturalis in voluntate inclinans illā uō neceſsitans ad particulares actus voluntatis conformes dictaminibus particularibus: ſicut ſynderesis ponit ab Hērico ꝙ ſit habitus naturalis in volunate incliuans voluntatem ad couformandum ſe dictaminibus vniuerſalibus: tunc procedunt rationes ſupra factæ contra ſynderesim ſi ponatur in voluntate. Patet itaque quòd tam ſynderesis quàm conſcientia propriè & impropriè acceptæ non ſunt in uoluntate ſed in intellectu eo modo quo voluntas ab intellectu diſtinguitur, aut realiter ſecundum Tho. aut formaliter ſecundum Scotum, aut ratione vel connotatiuè tantum ſecundum nominales.

Ex ſupradictis etiam ſequitur quòd mentiri nō eſt agere contra conſcientiam formaliter & propriè: ſicut nec dicere verum eſt agere ſecundum conſcientiam formaliter & propriè: patet ſecundum Angeſt. in moral. cap. 7. quia mens & mentiri quod eſt agere contra mētē, ſimiliter & dicere verum extendit ſe ad iudicium practicum & ſpeculatiuum: conſcientia autem non niſi ad practicum, vt patet de eo qui etiam contra mentem dicit aliquid eſſe factum, ſeu verum, & licet erroneè iudicat tamen illud mendacium eſſe aſſerendum & bonum ex aliqua cauſa pia mouente: talis certè mentitur non tamen agit contra conſcientiam: quia non agit contra id quod couſcientia dictat eſſe cauendum, cùm potius ex ſuppoſitione dictet, ſic agendum & mentiendum eſſe. Similiter ſtat quòd quis dicat verum quando conſcientia dictat erroneè ſeu rectè quòd eſt dicendum falſum aut mentiendum aut tacendum, ergo propriè nō omnis meutiens agit contra conſcientiam neque dicens verum agit ſecundum eam. Corolarium

Contra primam particulam diffinitionis ſynderesis vbi ſecundum reales dicebatur in primo & ſecundo puncto quòd ſynderesis eſt lumen naturale inclinans ad aſſentiendum. Arguitur primò quia tertio de anima dicitur quòd anima creata eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictum. ergo anima à ſua creatione nullam habet innatam cognitionem, lumen ſeu habitum naturalem cognoſcendi, ſed omne quod habet eſt acquiſitum. Confirmatur primo per Auguſtiu. lib. 1. retract. vbi retractat tamquam falſum quod ipſe dixerat ex opinione Platonis ſeu impoſita Platoni, ſcilicet omnes habitus cognoſcendorum eſſe ſimpliciter animæ innatos: ſicque animā creari habitualiter ſcientem, ſed obliuioni dari ad tēpus per molem corporis vbi anima opprimitur. quam opinionem reprobat ibidem Auguſt. & Ariſto. 3. de anima, & in primo poſt. ergo anima non habet habitum naturalem ad aſſentiendum practicis ſicut neque ſpeculatiuis. Confirmatur ſecundò quia cognitio complexa non habetur niſi præuia incomplexa: & principiū non cognoſcitur ſine cognitione terminorum. ſed cognitio incomplexa: non habetur niſi mediante ſenſu, quia ſecundum Ariſt. nihil in intellectu quin prius ſit in Argum. 1.

ſenſus

ſenſu: nemo enim cognoſcit colorem niſi per viſum aliquo modo. vnde amittens vnum ſenſum neceſſe eſt vnam ſcientiam amittere, ergo omnis noſtra cognitio complexa & incomplexa eſt acquiſita, & non naturalis.

reſpon. ad 1. argumen. RESPONDEO ad primum Argumentum ſecundum Bonauent. in ſecundo diſtinctione 39. prius notando quòd ibi tangitur difficultas an in nobis ſint habitus naturales cognitiui ſeu lumen, & quomodo eſt omnibus naturalis origo cognoſcendi. ad quod reſpondet quòd vltra illam opinionem Platonis reprobatã ab Ariſto. & Auguſt. vbi ſupra in argumento, omnes doctores concordant in hoc quòd ſicut uirtutes conſuetudinales ſunt quodammodo innatæ & quodammodo acquiſitæ, de quo Tho. prima ſecundæ q. 63. art. 1. agit latè: ſic etiam & habitus cognitiui non omnino ſed quodammodo innati & quodammodo acquiſiti ſunt. Sed illi doctores diſcordant in

1. opinio. aſſignando modum quomodo illi habitus ſint innati & quomodo acquiſiti. Nam aliqui dicunt ꝙ ſunt innati intellectui agenti, acquiſiti autem quã tum ad intellectum potentialem ſeu patientem aut recipientem quod idem eſt: quodque ad iſtũ intellectum dixit Ariſtotel. animam creari vt tabulam raſam, quodque ille intellectus potentialis eſt qui habet perfici mediantibus potentiis ſenſitiuis. Sed hæc opinio non uidetur conſona Ariſtot. neque veritati. quia intellectus agens haberet habitus cognoſcendorum: quare non poſſet illos communicare intellectui poſsibili ſine adiutorio ſenſuum inferiorum. Item ſi intellectus agens haberet habitus cognoſcendorum: iam anima à ſua creatione non eſſet ignorans, ſed potius ſimpliciter ſciens: quia ab habitu ſcientiæ dicitur quis ſimpliciter ſciens. difficile eſt etiam eum hoc intelligere, quomodo ſpecies dicantur eſſe in intellectu agente, cùm poſsibilis dicatur quo eſt omnia fieri & agens quo eſt omnia agere.

2. opinio. Ideo eſt ſecundus modus dicendi, quòd ſcilicet habitus cognitiui quodammodo ſunt innati quodammodo acquiſiti, innati enim ſunt quò ad cognitionem in uniuerſali, & acquiſiti quò ad cognitionem in particulari: ſiue innati ſunt quò ad cognitionem principiorum, acquiſiti autem quò ad cognitionem concluſionum. Sed neq; iſte modus conſonat verbis philoſophi & Auguſt. nã primo poſt. probat Ariſtote. ꝙ cognitio principiorũ non eſt nobis innata: deducens ad plura inconuenientia. & ibidem oſtendit ꝙ cognitio principiorum acquiritur in nobis via ſenſus & memoriæ & experientiæ. Auguſti. etiam. 12. de trinitate loquẽs de paruulo qui reſpondebat de omnibus principiis Geometriæ dicit, ꝙ hoc non erat quia anima illius paruuli prius illa nouiſſet: ſed potius iſta videbat in quadã luce ſui generis incorporea ſicut videt oculus carnis ea quę in hac luce corporea circa adiacẽt, cuius lucis capax eiq; cõgruens creatus eſt.

3 opinio. Ideo eſt tertius & vltimus modus dicẽdi cui tã dem aſſentit Bonauent. ꝙ habitus cognitiui quodãmodo ſunt nobis innati & quodãmodo acquiſiti: non tatũ loquẽdo de cognitione cõcluſionũ ſeu in particulari, ſed etiã principiorũ & in uniuerſali. Nam cũ ad cognitionẽ duo cõcurrant neceſſariò ſcilicet præſentia cognoſcibilis & lumen quo mediante de illo iudicamus, vt experimur in uiſione corporali, & innuitur in pcedẽti auctoritate Aug. iam patet ꝙ habitus cognitiui ſunt quodãmodo nobis innati ratione luminis inditi noſtræ animæ: ſunt etiã quodammodo acquiſiti rõne ſpeciei qua præſentatur nobis ipſum cognoſcibile. & hoc concordat cum Ariſt. & Auguſt. oẽs enim in hoc conſonant ꝙ potentiæ cognitiuę ſit inditũ lumẽ quod vocant naturale iudicatoriũ ſeu ſcintillã rationis: modo ſit accidens ſuper additũ intellectui, modo nõ ſecundũ diuerſas vias realiũ & nominaliũ. Pſal. 4. Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui. ſpecies autẽ & ſimilitudines rerũ ſępe acquiruntur in nobis mediãte ſenſu ſecũdũ Ariſto. & experiẽtia patet: quia nemo cognoſceret totũ aut partẽ, aut patrẽ aut matrẽ, niſi aliquo ſenſu exteriori ſpeciem eius acciperet: inde fit ꝙ amittens vnũ ſenſum neceſſariò admittit unã ſcientiã: illud aũt lumen naturale dirigit ipſam animã in iudicãdo tã de cognoſcibilibus quàm de operabilibus. Et ſicut inter ſpeculabilia, quędã ſunt valde euidentia ſicut dignitates & prima principia: quædam minus euidẽtia ut concluſiones particulares: ſic & in practicis quædã ſunt maximè euidentia, vt illud, Quod tibi non vis alteri noli, & quòd Deo eſt obediẽdũ, & quòd non eſt malè faciendum &c. Alia ſunt minus euidentia. ideo ſicut cognitio primorum principiorũ ſpeculabilium ratione illus luminis dicitur nobis innata, quia ſcilicet lumen illud ſufficit ad illa cognoſcenda, poſt præſentationẽ illorum per receptionem ſpecierum ſine aliqua perſuaſione ſuper addita propter ſui euidentiam. ſic etiam cognitio primorum principiorum moralium eſt nobis innata: quia lumen illud ſufficit ad illa cognoſcẽda eodem modo vt dictum eſt. ad cognitionem autem particulariũ concluſionum ſpeculabilium ſeu practicorum, non plenè ſufficit lumẽ illud ſine aliqua perſuaſione ſeu habilitatione noua: ideo taliũ cognitio dicitur acquiſita & non innata nobis. Ad propoſitum igitur, quia ſinderеſis dicit illud lumẽ reſpectu principiorũ primorum practicorũ: modo illud lumẽ ſit potentiæ ſupra additum, modo non ſecundũ diuerſas vias realiũ & non nominaliũ ſupradictas: ideo dicitur quòd eſt cognitio innata nobis reſpectu talium, ſed non reſpectu ſpeciei repreſentantis nobis illa principia, vnde ſi qua ſunt principia ſeu cognoſcibilia quę cognoſcãtur per ſui eſſentiam & non per ſpeciem, ita ꝙ ad illa pręſentandũ intellectui nõ requiratur ſpecies repreſentans: tunc reſpectu taliũ poteſt dici ſinderеſis ratio ſeu cognitio ſimpliciter nobis innata, putã reſpectu huius quod eſt Deum eſſe colẽdũ ſeu amandum. Deus enim non cognoſcitur per ſpeciẽ

vel

vel ſimilitudinem à ſenſu acceptã: immo Dei notitia ſaltem confuſa naturaliter eſt nobis inſerta ſecundũ Auguſt. de quo latius apud Gabrielem & doctores in primo diſtinctio. 3. quid aũt ſit amor non cognoſcit homo per ſimilitudinẽ exterius ac ceptã ſed per eſſentiam ſicut & ipſam animã. huiuſmodi enim affectus ſunt eſſentialiter in anima. Ex his patet reſponſio ad dubium illud vtrùm oĩs cognitio ſit à ſenſu. Reſpõdeo ait Bonauentu. vbi ſupra quòd non: quia neceſſario oportet ponere quòd anima nouit Deum aliquo modo ſaltem cõfuſè & ſeipſam, & quæ naturaliter ſunt in ipſa ſine adminiculo ſenſuum exteriorũ: vnde illud Ariſt. nihil eſt intellectu quin prius in ſenſu intelligitur de illis quæ habent cognoſci per ſpeciem uel ſimilitudinem exterius abſtractã: & illa dicuntur eſſe in anima per modum ſcripturæ ſeu picturæ: & de his dicit Ariſto. quòd anima noſtra eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictum vel ſcriptũ: non quidem quòd nulla ſit notitia habitualis naturalis ſeu lumen naturale ſuper additum ſecundũ reales quos ſequitur in hoc ipſe Bonauent. ſed quia nulla eſt in ea pictura vel ſimilitudo exterius prouenicns ſeu abſtracta: & hoc eſt quod dicit Auguſt. in libro de ciuitate Dei dicens ſic. Inſeruit nobis Deus nobile iudicatorium: vbi quid ſit lucis quid tenebrarum cognoſcitur in libro lucis qui veritas eſt; quia veritas in corde hominum naturaliter impreſſa eſt. & ex his patet reſponſio ad argumentum & confirmationes.

Secundò arguitur contra ſecundam particulã diffinitionis conſcientiæ quę habetur in primò pũcto: vbi dicebatur ꝙ conſcientia eſt notitia actualis ſeu habitualis acquiſita, non aũt potẽtia nec habitus naturalis. Sic arguitur. nihil eſt ſubiectũ peccati niſi potentia, ſed conſcientia eſt ſubiectũ peccati vt patet ad Titum primo. Inquinatæ ſunt eorũ mentes & conſcientia. ergo eſt potentia ipſa animæ & non actus nec habitus. Et confirmatur auctoritate Orige. dicẽtis, ꝙ conſcientia eſt ſpiritus corrector & pedagogus animę. ſed ſpiritus eſt ipſa mens. Epheſ. 3. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. ſeu eſt ipſa anima. Luc. 1. Exultauit ſpiritus meus. ergo. Confirmatur ſecundò, quia ſi cõſcientia eſſet actus, nõ ſemper permaneret in homine: & ſi eſſet habitus acquiſitus iam cõſcientia non eſſet vnum quid ſed multa: quia per multos habitus cognoſcitiuos dirigimur in multis diuerſis agendis. ergo eſt potentia ſeu habitus naturalis ſicut ſynderesis.

Reſpondeo ſecundũ Tho. prima part. q. 79. art. 13. ad primũ, cõceſſa maiore negatur minor, & ad probationẽ ex Epiſtola ad Titum primo, reſpondeo ꝙ inquinatio dicitur eſſe in conſcientia nõ ſicut in ſubiecto ſed ſicut obiectũ in ſuo actu. id eſt ſicut cognitum in ſua cognitione inquantum ſcilicet aliquis ſcit ſe inquinatum.

Ad primam confirmationem reſpondeo quòd in eius maiori ponitur cauſa pro effectu: & ſic cõſcientia dicitur ſpiritus & corrector ſecũdũ quòd ſpiritus ponitur pro mente, quia eſt quoddam mentis dictamen.

Ad ſecundã confirmationẽ reſpondeo cõcedẽdo quòd non ſemper manet cõſequentia propriè loquẽdo vt hic loquimur de cõſciẽtia: quia poteſt deponi. & ſic qñ dicitur quòd ſemper manet accipitur cõſcientia largè pro vt cõprehendit etiã ſynderesim ſeu capitur pro ſua cauſa quod eſt idẽ, ut patet ex ſupradictis, & ſic manet ſemper cõſcientia in ſua cauſa, putã in ſynderesi: & eodẽ modo reſpõdeo ad oẽs auctoritates dicẽtes ꝙ eſt naturale iudicatorium indelebile & huiuſmodi.

Tertiò arguitur cõtra tertium punctũ principale, vbi dictũ eſt ſynderesis & cõſciẽtia ſubiectãtur & ſe tenent ex parte intellectus. Probatur tripliciter ꝙ ſynderesis ſe teneat ex parte voluntatis. Primò qa ſynderesis ſemper & naturaliter remurmurat malo & inſtigat volũtatẽ ad bonũ honeſtum: ſed vtrũꝙ actus pertinet ad volũtatẽ, quia ſicut voluntas naturaliter vult cõmodũ ſuum ſecundum Alſel. de cõcordia Euange. c. 26. & 44. dicentem, cõmoda non velle nequit: naturaliter nobis ineſt affectio cõmodi. ergo ſimiliter naturaliter vult bonũ honeſtũ ſeu iuſtum. patet hoc, quia bonũ iuſti eſt perfectio æquè conueniens voluntati ſicut bonũ cõmodi, vt etiã dicit Ambro. & magiſter in ſecũdo diſtin. 39. dicit. ꝙ voluntas noſtra etiã nũc in ſtatu naturę lapſæ, naturaliter vult honũ honeſtũ quãuis ſine gratia illud efficaciter exequi non poſſit. tunc vltra ſi voluntas naturaliter vult bonũ honeſtũ. ergo neceſſario vult illud. patet hæc conſequentia: qa voluntas naturalis neceſſariò vult illud in quod naturaliter tendit, ut etiam patet ex Augu. 13. lib. de trinit. c. 5. dicente ꝙ certum eſt oẽs velle Beatitudinẽ pp inclinationẽ naturalem ad illã: quod tñ nõ eſſet certũ ſi volũtas nõ neceſſariò vellet illã. & ſic patet qđ omne naturaliter volitũ eſt neſſariò volitũ. Nunc verò illud qđ eſt principium naturaliter ſeu neceſſariò, & formaliter effectiuè & non ſolum oſtenſiuè & dictatiuè inclinans volũtatem ad bonum honeſtum, debet poni in uoluntate potius quàm alibi, ut patet. hoc autem eſt ſynderesis, ut ſupra aſſumptũ eſt in maiori, & patet ex ſupradictis ſecundum oẽs. ergo ſynderesis ſe tenet ex parte voluntatis.

Secũdò principaliter probatur idẽ. qa ſicut natura inferior, putã irrationalis habet principiũ tẽdẽdi in illud quod ſibi rectè cõuenit ſecũdũ ſuam naturam ut patet: & ſicut intellectus & potentia uiſiua habet ſuum lumen naturale ad videndum, ſeu ad actus ſecundum ſuam naturam ei conuenientes. ergo ſimiliter voluntas habet ſuum principium & pondus ipſam naturaliter inclinans ad actus conuenientes ſecundum ſuam naturam rationalem, putã ad bonum honeſtum. patet conſequentia ab æqualitate rationis ſeu etiam à fortiori. Item tertiò probatur idem. quia contra malum, eſt bonum ſibi oppoſitum à Deo nobis collatum

latum ad reſiſtendum malo: ſed nos habemus in parte motiua ſenſibili aliquid impellens ad malũ: ergo & in parte motiua rationali quæ eſt uoluntatis debet eſſe aliquid inſtigans & inclinans ad bonum honeſtum, tale autem eſt ſindereſis ut patet ex dictis.

Quòd etiam conſcientia ſit in uoluntate, probatur etiam tripliciter. Primò quia actus conſciẽtiæ eſt remordere, ut patet ex ſupradictis & dicendis quęſt. 3. & primo Corint. nihil mihi conſcius ſum: gloſ. 1. in nullo me conſcientia remordet, ſed remorſus eſt actio potentiæ appetitiuæ ſeu affectiuæ: quia vbi eſt remorſus ibi eſt quidam dolor & paſſio, quæ propriæ pertinet ad potentiam affectiuam & non ad cognitiuam, ut elicitur ex ſecundo Ethi. 5. ibi etiam ait Gabriel. in ſecundo diſtinctio. 29. & Angeſt. in moral. cap. 4. & 5. & latius B. Tho. prima ſecundæ q. 22. art. 2. & 3. & ibi Caieta. Secundò probatur idem, quia id cuius perfectio conſiſtit in bonitate magis pertinet ad voluntatem q̃ ad intellectum, quia ſicut intellectus ſe habet ad verum: ita voluntas ad bonũ ut ad ſuũ obiectum. ſed conſcientia eſt huiuſmodi: quia dicitur bona. prima Thimo. primo. Charitas de corde puro & conſcientia bona. & iterum ibidẽ. Habens conſcientiam bonam &c. ergo. Tertiò probatur idem, quia ſi conſcientia pertineret ad intellectũ: certè qui plus ſciret de agibilibus eſſet plus conſcientiatus, & haberet conſcientiam ſtrictiorem ſeu maiorem, quod tamẽ eſt falſum.

Reſpon. ad 3. Argum. Propter has rationes motus eſt Hẽricus in primo quodlibet. q. 18. ad tenendum quòd ſyndereſis & conſcientia ſe tenebant ex parte voluntatis ut eam inclinarent: illa quidem ad uolendum conformiter ad dictamina vniuerſalia practica: hęc autẽ ad volendum conformiter ad dictamina particularia de honeſto. Similiter Bonauen. propter rationes factas de ſindereſi motus eſt ad tenendum, quòd ſyndereſis eſt quoddam pondus naturale tenens ſe ex parte voluntatis, ut eam inclinaret ad uolendum conformiter ad dictamina tã generalia quã particularia practica de honeſto. Nã de conſcientia poſt refutationem duarum aliarum opinionum tandem dicit Bonauent. quòd ſe tenet ex parte intellectus tamquã lumẽ quoddam naturale ſuperadditũ dirigens eum in cognoſcendis practicis tã vniuerſalibus quàm particularibus ſed præcipuè vniuerſalibus, vt nos diximus de ſyndereſi. Sed his omiſsis, nõ enim ex primo phyſi. oportet oẽs opiniones recitare uel impugnare: ſed eas duntaxat quæ ad indagandum & defendẽdam veritatem expediunt. Reſpõdeo ergo ad tertiũ Argumentum & primò ad primã probationẽ de ſyndereſi negando minorem. dico enim ꝗ ſyndereſis dicitur naturaliter remurmurare malo & inſtigare ad bonum: nõ quidẽ formaliter vel effectiuè ita ꝗ producat actum elicitũ in uoluntate remurmurantẽ malo & inſtigantẽ ad bonũ, ſed ſolũ oſtenſiuè, ſeu dictatiuè quia ſcilicet oſtendit bonum eſſe volendum & malũ odiendũ: & in hoc eſt occaſio voluntati ad remurmurandum contra malum, modo talis oſtenſio cognitiua concurrat aliquo modo effectiuè ad productionẽ illius actus remurmurationis voluntatis modo non, de quo nũc non curo, & ſic reſpondet Scotus. Et ad probationẽ illius minoris reſpondeo dupliciter primò concedendo ꝗ voluntas naturaliter vult bonũ honeſtum: non quidẽ naturaliter id eſt neceſſariò ut diſtinguitur cõtra liberũ: ſed naturaliter id eſt ex principiis naturæ rõnalis, prouenit nobis naturaliter inclinari & velle libere bonum honeſtũ ſecundũ dictamen rectæ rõnis. & cũ hac expoſitione cõcordat B. Tho. prima par. ſum. q. 60. art. 5. & ſecunda ſecundæ q. 26. & Durandus in ſecundo diſtinctio. 39. q. 3. & ita negatur conſequentia, quòd ergo neceſſariò vult illud. Poteſt etiã ſecundò cõcedi, ꝗ ſicut voluntas noſtra naturaliter. & neceſſariò vult bonum cõmodi, ita & bonum honeſtũ: ſed talis voluntas ſeu appetitus naturalis non eſt aliquis actus liberè elicitus: neq; quatenus voluntas eſt libera appetit aut vult id neceſſariò & naturaliter, ſed quatenus eſt appetitus ſeu natura intellectualis naturaliter appetens & inclinans ad bonum honeſtũ, modò id appetat ſine actu elicito vt lapis dicitur habere naturalem ad deorſum inclinationem ut tenet Scotus in ſecũdo diſtin. 39. & in 4. diſtinctio. 49. q. 10. & 11. modò per aliquẽ actum elicitum non liberè ſed naturaliter productum ut Animal appetit cibum, ut tenet B. Tho. & Angeſt. in morali cap. 3. fol. 10. & alii doctores. ad hunc ſenſum etiam conceduntur auctoritates Anſel. & Ambro. & Auguſti. & rationes ſupra adductæ ad probandum quòd voluntas naturaliter & neceſſariò vult bonũ honeſtũ. ſed tũ negatur ꝗ ſyndereſis eſt tale principium uel inclinatio: quia ut diximus ſolum inclinat oſtenſiuè: nec neceſsitat voluntatem ad eliciendum actum cõformem tali inclinationi. ſubiacet enim ipſi potentiæ liberæ voluntatis ut libera eſt, de qua loquimur, illa ſicut & quælibet alia inclinatio naturalis habitus & complexionis & huiuſmodi, ideo non valet conſequẽtia, illa inclinatio naturaliter & neceſſariò inclinat voluntatem ad actum. ergo ad naturaliter & neceſſariò producendum actum ſaltem deliberatum de quo loquimur.

Si replicetur dicendo quòd quomodocunque ſit modò talis inclinatio neceſsitet volũtatem ad actum modò non: ſaltem concluditur quòd in uoluntate eſt talis inclinatio eam inclinans ad bonũ honeſtum, ſicut & ad bonum commodi. illa autem eſt ſyndereſis ut patet ex dictis. *Replica.*

RESPONDEO negando minorem. quia illa inclinatio voluntatis ad bonum honeſtum etiã ſi ſit ſyndereſis, eatenus dicitur inclinatio voluntatis quatenus dictat ſeu oſtendit ei bonum & malum ſicq; ſolum inclinat uolũtatem oſtenſiuè ſeu dictatiuè, non autem propriè formaliter effectiuè mouendo eam ut qualitas ei inhærens. ideo non

ex parte

ex parte uolũtatis ſed ex parte ĩtellectus ſe tenet, & ita quamuis in uoluntate ſit alia inclinatio naturaliter eam inclinans ad liberè ſeu naturaliter uolendum bonum honeſtum ſicut & bonum commodi, de quo nunc non caro quomodo & qualis ſit: ſufficit nunc ad propoſitum quòd illa non eſt ſinderesis, ut ſupra declaratum eſt. & ita patet reſponſio ad primam probationem.

Ad ſecundam & tertiam probationem, reſpondeo ſecundum Scotum negando conſequentiam & eius rationem, quia ipſa uoluntas iam habet libertatem in ſe & dictamen præuium rationis & Synderesis: quæ ſufficiunt contra omnia impedimenta ſimul cum gratia ſeu auxilio Dei, & ita ex quo habet uoluntas modum agendi ſuperiorem omni alia natura creata, & habet quòd ſufficit ad ſuos actus conuenientes ſecundũ ſuã naturã, ſcilicet ſecundum rectã rationẽ: non requiritur aliud.

Vel ſecundò reſpondeo ſecundum alios doctores, quòd uoluntas iam habet ſuam inclinationem naturalem ad bonum honeſtum: quæ non eſt Synderesis ſed alia inclinatio naturalis ut dictum eſt ſecundum eam ponentes.

Ad alia argumenta de conſcientia reſpondeo ad primum, ſicut ſupra ſecundum Scotum dictum eſt de remuneratione Synderesis. dico enim quòd ſimiliter conſcientia dicitur remordere etiam ſecundum Bonauent. quia dum ipſa oſtẽdit aliquod malum ipſi affectui habenti rectitudinem: iam talis affectus refugit & recalcitrat: ideo talis remorſus non eſt à conſcientia ipſa formaliter & principaliter mouente & efficienti, ſed ſicut à dictante. uel dico quòd ſicut notitia quæ eſt in intellectu concurrit cum uoluntate ad productionem nolitionis uel nolitionis: ita & cõſcientia intellectus ad illum remorſum uel fugam uoluntatis.

Ad ſecundum quòd ſcilicet conſcientia dicitur bona &c. reſpondeo ſecundum Scotum & Bonauent. quòd habitus intellectus practici dicũtur boni uel mali, non quidẽ formaliter ſed tranſumptiuè, ſcilicet propter conuenientiã eorũ ad uolũtatẽ: ex eo quòd intellectus practicus non ſolum cõſiſtit in uero ſed ẽt ſe extẽdit ad bonũ: ſicut cõtra uolũtas poteſt dici recta uel curua propter cõuenientiã eius ad actũ rectũ uel non rectũ rationis: qui tamẽ eſt formaliter in intellectu: at bonitas eſt uolũtatis ſicut rectitudo intellectus: ſed bonitas magis trãſumitur ad intellectũ practicũ quã ad ſpeculatiuum, ſicq; conſcientia tranſumptiuè non formaliter bona denominatur.

Ad tertium & ultimũ ꝙ ſcilicet magis ſciẽs eſſet magis conſcientiatus &c. reſpondeo ſecundũ Scot. ꝙ ſicut. 7. Ethic. cap. 3. dicitur, ꝙ in paſsionibus exiſtentes quidã dicũt uerba enigmatis ſciũt autẽ nequaquã: ita poteſt cõcedi quòd ſimpliciter ſciẽs ſciẽtia practica, & nõ tantũ ſciẽs ſpeculatiuè eſt cõſcientiatus, & magis ſciẽs eſt magis cõſcientiatus. & hoc maximè habet concedere ipſe Henricus: qa ſecũdum eũ in eodẽ inſtanti tẽporis in quo eſt uolũtas mala, ratio excæcatur, adeò ut nullus habeat minus de conſcientia etiam ſi conſciẽtia pertineat ad uoluntatem. igitur argumentum ita eſt contra eum ſicut contra nos: & ſicut ſoluitur ab eo ita à nobis ut dictũ eſt.

QVAESTIO SECVNDA.

QVID SIT FIDES ET OPInio, Scrupulus & Dubium.

RESPONDEO, Fides propriè eſt aſſenſus firmus ſine ulla formidine ſed ineuidẽs. ita quòd quàmuis homo non clarè uideat quomodo ita eſt quod firmiter credit: attamẽ etiã ſi conſideret oppoſitũ & eius motiua, nullo modo mouetur à ſua fide & firma æſtimatione: quia nõ credit ꝙ aliter eſt, neq; dubitat ſi ita eſt uel non eſt ut iã ipſe per fidẽ credit. cõſonant doctores in tertio diſtinctione. 23. ex Auguſti. 8. de trinitate cap. 10. & Vega. de iuſtificatione lib. 9. cap. 4. *Quid fides.*

Opinio autẽ propriè eſt aſſenſus uel determinatio intellectus ad alterã partẽ contradictionis propter maiorẽ apparentiam rationis uel auctoritatis pro hac parte, cũ formidine tamen de oppoſito ſeu de falſitate illius opinatę, propter aliqua motiua. ita quòd hæc formido eſt naturaliter annẽxa opinioni & paſsio aſſenſus opinatiui. *Quid opinio*

Et ſi queratur quid ſit & in quo ſtet prædicta formido opinionis & certitudo aut potius firmitas fidei ex parte ſubiecti. reſpondeo ſecundũ B. Tho. ſecunda ſecũdæ. q. 1. ad quartum & Alliaco, ꝙ formido ſtat in hoc ꝙ ſtante aſſenſu opinatiuo alicuius propoſitionis, ſimul ẽt ſtat quòd ab apprehẽſione oppoſiti & motiuorũ eius aut pro eo, cauſatur ſaltẽ uirtualiter iudicium uel æſtimatio quòd illud oppoſitum fortè eſt uerum eodẽ modo rebus ſe habẽtibus: & ex cõſequẽti ęſtimat partẽ cui ipſe aſſentit fortè eſſe falſam licet ipſe magis æſtimet eſſe verã: & ita eſt paratus aſſentire oppoſito ſi probabilius ei uideatur vel oſtẽdatur, ita quòd formido eſt priuatio uel defectus firmitatis ex parte ſubiecti ipſius opinantis: quia ſic eius intellectus aſſentit huic parti, quòd etiã quodam modo fluctuat aut hæſitat aut titubat ut declaratũ eſt, & ex hac formidine quæ eſt hæſitatio uel fluctuatio in intellectu, ſequitur alia formido quę eſt timor in uolũtate: & inde etiã ſequitur ſua infirmitas in ea, quia uidelicet parata eſt ſimul cũ intellectu formidãte ſe ẽt ad oppoſitũ determinare. Firmitas autẽ fidei ex parte ſubiecti ſiue credẽtis oppoſito modo ſtat in hoc: quòd credẽs hãc partẽ etiã ſi cõſideret oppoſitũ & motiua pro eo, & nõ ęſtimat illud rebus eodẽ modo ſe habẽtibus fortè eſſe verum, nec ex cõſequẽti partẽ quam credit fortè eſſe falſam: & inde ſequitur ſua firmitas in uoluntate, qua parata eſt propter quæcunq; motiua in oppoſitum ſe non determinare neque recedere ab eo quod credit ſuus intellectus. *Formido & firmitas qd.*

Suſpicio

Suſpicio. Suſpicio eſt aſſenſus formidoloſus fluctuans
cum quadam inclinatione ad alteram partem ſed
non perfecta, ſed eſt leuiter inclinatus.

Præſumptio. Præſumptio autem reducitur ad ſuſpicionem:
eſt enim media inter opinioné quæ eſt de his quę
ut plurimum contingunt, & ſuſpicionem quæ eſt
de his quæ raro: præſumptio uerò eſt de his etiam
quæ in paucioribus accidunt & ex ſuſpicionibus
orit & nõ è côuerſo: quáuis aliqñ ſimul côcurrat,
ut ait Simancas in catholicis inſtit. cap. 49. §. 15.

Fides & opinio large. Largius aũt capiẽdo fidẽ & opinioné pro eodẽ, ut vulgo & ab Ariſt. accipiuntur, dicamus ꝙ
aliqñ opinio eſt ſine formidine, qñ uidelicet alicui incerto aliquid firmiter adhæret ut habetur.
7. Ethi. cap. 3. ꝙ quidã ſuis opinionibus ita firmiter adhærẽt ut alii ſuis ſciẽtiis & demõſtrationibus: ſed tũc firmitas illa prouenit à uolũtate hoĩs
ſic affecti uel ab aliqua fide acquiſita cuius illa firmitas propria eſt. Nã ſecundũ Ariſt. ſecundo de
aĩa textu. 53. opinari nõ poſſumus qñ uolumus, ſcilicet ſine motiuo: cũ illo autẽ poſſumus ut uolumus. Et è côuerſo idq; ſæpius fides largè eſt cũ
aliqua formidine: quod utiq; côtingit qñ nos alicui incerto credimus ſine firmitate, putà quãdo
ego credo Petro aliquid aſſerẽti licet nõ omnino
certus ſim uerũ ne dicat an nõ. Nã alicui certitudinaliter aut firmiter credimus propter ſuã auctoritatẽ, alicui aũt nõ: & talis dicitur fides quã adhibemus dictis alicuius de cuius ueritate non oĩno
certi ſumus: & ita Ariſt. lib. 4. topico. cap. 5. ait ꝙ
fides eſt opinio cũ vehemẽtia, ideſt cum firmitate
habẽte tamẽ aliquã leuẽ formidinẽ annexã: quæ à
multis dicitur fortis opinio & ſecundũ iura teſtimoniũ de credulitate diſtinguitur à teſtimonio
de certitudine, ſeu firmitate. & talis fides ſumpta
largè eſt fides logica quæ ab aliis dicitur humana
topica uel moralis. Nã de fide Theologica conſtat ꝙ licet nõ habeat euidentiã, eſt tamẽ ſine ulla formidine, habetq; firmitatẽ ex parte ſubiecti i. i.
hominis credẽtis, & certitudinẽ ſuper naturalẽ ex
parte obiecti. i. rei creditæ: & hæc nõ niſi propriè
fides eſſe poteſt, de qua etiã infra. q. 5. in reſpõſione ad primã confirmationẽ primi Arg. latius habetur an aliquã dubitationẽ cõpati poſsit. Et nota
ꝙ firmitas fidei ſe tenet ex parte ſubiecti: certitudo aũt ex parte obiecti: ſed ſæpe certitudo extenditur ad utrũq;. Fidea etiã logica ſeu largè ſumpta poteſt eſſe uera & falſa, theologica verò nõ
niſi uera & certiſsima eſſe poteſt. conſonat Vega
ubi ſupra & cap. 47. latius.

Dubium. Dubiũ eſt nõ quidẽ aſſenſus: uel diſsẽſus ſed indeterminatus motus rõnis ad utrãq; partẽ côtradictionis, pp motiua apparẽtia retrahẽtia animũ
dubitãtis à determinatione ad alterã partẽ. ita ꝙ
nullã habet firmitatẽ neq; determinationẽ alterutrius partis: ſed eſt indeterminatio intellectus
ad hoc uel illud in ſuſpenſo manentis; cũ quo ſtat
ꝙ unũ dubiũ ſit maius ęquale aut minus alio, propter maiora uel minora aut ęqualia motiua. dicit
ẽt dubium æquilibre de aliqua re qñ æqualiter de
ea & de eius oppoſito propter æqualia motiua dubitatur: & nullum cõpatitur aſſenſum uel iudiciũ.

Scrupulus propriè eſt motio leuis in intellectu *Quid ſcrupulus.*
ſine ullo aſſenſu, ex leuibus motiuis regulariter orta. dico regulariter: quia aliqñ oritur ex magnis
cauſis, ſiue motiuis ſed parum æſtimatis ab ipſo
ſcrupulante; ita ꝙ modo ex his modo ex illis cauſis magnis uel paruis ſcrupulus oriatur: ſi tñ parũ
aut leuiter quis inde mouetur rationabiliter aut
irrationabiliter, nõ quidẽ ad dubitandũ ſed ad leuiſsimè formidãdũ uel timẽdũ ſeu potius admirãdum de illis motiuis ad oppoſitũ eius quod credit
uel opinatur, ita quòd propter hæc nõ deſinit firmiter credere uel opinari uel ẽt ſcire: hic ſcrupulus ꝓpriè eſt. Et ideo ſcrupulus iſte aliqñ dicitur
puſillanimitas leuis ſpiritus ſecũdum Gerſ. tertiã
part. de puſillanimitate ſpiritus & Flor. ubi ſupra.

Iſte etiam ſcrupulus propriè ſumptus poteſt eſſe ſimul cũ aſſenſu etiã fidei theologicę, nõ autem
dubiũ. Nã ſecundum Adri. in ſecundo quodlibet.
art. 1. ego bene credo Mathematicis aſſerẽtibus
demoſtratum eſſe quòd triangulus habet trea Angulos æquales duobus rectis. Similiter & doctoribus & ſacræ ſcripturæ dicentibus quòd Deus eſt
trinus & unus. contra quæ licet adducãtur aut inſurgant in me rationes mihi inſolubiles efficientes leuiſsimum motum admirationis: tamen propter id non minus firmiter & deliberatè credo q̃
antea, & de his ſcrupulis multos ſæpe patimur in
rebus fidei: propter quos tamẽ non reuocamus in
dubium ea quæ credimus, ſi enim determinatè dubitaremus iam infideles eſſemus, ut habetur ca. 1.
de hæret. ad ſupradicta facit Caieta. in ſumula. titulo ſcrupulus. & in ſecũdo quodlibeto.

Ad ſupradicta oĩa nota quòd quãtò magis eſt *Nota.*
de ſupradicta formidine tãtò minus de aſſenſu ſecum cõpatitur, & è contra quãtò minus de formidine tantò magis eſt de aſſenſu. inde fit primò, ꝙ
eſt quædã formido leuiſsima. quæ eſt idem quod
ſcrupulus ſupradictus. ſecundò eſt alia mediocris
quę propriè eſt formido quæ eſt de ratione aſſenſus opinatiui. tertiò, alia magna & uehemens quę
maiorẽ partem aſſenſus & aliquãdo totum aſſenſum expellit, & tunc erit idem quod dubium propriè ſumptum de quo ſupra dictum eſt.

Similiter ſcrupulus primò capitur propriè ut
ſupra diffinitus eſt aliqñ ſecũdò capit largè pro
aliqua mediocri formidine, q ẽt dicitur leuis credulitas uel ſuſpicio ut no. i. c. inquiſitioni. de ſent.
exc. ut ait Albertus mag. in l. de 4. coeuis. & Flor.
prima part. ſum. tit. 3. ca. 10. §. 9. & hic ſcrupulus
cõpatitur ſecũ fortẽ aſſenſum opinatiuũ & fidem
logicã ſiue humanã impropriè ſumptã, nõ tñ fidẽ
theologicã. neq; logicã propriè acceptã. tertiò aliquãdo capitur largius & ualde impropriè pro magna formidine quę tenuiſsimum aſſenſum opinatiuum ſecum compatitur de eodem, ut patebit infra. quæſt. 5. ex dictis Gerſonis ibidem.

Simi-

Similiter Dubium tripliciter ſumitur. Primò propriè pro indeterminato motu rationis vt ſupra diffinitum eſt. Secundò largè pro magna formidine quæ compatitur aſſenſum opinatiuum de eodem, ſed valde tenuem: eſt idem quòd ſcrupulus tertio modo acceptus. Tertiò largiſsimè & valde impropriè pro formidine ſeu hęſitatione parua quæ valde fortem aſſenſum de eodē admittit. & idē eſt ꝙ ſcrupulus ſecundo mō ſumptus.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERITVR TERTIO QVI & quot ſunt effectus & denominationes ſcrupuli & conſcientiæ.

RESPONDEO per tria pūcta quorum primum eſt, ꝙ ſcrupulus eſt & dicitur malus & bonus. Malus ſeu puſillanimis, ſecundum Flor. 1.par.ſum.tit.3.c.10.§.9. & Ber. dicitur quia ad malum inclinat & ducit: quia.ſ.parit perturbationem conſcientiæ, perturbatio aūt deſperationem: deſperatio interitum condēnationis, vt 1.Machab.2. quidā ſcrupuloſi nolentes ſabbato ſe drfendere occiſi ſunt. Item quia aliqñ ſcrupulus malus ſeu irrationabilis malè creſcens facit eſſe peccatum quod non erat: quia ſcintilla creſcit in flāmam ſic ſcrupulus creſcens in dubium & inde in opus contra conſcientiam, & per conſeqnens in peccatum decidere facit. vt etiā Gerſ.in 3.par.ſum. in tract.de remediis contra puſillanimitatem. alph.70. ꝓcipuè litera B. & ꝑ totum tractatum de diuerſis Diaboli tentationibus. Bonus aūt ſcrupulus dicitur quia rationabilis & quia facit ad hominem ad bonum deuenire ſeu ꝓficere: putà quia facit ipſam humilem, timoratum, diligentem & cautum in rebus honeſtis, vt de his latius infra q.5.propo.2.

Secundum punctū eſt ꝙ conſcīa eſt & dicitur bona & mala, pura & ſyncera, trāquilla, recta & rrronea. Bona conſciētia dicitur denominatiuè qa.ſ.bonę voluntati conuenit & concordat, cui oſtendit bonum volendum. ſicq; conſcīa bona vt ait Flor. vbi ſupra.§.5. dicitur quia eſt bona ex ordinata affectione cui coaptatur & bonū dictauit; & propter idē dicitur etiā recta, vt ſit idem recta conſcientia qđ bona: propriè aūt recta conſcientia eſt vt infra dicetur. Conſcientia pura dicitur propter excluſionē criminis quia.ſ.nullum crimē recognoſcit rōnabiliter. Eccl.13. Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſcīa. Conſciētia ſyncera dicitur ex ſimplicitate intētionis: qa.ſ.eſt intentio ſine duplicitate. Act.24. Studeo ſine offen, conſci, bo, habere &c. & Matth. Si oculus tuus ſimplex fuerit. & c.10. Simplices ſicut columbæ. Conſcīa tranquilla dicitur, quia ſine remorſu vermis & ſine inquietudine & ꝑturbatione ſcrupulorum: de quo Brr.in lib.de Conſidera. quid ditius, dulcius, quietius atq; ſecurius bona & tranquilla conſcīa? Nam talis conſcīa bona & recta eſt radix charitatis, nitor veritatis, ornatus venuſtatis, retractorium à peccatis, theſaurus honeſtatis, teſtimonium & ſignum bonitatis, conuiuium delectabile atq; iocundum, vt §.6. latè proſequitur Flor. vbi ſupra. Mala autem conſcīa ſecundum Flor. vbi ſupra.§.5. dicitur è cōtra. & ſic oppoſito mō diuiditur in conſcīam inquinatam, cauteriatam ſeu lęſam & ꝑturbatā ſeu inquietā.

Inquinata conſcīa dicitur propter peccatum qđ cognoſcitur eſſe: & ſic dicitur inquinata conſcīa obiectiuè ſecundum Tho. 1.par.q.79. art.13. ad primum. ad Tit.1. Inquinatę ſunt eorum mens & conſcientia. mens quidem quò ad intellectum, qa eſt erronea conſcīa aut culpabiliter ignorās: quò ad effectum aūt dicitur inquinata, quia malè hō vult aut voluit contra dictamē conſcīæ, & ita ſcit ſe inquinatum. Conſcientia cauteriata dicitur 1.Thim.4. Cauteriatam habētes conſcientiam.i. læſam vel corruptam per prauam intentionem, & aduſtam igne malè concupiſcētiæ: cauterium enim eſt corruptio carnis ignefacta. Conſciētia inquieta ſeu perturbata dicitur ex ſcrupulorum irrationabilium aculeis inducentium ad peccatū & ad non permanēdum in bono: aut ex remorſu vermis conſcientiæ eius qui nullum remediū admittit ſed potius deſperat propter peccata: & qa præſumit ſęua ſuper ſe ventura antequā veniant: ſicut fecit Cain Geneſ.4. Qui antequā puniretur à Deo dixit. Ero vagus & profugus. de qua conſcientia Sap.17. Semper præſumit ſæua perturbata conſcīa, i. inquieta quia videlicet inde nō permanet in bono: ſed in malum iuit deſperās, & extollitur contra Deum peccare non metuens, & contra alios eos affligendo dum magis efficitur inquieta & crudrlis. Conſcīa recta propriè loquendo dicitur formaliter, quia.ſ.dictat conformiter ad rectam rationem ſimpliciter: Erronea autem è contra qñ.ſ.dictat difformiter ad rectam rōnem ſimpliciter prudrntialem: modo vincibilis mō inuincibilis ſit. Recta autem rō prudentialis eſt iudicium intellectus verū de agendis. Et nota ꝙ ſicut dupliciter dicitur iudicium verum, videlicet ſpeculatiuè qđ ſimpliciter & abſolutè dicitur verū: & practicè, quod dicitur verū ſecundū q̄d.ſ. verū veritate practica & hoc in morali locutione tm̄. ita duplex eſt recta rō prudētialis, vna eſt recta rō ſimpliciter vera: & eſt iudiciū ſimpliciter verū practicè ſimul & ſpeculatiuè: altera eſt rō recta ſecundum q̄d tm̄ ſeu in morali locutione: & eſt iudiciū ſolū practicè verū, vt mulier vel hæc mulier q̄ inuincibiliter ęſtimatur mea eſt à me cognoſcēda, eſt practicè tm̄ verū, qa dictat qualiter laudabiliter agendū vel nō agendū eſt. Vñ patet ꝙ conſcīa erronra inuincibilis & inculpabilis, quāuis ſimpliciter ſit erronea & falſa, quia dictat difformiter ad rōnem rectā ſimpliciter, putà qa difformiter ad rōnem veram ſpeculatiuè: & ideo non debet dici ſimpliciter recta ſed erronea licet

inculpabilis. tñ quia dictat cõformiter ad rõnem rectam & veram ſecũdum quid.i.practicè ſeu in morali locutione tm̃,vt ſupra li.2.de Ignor.q.23 latius habetur: ideo dicitur conſcientia erronea inuincibilis ſeu inculpabilis. Nam ſi non dictaret conformiter ad vllam rõnem rectam ſimpliciter aut ſecundum quid: tunc conſcĩa erronea vincibilis ſeu culpabilis eſſet. & ita bene valet iſta conſeq. conſcientia erronea inuincibilis eſt conſcientia ſimpliciter erronea, vt patet ex diffinitione & declaratione conſcientiæ erroneę, ergo eſt diffor mis rectæ rationi ſimpliciter, cum quo tñ ſtat ꝙ ſit conformi rectæ rationi ſecundum quid.i.rectę rationi practicè prudentiali & patet ex dictis.

3. punctum. Tertium punctum eſt quòd conſcientia habet triplices alius actus & officia. Nam primò dicitur conſcientia teſtificari pro vel contra nos. & eſt qñ recognoſcimus ſimpliciter nos aliq̃d contra vel ſecundum legem feciſſe vel non feciſſe de præterito vt Eccl.7. Scit cõcientia tua te crebro malè dixiſſe. & Rom.2. Teſtimonium illis reddẽte conſcientia ipſorum. Nam conſciẽtia dicitur teſtis inter nos & Deum ſecundum Aug. & habetur. 11. q.3. c. cuſtodi. & ratio eſt quia conſciẽtia retinet, aut repræſentat naturaliter illud ꝙ volũtas contra, aut ſecundum legem voluit.

Secundus modus actuum conſcientiæ eſt accuſare vel excuſare ſeu defendere, reprehẽdere vel remordere. ad Roma.2. Cogitationum inter ſe inuicem accuſantium aut defendentium &c. & 2.q.3.c.in cunctis. ſecundum Aug. & iſte ſecũdus modus comprehendens hos quatuor actus põt dici examinatio, & latio ſententiæ & executio aliqua. quod fit hoc modo. Nam poſtq̃ per teſtimonium conſcientiæ propoſita ſunt ea quæ facta vel omiſſa ſunt vt in primo modo actiuum dictũ eſt. iam ipſa conſcientia in hoc ſecundo modo examinat ea rectè ne facta vel omiſſa ſint an culpabiliter. & ita qñ per examinationem cognoſcit id qđ factum vel omiſſum eſt diſcordare à conſcientia à qua examinatur: dicitur tunc conſciẽtia accuſare & inde reprehendere illud, & inde quaſi aliqualem vindictam exercens dicitur remordere. quando verò inuenitur ſecundum formam cõſcientiæ: dicitur conſcientia excuſare vel defendere illud vt benefactum vel omiſſum.

Tertius modus actuum conſcientiæ eſt reſpectu futuri, quando.ſ.iudicamus aliquid faciẽdum aut omittendum, tunc dicitur conſcientia ligare ſeu obligare, & inſtigare, & retrahere, ſoluere, & mitigare. Nam qñ conſcientia ꝑ ſuum conſilium inuenit & tandẽ iudicat quod nõ tenetur obligatoriè aut de conſilio facere aut omittere tale q̃d: tunc conſcĩa dicitur ſoluere ſeu abſoluere & mitigare. abſoluere eſt in toto.i.ꝙ nullo mõ tenetur: mitigare eſt in parte.i.ꝙ non tenetur obligatoriè, bene autem de conſilio aut æquitate.

Quando autem iudicat conſcientia ſeu dictat quòd tale quid ſit obligatoriè aut de cõſilio omittendum aut cauendum: tunc conſcientia dicitur retrahere ab illo, aut de præcepto, aut de cõſilio quõ dictat. Qñ verò iudicat conſcientia ꝙ tale quid ſit obligatoriè faciẽdum: tunc dicitur ligare ſeu obligare. ſæpe etiam extenditur ad omiſſionem ita ꝙ etiã dicitur ligare ſeu obligare ad omittendum id quod dictat eſſe obligatoriè omittendum: quod erat propriè retrahere vt dictum eſt. & ita patet quòd conſcientia habet virtutem ligaminis: inquantum conſtringit voluntatem non formaliter ſed oſtenſiuè aut dictatiuè, videlicet dictans & oſtendens quòd non põt homo ſine nocumento peccati aliter agere aut omittere q̃ rõ vel conſcientia iudicat & dictat, ſicut ligatus corporaliter habet neceſſitatem conſiſtendi in loco vbi eſt ligatus dum manent ipſa vincula quibus ligatus eſt, vt Rain. & Floren. vbi ſupra. & §.4. & latius infra q.4. & 8. habetur quomodo liget ſeu obliget conſcientia: & vnde proueniat tale ligamen, ſeu obligatio, quæ etiam differentia ſit inter conſcientiam ligare & obligare.

Tandem quando conſcientia iudicat vel dictat quod tale quid ſit ſolum de conſilio & æquitate agendum, tunc dicitur inſtigare ad id tanquam ad bonum ſupererogatorium aut vtile & ſecurius agendum.

QVAESTIO QVARTA.

QVOMODO LIGET SEV obliget conſcientia recta & erronea, & vtrũ liceat agere contra illam.

AD quam reſpon. per ſex propoſi. *Propoſ. 1.* quarũ prima eſt, omnis qui agit vel omittit cõtra conſciam rectã vel erroneã vincibilem vel inuincibilẽ contrariũ obligatoriè dictantẽ peccat: & eo mõ.ſ. mortaliter vel venialiter quo ipſa conſcĩa dictat. Nunc declarãtur particulę poſtea ꝓbantur. notetur primò ex 3.q.p̃ced. in tertio puncto quid ſit conſcĩa recta & erronea. erronea item vincibilis dicitur quam põt quis vincere aut tollere faciẽdo quod tenetur ad ſciẽdũ veritatem: inuincibilis aũt quã non põt quis vincere faciendo quod tenetur ad ſciẽdum veritatem, vt alibi in trac. de ignor. q. 1. latius habetur. Secundò dicitur contrariè obligatoriè dictantem, per quã particulam ſecundum Gab. in 2.d.39.q.1.dub.2. excluditur conſciẽtia quæ ſolum eſt teſtificatiua, ſeu accuſatiua de præterito de qua ſupra. q.3. in tertio puncto dictum eſt. quia talis conſcientia teſtificatiua tantum de præterito non ligat neque obligat niſi fortè impropriè vel oſtenſiuè ad credendum ſuo teſtimonio: non autem ad agendum vel omittendum cõformiter ad eam. dico impropriè, quia ipſa conſcientia eſt ipſamet credulitas ſeu aſſenſus propoſitionis teſtificantis. Conſcientia autem ideo oſtenſiuè dicitur dictare obligatoriè quid agendum

dum

dum vel omittendũ:quia eſt aſſenſus ꝓpõnis ſignificãtis tale quid eſſe obligatoria lege conſtitutũ. Ideo dicitur obligatoriè agendum non aũt ſupererogatoriè.Nã cũm lex in ſcripturis nobis tradita contineat p̃cepta, prohibitiones,cõſilia,informationes,& exortationes:p̃cepta obligant ad agendum, ꝓhibitiones ad omittendum, conſilia verò perſuadent ad aliq̃d melius ſeu perfectius non tñ ſaluti neceſſariũ,informationes aũt modum exequendi,conſilia & p̃cepta conuenienter tradunt, exhortationes velut preces amicabiles ad p̃dicta hilariter perficienda inducunt. ſola ergo p̃cepta & ꝓhibitiones obligant ad exequendũ vel omittendum id q̃d lege p̃cipitur vel ꝓhibetur: cætera non obligant niſi ad non continendum ea quaſi non ſint meliora & vtiliora vniuerſaliter & ex genere ſuo quàm oppoſita, vt ait etiam Gerſon in regulis moralibus alphab. 24. litera C.

Probatio prima primæ partis. Nunc ꝓbatur prima pars ꝓpõ.& primò q̃ agẽs contra conſciam rectã peccet ꝓbatur dupliciter. Primò ſecundũ Bonau. & Th.in 2.di.39.& Gab. & cõiter doct.ibid. quia conſcĩa recta ex quo eſt dictamẽ concluſionis practicę verę ſignificãtis & oſtendẽtis tale q̃d eſſe agendum tanq̃ à lege obligatoria impoſitũ.ergo ita eſt q̃ aliqua lex ſuperioris illud obligatoriè imponit: & per tale dictamẽ ſignificatiuum iã ſufficienter notificatur homini, vt patet ex ipſa diffin.conſciæ. Ex hac ꝓbõne patet q̃ conſcĩa ipſa non obligat hoĩem virtute ꝓpria tanq̃ lex aut ſuperior principalis, neque.n. ipſa eſt ſuperior neq; contra legem Dei aut ſuperioris ipſa obligare poſſet.igitur obligat ſolũ virtute legis ſeu p̃cepti ſuperioris: non ſolũ virtute illius p̃cepti particularis q̃ conſcĩa ipſa vt regis præco notificat: ſed etiam & p̃cipuè obligat virtute dictaminis aut præcepti vniuerſaliſsimi iuris naturalis q̃ ipſa ſynderesis ꝓponit in maiori,ſ.nõ eſt malè agendũ neq; id quod malè fieri ęſtimat, neq; contra legẽ ſuperioris obligantem.eſt.n.dictamen practicũ inde deductum dictans tale q̃d agendum aut non agẽdum eſſe,vt ſupra q.1.& 3. latius de hoc.& ſic ſolum obligat vt ſynderesis oſtenſiuè non autem imperatiuè propriè loquendo, et facit ad hoc quod aliqui doctores dicunt cum glo. Eccl.7. c.quòd conſcientia obligat vt iudex noſter, ſed de hoc plenius infra q. 10.propoſi.3.in reſpon.ad ſecundum & tertium arg.

2. ratio. Secundò probatur idem ſecundum Angeſt in moral.c.7.quia oĩs voluntas q̃ ſe difformat ſuę regulæ peccat,ſed regula voluntatis eſt recta rõ intellectus, cuiuſmodi ęſt conſcĩa recta vt patet ex dictis.ergo agens contra conſciam ſubuertit debitum ordinem & peccat.ſimiliter ſic intelligendum eſt quod dicitur ab aliquibus doct.q̃.ſ.conſcientia eſt lex intellectus noſtri.i.eſt regula intellectiua rectificans voluntatem vel rectitudinem ei oſtendens ſi conſcĩa propriè & nõ ꝓ ſynderesi capiatur.Item ad ꝓbõnem prędictę partis faciũt à fortiori ꝓbões ſequentes pro conſcĩa erronea.

Secũda pars ratio 1. Quòd autem ſimiliter agens contra conſcĩam quãcunq; erroneam peccet vt ait ꝓpõ. probatur quadrupliciter. Primò ſecundum Bonauent. & doct. vbi ſupra.quia q̃ agit contra legem ſuperioris creditam ſeu ęſtimatã licet non verè obligantem contẽnit ipſum ſuperiorem, ſeu auctoritatẽ eius:ſed qui agit contra conſcĩam erroneam agit contra legem creditam ſuperioris.ergo contẽnit & peccat.cõſequentia cũ minore patet: & maior vbi eſt difficultas probatur. quia q̃ facit id in quo etiam erroneè credit ſe diſplicere Deo quãuis illud in ſe non diſpliceat, facit contra voluntatem Dei ipſumq; aliquo mõ contemnit & legem eius contra quam ſe facere exiſtimat & vult. & patet exẽplo.quia ſicut offenderet regẽ & etiã vt reus lęſę maieſtatis puniretur is qui percuteret alium quem æſtimat eſſe regem: aut q̃ aliquid faceret putans ſe in eo regem offendere. ita qui contra legem Dei ęſtimatam agit ipſum offendit quantum in ſe eſt. Nam vt habetur c.cum voluntate. de ſent.excom. crimina ex animo diſtinguuntur. Vnde & mulier erroneè credens quòd eſt homicida ſi non mentiatur pro ſaluanda vita mariti, vtique agens contra conſcientiam non mentiendo, homicidium formaliter quantũ in ſe eſt quãuis non materialiter cõmittit, idq; contra legem illam per conſcientiam quamuis erroneè ſibi notificatam. Deus nanque non ſolum quid,ſed quo animo id homo faciat attendit.

2. ratio. Secundò probatur idem ſecundum Th. prima ſecundæ.q.19.art.5.& in 3.quodlib.art.17. quia volitio agentis contra conſciam erroneam tẽdit in obiectum malũ ſiue prohibitum. ergo eſt culpabilis. antecedens inde patet q̃a obiectum volũtatis, quò ad eſſe morale loquor, eſt tale quale ꝑ rõnem apprehenditur & præſentatur voluntati. quia nihil volitum quin præcognitum, vt prima ſecundæ.q.19.art.3.probat latius B.Th.& tale dicitur obiectũ formale:quod eſt p̃cipuè attendendum ad bonitatẽ & malitiam moralẽ. Sed rõ ſeu conſcĩa licet erronea proponit voluntati tale q̃d vt malum & vitandum & vt contra legem,quamuis in ſe materialiter ſit bonum & ſecundum legem.ergo tale obiectum voluntatis ſub hac rõne obiectiua formali eſt malum & difforme rationi vel legi, ideo 7.Ethic.c.9. dicitur quòd per ſe loquendo incontinens eſt qui non ſequitur rationẽ rectam: per accidens aũt qui non ſequitur etiam rationem falſam, vel potius diceretur: per accidens autem qui agit contra rationem falſam obligatoriè dictantem vt patebit infra latius.

3. ratio. Tertio probatur ſecundum Angeſt. in moral. cap.7. quia regula voluntatis eſt intellectus. ergo ipſa difformans ſe illi ſubuertit debitum ordinem,& periculo ſe exponit:& quantum in ſe eſt facit vt recedat à recto quando aliàs ipſi voluntati non conſtat de errore intellectus ſeu regulæ ſuæ,vt ſupponitur in caſu conſcientiæ erroneæ. Nam ſi conſtaret iam non eſſet conſcientia erro-

nea ſimpliciter: quia ſi conſtat voluntati de errore talis cõſcientiæ: hoc non põt eſſe niſi per aliud iudicium verũ. ergo iam non eſt conſcientia erronea ſimpliciter: ſed illa quę erat erronea eſt rectificata ſeu ablata per iſtud aliud iudicium ſeu conſcientiam rectã ſignificantem ꝙ illa prior erat erronea. hanc rationem cum aliis duabus præcedentibus Angeſt vbi ſupra ſatis breuiter tangit.

4. ratio. Quartò probatur idẽ auctoritate ad Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. gloſſ. i. quod eſt contra conſcientiam: & omne quod ad conſcientiam pertinet ſi aliter fiat dicit Apoſt. eſſe peccatum. hæc glo. & habetur 28. q. 1. c. omnes. & de ſymonia. c. per tuas. vbi loquitur de cõſcientia erronea. & cùm verbum Apoſt. ſit vniuerſale, ergo etiam de conſcientia erronea intelligitur. Et nota quòd quamuis directè ſeu expreſsè hoc non probetur ex hac auctoritate, ſed ſolum quòd agens contra dubium peccat, vt infra: q. 5. latius habetur: tamen ex dicta auctoritate ſic intellecta adhuc probatur intentum. quia ſi agens contra dubium rationabile vel irrationabile de mortali peccat. ergo à fortiori peccat agens contra conſcientiam ſiue rectam ſiue erroneam de mortali. Item Grego. in d. c. qui agit contra conſcientiam ędificat ad gehennam. Item ad hoc ſunt alii multi textus iuris canonici, vt patet in cap. inquiſitioni. de ſent. excom. & ſic communiter tenetur à doctoribus. Immo & dicit Adrianus in 2. quodlibet. art. 3. quòd videtur eſſe de iure naturæ indiſpenſabili etiam ab ipſo domino Deo, quòd quis licitè agat contra conſcientiã etiam erroneam. & ratio eius eſt, quia implicat quòd bene fiat deliberatè id quod creditur malè fieri ſed de hoc infra q. 6. ꝓpoſi. 5. latius habetur.

Coroll. Ex quibus patet falſitas cuiuſdam opinionis quam refert etiam glo. in d. c. omnes. 28. q. 1. tenentis, quòd agens in materia præcepti & in per ſe malis contra conſcientiam erroneam non peccat. exẽpli gratia. diligens nunc Deum conſcientia erroneè dictante ſub peccato non eſſe diligendum: aut abſtinens nunc à furto vel fornicatione conſcientia erroneè dictante quòd Deum offendit niſi furetur aut fornicetur: non peccat. & mouetur hæc opinio propter rationes quæ infra in argumentis tangentur & ſoluentur, & ideo vt opinio erronea reprobatur à B. Tho. & doctoribus cõmuniter vbi ſupra per rationes ſupra dictas. Immo dicit Adria. in 4. quodlib. art. 2. principali quòd talis opinio eſt hæreſis: quia contra illud Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide &c. Secundum intellectum quẽ habet illa auctoritas ex cõi declaratione doctorum & Eccleſiæ quę ſupra poſita eſt; ſecundum quos verus ſenſus ſacræ ſcript. attendẽdus eſt. Tertia verò pars, ꝙ. ſ. peccat eo modo &c. patet ex dictis, & patebit infra propoſi. 6. & dub. 1. & in reſponſ. ad ſecundũ arg.

2. propoſitio. Secunda propoſitio eſt quòd conſcientia recta obligat ad ſe conformandũ ei, agendo vel omittendo id quod dictat eſſe agendum vel omittendum & eo modo quo dictat.

3. propoſitio. Conſcientia erronea vincibilis aut inuincibilis dictans obligatoriè agẽdum vel omittendum, id quod alias eſt ſolum licitũ aut indifferens aut de conſilio, obligat disiunctiuè. i. ad ſe conformandũ tali conſcientiæ permanenti, aut ad ipſam deponẽdum. Patet probatio ex dictis in prima ꝓpoſ. quia nõn licet ei ſe difformare aut contra eã agere: & cũ hoc vitari non poſsit niſi vel ei homo ſe conformet aut ipſam deponat. ergo tenetur ad alterutrum vt dictum eſt ſicut ipſi homini placuerit. non aũt tenetur abſolutè ei ſe conformare, ex quo ipſa eſt erronea & põt licitè deponi: non. n. obligamur ad manendum in errore. Sed neq; abſolutè tenetur homo eã deponere ad cauendum tale peccatum. tum q̃a ſi eſt inuincibilis: iam vel non põt vel non tenetur eam deponere. tum etiã quia ſi etiam eſt vincibilis & põt homo eam deponere ſi vult: non tñ tenetur ſub mortali, ex quo talis error cõſcientię nõ eſt de ſe periculoſus neq; inducens ad peccatum, ſed ad licitum vel melius bonum agẽdum quod dictat: niſi aliunde ſit occaſio periculi propter quod talis erronea conſcientia ſit neceſſariò deponẽda. quo non obſtante, dic quod talis error vincibilis eſt ſimpliciter vitãdus & deponẽdus, vt infra in quinta propoſi. habetur: quia eſt inde periculum abſolutè. exẽpli gr. Si mihi cõſcientia dictat obligatoriè ꝙ ſub peccato teneor hodie ieiunare aut orare tale quid: cùm tamen in rei veritate non teneor: tunc habet locum hæc tertia propoſitio vt dictum eſt.

4. propoſitio. Quarta propõ. Conſciẽtia erronea inuincibilis dictans obligatoriè id quod eſt malum ſeu cõtra legem, obligat ad conformandũ ſe ei permanenti eo mõ quo dictat. exempli grã. Si eſt conſcientia oĩno inuincibilis, neq; põt euadi quin ſecũdũ aut contra eã agatur vel omittatur, ita qđ eſt inuincibilis quò ad diſſolutionem & euaſionẽ: & dictat ꝙ eſt nunc obligatoriè furandũ aut fornicandum aut mentiendũ abſolutè, aut ex cã pia ad ſalutem multorum & hmõi, alioqui qđ peccauit mortaliter ſi non furatur aut &c. tunc dicit hęc ꝓpõ. 4. ꝙ neceſſariò eſt agendũ conformiter ad illam conſcientiam. probatur ſecundum Gabr. in 2. di. 39. q. 1. dub. 2. & B. Th. prima ſecundę. q. 19. art. 6. & Dur. in 2. d. 39. & Alm. in moral. tr. 1. c. 5. quia nõ tenetur tunc obedire illi legi incognitę ꝓhibenti furtum: vel potius excuſatur à culpa illi legi incognitę non obediendo: & ex alia parte tenetur hõ non ſe difformare illi conſciẽ erronę, vt patet ex prima ꝓpo. hoc aũt. ſ. non ſe difformare illi conſcientiæ dum permanet, homo non poteſt vitare niſi conformando ſe illi: quia ſi ſe habeat omiſsiuè iam ſe difformat illi dictanti quòd mortaliter peccat omittẽdo vt ſupponitur in caſu: deponere autem talem conſcientiam aut errorem non põt agẽdo omne quod tenetur ad id, ex quo eſt inuincibilis omnino: quò ad diſſolutionẽ & euaſionẽ,

ergo tenetur ſe conformare illi vt ſuæ regulæ: & à culpa ratione dictæ ignorantiæ excuſatur. Itẽ ad hoc facit Geneſ. 29. quando Iacob. cognouit Lyam inuincibiliter creditam eſſe ſuam: quia illi petenti debitum tenebatur ipſe Iacob reddere ſecundum conſcientiam ſuam erroneam inuincibiliter dictantem quòd vxori creditæ petẽti debitum eſt reddendum. Et nota quòd talis actus conformis tali conſcientiæ erroneæ inuincibili licet ſit aliàs prohibitus & malus ex genere, tunc autem non eſt malus neque culpabilis ſed bonus moraliter & ſępe meritorius, ex quo eſt cõformis recto iudicio vero ſecundum quid ſeu practicè, neq; talis actus dicitur aut eſt formaliter furtũ, fornicatio, aut mendacium: ſed ſolum materialiter, vt ſupra q. 3. in ſecundo puncto tactum eſt: & latius nos alibi egimus in tit. 2. de ignoran. q. 23.

Quinta propoſitio, conſcientia erronea vincibilis dictans obligatoriè id quod aliàs eſt illicitũ, non obligat ad conformandum neque ad difformandum nos illi: ſed ad illam deponendũ. Probatur primò ꝙ non obligat ad conformandũ illi: exempli gratia de dictante ꝙ nunc eſt furandũ vel fornicãdum ex pia cauſa ad aliorum ſalutem. ratio quia nulla lege & nullo modo poteſt quis obligari ad peccatum formaliter ſeu ad malè & culpabiliter agendum: quamuis poſsit aliquando obligari ad malum materialiter ſed inculpabiliter agendum, vt ſupra in caſu quartæ propoſitionis præcedentis etiam ſtante lege vt ibi probatum eſt. quod patet, quia eſt implicatio quòd quis bene ſimul & malè & culpabiliter agat obediendo ipſi legi per eundem actum, quia non poteſt eſſe ſimul bonus & malus formaliter, vt facilè deduci poteſt: & quia recta ratio & ipſa lex Dei nos liberat à tali obligatione ad culpam, aliàs non eſſet formaliter culpa. Sed homo conformans ſe tali conſcientiæ de qua loquitur hæc quinta propoſitio, peccaret culpabiliter fornicando contra legem pro tunc obligantem vincibiliter ignoratam: neque enim talis vincibilis error aut ignorantia tunc excuſat, vt patet. ergo non obligat ad ſe illi conformandum. Quòd etiam non obligat ad difformandum patet; quia potius obligamur ad non difformandum vt patet ex dictis ſupra propoſitione prima. Quòd autẽ obligem ad illam conſcientiam deponendum: probatur. quia obligamur ad vitandum id omne quod nos facit eſſe in peccato: ſed talis conſcientia erronea vincibilis dictãs obligatoriè id quod eſt malum facit nos eſſe in peccato, ergo. Conſequentia patet: & maior ſimiliter. Minor autem probatur ex dictis: quia ſiue homo ſe conformet ſiue difformet agendo aut omittendo ſecundum aut contra talem conſcientiam peccat mortaliter aut venialiter, vt dicetur infra in ſexta propoſitione. ergò talis conſcientia eſt neceſſariò ſub pœna peccati oportunè deponenda. Et nota quòd quando dicitur quòd talis conſcientia obligat ad deponendum, non ſic intelligitur ꝙ obligat vinculo ipſius conſcientię dictantis quod deponatur, non enim dictat ipſa conſcientia erronea quod deponatur: quia ex quo creditur quòd non ſit erronea iam non dictat quòd deponatur error qui non cognoſcitur. & quia conſcientia ipſa erronea ſolũ dictat de illo opere illicito faciendo, putà quòd ſit fornicandum. ſed intelligitur quòd ad deponendum eam obligatur homo vinculo alterius præcepti Diuini aut naturalis, quo quilibet tenetur vitare errorem culpabilem & periculoſum, & id quod occaſionaliter aut aliquo modo de propinquo nos facit eſſe in peccato aut malo ſtatu, vt ſupra probatum eſt. Ideo Eccl. 17. Ne demoreris in errore. & ita verius & magis propriè diceretur, quòd tenemur deponere talem conſcientiam potius q̃ quòd ipſa conſcientia obligat ad eam deponendum. tamen ad bonum ſenſum iam declaratum, vtrunq; & vtroque modo dicitur à doctoribus. ideo non verbis ſed ſententiis innitendum eſt.

Item nota ꝙ notanter dictum eſt ꝙ talis conſcientia erronea vincibilis dictans obligatoriè id quod eſt malũ eſt deponenda, quia ſi dictaret ſolum ſuper erogatoriè: putà ſi dictaret quod licet non ſit neceſſarium, eſt tñ bonum aut licitum furari ad erogandum pauperibus, mentiri aut fornicari ꝓ ſalute ſua vel aliorum & huiuſmodi: tunc non obligatur ſimpliciter ad eam deponendum; ſed disiunctiuè ad illam deponendũ vel ad non ſe conformandum illi, vel ad ſe difformandum ei. quia quõcunq; homo ſe habeat. ſ. deponendo talẽ conſcientiam, aut non ſe conformando, aut ſe illi difformando: nullo mõ peccat: quia non agit contra aliquam legem tunc obligantem: ſed neq; ille error neceſſariò inducit tunc ad peccatum illud abſolutè, quia non dictat obligatoriè illud malũ; ex quo patet alia via vitandi illud peccatum non conformando ſe illi conſcientiæ erroneæ. Quo nõ obſtante ſimpliciter & abſolutè eſt verum dicere, ꝙ tam illa conſciẽtia erronea q̃ omnis alius error vincibilis quo dicitur malum bonum & bonum malũ, eſt cauendus & vitandus ſimpliciter, quia culpabilis eſt: & ſimpliciter eſt cauſa ſeu occaſio propinqua ad peccatum inducens contra id Eſai. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Item Eccl. 17. Ne demoreris in errore: & ſic intelligo & limito ſaluo meliori iudicio, Bonauentu. & Duran. & Gabr. & communiter doct. in 2. diſtinct. 39. & Almayn. & Angeſt. vbi ſupra dicentes, ꝙ conſcientia erronea vincibilis dictãs quòd eſt licitum aut bonum id quod eſt malum, non eſt neceſſariò deponenda abſolutè ſed diſiunctiuè vt dictum eſt, intelligitur enim quòd nõ eſt neceſſariò deponenda tunc abſolutè ad vitãdum illud peccatum quod per aliam viam põt vitari: bene tñ eſt abſolutè neceſſariò deponenda, ſicut & omnis error moralis ad cauendum omne peccatum & occaſionem propinquam peccati.

Coroll. Ex omnibus ſupra dictis patet quòd B. Tho. ſuper Epiſt. ad Gala. 5. dicens, quòd qui habet conſcientiam erroneam dictanten eum obligari ſub mortali peccato ad obſeruantiam legalium, tenetur obſeruare legalia durante tali conſcientia: & hoc propter dictamen conſcientiæ: quamuis etiam ſic obſeruans peccet. melius dixiſſet quòd qui ſe difformat tali conſcientiæ non ſeruando legalia peccat mortaliter in caſu prædicto: quia cõtra conſcientiam ſic dictantem omittit. & ſic videtur idem Tho. ibidem ſentire magis declarãdo ſeipſum dicens quòd talis homo illa conſcientia durante peccaret mortaliter ſi non obſeruaret legalia: quãuis Angeſt. vbi ſupra acrius mordeat nolens illum modo prædicto piè intelligere. Ideo cauendum nobis eſt in modo loquendi in hac materia ſecundum ſupradictas propoſitiones: quia valde differt dicere, quòd durante conſcientia erronea vincibili dictante obligatoriè eſſe fornicãdum tenemur fornicari aut non fornicari, aut ſe illi conformare, aut difformare, hoc enim eſt falſum. & aliud eſt dicere ꝙ ſtante prædicta conſcientia qui fornicatur peccat, & qui non fornicatur etiam peccat, & qui ſe conformat peccat, ſimiliter qui illi ſe difformat: nam hoc dictum eſt verum, quia vel contra legem Dei peccat fornicando, vel contra conſcientiam non fornicando, quare ad neutrum tenemur: ſed tenemur deponere talem conſcientiam vt latè dictum eſt.

Propoſi. 6. Iam quomodo peccet is qui agit contra conſcientiam rectam vel erroneam, ſexta propoſitio eſt. quòd omnis agens contra conſcientiam etiam erroneam quãcunque obligatoriè dictantem peccat: ſecundum quantitatem aut qualitatẽ dictatę obligationis, idq; eſt verum quantum eſt ex hac parte, ꝙ. ſ. agit contra conſcientiam: nam ex alia ratione vel circunſtantia poteſt culpa minui vel aggrauari. Probatur prima pars inductiuè. quia ſi conſcientia dictat ſolum de cõſilio eſſe bonum aut licitum eſſe furari ad dandum pauperibus: tunc nullo modo peccat agens ſeu omittens contra eam: quia tale opus bene poteſt omitti ſine peccato, niſi aliunde aggrauetur per contemptum aut aliàs vt patet. Si autem dictat ſolũ ſub peccato veniali, ita quòd mentiri pro ſaluanda vita eſt debitum ſeu obligatorium ſub peccato veniali tantum: tunc qui ſic agit contra conſcientiam omittendo mentiri peccaret ſolum venialiter. Si verò dictaret conſcientia de mortali tunc peccaret mortaliter omittendo mentiri contra talem conſcientiam. quòd ſi conſciẽtia dictat ſic in genere ſolum tale quid agendum vel omittendum ſub peccato, ita quòd ſi non fit aut omittitur erit peccatum: tunc ait Angeſt. in moralib. cap. 7. quòd eſt idem iudicium quod de iſto actu, volo peccare: & vt videtur aliquando erit mortale. aliquando veniale ſecundũ animi diſpõnem actualem ſeu virtualem ad mortale ſeu veniale.

Secunda pars propoſitionis, ſcilicet quãtum eſt ex hac parte, eſt limitatio aut declaratio partis prioris. poteſt nãq; aduenire aliud pręceptum vel circunſtantia in tali actione contra conſcientiam, ratione cuius peccatum ipſum contra conſcientiam augeatur vel dupletur in malitia. patet exemplo. quia qui agit contra conſcientiam vincibiliter erroneam dictantem ſub veniali tãtum ſeu ſolum de conſilio non eſſe fornicandum pro ſalute ſua vel alterius, aut nõ eſſe furandum pro pauperibus: iam quatenus agit contra præfatam conſcientiam erroneam fornicando aut furando peccat vnica malitia veniali tantum: aut nullo modo peccat contra dictamen ſolum conſultiuũ præfatæ conſcientię vt dictum eſt. Sed ex quo ſimul agit fornicando aut furando cõtra aliud pręceptum Diuinum vel naturale prohibẽs ſub mortali fornicationem & furtum: iam etiam peccat mortaliter ſecundum obligationem præcepti illius quod ſimul tranſgreditur.

Dvbitatvr primò. Vtrùm qui cõtra cõſciẽtiam rectam obligatoriè dictantem agit id quod aliàs etiam malum ſeu prohibitum eſt peccet duplici malitia. Reſpondet Angeſt quòd ſic: altera quia conſcientiam rectam obligatoriè dictãtem ſub mortali non eſſe fornicandum: altera quia contra præceptum ſub mortali prohibens fornicationem fornicatur. Hæc Angeſt. Sed ſaluo meliori iudicio oppoſitum videtur, quòd ſcilicet iſte vnica tantum malitia peccat, quãuis aggrauetur ex eo quòd ſcienter agens contra conſcientiam illam rectam peccauit. & ratio eſt: quia ſi eſſet duplex malitia: hoc ideo eſſet quia contra duplex præceptum diuerſarum rationum & ſpecierum vt ait ipſe Angeſt. Sed non fit niſi contra vnicum præceptum ſpeciale de non fornicando, ſicut qui ſcienter facit contra præceptum cognitum vel ſibi propoſitum verè per conſcientiam rectam vel ęſtimatiuè per conſcientiam erroneã. neq; eſt aliud ſpeciale peccatum agere cõtra conſcientiam: ſed eſt generale contra generale ius vel præceptum naturale, de nõ malè faciendo aut de non faciendo quod creditur aut valde dubitatur malè fieri, id quod in omnibus peccatis reperiri poteſt, ſicut & de induſtria ſcienterve peccare. conſonat Nauar. in ſum. c. 27. num. 276. *Dubium 1.*

Si contra hoc dicatur, quòd ex hoc ſequeretur contra ſecundam partem ſeu limitationem præfatæ ſextæ propoſitionis, quòd qui contra cõſcientiam erroneam dictantem ſub veniali tantũ peccato non eſſe fornicandum pro ſalute corporali, ageret fornicando, ſolum peccaret venialiter probatur. Quia ſecundum ſupradictam opinionem ſolum peccatur contra illud præceptum per conſciẽtiam erroneam notificatum, quòd. ſ. ſolum obligat ſub peccato veniali. Reſpondeo negando ſequelam ſimpliciter. quia etiam alia ratione peccatur mortaliter, quia videlicet contra aliud verum præceptum ſub mortali prohibens illam fornicationem agitur notificatũ aut

cognitum

cognitū in debito, ex quo talis error eſt vincibilis, vt ſupponitur & dictū eſt in probatione ſextæ propoſitionis: quamuis bene concedatur quòd quatenus contra illam conſcientiam peccatur ſolum peccatur venialiter vt probatum eſt. Qui autem pecat contra conſcientiam vincibiliter erroneam ſæpius peccat aut peccare poteſt contra duplicem prohibitionem: & per conſequens duplici malitia ſpecifica, altera contra præceptum verum culpabiliter ignoratum, altera cōtra præceptum aliud non quidem verum ſed æſtimatum vel per conſcientiam erroneam vincibilem erroneè notificatum vt dictum eſt.

Dubium. Inſuper dubitatur ſecundò; vtrùm plus peccet homo conformando ſe conſcientiæ erroneæ an ſe illi difformando. Reſpondeo ſecundum Almayn in moralibus. 1. tract. c. 5. & Durand. in 2. diſtin. 39. & Angeſt. in moral. c. 7. & cōmuniter doctores, quòd aliquando plus aliquando minus peccat, ſe conformando & difformando ſecundum quātitatem obligationis conſcientiæ dictantis vel alterius præcepti contra quod agitur.

Nam primo, ſi conſcientia erronea dictat q eſt mortale agere contra eam, & agendo contra aliud præceptum peccatur venialiter aut mortali peccato leuiori: tunc grauius peccat agendo contra conſciētiam. exempli gratia. Si mulier errante conſciētia credat quòd tenetur mechari ſeu mētiri vt ſaluet vitam ſuam vel alterius, alioqui rea erit homicidii: tunc plus peccat omittendo fornicationem vel mendacium, e x ſic exponēdo ſe vel alium morti contra prædictum dictamen erroneum conſciētię, quam mentiendo ſeu mechando contra aliud præceptum naturale aut Diuinum: quia vt nunc ſupponitur, grauius peccatum & contra maiorem obligationem eſt homicidium quàm fornicatio & quàm mendacium: licet fornicatio & mēdacium ſit indiſpenſabilius & difficilius denudabile à ſua malitia. Si autem è contra, conſcientia dictat erroneè aliquid eſſe faciendum ſeu omittendum de conſilio ſeu ſub peccato leuiori, quod tñ agere ſeu omittere eſt peccatum aliàs grauius: tūc grauius peccatur agēdo ſeu omittendo illud contra talem legē, quàm contra conſcientiam. exempli gratia. Si dictat cōſcientia erronea quòd eſt bonum aut licitum aut ſolum veniale peccatum aut mortale leuius fornicari pro ſalute corporali, aut furari pro pauperibus, aut peierare pro ſaluandis rebus vel honore: tunc quidem fornicando aut furando aut peierando contra legem Dei grauius obligātem, peccat quis grauius mortaliter quàm ſi contra prædictam conſcientiam illa omitteret ſeu ageret vt patet. Si verò tertiò conſcientia erronea dictat ſub mortali aut veniali peccato eſſe agendum quod aliàs eſt in ſe licitum & non obligatorium, vt quòd cuilibet ægeno debeat de præcepto dari eleemoſyna, aut quod tale quid de præcepto eſt omittendum, quod tamen non eſt in præcepto ſed licitum aut de conſilio id omittere aut agere, putà quòd in nullo caſu eſt licitum iurare veritatem. tunc agendo vel omittendo contra talem conſcientiam ſic obligatoriè dictantem erroneè, peccatur mortaliter aut venialiter iurando aut non dando eleemoſynam: ſed faciendo ſecundum eam patet, quòd nullo modo peccatur dando eleemoſynam vel non iurando: niſi aliunde eſſet obligatio ad id, putà ſi aliàs à lege aut ſuperiore præciperetur in tali caſu eſſe iurandum aut dandam eleemoſynam: tunc enim talis tenetur depoſita tali conſcientia erronea, iurare aut dare eleemoſynam præfactam in tali caſu, alioqui eſſet perplexus, vt de hoc latius infra. q. 6. per totū habetur. Et ſecundum prædicta ſunt intelligēdi & limitandi Bonauent. & Baſſolis. in 2. diſtin. 39. & Florent. 1. parte. ſum tit. 3. c. 10. §. 4. & alii doctores dicentes quod magis obligat preceptū prælati in indifferentibus & aliis eiuſmodi q poteſt prælatus præcipere, quàm conſcientia quę poteſt & debet deponi ad præceptum prælati: prælati autem præceptum ſeu alterius legis iuſtè non eſt deponendum ſeu ſoluendum à ſua obligatione propter talem conſcientiam erroneam. Tu autem diſtingue ſecundum maiorem obligationem dum manet ipſa conſcientia erronea: modo poſſit aut debeat tunc deponi modo non, vt dictum eſt & dicetur infra. q. 6. latius.

Dubitatur tertiò quæ differ entia eſt inter cōſcientiam ligare & obligare. Reſpondeo, q aliqui doctores vt Durandus in 2. diſtin. 39. & Almayn, in moralibus vbi ſupra, & alii dicunt quòd cōſcientia dicitur ligare, ideſt aſtringere ſeu detinere, ne ſcilicet homo poſſit ſine peccato vltra vel citra eius dictamē ire ſeu licitè agere, vel euadere difformando aut conformando ſe illi, vt dictum eſt ſupra, ppōne. ſ. de conſcientia erronea vincibili obligatoriè dictāte id quod eſt de ſe licitum & malum. Et ita dicunt quod talis conſcientia ligat ſed non obligat ad id quod dictat. Obligare autem conſcientia dicitur ad id quod obligatoriè dictat, vt eſt conſcientia inuincibilis erronea, & etiam quæcunq; conſcientia recta obligatoriè dictans, vt patet ex propoſitionibus ſupradictis. Alii autem doctores non faciunt differentiam hanc, ſed pro eodem accipiunt conſcientiā ligare vel obligare ad hoc vel illud: & ſic ſæpe communiter vocabula confuſè accipiuntur à doctoribus: & facilè poteſt impugnari prædicta differentia tm̄ verbalis ſi eſſet vtile in his immorari. Dubium. 3.

Contra primam propoſitionem arguitur Primò. Si eſſet peccatum agere vel omittere contra conſcientiam erroneam vt dicit prima propoſitio: hoc maximè eſſet quia talis actio eſſet contra aliquam legem ſaltem creditam vel æſtimatam. ſed hoc non. ergo. Conſequētia patet cum maiore ex probationibus primæ propoſitionis, & minor vbi eſt difficultas probatur. quia ſi illā æſtimatio rationis noſtræ induceret obligationem Arg. 1.

ad non

ad non agendum contra ipſam, hoc eſſet virtute alicuius veræ legis ſuperioris & principalis puta rationis; aut legis naturalis ſeu Diuinæ veræ obligantis, quam prædicta conſcientia nobis verè vel erroneè notificat: vt patet clarè, quia conſcientia non obligat virtute ſua ſed oſtenſiuè tantum vt præco regis virtute legis ſuperioris quam notificat vt ſupra dictum eſt in probationibus primæ propoſitionis. Sed cõſcientia erronea non habet talem virtutem talis legis: neq; eam notificat quę non eſt verè obligans. quod probatur: quia ſicut præco regis non habet à rege virtutem obligãdi etiam oſtenſiuè aut notificatiuè homines per aliquam legem promulgatam ab eo niſi verè ſe conformet legi ipſius regis. nam homines tranſgredientes falſam legem, falſo ſcilicet promulgatã ab illo præcone non puniuntur à rege quaſi trãſgreſſores illius legis falſæ. ita ergo ſimiliter de conſcientia erronea dicendum eſt. Iſta conſequẽtia patet; tum ex paritate ſeu identitate rationis: quia conſcientia ſolum obligat notificatiuè vt pręco regis aut ſuperioris: tum etiam quia & pręco & iudex inferior & lex priuata non poteſt obligare contra præceptum ſuperioris neq; cõtra legem publicam, vt cõſtat etiam ſecundũ Auguſt. & communiter doctores. Nunc autem conſcientia reſpectu rationis verę & legis Diuinæ, ſuperioris cõtra quam dictat eſt vt iudex inferior, vel potius vt pręco & vt lex priuata particularis perſonæ ipſius habentis talem conſcientiam erroneam. igitur &c.

Confirmatio. Et confirmatur. quia ſi eſſet peccatum difformare nos conſcientiæ erroneæ: hoc ideo eſſet quia eſſet peruerſio ordinis & periculum peccati ſi voluntas ſe difformet ſuæ regulæ quæ eſt ratio, vt ſupra in tertia probatione primæ propoſitionis quò ad hanc partem dictum eſt. Sed difformando ſe conſcientiæ erroneæ non ſe difformat voluntas à ſua regula neq; exponit ſe periculo. ergo non peccat. conſequentia patet. quia regula voluntatis humanæ eſt ratio in quantum deriuatur à regula & lege ſeu ratione ęterna ſiue Diuina: quia inde habet rectitudinem & virtutem etiã oſtenſiuè regulandi. ſed ratio errans non deriuatur à lege æterna, quia potius difformatur ab ea, dictans quod illa non dictat, neq; eodem modo ſed ſæpe contra eam; ergo ratio vel conſcientia erronea non eſt regula volũtatis humanæ: & per conſequens voluntas ab ea diſcordans non ideo mala eſt.

Reſpondeo ad 1. arg. RESPONDEO ad primum Argumentum negando minorem primæ conſequentiæ & ad eius probationem negatur etiam minor, & ad eius probationem cùm dicitur, quòd ſicut præco regis non habet virtutem obligandi niſi verè ſe conformet legi regis &c. Reſpõdeo negando cõſequentiam, quia non eſt ſimile: nam aliud eſt in in foro humano vbi nõ iudicatur de occultis cordis, neque de ea tranſgreſsione quę æſtimatiuè, ſed de ea quæ realiter contra legem veram facta eſt, & ad pœnam temporalem agit pro illa trãſgreſsione. aliud in foro conſcientiæ coram Deo vt hic loquimur, in quo, licet ille præco vel conſcientia non habeat virtutem veram obligandi; habet tamen virtutem creditam, quia ſcilicet creditur pronunciare veram legem ex vera ſuperioris traditione. & ita ſecundum Ambroſium opinio noſtra nobis legem facit, eſtq; paritas rationis de præcone falſo in foro conſcientiæ obligante ſi creditur verus, & de conſcientia erronea vt dictum eſt. Et ad aliam probationem illius vltimæ conſequentię vbi dicitur quòd ſicut iudex inferior & præco &c. reſpondeo ſimiliter id procedit & eſt verum ſolum quando cognoſcitur quod inferior & præco dictat contra ſuperiorem & cõtra legem eius: ſecus quando creditur quòd conformiter dictat: tunc enim in foro conſcientiæ & coram Deo vt diximus verè obligat. Vel aliter reſpondeo ſecundum Angeſt. in moral. c. 7. concedendo quòd eſt magis obediendum legi Dei & ſuperioris quàm conſcientiæ erroneæ: ſed non quomodocũq; quia non contra dictamen cõſcientiæ. igitur deponatur dictamen conſcientiæ erroneæ & ſic obediatur Deo.

Reſpõdeo ad confirmationem. Ad confirmationem reſpondeo negando minorem & ad eius probationem negatur maior vt iacet tanquam diminuta: non enim ſolum eſt regula voluntatis ratio inquantum verè deriuatur à ratione & regula æterna: ſed etiam inquantum æſtimatiuè deriuatur ab ea, ſcilicet inquãtum creditur quòd verè deriuatur à ratione ęterna, quodq; verè proponit nobis verum præceptum & legem conformiter ad legem Dei. huiuſmodi autem eſt conſcientia erronea vt patet ex dictis. Hęc ſecũdum Tho. 1.2. q. 19. art. 5. & in 3. quodlib. art. 27. & Bonauent. & communiter doctores in 2. diſtin. 39. & Angeſt, in moralibus. c. 7.

Replica. Quòd ſi contra præfatam ſolutionem replicetur, quòd inde ſequeretur quòd voluntas conformans ſe rationi, ſeu conſcientiæ vincibiliter erroneæ dictanti quòd eſt bonum fornicari vel mentiri pro ſalute corporali, aut furari pro pauperibus, nõ eſſet peccatũ ſed potius moraliter bona. probatur hæc ſequela. quia voluntas tendit tunc in obiectum tali actui conueniens & bonum æſtimatiuè licet non verè: & talis voluntas eſt conformis legi Dei ſuperiori & ſuæ regulæ ęſtimatiuè licet non verè: ergo eſt bona. patet conſequentia hæc tripliciter. Primò ex reſponſione ad argumẽtum præcedens, & ex ſecunda probatione primę propoſitionis quò ad hanc partem ſupra poſita, quia videlicet bonitas & malitia moralis pendet præcipuè ex obiecto formali, ſcilicet prout volũtati præſentatur à ratione. Item ſecundò, quia ideo difformitas voluntatis à conſcientia erronea erat mala, quia voluntas ſe difformabat legi Dei æſtimatæ. ergo eadem ratione è contrariò erit bona quia ſe conformauit legi Dei æſtimatæ

per

per conſcientiam erroneam. Item tertiò ſicut præco regis falſam legem enuncians obligat coram Deo tranſgreſſores illius legis æſtimatæ licet non verè. ergo eadem virtute obligat vt obediatur illi legi creditæ quæ virtute obligat ne illi contraueniatur. Nam eadem virtute obligamur ad obediendum alicui legi qua obligamur non contrauenire illi.

[Re]ſpondeo [a]d replicā. Reſpondeo ad replicam ſecundum Th. prima ſecundæ. q. 19. art. 6. & Bonauentura in 2. diſtin. 39. negando ſequelam. & ad primam eius probationem negatur etiam conſequentia, & ad eius item primam probationem, quòd bonitas & malitia pendet ex obiecto formali dico id eſſe verū, ſed differenter in bono & in malo: nam plus requiritur ad bonitatem quam ad malititiam, quia bonum eſt ex integra cauſa ſecundum Dioniſ. in 4. c. de Diuinis. not. malitia autem ex quocumq; defectu. ideo quando dictum eſt ſupra quòd bonitas & malitia volūtatis pēdet ex obiecto prout præſentatur voluntati: non intelligitur præcisè ſed proportionabiliter: ita quòd ad bonitatem id requiritur concurrētibus aliis requiſitis ex parte ipſius obiecti: ad malitiam autem voluntatis ſufficit quòd obiectum in actu vel indebito per rationem voluntati vt malum vel diſconueniens præſentatur. & ita contingit in conſcientia vincibiliter erronea de qua agimus: quia licet per eā non actualiter bene tamē in debito præſentatur obiectum vt malum, ſicut & verè malum & diſcōueniens eſt. ad bonitatem verò voluntatis requiritur vtrumque, quòd ſcilicet obiectum bonum præſentetur ei vt bonum non ſolum in actuali æſtimatione bonitatis, ſed etiam in debito, ideſt quòd ſit tale quale rationabiliter à ratione debet præſentari. hoc autem eſſe non poteſt niſi ipſum obiectum bonum ſit, vel conueniens in ſe ſeu à parte rei: vel niſi ratio ſit id inuincibiliter ignorans. & ita patet reſponſio ad primam probationem illius ſequelæ. Ad ſecundam autem probationem reſpondeo ſimiliter negando ſequelā: quia plus requiritur ad bonum & ad rectam cōformitatem quam ad malū & difformitatem vt dictum eſt. Ad tertiam reſpondeo negando conſequentiam: & ratio eſt quia cùm talis conſcientia ſolum obliget notificatiuè: igitur ſi nulla lex verè nos obligat ad confirmandum nos illi, ſeu ad id quod talis conſcientia falsò notificat & vincibiliter: ſequitur quòd non tenemur ad id abſolutè: ſed ſolum ſub diſiunctione, ſcilicet vel ei obedire vel eam deponere quando dictat obligatoriè id quod eſt aliàs licitum. vel abſolutè ad eam deponendum tenemur, quando dictat obligatoriè id quod eſt licitum vt ſupra ꝓpoſitione quinta latè dictum eſt. ideo illa propoſitio ſeu maxima quòd eadem virtute tenemur alicui legi obedire qua tenemur ei nō contrauenire: eſt vera ſolum ſuppoſito quòd tenemur ei tunc obedire & nos conſormare: aliàs falſa eſt.

Secundò principaliter contra eandem primā propoſitionem arguitur. Quandocūq; eſt aliquis actus malus ex ſola circūſtantia, putà quia habet obiectum ſibi conueniens & ſola ratione circunſtantiæ redditur malus: ille actus non habet malitiam diſtinctam à malitia illius circunſtantiæ ſeu à malitia proueniente ab illa circunſtantia, ſed omnis actus de obiecto aliàs licito & conueniente tali actui, vt potè, nolo mentiri aut furari, habitus contra conſcientiam erroneam vincibilem obligatoriè dictantem, quod eſt mentiēdum & furandum pro ſaluando honore aut rebus aut pro pauperibus &c. eſt huiuſmodi. ergo ille actus, ſcilicet illa nolitio mentiendi aut furandi contra illam conſcientiam erroneam vincibilem, non habet tunc malitiam diſtinctam à malitia illius conſcientiæ vincibiliter erroneæ, ita quòd ſolum eſt ibi peccatum conſcientiæ erroneæ vincibilis aut ignorantiæ illius vincibilis, & ibi non eſt aliud peccatum contra aliam legem creditam propoſitam nobis per illam conſcientiam vincibiliter erroneam. Conſequentia eſt bona & maior probatur. quia non videtur vnde aliàs proueniat in tali actu malitia niſi ratione circunſtantiæ, ratione cuius efficitur malus. & patet exemplo de volente ire ad Eccleſiā propter vanam gloriam venialem, ita quòd illa volitio eundi cauſetur ex volitione vanæ gloriæ tanquam ex fine: quia talis volitio ſolum eſt mala ratione illius circunſtantiæ & non ex obiecto in ſe. Minor etiam probatur. quia nolle mētiri eſt bonum ex obiecto; quia tale obiectum eſt lege prohibitum: & ſi talis nolitio redditur mala hoc non eſt niſi ratione circunſtantiæ, ſcilicet ratione conſcientiæ vincibiliter erroneæ adiacentis quia tunc vt ſuppono non obligor aliunde ad non habendum illam nolitionem mentiendi per ſe: ſed ſolum obligor ad non habendum illam contra dictamen conſcientiæ. ergo abſolutè non obligor tollere illam nolitionem mentiendi, ſed ſolum ad deponendum talem conſcientiam vincibiliter erroneam, vt patet ex dictis & ſupra propoſitione quinta & ita illa conſcientia erronea eſt circunſtantia vitians illam nolitionem mentiendi. igitur totum illum aggregatum ex illa nolitione & ex illa conſcientia vincibiliter erronea, non habebit aliam neq; maiorem malitiam à malitia illius erroneæ conſcientiæ ſeorſum vt argumentum prætendit. quod etiam videtur confirmari, quia auferendo talem conſciētiam erroneam iam præfata nolitio mentiendi non erit peccatum. Similiter eadem ratione de omiſsione mentiendi contra conſcientiam, vincibiliter erroneam dictantem eſſe obligatorium mentiri pro ſaluanda vita probatur; quòd non eſt aliud peccatum ibi quàm ſit ille vincibilis aut culpabilis error conſcientæ qui forte erit veniale peccatum tantum, licet conſcientia dictet ſub mortali eſſe mentiendum. ad quod Arg. 2.

eſt alia

eſt alia ſpecialis ratio. quia ſcilicet omiſsio culpabilis eſt priuatio alicuius actus ad quem pro tunc obligor: ſed ad volitionem mentiendi pro tunc non obligor vlla lege; ſed potius ad oppoſitum ſcilicet ad non mentiendum ſeu ad deponendum conſcientiam præfatam, vt patet ex ſupradictis. ergo illa omiſsio mentiendi ſtante præfata conſcientia vincibiliter erronea dictante oppoſitum tunc peccatum non eſt.

Reſpondeo ad ſecundum arg. Reſpondeo ad ſecundum Argumentum dupliciter, vno modo ſecũdum Almayn in moralibus tract. 1. c. 5. ex B. Th. prima ſecũdæ. q. 19. art. 5. & in 3. quodlib. art. 27. negando minorem. Nam illa circunſtantia conſcientiæ erroneæ non eſt circunſtantia adiacens ipſi actui vel obiecto prout eſt obiectum voluntatis: ſed potius pars obiecti formalis: quia obiectum voluntatis in ſua formali ratione obiecti, non ſolum eſt ipſum obiectum in ſe ſed prout præſentatur voluntati per rationem & prout æſtimatur, vt ſupradictum eſt in probationibus primæ propoſitionis. ſicut etiã circunſtantia finis concurrens ad productionem actus interioris voluntatis, potius eſt pars obiecti voluntatis, & non circunſtantia adiacens ipſi actui vel obiecto prout eius obiectum eſt, vt etiã hoc dicit Angeſt in moral. c. 8. & B. Th. prima ſecundæ. q. 18. art. 6. & q. 10. art. 2. & communiter morales. ideo falſum eſt quod etiam dictum eſt ſupra in probatione maioris quòd ſcilicet vana gloria finaliter intenta erat circunſtantia volitionis eundi ad Eccleſiam propter vanam gloriã. Immo dico quòd illa circunſtantia finis ſe tenebat tunc ex parte ipſius obiecti ad productionem illius volitionis. Similiter falſum eſt quòd ratione circunſtantiæ redditur mala illa nolitio mentiendi contra conſcientiam quæ ante erat bona quando non erat illa conſcientia. quia præſupponitur quòd ſit eadem nolitio quò ad ſubſtantiam actus, quod eſt falſum: ex quo voluntatis actus deriuantur ineſſe rei & moris penes obiecta formalia. obiectum autem formale eſt aliud ratione æſtimationis quando eſt contra conſcientiam erroneam, & aliud quando non eſt contra talem conſcientiam itaque eſt alia nolitio mentiendi. Alio modo reſpondeo & melius vt mihi ſaluo meliori iudicio videtur, præſupponendo tamen & tenendo ſecũdum Angeſt. in moral. c. 8. & c. 3. fol. 16. & communiter doctores; quòd dictamen conſcientiæ ſeu notitia adueniens actui licet aliquando poſsit ſe tenere ex parte obiecti, non tamen ſemper ſe tenet ex parte eius: nã cognitio obiecti non ſemper obiectiuè ſed effectiuè cõcurrit ad productionem actus voluntatis ſecundum communiter opinionem. neq; etiam voluntas cogitur aut neceſsitatur habere pro obiecto & tendere in omnes circunſtãtias etiam finis cognitas & ei preſentatas: ſed potius ſæpe talis conſcientia ſeu notitia adueniens actui eſt circunſtantia eius vel obiecti. & per cõſequens tunc idem actus numero in genere rei ſeu naturæ manet quò ad ſubſtantiam, eademq; volitio mentiendi ante & poſt aduentum conſciẽtiæ rectæ vel erroneæ ſupradictæ: quia hoc videtur quadrare ſapientiæ: quamuis quò ad eſſe moris non ſit eadem volitio propter circunaſtantiã adiacentem illius conſcientiæ aduenientis. Nam circunſtantia informans actum: qualis eſt ea quæ eſt pars obiecti in quod tendit ipſe actus, vt ſæpe non ſemper eſt circunſtantia finis, variat actum elicitum quò ad eſſe moris & naturæ ſicut & ipſum obiectum partiale illius actus. Circunſtantia autem adiacens ſeu mouens tantum, non variat quò ad eſſe naturæ actum elicitum: bene tamen quò adeſſe moris poteſt illum variare, etiam ſi ſit circunſtantia finis in quem tendimus per vnum actum: & per alium in ipſum medium dumtaxat.

Hoc ergo ſuppoſito, ſecundum communiter doctores iam reſpondeo ad Argumentum negando maiorem ſi intelligatur quòd talis actus non habet malitiam, aliàm quàm ſit malitia illius circunſtantiæ. hoc enim patet falſum de comeſtione vel actu coniugali facto in loco ſacro qui redditur maius ratione circunſtantiæ: quę tamen circunſtantia loci ſacri nullam habet malitiam in ſe vt patet. Item patet de celebratione aut prouiſione beneficii principaliter propter lucrũ temporale aut propter auaritiam aliàs venialẽ: quia efficitur mortalis ratione illius circunſtantiæ finis lucri aut auaritiæ, quæ tamen circunſtantia aliàs aut non erat peccatum aut ſolum erat veniale vt ſupponitur. ſed ex habitudine talis circunſtantiæ ad talem actum eſt & trahitur ratio culpæ mortalis in tali actu, vt patet: quia talis habitudo circunſtantię ad talem actum eſt ſub mortali prohibita, vt ſymoniæ peccatum, & quia ad ſupradictum ſenſum falſum procedit tota illa ratio & maior præfati argumenti, ideo nihil probatur. Si igitur ſic intelligatur quòd talis actus habet malitiam prouenientem ratione illius circunſtantiæ, id eſt propter habitudinem indebitam illius circunſtantiæ ad illum actum, modo ipſa circunſtantia habeat in ſe aliàs malitiam modo nõ: tunc vera eſſet maior, vt in exemplo de actu cõiugali facto in loco ſacro dictum eſt. & minor eſt etiam vera, ſed conſequentia eſt nulla vt patet. debet enim ſic concludi. ergo illa nolitio non habet aliam malitiam niſi prouenientem ratione illius circunſtantiæ conſcientiæ erroneæ. & hoc bene eſt verum: quia malitia illius nolitionis ratione illius circunſtantiæ conſcientiæ erroneæ non tantum habet malitiam illius conſcientiæ errroneæ, ſed malitiam habitudinis eius ad illum actum, ſcilicet malitiam tranſgreſsionis ſeu contemptus illius legis quam illa conſcientia notificat aut verè notificare ęſtimatur, vt ſupra probatum eſt in prima probatione. Similiter patet reſponſio ad illud de omiſsione ſecundum

duos

duos prædictos modos reſpondendi: & ad rationem ſpecialem quæ ibi ponitur, quòd ſcilicet omiſsio eſt priuatio alicuius actus debiti. Reſpondeo, conceditur quòd eſt priuatio actus debiti ineſſe ſecundum veritatem aut ſecundum æſtimationem ipſius omittentis. & ſic negatur minor: quia licet verè à parte rei ex lege nõ obliget abſolutè ad actum mentiendi: neq; ille actus ſit debitus ineſſe ſecundum veritatem: bene tamen ſecundum æſtimationem licet erroneam culpabilem ſub diſiunctione vt dictum eſt. Et nota ſecundum Almayn vbi ſupra & Angeſt, in moral.c. 10.quòd illa omiſsio contra conſcientiam non eſt tam grauis ſicut commiſsio contra conſcientiam:ſicut & regulariter cæteris paribus in omni ſpecie peccati non eſt tam grauis omiſsio ſicut commiſsio oppoſita contra legem: quia non eſt tanta obligatio ad non contraueniendum priuatiuè ſeu omiſsiuè ſe habendo,quãta ad non contraueniendum commiſsiuè ſeu poſitiuè: neq; eſt tanta difformitas neq; conatus voluntatis in omittendo ſicut & in committendo, ſemper loquor cæteris paribus & regulariter niſi aliunde æqualitas aut maior grauitas habeatur.

Dubium.1. Et ſi queratur pœnes quid attenditur grauitas omiſsionis contra conſcientiam. Reſpondeo quod non ſecundum bonitatem actus omiſsi verè vel æſtimatiuè: neq; ſecundum obligationem veram legis vel æſtimatam ad actum qui omittitur: ſed abſolutè ſecundum obligationem præcepti quod talis conſcientia notificat verè vel erroneè,vt patet ex ſupradictis in propoſitione 6. & dubio.1. Sed de hoc,ſcilicet circa quid attendatur grauitas cuiuſcunq; omiſsionis latius vbi ſupra Almayn in moral.& in 3.tract.c.26.& Angeſt.& doctores in 2.diſtin.37.

Dubium.1. Si rurſus quæratur cuius ſpeciei eſt peccatum omiſsionis & commiſsionis contra conſcientiã. dic ſecundum Th.prima ſecundæ.q.19.art.5.quòd reducitur ad illam ſpeciem peccati quòd æſtimatiuè committitur ac ſi ſcienter contra talem legem faceret vel omitteret.Si autem ſit error in facto aliqualiter eſt variandum,de quo latius egimus ſupra in li.2.de ignorãtia.q.24.ibi videatur.

Arg.3. Tertiò principaliter ad idem contra primam propoſitionem arguitur.Quia ex prima propoſitione ſequeretur perplexitas inter duo mala culpæ:& quod eſſet neceſſariò peccandum & periculoſa via ſalutis.probatur in caſu quo quis ex lege ſeu præcepto ſuperioris tenetur aliquid agere putà reddere debitum coniugi petenti etiam ad mandatum Eccleſiæ, vel reuelare ei aliquod peccatum, quod tamen agere ex conſcientia erronea æſtimat eſſe peccatũ: quia æſtimat nõ eſſe ſuũ coniugẽ legitimũ ex aliqua cauſa:tunc in tali caſu ſi ſe conformat conſcientiæ erroneæ non reddendo debitum iam peccat contra præceptũ legis aut ſuperioris id præcipientis: ſi ſe diſformat reddendo iam etiam peccat ſecundum primam propoſitionẽ: ſi dicas deponatur talis conſcientia & ſic reddat. contra ſuppono quòd ſit talis qualitatis quòd pro tunc non poteſt deponi. vt facilè contingere poteſt. ergo tunc perplexitas & peccatum.

Reſpond.ad tertium arg.negatur ſequela. & ad probationem pro materia illius & ſimilium caſuum, hic dubitatur vtrùm inter duo mala ſit perplexitas. ad quod reſpondeo notando ſecundum Angeſt,in moral.c.6.in fine,quòd inter duo mala pœnæ poteſt quis eſſe perplexus etiam ſimpliciter, ita quòd neceſſariò debeat incidere in alterum illorum. vt patet de eo qui ne occidatur à leone neceſſariò ſe debet proiicere deorſum:& tunc minus malum,aut minus certum rationabiliter eligitur. Reſpondeo ad 3.arg.

Item inter duo mala quorum alterum eſt culpæ alterum pęnę etiam poteſt quis eſſe perplexus ſimpliciter ita quòd neceſſariò debet in alterum incidere ſi vult vitare alterum, vt patet in illo qui vel neceſſariò debet pati mortem ſeu aliam iacturam,vel mentiri ſeu committere aliud peccatum:& tunc malum culpæ eſt magis fugiendum.

Inter duo autem mala culpæ neceſſariò mala quę nullo modo poſſunt bene fieri nullus eſt ſimpliciter perplexus: ita quòd neceſſariò peccabit culpabiliter quodcumq; illorum faciat pro vitando altero. quod probatur quia ſi neceſſariò neceſsitate abſoluta & ſimpliciter peccat aut facit, ita quod nullo modo eſt in ſua poteſtate pro tunc illud peccatum vitare:iam non peccabit culpabiliter, quia non eſt vllo modo liber ad id vitandum.& vbi non eſt libertas non poteſt eſſe culpa: neq; poteſt obligari quis ad id quod nullo modo bene fieri poteſt.

Inter mala autem culpæ non intrinſecè mala ſed ita mala quòd poſſunt à ſua malitia denudari & bene fieri poteſt aliquod eorum, bene datur perplexitas ita quod neceſſariò eſt incidendum in alterum eorum. & tunc hæc eſt regula, quòd ſcilicet eligatur minus malũ: quia & maior obligatio deobligat à minori. & illud faciendo pro vitando maiori vel grauiori malo homo non peccat;ſed bene & rationabiliter agit eligendo tunc minus malum in ſe pro vitando maiori: neq; tũc obligatur vitare illud minus malum ſed neq; eſt malum illud culpabile vel imputabile reſpectiuè licet aliàs ſimpliciter ſit malum.ſi autẽ ſunt æqualia mala,& æque certa ſecundum ſuam probabilem æſtimationẽ:tunc eligendo quodcũq; eorum pro vitando alio nõ peccat, ex quo id neceſſariò quamuis alteratiuè agit: & eſt locus gratificationi vt dictum eſt: & facit 13.diſtinctione. cap. duo mala. & cap.nerui. & 2.Ethic.cap.9. & concordat Adr.in 4.de clauibus.agens de excõmunione in 8.exceptione,& de hoc latius infra quęſtione 5. propoſitione ſecunda ibi vide. Dixi notanter quòd inter prædicta mala culpæ neceſſariò

ſariò mala non datur perplexitas ſimpliciter, vel abſolutè, quod ideo dico quia ex ſuppoſitione bene poteſt dari perplexitas inter illa. exempli gratia. Si ſortes vult malum finem putà permanere in fornicatione efficaciter: iam inde neceſſariò neceſsitate ſuppoſitionis talis finis illiciti voliti ſequitur volitio alterius medij illiciti requiſiti ad talem finem illicitum habendũ: quia ex vno peccato bene ſequitur aliud neceſsitate conſequentiæ ſeu ſuppoſitionis: ſicut & vno incõueniente dato multa ſequuntur etiam in ſpeculatiuis & moralibus: ſic ſtante conſcientia culpabiliter erronea ſeu vincibili quam quis poteſt & debet tollere: ſi non tollit eam iam inde ſequitur quòd neceſſariò quis in aliquo caſu peccauit culpabiliter quomodocũq; ſe habeat: & eſt perplexitas ex ſuppoſitione illius prioris culpæ permanentis: non autem ſimpliciter. ſicut nec eſt neceſsitatus ſimpliciter & abſolutè ad manendũ in tali errore culpabili, ex quo cum auxilio Dei ſufficienter omnibus & ipſi collato tunc poteſt deponere talem conſcientiam vincibiliter erroneam, & malam volitionem finis ſeu fornicationis ex qua ſequebatur illa alià culpabilis volitio. Si autem cõſcientia ſit erronea inuincibilis, iam dictum eſt ſupra propoſit. 4. conformando nos ei nõ peccamus: niſi aliunde grauius aut certius malum imminens ſuadeat aliter facere: & ſimiliter ſi ipſum peccatum in ſe & in ſua cauſa nullo modo eſt in noſtra poteſtate vt dictum eſt. quod autem ſit minus malum, aut reddere debitum aut illud negare in caſu ſuppoſito in argumẽto, latius habetur infa. q. 6. & propoſitio. tertia vbi de hoc & aliis ſimilibus caſibus agitur.

Nota. Sed hic tandem notetur quòd nunquam quis dicitur agere vel omittere contra cõſcientiam niſi quando æſtimat ſe peccare ſic agendo vel omittendo & nihilominus ſic agit vel omittit vt patet ex dictis. Nam vt bene ait Caiet. in 2. quodlib. in 13. reſponſione ad 7. bene ſtat quòd ego credã aliquid eſſe illicitum in ſe ſeu abſolutè, vel etiam reſpectiuè quò ad alium vel alios, ſeu quod alius illicitè illud facit vel omittit: & tamen quòd credam eſſe licitum mihi vel reſpectu mei ipſius: & hoc propter aliquam circunſtantiam aut conditionem verè vel æſtimatiuè exiſtentem in me & non in aliis. vt ſi ego crederem quòd comedere carnes in Hebdomada ſancta mihi eſt licitum propter aliquam cauſam quomodocunq; creditam eſſe in me: aliis autem non, quia æſtimo eos non habere cauſam excuſantem. igitur tunc tantum ego contra conſcientiam pecco quando facio quod credo vel æſtimo mihi illicitum eſſe quidquid de aliis credam. Nam conſcientia, dictamen practicum non ſpeculatiuum & reſpectu agentis vel habentis eſt.

QVAESTIO QVINTA.

VTRVM ET QVOMODO peccet is qui agit id de quo dubitat aut ſcrupulatur an ſit peccatum, non compulſus præcepto legis aut ſuperioris ad ſic agendum.

RESPONDEO per 4. propoſitiones, quarum. Prima eſt, Qui agit id de quo valde dubitat an peccet, vtiq; peccat, ſi certus ſit quòd oppoſitum agendo non peccabit. propoſitio Pro quo nota quòd triplex eſt dubium. Nota. Primò modo dubium propriè ſumptum excludit omnem aſſenſum reſpectu eius de quo habetur ipſum dubium. Secundò autem modo dubium largè ſumptum compatitur ſecum aſſenſum tenuem opinatiuum de eodem. Tertio modo largius cõpatitur ſecum aſſenſum fortem & eſt idem quod ſcrupulus large aut ſecũdo modo ſumptus de quo ſupra. q. 2. in notabili vltimo latius. Igitur qui valde dubitat primò modo ſic quòd nullo modo, iudicat determinatè quod licitè id facit ſed potius eſt tam anceps & timidus quòd licitè facit ſicut quòd illicitè. Seu qui ſecundo modo dubitat ſic quòd quamuis iudicet aut credat quòd licitè facit: tamen illud iudicium ſeu credulitas eſt tam tenuis quod ſimul magis vel æquè dubitat vehementerq; formidat, quod illicitè facit vndecũq; & quomodocunque tale dubium proueniat. de iſto igitur alterutro iſtorum duorum modorum dubitante ſe peccare tale quid agendo dicit propoſitio hæc, quòd vtiq; peccat ſic agendo cum tali dubio ſicq; per hanc particulam excluditur dubium tertiò modo, nam qui eo modo dubitat valde leuiter formidans aut timens ſe peccare quod tamen valde probabiliter credit vel opinatur ſe potius nõ peccare tale quid agendo non peccat. exempli gratia. ſi ego valde dubito vtrùm tenear implere votum, putà de ieiunando tali tempore: ita quòd valde credo vel opinor me peccare ſi illud omitto: & tamen ſum certus quòd oppoſitum agendo putà quòd implendo illud votum non pecco: dicit præfata prima propoſitio quòd ſi ſtante tali dubio omitto implere illud votum vtique pecco. Nam ſi ego dubitarem de vtraq; parte putà quòd faciendo tale quid pecco quòdque omittendo illud etiam pecco: de hoc latius in ſecunda propoſitione ſequenti quæ de his caſibus agit.

Iſta ergo prima propoſitio prædicto modo declarata & limitata probatur dupliciter. 1. ratio. Primò quia quicunq; ſine rationabili cauſa exponit ſe diſcrimini ſeu dubio probabili peccati mortalis, cum poſsit ſecurè agere vel ceſſare, exponit ſe periculo & pecat mortaliter. Sed is de quo eſt caſus propoſitionis eſt huiuſmodi. ergo. Cõſequẽtia

patet,

patet, & maior probatur dupliciter. tum primò quia Eccleſ. 3. Qui amat periculum peribit in illo. ſecundum gloſ. & commune axioma doctorum: quia etiam non præponit amorem Dei omni creaturæ ſed è contra: quia propter amorem ſui uel alterius aut diuitiarum & huiuſmodi quæ non uult exponere iactare, exponit potius periculo amiſſionis amorem & gratiam Dei, exponendo ſe periculo probabili peccati mortalis per quod gratia & eius amor amittitur. Nam ſi ego quid faciam ut placeam Petro dubitans probabiliter q per hoc diſpliceo Ioanni, cum ceſſando ab illo opere poſſem in eius gratia permanere, certè diligo petrum tunc pluſquàm Ioannem. ſic in propoſito. nam & ideo dicunt doctores communiter quòd dubitas de peccato quòd ſit mortale tenetur ipſum expreſſe confiteri propter cauendum periculum ex illo dubio prouenieus. tum ſecundò, quia in dubiis quod certius æſtimamus tenere debemus, & ibi gloſ. in cap. iuuenis. de ſponſalibus.

Secundò probatur propo. quia ſicut medicus q opinatur & æſtimat vinum ſeu talem medicinā infirmo ſuo mortē inferre non poſſe: de quo tñ propter aliorum contrariam ſeu cōem opin. valde dubitat timetq; valde q poſſit ei mortem inferre; & nihilominus vt expectatur in illo infirmo ſuā opinionem vel vt ei compIaceat, ſine alia cauſa; aliūde rationabiliter vrgente talis medicus concedit illi vinum ſeu illam medicinam: cùm tñ poſſit eū ſecurè curare cum alia medicina: certè medicus iſte peccauit mortaliter: & hoc, non niſi quia illum infirmum expoſuit mortis periculo in illo dubio ſine cauſa vrgente, etiam ſi de facto non ſit mors ſubſecuta. probatur. quia nullus vellet q. ille medicus prædicto modo cū ipſo experiretur, neq; quòd ſic ageret in ſua infirmitate, neq; committeret ſe illi. ergo ſignum eſt quòd ille medicus malè agit. ita ergo ſimiliter non licet agere partem dubiam valde quāuis magis æſtimetur vera vt dictum eſt. patet ex idētitate rationis; immò & à fortiori in rebus animæ vbi de maiori agitur præiudicio. ideo & bene dicit Almayn in morali. par. 3. c. 3. q aſſenſus opinatiuus, in quo plus vel tātum eſt de formidine quātum eſt de aſſenſu ſeu de credulitate q hoc ſit mihi licitū, non ſufficit ad virtutem neq; ad certitudinem moralem. & cum eo concordat Gerſ. in reg. moral. & 3. par. ſum. trac. de conſol. Theologica. lib. 4. proſa 2. ex 2. Ethic.

Tertiò probatur propoſitio. quia Roma. 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. quod licet cōmmuniter & bene exponatur quod non eſt ex fide, id eſt quod eſt contra conſcientiam, vt ſupra q. 4. propoſitione 1. habetur. tamen adhuc plus ibi voluit Paulus dicere quàm quod non eſt contra conſcientiam, vt ait Adrianus, qui cum facile poſſet dicere, Omne quod eſt contra fidem aut conſcientiam peccatum eſt: & tamen vigilanter dixit, Omne quod non eſt ex fide ſeu cōſcientia: iam apertè uidetur uoluiſſe inſinuare nō ſolū eſſe peccatum quod ſit contra fidem aut conſcientiam, ſed etiam omne quod agimus, niſi magis credamus & iudicemus actualiter uel uirtualiter ſi de tali cogitaremus q nobis eſt licitū, et per cōſequēs ſi valde dubitemus nobis licere et cū tali dubio agimus, peccatū eſt, vt ſupra dicit propoſitio.

4. Ratio. Quartò probatur propoſitio. quia qui dubitat de uita prioris coniugis non pōt exigere debitum vt habetur in ca. Dominus. de ſecundis nuptiis. ſecundum cōmuniter doctores. in quo nulla eſt opinio quo ad hoc. & hoc ſolum eſt quia ageret illicitè id de quò dubitat ualde eſſe ſibi illicitum ut habetur ibidem. ſed vtrùm talis poſſit etiam reddere ut communiter tenetur, latius infra. q. 8.

Præfatam propoſitionē tenēt Adria in 2. quodlibeto art. 1. & cōmuniter doctores in d. c. Dominus. de ſecūdis nuptiis, & theologi ſimiliter et B. Tho. in 3. quodlib. art. 13. ubi quærit utrū peccet, habēs plura beneficia eò q ſunt opiniōes de hoc: et reſpōdet dicēs, ſi ipſe qui tenet plura beneficia ſecūdū opinionē iuſtificātē habet cōſciētiā de cōtrario peccat cōtra cōſciētiam, quāuis nō cōtra legē, ſi opinio iuſtificās eſſet uera, aut nō habet conſciētiā de cōtrario ſed certitudinē: & tñ in quandā dubitationē inducit ex cōtrarietate opinionū. et ſic ſi manēte tali dubio habet plures præbendas, iā ſe periculo committit: ſicq; proculdubio peccat. magis amās beneficiū tēporale quā ꝓpriā ſalutē, quod ſi in nullā dubitationē inducitur nō peccat. Hęc ille. De quo ēt ſupra lib. 2. de ignorātia. q. 3. latius. Et nota q ſemper intelligo de eo qui dubitat practicè uidelicet ſe peccare in tali actu ſeu omiſſione: ſecus ſi dubitat tantū ſpeculatiuè uel abſolutè an ſit illicitū in ſe aut quò ad alios tātū, & non quò ad ſe ipſū ex aliqua cā: tunc enim non agit id de quo ipſe dubitat quod ſit ſibi illicitū, ut ſupra in fine. 4. quæſtionis præcedentis notatū eſt quid ſit agere & peccare contra conſcientiam, de quo etiam in dubio ſequenti latius.

Dubium. Sed hic poteſt eſſe dubium de eo qui dubitat ſpeculatiuè uel abſolutè tantum eſſe mortale id quod agit. dubitatur enim utrum peccet mortaliter ſic illud agendo: quamuis non dubitet practicè reſpectiuè quòd ad ſe, ideſt quamuis non dubitet ſe peccare ſic illud agēdo, nec faciat cōtra cōſcientiam, ſed potius credit ſe id licite agere.

Reſpondeo. Reſpondeo quod ſimiliter peccat mortaliter & tenetur practicè dubitare, niſi ex aliqua iuſta cauſa excuſetur id non practicè credendo & agendo. pro cuius probatiōe ſupponatur prius eſſe duplex dubium, ſcilicet practicum & ſpeculatiuum. Speculatiuum tantum dicitur quando id quod dubitatur non ordinatur ad opus ipſius dubitantis, quia uidelicet non dubitat licitè ne an illicitè id faciat aut fecerit. Practicum autem è cōuerſo quādo ad opus ipſius ordinatur, licitè ne an illicitū ſibi ſit id facere aut feciſſe. exempli

gratia. Quando dubito an talis rea cuius poſſeſſionem ego habebam ſit mea, aut quando dubito utrum ſit iuſta cauſa bellandi: tunc eſt dubium ſpeculatiuum tantum. Si autem dubitarem an ego tenear uel licitè id faciã: tunc eſt dubium practicum. Hoc ergo ſuppoſito probatur quadrupliciter intentum, quòd ſcilicet peccat mortaliter in caſu prædicti dubii. 1. Ratio. Primò quia in re notabili, quale eſt dubium de mortali, temerè agit: & per conſequens periculo ſe cõmittit etiam ſi ſpeculatiuè tantum dubitat: & ex eo quòd dubitat ſpeculatiuè tenetur etiam dubitare practicè eſſe ſibi mortale id agere aut omittere, niſi ex rationabili cauſa excuſetur. Nam ſicut qui ſcit abſolutè aliquid eſſe mortale debet etiam ſcire ſeu æſtimare reſpectiuè eſſe ſibi mortale niſi rationabiliter excuſetur, ita & qui dubitat tale quid eſſe abſolutè mortale, debet etiam dubitare eſſe reſpectiuè ſibi mortale niſi rationabiliter excuſetur. ergo talis agit contra dubium practicum reſpectiuum de mortali exiſtens aut debitum exiſtere: licet non peccet nec agat contra conſcientiam: & per conſequens peccat mortaliter temerè agens & periculoſe.

2. Ratio. Secundò principaliter probatur idem, quia ideo dicunt communiter doctores quòd niſi per ignorantiam inuincibilem excuſetur, utique peccat mortaliter is qui ante celebrationem miſſæ omittit confiteri & abſolui ſi dubitat probabiliter ſe eſſe excommunicatum: aut qui omittit confiteri actum quem dubitat eſſe mortalem: quamuis ipſemet pœnitens non dubitet ſed potius credat ſe bene aut licitè agere omittendo eius confeſsionem & abſolutionem uel ſe non teneri ad confitendum: & tamen illa eius dubitatio quòd eſt excommunicatus aut quòd ille actus ab eo commiſſus fuerit mortalis eſt formaliter ſpeculatiua tantum, ex quo ſupponitur quòd ipſe non dubitat ſed credit ſe non teneri id confiteri, & bene agere id non confitendo, ergo qui dubitat ſpeculatiuè aut practicè abſolutè eſſe quid illicitum tenetur dubitare etiam practicè reſpectiuè ſibi eſſe illicitum: & illud ſic agendo utique peccat.

3. ratio. Item tertiò quia ut habetur in cap. inquiſitioni, de ſentent. excom. mulier probabiliter dubitans de inualiditate matrimonii, non poteſt petere debitum quamuis poſsit & debeat reddere exigenti. & idem habetur in cap. Dominus, de ſecundis nup. ut etiam habetur infra quæſt. 8. Nunc autem textus illi loquuntur expreſsè de dubitante ſpeculatiuè tantum de inualiditate matrimonii. quod patet. quia ſi dubitaret practicè eſſe illicitum tali perſonæ commiſceri: tunc ſicut non poſſet illi commiſceri petendo ita nec reddendo debitum. ergo intelligitur quòd in tali dubio ſpeculatiuo manente, debet formare conſcientiam quòd licitè reddit petenti: non autem poteſt rationabiliter formare conſcientiam quòd licitè petit. Si enim poſſet, certè Eccleſia non faceret illi per iudicium id prohibendo: & ita ſi de facto formet conſcientiam quòd licitè petit in tali dubio ſpeculatiuo de inualiditate matrimonii, ſequitur quòd temerè & illicitè agit.

Item quartò quia quantumcunque quis credat ſe licitè iurare aut uouere quod probabiliter dubitat in ſe eſſe falſum aut mortale: aut facere contractum de quo tam ipſe quàm alii communiter dubitant abſolutè eſſe iniuſtum uel mortalem: aut ſumere ſeu dare alteri cibum dubitatum eſſe mortiferum: aut habere plura beneficia curata incompatilia, quod tenetur uel dubitatur communiter eſſe abſolutè mortalè: aut accipere rem dubitatam probabiliter eſſe alienam: certè peccaret mortaliter ſic agendo præfatos actus ſpeculatiuè tantum ſeu abſolutè dubitatos eſſe mortales. 4. Ratio. ſimiliter ſi ex cauſa dubia de iniuſtitia belli Rex indicit bellum, niſi aliqua cauſa rationabili excuſetur. ſimiliter ſi quis obediat prophetæ tanquam ex parte Dei præcipienti rem aliàs iure Diuino regulariter prohibitam, putà cognoſcere alienam, aut quòd religioſus ducat uxorem: dum dubitatur aut dubitare debet utrùm uerè ex parte Dei talis propheta id præcipiat. Similiter ſi diabolum transfiguratum in Angelum lucis in ſpecie crucifixi apparentem, de quo ſpeculatiuè dubitat aut dubitare debet quòd non ſit uerè Chriſtus, ipſum adoret ſine conditione expreſſa: certè peccaret, quia actum in actu uel indebito dubitatum ſpeculatiuè tantum aut practicè uirtualiter uel abſolutè de peccato mortali ipſe fecit. Dictum eſt exceptiuè, niſi ex iuſta cauſa excuſetur agendo talem actum ſpeculatiuè dubitatum de mortali. quia ſecus eſſet ſi adſit iuſta cauſa, putà obedientia ſuperioris ſufficiens ad excuſandum: quod dico quia non omnis obedientia eſt ſufficiens ad excuſandum in dubiis, ut infra quæſt. 8. habetur, aut ſi ſit neceſsitas uitandi aliud certius aut grauius malum, imminens: tunc enim excuſaretur & ſæpe teneretur quis agere illum actum ſpeculatiuè uel etiam practicè ſed abſolutè tantum dubitatum eſſe mortalem, formando tamen ſibi conſcientiam quòd ſibi reſpectiuè eſt pro tunc licitus talis actus ex tali cauſa rationabiliter excuſante cum talibus uel talibus circunſtantiis, ut infra propoſiti. ſecunda, & etiam latè quæſt. 8. de his habetur.

Secunda propoſitio, Quando quis æque aut ualde dubitat de utraque parte, quòd ſcilicet Propo. 2. eſt ſibi illicitum agere & omittere tale quid: ita quòd quocumque ſe uertat eſt ei probabile dubium de peccato, modo ſit dubium abſolutum modo reſpectiuum: tunc quod certius & grauius eſt uel apparet malum imminens, cæteris paribus euitandum, & oppoſitum eligendum eſt.

Pro declaratione & probatione huius ualde prægnãtis propoſitionis nota, quòd inter duo mala culpe Nota.

de qui.

de quibus præcipuè hic agitur quadrupliciter homo conſtitui poteſt. Mam aut primò utrinque eſt uel apparet æquale malum cum æquali etiam certitudine de eius euentu: aut ſecundò æquale malum cum inæquali certitudine. aut tertiò inæquale malum cum æquali certitudine. aut quartò inæquali malum cum inæquali etiam certitu-
Regula 1. de de eius euentu. Si primum uidelicet dum utrinque eſt uel æquè probabiliter apparet æqua le malum cum æquali etiam certitudine de eius euentu: tunc locus eſt gratificatione, ita quòd quodcunque illorum eligatur non peccatur: quia cum inter duo mala culpæ æquè ineuitabilia non ſit perplexitas ſimpliciter, ita ut neceſſariò peccandum ſit quodcunque illorum eligendo: neque ullus ad impoſsibile abſolutè obligetur: neque in caſu præſenti ſit ratio obligans ad hoc uel illud magis uitandum, ut conſtat ex hypoteſi: iam ſequitur quòd ſuæ manet liberæ uoluntati: ex quo nec ad aliud tenetur nec aliud eligere poteſt. Hic tamen tutius conſilium eſt, ut ſi homo ſenſerit ſe ad alterum ſe magis affici, eligat oppoſitum ad quod minus inclinatur. quia affectio ferè facit plus apparere ea quæ ei conueniunt: & inde iudicium rationis impedit uel ad
Regula 2. ſe curuum trahit. In ſecundo autem caſu dum ſcilicet utrinque eſt, uel æquè probabiliter apparet æquale malum cum inæquali certitudine de eius euentu: tunc quod certius periculum imminet neceſſariò uitandum & oppoſitum eligendum eſt. tum quia recta ratio cum ipſa naturali inclinatione ſuadet, ut ſcilicet inter æqualia mala id quod certius inſtat magis fugiatur. putà ſi medicus eſt certus quòd infirmus morietur ſi non dat illi talem medicinam, & habet probabilitatem non tam certam quòd ſi dat illam medicinam nocebit illi ad mortem: tunc debet certius malum fugere dando illi medicinam, quo caſu ait Galenus interfice audacter. tum etiam quia ad id facit cap. iuuenis. deſponſa. ubi dicitur quòd in dubiis quod certius æſtimamus tenere debemus.

Regula 3. In tertio verò caſu quando uidelicet utrinque imminet inæquale malum cum æquali certitudine de eorum euentu: tunc grauioris mali ſiue detrimenti periculum neceſſariò uitandum, & oppoſitum eligendum eſt. quia recta ratio id clarè dictat. alioqui ſine cauſa rationabili homo exponeret ſe periculo maioris mali ſiue detrimenti ſpiritalis. id quod eſt contra rectam rationem & charitatem ut ſupra propoſitione prima præcedente probatum eſt. tum etiam quia ad idem expreſsè eſt Ariſtote. problema 13. & 15. parti. 29. & ſecundo Ethico. capit. 9. & habetur etiam diſtinctione 13. cap. duo mala, & cap. nerui. ubi dicitur quòd ex duobus malis minus & tolerabilius eſt eligendum, quando ſcilicet ſunt cætera paria, puta æqua eorum probabilitas, æqua certitudo de eorum euentu, æquaque alterutrius in euitabilitas, ut in caſu præſenti loquimur, aliàs ſecus ut proximè dicetur.

Regula 4. In quarto tandem caſu quando ſcilicet utrinque imminet inæquale malum cum inæquali etiam certitudine de eius euentu: tunc quod valde notabiliter excedit attendendum eſt; ita uidelicet quòd ſi malum aut periculum eſt uel aparet grauius aut maius notabiliter, licet minus certitudinaliter quàm oppoſitum ſeu aliud minus malum immineat: tale periculum grauioris mali neceſſariò præcauendum, & minus malum eligendum eſt ut in tertio caſu præcedenti habetur. exempli gratia. ſi alterum putà mendacium officioſum efficacius & probabilius immineat uel probetur eſſe peccatum ueniale, & eius oppoſitum putà homicidium minus probabiliter immineat uel probetur eſſe mortale: in quorum alterum neceſſariò incidendum eſt: tunc uidetur quòd ſit eligendum illud uerìſimilius periculum peccati minoris. ſcilicet peccati uenialis, ut uitetur minus verìſimile periculum peccati grauioris putà mortalis homicidii. facit Ariſto. ubi ſupra, quod probatur quia communis naturæ inſtinctus eſt rectus: & per conſequens ratio illum ſequens recta eſt in moralibus. Nunc autem uidemus quòd rationabiliter quiſque exponit ſe probabiliori periculo lædendi uel amittendi facultates, aut membra minus principalia non neceſſaria, prouidendo periculo uitæ aut aliorum membrorum principalium, aut magis neceſſariorum ad uitam non tam probabiliter imminente. & ſimiliter medicus rectè curans rationabiliter poſtponit certum periculum leuis læſionis corporalis, pro uitando periculo non tam certo iacturæ magnæ corporalis. ergo ſimiliter in moralibus in noſtro propoſito dicendum eſt. nam ubi eſt notabiliter maior grauitas peccati ſiue diſpendii ſpiritualis ſiue temporalis: tunc periculum eius ualet pro maiori pondere rationis & maioris mali magisque uitandi, quàm ſit periculum minoris mali probabilius aut certius imminentis. Quo fit ut ſi ſortes inuincibiliter dubitat an teneatur mentiri officioſè pro ſaluanda vita hominis: ſi non poteſt deponere dubium tenetur formata bona conſcientia mentiri: quia ibi eſt minus periculum peccati uenialis quàm in permiſsione homicidii de ſe mortalis: etiam ſi ſortes putet probabilius quòd non debet mentiri. & ſic mentiendo in tali caſu bene facit conformiter ad rectam rationem. & quamuis mendacium ſimpliciter ſit intrinſecè malum, ita quòd etiam pro uitando quocunque alio malo non poteſt bene fieri, dum quis id non dubitat nec ignorat: at uerò cùm inuincibiliter id dubitat uel ignorat, modo ſit ignorantia ſeu dubium Iuris modo facti; tunc nec eſt moraliter malum neque peccatum formaliter neque imputabile ratione dubii, aut ignorantiæ prædictæ. ut ſupra quæſt. 4. ut ſuperius lib. 2. in tracta. de igno-

rantia quæſt. 13. latius. & concordat Soto de ſecreto membro tertio q. 2. concluſione ſecũda.

Econuerſo autem fiet ſi malum uel periculum ſit paulò grauius altero, ſed multò minus certitudinaliter imminens: tunc enim quod certius imminet præcauendum, & oppoſitum quamuis aliquantulo grauius malum eligendũ eſt: quia quod parum eſt pro nihilo reputatur. & notabilis exceſſus certitudinis euentus paulò minoris mali, præponderat paruo exceſſui grauioris mali. ſecundum cap. Iuuenis. deſponſ. patet exemplo. quando alter coniux probabiliter æſtimat nõ eſſe ſuam quam habet: qui tenetur reddere debitum exigenti quamuis petere non poſsit, ſecundũ cap. inquiſitioni. de ſenten. excom. quia in tali dubio certius periculum eſt peccati iniuſticiæ mortalis, inde negando debitum coniugi habenti poſſeſsionem, quàm ſit periculum fornicationis ei debitum reddendo. quamuis fornicatio aliquantulo, ſed paulò grauius peccatum ſit quàm peccatum mortale iniuſticiæ. ut de hoc & aliis ſimilibus caſibus infra quæſt. 6. latius habetur. & propter prædictos exceſſus & circunſtantiás hinc inde attendenda, in præfata ſecunda propoſitione illa particula cæteris paribus poſita eſt. ad prædicta faciunt ea quæ ſuperius lib. 2. de ignorantia q. 3. propoſi. 3. dicta ſunt.

Propo. 3. Tertia propoſitio. nullo modo peccat hac ratione dubii qui agit id de quo leuiſsimè dubitat quod tale quid eſt mortale.

Hæc tertia propoſitio probatur. quia ad uirtuosè & à fortiori ad licitè agendum ſufficit certitudo moralis. hæc autem eſt certitudo valde probabilis, ſine magna formidine diſtrahente à prædicta probabili & maiori certitudine. ergo maior eſt uera & conceſſa communiter à doctoribus & philoſophis ex primo ethico. contra academicos aliquos dicentes quòd hæc non ſufficit quodque in hac uita nil poteſt certò ſciri, ut Gerſon. 3. par. ſum. tracta. de conſolatio. theolog. lib. 4. proſa. 2. & 3. contra eos latè probat. Minor aũt probatur. quia multæ ſunt opiniones de aliquo agendo ualde probabiles ſecundum quas licitè operamus ſic opinando quamuis ſint aliæ opiniones in oppoſitium. Nam omnis opinio quantumcunque probabilis habet ſecum aliquam formidinem paruam & leue dubium ut dictum eſt. & ita tenet Gerſon ubi ſupra, & communiter doctores, & Almayn in morali. tracta. 3. capit. 3. dicẽs quòd aſſenſus opinatiuus in quo eſt plus valde de aſſenſu quòd licitè ſit & paruum ualde de formidine ſeu dubio, ſufficit ad uirtutem. Item Adria. in ſecundo quodlibeto art. primo quamuis timidè uidetur concordare dicens. an uerò poſsit eſſe tã exilis & remiſſa dubitatio de aliquo an ſit mortale quòd deliberatè liceret contra agere: & an in hoc ſit differentia aliqua dubitationis à conſcientia: an hæc pari paſſu ambulent: inquirat ſtudioſus. Nam ad hoc ſeruit quòd uſus rationis poteſt eſſe tam debilis quòd conſenſus in mortale non ſit mortalis, ut contingit in imperfecta vigilia. Hæc Adria. Sed Nota quòd quamuis tale leuiſsimum dubium tertio modo ſumptum, ſtet cum magno aſſenſu opinatiuo ſufficiente ad uirtutem & non uiciet actum uirtuoſum: tamen nõ ſe compatitur cum aſſenſu fidei theologicæ aut etiam logicæ propriæ & ſtrictæ ſumptæ: propter actualem & formalem repugnantiam talis dubii ad firmitatem fidei prædictæ: bene tamen compatitur ſecum, aſſenſu fidei largè ſumptæ quæ ab aliis dicitur fides logica uel moralis ſeu fortis opinio, ut ſupra q. 2. ideo ubi quis tenetur ad actũ fidei theologicæ: peccaret ſi haberet tale dubium deliberatè. ſed an talis fides theologica. compatiatur ſecum aliud dubium aliquo modo ſumptũ: infra in reſponſ. ad primam confirmationem primi argumenti habetur latius.

Dictum eſt notanter quòd hac ratione dubii non peccat qui agit contra tale dubium. Nam alia ratione ſeu ex parte alterius circunſtantiæ putà periculi aut mali grauioris uitandi poteſt peccare agendo cõtra tale dubium & contra ſcrupulos quoſcunque etiam leuiſsimos.

Quarta propoſitio, Contra ſcrupulos leues ſeu propriè ſumptos ſemper eſt licitum agere & ſæpe vtile, & aliquando neceſſarium. & hic ſupponatur quid ſit ſcrupulus propriè ſumptus de quo ſupra quæſt. 2. latius. Probatur prima pars quòd ſcilicet ſemper eſt licitum agere cõtra tales ſcrupulos. Tum primò quia ex hoc nulli periculo homo exponitur: ex quo tales ſcrupuli ſunt leues motus non obligantes ad illos ſequendum neque timendum, neque ex hoc agitur contra conſcientiam: quia talis ſcrupulus non eſt conſcientia nec aſſenſus, neque contra aliquam legem obligantem: immo & ſæpe non eſt in poteſtate hominis vitare hos ſcrupulos, cum quo ſtat etiam quòd aliunde homo obligetur ad aliquid contra eos agẽdum. Tum ſecundò probatur idem, quia licitum agere contra ſcrupulos ſecundo modo ſeu largè ſumptos qui ſunt idem quod formido parua & leuis. ergo & contra ſcrupulos leues propriè ſumptos. Antecedens ex propoſitio. tertia ſupra poſita, & conſequentia patet à fortiori: quia minus repugnat aſſenſui uirtuoſo & magis compatitur cum illo iſte ſcrupulus leuis uel propriè quàm ille largè ſumptus. Propo. 4.

Contra ſcrupulum autem tertio modo, ſeu largiſsimè ſumptum qui eſt idem quod dubium aut formido magna non licet agere, ut ſupra propoſitione prima habetur. Secunda pars quòd ſcilicet ſæpe eſt utile agere contra tales ſcrupulos leues uel propriè ſumptos probatur. quia ſæpe talis ſcrupulus impedit bonum aliquod & eſt occaſio mali, ut patet facilè de eo qui ex hoc ſcrupulo non communicat, uel non tam forti animo aggreditur bonum quia & facit inconſtantem in bono, triſtem, turbatum, inquietum & huiuſmodi.

Notanter

Notanter dico quòd ſæpe & non ſemper eſt vtile agere contra talem ſcrupulum, quia aliquãdo eſt utile agere ſecundum eum quando ſcilicet utilitas inde prouenit, utpotè quia timoratius humilius, cautius, diligentiusque proſequimur bonū & cauemus malum propter talem ſcrupulū: dum modo inde aliàs non relinquatur bonum maius aut non ſit occaſio ad aliud malum grauius. hoc idem poteſt dici de ſcrupulo ſecundo modo aut largè accepto, qui eſt dubium leuiſsimum aut formido de qua ſupra tertia propoſitione dictū eſt. quòd eſt utile ſæpe licet rarius agere contra eam ſicut cõtra ſcrupulum propriè ſumptum, proptec eandem rationem. Contra ſcrupulum autem largiſsimè ſumptum, qui eſt idem quod dubium magnum, agere neque licitum neque utile eſt. Tertia pars quòd ſcilicet cõtra leuem ſcrupulum præfatum peopriè ſumptum aliquando eſt neceſſarium agere & contemnere & non curare de illo. patet: quia quando talis ſcrupulus impedit bonum obligatorium aliquo modo: uel occaſionaliter de propinquo inducit ad malum: tunc qua lege tenemur ad illud bonum agendum & malum uitandum, eadem tenemur ex conſequenti uitare occaſiones propinquas impedientes illud bonum, & inducemes ad illud malum. quia qui tenetuc ad finem tenetur ad media neceſſaria, & ad tollendum impedimenta propinqua illius finis. & ita regulariter homo ſe habere debet contra hunc ſcrupulum qui communiter facit hominem puſillanimem ad bonum, inſtabilem, inquietum, turbatum, & triſtem: & uelut tempeſtas Egipti cõſumit omne uiride quod reperit. Exod. 9. cap. ſicque ſuo exemplo alios inducit ad ſimile. & tandem ſecundum Ber. parit perturbationem: perturbatio deſperationem, deſperatio, interitum. Florent. primà part. ſum. titu. 3. cap. 20. §. 0. latè de his proſequitur. & latius Gerſon. 3. par. ſum. tracta. de conſol. theolog. lib. 4. proſa ſecunda alphabet. 56. c. d. & proſa prima ibidem alphabet. 70. b. c. & tracta. de diuerſis Diaboli tentationibus eo alpha. litera 3. & alibi ſæpius & pulchrè de his omnibus agit. itaque homo contemnat hos ſcrupulos aliquando neceſſariò: aliquando autē ſequatur & acceptet eos utiliter. quomodo autē id fieri debeat latius infra quæſt. 9. quæſt. 10. ibi uideatur.

primū. CONTRA primam propoſitionem Arguitur, quia dubitans ex cauſa leui & temeraria poteſt licitè agere contra talem ſuam dubitationem & temeritatem, etiam neceſſariò ex quacunque cauſa leui prouenientem. Sed ſic contra agendo agit id de quó dubitat ualde, ut ſupponitur quòd ſcilicet ſunt aliqui qui ualde dubitant ex leuibus cauſis ubi non deberent dubitare. ergo licitè agit quis id de quo dubitat ualde ſe peccare. conſequentia patet: & minor ſupponitur ut patet experientia. Maior autem probatur tripliciter. Primò quia unicuiq; licet ſuæ temeritati reſiſtere ne magis inualeſcens ipſum abſorbeat: ſicut & ſuo peccato & occaſioni peccati & ſuæ leuitati & uitio licet reſiſtere, ut Pſal. 136. Beatus qui allidit paruulos ſuos ad petram, ſecũdum Gloſ. ibidem. Secundò probatur eadē maior, quia ut dictum eſt ſupra propoſitione quarta & ſecunda. licitum eſt agere contra ſcrupulos propriè ſumptos, ideſt cõtra apparentias etiam fortes & inſolubiles contra articulos fidei & huiuſmodi. ergo à maiori ad minus affirmatiuè arguendo etiam licebit agere contra dubium non probabile exiſtens & proueniens ex caſu leui & temerario. Tertio probatur eadem maior, quia id habetur in cap. inquiſitioni. de ſenten. exco. ubi dicitur, quòd conſcientia leuis & temerariæ credulitatis ad ſui paſtoris conſilium exploſa poteſt quis reddere & etiam exigere debitum coniugale alteri coniugi, de quo ſic ex leui cauſa credebat quòd non eſſet uerus coniux. Hæc ibi. ſed illa conſcientia expellitur dum iam quis incipit dubitare quod ante credebat: Nam dubium propriè ſumptum de quo agimus non cõpatitur ſecum aſſenſum aliquem oppoſitum de eodem & per conſequens neque conſcientiam ut patet ex ſupradictis quæſt. 1. & 2. ergo ſtante dubio etiam propriè ſumpto licitum eſt agere id de quo homo dubitat ſe ſic agendo peccare.

Et confirmatur primò prædictum argum. principale, auctoritate Scoti in tertio diſtinctio. 23. dicentis quòd fides non excludit omnem dubitationem, ſed dubitationem uincentem & trahentem in oppoſitum credibilis, & idem diſtinctio. 24. dicit notitiam prophetarū infuſam fuiſſe certiorem fide: quia fides inquit admittit aliquā dubitationem, illa autem notitia non admittit. Item Bea. Thom. ſecunda ſecundæ q. 4. art. 8. ad primū dicit quòd fides admittit aliquam dubitationem ex parte ſubiecti. Item idem uidetur ſentire Ioan. Andre. & poſt ipſum Panormita. in cap. 1. de hæreti. ꝙ dubius in fide eſt in fidelis. quod dictum ipſi limitant & intelligunt de dubitatione quæ habet in ſe firmitatem, pertinaciam uel deliberationem. Ex quibus uidetur ꝙ ſi dubitatio ſtat cū fide actuali. ergo multò magis ſtabit cum iudicio opinatiuo ſufficiente ad bonum opus; & ex conſequenti cū ipſo opere bono de quo dubitatur quod ſit illicitum ipſi operanti: ita quòd per talem dubitationem etiam magnam ſi non ſit præualens & uincens & firma non erit illicitum tale opus. Nam prædicta dubitatio magis repugnat fidei quàm opinioni quę ſecum aliquam formidinem admittit. *Confirma. 1.*

Confirmatur ſecundò prædictum argum. principale auctoritate Gerſonis: qui in tracta. de pœnitentia inquiens quæ dubia peccati mortalis tenetur homo confiteri: diſtinguit triplicia dubia hoc modo. aut quis credit magis quod peccauerit mortaliter in tali facto: & ſic tenetur confiteri uel conſcientiam deponere: aut dubitat ex æquo & tunc etiam tenetur: aut credit magis quòd nõ peccauit cum dubio tamen de oppoſito & hoc *Confirma. 2.*

dicitur ſcrupulus : & propter hoc dubium non te-
netur niſi aliunde teneatur : quandoque tamen
expedit confiteri ſed ſæpius contemnere & con-
tra agere præſertim habito conſilio peritorum.
Hęc Gerſon. Item idem in tracta. de præpara-
tione ad miſſam conſideratione tertia dicit, quòd
certitudo moralis ſufficiens ad celebrandũ in ſta-
tu gratiæ compatitur ſecum uacillationem quan-
dam aut etiam hæſitationem & ſuſpicionẽ ꝙ ho-
mo ad hoc non ſit ſufficienter diſpoſitus aut ꝙ ſit
ligatus aliquo impedimento. et ſi arguatur, quòd
dubitans de aliquo an licitè faciat & ſic ſtante hoc
dubio id agit quòd peccat ex periculo cui ſe expo
nit. Reſp. ait Gerſon ibidem cum Altiſiodorenſi,
quòd hæc regula magis talis eſt intelligẽda de tali
dubio quod eſt uehemens & magis uel ſaltẽ æquè
inducit mentem ad credendum quòd eſt mortale
ſicut quòd eſt licitum : ſecus autẽ ubi mens plus
inclinatur & iudicat quòd eſt licitum quàm quòd
eſt illicitum, quamuis non habeat uſque quaque
certitudinem euidentem aut fixam quia nec hoc
requiritur. hæc ille. Item tertia part. Sum. tra-
cta de conſolatione theologorum, lib. 4. proſa ſe-
cunda alphabeto 70. litera. 3. & alibi ſæpe idem
clarius replicat.

Ex quibus omnibus dictis Gerſonis patet quòd
ipſe ſentit, quòd omnis dubitatio uel formido
cuius oppoſitum magis creditur uel æſtimatur à
dubitante; ita quòd talis dubitatio quæ ſtat in ali
quo magis æſtimante uel opinante quòd oppoſi-
tum ſit uerum uel licitum, non uiciat talem actũ,
ſicut nec ſcrupulus ſupra dictus in quarta pro-
poſitione.

reſpon ad 1. argumen. Reſpondeo ad argumen. principale ſecundum
Adria, ubi ſupra negando maiorem. quia ſicut pa
rum refert ex qua cauſa quis iraſcatur, ſed quali-
ter, quia ſecundum Ariſt. primò de anima. ex fa
cili cauſa ſæpe quis grauiſsimè iraſcitur uno tem-
pore qui alio tempore ex magis ardua non moue-
retur aut de iiceretur à manſuetudine. ita parum
refert ex qua cauſa leui uel magna quis moueatur
ad dubitandum temerè irrationabiliter uel ratio-
nabiliter: dummodo ualde dubitet. quia aliquan-
ex diſpoſitione complexionis ſeu aliàs quis ex le-
uiſsima cauſa ualde dubitat, formidat aut ſuſpi-
catur : & alius uel ipſemet alio tempore ex eadẽ
uel etiam fortiori cauſa, non dubitat neq; formi-
dat ullo modo. igitur ſi ex quacũq; cauſa dubitat
ualde uel formidat uehementer ut dictum eſt &
ſupponitur in prima propoſitione utique peccat
agendo : quamuis uerum ſit quòd ad ponendum
remedium talibus dubiis & ſcrupulis & conſcien-
tiæ depoſitioni & ſerenationi ualde refert conſi-
derare & ſcire cauſas morborum corporis & ani-
mæ & dubiorum & ſcrupulorum. quia cæteris
paribus facilius ſoluitur & deponitur temeraria
dubitatio per contrariam fidem quàm probabi-
lis & diſcreta, ut de his latius infra quæſt. 9. q. 10.
habetur. et ita negatur illa maior. & ad eius pro-
bationem, quòd ſcilicet cuique licet ſuæ temeri
tate reſiſtere, conceditur : ſed non quomodocun
que, non enim temerè neque agendo contra con
ſcientiam aut ſtante tali magno dubio : ſed pru-
denter & diſcretè, ſcilicet prius depoſita conſcien
tia erronea & tali dubio irrationabili aut teme-
rario, ut infra q. 8. & 9. latius de hoc habetur.

Ad ſecundam probationem eiuſdem maioris,
ſcilicet ſi licitum eſt agere cõtra ſcrupoloſos &c.
Reſpondeo negando conſequentiam, quia non
eſt ibi argumen. à maiori, ſed potius à minori af-
firmatiue quod non ualet. quod patet. quia ex
quo propter illas apparentias etiam fortiſsimas
& inſolubiles quis non mouetur ad dubitandum,
non minuitur eius aſſenſus quo credit ſibi licere
id quod agit. qui autem ualde dubitat ex leuibus
uel magnis apparentiis, utique non habet aſſen-
ſum fortem ſufficienter quod ſibi liceat id quod
agit : & ideo eſt idem ac ſi ſic argueretur, licitè
quis agit id de quo non dubitat etiam ſi habeat
fortes cauſas & apparentias ad dubitandum. ergo
etiam licitè agit id quod dubitat ualde : etiam ſi
non habeat fortes cauſas ad ſic dubitandum. &
patet quòd non ualeat talis conſequentia, quia
præcipuè conſiderat cauſas & earum fortitudinẽ
ad dubitandum uel non dubitandum: quàm ipſum
met dubium ſeu ſcrupulum in ſe, quod tamen po
tiſsimum conſiderandum eſt.

Ad tertiam probationem ex cap. inquiſitioni.
Reſpondeo quòd intelligitur ꝙ exploſſa illa con-
ſcientia ſeu depoſita, non quidem contradictoriè
aut negatiuè dumtaxat, ſic quòd iam non æſtimat
ſibi licitum neque illicitum reddere debitum pe-
tenti : neque etiam intelligitur quòd depoſita illa
conſcientia per actum diſparatum, cuiuſmodi eſt
motus magnæ dubitationis, nam ſic exponeret ſe
periculo æſtimato ſaltem uirtualiter quò ad ani-
mum agentis ut dictum eſt, ſed intelligitur quòd
depoſita illa conſcientia contrariè ſeu poſitiuè
per actum contrarium, ita quòd iam habeat con-
ſcientiam contrariam actualiter uel uirtualiter
dictantem quòd id licitè facit : tunc utique poteſt
reddere & exigere debitum: ſed & quò ad hoc ui-
de replicã quæ fieri poteſt infra q. 6. in ſecundò
& tertiò argumento. & quęſt. 8. in 3. corolario.

Ad primam confirmationem ex Scoto & Bea. *reſp. ad p[...] non conf[...]*
Thom. reſpondeo ibi tangitur difficultas quomo
do fides theologica compatitur ſecum aliquam
dubitationem ad quam reſpondeo tripliciter. Pri
mò ſecundum Adria. in ſecundò quod libeto &
Lychetum in tertiò diſtinct. 24. quòd non intelli-
gitur quòd fides compatitur ſecum prædictam
dubitationem de ueritate crediti: Nam quò ad
hoc nullam dubitationem compatitur aſſenſus fi-
dei ſiue magis ſiue minus appareat uerum, ut
patet ex diffinitione fidei quæ eſt aſſenſus firmus
ſine formidine aut hæſitatione de ueritate cre-
diti. Si enim eſſet dubium aliquod iam ei re-
pugnaret & cenſeretur ad ipſum dubitantem uin

cere,

cere, & ipſum trahere in oppoſitum credibilis; immo neque talis dubitatio ſi eſſet magna, qualis eſt eà quæ eſt uincens & trahens in oppoſitum crediti compatitur ſe cum aſſenſum opinatiuum: qui licet compatiatur formidinem etiam magnam nõ tamen vincentem & trahentem in oppoſitum ipſius aſſenſus. eſt ergo B. Tho. & Scotus intelligendus quòd fides compatitur ſecum dubitationem etiam magnam de modo verificationis crediti, id eſt quomodo aut pro quo verificetur id quod firmiter creditur. ut patet de multis firmiter creditis à nobis quæ tamen non ſatis intelligimus quomodo intelligantur & de quorum intellectu doctores cõtraria opinãtur, ut ſunt multi paſſus ſacræ ſcripturæ qui ſunt propriè de fide, ſicut & Ambro. ait id Luc. primo quomodo fiet iſtud &c. nõ fuiſſe uerbum marię dubitantis de dicto ſed inquirentis modum crediti. hanc igitur dubitationem de modo verificationis crediti compatitur fides noſtra: non autẽ reuelatio facta Prophetis & Apoſtolis hęc ille. Sed certè ut patet ex litera & intentione Scoti ubi ſupra etiam loquitur de dubitione crediti, quia ibi diſtin. 23. agit de neceſsitate fidei infuſæ ad firmitatem neceſſariam ad credendum reuelatis à Deo: & in diſtinctio. 24. agit de perfectione eſſentiali reuelationis factę Prophetis & Apoſtolis ſupra noſtrã fidẽ & firmitatẽ eius. ergo ad ipſa credibilia: & de illa infuſa aut theologa fide dicit quod nullã dubitationem de credibili compatitur. hæc autem logica uiique de ipſo credibili compatitur aliquam dubitationem non tamen uincentem &c.

2. Ideo rñdeo ſecundum Marſiliũ in tertio q. 14. art. 1. in fine quòd fides in actu nullam dubitationem neque formidinem compatitur: bene tamen in habitu antequam exeat in actum fidei idque nõ prouenit ex parte ipſius fidei uel cauſæ eius, ſed ex diſpoſitione ſubiecti, ut ait Tho. ubi ſupra, quia ſcilicet non plenè apprehendit noſter intellectus ea quæ ſunt fidei nec ita facile. ideo Auguſti. 14. de trinitate. cap. 1. dicit quòd per ſcientiam fides roboratur, id eſt defenditur ab impugnantibus eam; uel roboratur, non quidem in ſua ueritate: quia nihil uerius fide catholica: ſed in ſua certitudine ex parte ſubiecti ut dictum eſt, & quamuis ſcibile ſit dubitabile, non tamen ſcientia etiam habitualis compatitur dubium, neque etiam ipſe habitualiter ſciens reſpectu eiuſdem, bene tamen id compatitur is qui habitualiter tantum fidem habet ut dictum eſt. ſed neque iſta reſponſio ſatisfacit. quia Scot. & B. Tho. loquuntur etiam de fide actuali, quòd compatitur dubium de credibili non tamen vincens.

3. Tandem tertio modo reſpondeo quòd Scot. ubi ſupra diſtinctio. 23. expreſsè loquitur de fide etiam actuali acquiſita logica tantum uel humana de quocunque credibili, quæ uidelicet humanæ tantum innititur auctoritati uel rationi: & de hac dicit quòd compatitur ſecum dubitationem, id eſt aliqualem formidinem etiam de ipſo credito ſiue credibili, non tamen uincentem neque trahentem in oppoſitum crediti. quia videlicet hęc fides eſt idem quòd fortis opinio ut ſupra q. 2. habetur. per quam homo ſic firmiter credit, quòd tamen cum tali firmitate & certitudine quòd de facto non fallitur, ſtat ſimul quòd actualiter æſtimet & credat, immo & certò ſciat quòd falli poteſt, quodque tale teſtimonium humanum uel ratio cui innititur falli & fallere poteſt: & ita non eſt omnino certus ſe non decipi in ſuo aſſenſu uel fide: neque proinde perfectam habet firmitatem ex parte obiecti atque ſubiecti. & quò ad hoc talis fides aliquam compatitur dubitationem, id eſt formidinem de veritate crediti. & tale dubium dicitur non uincere neque trahere in oppoſitũ crediti ſiue logicæ uel humanæ fidei prædictæ de facto permanentis. ideo & dicit Scot. ibidem eſſe neceſſariam fidem infuſam ſiue theologã acquiſitã auctoritati uel ueritati Diuinę innixam de credibilibus Diuinis & ſuper naturalibus reuelatis à Deo quæ quidem fides, quia innititur teſtimonio & ueritati Diuinæ infallibili, facit perfectiorem firmiorem & certiorem aſſenſum fidei de ueritate crediti. quia ſic actualiter credens, per talem fidem infuſam ſiue theologam, non ſolum ſine ulla formidine credit firmiter reuelatis à Deo, ita quòd non æſtimat neque formidat neque dubitat ſe falli de facto, ſed quòd neque ullo modo poteſt falli neque aliter eſſe quàm credit ſtante lege hæc omnia expreſsè in ſententia dicit Scot. diſtin. 23. ad ſupradicta facit Vega lib. 9. de iuſtifica. c. 4. & cap. 27. ibi latius uideatur. In diſtinctione autem 24. ipſe Scot. facit comparationem inter fidem infuſam uel theologam aquiſitam, & reuelationem factam Prophetis & Apoſtolis: dicitque in hoc differre quòd fides illa theologa & infuſa admittit aliquam dubitationem largiſsimè ſumptã, quia videlicet, ut ipſe in ſuis reportatis eadẽ diſtin. q. 1. magis ſe declarat, admittit motus aliquos ſubrepticios, ſcrupulos & dubia non pertinacia de credibilibus & hæc dubia ſtant cum ipſa fide infuſa, atque theologa acquiſita: non autem ſtarent ſi eſſent pertinacia, ut habetur in cap. 1. de hæreti. tunc enim cenſerentur vincere & trahere in oppoſitum credibilis: & taliter dubitans non pertinaciter dicitur infirmus in fide ad Rom. 14. quia videlicet non eſt ſatis inſtructus de credendis, qui ſecundum Orige. ibidem tolerandus eſt, talis etiam dicitur modicæ fidei Mathæ. 14. licet Abulenſ. ibidem aliter & bene dicat. talis igitur infirmitas fidei ſtat cum ipſa fide infuſa ſiue theologa ſecundum Orige. & communiter doctores ubi ſupra. non autem ſtat cum reuelatione facta Prophetis & Apoſtolis, quæ nihil horum defectuum ſcrupulorum motuum & dubiorum prædictorũ admittit, neq; de ueritate dicti, neq; de modo uerificationis eius, ut planè dicit Scot. in reportatis ubi ſupra. Vbi etiam ait quòd cum

1. Deus

Deus poſsit facere ſine cauſa ſecunda effectiua illum effectum quem facit cum ea: ideo ſi aliqua cauſa putà obiectum pręſens poteſt facere certitudinem quæ includit aliquam euidentiam, Deus etiam poteſt facere illam certitudinem cum illa euidentia, ſine euidentia & præſentia illius cauſę quæ nata eſt illam producere euidentiam. unde tantam certitudinem de theologicis creauit in Apoſtolis quòd non poterãt dubitare & illorum cognitio reſpectu fidei in nobis poteſt dici ſcientia uel potius intellectus principiorum fidei: non enim poterant creditis non aſſentire ſicut nec ergo principiis demonſtrationum: adeò quòd illa cognitione ſtante non poterant dubitare. ideo certiores & firmiores fuerunt ad ſubſtinendum paſsiones quàm ſi de credibilibus ſciẽtiam demõſtratiuã habuiſſent: & iſte habitus fuit certior fide:& dicitur aliquo modo ſcientia, uidelicet medio modo inter ſcientiam propriè dictam & fidẽ ut dictum eſt. hæc ille. cum quo etiam conſonat Caieta. ſecundum Tho. ſecunda ſecundę q. 171. art. 5. ubi latius oſtendit quòd Prophetæ habent aliquam euidentiam de ſibi reuelatis quòd ſunt, quodque adeò ſunt ut ſibi reuelantur: licet non uideant præſentiam aut quidditates eorum. Ad Io. Andr. & Panormita. reſpondeo ſecundum Adria. ubi ſupra, quòd illi ſolum intendunt dicere, quòd ſubitus motus dubitationis non pertinacis circa articulos fidei, quos explicitè credere tenemur, ſicut & ſubitus motus infidelitatis, eſt peccatum tantum ueniale: & ita ſtat cum fide habituali, & hoc communiter conceditur à doctoribus in tertio diſtinctio. 23. & ibi Gabriel. q. 2. dubio. 2. nos autem loquimur de dubio deliberato. quomodo autem ſubitus ille motus infidelitatis aliquando nullum peccatum eſſe poſsit ſupra lib. 1. in Quæſtionario quæſt. 23. de primis motibus habetur.

Reſpon. ad ſecundam confirmationem.

Ad ſecundam confimationem ex Gerſon reſpondeo ſecundum Adria. ubi ſupra, quòd eius verba ſunt intelligenda & limitanda ad uerũ ſenſum ſupradictum, quamuis prima facie aliud ſonent. immo & uidetur mihi quòd ipſe Gerſon expreſsè loquitur ſolum in caſu tertiæ propoſitionis ſuprapoſitæ, quando videlicet eſt leue dubiũ ita quòd manet plurimum de aſſenſu opinatiuo & parum de formidine. tũc enim non obſtante tali dubio uel formidine licitum eſt agere ut ibi dictũ eſt. & quòd ſic intendat Gerſon, inde cõſtat quia docens modum tollendi ſcrupulos & dubia irrationabilia, dicit quòd quando pars oppoſita videtur probabilior & minus dubitabilis: tunc ſcrupuloſi forment ſibi conſcientiam quòd id licitè agẽt, quamuis ſit, aliqua probabilitas & ratio dubitandi de oppoſito: quodque talis certitudo ſufficit vt dictum eſt. in alphabet. 70. litera 3. etiam dicit, quòd homo contemnat leuia dubia ſuperuenientia, & cum iudicio probabili & fortiori quòd licitè id agit faciat quod probabilibus uidetur, & ad ſic agendum ſibi perſuadeat. ad idem etiã in tertia par. tract. de conſola. theolo. lib. 4. proſa ſecunda & expreſsius in tracta. de meditatione. con ſide. 16. alphabe. 68. P. & ita patet reſponſio ad omnia.

QVAESTIO SEXTA.

VTRVM ECCLESIAE SIVE PRAElato teneamur obedire, quando certum eſt eſſe licitum id quod præcipitur, dubium verò an prælatus ille uel Eccleſia id nobis præcipere poſsit.

RESPONDEO per unicam propoſitionem affirmatiuè, quòd utique tenemur tunc obedire; niſi inde nobis uel alteri periculum, aut notabile pręiudicium ſpirituale uel temporale in perſona rebus uel honore immineat. Prop. Exempli gratia. prælatus mihi præcipit ſtudere aut comedere carnes die quo ex deuotione volebam ieiunare cũ non ſit aliàs dies ieiunii obligatorius, quod conſtat eſſe licitum: tamen ego dubito vtrùm prælatus ille habeat ius ad id præcipiendum, & utrùm ego illi tenear in hoc obedire: qualecumque dubium illud ſit practicum aut ſpeculatiuum rationabile aut irrationabile: dicit propoſitio quòd teneor obedire, niſi inde periculum aut præiudiciũ immineat.

1. Pars. Probatur quadrupliciter illa prima pars, quòd ſcilicet teneor obedire. primò quia quicunque exponit ſe periculo mortali ſine cauſa rationabili uel urgente peccat mortaliter. 1. Ratio. Sed in caſu præfatę propoſitionis inobediens ſuperiori eſt huiuſmodi. ergo. & hæc ratio etiam patet ex ſupradictis, in quæſt. 5. in probatione primæ propoſitionis ibi uideatur.

Secundò probatur idem quia propter dubium ſubditi ſuperior non perdit ſuum ius quod aliàs habet ſuper ea re. 2. Ratio. Nunc aũt ſi ſubditus nõ dubitaret teneretũ obedire. ergo etiã ſi dubitet. præſertim quia cùm obedientia ſit perfectiſsima uirtus: non tenetur prælatus reddere rationem omnium ſuorum præceptorum: maximè ubi conſtat id quod præcipitur eſſe licitum ſubdito, & non cõſtat prælatum iniuſtè pręcipere. tum quia non expedit ſubditis omnia ſcire. tum quia reſpubli. & ordo hierarchicus ſaluſque communis deperiret, ſi ſtandũ eſſet ſenſui ſubditorum: ſi omnibus etiam de omnibus à prælatis ratio reddenda eſſet.

3. Ratio. Tertiò probatur idem, quia æger tenetur obedire medico corporali, tam in his quæ ſecũdum iudicium medici ſunt neceſſaria ad ſalutem conſequendam, quàm etiam in his quæ apud doctores ſub dubio cadunt an ſint neceſſaria: dummodo cõſtet ea infirmo nocere non poſſe. ergo ſimiliter obediendum eſt medico ſpirituali, id eſt ſuperiori

ri, non ſolum in his quæ ſcimus neceſſaria eſſe ad regimen ciuile uel ſpirituale, ſed etiam in dubiis ſupradictis. Conſequentia tenet ex hoc quòd non minus tenetur quiſque obſeruare debitum regimen ciuile uel ſpirituale ad ſalutem ſpiritualem: quàm æger ad ſanitatem corporalem. Antecedẽs autem inde liquet quòd iure naturali tenetur efficaciter procurare ut commodè poteſt ſuam uitã conſeruare: quod non ſtat ſine executione eorum quæ ſcit aut dubitat eſſe neceſſaria quantum commodè poteſt.

Quartò probatur idem, quia ſicut ſubuenire neceſsitati proximi, & ſeruare legem deuitando nominatim excommunicatum, non ſolum obligamur dum nobis certum eſt proximum neceſsitatẽ illam extremam pati, uel illum eſſe ſic excommunicatum: ſed etiã dum probabiliter de eo dubitamus, & ſine eius præiudicio putà in ſecreto ipſum poſſumus euitare. ergo ſimiliter in oĩbus aliis legibus ſiue præceptis debemus obedire, dum dubium eſt nobis an talis actus tunc cadat ſub peccato. Conſequentia patet ex identitate rationis, antecedens autem quò ad eleemoſynam probatur: quia ſi ad eam ſolũ teneremur qñ eſſemus certi de proximi extrema neceſsitate: tunc raro uel nunquam accidit talis certitudo. & quò ad aliud de excõmunicatione patet primò, quia dubitans ſe eſſe excõmunicatũ tenetur ſe non ingerere Diuinis ſecundum c. illud. dominus. de clerico. exco. miniſ. patet ſecundò, quia alii dubitans illum adhuc excommunicatũ eſſe de quo conſtabat fuiſſe nominatim excõmmunicatum, tenentur illum euitare donec per literas uel aliàs conſtet eſſe abſolutum, ut habetur in cap. ſicut nobis de ſententia excom. quod etiam antequàm conſtet illum aliquando fuiſſe excommunicatum in dubio uitãdum ſit conſtat ex hoc, quià ſi publica fama eſt aliquem uerberaſſe clericum, tunc nec Epiſcopus nec alius debet illi communicare donec ad arbitrium Epiſcopi ſe purgauerit uel ad cautelam fuerit abſolutus, ut habetur in capit. cùm deſideres. de ſenten. exco. ut ibi Panormitanus determinat. conſtat autem tunc famam non facere plenã probationem nec certitudinem. ergo in tali dubio tenemur obediendo legi illum excommunicatum euitare ut dictum eſt in antecedente. Quod intelligitur dum prædicta uitatio fieri poteſt ſine eius præiudicio in caſu præfati dubii, quo caſu procedit opinio Innocẽtii dicentis quòd prædicta fama exiſtente non tenemur illum uitare niſi fuerit mora purgandi aut in purgãdo defecerit. pro quo facit cap. noue. 8. q. 4. & cap. multi. 2. q. 1. quamuis antiqua iura allegata nihil hodie probent quò ad excommunicatum à iure uel ab homine generaliter propter ſtatutum concilii Conſtantien. tamen bene currunt de fama nunciante aliquem ſpecialiter & nominatim ab homine excõmunicatũ & denunciatum uel declaratũ, & etiam quò ad generaliter excommunicatos à iure propter notoriam iniectionem violentam in clericum. & ita patet ꝓbatio primę partis ꝓpoſitionis ad quã etiã faciunt probationes ſupra poſitæ. q. 5. propoſ. prima ubi dicitur quòd in dubiis id quod eſt certius atque probabilius tenendum eſt.

Secunda pars prædictæ propoſitionis, ſcilicet niſi inde nobis periculum immineat &c. quia tũc in tali dubio non eſt obediendum, quouſque de illo ſubditus ſufficienter edoctus ſit uel de abſentia talis periculi uel præiudicii. ratio huius eſt, quia nullus ſe poteſt alicui ſuperiori obligare neque ei obedire tenetur in præiudicium tertii neque cum periculo ſpirituali cuiuſcũque etiam ſui ipſius: neque regulariter ius Diuinum uel humanum, neq; ipſe homo per uotum obedientię intendit obligare uel obligari ad ualde difficilia, ultra communem aliorum ſui ſtatus obligationem: niſi ſpecialiter aliquo iure uel uoto aliqui ad ea obligentur. quod dico propter aliquos religioſos, quales ego credo eſſe nos Fratres minores, qui ex ui uoti regulæ ſuę etiam in multis difficilimis prælatis ſuis obedire tenentur: neque in hoc præiudicium allegare poſſunt contra prælatum utentem iure ſuo. regulariter autem ut diximus in ualde difficilibus nullus obedire tenetur etiam ſi in ſe aliàs licita ſint. putà ieiunare quotidie in pane & aqua, ſine ulla alia cauſa rationabili ad id, videlicet niſi in uim pęnitentiæ pro aliqua graui culpa & huiuſmodi. Et ut ait Soto de ſecreto. membro. 3. q. 2. concluſio. 1. cũ ſupradictis concordans, quamuis ſuperior ſit in poſſeſſione ſubditorum abſolutè: & ideo quando eſt dubium an præcipiat iniuſtum ſit obediendum ut in prima parte dictum eſt. non tamen reſpectiuè, quando videlicet eſt in præiudicium alicuius etiam ſui ipſius: quia ipſe etiam eſt in poſſeſsione ſua uidelicet famę uel aliorum bonorum ſuorum: ideo tunc in eam partem eſt inclinandum ubi minus periculi & præiudicii eſt, ut superius. q. 5. propo. 2. & hic inferius habetur. quo fit ut tunc non ſit illi obediẽdum cum maiori aut certiori periculo ſupradicto. Ad hoc faciunt ea, quæ paulò ſuperius dicta ſunt de non uitando excommunicato dubitato in eius præiudicium ſecũdum Innocẽ. Item ea quæ inferius in reſponſione ad primum argumentum habentur in multis caſibus qui tanguntur. Item quòd ducens uxorem putans eam eſſe liberam, & poſtea probabiliter dubitans eſſe ſeruilis conditionis, non tenetur illi reddere debitum exigenti, ſaltem quando ad id non cogitur ab Eccleſia. ſecundum Tho. in quarto diſtinctio. 36. & Ricard. & Adria. in ſecundo quodlibet. alioſque doctores: quia ſibi in hoc præiudicaret, ut habetur in cap. Dominus de ſecundis nup. de quo caſu quomodo habeant ueritatem & limitandus ſit inferius. quæſt. 8. in primo & ſecundo corolario latius habetur. Ex his ſequitur, ꝙ quando prælatus mihi præcipit reuelare ſecretum crimen proximi iam ſufficienter emendati, nec ex illo criminę imminet iam periculum alicui; ego

2. pars.

dubito

dubito probabiliter quod ille prælatus id præcipere non poteſt, putà quia dubito aut credo quòd non habet alios teſtes ad illum iudicialiter puniendum & huiuſmodi ut id iure præcipere poſsit: tunc quia inde periculum honoris illius imminet non teneor obedire reuelãdo etiam ſi ſub excommunione lata id præcipiat: niſi ipſe prælatus me ſufficienter certificet vel niſi conſtet vel conſtare mihi debeat prædicto dubio ut ſciam quomodo id præcipere poteſt, quia ſcilicet habet alios teſtes; aut quia me legitimè & non malignè nec contra ius in teſtem adductũ cogit teſtimonium ferre ueritati: aut quia niſi reueletur imminet damnum uel periculum maius alicui & huiuſmodi. excommunicatio autem inflicta etiam ſi ſit iniuſta ſi tamẽ nõ ſit nulla utique ligat, quamuis Soto oppoſitum teneat uti ſuperius in lib. primo. q. 43. latius de hoc habetur.

Argum. 1. CONTRA ſupradicta præcipuè contra primam partem propoſitionis arguitur primò, ſi quãdo certum eſt eſſe licitum id quod præcipitur tenemur obedire, quamuis ſit dubium an prælatus id poſsit præcipere, ut ait ipſa propoſitio. ergo nullum eſt probabile dubium ſed potius eſt certum quòd in talibus illi tenemur obedire. ſed hoc conſequens eſt falſum, ergo & antecedens quod eſt ipſa prima pars propoſitionis contra quam arguitur. & conſequentia probatur, quia ipſa propoſitio. dicit pro certo quòd quando eſt dubium verũ prælatus id poſsit præcipere, tunc cadit ſub obedientia uel quòd in tali dubio tenemur obedire. Falſitas autem conſequentis probatur dupliciter. primò quia bene ſequitur. dubium eſt an hoc cadat ſub poteſtate ſuperioris ad id præcipiendum. ergo etiam dubium eſt an id cadat ſub obedientia inferioris aut ſub obligatione ſubditi ad obediendum. quia hæc ſunt correlatiua, quæ eodem modo ſe habent, & altero poſito ponitur alterum & depoſito deponitur. alioqui ſequeretur hæc contradictio, quòd ſcilicet, quãdo dubium eſt an hoc cadat ſub obediẽtia certum eſt id cadere ſub obedientia. Secundò probatur falſitas prædicti conſequentis per exempla, Primò quia de uxore cognita violenter à ſuo ſponſo ſiue marito de præſenti ut non ingrediatur religionem tenet Palude in quarto diſtinctio. 27. q. 3. cũ multis aliis quòd non tenetur ſtare cum illo marito, neque illi reddere debitum exigenti: ſed quòd poteſt intrare religionem; ne plus habeat luxuria quam caſtitas & oppreſsio pluſquam innocẽtia. & idem tenet Bartho. Briuẽ. in additionibus, ut refert Ioan. Andr. in regula qui contra. Sed Altiſiodoren. tenet oppoſitum propter generale uerbũ Math. 16. Quod Deus coniũgit &c. & quod ibi dicitur uiro non licere dimittere uxorem niſi ob fornicationem, dicunt illi quòd intelligitur de matrimonio legitimè conſumato extra de conuerſio. coniuga. cap. ex publico. & Altiſiodoren. aſſerit hoc idem etiã de illa quę contrahens poſt votum ſimplex poſtea negligit ingredi religionem. & pro ipſo facit cap. fin. diſtinctio. 55. Item eſt ſecundum exemplũ de illa quæ ducta eſt ſub conditione caſtitatis ſeruandæ & cognita ſine nouo conſenſu, an teneatur reddere debitum eſt diſſentio inter Bea. Tho. & Palude & plures alios. Item tertium exẽplum eſt de corrupta cum qua cõtractum eſt ſub conditione ſi inueniatur virgo, quia eſt diſſenſio inter Hoſtienſem & alios. ergo illud conſequens eſt falſum: & ex conſequenti illa propoſitio ſaltẽ non eſt certa ſed dubia: Nam ſi eſſet certa non eſſet diuerſitas opinionum in caſibus ſupradictis & aliis eiuſmodi, an ſcilicet teneatur ſtare & reddere debitum cõiugi petenti poſtquã ei licitum eſt.

RESPONDEO. dupliciter. Primò ſecundũ Adria. in ſecundo quodlibe. negando primam cõſequentiam, & ad eius probationem dico quòd non eſt certum quemlibet in tali iudicio ſpeculatiuo uel ex parte cauſæ dubiæ, debere obedire ratione prędicti dubii, neque hoc dicit propoſitio: ſed quòd certum eſt quemlibet practicè dubitantẽ de authoritate ſuperioris in re licita ut ait propoſitio, teneri obedire ratione dubii præfati exiſtẽtis in ipſo dubitante: & contra hunc ſenſum non militat argumentum ſed contra primam, quem nõ prætendit illa propoſitio. Sed certè de utroque dubio videtur procedere propoſitio. ideo ſecundò & fortè melius reſpondeo concedendo conſequentiam & negãt: quòd cõſequens ſit falſum. & ad primam probationem eius falſitatis negatur conſequentia: nam correlatiua ſolum ſe habent eodem modo quò ad eſſe & non eſſe: non autẽ quò ad modum uel conditionẽ eſſendi. Stat enim prælatum culpabiliter præcipere, & ſubditum laudabiliter obedire, ita in propoſito ſtat dubiũ de poteſtate prælati præcipientis cum certitudine obligationis obediendi in ſubdito ut ait præfata propoſitio. unde nunquam dictum eſt, quòd quando eſt dubium quòd tale quid cadit ſub obedientia, tunc certum eſt quòd eſt obediendum: ſed quòd quando eſt dubium an prælatus id poſsit præcipere: tunc certum eſt quòd eſt obediẽdum aut quod cadit ſub obedientia, & in hoc nulla eſt contradictio ualde enim differt hoc ab illo. Reſpon. 1 Reſpon. 2

Ad ſecundam probationem ſumptam ex illis caſibus de uxore cognita uiolenter &c. reſpondeo, quòd nihil inde contra primam partem propoſitionis quæ limitatur per ſecundam eius partem, quando uidelicet ex tali obedientia nullum imminet periculum aut præiudicium, ut certè imminet in caſibus ſupradictis: ideo in eis illa prima pars nullum locum habet.

Argum. 2 Secundò ad idem, arguitur, quia nullus peccat non obediendo in eo in quo ſuperior peccat præcipiendo & exequendo: ſed in re ſeu cauſa dubia prælatus peccat præcipiendo & præceptum exequendo. ergo. cõſequentia patet & minor probatur: quia ſicut dubius de matrimonio peccat debitum exigendo ſecundum capit. inquiſitioni.

de

de ſenten. excom. ita peccat is qui dubitans aliquid eſſe ſuum aut ſibi debitum id petit ſcienter exigendo aut coactè præcipiendo: quia iniuſtè cogit & præcipit indebitum. & Ad hoc facit Auguſt. in cap. ſi virgo. 24. q. 2. ubi petitio debiti & poſſeſsionis uel obligationis æquiparantur, & ita patet minor, maior autem probatur. quia cooperatur peccato illius: ut patet exemplificando. quia ſi maritus eſt dubius de ſuo matrimonio cũ Bertha ex quacũq; cauſa: certè peccat debitum ab ea exigendo & ipſam cognoſcendo, ut habetur in d. cap. inquiſitioni, & in c. Dominus de ſecund. nup. & ideo tunc Bertha, ſi ei conſentiret debitũ reddendo illi petenti in tali probabili dubio quod ipſa ſcit maritũ habere: certè ipſa etiã peccaret cooperando peccato illius. ideo non tenetur ei reddere debitũ durante illo eius dubio: quia ille maritus peccat præcipiendo uel exigendo ſimul & exequendo: ſimiliter nec uxor tenetur reddere debitũ petenti viro, quem ipſam ſcit emiſiſſe votum ſimplex caſtitatis ut ait Tho. in 4. diſtin. 37. & ita patet maior argumenti.

Reſpondeo ſecundum Adriã. ubi ſupra diſtinguendo maiorem. Nam ſi ratio peccati ſuperioris præcipientis prouenit ex parte cauſæ quia uidelicet id quod præcipitur in ſe eſt illicitum: tunc eſt vera illa maior, modo ipſe peccet præcipiẽdo modo etiam exequendo, hoc enim parũ refert ad id quod ſubditus tenetur. ut ſi præciperet fornicationẽ, furtum & huiuſmodi & de hoc loquitur gloſ. Auguſt. & ad Roma. 13. Qui poteſtati reſiſtit &c. & allegatur. 11. q. 3. cap. non ſemper. & in c. ſi Dominus. negatur autẽ illa maior ſi ratio peccati prouenit ſolum ex conditione agentis uel præcipientis, putà q a malo animo malo modo aut contra cõſcientiam, contra uotum vel iuramentum ſuum pcipit aliqd uel exigit aliàs ſibi debitũ, ut ſolet fũdari in d. cap. manifeſtum. 33. q. 5. & 23. q. 1. quid culpatur. & tũc negatur quòd illi obediens foueat ipſum in peccato aut illi culpabiliter cooperetur siue conſentiat: ſed ſuũ debitũ ſoluit, ſicut qui vſuram iuratam ſiue promiſſam uſurario, aut debitũ ſoluit creditori, quem ſcit accipiendo peccare, aut talibus rebus ſuis poſtea abuſurum ſecũdum cap. debitores. de iureiuran. & B. Tho. in 4. diſtinctio. 32. Et ad probationem ꝙ ſcilicit Bertha. nõ tenet reddere debitũ marito exigẽti dubitanti de matrimonio. rñdeo id negãdo: quia ex quo ipſa redditio debiti in ſe licita eſt, & id conſtat ipſi Berthæ de hoc non dubitanti: iam marito etiam dubitanti & peccanti reddere tenetur. neq; tunc culpabiliter cooperatur peccato alterius: ſed facit quod tenetur. Similiter ad aliud de habente votum ſimplex caſtitatis dico, ꝙ poſt matrimonium cõſũmatũ, ſi coniux conſentit expreſſè in uotũ cõiugis alterius cùm aĩo renunciandi iuri ſuo petendi tunc ille uouens non tenetur reddere petenti qui in tali uoto ita conſenſit ut patet ex Auguſt. 33. q. 5. c. quod Deo. & in hoc omnes conſentiunt. cum B. Tho. & Adria. vbi ſupra. ſi uerò conſenſit quidem ſed non cum tali animo renuntiandi ſuo iuri petendi: tunc etiam ſi ipſe ſimul caſtitatẽ uouerit peccat quidem petendo in quo nõ eſt dubiũ. ſed utrùm in hoc caſu alter cõiux teneatur ei reddere debitum exigenti, eſt duplex opinio. Nam Adrianus cum multis aliis tenent quòd non: quia ſic conſentiendo iam uidetur iuri ſuo petendi renuntiaſſe, alioqui nihil operaretur mutuus uel ſuus ille conſenſus. & hæc opinio magis placet magiſtro Soto de iuſti. & iure. lib. 8. q. 3. art. 1. & in foro contentioſo uel exteriori eſt uera. Sed in foro conſcientiæ alia in oppoſitũ opinio fortè verior eſt. Quòd ſi uxor fecit uotum caſtitatis nõ quidem expreſsè conſentiente ſed ſciente & non prohibente marito: & poſtea id uotũ maritus ille prohibeat uel irritet poſt quam ſemel tacendo cõſenſit, peccat quidem ille uotum prohibendo, ſed nõ exigendo debitum: ideo ipſi exigenti uxor reddere tenetur, ut patet ex Auguſti. ſuper id nume. 30. quòd ſi vir audiens tale uotum &c. & habetur 33. q. 5. cap. manifeſtum. & cap. nouit. & in hoc conſonat Soto ubi ſupra.

Arg. 3. Tertiò Arguitur ad idem. quia ſicut nõ teneor rem à me poſſeſſam illi donare qui ex dubia cauſa eam repetit ut ſuam: quamuis ego licitè illi donare poſſem: ergo. ſimiliter ſubditus non tenetur ſuperiori obedientiam impẽdere in caſu propoſitionis. conſequentia tenet à ſimili: quia utrobiq; petitur id de quo dubitatur an ſit debitum ipſi petẽti, & certum eſt eſſe licitum præſtare quod petitur antecedens autem probatur ex gloſ. in cap. fin. de præſcriptio. ubi dicit quòd qui ex rationabili cauſa dubitat an res ſit ſua, adhuc manet poſſeſſor bonæ fidei, nec habet conſcientiam læſam, & quòd præſcribit: ſed debet inquirere ueritatem. arg. 37. diſtinctio. §. ultimo. & 23. q. ultima. cap. occidit, quod etiam contra doctores. Anto. dicit apertè probari in cap. ſi virgo. 34. q. 2. ubi dicitur bonæ fidei poſſeſſor dũ ſe poſsidere ignorat alienũ. Item idem antecedens probatur. quia in tali dubio licitè poteſt retinere rem poſſeſſam donec cõſtet de uero domino, etiam ſi ſciat eã eſſe alienam & neſcit cuius ſit. & hoc propter periculum præiudicandi ſibi uel uero domino, quod imminet ꝓbabiliter ex celeri reſtitutione ſeu donatione rei, putà quia poſt donationem non facilè repeti poterit & uerò domino tradi cùm poſteà de ueritate cõſtiterit. & ille etiam ſi ſit uerus dominus in id conſentire tenetur.

Reſpon. Reſpondeo dupliciter, Primò ſecundum Fratrem Bernabam de Roſalibus in tract. de uarietate opinionum. fol. 98. & 101. negando antecedens. Nam quandò quis probabiliter dubitat an ſit ſua res quam poſſidet non poteſt eam detinere ut ſuã aut nomine proprio poſtquam rem examinauit. quando uerò adhuc ſub litigio: tunc licet

cet

cet ipſe poſſeſſor totum reſiſtere non obligetur: tenetur tamen partem reſtituere ſecundum bonam compoſitiouem, ut videlicet is qui plus habet de iure plus habeat de re. quia & uxor dubitans probabiliter an ſit ſuus uir cum quo ſtetit in eius poſſeſsione, non poteſt iã petere debitum cõiugale nec illo uti, ſecundum. cap. inquiſitioni. de ſenten. excommuni. ita nec in propoſito niſi ut dictum eſt. & ad cap. ſi uirgo. 34. quæſt. 2. dicit quòd ibi loquitur Auguſti. de dubitante uel ignorante poſitiuè. ideſt de eo qui ita neſcit rem ſeu virum eſſe alienum quòd putat eſſe ſuum: non autem de dubitante aut ignorante priuatiuè, ideſt non de ea quæ ſic dubitat quòd non æſtimat probabiliter eſſe ſuum & ſic dicit tenere B. Tho. in 8. quodlibet. art. 13. & in tertio quodlibet. art. 10. Alio modo reſpondeo ſecundum Gloſ. & doctores ibi allegatos concedendo antecedens & negando conſequentiam, quia non eſt ſimile. Nam in caſu conſequentis de obedientia nullum imminet præiudicium ipſi ſubdito obedienti, ſicut imminet in caſu antecedentis: quòd ſi immineret nõ teneretur obedire ut in ſecunda parte propoſitionis dictum eſt. immo ſi ſubdito prohiberetur aliquod bonum ſpirituale ſuper erogationis: non ſit ei præiudicium quia per obedientiam ſpiritualiter compenſatur magiſque meretur, ſecundi regum. 5. Melior eſt obedientia quàm victimæ.

Qvaestio septima.

VTRVM PECCET MORTALITER is qui ad præceptum Eccleſiæ uel ſuperioris agit quod ſcit uel ualde dubitat eſſe mortale, ſi certus eſt quòd id non agendo aut non obediendo non peccabit.

Reſpon. RESPONDEO affirmatiuè quòd ſic. exempli gratia. ſi Sortes dubitat Bertham eſſe ſibi conſanguineam, quam pater ſuus aut dominus terræ aut etiam ſuperior præcepit illi ut eam ducat uxorem, tunc Sorte rationabiliter dubitat ſe peccare mortaliter eam ducendo; & certus eſt ut ſupponitur ſecundum veritatem ſe non teneri illis in hoc obedire, neque peccare obediendo. dicit ergo hæc propoſitio quòd ſi illam ducat ſtante tali dubio, utique peccat mortaliter: & idem in aliis ſimilibus caſibus in quibus ſuperior non habet ius diſpenſandi dicendum eſt, putà ſi in religione minorum prælatus ſubdito pręcipiat accipere pecuniam, in caſu quo rationabiliter ſubditus dubitat ſe peccare mortaliter ſic accipiendo, ſi in eo prælatus ille diſpenſare non poteſt, quòd ſi de utraque parte contradictionis dubitaret, ſcilicet ſe peccare obediendo & ſimiliter non obediendo: de hoc eſt. 8. quæſtio ſequens.

Iam illa propoſitio ſeu reſponſio ſic declarata probatur dupliciter. Primò quia ad nullius hominis præceptum licet alicui ſe exponere dubio aut periculo peccati mortalis, ſine cauſa rationabili urgente. ſed in caſu præſenti ſubditus exponit ſe tali periculo ſi obediat, ſine cauſa urgente cùm certus ſcit ſe non peccare non obediendo. ergo. conſequentia patet cum minore & maior ſimiliter ex ſupradictis in quæſtio. 5. in probatione primæ propoſitionis. Et notanter dictum eſt in illa maiori quòd ſine cauſa urgente non licet tali periculo ſe exponere. Nam ſi aliunde urget cauſa rationabilis putà æquale aut maius periculum mortale ſi non obediat, iam non eſſet mortale illi æquali aut minori periculo ſe exponere, ut ſupra. quæſt. 5. propoſitione. ſecunda. & infra. quæſt. 8. & quæſt. 9. latius de hoc.

Secundo probatur idem. quia ad Roma. 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, uti ſuperius. q. 5. propo. prima. habetur. Et intelligitur hæc propoſitio tã de dubio iuris quã facti & circũſtantiarum: poſſet tamen interuenire peccatum aliunde non obediendo, putà ſi tale dubium irrationabile non deponatur ad conſilium uel præceptum prælati, & eo depoſito ſi non obediatur illi. ſimiliter poſſet eſſe peccatum deponendo tale dubium irrationabiliter & obediendo in re illicita, putà fornicando credendo prælato id non eſſe peccatum & huiuſmodi. de quo latius infra. quæſt. 12. & quamuis aliqui faciant differentiã inter dubium iuris & facti & circunſtantiarum: tamen illa nihil ualet: nam prędictæ rationes de omni dubio procedunt, tam de practico quàm ſpeculatiuo ut dictum eſt. & cum ſupradictis expreſsè concordat Adria. in ſecundo quodlibeto. & doctores communiter.

Qvaestio octava.

VTRVM QVIS TENEATVR OBEdire ſuperiori præcipienti, quando dubitat de utraque parte contraditionis, uidelicet quando dubitat ſe peccare obediendo, & ſe etiã peccare nõ obediendo.

RESPONDEO in prædicto caſu ſubditus regulariter tenetur obedire formando conſcientiam quòd ſic obediendo non peccat idque eſt uerum cæteris paribus, uidelicet ſtante utrinque æqua probabilitate uel dubitatione, ſimul & æqua uel quaſi Reſpon.

quaſi æqua grauitate periculi vel peccati in cuius alterum neceſſariò incidendum eſt. hæc propoſitio eſt ſecuodum communiter doctores, quamuis ſit aliqua opinio Adriaio oppoſitum propter rationes quę infra in argumentis tanguntur.

Nota. Pro huius & diceodorum declaratione & probatione notandum eſt eſſe duplex dubium, ſcilicet practicum & ſpeculatiuum, vt ſupra quæſtione quinta poſt primam propoſitionem in illo dubio latius habetur. Item quòd à dubio ſpeculatiuo ad practicum oon ſemper valet conſequentia. Stat enim, me dubitare rem quam poſsideo eſſe meam, aut cauſam belli eſſe iuſtam: & tameo ex cauſa rationabili, vtpotè ex præcepto ſuperioris vt probatur in hac quæſtione me eſſe certum non peccare illud agendo. ſecus ſi non ſit cauſa ſufficiens ad non practicè dubitandum: tunc enim qui dubitat ſpeculatiuè teoetur etiam practicè dubitare, vti ſuperius quæſtione quinta latius probatum eſt.

1. ratio. Hoc ſuppoſito iam præfata propoſitio quadrupliciter probatur. Primò quia qui ſe exponit maiori periculo peccati mortalis peccat mortaliter, ſed qui in prędicto dubio de mortali non ſtat iudicio & præcepto ſuperioris exponit ſe maiori periculo quàm ſi non obediret, regulariter loquendo & cęteris paribus, ergo. Conſequentia patet cum maiore ex cap. iuuenis. de ſponſalibus, & ex duobus malis minus eſt eligendum diſtinctione 13. cap. nerui. cap. duo mala. vt latius ſupra quæſtione quinta, propoſitio ſecunda.

Minor autem in qua eſt difficultas & varietas opinionũ probatur dupliciter. Primò quia prius quàm illa pars dubia præciperetur, iam vt ſupponitur erat æquè dubia ſicut oppoſita, modo ſit dubium iuris modo facti. ergo poſtquam fuerit præcepta niſi quis obediat vtique pluribus periculis ſe expooit, putà periculo peccati ipſius partis dubiæ ſimul & periculo inobedieotiæ. Nam adueniens iudicium ſiue præceptum prælati, ſi bonus & ſapieos ſit nec agatur de periculo tertii & ſiot cętera paria, vtique facit illam partem eſſe certam aut magis probabilem; quia non eſt dubitandum quio pręlatus habeat ius & auctoritatem ioterpretandi ius & factum: vel ſaltem eius iudiciuoi & auctoritas probabiliorem facit illam partem: immo & hoc ſolum periculum inobedientiæ eſt certius quàm oppoſitum: quia cùm ante tale dubium ſit certum dębitum obedientiæ & ſuperioritatis illius prælati habentis iam poſſeſsiooem: inde certius & probabilius eſt, committi peccatum ioobedieotiæ & iniuſtitiæ contra debitam obedientiam certi prælati, quàm ſit peccatum dubitatum aut etiam opinatum de oppoſito, quia hoc ſolum habet probabilitatem peccati ex animo ipſius opinantis: peccatum, autem inobedientiæ habet illam etiam ex certitudine ſuperioritatis contra cuius præceptum agit. Secundò probatur eadem minor, quia ante latam ſententiam certamq́ue cognitionem cauſę dubię vel iuris vtriuſque partis, nemo eſt ſpoliandus iure ſuo vel poſſeſſione ſuę ſuperioritatis, quam ante litem vel dubium emergens habebat ad pręcipiendum, vt expreſsè habetur de reſtitutione ſpoliat. & de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. & 2. quæſtione 2. & 3. quæſtio. 1. vbi de hoc latius agitur à doctoribus ibidem: quia in tali expoliatione iuris & poſſeſſionis eſt periculum iniuſtitiæ certius, quàm in oppoſito, ſcilicet in proſecutione vel conſeruatione iuris vel poſſeſsionis in dubio emergente. Nam in re dubia potior eſt conditio poſsidentis. regula iuris 65. lib. 6.

Secundò principaliter probatur prædicta opinio vel propoſitio; quia in dubiis, ſubditi tenentur ſtare ſententiis & præceptis ſuperiorum: dummodo oon conſtet valde probabiliter eos errare ex ignorantia temeritate aut paſsione vel malitia: quod inde patet, quia propter dubium ſubditi prælatus non perdit ius ſuæ ſuperioritatis ad præcipiendum ſicut ante illud dubium habebat: alioqui poteſtas ſuperiorum penderet ab ignorantia vel capitoſo ſenſu, aut ex alia diſpoſitione etiam colpabili ſubditorum. Sed ſi ſubditus non dubitaret ſed ſentiret cum ipſo Prælato, certè teneretur ei obedire in illa materia. ergo & dubitans tenetur in eadem ſimiliter obedire. Idē patet Deuter. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris &c. Sequitur, Veniés ad Sacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quęresq́ue ab eis: qui indicabunt tibi iudicii veritatem: & facies quęcunque dixerint qui pręſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequerisq́ue ſenteotiam eorum: non declinabis ad dexteram vel ſiniſtram. Item Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi &c. Item in cap. maiores. de Baptiſ. & eius effectu. habetur quòd diffinitionibus Eccleſiæ in dubiis ſtandum eſt: ex quibus patet quòd ad cathedræ poteſtatem pertinet in dubiis decernere; & ex conſequeoti in talibus obedire dum de mala vel erronea declaratione vel præcepto noo conſtat vt dictum eſt. Idem etiam patet. quia alioqui ordo gubernationis Eccleſiaſticę conturbaretur: & pes ſuperbiæ & inobedientiæ ſubditis daretur, ſi cuique liceret ſecuodum ſuum ſenſum dubium & opinioοem non obedire: neque eſſet ſufficienter prouiſum ordini vitæ Chriſtianæ & Religioſæ, ſi in dubiis & incertis, non eſſet prouiſum de ſuperiore cuius iudicio & præcepto ſiue ſententiæ ſtandum eſſet. Ideo euaſio Adriani in 2. quodlibeto quæſtione prima ſine argumentis, vbi ait quòd oon pertioet ad poteſtatem cathedræ in dubiis præcipere vt ei obediatur ſtante illo dubio: ex quo tale præceptum & obe- 2. ratio.

dientia eſt contra legem Diuinam & naturalem, certè non valet. quia ſi in dubiis poteſt ſuperior declarare quare non etiam præcipere vt ſupra probatum eſt? neque id eſt contra ius Diuinum vel naturale ſi ſubditus vti tenetur formet ſibi bonam conſcientiam & ſic obediat: neque in hoc agit contra conſcientiam vt ex ſupra dictis conſtat.

3. ratio. Tertiò probatur propoſitio. quia plures grauioresq́; doctores hanc opinionem vel potius ſententiam tenent apertè, papalesque determinationes, & rationes efficaciores ſunt pro hac quā pro oppoſita opinione Adr. vbi ſupra. ergo huic ſententię tanquam probabiliori ſtandum eſt. conſequentia patet. quia vbi agitur de mortali ſtandum eſt, probabiliori opinioni vt de hoc ſupra latius egimus lib. 2. in alio noſtro tractatu de Ignorantia quæſt. 3. Et antecedens probatur, quòd ſcilicet plures doctores ſic ſentiant. quia id expreſſè dicit Bonauentura in 2. diſtinctione 39. art. 1. quæſt. 3. & B. Tho. & Palud. in 4. diſtinctione 19. quæſt. 4. & Gofredus, & Raymundus, & alii plures, vt etiam refert Syluester titulo Conſcientia. & titulo obedientia. quæſtio. 2. & Summa Angelica eiſdem titul. quòd ſcilicet quoties ſubditus facta ſufficiente inquiſitione certificari non poteſt tenetur obedire. & formata bona conſcientia obediendo excuſatur per ignorātiam inuincibilem, etiam ſi dubitet agat ne cōtra legem an non. & ad idem eſt Gerſon lectione quarta de Vita ſpirituali corollario 8. vt etiam de hoc latius infra quæſtione 13. quomodo ſunt dubia deponenda. Et quò ad pontificales determinationes præcipuè quò ad nos fratres minores habetur decretum auctoritate Apoſtolica & cuiuſdam capituli generalis, vt patet in Epiſtola ſancti Bernardini articulo 7. hoc modo. Item declaratur quòd in omnibus dubiis quæ non poſſunt indubitanter declarari ſubditi tenentur ſtare iudicio ſuperiorum & obedire uigeſimatertia quæſtione prima. quid culpatur. & ideo contrarium agentes ſunt obedientiæ tranſgreſſores, & digni vt à ſuperioribus cenſura Eccleſiaſtica aut alia decente pœna caſtigentur. Hæc ibi. Item Leo X. vt habetur in lib. priuilegiorum mendicantium dicto ſupplemento. fff. 59. conceſſit & commiſit de plenitudine ſuæ poteſtatis quòd in dubiis & ſcrupulis conſcientias ſubditorum tangentibus miniſter generalis vel prouincialis & cuſtodes cum conſilio aliquorum patrum, ſi res magnæ importantiæ fuerint, poſſint auctoritate ſuę ſanctitatis determinare in huiuſmodi: ac eorum determinationi ſubditi cum ſecura conſcientia debeant & poſſint ſtare. Item idem fffo. 93. conceſſit quòd fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi poſſint in omnibus dubiis ſuam conſcientiam tangentibus cum ſecura conſcientia ſtare determinationi cuiuſcunque ſui prælati. Hæc ibi. Et ſæpius tales determinationes in diuerſis materiis à ſummis Pontificibus factæ ſunt. & non eſt dicendum eos in hoc errare. ergo poſſunt ſic determinare atque præcipere: nec ſic præcipiendo aut obediendo fit contra ius Diuinum vel naturale, vt in ſecundo quodlibeto, vbi ſupra malè dicebat Adrianus.

Quartò principaliter eadem propoſitio probatur, quia non minus tenetur ſubditus reddere debitum obedientiæ ſuo ſuperiori, quàm coniux coniugi debitum coniugale petenti. vtrobique namque debitum iuſtitiæ eſt. Sed in dubio matrimonio, etiam permanente probabili credulitate de matrimonio inualido, tenetur coniux coniugi petenti reddere: quamuis exigere non poſſit. ergo ſimiliter ſubditus dubitans & etiam probabiliter credens eſſe mortale tenetur ſuo ſuperiori obedire formando ſibi bonam conſcientiam, vt ait propoſitio. conſequentia patet cum maiori, & minor patet in tribus caſibus contentis in tribus corollariis infra poſitis in fine probationum. & idem patet in caſu quarti corollarii quod inferius habetur. & ita patet probatio primæ partis prædictæ propoſitionis. 4. ratio.

Secunda pars præfatæ propoſitionis, videlicet idque regulariter eſt verum cæteris paribus. quia ſi id quod præcipitur conſtat probabiliter eſſe grauius malum notabiliter aut valde ſcandaloſum ſiue nociuum proximo aut reipublicæ, quod probabiliter imminet ex tali obedientia: inobedientia quoque probabiliter, immo etiam ſi probabilius videatur eſſe malum ſed non tam graue: tunc cauendum eſt illud grauius malum, & non eſt obediendum, vti ſuperius quæſtione 5. propoſitione ſecunda latius. & etiam quæſtione ſexta in ſecunda parte propoſitionis ibidem probatum eſt. Nam & eligenda eſt inobedientia quę aliquando probabilius videtur eſſe venialis, vt vitetur quod minus probabiliter apparet eſſe mortale peccatum ſi obediatur. Item ſi conſtat prælatum temerè ſine vlla ratione aut aliàs ex ignorantia iuris vel facti ex paſsione vel malitia vel ſine debita cauſę cognitione decernere pręcipere partem magis periculoſam vel in pręiudicium notabile tertii: tunc in dubio non eſt ſtandum tali eius præcepto ſiue iudicio. ſed quod probabilius aliàs ſecluſo illo præcepto videtur non eſſe malum aut non tam graue malum eligendum eſt. quia prælati ſolum habent ſupra dictam poteſtatem ad rationabiliter dirigendum ſubditos in viam pacis, & pro bono ſubditorum, quando ergo conſtat ſufficienter eos tyrannicè abuti tali poteſtate modo prędicto: vtiq; non eſt eis obediēdū, neq; illi pręcipere poſſunt. Sed ſummopere ſubditis cauēdum eſt ne ex ſua ipſorum leuitate, errore aut temeritate vel affectione, malè iudicēt prelatos abuti aut errare dū de hoc illis Probatur 2. pars.

non conſtiterit manifeſtè aut valde probabiliter. Nam abſolutè in quacũque cauſa dubia ſemper eſt pro parte ſuperioris præſumendum ſecundum omnes doctores. alioqui ſubditus periculo ſeſe exponeret volens iudicare prælatos errare, dum de errore illo vel abuſu non conſtiterit vt dictum eſt.

...l. 1. ...propoſuit ...in ſer. Ex ſupradictis ſequuntur quatuor corollaria contra Adrianum in 2. quodlibeto, & quoſdam alios doctores oppoſitum opinantes, quorum primum eſt, in caſu quo quis dubitat an ſit verũ matrimonium cum Bertha: de qua propter relationem multorum nunc dubitat vel etiam probabiliter credit, non tamen certò ſcit eam eſſe ſeruilis conditionis, quod ipſe ignorabat quando eam duxit vxorem putans eſſe liberam. Nam tunc licet ipſe non poſsit exigere debitum ſine ſuo graui præiudicio: poteſt tamen & tenetur reddere maximè ſi durante lite id Eccleſia præcipiat. dico maximè ſi Eccleſia præcipiat, quia ſi ſine eius præcepto vel ſententia iudicis ipſe coniux ſponte redderet illi debitum exigenti, aut cum illa commaneret, licet non peccet debitum reddendo petenti: tamen ſibi ipſi valde præiudicaret, quia Eccleſia ex illo facto præſumeret pro vero matrimonio, quodque de nouo ſciens vir in illam conſenſit tanquam in vxorem: & cogeret eum cum illa tanquam cum vxore commanere in perpetuum, etiam ſi poſtea conſtet illam eſſe ſeruam. Secus ſi vt dixi ad mandatum Eccleſiæ ei debitum redderet & durante lite cum ea commaneret: tunc enim non fornicatur formaliter & imputabiliter vir illi debitum reddens ex affectu maritali & virtute primi cõſenſus præcedentis quãuis inualidi, ſine alio nouo conſenſu maritali, neque in hoc ſibi ipſi præiudicat: nam poſtea cognita veritate quòd ſcilicet eſt aut fuit ſerua poteſt illud matrimonium diſſolui, ſine vllo peccato, aut potius declarari illud fuiſſe nullum, ſecundum gloſſ. in cap. ſi quis ingenuus. 29. quæſtione ſecunda. ſicut per omnia dicitur & fit in aliis dubiis caſibus matrimonialibus in quibus præceſsit copula coniugalis ex affectu maritali cum bona fide debitum reddentis & exigentis, vt in cap. Dominus. de ſecundis nuptiis. & in cap. inquiſitioni. de ſententia excommunicatione, vt vt proximè dicetur in ſequentibus corollariis.

Et hanc opinionem, quòd ſcilicet talis dubitãs de ſeruitute vxoris non peccat nec ſibi præiudicat illi debitum reddendo vt dictum eſt, tenet gloſ. in cap. propoſuit. de coniugio. ſeruo. & in cap. cuius rei cauſa. 29. quæſtione ſecunda, & ad id facit. capi. laudabile. vt nihil innouetur lite pendente. & cap. inquiſitioni. de ſententia excommunicationis. & cap. Dominus. de ſecundis nuptiis. & in hac ſententia ſunt etiam multi Canoniſtæ cum Hoſtienſe vbi ſupra & Theologi multi in 4. diſtinctione trigeſimaſexta cum Magiſtro, & Hugo de Sacramentis lib. ſecund. & eſt ſatis communis opinio. Verum eſt quòd alia in oppoſitum eſt opinio ſatis ſolemnis: quæ tenet ꝙ in dicto caſu dubitas de vxoris ſeruitute non poteſt etiam ad mandatum Eccleſię reddere illi debitum exigenti, quin vel ſibi præiudicet, eã vt veram vxorem affectu & conſenſu maritali cognoſcendo, vel fornicetur ſi illam non tali affectu & conſenſu maritali cognoſcat. dicitque hæc opinio quòd potius tenetur, pati excommunionem quàm alio modo illam cognoſcere aut debitum reddere quàm dictum eſt. & hanc opinionem ſequuntur multi Canoniſtæ & præcipuè Panormitanus in dicto capi. propoſuit. & Theologi præſertim B. Tho. Bonauentura, Ricardus in 4. diſtinctione 36. & ibi ſupplemẽtum Gabrielis quæſtione 1. dubio 1. & Altiſiodoren. & Adrianus in 2. quodlib. & clariſsimus doctor Medina magiſter meus de Reſtitutione quæſtione 20. & Soto de ſigillo ſecreti membro 3. quæſtione 2. concluſio 1. & frater Barnabas de Roſalibus in tractatu de varietate opinionum fol. 109. & multi alii.

Et adducunt pro ſe c. ſi quis ingenuus. 29. quæſtione 2. quod tamen non mihi videtur ſatis ad rem: quia ibi ſolum agitur in caſu quo vir iam certò ſcit eſſe ſeruam quam duxit putans eſſe liberam: Nos autem loquimur in caſu quo non certò ſcit ſed dubitat vel opinatur illam eſſe ſeruam & adhuc lis ſub iudice pendet, & in hoc caſu illa prior opinio videtur probabilior ſecundum quam propoſitio ſupra poſita eſt.

Secundò corollariè ſequitur ex dicta propoſitione vel opinione, quòd quando alter coniux dubitans de vita prioris coniugis alteri nupſit, ſtante tali dubio & etiam credulitate tenetur reddere debitum alteri exigenti, quamuis petere non poſsit. vt expreſsè decernitur in c. Dominus. de ſecundis nuptiis. vbi ſic habetur. qui de morte prioris coniugis adhuc ſibi æſtimat dubitandum, ei qui ſibi nupſit debitum non neget poſtulanti: quod à ſe tamen nouerit nullatenus exigendum. & concordant communiter doctores in 4. diſtinctione 38. & Palud. diſtinctione 35. dicentes quòd hoc procedit etiam in foro conſcientiæ vt in dicto cap. Dominus. clarè ſignificatur, in quo foro ibidem Papa decernit. Quamuis Adrianus in 2. quodlibeto teneat oppoſitum dicens quòd dictum cap. loquitur ſolum in foro iudiciali vbi ſtatut præſumptionibus: vel ſi loquitur in foro conſcientiæ intelligitur quòd poteſt reddere debitum poſtulanti, videlicet depoſito prius dubio præfato, credens quòd alter non peteret niſi ſciret aut crederet ſe eſſe legitimum virum, & huiuſmodi. Sed certè hæc eius gloſſa & euaſio parum valet, quia depoſito illo dubio vtique in conſcientia poſſet etiam petere: & tamen Papa dicit ꝙ non poteſt petere. ergo ſtante dubio, etiam in foro conſcientiæ vt ſupra diximus, ipſe loquitur & intelligitur. 2. Coroll. ca. dominus de ſecũ. nup.

Tertiò corollariè ſequitur ꝙ quando quis dubitat 3. Coroll.

Q 2

c.inquiſitio-ni.de ſenten. excom.

bitat aut etiam probabiliter credit eſſe inualidum matrimonium propter defectum conſenſus alterius, vel propter defectum legitimitatis vel aliunde tenetur reddere quamuis exigere debitum non poſsit, vt habetur in cap. inquiſitioni. de ſenten. excommunication. vbi ſic habetur. ſi alter coniugum pro certo ſciat impedimentũ coniugii propter quod ſine peccato mortali non valet carnale commercium exercere quamuis illud apud Eccleſiam non poſsit: debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quá per carnale commercium peccatum operari mortale. Si verò non ſciat pro certo, ſed credit ex leui & temeraria credulitate: tunc ad ſui Paſtoris conſilium, conſcientia tali leuis & temerariæ credulitatis exploſa, licitè poteſt non ſolum reddere ſed etiam exigere debitum coniugale. Si autem id credit ex credulitate probabili & diſcreta quamuis non euidenti & manifeſta: tunc quidem debitum reddere poteſt ſed poſtulare non debet t'ne in alterutro vel contra legem coniugii vel contra iudicium conſcientiæ committat offenſam. Hæc ibi. Ex cuius decretalis vltima parte conſtat quòd quádo probabiliter credit matrimonium inualidum eſſe ſi poteſt vtique debet reddere ne cõtra legem coniugii peccet. ergo à fortiori quando dubitat etiam ſine Papæ aut Eccleſiæ mandato, vt bene dicit Palud, & Theologi communiter & Canoniſtæ ibidem, & Nauarro in capi. ſi quis. numero 101. & 102. de pœnitentia diſtinctione ſeptima. Idque eſt verum etiam in foro conſcientiæ vt expreſsè loquitur textus & Papa decernere intendit: dum dicit, illicitè poteſt, & potius quàm peccatum operiri mortale, & ne in alterutro vel contra legem coniugii vel contra iudicium conſcientiæ committat offenſam. Item quia cùm Papa conſultationi reſpondet tunc vel nouum ius commune ſtatuit, vt habetur ex capi. es multa. de voto & voti reddendo, vel antiquum declarat, quid videlicet fieri debeat ſecundum ius Diuinum vel humanum, vt ſignificat gloſſa in capi. conſultationi. de temporibus ordinationis.

Hoc corollarium eſt contra Adrianum in ſecundo quodlibeto tenentem oppoſitum, & dicentem quòd dictum capi. inquiſitioni. aut loquitur ſolum in foro iudiciali: aut ſi etiam in foro conſcientiæ quòd intelligitur quòd prima vice non poteſt ſic dubitans exigere debitum, tenetur tamen reddere tunc. quia ex ipſo facto quo alter petit iam tenetur deponere dubium vel cõſcientiam læſam & ea depoſita reddere etiam prima vice tenetur. poſtea verò etiam petere poteſt quia iam illa conſcientia depoſita eſt, ſed certè ea gloſſa & euaſio eſt cõtra textum & mentem eius & ita nihil valet. tum primò quia ſi id Papa voluiſſet, vtique alicubi expreſsiſſet quòd ſolum prima vice non poterat petere ſed aliis ſequentibus depoſita iam conſcientia. tum ſecundò quia depoſito dubio vel conſcientia poterat etiam prima vice debitum petere vt conſtat. Papa autem ibi expreſsè & abſolutè dicit quòd petere non poteſt. igitur intendit vt clarè loquitur, quòd ſtante adhuc prædicta credulitate de inualiditate matrimonii non poteſt petere quacunque vice, ſed reddere tenetur in foro conſcientiæ. & ita communiter à doctoribus textus ille vt certè ſonat intelligitur.

SED pro maiori adhuc intelligentia horum duorum corollariorũ proximè præcedentium nota, quòd quando alter coniux dubitat rationabiliter de validitate matrimonii in quo eſt, ex quacunque cauſa tale dubium proueniat, eſt triplex opinio. Prima communis & vera eſt quá iam poſuimus quòd ſcilicet tunc dubitans tenetur alteri reddere, non autem poteſt licitè petere debitum coniugale ſecundum cap. Dominus de ſecũ. nup. & c. inquiſitioni. de ſent. excom. *1.opin.*

Secunda opinio Adriani vbi ſupra eſt, quòd neq; reddere neque petere poteſt debitum coniugale niſi dubium illud prius deponatur: ſed ibi hæc opinio cum ſuo fundamento refutata eſt. *2.opin.*

Tertia opinio eſt cuiuſdam doctoris Auguſtinen. appellati de Vera cruce in ſuo ſpeculo. coniugiorum. par. 3. art. 18. & Soto de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 5. artic. 4. & in 4. ſententiarum diſtinctio. 27. quæſt. 1. art. 3. & dicunt etiam eam doctiſsimum magiſtrum Victoria & quoſdam alios tenuiſſe, quòd in caſibus prædictis vbi quis probabiliter & rationabiliter dubitat, an ſit ſua vera coniux quam habet, vel vtrum ſit validum matrimonium in quo eſt: ſi per Eccleſiam cogitur manere & maritaliter viuere in eo: & illi non conſtat nec conſtare poteſt certitudinaliter de veritate, vt ſæpe contingit dum coram iudice Eccleſiaſtico poſt dubium agitatur cauſa matrimonialis, & deficientibus probationibus non poteſt dari ſententia diuortii neque pro vero matrimonio, & ita iudex præcipit vt ſimul maneant & nõ ſeparentur. in tali caſu ait hæc opinio quòd dubitans de eo matrimonio nõ ſolum tenetur reddere debitum, ſed etiam poteſt formare conſciẽtiam quòd licitè poteſt exigere debitum ab altero coniuge de quo ſpeculatiuè tantum dubitat an ſit ſuus: ex quo non dubitat practicè ſibi licitum eſſe exigere debitum ab eo ſicut & reddere illi exigenti: ſed potius æſtimat vtrumque in tali dubio ſpeculatio ſibi ad præceptum Eccleſiæ licitum eſſe. Immo & ſecundò ait hæc opinio quòd ſi alter coniux cum bona fide matrimonium contraxit putans priorem coniugem eſſe mortuum aut ſe legitimè contrahere, & poſtea dubitans de hoc, facta debita diligentia non poteſt veritatem inuenire: & ita manet adhuc in ſuo dubio probabili ſpeculatiuo tantum quòd non eſt legitimè coniugatus: tunc etiam ſine mandato Eccleſiæ poteſt non ſolum reddere, ſed etiam exigere debitum ſine vllo peccato formando *3.opin.*

mando

mando ſibi conſcientiam bonam quòd ſic licitè agere poteſt. Quæ opinio probatur dupliciter. Primò, quia matrimonium eſt quidam contractus humanus etiam ſi ſit ſacramentum Eccleſiæ, ergo ſequitur conditionem aliorum contractuum vt talis eſt. ſed in aliis contractibus initis bona fide is qui poſtea dubitat de re quam poſsidet facta diligentia iuſtè poſsidet: nec tenetur à poſſeſsione deſiſtere nec à dominio quod iuſtè acquiſiuit vt conſtat. Nam ſi quis habet vſumfructum hęreditatis non debet poſtea in dubio illo vſufructu priuari quouſque id conſtet. ergo eadem ratione quando duo cum bona fide contraxerunt,& alter in alterum tranſtulit poteſtatem corporis ſui, adueniente dubio & facta diligentia & non inuenta veritate, vtique poteſt vterque retinere & vti re poſſeſſa, id eſt altero cōmune, ſicut antequam id dubium adueniret. & ita poteſt vterque ab alio ſine vllo dubio practico cum bona fide & formata bona conſcientia, exigere ſicut & reddere debitum ſicut prius facere poterat. Nam eodem modo ſe poteſt tunc ſicut ante vterque habere in ſua iuſta poſſeſsione. Secundo probatur idem. quia duriſsimum videtur quòd iſte qui eſt in ſua iuſta poſſeſsione alterius coniugis non poſsit eo vti ſicut ante etiam petendo debitum ab eo, propter adueniens dubium quod habet ſine culpa ſua quod & deponere non poteſt: maximè ſi vterque coniux eſſet valde probabiliter dubius & neuter petere poſſet. Nam inde ſequeretur quòd vterque cum ſit dubitans non poſsit ad alias nuptias tranſire nec debitum petere: iam ſine ſua culpa cogeretur cœlibem vitam agere. id quod vt diximus duriſsimum eſt neque cenſendum eſt Eccleſiam tam durè decreuiſſe. Ideo quod in dicto cap. Dominus. & in cap. inquiſitioni, dicit Eccleſia, quòd prædicto dubio manente reddat quidem ſed non petat debitum, debet intelligi quando non eſt facta diligentia ſufficiens: aut quando mala fide contractum eſt vt in dicto capi. Dominus, agitur expreſsè, quòd qui mala fide contraxit quamuis manens in dicto dubio & facta diligentia teneatur reddere debitum, non tamen id exigere poteſt. in quo & communiter doctores contra Adrianum concordant vt ſuperius dictum eſt. iſte enim non poteſt iuuari iuxta poſſeſsione ad exigendum, ſicut poteſt is qui bona fide contraxit, quia mala fide cœpit poſsidere: neque poteſt iuuari Eccleſiæ præcepto: neque ex hoc quòd non habet dubium practicum ſed ſolum ſpeculatiuum: quia ex quo cœpit mala fide poſsidere & operari iam etiam practicè dubitare cœpit atque tenetur: non ſic is qui bona fide contraxit, vt dictum eſt. hæc illa tertia opinio.

Sed certè hæc opinio non videtur vera ſicut neque communis eſt, quod probatur ſimul & arguitur contra eam. Nam ſecundum omnes etiā ſecundum ipſos ſic opinantes, ratione illius dubii ſpeculatiui probabilis de validitate matrimonii, coniux ille ſic dubitans, ante mandatum Eccleſiæ & ante diligentem inquiſitionem veritatis; non poteſt petere debitum neque bonam tunc formare conſcientiam ad petendum, neque deponere dubium practicum: ſed potius tenetur etiam tunc ſimul practicè dubitare ſi ei liceat debitum petere. ergo neque poſt mandatum Eccleſiæ & poſt factam diligentiam ſi adhuc ſpeculatiuè dubitat vt prius: patet conſequentia. quia manet eadem ratio, videlicet idem dubium ſpeculatiuum, ratione cuius petere non poteſt ante & poſt mandatum Eccleſiæ & diligentiam. Antecedens autem vbi eſt difficultas probatur; quia dum quis dubitat ſpeculatiue debet etiam practicè dubitare ſibi licitum eſſe: niſi iuſta cauſa aliud ſuadeat quò ad aliquem effectū vt ſupra quæſtione quinta propoſitione prima du bio primo latius probatum eſt. Nunc autem in propoſito, ſolum eſt iuſta cauſa vt dubitans ſpeculatiuè de matrimonio, non dubitet practicè quò ad effectum reddendi debitum exigenti, vt caueatur periculum certius iniuſtitiæ ſi debitum negaretur coniugi habenti poſſeſsionem: non autem quò ad effectum debitum petendi, ex quo in non petendo nullum iniuſtitiæ aut alterius peccati periculum grauius aut certius imminet, ergo ratione illius dubii ſpeculatiuè &c. vt habetur in antecedenti prædicto. Quòd autem mandatum Eccleſiæ non ſit iuſta cauſa tollendi, neque de facto tollat dubium practicum quò ad effectum exigendi debitum ſtante prædicto dubio ſpeculatiuo de inualiditate matrimonii, probatur ex cap. inquiſitioni. vbi tria expreſsè dicuntur,& in vltimo caſu qui eſt ad propoſitum dicitur quòd quando quis dubitat rationabiliter de inualiditate matrimonii ita quòd dubium hoc deponere non debet aut non poteſt ex quo rationabiliter dubitat: tunc manens in tali dubio debitum quidem reddat non autem petat. vbi Papa manifeſtè diffinit quòd manēte illo dubio ſpeculatiuo, licet ita dubitans non debeat practicè dubitare ſibi licitam eſſe copulam quò ad effectum reddendi, bene tamen quò ad effectum petendi debitum: immo quòd debeat tunc æſtimare licitum ſibi eſſe reddere non tamen petere debitum, tam antea quàm poſt mandatum Eccleſiæ & ſupradictam diligentiam, vt ſupra etiam quæſtione quinta propoſiti. prima in illo dubio ibi poſito latius habetur, quod eſt manifeſtè contra præfatam tertiam opinionem. Quod autem illa opinio reſpondet ad hoc dicens illa cap. Dominus. & cap. inquiſitioni, intelligēda eſſe quando fuit mala fide matrimonium contractum aut quando non eſt facta debita diligentia: non valet. tum quia illi textus & præcipuè cap. inquiſitioni. generaliter loquendo nullam talem limitationem vel diſtinctionem aut exceptionem faciunt,

ciunt, quam Papa facile facerè potuiſſet ſi ſic intellexiſſet. Nunc antem vbi ius non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus, niſi aliunde ad id vrgeamur, vt ait gl. in c. ſolitè de maiori. & obedien. tum etiam quia vt probatum eſt Papa intendit ibi manifeſtè, quòd qui rationabiliter dubitat ſpeculatiuè de validitate matrimonii, debet etiam practicè dubitare licitam ſibi eſſe copulam; quò ad effectum petendi non autem quò ad effectum reddendi debitum, propter rationem aut iuſtam cauſam quam quò ad vtrunqne aſsignat ibidem.

Ad primam autem rationem præfatæ tertiæ propoſirionis, reſpondeo negando duas vltimas conſequentias vbi dicitur, quòd adueniente dubio, poſſeſſor qui cum bona fide contraxit poteſt retinere ſicut ante dubium ad omnes effectus & vſus, & per conſequens quòd poteſt exigere debitum. hoc in quam negatur. Nam licet poſsit retinere rem & poſsidere non tamen ad omnes effectus & vſus, vt poterat ante dubium illud vt conſtat, quia non poteſt illam rem alienare neq; conſumere vt ante, ſed debet illam conſeruare pro vero domino quando de eo conſtiterit, vt eſt arg. l. alienationis. ff. de verb. ſign. quòd qui non poteſt alienare nequit præſcibere. ſed ſtante dubio nequit præſcribere ſecundum communiter doctores. ergo nec alienare quia etiam exponeret ſe periculo alienandi vel conſumendi rem alienam. Ita in propoſito licet maneat in poſſeſsione alterius coniugis, non tamen ad vſum, & effectum exigendi debitum ab eo. quia hoc eſt idem ac ſi ſe alienaret, vel re aut coniuge non ſua ſecundum conſcientiam abuteretur, inuito Domino Deo id prohibente.

Ad ſecundum reſpondeo quòd non eſt dubiũ nec inconueniens quòd ſine culpa ſua ex cauſa, putà ex infirmitate graui vel periculoſa corporali vel ſpirituali: qualis eſt prædicta dubitatio, cogatur quis non vti re ſua ad aliquem effectũ, putà ad debitum exigendum vel ad ſecundas nuptias tranſire, vel etiam ſemel contrahere: ſicut prohibetur non exigere debitum infirmus vel à coniuge valde infirma vel in loco ſacro, id ſuæ imputet infirmitati: curet igitur ſanari & rationabiliter depoſito dubio tunc poterit debitum exigere vt dictum eſt.

4. Coroll. Quartò corollariè ſequitur, quòd quando quis dubitat de iuſtitia cauſæ belli, ſubditus bellare tenetur quando à ſuperiore præcipitur, vt hoc decernit Auguſt. lib. 5. rontra manicheos & habetur. 23. q. 1. quid culpatur. Iuſtus ſi fortè etiam ſub rege ſacrilego militet: rectè poteſt illo iubente bellare, ſi vice pacis ordinem ſeruás quod ſibi iubetur vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt vel vtrum ſit certum non eſt. Hæc ibi. Secus de iis, qui ad ſonitum timpani nullo iubente neq; cogente ſe libere ſcribunt ad bellum de cuius iuſtitia probabiliter dubitatur. Ná

c. quid culpatur. 23. q. 1.

tales non excuſantur vt alii de quibus ſecundum Auguſt. dictum eſt.

Oppoſitum ad dictũ corolarium tenet Adrianus, & ad c. quid culpatur, dicit quòd intelligitur quando ſubditus dubitat non quidem de iniuſtitia belli ex parte cauſæ: ſed de modo iuſtitiæ aut iniuſtitiæ cauſæ eius: ita quòd ſubditus certus eſt cauſam belli eſſe iuſtá ſed neſcit quomodo, quia Rex & eius conſiliarii ſciunt quomodo iuſta eſt. Sed certè gloſſa & euaſio hæc eſt aliena à mente & verbis textus ipſius, & extranea & contra communem doctorum intellectum dictẽtium ibidem, quòd loquitur quando ſubditus de iuſtitia cauſæ belli dubius eſt. ideo opinio & gloſſa Adriani nihil valet. Sed quid ſi tale bellum ad quod ego cogor præcepto ſuperioris, ſit etiá iuridicè iudicatum eſſe iuſtum: & tamen ego illud certo ſcio eſſe iniuſtum: cuius iniuſtitia iuridicè probari non poteſt, ſed potius oppoſitum: reſpondeo tunc idem iudicium erit de me, quod & de miniſtro iuſtitiæ: qui tenetur exequi, ſententiam iudicis vel ſuperioris contra priuatũ cognitum innocẽtem: ſed iuridicè probatum reum mortis, ſecundum opiniones diuerſas ſuper hoc. vt alibi lib. 1. in noſtro Quęſtionario. q. 37. latius probatum eſt.

CONTRA ſupradictá reſolutionẽ vel propoſitionem, & maximè contra eius primam partem arguitur tripliciter. Primò quia ad nullius hominis præceptum licet alicui ſe exponere periculo vel dubio peccati mortalis: ſed qui in dubio de mortali obedit ſuperiori in caſu prædictæ propoſitionis, is certè ſe exponit periculo vel dubio peccati mortalis. ergo non eſt licitum ei tunc obedire, conſequentia patet. Sed maior probatur tripliciter. Primò quia ad cuius præceptum non eſt licitum ſe ſcienter morti corporali aut ſpirituali exponere, ad eiuſdem præceptum non eſt licitum ſe probabili dubio vel periculo eiuſdem mortis exponere, quia pari paſſu currunt certa mors & periculum vel dubium probabile ipſius mortis corporalis, vel ſpiritualis, ex quo vtrunq; eſt contra ius naturale, ſ. agere contra dubium peccati mortalis & agere contra conſcientiam, vt ſupra quæſtione. 4. & 5. latius habetur. Nunc autem nullum præceptum hominis liberat ab obſeruantia præcepti Diuini vel naturalis. quia ſic eſſet obedire homini pluſquam Deo: aut obedire Deo contra ipſum Deum, quod abſonum eſt. & ita patet illa maior. Secundo probatur eadẽ maior. quia propter hanc cauſam vxor non tenetur furioſo reddere debitum cum periculo corporis aut vitę: ſecus ſine vllo vt ait Ricardus in 4. diſt. 35. art. 4. & ſimiliter ſecundum Scot. ibidem diſtin. 32. vbi eſt probabile periculum de extinctione fœtus, vel quòd fiet aborſus, vel quòd proles leproſa naſcetur, cum aliter poſsit ſana generari, non tenetur vxor debitum reddere. quod vt etiam ait

arg. 1.

Adr.

Adr.in 2.quodlib. videtur euidenter fundari Leuiti. 20. Qui cum muliere coierit in fluxo menſtruo &c. & quo ad hoc de muliere menſtruata idem tenent Bonauẽ.& Alex. cum Scoto & Adr. quãuis Palud.in 4.diſt.32.q.3.& Caiet.in ſum.titu.matrimonium. & doctiſs.noſter Caſtro de lege pœnali lib.1.c.vlt.cum aliis oppoſitũ teneant. Sed nunc ſupponatur illa prior opinio cõis Scoti & aliorum. Tertiò probatur eadem maior ex 2.Reg.23. Vbi Dauid qui prius aquã concupierat, illam allatam reſpuit quia cum periculo ſibi delata eſt,dicens, num ſanguinem iſtorum hominum ego bibam & periculum animarum? libans eam Domino,quaſi diceret,non mihi in hoc caſu licuiſſet periculum vitæ ſicut nec ipſam mortem illis præcipere: ideo ne temeritatem eorum tanquam virtutem probem nolo eam bibere. igitur patet illa maior argumenti. Minor autem dupliciter probatur. Primò quia præceptum prelati non tollit deformitatem mortalem neque periculum ab eo actu,qui ante tale præceptum aliàs deformis & periculoſus vel dubius eſt de mortali; quia ſicut præceptum ſuperioris non poteſt facere quòd fornicatio ſit licita: quodque periculum eius non ſit periculum: ita non poteſt facere licitum & ſecurum illum actum. & hoc eſt verum conſiderando actum ipſum ſub eiſdem circunſtantiis ante & poſt prælati præceptum. Nam ſi prælatus ſit tantæ ſcientiæ vel auctoritatis aut qualitatis quòd eius mandatum ſufficiat pro motiuo ſufficiente ad tollendum dubium illud ſiue periculum, putà quia poteſt diſpenſare & ſcit vel non poteſt errare vt Papa & Concilium & huiuſmodi: tunc ſubditus debet deponere dubium vel conſcientiam de mortali & ſic obedire: aliàs nõ, vt probat Argumentum. Secundo probatur eadem minor ſicut in ſecunda & tertia probatione maioris de vxore non reddente debitum furioſo &c. dictum eſt.

Reſpondeo ad primum arg. prius notando quod eſt duplex certitudo dubium & periculũ de mortali. alterum abſolutum alterum reſpectiuum. abſolutum eſt quando ita eſt certitudo dubium ſiue periculum talis mali imminentis, quòd pro eo vitando non imminet periculum alterius. reſpectiuum autem eſt quandò ſic eſt periculum ex vna parte quòd pro eo vitando imminet aliud ex alia parte. & hæc diſtinctio habet locum in dubio practico & ſpeculatiuo. Quibus ſuppoſitis ſi totus diſcurſus argumenti procedat vniuocè de dubio aut periculo abſoluto conceditur maior: ſed negatur minor, quæ ſolum de periculo reſpectiuo procedit vt conſtat, quia vtrinque, ſcilicet obediendo & non obediendo periculum imminet. Si autem diſcurſus de periculo reſpectiuo vniuocè fiat: tunc è conuerſo conceſſa minore negatur maior. & ad eius primam probationem etiam negatur maior; & eius probatio ſolum eſt vera de dubio & periculo abſoluto: nam quando eſt reſpectiuum tunc pro vitando grauiori aut certiori malo minus aut non tam certum malum eligendum eſt. Et quamuis præceptum ſuperioris non poſſit directè & formaliter vel auctoritate ſua præcipiendo tollere deformitatem actus & periculum abſolutum,& facere quod iam non ſit tale. at verò poteſt eſſe circunſtantia ratione cuius de periculo abſoluto fiat reſpectiuum: dum ratione talis præcepti ſit probabilius aut grauius malum ſiue periculum inobedientiæ. & tunc lex naturalis ſiue Diuina fortior atque ſuperior dictat maius aut certius malum ſiue periculũ poſtpoſito minori eſſe cauendum. vbi ex conſequẽti aliud minus malum ſiue periculũ deſinit eſſe tunc vllo modo malum culpabile, caretque ſua deformitate neq; eſt contra aliquam legem tunc obligantem,vt ſuperius q.5.propo.2.& q.6.io ſecunda parte propoſi. latius habetur. Et ita patet etiam reſponſio ad alias proba.ibi adductas. quia in caſibus ibi poſitis imminet maius malũ & præiudicium tertii, ex obedientia quàm ex oppoſito: ideo in eis ſecunda pars propoſitionis quę eſt eius limitatio locum habet.

Secundò ad idem arguitur, quia ſi propheta tanquam ex mandato Dei precipiat id quod aliàs eſt illicitum contra legem Diuinam vel naturalem: certè non eſt ei obediendum donec conſtet illum eſſe prophetam ad id præcipiendum miſſum à Deo: non autem dum de hoc probabile dubium eſt. ergo nec eſt obediendum in caſu propoſitionis. probatur antecedens ex 3. Reg. 13. Vbi Gad propheta, quia ſic credidit pſeudoprophétæ mendaciter fingenti ſe à Deo mandatum habere vt ipſum Gad reductũ cibaret in Bethel, & ita expiraſſe præceptũ prius datum à Deo ne ibi comederet: ideo à leone occiſus eſt. & Altiſiodor.tractans id 3.Reg.20. Cum dixit Micheas in ſermone Domini, percute me: nolenti percutere ait. Quia noluiſti audire vocẽ Domini, ecce recedes & percutiet te leo. dicit Altiſiodor. hoc generaliter eſſe verum quòd in his quæ ſunt contra mandata Dei debet ſpectari, donec certum ſignum habeatur de prophetia vera vel de diſcretione ſpirituum aut de Dei diſpenſatione ſpeciali,ſecundum 1.Io.4. Probate ſpiritus. ideo dicũt doct.communiter quòd Abraam nunquam tentaſſet immolare filium ſuum niſi certiſsimus de Dei reuelatione fuiſſet,vt Altiſiodorẽ.vbi ſupra & B. Thom. 2.ſecundæ.q.171.art.5.latius. idem patet Io.15. Si opera non feciſſem q̃ nemo alius fecit peccatum non haberem. ita quòd ſola certitudo atteſtationis miraculorum & non probabilis dubietas arguit Iudæos infidelitatis. & ita patet antecedens. Conſequentia verò probatur ex idẽtitate rationis vel etiam à fortiori, quia ſi prophetæ ex parte Dei mandati contra præceptum ipſius non eſt eredendum neq; obediendũ. ergo multò minus ſuperiori cuique non potenti diſpenſare, qui & errare & deprauari poteſt ex ſuo

Reſpõſio ad 1. arg.

Arg. 2.

ſuo arbitrio præcipiens, in dubio ſeu periculo ſupradicto obediendum eſt. Nam alioqui ſequeretur quòd neceſſariò obediendum eſſet etiã Diabolo ſubtilibus ſignis in ſpecie crucifixi apparenti & præcipienti quòd illum adoremus, aut quòd in molemus illi nos ipſos, vel alium occidendo ad eius honorẽ vt Deus præcepit Abraæ, aut quòd talia bona vel vxorem proximi auferamus, aut quòd religioſus ducat vxorem & huiuſmodi. hoc autem cõmuniter à doctoribus reprobatur: non eſt enim illi abſolutè credendum tunc etiã ſi portentum prædixerit & euenerit, vt bene fundat Auguſt. in illo Deuter. 13. Si ſurrexerit in medio Propheta. &c. & habetur. 26. q. 5. c. nec mirũ. & facit ad Galath. 1. Si Angelus de cœlo aliud docuerit anathema ſit. & B. Th. ſecunda ſecundę. q. 174. art. 6. & ibi Caiet. latius de hoc.

Reſpondeo ad ſecundum arg. Reſpondeo conceſſo antecedente negando conſequentiam: quia non eſt ſimile. Nam in caſu prophetæ mandantis illicitum aut Diaboli apparentis & præcipientis ſui ipſius adorationem vel aliud illicitum aliàs, iam eſt certum id quod præcipitur aliàs illicitum eſſe, dubium verò de auctoritate mandantis vel quòd verè ſit ex parte Dei: & ideo tunc potius tenemur non obedire. ſecus autem eſt in caſu propoſitionis: vbi præſupponitur quòd eſt dubium eſſe illicitum aut contra legem id quod præcipitur: certum verò eſſe prælatum aliàs auctoritatem habẽtem ad pręcipiendum. & ita non ſequitur obediendum eſſe Diabolo ſubtiliter apparenti.

Arg. 3. Tertiò ad idem arguitur, quia votum aut iuramentum non obligat ad actum probabiliter dubitatum eſſe mortale peccatum. ergo neq; quodcunq; præceptum ſuperioris. conſequentia tenet, quia fortius obligant illa, quia ſunt de iure Diuino: quàm prælati præceptum, quod eſt iuris tantum humani quamuis Diuino iure fundati. & antecedens probatur. quia ſi quis pro bono reipub. ne maneat ſine hęrede iuret ſe quodlibet mẽſe exacturum debitum coniugale donec proles habeatur: tunc ſi tali ægritudine laboret quòd ſine probabili periculo vitæ id facere non poſſet certè non tenetur iuramentum illud implere. ſi etiam interim probabile dubium de impedimento affinitatis aut conſanguinitatis inter ipſum & vxorem oriatur, certum eſt quòd non tenetur exigere ſicut iurauit. quia ad hoc non potuit à principio per iuramentum obligari illo dubio conſtãte. & quòd ab initio ſi adeſſet impediret votum vel iuramentum: hoc etiam ſi poſtea ſuperueniat impedit illud: quia in illo intelligitur exceptum vt eſt communis ſententia doctorum.

Reſpondeo ad 3. arg. Reſpondeo conceſſo antecedente negando conſequentiam, quia tunc votum deſinit eſſe votum & obligatoriũ ſicut & deſinit materia eius. præceptum autẽ prælati & ius & auctoritas eius non deſinit ſuam vim habere per dubium ſubditi, vt ſupra probatum eſt. & ad probationem conſequentiæ vbi prætenditur, quòd ſi propter illud dubium deſinit eſſe votum & eius obligatio & materia cedit. ergo & præceptum prælati eius & auctoritas eius, ex quo minus obligat. Reſpõdeo negando etiam conſequentiam. quia licet votum & iuramentum fortius obliget: at verò materia eius facilius deſinit eſſe, q̃ ius ſuperioris & eius materia: quia lex Diuina & naturalis alia fortior id exigit, vt videlicet certius malum inobedientiæ vel iniuſtitiæ contra prælatum aliàs certum, potius caueatur quàm dubitatum cæteris paribus vt dictum eſt. Nam & ſic expedit ad finem prædictarum omnium obligationum. finis nãq; ſuperioritatis ad ſubditum eſt rectus ordo gubernationis ad vtilitatem ſubditorum: hic autem certè periret ſi cuiq; liceret agere vt ſibi videtur, ſi etiam in dubiis non eſſet ſtandum iudicio & præcepto ſuperiorum, vt ſuperius probatum eſt. finis autem voti & iuramenti quatenus ſoli Deo nos obligant eſt puritas conſcientiæ & vt Deus honoretur: quod non fit dum homo peccat vel periculo peccati ſine cauſa vrgente ſe exponit: neq; enim Deus peccatum aut periculũ eius acceptat, neq; vinculum iniquitatis ei placet. ideo tũc, non eſt ei obligatio voti vel iuramenti: niſi aliunde alia maior aut certior obligatio ad id ſeruandum vt ſupra diximus interueniat.

QVAESTIO NONA.

VTRVM IS QVI INTER probabilia dubia opinionesvè doctorum verſatur, ad præceptum vel conſilium ſuperioris vel legis contra ſuam ipſius opinionem, licitè agat, quod ipſe opinatur eſſe malum.

RESPONDEO affirmatiuè q̃ ſic dum modo formet ſibi conſcientiam quòd ſic contra ſuam opinionem licitè operatur in tali caſu, immo ad id tenetur ipſe & ſimiliter ille cui ex officio id agere incumbit. *Propoſ. 1.*

Prima pars quòd, ſi formando ſibi bonam cõſcientiam licitè agit, probatur quadrupliciter. *1. ratio.* Primò quia iſte non peccat contra cõſcientiam, ex quo vt ſupponitur format conſcientiam quòd licitè operatur: neq; tenetur habere conſcientiam quòd illicitè id agit. Nam quod eſt abſolutè malum poteſt bene fieri ex aliqua cauſa, & tunc non eſt reſpectiuè malum ſed bonum, neq; enim malè ſed bene agit qui inter duo mala culpæ vt caueat maius aut certius malum, eligit minus aut non tam certum. vt ſupra. quæſt. 4. & quæſt. 8. latius habetur.

Secundo probatur idem, vt in q. 8. præcedente illa propoſitio ſiue reſponſio probata eſt. quia *2. ratio.*

etiam

etiam ad propoſitum faciunt illæ rationes, & præcipuè.c.inquiſitioni.de ſent.excom.in vltima eius parte, vbi de muliere probabiliter credente non eſſe validum matrimonium eius cum viro præſenti decernitur, quòd poteſt & tenetur reddere debitum licet exigere non poſsit.

3.ratio. Tertiò probatur idem, quia Rex temporalis licitè poteſt rectum ordinem bellandi ſic ſtatuere quòd talia eius præcepta in bellando ſeruentur: quodq; ſi caſus dubius emerſerit an ſic agendo ſit cõtra Regis præceptum, & alter opinatur ꝙ ſic alter quòd nõ: tunc non obſtante ſua cuiuſq; propria opinione quilibet ſequatur maioris partis ducum opinionem vel iudicium; idéq; fiat in quocũq; dubio ad bellum pertinente: ne ſi quilibet ſuam opinionem & ſenſum ſequatur exercitus diuiſus ſibiq; contrarius diſpereat. ergo ſimiliter à lege Diuina & naturali. Nunc videtur de facto ſtatutum eſſe vt ſupra dictum eſt. patet cõſequentia. quia quod apud homines eſt probitatis & rectæ prouidentiæ in temporalibus; id non eſt prætermiſſum in ſpiritualibus à Rege cęleſti ad ſalutem animarum, maximè cum id quoq; pertineat ad debitam gubernationem reipublicę ſpiritualis vel Eccleſiæ, vti ſuperius dictum eſt.

4.ratio. Quartò probatur idem, quia iudex contra ſuã opinionem ſingularem ꝙ eſt illicitum iudicare ſecundum allegata talem cauſam, certò licitè poteſt ſecundum opinionem communem illam cauſãm iuxta allegata iudicare formando bonam cõſcientiam, ſuper hoc, vt hoc etiam concedit Adr. in 2.quodlib. cum communiter doctoribus id ſentientibus; idq; propter cauendum temeritatem ſuam vel aliud certius malum iniuſtitiæ vel inobedientiæ vel diſſenſionis, vel vt ſuo ſatis faciat officio vel vt aliis ſe conformet, vel tandem vt ſecurius agat. Et ſimiliter doctores communiter dicunt, quòd canonicus contra ſuam propriã opinionem quam habet de iniuſtitia cauſę Eccleſiæ ſuæ ſiue capituli, poteſt licitè illam fouere iudicialiter agendo ſecũdum opinionem aliorum, ſi ſibi à ſuo capitulo vel ſuperiore pręcipitur, &. ſimiliter confeſſor opinans tale quid eſſe mortale poteſt contra hanc ſuam opinionem licitè pęnitentem abſoluere ſecundum eius vel aliorum probabilem opinionem: vel illum remittere abſoluendum ab aliis aliter opinantibus. & hoc eſt verum maximè ſi eſt curatus proprius illius pęnitentis: quia etiam tenetur illum in prædicto caſu abſoluere formando bonam conſcientiam vt ſupradictum eſt, vt hoc etiam ait Medina de confeſsione.q.27.quando confeſſor & confitens contraria opinãtur. quamuis Adrianus vbi ſupra, & Soto in 4.diſtin.18.q.2.art.5.in fine, teneant oppoſitum. Similiter etiam medicus contra ſuam ſingularem etiam probabilem opinionem, poteſt licitè ſequi communem aliorum opinionem dando infirmo medicinam mortiferam ſecundum ſuam, ſalutiferam autem ſecũdum aliorum opinionem communem. idq; propter aliquã de cauſis ſupradictis. ergo ſimiliter id fieri poteſt & eadem ratione in caſu præſentis propoſitionis vt dictum eſt, & ita patet eius prima pars.

Secunda pars quòd videlicet immo & ad id tenetur &c. inde patet. quia inlicitis tenetur ſubditus obedire, niſi inde maius malum aut præiudicium ſibi vel alteri immineat & cęteris paribus, vti ſuperius.q.6.& 8.latius habetur. Cum ſupradictis concordãt doctores communiter quãuis Adr. in 2.quodlib. & frater Barnabas de Roſalibus in trac.de Varietate opinionũ fol.94.&c. Teneant oppoſitum propter rationes quę inferius in argumentis tanguntur & ibi ſoluuntur.

Contra ſupradicta arguitur quadrupliciter. Primò quia ſtante lege impoſsibile eſt aliquem licitè agere id quod æſtimat illicitum. quodq; efficaciter nollit & ſimul velit illud agere. quod inde patet quia ſtante ęſtimatione quòd eſt illicitum, ſtare non poteſt ſimul ęſtimatio actualis oppoſita ꝙ ſit licitum, quia eſt contrarietas actualis aſſenſuum ſiue Iudiciorum. ſed licitè agere cõtra propriam opinionem ad opinionem vel præceptum alterius, eſt æſtimare ſe licitè agere quod æſtimat illicitum: & efficaciter velle & nolle illud. ergo. *arg. 1.*

Reſpondeo negando antecedens, & ad eius probationem dico ſicut ſuperius q.5.propo.1.in illo dubio, & q.8. in principio notatum eſt, quòd eſt idem iudicium de dubitante quòd de opinante aliquid eſſe abſolutè vel ſpeculatiuè tñ illicitum in ſe: reſpectiuè autem vel practicè ſibi licitum opinatur. nec in hoc eſt vlla contrarietas: quæ vtique eſſet ſi vtrobique ſpeculatiuè vel vtrobique practicè licitum ſimul & illicitum iudicaret, & eodem modo illud efficaciter vellet ſimul & nollet. bene tamen ſtat efficaciter & licitè velle & agere quod ego mihi practicè licitum eſſe iudico vel opinor, putà comedere carnes in quadrageſima ex cauſa rationabili: vel tale quid agere ad præceptum vel iudicium ſuperius vel aliorum: vt caueam periculum erroris temeritatis inobedientiæ vel diſſentionis: ſimul & inefficaciter nolle illud & iudicare id eſſe ſpeculatiuè in ſe illicitum, maximè prædicta cauſa rationabili non exiſtente. Sicut & quod iudicatur abſolutè vel ſpeculatiuè in ſe malum, ſimul etiam & verè iudicatur eſſe licitum reſpectu alterius maioris mali vitandi: & practicè licitum mihi illud verè iudico ex cauſa rationabili vt dictum eſt. *Reſpondeo ad 1.arg.*

Secundò ad idem arguitur, & poteſt eſſe replica contra ſolutionem argumenti pręcedentis: nã impoſsibile eſt quòd quis opinetur tale quid eſſe illicitum ſpeculatiuè vel abſolutè ſecundum ſuam opinionem, & quòd ſimul opinetur id eſſe practicè ſibi licitum ſecundum aliorum opinionem. Quod tripliciter probatur. Primò quia ſi ipſe de facto hoc vel illo modo ſecundum ſuam opinionem, iudicat eſſe in ſe vel ſibi illicitum. ergo de *arg. 2.*

go de

go de facto hoc ſibi videtur probabilius quàm oppoſitum: alioqui non ſic iudicaret nec opinaretur. nullus enim opinatur niſi quod ſibi verum vel probabilius apparet: ſed potius dubitaret. ſi autem credit vel iudicat id eſſe in ſe vel ſibi licitum ſecundum aliorum opinionem, quam iudicat eſſe veram, & ex conſequenti ſe decipi in ſua opinione: iá ergo credit aut opinatur quòd aliorum opinio eſt probabilior, quodq; probabilius eſt id eodem modo videlicet abſolutè vel reſpectiuè licium eſſe ſibi, quamuis neſciat quomodo. & ita ſequitur prædicta contradictio.

Secundò probatur idem. quia non ſtant ſimul, quòd adhuc quis maneat in ſua opinione: & quòd magis ſibi appareat & iudicet quòd ipſe decipitur in ea quodq; ideo vult aliorum opinionem ſequi. Nam implicat aliquem in particulari credere ſe decipi in hoc quod ipſe vt probabilius opinatur eſſe verum. quia ſi crederet ſe decipi iá crederet id eſſe falſum quamuis neſciret quomodo: & ita ſimul opinaretur illud eſſe verum quod credit eſſe falſum, quòd certè implicat contradictionem: quamuis bene ſtat ſimul quòd ex cauſis apparentibus aliquis opinaretur aliquid eſſe illicitum vel falſum, quod tamẽ propter aliorum auctoritatem vel opinionem ipſe de facto credit & opinatur verum aut licitum eſſe: quáuis neſciat quomodo. ſicut cùm video aliquid à longe, & ex colore vel figura quæ mihi apparent certè iudicarem eſſe Petrum, ſed quia video alios ei propinquiores meliusq; videntes dicere illum nõ eſſe Petrum vtiq; illis credo: ſed tunc non perma neo in mea opinione contraria neq; illam vllo modo habeo. ita ſimiliter in propoſito impoſsibile eſt me tale quid abſolutè vel reſpectiuè illicitũ mihi opinari, ſimul & eodem modo licitũ vt alii opinantur aut ſecundum aliorum opinionem vt dictum eſt.

Tertio probatur idem: quia ſi ego opinor id eſſe mihi illicitum, quæro qnare aut quomodo opinio aliorum id mihi licitum facit, & vt credam id mihi licitum ſecundum illam aliorum opinionem, quare inquam potius prævalebit opinio aliorum vt id fiat mihi licitum, quàm mea opinio vt mihi maneat illicitum ſicut opinor: nunquid maior eſt virtus in opinione aliorũ quàm in mea, ad hoc quod ego opiner vel iudicem id mihi licitum vel illicitum eſſe?

Reſpondeo ad 1. arg. Reſpondeo negando id eſſe impoſsibile, & ad primã probationẽ conceditur ꝙ vt ibi dicitur nõ ſtat ꝙ quis de facto vel actualiter credat vel opinetur ſuam opinionem eſſe veram, ſimul & oppoſitam & ſe decipi vt ibi probatur: neq; quòd iudicet ſpeculatiuè aliquid eſſe illicitum, & licitum: neq; practicè ſibi illicitũ ſimul & licitũ ſecũdum hanc vel illá aliorũ opinionẽ: bene tamẽ ſtat quòd iudicet opinando aliquid eſſe ſpeculatiuè illicitum & ex conſequenti iudicet oppoſitã opinionẽ eſſe falſam: ſimul & iudicet idẽ eſſe practicè ſibi licitũ, vt ait illa opinio quã credit eſſe falſam, quã ex cauſa rationabili licitè vult ſequi, videlicet vt caueat periculũ temeritatis, diſſenſionis, vel inobedientiæ & huiuſmodi, vt ſupra dictũ eſt. Pro quorũ maiori declaratione nota, ibi eſſe tria iudicia. Primũ eſt quo iudicat illud eſſe abſolutè illicitũ: & ſuã opinionẽ hanc eſſe veram. Secundum eſt quo iudicat oppoſitã opinionem eſſe falſam vel minus probabilem. Tertiũ eſt quo iudicat ſe licitè facere ſequendo illã opinionem quã opinatur eſſe falſam, idq; ex cauſa rationabili ſupradicta. prima duo iudicia ſunt formaliter ſpeculatiua; tertiũ eſt formaliter practicũ, neq; vllo modo repugnant ſed cõpoſsibilia ſunt.

Ad ſecũdã probationẽ dico, ꝙ iſte ſpeculatiuè non iudicat ſe decipi ſed potius oppoſitam opinionem, quam vt diximus vult ſequi: & iudicat ſe ex rationabili cauſa licitè agere ſic illam ſequendo vt dictum eſt.

Ad tertiam reſpondeo quòd aliorum opinio formaliter vel directè non facit id eſſe mihi licitum, neq; quòd id ego iudicem aut credã: ſed indirectè, quia ſcilicet eſt circunſtantia ratione cuius de periculo vel dubio abſoluto fit reſpectiuũ: quod vt vitetur iã ius naturale vel Diuinũ dictat de præcepto vel de conſilio formandã eſſe conſcientiã vel iudiciũ practicũ quòd licitum eſt illam opinionẽ ſequi, vti etiã ſupra. q. 8. in reſponſione ad primum Arg. de præcepto ſuperioris dictum eſt: & tunc ego non vtor illa mea opinione vel iudicio ſpeculatiuo tanquam regula agendi; ſed potius alia aliorum opinione vel iudicio ſine præcepto: neq; facio contra conſcientiã ſed ſecũ dum eam ex quo facio ſecũdum iudiciũ quo practicè iudico id mihi licitum eſſe, etiam contra meam ſpeculatiuam opinionem facere.

Quòd ſi vrgeas, quid ſi neq; deponere poſſum conſcientiam, neq; mihi perſuadere vt iudicẽ me licitè agere ſecundũ aliorum opinionẽ, vel præcептum ſuperioris contra meam opinionem: nam poſsibile eſt pro aliquo tempore conſcientiã hác deponere & aliã formare non poſſe. Reſpõdeo tunc tali cõſcientiæ inuincibili etiã ſi erronea ſit tenetur ſe cõformare: neq; vllo modo peccat nõ obediẽdo: ſicut qui infirmitate corporali præſſus non poteſt agere quod præcipitur; ita & iſte cum tali cõſcientia quã tũc deponere nõ poteſt: neq; agere contra eã: & ſic ſe habendo facit quod tenetur. vt ſupra. q. 4. propo. 4. latius de hoc.

Tertiò ad idẽ arguitur. Nam Exod. 23. ſecũdũ literã hebrẽã habetur, non declinabis poſt rabin ad malum & non reſpondebis in iudicio poſt rabin ad peccatũ. in cuius prima parte rabin ſignificat multitudinẽ, in ſecunda magiſtros ſiue doctores ſecundum gl. Nic. de Lyr. & oẽs hebræos ibidem. quod confirmat translatio noſtra, quæ in vltimo loco habet, & in iudicio non acquieſces plurimorũ ſententiæ vt à vero deuies. & Eccle. 4. pro anima tua ne confundaris dicere ve- *Arg. 3.*

rum

rum & ne contradicas verbo veritatis. ideo lex erat apud hæbreos in ſuis conſiliis pro ſententia ferenda vel diffinienda ab his debere incipi qui ſunt minoris auctoritatis: ne fortè cõtra propriã ſententiam vel opinionem formidarẽt recedere à ſentẽtia maiorum: & vt ibi ſupra ait Lyra idem nunc ſeruant Theologi Pariſiis: & idem ſeruatur nũc etiam in conſilio inquiſitorum hæreticæ prauitatis. ſed agendo contra propriam ſententiam vel opinionem, iam homo recedit à vero ſaltem vt ipſe æſtimat, ergo contra prædictum ius Diuinum agit.

Reſpondeo ad 3. arg. Reſpondeo ad maiorem ſecundum Nic. de Lyr. quòd illud Exod. 23. intelligitur quando cõſtat ſufficienter magiſtros prælatos vel multitudinem errare peccatumq; docere: & eorum opinionem eſſe falſam vel erroneam. tunc enim non eſt licitum eam vel prædictum errorem ſequi cõtra propriam magis probabilẽ opinionem: ſecus quando de tali errore non conſtat, vt nos in ſupradicta propoſitione vel reſponſione loquimur, & ſic peccauit Pilatus ſequens clamorem errorem multitudinis ſibi notum, condemnando Chriſtum innocentem, cum nihil contra ipſum iuridicè probatum eſſet.

Quarto ad idem arguitur. quia nulli licet agere malum etiam ad præceptum ſuperioris vel legis humanæ ex quacũq; cauſa, ſed malum opinatum eſt malum formaliter vel quò ad æſtimationem ipſius opinantis ergo ipſi id facere non licet etiam ad pręceptum ſuperioris. vel ſecundum aliorum opinionem.

Reſpondeo ad 4. arg. Reſpondeo quòd maior eſt vera ſolum de malo quod nullo modo bene fieri poteſt neq; à ſuã malitia ſpoliari. ſed tunc negatur minor in caſu præſentis quæſtionis. Nam malum opinatum reſpectu maioris aut certioris mali vitãdi licet abſolutè eſſet malum non tamen reſpectiuè: Nam tunc habet rationem boni: quod fit dum ad pręceptum prælati vel vt caueamus noſtram temeritatem vel errorem, aliorum iudicium, & ſuperioris ſequimur imperium vt ſupra dictum eſt. & tunc ſimpliciter non iudicamus id eſſe malũ, neq; nos malè ſed licitè id facere. ideo neq; contra conſcientiam tunc agimus. Sicut neque iudex contra ſuam ſingularem opinionem aut contra veritatem ſibi priuatim notam, condemnando innocentem ſecundum allegata & probata, probatum reum aut ſequens communem aliorum opinionem, non inquam facit contra conſcientiam, ſi ipſe vt debet, format ſibi conſcientiam aut iudicat ſe rectè & licitè agere. Nam licet ſpeculatiuè iudicet vel opinetur id illicitum eſſe: at verò practicè iudicat id ſibi licere, ſicut & verè ex cauſa rationabili vt ſæpe diximus id illi licitum eſt. conſcientia namq; iudicium non ſpeculatiuum ſed practicum quod & agendorum regula eſt. quo fit vt Hoſtienſ. & Cardinal. dicentes eum iudicem agere contra conſcientiam, idq; licere in iudicio non in priuato, malè aut impropriè locuti ſunt conſcientiam pro priuata cognitione ſpeculatiua vſurpantes. Ex dictis non ſequitur quod mihi liceat conſulere alicui vt ſequatur opinionem vel conſilium alterius: quod ego exiſtimo erroneum vel illicitum eſſe. quamuis ille illud ſequendo & faciendo per ignorantiam inuincibilem excuſetur, ſicut etiam non licet mihi conſulere Petro vt cognoſcat quam ſcio non eſſe ſuam, quãuis ille credat eſſe ſuam vt ſupra lib. 2. de ignorantia. q. vltima latius habetur.

Qvaestio decima.

VTRVM LICEAT ALIquando contra conſcientiam agere ex præcepto ſuperioris aut legis; & vtrum ſit id indiſpenſabile per hominem aut per ipſum Deum.

1. propoſitio. Reſpondeo per tres propoſitiones. Prima eſt ꝙ nullo modo licet agere contra conſcientiam etiam ad præceptum legis aut ſuperioris. Probatur dupliciter. Primò quia ſtante lege vt loquimur id implicat contradictionem. Nam agere contra conſcientiam vt patet ex dictis eſt iudicare ſe illicitè agere in eo quod agit. ſed illicitè agit qui vult formaliter malè facere: aut id in quo iudicat ſe malè facere. quia tendit in obiectum formaliter malum aut ſub ratione mali ſibi præſentatum: & contra legem naturalem ſuperiorem dictantem naturaliter non eſſe malè faciendum: & talis voluntas ſubuertit debitũ ordinẽ rõnis cui ſe rectè difformare non poteſt. ergo implicat id licitè fieri quod illicitè fit. Secundò probatur idem ad Roma. 14. Omne quod non eſt ex fide, ideſt quod fit contra conſcientiam ſecundum communem gloſ. doctorum peccatum eſt. vt ſuperius quæſt. 5. & 7. latius habetur. ergo contra ius naturale & Diuinum etiam ad præceptum Papæ facere non licet contra conſcientiam. & ita id rectè fieri nullo modo poteſt. quamuis abſolutè malum reſpectiuè aut bonum rectè fieri poſſit vt ſæpe dictum eſt. Cum prædictis bene ſtat quòd ad pręceptum ſuperioris immo & ſine eo, ſæpe deponere conſcientiam, & formata bona conſcientia obedire aut aliquid facere homo teneatur.

Secunda propoſitio facere contra conſcientiam non eſt diſpenſabile per Papam & Eccleſiã Propoſ. 2. probatur, quia non poteſt ab eis diſpenſari contra legem naturalem vel purè Diuinam abſolutam non præſupponentem factum aut diſpoſitionem hominis, putà contra decalogum aut contra principia iuris naturalis & huiuſmodi. in quo non eſt dubium. quamuis poſſit ea modificare

dificare & declarare quomodo debent ſeruari:& poſsit etiam ex cauſa rationabili diſpenſare in iure Diuino vel naturali præſupponente ſactum ſeu diſpoſitionem hominis, putà in votis & iuramentis & pactis humanis. Nunc autem agere contra conſcientiã eſt prohibitũ iure naturali & Diuino abſoluto: immo eſt & de primis principiis legis naturalis quòd ſcilicet non fiat contra conſcientiam, ſicut & quod non malè fiat neq; quod creditur malè fieri, vti ſuperius in prima propoſitione probatum eſt.

Propoſ. 3. Tertia propoſitio problema eſt Deum poſſe diſpenſare vt homo licitè contra conſcientiam agat.& probabilius videtur q̄ diſpenſare nõ põt.

1. opinio. Quòd ſit problema inde conſtat, quòd in hoc ſunt opiniones. & quidam opinantur quòd id poteſt propter rationes quæ inferius tanguntur in argumentis,& doctores tenentes quòd nullus datur actus intrinſecè, ideſt neceſſariò malus de potentia Dei abſoluta, ſed quòd omnes ſunt contingenter mali atq; prohibiti, conſequenter tenent hanc opinionem, de quo latius, in tertio diſtinctione. 37.

2. opinio. Eſt tamen alia opinio communis quæ vt dixi videtur probabilior, quòd ſunt aliqui actus neceſſariò mali: quodque neq; in his, neq; quòd licitè homo faciat contra conſcientiam rectam vel erroneam Deus poteſt diſpenſare. quia vt diximus ſupra propoſitione prima implicat licitè fieri id quod illicitè fit aut æſtimatur fieri, etiam ſi nulla lex aut præceptum ſit contra quod illud fit, ſufficit velle facere contra legem ſi eſſet aut contra rectam rationem: modo, ly contra legem, aut contra rectam rationem determinet actum volendi, quod omnes concedunt: modo ipſum obiectum volitum; ita quòd ſe teneat ex parte obiecti, quòd doctores oppoſitæ opinionis conſtanter negant. Nam quomodocunq; ſit hoc eſt verum, quòd implicat licitè fieri aut velle id quod illicitè aut contra rectam rationem fit aut creditur eſſe. Similiter eſt intrinſecè malum velle illicitè aut contra rectam rationem aut contra legem ſi eſſet facere, modo ſit ipſa lex aut recta ratio, modo non.& hoc includitur in eo quod eſt facere contra conſcientiam vt dictum eſt, & ita expreſſè tenet Adria. in 2. quodlibeto articulo tertio, quamuis obligatio ad pœnam pro quocũq; peccato auferibilis & diſpẽſabilis à Deo ſit.

Et ita non valet euaſio Andreæ de nouo Caſtro in fine primi ſententiarum, & Almayn in moralibus tractatu. 3. capitulo 15.& aliorum dicentium quòd non valet hæc conſequentia. non eſt faciendum aut non licet facere contra præceptum aut contra legem Dei exiſtentem. ergo volitio faciendi contra illam legem eſt neceſſariò mala, vt ly contra legem ſe teneat ex parte obiecti, licet hæc voluntas ſit difformis illi ſupradicto dictamini vero neceſſario purè practico exiſtenti. Etiam concedunt quòd ſtat quòd agẽdo contra conſcientiam erroneam:& contra dictamen verum neceſſarium, homo nõ malè agat. ratio horum omnium eſt ſecundum illos, quia ſtat quòd Deus diſpenſet in his, ita videlicet quòd tollat præcepta ſua & legem nos obligantem ad non contraueniendum conſcientiæ erroneæ; & tunc contra nullam legem & contra nulla præcepta fieret illicitè, quæ iam ex Dei diſpenſatione ablata ſunt. quia Deus omnia contingenter præcipit aut prohibet. Sicut communiter dicitur à doctoribus: quòd licet hæc conſequentia ſit bona & neceſſaria. ſortes eſt prædeſtinatus. ergo ſaluabitur, & ſortes currit, ergo mouetur. Non tamen inde ſequitur quòd neceſſariò ſaluabitur aut neceſſariò mouetur neceſsitate conſequentis, quia vtrumq; eſt contingens. ita in propoſito dicunt illi doctores quòd omnia illa exiſtentia præcepta & leges ſunt contingentia & à Deo tolli poſſunt vt dictum eſt.

Et quòd hæc euaſio non valeat inde conſtat quòd falſum eſt hoc obiectum, putà facere illicitè aut contra legem aut quod creditur illicitè fieri, poſſe à ſua malitia denudari & contingenter eſſe prohibitum à Deo:& ex conſequenti dico, quòd actus ſcienter volendi facere illicitè aut contra legem, aut quod creditur illicitè fieri eſt intrinſecè neceſſariò malus: & ita ab intrinſeca malitia obiecti ſequitur intrinſeca malitia actus voluntatis qui eſt aut velle facere, contra conſcientiam rectam vel erroneam. Sequitur etiam quòd à Deo indiſpenſabilis ſit vt latius infra in reſponſione ad ſecundum & quartum argumentum habetur.

Contra primã propoſitionẽ arguitur. quia licitum eſt pro vitando maiori aut certiori malo facere quod aliàs abſolutè in ſe eſſet cõtra ius naturale vel Diuinum, putà agere contra propriã opinionem vel contra dubium, aut condemnare innocentem ſecundum allegata & ſecũdum opinionem vel præceptum aliorum aut ſuperioris, vt ſupra in q. præcedentibus dictum eſt. ergo ſimiliter in eiſdem caſibus licebit agere contra conſcientiam, quia vtrunq; eſt contra idem ius Diuinum & naturale:& non eſt maior ratio de hoc quàm de illo. *Arg. 1.*

Reſpõ. negando conſequẽ. quia licet vtrũq; ſit contra ius Diuinum & naturale: at differenter; quia illud poteſt ſtante lege in caſibus illis à ſua malitia denudari & rectè fieri: quia ſic recta ratio dictat: facere autem contra conſcientiam minimè, vt vbi ſupra probatum eſt. & nota ex ſupradictis quòd agere contra propriam opinionem non eſt agere contra conſcientiam, ex quo homo nõ iudicat ſe malè ſed potius bene agere. *Reſpõſio.* *Reſpon.*

Secundò & hoc contra tertiam propoſitionem arguitur, quia omne peccatum ideo eſt peccatum quia contra legem Dei æternam, aut quia æterna Dei lege prohibitum eſt, ſecundum Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, vt latius B. Tho.

prima

prima ſecundæ quæſtione 71. artic. 6. & ibi Caietanus, & ex conſequenti dicitur eſſe contra noſtitantem nobis legem æternam nos principaliter obligantem. Nunc autem Deus merè contingenter prohibet & agit omnia ad extra: non enim neceſsitatem habet ad id, neque à ſe neque ab vlla creatura, ergo poteſt non prohibere, & prohibita tollere & omnem legem, & tunc nulla erit culpa vel peccatum contra vllam legem, facere contra conſcientiam: & ita poteſt in hoc Deus diſpenſare. Item Deum an hac & in quacunque lege diſpenſare nullam includit repugnantiam aut cõtradictionem, ergo id facere põt.

Reſpõſio. Reſpondeo ſecundum Greg. Arimin. in 2. diſtinctione 35. prius notando quòd eſt duplex præceptum & prohibitio Diuina. altera indicatiua altera imperatiua. Indicatiua eſt quæ explicatur per verbum indicatiui modi, qua videlicet ſignificatur aliquid eſſe licitum vel illicitum faciendum vel non faciendum eſſe, vt furtum vel fornicari eſt malum. vel quia ſignificatur aliquid vel antecedens ad quod ſequitur ipſum eſſe licitum vel illicitum, faciendum aut non faciendum eſſe, vt adulteri, raptores, auari &c. regnum Dei non poſſidebunt. qui facit contra conſcientiam ædificat ad gehennam. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Nam bene ſequitur; fornicatio punitur in æternum, ergo eſt mala. & ergo facienda non eſt. & paupertas præmiatur. ergo eſt licita & bona. ergo proſequenda eſt. imperatiua verò eſt quæ per verbum imperatiui modi explicatur. vt fac illud vel illud fuge.

His ſuppoſitis dico ad argumentum quòd illa maior eſt vera non ſolum de prohibitione imperatiua ſed etiam & præcipuè de indicatiua. ita quòd ad actum eſſe malum vel peccatum ſufficit quòd hac vel illa prohibitione prohibitum ſit, immo ſæpe aliquid non eſt peccatum quia lege præceptiua, ſed potius quia indicatiua lege æterna prohibitum eſt. Nam hac lege indicatiua non prohibetur quia iam imperatiua prohibitum & peccatum eſt, ſed contra ideo imperatiua lege prohibetur & peccatum eſt, quia illa indicatiua eſt ab æterno prohibitum et iudicatum eſſe malum, & contra rectum dictamen æternum: & ex conſequenti contra noſtrum dictamen rectum rectamque rationem id indicantem. ad minorem autem dico illam eſſe veram ſolum de prohibitione imperatiua non de indicatiua. Nam prohibitione indicatiua Deus neceſſariò probat aut præcipit aliqua, putà intrinſecè & neceſſariò bona; & prohibet aliqua, putà neceſſariò mala, & non poteſt ea non prohibere indicatiuè. quia ſicut neceſſariò indicat ſe eſſe Deum, bonum & ſapientem: ita neceſſariò indicat aliqua eſſe mala & ſuæ bonitati repugnare: & carere ordine recto, immo & contrarium ordinem hominis habere ad ipſum vltimum finem & ſummum bonum participandum, neque enim Deus volens iniquitatem eſt. vnde in moralibus dantur etiam aliquæ propoſitiones per ſe notæ, & aliquæ contingentes. Nam conſtat quòd ſunt aliquæ de lege naturæ, & ideo euidentes quæ vel deducuntur ex per ſe notis vel per experientiam. quòd ſi ſint per ſe notæ ergo neceſſariæ. & ergo indicatiuæ: & ex conſequenti oſtendunt aliquid eſſe bonum vel faciendum, aut malum & non eſſe faciendum, vt non plures Deos eſſe colendos, non eſſe malè vel illicitè agendum, & huiuſmodi. igitur actus eis contrauenientes ſunt neceſſariò mali. & ita tandem fatendum eſt eſſe aliquos actus neceſſariò malos ſtando in lege naturæ. & tale eſt facere contra conſcientiam, id eſt agere id in quo agens credit ſe malè aut illicitè agere, vt ſupra dictum eſt quòd implicat id licitè fieri poſſe: quare Deus in eo diſpenſare nõ poteſt: quia & malitiam neceſſariò annexam & repugnantiam includit & contra Diuinam bonitatem.

Si replicetur contra id quod dictum eſt, quòd ſcilicet omne peccatum neceſſariò malum: ideo eſt peccatum quia contra dictamen rectum indicatiuum aut legis indicatiuè. arguitur ſic. illa lex indicatiua non eſt vera niſi quia hoc eſt peccatum. ergo prius natura eſt peccatum quàm illud dictamen ſit verum; quia ab eo quod res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa. ergo hoc putà furari nõn eſt peccatum quia contra dictamen verum: immo potius hoc eſt verum dictamen quia peccatum eſt peccatum, id eſt quia furari alienum ſeu facere contra conſcientiam eſt malum. *Replic.*

Negando conſequentiam ſecundum Almayn in moralibus tractatu 3. ca. 16. quia iſta ſunt correlatiua, rem ſic ſe habere, & iudicium eſſe formaliter verum, id eſt conformitatem ſigni ad ſignatum: ideo ſunt ſimul natura. ſicut Sortes eſt pater præciſè quia habet filium: non tamẽ prius natura habet filium quàm ſit pater; immo præciſè habet filium quia pater. vnde in iſtis correlatiuis non valet hæc conſequentia. hoc eſt præciſè tale propter illud. ergo illud eſt prius natura. Hæc Almayn. Cum quo ſtat quòd ab eo quòd res eſt vel non eſt oratio dicitur vel denominatur vera vel falſa, & ita eſſe vel non eſſe rei ſit cauſa non prohibita ſed logica denominationis orationis veræ vel falſæ, & propoſitio prior ſit natura quò ad denominationem, non quò ad formalites eſſe propoſitionem vel dictamen verum vel falſum. *Reſpon.*

Tertiò & hoc contra prædictam tertiam propoſitionem arguitur. quia agere contra conſcientiam non eſt agere contra aliud præceptũ vel legem quam contra illã quę per ipſam conſcientiã nobis notificatur maximè ſi conſcientia recta ſit, vt ſupra quæſtione 4. latius probatur. ſed in om- *Arg. 3.*

ni alio præcepto Deus poteſt diſpenſare, vt ſupponitur qnòd non ſit de intrinſecè aut neceſſariò malis tale præceptum aut prohibitio præceptiua quam nobis conſcientia notificat. ergo in agendo contra ipſam conſcientiam poteſt diſpenſare.

Reſpon. Reſpondeo negando maiorem, quia vltra illud præceptum quod per conſcientiam verè vel erroneè notificatur, etiam in agendo contra cõſcientiam importatur hoc, qnòd videlicet æſtimet homo ſe malè agere contra illud exiſtens aut creditum exiſtere: hoc autem eſt contra ius vniuerſaliſsimum & indiſpenſabile de non malè agendo verè nec æſtimatiuè. ideo ratione huius eſt repugnantia, quòd etiam per Dei præceptum vel diſpenſationem licitè quis faciat, quod vult aut æſtimat ſe malè facere contra conſcientiam agendo, vti ſupertus. & quæſtione 4. propoſitio. 1. latius dictum eſt.

Arg. 4. Quartò & hoc contra prędictam tertiam propoſitionem arguitur, quia ſicut non valet conſequentia. ego volo aut credo me rapere alienũ. ergo verè rapio alienũ. ita non valet ego volo aut credo me illicitè facere faciẽdo contra cõſcientiam. ergo verè illicitè facio aut pecco agendo contra conſcientiam. igitur non eſt repugnantia ſed bene ſtat me licitè facere agendo contra conſcientiam aut id quod credo me illicitè facere.

Reſpon. Reſpondeo negando ſimilitudinem illarũ conſequentiarum. & ratio diſcriminis eſt quia arguitur æquiuocando ab obiecto materiali ad formale. Nam in prima conſequentia quæ eſt pro antecedente, ly alienum vtrobique capitur materialiter: ideo non valet, volo aut credo me capere alienum, ergo eſt alienum. in ſecunda autem conſequentia quæ eſt pro conſequente ly illicitè facere aut contra conſcientiam capitur formaliter, quia ſub illa ratione voluntas tendit in illa. Nunc autem ab obiecto formali, quod eſt tale quale per intellectum uoluntati præſentatur & ſub tali ratione, ſumitur bonitas uel malitia uoluntatis. ergo uoluntas tendens in id quod ſibi ut illicitum & contra legem, & ut alienum præſentatur, & ſub ea ratione, utique formaliter tendit in illicitum, & repugnat qnòd ſic uelle licitum ſit. ſicut & communiter dicunt doctores quòd vir ſuam coniugem non vt ſuam ſed tanquam alienam vel etiam ſi ſit aliena & affectu fornicario cognoſcens, vtiq; formaliter quamuis non materialiter cognoſcit alienam & fornicatur. ſic in propoſito de agente contra conſcientiam & de volente illicitè aut quod ęſtimat ſe illicitè agere dicendum eſt.

QVAESTIO VNDECIMA.

VTRVM SYNDERESIS & conſcientia poſsint extingui, deprauari, aut impediri & quomodo.

RESPONDEO per tres propoſitiones, pręmittendo quid ſit ſynderesis & conſcientia propriè vt ſupra quęſt. 1. quodq; per extingui conſcientiam vel ſynderesim ſeu auferri intelligo, quod totaliter auferatur ſeu perdatur quò ad eſſentiã & quò ad effectum omnino. per impediri intelligo ꝙ non producatur effectus eius, ſcilicet quòd nec actus nec habitus producatur à ſua cauſa. per deprauari intelligo, quòd producatur effectus oppoſitus ſuæ rectæ inclinationi naturali. quid autem ſit conſcientiam deponere infra q. 12. habetur. Nota.

His ſuppoſitis ſit prima propoſitio. Synderesis propriè ſumpta non poteſt quò ad ſuam eſſentiã extingui nec auferri neque deprauari. Prop. 1.

Probatur tripliciter ꝙ nõ poteſt extingui nec auferri ab homine. Primò quia manente re non poteſt ſaltem naturaliter vt nunc loquimur auferri ab ea, id qnod eſt de intrinſeca ſua ratione, aut quod eſt ipſi rei naturale: ſed ſynderesis ſecundum nominales eſt ipſamet potentia intellectiua naturaliter inclinata, ſeu ipſa eius inclinatio naturalis quod idem eſt; ſecundum autẽ reales eſt lumen vel habitus naturalis animæ &c. vt patet ex ſupradictis. q. 1. ergo manente homine ſeu anima eius, non poteſt ab ea auferri nec extingui naturale lumen vel hæc inclinatio per vllam potentiam naturalem. Dico ſemper & notanter quòd naturaliter non poteſt auferri aut perdi; quia ſupnaturaliter ꝑ potentiam Diuinam poſſet auferri talis habitus ſeu lumen; vel etiam fortè poſſet auferri inclinatio illa naturalis, tenendo opinionem illam probabilem Ocham & ſequacium, quòd ſcilicet Deus de ſua potentia abſoluta poteſt tollere & variare inclinationes naturales & proprietates rerum, manentibus rebus ipſis in ſua eſſentia ſeu quidditate ſpecifica: & facere poteſt quòd ignis non ſolum non calefaciat; ſed & quod frigefaciat: immo & qnod non ſit calefactiuus ſed frigefactiuus. quia hoc non implicat neque repugnat quidditati ſpecificæ ipſius rei: quamuis tollere non poſsit quod eſt de intrinſeca ratione naturæ eius neque eam variare manente eadem re ſpecifica: quia hoc implicat. Si igitur hæc opinio teneatur tunc cõcederetur conſequenter, quòd synderesis quæ eſt inclinatio naturalis intellectus poteſt ab eo tolli ſupernaturaliter, manẽte ipſo homine ſeu anima intellectiua in ſua ratione ſpecifica; naturaliter autem non vt probatum eſt. 1. ratio.

Secundò probatur idem, quia manet in damnatis 2. Ratio.

natis in inferno: quia habent remorſum conſcien tiæ; qui non poteſt eſſe ſine ſynderesi. ergo à fortiori ſemper in uiatoribus.

Item tertiò probatur auctoritate Hieron. in gloſſ. Ezech. 1. quòd ſynderesis eſt ſcintilla rationis non extinguibilis. Item Auguſti. ſecundo lib. de ciuit. Dei dicit, quod vitium non delet extrema naturæ veſtigia. & gloſ. ſuper illud Luc. 10. Abierunt ſemiuiuo relicto, dicit in mortalitatem ſeruere, ſed rationis ſenſum omnino abolere non poſſunt quin homo poſsit ſapere & Deum cognoſcere. Quod autem deprauari non poſsit. patet quia naturaliter aut per vllam potentiam naturalem non poteſt conuerti aut mutari in oppoſitam inclinationem naturalem: eadem ratione qua & non poteſt auferri. quia non poteſt eſſe illa inclinatio intellectus practici talis quod naturaliter inclinet ad aſſentiendum malo & diſſentiendum principiis practicis euidentibus. Et fortè propter præfatam inclinationem, naturaliter ſynderesis inauferibilem ab ea dicit Ambro. vt refertur à magiſtro in ſecundo diſtinctione trigeſimanona quòd noſtra voluntas naturaliter uult bonum, ideſt conformiter ad inclinationem naturalem, ſynderesis ad bonum inclinatur, quamuis propter libertatem ſuam non neceſſitetur ad illud. quamuis etiam ſine ſpeciali auxilio vel gratia Dei non poſsit illud efficaciter velle, vt ibi dicit magiſter. & concordat Beatus Thom. 1. par. quæſtio. 60. articu. 5. & prima ſecundæ quæſtio. 109. & ſecunda ſecundæ quæſtio. 26. & Durand. eadem diſtinctio. 39. queſtio. 3. capitu. licet etiam ipſe Tho. addat quòd etiam poteſt dici quòd voluntas naturaliter vult bonum, ideſt naturali modo non quidem ſine præcognitione: ſed quia ex natura ſua determinatur ad vnum putà ad bonum quò ad ſpecificationem actus ſeu ex ſuppoſitione, quia ſcilicet nihil poteſt velle niſi ſub ratione boni veri vel apparentia, ſaltem ſub communi ratione boni alicuius ſecundum communiter doctores vt latius alibi de hoc: ſed quò ad exercitum actus & ſimpliciter, liberè vult quodcumque vult & fortè etiam ſic intelligitur commune dictum Beati Thom. quæſtio. 16. de veritate & Bonauentura in ſecundo diſtinctio. 39. & Rayne. & Florenti. 1. parte ſum. titu. 3. capitu. 9. & aliorum dicentium quòd ſynderesis non peccat, ideſt non inclinat ad malum ut ſupra quæſtio. 1. in ſecundo puncto dictum eſt. Et ita patet prima propoſitio cum qua concordat Beatus Thom. vbi ſupra & prima ſecundæ. quæſtio. 85. ar. 2. & Bonauent. in ſecundo diſtin. 39. & communiter doctores ibidē & Angeſt. in mora. ca. 3.

Secunda propoſitio. ſynderesis quò ad actum ſuum immediatum poteſt impediri abſorberi deprauari. Probatur primum quòd poteſt impediri, ita quòd non producatur actualis & multò minus habitualis aſſenſus principiorum. Tum primò quia poteſt non præſentari principium practicum ipſi intellectui: etiam ſi ipſi termini ei proponantur: & per conſequens tunc non fiet apprehenſio terminorum neque iudicium aliquod actuale uel habituale, probatur antecedens, quia intellectus non ſemper aduertit ad quæcunque euidentia per ſe nota ei propoſita; etiam quia poteſt uoluntas imperio ſuæ libertatis diſtrahere intellectum ne ſufficienter aduertat circa illa principia, poteſt & conuertere ipſum ad conſiderandum alia, vt dicit Scotus in tertio diſtinctio. 36.

Probatur ſecundò idem, quia etiam ſi intellectus ex imperio uoluntatis aduertat prima principia ei præſentata: poteſt tamen impediri à ſuo iudicio per aliquod impedimentum naturale, putà quia aliqua paſsio delectationis triſtitiæ aut iræ ſeu timoris & huiuſmodi, aut aliqua alia infirmitas vel indiſpoſitio vel læſio tanta & tam vehemens poteſt adeſſe, ſeu aduenire corpori aut eius organo vel potentiæ aut fantaſiæ, & inde in intellectum redundare, quod perturbet ipſam rationem aut eam abſorbeat ad tempus, ne tunc poſsit clarè apprehendere terminos primi principii, aut ne poſsit ſe conuertere ſufficienter ad bene circa ipſum aduertendum: & per conſequens ne producat aſſenſum ipſius, vt patet in amentibus & ſœneticis. tunc enim ſecundum Thom. quæſtio. 16. de ueritate, extinguitur, ideſt intercipitur talis actus ſynderesis ne producatur iudicium ad tempus de illo primo principio etiam ei præſentato. Quòd autem poſsit etiam deprauari, ita quòd producat diſſenſum actualem primi principii practici ei præſentati, etiam apprehenſis clarè terminis & eius oppoſito aſſentiat ad tempus licet non ad ſemper nec irrecuperabiliter: quòd poſsint etiam ad tempus generari deprauati habitus oppoſitorum ex actibus prædictis deprauatis qui corrumpant habitus oppoſitos principiorum iam generatos ex ſuis ſimilibus actibus, probatur. quia aliqua paſsio vehemens aut voluntatis malitia ſeu deprauatio aut alia indiſpoſitio magna poteſt id efficere ut dictum eſt. quia ſicut deprauata uoluntas cum aliquo motiuo poteſt imperare intellectui ut diſſentiat primis principiis per ſe notis ſpeculatiuis etiam clarè terminis apprehēſis, & aſſentire eorum oppoſitis non expplicantibus contradictionem; ex quo ibi nulla apparet impoſsibilitas neq; ulla eſt repugnantia explicita, ut ſupra in lib. 2. de Igno. q. 15. latius egimus. ergo a fortiori id pōt cōtingere in intellectu practico quò ad principia practica: quia reſpectu eorum volūtas habet maius imperiū, ſicut & cum uoluntate habent illa maiorem connexionem, ad hoc facit tertio Ethic. qualis unuſquiſq; eſt talis ei finis uidetur finis nanque in operabilibus principiū practicū eſt. Itē. 6. Ethi.

quia tam in demonibus quàm in peccatoribus obſtinatis in uia nulla eſt inclinatio ad bonum. ergo in eis non eſt ſynderesis : & per conſequens poteſt eſſentialiter extingui. patet conſequentia, quia ſynderesis nihil aliud eſt quàm inclinatio ad bonum, quidquid ſit talis inclinatio.

Antecedens autẽ probatur tripliciter, Primò ratione. quia fomes ſe habet per oppoſitum ad ſynderesim. ſed fomes poteſt totaliter extingui ſeu auferri quò ad eſſentiam, ut patet in beatis, & in Beata Virgine dum fuit in via ſaltem ab incarnatione verbi, & in Chriſto, ergo ſimiliter poteſt fieri de ſynderesi quò ad ſuum formale ſeu connotatum aptitudinale ſeu quò ad ſuam eſſentiam Item ſecundò auctoritatibus probatur idem antecedens, quia Ezech. primo Facies aquilæ deſuper ipſorum quattuor. vbi gl. de ſynderesi loquẽs ait. hanc cùm ſicut Prouerbio. 18. dicitur. Impius cum in profundum peccatorum uenerit contempnit, ſępe præcipitari uidemus & ſuum locum amittere : cũ quidem ſine pudore peccant. quibus meritò dicitur illud Hiere. 3. Frõs meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Item ſuper Hiere. 2. Filii mempheos & c. gloſ. dicit, malignus ſpiritus de membris inferioribus uſque ad verticem pertingit : quando caſtam celſitudinem mentis diffidentiæ morbus corrumpit. & ſuper illud Pſal. 13. Corrupti ſunt abominabiles facti ſunt. gloſ. omni vi rationali priuati ſunt. cui conſonat illud Eſai. primo. Omne caput languidum & c. Nunc autem ſynderesis eſt potentia rationalis caſta celſitudo mentis, & caput quò ad corpus operabilium ergo. Item tertio ſuper illud Pſal. 55. Ab altitudine diei timebo. gloſ. ſtupor eſt qui non ſentit. & ſubdit. ſtulta arrogantia eſt ſimilis ſtupori : quando quis de ſe pręſumens nec timet nec cauet. hęc ibi. vnde ſicut per ſtuporem contingit corpus fieri omnino inſenſibile reſpectu morbi corporalis: ita & Animam reſpectu morbi ſpiritualis. hoc autem fit per extinctionem ſynderesis remurmurantis malo. quod etiam patet in hæreticis & infidelibus pro ſuo errore ſine ullo remorſu conſcientiæ mortem ſubſtinentibus.

Reſpõdeo dupliciter, Primò ſecundum Alex. ſecunda part. ſum. q. 57. & Bonauent. in ſecundo, diſtinct. 39. Negando antecedens, & ad eius primam probationem negatur conſequentia. & ratio eſt. quia malum cuiuſmodi eſt, fomes, formaliter ſumptum eſt vitioſitas vel accidens præter naturam: & ideo nihil inconuenit ſi tollatur ſalua ipſa natura: ſicque per gratiam excellentem aut per aliud bonum tolli poteſt. inclinatio autem ad bonum conſequitur ipſam naturam eiuſmodi eſt ſynderesis connaturalis ipſi animæ ſecundum primam naturæ inſtitutionem. ideo talis inclinatio naturalis non poteſt naturaliter tolli manente natura ipſa etiam in damnatis. vnde in voluntate ipſorum quamuis non ſit aliquis actus uel habitus infuſus uel acquiſitus inclinans eos ad bonum bene volendum : eſt tamen in eorum voluntate ſua inclinatio naturalis & naturalis appetitus ad bonum, modo talis inclinatio ſit habitus innatus modo non. quod quidem tamen bonum nunquàm actu elicito bene uolent licet ad id naturaliter inclinentur : quia Deus nunquam cum ipſis damnatis coaget neque concurret ad ipſum bonum bene propter debitum finem volendum. ideo omnia ad bonum commodi retorquent & malè volunt ſecundum Scot. & Duran. in ſecundo diſtinctio. 7. ſaltem bonum non bene volunt. ideo & Alexan. & Bonauentura. & alii doctores dicunt ubi ſupra quòd ſynderesis ſeu illa inclinatio ad bonum honeſtum, ſcilicet Bene & rectè volendum, & ad diſplicentiam de peccato rectè & propter debitum finem habendam, eſt omnino extincta in æternum in damnatis, ſcilicet quò ad actum mediatum & immediatum non autem quò ad eſſentiam. Sed quia hæc ratio videtur initi ſuo fundamento quòd ſcilicet ſynderesis ſubiectatur in uoluntate: quod ſupra. quæſt. 1. in tertio puncto reprobatum eſt. ideo melior ratio negationis conſequentiæ illius conformiter ad ſupradicta ſecundum alios doctores communiter eſt: quod modò maneat in damnatorum voluntate inclinatio aliqua naturalis ad bonum vt dicit Alexan. & Bonauentu. & c. modò non, de quo nunc non curo : tamen dico quòd in eorum intellectu manet naturalis inclinatio ad cognitionem principiorum practicorum per ſe notorum boni & mali, & potentia naturalis ad id t[illegible] aliàs tolleretur ab eis remorſus & vermis conſcientiæ: & talis inclinatio ſeu lumen naturale ad talem cognitionem dicitur ſynderesis: quę & oſtenſiuè naturaliter inclinatiua eſt ad bonum ſequendum & malum fugiendum, ut ſupra quæſtio. 1. dictum eſt quamuis voluntas non ſequatur talem inclinationem. Et ad auctoritates autem quæ in aliis duabus probationibus antecedentis ſupra adducuntur: reſpondeo ad gloſſ. Ezech. 1. ſecundum Gabriel in ſecundo diſtinctione. 38. dubio primo quod loquitur de ſynderesi quò ad actum uel effectum mediatum & remotum ipſius, ſcilicet quò ad actum voluntatis qui eſt effectus remotus ſynderesis & conſcientiæ : quod patet, quia contemnere & peccare ad uoluntatem formaliter & propriè pertinet : ſimiliter & obſtinatio. ſynderesis autem & conſcientia ad rationem ſeu intellectum. & ita nihil contra propoſitionem noſtram.

Admones alias auctoritates ſimiliter Reſpondeo etiam ſecundum Bonauent. quòd loquũtur de ſynderesi non quò ad eſſentiam ſed quò ad actum, aliquando quidem immediatum aliquando mediatum qui eſt conſcientia : aliquando etiam quò ad actum remotum uel effectum qui eſt actus voluntatis aut liberi arbitrii : quod dicitur caput rationis ſeu mentis ſecundum Ricard. de ſancto Victore in tracta. de eruditione

hominis interioris, pulchrè tractantem illam auctoritatem. Hieremias. 1. Omne caput langnidum &c.

Ad glo.ſuper pſal.55. Ab altitudine diei &c. Reſpondeo etiam ſecundum Bonauen. quòd ſimilitudo illa attenditur quantum eſt ex parte potentiæ deliberatiuę,ſecundum quam in nobis eſt ſtulta arrogantia: non autem ex parte ſynderesis ſeu intellectus, poteſt etiam dici quòd ſicut ſtupor non aufert ſimpliciter ſenſum ſed ad tempus: ita propter peccatum vel aliam cauſam, ſynderesis quò ad actum ſuum immediatum aliquãdo, & quò ad mediatum ſæpius impeditur & deprauatur, ita quòd anima nullum omnino ſentiat remorſum pro aliquo tempore: vt contingit hæreticis in ſuo errore manentibus. non tamen omnino extincta eſt ſynderesis in ſe: immo neque quò ad omnem actum & ad ſemper: vt patet. quia habet remurmurationem quò ad alia mala & contra ea quæ ipſi hæretici & deprauati in via & etiã ipſi damnati in inferno credunt eſſe mala, vt ſuprà propoſi.2.& 3.dictum eſt.

Argum.2. Secundò principaliter & hoc ſpecialiter contra ſecundam propoſitionem vbi dictum eſt quòd ſynderesis quò ad actum ſuum immediatum poteſt extigui & deprauari, ſic arguitur. Primò quia vis illa quę ſecundum ſuum actum ſeu motum directè repugnat peccato non deprauatur peccato. Sed actus ſynderesis ſemper repugnat peccato & contra ipſum remurmurat etiam in peſſimis peccatoribus. ergo non poteſt deprauari quò ad ſuũ actum immediatum, immo neque quò ad mediatum qui eſt conſcientia. conſequentia eſt bona. & maior patet. quia videtur repugnantia quòd id quod actualiter repugnat peccato ſit actualiter deprauatum ipſo peccato. ſicut repugnat quòd regula actualiter aliquid regulans obliquetur actualiter à ſuo regulato: aut quòd arctet eſſe malum & fugiendum ſimul & eſſe bonum & ſequendum: ſi ſic enim fieret iam non eſſet regula neque repugnaret peccato. Minor etiam dupliciter ꝓbatur. Primò quia nullus eſt tam omnino deprauatus quin habeat aliquod dictamen rectum de aliquo principio practico: & per conſequens cõtra agendo habet aliquem remorſum. Item ſecundò quia ſecundum Auguſt. de ciuitate Dei, tanta eſt vis probitatis & caſtitatis vt omnis vel penè omnis humana natura eius laude moueatur: nec vſque adeò ſit turpitudine vitioſa vt totum amittat ſenſum honeſtatis. Item gloſ. Auguſt.ſuper illud Luc.10. Abierunt ſemiuiuo relicto, dicitque vitium nunquam delet extrema veſtigia naturæ. Item Hierony.in gloſ. ſuper illud Ezech.1. Facies aquilæ deſuper &c. di: ſynderesim propriè aquilæ deputant non ſe miſcentem tribus ſed ipſa errata corrigentem. & conſtat prædictas auctoritates loqui quò ad actum ipſius ſynderesis,cùm dicunt, quòd errata ſcilicet aliorum uirium corrigit: quòdque non amittitur totus ſenſus, ideſt cognitio honeſtatis. Quod autem quò ad ipſum actum immediatum nõ poſſit ſynderesis extingui, ſic quod apprehenſis clarè terminis non producat actualem aſſenſum ipſorum principiorum practicorum & diſſenſum oppoſitorũ.probatur dupliciter. Primò, quia nulla paſſio neque diſpoſitio praua neque imperium noluntatis deprauatæ poteſt impedire effectum naturalem poſitis omnibus requiſitis & ſufficientibus cauſis naturalibus illius effectus:ut patet etiam in uiſione corporali quæ non poteſt impediri per aliquam prędictarum cauſarum, ſi ſit obiectum debitè præſentatum in medio proportionato potentię uiſiuę non læſæ & aliàs non impeditæ. Nunc autem ille aſſenſus principiorum & diſſenſus oppoſitorum neceſſariò & naturaliter ſequitur ex clara apprehenſione terminorum tam quam ex ſua cauſa ſufficiente, ut conſtat. ergo nõ poteſt impediri per aliquam de pręfatis cauſis: ex quo prædictę cauſæ nr ſupponitur non tollunt applicationẽ debitam obiecti aut claram apprehenſionem terminorum neque naturalem efficientiã cauſæ, ſcilicet intellectus reſpectu ſui obiecti, & per conſequens nec talem effectum naturalem.

Item ſecundò idem probatur, quia ſi in aliquo poſſet aliqua paſſio aut praua diſpoſitio aut deprauatio uoluntatis aut alia de prædictis cauſis impedire prædictum effectum: maximè id fieret in damnatis in quibus eſt ſumma paſſio triſtitiæ & afflictio multipliciter perturbatiua & deprauatio ſumma voluntatis & huiuſmodi.ſed ibi non impeditur. quia dæmones & damnati apprehenſis principiis & eorum terminis, quòd ſcilicet non eſt aut non fuit malè agendum, aſſentiunt eis & diſſentiũt oppoſitis. quia ſi nõ aſſentiret non remurmurarent cõſcientię eorum:quia remurmurare nihil aliud eſt niſi cognoſcere contrarium principii practici fieri non debere: ſicut inſtigare ad bonum nihil aliud eſt quam aſſentire & cognoſcere principium dictans aliquã operationem bonam eſſe faciendam, ut latius ſupra q.1.& q.3.dictum eſt.hoc autem bene nouerunt damnati: quia nonerunt ſe prauè egiſſe & prauè uelle & conſentire: ideo enim remordentur & accuſantur à ſuis cõſcientiis. ergo neque in eis neque in aliis poteſt talis effectus impediri: & per conſequens neque ſynderesis à ſuo actu immediato impediri neque terminis clarè apprehenſis extingui poteſt. Propter prædictas rationes & aliàs huiuſmodi tenet Alexan.ubi ſupra,& Bonauent. & Gabriel in 2. diſtin. 39.dubio 1.& Geruaſius in poſterioribus cõtra noſtrã ſecundã propoſitionẽ,dicentes,quòd licèt ſynderesis poſſit quò ad ſuum actum immediatum impediri, ſic ſcilicet quod poteſt ratio per aliquam cauſam de prædictis diſtrahi aut perturbari ne clarè apprehendat terminos primi principii practici: & per conſeqnens quòd non producat aſſenſum eorum ſed fortè diſſenſum & è conuerſo: non tamen po

teſt

teſt extingui aut impediri quò ad actum prædictum immediatum ſic quod apprehenſis clarè terminis non eliceat aſſenſum primi principij practici & diſſenſum oppoſiti. & per conſequens dicunt non poſſe ullo modo ſynderesim deprauar quò ad ſuum actum immediatum apprehẽſis clarè terminis principiorum practicorum. & uidetur cum eis concordare B. Tho. prima ſecundæ q. 77. art. 2 & q. 16. de ueritate, dicens quòd paſsio aut malitia uoluntatis aut alia praua diſpoſitio poteſt impedire & perturbare rationem: non quidem in uniuerſali, ſed in particulari operabili, inquantũ ſcilicet impedit ne ratio applicet rectè iudicium rectam uniuerſale ad particulare operabile: & quod ideo dicitur quis corruptus circa principia practica, ſcilicet quò ad applicationem eorum ad particulare tantum. ut etiam de hoc latius in libro ſecundo de ignorantia. q. 15. in ſecunda propoſitione habetur ubi uideatur.

Sed prædictis non obſtantibus ſtandum eſt ſecundæ præfatæ propoſitionioni: & motiua adducta in argumento pro aliorum opinione, non cõcludunt. Nam ad ea reſpondetur ad primum, concedendo maiorem ad hunc ſenſum quòd ſcilicet uis illa quæ & quando ſecundum ſuum motum actualem actualiter repugnat peccato non eſt ſimul tunc actualiter deprauata peccato, neque ſimul eſt eadem inclinatio ad bonum & ad malum. negatur autem in alio ſenſu quòd ſcilicet uis illa quæ habitualiter uel naturaliter inclinatur ad repugnandum peccato ſeu ad producendum actum repugnantem peccato non poſsit actualiter deprauari peccato aut quòd non poſsit producere actum deprauatum. Nam hic ſenſus eſt falſus ut patet: quia ſicut actus ſtat cum habitu oppoſito multò magis cum inclinatione oppoſita naturali aptitudinali eiuſdem potentię: ſicut uoluntas quę naturaliter inclinatur ad bonum uolendum ſæpe deprauatur actualiter ut conſtat. Nunc autem in quo ſenſu conceditur illa maior, negatur minor, & ad eius probationem conceditur quòd qui eſt deprauatus omnino circa unum principium, poteſt non eſſe deprauatus circa aliud neque hoc negamus: cum quo etiam ſtat quod circa aliquod principium poteſt omnino ad tempus deprauari ut ſupra dictum eſt. Et ad auctoritates reſpondeo quòd Auguſti. ſolum dicit ſicut & intelligitur ꝙ nõ poteſt eſſe deprauatio totalis circa omnia principia practica ſimul: neque circa unum principiũ poteſt facile contingere totalis & irreparabilis deprauatio in hac uita ut ſupradictum eſt. Ad auctoritates autem Hieron. Reſpondeo primò ꝙ loquitur de ſynderesis actu producto conformiter ad ſuam rectam inclinationem: ſicque loquitur de actu ſinderesis non deprauato ſed recto. Quod patet qa ibi diſtinguit loquens particulariter de actibus ſingularium virium animæ per ſe prout non communicant inuicem ſed productis conformiter ad ſuas inclinationes. uel ſecundo dico quòd loquitur de ſynderesi quò ad actum ſuũ immediatum & ut plurimum: quia talis ut plurimum non deprauatur. uel tertiò dico & fortè melius quòd illa participiẽ non ſe miſcentem tribus ſed corrigentem &c. non dicunt actum ſynderesis mediatum uel immediatum, ſed aptitudinem ſeu inclinationem naturalem ipſius ſynderesis: ſic ſcilicet quòd ſynderesis non habet inclinationem ſeu non inclinat ad malum ſeu peccatum ſed pòtius ad corrigendum errata: cum quo ſtat ꝙ ſuus actus deprauatur ut dictum eſt de uoluntate & de aliis potentiis bene inclinatis. Ad aliud quo probatur quòd non poteſt extingui uel impediri à ſuo actu immediato apprehenſis clarè terminis. reſpõdeo ad primum negando maiorem, quando cauſa naturalis habet aliquam conexionẽ ſeu colligantiam aut dependentiam à prædictis cauſis, putà à paſsione diſpoſitione aut uoluntatis imperio, qualis eſt intellectus practicus qui cum prædictis cauſis habet colligantiam ut patet: ideo poteſt ab eis impediri in ſuo actu naturali etiã habita clara notitia & apprehenſione terminorum ut probatum eſt. Sicut & aliæ cauſæ naturales poſſunt ab aliis cauſis habentibus cum eis connexionem & efficaciam fortiorem impediri à ſuis effectibus naturalibus poſitis omnibus requiſitis ad agẽdum. quòd autem prædictæ cauſæ, ſcilicet paſsio aut diſpoſitio alia, & uoluntas habeant connexionem & colligantiam cum intellectu, & efficaciam in eum quando ſunt uehementes, patet etiam experientia & ex ſupradictis in probatione ſecundæ propoſitionis, & ſupra libro ſecundo de ignorantia. q. 8. & q. 15. latius egimus de hoc. patet etiam quia auctoritas aut ratio probabilis quæ ſunt cauſæ naturaliter productiuæ aſſenſus opinatiui ſecundum communiter doctores impediuntur à tali effectu & producunt alium, ſcilicet aſſenſum fidei ſi adueniat pia affectio: & ſi ad ſit praua affectio aut alia diſpenſatio uoluntatis nullus aſſenſus producetur. patet etiã in potentia uiſiua corporali quæ poteſt impediri per noluntariam diſtractionem aut animæ attentionem vehementem in aliud obiectum ſpeculabile, ut ſupra dictum eſt in ſecunda propoſitione. igitur negatur illa maior & tota illa prima ratio. Ad ſecundam probationem de damnatis reſpondeo etiam ſecundum Bonauet. & Alex. ubi ſupra & alios doctores conceſſo antecedente quò ad damnatos, negatur conſequẽtia quò ad viatores. ratio eſt quia illis dãnatis eſt hoc à Deo datũ in pœnã, vt ſi maneãt cõtinuò vel in æternum in illa aduertentia culparum & pœnarum & in remorſu actuali conſcientiæ ſicque ſynderesis manet nec extinguitur nec impeditur nec deprauatur in illis quò ad actum immediatum & mediatum remurmurantem peccato ſuo, ſolum inquantum eſt pœnalis & habet rationem pœnæ in eis ad iuſtitiam Dei implendam: non autem manet quatenus oſtendit uel inclinat ad bonum bene uolendũ ullo modo pſal. 111. Peccator videbit

&

& irraſcetur dentibus ſuis fremet & tabeſcet &c. quòd ſi Deus ſic non puniret eos:certè in eis ſicut & in uiatoribus poſſet extingui & impediri & deprauari quò ad actum etiam immediatum ut dictum eſt.

QVAESTIO DVODECIMA.

VTRVM ET QVOMODO conſcientia, dubium, & ſcrupulus, poſsint deponi.

Propoſ. 1. RESPONDEO per quatuor propoſitiones, quarum prima eſt, qñ conſcientia & dubium ſunt deponenda: deponēda ſunt non temerè ſed prudēter,& rationabiliter. In hac propoſitione præſupponitur quòd iſta ſunt aliquando deponenda neceſſariò, aliquando utiliter tantum, aliquando de conſilio, de quibus latè dictum eſt ſupra. q. 5. & ſequentibus. quod ergo prædicta non ſunt temerè deponenda patet: quia temerè agere eſt peccatum. Item exponit ſe periculo malè agendi & omittendi id quod conſcientia dictabat eſſe agendum aut omittendum ſi fortè non erat erronea. Item quia temerè deponendo,non deponitur ſæpe de facto ipſa conſcientia aut dubium, ſed potius agitur contra illa adhuc manentia ut patebit in ſecunda propoſitione.

Propoſ. 2 Secunda propoſitio quadrupliciter contingit temeraria & culpabilis depoſitio conſcientiæ & *primus modus.* dubiorum. Vno modo per contemptum formalem aut interpretatiuum ipſius conſcientiæ ſeu etiam dubii. per formalem quidem quando ſtante conſcientia uel dubio, quod actualiter illicitè agit uel omittit tale quid, nihilominus ipſe homo hoc attēdens non curat & ſic agit ſeu omittit. per interpretatiuum autem, quando quis uoluntariè auertit intellectum à conſideratione actuali ſeu dictamine conſcientiæ contradicentis ſeu dubitantis, ut ſic operetur quod uult ſine actuali & formali remorſu ſuæ conſcientiæ: ita quod dum illud agit non habet actuale iudicium aut dictamen conſcientiæ reclamantis; ſed ſolum uoluntariam inconſiderationem illius iudicii, aut conſcientiæ ut ſic liberius peccet. ut contingit in uolentibus actu ignorare uel non conſiderare ut oportet. de quibus Iob 21. Qui dicunt Deo recede à nobis ſcientiam viarum tuarum nolumus. & Eſai. 30. Qui dicunt aſpicietibus nolite aſpicere nobis quę recta ſunt: loquimini nobis placentia. & qui illo modo per contemptum formalem aut interpretatiuum deponit conſcientiam, non bene immo neque verè deponit conſcientiam: ſed potius eam contemnit & ſuperbè præſumit contra practicum iudicium conſcientiæ aut contra dubiū ſic agēdo.

Secundus modus. Secundo modo poteſt culpabiliter deponi conſcientia aut dubium, per culpabilem diſtractionem uel obliuionem conſcientiæ aut dubii ipſius prius exiſtentis rationabiliter, ut contingit aliquibus prius debitè præparatis ad cōfitendum omnia peccata; ſed antequam confiteantur ſe negotiis implicuerunt, propter quod in confeſsione obliti ſunt magnæ partis peccatorum mortalium. aut ſi quis probabiliter & rationabiliter æſtimans aut dubitans non eſſe uerum matrimonium cum Bertha: & poſtea ex aliqua paſsione libidinis ſeu aliàs, ex alia cauſa culpabiliter oblitus aut inconſideratus tunc ipſam cognoſcit bona fide ut ſuam, cùm tamen in rei ueritate non ſit uerum matrimonium cum ea: tunc quidem non peccat contra conſcientiam aut contra dubium, quæ uel quòd tunc non eſt licet olim fuerit: ex quo ut ſupponitur iam de facto depoſitum eſt, ſed tamen peccauit culpabiliter deponendo talē conſcientiam & dubium rationabile, per talem obliuionem & inconſiderationē eius tunc culpabilem: quià talis culpabilis obliuio aut inconſideratio, uidetur accedere ad contemptum interpretatiuum ſupradictum ſeu ad negligentiam. immo ſi tunc eſt in ſua poteſtate recordari & conſiderare ut oportet: certè non excuſatur ab illa trāſgreſſione præcepti alterius contra quod agit cognoſcendo Bertham non ſuam in caſu præfato, aut omittendo confiteri quod tenetur: ſicut neque per ignorantiam uincibilem excuſaretur. contra quos Prouerb. 4. Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. & Eccleſ. 5. & prima Timoh. 5. Sine præiudicio, id eſt ſine præuio iudicio rationis, nihil facias, ſcilicet inconſideratè & imprudenter: quia ſic homo ſe exponeret aliquo modo periculo. Quod ſi talis obliuio aut diſtractio eēt omnino inculpabilis: tunc etiam actus inde proueniens excuſatur à culpa, ſicut per ignorantiam inuincibilem ut patet, & etiam infra in quarta propoſitione habetur. quòd ſi quis temere concepit conſciētiam erroneam aut dubium tunc non eſſet illicitū deponere modo ſupradicto, ſcilicet per obliuionem uel inconſiderationem quomodocumque & qualitercumque habitam: quia licitum eſt etiam ex oppoſito obliuiſci & nolle conſiderare id quod rationabiliter æſtimabamus.

Tertio modo deponitur culpabiliter & temerè conſcientia aut dubium per rationes quidem,ſed inſufficientes ad contrarium. putà dum quis conſiderat inſufficientiā cauſarum ex quibus prius credidit aut dubitauit,& rationes ad oppoſitum credendum per quæ tamen motiua cōtraria non habetur adhuc iudicium probabiliter certum & ſufficiēs quòd ſibi iam liceat illud agere, ſed potius adhuc manet dubiū aut æſtimatio licet minus probabilis quā ante quòd ſibi agere non licet: & hoc modo uerè in effectu nondum eſt depoſita conſcientia uel dubium ſufficienter ad licitè id agendum. ideo qui ſtante hoc dubio aut æſtimatione pfata cōſcientię id ageret, certè peccaret contra conſcientiā aut dubium practicum adhuc manēs. *tertius modus.*

Quartò

Quarto modo deponitur conſcientia & dubiũ temere quando quis motus ex irrationabilibus & leuibus motiuis iam omnino deponit conſcientiam & dubium quod habebat rationabiliter: & ſic irrationabiliter æſtimat omnino ſibi iam licere id quod ante rationabiliter æſtimabat aut dubitabat ſibi non licere. & iſte licet ſic agendo aut omittẽdo quod iam irrationabiliter credit ſibi licere nõ peccet contra conſcientiam aut dubium quod iã non eſt: peccauit tamen temeritatis peccato quãdo ſic irrationabiliter depoſuit conſcientiam quã rationabiliter aut ex rationabilibus motiuis habebat. quia Deut. 16. Iuſte quod iuſtum eſt exequeris. & inſuper exponit ſe periculo peccati, ut dictum eſt ſuperius & in lib. 2. de Ignorantia. q. 3. ideo non excuſabitur ab alio peccato contra aliã legem faciendo aut omittẽdo quod alia lege prohibetur aut præcipitur, ſicut neque per ignorantiam uincibilem excuſaretur.

Ex quibus patet quomodo ſit intelligendus Caietanus prima ſecundæ q. 19. art. 6. ſic dicens. Aduerte confeſſor quòd depoſitio erroneæ rationis fit nõ ſolum per oppoſitam rationem uel ueritatis cognitionem ſed etiam per excluſionem eius ad applicationem ad opus proprium. uerbi gratia Mulier audiẽs à prædicatore quòd uti capillis alienis eſt peccatum mortale quia eſt ſimulatio: concipiensque ex ratione audita & ex auctoritate prædicatoris talem uſum eſſe peccatum mortale, & ex alia parte uellet uti huiuſmodi capillis, & neſcit ſoluere motiua illius rationis erroneæ contraria ſuo appetitui: tamen putans abſque ſolutione rationis id ſibi licere, utitur huiuſmodi capillis. tunc in hoc caſu & ſimilibus non eſt uoluntas diſcordans à ratione illa propriè loquendo nec fit contra conſcientiam. & ratio eſt quia licet maneat ratio errans in ſe, non tamen manet applicata ad hoc uelle actualiter nec uirtualiter ſed deponitur applicatio illa & per conſequens erronea cõſcientia quæ in applicatione conſiſtit. licitè autẽ hoc abſque ulla alia ratione fit etiam ſi ex impetu uel libito fiat. quia ratio erronea non habet in ſe unde liget ſed quatenus acceptatur. ideo ex quacunque cauſa non acceptetur uel in ſe uel in applicatione non ligat. hæc ille. Illud ergo quod dicit quòd talis non peccat contra conſcientiam uerũ eſt. Sed quod vltimò dicit quòd licitè non acceptatur talis conſcientia, quodque licitè deponitur quomodocunque deponatur uel non acceptetur hoc ſano modo eſt intelligendum ſi videlicet rationabiliter ęſtimat quòd ille prædicator nõ bene aduertit, aut quòd non tam generaliter & rigoroſè debet eius dictum intelligi, aut quod pótius locutus eſt ad terrorem, aut ſuadendo, aut quia alii peritiores dicunt oppoſitum, aut quòd illa ratio non concludit quamuis neſcit ſoluere eam qa illam omnino ſophiſticam reputat & huiuſmodi: & ideo recedit à tali ratione & contra eam opinatur licitum eſſe ſibi & ſic licitè agit. alioqui culpabiliter & irrationabiliter deponit conſcientiam aut rationem illam erroneam ut patet ex dictis. tenemur enim rationabiliter & non temerè agere dum ſemel conſcientiam rationabiliter de illicito habemus ut probatum eſt. & in hoc concordat Conradus de contractibus. q. vltima, ut ſupra. libro 2. de Ignorantia: q. 3. latius egimus. & Frater Barnabas de Roſalibus in ſuo tract. de uarietate opinionum fol. 98. dicens quòd talis mulier in caſu prædicto peccat.

Et nota quòd nunquam eſt cõcedendus aliquis caſus neque poteſt dari in quo quis neceſſariò teneatur deponere conſcientiam uel dubiũ: & quod illud uel illam rationabiliter aut licitè deponere non poſsit. Nam deponendo illam eo modo quo infra in quarta propoſitione & q. 13. dicetur deponitur rationabiliter & licitè fortè poſſunt eſſe alii modi deponendi conſcientiam & dubium. culpabiliter: ſed pro nunc iſti. 4. ſufficiant: quia & communiter contingunt, ad quos omnes alii ferè reduci poſſunt.

Tertia propoſitio. Omnis ſcrupulus contra quem eſt licitũ agere, non temerè ſed licitè deponitur quocunque illorum quatuor modorum in ſecunda propoſitione præcedente prædictorum. Prope. 3.
Hic prius nota qui ſunt ſcrupuli contra quos eſt licitum agere & eos contemnere de quibus dictum eſt latè ſupra. q. 5. propoſitio. 4. Nunc probatur hæc tertia propoſitio. quia ſi cõtra tales ſcrupulos poteſt agi & poſſunt contemni, ut dictum eſt & infra q. 13. latius. ergo à fortiori poſſunt deponi per obliuionem & etiam ſine ullo motiuo: quia plus eſt contẽnere tales ſcrupulos etiam exiſtente actuali eorum conſideratione ſine alio motiuo agere contra eos quod eſt contemnere formaliter, quam ſine eorum conſideratione non curare de eis. Et ſi quæratur quare potius licitum eſt deponere præfatos ſcrupulos contemnendo & ſine motiuis ſufficientibus non curare de illis: & non ita licitum eſt deponere conſcientiam dubiumque probabile? reſpondeo quia cum quis rectè uel erroneè probabiliter æſtimat aut dubitat ſe tale quid illicitè agere, iam tenetur aduertere ne temerè agat ullo modo. tenere autem ageret ſi ſtante prędicta ęſtimatione aut dubio probabili ſine ratione probabili oppoſitum ageret. ideo non licet deponere conſcientiam aut dubium probabile aliquo illorum modorum ſupradictorum in ſecunda propoſitione. ſtantibus aũt ſcrupulis ſupradictis poſſumus contra agere. quia inſufficienter mouent: dummodo adſit aliud probabile iudicium ſaltem uirtuale quòd licitè homo id agit de quo ſcrupulum habet ſeu habebat, ut ex ſupradictis in q. 5. conſtat.

Quarta propoſitio. Dupliciter poteſt licitè cõ- Prope. 4.
ſcientia quæcunque etiam recta, & dubium deponi. Vno modo per non uoluntariam ſeu per inculpabilem aut inuincibilem diſtractionem obliuionem ſeu ignorãtiam dubii aut conſcientiæ rectæ

uel

uel erroneæ, ut patet etiam ex ſupradictis in ſecunda propoſitione in ſecundo modo ibi poſito: quia talis æquiualet ignorantiæ inuincibili actuali. ſtat enim quod quis actualiter inuincibiliter, & per conſequens inculpabiliter ignoret aut obliuiſcatur, aut non conſideret id quod uirtualiter ſeu habitualiter ſcit; & ſic tunc non erit culpa actualis durante tali ignorantia ſeu obliuione aut diſtractione inuincibili: ex quo pro tunc non eſt in ſua poteſtate aut non tenetur ſcire uel recordari ſeu aduertere. Alio modo poteſt licitè deponi conſcientia & dubium, quando ſcilicet quis ex motiuis non leuibus nec temerariis, ſed rationabilibus, ſeu ex aliorum doctorum & prudentum conſilio inducitur in iudicium contrarium ſufficienter dictans, quòd licitum eſt ei ſic agere uel omittere tali nanque iudicio iam eſt depoſita conſcientia & dubium quòd illud erat illicitum.

reſolutio.

Igitur Nota ex Medina de confeſsione. q. 16. fol. 65. quòd ſi quis conſcientiam temerè & ſine cauſa concepit: tunc ſine cauſa alia poteſt eam licitè ad libitum deponere. quòd ſi cum aliqua cauſa eam concepit tunc cum alia cauſa fortiori poteſt licitè eam deponere. quòd ſi cauſas habet ęquales pro & contra, ſcilicet ad habendum præfatam conſcientiam & ad eam deponendum: ſatius eſt dubitare quàm in partem minus tutam declinare. Hæc ille. qui cum ſupradictis in propoſitione ſecunda. ſatis conſtat.

QVAESTIO TERTIADECIMA.

QVIBVS MODIS GENERALIbus debet rationabiliter deponi conſcientia, inquietudo etiam culpabilis & erronea, dubium, & ſcrupulus.

primus modus.

RESPONDEO quòd quinq; modis: & quando unus non ſufficit addatur alius ſeu alii quouſque ſufficiãt. Primus modus generalis eſt debita pręparatio ex parte noſtra ad gratiam ſeu auxiliũ Dei promerendum, & ut ſic illuminemur & ſanemur idque præcipuè quando à Diabolo in nobis occultè excitatur ſcrupulus & cõſcientię inquietudo, uel etiam quando nec nos nec noſtra nec aliorum humana induſtria ſufficit: tunc enim requiritur prædicta præparatio, qua habita ſufficienter Deus non deerit inuocantibus eius auxilium opportunum & neceſſarium. hæc autem præparatio ad Dei gratiam & fauorem habendum, fit propriis & alienis orationibus & inuocationibus sãctorũ, ieiuniis & eleemoſynis & aliis bonis operibus humiliter & deuotè quò ad Deum & homines ſe habendo, & cum fiducia Diuinæ largitatis & Diuinæ miſericordiæ & cum contritione præuia uel puritate conſcientiæ ut de his latius nos egimus ſupra lib. ſecundo de Ignorantiã. q. 2. quæ requiruntur ad faciendum quod in ſe eſt. Et cum prædictis cõcordant communiter doctores, ut refert etiam Florenti. prima par. ſum. titul. 3. cap. 10. §. 10. & Caieta. in ſum. titu. ſcrupulus & latius Gerſon 3. part. ſum. in tract. de remediis contra puſillanimitatem alphabe. 69. litera q. & in tracta. de diuerſis Diaboli tentationibus alpha. 70. litera. Q.

ſecundus modus.

Secundus modus generalis eſt, de conſilio ſapiẽtis agere contra ſcrupulos, & contra cauſas eorum & conſcientiæ & dubiorum irrationabilium: non dico contra conſcientiam neque contra dubium practicum exiſtens, ſed contra cauſas conſcientię dubiorum. Dico primò quòd optimus modus ſanandi ſcrupulos quoſcunque, eſt de conſilio ſapientum contemnere & agere contra eos, ut ex cõſuetudine fiat homo robuſtior in uia Dei, ut dicunt Florenti. & Gerſon ubi ſupra, in tracta. de remediis contra ſpiritum blaſphemiæ alphab. 71. litera: N.O.P. &c. & in tracta. de meditatione, conſi. 16. alphab. 68. litera. P. & in regulis moralibus alphab. 24. & alibi ſæpius. facit ad id Eſai. 35. Confortamini puſillanimes. unde Grego. in moral. dicit, quòd Diabolus aſsimilatur mirmicolioni, quod animal dicitur leo formicarum, quia formicis quæ minutiſsimæ ſunt inſidiatur & eas occidit: ſed illum alia animalia maiuſcula conculcãt ambulando & perimunt. Sic Diabolus inueſtigat complexiones hominum: & quos uidit parui cordis ſeu puſillanimes & ſcrupuloſos aggreditur ut ſcrupulis & uitiis occidat: ſed à fortioribus & magnis ſpe & vigore rationis uigẽtibus Diabolus ipſe proſternitur & abiciitur, contemnendo & contra ſcrupulos agendo. ideo Gerſon ubi ſupra dicit, mille ſurgunt apud aliquos ſcrupuli more canum oblatrantes & lacerare minantes eos qui uolunt ire per uiam. Dei: quos conuincere & compeſcere non melius poteſt homo, quàm per contemptum & non habendo curam eorum: dummodo contemptus ille ſit timoratus & regulatus non abſque præuio alterius prudentis præſertim ſuperioris conſilio. immo & ipſe & Silueſtrina titu. ſcrupulus. quæſt. 3. dicunt. quòd hoc quiſque facere poteſt cum tuta cõſcientia ex conſilio proprio, quando habet probabilem ſufficientemque rationem quòd ſic poſſet facere, & ꝙ ſic ipſe conſuleret alteri in ſimili negotio maximè ſi ipſe ſit doctus, ſicut ſi quis uellet lignum diſtortum ad rectitudinem ducere, oporteret ipſum retorquere ad partẽ oppoſitam recuruando, ut ſic tãdem ad rectitudinem reducatur. Dico ſecũdò ꝙ contra cauſas ſcrupulorum & etiã conſcientiæ & dubiorum irrationabiliũ bene licet & expedit agere ad ea deponendũ rationabiliter. Nam ſi quis cõſcientiam temerè & ſine ulla cauſa concepit: iam ſine alia cã poteſt ipſe licitè ad libitũ deponere. ꝙ ſi cum aliqua eam concepit: tunc ex alia cauſa fortiori poteſt eam licitè deponere, ꝙ ſi cauſas

habet

habet æquales pro & contra, ſcilicet ad habendum prædictam conſcientiam, & ad eam deponendum: tunc ſatius eſt dubitare quàm in partem minus tutã declinare, vt ſupra in fine quæſtionis præcedentis ſecundum Medina dictum eſt. Si autem cauſæ ex quibus oritur conſcientia, dubium, aut ſcrupulus ſunt naturales, putà complexio, morbus & huiuſmodi: iam per appoſitas medicinas aut per alios modos non prohibitos licitè agitur contra illas. & ita formata bona conſcientia licitè quis operatur ſecundum eam depoſita priori conſcientia aut dubio: quamuis non ſit depoſitus ſcrupulus. Pro quo nota ſecundum Florent. vbi ſupra. §. 9. & Gerſon quòd ſcrupulus ſeu puſillanimitas conſcientiæ quod idem eſt, aliquando cauſatur ex cõplexione apta ad timorem vel dubium: vt eſt complexio frigida, qualis eſt in fœminis, vetulis, & Melancholicis; timor enim naturaliter ſecundum Damaſc. & Philoſophos conſtringit cor: ſicut & cætera frigida conſtringunt & congelationem faciunt; ad quem motum contractionis imaginatio mouetur à timoris diſpoſitione: ita vt concipiat quis aliquod malum eſſe futurum & per conſequẽs fugiendum. Quandoq; etiam cauſatur ex ægritudine maniaca vel melancholica, quæ eſt infirmitas capitis, per quam læditur imaginatio & quandoq; inde læditur ratio. vt Galenus & Auicena dicunt quòd mania eſt infectio anterioris cellulæ capitis cum diminutione rationis. Quãdoq; etiam cauſatur ex tentatione Diabolica, vt etiam idem ait Gerſon in tract. de remediis contra puſillanimitatem. & contra blaſphemiam, & de diuerſis Diaboli tentationibus. poteſt enim Diabolus Deo permittente mouere melancholicos humores in homine & fantaſmata: per quę imaginatio poteſt turbari & errare & duci ad timorem inordinatum, gaudium, aut triſtitiam & huiuſmodi. vnde & Auicena dicit quòd quibuſdam medicis viſum eſt quòd melancholia contingat à Demone: ſicut & aliqua tentatio carnis & eius vehemens inflammatio poteſt à Demone prouenire, vt creditur à doctoribus quòd fuit in Beato Paulo ab Angelo Sathanæ illum collaphizante: & contra hoc eſt ſpeciale præcipuumq; remedium à Deo petendum contra inſultus Demonis, ſimul & cum debita hominis induſtria & præparatione vt ſupra primo modo dictum eſt.

Aliquando etiam ſcrupulus cauſatur ex malo regimine corporis, ſcilicet ex nimia & immoderata abſtinentia aut vigilia & huiuſmodi. vnde B. Hiero. dicit. Rationalem hominis dignitatem amittit qui vel ieiunium charitati aut vigilias præfert, vt per immoderatam abſtinentiam vel indiſcretam pſalmorum vel officiorum decantationem incurrat notam amentiæ aut triſtitiæ, ideſt melancholiæ. de conſecr. diſt. 9. c. non mediocriter. Aliquando cauſatur ſcrupulus ex ſocietate timidorum: nam vnus ſcrupuloſus facit alium ſcrupuloſum. Aliquando ex ignorantia ex qua timetur quod & vbi non eſt timendum. Aliquando ex nimia imaginatione, conſideratione, cura & ſolicitudine nimis intenta, ad cauendum omnino vndiq; & plus debito id omne quod malè accidere poteſt, ſeu quod poteſt illi nocere in via Dei. ſicut qui per locum altum ambulans, ſi nimis intensè conſiderat profundum in quod cadere poteſt: ecce turbatur ſenſus & imaginatio, & cadit vbi non caderet per locum demiſſum ſi ſine tali imaginatione ambularet, aut ſicut ſi alicui per excelſa ambulãti acclamaretur vndique, cades, cades, caue, caue, certè caderet perterritus, qui aliàs non caderet ſi non ita turbaretur in illa ſua imaginatione intenſa. ſicut etiam qui eſt omnis ſolicitus ad cauendum omnia venialia & minima peccata, quę vix homo poteſt in hac vita vitare: inde fit timidus, ſcrupuloſus, & inquietus, & aliquando dubius, & aliquando etiam habens conſciẽtiam erroneam quòd peccat vbi nõ eſt peccatum, vt dicit Gerſon vbi ſupra.

De quibus omnibus cauſis ſupradictis & aliis eiuſmodi, dico ſecundum prædictos doctores ꝙ rõnabiliter remouentur & agitur contra eas, per medicinas aut per alios quoſcumq; modos ad id aptos & ſufficientes aliàs non prohibitos: præſertim per duplicem modum hunc. Primo ſecundum Caiet. & Gerſon vbi ſupra vitando aut non curando, ſed diſtrahendo cogitationem & imagĩnationem ab illis cauſis à quibus oritur talis ſcrupulus aut conſcientiæ inquietudo irrationabilis. quia in hoc videtur cõſiſtere naturalis cauſa prędictorum ſcrupulorum, quòd mota vna fantaſia oportet multas cõſequenter moueri, ita quòd nõ eſt in ſua poteſtate compeſcere ſequentes fantaſiarum commotiones; ſicut in lapidibus aut lateribus ordinate cohærentibus eſt videre, quod mo to vno cęteri ſequuntur & vnus poſt alium cadit. ipſa ſiquidem attentio ad ſcrupulum vitandum parit ſcrupulum; quia mouet fantaſiam impedientem liberè & rectè incipere aut proſequi vt dictum eſt de nimia imaginatione: ideo diſtrahatur aut de ea non curetur.

Secundo modo vt ait Gerſon vbi ſupra & pręcipuè in tract. de remediis contra puſillanimitatem, quod ſcilicet in quãcũq; partem quis ſe ſentit proniorem ad malum & tentari ſe poſſe facilius & ſcrupulari: ibi ſemper apponat remedia contraria ſolicitus, & contra paſsiones ſuas ad quas ſe ſentit magis inclinari viriliter agat, & nullo modo eis credat aut locum det; quia ſi ſemel aut iterum homo ceſſerit eis: iam paulatim ita radicabũtur in eo, vt difficillimè aut minimę illis reſiſtere poſſit: aut remediũ adhibere tanq; de infirmitate incurabili iam facta. exẽpli gr. ſi quis eſt naturaliter timidus ad aliquid coram multis agendum, putà ad cantandum aut legendum & huiuſmodi, ecce ſtudeat libertati ſe ipſum cogẽs ad id agendum quod timet. ſi quis iracundus eſt & ve-

& vehemens in ſuis actibus & facilè commouetur: ecce fugiat occaſionem ire, & quaſi cum violentia quadam intendat mentis tranquilitati, & manſuetudini ſi quis nimis zeloſus eſt etiam in cauſa iuſtitiæ & per impetum ſpiritus nimis efferatur: ipſum zelum cum modeſtia temperare laboret. Nam calida frigidis & frigida calidis curantur. Et tandem Gerſon dicit ibidē & in Epiſtola contra profeſſum inobedientem alphab. 71. litera. d. quod ſecundum Bern. nihil magis ſuſpectum eſſe debet quàm vehementia affectionis &

Not. amoris ad bonum agendū. & hoc vtitur Demon vt qui currit incurrat in via Dei, ideo omnia ad quæ voluntas cum quodam impetu & vehementia ſine præuia & matura deliberatione inclinatur, quantumcumq; appareant & ſint Bona, homo habeat ſuſpecta; quia communiter ſunt ſenſualitatis motus & paſsionum: quibus inimicus vtitur & ſociatur. ideo Michcę. 7. ab ea quæ dormit in ſinu tuo, ſcilicet à ſenſualitate & naturali affectione vt à muliere te cuſtodi: & ſi non poteſt homo eam omnino vincere & ſubdere: ſaltem ei ſemper reſiſtat & caueat ab ea, in hoc enim ratione difficultatis maius meritum eſt.

3. modus. Tertius modus generalis eſt ſolicita & diſcreta veritatis inquiſitio per ſe vel per alios: & opinionis probabilis tuta electio. Nam rationabiliter deponitur conſcientia, dubium & ſcrupulus poſtquam per ſolicitam veritatis inquiſitionem per ſe & alios ſufficienter factam cognoſcitur, quòd debet deponi, vt patet quia tunc non ſequitur voluntas ſuam regulam, ſcilicet iudicium dictans rationabiliter veritatem. ideo videat ipſo homo, quod iudicium aut conſilium daret rationabiliter alteri in ſimili caſu & negocio & idem faciat in ſuo, vt etiam de hoc habetur infra. q. vltima. ī primo remedio ſpeciali ex Gerſon. & quādo fuerit dubium de veritate ſeu diuerſitas opinionum eligatur probabilior vt de hoc ſupra. q. 5. prop. 2. & ſuperius in libro. 2. de Ignorantia. q. 3. plenius egimus. Quando eſt dubium facti, an ſcilicet quis ſit verè irregularis aut excommunicatus & huiuſmodi: dic ſecūdum Panor. in c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. & in c. cum tu filii præpoſitæ. de teſtibus, quòd in foro cōtentioſo vbi purè agitur ad pœnam, debemus interpretari & iudicare quòd non eſt excommunicatus vel irregularis aut ſuſpenſus: maximè vbi agitur de pœna imponenda, vtpotè quia celebrauit, quia collatio non tenuit & huiuſmodi. quia in pœnis mitior interpretatio eſt facienda & mitior pars eſt eligenda. & odia reſtringi fauores autem conuenit ampliari. lib. 6. de reg. iur. & ſecundum hoc intelligitur Innocentius ibidem in foro autem conſcientiæ è cōtra debet iudicari, quòd ſcilicet incurrit irregularitatem, excommunionem, aut peccatum & huiuſmodi. quia in tali foro animæ pars tutior eſt eligenda in dubiis, vt dictum eſt; licet talis pars ſit durior, quia in ſic eligendo nullum eſt periculum: ſed potius eſt periculum ſi ſic non fiat facit. ca. ſignificaſti. el. 2. de homicidio, & cap. illud Dominus. de clerico excommunicato miniſtrante. & glo. in c. vnico, de ſcru. in ord. facienda. & idem iudicium eſt in foro quaſi pœnitentiali, & vbi peccatum imminet ex tali dubio, putà quia non agitur ad puram pœnam propriè, ſed vt ab altaris miniſterio abſtineat & caueat peccatum vel à contractu matrimonii dubii, vel ab aliquo agēdo ſeu exercendo in quo ſubeſt peccatum, & cum prædictis expreſsè concordant doctores etiam Silueſtrina, tit. dubium. q. 4. Quando autem eſt dubium in verbis legis vel contractus & huiuſmodi quomodo ſit interpretatio facienda: vide ſilueſtrina. tit. dubium. q. 5. & tit. lex. q. 16. & 17. & titul. interpretatio. facit etiam ad ſupradicta id quod ꝓximè dicet in quarto modo ſequēti de epikeya.

Quartus modus generalis deponendi licitè cōſcientiam, dubium & ſcrupulum, eſt prudens legum & ſcripturarum ſecundum æquitatem ſeu epicheiam moderatio, ſeu interpretatio, vt ait Florent. vbi ſupra.

Pro quo nota ſecundum eundem & B. Th. ſecunda ſecundæ. q. 129. art. I. & Angeſt. in moral. c. 11. ex. 5. Eth. quòd epicheya eſt idē quod æquitas, quæ eſt iuſtitia dulcore miſericordię temperata, penſatis omnibus circunſtantiis; cuius officium ſeu proprius actus eſt in caſibus ſpecialibus diſcedere à verbis legis generalis; ſeruata tamen legis intentione attentis omnibus circunſtātiis. itaq; epicheya eſt qua prætermiſſo verborum legis rigore præfertur quod recta ratio poſcit, & quòd legiſlator in tali caſu pręeligere debuiſſet. de his. n. quæ vt plurimum accidunt feruntur leges pro bono communi, quarum obſeruantia in quibuſdam caſibus & circunſtantiis manifeſtè bono communi pernicioſa foret: quod enim pro certo fine introductum eſt, non debet contra illum finem militare: quare ipſum ſalubriori cōſilio eſt pro tunc relinquendum; aliàs potius præuaricator legis quàm obſeruator eſſet cenſendus, iuxta regulam iur. is committit in legem qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem. huiuſmodi virtus appellatur epicheya, ſeu æquitas iuris; de qua intelligitur illud commune dictū ipſe leges cupiunt vt iure regantur. exempli gratia. Si lege vel iudicis ſententia cautum eſſet gladium depoſitum reſtitui hoc vel illo tempore: & quis eum in furia aut ad patriæ ſeu hominis iniuſtam occiſionē ſeu impugnationem repeteret: tunc locū habet epicheya: eaq; in legis vel ſentētiæ executione vtendum eſt. Epicheya igitur habet medium inter ius & inter rigorem ipſius iuris vel legis: Nam ius ſeu lex eſt iuxta ordinatio generalis ad commune bonum, vt B. Tho. prima ſecundæ q. 90. rigor autem iuris vel legis eſt exceſſus ſiue auſteritas iuris aliquoties. Ad terrorem ſcriptus. epicheya verò ſeu æquitas vt ſupra declaratum eſt. Dico ergo quòd rigor iuris ſequendus

quendus

quendus non eſt niſi vbi timetur exemplum mali, & niſi ſit rigor ſcriptus: tuoc enim præualet æquitati oon ſcriptæ. æquitas autem ſcripta prçualet rigori ſcripto: & non ſcripta rigori ooo ſcripto, ſecundum doctores in l. placuit. C. de iudiciis. & gl. in cap. fin. de tranſactionibus. Ideo ſecundum has regulas in foro conſcientiæ & cõtentioſo quilibet æquitatem etiam iudex ſemper habere debet præ occulis. ff. de eo quòd certo loco. l. quòd ſi Epheſi. & ff. de pœnis. & diſtinctione 45. cap. diſciplina. & diſtinctiooe 50. c. ponderet, quia meliua eſt de miſericordia, quàm de ſeueritate reddere rationem. 26. quæſtione 7. capi. allegant. quod intelligit Rayneriua niſi ex cauſa iuſta aliquando ſeruetur ipſe rigor iuris vel fiat diſpeoſatio. & quia iura humana ſemper & geoeraliter intendunt cum miſericordia punire: quia deriuantur à Diuino iudicio & voluntate. ideo æquitas etiam in ipſo rigore ſeruanda eſt, quando expedit: etiam in ipſo iure Diuino, vt patet pſalm. 118. Omnia mandata tua æquitas, vt gloſſat Gerſon. item ibidem, Mandata tua facta in veriiate & çquitate. ideo Eccleſiaſt. 7. Noli eſſe iuſtus multum. & 5. Ethic. habetur quòd epikya interpretatiua legum eſt adiuncta iuſtitiæ: & eſt melior quàm iuſtitia legalis quæ ordinat booum partium ad commune bonum totius; quia ſine prædicta epikya ipſum ius aut iuſtitia recte ſeruari non poteſt. Igitur ſecundum hanc virtutem epikyæ ſeu çquitatis poſſumus præcepta Dei & Eccleſiæ & ſuperiorum in dubiis benignè, dummodo fiat prudenter & rationabiliter, attentis omoibus debitis, circũſtantiis, interpretari ad inteotionem ipſius legis ſeu legiſlatoris. & quidem in foro contentioſo eius eſt interpretari cuius eſt condere vel ſeotentiam ferre. at verò in foro coſcientiæ circa præcepta Diuina & humana ait Angeſt, vbi ſupra, ꝙ pertinet ad quemlibet in facto ſuo præſertim in manifeſtis & notoriis, & vt ait Floreot. vbi ſupra etiam in dubiis interpretari & epikyzare ſi ipſe eſt docta & prudens & non praue affectus: alias de cõſilio doctiorum & prudentũm prçſertim ſuperiorum poteſt & debet fieri prædicta epikeya & interpretatio, vt proximè diceenr.

regula. Sed nota quòd ad debitè & prudeoter epicheyzandum leges & ſcripturam Diuinam, vt ait Florent. vbi ſupra, ſunt ſeptem doctrinæ vel regulæ, quarum prima eſt quòd inter duram & benignã ſeotentiam ſeu declarationem præcepti Diuini & humani benigna interpretatio eſt ſemper facienda & acceptanda in dubiis cæteris paribus. quod etiam aſſerit Guillel. & ratio eſt, quia prçcepta Dei & Eccleſiæ non fiunt neque intendunt tollere omnem ſpiritualem dulcedinem, qualis certè tollitur quando nimis ſcrupuloſè & timidè præcepta interpretantur. Et oota quòd non dicitur hic quòd opinio, ſed quòd interpretatio benignior accipienda: ſecurior autem opinio tenenda eſt, vt ſupra dictum eſt in tertio modo præcedente.

Secunda regula eſt, ꝙ nec Deus nec Eccleſia intẽdit in ſuis præceptis nos obligare ad vix poſſibile & nimis difficile in ſe, quia moraliter & ciuiliter ſecũdum iura impoſsibile eſt quod vix niſi cum maguo detrimento fieri poteſt, ad quod nemo regulariter obligatur. Alioqui quomodo ſaluaretur id Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt & onna leue. nec Deus eſſet homine, benignior, ſed durior, quod abſit. alia ratio & melior eſt quia piè ctedendum eſt neq; Deum in lege gratię vel le neque Eccleſiam debere imponere oobia iugum vix poſsibile & difficillimum ſalteio ſub pœna peccati mortalis. neque enim Deus vt homo quærit occaſionem ad calumniandum. Sapien. 1. Sentite de Deo in bonitate. coocordat Angeſt in moral. c. 6. & 10. exẽplificans de motu ſeoſualitatis ſubito inſurgente, ad quem refrœnandum eſt teouiſsima facultas voluntatis, & valde tenuis deliberatio, & modica poſsibilitas: quamuis ſit abſolutè poſsibilia refrçnatio aliqua: ſed vt dixi vel de modica, & cum magna difficultate. ideo tunc erit ſolum venialis illa omiſsio quæ aliàs eſſet mortalis ſi poſſet ibi eſſe plena deliberatio & facilis refrçnatio. Similiter exemplificatur de medio iuſtitiæ, aliarumque virtutum, ſcilicet de æqualitate puoctuali, quam ſeruare eſt nimis difficile & vix poſsibile in omnibus: ideo ad ea non tenemur, ſed intra latitudinem quandam groſſo modò æſtimatam, ſecundum Scotum & cõmuniter doctores ex ſecundo & quarto Ethic. ſimiliter dicunt doctores quòd ideo oon obligamur ſub mortali confiteri peccatum quandò ex eiua confeſsione explicita imminet probabile periculnm ſpirituale aut corporale cuiuſcũque. Neq; tenemur quærere confeſſorem cũ magna difficultate, putà itinerando. 20. leucas ad cõfeſſorem: ſed tunc reputatur homo non habere copiam idonei confeſſoria quando vix ſine magna difficultate haberi non poteſt. & de aliis mul tis caſibus ſimile iudicium habetur ex præfata regula. Sed cauendum eſt oe quis facilè iudicet eſſe maximam difficultatem vbi oon eſt, quia in hoc poteſt quis facilè decipi maximè i ſua cauſa dum non conſtat apertè de tali maxima difficultate: ideo in dubiis ſtet conſilio ſapientum. cũ prædictis concordat Gerſon latè in lect. 6. de vita ſpirituali. Sed & prædictis non obſtantibus, ooteteur ꝙ aliqua ſuot difficillima ad quæ iure natu rali, Diuino, & humano tenemur etiam cum periculo mortis, & cum rerum & honoris iactura, vt de hoc latius alibi agitur à doctoribua: & oos tetigimus in annotationibus ſuper Soto de ſecreto, in membro. 2. q. 2. coocl. 6. 2. regula.

Tertia regula, ꝙ oec Deus nec Eccleſia intendit ſuis præceptia aliquem obligare ſic quòd ea implendo ſit vel appareat fatuus, aut quòd bona tollatur vrbanitas, aut conuictus hone- 3. regula.

ſtus cum aliis hominibus, neque conſulit nenias, neque vt ſic ſe habeat homo vt aliis ridiculo ſit ſaltem apud viros bonos & diſcretos. quod patet à ſimili de votis ex Diuino præcepto Deo reddendis: quæ tamen ſi ſtulta ſint nullus obligatur implere, ſecundum communiter doctores. quia pſal. trigeſimo. Odiſti obſeruantes vanitatem. & Eccleſiaſtici 5. Diſplicet Deo infidelis & ſtulta promiſsio, & omnia mandata eius iuſtitia & iudicium. & ad idem eſt gloſſ. Innocentius in cap. nouerit. de ſententia excommunicationis, & Syluester titul. delectatio quæſtione 4. Adde & tu quòd nec Deus nec Eccleſia intendit aliquem obligare ad aliquid cum ſcandalo inde probabiliter imminente, aut vnde probabiliter imminet graue malum ſaltem ſpirituale: quia quod propter charitatem fit & inſtituitur non debet contra charitatem militare. & facit ad hoc cap. de viduis. 2. 27. quæſtione prima. quòd Eccleſia nemini laqueum iniicit, vt latius gloſ. in cap. ad aures. de tempo. ordinatio. & in cap. nihil. de præſcriptio. & in cap. cum ex iniuncto. de noui oper. nuntiatione, quòd nihil cum ſcandalo Papa vult diffinire vel agere. Ideo ſi Eccleſia iubeat denunciare aliquem: & inde probabiliter timetur maius malum quàm ſit vtilitas, ſeu ſi imminet ſcandalum: tunc non tenetur nec debet quis denunciare: quia qui iuſta cauſa non paret mandato excuſatur à non paritione, vt habetur. cap. officii. de pœnitentiis & remiſsionibus, & communiter doct. cum Syluestro titu. obedientia quæſtione quinta ſunt ad idem. Sed hic etiam opus eſt magna prudentia ne quis decipiatur putans eſſe probabile & grande malum & ſcandalum quod non eſt. ideo iuxta iudicium prudentium debent menſurari iſta tertia & ſecunda regula præcedentes & aliæ omnes, vt infra in quinto modo generali dicendum eſt.

4. regula. Quarta regula eſt, quòd in dubiis vita, ſenſuſq; communis virorum bonorum ſummi debet in exemplum & regulam viuendi: quia præſumuntur habere rectum iudicium ſicut habent rectum affectum. & facit ad hoc Hierony. ad Ruſticum monachum & habetur. 16. quæſtione 1. ſic viue. & Ariſt. 1. Ethic.

5. regula. Quinta regula eſt, quòd in his quæ ſunt mala quia prohibita iure tantum humano excuſat conſuetudo præſcripta aut legitima: quia tollit legem & etiam legum interpres, ſecundum communiter doctores. cap. cum dilectus. & cap. fin. de conſuetudine. & habetur diſtinctione 4. capi. in iſtis. & cap. ſequent. cum gloſſ. immo & ait Syueſter titu. ſcrupulus quæſtione 4. quòd eadem ratione excuſat conſuetudo quæcunque rationabilis ſcienter tolerata à legiſlatore non reclamante cum poſsit obuiare, etiam ſi non ſit præſcripta vt ait idem tit. conſuetudo. ut. lex, & alii ſumiſtę, & Angeſt. in moralib. cap. 8.

Sexta regula eſt ſecundum Palude in quarto 6. regu & communiter doctores & Ioannes Andreas, & Florent. vbi ſupra, quòd quando homo non peccat mortaliter nunquam incurrit excommunionem à iure: quia talis excommunicatio ſemper eſt iuſta: ideo nunquam niſi pro peccato mortali fertur à iure: vbi autem conſtat de veritate ceſſat præſumptio in foro conſcientiæ & iudiciali proportionabiliter. ſecus in ſententia à iudice quæ poteſt eſſe iniuſta & ligare ſaltem in foro Eccleſiæ ſi non ſit nulla, vt de hoc latè egimus ſuperius in lib. 2. de Ignorantia quæſtione 26. ſed aduerte, quòd mortalis eſt tráſgreſsio eius quod ſub excommunione mandatur ſeu prohibetur à lege vel ab homine, licet aliàs non ſit prohibitum aut præceptum vlla alia lege: vt patet de incidentibus cadauera humana ad tranſportandum aliò ad ſepeliendum, & de intrantibus monaſteria ſanctæ Claræ, etiam bono animo contra prohibitionem & excommunionem latam ſuper hoc: quia ratione inobedientiæ peccant mortaliter, licet alio iure non ſit aliàs prohibitum neque ſit malum de ſe: quòd ſi talis tranſgreſſio non fuerit mortalis vera vel præſumpta virtute ipſius aut alterius præcepti id prohibentis, non incurritur præfata excommunicatio iuris vt dictum eſt.

Septima regula eſt quòd in quolibet caſu præ- 7. regul
termittens facere quod lex imponit excuſari poteſt à peccato ſaltem mortali, quáuis non ſemper à veniali: ſi hoc facit bono animo per virtutem epicheyæ ſine contemptu ratione alicuius periculi aut neceſsitatis ſeu circunſtantiæ conſideratæ, putans ſe non peccare mortaliter, paratus nullo modo facere ſi putaret eſſe mortale. Hæc Florent. vbi ſupra & Syluester, & Caietanus in ſummula tit. ieiunium. titu. contemptus tit. præceptum. titu. detractio. & hæc regula eſt valde notanda quia rationabilis, pia & fructuoſa timoratus.

Quintus modus generalis deponendi licitè & 5. modus
rationabiliter conſcientiam, dubium & ſcrupulum eſt doctorum & prudentum bonorumque virorum præſertim ſuperiorum conſilio, iudicio vel imperio humilis ſubiectio, vt ait Florentin. & Gerſon vbi ſupra, vt ſcilicet qui habet conſcientiam inquietam, dubiam vel ſcrupuloſam deponendam captiuet & ſubiiciat ſuum intellectum non ſolum obedientiæ & iudicio ſuperiorum, ſed & ſapientum & bonorum virorum quátumcunque ſibi aliud videatur, & ſic ſecundum conſilium & ſententiam ipſorum formata conſcientia, quòd licitè agit poteſt licitè agere, idq; rectè æſtimare. & ratio eſt, quia in prædictis rationabiliter agimus, ſaltẽ nõ peccamus illis acquieſcẽdo, etiã ſi ſic inuincibiliter erremus & operemur. quia excuſamur per ignorantiam inuincibilem, & inſuper meremur per humilitatem. Nã cùm nos nobis ipſis non ſufficimus: rõnabili-

tur confugimus ad ſapientiores & eos ſequimur vt ſupra in primo modo generali dictum eſt: Nam hic eſt ordo hierarchicus à Deo inſtitutus in Eccleſia, vt minores illuminentur per ſuperiores: ſicut fit inter Angelos ſecundum Dionyſium, & gloſſ. ordinaria, Grego. ſuper id Iob 1. Boues arabant & aſinæ paſcebantur iuxta illos. ideo Prouerb. 3. Ne initaris prudentiæ tuæ. ideo Thobię 4. Conſilium ſemper à ſapiente perquire. & Prouerbiorum 22. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos propoſuerunt patres tui.

Vnde Gerſon 3. par. lect. 4. de Vita ſpirituali, corollario 8. dicit hoc vnum generale damus documentum, credere ſcilicet ſapientiorum & bonorum iudicio: & contra communes eorum ſententias non leuiter agere nec ſibi ſcrupulos anxios & timidos formare hoc præcipuè neceſſarium eſt religioſis reſpectu ſuorum ſuperiorum & ignaris Diuinarum legum & iunioribus. & faciunt ad hoc ſupradicta in ſecundo & tertio modo generali. Item idem in tractatu de conſolatione Theologica. lib. 4. proſa 4. dicit quòd moralis certitudo ſufficiēs ad bonitatem actus quò ad incipientes & iuniores in via virtutum acquiritur præcipuè per auctoritatem maiorū. & principalis cauſa inſtituendi religiones fuit auctoritas regiminis cui magis obedientia præſtaretur quàm propriæ rationi, quæ in plurimis dubia eſt valde debilis & incerta. præualere ſimiliter habet hæc auctoritas reſpectu quorumlibet iuniorum ad magiſtros vel parentes. ſic Pithagoræ ſcola ſeruabat. ſic & Deuteron. 32. Interroga patres tuos & dicent tibi, maiores tuos & annunciabunt tibi. maiores intelligo eos qui multis experimentis eruditi ſunt in agibilibus: quorum iudicia dicit Ariſt. 1. Ethic. eſſe recipienda tanquam principali propter multa vidiſſe. Item idem Gerſon in tractatu de diuerſis Diaboli tentationibus alphab. 70. litera E. & tract. de meditatione, conſideratione 16. alphab. 68. P. & in in tractatu de remediis contra puſillanimitatem. litera E. & latius in Epiſtola contra profeſſum inobedientem alphab. 71. A B N. 8. vbi agitur de exercitiis ſimplicium deuotorum idem ſæpe replicat. vnde etiam refert Floren. vbi ſupra. & Gerſon 2. par. ſum. alph. 37. litera S. quod cum quidam diſcipulus B. Bernar. non poſſet deponere ſcrupulos ſuos: propter quod non audebat accedere ad celebrandum: dixit ei B. Bernardus, vade frater & in fide mea celebra. obediuit ille ſimpliciter & omnis eius ſcrupulus perpetuò receſſit.

Quòd ſi quis ſcrupuloſus dicat. Vtinam talis eſſet meus prælatus qualis erat Bernardus: credere faciliter imperanti acquieſcerem conſulenti: Nunc autem cùm mei ſuperioris paruam ſapientiam conſpicio: nō audeo meam conſcientiam ſuæ fidei committere. reſpondet ibi Gerſon. quiſquis ita dicis & ſapis erras et deſipis: debes enim illi obedire non vt homini ſed vt Deo iubenti cuius vices ipſe gerit. Luc. 10. Qui vos audit me audit. dummodo prælatus non iubeat contra Deum, & hoc probabiliter conſtet. Nam Prælatus eſt medicus ſpiritualis cui ſubditus infirmus tenetur obedire & credere in dubiis, vt Gerſon latius probat in dicta Epiſtola contra Monachum inobedientem. adeò quòd ſi de duobus malis alterum eſſet neceſſarium faciendum, ſcilicet vel ex obedientia Prelati comedere carnes in die veneris ſancti etiam renitente conſcientia timorata, aut facere aliquam abſtinentiam aliàs bonam contra præceptum obedientiæ rationabiliter impoſitæ: vtique minus malum eſſet facere primum quàm ſecundum: & ergo eligendo illud minus malum ſubditus non malè ſed bene agit, vt de hoc ſupra quæſtione 8. & quæſtione 9. latius dictum eſt. Ideo ſubditus ad ſuperioris imperium, ait Gerſon, vel comedat, vel abſtineat: & non curet ſumere medicinas corporales vel ſpirituales ex proprio capite contra conſilium & obedientiam ſuperiorum atque prudentum. & contra conſuetudines rationabiles approbatas ſuæ religionis, aut communitatis, vt ait Florent. vbi ſupra. & facit Ambro. & habetur de conſecr. diſtinct. 5. cap. contraria. Et hoc eſt verum quando non eſt omnino clarum eſſe illicitum id quod præcipitur & prælatum errare: tunc enim non eſt ei obediendum in illicitis ſecundum communiter doctores.

Tādem nota, quòd hic modus generalis ad ſerenandum conſcientiam credendo doctis prudentibus & ſuperioribus, eſt valde vtilis & ſecurus & meritorius, & præſtat omnibus ſupradictis. quia & omnes alii modi etiam modus epicheyzandi debent regulari ſecundum iudicium prudentum: ideo ad hunc modum humiliter in omnibus recurrratur, quia & in moralibus omne iudicium, etiam ipſe leges debent ſummi & librari ſecundum iudicium boni viri, ideſt prudentis & docti non malè affecti maximè in caſibus particularibus.

Contra prædicta arguitur primò, quia in du- *Arg.*
biis ſemper eſt tutior pars eligenda cap. iuuenis deſponſalibus. Item ſecundò qui amat periculum peribit in illo. Eccl. 3. & ſic, periculosè agens peccat. Item tertio bonarum mentium eſt cognoſcere culpam vbi non eſt. ſecundum Auguſtinum & Gregorium & habetur diſtinctione quinta capitulo ad eius. Item quartò ſi eſſes in articulo mortis certè non velles cum tali ſcrupulo ſic agendo mori. ergo non eſt ſtandum prædictis modis: ſed omnino tutior pars eſt eligenda: & cauendum à ſcrupulis & inquietudinibus conſcientiæ omnino, & non faciendū eſt contra eos ſecundum modos & regulas ſupradictas.

Reſpondeo negando conſequentiam, & ad *Reſpon.*
antecedens. Dico ad primum & ſecundum ꝙ intelliguntur vt ſupra in tertio modo generali

dictum eſt. Item quòd agendo ſecundum modos & regulas ſupradictas eligitur pars tutior & ſecurior, & non exponit homo ſe periculo: ſed potiùs oppoſito modo agendo ſe exponit periculo, & temere eligit partem minus tutam. Dico etiam ſecundum Floré. vbi ſupra ex B.Th. quòd non agit periculosè vllo modo qui cum leui ſcrupulo tantum agit.

Ad tertium reſpondeo quòd intelligitur quòd bonarum mentium eſt cognoſcere culpam in generali ſe peccatoré recognoſcendo & habere peccata alia occulta: non autem in ſpeciali abſolutè ſine conditione. Item cognoſcere, ideſt timere culpam etiam in ſpeciali & ſic cauere opportunè & debitè culpam & eius occaſiones ante quàm adſit culpa ipſa, ſecundum Gerſon, Florentinum & Conradum, vt latius de hoc ſupra libro ſecundo de Ignorantia, quæſtione tertia in reſponſione ad ſecundum argumentum, idque aliquando de conſilio, aliquando de præcepto eſt.

Ad quartum reſpondeo etiam ſecundum ſilueſtrina tit. ſcrupulus, quæſtione tertia, quòd in articulo mortis multa homo faceret, & teneretur facere, quæ non eſſent neceſſaria, nec expediret ea facere in vita, ſicut diſponere de domo ſua per teſtamentum & huiuſmodi, quæ non eſt neceſſe facere in vita. quantò magis quòd deponendo ſcrupulos & conſcientiam ſecundum modos & regulas ſupradictas bene licitum eſt ſic velle mori tanquam cum electione partis tutæ aut tutioris, vt ſupra dictum eſt.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVI SVNT SPECIALES modi ad rationabiliter deponendum, ſpeciales aliquos ſcrupulos & inquietudines, dubiaque conſcientiæ.

Reſpon. RESPONDEO, Hic ſupponitur ſicut & verum eſt, quòd ſicut infirmitates particulares habent ſua particularia remedia, & non ſufficiunt generalia propter particularis incircunſtantias morborum: ita contingit in ſpiritualibus. ideo oportet ſpeciales modos pro aliquibus ſpecialibus ſcrupulis dictare de iis, qui vt plurimum contingunt. Dico ergo quòd ſolent contingere ſeptẽ ſcrupuli ſpeciales hominibus, cõtra quos ſunt ſua ſpecialia remedia contrapoſita.

1. ſcrupulus & remediũ. Primò ergo contra nimis ſcrupuloſos in replicando confeſsiones putantes ſe non eſſe ſufficienter confeſſos de omnibus vt requiritur, & eſt remedium hoc, ſcilicet quòd ſi talis replicatio confeſsionum eorundem peccatorum magis inquietat vel fatigat ipſos vel alioſque tranquillat tunc cum conſilio ſuperiorum & peritorum ceſſetur à reconfeſsionibus illorum peccatorum mortalium, de quibus ſcrupulosè dubitatur an ſit mortalia, vel quòd non ſint ſufficienter confeſſa. & hoc eſt verum quando homo non habet probabilitatem vel notitiã de aliquo mortali, vel de indebita confeſsione facta, & ita ſecundum iudicium prædictorum ceſſando à reconfeſsione proiiciat ſe fiducialiter & humiliter ad pedes miſericordiæ Dei, de ea ſola principaliter confidendo: non autem de noſtris iuſtificationibus, aut de noſtra diligentia. Et ratio huius prima eſt ſecundum Gerſon in tertia parte ſum. tractatu de remediis contra puſillanimitatem alphabet. 70. litera B C. & in tractatu de diuerſis Diaboli tentationibus. alphab. eo. litera Z. quia debet homo putare quòd impoſsibile quo ad nos videtur habere certam ſciẽtiam quòd quis ſit omnino ſufficienter contritus & confeſſus de ſuis peccatis: ita quòd nemo per infallibilem & abſolutam certitudinem, ſine ſpeciali reuelatione ſcire poteſt an ſit in gratia verè ſufficienterque pœnitens etiam per ſacramentum confeſsionis. & ideo non ſe fatiget homo ſtultè ad ſciendum ſeu faciendum impoſsibile, ad quod non obligatur. Secunda ratio ſecundum eundem Gerſon eſt: quia ipſe ſic tentatus ſi ab alio ſimiliter tentato requireretur quid faceret, ſic conſuleret, ſi eſſet doctus & prudens. ergo idem conſilium habeat pro ſe in ſuo caſu, poſtpoſita paſsione & ſcrupulo turbante iudicium ipſius. Nam vt etiam ait Caieta. in ſumma titu. ſcrupulus, ſi eſſet ſine impedimẽto illius paſſionis etiam rectè & certitudinaliter iudicaret in ſuo negotio ſicut in alieno. quod patet, quia nũquam iudicat ſe reconfiteri debere, niſi quia ſæpe poſt confeſsionem occurrunt dubia & timores prædicti, igitur potius eſt credulitas vel ſcrupulus irrationabilis à paſsione proueniens quàm à recta ratione, & ideo deponendus modo prædicto. Quòd ſi quis ſcrupuletur aut inquietetur in confitendo aut reconfitendo peccata venialia minuta: remedium eſt ſecundum Gerſon vbi ſupra, quòd non curet nimis peccata hæc confiteri, præſertim particulariter, niſi aliqua quæ videntur grauiora: reliqua autem omnia ſimul, vel in generali breuiter & ſuccinctè confiteatur. & ſic ponderet ſuam negligentiam vt præponderet fiducialiter clementiam Dei infinitam. quia cum ſecundum communiter doctores in ſtatu naturæ lapſæ ſit moraliter impoſsibile ſine ſpeciali gratiæ priuilegio omnia peccata venialia vitare: & non obligemur ea vllo modo confiteri: vanum igitur erit ſi quis ſolicitetur nimis ea omnia omnino confiteri: præſertim cum inquietudine conſcientiæ & cum maiori eius detrimento. Item quia ex tali confeſsione vel ſolicitudine ſæpe non quietatur conſcientia, neque mundatur: ſed potius fœdatur magis & inquietatur.

ſicut

ſicut ex frequenti recentis lateris lotione plus luti & ſordium in aqua contrahitur. ideo melius eſt dimittere conſcientiam in pace ſuper his: & ſolum imbre lacrymarum irrigetur: ſicque fœcundata radio gratiæ cœleſtis ſolidetur. Eccl. 7. Noli eſſe nimium iuſtus, & non ſis nimius, vulgare prouerbium eſt.

Secundò contra ſcrupuloſos nimis volentes eſſe attentos & intentos orationibus ſuis & officio Diuino & huiuſmodi, qui & ideo propter hos ſcrupulos ſæpe replicant orationes & verba & videtur eis quòd non dixerunt attente quòd nec plenè protulerunt verba conſecrationis & huiuſmodi, remedium eſt ſecundum Gerſon vbi ſupra contra tales ſcrupulos agere, non replicando quod ſemel dictum eſt, etiam ſine actuali attentione: & conſiderent quod ſufficit virtualis & quòd homo non ſe diſtraxerit à propoſito ſeu per notabilem negligentiam ſecundum communiter doctores vt Tho. ſecunda ſecundæ quæſtione 83. de hoc latè. & quando fuit aliqua modica negligentia venialis & parua diſtractio melius eſt ſine reiteratione dolere de illa negligentia confidendo de miſericordia Dei vt ſupra dictum eſt: quàm ex nimia reiteratione non neceſſaria valde inquietari. ad idem eſt alia ratio, quia ſcilicet ex hac reiteratione non habetur intentum, ſed potius oppoſitum, quia ſcilicet non quietatur ſed magis inquietatur conſcientia & attentio & ſequuntur alia detrimenta. Et hoc etiam eſt verum in reiteratione verborum conſecrationis, in quibus ſi ſunt ſic prolata quòd manſit verborum ſignificatio ſufficit quamuis non fuerit exacta pronuntiatio literæ, m vel n, vt communiter tenent doctores. immo vt ait Caietanus ſecunda ſecundæ quæſtione 83. articulo 17. ſæpe fit à ſcrupuloſis quòd occupant, ſuam mentem ad hoc vt velint eſſe intenti & attenti quod potius eſt euagatio quàm attentio: quia potius habent attentionẽ pro obiecto intentionis quàm ipſam attentionem ad verba diſtinctè & reuerenter dicenda & quàm ad ipſum Deum. eleuatio enim mentis in Deum in conſecratione debet eſſe maxima, non intenſiuè & per abſtractionem à ſenſibilibus vt dictum eſt: ſed maxima obiectiuè & quò ad conatum, infra latitudinem tamen attentionis ad ipſa verba dicenda vt decet. Hæc Caietanus.

Tertiò contra importunas cogitationes blaſphemiarum & ſpurcitiarum occurrentes contra Deum, & beatam Virginem, contra fidem, contra caſtitatem multipliciter, præſertim inter orandum & contemplandum ad Deum, ad imagines, & huiuſmodi: remedium eſt triplex. Primum ſecundum Gerſon in tractatu contra puſillanimitatem vbi ſupra, & in tractatu de diſcretis exercitiis deuotorum, & contra ſpiritum blaſphemiæ alphabeto 71. litera M N O P, & tracta. de diuerſis Diaboli tentationibus alphab. 70. litera T, & tractatu de meditatione conſidera. 16. alphab. 68. P. alibi ſæpe, quòd debent taliter afflicti conſiderare quod nunquam eſt peccatum ſaltem mortale in talibus cogitationibus horrendis, niſi quando eis voluntas conſentit & fauet aut cum delectatione eas amplectitur & deliberate gaudet eas adeſſe. vnde quando diſplicent & non conſentitur eis ſed potius ille hominem cruciant, certè imputantur ad meritum & purgationem propter difficultatem & repugnantiam contra eas. ideo non debet homo ex hoc turbari aut deſperare ſeu inquietari: ſed potius confortari & magis ſperare de maiori gratia & gloria, quia etiam ſi contra pugnando quis committat aliqua venialia ex negligentia ſeu alias: tamen ex feruore charitatis & labore quem cōtra pugnando patitur deletur pœna debita illis venialibus: quę abſorbentur & conſumuntur ab igne charitatis.

Ideo ſecundum remedium eſt quòd homo ſic tentatus tranſeat gaudenter, confidenter, & fortiter agens in via Dei: non curans talia ſpurca tentamenta quæ lędere non poſſunt non conſentientem: ſicut bellator fortis magis animatur & proſequitur victoriam, pertranſitque ſordes ab inimicis immiſſas ſuper caput eius non lædentes eum: quia tunc ſignum eſt quòd inimici iam deficientes non habent alia arma fortiora quibus ipſum victorem lædant. ideo irridens tales ſordes inimicorum parum lædentes homo fortiter tranſeat, quia & inde habet ſignum victoriæ & gratiæ maioris vt dictum eſt. Quare optimum remedium eſt non curare de eis, neque litigare, neque examinare, neque diſputare contra eas vllo modo; & hoc maximè cauendum quia impoſſibile eſt eis ſic ſatisfacere: ſicut impoſſibile eſt retinere ventum & caniculum latrantem reprimere contra pugnando: immo magis homo inquietabitur eis reſpondendo & litigando aut reconfitendo eas in ſpeciali. ſed homo taliter tentatus prædicto modo confortatus; contemnat & irrideat tales ſordes & inimicum immittentem: & quaſi in ipſum inimicum eas reiiciat dicens intra ſe gaudenter. ô immunde ſpiritus nihil aliud iam potes, hoc nihil eſt: ex quo non mihi placent nec illis aſſentio. & ideo tuæ ſordes caſsè cadunt non me lædunt: tuę ſordes in te ſint, ego Deum meum adoro: & ſic dicat Aue maria aut genu flectat in reuerentiam illius myſterii contra quod ſic tentatur homo. & ecce immundus ſuperbuſque ſpiritus non patietur ſe ſic diu contemni & recedet cum ſordibus ſuis. Immo & non curet homo ſolicitè has tentationes confiteri, aut reconfiteri ex quo non ſunt peccata ſaltem mortalia. Sed homo præſertim deuotus poteſt ex humilitate & timore conſcientiæ aliquando & raro eas confiteri: non cuilibet indifferenter ſed ſolum alicui ſacerdoti diſcreto & experto in his, vt ſunt

communiter religioſi. & hoc faciat non deſcendendo nimis ad particularia: quia magis ſordidat & inquietat talium loquela ſpecialis: ſed ſufficit ſemel ita dicere aut tangere, ut confeſſor intelligat mentem confitentis. Quòd ſi amplius vexauerit: ſatis eſt eidem confeſſori vel alteri in genere ſimpliciter dicere: tales aut ſuper tali materia huiuſmodi malas cogitationes habui: tamẽ per Dei gratiam non mihi placuerunt nec aſſenſi, quamuis fortè immoratus ſum in eis: ideo timeo quòd non tam cito vel non omnino eas impugnauerim vt debui & huiuſmodi: & hoc ſufficit. Ad conſilium autem habendum poſſunt explicari intra vel extra confeſsionem, vt oportet. quòd ſi ex cauſa noſtra culpabili prouenerunt, putà ex negligentia, otio, curioſitate, aſpectu incauto, labore, ſeu abſtinentia indiſcreta & huiuſmodi: tunc tales cauſæ debent explicari in confeſſione ad culpam declarãdam & ad remedium debitum tali cauſæ apponendum & huiuſmodi, vt oportet ſecundum iudicium boni & prudentis viri. Tertiò ſi valde vrgent adhuc tales ſordidæ & blaſphemiæ tentationes: homo inuocet Dei auxilium: & confidenter proponat ei bonum deſiderium ſuum & intentionem fidelem bonam & puram & hoc illi offerat: quamuis inuitus ex ſenſualitate vel aliunde hæc homo patiatur ad maius meritum aut purgationem: & ſic faciens oret aliquid, vel faciat Deo aliquod obſequium in reuerentiam illius myſterii contra quod tentatur vt dictum eſt.

4. ſcrupulus & remediũ. Quartò contra nimis ſolicitos nimiſq; timentes, ne Deum offendant putantes ſe in omni bono deficere & peccare: remedium eſt triplex ſecundum Gerſon in tractatu de diuerſis Diaboli tentationibus in fine, & tracta. de diſcretis exercitiis de votorum, & in fine. alphab. 71. litera R.S. Primò quòd per ſe vel per alios debitè inquirant ad quid ſub mortali tenentur, cũ quadam morali & probabili certitudine ſecundum iudicium prudentum, vt ſupra quæſtione 13. dictum eſt. & homo id caueat ſolicitè & emundare conetur. venialia autem non nimis ſolicitus ſit in ſpeciali confiteri vt ſupra in primo ſcrupulo dictum eſt: ſed ea caueat ſolicitè quæ ſi omnino cauere & emundare non potuerit non anxietur: quia nullum ibi periculum eſt. Deus enim ſemper id permittit, vt Iebuſeos & Amorrgeos ſub tributo ſeruire & ſępius rebellare in terra promiſsionis, vt ſic ſimus humiles & timorati, de Dei miſericordia potius confidentes. Ideo nullus præſumat de ſua mundicia ſic vt cogitet nihil iam in eo peccati eſſe. Nam & id cogitare valde periculoſum & ſępe falſum eſt. Faciat igitur homo quod cõmodè poteſt & reliquum Dei miſericordiæ committat. & cùm nouerit non eſſe mortale vel de illo non eſſe timendum: tunc quietet conſcientiam ſuam & in ſpiritus libertate procedat ad opus bonum cõfidendo de Dei miſericordia, quamuis plures alias negligentias veniales admiſerit.

Secundò, quòd ſi ſic non poterit homo ſe quietare, tollat illam timidã imaginationem ſeu cauſam à qua timor ille prouenit: quod fiet non curando nec illam conſiderando ſed occupando ſe circa alia, vt ſupra quæſtione 13. in ſecundo modo dictum eſt.

Tertiò conſideret Dei miſericordiam, quòd ſcilicet per eam & non ex noſtris iuſtificationibus principaliter ſaluandi ſumus. Pſal. 53. & 70. In te domine ſperaui in iuſtitia ſeu in veritate tua libera me. q. di. ſecundum Beruar. & Gerſon, non in mea iuſtitia ſed in iuſtitia tuorum meritorum ò Chriſte, & per conſequens in tua miſericordia libera me. aliàs per rigorem iuſtitiæ noſtræ non iuſtificabitur omnis viuens. Ideo hic humiliter & fiducialiter homo de Dei miſericordia confidens, fortiter ſine timore procedat ad bonum, & ſi millies ceciderit in die, millies etiam reſurgere & proficere & aſcẽdere in melius conetur, idque ex animo proponat, vt puer qui incipit ambulare quoties cadit reſurgere nititur: & inde merebitur Dei auxilium maius. pſal. 83. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te. aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, id eſt qui diſponit & proponit reſurgere & aſcendere etiam ſi millies cadat. & ita confidens de Dei miſericordia vt dictum eſt; cogitet hunc timorem eſſe cuſtodiam humilitatis & ſignum ſalutis. Prouerb. 28. Beatus vir qui ſemper eſt pauidus, quia & omnes habemus cauſam timendi: & hic timor humilis & fiduciam habens in Dei miſericordia quando non eſt nimius, ita quòd animum reddat puſillanimem ad bonum ſed feruentiorem ad Dei obſequium, magis placet Deo qui nouit fragilitatem noſtram, & præſertim in articulo mortis hoc faciat homo, vt infra dicetur in quinto & ſexto remedio ſequenti.

Quintò contra nimis timentes & ſcrupuloſè dubitantes, an verè habeant contritionem ſufficientem de omni peccato, & an ſint verè contriti & confeſſi cum firmo propoſito in futurum vt tenentur: & vtrùm ſint in ſtatu gratiæ; remedium eſt ſecundum Gerſon in tractatu de diuerſis Diaboli tentationibus alphabeto 70. litera R. Y, S. & alphabeto 71. R. & tractatu de conſolatione Theolog. lib. 4. proſa prima & ſecunda, & trac. 8. ſuper magnif. par. 3. alphab. 88. C. D. F. quòd prius homo faciat quod in ſe eſt ſecundum moralem certitudinem, & ſecundum iudicium boni & prudentis viri: & ſic examinet ſuam conſcientiam & emendet vt iudicat ſe teneri modo prędicto. Deinde ſimul ſic timeat Dei iuſtitiam & peccata futura quòd præponderet Dei miſericordiam, de ea præcipuè confidendo deinde etiã ſimul petat à Deo humiliter illuminari & confortari vt ipſe homo eget ad ſalutem, & faciat ea quę in aliis precedentibus remediis dicta ſunt: & his 5 ſcrupu. & remed.

factis

facta ſufficit vt homo ſe quietet & ſecurus ſit.
quia nemo poteſt omnino ſufficienter & ſine vllo
defectu facere omne debitum ſuum: neq; ſine ſpe
ciali reuelatione id ſcire infallibiliter & certò
ſeq; eſſe in ſtatu gratiæ: & oppoſitum dicere eſt
error Lutheri. tametſi certitudine morali ſeu cre
dulitatis probabiliter poteſt homo id ſcire ſine
ſpeciali reuelatione: & cum ſpeciali auxilio Dei
ordinario ad bene agendum communiter omni-
bus dato, poteſt homo facere quod tenetur ad ſa
lutem. Et hæc probabilitas ſufficit ad ſerenan-
dum conſcientiam ſuper prædicta: quamuis adſit
aliqua formido parua ex humili timore ad Deum
putando quòd ſerui inutiles ſumus, quodq; non-
dum omnino egimus quod & quomodo debeba-
mus ſecundum dignitatem beneficiorum Dei.
Sed hic timor non debet anxiare: ſed humiliare
& confortare magis hominem ad bonum: quia
non eſt periculoſus, neq; reponit hominem extra
ſtatum ſalutis & gratiæ. immo & omnes habemus
iuſtam cauſam ſic timendi: qui etiam ſic humili-
ter non formidaret certè periculosè & præſum-
ptuosè ſe haberet & viueret, vt ait Gerſoni trac.
de conſolatione Theolog. lib. 4. proſa prima &
ſecunda; immo ex hoc humili timore magis Deo
placemus confidendo præcipuè de eius miſericor
dia quàm de noſtris iuſtificationibus vt ſæpe di-
ctum eſt. Quòd ſi quis ſcrupuletur ex hoc quòd
non fecit quicquid potuit: cogitet ſecundum do
ctores vbi ſupra quod viator non tenetur agere
omne quod poteſt, neq; omnem poſſibilem exa-
minationem vitæ ſuæ: ſed id ſolum ad quod o-
bligatur ex lege, & ad moderatam diligentiam
ſecundum negocii qualitatem; neq; tenetur pœ-
nitere ad extremū conatum feruoris. quia Deus
id nobis non taxauit, ſed ſufficit dolor de pecca-
tis propter Deum ita quòd nullo modo vult eum
offendere nec offendiſſe etiam ſi remiſſus ſit.
Nu. 1. 1. Vnde nota primo ſi veniat tentatio quærens à
te qui habuiſti filium ex adulterio gratiſſimum
ſcientia & ſanctitate pollentem, nunquid velles
nō habuiſſe talem filium ex illo adulterio: ex quo
non aliunde talis filius tibi prouenit? quid eligis
è duobus carere filio an adulterio? ſi dicis quòd
carere filio ecce conſcientia contradicit: ſi pla-
cet filius cum illa filii vtilitate, iam videris non
debitè contritus de adulterio quod adhuc placet
fuiſſe. ad hoc reſpondeas non abſolutè ſed diſtin-
guēdo quòd ſcilicet iam poſt factum placet qui-
dem filius & vtilitas & effectus bonus per Dei
miſericordiam ſubſecutus. ſed diſplicet cauſa &
peccatum illud ex mea malitia commiſſum; di-
ſplicet inquam quòd per peccatum filium habui,
& ita de peccato damnatur peccatum. Rom. 8. Si-
militer homo doleat de morte patris & gaudeat
de hæreditate inde ſecuta; doleat de furis latroci-
nio & gaudeat de iuſta eius pœna, vel dicas quòd
non tenetur homo tunc reſpondere ſeu ſe deter-
minare ad alteram partem illius dilematis aut tē
tationis. ſed poteſt habere ſe priuatiuè diuerte-
req; ad alia vt proximè dicetur. Item ſecundò Nu. 2.
ſi vrgeat te tentatio quòd non habes veram con-
tritionem, ex quo non ſic doles de peccato vt de
re temporali aut de iactura. &c. Reſpondeo quòd
non eſt neceſſè ſic intenſiuè & ſenſuali dolore do
lere: ſed ſufficit quòd diſpliceat peccatum ita q
iam in ſimili caſu nequaquam homo pro quacūq;
re Deum offendere vult, & non petit amplius
Deus à nobis. Item tertiò ſi titubet homo an ve Nu. 3.
rè habeat contritionem vel propoſitum cauendi,
conſiderans an vellet ſeu eligeret mori, dilania-
ri, aut perdere honorem aut damnari ad pœnam
æternam potius quàm peccare aut peccaſſe. Re-
ſpondeo quòd non oportet has quæſtiones com-
paratiuas facere: & quando fiunt nō oportet re-
ſpondere ſe determinando ad alterutram earum
partem tunc eligendam: ſicut nec tunc imminet
caſus in quo neceſſariò alterum illorum ſit exe-
quendum; ideo ſufficit tacere & ad alia diuerte-
re: vel ſi omnino vis reſpondere dic verè & humi
liter coram Deo. Si nunc ſe offerret iſte caſus vbi
mihi eſſet neceſſariò alterum illorum eligendū:
certè quid tūc eligere deberem ſcio, quid autem
facere neſcio: nunc autem Deum offendere no-
lo: de futuro non affirmo me hoc vel illud eſſe fa
cturum aut electurum abſolutè: quia fortè inſcius
fragilitatis meę mentiar præſumptuoſeq; loquar
in vtroque, vt Beatus Petrus nocte paſſionis non
impleuit quod ex zelo quidem ſed inexpertus ſuę
fragilitatis ſe pro Chriſto facturum pręſumptuosè
promiſit. Itē quartò, Si eueniat tentatio dicens. Nu. 4.
quid faceres ſi tibi tua damnatio reueletur; nun-
quid eligeres hodie in tali vel tali peccato per-
manere, aut à tali delectabili peccato & vtili abſti
nere, an potius peccare? Item nūquid malles nūc
peccare delectabiliter aut vtiliter tali peccato &
poſt ſaluari, an è contra? Reſpondeo ſecundum
Gerſon vbi ſupra dictum eſt ad tertium, & in ſu-
per addit Gerſon hic ſpecialiter quòd debet hō
verè dicere in animo ſuo. Volo ſperare in Deo
quia ſic ipſe mihi præcipit: & credo Deum non
reuelare niſi verum, ſed non ita vt neget ſeipſum,
ideo nolo peccare & volo ſaluari & in ipſum ſpe-
rare, ita quòd homo ſemper reſpondeat nō vni-
ca ſimplici cathegorica ſed duplici: vt pueri dum
interrogantur quem è duobus prius diligant pa-
trem aut matrem, reſpondent, vtrunque. Sic Pe-
trus, Tu ſcis Domine quia amo te. q. dicat. & alii
te amant. Ita quando tibi duo mala ſub electione
proponuntur: ſi ſit neceſſitas eligendi & exequen
di alterum illorum: tunc eligatur quod probabi-
lius videtur non eſſe malum, aut eſſe minus ma-
lum, vt ſupra, q. 5. & 8. dictum eſt. Si autem nō ſit
neceſſitas exequendi tunc etiam non eſt neceſſi-
tas eligendi: ſed taceatur vt ſupra ad tertium di-
ctum eſt. & nullo modo eligatur abſolutè alterū
illorum: quia malum nunquam eſt eligibile & ita
vtrunq; malum reſpue & elige bonum recogno-

ſcens

ſcẽs tuam infirmitatem dicens, nolo peccatum, nolo damnationem: volo ſaluari & ſperare vt infra in 7. ſcrupulo habetur. Dicit etiam Gerſon vbi ſupra quòd in caſibus comparatiuis ſupradictis, & maximè in tertio caſu ſupra poſito de futuro, non debet homo affirmare tunc ſe non peccaturum; quia eſſet præſumptuoſum & ſæpe falſum; ſed ſufficit ei ſi verè de præſenti firmum propoſitum tunc habeat cum Dei adiutorio vitandi omnia peccata & ad id diligentiam adhibẽdi; quodq; de præſenti non vult vllo modo etiam in poſterum peccare, vt hoc etiam ait idem in regulis moralibus. Vbi etiam dicit quòd neq; iudicare debet homo ſe peccaturum in tali vel tali caſu quia iam eſſet peccare. quod intellige ſecundũ Angeſt. in moral. c. 8. in fine, & Aurea roſa ſuper Euangelia in q. impertinentibus caſu. 8. & in ſua ſumma ſilueſtrina. tit. confeſsio. 1. q. 21. Si habeãt ſimul aliquem actum ſeu promptitudinem actualem ſeu virtualem ſeu aliquam complacentiam voluntatis in tali peccato, aliàs non eſt peccatũ. & ratio eſt quia nunquam eſt peccatum in puro actu iudicii ſeu alterius potẽtię, niſi ſit aliquo modo voluntariũ reſpectu actus prohibiti: ſicut neq; pecco ſi ſolum iudico quòd ſine gratia Dei ego certè olim vel aliquãdo peccarem ſiue peccabo.

6. ſcrupulus & remed. Sextò contra nimis timentes & ſecum diſputãtes an ſint præſciti vel prædeſtinati. cogitantes ꝙ ex, quo Deus ſcit quid tandem de illis erit: & cum voluntati eius nemo reſiſtere poſsit: & ipſe immutabilis & infallibilis ſit. ergo nihil proderit contra niti: & per conſequens quòd per fas & nefas eò tandem homo de facto perueniet etiam ſua vtens libertate: & ſic homo cogitans vel ducitur in deſperationẽ ſalutis aut in profundum peccati ſe ad omnia laxando vel præcipitando.

Remedium eſt ſexcuplex ſecundum Gerſon in tract. de diuerſis Diaboli tentationibus alph. 70. litera. q. & in tract. de meditatione ſpirituali. alphab. 76. t. & in tract. de conſ. Theolog. primò ꝙ talis homo curet vitare aut potius non curet de talibus cogitationibus: ſed diuertat ſeipſum ad alia conſiderandum & agendum, præcipuè in hora mortis caueatur talis diſputatio cum Diabolo & meditatio de his: ſed tunc homo fortiter permaneat in fide & ſpe in qua dum eſſet ſanus toto tempore vitæ permanſit. dicat tentationi quòd reſeruentur tales diſputationes & coſiderationes eius cauſæ ad aliud tempus ſanitatis & ocii melioris, vbi ipſe erit ſine turbatione: quodq; nunc ſero venit talis diſputatio aut examinatio, & non eſt tempus ad id neq; ad aliquid innouandum ſed ad finiendum vitam in qua fide vixit. quòd ſi etiã ſanus homo non poteſt diuertere ſe ad alia cogitandum ſed ad reſpondendum ſcrupulo aut tentationi vrgenti: ecce poteſt aliquo de modis ſequentibus reſpondere. Secundò cogitet homo quòd quicquid Deus de illo ordinauerit bene & rectè factum eſt: & quòd homo faciat quod ſuũ eſt: & Deus ſimiliter faciet: quia & aliàs vanè conabitur in oppoſitũ & periculosè. ideo licet Deus me reprobauerit omnino: tamen adhuc debeo illi ſeruire & obedire pręcipienti: quia & ipſe dignus eſt propter ſuam excellentiam, & propter tot beneficia hucusq; collata mihi ſpiritualiter & temporaliter. Item quia recta ratio ſic dictat, vt hoc bene agat & viuat: qui etiam ſi nõ eſſet Chriſtianus propter bonum rationis quod eſt maximum, rectè viuere debet. Item quia bene viuendo minus punietur in inferno aut alibi quàm ſi malè ageret &c. huiuſmodi multa conſideret: & ſic paulatim merebitur auxilium Dei quodq; tentatio diſcedat opportunè, & oret Deum vt remedium ſibi placitum apponat. Tertiò conſideret quòd cùm Deus mentiri nequeat quia verax eſt: neq; ſeipſum & ſua promiſſa vtpotè iuſtus negari queat: ideo ſaluabit certè & dabit gloriam omnibus quotieſcũq; ſe conuertentibus ad eũ: ſeruientibus illius & neminẽ dãnabit neq; dãnare decreuit niſi ꝓpter demerita ſua: quia ſic ipſe promiſit per ſe & per ſuos Prophetas, ſanctos Euangeliſtas atq; Doctores: & per exẽpla latronis in Cruce. Nam & Deus ipſe dicit ſe non velle mortem peccatoris neq; delectari in perditionibus noſtris, qui vult omnes ſaluos fieri, vultq; ſalutem & gloriam noſtram & ad Deum conuerſionem: & ſecundum Chriſoſt. Deus quaſi dolet cùm hominem propter peccata damnare debet, ſecundũ iuſtitiam ſuam quaſi coactus. & concordat gl. ſuper illud Eſai. 1. Heu vẽdicabor de inimicis meis, dicens, vt pater pius & punit & dolet quia punire nollet. Vnde & Scot. in 1. diſt. 41. & concordat Gabr. & Ocham, & B. Tho. prima par. ſum. q. 23. art. 5. in ſententia licet in verbis ſeu modo loquẽdi diſonare videantur aliqualiter, dicunt ergo ꝙ Deus bene quidem prædeſtinat hũc vel illum ad gloriam & ad eius media ex ſua mera liberalitate: ſicq; eius prædeſtinationis totalis, id eſt gloriæ ſimul & gratiæ & mediorum ad gloriam, non eſt alia cauſa niſi Dei liberalis miſericorsq; voluntas. neque reprobat aliquem ad pœnam ſenſus æternam niſi propter demerita perſonæ ſaltem præuiſa: quia alioqui ſecundum rationem humanam videretur iniuſtitia: & ſecundũ Aug. *Deus* non prius eſt vltor quàm homo ſit peccator. Itaque reprobationis quò ad pœnam ſenſus ęternam noſtra demerita ſunt pręcipua cauſa; quò ad pœnam autem damni ſolius quæ eſt careutia gloriæ Deus ſine demeritis perſonalibus vel actualibus hoĩem reprobat, vt pueros ad limbum relinquens illos ſibi ipſis in ſua perditione propter ſuũ peccatum originale: ſicq; quò ad hanc reprobationem ad ſolam pœnam damni & ad eius media, ſcilicet quò ad non dandum gratiam illis Deus eſt præcipua cauſa: neque in hoc vlli facit iniuriam qui nulli tenetur. Nota etiam quòd quãdo Deus prædeſtinat aliquem ad gloriam vel præſcit ſeu reprobat ad infernum: etiam ſimul determi-

determinat aut præſcit media per quæ homo ſaluabitur aut damnabitur, ſcilicet propter talia bona vel mala opera, aut media, & non ſine illis. Itẽ omnibus dat quantum eſt de ſe & ſufficienter omnia neceſſaria vt poſsint bene operari & ſaluari: alioqui non haberemus peccatum neq; damnaremur ad pœnam ſenſus, vt patet. 1. Thim. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſcilicet antecedenter modo prædicto. & Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris: ſed magis vt conuertatur, ecce media conuerſionis quæ Deus vult, & dat auxilium ſufficiens ad ea, & viuat: ecce finẽ vitæ æternę ſalutis & glorię, & de reprobatione patet Oſe. 13. Perditio tua ex te Iſrael. &c. Nota etiam ꝙ cùm habeamus liberum arbitrium & ſufficiens auxilium ad media neceſſaria ad ſalutem & gloriam: igitur ſi volumus bene operari, poſſumus. quòd ſi bene operamur iam non meremur infernum, ſed gloriam, & ergo non obſtante quacũq; reprobatione aut præſcientia Dei ſi bene finaliter operamur vt poſſumus, certè ſaluabimur: & ſtat in noſtra poteſtate: cum auxilio Dei præfato bene finaliter operari & ſaluari ſtante lege. Nam Deus neminem prædeſtinauit vel reprobauit ad infernum omnino abſolutè quomodocunq; viuat, niſi ſecundum opera ſua: & ita quaſi conditionaliter quantum eſt ex parte noſtra. ideſt, ſi bene operamur, finaliter ſaluabimur, ſi malè damnabimur, vt etiam ait Soto ſuper ad Rom. c. 9. & Perez. 1. part. q. 23. art. 6. & clariſs. doctor Medina in ſua lectura: ſicq; quoties & dum volumus ratione vtentes in vita & in morte poſſumus conuerti: & finaliter bene & malè velle & ſaluari, & cum illa Dei præſcientia & prædeſtinatione gloriæ & mediorum, ꝙ ſcilicet finaliter Petrus deliberate tandem apponet tale medium aut conditionem, aut quòd decedet cum tali actu finaliter liberè volito: ſtat contingentia in rebus. neq; in hoc Deus decipitur aut mutatur, neq; eius voluntati reſiſtitur. quia ſic certò & determinate ex parte ſua ab æterno præcognoſcit & vult finẽ, ſimul cum prædictis ſuis mediis & propter illa à nobis obtinendum, quòd liberè tamen & conditionaliter ex parte noſtra vt dictum eſt. vt de his latius ſupra. l. 1. q. 55. & 56. habetur. Et cum hæc omnia media cum gratia Dei ſint in noſtra poteſtate: ideo nullus deſinere debet benefacere & confidere in Dei miſericordia. Hic oportet ſcire ſecundũ dialecticos & Theologos quomodo cũ præſciẽtia Dei ſtat contingentia in rebus. & qũo prædeſtinatus poteſt dãnari, & præſcitus ſaluari, in ſenſu diuiſo, non in ſenſu compoſito. & quomodo ſi Deus ſcit Sortem ſaluandum, neceſſariò ſaluabitur neceſsitate conſequentiæ aut ſuppoſitionis: non autem neceſsitate conſequentis, aut abſolutè. neq; valet argumentum Sortes neceſſariò ſaluabitur vel damnabitur: ſed non ſaluabitur vt ſupponitur, ergo neceſſariò dãnabitur abſolutè vel neceſsitate conſequentis. Nam reſpõdeo negando conſequentiam, quia fit æquiuocatio ex parte illius modi neceſſariò: qui in maiori ſi vera eſt, cadit ſuper totam diſiunctiuam faciẽs hunc ſenſum, hæc diſiunctiua eſt neceſſaria, Sortes damnabitur vel ſaluabitur: cuius tamen quælibet pars eſt contingens: & in conſequenti cadit ſuper alteram eius partem. & ideo debet concludi. ergo Sortes damnabitur: quę quamuis abſolutè, non tamen eſt determinate, ſed contingenter vera: & cum ei ſtat quòd poteſt ſaluari, vt dictum eſt. & multa alia notentur huiuſmodi, quæ non ſolũ à Theologis, ſed ab artiſtis latè tractantur: quo prefatæ propoſitiones debent prius reſolui & exponi, & ſic reprobari. de quibus etiã latè Gerſon tract. 8. ſuper magnif. partitione. 3. alph. 88. litera. D E & ſuperius in primo lib. in Quæſtionario. q. 55. dub. 10. & 11. habetur. licet Caiet. 1. part. ſum. q. 22. art. 4. & q. 23. art. 5. in hoc à communi doctrina aliqualiter diſſonet. & Ambroſius Catarinus de prædeſtinatione: quem Soto ſuper id ad Rom. 8. quos præſciuit hos prædeſtinauit &c. & latius. cap. 9. quòd ſi Deus volens oſtendere iram ſuam &c. optimè refellit.

Quartò cõſideret talis ſcrupuloſus, quòd ideo damnati nullam habent ſpem ſalutis, quia non poſſunt bene conuerti ad Deum: quia Deus cum eis ad hoc non concurrit, nec auxiliatur eis ſecundum Scot. & Duran. in 2. diſtin. 7. ex Bernar. & Gerſon vbi ſupra: ideo certum eſt illos eſſe reprobatos. de viatoribus autem è contra: & debet quilibet de ſe cogitare, quòd ſcilicet non eſt reprobatus, ſed prædeſtinatus ad gloriam, quamuis certò & infallibiliter id neſciat, quia ex quo poſſunt conuerti viatores ad Deum dum viuunt, ergo & Deus eſt paratus recipere eos ad veniam. Ioan. 6. Qui venit ad me non eiiciam foras. & per conſequens recipientur ad ſalutem & gloriam. quod etiam patet à ſigno. Nam ſi Deus me damnare voluiſſet & reprobaſſet: certè iam diu me damnaſſet, & in peccatis deprehenſum ad infernum miſiſſet: quia iam olim id merui. quòd ſi me eius miſericordia expectat ad cõuerſionem, vtiq; vult eam meamque ſalutem, & glorificationem. Eſai. 30. Expectat Dominus vt miſereatur noſtri. Item ſi me inferno decreuiſſet: certè non dediſſet mihi hoc deſiderium pœnitendi, neq; auxilium ſuum & ſanctorum, neq; affectum illud implorandi: ſed neque præceptum impoſuiſſet ſperandi in eum: & deſiderandi gloriam, & laborandi ad eam obtinendam. certè hæc omnia non mihi fruſtra dediſſet. cur enim mihi initium bonæ voluntatis daret, ſi non vellet quantum in ſe eſt dare auxilium & complementum viæ ſalutis & mediorum ad illam? & per conſequens ipſam finalem ſalutem & gloriam? igitur non eſt deſperandum de gloria: neq; à bonis operibus & mediis ad eam deſiſtendum eſt. Ideo dicunt communiter doctores in 3. diſtin. 26. & B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 171. art. 6. ſecũdum Chriſoſt. ſuper illud Io. 8.

Vos

vos in peccato veſtro moriemioi, quod etiam ſi abſolutè reueletur alicui quòd eſt reprobatus, aut quòd damnatus eſt aut damnabitur: noo eſt intelligẽdum ſic abſolutè & omnino quòd ita erit quomodocúque ille viuat: ſed conditionaliter, ſcilicet ſi non conuertitur aut ſi non finaliter perſeuerat in bono. quia Deus promiſit finaliter conuerſis aut perſeuerantibus gloriam, & nõ poteſt ſibi contradicere aut deficere, ergo iura iuribus ſunt conformanda & ſecũdũ legẽ ſunt reuelationes ioterpretandæ ſtante lege: & quia vt patet ex dictis Deus neminem omnino abſolutè quomodocunq; viuat reprobat ad infernum niſi propter demerita: & ſic Chriſtus ſe explicauit ſtatim. Ioan. 8. Niſi credideritis in peccato veſtro moriemini, quantò magis quòd ferè nulla huiuſmodi reuelatio de alicuius reprobatiooe fit a bono ſpiritu: ideo ounquàm credenda eſt. immo etiam ſi fortè extra legẽ fieret alicui expreſſa reuelatio etiam abſoluta, quod quomodocunq; agat tandem damoabitur: tamen adhuc non debet deſiſtere à bono opere: quia manet præceptum non derogatum de bene agendo, & quamuis non maneat tunc præceptum de ſperãdo gloriam nec ad id teoeatur: nõ tamen omnino debet deſperare ut iam fioaliter damnati: ſed fortè poteſt & debet ex Dei miſericordia ſperare gloriam abſolutè ſibi poſsibilem in ſenſu diuiſo. Si fortè etiam extra legem Deus aliquando oppoſitum reuelabit, licet non in ſenſu compoſito uidelicet ſtaote prædicta reuelatione, ut ſupra dictum eſt. & tunc dicat cum Iob. 13. Etiam ſi me occidat in ipſo ſperabo. Quiotò conſideret talis ſcrupuloſus quòd licet mihi ſit ignotus finis meus bene ne an malè moriar: & per conſequeos gloria mea aut damnatio ſit ignota mihi: non tamen propter hoc à bonis operibus & a ſpe gloriæ ceſſaodũ eſt. tum quia per id non de obligatur homo ut iam diximus. tum etiam quia bona uita communiter ducit ad bonum finem: & raro aliter accidit ſecundum Hierony. in ſuo teſtamento: ſicut & booa uia ſignum eſt booi exitus ut etiam Angeſt. ait in moralib. ca. 15. quòd bona uita & humilitas id promeretur à Deo, & è contra mala uita. exempli gratia. Sicut infirmus uel agricola ſeminãs licet neſciat finem infirmitatis ſeu laboris ſeminandi uel arandi, Si videlicet habebit ſanitatẽ & fructum, & quamuis Deus id ſciat ſolus: tamen non propter hanc ſuam incertitudinem debet homo ceſſare à remedijs & mediis opportunis ad finem nec à ſua ſeminatione uel agricultura. Nam ſtultè aliter faceret dicens Deus ſcit ergo ita erit. ergo fruſtra facio. ita ſimiliter dicatur faciendum eſſe io via ſalutis humanæ. immo & ex tali gloriæ incertitudine quam appetis, debes ad ipſam gloriam per opera buoa per quæ infallibiliter obtinetur laborare magis ac magis & cõfortari & ad Deum conuerti, etiã ſi millies in die cadas. 2. Pet. 1. Satagite ut per bona veſtra opera certam veſtrã vocationẽ faciatis.

Sextò ſi tua peccata & Dei iuſtitia te adhuc nimis à conuerſione & bono opere & à ſpe gloriæ deterrent atque deiiciunt. Ecce è contra tua conuerſio humiliſq; fiducia de Dei miſericordia te certius attrahunt. Nam non ex noſtris viribus & meritis præcipuè eſt ſperanda, conuerſio, ſalus, & gloria: indigni enim omnino ſumus ex nobis. Sed ex Dei miſericordia vincẽte iniquitates noſtras, Vult enim Deus in hoc glorioſus eſſe & apparere, & in meritis Chriſti capitis noſtri & eius titulo qui pro oobis ſoluit & meruit nobis debemus præcipuè ſperare: faciendo quod in nobis eſt ut ei hæreamus per fidem & charitatem efficacem: ꝑ quę diſponimur & nobis merita Chriſti efficaciter applicantur ad ſalutem. Sic nos docueruot B. Martinus & Bernardus prope mortem Diabolo tentanti de deſperatione vti diximus reſpondeotes, vt habetur in eorũ hiſtoria. ideo Pſal. 30. 70. & 53. In te domine ſperaui &c. vt ſupra in. 5. ſcrupulo dictum eſt. & ideo ſi tentatio inſtat tibi dicens damnatus es, ad infernum ibis. tu dic, pius eſt meus Iudex Chriſtus Ieſus, frater meus me iuſtificãs pro me mortuus, in ſuis meritis ſaluabor. Quibus ſi uſque huc abuſus ſum: certè pœnitet me: & per hanc ad ipſum conuerſionem ipſe me recipiet & parcet mihi: quia ſic ipſe promiſit. caput meum eſt in cęlo me ſperans vt illi reuniar per conuerſionem. St replicetur, iniuſtus eſſet ſi poſt tot peccata tua tibi daret gloriam. reſpondeo. immo iuſtus ſimul & miſericors & pius qui poſt tot peccata me ſperat & vocat ad pęnitentiam. qui etiam oon propter peccata ſed propter pęnitentiam dabit mihi gloriam ſicut promiſit. certè ſeruabit ſua promiſſa fideliter, non in rigore puræ iuſtitiæ, coodemnans eos qui nõ finaliter permanent in peccatis: ſed in pietate miſericordiæ ſaluat eos qui conuertuntur ad cor: & à curia iuſtitiæ fideliter appellãt ad curiam miſericordię ipſius, ſicut & nunc ego facio ad pedes miſericordiæ eius me proiiciens.

Septimò cootra nimis ſolicitos de quærenda dulcedine ſpirituali: & valde triſtes & ferè deſperantes quia illam oon ſentiunt ſed potius ariditatem & indeuotionem & ferè nullam affectionem ad Diuina, & ideo nimis affligũtur quia vellent deuotè feruenter & cum ſapore bonum exequi: & quia ſic noo ſentiunt reputant ſe in peccato vel reprobatos & huiuſmodi. remedium eſt triplex ſecundum Gerſon in tract. de remediis contra puſillanimitatem & de conſol. Theolog. lib. 4. proſa. 3. & de diuerſis Diaboli teotationibus. 7. ſcrupul. & remed.

Primò conſideretur quòd prædicta dulcedo & experientia deuotionis non ſunt efficacia & infallibilia ſigna gratiæ & charitatis: neq; è conuerſo ariditas eſt ſignum peccati & reprobationis: neq; reddunt hominem perfectiorem: quamuis de ſe iuuent ad bonum.

Secundò quòd licet illa de ſe iuuẽt ad bonum

& per-

& perfectionem: tamen propter noſtram fragilitatem ſæpe ſunt occaſio maioris periculi & præſumptionis erroris & propriè affectionis, nimiæ confidentiæ, ocii, vanę gloriæ & huiuſmodi: Ariditas autem è contra: ſi homo fortiter in Dei obſequiũ cũ labore ſuæ ariditatis amplius annititur.

Tertiò ꝙ cęteris paribus magis meretur aridus faciens bonum propter Dei honorẽ, quàm habens illa dulcia experimenta. & hoc ratione difficultatis & pugnę: & propter hoc impetrat magis aut ſaltem æquè vt ille alius. quia quaſi ſuis expenſis laborat & ſeruit Deo & pugnat pro eius honore & amore. ideo ſi humiliter cõfidẽdo de Dei auxilio & miſericordia ſic operetur bonum, faciens quod in ſe eſt, conando viriliter, & à Deo auxilium petendo ſimul & bonam voluntatẽ, & ꝙ reſeruet illi Deus hanc dulcedinem pro tempore & loco præmii in gloria. Nunc autem auxilietur ei in labore ſuo & huiuſmodi: certè hic cæteris paribus melior & ſecurior eſt: is igitur homo lætetur etiam in ſua anxietate ſpiritus quæ ei cedit in melius: quia ad Romanos. 8. Dili gentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

EXPLICIT LIBER TERTIVS DE CONSCIENTIA.

F. ANTONII CORDVBEN. ORD. MIN. REGVL. OBSERVANTIAE PROVINCIAE CASTELLAE,

QVAESTIONARII THEOLOGICI, *Liber Quartus,*

De Fide & Eccleſia, & continet Quatuordecim quæſtiones, quæ ſequuntur.

QVAESTIO PRIMA.

Quæ ſunt fundamenta ſeu arma fidei, quæ fidelis habere debet contra omnes hæreſes & errores.

RESPONDEO quòd ſunt duodecim quę in propoſitionibus ſequentibus continentur.

Propo. 1. Propoſitio prima eſt quòd eſt vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma. Epheſ. 4. quòd videlicet ſicut non poteſt eſſe niſi vnicus Deus verus ab omnibus colendus: ita nec niſi vnica vera fides, & lex Chriſti, perquã nunc in lege gratiæ omnes ſalutem habere poſſimus: vnicum etiam ſacramẽtum Baptiſmi eſt in quo huius fidei profeſsio fit, & efficimur Chriſtiani, & de numero militantis Eccleſiæ vel de hac republica Chriſti profitemur quàm fidem & legem Chriſti intra gremium Eccleſiæ ſemper obſeruare.

Quòd ſi eſt vnica: fit vt eadem ſit, fuerit, & erit, vera fides Chriſti ſemper & vbiq; & apud omnes itaq; eius veritas non variatur, loco, tempore, & perſonis: ſed quæ fuit olim à tempore Apoſtolorum eſt etiam nunc, & erit eadem vera & ſola fides catholica: adeo vt nulla noua doctrina illi contraria poſsit eſſe vera, ſed hæreticus error eſt.

Propo. 2. & in hac propoſitione oēs ẽt hæretici cõueniũt. Propoſitio ſecunda etiam ab omnibus Catholicis & hæreticis conceſſa de fide eſt, credo vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, & expreſsè habetur in concilio generali Conſtãtinopolitano primo. c. 7. & iterum in chalcedon. actione. 2. & in Niceno. 2. actione 7. quãuis Eraſmus in reſponſione ad cenſuram Pariſien. tit. 11. ſubterfugere conetur. poteſt etiam dici credo in vnam ſanctam Eccleſiam, vt habetur in dicto concilio Niceno, vt etiam legit antiquiſs. Cyrillus Epiſ. hieroſolymitanus in 18. catecheſi dicens, credo in vnam ſanctam Eccleſiam & in carnis reſurrectionem, & in vitam æternam. Amen. Ad eundem, vel ad hunc ſenſum. i. credo in Deum vel in ſpiritum ſanctum ſanctificantem Eccleſiã. Sed melius dicitur credo vnam ſanctam Eccleſiam, vti iam communiter canitur in Eccleſia, & ait etiam B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 1. art. 9. ad 5. & Caiet. de poteſtate Papæ in 2. parte apologiæ. c. 21. & doctores communiter.

Pro declaratione huius ſecundæ propoſitiones nota primo quod dicitur credo Eccleſiam, ſcilicet eſſe: quia de fide eſt eſſe Eccleſiam Chriſti. ideſt ſpiritualem quãdam rempublicam Chriſtianam, aut Chriſtianorum omnium & vnũ corpus

pus Chriſti myſticum fide animatũ, & eius profeſsione facta in Baptiſmo coadunatum: quod dicitur Eccleſia, ideſt congregatio, vel potius conuocatio, aut collectio fidelium, vt habetur de cõſecratione diſtinct. 1. c. Eccleſ. de qua ad Coloſ. 1. & Epheſ. 1. & 5. ſermo eſt. hanc igitur Eccleſiam credimus quòd Chriſtus inſtituit, cui & dedit poteſtatem, auctoritatẽ, illuſtrationem & dona ſpiritualia ad finem ſupernaturalem conſequẽdum. ita quod ſecundum Tho. Waldenſ. in doctrinali fidei lib. 2. art. 2. c. 18. collectio aut congregatio fidelium eſt viſibilis: poteſtas autem eius & dona inuiſibilia ſunt quæ creduntur, & eius inſtitutio per Chriſtum facta, extra quam non eſt ſalus, vt habetur in extrauagan. Bonifac. VIII. vnam ſanctam. de maiorit. & obedientia. & ibi gl. & 24. q. 1. c. loquitur. vſq; c. quoniam vetus. & de ſum. trin. & fide Cath. ſic etiam credimus vnum Baptiſma, quod tamen viſibile eſt ſicut Eccleſia.

Hinc ſequitur primò quòd credere Eccleſiæ non eſt credere humanæ, ſed diuinæ auctoritati. quia eſt credere illi vt regitur & illuſtratur à Deo & vt Diuinam & ad id auctoritatem habet. & ita quando communiter dicitur à doctoribus quòd vltima reſolutio credibilium fidei eſt ad Eccleſiam, & credo Euangelio, quodq; hoc eſt reuelatum à Deo, quia id ſic Eccleſia credit & docet, eſt idem quod quia Eccleſia à Deo illuſtrata ſic docet, & Deus per eam ſic infallibiliter docet. quæ auctoritas Diuina eſt. & ita fortè concordantur opiniones doctorum Catholicorũ circa hoc.

Hinc ſequitur ſecundo contra hęreticos quòd ſi eſt Eccleſia & reſpublica & corpus Chriſti myſticum: in ea igitur eſt diuerſitas membrorum habentium varia munera, gradus, virtutes, & dona ſpiritualia, ad finem vel effectum ſpiritualem & ſupernaturalem ordinata, & ab ipſo Chriſto inſtituta. aliàs non eſſent eius reſpub. vt caſtrorũ acies ordinata. Cãt. 6. neq; pulchra, vt Hieruſalem: ſed Babilonica confuſio, vt ait Hylarius in pſal. 121. nec corpus Chriſti myſticum eſſet ſi ea diſtinctio cum ſuo ordine hierarchico ab ipſo inſtituta nõ eſſet, iuxta id Rom. 12. & 1. Corinth. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita &c. & Epheſ. 4. Dedit quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores atq; Doctores ad ædificationem corporis Chriſti. itaq; Eccleſia ſine hac diuerſitate & ordine eſſe non poteſt, vti hoc Th. Walden. de ſacr. c. 7. 28. lib. & victoria in 2. relectione de Eccleſia. q. 2. & Oſius ĩ cõfeſsione fidei tom. 2. c. 33. fol. 247. vbi latius de hoc. & tãdem Soto ex ipſis optimè colligens in 4. diſt. 13. q. 1. art. 1. & diſtin. 20. q. 1. art. 3. & diſt. 24. q. 1. art. 1. & 3. contra hæreticos plus ſatis probat. & Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia pulchrius agit. quo etiam fit vt Eccleſia Catholica in vno aut duobus tm̃ manere nõ poſsit, vti Abulen. in primo prologo ſup Euãgelia. q. 13. optimè oſtẽdit.

Secundò dicitur, quòd eſt vna tantum Eccleſia Catholica, ab vnitate fidei & legis Chriſti. & eorundem ſacramentorum. Nam ſicut ab vnitate ſectæ quò ad religionẽ, fit vna reſpublica Sarracenorum & altera idolatrarum: quamuis quò ad ciuilia plura regna ibi ſint aut eſſe poſsint: ita ab vnitate fidei & ſacramentorum & legis Chriſti eſt vna Eccleſia Catholica non plures. Non ſicut in temporalibus, vbi bene ſtat plures eſſe reſpub. integras atq; perfectas, quarum altera non ſit pars alterius, nec illi ſubiecta, ſed quælibet ſit integra & perfecta, ſibiq; ſufficiens ad ciuiliter viuendum ſecundum ſuas cuiusque leges ciuiles cum ſuo integro principatu & tribunali: vti eſt quodlibet regnum per ſe aut principatus, vt Venetorum, & Ianuenſium à nullo alio principatu vel tribunali regulariter pendens, quò ad ciuilem vitam agendum. non inquam ſic eſt, nec eſſe poteſt in Eccleſia aut republica Chriſtiana: quæ nõ niſi vnica eſſe poteſt, ſicut ait gl. in prædicta extrauag. Dicitur Catholica, ideſt vniuerſalis integra & perfecta, ſibiq; ſufficiens ad ſalutem eſſe debet. quàmuis enim ſint plures Eccleſiæ particulares cum ſuis pręlatis: nulla tamen illarum eſt integra Eccleſia Catholica, neq; ſibi ſufficiẽs ad ſalutem, excepta Eccleſia Romana, de qua infra. propoſitio. 8. & 10. agendum eſt. ſed ex omnibus ſimul tanquam ex ſuis membris principalibus conſtat vna Eccleſia & reſpub. Catholica. i. vniuerſalis integra & perfecta, ſibiq; ſufficiens, & plenam poteſtatem habens ſpiritualem, & eandem regulam fidei, & legis Chriſti & ſacramenta eadem, ad rectè & Chriſtianè viuendum, & finem ſupernaturalem obtinendum. De qua vnitate Cãt. 6. Vna eſt columba mea &c. & Epheſ. 4. Vnum corpus, vnus Spiritus, vnus Deus &c. & 1. Corinth. 10. Omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus &c. Et c. 11. Vnum corpus multi ſumus &c. & Ioan. 10. Erit vnum ouile & vnus Paſtor. & 24. q. 1. c. loquar. vſq; c. quoniam vetus. & ind. extrauag. vnam ſanctã. de maiori. & obed. Et qui hanc Eccleſiam diuidit, vel ab ea ſe diuidit, ſchiſmaticus eſt. De quo & Tho. Walden. in doctrinali fidei lib. 2. artic. 2. capitulo. 15. 16. 18. latius agit.

Tertiò dicitur Catholica pro quo nota, vt ait Couarruuias in reſolutionibus lib. 4. c. 14. nu. 10. qđ Eccleſia Catholica dupliciter accipit. Primò pro Eccleſia vniuerſali abſolutè quę. ſ. fuit à principio mundi. & hoc modo eſt ſocietas omnium fidelium mundi ſub vno capite in uiſibili Deo in vnitate fidei & religionis coadunata. quamuis profeſsio & proteſtatio fidei & religionis non ſit eadem ſemper, nec apud omnes. Secundò modo accipitur ſpecialiter Eccleſia Catholica pro republ. Chriſti, i. Chriſtiana, ab ipſo Chriſto inſtituta in ſtatu legis gratiæ. & de hac loquimur ſemper in toto libro hoc, & præcipuè in hac ſecunda & in 11. propoſitione, quę infra habetur.

&hæc

& hæc Eccleſia Chriſti vel Chriſtianorum eſt collectio fidelium in vnitate fidei explicitè Chriſti; & profeſsionis eius in baptiſmo & ſacramentorum & legis eiuſdem, ſub vno capite viſibili Papa Vicario Chriſti coadunata. & hæc Eccleſia Chriſti dicitur Catholica. i. vniuerſalis perfectione, loco, tempore & natione & obligatione. Perfectione quidem, quia ſcilicet habet omnia quæ ad ſalutem ęternam obtinendam requiruntur: & in ea ſola ſunt omnia quæ ad finem ſupernaturalem ſufficiunt, vt proximè de eius vnitate ſecundum gl. in dicta extrauag. habetur, & Th. Waldē. in doctrinali fidei lib. 2. art. 2. c. 17. 18. 28. de hoc & de ſequentibus latè proſequitur. Loco etiam tempore & natione dicitur Catholica, quia ſcilicet his non arctatur, ita quòd hic autem nūc aut in hac vel illa natione tantū debeat eſſe Eccleſia Chriſti, vt quōdam erat ſynagoga quando pſ. 75. Notus in Iudęa Deus &c. aut ꝙ hic vel in hac gēte ſit vna Eccleſia cum vna fide & lege & ſacramentis, & alibi alia ſint. non inquam hoc patitur Eccleſia Cathol. quia ſic nec eſſe vna ſemper & vbique. Sed ſicut eadem Eccleſia eſt vnica, ita & Catholica cum eadem vera fide, lege & ſacramētis eiſdem, eſt ſemper & vbiq; apud oēs volentes ſe eſſe Chriſtianos ex quacunq; natione ſint.

Omnes etiam homines mundi obligantur eādem fidem legem & ſacramenta ſuſcipere, & per baptiſmum profiteri & intra prædictam Eccleſiā vel rēpu. Chriſtianam incorporari & eius legibus ſubdi, extra quam non eſt ſalus, vt ſuperius notatum eſt. de his omnibus & ſequentibus videatur noſter Medina de recta in Deum fide lib. 5. capi. 13. 14. vbi ſatis pulchrè & copioſè procedit.

Quartò dicitur Apoſtolica quia fundata eſt in doctrina Apoſtolorum quò ad fidem legem & ſacramenta neq; aliam contrariam doctrinam habet vt Epheſ. 2. Superędificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. qui autem aliam doctrinam habet Catholicus non eſt, nec de Eccleſia Catholica quò ad hoc, ſecūdum Th. Walden. vbi ſupra c. 18.

Quintò dicitur ſancta. i. pura, munda, & immaculata, quia ſcilicet regitur ſanctis regulis veræ fidei & legis Chriſti, & habet ſacramenta quibus gratia confertur & ſanctificatur & mundatur à peccatorum ſordibus & decora fit apud Deum. Habet etiam ſancta miniſteria, officia, gradus & dona Diuina, quibus ad ſanctitatē ducitur & gubernatur. quāuis hoc de ſacramentis & gradibus Eccleſiaſticis negent hæretici. Dicitur etiam ſancta Eccleſia à fine ad quēm ordinat & ordinatur, ſcilicet ad ſanctitatem & puritatem vitæ & gratiæ & gloriæ. Videatur Tho. Walden. vbi ſupra capi. 8. 9. 10. de quo etiam latius infra propoſi. 11. habetur Eph. 5. Mandans eam lauacro &c.

Sed vtrum ad hoc etiam requiratur, ꝙ omnes de Eccleſia ſint etiam ſancti & iuſti, ita ꝙ ſoli iuſti vel prędeſtinati ſint de Eccleſia, & in ipſis tantum conſtet ſancta Eccleſia Catholica, vti Lutherani ſequentes Wicleffum peruersè dogmatizant, in quo & ferè totam vim ſuarum hæreſum faciunt, infra in propoſitione 11. latius agitur.

Propoſ. 3.

PROPOSITIO tertia, Semperq; fuit & erit vſque ad finem mundi hæc vnica Eccleſia Catholica & corpus Chriſti myſticum & vera fides in ea. Hæc etiam propoſitio ab omnibus hæreticis conceditur quia & ſequitur ex præcedentibus. Item quia ſpecialiter hoc à Chriſto promiſſum eſt Matth. 16. Portæ inferi. i. peccata non præualebunt aduerſus eam nec hęreſes nec perſecutiones quæcunque ſecundum gloſſam omnium Doctorum: ſemperque ſtabilis & firma manebit fides & Eccleſia. & c. 28. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. & Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua, ſcilicet in Eccleſia & ſede tua. & Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob in ęternum, ideſt in Eccleſia militante ſecundum gloſſ. & Doctores communiter. & Ioan. 14. Alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis. & 1. Thim. 3. Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis, vti hoc latius Auguſt. de fide ad Petrum. cap. 43. & Alexand. de Ales, parte 4. membro 3. quæſt. 4. & beatus Tho. 22. quæſt. 2. art. 6. ad tertium, & Tho. Walden. vbi ſupra capi. 18. vſque cap. 21. aliiq; Doctores plenè pertractant. Sed hæretici dicunt quòd licet ſit vera propoſitio, at verò non ſemper Eccleſia Catholica & eius vera fides manifeſta eſt hominibus: ſed aliquando occulta & latens in aliquibus tantum fidelibus, ſicut olim 3. Reg. 18. & 19. Fuit ſolum in illis ſeptem millibus virorū, & aliis centum occultis, qui idola non coluerunt. Sic dicunt Lutherani à terçentum annis abſconditam occultamq; manſiſſe Catholicam Eccl. cum eius vera fide apud quoſdam dūtaxat; quam nunc dicunt etiā per ipſos de tenebris reductam in lucem.

Sed certè hic eorum error ex alio errore ipſorū naſcitur, vel illi cōnexus eſt, quo dicunt Eccleſiā Cath. eſſe inuiſibilem & in ſolis iuſtis vel prędeſtinatis ſoli Deo notis eſſe, vt infra propo. 11. probabitur eſſe falſum. Nunc aūt contra præſentem eorum hęreſim aliter arguitur, probando ꝙ inde ſequeretur quòd contra ſupradictā Chriſti promiſsionem, portę inferi pręualuiſſent aliqñ contra Eccleſiam & eius fidē. Nam quærimus ab eis quō tanto tempore Eccleſia Cathol. & eius fides latere potuit? Certè nō niſi altero ex duobus modis id fieri potuit. Primò quod oēs fideles ex obliuione veræ doctrinæ Euang. aut ex timore, ignorantia, vel aliqua quacunq; cā in errorem inducti ſunt: aut ſecūdò propter aliquam cauſam de ꝓdictis fideles oēs tacuerunt neq; ſuam veram fidē manifeſtè confiteri, neque falſæ doctrinæ reſiſtere auſi ſunt aut potuerunt & ita latuerunt. Si primo modo factum eſt: iam tota Eccleſia Catholica cum vera eius fide pro illo tempore om-

nino periiſſet, id quod ex ipſa tertia propoſitione fieri non poteſt. Si ſecundo modo factum eſſe dicatur iam confeſsio fidei etiam periiſſet: quo tamen ad Rom. 11. Neceſſaria eſt ad ſalutem: & conſequenter portæ inferi præualuiſſent contra Eccleſiam Catholicã & fidem eius: dum falſa doctrina aut pſecutio aut alia peccata adeò præualuerunt vt veram fidem tota Eccleſia Cathol. manifeſtè non confiteretur. Igitur eadem lege promiſsionis Christi, qua portæ inferi nõ prę-ualebunt contra Eccleſiam & veram eius fidem, fit vt ipſa tota Eccleſia Cathol. eiusque fides & confeſsio vbique occulta vel abſcondita, vllo vnquam tempore in mundo eſſe non poſsit.

Maximè quia ſic Chriſtus edocuit dũ Matt. 5. ait, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Et nemo aſcendit lucernam & in abſcondito ponit. &, Vos eſtis lux mundi. & Matth. 10. Quod in aure auditis pdicate ſup tecta. & Luc. 9. Qui erubuerit me & ſermo, me. cor. hominib. &c. quæ omnia in Apoſtolis, & Pontificib. & Doctoribus Eccleſiæ in munere docendi fidem illis ſuccedentibus ſpecialiter dicuntur. Ad hoc etiã aliquo modo faciunt ea quæ inferius propoſi. 11. & propoſi. 6. diſſeruntur.

Neque vſpiam legitur, totam Eccleſiam Catholicam vel omnes fideles eius ſic aliquando latuiſſe, etiam in maximis perſecutionibus, etiam tempore Heliæ & veteris legis, vt nõ eſſent multi fideles ex omnibus gradibus & ſtatibus Eccleſiæ qui veram fidem in ea manifeſtè colerent, & etiã cum palma martyrũ confiterentur: & maximè in Eccleſia Rom. & Pontificibus eius hoc nunquam legitur contigiſſe.

Propoſ. 4. PROPOSITIO quarta quæ etiam ab omnibus hæreticis conceditur eſt: ꝙ Eccleſia Cath. nõ poteſt errare in fide & moribus. Tum quia ſancta ſine macula & ruga, vt conſtat ex propoſitionibus pręcedent. & infra dicendis in 11. propoſi. in reſponſione ad quartũ arg. & quia 1. Thim. 3. Eccleſia eſt columna & firmamẽtum veritatis. & Chriſtus id promiſit Matth. 16. & 28. & Luc. 22. & Ioã. 14. vt proximè in tertia propo. dictum eſt. Tum etiã quia ſi poſſet errare ipſa quæ magiſtra, columna & firmamentum eſt veritatis, iam recurrentibus ad eam nõ eſſet ſalus nec infallibilis regula veritatis circa dubia fidei & morum.

Et nota, quòd hæc propoſitio & omnes aliæ loquentes de Eccleſia Cathol. Intelligũtur pro omni tempore, de illa etiam quæ nunc eſt in Chriſtianis temporis huius & ſemper erit, ab illa primitiua quæ fuit tempore Apoſt. per ſucceſsiones Epiſc. & propagationes Eccleſiarum particulariũ diffuſa per totum orbem & deriuata: & cum illa cõmunicans in eadem fide & lege & ſacramẽtis, capite principali Chriſto & ſpiritu Dei inuiſibiliter, Papa aũt vicario illius viſibiliter eam regẽte, eadem pœnitus Eccleſia Cath. eſt. Nunquam. n. Eccleſia Cath. deſiit aut deſinet eſſe ſancta & in vera fide firmata, & permanens omni tempore, vt de hoc etiam latius agit Th. Waldẽ. vbi ſupra, & Axiomata Chriſtiana lib. 3. art. 1. c. 7. & lib. 4. diſput. 2. c. 6. & 7. & ſequentibus.

Sed vtrum hęc Eccleſia quæ nunc eſt ſit minoris aut ęqualis auctoritatis cum illa prima quæ fuit tempore Apoſtolorum & cum ſacra ſcript. varii ſunt modi dicendi inter catholicos.

Prima opinio tenet Eccleſiam ſimpliciter eſſe maioris auctoritatis quàm ſit ſacra ſcript. idq́ue propter verbum Dei vel Euangelium mentale in corde eius inſpiratum, & propter quaſdam alias rationes. quam opinionem tenent Abulẽ. in prologo ſuper Matth. q. 19. & Albertus Pighius in ſua Hierarchia, & Oſius, & Echius in confutatione reſponſionis Lutheranorum ad librum oblatũ imperatori art. 1. fol. 74.

Secunda opinio eſt Driedonis de dogmatibus Eccleſiaſticis lib. 2. c. 3. propoſitione 2. vbi diſtinguit de multiplici Euangelio mẽtali, vocali & ſcripto, & de multiplici Eccleſia primitiua & præſenti, & hac vel ſimul ſumpta vel continuata cum illa primitiua. & ſecundum has diſtinctiones dicit Eccleſiam nunc maiorem, nunc ęqualem, nũc minorem auctoritatem & certitudinem habere quàm ſacra ſcript. & ꝙ ipſa Catholica Eccleſia habet. Dicit etiam Eccleſiam noſtri temporis tantum minorem auctoritatem & certitudinem habere ꝙ ſacram ſcript. & ꝙ Eccleſiam primitiuam tempore Apoſtolorum. vbi & latius hæc omnia proſequitur: ſed non omnibus perſuadet.

Tertia opinio eſt libri dicti Axiomata Chriſtiana lib. 4. diſputa. 2. ca. 1. vſque ad cap. 11. vbi has duas opin. refert breuiterq́; reſoluit: ſed nulla illarum ei prorſus placet: & quandam aliam tertiã opinionem illas ferè conciliantem ponit.

Quarta opin. eſt fratris Petri Soto in ſuo lib. contra Brentium hæreticum non ſatis laudato; vbi nullam prædictarum opin. referens ſuam quoque non multum diſtantem à tertia opinione præcedente ſtatuit.

Quinta opinio eſt, quod ſacra ſcriptura ſimpliciter & omnino maioris auctoritatis quàm Eccleſia Catholica ſit: id quod noſter Medina in libro de recta in Deum fide lib. 7. c. 18. pulchrè & optimè probat.

Nos autem nulli harum opinionum præiudicantes, ſententiam noſtram ex ipſis cõflatam eas omnes conciliantem meditantes, per quatuor dicta in quibus Catholici omnes conueniunt procedendo interim dicamus. Primò, quod quamuis illa Eccleſia primitiua in perſonis tẽporis illius, ſcilicet in Apoſtolis & Euang. aliiſq́; Chriſti diſcipulis, habuerit copioſiorem auctoritatem ad miracula ad loquendũ variis linguis & prophetandũ & ad ſacram ſcripturam ſcribendum & alia huiuſmodi dona: at verò Eccleſia quæ nunc eſt, non quidem diſtincta ab illa primitiua in fide, lege & ſacramentis, & ſucceſsione Epiſcoporum,

nam hæc vel nulla, vel ſchiſmatica eſſet: ſed Eccleſia quæ nunc eſt ab illa diſtincta in perſonis, deriuata autem ab illa per ſucceſsiones Epiſcoporum ac Eccleſiarum & cum illa cõmunicans in eadem fide, lege, & ſacramentia & ſacra ſcriptura, ęqualem cum illa auctoritatem habet, quò ad poteſtatem ordinis & iuriſdictionis & ad rectã fidem conſeruandum, & prædicandum, & ſacrã ſcripturam exponendum vel interpretandum, & dubia quæcunque in fide & moribus diffiniendum. Quia eodem ſpiritu veritatis à ſponſo ſuo Chriſto ſibi promiſſo ad prædicta omnia claues & poteſtatem habens ducitur & gubernatur vſq; ad finem mundi.

Secundò dico, quòd quò ad dicendum veritatem vt errare nõ poſsit in fide & moribus, eadem auctoritas Diuina in hac & in illa Eccleſia primitiua Catholica & in ſacra ſcriptura eſt, nec vlla contrarietas aut cõtradictio in eis eſſe poteſt. quia idem ſpiritus veritatis & vnitatis per eas ſemper loquitur & in illis eſt. Quo non obſtante ipſi verbo Diuino ſemel iam reuelato per ſermonem aut per ſcripturam canonicam Eccleſia ſubdita eſt.

Tertiò dico, quòd quamuis antequam Euangelium ſciberetur per Apoſtolos & Euangeliſtas, Eccleſia Chriſti & eius auctoritas nobis innotuerit per Euangelii prædicationem Apoſtolicam: & deinde per ipſam Eccleſiam etiam nobis innotuerit, quæ ſcriptura Euangelii, poſtquam cæpit ſcribi, eſſet vera atque canonica: nunc autem poſtquam ſemel ipſa ſcriptura Euangelii vt canonica recepta eſt, per ipſam etiam conſtat nobis de vera Eccleſia Catholica & de ius fide & auctoritate, vt ait Gerſon de examinatione doctrinarum alpha. 18. cõſideratione 5. litera C. & Oſius in confeſsione fidei, tomo 1. c. 15. & Soto in defenſione confeſsionis catholicæ c. 58. e. 59. & parte 2. c. 47. & Turrecrem. in decr. diſt. 4. c. noli.

Quartò tandem dico, quòd licet de aliquibus libris olim dubitatum fuerit, an eſſent canonici: poſtea tamen Eccleſia Diuinitus illuminata cenſuit eos vti verè canonicos recipiendos, vt in ſequenti propoſitione 5. latius habetur. at verò poſtquam ſemel eos vt canonicos recepit, non poteſt eoſdem vti non canonicos vllo modo repudiare, neq; contra ibi ſcripta quicquam facere: ſicuti nec poteſt ſibiipſi ſpiritus Diuinus contradicere; quãuis bene poſsit eos interpretari & declarare, & eius interpretationi & declarationi ab omnibus ſtandum eſt. Itaque licet Eccleſia & ſacra ſcriptura ſibi inuicem ſint teſtes ſuæ veritatis, & altera notificet veritatem alterius: neutra tamen ab altera auctoritatem & veritatem ſuam habet ſed à Spiritu ſancto dictante & inſpirante: nec in hoc altera maior altera eſt, vt optime ait Couarrunias in reſolutionibus lib. 4. cap. 14. nume. 1. & tandem Medina de recta in Deum fide lib. 17. cap. 18. latius & pulchrè de hoc agit. Vbi & pulchrè probat, quod ſimpliciter ſacra ſcriptura ſicut & verbum Dei ſiue ſcriptum, ſiue prædicatum, ſiue inſpiratum, maioris eſt auctoritatis quàm Eccleſia: ſicut & verbum aut lex ipſa regis maioris eſt auctoritatis quàm nuntius eius quamlibet certiſsimus & fide digniſsimus eſt. Optimè cum his conſonat etiam noſter Horantius de locis Theologicis lib. 2. c. 5. vti ſuperius & propoſitione 5. latius habetur.

Propoſ. 5. Propoſitio quinta, in qua non conueniunt nobiſcum hæretici qui eam impudentiſsimè negãt nil admittentes quod expreſsè in ſacra ſcriptura non continetur; quam ipſi ſolam admittunt ſecundum eum ſenſum quem arbitrãtur. Eſt ergo propoſitio quòd ſtandum eſt generali traditioni conſuetudini & doctrinę Eccleſię Catholicę, etiã noſtri temporis circa fidem & mores & ſacramẽta & canonea librorum ſacræ ſcripturæ, & eius expoſitionem & ſenſum.

Quod patet, quia circa hæc omnia errare non poteſt; ex quo pertinent ad regulam fidei & morum, vt conſtat ex ſupradictis: ſicut nec illa Eccleſia primitiua, quæ fuit tempore Apoſtolorum, nec inter hanc Eccleſiam noſtri temporis & illam vlla contrarietas eſſe poteſt neque diſſenſio: cum eodem ſpiritu veritatis & pacis gubernetur.

Et quò ad libros ſacræ ſcripturæ & eius ſenſum & expoſitionem ſpecialiter idem probatur, & certè eſt inuictiſsima ratio. Nam quærimus ab ipſis etiam hæreticis, vnde has ſcripturas quas ipſi ſolas audire vel acceptare volunt ſacras eſſe nouerunt? aut eas eſſe quas Apoſtoli & Euangeliſtæ aliique prophetæ ſcripſerunt? Et in ſua prima integritate ſine vlla corruptione ab hæreticis vel ab aliis facta permanere? aut tandem eas ſolas eſſe canonicas quomodo aut vnde nouerũt? Certè non poſſunt dicere niſi quod auctoritate Eccleſię, aut communis teſtimonii Doctorum aut vtriuſque ſimul de hoc certi ſunt: nam alia miracula aut certam reuelationem de hoc exhibere non poſſunt.

Tunc iterum quæro cuius Eccleſiæ & quorum Doctorum auctoritate? Certè dicere nõ poſſunt, ꝗ illius tantum Eccleſię primitiuę quę fuit tempore Apoſt. nam eam in ſeipſa iſti non viderunt ſicut nec nos. (de Doctoribus aũt proximè dicemus) nullam ergo aliam Eccl. cuius auctoritate de hoc certi ſunt aſsignare queunt niſi illam primitiuam: nõ quidem in ſeipſa, ſed prout per ſucceſsiones prælatorum & propagationes Eccleſiarum particularium ad nos vſq; peruenit: & pręſenti Eccleſię Cathol. quę nunc eſt continuatur, ſub cuius tẽporibus iſti hæretici nati ſunt: & per quã acceperunt credentia aut fidem vtriuſq; teſtamenti. Doctores autem iidem ſunt nunc & tunc qui in ſuis ſcriptis ſuum nobis teſtimonium atque ſententiam de credendis reliquerũt, & per ea nobis exprimunt mentem ſuam de veritate fidei & ſacræ ſcripturæ & veri ſenſus eius, quæ

ab illa Ecclesia primitiua vſque ad ſua tempora ſemper erat in Ecclesia Catholica.

. Nunc igitur audiant omnes hæretici. Si aucto ritas illius Eccleſiæ vſq; ad hanc pręſentem continuatę per medios patres ſanctiſsimos atque do ctiſsimos & Chriſti martyres & confeſſores plurimis miraculis illuſtratos, quales in Eccleſia fuiſſe negari non poſſunt, tanta eſt vt ipſa ſola teſtificante iſtæ ſcripturæ credantur eſſe illorũ, quorum nominibus intitulantur, eſſeque incorruptæ atque canonicę: quomodo hęc eadem auctoritas non erit tanta vt ex ipſa etiam credamus quis ſit proprius & verus ſenſus, in quo ipſæ ſacrę ſcri pturæ à principio fuerunt intellectę, in quo etiã nunc ſunt intelligendę, ita vt veram & firmiſsimam fidem pariant? Qũo etiam non erit tanta vt per eam veriſsimè credamus has vel illas eſſe Apoſtolicas traditiones ſolo verbo traditas ab eis, & hanc vel illam eſſe veram fidem doctrinãq; Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam? Certè qua ratione dixerint hæretici hãc præſentem Eccleſiam ab illa primitiua per tot ſanctos patres atque doctores vſque ad nos continuatam circa vnum iſtorũ falli: eadem quoq; circa omnia prædicta & omnes articulos fidei neceſſe eſt contra ſeipſos impiè dicant falli & errare poſſe. & eadẽ ratione tota fides immo & Chriſtus ipſe negari poſſet. Quo abſurdiſsimo dato nulla iam dabitur Eccleſia Catholica, quę ſemper in vera ſide permaneat: neq; vlla regula verę fidei quam ſine vlla dubitatione ſequamur: id planè quod ipſis tantum hęreticis contingit. de quo etiam latins agit noſter Medina de recta in Deum fide lib. 7. c. 16. vſque ad finem libri & lib. 5. c. 11.

Nu. 1. Quibus non obſtantibus notandum eſt primò q Eccleſia Catholica, quæ nunc eſt non poteſt aliam fidem nec vltra illam edere aut docere alia credibilia: neq; condere nouum articulum fidei propriè atque præſsius loquendo, neq; aliam ſacram ſcripturam denuò conficere aut ſuperaddere quàm ab Apoſtolis & Euangeliſtis ſcripta eſt: nec alia ſacramenta inſtituere. Sed ſolum po teſt ea omnia declarare, etiam per noua vocabu la quę in ſacra ſcript. non habentur, vt de hoc etiã Couarruuias in reſolutionibus lib. 4. c. 14. & de libris canonicis latius agit, & Medina vbi ſupra & lib. 6. pulchrè nimis. & determinare poteſt modos & tempora & ſenſum ipſorum. Tum quia ad Galat. 1. Si nos aut Angelus de cœlo euangelizet vobis pręter id quod à nobis accepiſtis anathema ſit. & Eph. 4. Vnus Deus, vna fides, vnũ baptiſma, Tum etiam quia omnia credibilia fidei lex & ſacramenta per Chriſtum tradita ad ſalutem & Eccleſiæ inſtitutionem, quam ipſe ſolus vt redemptor & caput ſuæ reipub. Chriſtianæ inſtituere poteſt aut potuit, iam per Apoſtolos & Euangeliſtas, qui ab ipſo Chriſto ſunt teſtes & prædicatores ſui ordinati, ſufficienter verbo & ſcripto prædicata & annunciata ſunt, vt ait Cyprian. in ſermone de ablutione pedum. Tum demum, quia tota prædicatio & editio vel ſcriptura Noui teſtamenti ad ipſos tantum Apoſt. pertinuit: qui vel ipſi ſcriberent vel Euãgeliſtarum ſcripta probarent, & ſua auctoritate Eccleſiis legenda & tenenda mandarent. hoc enim proprium munus & donum Apoſt. eſt: qui ſoli ad id pro Eccleſia fundanda à Chriſto electi & deſtinati ſunt. Mar. vlt. Prędicate euãg. omni creaturę. & Matth. 28. Docete omnes gentes &c. & Act. 1. Eritis mihi teſtes in omni Iudęa & Samaria vſque ad vltimum terræ. & Ioan. 20. Sicut miſit me pater, ita ego mitto vos. & 2. Corin. 5. Idoneos fecit noui teſtamenti miniſtros &c.

Secundò nota quod notanter dictum eſt Apo ſtolos & Euang. docuiſſe verbo & ſcripto omnia pertinentia ad fidem vel ſalutem. Neq; enim omnia ſcripta ſunt quæ docuerunt: multa nãque ver bo prædicauerunt & Eccleſiis ſeruanda tradiderunt circa fidem & mores & ſacramenta quæ ſcri pta non ſunt. & hæc eandem vim & auctoritatem habẽt ſicut ea quę in ſacra ſcriptura cõtinentur. Nu. 2.

Primum probatur ex ſecunda ad Theſſalon. 2. Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem ſiue per Epiſtolam noſtram & 1. Corin. 11. poſt multa tradita inſcriptis ait. Laudo vos quod ſicut tradidi vobis pręcepta mea tenetis. & infra. Cętera cùm venero diſponam. & 2. canonica Ioã. Plura habens vobis ſcribere nolui per chartam & atramentum: ſpero enim me futurum apud vos: & ore ad os loqui. & 1. Ioã. 2. Quod audiſtis ab initio in vobis permaneat: quia ſi id in vobis permiſerit, & vos in filio & patre manebitis. & 1. ad Timo. 1. Rogaui te vt remaneres Epheſi vt denunciares quibuſdã, ne aliter ſiue ne diuerſa docerent, ſcilicet quàm ego docui. Fortè enim tunc nondum omnia ſcripto tradiderat. & ca. 6. ait. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt & nihil ſciens &c. Ecce de ſcriptura non meminit ſed de ſermone Chriſti & Apoſtolorum. & 2. ad ipſum Timoth. 3. ait. Tu autem aſſequutus es meam doctrinam & inſtitutionem, ſcilicet verbo & opere tibi traditam. & Act. 15. Paulus & alii diſcipuli tradebant ciuitatibus, quibus prædicabant cuſtodire dogmata quę erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus. & tandem ad Timoth. 1. habetur. Reliqui te cretæ vt quæ deſunt corrigas, ſcilicet, docens verbo ea quæ ſcripta non ſunt & à me didiciſti, ideo ſequitur. ſicut diſpoſui tibi. & cap. 2. Loquere quę decent ſanam doctrinam. infra, verbum ſanum irreprehenſibile in integritate. infra, vt doctrinam Saluatoris ornent in omnibus, ſ. moribus ritibus & cæremoniis. vnde conſtat etiam conſuetudinis & traditiones erroneas, ſi quæ tunc fuiſſent generaliter in Eccleſia, non eſſe permiſſas, ſed eas tantum eſſe relictas & eductas

ab

ab Apoſtolis quæ verè catholicæ ſunt. Item ſecundò vtrumque probatur, tum ipſa experientia: nam ſacræ ſcripturę maxima pars. ſ. Euangelia & quędam alia etiam ſecundum ipſos hæreticos ſola traditione Apoſtolica habentur canonica in Eccleſia. Nam in ſacra ſcriptura nihil habetur de hac vel illa ſcriptura recipienda. Tum etiam id probatur auctoritate omnium Sanctorũ Patrum atque Doctorum qui à tempore Apoſtolorum hucuſque in Eccleſia fuerunt: qui concorditer dicunt, Chriſtum & Apoſtolos multa circa fidem mores & ſacramenta nõ ſcripto ſed verbo & opere tradidiſſe, quæ ſunt in practica & conſuetudine generali Eccleſię Cathol. Et hęc non minus dicunt eſſe obſeruanda q̃ ea quæ ſunt in ſacra ſcript. ea præſertim quæ generaliter omnibus & pro omni tempore tenenda in Eccleſia tradita ſunt, & eo modo quo Eccleſia accepit & interpretata eſt. Nã de tẽporalibus & particularibus ſecus eſt: & ratio huius eſt, quia ex quo ſunt verba Diuina Apoſtolis reuelata & per ipſos prędicata ad noſtram ſalutem & fidem in Eccleſia conſtituendam, ſicut & ea quæ in ſacra ſcriptura ſunt: non ergo minus credenda ſunt, neq; minorẽ auctoritatem habent, quàm ſi ſcripta eſſent, aut quàm ea quæ ſcripta ſunt: ad hoc enim nil refert ſcripta vel non ſcripta eſſe. Et hoc verum eſt de traditionibus illis quas, vti diximus, conſtat generaliter eſſe receptas in Eccleſia à tẽpore Apoſtolorum ad nos vſque deriuatas & traditas, quia vt patet ex ſupradictis in hoc Eccleſia Catholica errare non poteſt.

Quòd autem Doctores id ita communiter doceant, teſtes ſunt Dionyſius Areopagita de Hierarchia Eccleſiaſtica. c. 1. &c. Tertullianus de pręſcriptionibus hęreticorum & clarius contra Martionem lib. 1. & lib. 4. & latius de Corona militis. Origen. lib. 1. cõmen. ſuper Matt. homil. 29. & clarius ho mil. 5. ſupra numeros, & in periarchon in pręfatione. Cyprianus ſermone de ablutione pedum. Athanaſius. 1. Cor. 11. & lib. de decretis Synodi Nicenæ contra Euſeb. & in concilio 12. Toletano. c. 4. & in 7. ſynodo generali actione 7. & in concilio Tridẽ. ſeſſ. 4. Baſilius lib. 1. de Spiritu ſancto. c. 27. 29. Chriſoſt. ſuper 2. ad Theſſ. 2. Epiphanius apertè cõtra hęreſem 41. 61. 75. Irenęus clariſſimè in lib. 3. c. 3. & 4. B. Clemens lib. 10. recognitionum. & Epiſt. 4. & refertur diſt. 37. c. relatum. Hiero. expreſſiſſimè in Epiſt. 14. cõtra Luciferianos, & ſuper id 1. Cor. 11. Nos talẽ conſuetudinẽ non habemus. & Damaſc. li. 4. c. 13. & 17. & Leo Papa. in ſermone de ieiunio Pẽthecoſtes. Iſidorus lib. 5. Ethimol. Item Euſebius Cęſariẽ. in hiſtoria Eccleſiaſt. lib. 3. c. 24. 25. 26. & lib. 4. c. 8. & 14. & lib. 5. c. 6. 24. 25. & lib. 7. c. 2. idem teſtificatur de Ignatio, Serapione, Egeſippo, & Clemente Alexandrino, & hiſtoria Tripartita libro 9. cap. 38. idem refert, & tandem latius & apertius Aug. lib. 2. cõtra Donatiſtas. c. 7. 8. & 9. & lib. 4. c. 6. & 24. vbi expreſsè ait, quod id quod ſemper tenuit Eccleſia vniuerſalis nec in Concil. prius ſtatutum reperitur, credendum eſt auctoritate Apoſtolica traditum eſſe. Idem lib. 11. contra Fauſtum cap. 5. & Epiſtola 118. ad Ianuariũ. & Epiſtola 86. ad Caſulanum, & contra Creſconium Grammaticum lib. 1. c. 32. 33. & lib. 7. de trini. c. 4. & alibi ſæpius. Et refertur diſtinc. 11. c. Eccleſiaſticarum. c. palàm. cap. Catholica. c. in his, & diſt. 12. c. illa. & de celebratione miſſarum. c. cum Marthæ.

De hoc etiam latius agit Tho. Walden. in doctrinali fidei lib. 2. art. 2. c. 22. vſque c. 30. & lib. de ſacramentalibus tit. 4. c. 27. & Vincentius Lirinen. contra hæreſes. & liber axiomata chriſtiana. lib. 2. art. 5. & lib. 3. art. 1. cap. 1. 6. & 9. & latius Oſius Epiſcopus Varmien. in confeſsione fidei tomo 1. cap. 27. & tomo 2. c. 31. vbi & refert Theodoritum in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 1. c. 8. dicentem, quòd ex traditionibus Apoſtolicis in Eccleſia vrgentibus Arrius in Cõcilio Niceno damnatus eſt. Quod etiam idem Oſius alibi cõtra Brentium lib. 2. & 3. & 4. & Roffen. contra Lutherum in prologo veritate 9. & in art. 27. & Cano. de locis theologicis lib. 3. latius probant, & Couarruuias in reſolutionibus lib. 1. cap. 10. num. 3. & lib. 4. cap. 14. Item Alber. Pigius lib. 1. Hierarchiæ. c. 2. vſq; c. 5. & noſter Caſtro de hæreſibus lib. 1. c. 4. vſque c. 8. vbi refert ipſos etiã Lutheranos cõtra Anabaptiſtas torquẽtes quaſdam ſcripturas vt eos conuincerent; tandem ad cõmunem ſenſum & traditionem Eccleſię appellaſſe. & Oſius in libello de veritate hæreſum ſine ſectarum temporis huius fo. 12. 18. 23. 28. & in altero. lib. 1. contra Brentiũ fo. 10. & 14. & lib. 3. fo. 167. hoc idem ab ipſis Lutheranis cõtra illos, & contra Zuinglianos, & Sacramentarios & ab aliis contra alios hęreticos inuicem eſſe factum oſtendit. & tandem Soto in defenſione cõfeſſionis Catholicæ contra Brentium par. 2. c. 50. vſq; c. 70. cum ſupradictis concordans latiſſimè de his agit, & præ omnibus noſter Medina vbi ſupra, noſter etiam Horantius de locis Catholicis lib. 2. cap. 13.

Patet igitur ex omnibus ſecundum Tertullianum, Origenem, Auguſtinum de doctr. Chriſtiana. lib. 3. c. 8. aliosque Doctores vbi ſupra, ad verum ſenſum ſcripturarum & veram fidem habendum, ad conſenſum & traditionem Eccleſiæ tandem eſſe recurrendum.

Sed tertiò notan. quòd duplex eſt genus prædictarum traditionum Apoſtolicarũ in Eccleſia generaliter receptarum. Primum eſt earũ de quibus nullũ vnquam dubiũ fuit in Eccleſia nec initiũ earum reperitur, ſed perpetuò à tẽpore Apoſtolorum in Eccleſia vniuerſali obſeruatę ſunt. Et has conſtat ab ipſis Apoſt. verbo & opere traditas eſſe, ſecundum Auguſtinum lib. 4. contra Donatiſtas cap. 24. vt ſupra dictum eſt. & hu-

iuſmodi ſunt multa quæ Baſil. refert lib. de Spiritu ſancto. c. 27. vt ſignatio crucis in fronte, & alibi. obiuratio Sathanę à baptizãdis, inũctio illorũ, baptiſmus infantiũ, ſacrificiũ miſſę, oratio ꝓ defunctis, vota monaſtica religionis, & multa alia.

Secundum genus eſt earum de quibus aliqñ dubitatũ eſt, & variæ fuerunt ſententię catholicorũ & Eccleſiarum etiam Apoſtolicarum: quia vel ab ipſis Apoſtolis nõ fuerunt tam clarè omnibus traditæ, vel vbique prædicatæ, vel quia nou fuerunt ab omnibus fidelibus illius temporis eodem modo nec tam clarè aut plenè intellectæ & obſeruatæ: & ita temporis decurſu magis variatæ aut dubitatæ ſunt: tamen poſtea vt eſſet omniũ in his concordia fidelium in conciliis generalibus totius orbis diffinitæ ſunt, & ab omnibus approbatæ. vt eſt celebratio Paſchæ die dominico, & de aliis quibuſdam feſtis Domini noſtri, & de die dominica celebranda, & de recipiendo baptiſmo hæreticorum ſecundum Auguſtinum lib. 2. contra Donatiſtas cap. 7. & ſecundum ipſum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 8. talis fuit canouizatio aliquorum librorum ſacrę ſcripturæ, vt Tbobię, Iudith, Heſter, Machabęorum, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & aliqnarum Epiſtolarum Apoſtolorum, & Apocalipſis, & ſecundum Ambr. & Chriſoſt. ieiunium quadrageſimę, & eiuſmodi alia multa.

Omnes igitur ſupradictæ traditiones primi & ſecundi generis quæ generaliter tenentur in Eccleſia, licet in ſacra ſcriptura non ſint, obſeruandæ ſunt à fidelibus, ſicut ea quæ ſcripta ſunt, & valent ad declarationem ipſarum ſcripturarum. quia ex quo hæc iam in conciliis ab omnibus diffinita ſunt, & per Eccleſiam generaliter acceptata, quæ in fide & moribus errare non poteſt, non eſt ſuper bis amplius dubitandum, vt ait Auguſt. 118. Epiſtola ad Ianuarium & habeť diſtinct. 12. cap. illa. cap. Eccleſiaſticarum, dicens, ea quæ per totum orbem ſeruat Eccleſia & ſcripta non ſunt, certiſsimum eſt ab Apoſtolis tradita vel in conciliis totius orbis eſſe diffinita: neque de his omnibus magis dubitandum eſt quàm de ipſa ſcriptura ſacra: & illis contradicere manifeſta inſania eſt. hęc ille in ſenteutia.

Et nota quòd prædictæ traditiones ſunt recipiendæ eo modo quo traditæ & per Eccleſiam receptę ſunt & non aliter. Nam aliquę earum traditę ſunt tanq̃ neceſſarię ad veritatem ſacramẽtorum, ita ꝙ ſi aliter fiant non erunt ſacramenta: neq; ſuum habebunt effectum. Aliquę ſolum ſub pręcepto, ita quòd ſine eis erit quidem ſacramẽtum & eius effectus: ſed peccabit mortaliter aut venialiter aliter faciens. Aliquę ſunt ſolũ de conſilio aut de decentia. Aliquę ſunt generales pro omnibus & omni tẽporę. Aliquæ non niſi ſpãles pro aliquibus aut pro aliquo tantum tẽpore, vel ex cã qua ceſſante ceſſant & ipſe, vt fuit præceptũ Apoſtolorum de cauẽdo à ſuffocato & ſanguine & idolothytis, Act. 15. & ꝙ mulier oret in Eccleſia velato capite 1. Corin. 11. Et hęc poſſunt per Eccleſiam pro tempore ex cauſa mutari, vt cõicare laicos ſub vtraq; vel ſub altera tantũ ſpecie, & alia eiuſmodi q̃ ad gubernationẽ Eccl. ſpectant.

De quibus omnibus quando fuerit dubium an ſit traditio Apoſtolica, & q̃uo debeat intelligi & obſeruari, regula eſt quam tradit Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 8. & habetur diſtinc. 19. c. in canonicis. ꝙ illę traditiones quæ ab omnibus Eccleſiis ſine vllo dubio receptę ſunt, eodem modo ſunt ab omnibus obſeruandæ. Quando verò non ab omnibus, vel nou eodem modo recipiuntur, ſequenda eſt auctoritas plurium & grauiorum Eccleſiarum. Quòd ſi Eccleſiæ numero ſint æquales: tunc illę quæ maioris ſunt auctoritatis ſequendæ ſunt. Hęc ille. Vnde tandem liquet, quòd in his non niſi vſus & obſeruantia Eccleſię tenenda eſt: & pręcipuè Eccleſię Rom. quę omnibus præſtat, & errare non poteſt. diſtinctio. 11. 12. vt infra propoſi. 7. 8. & 10. latius habetur. vt de his etiam Soto vbi ſupra. cap. 56. vſque 59. latius & optimè agit.

Nota tandem quartò, quòd tũc dicitur & cenſetur Eccleſiam talem doctrinam, ſenſum & traditionem tenere, quãdo Paſtores atq; Doctores eius vniuerſaliter ſine vlla illius contradictione impunita ita tenent, atq; conſentiunt. Neque. n. in hoc curandum eſt de iudicio vulgi aut priuatorum hominũ: quia in hoc nullũ ius habent, ſicut neq; in decretis & geſtis cuiuſlibet alterius reip. bene ordinatæ, quod etiam inde patet. Nam cũ vna eademq́; omnium fidelium ſit fides, eiuſq́ue confeſsio; & ne ſuum quiſq; ſenſum ſequatur, & vt confuſio babilonica caueatur; oporteat ordinem eſſe & publicum magiſteriũ cęteroſq́; miniſtros miniſteriorũ Dei, & pręcipuè ad tradẽdum doctrinam fidei, iuxta id. 1. Cor. 14. Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis. Hi aũt miniſtri verbi Dei ſunt ſolũ Paſtores atq; Doct. Eccleſię qui Apoſtolis & Euang. ſucceſſerunt in munere docendi fidem & Euangelium, & ſacram ſcript. cum dono interpretationis ſermonũ eius, ſecundum id Eph. 4. Dedit quuſdam Paſtores atque Doctores in ędificationem &c. & 1. Corinth. 12. Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes interpretantur? & ita in his tantum accommodè & non promiſcuè in tota multitudine Chriſtus dedit Eccleſiæ claues regni cœlorum, & poteſtatem & alia munera & dona illuſtrationis ad eius gubernationẽ illi promiſſę. Horum igitur tm̃ iudiciũ, conſenſus & doctrina ſiue traditio, quam ſequitur Eccleſia ab illis edocta, ipſius cenſetur Eccleſiæ, inter quos ad ſummum Pontificem id pertinet: & ea quæ inter alios dubia ſunt finaliter definire: auctoritate cui nulli liceat repugnare; nempe vt ſit ordo per quem in vna Eccleſia ad vnitatem omnia reducantur, vt dictũ eſt & infra propo. 9. & 10. latius de hoc agitur.

Cum

Cùm his omnibus expreſsè concordant Irenæus.lib. 3.cap. 3.& 4.cap.43.44.45.& Hieron. & Auguſt.in pſal.86.Dominus narrabit in ſcripturis populorum &c.& pſal.44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. conſtitues principes ſuper omnem terram. Et Tertulianus contra Martionem lib.4.& de corona militis & clarius B.Tho. 22.q.1.art.9.10.& alii doctores Scholaſtici in 3. ſentent.diſtinct.25.& Tho. Walden.in doctrinali fidei lib.2.art.2.cap.20.22& Caſtro de hæreſibus lib,1.cap.4.cap.6.vſque c.8.& tãdem de his Albertus Pighius in ſua Hierarchia.lib.1.c.2.& 3.& lib.2.c.7.& lib.6.c.3. & Simancas de hæreſibus.c.21.23.& Oſius lib.2.& 3.& 4.cõtra Brẽtium de iudicibus rerum Eccleſiaſticarũ & fidei: & Couarruuias in reſolutionibus lib.4.c.14.capitulo 16.Vbi de libris canonicis ſacræ ſcripturæ & de aliis per Eccleſias approbatis, & noſter Medina de recta in Deum ſide per totum librum ſextum & ſeptimum latius agunt.& multi etiam de hæreticis conſentiunt, quamuis multi etiam eorum diſſentiant propter argumenta quæ proximè ſequuntur & ſoluuntur.

Arg. CONTRA ſupradicta hæretici arguunt tripliciter.Primò, quia omnia neceſſaria ad ſalutem ſunt iam ſcripta per Apoſtolos & Euangeliſtas. non ergo oportet alias traditiones Apoſtolorum Eccleſiæ vel Doctorum aut aliorum quorũcũq; doctrinas aut reuelationes etiam Eccleſię auſcultare ſiue recipere: maximè quia periculum eſt incerta pro certis recipiendi, vt de beato Cypriano ait Augu.lib.contra Donatiſtas in hoc illum eſſe deceptum, dum putauit eſſe traditionem & reuelationem Eccleſiæ de rebaptizandis hæreticis quę non erat.& antecedẽs patet per Chriſoſt. ſuper ad Titum homilia.1.ibi manifeſtauit verbũ ſuum in prædicatione quæ data eſt mihi: hæc eſt prædicatio &c.vbi ait, Euangelium continet omnia,& prædicationis verbo omnia concluſit. Itẽ Auguſt.Super Io.11.tractatu.49.ait, non omnia ſcripta ſunt, delecta autem ſunt quę ſcriberentur, quæ ſaluti credentium ſufficere videbantur.

Reſponſio arg. Reſpondeo negando antecedens, & ad eius probationem ex Chriſoſtomo, dico ipſum ibi loqui de Euangelio eiuſq; prædicatione, in quibus includuntur nõ ſolum quæ ſcripta ſed etiam quæ verbo tradita ſunt Eccleſiæ ſiue fidelibus tenenda. Plus igitur includit Euangelium & eius prædicatio quàm ipſius ſcriptura ſacra.

Ad Auguſt.autem dico, ipſum ibi loqui de geſtis & myſteriis Chriſti.quo modo ſcilicet conceptus, natus, cõuerſatus & paſſus eſt, ſurrexit & aſcendit in cœlum & aliis eiuſmodi. Ex quibus dicit delecta eſſe quæ ſcriberentur quæ ſufficiunt ad fidem de eo habendam & ad ſalutem. Sunt tamen multa alia quæ dixit & fecit ipſe & Apoſtoli, ad fidem & mores pertinentia & ſcitu neceſſaria, quæ ſpecialiter non ſcripto, ſed ſolo verbo & opere tradita ſunt Eccleſiæ vti ſuperius probatum eſt: de quibus non loquitur Auguſtinus: alioqui ſibi ipſi aliiſq; Doctoribus & Eccleſiæ (quod abſit) apertè contradiceret. Rurſus hæc omnia quæ ſufficiunt ad ſalutem ſcripta quidem ſunt in vniuerſali, videlicet vbi de Eccleſiæ firmitate, & auctoritate & obedientia, & de fide illi præſtanda & prelatis atq; doctoribus, & de clauibus, & aliis huiuſmodi ipſa ſcriptura loquitur. Hæc.n. mittunt nos ad ea ſuſcipienda quæ ab Eccleſia & Patribus tradita ſunt. Neq; periculum ſed certitudo tutiſsima eſt ſenſum Eccleſię ſequi, ſi homo ſolicitè velit attendere quid illa teneat eiuſq; doctores, cum quo ſtat quòd homo poſsit decipi per ſuam affectionem vel negligentiam, ſicut & in ſacræ ſcripturæ intellectione.

Secundò ad idem argumẽtatur, nam licet Eccleſia habeat auctoritatem declarandi & iudicandi de ſcriptura & de doctrinis, & tradendi regulam credibilium & morum vt dictum eſt: ita tamen vt intra metas ſacræ ſcripturæ in his ſe cõtineat & non vltra progrediatur. Quod probatur. Primò, quia ab illa recedere nec Angelo quidem fas eſt. Galath.1.Si quis aliud Euangelizauerit præterquàm à nobis accepiſtis anathema ſit. 2. arg.

Item ſecundò quia regula fidei eſt verbũ Dei, cuius reuelationi Diuinæ tantum innititur fides Eccleſiæ.pſal.118.Lucerna pedibus meis verbum tuum & 2. Pet.2. Habemus firmiorem propheticum ſermonem &c.

Tertiò quia Origenes homilia prima in Hieremiam ait. Neceſſe eſt nobis ſcripturas ſanctas in teſtimonium vocare: quia ſine his ſenſus noſtri non habent fidem. & Hieron.in Matth.23. quod ſine auctoritate ſcripturæ dicitur, eadem facilitate cõtemnitur qua dicitur.& ſuper ad Tit.1. ait ſine auctoritate ſcripturarum garrulitas non habet fidem. Item Chriſoſt.in imperfecto.ſuper Math.24.homilia.49.ait. Hoc tempore (quo ſcilicet hęreſes vagãtur in Eccleſia) nulla probatio poteſt eſſe vera Chriſtianitatis, neq; refugium eſt ad veram fidem Eccleſiamq; Chriſti cognoſcendam, niſi per ſcripturas. Item Auguſt. Epiſtola.166.ait. In ſcripturis didicimus Chriſtum & Eccleſiam eius. Et tomo 11. contra Epiſtolam Petiliani. cap.2.3.& 4.eſt ad idem.

Reſpondeo negando quod in argumento prętenditur. & ad primam eius probationem dico, verum eſſe quòd Eccleſia non poteſt aliam fidem nec alia tradere credibilia, quàm nobis per Chriſtum & Apoſtolos prædicata & tradita ſunt: cum quo ſtat: quòd poteſt ea omnia declarando tradere explicitè multa quæ in illis implicitè continentur, aut ſequuntur ex illis. Neq; ſic Euangelizatur præter quod Apoſtolis Euangelizatũ eſt. vti hoc etiam ſupra ſatis probatum eſt. quod eſt verum etiam ſi aliis verbis clarius non tamen contra ſacram ſcripturam tradantur, vt ait Auguſt. libro 7.de trinit.capitulo.4.& Gregor. Naziã.& Cyrillus, & Athanaſius.vt Oſius etiam *Reſpondeo ad 2. arg.*

contra

contra Brẽtium lib. 2. & 3. fol. 288. 201. 230. &c. & lib. 4. latius refert,

Ad ſecundam reſpondeo quod regula fidei eſt quidem verbum Dei, ſed non ſolum ſcripto, ſed etiam verbo aut prædicatione traditum, aut inſpiratione occulta vel manifeſta quomodolibet reuelatum, de qua traditione & reuelatione verbi Dei non de ſola eius ſcriptura præcipuè intelliguntur & loquuntur. pſal. 118. & 2. Pet. 2. & aliæ ſimiles auctoritates quæ adduci poſſunt.

Ad auctoritatem autem Orig. quæ videtur replica contra hoc, dico quòd intelligitur ſicut & loquitur contra eos qui priuatis ratiocinationibus & argutiis tantum humanis fidem tractant, quales multi tunc erant hæretici. & hoc docet Origen. eſſe relinquendum, & in ſacra ſcriptura veram fidem eſſe quærendam: non quidem quomodolibet intellecta, ſed vt ab Eccleſia & Patribus explicatur & traditur vt ſuperius probatum eſt.

Ad Hieron. ſimiliter reſpon. & inſuper dico, non eſſe garrulitatem ſenſus & traditiones Doctorum & Eccleſiæ: ex quo traditionibus Apoſtolorum & Diuinis illuſtrationibus aut rectæ rationi per fidem illuminatæ nituntur, licet in ſacra ſcriptura non contineantur expreſsè. Solum igitur garrulitas vana eſt quę priuatim ſine ſufficiente ratione, aut vera Eccleſiæ traditione profertur, de qua Hieron. loquitur. Chryſoſt. etiam ſimiliter vt Origenes intelligitur: quamuis etiam poſſet refutari opus illud vtpotè falſatum ab hęreticis: ideo namq; in eodem libro aliqui errores per hæreticos admixti deprehenduntur. Auguſt. autem ſolum dicit, quòd ex ſcriptura probatur Origo, vnitas, antiquitas, vniuerſalitas, veritas & auctoritas Eccleſiæ Chriſti: cum quo ſtat, quòd eius traditiones atq; doctrina ſicut & alia de fide in ſacra ſcriptura contenta, vt iam diximus accipienda ſint.

3. arg. Tertiò arg. nam interpretatio & declaratio ſcripturæ & verbi Dei, non niſi ſpiritu Diuino fieri debet: hic autem ſpiritus non eſt alligatus his vel illis perſonis; ſed diuidit ſingulis prout vult. 1. Corinth. 12. ergo non ſolum Eccleſiæ, aut patribus concilii, aut Papæ datur prædicta gratia interpretationis ſcripturæ; ſed etiam multis aliis priuatis hominibus, etiam illorum ſuperiorum interpretatione prætermiſſa.

Reſpondeo ad 3. arg. Reſpondeo ad 3. argum. quòd illa eius minor eſt vera regulariter ſi non excludatur debita diligentia ex parte noſtra. Ioã. 5. Scrutamini ſcriptu. Sed negatur conſequentia ratione vltimæ partis illius conſequentis. Nam licet reuelatio Diuina multis aliis fieri poſsit: at verò cùm non ſit Deus diſcenſionis ſed pacis & vnitatis, ſit vt nulla reuelatio vera credenda ſit, niſi doctrinæ & traditionibus Eccleſiæ & Patrum eius conſona ſit. immo dum de illa dubium aut incertum eſt: cùm 1. Ioan. 4. Spiritus probandi ſint, & ordo ſimul et magiſterium certum doctrinarum & reuelationũ ſit in Eccleſia: ſit certè vt nulli circa hæc credendum ſit, quouſq; per certum indicium Eccleſię, putà maiorum eius examinatus approbetur. immo neq; in publicum ea priuata doctrinæ reuelatio vulganda neq; Diuina iudicanda eſt, niſi viſibilibus ſignis eius miſsio & reuelatio prædicta apud prælatos Eccleſiæ ſufficienter oſtendatur, vt in capitulo cùm ex iniuncto, de hæreticis. iam decreuerit Eccleſia. Ad quod Auguſt. de Doctrina Chriſtiana lib. 3. ca. 8. etiam ait dubia eſſe decernenda ex ſcripturarum locis planioribus & Eccleſiæ auctoritate. Ad idem eſt Tertulianus de præſcript. hæreticorum. Præſumptuoſiſsima igitur hæreſis eſt prætermiſſa Eccleſiæ & ſanctorum Patrum atq; doctorum auctoritate & ſenſu, in quibus iam conſtat ſpiritum Chriſti & veritatis eſſe; nouum alium ſpiritum Diuinum & ſenſum ſcripturarum quærere vel ſibi arrogare. Sed & de his etiã latius infra propoſitione. 6. in 3. Signo veræ fidei & Eccleſiæ Catholicæ: vbi & alia quinque argumenta hæreticorum cum ſuis ſolutionibus ad hoc idem habentur.

Propoſitio. 6. ex tribus ſignis infallibilibus aut ex quouis eorum ſufficienter & manifeſtè cognoſcitur, vbi & in quibus eſt vera Eccleſia Catholica, cum vera fide & vero ſenſu ſacræ ſcripturæ. Primò ex vnitate eiuſdem ſemper antiquæ fidei atq; Doctrinæ & traditionum vniuerſalium Eccleſiæ Chriſti in fide, moribus & ſacramentis, ſimul & continua ſucceſsione Pontificum in ea à tempore Apoſtolorum. Secundò ex ſanctitate perſonarum miraculis comprobata. Tertiò ex concordi omnium Doctorum & Sanctorum Patrum ſenſu atq; ſententia. 6. propoſi.

Hæc propoſitio eſt valde notanda contra omnes hæreticos falſo iactantes apud ipſos tantum eſſe Eccleſiam Catholicam, cum vera fide & ſenſu ſcripturarum. Sed ex his vel ex quouis horum trium ſignorum facilè de ſuo errore conuincentur, & latibula omnium ſuarum hæreſum illis occluduntur. Nam vbi hæc omnia vel aliquod eorum fuerit ibi certè & non alibi eſt vera fides & Eccleſia Catholica vt expreſsè ait Aug. tomo. 4. contra Epiſtolam Manichæi vel fundamenti capitulo. 4. Vti etiam Oſius & Soto aliiq́ue doctores antiqui inferius allegati latius proſequuntur. Igitur ſingula declarãtur, ſimul atq; probant.

Primum ergo ſignum veræ fidei & Eccleſiæ Catholicæ, eſt vnitas eiuſdem ſemper antiquæ fidei & doctrinæ & traditionum vniuerſalium Eccleſiæ, in ſubſtantialibus fidei morum & ſacramentorum, à tempore Apoſtolorum ſine vlla varietate aut contradictione fidelium obſeruata; ſimul & continua ſucceſſio Pontificum in ſedibus Apoſtolicis & præcipuè in cathedra Eccleſiæ vel beati Petri. Hoc inquam, eſt infallibile ſignum, quòd ibi eſt vera fides, & Eccleſia Chriſti ſiue Catholica Chriſtianorum qui — Primũ ſig... vera fides Eccleſia C...tholica.

eam tenent atq; ſequuntur. Quod probatur dupliter. Primò quia, vt conſtat ex ſupradictis in 4. & 5. propoſitione, vera fides cum vera Eccleſia Catholica ſemper coniuncta eſt & è conuerſo: ideo alterum ex altero probatur & oſtenditur manifeſtè. immò ex vera Eccleſia Catholica potius probatur & oſtenditur veritas fidei, quæ ibi eſt quàm è conuerſo. Quia notior eſt etiam ſenſibus Eccleſia quàm veritas fidei, ſecundum Auguſtin. vbi ſupra contra Epiſtolam Manichei capitulo. 5. & lib. 11. contra Fauſtum capitulo. 5. dicentem Euangelio non crederem niſi auctoritas Eccleſiæ me moueret. Conſtat autem ex ſupradictis in quarta & quinta propoſitione, vnam eandemque fidem & doctrinam antiquam, & traditiones generales Eccleſiæ cũ continua ſucceſsione Pontificum à tempore Apoſtolorũ nõ niſi vera eſſe poſſe vbicunq; illa ſint. ibi dem ergo etiam conſtat veram Eccleſiam Chriſti ſiue Catholicam eſſe. & quidem vt noſter Medina de recta in Deum fide libro. 7. capitulo. 26. optimè proſequitur, legitima ſucceſſio Pontificum Catholicorum eſt, cùm immutata doctrina & moribus Eccleſiaſticis vnus Paſtor & Doctor alteri ſuccedit, & ſequens præcedentis magiſterio & Cathedræ ſufficitur: quia cùm magiſterium veræ fidei ſemper pertineat ad Cathedram pontificalem Eccleſiæ ſecundum id Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ &c. neque in Eccleſia Catholica alterutrum deficere poſsit, vt ſupra propoſitio tertia & quarta habetur: iam ſequitur manifeſtè quòd vbi eſt legitima ſucceſsio Pontificum in Cathedra Eccleſiæ, qualis in Eccleſia Rom. ſemper fuit & erit vt infra propoſitio. ſeptima & octaua probatur, ibi etiam manifeſtum ſignum veræ fidei & Eccleſiæ Catholicę eſt.

Secundò probatur idem. quia ſicut omnis noua doctrina fidei, morum & ſacramentorum eſt manifeſtum ſignum erroris, vt infra propoſitio. 12. latius probatur; ita è conuerſo vnitas in antiqua fide & doctrina &c. vt ait hęc propoſitio, eſt manifeſtũ ſignum veritatis eius ſimul & Eccleſiæ Catholicæ. Nam & pſal. 116. Veritas Domini manet in æternum.

Vbi & nota, quòd niſi oſtendatur quando aliqui fideles à Catholica fide vel doctrina & conſenſu antiquo fidelium populorum diſceſſerunt, vt oſtenduntur hæretici: certè in vnitate antiquæ fidei Catholicæ permanere cenſendi ſunt; eamque eſſe veram fidem quam illi tenent dicendum eſt. Quia Deus nunquam permittet errorem aliquem, vel manifeſtam multorum diſceſsionem ab Apoſtolica & antiqua Doctrina vera & vnitate Catholica Eccleſiam acceptare, neq; occultè factam permittere vel diſsimulare. Sed illi ſtatim, vt cognita eſt à fidelibus contradicitur. aliàs vel fides vel eius confeſsio in Eccleſia Catholica periret, vti ſuperius propoſitione tertia probatum eſt. Experientia quoque, quoties à tempore Apoſtolorum hæretici orti ſunt, idem teſtatur. Nam ſtatim illis Catholici reſtiterunt.

Et cum ſupradictis expreſsè concordant Tertullianus de præſcriptionibus hæreticorum, & contra Martionem libro 1. & 4. Item Cyprianus de ſimplicitate prælatorum & libro. 1. Epiſtola. 6. & libro. 4. Epiſt. 2. & 9. & latius Irenæus libro. 3. capitulo 2. 3. & 4. & lib. 4. capitulo. 63. & 43. Auguſt. contra Epiſtolam Manichæi vel fundamenti capitulo. 4. & 5. & Epiſtola. 16. 8. & 67. & quæſtio. 110. noui & veteris teſtamenti. & de vtilitate eredendi capitulo. 6. 10. 17. 46. & contra Donatiſtas libro. 2. & ſequen. Origenes in prohemio periarchon & homilia. 29. 30. Super id Matth. 24. Si quis vobis dixerit ecce Chriſtus hic aut illic nolite credere &c. Ambr. de fide libro. 1. capitulo 4. & Hierony. in Epiſtola ad Damaſum Papam. & lib. 1. & 3. contra Ruffinum latius de hoc, & Vincentius lirinen. cõtra hæreſes. Epiphanius hæreſi. 73. & in confutatione ſynodi quæ falſo. 7. dicta eſt, Item actione 6. ſecundæ Nice. Hylarius lib. 7. de trinit. & libro ad Conſtantium Auguſtum, Bernard. in cantic. ſer. 66. vbi omnes expreſsè dicunt, quod ſicut vbi eſt varietas dogmatum atque ſententiarum, & vbi non eſt vnitas Doctrinæ, nec ſucceſſio legitima Epiſcoporum ab Apoſtolis in ſede Apoſtolica, ibi nec vera Doctrina fidei, nec Eccleſia Chriſti eſt. Ita è conuerſo vbi eſt vnitas fidei antiquæ, & legitima ſucceſsio prędicta ibi vera fides & Eccleſia Chriſti quæ vnica & eadem ſibi ſemper eſt. Cum quibus etiam conſonant omnes alij doctores qui infra propoſitione 10. & 12. referuntur, & Euſebius Cæſarien. in hiſt. Eccleſiaſt. lib. 12. capitulo. 29. vſque 32. & Nicephorus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtic. libro 4. capitulo 5. & 7. de quo & Oſius in confeſsione fidei tomo 1. capitulo 25. 27. & 28. Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ capitulo. 52. vſq; 59. contra Brentium latius agunt. & noſter. Medina vbi ſupra. noſter etiam Horantius de locis Catholicis lib. 6. c. 6. & 7.

Secundũ ſignum veræ fidei Eccleſiæ Cathol.

Secundum ſignum veræ fidei & Eccleſię Catholicæ eſt ſanctitas perſonarum veris miraculis comprobata. eſt enim infallibile ſignum, quod ibi eſt vera fides & Eccleſia Catholica, vbi ſunt tot ſancti miraculis illuſtrati, viuentes ſecundum eam fidem & legem. Quod probatur quadrupliciter. Primò, nam cùm vera miracula ſint teſtimonia Diuina, ex quo à ſolo Deo fieri poſſunt, qui ſolus eſt ſupra naturam pſal. 71. Qui facit mirabilia ſolus vti omnes etiam hæretici confitentur: pręter quoſdam inſanos dicentes miracula omnia eſſe pręſtigias, de quo & B. Tho. 1. part. q. 105. art. 6. & 3. par. q. 43. art. 2. & in 22. q. 178. art. 2. & Scot. in prologo. q. 2. & noſter Medina de recta in Deum fide lib. 2. c. 7. latius probat.

bat. Igitur ſi fiât in teſtimonium Doctrinæ vel fidei; ipſa iam manifeſtè vera eſſe Dininitus cõprobatur. Si autem in teſtimonium ſanctitatis fiant: tunc quoq; veritas fidei & legis, ſecundum quam viuentes ſancti ſunt, Diuinitns oſtenditur. porrò quando ad conſolationem fidelium, vel propter fidem aut deuotionem petentium fiunt, cùm ipſa fides & deuotio per ea miracula Diuinitus approbetur: tunc etiam ad teſtimonium fidei reducuntur.

Secundò probatur idem. quia aliàs Deus regulariter per ſua miracula nos deciperet, & ſanctos ſuos ei fideliter ſeruientes; immò & Eccleſiam ſuam, contra id Hæbr. 6. Impoſsibile eſt Deum mentiri. & pſal. 144. fidelis Deus in omnibus verbis ſuis & ſanctus in omnibus operibus ſuis. & Io. 3. & 8. c. & ad Rom. 3. Deus verax eſt.

Tum tertiò. quia ſic per miracula ſufficienter & infallibiter probata & acceptata eſt veritas fidei in toto mundo. Sanctitas ergo legis ſecundum quam, ſancta vita eſt, ſufficienter per miracula Diuinitus comprobatur. Nam vt Scotus ait vbi ſupra, ratio naturalis, & communis omnium hominum ſenſus hoc habet: niſi enim omnes iudicaſſent verum miraculum Diuinam auctoritatem habere ſuffficienterq́; probare: certè legem Euangelicam ſuper omnes alias leges, opera, verba, cogitationes & appetitus naturales reprimentem, non reciperent.

Tum etiam quartò, quia ſic Chriſtus & Apoſtoli docuerunt veram ſuam Doctrinam & fidem per miracula ſufficienter perſuaderi: eosq́; ita reprehendunt atq; condemnant qui veritati vel doctrinæ per miracnla confirmatæ non credunt, ſicut & illos qui nullo modo crediderunt, vt patet Ioan. 5. Si opera non feciſſem quæ nemo alius fecit, peccatnm non haberent. & infra. Propter opera ipſa credite quia ipſa teſtimonium perhibent de me. Item Matth. 9. Vt ſciatis quia filius hominis poteſtatem habet in terra dimittẽdi peccata ait paralitico ſurge &c. & c. 12. dixit eos irremiſsibiliter peccare qui miraculis ipſius Chriſti, non credebant ſed Belzebuth attribuebant. Item generalis regula erat in veteri teſtamento, vt ille verus Propheta haberetur q qnod diceret miraculo cõfirmaret, vt patet Deut. 18. & 1. Reg. 12. exo. 14. & 1. Corinth. 1. iudæi ſigna petunt. & habetur de hæreticis. c. cum ex iniuncto. & Mar. Vltimo. Signa autem eos qui crediderint hæc ſequẽtur. & infra. illi autem vbiq; prædicauerunt Domiuo cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. & 1. Corinth. 2. Sermo meus in oſtenſione ſpiritus & virtutis ſignorum &c. & Galat. 1. & 3. & Epheſ. 3. Paulus reprehendit eos qui eius Doctrinam miraculis iam confirmatam non receperunt vel eam deſeruerunt. Et ad idem eſt Auguſt. Homilia. 1. ſuper Act. & Hiero. ſuper Matth. 10. & Greg. & commnniter Doctores. & Roſſen. contra Lutherum art. 30.

1. Arg.

SI contra prædicta arguatur, primò. quòd aliqui hæretici miracula fecerũt vti ex Suida refert Niceforus in hiſtoria Eccleſiaſtica libro. 9. capit. 18. de quodam Theophilo Arriano. & libro 12. capitulo 49. de quadam ſanctimoniali macedoniana & lib. 14. capitulo 17. capitulo 41. de alio quodam Paulo Epiſcopo nouatiano alioqui viro ſancto & ſatis docto. & de quodam alio Eutichiano etiam Nouatiano refert Sozomenus libro 1. hiſto. capitulo 14. ad quod etiam videtur Richard. de Sancto Victore ſuper canti. capitulo 21. & Greg. in moral. libro 9. capitulo 6. ergo miracula non ſunt ſufficiens ſignum veritatis fidei eorum qui ea fecerunt, etiam ſi aliàs viri ſancti ſint.

Reſpondet ad 1. arg.

Reſpon. primum illi non erant hæretici, quãuis aliqua hæreſi inculpabiliter vel etiam culpabiliter eſſent infecti, propter ignorantiam qua eo tempore multi aliàs ſancti viri monachi & Epiſcopi docti pariter & indocti laborabant: quando videlicet in infantia naſcentis Eccleſiæ nondum veritas erat omnino manifeſta circa multa de fide. Nam licet eſſent tunc aliqua decreta conciliorum: at verò nondum erat omnibus omnino certum quòd eſſet legitimum: neq; auctoritas & infallibilitas eorum & Papæ circa fidem & mores diffinientium, erat tunc tam certa & omnibus explorata vt nunc eſt. ac proinde nec tunc vniuerſaliter conſtabat, quòd eorum diffinitioni ſub hæreſis crimine aut ſub mortali peccato ab omnibus ſtandum eſſet. Erant enim tũc mult diſsidia & æmulationes conciliorum, Sanctorum etiam Patrum Epiſcoporum doctiſsimorumq́; virorum & hæreticorum, etiam in ipſis conciliis hinc inde ſeſe inuicem anathematizantium: adeò vt etiam viri docti alioqui ſancti ſępe dubitarent cui nam parti eſſet adhærendum, tanquam veritatem fidei edocenti. Sed neq; ipſa Eccleſia & multò minus concilium generale, aut etiam Papa eam tunc poteſtatem apud homines habebat ad cogendum, vt ſuæ aut huius, vel illius concilii definitioni omnes ſtarent. Sed vt refert etiam Sotò in defenſione confeſsionis Catholicæ par. 3. captulo 79. Imperatores aliquando quidem Papa conſentiente. aliquando verò cum aliquibus patriarchis & Epiſcopis, ſæpe etiã bono; aut malo zelo ad inſtantiam hæreticorum tyrannizantes pro ſua quiſque opinione vel ſententia ſtatuenda ea omnia faciebant: quamuis non ipſi ſed ſolum Epiſcopi in conciliis definirent: id quod facilè videre eſt ei qui Euſebium in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 12. capitulo 27. & libro. 11. capitulo 9. & hiſtoriam tripartitam libro 5. capitulo 20. & libro 9. capitulo 9. aliaſq́ue Eccleſiaſticas hiſtorias Græcas atq; Latinas perlegerit. Illi igitur viri hæreſibus infecti alioqui ſancti, qui illa miracula fecerunt pauciſsimi quidem, ſed ab hæreſi mortali per ignorantiam excuſati ſunt: ſicut & nunc contingere poteſt, ali-

quos

quos eſſe ſimplices viros ſanctos aut pios ſine pertinacia circa aliqua fidei vel morum inſtituta inculpabiter errantes, veram tamen eorum fidem implicitam in fide Eccleſiæ retinentes. Ita & illi viri ſancti: quamuis in aliquo errantes, non tamen in teſtimonium illius ſui erroris, ſed in teſtimonium fidei Catholicæ quam alioqui explicitè profitebantur, in qua ſuum errorem implicitè deponebant & retractabant, & in teſtimonium ſuæ ſanctitatis ad conſolationemq; fidelium, illa miracula fecerunt: aut verius Deus ipſe per illos ea fecit. Secundò etiam reſpondeo, vt noſter Medina in li. 2. de recta in Deū fide c. 7. ad quędā miracula Gentilium idolatrarum latiſsimè & pulchrè ait. quod etiam ſi hæretici prædicti aut alii culpabiliter errantes ea vel aliqua miracula feciſſent; non vtiq; per ipſos à Deo facta, neq; petita ſunt in ſui erroris atteſtationem; ſed vel in teſtimonium quod verus aliquis Deus & eius Diuina prouidentia de nobis eſt, quodq; ad eum in neceſsitatibus piè recurrendum eſt, vel in teſtimonium iuſtitiæ vel innocentiæ alicuius, aut in approbationem deuotionis ipſorum vel aliquorum fidelium ſimul ibi admixtorum id petentium. & ita aliquo horum modorum prædicta miracula fieri potuerunt, vti Abulen. Exod. 7. capitulo. 9. 10. 11. & Deuteronomio. 13. quęſtione. 1. & Mattheo. 24. quæſtione 140. ait. Et nota quòd idem Medina lib. 5. capitulo ſeptimo & octauo. Significat quòd etiam vera miracula Deo permittente fieri poſſunt & fient per hæreticos & ſequaces antichriſti ad probationem ſui erroris. Sed hoc communiter non tenetur neq; verum eſſe credo. Deus enim auctor miraculi non poteſt atteſtari falſitati neq; mentiri.

2. arg. Si ſecundò ad idem arguatur, quòd multa poſſunt eſſe miracula falſa, vt conſtat Matth. 24. Pſeudoprophetæ dabunt ſigna plurima & 2. Theſalon. 2. Reuelabitur iniquus ille, videlicet Antichriſtus, cuius eſt aduentus ſecundum operationem Sathanæ in omni virtute ſignis & prodigiis mendacibus &c. & Exod. 7. Magi Pharaonis fecerunt multa mirabilia. & 1. Reg. 28. patet idē de Phitoniſa ſuſcitāte Samuelem, vel alium loco eius. hæc autem miracula falſa è veris diſtinguere homo non poteſt: qui corporalia non niſi per ſenſibilia nouit, & per ſenſus quos tamen demon & homo, etiam ſuis artibus & pręſtigiis, multipliciter illudere poteſt: vt non minus verum appareat miraculum falſum quàm ipſum verum. ergo miraculorum via non eſt certum & infallibile teſtimonium veritatis. Sed neq; tutum eſt miraculis credere ex quo falſa eſſe poſſunt.

Reſpondeo 2. arg. Reſpondeo negando minorem, & ſimiliter conſequentiam. conſequentiam quidem, quia nos non de falſis ſed de veris miraculis dicimus quod habent infallibile teſtimonium veritatis: qualia fuerunt & ſunt miracula ſanctorum. Minorem autem, quia quando eſt dubium verum ne ſit an falſum miraculum: id vtique perpendi poteſt ſecundum Scot. in prologo. quæſt. 2. & aiunt Medina vbi ſupra & noſter Horantius de locis Catholicis libro. 4. capitulo. 9. 10. capitulo 11. capitulo 12. Tum primò ex reuelatione cogitationum ſecretiſsimarum cordis quæ ſoli Deo reſeruatæ ſunt: nec poteſtas Demonum ad eas directè vel immediatè ſe extendit, ſed mediatè ſcilicet per ſenſus & obiecta & ſpecies eorum, idq; non cogendo nec clarè videndo ipſas cogitationes & multò minus volitiones, ſed ſolum ſuggerēdo & ſpecies aut media & ipſa phantaſmata mouendo, & per ſigna & motus eorum & per alias coniecturas: non autem certitudinaliter & infallibiliter arguendo, vt de hoc latius agitur à Doctoribus in ſecundo diſtinctione octaua & nona & Gabriel in canone lectione 31. Tum ſecundò quia miracula vera non ad vana & curioſa vel falſa: ſed ad vtilitatem animæ & corporis, & ad ea quæ Deo honorifica & hominibus vtilia ſunt per ſanctos viros efficiuntur. Tum tertiò & præcipuè ex præmonitione Diuina dignoſcuntur. quia ſcilicet iam vera fide & Eccleſia Catholica ſemel conſtituta & per vera miracula confirmata præuenti Diui nitus & admoniti ſumus, ne ea quæ contrà ipſius & Eccleſiæ Catholicæ Doctrinam & obſeruantias generales iam receptas, miracula poſtmodum fuerint, vera eſſe miracula credamus. Nam Deus ſibiipſi contradicere nō poteſt, nec ipſe Deus diſſenſionis eſt. & prima Thimot. 3. habetur quòd Eccleſia eſt columna & firmamentū veritatis. & Galath. 1. Licet nos aut aliquis etiam Angelus de cœlo Euangelizet vobis præterquam quod Euangelizabimus & accepiſtis anathema ſit. & Matth. 24. Si quis vobis dixerit ecce Chriſtus, i. vera eius fides eſt, hic aut illic: nolite credere, ſcilicet contra quod iam recepit Eccleſia. I deo Matth. 7. Attendite à falſis prophetis &c. Igitur manifeſtum valde ſignum falſi miraculi eius eſt, quod contra Eccleſiam Catholicam & fidem eius iam receptam fieret.

Et ita illa minor argumenti falſa eſt: nam & his modis iam conſtat miracula Sanctorum à principio naſcentis Eccleſiæ eſſe vera, & per Catholicam Eccleſiam diu approbata, ea verò omnia negari non poſſunt, vt infra propoſitione 7. probatur.

Si tertiò arguatur ex illo ſecunda Petri primo. Hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam: Hic eſt filius meus dilectus &c. vbi ſequitur. & habemus firmiorem propheticum ſermonem. vnde videtur, quod miraculum illius vocis non erat ſatis firmum neq; ſufficiens teſtimonium ad id credendum: & ideo adhibet ſacram ſcripturam Propheticam ei conſonam, vt potè teſtimonium firmius atque ſufficiens dicens

cens, & habemus firmiorem Propheticum ſermonem.

Reſpondeo. modo illa vox immediatè ab ipſo Deo patre formata ſit, vt ſentiunt aliqui Doctores; modo immediatè ab Angelo in perſona patris loquente, vt ſentit Abulen. Matth. 3. quæſtio. 89. & capitulo 17. quæſtio 78. quomodocumque ergo ſit, illa vox erat miraculoſa & Diuina vel Dei auctoritate in ipſius perſona dicta Diuinam habens auctoritatem, ſicut & ea quæ prophetæ dixerunt & Euangeliſtæ: ſufficiensque vt per illam ſicut & per verum miraculum crederemus. Sed Petrus dixit ſcripturam ſacram propheticam eſſe firmiorem illa voce miraculoſa: non quidem ratione ipſius miraculi aut quatenus erat miraculoſa: quia vt dictum eſt, quatenus erat miraculoſa ſufficientiſſimum teſtimoniũ erat veritatis: ſed ratione ſenſus noſtri aut certitudinis noſtræ de ipſo miraculo an eſſet verum & à Deo. nam de ſacra ſcriptura iam ab antiquo certi eramus quod eſt à Deo: de illa autem voce qui eam audierunt poterant dubitare fuerit ne miraculoſa & à Deo an non; & ita per ſacram ſcripturam erat examinanda an verè miraculoſa & à Deo eſſet, vt in reſponſione ad præcedens argumẽtum dictum eſt. ideo & beatus Petrus vt verum eſſe miraculum nobis probaret, adiecit ſacram ſcripturam propheticam illi concordem de qua non dubitamus quòd eſt à Deo: vt per eam nobis firmius probaret illam vocem illi conſonantem eſſe verè miraculoſam; & per conſequens ſufficientem vt illi ab omnibus credatur. Et ita hęc auctoritas magis confirmat ea quæ proximè in reſponſione ad ſecundum dicta ſunt, quòd ſcilicet verum miraculum à falſo dignoſcitur per conſonantiam & diſſonantiam à vera doctrina fidei iam accepta in Eccleſia Catholica.

Tertium ſignum veræ fidei & Eccleſiæ Catholicæ.

Tertium ſignum veræ fidei & Eccleſiæ Catholicæ, eſt concors omnium Sanctorum Patrum atque Doctorum Eccleſiæ ſententia, & ſenſus circa fidem & ſacram ſcripturam & veritatem ſeu doctrinam Eccleſiæ. Nam & hoc eſt quod hæretici nimis audire refugiunt, nolentes audire teſtes omni exceptione maiores; neque Doctorum ſenſui & ſententiæ ſtare circa hæc; ſed ad ſuum ſenſum prædicta omnia interpretari volentes, vt ita non poſsint de ſuis erroribus conuinci; ſolam ſacram ſcripturam iudicem veritatis admittentes: vt eam ad ſuum ſenſum erroneum ſine Sanctorum expoſitionibus, ſine aliis teſtibus atque iudicibus pertrahant atque peruertant. Et ita ipſi in ſua cauſa volunt eſſe iudices vel arbitratores ſimul & teſtes: adeò vt omnes aliorum Doctorum ſenſus & interpretationes contemnentes: vix poſſint à ſuis erroribus emendari. Quam conſuetudinem hæretici omnes habuerunt qui ab initio fuerunt naſcentis Eccleſiæ, vt refert etiam Hilaryus ad Conſtantium Imperatorem. & Origenes homilia ſeptima in Ezechielem. Et Auguſtinus ad Dioſcorum, & contra Donatiſtas, & nunc ipſa experientia probat. Sed his non obſtantibus verum eſt quod concors ſententia ſenſusque Sanctorum Patrum, Doctorum atque Pontificum Eccleſiæ à temporibus Apoſtolorum hucusque: cui inter Catholicos nulli licuit impunè aut ſine nota temeritatis vel erroris contradicere; Diuinam auctoritatem habet vel ſaltim eſt infallibile ſignum veritatis circa fidem & mores & veram religionem Eccleſiæ Catholicæ.

Quod quincupliciter probatur. Primò, quia Epheſ. 4. & prima Corinth. 10. & 12. & 13. capitulo Chriſtus inſtituit Paſtores atque Doctores ſemper eſſe in Eccleſia ad eius doctrinam, vtilitatem & ædificationem: quibus & obediendum eſſe præcepit. Matth. 5. Vos eſtis lux mundi. Et qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Et hoc in Apoſtolis, dictum eſt omnibus ſucceſſoribus eorum, in prædicto munere docendi & gubernandi ſuam Eccleſiam; videlicet prælatis atque Doctoribus, vt habetur diſtinctione 21. capitulo in nouo. vt conſtat ex Actib. 20. capitulo vbi, Ideo Paulus ait, quod ſpiritus ſanctus poſuit vos regere Eccleſiam Dei. vt hoc etiam ait Gregorius in moralibus libro 30. capitulo 11. nunc autem non eſt credibile eos omnes ſimul ab initio naſcentis Eccleſiæ, vſque ad tempus & dogmata hæreticorum deſtitutos eſſe auxilio Diuino ſpeciali eiusque ſpiritu & erraſſe: ſed potius ſpecialiter eſſe illuſtratos ab eo ad ſuum munus debitè proſequendum: maximè cum plures eorum fuerint Sanctiſsimi viri, qui & miraculis claruerunt. Igitur dum diuerſis temporibus & locis tam concorditer omnes ipſi aliàs doctiſsimi & aliàs aliis in rebus diſsidentes, in re fidei & morum conſenſerunt: Certè ad id Diuinitus illuſtrati vera dixiſſe credendi ſunt. alioqui fallibilem regulam doctrinæ in dubiis emergentibus circa fidem & mores Chriſtus nobis ſequi pręcepiſſet, ſi eos omnes ſimul errare permitteret.

Secundò probatur idem. quia ſi omnes illi Doctores, vel etiam maior eorum pars ſimul nunc viuerent, ſimulque congregarentur in aliquo loco ſiue concilio ad rem fidei & religionis, & ſacræ ſcripturæ expoſitionem & ſenſum verum pertractandum: nonne ſtandum eſſet eorum omnium concordi ſententiæ, qui tanta doctrina vel ſapientia ſimul & ſanctitate miraculis illuſtrati claruerunt? Quid ergo refert eos nunc ſuo ore aut ſuis ſcriptis ſimul nobis loqui, ſuamq; mentem & ſententiam decla-

rare

rare immo uerò eò maioris auctoritatis & teſtimonii ſunt ſcripta quàm uerba, quò magis conſideratè & elimatius ſcribimus quàm loquimur. Sed neque putandum eſt eos omnes decipere nos uoluiſſe: quorum doctrina ſimul cum ſanctitate clarificata eſt. Hác rationem tangunt Auguſt. de ciuitate Dei lib. 18. capi. 41. 43. pro ſeptuaginta interpretibus, & Scot. in prologo quæſt. 2. pro fide Catholica cauſam agentes.

Tertiò probatur idem. quia donum interpretationis ſermonum ſacræ ſcripturę ad Eccleſiæ utilitatem uſque ad finem mundi cum ea permanſurum, quibus aliis magis credendum eſt à Deo donatum, quàm ſupradictis Doctoribus ſanctis ad magiſterium ueræ doctrinæ relictis à Chriſto? Certè ſanctitas uitæ ipſorum doctrinam facit maximè uenerandam. Quia Math. 5. Beati mundo corde quoniam ipſi Deum uidebunt. & 1. Ioan. 2. Vnctio docebit uos de oĩbus. & pſal. 118. Super ſenes intellexi quia mãdata tua quæſiui. Et Sap. 1. Cũ ſimplicibus. i. puris & rectis corde eſt ſermocinatio eius. Eccleſiaſt. 37. Anima uiri ſancti enuntiat aliquando uera plusquam ſeptem circunſpectores ſedentes ad ſpeculandum: maximè quia cum hac ſanctitate miraculis comprobata, acceſſit ipſorum eruditio eminentiſsima & infatigabilis diligentia, ad ueritatem nobis in ſuis ſcriptis reuelandam & intimandam de quo & Bernar. ſermone. 28. ſuper Canti. & Auguſt. de moribus Eccleſiæ capi. 1. & 2. & libro 18. de ciuitate Dei capitulo 43. &c. aliique Doctores latius agunt.

Quartò probatur idem. quia in re dubia aut contentioſa maximè antiqua ſtandum eſt teſtibus antiquis fide dignis: nõ aũt nouellis hominibus qui tanta fide ad id digni non ſunt, ut hoc cõſtat ſecundum omnia iura & mores omnium nationum; dum de rebus & titulis immemorabilibus agitur. Ita ergo cùm agitur de traditionibus antiquis & Apoſtolorũm, & de fide atque doctrina Eccleſiæ pimitiuæ, & de ſenſu ſcripturarum quem ipſa habuit: certè ſtandum eſt concordi ſententiæ & teſtimonio prædicto ſanctorum Doctorum, Pontificum & Conciliorum Generalium & Prouincialium ab initio naſcentis Eccleſiæ potius quàm nouellorum hæreticorum & carnalium hominum cætui & ſenſui ſæpius per eccleſiam Catholicam condemnato. Nam & ſecundum omnia iura legitimam illi faciunt probationem, ut etiam ait Auguſt. lib. 2. contra Manichæos. ad quod etiam facit id Deutero. 32. & Iob. 8. Interroga patres tuos & anunciabunt tibi, ſcilicet ueritatem. & Pſal. 43. Patres noſtri annunciarunt nobis. & Prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ, ubi Gloſſ. ait, quòd ille ſuæ prudentiæ innititur qui ſenſum ſuum aliorum & maximè Doctorum ſententiæ anteponit & Eccleſiaſ. 8. Non te prætereat narratio ſeniorũ & Eccleſiaſ. 12. Quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à Paſtore uno his amplius fili mi ne requiras. ibi uide Hieronymum. ideo ſecunda Timothe. ſecundo. Quæ audiſti à me per multos teſtes commenda fidelibus, & Hylarius tractatu de ſynodis prope finem ait, Grauis auctoritas eſt ueterum: nunquid & horum leuis ſanctitas eſt?

Quintò probatur idem, quia niſi ut dictum eſt concordi Sanctorum patrum atq; Doctorum ſententiæ aſſentiamus, maxima temeritas eſt atq; periculum erroris & hæreſum inexcuſabile. Nam cum 2. Petri. 3. in ſacra ſcriptura & præcipuè in Epiſtolis B. Pauli ſint multa diſſicilia intellectu quæ à malè affectis & non ſatis Doctis poſſunt facilè deprauari, quæ etiam non niſi eodem Diuino ſpiritu quo ſunt inſpiratæ & ſcriptæ poſsint intelligi ut habetur in cap. relatum. diſtin. 37. hic autem ſenſus & ſpiritus potius in ſanctis patribus & Doctoribus ſupradictis, quàm in aliis iure creditur eſſe: utique fit ut eorum teſtimonio atque ſententiæ ſub crimine & pœna temeritatis erroriſque grauiſsimi ſtandum ſit. Non quidem ita ut ipſis eorum teſtimonium ut ſacræ ſcripturæ ſi Diuinum: ſed quòd de uera ſemper fide & uero ſenſu & ſacræ ſcripturæ & de uera Eccleſia Catholica uerißimè & ſufficienter teſtificantur. Nam & multa Concilia Generalia, & Prouincialia, ad condemnandum hæreticos & de fide diffiniendum, ſæpe ſatis eſſe æſtimauerunt auctoritatem aliquorum Sanctorum Doctorum teſtificantium ſiue dicentium, id eſſe de fide uel contra fidem.

Quòd ſi auctoritas hæreticorum illis opponitur: optimè quadrat quod Valerius Maximus lib. 3. de fiducia ſui, refert de Marco Emilio Æſcauro: qui dum à quodam non ſatis ſincero uiro malè accuſaretur, indignum ſibi cenſens cum illo contendere Reſpondit: hunc noſtis, & me etiam noſtis, ipſe me de hoc accuſat id ego nego: uidete ergo cui magis credendum ſit. & ſtatum omnes pro illo cum magno applauſu ſententiam tulerunt. Ita & nos nouimus Lutherum & alios hæreticos: nouimus etiam Hieronymum, Auguſtinum & alios Doctores ſanctos; iſti hoc dicunt; illi contradicunt: uidete ergo quibus magis ſtandum ſit.

Similiter etiam narrat Nicephorus in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 11. cap. 15. & Socrates in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 5. cap. 10. & hiſtoria triparti. lib. 6. cap. 14. 19. quod etiam refert Oſius in confeſsione fidei Tom. 2. capitu. 32. quod imperatori Theodoſio uolenti in Concilio rem fidei per diſputationem Catholicorum contra hæreticos componere, quidã Siſinius uir prudẽtiſsimus id diſſuaſit: eò quòd diſputationes eiuſmodi nõ niſi ad contẽtiones ualẽt; proficiſcuntq; ad maiorẽ obſtinationem hæreticorum, & periculum ſimplicium Catholicorum ut prima Timoth. 6. & ait Gregorius Nazianzenus libro 1. Theologiæ. non ergo ſic ait ille Siſinius: ſed quæratur ab

ipſis hæreſiarchis, an ipſi habeant Doctores aliquos pro ſe; & an habeant Doctores præcedentes pro teſtibus fide dignis in explicatione rerum fidei & ſcripturarum. Si dixerint quòd ſic; tunc non opus eſt niſi ut eorum teſtimonia in libris ipſorum uideantur & illis ſtetur ab omnibus. Si dixerint quod non: id certè intolerabile eſt omnibus auditu, quòd omnes ſimul Doctores repellantur & proſcribantur ab Eccleſia: nam eadem ratione ipſi potius repelli deberent. Quòd ſi in aliquibus pro ſe illos acceptent, in aliquibus non cuntia ſetiam ſecundum rectam ratione ut etiā habetur in regula iuris, non debet quis commodum reportare ex eo quod connatus eſt impugnare. Quo facto cùm hæretici id audirent: ecce inter ſe diſſentientes, & populus ſimiliter ab eis, ut ędificantes turrim Babilonis confuſi receſſerunt.

Cum omnibus ſupradictis concordant Doctores ipſi omnes, præcipuè Cyrillus ſuper Ioan. libro 2. capitulo 5. & 8. & in Epiſtola ſynodica Concilii Ephiſini. Hylarius ubi ſupra. & in pſal. 125. & Dyoniſius de cęleſti Hierarchia capitulo primo & Irenęus libro 4. capitulo 63. & Epiphanius hæreſi. 61. Ambro. libro 3. de fide capitulo 7. Vincentius Lyrinen. contra hæreſes. Grego. Nazan. Baſilius, ut refert etiam Ruffinus in Eccleſiaſtica hiſtoria capitulo 90. & Athanſius in Epiſtola poſt Epiſtolam ad Serapionem pro decreto ſynodi Nycenæ contra Arrium fo. 263. & in tractatu de cruce foglio 275. Anguſt. de utilitate credendi capitulo 16. ubi ait. autoritate quidem decipi miſerum eſt, miſerius autem non moueri. & contra Iulianum apoſtatam libro 1. capitulo 2. & libro 2. in fine. & libro 3. de peccstorum meritis. capitulo 7. & libro 1. contrà Pelaglum & Cęleſtinum capitulo 42. & Hieronymus ſuper Eccleſiſtem capitulo ultimo & in Danielem capi. 12. & in Epiſtola ad Euagrium, & in Epiſtola ad Paulinum & Grego. libro 28. morali. capitu. 9. & facit ſexta Synodus Generalis Conſtantinopolitana actione 12. 17. 18. & canone. 19. & Concilium Lateranen. 1. ſub Martino primo canon. 12. 17. ait quæ omnes conſonanter Eccleſiæ Patres reſpuunt & ea Catholica & Apoſtolica Eccleſia reſpuit & quæ illi credunt credit. Item 7. Synodus. G. actione 1. ait hæc duo ita connexa ſunt ut diuelli & diſſociari non poſsint, doctrina Sanctorum Patrum & Eccleſiæ traditio. & actione 6. tomo. 5. eſt ad idem. & clarius Concilium Lateranen. III. ſub Leone. X. ſctione. 11. & Concilium Tridentinum Seſsione. 4. & facit clementina prima de ſumma trinitate & fide catholica: & prædicta ſexta Synodus Generalis Conſtantinopolitana canon. 19. ſic ait. Oportet eos qui præſunt, ſi ad ſcripturam pertinens controuerſia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur quàm quomodo Eccleſiæ luminaria & Doctores ſuis ſcriptis expoſuerint. & in 15. Concilio Toletano capitulo 4. dicitur, quòd omne quod contra doctrina Sanctorum ſapitur à reguls rectę fidei abhorrere ſentitur. Beda libro 3. de tabernaculo dicens quòd in ſignum huius Pontifex in ſuperhumerali geſtabat nomina Patriarcharum. Exo. 28. Caſsiodorus de Diuinis inſtitutionibus capitulo 11. & 25. Benard. Epiſtola. 190. & Leo Papa cum aliis Pontificibus & Doctoribus: quorum dicta etiam referuntur diſtinctio. 20. capitulo de libellis. capitulo final. & capitulo decretales. & diſtictio. 37. capitulo relatum. & cauſa. 25. quæſtio. 1. capitulo ſunt quidam. & Tho. Walden. in doctrinali fidei libro 2. articulo 2. capitulo 19. 22. 23. & libro axiomata chriſtina. libro 2. articulo 6. & Caſtro de hæreſibus libro 1. & Oſius ubi ſupra. & Tandem Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ parte 1. capitulo 69. 70. & parte 3. per totum illum librum latiſsimè concordans de his agit. Superius etiam propoſitione 5. dictum eſt quòd Doctores in munere docendi & interpretandi fidem, & ſacram ſcripturam Apoſtolis & Euangeliſtis in Eccleſia ſuccedunt. & Simancas de hæreticis capitulo 21. & 25. etiam latius agit..

Et nota primò. quòd dictum eſt concordē ſen nota. 1. tentiam omnium Sanctorum Patrum atque Doctorum, eſſe irrefragabile teſtimonium ueritatis. Nam ſi non omnes concorditer ſentirent, ſed diuerſi diuerſa dicerent: tunc illorum ſententia quam ſacra ſcriptura aut traditio aliqua Eccleſiæ ſcripta uel moribus obſeruata firmaret magis tenenda eſt: etiā ſi vnius tantū ſententia eſſet. Quia illa Eccleſiæ ſententiæ ſiue traditio non niſi uera eſſe poteſt. Exemplum eſt in concordia gratiæ & prædeſtinationis cū noſtro libero arbitrio quomodo ſtent ſimul: nam circa hoc non ſolum inter Catholicos & hęreticos ſed etiam inter ipſos Catholicos inuicem magna ſententiarum diuerſitas olim fuit. Nunc autem re magis examinata per Auguſtinū iam ipſe contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap. 8. & libro de prædeſtinatione ſanctorum cap. 14. & de bono perſeuantiæ cap. 19. & 21. & in Epiſtola. 106. ad Bonifacium. expreſſè diffinit utrumque ſimul ſtare & hanc eſſe ueram fidem Eccleſię Catholicæ: cui & Concilium Paleſtinum ſuffragatur: & Doctores Catholici iam illum ſine ullo dubio ſequūtur. Quamuis Albertus Pighius libro de gratia & libero arbitrio. & Ambroſius Catharinus lib. de prædeſtinatione aliter ſapere præſumentes aberrauerint.

Aliud etiam exemplum eſt de matrimonio, nam olim etiam inter Catholicos uariæ fuerunt ſententiæ, utrum adultera à ſuo uiro per diuortium ſeparata poſſet eo uiuente alteri nube-

re.

re. Nunc autem per ſententiam Auguſtini de adulterinis coniugiis ad polentium firmatam autoritatibus ſacræ ſcripturæ & concili Miliuitani & Innocentii Papæ deffinitione, certum eſt alteri nubere non poſſe. quamuis Eraſmus & alii uolentes plus ſapere quàm oportet aliud ſignificent.

Aliud etiam exemplum eſt de libris canonicis & de tranſlatione ſacræ ſcripturæ, de quibus olim diuerſæ fuerunt ſententię: nunc autem ſententiæ beatæ Auguſtini de doctrina Chriſtiana libro 2. capitulo 8. & quorundam aliorum Doctorum firmatæ per concilium Chathaginenſe Florentinum & Tridendinum, & per conſuetudinem antiquam Eccleſiæ ſtandum eſt: quæ decreuit omnes libros ſacræ ſcripturæ eſſe canonicos præter tertium & quartum Eſdræ: noſtramque tranſlationem uulgatam eſſe tenendam: quamuis Scioli & hæretici aliter ſapientes uel periculosè ludant uel obſtinatè inſaniant contra id prouerbiorum 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ & Sapien. 1. & Eccleſiaſtici: 3. eſt ad idem. & latius Eccleſtici. 6. in multitudine Presbiterorem Velſenum ſta: & ſapientiæ. illorum coniungere.

Si uerò nulla aut pro utraque patrum ſententia lex aliqua huiuſmodi aut conſuetudo fuerit: tunc ambę ſunt ad concordiam trahendæ quò ad fieri poteſt, ut uidelicet una in uno, altera in altero caſu ueritatem dicatur obtinere. Nam. Iura iuribus ſunt concordanda. de electionibus. capitulo cum expediat. libro 6. unde Auguſt. contra Iulianum apoſtatam libro 1. capit. 2. non patitur ut uel unus ex Doctoribus ſanctis, qualis erat Chryſoſtomus, in rebus fidei à uera aliorum ſententia dicatur deuiaſſe, uti Iulianus ille de Chryſoſtomo impiè dicebat ipſum pro ſuo errore allegando.

Quòd ſi concordari nequeunt, communis opinio tenenda eſt. Nam in caſu dubii ex communi hominum ſenſu apud omnes mundi nationes pro multitudine præſumitur, niſi notoriè malè dicere uera & certa ratione conuincatur, ſecundum gloſſ. in capitulo final. de pœniten. diſtinctio. 1. & de conſtit. capitulo 1. latius agitur à Doctoribus. & Beatus Hylarius ubi ſupra tractatu de ſynodis ad idem eſt. Nam & Ariſto. 1. Rethori. & 7. Ethicorum ait quod ſermo communis non eſt omnino falſus. & primo Topicorum ait. quod probabile uerum eſt quod pluribus & ſapientibus uidetur. Item in decreto. diſtinctio. 16. capitulo Iſidorus. & diſtinctio. 19. capitulo in canonicis. & diſtinctio. 63. capitulo final. & ſecunda quæſtio. 7. capitulo puto. habetur quòd illud potius tenendum eſt quod à pluribus approbatur & corroboratur.

Ex quibus etiam aliud notandum infertur quòd quia non ſemper de qualibet re habemus omnium Doctorum teſtimonia; ſiue quia de illa non omnes loquuntur; ſiue quia obiter aut obſcurè: cum duo uel tres tantum aliquid ut certum dogma fidei uel Eccleſiæ nobis affirmant: id certè ſufficit ut inde probetur conſenſus Eccleſiæ illo duorum aut trium teſtimonio quando alii non contradicunt. Quia Matth. 18. In ore duorum aut trium ſtabit omne uerbum. Immo etiam ſi ipſi aut eorum aliqua opera ſint quò ad alia per Eccleſiam condemnata: & illi atteſtantur conſenſui Eccleſiæ dum ea referunt quæ in Eccleſia Catholica ſua ætate certa habebantur: horum etiam ſufficiens habetur teſtimonium, ut eſt Origenes. Tertullianus. Lactantius & alii Doctores. Facit ad hoc Vega de iuſtificatione libro 5. capitulo 16. dicens. Quòd ubi unus Doctor Eccleſiæ præcipuus, ut Auguſtinus aliquod tanquam certum & indubitatum Eccleſiæ Catholicæ dogma tradit: ab eo diſcedere ferendum non eſt. quia non eſt uerisimile eum ignoranſſe quòd Eccleſia Catholica teneret, aut incerta pro certis tradidiſſe. de auctoritate etiam Doctorum ſanctorum uideatur Abulen. in defenſorio parte ſecunda capitulo 81. 82. 83. & Turrecremata in decreto diſtinctio. 9. capitulo noli, capitulo ego ſolis, & diſtinctio. 15. capitulo ſancta Romana Eccleſia. & diſtinctio. 20. capitulo final. *arg. 1.*

Sed contra ſupradicta arguunt Lutherani quincupliciter. Primò quia ſacra ſcriptura non eſt proprio hominis ſpiritu interpretando, ſed Diuino quo ſcripta eſt, ſecunda Petri, primo. & Hylarius ait uerus eius interpres, ſenſum ipſius ex ea uel aliis locis eius, potius referat quàm afferat. Et Clemens libro 10. recognitionum, & habentur in capitulo relatum. diſtinctio. 37. eſt ad idem. ergo non eſt ſtandum expoſitionibus hominum & Doctorum quorumcunque, ſed ipſis tantum ſcripturis ſacris. Nam Spiritus Sanctus nuſquam præſentius neque uiuacius quàm in ipſis ſuis ſcripturis eſt.

Ex quo infertur, ſolis ſcripturis ſacris eſſe incumbendum poſtpoſitis Doctorum libris. tum ut uitetur periculum eas interpretandi ſecundum proprium hominis ſpiritum. tum ut ex earum ſola lectione certum ſpiritum atque iudicium ipſius ſcripturæ, qui quidem ſpritus non niſi ab ipſa ſcriptura eſt, formemus etiam in nobis ſupra ſanctorum Doctorum ſcripta.

Reſpondeo ad 1. arg. Reſpondeo negando conſequentiam: Nam Doctores ſancti Spiritum Dei habuerunt melius quàm hæretici, ſecundum quem ſcripturas illi expoſuerunt: & hunc Spiritum eorum ſcriptis loquentem nos quærimus & ſequimur: qui à Deo illuminati & multis miraculis illuſtrati ſpiritum Dei habuiſſe certiſsimè comprobantur. hæretici autem falſiſsimè & ſine ulla apparentia ſpiritũ Dei ſibi ſolis arrogantes, ipſos audiẽtes

illiſq; credentes utique de ſtultis inſanos faciunt.

Ad probationem autem ubi dicitur quòd Spiritus Sanctus nuſquam præſentius nec uiuacius quàm ſcripturis eſt. Reſpondeo ſi per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, intelligat, certè ubique æquè præſens eſt. Si per alios effectus, utique alicubi & in aliquibus perſonis eſt præſentius per gratiam, & per donum illuminationis, & huiuſmodi, & alibi non; alibi magis, alibi minus eſt. Viuacius quoque in ſacramentis gratiam uiuificantem conferentibus, & in contritione peccatorum & aliis bonis operibus, quàm in ſacra ſcriptura eiuſque ſola lectione eſt. Viuacius uerò, idest clarius ſæpe in Doctorum expoſitionibus eſt. Nam in multis locis ſacræ ſcripturæ ſunt quædam difficilia intellectu ſecunda Petri. 3. Quæ tamen in Doctorum expoſitionibus & conciliorum diffinitionibus clarius traduntur. Et hanc claritatem ſenſus ſcripturarum quærimus in libris Doctorum ſanctorum & aliorum Catholicorum, qui Dei ſpiritu illuſtrati clarius eas interpretati ſunt. Et quidem mirum eſt quòd tam repugnanter hæretici fateantur Spiritum Dei, Viuacius, idest, clarius loqui in ſacris ſcripturis & ibi legentes illuminari: & ſimul dicāt Doctores ſanctos in earum lectione tamquam exercitatos non illuminatos eſſe, nec inde Spiritum Dei bibiſſe: ſed ſolos ipſos hæreticos & alios quoſque etiam rudes homines, & ſecundum eorum ſenſum legentes & interpretantes dicant Spiritum Dei habere. Ideo & corolarium illud negatur. non enim eſt periculum quærendi ſpiritum hominis in eis: ſed potius periculum eſt ſpretis ſanctorum & Doctorum Chatholicorum libris proprio inniti ſenſui contra prouerb. 3. ut ſupra probatum eſt. Neque enim ex ſola lectione ſacræ ſcripturæ ſecundum ipſius hominis ſenſum & diligentiam formatur uerus eius ſpiritus & intelligentia atque iudicium, ſed ex dono Dei cum debita & humili diligentia. id quod ſanctis Doctoribus potius creditur datum quàm ſuperbis & præſumptuoſis hominibus & hæreticis. In illis hæ uirtutes cum humili diligentia & multa alia dona Diuina fuerunt: quibus perſpicuum eſt Deum illis potius quàm hæreticis ſenſum ſuum & ſcripturarum & multa alia ad ædificationem Eccleſiæ reuelaſſe.

5. Arg. Secundò ad idem arguitur, quia cum in Eccleſia ſit etiam nunc Spiritus Dei ad interpretationem ſermonum ſicut & olim à tempore ſanctorum Doctorum fuit, ergo etiam nunc ſicut & tunc dabitur idem Spiritus his qui ſolis ſacris ſcripturis intendunt ſine expoſitionibus aliorum etiam Doctorum quorumcunque.

Reſpondeo ad 5 arg Dubium. Reſpondeo negando conſequentiam, nec eſt ſimile. tum ex parte temporum & neceſſitatis, tum ex parte perſonarum. Multa namque licita ſunt his uel illis, hoc uel illo tempore & neceſſitate, quæ aliis uel etiam eiſdem aliàs non licet. tunc ergo, in initio Eccleſiæ, cùm non eſſent aliorum ſcripta expoſitioneſque Doctorum & ſanctorum præcedentium quos illi imitarētur eratq; neceſſitas intelligendi ſacram ſcripturā, optimo iure Deus illis Doctoribus ſanctis inſudantibus ſoli ſcripturæ ſacræ uerum eius ſenſum ad utilitatem Eccleſiæ reuelauit: quæ cauſa uel ſanctitas uitæ nunc in nobis non eſt. Quare illi ſequendi ſunt: & non temerè ſine cauſa illis ſpretis Spiritus Dei nouus aut denuò iam reuelata ueritate quærendus: ſicut nec alia ſed nec eadem ſacra ſcriptura iterum reuelari uel alio modò expectanda eſt. petendum atque quærendum atque pulſandum eſt eò uſque dumtaxat, quouſque detur inueniatur & aperiatur: ut Tertullianus in præſcirptionibus hæreticorum optimè probat.

Tertiò ad idem arguitur, quia ſententias Patrum atque Doctorum ſibi inuicem contrarias per ſolam ſacram ſcripturam iudicamus, quæ illarum uerior ſit. ergo ipſa ſcriptura ſola, eſt certior, uerior, facilior & clarior omnium iudex, primumque omnium principiorum cognoſcendi ueritatem. Probatur etiam hoc per id Pſal. 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. & ibidem. Principium uerborum tuorum ueritas. Item quia quotieſcumque ſancti Doctores ſua dicta probant ad ſacram ſcripturam utpotè certiorem & notiorem aut clariorem recurrent. alioqui ignotum per ignotius ridiculè & uanè probarent. 6. Arg.

Reſpondeo negando antecedens & conſequentiam. antecedens quidem ratione illius excluſionis ſolam. nam non ſolum per ſcripturas ſed etiam per Concilia & conſuetudinem & traditionem generalem Eccleſiæ poteſt illa ueritas de fide aut de credibilibus determinari. quia prima Timoth. 3. Eccleſia eſt columna & firmamentum ueritatis. Quò ad naturalia uerò atque moralia, poteſt etiam per rationes naturales efficaces, per ipſorum Doctorum maiorem & ſaniorem partem uel auctoritatem, ut omnia iura & communis hominum ſenſus docet, ueritas illa decerni. Conſequentia etiam ratione illius excluſionis ſolam, negatur, ratione etiam illius comparationis, primumque principium. Nam ſacra ſcriptura licet in ſe & in nobis ueriſſima ſit atque certiſſima: quia continet Diuinam ueritatem de qua & nobis per fidem certiſſimam conſtat. At uerò nobis nec eſt omnino clara, nec manifeſta, neque facilior quò ad ſenſum quem facit in omnibus locis eius: ſunt enim in ea multa difficilia intellectu. ſecunda Petri. 3. Neq; omnia de quibus loquitur quæ ſolū per fidem à nobis credūtur clarè uiden- Reſponſio ad 3. arg.

videntur. Et ita non eſt clarior neque facilior omnium iudex: ſed Eccleſia et Concilium generale et concors Doctorum expoſitio vt dictum eſt.

Et ad probationem ex Pſal. m. 118. Declaratio ſermonum tuorum &c. Reſpondeo ibi non dicitur lectio, ſed declaratio ſermonum tuorum illuminat. Aliud autem eſt lectio aliud declaratio ſermonum ſacræ ſcripturæ: legunt multi intelligunt pauci. Declaratio ergo et intellectus ſcripturæ Diuinitus datus eſt Doctoribus ſanctis et ipſi Eccleſiæ præ omnibus, vti ſuperius diximus. Vbi et nota quod ſcriptura declarata prius illuminat per fidem quam oſtendit: et poſtea dat intellectum et cognitionem paruulis id eſt humiliter credentibus ſenſui Doctorum et Eccleſiæ habentium ſpiritum Chriſti, iuxta id Iſa. ſexto. Niſi credideritis non intelligetis. In alijs autem diſciplinis naturalibus prius eſt cognitio et inde ſequitur illuminatio vel claritas ſcientiæ ipſius. vide ibi Hylarium. Et ibi, Lucerna pedibus meis verbum tuum &c. Declaratio autem vera ſermonum Dei in ſanctis Doctoribus Diuinitus illuminatis, cum quibus Sap. 1. eſt ſermocinatio, eius, potius quam in alijs et quam in hæreticis eſt reperitur.

Ad aliud, Principium verborum tuorum veritas, dico ibi ſolum ſignificari, quod verba Dei vera et a veritate ſunt, et ita veritas eſt principiorum verborum Dei: non tamen ibi dicitur quod ſolum principium verborum Dei veritas aut verum eſt. Ideo neque inde ſequitur quod ſola verba Dei vera ſunt. nam et ſæpe ſunt verba hominum vera, et a veritate procedunt: ſicut et ea vera eſſe ſæpe vere iuramus: ita et a fortiori, verba Doctorum in eadem ſententia concordantium et Eccleſiæ in rebus fidei præ omnibus vera et a veritate ſunt. Igitur ſicut veritas increata principium et autor eſt veritatis ſacræ ſcripturæ et Eccleſiæ Catholicæ: ita et ipſa Eccleſia ex quo eſt columna et firmamentum veritatis creatæ, eſt etiam principium et iudex ipſius, ſicut et ſacra ſcriptura. Immo et vt conſtat ex dictis clarior iudex ipſius ſcripturæ et veritatis circa fidem ipſa Eccleſia et Concilium et concors Doctorum ſanctorum ſententia eſt.

Ad vltimam probationem dico verum eſſe minus notum per magis notum probari: ſed id eſt verum in ſuo genere, id eſt minus certum per magis certum, minus verum per magis verum, minus clarum per magis clarum. Doctores autem ſua dicta vera eſſe probantes recurrunt ad ſacram ſcripturam, tanquam magis notam non quidem in claritate ſed in veritate: id eſt non tanquam ad magis claram ſed tanquam ad magis veram, et in hoc magis notam. Quod inde liquet, quia cum omnis claritas propoſitionis ſit de ſenſu quem facit, aut in quo ſit aut de veritate ipſa quam enunciat per cooocatio-nem terminorum. Doctores autem in ſcripturis, quas pro ſuis dictis allegant, non quærunt claritatem ſenſuum ſuorum: nam ipſi facile poſſunt ſua verba et mentem declarare. Neque quærunt claritatem veritatum quas enuntiant; nam ſacra ſcriptura claritatem hanc præſtare non poteſt de rebus fidei quæ eſt de non viſis ſed creditis obſcure. ergo ſolum quærunt a ſacra ſcriptura notiorem id eſt certiorem veritatem quam habet: et ad ipſam pro ea non pro claritate recurrunt. Claritatem autem notiorem habet Eccleſia in ſuis definitionibus: et Doctores ſacri in ſuis libris: ad quos pro hac maiori claritate ſenſus ſacræ ſcripturæ, non pro maiori vel notiori eius veritate habenda recurrimus. Sicut etiam in omnibus legibus et hominum ſectis et facultatibus et ſcientijs, quæ ab eis certiores et notiores habentur in veritate, quæruntur eorum interpretes atque Doctores pro notiori vel maiori earum habenda claritate. Neque ideo plus credimus expoſitionibus quam ipſi legi aut ſacræ ſcripturæ: quia veritas per quam credimus et in ſe et quoad nos notior eſt in ipſa lege vel ſcriptura ſacra: quamuis per eius expoſitores ſeorſum ipſius clarius intelligamus: atque credamus. Sicut. Ioan. primo. Hic venit in teſtimonium vt omnes crederent per illum, non propter illum nec in illum. et capitulo quarto, Iam non propter tuam loquellam credimus: quamuis per illam Samaritanam illi credere cœpiſſent. Igitur Doctores ſancti in ſacra ſcriptura quærunt veritatem ſuorum ſcriptorum, ſed quærimus nos in his magis clarum ſenſum Diuinarum.

Quarto ad idem arguitur. Quia ſæpe Doctores ſancti ſibi ipſis in ſuis expoſitionibus contradicunt vel torquent ſcripturas: ergo non eſt illis ſtandum: ſed neque ſecure confidimus illis ſicut nec regulæ fallaci: ſed ſoli ſacræ ſcripturæ. ſecundum quam omnia eorum dicta iudicanda et recipienda ſunt. Probatur conſequentia etiam per Auguſtinum, libro tertio de Trinitate, in prologo, et Epiſtola nona ad Hieronymum. et habetur diſtinctione decima nona. ego ſolis. Argu. 4.

Reſpondeo, negatur conſequentia: nos enim non dicimus eos omnes in omnibus eſſe ſequendos: ſed in eam tantum ſententiam quam circa fidem et mores omnes illi ſimul, aut etiam maior et ſanior eorum pars tulerit, vti ſuperius in fine probationum declaratum eſt. Pugna autem illorum in multis alijs eſt euidens ſignum veritatis, pro illis in quibus ipſi concorditer conſenſerunt. Nam in diuerſis temporibus et locis viri doctiſſimi et ſancti miraculis clari, qui libere in alijs dixerunt ſententiam ſuam: certe dum in rebus fidei et morum tanti ponderis cum tanto libramine loquentes omnes conſenſerunt, videntur ipſa veritate coacti, vel Diuino ſpiritu du- Reſpõ. ad 4. arg.

 cti ſic

cti ſic ſcripſiſſe. Item ſi Lutherani expellunt ſanctos Doctores, quia ſibi aliquando contradixerunt: a fortiori ipſi hæretici ſunt magis explodendi, quia alijs Doctoribus et ſibi ipſis inuicem etiam in rebus fidei et morum ſæpius contradicunt, vt ipſa experientia conſtat. Iterum. Si ſacra ſcriptura eſt clara et manifeſta vt ipſi hæretici male vociterantur: quomodo tot ſancti Doctores ſimul vt ipſi etiam prius et impie mentiuntur, circa eius expoſitionem errauerunt? Quomodo omnes illi ſine ſpiritu Dei fuerunt, quem ſibi ipſis tantum hæretice impudentiſſimo mēdacio arrogant ſine vllo miraculo aut apparente ſigno vel probatione? Secure igitur ſtatur Doctorum omnium, vel maioris eorum partis concordi ſenſui et expoſitioni: quam vel miraculis vel Eccleſiæ auctoritate vel ſacræ ſcripturæ vel ex his eui denter deducta ratione confirmatam videmus.

Ad Auguſtinum autē dicimus ipſum nihil aliud intendere: niſi diſcernere auctoritatem ſacræ ſcripturæ ab auctoritate Doctorum: quia ſcilicet illi ſine vllo dubio credendum eſt, etiam ſi eius veritas aut ſenſus non intelligatur. Non ſic de ſcripturis Doctorum: nam de his licet dubitare et diſputare ſi a veritate fidei, vel Eccleſiæ vel a communi ſenſu vel ſententia Doctorum aliqua aliquorum dicta diſcrepent aliquando an non: vbi autem omnes fere concordant non loquitur Auguſt.

Argu. 5. Quinto ad idem arguitur. Quia ſecunda Theſſaloni. quinto. Omnia probate quod bonum eſt tenete. et Galath. primo. Si quis aliud Euangelizauerit anathema ſit. et prima Ioan. quarto. Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. ergo non eſt credendum dictis et ſententiæ Sanctorum ſine vllo alio iudicio et examine ſpiritus illorum: nam hoc ſoli ſacræ ſcripturæ debetur. Quod et confirmatur quia Act. decimo ſeptimo. illi qui cum omni auiditate Paulum audierāt quotidie ſcrutabātur ſcripturas, ſi hæc ita haberent. Chriſtus etiam hoc idem iudæis ſuadebat dicens Ioan. quinto. Scrutamini ſcripturas. et ita oportuit nouum teſtamētum per vetus probari, ergo a fortiori dicta Doctorum oportet per ſcripturas iudicari et examinari: et non ſtatim illis credere ſine tali præuio iudicio.

Reſpō. ad. ad. 5. arg. Reſpondeo negando conſequentiam, ſi vt loquimur de eorum cōcordi ſententia intelligatur, nam id prima Theſſaloni. quinto. Paulus locutus eſt quando inter veros Prophetas et Apoſtolos etiam erant fallaces ſub ſpecie veritatis: Ideo ſua ſi eis vt omnes audirent eosque examine iudicij probarent. Sed ad quam regulam et quo iudice probandi eſſent, ibi non loquitur Paulus: quia iam intelligitur vt alibi docuerat, ſcilicet ad iudicium Eccleſiæ, de qua prima Timoth. tertio, ait, quod eſt columna et firmamentum veritatis: et ad iudicium commune Paſtorum atque Doctorum, qui ſunt gubernatores et Doctores Eccleſiæ de quibus Ephe. quarto. et prima Corinthio. duodecimo. egit. Cummunis autem concorsq; doctrina et ſententia Patrum atque Doctorum circa fidem et mores: eorumque expoſitio ſacræ ſcripturæ iam per Eccleſiam probata eſt. Illud etiam ad Galat. primo. de his tantum intelligitur qui contra ſuam doctrinam vel qui aliam fidem prædicarent: non autem de expoſitoribus eius de quibus Eccleſiaſ. vigeſimo quarto. Qui me elucidant habebunt vitam æternam. nam et ipſe Paulus cupiebat venire ad Theſalonicenſes vt ſuppleret quod illorum fidei defuerat. Illud etiam prima Ioan. quarto. eodem modo vt illud. 1. Theſſa lo. quinto. intelligitur vt dictum eſt. Ideo magis eſt pro nobis. Nam inde hæretici probantur errare, quod per Eccleſiam, quæ eſt columna et firmamentum veritatis, contra concordem Doctorum ſenſum per ipſam Eccleſiam approbatum, loquētes ipſi reprobantur. Ad confirmationem ex Act. decimo ſeptimo. et Ioan. quinto. Reſpondeo negando conſequentiam: nam Pauli et Apoſtolorum, immo et ipſius Chriſti mos erat, aliquando iudæis prædicando, prudenter ab eis quæ de Chriſto in ſcripturis prædicta erant incipere, vt fidem illis ſuauius perſuaderent et efficacius. Iudæi autem videntes ſe per ſuas ſcripturas conuinci, prudenter quoque illas ſcrutabantur: vt melius crederent videntes ita vſſe vt illis alias inaudita Apoſtoli prædicabant. non ſic eſt nunc de communi doctrina Doctorum, quæ non noua docet: et iam olim per Eccleſiam probata eſt conformiter ad ſacram ſcripturam, veritatem eius declarare atque docere: ideo non oportet per quemcunque de cætero amplius examinari. De doctrina autem noua hæreticorum magis contra ipſos procedit eorum argumentum. Quod autem ibi Lutherus videtur ſignificare, nihil in nouo teſtamento vel in Eccleſia recipiendum eſſe quod non probetur aut inueniatur in veteri, falſum omnino eſt: et id aliquando dixerat Auguſtinus, quod tamen in libro retracta. capit. vigeſimo ſecundo. poſtea retractauit et moderatus eſt dicens, pene nihil eſſe in nouo &c. multa namque ſunt quæ ex veteri lege probari non poſſunt: quā uis ibi implicite aut ſub figura contineantur, vt ait Hieronym. ſuper id Epheſ. tertio. quæ ſit diſpenſatio ſacramenti a ſeculis abſconditi &c. Igitur licet ſacra ſcriptura in multis obſcura et difficilis intellectu ſit: at vero in multis alijs clara eſt: et tam in his quam in alijs, ipſa per ſe et ſimul concordi ſanctorum ſenſu et expoſitione, ad manifeſtationē vere fidei et Eccleſiæ Catholicæ ædificationem recipienda eſt. Alia tria argumenta hæreticorum cum ſuis ſolutionibus habentur ſupra propoſitione quinta.

Propoſitio ſeptima eſt, quod in Eccleſia Romana et in his qui illā ſequuntur, eſt vera fides et Eccleſia Catholica: et ipſi ſunt veri fideles de vera Eccleſia Catholica. Hæc propoſitio negatur ſolū Propo. 7.

a hæ

hæreticis:ſed contra eos euidenter probatur dupliciter. Primò, quia in ea ſunt illa tria ſigna infallibilia veræ fidei & Eccleſiæ Catholicæ ſuprapoſita, in 6. propoſitione præcedenti.ſ. miracula & generales conſuetudines Eccleſiæ, concorsq; doctrina omnium Patrum, Sanctorum atq; Doctorum in rebus fidei & morum. fit igitur inde vt in ea veritatem fidei & Eccleſiæ Catholicæ manifeſtè fateamur. Nam vt per ſingula ſigna prædicta procedamus, miracula Sanctorum ſecundum hanc fidem et legem Eccleſiæ Romanę Viuëtium; fuiſſe ſemper in ea, & eſſe etiam nunc in diebus noſtris, adeò conſtat ex hiſtoriis & legendis ipſorũ & pręſentibus teſtimoniis fide dignis eorum qui ea viderunt & experti ſunt: vt impudentiſsima pertinaciũ, impia & iniurioſa toti reipublicæ Chriſtianæ, ſic ea omnia pernegare ſicut & hęretici negãt dicentes eſſe perſtigias. Sic enim omnes hiſtorias mundi & inſtrumenta ſiue teſtimonia omnia ciuilia quantumcunque ſigillis publicis communita, immo & ipſum mundum ante tẽpora noſtra fuiſſe, & tandem ea omnia quæ non vidimus contra communem hominum fidem vitamq́ue politicã negare poſſemus, vti ex Auguſt. in prologo ſententiarum quæſtio. 2. efficaciter probat Scotus. & quidem ſi vel vni vel alteri Hiſtoriographo de antiquis & mirabilibus geſtis enarranti, & in ciuilibus negociis duobus aut tribus teſtibus fide dignis optimo iure fides præſtatur: cur non ęquè aut magis tot hiſtoriis Sanctorum ab ipſis Hiſtoriographis ſimul enarratis? cur non tot Pontificum canonizationibus, vbi tot miracula tot teſtimoniis compro-bata leguntur? Certè niſi vel proteruia ſathanica, qua hæretici tenentur, vel ea impietate de qua Eraſmus per cenſuram pariſienſem notatus eſt, ea omnia negari non poſſunt. Quòd ſi vel vnum vel duo tantum uera miracula concedãtur. vtique ſufficiens & manifeſtum ſignum veræ fidei & Eccleſię Catholicæ ibi eſt. De conſuetudinibus autem generalibus Eccleſię ſimul & communi omniũ doctrina & ſenſu Doctorũ quod ſemper fuerint in Eccle. Ro. teſtis eſt ipſa experiẽtia, teſtes ſunt oẽs ipſi Doctores ſancti Gręci atq; Latini, in quorũ libris aperta ſunt eorũ teſtimonia, ꝙ in Eccleſia Romana ea fidei regula morumq́ue & ſacramentorum, & conſuetudines ſeu traditiones generales Apoſtolicæ, in his quæ de ſubſtantia & neceſsitate horum ſunt ſemper obſeruatæ ſunt, & nunc obſeruantur; quas ipſi dicunt & docent eſſe veram fidẽ & Apoſtolicas traditiones vel conſuetudines Eccleſię Catholicę. Conſtat etiam manifeſtè ex ipſis etiam Doctorum libris, ꝙ id quod nunc tenet etiam tenuit olim Eccleſia Romana à principio naſcentis Eccleſię, quò ad ſubſtantialia fidei, morum & ſacramentorum: & per prędeceſſores noſtros ad nos uſque peruenit: nam & contrarium eius tanquam quid nouum auditur à nobis ſicut à Patribus noſtris. & in reſcripto patrum primi Concilii Carthaginen. ad Siricium Papam habetur, quòd ſymbolum Apoſtolorum Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat. Ideo & hanc rationem vt ſuę veræ fidei & Eccleſiæ Catholicæ ſufficiens ſignum exhibet Auguſt. contra Epiſtolam Manichęi. cap. 4.

Secundò eadem. 7. propoſitio probatur, quia præ omnibus Eccleſiis particularibus etiam aliorum Apoſtolorum, hoc inſigne ipſi Eccleſiæ Romanæ & ſanctæ eius ſedi Apoſtolicę pręſtatur ab omnibus Sanctis atque Doctoribus & omnibus aliis Eccleſiis atque Conciliis generalibus & prouincialibus orientis & occidentis, quòd ſcilicet nũquàm deuiauit à fide Catholica vt conſtat 24. q. 1. cap. à recta. cap. in ſede. & in omnibus cap. ibidem & in geſtis Conciliorum omniũ latius habetur. & diſt. 21. cap. quamuis, immo & infra propoſitione. 10. latius oſtẽditur ibi videatur, quòd nec deuiare aut errare poteſt ſecundum id Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua, ſcilicet nec à te nec à ſede tua. Igitur in Eccleſia Rom. ſicut vera fides ita & Eccleſia Catholica nunc eſt, vt ait propoſitio, & fuit ſemper & erit. Nec eſt credibile totã ipſam Eccleſiã Rom. Deo permittente tot ſeculis retro actis eſſe deceptam, cum tot ſanctis & Doctoribus eius qui miraculis in ea claruerunt, vſque ad tempus nouellorum hæreticorũ qui ab ea ſępius damnati ſunt.

Cum ſupradictis & cum ipſa ſeptima propoſitione Irenęus li. 3. cap. 3. concordat expreſſe dicens; ad hanc Eccleſiam, ſcilicet Romanam de qua loquitur, propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiã, hoc eſt eos qui ſunt vndique fideles: in qua ſemper ab his qui ſunt undiq; conſeruata eſt, ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. hæc ille & omnes Doctores qui infra propoſitione. 8. & 10. allegantur, & ſupra propo. 6. in 1. ſigno veræ fidei & Eccleſiæ habentur, expreſsè ſunt ad idem. & Oſius in confeſsione fidei Tomo. 1. cap. 28. 29. latius proſequitur. & alibi contra Brentium li. 2. fo. 125. *Nota. Irenæus*

Propoſitio octaua. In Eccleſia Catholica eſt vnicum eius caput viſibile. Vicarius Chriſti, ſucceſſor beati Petri, qui dicitur Papa, ſuper omnes fideles & Eccleſiam Catholicã primatum & poteſtatem habens. *8. propoſ.*

Hanc propoſitionem ſoli hæretici negant nomen Papæ abhorrentes: ſed contra eos probatur. ubi duo dicũtur. primũ quòd beatus Petrus fuit à Chriſto inſtitutus ſuus vicarius, Caput, Princeps & Paſtor Eccleſiæ Catholicæ. Secundum, quòd Papa illi ſuccedit in ea dignitate & pontificatu. Primum probatur Mat. 8. vbi Petrus ſemper pręponitur omnibus, non ratione temporis, nam Andreas prius uenit ad Chriſti ſequelam; ergo ratione dignitatis. Item cap. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã &c. i. ſuper me creditum & confeſſum à te; quod eſt idem quod ſuper hanc fidem & confeſsionem fidei, quã de me feciſti: & cõſequenter ſecundario ſuper te, *Arti. 1*

& poteſtatem tibi dabo quem vt vicariū meum loco meum conſtitutum, ædificabo Eccleſiam meam. quaſi dicat, quia tu me Chriſtum filiū Dei naturalem & redemptorem mundi confeſſus es: ideo & ego dico tibi, ideſt quod ego habeo per naturam do tibi per gratiam, quia ſcilicet tu es Petrus, ideſt, Petra fundamentalis, & Caput Eccleſiæ poſt me & pro me: nam ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. In cuius ſignum vt principi regem Eccleſiæ meæ militantis tibi dabo claues regni cœlorum: & quas ego habeo vt princeps, ſecundum Apoc. 3. habet clauem Dauid qui aperit &c. tu vt meus vicarius habebis in terra; & quodcunque ligaueris &c. & ita conſonant omnes expoſitiones Doctorum, quæ prima facie ſibi ipſis aduerſæ aut variæ videntur. Item ca. 17. ſoli Petro vt capiti aliorum dictum eſt: Inuenies ſtaterem in ore piſcis da pro me & pro te. Item Lu. 22. ego pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Item Ioã. 21. Petre paſce oues meas. vbi & impleuit quod, Math. 16. Chriſtus illi promiſerat tibi dabo claues &c. item Act. primo. ipſe Petrus vt caput omnium agit de electione Matthię loco Iudę. & cap. 2. & 3. ipſe ſolus pro omnibus loquitur ad populum de fide reſpondens. Et cap. 8. ipſe ſolus vt prælatus Eccleſię puniuit Saphiram & Ananiã. & cap. 15. in illo Concilio Apoſtolorum Petrus primus locutus eſt, & ipſe tandem ſententiam Iacobi & aliorum iudicialiter probauit. Et Gala. 1. Paulus venit Hieruſalem ut videret Petrum apud quem manſit 15. diebus: non alia de cauſa niſi quia ipſum Principem Eccleſiæ loco Chriſti cognouit. Hæc omnia latius probat Caie. in quodlibeto de primatu Petri & Eccleſiæ Roma. vbi & ſatis reſpondet ad argumenta hæreticorum: & Armachanus lib. 7. & Iacobatius lib. 10. art. 7. in 8. probatione ſecundæ opinionis. & Tho. Vvalden. in doctrinali fidei lib. 2. art. 2. cap. 1. vſque cap. 7. & Axiomata Chriſtiana lib. 2. art. 3. cap. 4. & 5. & omnes Doctores Eccleſiæ qui inferius & art. 2. & in fine latius referuntur. & Cano, de locis Theologicis lib. 6. latius agit. & antiquiſſimus Cirillus Epiſ. Hieroſolimitanus in cathecheſi. 2. 6. 11. 17. teſtatur. & Turrecremata. 24. q. 1. cap. hæc eſt fides. cap. Rogamus.

Nota. Sed ad ſupradicta atque dicenda notandum eſt contra hæreticos hoc pernegantes. beatum Petrum & Paulum paſſos eſſe ſimul Romæ martirio tricefimo ferè ſeptimo uel octano anno poſt Aſſenſionem Domini qui erat vltimus Neronis annus. Ibidem etiam Petrus 25. annis cathedram Eccleſiæ Catholicæ tenuit pontificalem. Et Paulus eodem quo Dominus paſſus eſt anno & reſurrexit ad fidem conuerſus eſt. qui 14. anno poſt paſſionem Domini: ut ad Gala. 2. habetur, Hieroſolimis fuit cum beato Petro, qui erat quartus annus Claudii Imperatoris. Nã ipſe Petrus poſtquã Antiochiæ ſeptem annis Pontifex fuerat, & alibi quibuſdam annis prædicauerat, rediit Hieroſolimam: vbi tunc aderat quando Paulus ad ipſum venit, & eodem anno 4. Claudii Imperatoris Beatus Petrus Rom. aduenit: ubi & in ſua ſede apoſtolica ad finem uſque vitæ ſuæ permãſit. Et hoc expreſsè ait Beda ſuper id Act. 15. & ſtatuerunt ut aſcenderent Paulns & Barnabas &c. & lib. de temporibus. & in prologo ſuper Marcum & ſuper primam Petri. quando ibi ſalutat vos Eccleſia quæ eſt in Babilone collecta, ideſt ĩ Roma, unde ipſe ſcribebat illam Epiſtolam. & Herony. ibidem & de uiris illuſtribus cap. 1. in prima parte Epiſtolarũ Epiſtola 34. & Ambroſius lib. 5. Epiſtolarum Epiſtola 32. cõtra Auxentium Arrianum & ſermone 63. Petri & Pauli. Et Dyoniſius in Epiſtola ad Timotheum. & Euſebius Cæſarien. lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtorię cap. 15. 25. & lib. 3. cap. 2. & Leo Papa in ſermone Petri & Pauli. Tertullianus de præſcriptionibus hæreticorum & plures alii Doctores communiter dicunt: beatum Petrum Romę ſedẽ Apoſtolicam uſque in finem uitę tenuiſſe: ibique multis annis pontificatum totius Eccleſiæ exercuiſſe: quamuis in aliis aliquo modo diſſentiant. Ad idem ſunt Egeſippus. et diſtinct. 21. ca. quamuis. ex Concilio Niceno. & diſt. 22. cap. ſacroſancta. & 2. quæſt. 7. cap. beati. & cap. fundamenta. de electio. libro 6. & in decretalibus cap. per uenerabilem, qui filii ſint legitimi. Ex hiſtoria tripartita, & hoc etiam paulò inferius habetur. Et latius refert Tho. Vvalden. in doctrinali fidei lib. 2. art. 1. cap. 6. & Nicephorus Gręcus iam Latine redditus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 2. cap. 36. 37. & Cano ubi ſupra lib. 6. cap. 8. latius probat. & Couaruuias in reſolutionibus lib. 4. cap. 14. nu. 12. & noſter Horantius de locis Catholicis lib. 6. ca. 12.

Art. 2. Secūdum autem, quòd ſcilicet Beato Petro in dicta ſua dignitate & poteſtate paſtorali uel pontificatu non ſolum ſupra omnes perſonas & Eccleſias particulares, ſed etiam ſupra totam Eccleſiam ſemper Papa ſuccedit atque ſucceſsit, ubicũque ſuam ſedem Pontificalem uel Apoſtolicã collocauerit aut tenuerit: quam à tempore Beati Petri uſque nunc in Romana tenuit & tenet Eccleſia. Ita quòd eſt inſtitutio Diuina per Chriſtum facta quod ſit unicus Papa ſemper in Eccleſia Catholica, probatur quincupliciter.

Pimò quia cùm ſit unica Eccleſia Catholica viſibilis in terra uſque ad finem mundi duratura, debuit ergo ſuum caput etiam uiſibile habere uicarium Chriſti etiam uſque ad finẽ mũdi ad eius debitam gubernationem; alioqui non eſſet ſatis prouiſum Eccleſiæ. Prouerb. 11. Vbi non eſt gubernator populus corruet. Neque ualet dicere quòd Chriſtus ſolus de cœlo gubernat eam ſpecialiter. Nam licet Deus omnia inuiſibiliter & ſpecialiter Eccleſias gubernet particulares: nõ ideo reliquit eas ſine ſuis Paſtoribus & Epiſcopis particularibus uiſibiliter eas gubernantibus: ut in eis ſuus ordo Hierarchicus ſeruaretur: & omnia in-

feriora

feriora per ſuas cauſas medias creatas ſuperiores que gubernat. Quare ergo ſuam Catholicam Eccleſiam ſine ſuo capite vel paſtore generali uiſibi li eam gubernante reliqueret?

Secundò probatur idem. quia cùm in Eccleſia debeat eſſe regimen uel principatus monarchicus ſiue regalis: ex quo ſecúdum Ariſt. 8. Ethicorum. & tertio Polit. præſtat Democratico & Ariſtocratico; qui in Eccleſia Catholica nūquam fuerunt: ille ergo principatus Petri ordinarius debuit ſemper in Eccleſia permanere in ſucceſſoribus eius. Nam officium ordinarium non finitur morte prælati. neque pro illo tantum tempore Beati Petri & Apoſtolorum Chriſtus conſtituit hunc Petri principatum ſuper omnes: cùm magis in poſterum eſſet neceſſarius.

Tertiò probatur idem. quia ſi Deus Synagogæ prouidit de ſummo Pontifice pro toto tempore ipſius. ergo & Eccleſiæ pro toto tempore ſuo uſque ad finem mundi duraturę de ſuo paſtore vniuerſali, qui dicitur Papa, à fortiori prouidit. Nam Eccleſia in omnibus ſinagogam illam excedit. Hebræor. 8. & 9. & 1. Cor. 3.

Quartò probatur idem. quia militans Eccleſia eſt ad exemplar triumphantis. Apo. 21. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cęlo &c. ergo hic habet ſuum uiſibile caput, ſcilicet Papa in Vicarium Chriſti eā uiſibiliter gubernātem: ſicut in Eccleſia triumphanti Chriſtus Deus homo eam glorificās, & hanc inuiſibiliter nūc gubernans eſt, ut hoc etiam latius ait Bern. lib. 2. de conſideratione. nam & ideo cant. 6. Eccleſia dicitur decora ut Hieruſalem & terribilis ut caſtorum acies ordinata. Dicitur etiam regnum cęlorum Math. 13. & alibi ſæpius, quia ibi unus Rex & Princeps, ſcilicet principalis Chriſtus inuiſibiliter & Vicarius eius Papa uiſibiliter eſt omnia regens, ut hoc etiam ait Hieronymus contra Iouinianum lib. 1. & Auguſt. in Pſal. 49.

Quintò probatur idem. quia ſi, ut apertè mentiuntur hæretici, non authoritate Diuina, ſed ſua at que tyrannide Papa eam poteſtatem ſupra totam Eccleſiā prælatos & Principes eius uſurpaſſet: certè oporteret id eos oſtendere ex hiſtoriis fide dignis, quomodo & quando quibuſvè ſuffragiis & armis id effecerit contra omnium appetitum & libertatem. neq; eſt credibile tot Reges, Prælatos & Regna tantam illi poteſtatem ab initio naſcentis Eccleſię ſupra ſe ſpōtè dediſſe: niſi ſe ad id obnoxios iure Diuino recognoſcerent.

Eſt igitur Papa Caput totius militantis Eccleſiæ, membrum quidem ipſius, ſimul & caput eius uiſibile ſubordinatū Chriſto Capiti Primi & Principali, qui non eſt membrum ſed Dominus & redemptor & caput primum Eccleſię totius. à quo ipſe Papa & Eccleſia habet influxum inuiſibilem gratiarum, donorum & inſpirationum: à Papa verò Eccleſia habet viſibilem gubernationem, & miniſtrationem ſacramentorum, & inſtitutionē miniſtrorum, & alia ad conſeruationem ædificationemque fidelium in vera fide & religione Chriſtiana mediatè vel immediatè pertinentia. Qui quidem Papa eſt Vicarius Chriſti ſicut Beatus Petrus: ſucceſſor autem non Vicarius Petri propriè loquendo, niſi ad bonum ſenſum, Vicarius Petri idest habens eundem Vicariatum & poteſtatem Pontificalem, quam Petrus habuit à Chriſto, illique in eadem poteſtate ut uerus Papa ſuccedens, vt ait gloſ. in clem. Romani. de iureiur. Et Turrecremata diſtinct. 63. cap. ego Ludouicus. Igitur de iure Diuino eſt quod ſit vnus Papa in Eccleſia Catholica.

Sed verum ſedes iſta Papalis ſeu Pontificalis totius Eccleſię debeat etiam iure Diuino ſemper eſſe in Eccleſia Ro. ita vt Epiſcopus Ro. ſit eodem iure Diuino ſummus Pontifex totius Eccleſiæ: & hac ratione ipſa etiam Eccleſia Rom. habeat primatum ſuper omnes Eccleſias particulares eſt duplex opinio inter Catholicos. *1. Dubium.*

Prima Caietani in apologia de primatu Papæ & Eccleſiæ Rom. cap. 13. quam tenet Roffen. contra Lutherum art. 30. & Dryedon de dogmatibus Eccleſiaſticis lib. 4. cap. 3. in fine, & frater Petrus de Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ. par. 1. cap. 97. 98. & Iarobatius lib. 8. articulo. 6. & 7. ubi & de hoc latius agit, uidentur ad idem, & Turrecremata. 24. quæſtio. 1. Rogamus. quòd non quidē abſolutè ſed ex præſuppoſitione. Quòd abſolutè id non ſit inſtitutū à Chriſto patet, quia ſi beatus Petrus nec Romæ, nec alibi aliquam Eccleſiam ſibi appropriaſſet uel applicaſſet ſuam ſedem ibi conſtituendo, ſicut & paruo tēpore fuit nullibi eam collocando, antequam prius Antiochiæ & tandem Romæ illam ſtatuit: tunc certè nullus Epiſcopus particularis nec Epiſcopus Ro. eſſet Papa ſucceſſor Petri in Eccleſiæ Pontificatu: ſed eo mortuo Eccleſia eligeret ſibi ſucceſſorē Pontificem totius Eccleſiæ. ſicut nunc Sunt generales ordinum Mendicantium. Ideo ſi Petrus Antiochię perſeueraſſet ſuam ſedem Papalē ibi figendo uſque mortem: tunc Epiſcopus Antiochenus eſſet princeps aliarum Eccleſiarum: ſicut nūc ēſt Papa Ro. & Eccleſia Rom. ratione ſedis Apoſtolicæ ibi exiſtentis eſt etiam princeps omnium Eccleſiarum orbis. Similiter ſi Beatus Petrus deceſſiſſet à Roma, non tantum loco ſed etiam ſede finaliter eam ante mortem alibi collocando, ſicut de Antiochia ſe tranſtulit in ipſam Romam: tunc certè non ſuccederet illi Pontifex Rom. ſicut nec nunc ſuccedit Antiochenus. Et ita de his mutationibus ſedium & de electionibus Pontificum abſolutè nihil habetur in Euangelio. At uerò ex ſuppoſitione, uidelicet præſuppoſito quòd iam beatus Petrus in Eccleſia Roma. ſuam ſedem finaliter conſtituit eamque pro ſua ſede pontificali totius Eccleſiæ tandem elegit & appropriauit: iam de iure Diuino ibi eſt, & ſemper eſſe debet ſedes Apoſtolica totius Eccleſiæ: & Epiſcopus Romanus *Reſp. 1. opinio.*

manus

manus: eſt Papa:& Eccleſia Rom. primatum habet ſuper omnes Eccleſias: nec inde alio finaliter uel in perpetuum ſed ſolum ad tempus ex rationabili cauſa poteſt transferri. Probatio eius eſt. quia vt referunt Egeſipus lib. 3. de excidio Hieruſalem cap. 2.& Ambro. in oratione contra Auxentium de baſilicis conſecrandis lib. 5. Epiſtolarum 32.& ex hiſtoria tripartita habetur in cap. per venerabilem. qui filii ſint legitimi. Petro volenti è Roma diſcedere Chriſtus apparuit iubens vt Romam reuerteretur ibi crucifigendum, ergo ex conſequenti fuit illi iuſſum à Chriſto, vt ibidem finaliter per mortem ſuam ſummum Eccleſiæ totius Pontificatum ſtabiliret. ad idem videtur ca. omnes. & cap. ſacro ſancta. diſt. 22. ubi dicitur quod Eccleſiam Rom. ſolus Chriſtus fundauit & illi primatũ dedit. & diſt. 21. cap. quamuis. & 24. q. 1. cap. rogamus. Itaque Epiſcopatus totius orbis & Ro. urbis non ſunt duo coniuncti, ſed unus tantum Epiſcopatus Ro. urbis in Epiſcopatum uel Pontificatum totius Eccleſiæ iure Diuino in perpetuũ erectus eſt. Exemplum eſt in aliquibus religionibus, ubi eo ipſo quo quis eligitur in Priorem uel Abbatẽ alicuius conuentus, etiam in generalem prælatum totius illius ordinis electus eſt. Sic dicit Gaieta. ꝙ Epiſcopus Ro. iure Diuino eſt Papa & Pontifex totius Eccleſiæ ut dictum eſt: idque non quatenus Epiſcopus Ro. eſt formaliter loquendo, ſed quatenus Beati Petri ſucceſſor in ſede pontificali totius Eccleſiæ & Vicarius Chriſti eſt. id quod nullus alius Apoſtolus, & per conſequens nullus ſucceſſor eius habet.

2. opin. Alia opinio aliorum, quam tenet frater Dominicus Soto. in quartò diſtin. 24. q. 2. art. 5. & Tho. Walden. in doctrinali fidei lib. 2. artic. 2. cap. 41. cum aliis pluribus eſt, quòd neque abſolutè neque ex ſuppoſitione prædicta id eſt de iure Diuino; neque ratio ſupradicta id probat. Tum quia non eſt ſufficiens illa hiſtoria tripartita ad rẽ de iure Diuino comprobandum: neque ut ſcriptura canonica neque per Eccleſiam decreta refertur ad ſupra dicta, & in cap. per venerabilem. Tum ſecundò. quia etiam ſi eſſet canonica non inde ſequeretur niſi quòd uoluntas Chriſti fuit ut Beatus Petrus Romam ſuo ſanguine decoraret: non tamen ut ibi ſuam ſedem ita locaret in perpetuum ne alibi ulla de cauſa, aut etiam nullibi poſſet conſtitui, ut ſupra ipſe etiam Caietanus fatetur, antequam eſſet Romæ aliquo tempore nuſquam fuiſſe. Tum tertiò, quia nullus locus Euangelii ad id conuincit. Illud autem cap. omnes. & cap. ſacroſancta. diſtinct. 22. præcipuè intelliguntur ratione ſedis Apoſtolicæ quæ in Eccleſia Romana à principio per Petrum collocata eſt;& per conſequens de ipſa ſede Apoſtolica ubicunque fuerit collocata. ad idem videtur gloſſa in extrauagan. Ioan. 22. execrabilis. de præben. §. nos itaque.

Igitur inſtitutio Diuina eſt quòd ſit Papa & Papatus ſupra totam Eccleſiã: humana autem quòd huic vel illi perſonæ uel Eccleſiæ applicetur uel quod ſit in Eccleſia Roma. uel in alia particulari. ideo ex legitima cauſa poſſet per Eccleſiã uel per Papam ſancta ſedes Apoſtolica à Roma aliò trãſferri, nulli etiam Eccleſiæ applicari. ſed id non niſi ex urgentiſſima cauſa & neceſſaria fieri deberet. Si tamen fieret: illa Eccleſia, in qua ſedes Papalis eſſet collocata & applicata, & Epiſcopus illius iure Diuino eſſet Papa & haberet primatum Eccleſiæ & omnia priuilegia quæ nunc Papa & Eccleſia Rom. à tempore. B. Petri habet ſibi Diuinitus conceſſa, quandiu ibi ſedes Apoſtolica eſſet conſtituta.

Supradictam propoſitionem quòd Papa Vnicua ſit in Eccleſia Catholica de iure Diuino: & ꝙ à tẽpore Beati Petri manet eius ſancta ſedes apoſtolica in Eccleſia Ro.& ipſa Eccleſia Ro. habet primatum à Chriſto ſuper omnes Eccleſias particulares, uti ſuperius declaratum & probatum eſt, tenent ut de fide omnes ſancti Doctores atque Catholici omnes & totius Eccleſię doctrina & conſuetudo, vt conſtat ex Epiſtolis omnium ferè ſanctorum Pontificum à tempore Apoſtolorum, ut ait etiam Irenæus expreſsè lib. 3. cap. 3. ut ſupra propoſitione. 7. in fine refertur. Item Athanaſius in ſuis Epiſtolis, & Epiſcoporum Egypti in ſynodo orientali Alexandrina congregatorum ad Marcum, Iulium, Liberium & fęlicem Papas; & horum etiam ad ipſum Athanaſium & alios Epiſcopos orientales: ubi hoc ſępius clariſsimè ab omnibus illis aſſeritur.

Item Cyrillus Epiſcopus Alexãdrinus vt refert B. Tho. in opuſculo 19. contra impugnantes religionem cap. 3. quòd in ſuis decretis ſic ait. nos ut membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Ro. Pontificum à quo noſtrum eſt quærere quid credere & agere debeamus: quia ipſius ſolius eſt ſoluere & ligare loco illius qui ipſi ſoli quod ſuum eſt plenum dedit: cui omnes iure Diuino caput inclinant. Origenes ſuper Ioã. in principio & tracta. 6. ſuper Math. cap. 18. Epiphanius in anchoratu. Chryſoſt. ſuper Matth. homilia 55. 83. et ſuper Io. 87. et ſuper act. 3. homilia. 3. Theophilatus Lu. 22.& Ioan. 21. ibi Sequere me. & ſuper id, Paſce oues meas, ut habetur in exemplaribus gręcis antiquis & multis modernis: licet Oecolampadius dicat in modernis nõ haberi. Tertullianus de præſcriptionibus hæreticorum & lib. 4. contra Martionem. Item Baſilius Epiſto. 52. ad Athanaſium.& Concilium Nicenum. primum in canone. 44. Cyprianus de ſimplicitate prælatorũ, & habetur 24. q. 1. ca. loquitur dominus, & in lib. 1. Epiſtolarum Epiſtola. 3.& 6. & lib. 4. Epiſtola. 28.& 9. & in expoſitione ſymboli Apoſtolorum in principio, & in Epiſtola ad Baraianum de hæreticis baptizandis. Hylarius ſuper Math. 16. Ambroſi. ſuper Lu. ult.& ſuper Marcum, et refertur. 24. q. 1. cap. non turbatur. et ſermone 47. et refertur diſt. 50. cap. fidelior. et ſuper prima Timoth. 3. et

Nota. Cardin.

Nota.

in lib.

in lib.de exceſſu fratris ſui.cap.7. & Hierony.lib. 1.contra Iouinianum ca.14.& Epiſtola.2.& 4.ad Damaſum Papam,& referuntur.24.q.1.cap.hæc eſt fides.cap.quoniam uetus.& Epiſto.7.27.41. & Epiſtola.14.contra Luciferianos.& lib.1.& 3. contra Rufinū.& ipſe Damaſus Papa in Epiſtola. 3.ad Concilia Africana. Item Auguſt.q.79.noui & vet.teſtamen.& ad Caſulanum.Epiſtola.86. & ſermone.124.ſuper Ioan.& contra Donatiſtas Epiſtola.162.165.ad Generoſum.& tractatu contra literas Petiliani lib.2.cap.51.idem etiam in Epiſtola.92.ad Innocentium Papam pro Concilio Mileuitano confirmando,& lib.2.contra Donatiſtas,& cōtra Parmenianum,& q.110.noui & veteris teſtamenti.& alibi ſæpius.Item Leo Papa ſermone.3.ſuæ conſecrationis,& Epiſtola.9.& Epiſtola.6.8.10.14.26.27. Maximus in Epiſtola orientalibus directa.& Grego.in regiſtro lib.4. cap.76.uſque cap.88.& per totum librum.7.& 10.12.à ca.31.uſque in finem libri,& tandem per totum regiſtrum ſæpius idem docet.et Bern.lib. 2.& 3.de conſideratione,& Epiſtola.131.& Epiſtola.190.ad Innocentium Papam, & Epiſtola. 273.238.242.243.Eugeniū Papam. Itē Euſebius Cæſarien.in hiſtoria Eccleſiaſt.lib.6.capi.18.lib. 5.cap.8.cap.24.& hiſtoria tripartita lib.9.cap. 13.15.16.& lib.4.cap.6.9.19.& hiſtoria Victoris de perſecutione Vandalorum lib.2.multi etiā alii Doctores atque Pontifices Conciliorumque Decreta quę referūtur à Gratiano.24.q.1.in omnibus ferè capitulis ibidem contentis & 2.q.6. cap.quis primò & ſeq.& 3.quęſt.6.cap.dudum.& ſeq.& diſt.11.cap.quis neſciat.& diſt.19.cap.ita dominus.& diſt.21.cap.quamuis.cap.in nouo.& diſt.22.cap.de Conſtantinopolitana.cap.ſacroſancta.cap.omnes.& diſtinct.96.capitulo conſtantinus. Item extra.qui fili ſint legitimi.cap. per Venerabilem.& de maiorita.& obedient. cap.ſolitæ.& libro 6.de electione.capitulo ubi periculum.cap.fundamenta.& extra.de ſupplen.neglig.cap.grande. Item. C.de ſumma trini.& fide Catholica l.1.omnia denique Concilia Generalia & multa Prouincialia orientis & occidentis ſunt ad idem;ut uidere eſt in libris eorum & in decretis diſtinctio.16.17.& nouiſsimè Concilium Conſtantienſe.8.& 15.contra quoſdam hæreticos id eſſe de fide decreuit.& Concilium Florē.ſub Eugenio.4.ubi Græci & Armeni primatum Papæ & Eccleſiæ Romanæ de iure Diuino confitentes reconciliati ſunt. Et ſi quando aliquis Epiſcopus uel Patriarcha, vt potè Conſtantinopolitanus, id ambitioſè recognoſcere recuſauit: tandem reſipiſceņs & reconciliatus idem confeſſus eſt:& qui id non fecit vti ſchiſmaticus & hęreticus ab omnibus Patribus & Cōciliis oriētus & occidentis habitus & punitus eſt. Et hæc omnia latè referunt Tho.Walden.in doctrin.fidei lib.2.artic.2.cap.30.uſque.36.& liber Axiomata Chriſtiana lib.2.art.3.cap.7.8.11.& Echius lib.3.de primatu Ro.Pontificis.& Turrecremata.Super diſt.19.cap.ita dominus.& diſt.21. cap.quamuis.cap.in nouo.& diſt.22.cap.omnes. & in ſum.de Eccleſia lib.2.& Cano vbi ſupra latius de hoc.& Caieta.in quodlibet.cap.6.& iterum de primatu Petri & Eccleſiæ Ro.& Victoria in ſecunda relectione de Eccleſia.q.2.& Soto ubi ſupra.& noſter Caſtro de hæreſibus titu. Papa.& tandem plenius Albertus Pighius lib.4.ſuę Hierarchiæ cap.5.vſque cap.14.& lib.5.cap.10.vbi ex hiſtoria tripartita lib.9.cap.9.13.15.16.ca.38. & ex Euſebio Cæſarien.in hiſtoria Eccleſiaſtica vbi ſupra & ex omnibus Conciliis Orientis & occidentis clariſsimè probat, quòd ipſa Concilia omneſque ſancti Doctores & Patres Eccleſię Catholicę ab initio ipſius ſemper recognouerunt Papam Eccleſiamque Romanam, ut caput totius Eccleſiæ vt in hac.8.propoſitione continetur. Nicephorus etiam Græcus iam nobis Latinè redditus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica lib.6.cap.29.& lib.9. cap.5.cap.8.cap.10.27.& lib.13.cap.34.& libro 11.capit.30.& lib.12.capitu.17.lib.14.cap. 34.37.39.& lib.5.ca.6.30.& lib.17.c.9.& Oſius in confeſsione fidei To.1.cap.26.28.& Tomo 2. 32.& alibi contra Brētium lib.2.fo.125.& tandē frater Pertrus Soto.in defenſione cōfeſsionis Catholicæ.capit.74.vſque cap.109.hoc idem latius proſequuntur. Quod autem libro primo recognitionum.B.Clementis propè finem Iacobus dicitur princeps Epiſcoporum. & vt refert Nicephorus in hiſto.Eccleſiaſtica.lib.12.c.16.in Concilio Cōſtantinopolitano tempore Theodoſii Imperatoris in Epiſtola ad Eccleſiā Romanam ubi Hieruſalem dicitur mater omnium Eccleſiarum, hoc ideo dicitur quia ibi erat Patriarchatus tunc omnium Eccleſiarum Paleſtinæ & regionum adiacentium: & reſpectu tantum earum matrix ſic appellatur.Item quia inde cæpit Euangelium & Eccleſia per totum mundum procēdi,dicitur Hieruſalem mater.i. Origo non Princeps Eccleſiarum quæ ſunt in toto mundo.

Propoſ.9. PROPOSITIO nona. Concilium Generale legitimè congregatum, ſi faciat quòd in ſe eſt; vti facere regulariter credendum eſt, niſi oppoſitum conſtet manifeſtè,in rebus fidei & morum diffiniendis,etiam ad modicum tempus errare nō poteſt:& illius diffinitioni ſub crimine & pœna hæreſis ab omnibus ſtandum eſt.

Hæc prępoſitio omnino negatur ab hęreticis: ſed & aliqui Catholici ſimpliciter ſine dictis limitationibus dicunt Concilium Generale etiā legitimum ſi ibi non eſt Papa errare poſſe.ut Tho.Walden. Caieta. Silueſter. Alber. Pighius ubi ſupra cum aliis: alii autem ſimpliciter id negant; ſed cū prædictorum limitationibus propoſitio hæc contra eos omnes oppoſitum ſentientes,probatur quadrupliciter.

1.ratio. Primò quia. prima Timot. 3. Eccleſia eſt columna & firmamentum ueritatis:& ita circa prę-

dicta

dicta errare non poteſt vt ſupra propo. 4. & 5. habetur; id quod ipſi ẽt hæretici concedunt. Sed hæc tota ſimul nõ poteſt habere actum aliquem regulandi & diffiniendi circa mores & fidem: quia nõ poteſt tota, ſimul conuenire ad determinandum veritatem circa dubia in his emergentia. ergo in ea eſt ponendum ſuum tribunal viſibile ſupremi luminis ad id à Deo illi promiſsi, in quo eadem Diuina & certiſsima ſit auctoritas: cuius determinationem tota ſequatur Eccleſia: vt ſic omnes in vnitate eiusdemq́ue fidei eiusq́ue confeſſione in vna permaneant Eccleſia. Hoc antẽ aptè fieri non poteſt niſi uel in Papa cum conſilio Cardinalium vel Patrum Eccleſię, ut infrà propoſi. 10. habetur, vel in Concilio generali legitimè cõgregato ex præcipuis partibus ipſius Eccleſiæ. ſicut & in omni repu. humana conſilia capiuntur, fiuntq́ue definitiões & leges pro tota republica, à Principe tantum cum procuratoribus & rectoribus & principalibus Partibus ipſius reip. & non à toto populo ſimul; igitur ibi eſt prædictum tribunal ſupremi luminis Diuini, vt ibidem error eſſe non poſsit. Alioqui nunquàm eſſet finis dubiorum, niſi in Concilio & Papa eſſet prædicta certitudo ad hæc omnia ſenſumq́ue ſacræ ſcripturæ atque Doctorum tandem definiendum & declarandum, ut omnes in confeſsione eiuſdem fidei conſentiant atque permaneant.

2. ratio. Secundò probatur idem, nam ſi Conciliũ præfatum errare poſſet; certè is error in totam Catholicam Eccleſiam redundaret; & ita ſimul errare cenſeretur. quod tamen impoſsibile eſt vt cõſtat ex ſupradictis. Quod autem id ſequatur inconueniens, hinc conſtat, quòd ſicut dum membrũ aliquod vice corporis ſui rite ſuum exercet officiũ; totum corpus vel homo ipſe illud agere dicitur per membrum illud, quamuis non omnia membra immediate agant. Homo namq́ue dicitur uidere quando oculi vident, & audire quãdo aures audiunt, aut quãdo ipſis mediantibus id facit: quia & ad idem omnia alia membra ſuam virtutem adminiſtrant. Et ſimiliter in repub. humana dicitur à tota republica fieri, quod à Capitibus & Rectoribus eius, nomine ipſius aut nomine publico pro eius cauſa vel Vtilitate fit. nam & Ariſt. 9. Ethi. cap. 9. ait ciuitatem id maxime eſſe, quod eſt in ea principale. & 3. Reg. 8. dicitur quòd congregati ſunt oẽs maiores natu cũ principibus tribuũ Iſrael & duces familiarũ. ſequitur. & bene dixit Rex omni Eccleſiæ. ita ergo & qñ eccleſię Prælati, videlicet Epĩ & illi qui legitimè ſunt pſonę Cõcilii legitimę cõgregati prȩſidente Papa aut eius legatis, eo ipſo quòd ſunt Epiſcopi & Rectores Eccleſiæ dum publica auctoritate congregantur, habent auctoritatem totius Eccleſiæ, ſicut ſenatores in ſuo ſenatu. non quòd ipſi Epiſcopi ſint tã quam procuratores Eccleſiæ recipientes auctoritatem & conſenſum à toto populo Chriſtiano vt ſenatores à ſua repub. ſed ꝙ ipſi ſoli prælati cũ Papa vel eius auctoritate cũ ſuis legatis, etiã ſi totus populus Chriſtianus reclamaret, per poteſtatem Diuinam quam à Chriſto vti ſucceſſores Apoſtolorũ ad docendũ fidẽ & gubernandũ Eccleſiam habent, poſſunt Concilium facere: & dũ ibi publico nomine congregantur ut Capita, Eccleſiã ipſam repreſentãt: & illa in eis virtualiter eſt. & ita quod ibidẽ faciũt, tota ipſa Eccle. Catholica facere cenſetur. Ad quod facit Concilium Nicenum quod poſt ſymbolum fidei ibi conditũ ait, quòd oppoſitũ dogmatizãtes anathematizat. Sed ſi eiſdem ea prædicta conciliũ poſſet errare, ſequeretur ꝙ tota Eccleſia quæ ibi virtualiter eſt poſſet errare: maximè cũ decreta Concilii totus populus Chriſtianus ſequi teneatur, vti decreta prælatorũ ſuorum nomine publico aut totius Eccleſiæ ibi congregatorum. Igitur ſicut tota Eccleſia Catholica errare non poteſt quia & Diuinam illuſtrationẽ habet: ita & de Concilio Generali tenendum eſt. Et hoc adeò verum eſt ꝙ ipſe ẽt Papa ſtare tenetur diffinitioni ipſius Cõcilii legitimè congregati in fide & moribus: maximè ſi totius Concilii ea diffinitio ſit, vt ait etiã Soto in 4. diſt. 20. q. 1. arti. 4. in reſponſione ad ſecundũ argumentũ, & diſt. 22. q. 2. art. 2. & innuitur etiã diſt. 15. c. ſicut ſancti. & 25. q. 1. ſunt quidã. & epiſtola Iulii Papæ ad orientales Epiſcopos tempore Athanaſii. Nõ quidẽ vt inferior obediens Concilio vt ſuperiori; ſed vt obediens veritati per Spiritum Sanctum ibidẽ certiſsimè reuelatæ. ſicut & Rex ſuis medicis conſiliariis atque Doctoribus dicentibus, talem cibũ vel medicinã eſſe ſibi noxiã ſiue ſalubrẽ, vel talẽ actum, eſſe mortale peccatum obtẽperare tenetur. Nã modo teneatur quod Concilium ſit ſupra Papã modo non: ſed quod Papa eſt ſupra Conciliũ quò ad poteſtatẽ iuriſdictionis: tamẽ vt diximus Papa tenetur ſtare definitioni Concilii. immo & Victoria in tertia relectione de poteſtate Papæ & Concilii. propoſi. 2. fo. 223. & Turrecremata in decreto diſt. 4. §. ideo. art. 1. expreſsè dicunt ꝙ potius eſt ſtandũ diffinitioni Concilii quàm Papę in fide & moribus. & Caſtro de hȩreſibus lib. 1. cap. 2. & 6. & 8. & de punitione hæreticorũ lib. 1. cap. 4. & 10. eſt ad idẽ, & ratio huius mihi videtur, quia nobis certius eſt Conciliũ legitimũ facere quod in ſe eſt vt à Deo illuminetur q̃ Papã vt inferius habetur. Nã ſi Papa etiã faciat quod in ſe eſt tunc etiã à Deo illuminabitur vt errare non poſsit, vt tenetur à Doctoribus & infra propoſitione decima agitur de hoc: nec ipſe à Concilio nec Conciliũ ab ipſo poterit diſſentire: & ita patet ſecunda probatio præfatæ propoſitionis.

Tertiò probatur eadẽ propoſitio exẽplo Apoſtolorũ omniumq; ſanctorũ, qui in dubiis ſemper ad Cõcilia Generalia confugerunt: quãuis etiã ipſi eſſent Diuinitus illuſtrati. Nã Act. 15. Apoſtoli cũ ſenioribus illis in Hieruſalẽ exiſtẽtibus cõgregati, dicũtur tota vel oĩs eccleſia, quãuis ibi & alibi plures Chriſtiani remanerẽt. Dicitur. n. ibi pla- 3. ratio.

cuit Apoſtolis cum ſenioribus cum omni Eccleſia eligere uiros &c. Item. niſum eſt Spiritui Sancto & nobis &c. Ibi enim fuit Concilium Generale ex parte capitis; & ita ibidem ſignificatur in Concilio Generali aſsiſtere Spiritum Sanctum illuminando:& hac eius auctoritate uel illuſtratione ibi ſine vllo errore circa fidem & mores fieri diffinitionem; & ſimiliter nos facere exemplo ſuo Apoſtoli docuerunt. Similiter etiam fecit Eccleſia Catholica, quando poſt tempora martirum & perſecutionum; habita pace, per Conſtantinum licuit illi Concilia cogere Generalia; quoties dubia de fide & moribus & hæreſes ſubortæ ſunt: & eorum determinationi utpotè certiſsimæ regulæ ab omnibus fidelibus ſtatum eſt, ut ait Iſidorus lib. 6. Ethimolo. cap. 8. & habetur diſtinct. 15. cap. canones. facit Matt. 18. Vbi duo vel tres &c. uti inferius in primo dn bio habet hæc auctoritas magis ad rē declarata.

Quartò probatur idem auctoritate ſanctorum omnium atque Doctorum, ut Auguſt. Epiſtola. 118. ad Ianuarium. & lib. 1. ad inquiſitiones Ianuarii in principio, & de vnico baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 3. vſque cap. 9. & lib. 1. cap. 18. & lib. 6. cap. 7. cap. 39. & lib. 7. capi. 1. & lib. 3. contra Maximinum arrianum. c. 14. & Grego. in regiſtro lib. 1. cap. 24. lib. 2. cap. 49. lib. 3. capi. 33. 37. 53. & lib. 7. cap. 53. & lib. 9. cap. 61. & habetur diſtinct. 15. cap. ſicut Sancti. & per totam diſtinct. 16. & Athanaſius in ſuis Epiſtolis. Ambroſius Epiſt. 31. & Cyrillus & Hylarius libro de Synodis ſunt ad idem. & Leo Papa Epiſtola. 6. 21. 24. & Gelaſius Papa in Epiſtola ad Epiſcopos dardaniæ & Concilium Calcedonen. actione. 3. in relatione ad Leonem Papam & actione. 6. & octaua Synodus generalis actione quinta. & Abulen. in defenſorio cap. 38. 54. uſque 69. latius de hoc. & in 16. Concilio Toletano in fine confeſsionis fidei hæreticus decernitur qui diffinitionibns Concilii Generalis non firmiter credit. & tandem à principio ſemper ita ſenſit Eccleſia Catholica, quòd ſcilicet decretis Concilii prędicti Generalis ſicut & Eccleſiæ Catholicæ ſub crimine hæreſis credere & ſtare tenemur & de his etiā latius agit Tho. Waldē. in doctrinali fidei lib. 2. art. 2. cap. 26. 27. Quamuis in cap. 19. malè dicat non eſſe perfidiā ſed ſcandaloſam temeritatem eius aut Papali diffinitioni non credere. Sed liber Axiomata Chriſtiana. lib. ſecundo artic. 4. cap. 1. & 2. uſque cap. 7. & arti. 6. cap. 7. contra ipſum Walden. cum ſupradictis melius concordat expreſsè, ut etiam de hoc infra propo. decima ubi de Papa agitur latius habetur, ibi & dubio ſecundo uideatur. Et Oſius in confeſsione fidei Tomo. 1. c. 24. & alibi contra Brentium lib. 2. fo. 110. & Roffen. contra Lutherum. art. 28. 29. & Turrecremata in ſum. de Eccleſia lib. 3. cap. 58. & Alaba de Conciliis. par. 1. ca. 4. & 5. & Cano. de locis Theologicis lib. 5. c. 4. & 5. & Simācas de hęreticis cap. 12. & 52. & Caſtro de punitione hæreticorum lib. 1. cap. 4. & de hæreſibus lib. 1. cap. 6. & inferius tit. Concilium. & Socrates in hiſtoria Eccleſiaſtica. lib. 2. cap. 20. & lib. 4. cap. 17. multa alia afferunt ad rem. ubi Auguſt. & Concilia Generalia Doctoresque prædicti expreſsè dicunt ſententiam Concilii Generalis eſſe Eccleſiæ Catholicæ quam ipſum Concilium repreſentat; & illi ut regulæ certæ & infallibili ab omnibus ſtandum eſſe ut declaratum eſt. Sed tandem Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ par. 2. per totum librum prædicta omnia atque ſequentia probat atque perſequitur, & Vega de iuſtificatione lib. 15. cap. breuiter tangit.

Et notanter dictum eſt, ſi Concilium faciat quod in ſe eſt errare non poſſe etiam ad modicū tempus: quia Spiritus Sanctus ibi ſpecialiter aſsiſtit, ſicut & toti Eccleſiæ Catholicæ eam illuminando, ſicut ei in Beato Petro promiſsit: cuius auctoritas ibi eſt, uti ſupra & infra cap. 10. probatur. Neque vllum Conciliū Generale legitimè cōgregatū & continuatum, & auctoritate Papali legitimè procedens legitur erraſſe. Nam ſi de aliquibus lis aliqua eſt inter Catholicos: hoc ideò eſt quia non conueniunt fuerint ne legitimè congregata uel continuata uel legitimè proceſſerint uel exceſſerint metas ſuæ facultatis, in hac uel illa materia ſine Papali auctoritate ſe intromittendo uel procedendo, vt de Concilio Baſilië. & Cōſtantien. Caietanus in quodlibet. de poteſtate Papę. cap. 8. & in ſecūda par. Apologiæ cap. 11. & Albertus Pighius lib. 6. cap. 5. 11. 13. plenius agunt. & de quodam alio Conſtantinopolitano alii etiam inſtant. Concilium autem Ariminen. ca de cauſa expreſsè reprobatur diſtinct. 15. cap. Sancta. & Epheſinum ſecundum non admittitur ab Eccleſia, ut patet ibidem. & cap. canones. & di. 16. c. quoniam. cap. ſancta. & ſequen. Ideo quò ad hoc Silueſter tit. Concilium. q. 2. & titu. Eccleſia. quæſt. 2. tit. fides. quæſt. 6. & 7. ſecundum panor. de electione. cap. ſignificaſti. non bene dixit Concilium errare poſſe, non tamen perſeueranter ſed tantū quaſi primo motu minus plenè veritatē inquirēs; quodq; Deus inuiſibiliter aut uiſibiliter, per alios doctos fideles de ueritate cito illud illuſtrabit, ne eius error ad totā perueniat Eccleſiā. adducit exēplū Concilii Aquiſgrani. 36. q. 2. c. placuit. quod poſtea per Hieronymum dicit eſſe correctum ibidē in cap. tria, & cuiuſdam alterius Concilii exemplum adducit. Sed certè neutrum eſt ad propoſitum: nam uti hoc etiam contra Panor. expreſsè ait Roffen. contra Lutherum articu. 29. illa Concilia non Generalia ſed prouincialia fuerunt: quæ ut inferius hebetur errare & per generalia poſſunt emendari. Sed neque ibi illud Concilium, Prouinciale diffiniendo errauit: ſed ſecundum quod in alio Concilio erat ſtatutum ipſum etiam iterum ſtatuit & aggrauauit, ut ſcilicet illud matrimonium inter raptam ipſumque raptorem illegitimum eſſet,

X ſicut

ſicut & nunc eſt intra quartum gradum conſanguinitatis: ſed id poſtea ſicut & alia humana ſtatuta quæ ex cauſa ſæpe mutantur. Beatus Hieronymus mutandum eſſe cenſuit: quia etiam olim Exod. 22. lege illa iudiciali quamuis rigoroſa, matrimonium illud non erat illegitimum. quamuis Gloſ. in dicto capitulo tria. malè dicat illam legem Exod. 22. eſſe moralem, neque poſſe per Eccleſiam mutari. Si autem Concilium Generale non faciat quod in ſe eſt notabiliter negligendo inquirere ſufficienter veritatem, aut ſi non legitimè procedat: tunc nihil mirum ſi Deus ſtatim, non aſsiſtat & errare poſsit quaſi primo motu vel ad modicum tempus, non tamen perſeueranter: & in hoc caſu benedixit Siluester & Panor. Vbi ſupra ſi ipſi ſic intellexerunt. & ratio huius eſt. Tum quia non ſunt à Deo miracula petenda nec expectanda ſine neceſsitate, neque Deus ipſe tentandus eſt: tentaretur autem eiusque miraculum illuſtrationis ſine neceſsitate expectaretur à non facientibus quod in ſe eſt. tum maximè quia promiſsiones Dei Generales, de eo quod ipſe non ſolus ſed nobiſcum & cum actionibus noſtris concurrendo in nobis facturus eſt; ſub hac conditione ſunt intelligendę, ſi videlicet homo in faciat quod in ſe eſt ad talem finem vel effectum. ergo non mirum ſi tunc Concilium ut homines errare poſsint ſine ſpeciali aſsiſtentia Dei, non tamen diu nec perſeueranter: quia Deus cito prouidebit quomodo vel per ſe, uel per alios Conſilium ipſum vel Prælati atque Doctores Eccleſiæ, oportunè illuminentur & de errore admoneantur, & error ipſe ut oportet tollatur ne ad totam perueniat Eccleſiam: quæ diffinitionem Concilii Generalis ſequi tenetur. ibi namque eſt pleniſsima poteſtas mediatè uel immediatè ut inferius habetur. & cum his expreſsè concordat Roffen. contra Lutherum in prologo ueritate. 8.

Dubium. 1. Si quæratur quando intelligatur Concilium facere quod in ſe eſt, ad prædictum finem veritatis illuſtrationiſque Diuinæ obtinendum. *Reſpondeo* Reſpondeo quòd quando auctoritate Papæ ſi uiuit & certus Papa eſt, aut aliàs auctoritate legitima eorum qui Concilium Generale poſſunt cogere & celebrare, conuocarentur Paſtores Eccleſiarum, ſcilicet Epiſcopi & uiri boni docti atque prudentes de tota Eccleſia eligerentur, qui eruditione & prudentia ad id munus iuuare & ſufficere creduntur. Si & ibidem iam congregati cum affectione veritatis ſine priuatis commodis & affectibus humanis, orationibus communibus præuiis diligenter inſiſtant indagandæ veritate fidei & morum per ſcripturas ſacras atque Doctorum Sanctorum & Conciliorum præcidentium & per alia eiuſmodi quæ ad prædictum finem viſa fuerint expedire. Tunc enim & non aliter, vti Roffen. ubi ſupra dicit expreſsè, & noſter Horantius de locis Catholicis lib. 2. c. 17. ſecundum Hierony. Origen. Chryſoſt. Hylari. Theophilact. Matth. 18. in nomine Chriſti congregantur & faciunt quod in ſe eſt. quibus ipſe ſuam aſsiſtentiam atq; fauorem promiſsit, neque deficiet, iuxta id Matth. 18. Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo congregati ibi ſum. i. quantumuis pauci prædicto modo congregentur, vt etiam infra & propoſitione. 10. habetur. & ita exponit B. Grego. in regiſtro. lib. 12. cap. 31. & communiter Doctores cum Auguſt. lib. 4. contra duas Epiſtolas Pelagianorum c. 12. ad idem videntur. ſic etiam exponitur in cap. de quibus di. 20. & in Concilio Calcedonen. actio. 10. & 3. & in Epiſtola ad Leonem. & in Concilio Conſtantinopolitano actio. vlt. & Cęleſtinus Papa, vt Iſidorus in libro Conciliorum in geſtis tertię ſinodi Toletanę refert, ſic etiam exponit, & in Concilio Niceno ſecundo, actione. 4. probatur. nam quando totum Concilium ſimul aliquid diffinit, conſtat ibi feciſſe quod in ſe eſt & à Spiritu Sancto illuminatum id diffiniſſe; & æquiualere diffinitioni totius Eccleſiæ, ſecundum Auguſt. libro. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 18. & alibi ut ſupra, & Cano. lib. 5. de locis Theologicis. cap. 5. q. 1. etiam latius probat.

Igitur qualeſcumque illi ſint & qualitercumq; diffiniant: certè contra expreſſam ſcripturam & Generalem traditionem vel conſuetudinem Eccleſiæ eos omnes errare moraliter loquendo impoſsibile eſt: Cõtra obſcuram autem idem etiam uidetur, nam nullo modo credibile eſt tot uiros pios ac doctos ex tota ferè Eccleſia ad id electos & congregatos notabiliter omittere facere quod ad eum finem in ſe eſt ſiue tenentur. Si quidem ſi uel pauci uel duo uel tres ex ipſis id fecerint: eos certè & per illos omnes alios Deus illuminabit ne per erroneam ipſius Concilii diffinitionem tota etiam Eccleſia errare cenſeatur ut proximè dictum eſt. & ita ſimpliciter abſolutè idque veriſimè dicendum eſt Concilium Generale legitimè congregatum & continuatum uti ſemper ſupponitur, in rebus fidei & morum errare non poſſe: & eius diffinitionibus ab omnibus eſſe parendum. In quo expreſsè concordat liber Axiomata Chriſtiana lib. 2. art. 4. cap. 7. & 8. 9. & 10. ubi latius de his.

Si contra hoc arguatur, quòd modo ſit magis neceſſaria ſpecialis illuminatio Diuina in Concilio Generali, quàm in Prouinciali & in aliis congregationibus aut perſonis, modo non: certè ſequitur ex dictis quòd æquè infallibiliter Deus aſsiſtit ſpecialiter illuminando quoſcunque etiã duos uel tres tantum in nomine ſuo congregatos in pertinentibus ad fidem & mores, ut errare nõ poſsint diffiniendo, ſicut de Concilio Generali dictum eſt. quia eadem eſt ratio utrobique, ſcilicet, ꝑmiſſio Diuina Matth. decimooctauo, Vbi *Argum.*

duo

duo uel tres fuerint in nomine meo congregati, &c. ubi ſine ulla differentia omnibus ſupradictis Chriſtus ſe affore repromiſsit. & ad prædictum ſenſum Beatus Gregorius in regiſtro libro duodecimo, capitulo trigeſimoprimo id de Concilio prouinciali allegat & exponit, & Doctores communiter cum eo, ad quod uidetur Auguſtin. contra duas Epiſtolas Pelagii capitulo duodecimo.

Reſpo. Reſpondeo negando ſequelam, & eius probationem: neq; enim eſt eadem ratio infallibilis aſsiſtentiæ Diuinæ utrobique: quamuis eadem ſit Diuina promiſsio, ſed differenter implenda. nam quia in Concilio Generali eſt ſimpliciter neceſſarium ne erret in fide & moribus diffiniendo: inde ibidem ſemper & infallibiliter adeſt illuminatio Diuina promiſſa. Non ſic in aliis congregationibus ſiue etiam perſonis præter Papam: quibus proinde non niſi quando & quomodo oportuerit ad ſalutem, & Deo placuerit, ea fiet illuminatio repromiſſa diuinitus. Pro cuius maiori declaratione & probatione. nota, quòd id Matth. decimooctauo Vbi duo uel tres &c. Tripliciter exponitur à Doctoribus. Primò ad hunc ſenſum, quòd Deus ratam habet ſententiam prælatorum Eccleſiæ contra contumaces iuſtè inflictam. Secundò, quòd exaudiet orationem in charitate fraterna & chriſtiana petentium. Tertiò, quòd aſsiſtet illuminando quamuis paucos etiam duos vel tres tantum in nomine ſuo congregatos in rebus pertinentibus ad ſalutem. Et omnes hi ſenſus admittuntur & ſtant ſimul in veritate; quorum hic ultimus magis communis & magis acceptus Doctoribus eſt. Et in Concilio Chalcedonen. actione tertia, ad hoc propoſitum hæc auctoritas exponitur, & ab aliis in primo dubio ſupra relatis. In omnibus autem his expoſitionibus & præcipuè in duabus ultimis conſtat cum hac limitatione eas intelligi & eſſe veras, quòd ſcilicet Deus exaudiet & aſsiſtet illuminando, quando & quomodo oportuerit ad ſalutem. Nam hic eſt communis intellectus omnium Diuinarum promiſsionum, earum maximè quæ generaliter fiunt, & abſolutè de eo quod Deus ipſe non ſolus in nobis, ſed nobiſcum, & cum actionibus noſtris liberis concurrendo facturus eſt, ut Matth. 18. & Luc. 11. Petite & accipietis. & omni petenti dabitur. & Ioannis 14. 15. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. & Spiritus docebit uos omnia & omnem veritatem. & 1. Ioan. 2. Vnctio docebit uos deomnibus. & Luc. 21. Ego dabo uobis os & ſapi. cui non po. reſi. om. adu. ueſtri. & aliarum eiuſmodi ſecundum Auguſtinum & Doctores communiter. Nunc autem conſtat non eſſe neceſſarium ad ſalutem & ad rectam fidem Eccleſiæ uniuerſalis & regulam uitæ fidelium, quòd omnis error in fide & moribus ſemper caueatur, fiatque Diuina illuminatio: niſi in Concilio Generali, uel etiam in Papa faciente quod in ſe eſt. Quia ibi & non alibi eſt ſupremum tribunal Eccleſiæ, ad quod ſpectat ultima diffinitio in ſupradictis: cuius etiam error circa hæc in totam redundaret Eccleſiam, & illius eſſe cenſeretur, uti ſuperius probatum eſt. ſit igitur vt ſicut non niſi ibi eſt ſimpliciter neceſſaria infallibilis regula ueritatis in fide, & moribus; ita non niſi ibidem ſemper ſit infallibilis aſsiſtentia Spiritus Sancti illuminantis diuinitus repromiſſa ne ullus error eſſe poſsit. Notanter dico, ut errare non poſsit: nam ignorare priuatiuè, & dubitare de multis circa fidem & mores, utique poteſt: ſicut & Catholica Eccleſia quouſque, vt Aurora progrediens can. 6. Diuinitus, & oportunè illuminetur. Et idem iudicium, & eadem omnino ratio eſt de Papa cum conſilio Cardinalium ſi faciat quod in ſe eſt, ut de hoc infrà propoſitione decima latius. At uero error aliorum omnium etiam Conciliorum prouincialium, ex quo non eſt neque cenſetur error totius Eccleſiæ, nec eius nomine, ſed unius tantum prouinciæ, vel communitatis particularis; id Concilium eaque diffinitio ſit quouſque per Papam approbetur: quia etiam per alios uiros doctos, & per ipſum Papam, & per Concil. generalia & prouincialia corrigi poteſt, ſecundum Auguſtinum contra Donatiſtas libro ſecundo capitu. tertio, id quod contigit tempore Beati Cypriani. Ideo non eſt ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem errorem illius Concilii ibidem caueri, maximè quia per eius ignorantiam inuincibilem etiam erroneam quæ in ſingulis hominibus eſſe poteſt, cum gratia iuſtificante & fide illius articu. implicita in fide Eccleſiæ, cui paratus eſt obedire, eſt homini ſalus: neque inde fides Eccleſiæ periclitatur. Ideo nō oportet quòd his omnibus facientibus quod in ſe eſt Deus ſemper & infallibiliter adſit illuminans, uel alia dona præſtans nō neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem. 4. ratio. gratiam autem iuſtificantem, quia ſingulis eſt ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria, Deus ſtatim & infallibiliter elargitur facienti quod in ſe eſt cū auxilio Diuino ad illam obtinendum. Solum igitur illa ſpecialis illuminatio Diuina aderit aliis in nomine Chriſti cōgregatis, & conciliis Prouincialibus, quando & quomodo ad ſalutem expedierit, & Diuinæ placuerit liberalitati; ſicut & de aliis diximus Diuinis promiſsionibus, idque ſi faciant quod in ſe eſt, & non aliter, vt dictum eſt. neque omnino peribit Eccleſia vniuerſalis, aut recta fides in ea, ſi Concilium & Papa non faciens, quod in ſe eſt errare permittatur à Deo: quia Deus ipſe promiſit Matth. decimoſexto, & alibi quod ipſe tunc prouidebit & aſsiſtet quomodo nec Eccleſia Vniuerſalis neq; fides recta omnino deſi-

deficiat in ea. Ad quod certè facit quod in principio naſcentis Eccleſiæ ad dubia fidei & morum diffinienda; Concilia Prouincialia contra hæreticos ſæpius cogebantur; nimirum quia Generalia tunc toties congregari commode non poterant: quia & erat periculum in mora. Ideo & tunc aderat ſemper Spiritus Sancti illuminatio: nam vix aliquod eorum erraſſe reperitur niſi quando illegitimè fiebat, aut notabiliter deficiebat in faciendo quod in ſe erat. Vnde & illa ferè omnia iam per Eccleſiam ſicut & Concilia Generalia approbata ſunt: & ſimiliter nunc Spiritus Sancti illuminatio ſemper adeſſet Concilio prouinciali aut alteri congregationi in nomine Chriſti congregatæ, ubi eſſet ſimilis caſus ſiue neceſsitas & periculum eſſet in mora, ne ad Concilium Generale uel ad Papam commodè poſſet eſſe recurſus ad rem fidei vel morum diffiniendum. & ſecundum ſupradicta Beatus Gregorius ubi ſupra aliique Doctores ſunt intelligendi.

Aliqui autem Doctores concedunt intentum argumenti ſupradicti, dicentes idem eſſe iudicium de Concilio Generali & de Prouinciali, de quibus indifferenter intelligitur id Vbi duo uel tres &c. dicunt in ſuper Concilium Prouinciale, poſſe de rebus fidei diffinire ſicut & Generale: quia & ſic olim in Eccleſia ſiebat. pro quibus uidetur facere Auguſtinus ubi ſupra. Sed quia eadem ratione inde ſequeretur, quamlibet duorum uel trium congregationem, eandem illuminationem habere quam Concilium Generale & Prouinciale, quod abſit: ideo melius uidetur uti ſuperius dictum eſt, quodque Concilium ſolum Generale uel Papa de rebus fidei ſaltem ultimatè diffinire poteſt, uti de hoc latius noſter Caſtro de punitione hæreticorum libro primo capitulo quinto latius agit, & Cano vbi ſupra lib.5.cap.4.

2. *dubium.* Sed hic interim aliud dubium inter Catholicos agitatum inſeramus, à quo uidelicet & quomodo Concilium Generale prędictam ſuam auctoritatem habeat.

2. *Reſpon.* Nam aliqui de quorum numero eſt Victoria in ſecunda relectione de Eccleſia quæſtio.1.fo. 113.122. & Turrecremata de poteſtate Eccleſiæ libro ſecundo capitulo 71. & Caietanus in quolibeto de Poteſtate Papæ, indiſtinctè dixerunt quòd ratione totius, ut eſt Concilium habet quidem ſuam auctoritatem: ſed non ab Eccleſia nec à Deo immediatè, ſed à Iure humano ideſt à uoluntate prælatorum ibi conuenientium, qui uolunt ex ſeipſis unum corpus conſtituere, cui ſeipſos ſubiiciunt ſicut partes ſuo toti: & conſequenter dicunt non eſſe maiorem auctoritatem in toto Concilio, quàm ſit auctoritas ſingulorum, ideſt tantam eſſe Concilii auctoritatem, quanta eſt auctoritas maioris uel maiorum ibi exiſtentium.

Sed clarius & melius diſtinguendo dicamus quòd Concilium Generale legitimè congregatum ut eſt communitas & unum totum corpus à ſuis ſingulis partibus diſtinctum, habet quidem ſuam auctoritatem ſicut & qualibet alia communitas; quam non habent ſinguli de illa communitate & Concilio per ſe. Sed hanc auctoritatem quatenus eſt poteſtas iuriſdictionis, uel ſupra corpus Chriſti myſticum non habet immediatè à tota Eccleſia, nec à Deo: & per conſequens nec ex hoc quòd uniuerſalem Eccleſiam repreſentat, ſed ab ipſis Patribus Concilii; mediatè autem à Deo per ipſos Patres deriuatam habet. Quatenus autem eſt poteſtas determinandi ueritatem in rebus fidei & morum eam habet immediatè à Spiritu Sancto aſſiſtente illuminante, pulſante, mouente, atque determinante. In hac ſententia uel reſolutione ſunt tres partes: quarum prima eſt quòd Concilium ut eſt, unum corpus habet ſuam auctoritatem. Quod inde probatur: quia nomine omnium ſimul, non quaſi à ſingulis, ſed à multis quaſi ab uno procedit, ut eſt unum corpus ſiue collegium uel regale parlamētum, quod habet ſuam quandam poteſtatem quam ſinguli non habent. Et ita Concilium ut unum corpus præcipit, conſulit, ordinat, atque diſponit, & ſententiam fert condemnando uel abſoluendo, quod facere non poſſet niſi ad id poteſtatem haberet. Et ad id idem eſt. Act.15. Placuit nobis collectis in unum mittere &c. ideſt in unum Collegium ſiue Concilium Apoſtolorum. Et in hoc prædicta opinio optimè conſonat.

Secunda pars, quòd ſcilicet hanc auctoritatem quatenus eſt poteſtas ſupra corpus Chriſti myſticum & uerum, non habet immediatè à tota Eccleſia nec à Deo, ut bene dicebat in hoc Victoria cum aliis ubi ſupra. Probatur primò, quòd non ab Eccleſia, quia Eccleſia uniuerſalis eam poteſtatem non habet immediatè. Nam illa poteſtas Eccleſiaſtica ſupra corpus Chriſti uerum & myſticum, quamuis propter Eccleſiam & ad eius utilitatem collata ſit quibuſdam perſonis ipſius: non tamen toti Eccleſiæ immediatè, ſed perſonis quibuſdam ut per eas eſſet in Eccleſia data eſt, ut conſtat Epheſ.4. Dedit quoſdam paſtores & Doctores &c. & 1.Corinthior. 12. Nunquid omnes Apoſtoli? omnes Doctores? & diuidit ſingulis prout uult. aliàs non eſſet unum corpus ex uariis membris & gradibus conſtans. Neque enim tota Eccleſia ſimul poteſt audire confeſsionem & conſecrare, ſed ſacerdotes dumtaxat immediatè habent à Deo hanc poteſtatem in Eccleſia. Et ſoli Petro dictum eſt. Tibi dabo Claues Regni cœlorum &c. Matth.16. & Io. 21. Paſce oues meas. 3. *Reſpon.*

& Matth.

& Matt. 18. Dic Eccleſię id eſt Prælatis eius, ut communiter exponitur à Doctoribus. Conſtat etiam laicos nullam poteſtatem Eccleſiaſticam habere. igitur ſi prædicta poteſtas Eccleſiaſtica nō toti Eccleſiæ, nec toti communitati fidelium, ſed quibuſdam tantum perſonis eius immediatè per Chriſtum collata eſt ut per illos ſit in Eccleſia & propter ipſam, id eſt ad vtilitatem ipſius; vtique ſequitur quòd ab ipſa Eccleſia immediatè ad Concilium deriuari non poteſt, nemo enim dat quod non habet. Quòd etiam nec ab ipſo Domino Ieſu Chriſto poteſtas immediatè, ſed ab ipſis Patribus Concilii, à Chriſto autem mediatè per ipſos in Concilio ſit, probatur: Quia antequam Patres Concilii caput ſcilicet & membra veniant ad Concilium, certè totam in ſeipſis. quidam minus quidam magis, Papa uerò pleniſſimè prædictam poteſtatem à Deo immediatè habent, ut proximè dictum eſt. & ii Patres in Concilio congregati illam non perdunt quam ante habebant. ergo cum Concilium eam poteſtatem ratione ſuarum partium habeat: neque conſtet quo aliquo nouo iure ipſi denuò concedatur: certè fruſtrà aliqua alia ſimilis poteſtas ponitur à Deo immediatè de nouo præſtita Concilio.

Nam qua ratione poneretur ſupra corpus Chriſti myſticum eadem & ſupra corpus Chriſti verum aſſereretur, vt ſcilicet ipſum Concilium ut totum corpus ſimul, conſtans etiam ex non Sacerdotibus abſoluere poſſet & conſecrare, quod abſit. ſed nec illa poteſtas Matth. 18. Quæcumque ligaueritis &c. data eſt Apoſtolis vt in Concilio congregatis, ſed vt ſingulis prælatorum officio fungentibus: quamuis id quod ibidem ſequitur Vbi duo vel tres fuerint congregati &c. apertè datum ſit Concilio, vti proximè dicetur, quò ad illuſtrationem veritatis.

Igitur illa poteſtas eſt quidem in Concilio pleniſſimè: ſed mediatè tantum à Deo per Patres ipſius in ipſum Concilium deriuata, & præcipue per Dominum Papam: à quo omnis iuriſdictio Eccleſiaſtica mediatè vel immediatè etiam in Concilio eſt, vt de hoc etiam Alaba de Conciliis par. 1. capitulo nono latius agit. Et ad hunc ſenſum optimè dicitur quòd Concilium, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans illam auctoritatem habet. In quo et conſonat prima opinio vel reſponſio ſupradicta: quamuis aliqui teneant quòd præfata poteſtas in Concilio etiam à Deo immediatè ſit: ſed probabilius videtur quod dictum eſt.

Tertia autem pars, quòd ſcilicet quatenus eſt poteſtas determinandi verum in fide & moribus in ipſo Concilio, immediatè à Deo eſt; probatur; nam Act. 15. habetur. Viſum eſt Spiritu Sancto & nobis &c. Item Timot. 3. Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis. hoc autem eſſe non poteſt niſi Concilium ipſam Eccleſiam repræſentans, quæ & ibi virtualiter eſt, & ipſius Concilii diffinitionem (equi tenetur vt ſupra dictum eſt), haberet immediatè à Deo hanc auctoritatem determinandi veritatem, nam aliàs illi potius eſſent columna ueritatis per quos vel à quibus autoritas hæc immediatè in Concilio eſſet atque penderet. Item Matth. 18. Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo congregati ibi ſum: vbi Chriſtus ſuam aſſiſtentiam & auctoritatem ad id immediatè Concilio promiſit, vt etiam ſuperius probatum eſt. Et ita tandem in hoc omnes Catholici conueniunt dicentes Concilium Generale legitimè congregatum, in diffiniendo circa fidem & mores, ut errare non poſſit faciens quod in ſe eſt; ſpeciali aſſiſtentia Spiritus Sancti dirigi & gubernari: quamuis aliàs uel extra Concilium omnes ipſi ut homines errare poſſint, ut hoc etiam expreſsè dicit liber Axiomata Chriſtiana libro ſecundo articulo quarto capitulo 3. uſque capitul. 6. & Victoria, Caſtro & Soto ubi ſupra in ſecunda ratione allegati ſunt. quamuis Caietanus & Silueſter, Albertus Pighius & Thomas Walden. abſolutè ubi ſupra, oppoſitum & malè teneant, de quo & infra propoſitione decima, dubio ſecundo iterum ſermo erit: ubi etiam agitur ad quid requiritur Papalis approbatio uel confirmatio diffinitorum in Concilio Generali. & ad hunc ſenſum ſcilicet, quò ad poteſtatem diffiniendi ueritatem de fide & moribus optimè uerificatur decretum Concilii Conſtantien. ſeſſione quinta & aliorum Doctorum ſententia dicentium quòd Concilium Generale Eccleſiam uniuerſalem repræſentans à Chriſto immediatè poteſtatem habet.

Propositio decima. Papa ut Papa cum Conſilio patrum uel Cardinalium Eccleſiæ, ſi faciat quod in ſe eſt, uti id regulariter facere credendum eſt niſi oppoſitum conſtet manifeſtè, in diffiniendo circa fidem & mores & ſtatum uniuerſalis Eccleſiæ, errare non poteſt etiam ad modicum tempus: & eius tali diffinitioni, vt diffinitioni eccleſię Romanæ ſiue Catholicæ ſub crimine & pœna hęreſis uel perfidię ſtandum eſt. 10. propoſ.

Hæc propoſitio multò magis quàm præcedens de Concilio Vniuerſali negatur ab hæreticis: & etiam à quibuſdam Catholicis Ocham, Gerſon, Almain, & pluribus aliis abſolutè ſine vlla limitatione dicentibus quòd in prædictis Papa errare poteſt: aliis compluribus id etiam abſolutè negantibus. Sed cum prædictis limitationibus, contra eos omnes propoſitio probatur qutncupliciter.

Primò, quia ut propoſitione 9. præcedente in prima probatione dictum eſt. Eccleſia uniuerſalis circa prædicta errare non poteſt. Sed hęc tota 1. ratio.

 ſimul

ſimul ad emergentia dubia determinanda ſemper congregari non poteſt: immo neque Concilium Generale ſæpe poteſt nec expedit ad id congregari: & in Papa & ratione Papatus eſt tribunal Eccleſiæ Catholicæ eiuſque Principatus Eccleſiaſticus & ſuprema poteſtas, vt ſupra propoſitio. 8. habetur. ergo ad ipſum in his eſt regulariter recurrendum pro dubiorum determinatione: & conſequenter quod ipſe vt caput Eccleſiæ facit, ipſa Eccleſia facere cenſetur. Sicut dum Rex cũ ſuis conſiliariis prouidè aliquid nomine regni vel vt Rex facit; vtique Regnũ ipſum cenſetur facere: ſicut & de Concilio Generali dictũ eſt. Quæ ratio cò magis valet in Papa: quò eius auctoritas Iure Diuino & non ab Eccleſia ſibi collata eſt. Inde etiã ſequitur quod illi ſicut ipſi Eccleſię aut Cõcilio Generali Deus aſsiſtit: alioqui eius error in errorem totius Eccleſię redundaret: quæ eius determinationẽ vt ſuperioris ordinarii ſequi & obedire tenetur, niſi manifeſtè errare monſtretur.

2. Ratio. Secundò probatur idem, quia ſpecialiter Petro & eius ſucceſſoribus in eo pro toto tempore Eccleſiæ vſque ad finem mundi; & non ſolum pro perſona & tempore Beati Petri, dictum eſt à Chriſto id Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, ſcilicet paſcendo omnes oues tibi commiſſas. Ioan. 21. ideo præmiſit, Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua, ſcilicet vſque ad finem mundi. & Auguſt. dicens quod hæc promiſsio nihil dicit illuſtre ſi ad ſolam perſonam Petri, & non etiam ad ſucceſſores referatur, & eſt communis gloſſa omnium ferè Doctorum: quam probat Inno. Papa in ſua Epiſtola, quæ inter Epiſtolas Sancti Bernardi eſt. 194. & Matth. 16. Porta inferi non præualebunt aduerſus eam, ſcilicet eccleſiam & fidem eius, ergo Papa errare non poteſt, vt ait propoſitio.

Quod inde magis confirmatur, quia ratione prædictæ promiſsionis ſæpe factæ ſedi Apoſtolicæ & ſucceſſoribus Beati Petri in ipſo Petro eccleſia Catholica in qua ea ſedes deficere non poteſt, errare non poteſt. Nam illa promiſſio à Chriſto ipſi eccleſiæ Catholicæ facta ſpecialiter atque directè ipſi Petro facta eſt: vt per hoc ſignificetur quod ideo eccleſia non poteſt errare & eſt columna & firmamentum veritatis prima Timoth. tertio. quatenus ſuo capiti Papæ videlicet vnitur vt potè ſuo fundamento poſt Chriſtum aut loco Chriſti: cui ſcilicet Papæ ſpecialiter in Petro promiſſum eſt quòd ſua fides non deficiet, nec in eo nec in eccleſia in ipſo fundata. ergo hac eadem ratione eiuſdem promiſsionis eccleſia Romana, ubi eſt & fuit ſancta ſedes Apoſtolica ſimiliter errare non poteſt: & à fortiori nec ipſe Papa ipſam ſedem habens ſi faciat quod in ſe eſt.

Tertiò probatur idem, quia Matt. 18. ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo ibi ſum. ergo à fortiori ubi cum ſuo vicario capite Eccleſiæ fuerint aliqui congregati in nomine Chriſti aderit ipſe Chriſtus ſpecialiter illuminans, eadem ratione qua & in Concilio Generali: quia ſcilicet hic etiam ſunt omnes gradus & ſtatus eccleſiæ, uidelicet Paſtores atque Doctores cum capite ſuo. & ita tota eccleſia ibi virtualiter eſt: non enim numerus perſonarum, ſed qualitas graduum attendenda eſt, ut patet quia Matthæ. decimooctauo ait, Vbi duo uel tres: & non dixit, Vbi omnes aut plures, & in nomine meo, ideſt auctoritate legitima, & in cauſa quæ eſt ad meum honorem, qualis eſt cauſa fidei, quæ nomine eccleſiæ & ad eius utilitatem agitur. 3. ratio.
Neque vnquam in aliquo Concilio Generali omnes Eccleſiæ Paſtores & Doctores ſimul congregati ſunt. Concilium etiam illud Act. 15. fuit Generale ex parte capitis, non autem ex parte omnium; non enim aderant ibi omnes Apoſtoli: ſed Petrus cum aliquibus Apoſtolis & Senioribus Hieruſalem: & tamen ibi dicitur omnis eccleſia; vbi & affuit Spiritus Sanctus. & ſimiliter Paulus Galat. 2. non cum omnibus Apoſtolis ſed cum Petro & paucis alis contulit Euangelium, veluti in quodam Concilio Generali ex parte capitis dumtaxat: vt per hoc doceremur id ſufficere quod dictum eſt ad ueritatem à Spiritu Sancto infallibiliter obtinendum.

Quartò probatur idem, quia ſi in lege veteri ad ſummum ſacerdotem erat recurſus in dubiis legis Diuinæ, qui per ephod & per quædam alia Diuinitus illuſtratus populum docebat Exod. 17. & Leuit. 6. & primo Reg. 23. & 30. à cuius doctrina & ſententia ſub pœna mortis non licebat deuiare. Deuterono. 17. ergo etiam in lege gratiæ Papa maiorem habet illuſtrationem à Deo vt errare non poſsit: nec ab eius diffinitione diſcedere liceat: patet hæc conſequentia ex maiori dignitate ſacerdotii noſtri in lege gratiæ, vbi hoc expreſsè habetur in cap. per venerabilem. qui filii ſint legitimi. 4. ratio.

Quintò probatur idem per auctoritates Doctorum. qui concorditer omnes id ſentiunt, & in ſuis ſcriptis confitentur, cum eccleſiæ Catholicę Generali conſuetudine, miraculiſque Sanctorum, qui ſecundum hanc fidem ſiuè doctrinam vixerunt quæ omnia id efficaciter probant vt ſpra ſeptima propoſitione. quòd ſcilicet, Sancta Romana eccleſia nunquam errauit; & eadem ratione nec errare poteſt in fide & moribus. Idque de ſancta ſede Apoſtolica etiam dicunt, vt ait hæc 10. propoſitio. & expreſsè id dicit Auguſtinus. de baptiſmo contra Donatiſtas libro ſecundo capitulo tertio vſque capitulo 9. & libro ſexto capitulo. 7. capitu. 39. & lib. 5. ratio.

& lib. 7. cap. 1. & ad Caſulanum Epiſtola 86. & Epiſtola. 162. ad Glorium & alios ubi Concilium Tranſmarinum Romanum ſolet appellare, quod eſt Concilium Vniuerſale ratione capitis, ideſt Papæ cum Cardinalibus, ut dictum eſt. Item Beatus Cyrillus ubi ſupra in 8. propoſitione art. 2. allegatus eſt. & Tertullianus de præſcriptionibus hæreticorum & lib. aduerſus Praxeam.; & B. Rhenanus in argumentis & annotationibus ibidem, ubi & allegat Irenæum ad idem. Item Ambro. ſuper prima Timoth. 1. & habetur. 24. q. 1. cap. quæ dignior. Item Hierony. libro 1. & 3. contra Rufinum. di. quod Roma. fides eſt fides Catholica; & Epiſtola. 45. & clarius Epiſtola. 2. & 4. & 7. ad Damaſum Papam & refertur ea. quæſt. cap. quoniam uetus. cap. hæc eſt fides. & Damaſus Papa in Epiſtola 3. uel 4. ad Concilia Africana. & tandem multi alii Doctores atque Pontifices Sancti qui eadem quæſt. cap. rogamus. cap. à recta. cap. memor. cap. in ſede. cap. quoties. & Athanaſius cum Epiſcopis Egypti & Orientis in ſuis Epiſtolis ad Marcum, Liberium, & Fœlicem Papas: & horum ad illos id expreſsè profitentur, & ſæpe dicunt quòd Eccleſia ſanctaque ſedes Apoſtolica quæ eſt in Eccleſia Romana numquam errauit in fide: ſed ſemper Catholica fides atque religio chriſtiana ibi ſeruata eſt. ideo & Hierony. & omnes alii iudicio & examini Papæ, ſuam omnem doctrinam & ſcripta ſua tanquam regulæ & iudici infallibili ſubiiciunt. Ad idem eſt Irenæus lib. 3. cap. 3. ut ſupra propoſitione 7. in fine habetur. Idem Cypr. lib. 1. Epiſtolarum Epiſtola 3. & Bern. lib. 2. & 3. de conſideratione & in Epiſtola 190. ad Innocentium Papam & Epiſtola 174. ad Canonicos Lugdunen. & idem habetur, diſtin. 12. cap. non decet. cap. præceptis. & diſtin. 19. ſi Romanorum & diſtin. 20. de libellis, & C. de ſumma trin. & fide cathol. l. 1. & ſeq. & alibi millies, ut hoc etiam Tho. Walden. in doctrinali fidei. libro 2. art. 2. capitulo 45. uſque capitulo 49. & Axiomata chriſtiana lib. 2. art. 3. cap. 9. & art. 4. cap. 11. 12. 13. latius proſequuntur & Caieta. in quo libello de poteſtate Papæ cap. 9. 11. & Silueſtrina. titu. fides. q. 7. ex cap. maiores: de baptiſmo. dicêtes, quod ultima diffinitio in fide & moribus ad Papam ſpectat, ſecundum Tho. & alios Doctores, ſatis probant. & Turrecremata de poteſtate Papæ lib. 2. cap. 112. & Soto de iuſtitia & iure lib. 1. q. 7. art. 1. & latius in 4. ſententiarum ut ſupra propoſitione nona, in ſecunda probatione habetur. & tandem plenius Albertus Pighius libro 4. capitulo 8. uſque capitulo 14. & 6. & 7. iterum de Eccleſia & ſede Romana & de ipſo Papa idem probat; ubi & ex Euſebio Caſarien. in Eccleſiaſtica hiſtoria libro 5. capitulo 24. & libro. 9. capitulo 38. multa ſatis adducit. & Nicephorus in hiſtoria Eccleſiaſtica ubi ſupra propoſitione 8. in fine allegatum eſt & Oſius in confeſsione fidei Tomo 1. capitulo 28. 29. & iterum contra Brentium libro 2. fol. 125. latius probat & plenius Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ parte 1. capitulo 75. uſque capitul. 19. proſequitur contra Brentium; ex quibus omnibus non ut probabilior opinio, ſed ut de fide uel ſimilis aut paris auctoritatis prædicta propoſitio mihi credenda uidetur: maxime cum limitationibus ſuprapoſitis; id quod etiam ex dicendis amplius patebit.

Sed notentur limitationes prædictæ: quarum prima eſt, quòd Papa diffiniens errare non poteſt: ſecus ſi ut perſona particularis docens aut ſcribens ut Doctor, non utens auctoritate Papali procedit: tunc enim in quacumque cauſa etiam faciens quod in ſe eſt errare poteſt. quia ut particulari perſona non eſt infallibilis nec ei ut tali, ſed ut Papæ utenti autoritate ſua Apoſtolica ad fidem Eccleſiæ & religionem edocendam aſſiſtentia Diuini luminis à Chriſto promiſſa eſt. Tunc autem ut Papa procedit, quando autoritate Papali utens ſententiam fert diffiniendo, mandando & legem ferendo. nota. 1.

Secunda limitatio eſt, ſi ut Papa procedens facit quod in ſe eſt. Nam ſi non facit: tunc etiam ut Papa procedens errare poteſt. Sed quando ut Papa facit quod in ſe eſt? Reſpon. Quando utitur auxilio membrorum ſuorum, illorum maximè uirorum quos nouit Doctiores & Sanctiores & ad id ſufficientes adeſſe, ſimul & inquiſitione diligenti ſine notabili negligentia ipſe cum eis, aut per eos ſcrutatur ſacram ſcripturam & Doctorum libros, Conciliorumque decreta & eccleſiæ conſuetudines & traditiones; cum affectu ueritatis, ſine priuatis affectibus ad temporalia, & orationibus præuiis ipſorum atque fidelium, cum matura deliberatione ſecundum exigentiam cauſæ, ut ſupra propoſitione 9. de Concilio Generali dictum eſt, procedit ad diffiniendum quod circa fidem & mores generaliter in tota Eccleſia tenendum eſt: tunc inquam errare non poteſt, nec diu nec ad modicum tempus ut probatum eſt. Secus ſi ſine prædicta diligentia, aut ſi notabiliter eam negligens: aut ſi ex ſuo ſenſu & affectione uel cogens alios ei conſentire: Papa etiam utens autoritate papali aliquid diffiniat: tunc enim, etiam deliberate errare poteſt. Sed Deus ſuum errorem non diu nec perſeueranter permittet in eccleſiam Catholicam peruenire, ut ſupra propoſitione nona, de Concilio Generali probatum eſt. Id autem in Papa legimus aliquando contigiſſe, ut ait Gloſſa in capitulo Anaſtaſius, & capitulo ſecundum. diſtinctio. 19. & uidetur ad idem capitulo quanto. de diuortiis, & capitulo licet. de deſponſa. duorum. & quidem ſi il-

li

li Pontifices ſic diffiniendo errauerunt, id certè non alia de cauſa fuit, niſi quia quod in ſe erat non feceruut ut à Deo illuminarentur. & ſimiliter de Papa. Ioan. 22. & de quibuſdam aliis refert. Abulen. in 1. prologo ſuper Matth. quæſtio 10. & latius in Matth. 19. quæſtio. 76. & Adrianus in 1. quodlibet artic. 3. & in 4. ſententiarum de ſacramento confirmationis in fine. Item etiam Silueſter ubi infra cum multis aliis, quamuis Caietanus in quodlibeto de Papa cap. 9. & in ſencunda part. Apologiæ de poteſtate Papæ capitulo 13. & 14. & Albertus Pighius libro 4. capitulo 8. & Oſius contra Brentium lib. 2. fo. 97. &c. & Cano de locis theologicis libro 6. cap. ultimo obſtinatè negent aliquem Papam diffiniendo de fide & moribus erraſſe; licet ut perſona particularis aliàs quidem errauerit. & ita ibidem Reſpondet declarando & concordando decreta prædictorum & aliorum Pontificum, qui ab alus erraſſe creduntur. Et fortè iuxta omnia ſupradicta poſſet intelligi & ſaluari quamuis difficilè Slueſter titulo fides quæſtio. 1. & alibi ut ſupra propoſitione 9. refertur. Sed certè ipſe in titulo fides quæſtio. 7. & aliqui alii cum ipſo apertè blaſphemant exemplificantes de Nico. 3. dicentes quòd in ſua decretali. Exiit. de uerbo ſignifi. libro 6. errauit contra Ioan. 22. cum tamen illa decretalis, Exiit ſit poſtea in Concilio Vienen. per Clemen. V. in capitulo Exiui. eo. titu. libro 6. & per multos alios ſucceſſores Romanos, Pontifices confirmata. Quare ſi alter eorum errauit: id potius de Ioan 22. dicendum erat, quia uel in aliis aliàs etiam errauit, uel paruè affectus contra noſtrum ordinem minorum ſine debita diſpoſitione ſic decernere uoluit: uel potius uterque Pontifex ad uerum ſenſum in diuerſis caſibus & temporibus loquens concordandus eſt, uti Caietanus ubi ſupra conatur, de quo & nos alibi in noſtro tractatu ſuper regulam noſtram capitulo. 6. quæſtio. 1. latius egimus eos concordando, & infra. quæſtio. 3. habetur.

Tertia limitatio eſt quòd in rebus fidei & morum errare non poteſt ſi ut Papa facit quod in ſe eſt: ſecus in aliis ſcientiis & facultatibus, cauſis atque negotiis & factiis particularibus, utpotè in diſpenſationibus, priuilegiis, promotionibus, mandatis, ſtatutis & ſententiis diffinitiuis, in litibus & cauſis aliis, ut etiam faciens quod in ſe eſt ut Papa errare & decipi ſæpe poteſt. ut hoc etiam Cano de locis theologicis libro 5. capitulo 5. quæſtio. 5. & inferius quæſtio. 3. latius diſputatur, in ſecundo & tertio dubio poſt argumenta omnia, in fine quæſtionis.

Quartò in propoſitione dictum eſt quòd niſi oppoſitum conſtet manifeſtè credendum eſt Papam procedentem in rebus fidei & morum feciſſe quod in ſe eſt, nec errare circa prædicta, etiam ad modicum tempus, quia ſic ſecundum omnia iura rectamque rationem pro Papa immo & pro quolibet ſuperiore præſumendum eſt.

Tandem quintò dictum eſt, quod ſub crimine & pœna hæreſis uel perfidiæ ſtandum eſt ſupradictæ diffinitioni Papali, quia illi diſcredens diſcredit Eccleſiæ Roma. diffinitioni. hic autem hæreticus eſt & ut talis puniendus, ſicut & qui Catholicę Eccleſiæ diffinitioni diſcredit, ut ait capitulo ad abolendam. & ibi gloſſa. cum concordatis. Item quia Hiero. epiſtola 2. in capitulo hæc eſt fides. 24. quæſtio. prima expreſsè ait, Emendari cupimus à te qui Petri ſedem & fidem tenes. ſi autem hæc noſtra confeſsio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunque me culpare uoluerit, ſe imperitum, uel maleuolum. uel etiam non catholicum ſed hæreticum comprobabit. hæreticum ſcilicet, ſi pertinax fuerit contra Papæ diffinitionem ſupradictam. Et hoc expreſsè etiam ait Caieta. in quodlibeto de poteſtate Papæ capitulo 11. & in ſecunda parte Apologię capitulo 14. ſecundũ Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 1. artic. ultimo & quęſtio. 11. artic. 2. ad 3. & Albertus Pighius ubi ſupra. & Soto in quarto diſtin. 5. q. 1. artic. 2. ad ſecundum argumentum Beati Thom. & Silueſter titulo fides. quæſtio. 1. quæſtio. 7. & Couarruuias in reſolutionibus libro 4. capitulo 16. numero 6. & Simancas de hæreſibus. capitulo 44. § is & ſequen. & capitulo 52. & Caſtro de punitione hæreticorum libro 1. capitulo 4 & de hæreſibus in prologo libro 1. capitulo 8. & inferius titulo Papa. Quamuis Thom. Walden. in doctrinali fidei libro 2. articulo 2. capitulo 19. & 27. malè dicat non eſſe perfidiam ſed Scandaloſam temeritatem & errorem, diffinitioni Papali & Concilii Generalis contraire, aut illi non ſtare.

Has omnes limitationes ſuprapoſitas expreſſè probant Walden. ubi ſupra, excepto illo ſuo errore proximè reprobato, & latius Caietanus etiam ubi ſupra, quamuis nõ tam expreſsè, & Turrecremata de poteſtate Papæ libro 2. capitulo 112. & expreſsius noſter Caſtro de punitione hæreticorum libro 1. capitulo 4. & capitulo 10. & liber Axiomata Chriſtiana libro 2. articulo 3. capitulo 9. ubi ſatis de hoc agitur. & Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ parte ſecunda capitulo 74. & tandem Doctores communiter in hoc concordant, illi etiam qui auctoritati Papali maximè fauent, excepto eo quod Caieta. & Albertus Pighius in ſecunda limitatione ſupradixerunt.

Sed hic duo dubia ſunt enodanda. primum 1. dubi…
poſtquam diffinitio Papalis ſupradicta ſufficit ad rem fidei & morum definiendam, ad

quid

quid ergo congregantur Concilia Generalia, quidvè ad hoc amplius faciunt?

Reſpon. uno modo ſecundum Caieta. ſecunda parte prædictæ Apologię capitulo 13. & Albertum Pighium & alios eiuſmodi opinionis, quòd id fit, non quidem ut certius & infallibilius Spiritus Sanctus aſsiſtat Legitimo Concilio, quàm ſoli Papæ, uel ipſi cum quibuſdam aliis diffinienti ſine Concilio. Nam ut ipſi aiunt certiua aſsiſtit ipſi Papæ ut errare nō poſsit, quàm prædicto Concilio quantumcunque Legitimo & Papæ autoritate ſine eius præſentia perſona li diffinienti. Sed propter fideles fit congregatio Concilii, ut uidelicet populus chriſtianus fa cilius credat Spiritum Sanctum adeſſe diffinitis in Legitimo Concilio & ibi nullum errorem eſſe poſſe: quod non tam facilè crederet quando à ſolo Papa uel ab ipſo cum aliis extra Concilium diffinita eſſent quia Papa ſolus non habet tantam ſapientiam, bonitatem & gratiam nec tam indubitatam acceptionem apud omnes ut ipſum Concilium: nec eius ut Concilii diffinitio tantam habet ſolennitatem. Quæ omnia & humanos animos communiter afficiunt, & multum ualent vt homines perſuadeantur, quòd Spiritus Sanctus ibi adeſt, ut error eſſe non poſsit, ubi hæc omnia, putà in Ligitimo Concilio Generali reperiuntur: & ita eius diffinita à populo chriſtiano ſuauius recipiantur, & credantur ut oportet. Sed certè alio ſecundo modo melius dicendum uidetur, quòd ſcilicet ideo Concilia hæc congregantur, quia ſimpliciter quamuis per accidens, certius nobis eſt Spiritum Sanctum aſsiſtere Legitimo Concilio Generali, ut diffiniendo de fide & moribus errare non poſsit, quàm ſoli Papæ uel ipſi cum qui buſdam aliis extra Concilium: quia ſimpliciter nobis certius & credibilius eſt ipſum Concilium potius quàm Papam extra Concilum facere quod in ſe eſt, ſine notabili defectu ut à Deo illuminetur: nam ſi de utroque æquè nobis con ſtaret non poſſe notabiliter deficere in faciendo quod in ſe eſt, æquè etiam conſtaret à Spiritu Sancto illuſtrari, & utrumque errare non poſſe, & hęc omnia ex ſupradictis in hac. 10. & in præcedente nona propoſitione facilè liquent.

Secundo dubitatur. ad quid ergo Concilium Generale petit Papę confirmationem diffinitorum ibidem, poſtquam de eorum ueritate certi ſumus?

Reſpon. ſecundum Caieta. ubi ſupra capitulo 6. & capitulo 11. & in ſecunda parte Apologiæ, capitulo 17. uſque capitulo 21. & Turrecremata de poteſtate Papæ libro 3. capitulo 6. 8. 38. & Albertum Pighium libro 6. cap. 4. & 5. & latius capitulo 8. uſque capitulo 14. aliosque ſequaces eius opinionis, quòd ſcilicet Concilium prædictum ſine præſentia Papæ poteſt in fide & moribus errare; & ita eius diffinitio quantumuis legitimè celebrati etiam præſidentibus Papæ legatis & eius auctoritate, non habet uim perfecti Concilii, nec infallibilem ucritatem & certitudinem, quouſque per ipſum Papam explicitè uel tacitè conſentientem approbetur & confirmetur. Nam illi pręcipuè & eius ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & ratione eius ipſi Eccleſię Catholicæ & Concilio eam repreſentanti, aſsiſtentia Spiritus Sancti à Chriſto repromiſſa eſt. Ideo ergo ſecundum hanc opinionem petitur Papæ confirmatio ut etiam in fide & moribus corrigatur ab eo diffinitio Concilii ſi il li non placuerit.

Sed certè hæc opinio non uidetur uera, nam etiam Papa ipſe ſtare tenetur prædicti Concilii diffinitioni in fide & moribus: & potius illi quàm Papæ contrariæ diffinitioni in huiuſmodi debent ſtare fideles: uti ea ſupradictis in hac 10. & præcedente 9. propoſitione conſtat, & habetur latius infra. quæſtio. 4. In quo & Victoria & Soto Papalis auctoritatis aſſertores ubi ſupra propoſitione nona in ſecunda probatione allegantur, expreſsè conſentiunt cum Turrecremata.

Igitur Caſtro libro 1. de punitione hereticorum capitulo 6. tres cauſas adducit quare Concilium Generale congregatur. Prima ut omnibus conſtet Papam eiusque legatos idem cum Concilio ſentire: nec ullam ibi fraudem ineſſe, ſicut aliquando in aliquibus decretis Conciliorum per hæreticos intercesſsis, quæ poſtea detecta & per Papam reprobata eſt. Secunda ut ſic ipſe etiam Papa, ſi poſtea in hereſim cadat, ſua ipſius ſubſcriptione ſine ullo ſubterfugio conuincatur. Tertia quia licet non in fide & moribus, at uerò in aliis negociis Concilium Generale errare poteſt, & eius determinatio Papæ ſubiicitur, ut in Concilio Calcedonen. & Niceno contingit. Ibi enim diffinita de fide, per Leonem Papam confirmata; alia uerò negotia ibi decreta quò ad præeminentiam Patriarcharum per ipſum Papam irritata ſunt. Sed ultra has eſt alia, quarta quę mihi potior omnibus uidetur, ut uidelicet diffinitio Concilii per approbationem Papę habeat uim etiam coactiuam ſuper totum populum chriſtianum: nam ſine Papali approbatione expreſſa uel tacita, quamuis diffinitio Legitimi Concilii de fide moribus habeat uim directiuam, cui omnis Chriſtianus ipſe etiam Papa ſtare tenetur, ut ſupradictum eſt: at uerò non habet uim coactiuam, ſicut nec aliæ leges ibi decretæ quouſque per Papam ut diximus expreſsè uel licitè confirmentur, ut in hoc optimè ait Caietanus in quodlibeto de poteſtate Papæ capitulo 12. quia quò ad hoc ſoli Papæ conuenit ſuprema poteſtas

&

& iuriſdictio in Eccleſiæ, ut habetur in capitulo ſignificaſti. de electione, & diſtinctione 17. capitulo regula. dicitur quod nullum ratum eſt aut unquam erit Concilium quod Eccleſiæ Romanæ fulcitum auctoritate non fuerit. Quod etiam dicit de Papa Bea. Thom. 2. 2. quæſtio. 1. articulo ultimo, tunc autem tacitè diffinitio Concilii per Papam approbatur, quando ipſe tacet eam ſciens & uidens, ut talem communiter in Eccleſia teneri & practicari. Nam ſecundum ius, qui tacet conſentire uidetur. Et tales ſunt multæ diffinitiones Conciliorum etiam Prouincialium tacitè per Papam approbatę: contra quas oppoſitum ſentiens in fide & moribus propriè hæreticus eſt, & pœnis ſubiectus hæreticorum, uti ſuperius dictum eſt. Quòd ſi nondum aliquo prædictorum modorum diffinitio Concilii Generalis in fide & moribus per Papam ſit approbata: tunc illi diſſentiens errans quidem & temerarius, & ut talis puniendus eſt. Sed utrum propriè hæreticus, & ut talis puniendus, aut legibus hæreticorum, eorumque rigori ſubiectus ſit, aliquibus uidetur quòd non, aliquibus quòd ſic, quia ut etiam Soto in quarto diſtinctio. 21. quæſtio. 1. articulo 4. ait, Legitimum Concilium Generale plenam iuriſdictionem Iure Diuino habet, ſed hoc noſtri non eſt arbitrii iudicare.

nota corolarium. Ex omnibus ſupradictis fortè habetur reſolutio illius quæſtionis tam odioſe quàm frequenter inter catholicos agitatę, Vtrum Papa ſit ſupra Concilium, uel contra, Concilium ſupra Papam. Videtur enim quod in diffiniendo de fide & moribus æqualis ſint auctoritatis ex quo utrique faciendi quod in ſe eſt, æquè infallibiliter Deus aſsiſtit, ut errare non poſsit: tametſi abſolutè quamuis per accidens, & ubi alter ab altero diſsideret: plus ſtandum eſſet diffinitioni legitimi Concilii Generalis, quàm Papæ: quia credibilius eſt ipſum Concilium quàm Papam facere quod in ſe eſt, & ſe debitè diſponere, ut Diuinitus illuminetur. Quò ad poteſtatem autem iuriſditionis Papa eſt ſupra Concilium, & ſupra totam Eccleſiam: quia ipſe ſolus à Chriſto recepit claues regni cœlorum, & ut Vicarius eius & Paſtor Eccleſiæ inſtitutus ſupremam iuriſditionē habet. Hinc denique liquet abſolute Papam eſſe ſupra Concilium ſicut & ſupra totam Eccleſiam: nimirum quia eſſe ſupra, ſuperioritatem dicit iuriſdictionis, in qua ipſe Papa omnes excedit, ut dictum eſt.

Si autem Papa deſtrueret Eccleſiā & leges eius, & ſi eſſet (quod abſit) hæreticus; quomodo cum eo & ad eius depoſitionem eſſet agendum infra, quæſtione, quinta uſque ad quæſtione, 11. latius habetur.

11. propoſ. PROPOSITIO 11. Sancta Eccleſia Catholica militans in terris non ſolum conſtat ex fidelibus prædeſtinatis, uel etiam iuſtis in gratia exiſtentibus: ſed ex omnibus fidelibus baptizatis, etiam ſi ſint peccatores, & finaliter præſciti uel reprobi. Ita quod hæc militans Eccleſia Catholica non eſt inuiſibilis ſoli Deo nota, ſed uiſibilis & hominibus manifeſta.

Hæc propoſitio negatur à multis hæreticis, ut uel ſic per Eccleſiam de ſuis erroribus conuinci & puniri non poſsint. Sed contra eos probatur nouem rationibus. Primò, quia Apoſtoli erant de hac Eccleſia militante & præcipua pars eius. Epheſ. 4. quoſdam dedit Apoſtolos, &c. Sed Iudas Apoſtolus numquam fuit finaliter prędeſtinatus, ſed reprobatus: ex quo damnatus eſt Act. 1. & Ioan. 17, ubi dicitur filius perditionis: ſed neque erat iuſtus quando fur & latro & diabolus erat, Ioan. 6. & 12. capitulo, & Ioan. 13. Vos mundi eſtis, ſed non omnes: ſciebat enim quis nam eſſet qui traderet eum. Et tamen tunc erat Apoſtolus, ut alii ad Apoſtolatum electi. Matth. decimo. ſecundum Ber. ſermone. 66. ſuper cant. neque perdidit Apoſtolatum quouſque periit ſuſpendio, ut ſignificatur Act. 1. Nam & dum erat peccator peſsimus computatur inter duodecim Apoſtolos Chriſti, ut Matth. 19. 20. 26. ubi aſſumpſit Ieſus duodecim Diſcipulos ſuos: & cum eis diſcumbebat in ultima cœna. Et tunc abiit unus de duodecim Iudas Scarioth. &c. & Luca 22. Et duodecim Diſcipuli cum eo. ergo tunc peccator Iudas & Apoſtolus, pręſcitus erat de Eccleſia militante: & eadem ratione omnes alii eiuſmodi.

Secundò probatur idem, quia mala uita finaliter futura, non facit hominem iniuſtum de pręſenti, nec excludit eum ab Eccleſia: Iudas enim aliquando fuit bonus, ſaltem quando uocatus à Chriſto, uel quando in Apoſtolum electus eſt, ut Lyra. & Chryſoſto. ſuper Ioan. 6. & Beat. Hierony. libro tertio contra Pelagianos, uti de hoc etiam agit Vega de iuſtificatione libro 12. capitulo ſecundo, cum pluribus aliis uerius tenent: quamuis Rupertus cum quibuſdam oppoſitum ſentiat. Et ſimiliter Saul quando fuit electus in Regem. primo reg. 10. & 13. Vt ait Ambro. ibidem. & Matth. 19. Vos qui ſecuti eſtis me &c. ergo peccator etiam pręſcitus de Eccleſia eſt. facit etiam prima Pe. ſecundo, qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei. & Epheſ. 2. Eratis tunc alienati &c. Sequitur. iam autem non eſtis hoſpites & aduenæ &c. & capitulo quinto, Eratis aliquando tenebræ. Nunc autem lux in Domino &c. & prima Ioan. tertio. Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt. & primo Corinthio. 12. In uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus. ergo per baptiſmum efficimur de corpore Chriſti, & de Eccleſia.

Tertiò

Tertiò probatur idem, quia quilibet ſpiritualiter regeneratus per fidem & ſacramentum baptiſmi fit & eſt membrum corporis Chriſti myſtici uel Eccleſiæ Catholicæ, ut patet ſupra. & ad Rom. 3. Quotquot baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. Et ad Titum tertio Saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis &c. neq; deſinit eſſe membrum & filius Eccleſiæ ſiue chriſtianus per peccatum mortale, quamuis ſit membrum infirmum ſeu etiam aridum, uel putridum malusq; filius ſiue Chriſtianus. Quia ſicut neque deſinit eſſe ſarracenus, de ſecta & profeſsione Mahometi dum manet in eius profeſsione quamuis malè ſeruet legem & ritus eius. Sicut etiam non deſinebat olim eſſe iudæus profeſsione & de ſynagoga iudæorum, qui erat circuncifus ſecundum legem Moyſi; quamuis etiam malè ſeruaret, neque bonus iudæus eſſet, quales erant illi phariſæi quos Chriſtus de tranſgreſsione legis arguebat Matth. 23. & 15. Generatio praua & adultera, quare & uos tranſgredimini mandata Dei, &c. & Ioan. 7. Nemo ex uobis facit legem. & Roma. 2. Per præuaricationem legis Deum inhonoras tu iudęus cùm ſis, ut ibi pauló ſuperius habetur. Ita nec peccator deſinit eſſe profeſsione chriſtianus & filius Eccleſię. Quod amplius patet, nam aliàs oporteret quoties quis à peccato reſurgit, iterum per baptiſmum regenerari: ex quo in Eccleſia non eſt aliud ſacramentum regenerationis in membrum corporis Chriſti myſtici. hoc autem conſequẽs ne ipſi quidem hæretici concedunt, præter quoſdem eorum Anabaptiſtas: nam eſt contra Epheſ. 4. Vnus Deus, una fides unum baptiſma. Et Hebr. 6. impoſsibile eſt ite rum renouari ad pœnitentiam. ergo nec antecedens illud unde hoc ſequitur concedendum eſt, quòd ſcilicet per quodlibet mortale homo deſinat eſſe chriſtianus, uel de Eccleſia Catholica in qua erat. Sed neque perditur fides niſi per hæreſim uel Infidelitatem pertinacem, ut eſt communis ſententia Doctorum in tertio ſententiarum diſtinctio. 23. & Vega de iuſtificatione libro 14. capitulo 8. & 9. latius probat contra Lutheranos. de quo & eſt expreſſa diffinitio Concilii Tridentini ſeſsione 6. canon. 28.

Quartò probatur idem, quia Eccleſia militans debet eſſe uiſibilis & hominibus manifeſta, non autem inuiſibilis & mathematica uel methaphiſica. Prædeſtinatio autem uel gratia iuſtificans non poteſt regulariter de aliquo homine certò & infallibiliter cognoſci ſine ſpeciali reuelatione. ergo defectus illius nec facit, nec tollit Eccleſiam, uel eſſe membrum eius aut chriſtianum conſequentia patet cum minore.

Et maior tripliciter probatur. Primò quia niſi nota eſſet Eccleſia utique non poſſemus implere præceptum illud Matth. 18. dic Eccleſiæ & ſi Eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ut & ethnicus &c. ubi etiam conſtat quòd peccator ibi denunciandus, de Eccleſia ipſa eſt. Neque ad Eccleſiam inuiſibilem & occultam confugere poſſemus pro remedio ſpirituali in dubiis & neceſsitatibus noſtris. Sed neque poſſemus illi obedire, intra eamque manere, extra quam non eſt ſalus; ſi illam utpotè inuiſibilem & nobis occultam audire aut certò cognoſcere non poſſemus ubi & in quibus perſonis eſt. Quæ tamen Matth. quinto, debet eſſe omnibus lucens ſuper candelabrum poteſtatis ſuæ & ciuitas patens ſupra montem poſita.

Item ſecundò eadem maior probatur: nam in ſynagoga Deus quondam prouidit de certò loco, certiſque hominibus manifeſtis ad quos in dubiis erat recurrendum ut patet Deut. 17. capitulo, multò ergo magis in lege gratiæ Chriſtus ipſe prouidit de hominibus certis & manifeſtis in ſua Eccleſia etiam manifeſta, ad quos pro remedio ſpirituali recurrendum eſt: ne omnia confuſa, incerta, & plena ſcandalis & diſſenſionibus ipſam Eccleſiam omnino diſtruerent quod certe ſequeretur, ſi ut uolunt hęretici inuiſibilis tantum & in paucis hominibus iuſtis ſoli Deo notis contracta Eccleſia Catholica ab ipſo eſſet inſtituta.

Item Tertiò eadẽ maior probatur. nam Act. 15. ad uiſibilem Eccleſiam ex uiſibilibus manifeſtis que perſonis conſtantem & ad certum locum Hieruſalem uenit Paulus & Barnabas: ubi non ſolum Apoſtoli ſed multi alii etiam fideles de Eccleſia uiſibiliter erant: & uiſibilis Eccleſia conſtans ex omnibus ipſis, ubi erant aliqui peccatores nondum in gratia confirmati, congregata eſt ad decernendum de legalibus, uiſibiles etiam erãt Eccleſiæ perſonęque fideles earum de quibus 2. Corinthio. 8. dicitur quòd frater Pauli habebat laudem per omnes Eccleſias: alioqui ab eis laudem habere non poſſet: neque Paulus ſocios ſuos ad illas Eccleſias mittere poſſet, niſi illæ uiſibiles eſſent, & hominibus manifeſtæ. In quibus tamen aliqui peccatores erant, & præſciti & reprobati, quamuis pauci & occulti, ſicut & nunc in Eccleſia Catholica multi ſunt.

Quintò principaliter probatur propoſitio, quia prima Corinth. 5. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare? id eſt de his qui ſunt extra Eccleſiam: nonne de his qui intus ſunt, id eſt, intra Eccleſiam, uos iudicatis? nunc autem de his tantum qui ſunt intra Eccleſiam Paulus iudicans ibidem ait, Auditur inter nos fornicatio qualis nec inter gentes, &c. & inferius, Si quis frater nominatur inter uos, fornicator aut auarus, &c. & capitulo ſexto. ait ſed uos iniuriam facitis, & fraudatis, &c. & capitulo 11. Conuenientibus uobis in unum iam non eſt Dominicam

cœnam

cœnam manducare: Et ſępius in ſuis Epiſtolis ipſe & alii Apoſtoli indicant & reprehendunt grauiter peccata fidelium. Et etiam Matth. 18. peccator chriſtianus denuntiari iubetur Eccleſiæ illo ordine tradito à Chriſto, ergo peccatores illi tunc intra Eccleſiam erant, & eſſe poſſunt illi etiam qui non ſunt prædeſtinati. Sicut & prima Corinthio. 12. Paulus ait. Vos eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Et capitulo 1. ait. Paulus Eccleſię Dei quæ eſt Corinthi ſantificatis in Chriſto Ieſu uocatis ſanctis cum omnibus qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco &c. in quibus tamen ſciebat aliquos eſſe peccatores, aut tandem reprobatos, quos in capitulo 3. & ubi ſupra. & capitulo 6. 9. 15. 16. & ſecunda Corinthio. 1. & 13. cap. de multis peccatis acriter reprehendit. quod etiam magis inde confirmatur, quia remiſsio peccatorum non niſi in Eccleſia eſt & eius claues ad peccata remittendum præcipuè ſunt & exercentur ſuper peccatores, qui de Eccleſia & eius membra per fidem quamuis infirma putrida aut etiam mortua ſine charitate ſunt.

Sextò probatur idem, quia Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt, ſcilicet iudicio condemnationis, iudicio autem diſcuſsionis uel examinationis fideles tantum de Eccleſia iudicandi ſunt in iudicio finali. Nunc autem ibi diſcutientur & iudicabuntur multi peccatores fideles de Eccleſia; de quibus Matth. 25. habetur; Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, ſitiui & non dediſtis mihi bibere, nudus fui & non cooperuiſtis me, peregrinus fui & non recepiſtis me &c. Ite in ignem æternum. ergo peccatores finaliter damnandi non prædeſtinati ſunt de Eccleſia, ſicut & illi tunc erant.

Septimò probatur idem. quia Eccleſia militans uocatur & eſt area Chriſti Matth. 13. Mundabit aream ſuam & paleas comburet. ergo cum granis iuſtorum ſunt ibi admixtæ paleę iniquorum, qui in iudicio finali uentilandi & comburendi ſunt. Et omnes illi ſunt de numero Eccleſię. Facit & Matth. 13. Parabola de ſagena Eccleſiæ militantis bonos & malos piſces congregantes: & non niſi in fine mundi Angeli ſeparabunt malos & omnia ſcandala de Regno Chriſti, quod eſt Eccleſia & foras emittent. Item alia parabola Matth. 25. de decem uirginibus, ideſt de uniuerſis fidelibus, ſiue Chriſtianis: quarum quinque fatuæ, ideſt, multi peccatores ibi exiſtentes ſine oleo charitatis cum ſola lampadæ fidei mortuæ in iudicio finaliter per Chriſtum excluſæ ſeparabuntur, ſecundum Auguſtin. Chryſoſt. Grego. in morali. libro 13. capitulo 5. & libro 31. capitulo 12. & homilia. 38. ſuper Euangelia & communiter Doctores. Item Matth. 16. dicitur ſupra hanc petram, ideſt, ſupra fidem meam quam de me confeſſus es: uel ſuper confeſsionem fidei de me, quod eſt idem quod ſupra me ipſum creditum principaliter, & minus principaliter & ſecundariò ſupra teipſum Vicarium meum, ędificabo Eccleſiam meã ut omnes Doctorum expoſitiones conueniant. ergo dum homo manet in fide Chriſti eiusq; confeſsione & profeſsione per baptiſmum facta, ſemper eſt intra Eccleſiam, & de numero membrorum eius atque chriſtianus, etiam ſi merito non ſit is qui malus chriſtianus & extra gratiá Dei eſt.

Octauò probatur idem. quia ſi in ſolis iuſtis uel prędeſtinatis eſt uera Eccleſia Catholica ut uolunt hæretici: cum ſæpe contingat eos non eſſe Sacerdotes Pręlatos ſiue Doctores, iam tunc uel dabitur non eſſe corpus Chriſti myſticum: uel Eccleſia non conſtare ex diuerſitate membrorum habentium uarios gradus ſtatus, & officia, & dona ſpiritualia Eccleſiaſtica: uel per ſolam gratiam, aut finalem prædeſtinationem omnibus occultam omnes ſimul inuicem, nunc eſſe nunc deſinere. & identidem eſſe prelatos ignotos ſiue Paſtores & ſubditos Doctores & Sacerdotes indifferenter: id quod euidens & intollerabilis confuſio membrorũ Eccleſiæ ipſiusq; iactura & deſtructio eſt. Quod & apertè eſt cõtra id Roma. & prima Corin. 12. ſicut in uno corpore multa membra habemus &c. & Epheſ. 4. Dedit quoſdã Paſtores atq; Doctores &c. uti ſuperius ꝓpoſitione ſecunda latius habẽt.

Nono probatur idem, quia etiam ſi in ſolis iuſtis uel prædeſtinatis maneret Eccleſia: utique niſi de his uel illis manifeſtè conſtaret, cenſendum eſt Eccleſiam manere ubi hucuſq; habita uel æſtimata eſt. Nam cum ea quæ hucuſq; fuit uel Catholica habita eſt conſtans ex iuſtis ſimul & peccatoribus, non ſit poſsibile moraliter loquẽdo eos omnes à gratia decidere & non eſſe prædeſtinatos, neq; ut hoc etiá interim detur argumento, id magis cõſtat de his qui catholici hucuſq; habiti ſunt, quàm de illis nouatoribus aut hæreticis ſe iactantibus eſſe iuſtos uel prædeſtinatos. Igitur etiam ſecundum omne ius & rationem humaná niſi aliud euidenter, aut per miraculum uerũ, aut per certá reuelationẽ probetur, rationabilius eſt quod uera Eccleſia Catholica ſit aut permaneat in quibus ante viſibiliter manebat aut manere credebatur, quiq; chriſtiani & catholici habebãtur & erãt in hac poſſeſsione, ſint iuſti, ſint etiá peccatores: quã ꝙ propter incertitudinẽ gratię & prædeſtinationis horũ vel illorũ Eccleſia prędicta de his idẽtidem trãſeat, aut tranſire dicatur ad illos. Minus nãq; credendũ eſt nouellis iſtis hæreticis dicẽtibus ſe eſſe iuſtos vel prædeſtinatos, & ex conſequẽti in ipſis tantũ Eccleſiam uerè Catholicam eſſe, etiá ſi per impoſsibile ſimul ueram fidem haberent: quàm nobis qui ab antiquo de uiſibili Eccleſia Catholica Chriſtiani habiti ſumus. Neque ſumus repellẽdi ab hac antiqua noſtra poſſeſsione,

quouſq;

quouſque ſufficienter, ſcilicet, ad Kalendas græcas, illi oppoſitum comprobarent. Et quidem qua ratione Eccleſia verè Catholica negatur eſſe in his aut in illis. qui à nobis certò cognoſci non poſſunt ſint ne iuſti an prædeſtinati: eadem quoque negaretur ſimpliciter alicubi eſſe aut manere Eccleſiam Catholicam: id quod etiã apud ipſos hæreticos abſurdiſsima hæreſis eſt, quæ tamen ex ſua ipſorum hæreſi conſequitur.

Ita patet hæc vndecima propoſitio probata: cuius oppoſitum eſt hæreſis Witcleff condemnata in Concilio Conſtantien. ſeſſ. 8. & 15. nunc demum contra Lutheranos in Concilio Tridentin. ſeſſ. 6. canon. 28. de quo & latius Auguſt. de vtilitate credendi ad Honoratum contra Fauſtum lib. 13. cap. 16. & de vera & falſa religione. c. 6. & tract. 1. ſuper Canonica Ioan. 31. in fine. & lib. de baptiſmo contra Donatiſtas. & tomo 6. collatione 3. contra eos. & in lib. Epiſtolarum Epiſtola 48. ad Vincentium Donatiſtam. & refertur de conſecr. diſtin. 4. cap. eſt vnitas. & de fide ad Petrum cap. 43. firmiſsimè tene. & Athanaſius ſuper id Coloſſen. 4. In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt. & Bernard. ſermo. 66. ſuper cantic. De quo & latius agunt Tho. Walden. in doctrinali fidei lib. 2. articulo 2. capi. 8. vſque cap. 11. & cap. 28. & Turrecremata de poteſtate Eccleſiæ libro 1. & Roffenſ. & Ioannes Cochlæus de auctoritate Eccleſiæ. & Driedon de dogmatibus Eccleſiaſticis libro 4. capi. 2. in ſecunda eius parte. & noſter Horantius de locis Catholicis. libro ſexto. noſter etiam Medina de recta in Deum fide lib. ſeptimo cap. 22. 23. & liber Axiomata Chriſtiana libro ſecundo articulo tertio cap. 12. 13. 14. & tandem Caſtro de hæreſibus tit. fides, & tit. Eccleſia, & latius Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ. capi. 18. vſque capi. 38. Item Vega de iuſtificatione libro 14. capi. 8. & 9. vbi & probat quòd non per quodlibet mortale perditur fides, nec ſola infidelitas aut hæreſis mortale peccatum eſt, vt impiè ſibi fingunt nouelli quidam hæretici.

Dubium. Sed dubitatur. Secundò vtrùm excommunicati, ſchiſmatici, hæretici, & apoſtatæ ſint de Eccleſia?

Reſpon. Reſpondeo quamuis ſint Catholicorum opiniones: tamen de excommunicatis communiter tenetur quod ſunt de Eccleſia & Chriſtiani: quãuis propter ſua peccata à participatione bonorum eius atque fidelium eiecti ſint. Similiter dicitur de ſchiſmaticis illis tantum qui nulla hæreſi ſunt infecti. De hæreticis autem adhuc lis ſub iudice pendet. nam Victoria in prima relectione de Eccleſia. quæſtione prima. numero 6. & Soto in quarto diſtinctione 22. quæſtione 2. articulo 2. Et cano de locis Theologicis lib. 4. capi. 2. cum pluribus aliis. quibus fauere videtur capi. firmiter. de ſumma trinitate & fide Catholica, & de conſecratione diſtinctione prima. capi. Eccleſia. Item Simancas de hæreticis. ca. 23. 29. 30. tenent quod non ſunt de Eccleſia. Sed oppoſitum tenet Caſtro de punitione hæreticorum lib. 2. c. 24. ad quod accedit Caietanus in quodlibeto de poteſtate Papæ ca. 22. ſecundum Tho. 22. quæſt. 10. artic. 3. ad 3. cum multis aliis.

De apoſtatis verò communiter tenetur quod non ſunt de Eccleſia; ex quo iam fidei eius, eiusq; profeſsioni & obedientiæ Eccleſiæ ſimul & nomini Chriſtiano per alterius ſectæ profeſsionem penitus renuntiauerunt, & extra Eccleſiam omnino exierunt: quamuis propter iniurioſam apoſtaſiam per Eccleſiam, ſicut & propter aliam iniuriam infideles puniri poſſunt. Sed prædicti omnes ſunt Chriſtiani, quatenus retinent characterem baptiſmalem indelebilem, vt hoc etiam ait Soto in 4. diſtinctione 1. quæſtione 4. artic. 5. & diſtinctione 39. quæſtione 1, artic. 2. in fine. ſicut religioſus aut ſeruus, aut ciuis fugitiuus ad ſuam adhuc religionem ciuitatem aut dominum pertinet, dum per ſuſceptum ſignũ vel profeſsionem illi & non alteri factus obnoxius eſt.

Dubitatur ſecundò. Vtrum per peccatum mortale perdatur poteſtas & iuriſdictio Eccleſiaſtica vel ſecularis? *2. Dubium.*

Reſpondeo quòd Eccleſiaſtica non perditur: neque propter peccatum mali miniſtri tollitur effectus aut fructus ſacramentorũ ex opere operato. Et oppoſitum dicere eſt hæreticum, vt contra Witcleff & Lutheranos probat latiſsimè Th. Walden. lib. de Sacramentis. cap. 3. vſque ca. 16. & cap. 145. 146. & lib. de Sacramentalibus tit. 8. cap. 72. & titu. 9. cap. 74. & Victoria in ſecunda relectione de Eccleſia quæſtione 2. fol. 135. id tangit. & latius proſequitur Soto in 4. diſtinct. 1. quæſtione 5. art. 5. & diſtinctione 20. quæſtio. 1. artic. 3. & 4. & diſtinct. 25. quæſtione 1. artic. 4. *Reſpon.*

Poteſtas etiam ſecularis & dominium ſeculare ſiue ciuile non perditur per peccatum, vt contra eoſdem hæreticos & Armachanum libro 11. cap. 4. ſatis probat Victoria in prima relectione de inſulanis. quę eſt 4. In ordine quęſtione prima. fol. 295. & Soto de Iuſtitia & iure libro 4. quæſtione 2. artic. 1. & oppoſitum vt hæreticum in Concilio Conſtantien. vbi ſupra contra Witcleff condemnatum eſt.

Contra ſupradictam vndecimam propoſitionem arguunt hæretici quadrupliciter. Primò Roma. 8. Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic nõ eſt eius. & 1. Ioan. 2. Ex nobis prodierunt, ſed nõ erant ex nobis. *1. argum.*

Item ſecundò, quia Epheſ. 4. Vnum corpus, vnus ſpiritus, vnus Dominus; vna fides, vnum baptiſma. Ecce quòd niſi ſit vnus Spiritus Sanctus viuificans corpus Chriſti myſticum per gratiam, qua omnia membra ſibi communicant ſua bona ſpiritualia vt ſit communio Sanctorum; omnia alia non ſufficiunt ad efficiendum corpus Chriſti myſticum, neque membrum de cor- *2. arg.*

pore eius vel de Eccleſia verè Catholica. & ad idē eſt 1. Corinth. 12. In ſpiritu, ſcilicet ſancto, viuificante per gratiam, omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus: & vno ſpiritu potati ſumus &c. & multæ aliæ ſimiles auctoritates ſunt ad idem.

3. arg. Tertiò quia ſicut Iudæi per tranſgreſsionem legis Moiſi & per peccatum deſinebant eſſe verè Iudæi & de ſynagoga. Apo. 2. & 3. Qui dicunt ſe eſſe iudæos, & non ſunt ſed ſynagoga Sathanæ. & Rom. 2. Si præuaricator legis ſis: circuncisio tua præputium facta eſt: non enim qui in manifeſto iudæus eſt &c. Ita ergo & de Chriſtianis dicendum eſt.

4. arg. Quartò quia Eccleſia Catholica eſt ſancta ſine macula & ruga. Ephe. 4. & ad Titum 3. Mūdans eam lauacro &c. & Cant. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. non autem eſſet tota pulchra ſine vlla macula ſi peccatores intra ſe haberet aut ex ipſis conſtaret.

Reſpon. ad 1. arg. Reſpondeo ad primum argumentum ſecundum Aug. & Nicol. Lyr. & Doctores cōmuniter, vt etiam Tho. Walden. vbi ſupra cap. 11. & Vega de iuſtificatione lib. 12. c. 8. latius referunt, quòd peccator non eſt membrum Chriſti viuum per gratiam, neque eſt de Eccleſia per meritum aut per finalem prædeſtinationem: ſed eſt de numero Chriſtianorum & de Eccleſia per fidei profeſſionem & ſacramentorum communicationem. quod & potius ſignificatur ibi. 1. Ioan. 2. Ex nobis prodierunt. cum enim inde prodire non poſſent: vbi ante non erant: fit certè vt quamuis illi de Apoſtolorum ſocietate & de Eccleſia non eſſent merito & finali prædeſtinatione: fuerint tamen numero & per ſacramentorum communicationem, quouſque per hæreſim manifeſtam, vel per Apoſtaſiam inde recedentes penitus exierunt. Adde quòd licet homo mortuus verus homo non ſit: quia ex anima & corpore non conſtat, quæ ad ſubſtantiam hominis requiruntur: at verò corpus & membrum eius mortuum verum corpus & membrum eius eſt in eo exiſtens quāuis viuum non ſit, habent enim ea quæ ad ſubſtantiam corporis & membri requiruntur. Ita baptizatus homo membrum verum corporis myſtici vel Eccleſiæ & per fidem & eius profeſsionem, quamuis viuum per gratiam non ſit.

Poteſt etiam aliter dici. Primò quòd ſi ſecundum 9. Ethicorum. cap. 9. membrum aridum vel mortuum non propriè dicitur membrum corporis viui, ſed analogicè vt homo pictus, quatenus habet ſitum & motum in illo corpore: at verò dicitur pars eius. Ita peccatores ſunt non propriè ſed analogicè vel imperfectè membra: ſunt etiam veræ partes corporis Chriſti myſtici, id eſt Eccleſiæ militantis. Secundò dici poteſt quod ibi in 1. Ioan. 2. Ex nobis exierunt &c. loquitur Ioannes de quibuſdam Pſeudoapoſtolis tantum: qui licet prius fuerint de familia & ſocietate Chriſti & diſcipulorum, non tamen de numero vel collegio. 12. Apoſtolorum nec illorum 72. diſcipulorum à Chriſto ſpecialiter electorum vt ait Cano vbi ſupra.

Reſpon. ad 2. arg. Ad ſecundum ex Epheſ. 4. &c. Reſpondeo, quòd ibi agit Paulus de membris viuis in corpore Chriſti myſtico perfectè inſitis & fructuosè, nō ſolum numero ſed etiam merito vel per gratiam. Nam hic eſt fructus, finis, vel effectus profeſsionis fidei, qui confertur & obtinetur per baptiſmum, ſi non ponatur impedimentum ex parte noſtra. Poteſt etiam dici ſecundum Tho. tertia parte. quæſt. 8. artic. 3. ad ſecundum, quòd omnis baptizatus habens fidem informem, ſuſcipit influxum interiorem & ſpiritum fidei quò ad hūc actum vitalem ſupernaturalem, qui eſt credere, quo vnitur aliis fidelibus & communicationem habet intra Eccleſiam: quod ſufficit vt ſit membrum eius numero, quāuis non merito. Corpus autem ipſum Eccleſiæ nunquam poteſt eſſe ſine ſpiritu fidei & gratiæ in aliquibus perſonis eius; in quibus verificatur cōmunio Sanctorum, vt ſuperius propoſitione 2. 3. & 4. latius habetur, de quo corpore Chriſti myſtico, omnes auctoritates prædictæ loquuntur. Cum quo ſtat, quod aliqui peccatores vt partes viles corporis ipſius communicantes ſpiritu fidei, per eius profeſſionem factam in baptiſmo, ſint numero tantum & non merito, neque cum fructu membra ipſius Eccleſiæ: ſicut & arida vel infirma immo mortua etiam membra in ſuo corpore manent: & aridi palmites in ſua vitæ: quouſque vel per hæreſim & apoſtaſiam, vel per mortem inde decidant vel abſcindantur. Et ita vt ait Oſius in confeſſione fidei tomo 1. cap. 30. & Eraſmus in reſponſione ad 31. cenſuram Parilien. contra eum, & in Concilio Colonien. & poſt in Maguntino anno Domini 1549. celebrato declaratur quod cōmunio Sanctorum eſt ſocietas fidelium; qui in Epiſtolis Pauli & ſacra ſcriptura vocantur Sancti; quia ſunt Deo dicati per fidem: & ita communio Sanctorum eſt diffinitio ipſius Eccleſiæ: ex qua ſequitur altera communio omnio bonorum operum inuicem inter ſe apud Deum: dum propter merita vnius, Deus benefacit aliis. pſalmus 118. Particeps ego ſum omnium timentium te, hic & in alio ſeculo. Item idem Oſius vbi ſupra. cap. 57. dicit quòd communio Sanctorum eſt, per quam credimus intra Eccleſiam Chriſti nos obtinere remiſsionem peccatorum, vt ſic puri habeamus vitam æternam quam ſperamus. Ideo loco huius Sanctorum communionem in ſymbolo Conſtantinopolitano ad maiorem declarationem habetur, confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum, quia videlicet hæc communio Sanctorum, ideſt fidelium, pertinet ad vnitatem vnius Eccleſiæ, cui per baptiſmum incorporamur & ſanctificamur, cōtra ſchiſmata illam diuidentia.

Ad tertium argumentum reſpondeo id planè negando *Reſpon. ad 3. arg.*

negando. & ad Apocal. 2. & 3. dico ibi fieri ſermonem de Iudæis qui dicunt eſſe Iudæos ſpiritualiter, id eſt verum Deum confitentes ſecundũ ſui nominis interpretationem, & non ſunt, ex quo Chriſtum & eius fidem perſequuntur. neque enim tunc Angelus ille ex parte Chriſti approbat Iudæos illos volentes viuere ſecũdum legem Moiſi, iam mortuam in lege gratiæ iam promulgata, vel incipiente per totum mundum promulgari. & illud Rom. 2. intelligitur non de profeſſione legis ſed de eius fructu: ita videlicet quòd dum Iudaiſmus erat in ſua vi, eius circunciſio & profeſsio erat fructuoſa ex opere operantis; ſi ea lex obſeruaretur ab eis: aliàs autem non magis quàm ſi circuncisi non eſſent. non tamen per tranſgreſsionem legis illius definebant eſſe profeſsione iudæi, & de numero illius ſynagogæ. & quò ad hoc bene conſonat ſimilitudo de Chriſtianis malè viuentibus vti ſæpe dictum eſt.

[illegible] ad 4. Ad quartum argumentum reſpondeo negando minorem. Dico enim quòd Eccleſia dicitur ſancta, tota pulchra, & ſine macula, vt ſupra in propoſitione 2. notatum eſt. Tum primò ſecundum Cyprianum in expoſitione ſymboli, ibi, credo vnam ſanctam Eccleſiam, à ſanctitate & puritate regulæ veræ fidei & legis Chriſti & ſacramentorum quæ profitetur, quibus regitur & conſiſtit, & à ſordibus peccatorum purificatur & decoratur. Hæc enim omnia nullam maculam falſitatis aut peccati corde, ore, opere, admittunt. Tum ſecundò à ſanctitate ſtatuum, graduum, donorum, & officiorum ſpiritualium, vel Eccleſiaſt. quibus regitur Eccleſia ad ſuum finem ſupernaturalem, quorum etiam varietate & gratia decoratur. Et ita propriè ſine vlla figura ſynecdoches, dicitur & eſt Eccleſia tota pulchra & laudatur in omnibus membris materialibus & formalibus ſuis: à capite ad pedes vſque Cantic. 4. & 7. capi. quia ſcilicet in omnibus gradibus & officiis Eccleſiaſticis & legibus, & doctrina fidei & morum, & ſacramentis, quæ Eccleſiam formaliter conſtituunt; tota pulchra & ſine vlla macula eſt. Et doctiſsimus Frater Michael de Medina, lib. ſeptimo de recta in Deum fide capite 23. probat quod ex Paſtoribus, Doctoribus, Sacerdotibus, Confeſſoribus, Martyribus, Virginibus, Continentibus, Coniugatis, Pœnitentibus, Actiuis, Contemplatiuis, Clericis & Monachis, tanquam ex ſuis membris etiam materialibus cõſtat & ornatur Eccleſia Catholica: & eſt Regina & ſponſa Chriſti tota pulchra in veſtitu deaurato circundata varietate. Tum tertiò, à ſanctitate multarum perſonarum quæ ſemper fuerunt, ſunt & erunt in Eccleſia vſque ad finem mundi: ex quo portæ inferi non præualebunt aliquando aduerſus eam, Matth. 16. & ſupra propoſitione 2. dictum eſt. Et ita per ſynedochem Eccleſia tota dicitur ſancta, à parte principaliori totum denominando. Sicut ciuitas, vniuerſitas, aut concio aliqua ſiue religio dicitur, diues, nobilis, illuſtris, docta, aut ſancta, à quibuſdam paucis perſonis eius principalibus, diuitibus, nobilibus, illuſtribus, aut ſanctis, vel doctis ibi exiſtentibus, ſimul cum pluribus aliis pauperibus, vilibus, indoctis, & peccatoribus. Nam & à nobiliori fit abſoluta denominatio. Sicut & perſona dicitur tota pulchra, propter nobiliores quaſdam partes corporis eius apparentes ſimul cum debita earum diſpoſitione; licet in ea ſint quædam alia occulta membra, fœda quidem aut vilia, ſed ornamẽtis ſuis exterius debitè ornata, quibus tota ipſa perſona pulchra eſt & apparet: ita in Eccleſia eſt ſuus ornatus ſacramentorum aliorumque donorum & operum ſanctorum; per quæ pulchritudo gratiæ obtinetur, qua fœditas peccatorum ab omnibus fidelibus aufertur, & peccator homo totus pulcher redditur atque decorus: & ita tota ipſa Eccleſia coram Deo & hominibus pulchra fit, & apparet, vt habetur Epheſ. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ vt exhiberet ſibi ipſe glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam, vt ſit ſancta & immaculata &c. quod de Eccleſia nunc militante vt dictum eſt per gratiam, & finaliter de ipſa in alia vita vel in triumphante ſecundum Aug. aptiſsimè intelligitur: nam hic incipit vt illic perficiatur.

Ex ſupradictis conſtat non rectè nec ſatis cautè, Tho. Walden. in doctrinali fidei libro 2. articulo 2. cap. 12. & 28. & quoſdam alios cum eo dicere, eſſe duplicem Eccleſiam militãtem, quarum altera ſit inuiſibilis & ſpecialis iuſtorum tantum & prædeſtinatorum: de qua intelligitur id Cant. 4. Tota pulchra es &c. & aliæ eiuſmodi auctoritates ſupradictæ. Altera ſit cõmunis vel vniuerſalis & viſibilis, conſtans ex omnibus fidelibus etiam peccatoribus. Hæc, inquam, diſtinctio non eſt tuta, nec vera in rigore, niſi ad bonum ſenſum, qui infra habetur intelligatur, vt hoc etiam notauit Echius contra Buccerum & proteſtantes in ſexta annotatione ſua, ſuper ſexto articulo libri oblati Carolo Imperatori à Lutheranis vel proteſtantibus in Germaniam folio. 54. & Auguſtinus collatione 3. contra Donatiſtas tomo 6. Nam prima pars illius diſtinctionis videtur accedere ad dictam hæreſim Lutheranam iam reprobatam in præfata vndecima propoſitione. Nam vt conſtat ex ſupradictis vnica eſt Eccleſia Catholica militans in terris continens omnes gradus, ſtatus & varia dona, & officia Eccleſiaſtica conſtas ex iuſtis & peccatoribus baptizatis. Illa autem ſpecialis Eccleſia ſanctorum tantum & prędeſtinatorum aliquorum vel etiam eorum omnium non eſt Eccleſia Catholica, quamuis ſit pars eius præcipua, ſicut nec caput, ac pectus, nec anima aut corpus hominis eſt homo, ſed pars hominis. nam & in illis iuſtis duntaxat ſæpe contingere po- Coroll.

Y 2 teſt

teſt non eſſe omnes poteſtates & gradus Eccleſiæ Catholicæ neque Papatum vt ſupra in octaua propoſitione oſtenſum eſt. Sed neque eſt neque dici poteſt Eccleſia particularis vt Eccleſia Toletana. Laodicen. Smirnæ &c. De quibus Apo. 1. dicitur ſeptem Eccleſiis &c. quia vt ſit Eccleſia particularis vel regnum, debet habere ſuas leges ſpeciales, ſummque tribunal & caput ſiue prælatum ſpecialem, quamuis ſubordinatum ſiue ſubiectum ſupremo Domino Papæ, vt etiam Regna ſpecialia Valentiæ, Aragoniæ, Nauarræ, diſtincta ſunt Regna Hiſpaniæ, habentia ſuas leges & tribunalia, & Vicereges ſub vnico eorum Rege Hiſpaniæ totius. Nunc autem congregatio tãtum iuſtorum uel prædeſtinatorum non eſt huiuſmodi, vt conſtat: quia non habet ſpeciales leges & tribunal, & prælatum eorum tantum. ergo non Eccleſia ſed pars Eccleſiæ ea congregatio eſt. Melius ergo dicamus cum communi doctrina Catholicorum, quòd ſicut duplex eſt pars hominis aut corporis, non duplex homo, neque duplex corpus, caput & corpus, vel anima & corpus: ita duplex eſt pars Eccleſiæ Catholicæ, non duplex Eccleſia Catholica; altera iuſtorum tantum & prædeſtinatorum: altera etiam iniquorum: quodque iuſti ſunt de militante Eccleſia Catholica numero & merito vt pulchrior pars eius: alii autem fideles Chriſtiani peccatores ſunt de ipſa Eccleſia Catholica numero tantum & profeſsione: tamen nec hi nec illi per ſe ſunt Eccleſia Catholica, ſed omnes ſimul. & ad hunc ſenſum prior illa diſtinctio poteſt eſſe vera: ſed verba ad modum loquendi catholicum conſonantem ſenſui catholico, reformanda ſunt. & ita ſunt intelligendæ auctoritates omnes, Auguſtini quas Tho. Walden. vbi ſupra & cap. 3. 8. 9. 10. 11. larius refert. nam ſecundum varia pericula temporum ſunt etiam bene & malè ſonãtes variãdi ſermones. Cum ſupradictis expreſsè concordat frater Petrus Soto in defenſione confeſsionis catholicæ cap. 25. 28.

Propo. 12. PROPOSITIO 12. omnis noua doctrina contra doctrinam fidei & morum, vel cõtra vſum & morem quem in his hucuſque generaliter Catholica ſiue Romana tenuit Eccleſia; vt hæreticus error, illa euitanda nec audienda eſt.

Hæc propoſitio eſt cõtra hæreticos, & ad omnes eorum hæreſes & errores facilè vitandum: quæ ex ſupradictis conceſsis etiam ab ipſis hæreticis facilè probatur. Nam cũ non poſsit eſſe niſi vnica & eadem ſemper vera fides: ſicut non niſi vnica vera Eccleſia Catholica: in qua vera fides ſemper fuit, & erit, vt ſupra propoſitione 1. 2. 3. & 4. & 5. habetur; & in Eccleſia Roma. ſemper fuerit & erit vera fides & Eccleſia Catholica, vt ſupra propoſitione 6. & 7. probatur: ſequitur euidenter, quòd omnis noua doctrina &c. vt ait hæc propoſitio. In cuius confirmationem eſt, quòd omnes fideles antiqui non ſunt cõtenti confiteri & inuocare Dominum Deum ſuum, niſi etiam adderent, quòd ſit Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, & Deus Patrum noſtrorum.

Ideo & Auguſt. redarguit Donatiſtas dicentes, Eccleſiam Cath. apud ipſos tãtum in Africa eſſe: id quod nunc etiam dicunt Lutherani de ipſis.

Neque enim ea fides poteſt eſſe vera neq; Catholica, quæ non tenet vnitatem antiquam: quæ etiam in aliis partibus mundi vbi Chriſti nomen colitur ab antiquo ignota, aut noua, aut particularis fidei inſtitutio eſt. Et Irenæus lib. 3. c. 3. & 4. latius de hoc. & Auguſtinus ſermone 31. de verbis Apoſtoli, & de vnitate Eccleſiæ cap. 4. ſecundum id 1. Ioan. 4. Omnis qui ſoluit Ieſum, id eſt fidem eius, antichriſtus eſt, quia Luc. 11. Qui non colligit mecum diſpergit. vt Oſius in confeſsione fidei tomo 2. c. vltimo fol. 243. 247. &c. proſequitur: & Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ cap. 57. vſque cap. 59. & hoc latè etiã refert Tho. Walden. in doctrinali fidei lib. 2. artic. 2. cap. 17. & 18. Et Albertus Pighius lib. 1. cap. 2. & 3. refert, quòd omnes ſancti Doctores atque Concilia, hac potiſsima ratione, omnes hæreticos ſuorum temporum deuictos profligarunt: quia ſcilicet nouam doctrinam contra antiquam fidem Eccleſię ſuggerebant. idque Vincentius Lirinen. latius proſequitur. & Symancas de hæreticis cap. 31. Satis agit de nouitatibus verborum & operum repellendis, quia ea omnia ſuſpecta ſunt. Vnde hæc ſola propoſitio ſufficit & præ oculis habenda eſt, vt quilibet facilè cognoſcat, fugiat, immo & confutet hoc vnico verbo omnes errores de nouo quocunque fuco ſiue colore ſuborientes: ſi videlicet videat eſſe nouã doctrinam differentem ab ea quam in Eccleſia Romana communiter hucuſq; tenebant Chriſtiani ſui temporis, ſuique prædeceſſores. Nam ſtatim illa vt erronea vel hæretica, aut ſuſpecta ſine alia diſputatione repellenda, nec amplius audienda eſt. Id quod nos docuit Pau. 1. ad Thimo. 6. Prophanas vocum nouitates deuita; & oppoſitiones falſi nominis ſcientię: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Et 2. ad eundem cap. 2. Prophana & vaniloquia deuita; multum enim proficiunt ad impietatem: & ſermo eorum vt cancer ſerpit. & Hebrę. 13. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Nam & iniuriam facit Reuerendiſsimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, ac publicè diſputare contendit. C. de ſumma trinitate & fide catholica. l. nemo. & ad idem eſt Leo Papa Epiſtola 3. 20. 21. 24. 41. 63. 78. & cap. Achatius. & cap. maiores. 24. quæſtione 1. cum gloſſa. ad idem etiam. l. minima. ff. de legibus. vbi dicitur quòd minimè mutanda ſunt quæ certam interpretationem ſemper habuerũt. & Sanctus Martinus Epiſcopus in ſermone de martyribus ait. magni periculi res eſt ſi poſt Apoſtolorum teſtimonia & martyrum vulnere vete-

rem

rem fidem quaſi nouellam diſcutere præſumas: & poſt tam manifeſtos duces, & poſt morientium ſudores ocioſa diſputatione contendas. Hæc ille. Et Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum valde reprehendit nouitates contra vnitatem fidei Catholicæ antiquæ. & Athanaſius & alii Epiſcopi Aegyptii, & Orientales Concilii Alexandrini Epiſtola ad Fęlicem Papam, & ipſe Fęlix in Epiſtola ad eoſdem, & Cęleſtinus Papa in ſuis decretis, & Hylarius ad Conſtantium. facit etiam diſtinc. 11. cap. quis neſciat. cap. noli. te. & diſtinc. 12. non decet. & cap. de his. & diſtinct. 19. cap. Ita dominus. ſed & de his Oſius contra Brentium lib. 2. latius agit.

Hæc itidem dico propoſitio. eſt tenaci corde figenda, ſi quis vult facili negocio omnes euadere errores, ſimul & damnationem æternam, & in vera fide magis ac magis confirmari: maximè his temporibus vbi hæreſes iam damnatæ atque ſepultæ ab inferis per Lutheranos ſuſcitantur, & quædam aliæ denuò ſuboriuntur, vti à Chriſto & Apoſtolis prænuntiatum eſt. de quibus ſæpius admoniti ſumus, vt caueamus. vt conſtat Matth. 24. Venient Pſeudoprophetæ & ſeducent multos, ſeducent inquit, ideſt à communi via antiqua ad nouam doctrinam erroneá ducent. & 1. Timoth. 4. In nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentes mendacium. & 2. Timoth. 8. In nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: erunt enim homines amantes ſemetipſos, cupidi, elati, ſuperbi, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cęci, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis: virtutem autem eius abnegantes, hos deuita, hi enim reſiſtunt veritati. Hæc ibi. Vbi vltima verba nota poſt præcedentia. & cap. 4. ait. Erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. De quibus & 2. Theſſalonicen. 2. Quia charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent: ideo mittet illis Deus operationem errorum, vt credant mendacio &c. Item Roma. 16. Rogo vos autem vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, ſcilicet ab antiquo faciunt: & declinate ab illis. Hi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones ſeducunt corda innocentum. Item 2. Petri 2. Fuerunt Pſeudoprophetæ in populo: ſic & in vobis erunt magiſtri mendaces: qui introducent ſectas perditionis: & multi ſequentur luxurias eorum, per quos via veritatis blaſphematur. Et inſerius. Audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes. & infra, In ſuperbia vanitatis, loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt: qui in errore conuerſantur, libertantem illis promittentes. & c. 3. ait, Hoc primum ſcientes quòd venient in nouiſsimis diebus illuſores in deceptione iuxta proprias concupiſcentias ambulantes. & 1. Petri 2. habetur. Eſtote quaſi liberi non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem. Quod & Paulus. Galat. cap. 1. ait. Miror quòd ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangelium: quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti. Sed licet nos aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis pręter id quod Euangelizauimus vobis & accepiſtis anathema ſit. Item ibidem cap. 5. expreſsit. Vos in libertatem, ſcilicet Euangelicam à peccatis & ab onere legis veteris vocati eſtis, tantumne libertatem occaſionem detis carnis: Et Iudas in Epiſtola ait. Subintroierunt quidam homines, qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium, impii gratiam Domini transferētes in luxuriam. Sequitur infra, Quęcunque naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Et inſerius. Hi ſunt nubes ſine aqua quæ à ventis circunferuntur, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia. & inferius. Secundum ſua deſideria ambulantes, murmuratores, queruloſi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam in nouiſsimis temporibus venient illuſores ſecundum ſua deſideria ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes &c. Hęc ibi. Quæ omnia figuram hæreticorum noſtri temporis manifeſtè depingunt.

Quare cùm Eccleſia Cath. nullo vnquam tempore errare poſsit in fide: fides itidem vera vna & eadem ſemper ſit vbique & apud omnes: fit vtique, vt neque vlla noua doctrina vt iam diximus, neque ea quæ ſibi contradicit, aut varia, & inconſtans eſt, vera & Catholica eſſe poſsit. nam in Eccleſia Chriſti iam per ipſum & Apoſtolos conſtituta, ſicut veritas fidei declarari quidem de nouo, non autem noua incipere, neque antiqua deſinere eſſe poteſt: ita & quæ ſemel fuit hęreſis apud Eccleſiam ſemper hæreſis eſt. Vnde & hæreſes quaſcunque vel denuò natas ſtatim abieciſſe, vel renatas ad ſuam originē reuocaſſe, eſt eas omnes ſufficienter & ſalubriter refutaſſe. Corol.

Ex omnibus ſupradictis tandem colligimus quinque eſſe teſtimonia ordinaria, ſiue iudicea infallibiles veritatis fidei: ad quos nunc poſtquam ſacra ſcriptura edita, & vt canonica in Eccleſia Chriſti recepta eſt; regulariter recurrendum eſt in dubiis fidei occurrentibus ad veritatem inde cognoſcendum. Primò ſacra ſcriptura. Secundò traditiones Apoſtolicæ in Eccleſia

generaliter obſeruatæ. Tertiò conſenſus omnium Doctorum, & Patrum, & Pontificum Eccleſię, qui dicitur conſenſus ipſius Eccleſię Catholicæ. Quartò diffinitio legitimi Concilii Generalis. Quintò diffinitio Papæ. de tribus prioribus iam dictum eſt in 6. propo. & in 5. & 4. & 3. præcedentibus. Nam ſanctitas miraculis cõprobata hic non computatur: quia licet certiſsimũ ſit teſtimonium generale fidei & Eccleſiæ Cath. at verò nunc extraordinarium & pro dubiis particularibus elucidandis, de quibus in hoc corolario agitur. Inter hæc autem, ſuus ordo, & gradus certitudinis, auctoritatis & claritatis eſt. Nã primus videlicet ſacra ſcript. eſt potiſsimus omnium iudex vel teſtis veritatis auctoritate & certitudine, non tamen claritate. Nihil enim verius & certius eſt in Eccleſia q̃ ſacra ſcript. canonica: & hoc ſolum admittunt hæretici, dicentes præſtare etiam aliis in claritate, quod ſuperius propo. 6. reprobatum eſt. Secundus gradus. i. traditiones Apoſt. eiuſdem etiam eſt auctoritatis Diuinæ cum ſacra ſcript. eiuſdem & certitudinis de veritate in ſe; non tamen quò ad nos, quia nobis non ita conſtat, quæ & quales ſint iſtæ traditiones omnes, ſicut conſtat de ſacra ſcrip. canonica. Eſt tamen iſte gradus explicatior, & quodãmodo plenior & clarior quàm primus: quia per has traditiones iam receptas in Eccleſia explicatur ipſæ ſcripturæ, & multa dubia ipſarum: multa etiam quæ ſcripta non ſunt per eas nobis traduntur, vti ſuperius propo. 5. latius de hoc habetur.

Tertius gradus, id eſt conſenſus Patrum qui eſt etiam ipſius Eccleſiæ, non eſt tantæ auctoritatis, vt præcedentes: quia non formaliter eſt ipſa reuelatio aut veritas Diuina, ſed eſt humana teſtificatio de veritate Diuina. Ita q; eſt quidem auctoritas & certitudo humana, quãuis Diuinitus directa & illuſtrata, quatenus eſt Doctorum & Sanctorum Patrum teſtificatio de veritate Diuina & de conſenſu totius Eccleſiæ. Diuina autem certitudo & auctoritas ibi eſt, quatenus eſt conſenſus totius Eccleſiæ de veritate fidei: quia Diuinitus certi ſumus quòd errare non poteſt, vt ait Tho. Walden. in doctrinali fidei lib. 2. articulo 2. cap. 18. & ſupra propoſitione 4. & 5. & 6. habetur. Eſt tamen in hoc tertio gradu teſtimonium clarius, nobiſque notius de veritate Diuina, & eius ſenſu exiſtente in duobus gradibus præcedentibus. Nam per ſcripta Doctorum, & per conſenſum eorum, & Sanctorum omnium Patrum & Pontificum Eccleſiæ qui eſt idem qui & conſenſus & vſus Eccleſiæ Catholicæ, explicatur verus ſenſus ſacræ ſcripturæ & traditionum Apoſtolorum, quas ipſa tenet Eccleſia. neque inde ſequitur quòd iudex aut declarator cauſæ aut legum & ſcripturarum ſecundum leges agens, ſuperior ipſis eſt, vt hæretici malè argumentantur.

Quartus gradus, id eſt diffinitio Concilii, eſt adhuc clarius teſtimonium & iudex de veritate fidei quàm præcedentes, quia per tales diffinitiones Conciliorum declarantur ſenſus ſcripturæ & traditionum Apoſtolicarum, & conſenſus & vſus ipſius Eccleſiæ Catholicæ, in quo tandem ſtandum eſt. Sed non eſt tantæ auctoritatis & certitudinis, vt ſunt tres illi gradus præcedentes: quod inde conſtat, quia ex illis vtpotè auctoritatem Diuinam ſuo gradu & ordine habentibus, vt dictum eſt, procedit Concilium ad ſuas diffinitiones faciendum: & deficere poteſt faciendi quod in ſe eſt, vt ſupra propoſitione 9. latius de hoc. De quinto gradu, id eſt, de diffinitione Papæ idem omnino quod de diffinitione Concilii dicendum eſt: quodque per accidens minoris adhuc auctoritatis & certitudinis eſt quò ad hoc, quia videlicet minus certum nobis eſt ipſum quàm Concilium facere quod in ſe eſt, vt ſupra propoſitione 9. & 10. latius habetur. Hi autem omnes quinque gradus mutuo ſe iuuant, probant, atque confirmant: nec vlla contradictio in eis eſſe poteſt: maximè dum Concilium & Papa faciunt quod in ſe eſt vti in ſuis locis allegatis declaratur. Nam & ſcriptura ſacra omnibus illis, & è conuerſo ſibi inuicem perhibent teſtimonium veritatis. Cum ſupradictis concordant Tho. Walden. & Axiomata Chriſtiana vbi ſupra propoſitione 9. & 10. allegatur. & Soto in defenſione confeſsionis Catholicæ par. 2. cap. 33. 34. latius de his & pulchrè agit, & Turrecremata diſt. 20. c. fin. ſatis ad rem.

QVAESTIO SECVNDA.

VTRVM CONCILIVM Generale in diffiniendo circa fidem & mores, errare poſsit.

RESPONDEO, quòd ſi ſit legitimè congregatum, & legitimè procedat, faciatque quod in ſe eſt, vti regulariter facere credẽdum eſt niſi oppoſitum conſtet manifeſtè, in fide & moribus diffiniendo etiam ad modicum tempus errare non poteſt. & illius diffinitioni ſub crimine & pœna hæreſis ab omnibus ſtandum eſt. Hæc propoſitio latius probatur vbi ſupra q. 1. Arma fidei propoſi. 9. ibi videatur. *Propoſitio.*

Contra hoc arguitur, quia multa Concilia Generalia legitimè etiam auctoritate Papę congregata, in diffiniendo circa fidem erraſſe deprehẽduntur, vt conſtat de concilio Epheſino 2. quod cum hęretico Euticete errauit, vt habetur in Cõcilio Caldonen. actione 1. & ſequentibus: & tamen auctoritate Papæ Leonis I. legitimè congregatum eſt, vt conſtat ex ipſius Epiſtola 9. & ex hiſtoria Tripartita lib. 5. cap. 29. Item Concilium Ariminen. auctoritate etiam Papę ex 880. *Arg. 1.*

Patribus

Patribus congregatum etiam cum Arrio errauit in fide. Ideo diſtinctione 15. cap. Sancta Romana Eccleſia reprobatur.

Item Concilium aliud Cõſtantinopolitanum tẽpore Leonis III. Imperatoris & S. Ioãnis Damaſceni celebratum etiam errauit imagines reprobando. Item Concilium Baſilien. auctoritate Papæ Eugenii. 4. legitimè congregatum etiã errauit in fide: dum ſeſsione. 2. diffiniuit, quòd neq; per Papam poterat diſſolui aut ad alium locum transferri vel ad aliud tempus prorrogari abſq; eiuſdem Concilii deliberatione & conſeſenſu. Item in alio decreto eiuſdem, ſeſsione. 3. 8. 33. dicitur à multis Catholicis erraſſe: vbi decreuit, quòd Concilium habet à Deo immediatè poteſtatem etiam ſupra Papam, etiam ad illum puniendum. Ideo nec ab omnibus Catholicis acceptatur tanquam habens vim Concilii vt hoc etiam habetur in extrauagan. Sixti IIII. graue nimis. de reliqui, & ven. ſanct. acceptata in Concilio triden. ſeſſ. 5. in qua extrauagã. habetur quòd de præſeruatione Beatæ Virginis in ſua conceptione nihil habetur deciſum ab Eccleſia. ex quo videtur quod deciſio ipſius Concilii Baſilien. ſeſſ. 36. ſuper hoc non habetur pro deciſione Concilii legitimi & auctentici.

Propter hoc Caiet. in quodlib. de poteſtate Papæ c. 6. 8. 9. 11. 12. & in apologia c. 21. & ſeq. & Albertus Pighius in ſua Hierarchia Eccleſiaſtica & quidam alii tenent quod Conſilium Generale in prædictis errare poteſt: quodq; ſine ipſo Papa ibi præſente vel tacitè vel expreſsè conſentiẽdo approbante diffinita ibidem, non habent infallibilem certitudinem, etiam ſi legati ipſius Papæ interſint; quia omnia quæ legũtur à Chriſto promiſſa vel conceſſa Eccleſiæ vel Concilio non niſi ratione capitis ideſt Papæ ſimul: & per conſequens ipſi tantum Papæ & præcipuè cõceſſa ſunt, & ſic ſoluere nituntur omnes rationes quæ pro Concilio fieri ſolent & vbi ſupra, factæ ſunt. Sed certè hæc eorum opinio falſa eſt & diſſona rationi & auctoritatibus Sanctorum & ſacræ ſcript. tum ex ſupra dictis in q. 1. Arma fidei propo. 9. tũ etiam ad præfata hæc ſua motiua reſpondendo, & ea eſſe inualida demonſtrando, conſtabit.

Igitur ad argumentum ſupradictũ reſpon. negando vllum legitimum Concilium Generale in fide vnquam erraſſe faciens quod in ſe eſt. & ad probationem ex Concilio Epheſino 2. Dico ꝙ licet Concilium illud in principio fuerit auctoritate Papæ congregatum: at verò neq; legitimè proceſsit, neque fecit quod in ſe erat ad rectè diffiniendum: dum contradicentibus Papæ legatis & pluribus Patribus Concilii illi qui malo animo erant ex parte Eutichetis, qui & fraudulenter & malè affecti illud Concilium procurauerunt, minis & terroribus coegerunt plurimos Patres, vt illi eorum hæreticæ diffinitioni ſubſcriberent, vt hoc expreſsè habetur in Concilio Chalcedonen. actione. 1. & ſequentibus; & ipſe Leo Papa Epiſtola. 11. 12. 17. 21. 25. ſępe teſtificatur.

Ad Concilium etiam Ariminen. ſimiliter dico, quòd neq; legitimè congregatum eſt neque legitimè proceſsit. nam per fraudes Aetii & Arrianorum & ſine libero conſenſu Liberii Papæ renitentis per Conſtantium Imperatorem coactum eſt: & reclamantibus Papę legatis, pluribus etiam Patribus ipſius Concilii, decretum ibidem contra fidem factum eſt. vt latius refert Nicephorus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica libro 9. capitulo 20. 23. 39. 44.

Ad Conciliabulum illud Conſtantinopolitanum ſimiliter dcitur: de quo & magis conſtat quod nulla auctoritate Papali congregatum ſit, vt hoc habetur expreſsè in Concilio Niceno. 2. quod dicitur. 7. Synodus Generalis actione. 6. tom. 1. & in Concilio alio Generali Conſtantinopolitano 4. quod dicitur. octaua ſynodus actione. 7. per Adrianum. 2. eadem, de cauſa quoddam aliud Conciliabulum Conſtantinopolitanum reprobatur. Ad Concilium autem Baſiliẽ. dupliciter poteſt reſponderi. Primò ꝙ non legitimè proceſsit volens etiam ſine cauſa ſufficiente deponere Eugenium. 4. vt multi Doctores ſic opinantur: pro quibus facit extrauagan. Sixti. IIII. quamuis multi alii oppoſitum teneant dicentes illud eſſe legitimum: ſed cùm lis adhuc ſub iudice pendeat & Catholicorum ſuper hoc ſint opiniones: neutrum certum eſt: nec inde ſumptum valet argum. Secundò modo etiam ſi teneamus Concilium illud omnino legitimum & auctenticum eſſe, dico nullam eius diffinitionem erroneam reperiri: nam ad bonum ſenſum omnia ibidem diffinita ſaluantur in veritate, vt inferius in q. 4. in reſpon. ad nonum argumentum principale hoc magis declaratur ibi videri poteſt.

Patet igitur veritas ſupradictæ propoſitionis: nam ſpecialis aſsiſtentia Spiritus ſancti æquè promiſſa eſt Eccleſiæ & Concilio Generali eam repreſentanti facienti quod in ſe eſt ſinè præſentia Papæ, ſicut & ipſi ſoli Papæ Matth. 16. Portę inferi non præualebunt aduerſus eam, ſcilicet Eccleſiam ſecundum expoſitionem Doctorum approbatam, ſimul cum alia expoſitione aduerſus eam ſcilicet petrám, ideſt Papam vel fidei confeſsionem quam feciſti. & Matth. 18. Dic Eccleſiæ, nam vbi duo vel tres &c. vt ſupra quæſtione 1. in tractatu Arma fidei. propoſitio. nona latius habetur. in quo Caietanus & alii ſupradicti deficiunt. de his & quomodo Concilium General. Calcedonen. non errauit vt malè blaſphemat Caluinus, videatur, latius noſter Horantius de locis Theologicis libro 2. capitulo 28. 29. 30.

QVAESTIO TERTIA.

VTRVM PAPA IN FIDE & moribus diffiniendo poſsit errare.

Propoſ. RESPONDEO quòd non: ſi vt Papa cum Conſilio cardinalium vel Patrum Eccleſiæ Rom. faciat quod in ſe eſt ad cognoſcendam veritatem, vti regulariter facere credendum eſt niſi oppoſitum conſtet manifeſtè: etiam ad modicum tempus errare non poteſt: & eius tali diffinitioni tanquam diffinitioni Eccleſiæ Rom. atq; Catholicæ ſub crimine & pœna hæreſis vel perfidiæ ab omnibus ſtandum eſt. Hęc propoſitio tanquam verior magisq; fidei conſentanea aſſeritur contra multos etiam Catholicos variè opinantes quæ ſuperius. q. 1. Arma fidei propoſitio. 10. cum ſuis limitationibus pleniſsimè probatur, ibi videatur.

Et nota quod per Papam intelligitur non ſolum verus Papa ſed etiam qui pro vero & indubitato Papa habetur in Eccleſia.

1. Arg. CONTRA prædictam propoſitionem arguitur ſexcupliciter. Primò quia ſi Papa errare non poſſet vtiq; tria ſequerētur. Primum quòd nō poſſet hæreticus eſſe circa propoſitiones aliàs non deciſas, vt erat olim articulus de proceſsione Spiritus Sancti à patre & filio. quia nō poſſet eſſe pertinax contra ſuam ipſius determinationem. Secundū ſequeretur quòd determinatio Papę ſolius, ligaret ſuom ſucceſſorem ad idem tenēdum & diffiniendum. Tertiū etiam ſequeretur ꝙ Papa verè hæreticus malè poſsit à Concilio vel Eccleſia iudicari: quia diffiniret obiecta contra eum eſſe intelligenda in aliquo ſenſu conſono ſuæ aſſertioni.

2. Arg. Arguitur ſecūdo quia fruſtra congregata fuiſſent Concilia Generalia contra hæreſes, ſi ſolius Papæ diffinitio ſufficeret.

3. Arg. Arguitur. 3. quia in doctrina & diffinitione fidei ſi diſſenſiſſet. B. Ioannes Euangeliſta & B. Clemens Papa vel alius ſumus Pōtifex, ſequeretur quòd æquè aut magis ſtandum eſſet Papæ quàm B. Ioani: ex quo vltima diffinitio fidei ſecundum prædictam propoſitionem ad Papam ſicut ad Beatum Petrum ſi viueret ſpectat. hoc autem concedere abſurdum eſt. nam conſtat quod B. Ioannis ſententia præferenda eſſet, vt ipſe etiā Caietanus in quodlibeto de Papa c. 4. Secundum communiter Doctores confitetur.

Arg. 4. Arguitur. 4. quia ſi Papa errare non poſſet: hoc ideo eſſet, quia eius error in errorem vniuerſalis Eccleſiæ redundaret: quatenus illa ſequi tenetur Papæ diffinitionem, vt habetur in c. maiores. de baptiſmo. & quia Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua &c. Chriſtus hoc illi promiſit. Sed hæ rationes non valent, tum primò quia error Papæ non redundat in Eccleſiam: dum eius erroneam diffinitionem in fide illa ſequi non tenetur, ſicut nec eidem contra Euangelium præcipienti obediendum eſt. tum ſecundò quia ad c. maiores. dici poteſt quòd ad Papam ſunt referendæ cauſæ fidei, non quidem pro vltima & neceſſaria ab omnibus credenda diffinitione ſed regulariter quia videlicet ex quo non ſemper Eccleſia Conciliariter congregata eſt, ad Papam eſt recurrendum vt Concilium cogat vt ibi determinentur: nam ad ſolū Papam pertinet illud cōgregare. tum tertiò quia id Luc. 22. Ego pro te rogauit Petre &c. non pro ſola perſona Petri & pro ſucceſſoribus eius orauit Chriſtus vt non deficeret fides eorom ſed pro Eccleſia vniuerſali per Petrum repreſentata.

Arguitur. 5. nam de facto multi ſummi Pontifices diffiniendo iudicialiter circa fidem & mores errauerunt: quia contraria inuicem deciderunt & aliquis eorum errauit. quod patet. nam Nic. 3. in decretali Exiit. de verb. ſign. lib. 6. diffiniuit Chriſtum & Apoſtolos. nihil in communi habuiſſe ſed Ioan. 22. in extrauag. com inter nōnullos. eo tit. diffiniuit oppoſitum. Item Pelagius Papa cōſtituit vt Dyaconi Siciliæ à ſuis vxoribus abſtinerent quas in minoribus duxerant aut ab officio ceſſarent. Sed hāc conſtitutionem quia erat impia & cōtra Euangelium, vt ait gloſſa in c. ante triduum. diſt. 31. B. Gregorius ibidem retractauit & ſicut Pelagius potuit contra Euangelium ſtatuere ita & diffinire. Arg. 5.

Item Innocen. 3. & Cæleſtinus contraria decreuerunt ſuper illa propoſitione, vno coniugum ad hæreſim tranſeunte, alter qui remanet in fide poteſt ad ſecundas nuptias etiam tranſire, vt patet in c. quanto. de diuortiis. & gloſſa ibidem.

Item in c. licet. de ſponſa duorum. idem habetur, quòd ſcilicet matrimonium de pręſenti legitimum ratum duntaxat, non diſſoluitur perſequens etiam cōſummatum, etiam iuramento firmatum. vbi tandem dicitur ita eſſe tenendum, quāuis aliter à quibuſdam prædeceſſoribus fuerit iudicatum.

Item vt habetur in cap. per venerabilem. qui filii ſint legitimi. Papa Innocen. 3. ait cum Deuteronomiū ſecunda lex interpretetur: ex vi vocabuli comprobatur vt quod ibi decernitur in nouo teſtamento debeat obſeruari. Hæc ibi. Sed vt ait Ocham, hæc verba ſi vniuerſaliter ſecundum ſenſum literalem intelligantur hęreſim ſapiunt: nam cæremonialia ibidem c. 13. 14. contēta obſeruanda non ſunt. Si autem myſticè intelligantur nihil ſpeciale de Deuteronomio dicunt: quia omnia ferè veteris legis myſticè ſunt obſeruanda, vt habetur diſtin. 6. cap. non eſt peccatum. §. his ita. Item in Concilio Conſtantinop. 3. actione 3. condemnatur diffinitio erronea Honorii Papæ. 1. de vnica operatione & voluntate Chriſti.

Denique aliqui ſummi Pontifices inueniuntur diffi-

diffiniuiſſe ſe in temporalibus ſupremam poteſtatem habere, cæteri autem oppoſitum.

Reſpondeo ad 1. arg.

Reſpondeo ad primum arg. præſuppoſito ſemper quòd hic nõ loquimur de Papa vt perſona eſt particularis, de hoc enim communiter tenetur ét à Doctoribus omnium opinionum quòd in fide errare & hæreticare põt, vt ex c. Si Papa diſt. 40. elicitur, vt hoc ait ét Turrecremata in decreto diſt. 4. §. Ideo art. 1. & Cano de locis Theologicis lib. 5. c. vlt. ad quod facit c. oues. 2. q. 7. & Anacletus Epiſtola. 3. de Patriarchis agens & Ioan. Papa ad Zachariam. & in 8. Synodo Generali & alibi habetur, vt refert Bruchardus lib. 1. c. 13. 138. 139. Sicut & de facto aliqui errauerunt, & hæreticauerunt, vt ait gloſſa in c. Anaſtaſius. & in c. ſecundum. diſt. 19. & de Papa Ioanne. XXII. ait Abulen. in 1. prologo ſuper Matth. q. 10. & latius Matth. 19. q. 76. & Adrianus in 4. ſentẽtiarum de ſacramento confirmationis in fine & in 1. quodlib. art. 3. & Silueſter tit. fides. q. 7. & tit. Eccleſia. q. 3. & Caiet. in quodlib. de Papa c. 9. id etiam, de aliquibus referũt, quãuis Albertus Pighius lib. 6. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ c. 13. & lib. 4. c. 8. id omnia diffiteatur & Oſius contra Brentium lib. 2. fol. 97. dicentes quòd peccare & in aliquibus ét errare Papa quidem poteſt: hæreticare autem minimè; neq; vnquam legitur factum eſſe. Igitur hic loquimur de Papa vt Papa, nõ vt Doctor tantum ſed vt iudex & iudicialiter de fide & moribus diffiniendo, regulam fidei traddit & morum: & de hoc ait ſupradicta propoſitio, quòd faciens quod in ſe eſt errare nõ poteſt, id quod Silueſter vbi ſupra dicit expreſsè. Quòd ſi non faciat quod in ſe eſt, etiam vt Papa errare & hæreticus eſſe poteſt, quamuis abſolutè hoc neget Caiet. vbi ſupra & Albertus Pighius lib. 4. c. 8. & Cano vbi ſupra & lib. 6. c. 8. vt habetur infra in 6. arg. & multi etiã alii Doctores tenentes Concilium eſſe ſupra Papam de quibus infra. q. 4. latius. Sed certè vt iam diximus id negare contra rationem apertam videtur & experientiam: liberum enim arbitrium Papæ non eſt ita alligatum vel in gratia cõfirmatum, vt peccare non poſsit neq; notabiliter, culpabiliterq; deficere à faciendo quod in ſe eſt, & à ſua debita diſpoſitione vt ſciat veritatem. Quo defectu dato non illuminabitur à Deo infallibiliter: & ita errare poterit & hæreticare.

His igitur ſuppoſitis negatur quod illa tria inconuenientia ſequantur ſi Papa vt Papa faciens quod in ſe eſt errare non poſsit. & ad primum dico quòd quando Papa non faciens quod in ſe eſt erraret in fide: tunc ſi illa propoſitio nondum eſt determinata per Eccleſiã, non eſſet pertinax nec hæreticus: niſi ita pertinaciter illum errorem teneret etiam ſi per Eccleſiam vel per legitimum Concilium Generale legitimum oppoſitum diffiniretur: tunc enim propriè hæreticus eſſet ſicut & quilibet alius. Dictum eſt enim ſuperius. q. 1. in tracta. Arma fidei propoſitio. 9. & 10. & inferius. q. 4. latius probabitur, quod diffinitioni Concilii Generalis in huiuſmodi non deciſis Papa ſtare tenetur: ibi videatur. Ad ſecundum inconueniens reſpondeo id concedendo: neq; eſt incõueniens, ſed veritas quòd per accidens ſua recta & legitima diffinitione ipſe Papa & ſucceſſores iure Diuino ligentur, vt hoc etiam fatetur Caiet. in apologia de auctoritate Papæ c. 12. vnde ſi ab ipſo Papa fuiſſet prius bene diffinita propoſitio de fide: non ſolum ſucceſſores ſed etiam ipſemet ligatur: ita quod oppoſitum pertinaciter tenendo & poſtea malè diffiniendo errarent & hæretici eſſent. Sicut & iure Diuino prælatus ſua iuſta lege ligatur ſecundum Th. prima ſecundę. q. 96. artic. 5. quãuis pœnas ipſius legis non incurrat; nam per accidens eſt quòd illa vera diffinitio fiat ab ipſo Papa vel ab alio vel ab Eccleſia ſeu Concilio potente legitimè diffinire: ex quo iure Diuino omnes fideles ipſe etiam Papa legitimè diffinitioni fidei ſemel factæ ſtare tenentur atq; ligãtur. Ad tertium inconueniens reſpondeo, quòd ſi Papa non pertinaciter teneret id quod illi pro hæreſi imputatur, quòd adhuc per Eccleſiam nõ eſſet diffinitum, ſed Papa ſolum defenderet id eſſe conſonum ſacræ ſcripturæ & fidei Catholicæ: tunc vti iam diximus, quamuis erraret non eſſet hæreticus formaliter & propriè; neque ſequitur quòd de hæreſi propria iudicari non poſſet in caſu quo de illa iudicandus eſſet. tum quia in his nõ habet locum interpretatio ad hunc vel illum ſenſum. tum etiam, quia in hoc Concilium Generale eo etiam inuito celebrari & ibidem illud iudicare poteſt, vt de hoc infra. q. 11. habetur.

Reſpondeo ad 2. arg.

Reſpondeo ad ſecundum argumentum negando quòd fruſtra Concilia Generalia celebrarentur. Sunt. n. neceſſaria, tum primò, vt fideles ſint certiores de aſsiſtentia Spiritus Sancti facientibus ibidem quod in ſe eſt: & gratius atq; libentius ibidem diffinita recipiant. tum ſecundò vt melius à Papa & Eccleſia fiat quod in ſe eſt diſcutiẽdo & examinando materiam & ex ſacris literis libriſq; Doctorum veritatem inquirendo per plures ſapientes atque prudentes vndiq; collectos, & in communi auxilium Dei petendo, vt ita certius à Deo illuminentur. tum tertiò, quia verè propter prædictam præparationem certius nobis eſt in hoc Spiritum Sanctum aſsiſtere Cõcilio quàm Papæ, vt hoc inferius. q. 4. amplius declarabitur.

Reſpondeo ad 3. arg.

Ad tertium arg. reſpondeo negando ſequelam: potius enim ſtandum eſſet ſententiæ B. Ioãnis & cuiuſlibet Apoſtoli vel Euãg. quàm B. Clementis & cuiuſlibet alterius Papæ, qui non eſſet Apoſtolus vel Euangeliſta. nam bene ſtat vtrũq; in fide errare non poſſe, & tamen alterum alteri ſubordinari & ſubiici quò ad hoc, vt conſtat de Eccleſia vniuerſali & Concilio & Papa quòd ſubordinantur ſacræ ſcripturæ vel Euangelio prędicato. Et ita ſententia Clementis vel alterius Papæ, ſubiecta erat ſentẽtiæ aut diffinioni. B. Ioan-

nis

nis & cuiuslibet alterius Apoſtoli, vel Euangeliſtæ: qui locum ſacræ ſcripturæ tenet, ſicut & Euangelium eius poſtquam per Eccleſiam eſt canonizatum vel declaratum quòd verè verbum Chriſti vel à Spiritu Sancto per os illius reuelatum eſt. B. autem Petrus non ſolum erat Papa vt Beatus Clemens, ſed etiam Apoſtolus: ratione cuius Apoſtolatus tenebat locũ ſacræ ſcripturę, ſicut & nũc eius Epiſtolę tenẽt. Itaq; cũ dicitur q̃ ad Papam ſpectat finalis deciſio fidei quia errare non poteſt, inteligitur in ordine & gradu ſuo, videlicet ſub Euangelio ſcripto vel prædicato per Apoſtolos, cuius auctor Spiritus Sanctus eſt iam per Eccleſiam declaratus.

Reſpondeo ad 4. arg. Ad 4. arg. reſpondeo ad primum negãdo quòd Eccleſia non teneatur ſequi aut tenere ſententiã Papæ diffinitiuam in fide & moribus: tenentur enim ad id omnes fideles ſub crimine & pœna hæreſis vt conſtat de hæretic. c. ad abolendam. & gloſſa ibidem & 24. q. 1. c. hæc eſt fides. vt hoc ẽt expreſsè dicunt Alber. Pighius vbi ſupra & Couarruuias in reſolutionibus lib. 4. c. 16. nu. 6. & Silueſter tit. fides. q. 1. q. 7. & Caietanus in quodlib. de Papa c. 11. & in apologia c. 14. & Soto in 4. diſtin. 5. q. 1. art. 2. ad 2. arg. B. Tho. & ipſe B. Tho. opuſculo 1. cõtra errores grçecorũ c. 67. vſq; c. 69. opuſ. 19. cõtra impugnantes religionẽ c. 3. vbi auctoritate Cyrilli aliorumq; Doctorum, & in ſecũda ſecundæ q. 1. art. vlt. & q. 11. artic. 2. ad tertium probat quod vltima diffinitio fidei pertinet ad Papam ſecundum c. quotiens. 24. q. 1. quamuis Tho. Waldẽ. in doctrinali fidei lib. 2. art. 2. c. 19. & 27. malè dicat non eſſe perfidiam ſed ſcandaloſam temeritatem diffinitioni Papæ aut Concilii Genalis non ſtare aut illi contradicere. de quo etiam videatur infra in 2. & 3. dubio quæ poſt. 6. arg. in fine totius huius. q. 3. habentur.

Igitur ad primam probationem ſuprapoſitam in 4. argumento vbi dicitur, quòd ſicut nec prçecepto contra Euangelium ita nec ſententiæ diffinitiuæ erroneæ ipſius Papæ ſtãdum eſt, hoc vtiq; conceditur quando de tali errore manifeſtè aut ſufficienter conſtaret: aliàs non. Sicut & conditionalis hæc eſt vera, ſi Papa vel Eccleſia diffiniret erronea, non eſſet illi obediendum: ſed conditionalis nihil ponit in eſſe: neq; cõceditur quòd Papa, vel Eccleſia, vel Concilium Generale legitimum faciens quod in ſe eſt, errouea in fide poſſit diffinire. Ad ſecundam probationem vbi exponitur c. maiores. dico illam expoſitionẽ ipſi textui contradicere: nam ibi aſsignatur cauſa quare ad ſedem Apoſtolicam ſit tandem recurrẽdum, quia videlicet ibi eſt vera confeſsio fidei & veritas indefectibilis propter orationem Chriſti pro ea. hinc ergo ſequitur manifeſtè quòd ideo ad Papam maiores cauſæ fidei ſunt referendæ quia faciẽs quod in ſe eſt, indefectibilis iudea eſt in fide. Et quia qui certus eſt & veritatem inuenit, iam amplius certificari & quærere non oportet: vtiq; ſit vt ſententia Papæ in fide tanquam vltima diffinitio à fidelibus neceſſariò credenda & habenda ſit.

Ad tertiam probationem. de oratione Chriſti Luc. 22. Reſpondeo dupliciter. Vno modo ſecundum Caiet. vbi ſupra, quod ſi illa oratio intelligatur facta ſolum pro Eccleſia ſine Papa, erronea expoſitio eſt. Si autem pro Petro & ſucceſſoribus eius, ſimul & pro Eccleſia in Petro vt in ſuo capite repreſentata, vera quidem ſed diuerſimodè: nam pro Petro & ſucceſſoribus eius immediatè, pro aliis autem & pro corpore Eccleſiæ mediãte Petro capite omnium intelligitur. Itaq; ſi pro Petro & ſucceſſoribus eius ſolum vel ſimul cum Eccleſia illa oratio Chriſti verificatur; vt dicitur in dicto c. maiores, nihil contra ſupradicta habetur: ſed potius habetur intentum quòd ſcilicet ſedes Petri Apoſtolica propter orationẽ Chriſti in diffiniendo de fide & moribus errare non poteſt, ſicut nec ipſa Eccleſia, ſi vt diximus Papa facit quod in ſe eſt. Sic reſpõdet Caiet. quia tenet quòd Eccleſia & Concilium cum Papa nõ habet maiorem illuſtrationem quàm ſolus Papa & quodq; ſine Papa Concilium errare poteſt. Sed quia hoc ſuperius. quæſt. 1. in tractatu Arma fidei propoſitio. 9. & q. 2. & infra. q. 4. in 1. parte tertiæ opinionis reprobatur & oppoſitum probatur.

Ideo alio modo conſonè ad ſupradicta atq; dicenda melius reſpondeo, quòd ibi Luc. 22. Chriſtus pro Petro & ſucceſſoribus eius per ſe ſumptis: & ſimiliter pro fide Eccleſiæ; & etiam pro ipſa Eccleſia: & pro Concilio Generali legitimo eam repreſentante; etiam Papa abſente, Chriſtus orauit ne deficere aut errare poſſet in fide, ſi faciat quod in ſe eſt. & ita pro te rogaui Petre vt fides tua nec in te nec in ſede tua nec in Eccleſia nec in Concilio illam repreſentante deficiat. & conſonat Roffen. contra Lutherum art. 25. vbi & adducit Auguſt. Sic etiam id exponentem.

Ad quintum argumentum reſpondeo quod ad illud de Nic. 3. & Ioan. 22. quadrupliciter à diuerſis ſolet dici. 1. quod illa declaratio Nic. 3. vt erronea fuit reuocata per Io. 22. in prçedicta ſua extrauagan. ſic reſpõdet Silueſter tit. fides. q. 7. Sed hæc ratio iure refutatur etiam à Florent. 4. part. ſum. tit. 12. c. 4. §. 23. tum quia iam contra ſuam ipſius opinionem concedit Papam diffiniendo iudicialiter errare in fide: tum quia blaſphemum eſt id dicere de illa declaratione Nicolai quia poſtea in Concilio Vienen. per Clemẽ. 5. in ſua decretali. Exiuii. de verb. ſign. lib. 6. fuit confirmata & per plures alios ſucceſſores roborata. Vnde ſi altera deciſio erat refutanda, id potius erat dicendum de Ioan. 22. quia & aliàs erraſſe à multis Doctoribus vbi ſupra eſt deprehenſus: nec eius extrauagans per Concilia vel per ſucceſſores ſic approbata eſt. *Reſpondeo ad 5. arg.*

Secundò modo alii reſpondent quod Nic. 3. eſt intelligendus & limitandus ſecundum extrauagan.

uagan. Ioan. 22. quia expreſsè ait dictus Nic. 3. quod Chriſtus loculos habuit ergo & proprium ſaltem in communi. Sic dicit Florentinus, vbi ſupra, & Turrecremata de poteſtate Papæ lib. 2. c. 12. & Caiet. in apologia c. 13. Sed certè neque iſta reſponſio valet quia expreſsè & ex propoſito reclamat Dominus Nic. 3. probando Chriſtũ & Apoſtolos habuiſſe paupertatem in particulari & in communi, eamq; docuiſſe volentibus viuere perfectè: & ideo approbat paupertatem hãc quam noſter ordo fratrũ minorũ profitetur.

Tertio modo alii reſpondent quòd verè Dominus Ioan. 22. contradicit Domino Nic. 3. Sed in morte ſe retractauit. nec mirũ ſi errauit: quia nõ fecit quod in ſe erat, dum ex indignatione cõtra ordinem noſtrum commotus malè diffiniuit. vt etiam refert hoc vltimum Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 4. par. 1. cap. 9. & Ocham in 6. par. dialogorum, maximè quia omnes Pontificea ſucceſſores illam declarationem Nic. 3. approbarunt. Ita reſpondet Nicolaus Glaſberſer in ſua chronica: & in quodam Capitulo Generali Meclinen. ordinis noſtri anno Domini. 1499. vt habetur in libro ordinis monumenta minorum in tabula. 19. Vicarii generalis, hoc idem declaratũ eſt. Sic etiam reſpondetur in quodam enchiridio fratrum minorum dubio. 2. fol. 67.

Sed certè hæc reſponſio nec auctentica nec tuta & fortè neq; vera ſed temeraria eſt: nam qui ſic dogmatizaret vtiq; per Eccleſiam puniretur: quia non conſtat de tali reuocatione neq; de errore aut contradictione illius extrauagan. Io. 22. vt proximè patebit: conſtat autem quod auctentica inter alias extrauagan. habetur ab Eccleſia.

Quarto modo alii reſpondent quòd vtraque decretalis Nic. 3. & Ioan. 22. diffinitio eſt vera & ſibi concors intellecta ſecundum tempora diuerſa, & ita ſecundum Auguſt. diſtingue tempora & concordabunt ſcripturæ. Sed iſti nec ea tempora nec modum concordiæ exponunt. quamuis Turrecremata & Flor. vbi ſupra aliqualiter exponãt.

Igitur quinto tandem modo mihi dicendum videtur quòd vtraq; deciſio & vera & ſibi concors eſt, intellecta ſecundum diuerſos ſtatus ſimul & tempore Chriſti & Apoſtolorum. Nam vt erant perſonæ publicæ in ſtatu prælationis Eccleſiæ habentes curam ipſius & pauperum, vtiq; proprium in communi & loculos habuerunt ad Eccleſiæ & pauperum neceſsitates ſub leuãdum: Sicut & nunc Papa & Epiſcopi habẽt, qui in hoc ſtatu prælationis illis ſuccedunt. vt ait Chryſoſt. ſuper Ioan. homilia. 8. & Auguſt. ſuper Io. homelia. 60. & habetur. 12. q. 1. c. exemplum. c. expedit c. habebat. & quò ad hoc verum dicit extrauagãs Ioan. 22. at verò vt perſonæ erant particulares, verbo & exemplo vitam perfectionis oſtendentes omnibus volentibus eam ſpecialiter vltra cõmunem viam fidelium ſequi; certè habuerunt paupertatem, aliquando quidem ſolum in particulari & non in communi, vt habetur Act. 4. quia erant illis omnia communia. & hæc erat communis fidelium vita tempore Apoſtolorum in Hieruſalem: & poſtea omnium clericorum Eccleſiæ vſq; ad tempus Auguſtini & Gelaſii Papæ, vt habetur. 12. q. 1. c. dilectiſsimis. c. clericus. & cap. certè. & ſequen. & q. 2. c. vobis. & ſequen. Aliquãdo autẽ etiam in communi. & hæc erat vita ſpecialis Diſcipulorum vel Apoſtolorum Chriſti & quorundam aliorum paucorum in hoc eos ſequi volentium, vt patet Matth. 8. & Luc. 9. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos filius autem hominis non habet vbi reclinet caput ſuum. & Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c. & ibidem paulò ante, Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & ſequere me. & Luc. 14. Qui non renunciat omnibus quæ poſsidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. ſ. ſpecialem viam perfectionis mecum ſequẽdo. Item quando ad prædicandum per mundum miſsi ſunt, vt habetur Matth. 10. Nolite portare peram neq; ſacculum neque calciamenta &c. & Matth. 5. Qui voluerit tecum in iudicio contendere da ei tunicam & pallium. & in hoc modo viuendi Chriſtum & Apoſtolos ſequuntur multi religioſi, aliqui magis aliqui minus, in hoc vel illo modo aut gradu paupertatis ſecundum varias religionum inſtitutiones quas profitentur: & quòad hoc intelligitur ſicut & expreſsè loquitur Nic. 3. & habet veritatem: & ita inter ipſum & Ioan. 22. nulla contradictio eſt. Et cũ hoc quinto modo reſpõdendi cõcordante prædictos ſummos Pontifices expreſsè conſonat ipſe Nic. 3. in præfata ſua declaratione. Exiit. vbi hæc omnia diſtinguit atq; ſignificat. Conſonat & S. Bonauentura in 4. & 6. c. expoſitionis ſuæ, ſuper regulam fratrum minorum, & in ſua apologia paupertatis. conſonat & Vbertinus de Caſſali vt refert Nicolaus Glaſberſer vbi ſupra, & tractatus qui dicitur decem plagæ paupertatis, & nos etiam latè in tractatu noſtro Medulla fratrum minorum c. 6. q. 1. diſcruimus. & aliquo modo Florent. & Turrecremata. vbi ſupra & 24. quæſtione 1. capitulo hæc eſt fides.

Ad aliud de Pelagio & B. Greg. diſt. 31. c. ante trienium. Reſpondeo quòd ſi Pelagius illud ſtatuit, nihil contra, ſed ſupra Euangelium ſtatuit, vt ait Caiet. in apologia c. 13. quod inde patet, quia ſtatutum illud ſuos obſeruatores aut in bono ſupererogationis locabat, ſi continerent de conſenſu vxorum, vt idem ait Turrecremata in eo. c. ante triennium: aut in nullo malo ſi non cõtinentes ſe ab officio ſuſpendebant, vt quidam Subdiaconus feci. Dixi ſi Pelagius illud ſtatuit; nam B. Greg. de hoc ſtatuto loquens in c. multorum. 27. q. 2. ſolum dicit quòd Diaconus auctoritate Papę id ſtatuit, & quòd ſibi durum ac incõpetens videtur vt in dicto capitulo ante triennium. diſtin. 31. conſtat manifeſtè, gloſſa verò

de

de ſuo ſuperaddit quòd Romanus Pontifex ſtatuit contra Euangelium.

Ad aliud de Inn.3.& Cæleſtino in c.quanto. de diuortiis.vno modo reſpondet Caiet.vbi ſupra & Cano de locis Theologicis lib.5.c.5.q.3. & lib.6.c.8.quod neuter illorum diffinitiuè determinauit. nam in dict.c.de Cęleſtino dicit Innocentius, licet quidam prædeceſſor noſter aliter ſenſiſſe videatur: & de ſeipſo ſubiungit oppoſitum reſpondendo, nõ credimus inquit quòd in hoc caſu is qui relinquitur altero viuente poſſit ad ſecundas nuptias conuolare. vbi ipſa verba.ſ.videatur aliter ſenſiſſe, & non credimus; oſtendunt quòd non aſſertiuè diffiniendo in materia fidei locuti ſunt. Alio modo ſi teneatur quòd aſſertiuè diffiniendo regulam viuendi tradiderunt: poteſt dici quod ideo Cæleſtinus errauit quia non fecit quod in ſe erat: ideo eius diffinitio Deo prouidente non diu durauit in Eccleſia ſed per Inn.3.correcta & omnino iam ablata eſt. quãuis gloſſa in dicto c.quanto. dicat quod illa determinatio Cæleſtini eſt ea quæ habetur in c. laudabilem.de conuerſione coniugato. in compilatione antiqua. Sed certè in dicto c. laudabilem. nil tale nunc habetur, & alius eſt caſus de quo ibidem agitur.& cum hac.2.reſponſione conſonat Adrianus in 4.ſententiarum de ſacramento confirmationis in fine & in primo quodlibeto articulo 3.

Ad aliud ex c.licet.de ſponſa duorum. eodem modo reſpondeo ſicut ad c.quanto. proximè reſponſum eſt ſecundum Adrianum. maximè quia verba expreſsè ſonant illos, ſummos Pontifices loqui diffinitiuè iudicando regulamq; fidei & morum fidelibus in illo caſu tradendo. Ideo & gloſſa ibidem volens ſaluare aliquorum Pontificum diffinitiones qui oppoſitum iudicauerunt, dicit quòd id erat conſuetum in quadam Eccleſia Mutinen.quodq; ideo id Papa reprobat. vbi ſi gloſſa intendit quòd à prædeceſſoribus illud non fuerat aliter iudicatum aut diffinitum, vtiq; textus ipſe reclamare videtur.

Ad aliud ex c.per venerabilem. Reſpondeo ꝙ ibi Papa ex conuenientia vocabuli ſumpſit argumentum non quidem vt abſolutè efficaciterq; cõcludens, ſed aliquo modo congruens & ſuadens ex mandato illo iudiciali Deuteronomii, quod nõ ad literã ſed ſecundum conuenientiam ad Sacerdotium Petri expoſuit; & ſimiliter omnia alia mandata eiuſmodi quæ in veteri lege habentur, nunc in tempore gratiæ non ad literam, ſed proportionaliter ſecundum conuenientiam ad tempus gratiæ quando, vbi, & quomodo & à quibus expedit obſeruanda ſunt. nihil enim aliud ibidem Papa niſi ſpecialem perſuaſionem ex Deuteronomio ſecundum vocabuli conuenientiam intẽdit.

Ad aliud ex Concilio.3.Conſtantinopolitano dico ideo Honorium illum diffiniendo de fide erraſſe; quia non fecit quod in ſe erat dum ſine Cõſilio patrũ de ſuo capite temerè diffiniuit.

Ad vltimum reſpondeo, nullam ibi eſſe contradictionem: nam poteſtas Papæ directè eſt reſpectu ſpiritualium ad ſupremum ſimpliciter finẽ generis humani: ideo ſuæ poteſtati duo conueniunt. Primum quòd non eſt directè reſpectu tẽporalium. Secundum quòd eſt reſpectu temporalium in ordine ad ſpiritualia: hoc enim habet ex hoc, quòd ad ſupremum finem omnia etiam temporalia debent ordinari, ab eo præcipuè cuius intereſt ad eum finem omnes dirigere & gubernare, cuiuſmodi eſt Papa Chriſti Vicarius: primum autem ex natura ſuæ poteſtatis cõſequitur. hinc fit quòd vtrumq; verè poteſt determinari: quòd ſcilicet habet ſupremam poteſtatem in tẽporalibus; & quòd non habet. vtrumq, enim eſt verum ſed diuerſimode ad ſanum intellectum: nam verum eſt quòd eam poteſtatem in temporalibus habet in ordine ad ſpiritualia: verum etiam eſt, quòd eam non habet directè & abſolutè ſecundum ipſa temporalia. Ideo nullus error in alterutra deciſione eſt.

Sexto principaliter contra eandem propoſitionem & præcipuè in fauorem opinionis B.Th. & ſequacium arguitur probando quòd Papa aſſertiuè diffiniendo, in fide & moribus errare non poteſt, neq; ſimpliciter neq; per accidẽs: quodq; Deus non permittet ipſum notabiliter deficere in faciendo quod in ſe eſt, vel eundem errare ſic diffiniendo etiam ſi non faciat quod in ſe eſt, etiã ſi ipſe occultus hæreticus ſit. quia Deus inquiunt quòd ad hoc illum confirmatum tenet in fide: ex quo id ipſi in B.Petro promiſit pro ſe & ſucceſſoribus ſuis. Luc.22. Ego pro te rogaui Petre vt nõ deficiat fides tua, videlicet nec in te, nec in ſede tua & ſucceſſoribus tuis, in officio confirmandi & docendi fratres tuos fideles ea quæ ad fidem pertinẽt & ſalutẽ. & Matth.16. Tu es Petrus &c. Vti hoc latius tenet atq; proſequitur Cano de locis Theologicis lib.5.c.5.q.3.& lib.6.ca.8.& per totum illum librum propter rationes quę in hoc. 6.argumento ſequenti & confirmationibus ſuis ſubſequuntur. Vbi & dicit quòd propter hoc ſibi videtur quòd hæc eius opinio ſit ita de fide ſicut purgatorium. 6. arg.

Arguitur ergo ſic. Sedes Apoſtolica & Eccleſia Rom. ſicut Eccleſia Catholica neq; ſimpliciter neque per accidens, etiam ad modicum tempus aut vllo modo aſſertiuè de fide & moribus diffiniendo errare aut deficere non poteſt. ergo nec ipſe Papa. Antecedens probatur de ſede Apoſtolica ſpecialiter, quia Euſebius Papa ad Epiſcopos Campaniæ ait ꝙ in ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata religio. Item Melchiades Papa ad Epiſcopos Hiſpaniarum ait quòd priuilegium Petri Matth.17. Tu es Petrus &c. Chriſtus ſuę ſedi conceſſit futuris hæreditandum temporibus. Item Damaſus ad Epiſcopos Conciliorum Africanorum ait ꝙ

Apoſto-

Apoſtolica ſedes eſt vertex omnium Eccleſiarum à Chriſto inſtituta, ſupra quam vniuerſalem con ſtruxit Eccleſiam, Matth. 16. dicens, Tu es Petrus, &c. Item Concilium Generale Conſtantinopolitanum quod dicitur Sexta Synodus Generalis ſubſcribens ſententiæ Menæ Patriarchæ ait. Nos Apoſtolicæ ſedis decreta tanquam certa amplectimur. Item in octauo ſynodo Generali approbatur libellus cõfeſsionis fidei Adriani Papæ dicentis. Nos ſequentes in omnibus Apoſtolicam ſedem, in qua eſt integra & vera Chriſtianæ religionis & perfecta ſoliditas: & extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata religio, quã profeſsionem Patres Concilii etiam ſequentes, actione prima & vltima cap. 21. idem omnino replicant & confitentur. vbi & Romanam ſedem ſynodus vocat ſedem Petri principis Apoſtolorum. Item in clementina prima de ſumma trinitate & fide Catholica Concilium Vienen. aſſerit ad ſedem Apoſtolicam pertinere dubia fidei declarare. Item Anacletus Papa ait, difficiliores quæſtiones fidei ad ſedem Apoſtolicam eſſe deferendas Apoſtoli ex iuſsione Chriſti ſtatuerunt, ſuper quam ipſe vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, Matth. 16. Tu es Petrus &c. Quid autem intelligat per Apoſtolicam ſedem ipſe explicat in tertia Epiſtola de Patriarchis, & habetur in diſtinctione 21. cap. Sacroſancta, dicens. Hæc ſacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia ſicut B. Petro Chriſtus dixit Matth. 16. Tu es Pet. &c. & cum prædicto Anacleto idem etiam dicit Euariſtus & Alexand. I. Sixtus I. Eleutherius, Zepherinus, Iulius I. & omnes Pontifices omniaq; Concilia à tempore Apoſtolorum. & habetur diſtinctio. 17. cap. multis.

De Eccleſia etiam Rom. quòd errare aut deficere non poſsit in fide, ſicut neque Catholica, id ſpecialiter cõſtat. Nam Marcus Papa ad Athanaſium, & Lucius ad conſulta Epiſcoporum Galliæ, & Fœlix ad Benignum. & Agatho in Epiſt. ad Imperatorem Conſtantinum IIII. & habetur in ſexto Synodo Generali actione 4. & iterum à toto Cõcilio actione 8. 13. 17. approbatur, quod ipſi Pontifices ſummi etiam dixerunt, & habetur in cap. à recta. & cap. hęc eſt fides. 24. q. 1. in hũc modum. In ſancta Rom. Eccleſia ſemper extra maculam eſt Catholica ſeruata religio. & hæc Apoſtolica Eccleſia mater omnium Eccleſiarũ nunquam à via veritatis in parte alicuius erroris parte deflexa eſt. Omneſque venerabiles Patres atque Doctores Apoſtolicam eius doctrinam amplexi venerati & ſecuti ſunt. quæ per Dei gratiam à tramite traditionis Apoſtolicæ nunquam erraſſe probatur: nec hęreticis nouitatibus deprauanda (aliàs deprauata) ſuccubuit: & in futuro manebit ſine vlla hęreticorum inſultatione: atq; firma & immobilis omni tempore perſiſtet. Hæc ibi. Quòd autem nũquam factum neq; futurum eſt, id moraliter & theologicè impoſsibile eſt. Vbi & nota, quòd Eccleſia Rom. vocatur Apoſtolica & mater omniũ Eccleſiarum: & à Victore Papa ad Theophilum, & à Sixto II. vocatur etiam Apoſtolica & vniuerſale.

Et ad prædicta omnia ſimul ſunt Innoc. I. in Epiſtola ad Concilium Carthaginen. & Mileuitanum. & Leo Papa Epiſtola 54. 67. & de his etiam habetur diſt. 12. 17. & 19. & in c. ita dominus. & diſt. 20. 21. 22. & diſt. 80. cap. vrbes. & 96. c. bene. Item in 24. q. 1. vbi ſupra & cap. quoniã vetuſto & c. loquitur. Item extra de electio. c. ſignificaſti. & de foro compet. cap. vt. & de priuil. c. antiqua. & de baptiſ. c. maiores. Item de electio. lib. 6. c. fundamenta. & in extrauagan. Vnam ſanctam. Quæ quidem extrauagans confirmata eſt in Concilio Lateranen. ſub Leone X. & tandem in c. ad abolẽdam. de hæret. & Mart. V. in fine Concilii Conſtantien. hæreticos cenſet & anathematizat aliter ſentientes de fide & ſacramentis quàm Eccleſia Rom. docet, prædicat, & obſeruat. & Sixtus IIII. in ſua extrauag. confirmauit decretum compluten. contra Petrum Exomen. vbi decretum eſt hæreſim eſſe aſſerere quòd Eccleſia Rom. poteſt errare in fide. & ita patet prędictum antecedens eſſe verum.

Conſequentia verò illius ſexti argumenti probatur, tum primò quia idem eſt tribunal ſedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Rom. ſiue Catholicæ & Papæ: ergo idem etiam iudicium & diffinitio eiuſdem tribunalis & eorum omnium eſt. Tum ſecundò & fortius, quia ſi iudicium vel diffinitio ſedis Apoſtolicæ vel Eccleſiæ Rom. vt probatum eſt in fide errare non poteſt, nunc autem tale iudicium non eſt ipſius ſedis formaliter, nec Eccleſiæ, id eſt populi aut cleri Rom. ſed Papæ ibi prȩſidentis. quia non ipſe ſedes vel dignitas ſeu auctoritas formaliter iudicat aut loquitur, ſicut nec vlla alia ſedes, dignitas, ſiue poteſtas iudicia lis verè aut falsè loqui aut errare, aut bene vel male iudicare poteſt: ſed Papa vel præſidens in ea loquitur, iudicat, ſiue diffinit ex ſuæ ſedis auctoritate, vt conſtat manifeſte. De Eccleſia quoque Rom. idem liquet, nam fideles & omnia Concilia non à populo vel clero Rom. ſed ab ipſo Papa petunt Conſilia in dubiis, & confirmationem geſtorum, & decreta ſiue iudicia, quia nec ad hoc ipſi populo vel clero Rom. eſt à Chriſto iudicialis illa conceſſa poteſtas: ſed ſoli Papæ, Matth. 16. Tu es Petrus. & Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre &c. Tu autem cõfirma fratres tuos. & Io. 20. Fetre paſce oues meas. Immo populus ipſe cleruſque Rom. ſicut & reliquum corpus Eccleſiæ Cath. ſubditur ipſi Papæ, & ab eo regitur ibi prȩſidente: qui ſolus totius Eccl. paſtor & rector eſt. & rõne ipſius ibidem prȩſidẽtis Eccleſia Ro. verè dicitur primatum & magiſterium fidei habere, vt conſtat in auctoritatibus ſuprapoſitis & multis aliis, vbi pro rõne huius dicitur, quia Dñs hoc ei conceſsit Matth. 16. Tu es Pe. &c. Conſtat igitur

ꝙ idē eſt iudiciū ſedis Apoſt.& Eccleſię Ro.ſicut Catholicæ & Papæ ibi præſidētis : quodq́; ſi illa errare non poteſt ,vtique nec ipſe Papa.

Confir. 1. Et confirmatur primò,quia hęreticum eſt negare in Papa eſſe poteſtatē & claues B.Petro conceſſas à Chriſto.Mat.16.Tu es Pe.&c.& Luc.22. Ego pro te rogaui Pet.&c.& Ioā.21. Paſce oues meas.vbi includitur magiſterium fidei ſecundum Concil.Florent. & omnia decreta Conciliorum aliorum Pont. atq; Doct. & traditiones & vſum Eccleſię Cath. à tempore Apoſt.vti ſuperius in argu. & latius ſupra q.1.Arma fidei propo.8.& 10. habetur, ergo ſi in diffiniendo de fide Papa vllo modo etiam per accidens vel ad modicum tēpus errare poſſet,iam Chriſtus reliquiſſet Eccleſię regulam & magiſterium & tribunal fidei & motū fallibile & incertum : quod ſequens etiā ipſa cum ipſo,quod abſit,errare poſſet in fide : maximè q̄a nō eſt certitudo ſi fecit vel nō fecit quod in ſe eſt.

Confir.2. Confirmatur ſecundò per auctorit. omnium Doct.dicentium abſolutè ꝙ ſedis Apoſt. & Papa in iudicio fidei errare nō pōt: quodq́; ideo in hoc eius iudicio & magiſterio oēs fideles ſubiiciūtur vt ſupra,& q.1.Arma fidei.q.10.habetur:& pręcipuè Cyril. ibidē allegatus in theſauris magnificè docet : quāuis hæc eius auctoritas in noſtris exēplaribus non habentur:ſed eam refert B.Th.opuſc.19.contra impugnantes relig.c.3.& contra errores græcorū: quæ ꝑ hæreticos creditur abraſa, vel quia non oēs libri theſaurorum Cyrilli extāt apud nos. Item Ber.in Epiſt.190.ad Innoc.Papā expreſsè ait ꝙ ibi oportet reſarciri damna fidei, vbi fides nullum poteſt ſentire defectū, ergo oppoſita opinio nō ſolum temeraria & erronea ſed hæretica videtur,ſecundum Hiero.ad Damaſum Papam & habetur 24.q.1.c. hæc eſt fides vbi ait. Si aūt hæc noſtra confeſsio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur:quicūq; me culpare voluerit,ſe imperitum vel maleuolum,vel etiam non catholicum ſed hæreticum cōprobabit. Item 25.q.2. c.ſi quis habetur.ſi quis dogmata vel decreta pro Cath. fide vel Eccleſiaſt.diſciplina à ſedis Apoſt. præſule promulgata contempſerit, anathema ſit. vti hoc etiam ſuperius in reſpon.ad quartum argum.& inferius adhuc latius habetur.

Reſpon. ad 6.arg. Reſpon.ad ſextum arg. conceſſo antecedente negatur conſequenti : & ad eius primam probationem etiam negatur conſequentia. nam bene ſtat ab eodem tribunali & ab eadem perſona & auctoritate vel poteſtate formaliter,varia & contraria prodire iudicia ſiue decreta propter varias diſpoſitiones,etiam eiuſdem perſonæ in eodē tribunali & poteſtate ſedentis . conſtat.n.ab eodem iudice eandem poteſtatem habente nunc recta & iuſta nūc erronea & iniuſta iudicia prodire: quia poteſt abuti ſua poteſtate vel tribunali. Sic in ꝓpoſito de dn̄o Papa dicendum eſt, quod non ſemper eſt idem iudicium quod ab eadem poteſtate & tribunali Papæ vel Eccleſię procedit. Ad ſecundam eiuſdem conſequentiæ probationem.

Reſpon.conceſſo toto antecedente negatur etiā conſequentia. Nam iudicialis diffinitio Papę,tūc ſolum dicitur eſſe & eſt etiam ſedis Apoſt.vel Eccleſiæ Ro.ſiue Cath. quando fit ab ipſo Papa non abutente ſua poteſtate ſed potius faciente quod in ſe eſt , putà cum debito conſilio Cardinalium atq; Sapien.vel qn̄ à ſolo Papa fit perſeueranter, ita videlicet ꝙ generaliter à fidelibus vel à Pont. & Sapien.Eccleſię & Cardinalibus ſine vlla reſiſtentia vel contradictione generali ipſorum, vt regula fidei vel morum acceptatur vel obſeruat̄. ad quod facit Archid.in c.ſic oēs.d.19.& B.Grego.in c.Apoſtolicæ.35.q.9. vbi dicitur, Apoſtolicæ ſedis ſententia tanta ſemper conſilii moderatione concipitur : tanta patientia & maturitate decoquitur : tantaq́; deliberationis grauitate profertur : vt nec immutari neceſſariū ducat:niſi fortè ſic prolata ſit vt retractari poſsit vel immutari ſi ſecundum tenorem præmiſſæ conditionis non exiſtat. Hęc ibi. Faciunt etiam ea omnia q̄ infra q.4.in tertia opin.in prima eius parte ſecundum doct.cōiter ibi allegatos habentur, qn̄ Papa & Conſilium inter ſe inuicem diſſentiunt cui nam eorum potius ſtandum ſit . & hoc modo neq; Papa neq; Eccleſia Ro.ſiue Cath. neq; ſedes Apoſt. ſimpliciter ſiue ꝑ accidens in fide & moribus diffiniendo errare poteſt,etiam ad modicum tēpus, ita quod pro illo modico tempore error ille generaliter à fidelibus ſine vlla contradictione vt regula fidei acceptetur & obſeruetur vt dictum eſt. & cum his Couarruuias in reſolutionibus lib.4. c.16.num.6.conſonat expreſsè. Qn̄ verò Papa aliter ſe habens de fide vel moribus diffiniēs ſic erraret ꝙ eius error non acceptaretur generaliter à fidelibus ſed ei potius ſtatim à Cardin. vel Prælatis & Sapiē.Eccleſię contradiceretur,tūc ea diffinitio vel error nō dicitur nec eſt ſedis Apoſt. vel Eccleſiæ Ro. ſiue Cath. ſed ipſius Papę duntaxat etiam vt Papa eſt ſua abutens poteſtate. Et hoc modo dicimus nō quidem quod ſedes Apoſt. vel Eccleſia Rom.ſed ꝙ Papa vt Papa ſi non facit quod in ſe eſt in diffiniendo de fide & moribus errare poteſt : non tn̄ perſeueranter ſed ad modicum tempus ità ꝙ is error ad totam non perueniat Eccleſiam vt declaratum eſt . & cum hac reſponſione conſonat expreſsè Syluester tit.fides. q.1. q.6. q.7. & tit.Eccleſia. q.3. ſecundum Panor.in cap. ſignificaſti. de elect. & alios Doctores de Concilio Generali idem dicentes .

Si contra hoc replicetur, quòd idem eſt ſedem Apoſtolicam & Papam ſolum in ea ſedentem vt Papam ſuper tali negocio aliquid facere ,putà diſpenſare, præcipere, ſtatuere, iudicare vel ſententiam ferre,aut diffinire & Eccleſiæ præſidere,ergo idem etiam eſt ſedem Apoſtolicam & Papam ſolum in ea ſedentem vt Papam illud idem bene vel malè rectè vel erroneè facere. antecedens conſtat tum ex communi modo loquendi : tum

etiam

etiam ex ipſo iure canonico, vbi quod Papa ſolus facit diſpenſando, præcipiendo, ſtatuendo, iudicando, & diffiniendo dicitur ꝙ idem illud ſedes Apoſt. facit cuius auctoritate Papa id facit. vt liquet d. 19. c. ſi Romanorum. c. ſic oẽs. c. in memoriã. c. nulli. & in ſupradicto. c. Apoſtolicę. 35. q. 9. & c. veniam. & c. ſententiam. ibid. Item 24. q. 1. c. hęc eſt fides. c. quõ vetus. & alibi millies vt etiã ſupra in argum. multæ auctoritates allatę ſunt. Conſequentia autem probatur, quia ſi ſedes Apoſto. & Papa hoc facit. & hoc eſt malum vel erroneum, ergo ſedes Apoſtolica & Papa idem faciendo errat & malè facit. & ita malè negata eſt conſequentia illius ſexti & principalis argumenti: & ratio diſcriminis inter diffinitionem Papæ & ſedis Apoſtolicæ nulla eſt.

Reſpon. ad repli. Reſpon. ad hanc replicam negando eius conſequentiam, & etiam maiorem ſi ibi ſignetur aliqua diffinitio vel diſpenſatio vel actio aliqua mala uel erronea: tunc enim non ſedes Apoſtolica ſed Papa abutens ſua poteſtate id facit. neque valet cõſequentia Papa vt Papa id facit, ergo ſedes Apoſtolica id facit. quia ut logici dicunt uariatur appellatio: uel quia alia cauſa illius qualitatis, putà erroris uel malitiæ adiacẽtis illi actui, videlicet diſpenſationi, mandato, iudicio, ſententiæ, aut diffinitioni, malè vel erroneæ denotatur vel importatur; quando dicimus quòd ſedes Apoſtolica id facit; & alia quando dicimus quòd Papa etiam vt Papa idem facit. Nam quando dicimus ꝙ ſedes Apoſtolica ſic malè mandãdo, ſtatuẽdo, diſpenſando, iudicando, aut diffiniẽdo errat, aut malè facit; importatur quòd cauſa totius illius malæ actionis ſic qualificatæ eſt non ſolum Papa ſed etiã ipſa poteſtas Papalis vel Apoſtol. quodq; ab ea id malum errorvè procedit. & hoc dicere vtiq; erroneum eſt. Qñ aũt dicimus ꝙ Papa id facit, ſolũ ſignificatur ꝙ ipſe vtẽs vel potius abutẽs poteſtate Papali ſiue Apoſtol. eſt cã totius illius actionis malè vel ſic qualificatę. qđ vtiq; verũ eſt; nam iõ mala vel erronea eſt actio vel diffinitio eius: quia ſua poteſtate abutitur vel nõ facit quod in ſe eſt. Et ita non valet conſeq. videlicet in prauis actionibus aut erroneis diffinitionibus, Papa vt Papa hoc facit ſiue diffinit: ergo ſedes Apoſt. id facit ſiue diffinit, quamuis in bonis & rectis actionibus & diffinitionibus bene valeat illa conſequentia. è conuerſo autem ſemper valet conſequentia. Sedes Apoſtolica hoc ſtatuit, facit ſiue diffinit: ergo Papa idem facit. vt conſtat ex ſupradictis, ꝙ non ipſa ſedes vel auctoritas; ſed ſedens in ea, & illa vtens id facit, ſimiliter valet, Papa faciens quod in ſe eſt, aut bene vtens auctoritate Papali hoc facit ſiue diffinit, ergo ſedes Apoſtolica idem facit ſiue diffinit. & hoc eſt maximè aduertendum vt tota vis huius argumẽti & aliarum obiectionum penitus eneruetur, & ad declarationem eorum quæ inferius ſubſequuntur.

Concl. 2. Ex quibus ſequitur quòd licet ſit hæreticum dicere ſimpliciter quòd ſedes Apoſtolica vel Eccleſia Rom. in diffiniendo de fide & moribus errare aut in fide deficere poteſt. Non tamen hęreticum eſt id dicere ſimpliciter de Papa etiam vt Papa eſt: ſed hæc ſolum eſt temeraria opinio contra tot Doctores ſanctos & Eccleſiæ decreta ſupra allegata oppoſitum ſimpliciter dicentia: propter quæ etiam malè ſonans ea opinio videtur. quamuis Cano vbi ſupra lib. 6. cap. 7. temerè & iniurioſè contra tot Doctores Catholicos oppoſitum opinantes idque ſimpliciter de Papa dicentes nec per Eccleſiam in hoc reprobatos, cenſeat quòd id ſimpliciter dicere de Papa ſit etiam hæreticum ſicut de ſede Apoſtolica & Eccleſia Roma. id ſimiliter dicere hæreticum eſt. At verò dicere cum expreſſa limitatione quòd Papa faciens quod in ſe eſt cum cõſilio Cardinalium atque Sapientum, aut quòd perſeueranter ad ſenſum iam declaratum in diffiniendo de fide & moribus errare poſsit, ego certè periculoſum & erroneum in fide & fortè etiam hęreticum opinando iudicarem, vti ſuperius in reſpon. ad quartum argumentum & q. 1. Arma fidei. propoſi. 10. dictum eſt. & paulò inferius etiam in fine huius quæſtionis habetur. nam & ęquiualenter videtur aut eſt dicere quòd ſedes Apoſtolica vel Eccleſia Rom. ſiue Catholica in fide & moribus diffiniendo errare poſsit.

Ad primam confir. reſpon. negando conſequẽ. neque. n. ſequitur ꝙ Chriſtus reliquit Eccleſię regulam fidei tribunalq; fallibile. nam ex quo Papa non põt errare ſic quòd eius error ad totam perueniat Eccleſiam, quinetiam ſtatim à Cardin. & Proceribus & Sapien. Eccleſiæ, illi contradicatur, errorq; tollatur vel caueatur: iam non eſt neque dicitur error ſedis Apoſtol. aut Eccleſię Ro. ſiue Catholicæ vt dictum eſt. Maximè quia ſi Papa non eſt pertinax, vtiq; ſtatim ſufficienter admonitus reſipiſcet; & faciẽs quod in ſe eſt Diuinitus adiutus & illuminatus auctoritate ſua Apoſtolica iudicialiter ſuum reuocabit errorem vel docebit veritatem. Si aũt fuerit pertinax hęreticus deponetur à Papatu: & eius ſucceſſor Cathol. eadem auctoritate diffiniet veritatẽ vt oportet. *Reſpon ad 1. confirm.*

Si contra hoc replicetur, ꝙ iã non in Papa neq; in eius ſede vel tribunali Apoſt. ſed in mẽbris eius fidelibus reſiſtẽtibus illius errori, vel admonentibus & docentibus illum: eſſet illa indefectibilis regula fidei & illuſtratio veritatis à Chriſto promiſſa, & Eccleſiæ ſuæ relicta. *Reſpon.*

Reſpondeo negando ſequelam ſed ſolum ſequitur & conceditur ꝙ in eo caſu quo Papa nõ faciens quod in ſe eſt erraret in fide, Deus nõ permittet ꝙ Eccleſia Ro. ſiue Cath. generaliter illius errorẽ ſequatur ſed potius illi cõtradicet: quodq; ipſe Papa ad faciendum quod in ſe eſt conſilium & adiutorium ſufficiens habebit à ſuis membris fidelibus etiam à Deo illuminatis ne ipſe erret vel ne in errore permaneat: & vt ipſi etiam fa- *Reſpondeo ad replic.*

cienti quod in ſe eſt Deus vti promiſit tandem abſiſtat opportunè vt iudicialiter de fide & moribus rectè diffiniat. idq́; ita fiet vt proximè in reponſione ad primam confirmationem dictũ eſt. Itaque aſsiſtentia Diuina repromiſſa ſedi Apoſtolicę aut Papæ facienti quod in ſe eſt nunquam illi deerit: ſed neq; Eccleſiæ Rom. ſiue Catholicæ, vt errantis Papæ nunquam ſequatur errorem, vti declaratum eſt. Sicq́; fit vt magiſterium fidei & morum certum & infallibile hoc vel illo modo in ſede Apoſtolica & Eccleſia Rom. ſiue Catholica ſemper ſit & nunquam deficiat. Quod autem in fine confirmationis dicitur quòd non eſt certitudo ſi eſt verus Papa, aut ſi Papa fecit quod in ſe eſt. Reſpondeo quod licet non ſit certitudo fidei Catholicæ aut infallibilis: eſt tamen certitudo moralis aut eſſe poteſt dum de oppoſito non conſtat manifeſtè: & hæc certitudo ſufficit ad opinandum quòd errare non poteſt: quodque eius diffinitioni ſub crimine & pœna hæreſis omnes ſtare teneantur, vt hoc etiam inferius in reſponſione ad replicam ſecundæ confirmationis ſubſequentis latius declaratur.

Reſpon. ad ſecundã confirm. Ad ſecundam confirmationem reſpõ. quod oẽs illi Doctores & auctoritates loqnuntur & intelligũtur de Papali diffinitione, quæ eſt aut verè dici poteſt, diffinitio ſedis Apoſtol. vel Eccleſię Ro. qualis eſt ea quæ facta eſt à Dño Papa faciente quod in ſe eſt cum debito cõſilio Cardin. atq; Sapientũ: vel quæ eſt perſeuerans generaliter apud fideles ſine vlla Card. & Pontificum, & Sapientũ Eccleſię contradictione generali. nam talis diffinitio nec in ſede Apoſtolica nec in Eccleſia Ro. ſiue Catholica nec in ipſo Papa erronea ſed omnino vera eſſe poteſt. & hæc propriè eſt & dicitur diffinitio & doctrina ſedis Apoſt. vel Eccleſię Roma. ſiue Cathol. vt ſupra declaratum eſt. de qua Doctores omnes confitentur ꝙ ad illam tanquã ad regulam Catholicæ veritatis ſemper & in dubiis confugiendum eſt.

Replic. 1. Contra hanc reſpon. & contra prędicta omnia & contra ipſam propo. principalem ſuprapoſitã fortius replicatur. Nam ſi Papa non faciẽs quod in ſe eſt diffiniendo de fide & moribus ad modicum tẽpus licet non perſeueranter errare poſſet: ſi etiam illius erroneę diffinitioni tũc à fidelibus contradici & reſiſti poſſet, vt ait illa propoſitio: ergo in dubiis fidei vel morum nõ eſt ſimpliciter & abſolutè ſtandum eius diffinitioni, etiam qñ de eius errore non conſtaret manifeſtè quouſque per Eccleſiã eius diffinitio generaliter approbetur vel accepteiur. Hoc aũt concedere erroneum & periculoſum eſt vt proximè patebit. Quòd aũt id ſequatur planè probatur. nam quæro verũ Papali diffinitioni non manifeſtè erroneę ab omnibus fidelibus ſemper, etiam ſtatim pro illo modico tẽpore, quo illi per Eccleſiam non contradicitur ſtandum & obediendum ſit: an non? Si ſic iam eius error ſi ſit erronea diffinitio acceptatur ab Eccleſia vel ſaltem ad eam totam peruenit id quod nec eſt poſsibile nec ab ipſa cõceditur opinione vel propoſitione contra quam arguitur.

Si non acceptatur nec illi obediendũ eſt: ſed potius ei reſiſti põt ſi ſit erronea diffinitio, vt ipſa cõcedit opinio vel propõ. Iam plura ſequuntur incõuenientia. primum quòd vt in hac replica illatum eſt in dubiis fidei & morũ non eſt ſimpliciter ſtandum Papę diffinitioni &c. hoc aũt eſt contra omnium Doct. auctoritates & Eccleſię decreta ſupra citata in argum. & ſecunda eius confirmatione: q̃ eodem mõ abſolutè dicunt ꝙ in dubiis fidei ſtandum eſt Papę diffinitioni ſicut & ſedis Apoſt. & Eccleſiæ Ro. ſine vlla differentia aut limitatione ſi fecit quod in ſe eſt, aut ſi eſt perſeuerãs vel acceptata ab Eccleſia: quam tñ limitationem vel differẽtiam facile facere vel explicare potuiſſent & vtiq; debuiſſent & alicubi feciſſent ſi cũ ea de Papa aliter q̃ de ſede Apoſt. vel Eccleſia Ro. id dicere intendiſſent. Secundum inconueniens eſt qđ quilibet præſertim docti quilibet etiã hęreticare aut ſuas opin. ſequi volentes poſſent in illo modico tẽpore aut ſtatim contradicere cuicũq; diffinitioni Papali in dubiis fidei & morum alterã partem etiã rectè diffinienti: maximè ſi pro ſe aliquorum Cath. habeãt auctoritatem, putà quod Papa põt in voto ſolẽni caſtitatis aut religionis aut in matrimonio tñ rato diſpenſare. & aliis hmõi, vt feciſſe dicitur Ocham cum quibuſdã aliis contra dñm Io. 22. de paupertate Chriſti & Fr. Minorũ diffinientem: allegãtes illam Papę diffinitionem eſſe erroneam in fide: ex quo nondum per totam Eccl. acceptata erat, ſed ab eis contradicebatur, qui de numero Catholicorum erãt & cenſebant.

Tertium inconueniens eſt quod quilibet facile poſſet cauſari Papam non verè feciſſe quod in ſe erat, ſaltem poſſet de eo dubitare: quãuis in foro exteriori præſumi debeat id debitè feciſſe dũ de oppoſito manifeſtè non conſtaret. at cum in foro conſcientiæ & veritatis, qualis diffinitio de fide eſt, debeat pręſumptio cedere veritati: certè poſſet dubitare an Papa verè fecerit quod in ſe eſt, & Deus illi aſtiterit: & ex conſequẽti rectè ne an erroneè in fide diffinierit. & ita non firmiter ſed dubitando poſſet eius ſtare diffinitioni: quod tñ eſt contra prędicta Doct. & Eccleſiæ decr. Quartũ inconueniens eſt, ꝙ ignotũ eſt, qui ſint illi qui Papali diffinitioni tãq̃ erroneę (ſi erronea eſſe põt) debeant reſiſtere, & q̃o, & quantum tempus ab eius diffinitione cenſeatur modicũ vt illa diffinitio non ſit neq; dicatur perſeuerans: ita vt intra illud tẽpus & non poſtea reſiſti poſsit eidẽ. Itaq; propter hæc & alia eiuſmodi inconuenientia videtur quòd illa propõ contra quã arguitur ſit erronea & valde periculoſa & anſam prębens omnibus hæreticare aut errare paratis. & è conuerſo hęc opinio quæ in hoc ſexto argumento ſupra poſito continetur vera & Catholica ſit.

Reſpon. replic. 1 Reſpondeo ad hanc replicam negãdo conſequentiam

quentiam: & ad eius probationem vbi quæritur. Vtrum in dubiis fidei ſtandum ſit diffinitioni Papali, an non. Reſpondeo, quòd quando de eius errore non conſtat manifeſtè, aut quando illi diffinitioni ſtatim vt edita eſt ab Eccleſia non contradicitur generaliter à fidelibus Cardinalibus, & Pontificibus & ſapientibus Eccleſiæ Rom. ſiue Catholicæ tunc vt vera & Catholica ab omnibus firmiter tenenda & non ſolum præſumenda eſt. neque tunc etiam ad modicum tempus eius error ſi eſſet erronea ab Eccleſia vel à fidelibus eius generaliter poteſt acceptari vel etiam diſsimulari: ſed ſtatim vt in publicum edita eſſet illa erronea diffinitio Papæ ei & à fidelibus vt dictum eſt generaliter contradiceretur, & hoc eſt priuilegium à Chriſto conceſſum ſiue promiſsio facta ſedi Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ ſiue Catholicæ, quòd licet Papa ex ſua culpa non faciens quod in ſe eſt, vel ſine debito conſilio Cardinalium atque Sapientum poſsit de fide diffiniendo errare: non tamen ita quod eius error ab Eccleſia ſtatim non deprehendatur vt illi reſiſtat per Doctores ſuos atque Pontifices generaliter vt dictum eſt. & hoc eſt quod ſæpe diximus quòd ad modicum tempus non perſeuerante Papa de fide diffiniendo ſi non facit quod in ſe eſt errare poteſt: non tamen ita quòd Eccleſia Rom. ſiue Catholica vel fideles eius generaliter etiam ad modicum tempus illud, errorem illum acceptent ſiue diſsimulent vel ei ſtatim non contradicent. Neque enim Eccleſia vel ad modicum tempus fideles ſuos in aliquo errore fidei vel morum ſtare ſcienter permittit neq; diſsimulat, vt in illa ꝓbatione cõſequentiæ malè ſupponitur, quaſi nos id ſuperius dicere voluerimus; qđ tñ neq; dicimus neq; ita ſentimus, ſed vt proximè declaratum eſt. Error nãque cui non reſiſtitur, approbatur, diſtin. 83. cap. error. & ita nullum ſequitur inconueniens de ſupradictis: neque datur anſa hæreticis aut aliis errare paratis. Nam dum in dubiis fidei à Catholicis, Cardinalibus & Pontificibus & Sapientibus Eccleſiæ generaliter non contradicitur diffinitioni Papali vt erroneæ in fide ſtatim vt edita eſt, non poſſunt aliqui etiam docti eidem tanquam erroneæ contradicere: ſed neque de illa dubitare, aut ſi Papa fecit quod in ſe erat, aut ſi Deus illi aſtitit, aut ſi Papa ſic diffiniendo errat: ſed vt dictum eſt firmiter tenendum eſt quòd Deus illi aſtitit & veriſsima & Catholica eſt diffinitio cui Eccleſia non contradicit: & tanquam tali omnes ſtare & obedire tenẽtur. vti Doctores omnes atq; Pontifices & Concilia vbi ſupra ſimpliciter decernunt.

Replic. 2. Tandem replicatur ſecundò, & arguitur ad idẽ: quia lex & promiſsio Dei abſoluta infallibiliter impletur etiam ſi non ſit diſpoſitio ex parte noſtra; videlicet ex parte eius cui ipſa promiſsio fit: neque eius promiſsionis impletio ex noſtra pendet diſpoſitione. quod patet in promiſsione incarnationis filii Dei iam adimpleta ſine noſtra diſpoſitione, quia tam peccatores fuerunt tunc iudęi ipſum crucifigẽtes ſicut ante & magis adhuc. Idem patet, quia etiam ſine noſtra diſpoſitione futurum eſt finale iudicium in fine mundi & generalis omnium reſurrectio vt Dominus prædixit, atq; promiſit. idem etiam patet in propoſito præſenti: nam Eccleſia fidelium Chriſtianorum & recta fides in ea vſq; ad finem mundi permanebit quomodocũq; homines ſe habuerint, quia Dominus promiſit Matth. 16. Portę inferi non prȩualebunt aduerſus eam. & c. vlt. Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſumationem ſeculi. & Ioan. 14. Spiritus veritatis manebit vobiſcum in ęternum. & Luc. 1. Regnabit in domo Iacob, ideſt in Eccleſia militanti in æternum. & Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua. ſ. nec in te nec in ſede tua nec in Eccleſia tua aut tibi commiſſa vt ſupra in reſpõ. ad quartum arg. habetur; ꝙ hæc promiſsio eodem modo B. Petro Papæ & Cõcilio ſicut ipſi Eccleſię vniuerſali abſolutè ibi dem facta eſt, ergo ſimiliter in omnibus illis ſicut in Eccleſia Catholica implebitur etiam ſi Papa & Concilium non faciant quod in ſe eſt.

Reſpon. ad ſecundã replic. Reſpon. ad hanc replicam, ꝙ eius antecedens eſt verum ſolum in promiſsionibus ſiue decretis Dei abſolutis ſuper eo quod ipſe ſolus facturus eſt ſine nobis ſine cõcurſu actionum noſtrarum, vt in exemplis ibi adductis habetur, quòd Deus nunquam relinquet Eccleſiam neque permittet vnquam rectam fidem vniuerſaliter in ea deficere. non autem eſt verum illud antecedens in his quæ Deus ipſe etiam abſolutè promittit ſe facturum cum concurſu actionum noſtrarum, etiam ſi ſint actiones publicæ ſiue communes Papæ aut exiſtentium in Concilio. nam tales promiſsiones intelliguntur ꝙ in nobis implebuntur ſecundum noſtram diſpoſitionem, vt ſupra q. 1. Arma fidei propo. 9. ex Matth. 18. Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo congr. &c. & Luc. 11. Petite & accipietis. & Ioã. 14. 15. 16. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. & 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos &c. Probatum eſt. & ratio huius eſt quia Deus omnia ſuauiter gubernat ſecundum naturam & conditionem earum rerum & cauſarum ſecundarum cum quibus concurrit naturaliter & ſupernaturaliter ad actiones & effectus ſuos. & ita cum homine libero cõcurrit ad actiones ſuas liberas ſecundum eius liberi arbitrii diſpoſitionem, & non aliter. quo fit vt eius promiſſio de aſsiſtendo Papæ & Concilio in ſuis diffinitionibus circa fidẽ & mores non ſit intelligenda niſi ſecundum eorũ diſpoſitionem ſi faciãt quod in ſe eſt. & ita patet ratio diſcriminis quare illud Luc. 22. Ego pro te rogaui Pet. &c. aliter in Papa & Concil. aliter in Eccl. impleatur. & illa conſequentia illius replicę vel argumenti neganda ſit.

1. dubium. Sed ad prædicta omnia contenta in hac tertia & ſecũda q. precęd. tria dubitantur. Primum, nam

poſtquam illi diffinitioni Papali tanquam erroneæ vel in fide ſuſpectæ à Proceribus Eccleſię ſtatim cœptum eſt contradici, quibus adhuc Papa reſiſtit, conſtat quòd requiritur tempus & quandoq; ſatis magnum vt in re dubia fidei illa Papæ diffinitio non manifeſtè erronea cum debita maturitate ab illis & aliis generaliter conuenientibus in vnum examinetur & concorditer diffiniatur, ſitne tandem acceptanda an refutanda. dubitatur inquam, quid illo tempore inter medio fideles facere teneantur: obedient ne illi Papali diffinitioni, an non? nam vtrobique inconueniens aut periculum eſſe videtur, vel inobedientiæ ſi recta, vel erroris etiam generalis fidelium Eccleſię ſi erronea diffinitio illa demum fuerit inuenta.

Reſpon. Reſpondeo quòd illo tempore intermedio, obediẽdum eſt ab omnibns illi Papali diffinitioni, quouſque ſit generaliter diffinitum quòd erronea eſt. Sicut & in dubiis cuique ſuperiori eius ſubditi omnes cum bona fide & formata bona conſcientia obedire tenentur, dum n aius aliunde periculum non imminet alicui, vt in tertio libro de Conſcientia. quæſt.8. ſuperius habetur, & interim ſubditi obedientes excuſantur à culpa erroris per ignorantiam inuincibilem. Sicut Adrianus in primo quodlib. artic.3. in reſponſione ad tertium argumentum dicit de illis qui ſecuti ſunt aliquas Papæ diffinitiones erroneas, modo opinatiuè modo aſſertiuè illæ fuerint, vti ſuperius in reſpon. ad quintum argumentum dictum eſt: quouſque per ſucceſſores oppoſita veritas diffinita fuit. Neque tunc Eccleſia aut ſedes Apoſtolica dicitur errare aut errorem illum cognitum diſsimulare, ex quo non illum acceptat ſed ei potius contradicit: quouſque veritas examinetur & tandem diffiniatur vt dictum eſt. ſed ſolum dicitur rem dubiam interim ignorare: & de illa cum debita maturitate quamuis reſiſtendo tractare, & errorem illum in inuincibiliter ignorantibus rectè tolerare. quouſque Diuinitus illuminetur & de veritate conſtet ſufficienter. Sed neque eſt inconueniens Eccleſiam vniuerſalem pro aliquo tempore aliquas fidei veritates pro tunc vel abſolutè ad ſalutem non neceſſarias ignorare: eſſet autem inconueniens pro aliquo tempore etiam paruo errorem aliquem amplecti aut diffinire, aut etiam ſcienter diſsimulare vt ſupra dictũ eſt. Quòd ſi inter Proceres & Sapientes Eccleſię etiã in Concilio Generali ſit aliqua diſſenſio atque varietas ſuper tali dubio vel Papæ diffinitione: tunc ipſius Papæ diffinitioni ſtandum eſt. neque poterit erronea eſſe ſiue cenſeri, ex quo non communiter ab Eccleſia & Pontificibus, & ſapientibus eius, ſed ab aliquibus tantum illi reſiſtitur aut contradicitur. ad quorum litigium dirimendum Papa qui habet fidei magiſterium legitimus iudex à Chriſto conſtitutus eſt, vti ex auctoritatibus ſupradictis facilè conſtare poteſt. Si autem inter Concilium & ipſum Papam diſſenſio ſit, cui nam potius ſit obediendum diffinitioni, infra quæſt.4. in tertia opinione in prima eius parte & eius probatione latius habetur ibi videatur.

Secundum dubium eſt poſtquam ſuperius in reſponſione ad quartum argumẽtum dictum eſt quòd ſub crimine & pœna hæreſis ſtandum eſt diffinitioni Papæ & Concilii Generalis in fide & in moribus, vtrùm id ſit verum, ſemper de quacunque diffinitione? Ad quod reſpondeo quòd non. quia non omnia cum ſummi Pontifices etiã in materia fidei & morum dicunt diffiniendo, & maximè extra Concilium Generale ſunt in eodẽ gradu diffinita tanquam de fide credenda, ita quòd oppoſitum hæreticum ſit. Id quod ſæpe contingit quando ad interrogata particularium perſonarum vel Eccleſiarum Papa reſpõdens auctorem citat: vel non aſſertiuè diffiniendo aut regulam fidei vel morum generaliter è tribunali tradendo, ſed probabiliter tantum ſecundum ſuã vel aliorum opinionem expreſsè ſe loqui oſtendit.. Id etiam contingit quando non ex profeſſo, ſed vel explicandi cauſa aliquid Papa inducit vel vt obiectioni reſpondeat: vel quando obiter & in tranſcurſu præter inſtitutum principale de quo agitur vel de quo erat potiſsimum controuerſia aliquid dicit. Exempli gratia, quò ad primum. quando videlicet ex ſua vel aliorum opinione Papa loquitur: nam ſecundum Caietanum & alios Dominus Nicolaus Papa. in cap. à quodam Indęo, de conſecratione diſtinctione 4. id quod ibi habetur opinando vel ſecundum ſuam opinionem decreuit: cuius tñ oppoſitum poſtea Zacharias atque Pelagius in c. ſi reuera. & in c. multi. & cap. in ſynodo ea diſtin. melius aſſertiuè decreuerunt. Similiter in clementina prima de ſumma trinitate & fide Catholica. Papa etiam cum Concilio Generali opinando eligit vt probabiliorem opinionem, quòd virtutes Theologicæ vel earum habitus infunduntur à Deo in baptiſmo vel in iuſtificatione peccatoris: cuius oppoſitum non ideo hæreticum ſed temerarium & fortè erroneum eſt: nam multi Doctores vt Scotus in 3. diſtinctione 26. & Durandus diſtinc.23. quæſtione 6. & alii opinantur tales habitus virtutum infuſarum, fidei, ſpei, & charitatis nõ probari euidenter ex ſacra ſcriptura aut Conciliorum aliqua diffinitione, vt hoc etiam ait Gabriel in 4. diſtinctione 4. quæſtione 1. concluſio. 6. & quamuis nuper in Concilio Tridentino ſeſſ.6. capi.7. & canone 11. diffiniatur in iuſtificatis aliquid infundi quod eis etiam formaliter inhæret: non tamen dicitur ibi quod ſit habitus virtutis ſed ſufficit quòd ſit ipſa gratia: quæ vtrum identificetur cum charitate vel ab ea diſtinguatur ſub opinione eſt. Ideo vt dictum eſt, negare virtutes infuſas non hæreticum ſed temerarium & forſan erroneũ eſt, vt hoc expreſsè ait Cano de locis Theolog. lib.5. c.5. q.4. & Doctor quidã Auguſt.

Dubium 2.

de vera

de vera cruce appellatus in ſuo ſpeculo coniugiorum par.2.art.15.& 21. Sed quia in dicto Cõcilio triden.ſeſſ.6.c.7.expreſsè dicitur quòd in iuſtificatione impii cum remiſsione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Chriſtum cui inſeritur fidem, ſpem & charitatem: certè Concilium videtur iam non ſolum opinando ſed aſſerendo diffinire has virtutes infuſas eſſe: ac perinde oppoſitum ego vel hæreticum vel ſapiẽs hæreſim nedum erroneum in fide cenſerem. & ita Vega de iuſtificatione lib.7.c.24.dicit quòd in prædictis verbis Concilium obiter damnauit errorem Lutheri negantis fidem eſſe habitum aliquem in animo quieſcentem. Similiter ſecundum prędictos & plures alios Doctores ſuperius in reſpon.ad 5.arg.citatos Papa in c.quanto de diuor.& in c.licet. de deſponſ.duorũ. dicit quòd aliqui prędeceſſores aliter ſenſerunt vel iudicauerunt, videlicet non aſſerendo ſed opinãdo. Sed Adrianus & alii dicunt fortè probabilius quod id aſſerendo malè diffinierunt quia quod in ſe erat nõ fecerunt; ſed ex proprio ſenſu ſic diffiniendo locuti ſunt, vt ſuperius dictum eſt. Similiter vt ait Abulen.1.Reg.8.ca.q.202.& Doctor de vera cruce, & Cano vbi ſupra, opinãdo loquitur Papa in c.gaudemus.de diuort.dum ait, quòd pluralitas vxorum ſimul nunquam fuit licita etiam in lege naturæ ſine diſpenſatione vel reuelatione Diuina. Nam licet quod Papa principaliter ibi diffinire intendit debeat vt de fide teneri, quòd ſcilicet pagani iuncti in gradu prohibito lege tantũ humana vel Eccleſiaſtica poſtea ad fidem cõuerſi non debent ſeparari: quodq; ſi paganus prius plures vxores habebat iam poſt ſuſceptam fidẽ Chriſti debet priori tantum adhærere: quodq; ſi vxore repudiata cum ſecunda cõtraxerit etiam poſt baptiſmum debet dimittere ſecundam & adhærebit primæ repudiatæ etiam ſi ipſa repudiata cum alio contraxiſſet: ſecus ſi fornicata fuiſſet. quia tria hæc ibi ex propoſito dubitata & à Papa quæſita & diffinita ſunt: reliqua autem quæ ibidem Papa dicit non profert ex principali intento pontificaliter diffiniendo: ſed rationem ſuæ diffinitionis exhibendo, vt ſibi ſecundum ſuam eruditionem perſonalem videbatur; in quo errare & bene vel malè potuit opinari. & ita opinando, nõ diffinitiuè condemnat ibidem vt hæreticam oppoſitam Durãdi & quorundam aliorum Doctorum etiam ſanctorum opinionem tenentium licitam fuiſſe pluralitatem vxorum, olim in lege naturæ ſine Diſpenſatione Diuina, vbi ea vigebãt conſuetudo: quamuis illa opinio ſiue ſententia Domini Papę in dict.c.gaudemus, ſit verior & multò probabilior quàm oppoſita. Similiter prædicti Doctores vbi ſupra dicunt quòd Papa in c.literas.de reſtit.ſpol.opinãdo locutus eſt, dum vt ſapiens volens dare rationem quam dare non tenebatur ſuæ veriſsimæ & finalis & principaliter intentæ diffinitionis ibidem poſitę, addit eſſe quoſdam gradus conſanguinitatis iure Diuino Leuit.18.prohibitos in quibus Papa diſpenſare non poteſt.nam huius oppoſitum communiter tenetur à Doctoribus dicentibus, quòd non omnes gradus Leuit.18.prohibiti modo ſunt iure Diuino: quia vetus illa lex iam ceſſauit. Ideo Papa in hoc ex aliorum & ſua opinione præſuppoſita locutus eſt: nec hoc habet vim diffinitionis cui neceſſariò ſtandum ſit: quia nec hoc ibi principaliter quęrebatur & diffiniebat; ſed vtrùm quando obiicitur aliquis gradus conſanguinitatis Diuina lege prohibitus, ei qui petit reſtitutionem coniugis debeat fieri reſtitutio vel non. & ad hoc Papa ſub disiunctione reſpondet ibidem: & hæc diffinitio neceſſariò eſt tenenda: non autẽ id quod incidenter ex ſua vel aliorum opinione interſerit dicens, quòd ſunt aliqui gradus conſanguinitatis Diuino iure prohibiti vt dictum eſt.

Similiter id quod in c.parrochianos. de decimis. Papa diffiniens decimas eſſe reddendas. vbi dat pro ratione ſecundum ſuam vel aliorum opinionem, quia inquit à Deo ſunt inſtitutæ. illa diffinitio quòd decimæ reddendæ ſunt, eſt quidem neceſſariò de fide tenenda: non autem quod dat pro ratione ſic opinando quia.ſ. ſunt à Deo inſtitutæ: nam oppoſitum tenetur cõmuniter à Theologis ſaltem quò ad hanc vel illam quottam: nulla enim talis decreta eſt in noſtra lege noua: quidquid fuerit olim in veteri lege quæ iam abòlita eſt. Similiter quando Papa aliquid etiam vt Papa & auctoritate Pontificali facit, putà diſpenſando in voto ſolemni caſtitatis vel religionis vel in matrimonio rato nondum conſummato, vt aliqui Pontifices fecerunt, non id de fide eſſe diffiniunt neq; condemnant oppoſitam opinionem tanquam erroneam in fide: ſed illam ipſi ſequuntur quam alii non ſequerentur. Exemplum ſecundi quando videlicet Papa aliquid dicit non ex profeſſo ſed exemplificandi gratia. vti de hoc ſecundum Cano proximè dicetur.

Exemplum tertii quando.ſ. Papa aliquid dicit obiectionibus reſpondendo, vt facit Dominus Io.22.in extrauagan.quia quorundam. de verb. ſign.aliquas non ſatis efficaces ſed cõgruentes, rõnes vel auctoritates nõ in ſuo proprio ſenſu literali ſed myſtico vel per viam applicationis, vt aliqui dicunt Papam facere in c.cum eſſes.de teſtamẽ.& in c.per venerabilem. qui filii ſint legitimi. vti etiam ſuperius in reſpon. ad primum argum.habetur. & in officio Diuino de Domina noſtra & de aliis Sanctis hoc modo multas auctoritates ſcripturæ illi applicans canit Eccleſia.

Exemplum quarti quando.ſ. Papa nõ ex profeſſo ſed obiter in tranſcurſu diffiniẽdo aliquid dicit: vt clemẽ.6.in extrauag.vnigenitus.de pęn. & remiſ. vbi ait, quòd Imperator Cõſtãtinus fuit Romæ Baptizatus à B.Silueſtro: cuius oppoſitũ licet malè non tamen hæreticè alii opinantur. nã in his omnibus non eſt diffinitio certa de fide:

immo

immo & ibi Papa errare poteſt. Sicut & in clem. paſtoralis. de ſen. & re iudic. aliqui etiam Catholici ipſum in illa hiſtoriali narratione facti erraſſe contendunt. Sicut etiam ſequendo hiſtorias & hominum teſtimonia & opiniones ſuas vel aliorũ & in iudiciis & ſententiis ferendis litigioſis & in notitia facti & geſtorum humanorum, & in aliis factis & diſpoſitionibus vel ſtatutis ſiue decretis ſuis particularibus non continentibus regulam fidei vel morum generalẽ omnibus fidelibus tenendam, iudicando & diffiniendo ſecundum Doctores omnes errare poteſt. vt de hoc etiam ipſe Cano vbi ſupra lib. 5. c. 5. q. 5. latius agit: cui conſonat Turrecremata in decreto diſtin. 4. §. Ideo. art. 1. Illud igitur ſolum quod in materia fidei & morum tradendo doctrinam eius ex intento principali aſſertiuè Papa diffinit ab omnibus generaliter eſſe tenendum, id inquam de fide & oppoſitum hæreticum eſt. & in his omnibus expreſſè conſonãt Soto in 4. diſt. 3. q. 1. art. 6. & diſt. 27. q. 2. art. 3. & diſt. 36. q. 1. art. 5. & diſt. 38. q. 2. artic. 2. & Caiet. in quodlibet. de poteſtate Papæ capitulo 8. & Ambr. Catharinus in annotationibus contra Caietanum lib. 5. & Vega de iuſtificatione lib. 9. c. 41. & Tandem Cano, & De vera cruce vbi ſupra latius ediſſerunt. & quamuis in c. Sancta Rom. Ecclesia diſt. 15. & in c. Si Romanorũ. & c. in canonicis. diſt. 19. approbentur omnia opera Sanctorum Doctorum & decretales Summorum Pontificum: non inde ſequitur quòd omnia eorum dicta ibidem approbantur: ſed ea tantum quæ non ſunt contra veritatem. Abulen. in ſuo defenſorio par. 2. c. 81. de hoc & Couarruuias in reſolutionibus lib. 4. c. 16. nu. 1. & nu. & 10. latius agunt. Sed aduertendum eſt quòd ibidem ipſe Cano dicit, quòd id quod habetur in c. 1. de ſum. tri. & fid. Cath. quòd. ſ. Angeli ſunt creaturæ ſpirituales, quodq́; ab initio temporis ſimul cũ aliis creaturis corporalibus creati ſunt, non diffinitur ibi ex propoſito tanquam de fide tenendum ita quod oppoſitum hæreticum ſit. ſed ſolum id dictum eſt cauſa explicationis, quæ videlicet ſit illa creatura ſpiritualis vti erat probabilius. quia ibi nec Papa intendebat oppoſitum vt hæreticum reprobare quod multi Doctores Sancti & Catholici ante & poſt tenuerunt. vt Greg. Nazianz. Baſilius. Damaſcenus. Abroſius. Hieron. Caſsianus. & alii. nec B. Th. 1. par. q. 50. art. 1. & q. 61. art. 3. reprobat vt hæreticam ſed vt erroneam oppoſitam opinionem licet bene viderit illud. c. firmiter. & ad idem licet alia via eſt Caiet. ibidem in 1. par. Sed certè id mihi ſcrupuloſum & periculoſum videtur. tum quia eodem modo id ibi diffinitur ſicut & alia quę in eodem c. firmiter. de fide credẽda diffiniunt. tũ quia eodẽ modo poſſent infirmari multa alia quæ ibidem & alibi de fide diffinita ſunt. Multò etiam ſcrupuloſius & periculoſius mihi eſt quod ipſe Cano vbi ſupra. q. 3. dicit, quòd, ſ. illud Athanaſii in ſymbolo, carnem & animam ſimul eſſe hominem, non oportet verum eſſe, quãuis cum Athanaſio Concilium Nicenum conſenſiſſet. nam vtrùm homo ſit partes illæ complexæ an nõ, ad philoſophos non ad fidẽ ait pertinere: quare philoſophorum non Theologorum illa quęſtio eſt. Hæc ille. Sed vt diximus periculoſum hoc nec verum videtur: tũ quia etiam ex principiis euidentibus philoſophiæ cum aliis principiis de fide poteſt Papa & Concilium diffinire aliquid inde conſequens eſſe de fide vt proximè ẽt Contra Soto & Caietanum patebit: tum etiam quia in illa clemen. 1. de ſum. tri. tanquam de fide diffinitur expreſſè, quòd filius Dei partes noſtræ naturæ. ſ. animam rationalẽ & corpus humanum ſimul vnitas aſſumpſit: ex quibus in ſe verus Deus exiſtens fieret verus homo: quodq́; anima rationalis per ſe & eſſentialiter eſt forma corporis humani: & oppoſitum aſſerens pertinaciter hæreticus cenſetur ibidem. & hoc idem ipſe Cano inferius lib. 2. ca. 7. præceptione ſecunda confitetur. Iam vero vltra periculum temerarium etiam illud eſt quod Soto vir alioqui pius æquè ac ſatis doctus de iuſtitia & iure lib. 6. q. 1. art. 6. Secutus Caietanum in quodlib. de mõte pietatis ait, quòd non pertinet ad Papam vel Concilium diffinire quiſnam contractus ſit vſurarius. quia verò ab hoc crimine liber: ſed ad philoſophiam moralem: ac proinde quòd non eſt ſtandum neceſſariò eius diffinitioni, vtrùm mõs pietatis ſit liber ab vſura & licitus an non. Hæc Soto. Sed certè hoc eius dictum temerarium ac etiam erroneum videtur, vti hoc etiam notat Nauarro in commento de vſuris ſuper cap. 1. 14. q. 3. num. 66. 67. & conſonat Turrecremata in c. cum ad verum. diſt. 96. in 4. probatione & Gerſon alph. 11. I alphap. 12. Y alph. 13. I K dicens quòd erroneũ eſt dicere q̃ philoſophica & moralia non ſpectant ad fidem & iudicium fidei: nã licet id pertineat ad philoſophiam moralem nihil vetat vt multò magis etiam pertineat ad Papam & Concilium decernere, an id ſit licitum an non. quia cum id attineat ad fidem & mores: & Papa non ſolum ex reuelatis vel lege Diuina poſitiua ſed etiam ex lege naturali & ex aliis principiis moralibus vel aliàs euidentibus poſsit diffinire circa mores, quid vſurarium & quid illicitum, quid contra licitum ſit: ſit vtiq; vt prædictæ eius diffinitioni certè & aſſertiuè factæ circa hoc tanquam fidei diffinitioni ſub crimine & pœna hæreſis neceſſariò ſtandum ſit.

Tandem tertio dubitatur, vtrùm ad hoc quòd hęc Papę vel Concilii diffinitio in materia fidei & morum ſit de fide tenenda, ita quòd oppoſitum hæreticũ ſit, ſufficit quòd tale quid ab omnibus credendum aſſertiuè ex propoſito diffiniatur abſolutè: an requiratur quòd etiam expreſſè ibi dicatur quòd id vt de fide tenendum traditur & diffinitur, vel ſub crimine aut pœna hæreſis, vel ſub anathemate vel aliud eiuſmodi. Ad *Dubium.* *Reſpon.*

quod

quod reſpondet Caiet.in quodlib. de poteſtate Papæ c.8.& Cano vbi ſupra lib.5.c.5.q.4.& plures alii Doctores, quòd ea diffinitio non erit de fide formaliter ſed ſolum materialiter: & ideo eius oppoſitum non erit hæreticum: niſi illa expreſsè vt de fide credẽda, vel ab omnibus firmiter tenenda, vel ſub anathemate contra aliter credentes tradatur, vel oppoſitum aſſertiuè vt hæreticum vel vt contrarium fidei vel ſacræ ſcripturæ condemnetur vel reprobetur, vel niſi alia cuiuſmodi nota apponatnr. ad quod facere videtur extrauagans Io.22.quia quorundam de verb. ſign.§.rurſus. vbi ex hoc quòd ipſe decreuerat, quòd præſumens aſſerere contrarium ad ſuum decretum de ſtatu & vita fratrum minorum, in ſtatu perfectionis tanquam contumax & Eccleſiæ Rom.rebellis ab omnibus fidelibus haberetur, ait quod per hæc verba non intendit dicere nec dicit quòd etiam vt hæreticus haberetur.

Sed certè oppoſitum tutius & fortè probabilius eſt quòd ſcilicet vt diffinitio Papæ vel Concilii per Papam confirmata ſit de fide tenenda,& oppoſitum hæreticum etiam formaliter ſit, ſufficit quòd ea diffinitio in materia fidei ex profeſſo fiat aſſertiuè & omnibus fidelibus tenenda vel eius oppoſitum reſpuẽdum obligatoriè tradatur, etiam ſi nulla alia expreſſio aut nota de ſupradictis apponatur. & conſonat Couarruuias in reſolutionibus lib.4.c.16.num.6.Quod tripliciter probatur. Primò quia ſi in materia fidei ex profeſſo & aſſertiuè ea diffinitio fidei eſt ergo vt talis ea diffinitio fidei vel de fide omnibus tenenda proponitur etiam ſi nihil aliud exprimatur.explicatio namq; prædicta neq; facit neq; eius abſentia tollit naturam ipſius diffinitionis de fide; ſed ſolum explicatio ipſa declarat aliquando ſub aliqua pœna diffinitionẽ illam eſſe de fide ſicut verè ipſa eſt. neq; enim Eccleſia proponit aliter tenendam eſſe diffinitionem illam quàm in veritate ipſa eſt. Et quidem id ſatis explicat dum aſſertiuè ex profeſſo diffiniens in materia fidei, id omnibus proponit eſſe tenendum. Secundò probatur idem. quia ſicut ad hoc quòd præceptũ Eccleſię obliget ſub mortali peccato, ſufficit quòd in graui materia ex profeſſo & aſſertiuè præcipiat ſiue prohibeat, etiam ſi non e[illegible]rimat quòd ſub mortali vel ſub æterna pœna ve[illegible] ſub anathemate id præcipit. Ita ergo eadem ratione ſufficit prædicta Eccleſiæ vel Papæ diffinitio abſoluta in materia fidei, ſine alia nota vel expreſſione vt dictum eſt. Et ita ex hoc quòd illa eſt diffinitio fidei materialiter, vt Caiet.loquitur, ſequitur contra ipſum quòd etiam formaliter ita quòd oppoſitum hæreticum eſt. Tertiò probatur idem. quia multa ſunt huiuſmodi abſolutè de fide diffinita à Papa & Concillis ſine alia nota vel expreſſione, quorum oppoſitum hæreticum eſt atq; cenſetur, vt patet in c.firmiter.de ſum.tri. & ſid.Cath.circa omnes ferè articulos fidei. Itẽ in c.cum marthæ.de celebr.miſſ.circa conſecrationem Euchariſtiæ & traditiones Apoſtolorum de fide tenendas.Item in extrauagan.Clem.6.de pœni.& re.circa poteſtatem concedendi indulgentias & circa theſaurum earum. Item Soto in 4.diſt.5.q.1.art.2.dicit hæreticum eſſe dubitare de illa diffinitione Papę in cap.Apoſtolicam. de præsby.non baptiza.quam etiam Vega.vbi ſupra dicit eſſe de fide tenẽdam. & ideo Soto diſt.36. q.1.artic.5.dicit de duabus aliis diffinitionibus abſolutis Concilii Meleuitani & Florentini ſecũdum c.ex literis. de diuort. contra Caiet. ſuper Matth.19.ad quod etiam facit Auguſt.in Epiſtola 157.ad Optatum de quadam alia abſoluta diffinitione Zozimi Papæ dicens.In his verbis Apoſtolicę ſedis tam antiqua atq; fundata, certa & clara eſt Catholica fides, vt ſit nefas de illa dubitare. Hæc Auguſt. Tãdem multa eiuſmodi ſunt contra hæreticos negantes Conſilia Euangelica, hoſpitalitatem, purgatorium, atq; ſuffragia defunctorum, & quædam alia in decretis decretalibus & extrauagan.& in Concilio Florentino aliiſq; Conciliis Generalibus & Prouincialibus per Papam confirmatis abſolutè diffinita de fide per Papam vel Eccleſiam,eiuſq; traditiones generales ſine aliqua alia nota vel expreſſione de ſupradictis.Ad idem etiam facit c.ſi quis.25.q.2. vbi dicitur.Si quis dogmata,mandata vel decreta pro Catholica fide vel Eccleſiaſtica diſciplina pro correctione imminentium vel futurorũ malorum à præſide ſedis Apoſtolicæ ſalubriter promulgata cõtempſerit anathema ſit.& in c.ad abolendam.de hæretic.habetur quòd aliter ſentientes aut dicere non metuentes circa Eccleſiaſtica ſacramenta quàm ſacroſancta Ro.Eccleſia prædicat & obſeruat anathemate innodantur. Et in fine Concilii Conſtantien. vt hæretici iſti iudicantur: inſuper & ibi traduntur ea quæ per inquiſitores interroganda ſunt.quorum vnum eſt. Verum credant quòd id quod in Sacro Concilio credendum determinatur, ſit ab omnibus Catholicis credendum & aſſerendum, hæc ibi. Ex quibus omnibus conſtat quòd abſoluta Eccleſiæ vel Concilii aut Papæ diffinitio generaliſvè Eccleſię traditio aſſertiuè & ex profeſſo facta in materia fidei, tradita omnibus fidelibus obligatoriè,vt credatur & teneatur, ſufficit ſine alia nota vel expreſſione:ſufficit etiã abſoluta Eccl.Rom. prædicatio & obſeruatio circa Eccleſiaſtica ſacramenta, vt id omne tanquam de fide credendum & oppoſitum vt hæreticum ſub anathemate cauendum ſit. Quando autem Papa vel Concilium ſuis diffinitionibus ſuperaddit expreſsè dicẽs quòd id de fide, vel ſub anathemate & huiuſmodi credatur vel teneatur; id certè facit ex abũdanti,vel in odium aliquorum hæreticorum ſpecialiter, vel aliorum aliter erroneè ſentientium ſiue dogmatizantium,& vt expreſſior & grauior eorum ſit & appareat condemnatio. Denique ſi hæ-

ſi hęreticus eſt qni contra abſolutam vniuerſalis Eccleſię traditionem omniumvè Doctorum ſenſum abſolutum nouam hæreſim ſciens confingeret: eadem certè ratione hæreticus etiam eſt, qui contra Papæ vel Concilii Generalis aſſertiuam abſolutamq; diffinitionem ſupradictam, pertinaciter dogmatizaret ſiue ſentiret.

QVAESTIO QVARTA.

VTRVM CONCILIVM ſit ſupra Papam vel è conuerſo.

PRo reſponſione vt clarius procedamus prius notandum eſt, in quo ſenſu hęc quæſtio à Doctoribus agitatur: nam poteſt multiplicem ſenſum habere, vt ait Caiet. in quodlibeto de poteſtate Papæ c.6. Primo modo poteſt intelligi faciendo comparationem inter caput. S. Papam ex vna parte, & reliquum corpus Eccleſiæ vniuerſalis vel Concilium generale ſine Papa capite ſuo & ſine vlla eius auctoritate ex alia parte. Secundo modo inter Papam ex vna parte, & totam Eccleſiam vel Concilium generale ſimul cum ipſo Papa ex altera parte. Tertio modo inter Papam ſolum ex vna parte, & totam Eccleſiam congregatam auctoritate Papæ ex altera parte, ita quod poſt legitimam cõgregationem & auctoritatem ipſius Concilii vel Eccleſiæ quæ ibi repreſentatur non includatur amplius ibi Papa nec alia ipſius auctoritas Papalis ad ea quæ ibi dicenda vel ſtatuenda aut facienda ſunt. In primo igitur ſenſu non eſt magna difficultas: nam omnes ferè Catholici conueniunt quòd Papa eſt ſupra Concilium & totum corpus Eccleſię Catholicæ: ſicut caput & Princeps ſupra ſuum corpus & ſuam rempub. poteſtatem & iuriſdictionem habet vt hoc inferius latè probatur. Neque enim corpus omnino acephalum verè & perfectè Eccleſia Catholica aut Concilium vniuerſale eſſe poteſt. Quòd ſi inſtetur ꝙ Apoſtolica ſede vacãte inuenitur vniuerſalis Eccleſia ſine ſuo Capite Papa: dicendum eſt Eccleſiam tunc vniuerſalem quidem ſed imperfectam ſine ſuo capite eſſe; nec ſic diu permanere poſſe ex inſtitutione Diuina. & qui neceſsitatẽ capitis. 1. Papæ in Eccleſia negaret, vtiq; cum Ioãne Huss in Concilio Conſtantiẽ. condemnato hæreticaret, quod ſuperius. q. 1. in Arma fidei. propo. 8. probatum eſt. Sed neq; talis acephala Eccleſia per Concilium repreſentatur, quod etiam inferius amplius patebit.

In ſecundo ſenſu videlicet inter Papam ex vna parte, & totam Eccleſiam vel Concilium ſimul cum Papa ex altera parte, maior eſt difficultas & varietas opinionum: nunc antem dicamus, quòd Papa ſimul cum Eccleſia vel Concilio maiorem habet certitudinẽ infallibilitatis, quãuis per accidens in diffiniendo circa fidem & mores, q̃ ipſe ſolus: non tamen maiorem poteſtatem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Primũ inferius amplè probatur: & ſimiliter ſecundum, quia hæc poteſtas iuriſdictionis ſoli Papæ à ſolo Domino noſtro Ieſu Chriſto & non ab Eccleſia eſt inſtituta atq; pleniſſimè collata ſupra totam ipſam Eccleſiam: neq; quò ad hoc Papa quicquam recipit ab ea: ſed ſtatim ut Papa electus eſt ipſam poteſtatem Papalem habet à Chriſto, ut expreſsè habetur in cap. in nouo. & c. quamuis diſt. 21. & c. ſacroſancta. diſt. 22. & alibi ut inferius declarabitur. In hoc igitur ſenſu conſtat quòd Eccleſia uniuerſalis atq; Concilium immediatè habet prædictam auctoritatem à Chriſto ratione Papæ ibi incluſi, nihil enim mediat inter Chriſtum & illam. Sed id ordine quodam intelligendum eſt: nam prius in Papam, & inde per ipſum in totum corpus Eccleſiæ hanc poteſtatem Chriſtus ipſe diffundit. hoc itaq; modo neq; tota Eccleſia vel Concilium ſupra Papam, neq; Papa ſupra illam vel illud, ſicut neq; ſupra ſeipſum poteſtatem ordinis ſeu iuriſdictionis habet. nam Papa ſimul cum Eccleſia nec facit nec habet maiorem hanc poteſtatem quam in ipſo Papa ſolo ſit: quamuis in ipſo ſimul cum Eccleſia plures ſint poteſtates formaliter & extẽſiuè diſtinctæ, quæ in ſolo Papa virtualiter exiſtentes ipſam Papalem poteſtatem nec excedunt in virtute neq; maiorem faciunt, vt de hoc latius infra. & in reſponſione ad 5. arg. habetur.

In tertio autem ſenſu. ſ. inter Papam ex vna parte, & Eccleſiam vel Coucilium iam legitimè congregatum ſed ſine alia auctoritate Papæ procedens ex altera parte vel ſi inter ſe diſsideant, vter eorum alterum excedat: in hoc eſt præcipua difficulbas & in hoc ſenſu tota quæſtio hæc agitatur. In quo ſunt tres opiniones.

Opinio. 1. eſt quòd concilium eſt ſupra Papá indiſtinctè quam tenet Ocham in dialogis, quem Opinio 1
ſequitur innumerabilis turba Doctorum vtriuſque iuris, & vniuerſitas Pariſien. & quædam aliæ vniuerſitates complexæ ſunt, & Almayn de poteſtate Papæ hanc opinionem magis explicat. & Abulen. ſuper Math. in prologo. q. 10. & cap. 18. q. 108. & latius in defenſorio parte. a. cap. 69. & Dryedon de dogmatibus Eccleſiaſticis lib. 4. c. 4. & Gerſon de poteſtate Eccleſiaſtica & de auferibilitate Papæ. quæ opinio ſecundum ipſum per quattuor dicta ſequentia magis declaratur.

Primum dictum eſt quod poteſtas Eccleſiaſtica formaliter veluti quodam totum integrale diuiditur in ſuas partes integrales ex quibus cõſtat, putà in Papatum, Cardinalatum, Patriarchatum, Epiſcopatum, & Sacerdotium. quodq; Eccleſia vel poteſtas Eccleſiaſtica ſic conſtat & integratur ex his, quòd ſublato non Papa ſed Papatu nõ manet Eccleſia vniuerſalis formaliter, ideſt non manet poteſtas Eccleſiaſtica perfecta. & conſequenter dicit quòd in Eccleſia & Concilio vniuerſali

uerſali eam repreſentante ſiue Papa ſit ſiue non, vtiq; clauditur auctoritas Papalis, quæ eſt ſuprema poteſtas Eccleſiaſtica & plenitudo eius, fontaliter poteſtatiuè, originaliter ſeu virtualiter reliquas continens poteſtates.

Secundum dictum eſt quòd licet hæc poteſtas Papalis ſit formaliter & ſubiectiuè in ſola perſona Papæ, qui ab ea ſic formaliter Papa denominatur: ſicut Cardinalicia eſt in Cardinali & Epiſcopalis in Epiſcopo dũtaxat. cui quidem Papæ in Beato Petro & per ipſum, ea poteſtas data & monarchia inſtituta eſt, à Domino noſtro Ieſu Chriſto, ita quòd à ſolo Deo poteſt immutari. At verò tam hæc quàm quælibet alia poteſtas Eccleſiaſtica in Eccleſia & Concilio vniuerſali eam repreſentante eſt quadrupliciter, Primò ſicut in fine, quia, ſ. data eſt ad eius ędificationem, Secundo ſicut in regulante applicationem eius ad perſonam, Tertiò ſicut in regulante vſum vel executionem eiuſdem poteſtatis exiſtentis in perſona Papæ. Quartò ſupplectiuè, quia, ſ. ſupplendo facere poteſt quidquid Papa ferendo leges & alia eiuſmodi poteſt.

Tertium dictum eſt quòd in Papa eſt duplex poteſtas. altera quæ à Chriſto in Beato Petro illi tributa eſt tanquam ſuo Vicario atq; monarchæ, tam ordinis quàm iuriſdictionis in vtroq; foro ſuper voluntarium & inuitum. & hæc eſt ſupernaturalis & inauferibilis à Papa etiam per ipſam Eccleſiam. Altera quæ conuenit Papæ ex iure naturali & humano: naturali quidem, quia ratio naturalis exigit vt ſupremus in qualibet politia, gaudeat multis priuilegiis & honoribus ſuper alios, poſitiuo verò multiplici, & in propoſito ipſius Eccleſiæ vel Conciliorum ſicut communitas perfecta ſuo capiti dare poteſt: & hanc dicit eſſe poteſtatem interpretandi & diſpenſandi in ſtatutis Concilii Generalis pro vt occurens neceſsitas vel vtilitas euidens poſtulat, vbi pro tunc recurſus ad Concilium Generale non patet. Quartum dictum quod & ex prædictis infertur eſt, quòd Eccleſia & Concilium eſt ſupra Papam in ſex. primò in amplitudine vel extenſione. Secundo in copioſitate, quia complectitur ſaltem virtualiter omnem poteſtatem & omne politicum regimen Papale, Imperiale, Regale, Ariſtocraticum, & Timocraticũ, Tertiò in infallibili directione, Quartò in cauſarum fidei difficilium vltimata diffinitione, Quintò in morum reformatione in capite & in membris, Sextò in poteſtate coactiua quia poteſt ipſi etiam Papæ legẽ imponere, circa vſum ſuæ poteſtatis, & ſuſpendere ab executione: & ipſum cum culpa & ſine culpa quando expedierit deponere. & ita Papa ab ipſo Concilio iudicari poteſt.

Hæc omnia probare conatur hæc opinio per rationes quæ inferius in argumentis contra tertiam opinionem tanguntur ibidemq; ſoluuntur. Sed certè hæc opinio non videtur vera neque tuta maximè his temporibus: Immo & à quàpluri mis cẽſetur erronea in multis. nã ſaltẽ deficere videtur in primo dicto vbi cõparat Eccleſiã Papæ vt totũ ſuæ parte integrali. Item in ſecundo dicto vbi ait quòd in Eccleſia vel Concilio (ſecluſo Papa ſemper loquimur) ſit Papatus ſicut in regulante vſum vel executionem ipſius poteſtatis Papalis; & ſupplectiuè ferendo leges: & ſicut in regulante applicationem Papatus ad perſonam. Item in. Tertio dicto ꝙ Papa habet aliquam poteſtatẽ ab Eccleſia præcipuè ad interpretandum & diſpẽſandum in legibus Conciliorum. Item 4. deficit in quarto dicto in omnibus ferè ſex ibi contentis quæ ex ſupradictis conſequuntur. Itaq; opinio hæc videtur diſſonare, & omnino derogare rationi formali poteſtatis Papalis ſiue Papatus qui eſt ſuprema poteſtas Eccleſiaſtica à Chriſto inſtituta & B. Petro & ſucceſſoribus eius collata. Diſſonat etiam auctoritatibus ſacræ ſcripturæ & ſanctorũ & diffinitionibus Conciliorum: neq; videtur vlla auctoritate & ratione ſufficiente fundata, vt inferius in 3. opinione. & q. ſequẽtibus vbi de ſingulis agitur latius conſtabit.

Opinio 2. omnino oppoſita abſolutè tenet Papam eſſe ſupra Concilium & totam Eccleſiam, fundamenta eius ſunt ea quæ infra in 3. opinione ſequenti plenè referuntur. Hanc opi. tenet expreſſè B. Th. 2. 2. q. 1. art. 10. & q. 11. art. 2. ad 3. & in 4. quodlibet. art. 13. & opuſculo. 19. contra impugnantes religionem c. 3. & opuſculo. 1. contra errores græcorum c. 66. & 67. 69. Item Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 2. capitulo 5. 27. 36. &c. c. 70. 94. & lib. 3. c. 28. 30. &c. Et in decreto in c. Si Papa diſt. 40. Item latius Caiet. in quodlib. de Papa & Silueſtrina tit. Papa tit. Concilium. & Albertus Pighius in ſua Hierarchia Eccleſiaſtica. & quamplurimi alii Doctores vtriuſque iuris quorum non eſt numerus. *Opinio. 2.*

Opinio. 3. quæ mihi magis placet per diſtinctionem videtur prædictas duas opiniones quodammodo licet non quò ad omnia conciliare. dicit enim quòd quòad certitudinem infallibilitatis, in diffiniendo vel tradendo regulam credibiliũ, in fide & moribus, per ſe loquendo æqualis ſunt auctoritatis Papa & Conciliũ Generale legitimè congregatũ: quãuis per accidẽs & regulariter potius ſtãdũ ſit Cõcilii quã Papæ diffinitioni. At verò quòad poteſtatẽ iuriſdictionis ac proinde ſimpliciter Papa eſt ſupra Concilium & ſupra totam Eccleſiam. *Opinio. 3.*

Prima pars probatur ꝙ quòad certitudinẽ iudicii diffinitiui per ſe loquẽdo ſint æqualis auctoritatis, inde patet, quia in vtroq; ſ. in Papa & Cõcilio ſi faciat quod in ſe eſt, certa & infallibilis eſt aſsiſtẽtia Diuina ſpecialis vt i fide & moribus diffiniẽdo errare nõ poſsit, vti ex quęſtionibus præcedentibus præſupponitur & hoc dicimus per ſe vtrũq; æqualis auctoritatis eſſe. Quod aũt hoc nõ obſtã. per accidẽs potius Cõcilii quã Papæ diffinitioni *1. pars probatur.*

finitioni ſtandum ſit, conſtat non quidē ex parte ipſius aſsiſtentiæ Diuinæ promiſſæ: neq; enim certius aut maius lumē Spiritus Sancti Concilio quàm Papæ promiſſum à Deo eſt. Sed ex parte diſpoſitionis vtriuſq; id contingit, quæ per accidēs eſt vt ſufficiens vel inſufficieos in hoc vel in illo ſit.& probabilius & certius eſt ipſum Concilium quàm Papā regulariter facere quod in ſe eſt ſine notabili defectu vt Diuinitus illuminetur, maximè quando totum ſimul Concilium aliquid diffinit vt ait Cano de locis theologicis lib.5.c.5.q.1. ſecundum Auguſt.lib.1.de baptiſmo contra Donatiſtas.cap.18. Neq; enim credibile eſt omues ſimul in Concilio legitimè congregatos regulariter & notabiliter in hoc deficere:nam ſi duo vel tres ſe ad id diſpoſuerint, ſufficienter vtique vel ipſos vel per ipſos,etiam Deus totum Concilium illuminabit.iuxta id Matth.18. Vbi duo vel tres fuerūt in no.meo congregati &c.vti ad hoc propoſitū exponitur à B.Grego.in regiſtro lib.12.c.31.& Auguſt.lib.4.contra duas Epiſtolas Pelagianorum c.12.& in c.de quibus.diſt.20.& in Cōcilio Calcedoneu.actione 12.& Conſtantinopolitano 3.actione vltima, & à Cæleſtino Papa vt Iſidorus in lib.Coneiliorum in geſtis tertiæ ſynodi Toletanæ refert. Ideo dicimus quòd quáuis per accidens regulariter potius Concilii quàm Papæ ſolius diffinitioni ſtandum eſt.Et in hoc expreſsè conſentiunt noſter Caſtro de hæreſibus libro 1.c.2.& 6.& de punitione hęreticorum lib.1.c.4.& Victoria in 3.relectione de Papa & Concilio propo.2.& 11.& Soto in 4.diſt.22.q.2.art.2.& diſt.20.q.1.art.4.vbi & addit quòd ipſe Papa ſtare teuetur diffinitioni Concilii Generalis legitimè congregati.& Iacobatius lib.6.de Conciliis art.2.& li.5.art.15.16.& Turrecremata iu decreto diſt.4.c.Ideo.art.1.cum quibuſdā aliis Doct. vt Silueſter tit.Coucilium.q.2.id refert,licet ipſe teneat oppoſitum & malè. & hoc idem à fortiori teoent omnes Doct.tenentes cum prima opinione,quòd Concilium eſt ſupra Papam. quáuis ex ſupradictis non ſequatur quòd Concilium ſupra Papam ſit. Sicut neq; ex hoc quòd Rex iure Diuino vel naturali tenetur ſequi Conſilium medicorum,Doctorum,& Conſiliariorum.aut Conſilii regalis in pertinentibus ad ſalutem ſuam corporalem aut ſpiritualem,& ad bonam regni gubernationem: non inquam ſequitur illos eſſe ſupra Regem quòad poteſtatem iuriſdictionis.

Dixi hoc eſſe verum regulariter. Nam vbi manifeſtè conſtaret Papam ſolum tenentem coutra ſententiā Concilii,moueri melioribus rōnibus & auctoritatibus ſacræ ſcripturæ expreſsioribus ꝓ ſua ſentētia,aut aliqua legitima deciſione Cōcilii Generalis aut alterius Papæ prædeceſſoribus iā ſemel facta ſup ea re,aut Cōciliū nō facere quod iu ſe eſt in tali negocio:tū ſnīa ipſius Papæ ſolius ꝓualeret: & illi potius quàm Cōcilii cōtrariæ diffinitioni ſtādū eſt.q̃a cū illa legitima Papę vel Cōcilii deciſio pręcedēs nō niſi vera & Catholica eſſe poſsit ſi legitimè vti ſupponitur facta ſit: vtiq; fit vt illa ēt Papę ſolius quę illi nititur ſnīa vera & tenēda ſit:neq; vlla illi cōtraria à quocūq; ēt ab alio Cōcilio legitima & vera eſſe poſsit:niſi manifeſtè mōſtretur ꝙ illa prior Papæ vel Cōcilii deciſio legitimè facta nō ſit. Ad quod facit 24.q.1.c. Achatius c.maiores. cū aliis c.ſequētibus ibid.& d.16.c.Sicut Sācti.vbi B.Greg.dat cām dicēs. q̃a dū vniuerſali ſunt īſtituta cōſenſu &c.& c.ſi quis Diacoous.d.50.& c.ſunt quidā.8.q.1.facit & Epiſtola Leonis Papæ ad Cōſtātinū Imp. cōfirmātis Cōciliū 3.Cōſtātinopolitanū,et cū prędictis cōſonat expreſsē Panor.in c.ſiguificaſti. de elect.& in diſputatione quæ incipit, Epiſcopus &c. Itē facit c.Nicena.d.31.vbi ſnīa Panuphii quia melius fundata ipſius Cōcilii ſnīę, vel potius Patrū ſeutētiis nō quidē diffinitiuis, ſed cōſultiuis vel ī diſceptatione illa pręualuit. & Doctores ibidē ſatis ad rē faciunt. hæc omnia prædicta procedunt quando Papa ſolus à Cōcilii Gn̄alis diffinitione diſſentit.

Sed quid ſi à diffinitione legitimi Cōcilii Gn̄alis Papa nō ſolus ſed ſimul cū Conſilio Cardinalium quod dicitur Cōciliū Prouinciale ipſius Papæ, & propriè eſt,& dicitur iudicium ſedis Apoſtolicæ, quod & eſt tribunal & iudiciū Eccleſiæ Catholicæ diſſentiret? Reſpō.ꝙ tūc ſi dubiū eſſet magnū & arduū emergēs circa fidē vel mores quáuis ſine Cōci.Gn̄ali id noo deberet diffiniri:poteſt tn̄ per Papam cū Cōſilio Cardinalium determinari, ſecundum B.Th, vbi infra & Card.Alexād.ī c.Anaſtaſius.d.19.& Iacobatiū lib.7.de Cōciliis art.5.& Couarru.in reſolutiooibus lib.1.c.10.nu.12.& Doctores cōiter:quāuis gloſſa in d.c.Anaſtaſius, & Barbatius & alii oppoſitū dicant.& tunc ſentētia Papæ ſimul & Cardinaliū pręferēda eſt diffinitioni Concilii Generalis, quia illa ſentētia eſt iudicium ſedis Apoſtolicę, & Eccleſiæ Cathol. vt dictū eſt: quæ diffiniendo io fide & moribus errare non potoſt, vt ſupponitur ex ſupradictis, & habetur 24.q.1.c.hæc eſt fides.& c.à recta.& c. quoties.& ſeq.& diſt.12.c.nou decer. & diſt.22. c.omoes.& quia ſecundum c.maiores. de baptiſmo.vltima diffinitio fidei ſpectat ad ſedem Apoſtolicam. In quo expreſsè concordat B.Th.ſecūda ſecundę.q.1.art.10.& Domini.de Sancto Gemioiano in c.in iſtis.diſt.4.& Felinus c.1.de pactis.& Florent.2.par.ſum.tit.3.c.11.vbi & dicit hanc eſſe communem Doctorum opinionem,eorum.ſ.qui teuent Papam eſſe ſupra Coucilium, quorum ipſe eſt. Sed hoc ego crederem eſſe verū niſi manifeſtè conſtaret Papā cū Cardinalibus notabiliter defeciſſe in faciēdo quod in ſe eſt,vt à Deo illuminarentur,vel melioribus rationibus & auctoritatibus diffinitionē Coucilii Gn̄alis eſſe fundatā:tūc.n.ipſius Cōcilii diffinitiōi potius ſtādū eēt.aliàs ī dubio & cęteris paribus dū de prędictis manifeſtè non conſtat ſenteotię Papæ ſimul & Cardinalium, quę ſententia eſt ſedis Apoſtol.

regu-

regulariter ſtandum eſt,&cum his Iacobatius vbi ſupra conſonat expreſſe.

Sed in hac materia duo ſemper notãda ſunt,primum quod ſicut ſecundum Roffen,contra Lutherum articulo.29.ſuſpecta ſemper ſunt cõcilia,vbi inter illa & Papã diſſenſio eſt niſi manifeſtiſsima Papæ culpa ſit.Ita ſuſpecta eſt Papæ diffinitio quæ a totius cõcilij generalis legitimi & legitime procedẽtes,diffinitione diſſentit,niſi manifeſta ipſius concilij culpa interſit, et vix hoc vltimum poſsibile eſt niſi Papa ſit Hæreticus manifeſte. ¶ Secũdum,Notandum eſt quod in caſu quo Papa in rebus alias nõ deciſis teneretur ſtare diffinitioni cõcilij generalis vt dictũ eſt,et nollet : tunc licet diffinitio cõcilij deberet prævalere : nõ tamen poteſt ipſum concilium cõtra voluntatẽ Papæ ſuam diffinitionẽ in rebus alias nõ deciſis, ſic promulgare vt ab omnibus teneatur,nam Papa poteſt impedire ne vlla diffinitio etiam manifeſte vera promulgetur niſi ad fidẽ vel mores pertineat : quãuis nõ poſsit præcipere vel cogere vt oppoſitũ erroneum teneatur. Et ita illa diffinitio concilij nõ haberet tũc vim obligãdi ſine cõſenſu Papæ. Quia talis promulgatio ad poteſtatẽ pertinet Iuriſditionis in qua Papa excedit ipſum cõciliũ(vt proxime in.2.parte huius.3.opi.habetur).Et tunc ſicut in ſciſmate dubio,qui Papæ vel cõcilij Sententiã ſequeretur eſtimans probabiliter eſſe verã , et legitimã diffinitionem eſſet tutus in cõſciẽtia,quouſq; finali decreto Papæ ſimul et cõcilij id tandẽ decretum eſſet,vt ait Turrecrema.in ſum.de eccleſia lib.3.ca.64.et Florent.2.parte ſu.titu.3.ca.11. In dubijs autẽ vt diximus ſemper ſtandũ eſt Papæ ſentẽtie,et illi obediendũ eſt:nõ autem in his quæ manifeſte erronea aut peccata ſunt,quia act: 5.obedire oportet Deo magis quam hominibus.

pa pro ur. SEcunda pars huius præfatæ tertiæ opinionis quod.ſ.in poteſtate iuriſditionis et ſimpliciter Papa eſt ſupra conciliũ,probatur quadrupliciter.

ltio. 1.quia omne caput abſolute ſupremũ preſtat toti corpori ſue cõmunitatis dignitate , et virtute vel poteſtate.Sed Papa ẽ caput abſolute ſupremũ totius eccleſie,et nõ ſolũ particulariũ mẽbrorum 1.perſonarum:et eccleſiarum. Sed totius etiã corporis eccleſiæ, et cõcilij generalis eam repreſentantis.Ergo preſtat illi dignitate, et poteſtate iuriſditionis.Conſequentia patet,et maior etiã cõſtat intelligendo per caput abſolute ſupremum,ſuperiorẽ illum alicuius cõmunitatis qui nec alteri ſuperiori creato ſed ſoli Deo ſubordinatur ſiue ſubijcitur:nec ab ipſa cõmunitate virtutẽ ſuã vel poteſtatẽ habet. Ac per hoc excluditur rex vel imperator qui licet ſic aliquo modo ſupremus quatenus non habet ſuperiorem:nõ tamen eſt omnino ſimpliciter vel abſolute ſupremus,ac perinde nec toto ſuo regno vel imperio congregato ſuperior quia deeſt illi ſecũda cõditio,quatenus ſuã recipit poteſtatẽ a ſuo regno cuius vices gerit ex quo in ipſum ſuã tranſtulit poteſtatem quã ad ſe regendum hoc vel illo modo ipſa reſpublica diuino iure habet et naturali.Et ita intellecta illa maior eſt vera et ſe ipſam probat manifeſte.Nã ſi ſuperior ille ita omnino et abſolute ſupremus eſt quod nullã poteſtatẽ habet a ſua cõmunitate: neq; eius vices gerit,ſed Dei tantum et immediate:et ipſe potius ſue cõmunitati et mẽbris eius virtutẽ influit loco ipſius Dei. Fit igitur vt poteſtatẽ habeat ſuper eam,vt cauſa atq; poteſtas ſuperior in inferiora.Melius eſt enim et maius dare quam accipere: quamuis hoc habeat a ſolo Deo cui ſubeſt ſicut et omnia creata

Minor autẽ probatur in qua duo continẽtur primum quod Papa eſt caput totius eccleſiæ ſecũdum quod eſt abſolute ſupremũ caput eius.Probatur ergo primum. Quia dãdum eſt vnicum caput viſibile in terris exiſtẽs totius corporis eccleſiæ ſiue reipu.Chriſtiane et viſibilis loco Chriſti. Nam alias eſſet acephala et regnum ſine rege aut ſine vno eius vicario eam viſibiliter gubernante, quod in eccleſia eſſe non poteſt : quia ex quo catholica et vnica eſt nõ poteſt habere niſi eaſdẽ leges et fidẽ et Sacramenta eadẽ ſemper et vbiq; et apud omnes,et per cõſequens nõ niſi vnicũ principem ſupremum ipſius loco Dei. In Repu.autem ciuili vel humana,ex quo in plures leges modoſq; viuendi ciuiles diuidi poteſt et quælibet earũ poteſt eſſe perfecta,inde plures principes ſuos inſtituere poteſt nõ ſibi inuicem ſubordinatos, per quos vnaqueq; perfecte gubernetur. In eccleſia autem vt diximus id fieri nõ poteſt.Hic autẽ vnicus princips eccleſiæ catholicæ nõ eſt niſi Papa ſucceſſor Beati Petri,vt cõſtat ex Ioan. 21.Paſce oues meas. Vbi ſine vlla limitatione paſtor ouiũ et ouilis totius eccleſiæ inſtitutus eſt,vt Ioan.10. futurum declaratum erat,vbi dicitur.Fiet vnũ ouile,et vnus paſtor ſecundũ glo.ibidẽ.Et Matth.16 Super hanc Petram edificabo eccleſiam meã.1.ſupra te vicariũ meũ vt ait gloſa ibidẽ ab omnibus catholicis acceptata . Et concilium Calcedonẽ. actione.3.et extrauagãs Boniſa.8.Vnam ſanctam, de maiori et obedi. quãuis etiã alium ſenſum cõpatiatur vt ſupra.q.1.Arma fidei.Propoſitione octaua latius habetur.In dicta ergo extrauagan.vnã Sanctam. Sic legitur.Eccleſiæ vnius et vnice Vnũ corpus et vnũ caput Chriſtus et Chriſti vicarius Petrus Petriq; ſucceſſor.Et infra cuius auctoritas et ſi data ſit homini vt exerceatur per hominem: nõ humana ſed potius diuina ore diuino data eſt Petro ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus in ipſo quem confeſſus eſt Petra firmata. Matth.16. quodcũq; ſolueris et ligaueris,hæc ibi. Itẽ ipſa eccleſia in collecta dicit. Deus omniũ fidelium paſtor et rector famulum tuum.ſ. Papam quem paſtorem eccleſiæ tuæ preeſſe voluiſti.Et in ca. vbi periculũ. de electione,concilium Lugdunẽ vocat Papam rectorẽ vniuerſalis eccleſiæ. gregiſq; dominici. Ad idem eſt ca.fundamenta,eo.titu.et ca. Ita dominus.diſtin.19.Et doctores infra allegati, et ipſum concilium conſtantien. ſeſione.15.et bulla martini.5.id confirmantis,vbi condemnatur error Ioa

nis Huſſ dicentis quod Petrus non fuit caput ec cleſiæ catholicæ:quodq; nõ oportet preter Chriſtum in eccleſijs eſſe vnum aliud caput in terris, videlicet Papam qui regat eccleſiá et cum ea conuerſetur.Item concilium Florentinum ſub Eugenio.4.ſic ait.Diffinimus Sanctam ſedem apoſtolicam et Romanũ Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum:et ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolorum,et verum Chriſti vicarium totius q; caput eccleſiæ et omnium Chriſtianorum patrẽ ac doctorem exiſtere:et ipſi in beato Petro paſcẽ di regendi et gubernandi Vniuerſalem eccleſiam a domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatẽ traditã eſſe hæc ibi:vbi per nomina ſignificantia vniuerſitatẽ et corpus totũ eccleſie nõ potuit elarius ſignificari auctoritas atq; poteſtas Pape ſupra totá eccleſiá vt in ſupradictis minori continetur.

Secundo probatur quod Papa ita ſit ſupre- Ratio.1. mum Caput abſolute totius eccleſie quod habet duas conditiones ſupra dictas quod ſcilicet nullum alium niſi ſolum Deum habet ſuperiorem in terra:neq; ab eccleſia ſed a ſoloDeo ſuam habet poteſtatem, quodq; influit eam miniſterialiter in ipſam eccleſiam. Hoc inquam probatur.Quia ſic habetur expreſſe in capitulo ita dominus diſtinctio.19.vbi dicitur. Huius muneris Sacramentum ita dominus ad omnium apoſtolorum officium voluit pertinere vt in beatiſſimo Petro omnium apoſtolorum ſummo principaliter collncaret : vt ab ipſo quaſi a quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet.Hæc ibi.ad idem eſt capit. in nouo. et capit. quamuis.diſtinct.21.et capit.Sacro ſanctam et capit.omnes diſtinct.22.et in capit. ſi Papa diſtin. 40.dicitur quod vniuerſitas fidelium poſt dominum ſuam ſalutem ex Pape incolumitate animaduertit propenſius pendere. Ad idem eſt etiá concilium Florentinum vbi ſupra. et concilium Lugdunenſe de penitentijs et remiſsionibus, ca. cum ex eo. vbi dicitur quod Papa plenitudinem obtinet poteſtatis,et in ca.propoſuit de conceſſ. preben.ait Papa. Nos ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. et in ca.ſignificaſti, de electio. dicit Papa. aiunt (ſcilicet aduerſarij) in concilijs ſtatutum non inueniri:quaſi eccleſiæ Romanæ concilia vlla prefigerint : cum omnia concilia per eccleſiæ Romanæ autoritatẽ facta ſint et robur acceperint. Ad idem eſt diſtinct.12.cap.preceptis,et diſtin. 17.per totum,et extraua.de tranſlatione prelatorum capitulo.a.et in extraua vnam ſanctam, de maioritate et obedientia. Et Concilinm Florentinum, vbi ſupra citata expreſſe ſuut ad idem. Item concilium Conſtan. vbi ſupra condẽnauit Ioanem Huſſ etiam dicentem quod Papa nõ eſt immediatus vicarius Chriſti et apoſtolorum habens ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei. Quia ex hoc quod hæreticus ille negabat Papam eſſe immediatum vicarium Chriſti inferebat non habere ſupremam poteſtatem a Deo ſupra totam eccleſiam.Ergo concedendo illum eſſe immediatum vicarium Chriſti infert concilium ipſum ſupremam poteſtatem habere in eccleſia Dei.Hoc autem non poſſet inferri niſi intelligamus Papam eſſe immediatum vicarium Chriſti, non ſolum immediatione virtutis ſed etiam immediatione ſuppoſiti. Hoc eſt dicere,quod non ſolũ eſt immediatus vicarius Chriſti eo quod eius virtus ſiue poteſtas papalis eſt a ſolo Chriſto inſtituta vt eſt poteſtas Epiſcopalis et ſacerdotalis:ſed etiam eſt immediatus,ita quod non habet alium ſuperiorem per quẽ eam poteſtatẽ a Chriſto accepit,et a quo dependeat et cuius vices gerat ſicut Epiſcopus mediãte Papa ſuam poteſtatẽ accipit a quo et dependet,et rex a ſuo regno, cuius vices gerit:ſed a ſoloChriſto ſuam poteſtatem habet vt ex ſupradictis auctoritatibus probatum eſt. Inde igitur ſequitur vt ait concilium Papam habere ſupremam poteſtatem ſupra totam eccleſiam vti ſupremum ſimpliciter caput eius,vt hæc ratio pretẽdit.Ad idem notabiliter Cyrillus Alexandrinus in ſuis decretis,vt etiam refert. B.Tho. in opuſculo.19.contra impugnantes religionem ca.3.et opuſ.1.contra errores Græcorum ca. 66. vſq; ca.69.ait, Nos mẽbra maneamus in capite noſtro apoſtolico throno Romanorũ Põtificũ:a quo noſtrũ eſt querere quid credere et agere debeamus:quia ipſius ſolius eſt ſoluere et ligare loco illius qui ipſi ſoli quod ſuũ eſt plenũ dedit,cui oẽs iure diuino caput inclinãt.Hæc ille ſatis ad rẽ. Not. Cyrillum.

Ex quibus etiam patet quod poteſtas papalis eſt omniũ ſuprema in eccleſia:et cõtinet in ſe virtualiter omnes alias poteſtates eccleſiaſticas vt cauſa vniuerſalis.Nam ab illa immediate vel mediate ſunt omnes alie,tam poteſtas ordinis quã iuriſditionis. Ab illa enim pendent et fiunt Epiſcopi: et ab his preſbiteri et omnes ordines inferiores, et dignitates alie cardinaliũ atq; primatũ a Papa creãtur:et oẽ quod alie poſſunt poteſtates põt ipſe Papa et aliquid amplius,vt hoc probat late doctiſſimus victoria in.2.relectiõe de poteſtate eccleſie q.2.et Turrecre. de poteſtate itẽ eccleſie. li.2.ca. 54.et in decreto diſtin.19.21.22.in ca. quæ ſuperius allegata ſunt.¶Neq; quis piã poteſt euadere Euaſio. vel eludere predictas probationes dicendo quod ſolũ probãt papã eſſe quidẽ paſtorẽ totius eccleſie,ſed quoad miniſtrationem tantũ pabuli ſpiritualis verbi Dei,et Sacramentorũ, quia videlicet hæc nõ poſſunt per cõmunitatem exerceri : ſecus quoad actus iuriſditionis qui per cõciliũ exerceri poſſunt.¶Hæc inquã Eluſio nõ valet.Nã ſi Papa Eius confutatio. auctoritate ſua põt miniſtrare verbũ Dei et Sacramẽta et nõ eccleſie auctoritate. Ergo vere ipſe ſuperior eſt tota ipſius eccleſie et cõcilij auctoritate. Quia ſic paſcere eſt actus ſuperioris reſpectu illius qui ita paſcitur. Sed cũ Chriſtus(vt cõſtat ex autoritatibus ſupra dictis)nõ diſtinguat hãc ſuperioritatem Pape ſupra eccleſiam, et concilium, nec eam limitet ad paſtum ſupradictum : ſequitur, quod

quòd eam habet à Chriſto, etiam quò ad iuriſditionem. Si aūt eſt paſtor totius Eccleſiæ limitatus ad præfatū paſtū uerbi Dei & ſacramentorū miniſterialiter tantū auctoritate Eccleſiæ ipſam paſcēdo: certè iam Papa non haberet à Chriſto uel ex ſua auctoritate Papali in ſic paſcēdo pluſquā in actibus iuriſdictionis. hoc aūt eſt erroneū manifeſtè & contra Math. 16. Quodcūq; ſolueris &c. Cōſtat igitur ꝙ etiā in actibus iuriſditionis hāc ſupremā poteſtatē habet à Chriſto ſupra totā Eccleſiā & Conciliū eā repreſentans ſine ulla limitatione. Nam & regulare eſt ut paſtor ouibus pſit & ouili, & nō è cōuerſo. & hoc in Cōcilio Florētino, ubi ſupra expreſsè decretū eſt, ꝙ Papa Paſtor Rector & Gubernator eſt totius Eccle. ut B. Petrus fuit.

Si quæratur quomodo Papa dicitur caput Eccleſię Catholicæ, cū in ea ipſe etiā ut Papa includatur ut mēbrū eius? Reſpon. id intelligitur accommodè, uidelicet excluſo ipſo Papa: ſicut dicimus celū cōtinere omnia corpora, nō ꝙ ſeipſum cōtineat, ſed quia continet omnia poſsibilia contineri: ſic Papa eſt caput Eccleſiæ Catholicæ, nō ꝙ ſit caput etiā ſui ipſius, ſed totius reliqui corporis Eccleſię potētis caput habere. uel ſecūdò, ſecundū Hilariū quia in Eccleſia Catholica ipſe Papa locum capitis & principis, ut Rex in ſuo regno habet.

Secūdò principaliter eadē. ſecūda pars illius tertiæ opini. ꝓbatur. quia ſi ultra ſupremā Papæ poteſtatē eſſet ēt alia ſuprema poteſtas ī tota ipſa Eccleſia vel Concilio: q̄ro an illa ſit minor: & ſic habetur intentū. aut eſt maior: & ſic poteſtas Papæ nō eſſet ſuprema, quod īā eſt cōtra auctoritates in prima rōne præcedēte adductas. Aut eſt æqualis: & tūc vel una ſubordinatur alteri, & ſic illa ſubordinata eſſet minor, & altera ſola eſſet ſimpliciter ſuprema. vel una nō ſubordinat̄ alteri; & hoc eſt impoſsibile reſpectu eiuſdē: nā implicat utrāq; eſſe poſitiuè ſupremā & æqualē omnino reſpectu eiuſdē uidelicet reſpectu ſpirituàliū in Eccleſia ſicut implicat plures eſſe Deos ueros. Quòd ſi dicat̄ utrāq; eſſe ſupremā & æqualē, ſed diſparatam etiā in ſpiritualibus, quia ſunt reſpectu diuerſorū, Ita ꝙ poteſtas Papę ſuprema eſt, primo reſpectu particulariū ſubditorū: poteſtas aūt Eccleſiæ etiā ſuprema eſt primo reſpectu Papæ & boni cōis totius Eccleſiæ. Sed q̄a utraq; eſt ad eūdē finē uidelicet ad bonū Eccleſiæ: nō eſt duplex, ſed una utriuſque ſuprema poteſtas. quia ſecūdū regulā topicā ubi unum propter alterum ibi, tantum unum eſt.

Hæc euaſio nō ualet: quia adhuc inde ſequitur duas ſupremas poteſtates à Chriſto eſſe ſimul inſtitutas in Eccleſia. nā ubi ſunt diuerſa obiecta formalia ꝓpria, ibi ſūt diuerſę poteſtates. ſed ita eſt in ꝓpoſito ꝙ ꝓpriū formale obiectū ſupremæ poteſtatis Papalis eſt bonū particularium reſpectu quorū tantū eſt illa poteſtas ſecūdū opinātē: obiectū aūt ꝓprium formale poteſtatis totius Eccleſię uel Cōcilii eſt bonū cōe totius & Papæ, reſpectu cuius eſt ea poteſtas ut dicit opinio, ita quod reſpectu boni cōis totius Papa ſe intromittere non pōt, niſi ut utens poteſtate Eccleſiæ uices illius inſtrumētaliter gerens, ſicut Rex uices ſui regni habens. hæc aūt obiecta formalia differūt ſpecie inter ſe, ergo ēt differūt pdictæ ptātes. & ita erūt duæ ſupremæ in Eccleſia. nec obſtat ꝙ poteſtas utraq; ſit ad eundē finē. ſ. ad bonū Eccleſiæ, quia licet ita ſit: at cū ſecundū ipſos aliter opinātes non ſit pp Eccleſiam eodē modo formaliter obiectiuè ſed ſolū finaliter ſumptā, quia poteſtas Eccleſiæ ꝓpter Eccleſiā collectiuè, Papalis aūt pp Eccleſiam eſt diſtributiuè. i. ꝓpter particulares tantū, ut declaratū eſt: & poteſtas nō pp poteſtatē ſed ſub poteſtate ſit: certè nō obſtat illa regula topica quin duæ supremę poteſtates ſimul quāuis pp Eccleſiā finaliter in ea ſint. quod uel fieri non poſſe, uel à Chriſto non eſſe factum iam probatum eſt. *euaſio. 2.*

Quòd ſi iterū dicatur, ꝙ ſicut de ſuprema poteſtate Regis & Regni totius ſupra ipſum Regem cōmuniter dicit̄ à Doctoribus, quod una, non duplex, quamuis diuerſimode utrobiq; eſt. Sicut ēt aqua fluminis à fonte deriuata non duplex, ſed una eadēq; tametſi uario modo utrobiq; dicitur eſſe. Ita una & eadem ſuprema poteſtas à Chriſto inſtituta atq; collata utrobiq; quāuis uario modo eſt. nam in Papa formaliter in Eccleſia aūt & in Cōcilio eam repreſentante copioſius fontaliter & originaliter & poteſtatiuè ēt ſupra ipſum Papam eſt, uti ſuperius in prima opini. ſatis declaratur.

Sed quòd hoc dici non poſsit, probat̄, quia Eccleſia nō habet à Chriſto ptātē ordinis nec iuriſditionis immediatè, ſed mediatè. i. mediātibus ſacerdotibus & Prælatis ſuis; q̄bus ſolis Chriſtus hāc cōtulit poteſtatē; neq; enim oēs fideles de Eccleſia neq; omnes ſimul poſsūt conſecrare & miniſtrare ſacramenta & actus iuriſditionis exercere: ſed, ſolum Sacerdotes atq; Prelati ut conſtat manifeſtè. Ita & poteſtatem hanc ſupremam iuriſditionis Papalis non niſi ſupremo eius Prælato uidelicet Papæ contulit Chriſtus, quem caput Eccleſiæ conſtituit, immediatumque Vicarium ſuum à quo ipſe Papa & non ab Eccleſia ſuam Papalem poteſtatem ſupremam habet, uti iam probatum eſt, ampliuſque conſtabit inferius. Ideo non eſt ſimile de Rege & ſuo regno, & de aqua fluminis à ſuo fonte. quia potius Eccleſiæ à Papa quàm Papa ab Eccleſia ſuam poteſtatem habet. qui virtutem ſpiritualem loco Chriſti ut caput influit in totum corpus Eccleſiæ, ut in cap. Ita dominus. diſtin. 19. expreſsè docetur, de hoc etiam uide infra in reſponſione ad replicam, quæ in quinto argumento habetur. *impugnatio eius.*

Tertiò principaliter eadem ſecunda pars tertiæ opinionis probatur. quia omnia Concilia Generalia habent robur & poteſtatem à Papa, non ſolum ut ſint legitima & legitimè congregētur ſed ēt ut ibi poſsit diffiniri, ibiq; diffinita ſiue decreta ualeant & habeant uim coactiuā & obligandi omnes fideles & Eccleſias particulares, er- *3. ratio.*

go Papa eſt ſupra Concilium. Anteccdens probatur in c. ſignificaſti. de electio. ubi ad hæc duo dicitur auctoritas Papæ neceſſaria. ideo enim ibidẽ ait Papa ꝙ Concilii decretis non ſubditur. qa ab ipſo robur & poteſtatem habent. nã ut acutè ait Caieta. Si Concilium iam legitimè congregatũ auctoritate Papali non penderet adhuc ab ipſius Papæ auctoritate ad ſua decreta faciendũ: utiq; etiã inuito Papa & ſupra ipſum leges facere poſſet: cuius tñ oppoſitum ibi Papa decernit dicẽs ꝙ ab ipſo Papa Concilia habent poteſtatem. ſ. ut legitimè congregẽtur, & robur. ſ. ut legitimè & ualidè decernere & ſtatuere poſsint. quãuis aliqui id aliter & malè intelligant. Ad idem etiã eſt diſt. 17. c. regula. & c. Concilia. Idem etiam patet. qa omnia Concilia Generalia per Papã confirmantur & ab eo petunt ſemperq; petierunt ſua decreta ipſius auctoritate confirmari, ut cõſtat apertè in geſtis omniũ Conciliorũ, etiam Concilii Conſtan. & Baſilien. quæ ſupra poteſtatẽ Papę ſe aſſeruiſſe & ſtatuiſſe prima facie uidentur, ſed uerè id non fecerũt, ut infra in Reſpon. ad 9. argum. habetur. ad idem expreſsè eſt Concilium Lateranẽ. 3. ſub Leone X. Seſſ. 11. ut inferius in 4. ꝓbatione habetur. ubi Papa & Conciliũ id latè ꝓſequitur. Conſequentia aũt prædictæ rationis inde liquet: qa aliàs nihil valeret Papæ confirmatio nec eius auctoritas adhibita decretis Concilii ſi nullam aliã uim ſupra Concilii auctoritatẽ decretis illius præſtaret. nihil enim ualet minor poteſtas ĩ æqualem uel ſuperiorẽ, neq; benedicendo neq; iuriſditionẽ exercendo. diſt. 21. c. deniq;. & ibi gloſſa. & diſtin. 95. c. presbiter. & ff. de offi. procõſu. l. ult. ad prædicta etiam facit c. Ita dominus diſt. 21. & B. Tho. in opuſculo. 19. contra impugnantes religionem cap. 4. id dicit expreſsè.

4.ratio. Quartò principaliter eadẽ ſecunda pars tertiæ opini. ꝓbatur ꝑ auctoritates, quia ut habetur. 9. q. 3. c. patet. ſedis Apoſto. iudiciũ cuius auctoritate nullũ maius eſt à nemine eſt retractãdũ: neq; cui quã de eius licet iudicare iudicio. Itẽ in c. nemo. ea. q. habet. Nemo iudicabit primã ſedẽ; neq; ab Auguſto, neq; ab omni clero, neq; à Regibus neq; à populo iudex iudicabit. vbi nota uerba, neq; ab omni clero, neq; à populo. Itẽ in c. aliorũ. ibidẽ habetur. Sedis Apoſtolicæ præſulẽ ſuo ſine quæſtione Deus reſeruauit arbitrio. Et infrà. quidquid fidelium ubiq; eſt illi ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur. Itẽ in c. ipſi ſunt. & c. cuncta. ibidẽ habetur ꝙ ſedes Apoſtolica de tota Eccleſia habet iudicare & ipſa à nemine iudicatur: quodq; ideo appellationes totius Eccleſię ad Papã faciendæ ſunt: à Papa uerò nemini permittitur appellare. qa ut etiam ibidẽ habetur, ſine ulla ſinodo præcedente & ſoluendi quos ſynodus iniquè damnauerat, & dãnandi nulla exiſtente ſynodo quos oportebat habuit facultatẽ. Et ad idẽ eſt 17. q. 4. c. nemini. & 2. q. 6. c. ſi quis. c. omnes. c. ad Romanã. & c. Ideo. & diſt. 21. c. nunc autem. & c. in tantum. & diſt. 17. c. Concilia. ubi dicit Concilium. cuius. ſ. Papæ cauſam totam Dei iudicio reſeruamus. Item in extrauagan. Bonif. 8. unam ſanctã. de maiori. & obedi. ſic habetur. ſi deuiat terrena poteſtas iudicatur à ſpirituali. ſi ſpiritualis iudicatur minor à ſuperiore ſi uerò ſuprema à ſolo Deo & non ab homine põt iudicari. hæc ibi. & multa alia iura ad idẽ adducit Cano de locis theologicis lib. 6. ad quod etiã, eſt. 8. ſynodus Generalis Conſtantinopolitana can. 21. ut habetur infra in reſpon. ad octaum argum. ibi uide. igitur Papa non habet ſuperiorẽ in terris & eſt ſupra Conciliũ. nã ideo ipſe iudicat oẽs & ipſe à nemine iudicatur: & oẽs ad ipſum appellant & ab ipſo appellari non poteſt, ut hæc ratio in prædictis iuribus aſsignatur.

Si negetur conſequẽtia gloſſando prædicta iura quadrupliciter. Primò ꝙ ĩtelligunẽ de particulari alio iudice, uel de Eccleſia particulari à qbus Papa iudicari nõ põt qa illis ſuperior eſt: non autẽ de Eccleſia Vniuerſali nec de Concilio Generali legitimò eã repreſentante. Secũdò ꝙ intelligunẽ ꝙ Papa non põt etiam à Concilio iudicari de criminibus nõ ſcandaloſis nec nociuis Eccleſiæ. Tertiò ꝙ intelligitur regulariter ad ſuperiorẽ putà ad Conciliũ haberi recurſus. Quartò ꝙ illa iura ſunt ab ipſis põtificibus edita in ſuũ fauorẽ ſibi tribuẽdo quod Eccleſiæ & Conciliorum proprium eſt. Reſp.

Improbat eas. Contra has gloſſas replicatur. nam prima gloſſa licet poſsit habere locũ in aliqbus ſunt tñ nihil ta iura de prædictis quæ illã nõ admittũt. ut eſt c. nemo. ubi expreſsè dicitur ꝙ nec à toto clero nec à populo poteſt Papa iudicari. & idẽ ſignificatur in c. patet. & c. aliorũ. & c. cuncta. & in extrauagã. unam ſanctã. & diſt. 17. c. Concilia. & diſt. 21. ca. nunc aũt. & c. in tantum. ubi etiã ipſum Conciliũ non audet cauſam Papæ iudicare: & expreſsè dicitur abſolutè ꝙ Papæ auctoritate maius iudiciũ nõ eſt ſed ipſius iudiciũ oĩbus eſt ſupius. Itẽ qa ꝑſonis & Eccleſiis particularibus nũquã eſt dubitatũ ĩter catholicos an eſſent Papæ ſubiecti. Secũda etiã gloſſa nõ ualet. tũ qa nullo iure neq; rõne ſufficiente fundatur. tum etiã uidetur falſa eò quod in c. ſi Papa. diſt. 40. & in aliis iuribus ſolũ crimẽ hæreſis excipitur de quo Papa poſsit ꝑ Conciliũ iudicari. igitur rõne aliorũ criminũ quoruncũq; nõ ſubiicitur Cõcilio etiã ſi ſcandaloſa ſint ut de hoc latius infra quęſtio. 5. agitur.

Tertia etiã gloſſa eſt falſa. tum qa prædicta iura abſolutè ſine ulla exceptione loquũtur. tum qa etiã ſuper crimẽ hæreſis Papa diceretur nõ habere ſuperiorẽ neq; iudicem in terris à quò poſſet iudicari; quia ſimiliter ad Concilium regulariter non patet acceſſus ſiue recurſus ſicut nec ſuper alia crimina: quod tamen ipſi oppoſitum opinantes quò ad caſum hæreſis habent pro inconueniẽti: Sed de hoc latius infra q. 11. agendum eſt.

Quarta denique gloſſa eſt iniurioſa ſanctę ſedi Apoſtolicæ, malè ſonans, ſcandaloſa & omni-

no

no falſa,& de corde malè ſibi conſcio procedens. Nam & eadem ratione multæ ſanctorum Pontifi cum auctoritates atque decreta ſupradicta temerè refutarentur.

confirmatio & reſolutio

Prædicta omnia confirmantur, quia ipſum Generale Concilium Calcedoneñ. actione.2.& 3.& 16.ſæpius & expreſsè appellat Papam Dominum ſuum:& Sanctam eius ſedem Apoſtolicam adorat: & ſucceſſorem B.Petri in primatu totius Eccleſiæ confitetur: illiq; ſe ſubiectam eſſe recognoſcit.& multa Concilia Generalia hoc idem facere & feciſſe conſtat: & prædictum Concilium Lateranenſe refutari nullo modo poteſt, ubi & hoc ipſum latius refertur. Item Papa pius ſecundus in bulla ſua incipiente. In moribus. directa ad uniuerſitatem Colonien. ſe retractat eò quòd olim ut Doctor malè & erroneè tenuiſſet Conciliũ eſſe ſupra Papam, quam bullam ad literam ponit noſter Horantius de locis catholicis in fine. Tandem in Concilio Lateranen. tertio ſub Leone X. ſeſſ. 11. ſic habetur. cùm etiam ſolum Rom. Pontificem pro tempore exiſtentem tanquam auctoritatem ſupra omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendum, ac diſſoluendorum plenum ius & poteſtatem habere, nedum ex ſacræ ſcripturę teſtimonio, dictis Sanctorum Patrum, ac aliorum Rom. Pontificum, ſacrorũque canonum decreto, ſed propria etiam eorundem Conciliorum confeſsione cõſtet manifeſtè. hæc ibi: quę clariſsime rem probant. Bulla incipit Paſtor æternus.

1. Arg.

Contra ſupradictam teriam opinionem vndecupliciter arguitur & primò contra primam eius partem vbi dicitur quòd potius ſtandum eſt diffinitioni Concilij Generalis legitimè congregati quàm Papæ. nam Concilium auctoritatem habet à Papa non ſolum quò ad congregari vt ſit legitimum, ſed etiam vt ea quæ ibi fiunt legitima ſint & auctoritatem habeant Concilii, ergo niſi Papa ibi ſimul adſit diffiniendo, vel niſi tunc vel poſt ſuam ſuperaddat auctoritatem, ibidem diffinita approbando vel expreſsè aut tacitè conſentiẽdo: certè non habent robur legitimæ diffinitionis: & ex conſequenti nec ſtandum eſt tali diffinitioni plus aut æquè atq; Domini Papæ. Conſequentia patet. & antecedens probatũ, tum primò ex c. maiores. de baptiſmo. vt ſuperius q.3. in Reſpon. ad quartũ argu. ad ſecundã eius probationẽ. & ex c. ſignificaſti. de electio. uti in hac. q.4. paulò ſuperius in 8. ꝓbatione prædictæ tertiæ opinionis habetur. tum ſecundò q̃a in c. ita dñs. deſtin. 19. habetur ꝙ à B. Petro quaſi à quodã capite in totum corpus Eccleſiæ manat auctoritas.& B.Tho. opuſculo 19. cõtra impugnãtes religionẽ c.4. ait, ꝙ ſancti patres in Concilio congregati nihil ſtatuere poſſunt ſine Papę auctoritate interueniente, ſine qua nec ipſum Conciliũ poteſt congregari. tum tertiò idẽ antecedens patet. q̃a Concilia Generalia errare poſſunt & de facto errauerunt, ut ſupra q. 2. in argumentis probatur.

Reſpondeo ad 1. Arg.

Reſpon. propter has aliaſq; rationes Caieta.& Albertus Pighius & alii tenent quòd potius Papæ quàm Concilii legitimi uel etiam totius reliqui corporis Eccleſiæ diffinitioni ſtandũ eſt: quodq; non eſt maior nec certior auctoritas Eccleſiæ & Concilii cum Papa quã ipſius Papæ ſolius. Immo ꝙ ſine Papa pręſente uel tacitè uel expreſsè cõſentiendo approbante diffinita in Concilio non habent infallibilem certitudinem: Immo & ꝙ ipſũ Concilium in fide & moribus diffiniendo errare poteſt etiam ſi ipſius Papę legati ibidẽ interſint. ut ſupra q.2. in Reſpon. ad argumentũ latius habetur, ibi uideatur. Sed certè hęc eorũ opinio falſa & diſſona rationi, tum ex ſupradictis in probatione primæ partis tertiæ opinionis, tum etiam ex reſponſionibus ſequentibus ad eius inualidum argumentum ſine fundamentum conſtabit.

Igitur ad prędictum argumentum Reſpondeo concedendo antecedens ad hunc ſenſum, quòd ſine Papa uel eius auctoritate & conſenſu diffinita in Concilio non habent auctoritatem nec uim coactiuam & obligantem ſub pœnis Eccleſiaſticis omnes fideles Eccleſiæ. & ſimilter ad hũc ſenſum conceditur. prima conſequentia: ſed ſecunda negatur quæ alium ſenſum ſonat & expreſsè prætendit. Si autem antecedens illud intelligatur quòd ibi diffinita ſine Papa & eius auctoritate uel conſenſu non habẽt auctoritatem aut uim ueritatis & ueræ diffinitionis cui omnes fideles etiam ipſe Papa Iure Diuino ſtare teneantur: tunc utiq; negátur & ea omnia quæ inde ſequuntur, ut conſtat ex probationibus primę partis ipſius. tertię opinionis. Et ad primam probationem ipſius antecedentis ex cap. maiores. dico ꝙ intelligitur de ultima diffinitione habente uim etiam coactiuam ut dictum eſt.& ideo B.Thom. ſecunda ſecundæ q. 1. artic. ulti. ait quòd iudicio Papæ uel Eccleſię reſeruatur, ut ſcilicet utroque modo pręd icto intelligatur. Item non excludit Concilium ſed Prælatos inferiores.& ad c. ſignificaſti. de electio. dico ſimiliter ꝙ expreſsè loquitur ſolum de robore & auctoritate coactiua & iuriſditionis, ut conſtat ex ipſa ratione ibi expreſsa & intentione textus dicentis ꝙ ideo Papa non ſubditur legibus Concilii in diſpenſando, uti hoc etiã ſupra in teria ꝓbatione huius tertię opinionis quæ defenditur habetur. Ad ſecundam eiuſdẽ antecedentis probationẽ dico ꝙ auctoritates illę de poteſtate ordinis & iuriſditionis expreſsè loquũtur, ut etiã patet ex ſupradictis. At tertiã deniq; Reſpon. negando ullũ Conciliũ Generale legitimũ legitimeq; ꝓcedens & faciẽs quod in ſe eſt in fide & moribus unquam erraſſe aut errare poſſe, ut ibidem quæſtio. 2. conſtat ad illa reſpondendo. nam aſsiſtentia Spiritus Sancti æquè promiſſa eſt, & æquè adeſt dicto Concilio ſine Papa ſicut & ipſi ſoli Papæ. Matth. 16. Portę inferi non præualebunt aduerſus eam. ſ. Eccle-

ſiam ſecundum expoſitionem Doctorum approbatam, ſimul cum alia expoſitione aduerſus eam ſ. petram. i. Papam, uel etiam aduerſus eam .ſ.cõfeſsionem fidei quam feciſti, & Matth. 18. dic Ecclesiæ: quia ubi duo uel tres &c. ut ſupra in probatione primæ partis huius tertiæ opinionis & q. 1. Arma fidei propo. 9. latius habetur, In quo Caieta. & alii ſupradicti deficere uidentur.

2. arg. Secundò principaliter & præcipuè contra ſecundam partem prædictæ tertiæ opinionis ubi dicitur quòd quò ad poteſtatem iuriſditionis Papa eſt ſupra Concilium & totam Eccleſiam ſic arguitur. Nam rectum eſt index ſui & obliqui. Eccleſia autem uniuerſalis eſt adeò recta quòd in fide & moribus errare aut dificere non poteſt: & ſimiliter Concilium Generale legitimũ faciens quod in ſe eſt: quamuis per accidens & regulariter magis quam Papam certum eſt errare non poſſe, ut ait ipſa prima pars tertię opinionis: Papa enim in fide & moribus diffiniendo deficere à faciendo quod in ſe eſt, & errare poteſt, ut ſupra q. 3. habetur. ergo Eccleſia & per conſequens Concilium Generale prædictum illam repreſentans eſt ſupremus iudex, habetq; poteſtatem iuriſditionis ad iudicandum omnes etiam ſupra ipſum Papam.

Reſpon. ad 2. arg. Reſpondeo ad ſecundum argumentum quòd illa maior, quamuis ſit formaliter uera: at uerò ſi ut argumentum prætendit intelligatur ꝙ ubi eſt maior rectitudo aut certitudo iudicii & ueritatis, ibi etiam eſt ſupremum tribunal maiorq; poteſtas iuriſditionis etiam ad ſententiam iudicialiter ferendum: tunc illa maior eſt falſa. Nam inde ſequeretur ꝙ qui doctior eſſet, aut qui maius lumen, uel reuelationém propheticam haberet, iuriſditionẽ quoq; & poteſtatem etiam Papalem haberet. id quod manifeſtè erroneum eſt. aliud eſt enim ſciẽtia, aliud clauis ſciẽtiæ & poteſtas cognoſcẽdi, ſententiamq; ferendi & præcipiendi, legemuè ferendi eſt. & ita etiam ſi minor concederetur ꝙ Papa errare poteſt, nihil concludit argumentum de quo ſuperius. q. 3. dictum eſt.

3. arg. Tertiò principaliter cõtra eandem ſecundam partem tertiæ opinionis arguitur probando ꝙ Papa non ſupra totum corpus Eccleſię, uel Concilii Generalis, ſed ſolum ſupra particulares oẽs perſonas & Eccleſias fidelium ſupremam iuriſditionis poteſtatem habet. Nam Papa non eſt ſupremum caput totius corporis myſtici uel Eccleſiæ, ergo non habet ſupremam hãc poteſtatem ſuper eam, nec ſupra Concilium Generale illam repreſentans. conſequentia patet. & antecedens probatur. quia Eccleſia non eſt neq; dicitur corpus myſticum Bea. Petri aut Papæ, ſed Chriſti ſolius, Epheſ. 1. Ipſum dedit pater caput Eccleſiæ quod eſt corpus eius. & prima Corint. 12. & ad Ro. 12. Ideo & Matth. 16. dicitur ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. nõ dicit tuam. & Ioã. 21. Paſce oues meas non tuas. Igitur neq; B. Petrus aut Papa, ſed ſolus Chriſtus eſt ſupremum caput abſolutè totius corporis Eccleſiæ: nam corpus & caput correlatiuè dicuntur.

Si dicatur, ſicut dicendum eſt, ꝙ Papa non eſt ſupremum Eccleſiæ caput ex ſe nel primarium, te ſpectu cuius dumtaxat dicitur corpus ſuum myſti cum eſſe: ſed eſt caput ſupremum miniſteriale loco Chriſti, & Vicarius eius, & caput uiſibile illi tã tum ſubordinatum & non Dominus Eccleſiæ. per quod quidem caput ſubordinatũ Chriſtus in ſuũ corpus Eccleſiæ & membra eius uirtutem influit, ut habetur in c. ita dominus diſtin. 19.

Contra hoc adhuc replicatur. quia ſi Papa eſt miniſteriale caput & miniſtret Eccleſiæ loco Chriſti ſecundum id. 1. Corinth. 4. ſic nos exiſtimet homo ut miniſtros Dei & diſpenſatores miniſteriorum eius &c. & 1. Pe. 5. non dominantes clero &c. ad utilitatem Eccleſiæ illi ſeruiens. Ideo enim Papa ſeipſum appellat ſeruum ſeruorum Dei, ergo non habet poteſtatem ſupra totam Eccleſiam cuius miniſtet eſt: ſed uel minorem uel æqualem. patet conſequentia tum primò, quia Luc. 22. Maior eſt qui recumbit quàm qui miniſtrat. tum ſecundò quia Rex eſt ſupremũ regni & reipu. ſuæ caput miniſteriale loco Dei, ad Ro. 13. Omnis poteſtas à Deo eſt. & prouerb. 8. Per me reges regnãt, non tamen ideo ſequitur ꝙ rex habet poteſtatem ſupra totum ſuum regnum ſimul congregatum; ſed ſolum ſupra omnes partes eius. ergo ſimiliter de Papa & tota Eccleſia uel Concilio dicendũ eſt.

Ad tertium argumentum Reſpondeo ꝙ Papa eſt ſupremum Eccleſiæ caput miniſteriale loco Chriſti, ut reſponſum eſt uſq; ad replicam. Reſp. ad 3. arg.

Ad quam negatur conſequentia, & ad eius primam probationem ex illo Luc. 22. Maior eſt qui recumbit &c. dico ꝙ qui miniſtrat eſt quidem minor in exercitio, non tamẽ in poteſtate; ut patet, nam Chriſtus ipſe qui uenit miniſtrare non miniſtrari id de ſeipſo dixit: qui tñ omnibus ſuperior eſt. alioqui Papa eſſet etiã minor quolibet fideli, cui ut ſeruus ſeruorum Dei miniſtrat omnibus etiam ad utilitatem.

Ad ſecundam probationem eiuſdem conſequẽtiæ negatur etiam ipſa conſequentia. nec eſt ſimile de Rege & de Papa. nam regia & quęlibet alia poteſtas in generali, quamuis ſit à Deo, pendet tamen ab ipſa repub. non ſolũ quò ad applicarẽ huic uel illi, ſed etiã quò ad modũ & gradũ poteſtatis; id eſt quò ad modũ regiminis monarchici ſiue regalis ariſtocratici uel democratici, & quò ad tantã uel tantã poteſtatem habendã uel exercẽdam. & ita Rex gerit vices reipu. ipſius, & eſt miniſter eius & Dei. Dei quidem non tñ proximè & immediate vt Papa, qui uices ſolius Dei gerit: ſed mediãte ſua repu. quę ſuam poteſtatem, quam iure naturali ad gubernandum habebat tranſtulit in Regem, ut per eum melius gubernaretur. Inde fit quòd regnum ipſum congregatum poteſt limitãte poteſtatem quã confert ſuo Regi ut ſuo miniſtro: & Rex ipſe eſt inferior ſuo regno cõgregato,

à quo ſuam poteſtatem in hoc uel illo gradu accepit, & poteſt ab illo deponi ſi in notabile regni nocumentum ſua abutitur poteſtate, Non ſic eſt de Papa, cuius poteſtas tam quò ad modum regiminis regalis quàm quò ad gradum poteſtatis nõ ab Eccleſia ſed à ſolo Chriſto eſt inſtituta, & illi collata eo ipſo ꝙ electus Papa eſt: ex tunc enim iure Diuino eſt Vicarius Chriſti, eiuſque immediatus miniſter uices ipſius & non Eccleſiæ habẽs & ita Papa miniſteriale quidem caput eſt, non autem miniſter Eccleſiæ propriè loquendo, quamuis ad vtilitatem Eccleſiæ ſit, quo tandem fit vt vice Chriſti ſuperior tota Eccleſia ſit, neque ab ea in ſua pendeat poteſtate neque in vſu ipſius. Id
Nota. quod ad omnia quæ in hac materia tractantur vti præcipuum eius fundamentum valde notandum eſt: hinc enim omnia pendent quod quidem ſuperius latè probatum eſt.

4 arg. Quarto, contra eandem ſecundam partem tertiæ opinionis arguitur. nam iure naturali omnis libera & perfecta communitas tam temporalis quã ſpiritualis vel Eccleſiaſtica poteſt ſibi de principe prouidere: & quando iam de Principe & modo principatus ſibi etiam à Deo prouiſum eſt, poteſt ſeipſam tueri cõtra eum quando in ipſius reipu. deſtructionem abutitur ille ſua poteſtate, cogendo, limitando, puniendo, & illum etiam deponendo, & alterum ſubſtituendo. Sed Eccleſia & Concilium illam repreſentans eſt cõmunitas perfecta & libera, excepto quò ad modum principatus, qui non poteſt eſſe niſi monarchicus, ſiue Papalis, ſicut à Chriſto inſtitutus eſt: ergo poteſt ſibi de Papa hoc vel illo modo prouidere & contra ipſum modo prædicto ſe tueri. hoc autem eſt Eccleſiam vel Concilium habere poteſtatem ſupra Papam. igitur &c. conſequentiæ ſunt manifeſtæ. Et maior probatur, Tum primo, quia gratia non deſtruit, ſed perficit & confirmat ius naturale ſicut & naturam ipſam. nam illud eſt de iure naturali, ut quinto polit. ipſe etiam Ariſt. ait. & ita illa maior habet locum etiam in policia Eccleſiaſtica à Chriſto in hoc tempore legis gratiæ inſtituta, alioqui communitas hęc Eccleſiaſtica vel Eccleſia non eſſet tam bene a Chriſto ordinata ſi non poſſet ſicut ſecularis ſecundum ius naturale contra ſuum ſuperiorem abutentem modo prædicto ſibi prouidere. Tum ſecũdo illa maior probatur. quia licet Rex Saul, Rexq́ue Dauid eſſent à Deo electi & inſtituti, poterant tamen per ſinagogam deponi ſi eſſent nociui & in deſtructionem ipſius, & modum eligendi alium Regem vel Principem inſtituere. Minor etiam ſupradicta probatur, quod ſcilicet Eccleſia Catholica ſit communitas perfecta, quia habet omnia ad ſalutem æternam expedientia, id quod nulla alia reſpu. habet: ꝙ ſit etiam omnino libera, patet ad Galat. 4. Qua libertate Chriſtus nos liberauit. & Iacobi primo, Qui autẽ proſpexerit in lege perfectæ libertatis &c. neque enim quò ad hoc minus libera quã ſynagoga eſt.

Ad quartum argumentum reſpondeo negando antecedens. maiorem quidem quatenus dicit *Reſpondeo ad 4 arg.*
quòd eſt idem iudicium de repu. Eccleſiaſtica & laica uel ſeculari. minorem verò quatenus dicit quòd Eccleſia eſt reſpu. omnino libera, ſicut regnum temporale uel ſynagoga quò ad hoc. nam licet ſit omnino libera à peccatis per gratiã Chriſti, non tamen à ſuperioritate & lege quò ad hoc ſibi à Chriſto impoſita ſiue taxata.

Pro quorum maiore declaratione & probatione *Nota.*
nota ſecundum Caieta. in Apologia par. 1. c. 1. & par. 2. cap. 9. ꝙ natura regiminis multiplex eſt. Nã aliquod à ſua natura eſt in uno qui eſt naturale caput communicationis illius: vt patet in regimine domus vel œconomico, cuius auctoritas naturaliter eſt in patrefamilias: niſi quando in defectum ipſius ſit in matrefamilias. Aliud autem eſt naturaliter in ipſa communitate multitudinis, ut conſtat in regimine polytico vel ciuitatis ſecluſo omni ſuperaddito dominio. Eccleſiaſticum verò regimen cùm ſit altius complectens domeſticum & ciuile, vt ſignificatur Ephe. 4. Eſtis ciues Sanctorum & domeſtici Dei &c. qualis naturæ ſit ex ipſa natura & origine facti & Chriſti inſtitutione, qui omnia poteſt, & nequit à rectitudine deuiare, contemplandum eſt. naturalis namque propagatio regiminis ſicut & aliarum rerum origo naturam ipſius regiminis & rerum ipſarum oſtendit. conſtat autem quod Eccleſia non à ſingularibus nec à communitate, ſed à capite Chriſto ſumpſit initium originis perfectionis & poteſtatis. iuxta id Ioan. 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego vos. & Math. 16. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Igitur natura regiminis Eccleſiaſtici à ſua origine & inſtitutione exigit, vt non in communitate ſit, nec ab ea ad vnum vel plures deriuetur (vt accidit in regimine humano ciuili): ſed in vno & certo principe ſit. Et cũ iſte Princeps vnus & idem Dominus Ieſus heri & hodie uiuat in æternum: fit vt ex natura ſua ad ipſum Principẽ Chriſtum duntaxat, & non ad communitatem Eccleſiæ in ſua abſentia ſpectet de ſuo Vicario prouidere: non dico de Vicario ipſius Eccleſiæ, quæ utpotè redempta ſerua nata eſt & caret iure huius principatus: ſed de Vicario ipſius Chriſti, qui iure redemptionis eſt Dominus principalis Eccleſiæ. id quod ſtatim reſurgens à mortuis effecit, uel potius quod antea Matth. 16. promiſerat, Beato Petro adimpleuit, dum Ioa. 21. ait, Petre paſce oues meas. & Ita liquet quod ſicut Princeps Eccleſiæ Chriſtus non à communitate ipſius Eccleſiæ naturaliter ſuam poteſtatem habet: ita & ſuus Vicarius Papa nõ ab Eccleſia, ſed ab ipſo Domino Ieſu Chriſto ex ſua inſtitutione conſona tali naturę regiminis habet auctoritatem.

Ex his iam patet ſolutio argumenti ſupraposi- *Corol. 1.*
ti. nam primo falſum eſt quod dicitur in minori, quòd ſcilicet Eccleſia eſt communitas libera quò ad ius principandi: licet ſit libera libertate gratiæ

& à

& à cæremoniis & obſeruantia ueteris legis, ut ibi dem & Iacobi. primo & ſecũdo & prima Pe. cap. 2. apertè ſignificatur, quin potius ſuppoſita natura ipſius Eccleſiæ quam Chriſtus illi ſtatuit, conſonum eſt iuri naturali quòd quò ad id libera non ſit vti iam dictum eſt. quod etiam inde magis liquet, quia Eccleſia non poteſt ſibi ipſi regimen retinere nec duobus aut tribus committere, ut cõmunitas libera facere poteſt. alioqui quod abſit poſſet aut plures Papas ſimul habere, aut officium aliquod ſupra Papam quò ad iuriſdictionem & regimen Eccleſiæ inſtituere in vna vel pluribus perſonis, quæ hoc vel illo modo electæ loco ipſius Eccleſiæ totam Eccleſiam & Papã gubernarẽt.

Coroll. 2. Secundò patet Reſpondeo ad primam maioris probationem nam ordo gratiæ non deſtruit ius naturale nec ordinem naturæ qui in Eccleſia natus eſt eſſe. nam ibi non eſt talis ordo naturalis, vt eius ſit ius principatus & principandi ad finem ſuper naturalem ſicut eſt in repu. ſeculari ad ſuum finem naturalem: ſed ut iam diximus in Eccleſia ex ſua natura natus eſt talis ordo ut ſcilicet eius principatus non in ſe ſed in ſolo Domino Chriſto redemptore ſit. & hunc ordinem in Eccleſia gratia non tollit ſed perficit: & Chriſtus diſponẽs omnia ſuauiter complexus eſt dum Vicarium ſuũ loco ſuo Eccleſiæ ſuæ præfecit, & quid de ſuo Vicario delinquente faciendum ſit ſibi ſoli reſeruauit, vt in cap. aliorum. 9. q. 3. habetur expreſsè. Neque in hoc malè ſed optimè prouiſum eſt Eccleſiæ: dum contra malum principem non niſi aptum & proportionale remedium ordinarium ſuper Diuina prouidentia ſupernaturali fundatum, ut hoc exigit regimen ſuper naturale, Chriſtus illi reliquit. uti de hoc etiam latius infra. q. 10. agendum eſt.

Coroll. 3. Patet etiam tertiò quòd neque quò ad hoc ius principandi ſibique prouidendi eſt idem iudiciũ de Eccleſia & de repu. ſeculari: ex quo diuerſa utriuſque natura principatus uel principandi eſt. cum quo ſtat quòd ea quæ in re naturali quibus libet priuatis etiam perſonis conueniunt, vt vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ: & auferre gladium de manu furioſi, & huiuſmodi, non denegentur Eccleſiæ: non quidem ut poteſtatem vel actum iuriſdictionis in ipſum Papã exerceat ſed vt illi reſiſtat vim vir repellendo, vt hoc inferius. q. 10. latius declaratur.

Coroll. 4. Patet etiam quartò Reſpondendo ad ſecundũ probationem ſupradictæ maioris argumenti. non enim eſt idem iudicium de Rege etiam electo ab ipſo Deo vt fuit Saul & Dauid, & de Papa. diſferunt enim in hoc, quod Rex tam creatus vel electus à populo quàm datus à Deo, populũ & eius poteſtatem, Papa vero non niſi Chriſti poteſtatẽ repreſentat. nam licet in fieri Rex datus à Deo & electus à populo differant inter ſe dum alter à populo alter à Deo præficitur; in natura tamen officii & poteſtatis non diſtinguuntur, ſicut enim organum naturale putà oculus vel manus ſi data ſint à Deo miraculosè perinde eſt quò ad ſuum officium ac ſi eſſent à natura: Ita organum politicum, puta Rex, cùm datur à Deo perinde eſt quò ad officium ac ſi eſſet à populo. Ideo vtroque modo Rex factus populi poteſtatem repreſentat & exercet, illiusque vices non Dei immediatè gerere dicitur, vti paulò ſuperius in Reſpon. ad tertiũ argumentum dictum eſt. Vnde & ipſa reſpu. ſuper eum tanquam ſupra ſuum miniſtrum ſiue Vicarium poteſtatem habet. Papa autem ſiue à Chriſto immediatè ut B. Petrus, ſiue mediantè Eccleſiæ miniſterio vel electione factus vt nũc ſit, eiuſdem eſt naturæ & poteſtatis. quia ſcilicet non repreſentat poteſtatem Eccleſiæ nec ipſam Eccleſiam immediatè ſed ipſum Dominum Chriſtum & illius ſolius vices immediatè vt Vicarius ipſius gerit. Inde fit vt ſuper ipſum Eccleſia nullam habeat poteſtatem. nam vt conſtat ex ſupradictis regia poteſtas iure naturali primo eſt in populo & ab eo in Regem deriuata: poteſtas autem Papalis ſupra naturam eſt: & iure Diuino in vnica perſona & non in communitate primo eſt à Chriſto inſtituta. quo fit vt Papa ſolius Chriſti Vicarius & miniſter immediatus & nõ Eccleſiæ ſit. id quod per ipſum etiam diffinitum eſt, vti ſuperius in probationibus tertiæ opinionis habetur, quòd ſcilicet Papa in Beato Petro officium ſuum vniuerſale & poteſtatem à Chriſto ſuſcepit.

Quintò principaliter contra eandem ſecundã partem tertiæ opinionis arguitur. nam omne totum eſt maius ſua parte. Eccleſia vniuerſalis eſt totum: & Papa pars eius, ergo Eccleſia eſt maior illo uel ſupra ipſum, & ex conſequenti Conciliũ illam repreſentans ſupra Papam eſt. conſequentia eſt nota cum maiore. & minor probat: tum quia ad Ro. 12. Multi vnum corpus ſumus ſinguli autem alter alterius membra in Chriſto &c. Tum ſecundò quia eſt caput miniſteriale loco Chriſti. ergo & membrum & pars totius corporis Chriſti quod eſt Eccleſia. ſicut & caput totius corporis pars eſt. Tum tertiò quia Eccleſia eſt mater omnium fidelium: & Papa eſt filius Eccleſiæ vniuerſalis. nam ſecundum Ambro. in libro de ſymbolo non habebit Deum patrem qui Eccleſiam noluit habere matrem. Et confirmatur per Ierony. & refertur in cap. legimus. diſt. 93. ſi auctoritas quæritur: Orbis maior eſt vrbe ſcilicet Roma na de qua agitur ibidem. Argu.

Ad quintum argumentum Reſpondeo dupliciter, primò ſecundum Caieta. in quodlibet. de poteſtate Papæ cap. 9. & in Apologia cap. 10. diſtinguendo minorem: & illam concedendo ad hunc ſenſum, q. Papa vt perſona particularis eſt pars & filius vniuerſalis Eccleſiæ, quia regeneratus & nutritus & inſtructus eſt ab Eccleſia ut cęteri fideles: & ad hunc ſenſum procedunt & conceduntur illę probationes. negatur autem illa minor quòd Papa vt Papã & vt caput formaliter, vel ſecundum Reſponde ad 5. arg.

cundum

cundum poteſtatem Papalem iuriſdictionis de qua loquimur ſit pars Eccleſiæ:ſicut nec Chriſtus cuius eſt Vicarius dicitur neque eſt pars Eccleſiæ Catholicæ.nam poteſtas vniuerſalis Eccleſiæ non conſtat ex poteſtate Papæ & aliorum vt totum in tegrale ex ſuis partibus:ſed potius Papæ poteſtas eſt tota poteſtas Eccleſiæ, & aliæ poteſtates ſunt participationes ipſius datæ in partem ſolicitudinis:neque intenſiuè maior poteſtas efficitur ex poteſtate Papæ ſimul & Eccleſiæ poteſtates ſint plures formaliter & extenſiuè quàm poteſtas Papæ ſolius. ſicut cauſa vniuerſalis ſimul cum cauſis particularibus ſunt plures cauſæ:non tamē ex eis reſultat vna maior cauſa vel virtus ſiue poteſtas intenſiuè quàm ſit in prima cauſa in qua virtualiter omnes aliæ cauſæ & poteſtates in cauſando continentur. & probationem minoris ſcilicet ſi Papa vt Papa eſt miniſteriale caput Eccleſiæ ergo & membrum eius eſt:& per conſequens pars & filius ipſius:negatur vtraque conſequentia hæc. nā licet ut Chriſtianus regeneratus in Eccleſia ſit filius eius non tamen ratione dignitatis Papalis vt ait Pius.II. in bulla in minoribus. ubi retractat opinionē quam ipſe tenuerat priuſquàm eſſet Papa quòd ſcilicet Concilium eſſet ſupra Papam & ita Papa ut caput,ut caput & Papa non eſt membrum neque pars neque filius illius reliqui corporis Eccleſiæ diſtinctæ ab ipſo Papa,cuius pater & caput & ſponſus ipſe loco Chriſti eſt.cū quo ſtat quòd etiam ut Papa ſit membrum pars & filius totius Eccleſiæ integræ quæ ipſum etiam Chriſtū includit qui caput & pater principalis & ſponſus totius corporis myſtici & membrorum Eccleſiæ & Papæ ipſius eſt. Secundo modo & fortè clarius melius que conceſſa minore ad maiorem Reſpondeo quod ſolum eſt uera de toto integrali aut numerali in quantitate non de toto potenciali,ut multi Doctores dicunt in primo diſtin.3.ſuper id,quod magiſter comparando partes imaginis trinitatis ad inuicem,& unam illarum ad omnes alias, dicit quòd non ſolum ſingula ſingulis ſed ſingula omnibus æqualia ſunt, Contra quod ſit argumentum, quòd non poteſt illud eſſe quia omne totum eſt maius ſua parte. reſpondent Doctores & bene quòd dictum magiſtri ſit uerum,& ſimiliter illa maxima eſt uera ſolum de toto integrali aut quantitatiuo numerali, non de toto potentiali de quo argumentum procedit agens de poteſtate iuriſdictionis Papæ & Eccleſiæ. Quod etiam exemplo magis declaratur. nam totus homo habet potentiam ad uidendum: ſimiliter etiā oculus qui eſt pars hominis: & homo eſt quoddā totum cuius oculus eſt pars:& tamen tota poteſtas hominis ad uidēdum in oculo tantū eius eſt: neque eſt maior potentia ad uidendum in toto homine quàm ſit in oculo eius.ſic in propoſito tota Eccleſia quaſi totus unus homo accepit claues à Chriſto poteſtatemque Papalem in Beato Petro uel in Papa: & ita poteſt actum iuriſditionis per Papam quaſi per membrum ſuum principale ad id deputatum à Chriſto exercere: ſicut homo per oculum à natura ad id deputatum uidere poteſt. In quo quidem Papa eſt tota poteſtas iuriſdictionis Eccleſiaſticæ & non in aliis membris nec in tota ipſius Eccleſiæ communitate nec eſt maior poteſtas totius Eccleſiæ quò ad hoc quàm ſic poteſtas Papę ſolius.ut hoc ait expreſſè Turrecremata de Eccleſia lib. 2.cap.72.& Caieta. ubi ſupra.Itaque Eccleſia Catholica eſt quoddam totū corpus mater & regina omnium & ſponſa Chriſti:& poteſt quidem illuminare,docere,regere & gubernare,& imperare, ſed non niſi per ſua mēbra tanquàm per diſtinctas potentias & partes ſuas.nō enim poteſt prophetare niſi per ſuos Prophetas: nec docere niſi per ſuos Doctores: nec miracula facere niſi per habentes gratiam miraculorum:nec regere niſi per ſuos prælatos: neq; tandem ſupremam iuriſdtionem niſi in Papa habet & non niſi per ipſum illam exercere poteſt.Et ſicut totus homo non poteſt per ſe magis videre quàm per oculos ſuos,nec magis ambulare quàm per pedes &c. Ita vniuerſalis Eccleſia nihil magis per ſe totam poteſt, quam per ſua membra prædicta:neque maiorem poteſtatem iuriſditionis ipſa tota quàm Papa ſupremus in ea prælatus habet.

Ad confirmationem quòd orbis maior eſt vrbe, id verum eſt non quò ad poteſtatem iuriſditionis de qua ibi Hieronymus non loquitur: ſed quò ad alia putà quò ad merita virtutes & ſcientiam,& præcipuè quò ad vigorem & auctoritatē conſuetudinis de qua ipſe Hierony. loquitur. ad quem vigorem vt ſit conſuetudo bonorum atque ſapientum quæ in Eccleſia proponitur imitanda & an ſit plurium & præualens aliis, multum valēt, plura & meliorum atque ſapientū merita & actus quæ omnia in toto orbe magis quàm in ſola vrbe Rom.reperiuntur.Ideo ait Hierony.quòd cōſuetudo orbis qua Diaconi ſubeſſe ſacerdotibus non præeſſe conſueuerunt imitanda eſt: & hæc auctoritas conſuetudinis, de qua ipſe loquitur non de auctoritate poteſtatis,maior in orbe quàm in vrbe eſt. tamet ſi auctoritas & poteſtas extenſiuè non intenſiuè ut ſupra diximus maior in orbe quàm in vrbe eſt.

Si contra prædictam ſolutionem replicetur, vt Gerſon & alii de prima opinione vbi ſupra arguunt,quòd ſi omne totum integrale vel numerale eſt maius ſua parte.nunc autem poteſtas Eccleſiæ uniuerſalis eſt quędam tota integra poteſtas: Papalis autem eſt pars eius integralis; ergo poteſtas Eccleſię eſt maior. conſequentia patet cum maiore.& minor probatur. nā tota poteſtas Eccleſiaſtica diuiditur in Papalem Cardinaliciā, Epiſcopalē ſacerdotalē &c.quę ſunt in Eccleſia. nā alia eſt poteſtas Epiſcopalis,alia Cardinalicia, alia Papalis,ut conſtat etiam ex ſubiectis quæ ab ipſis formaliter Epiſcopi Cardinales & Papa denominantur.& ex his tanquam totum ex ſuis partibus *Replica.*

tibus

tibus conſtat & integratur tota poteſtas Eccleſiæ ordinis & iuriſditionis Eccleſiaſticæ. ſicut & ſenarius numerus maior ex vnitate & dualitate &c. conſtat. & Ita illa minor vera eſt.

Reſpon. ad replicam. Reſpondeo ad replicam negando minorem. & ad eius probationem conceditur quòd tota poteſtas Eccleſiæ diuiditur, conſtat, & integratur extenſiuè tantum non intenſiue ex illis poteſtatibus, quæ ſunt partes tantum extenſiuè illius, idest ſunt plures poteſtates, non tamen facientes maiorem poteſtatem quàm ſit in Papa, uel quàm ſit unica Papæ poteſtas, quæ eſt omnium ſuprema omnem poteſtatem virtualiter continens, & poteſt quidquid omnes aliæ poſſunt poteſtates & aliquid amplius & ſupra omnes alias vim coactiuam habet, ut ſuperius probatum eſt. *Nota.* Inſuper etiam ſi concederetur, quod tamen non conceditur, quòd in Eccleſia ſecluſo Papa ſunt omnes prædictę poteſtates, etiam ipſe Papatus, ut illa prima opinio malè ſibi fingit; adhuc non ſequitur inde quod poteſtas Eccleſię eſt ſupra Papam: nam ut Caieta. in apologia cap. 11. argutatur, ſicut ex coadunatione omnium ſenſuum exteriorum in vno ſubiecto, vtique non eſſet aliquis omnium iudex præter ſingulas ſenſuum poteſtates, niſi ſenſus communis omnibus eis ſuperior adiungeretur. & ideo ut cōſtat ſecūdo de anima, oportet ponere ſenſum cōmunem unicum omniū ſenſibilium iudicem omnibus altiorem, quo ſubiectum videlicet homo iudicat plures ſenſuum poteſtates. Ita ſi ex prædictis poteſtatibus Eccleſiæ non reſultaret aut quomodolibet eis adiungeretur una alia poteſtas cōmunis ſiue ſuperior, nihil poſſet Eccleſia etiam cum omnibus illis ſimul iunctis, niſi quòd ſecundum ſingulas earum, putà ſecundum Papatū, Cardinalatum, & Epiſcopatum poſſet. Nam ut dicitur ſecūdo de anima, perinde eſt duabus potentiis iudicare ac ſi duo iudices eſſent. nunc autem cum Papatus non poſſit manus Papæ ligare neque ſit ſupra Papam, ut cōſtat, ergo nec tota Eccleſia habens etiam Papatum cum aliis poteſtatibus id poteſt; niſi fingatur quædam alia poteſtas etiam ipſo Papatu ſuperior, qua Eccleſiæ cōmunitas utens iudicet de aliarum poteſtatum etiam ipſius Papatus actibus. quòd ſi hoc fingatur utique contradicitur Euangelio & veritati: & ſibiipſi contradicit opinio illa prima Getſonis, qui Eccleſiaſticam poteſtatem ex Papatu, Cardinalatu, Epiſcopatu &c. inferioribus tantum uult componi atque conſtare. ut de hoc etiam ſupra in ſecunda probatione. 2. partis. 3. opinionis habetur.

Arg. 6. Sextum contra eandem ſecundam partem tertiæ opinionis arguitur. nam claues & omnis poteſtas Eccleſiaſtica & miniſtri omnes Eccleſiæ ſunt propter ipſam; & bonum eius finaliter, ergo ipſa Eccleſia eſt maior in poteſtate quàm omnes miniſtri eius. antecedens patet. ſecunda Corinth. 10. & 13. Poteſtatem dedit mihi Deus & eam habemus non in deſtructionem, ſed in ædificationem. & Epheſ. 4. Dedit quoſdam Paſtores & Doctores in ędificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. conſequentia etiam probatur, primo quia finis præſtat iis quæ ſunt ad finem. & 7. Eth. & Auguſt. lib. de magiſtro poſt medium libri vtilius atque deterius gratia melioris, ergo in fine ſunt omnia bona quæ ſunt in iis quæ ſunt ad ipſum finem. Itē ſecundo quia quidquid omnes prælati & miniſtri Eccleſiæ faciunt eius auctoritate & nomine faciunt, ut conſtat ex hoc quòd nihil ualeret niſi ſecundum ipſius Eccleſiæ fidem & intentionem id facerent. Vnde & omnes ſecundum Eccleſiæ intentionem facere dicūtur, ergo ab ea ſuam auctoritatem & ex conſequenti minorem omnes miniſtri eius habent, quorum unus Papa ipſe eſt.

Ad ſextum argumentum Reſpon. negando cōſequentiam. & ad eius primam probationem negatur etiam conſequentia, videlicet quòd ſi Eccleſia eſt melior, quia habet plures uirtutes & ſanctitatem &c. ergo ſit etiam maior in poteſtate & habeat omne bonum mediorum aut miniſtrorū, qui ad bonum eius ordinantur, quod conſtat falſum eſſe. nam Chriſti uita & merita eius ordinata ſunt immediatè ad bonum Eccleſię: non tamen ideo ipſa eſt melior neque potentior illo, qui fecit etiam miniſter circuncisionis Ro. 15. & Lu. 22. Venit miniſtrare non miniſtrari. ita etiam ſi Eccleſia ſit melior non eſt potentior Papa Vicario Chriſti, qui ordinatur ad bonum illius. nam bene ſtat quòd Regina & tota domus regia & regnum Principis maneat ſub cuſtodia & gubernatione Domini alicuius ab ipſo Principe inſtituti: apud quem & non apud Reginam manet poteſtas gubernatiua ſuprema Regis ſuper omnes & ſupra Reginā & domum eius. quamuis ipſa Regina & regnum & in ſe & ipſi Regi maius bonum magisq; dilectum quàm ille gubernator & bonum eius ſit. Itaq; maior poteſtas ad maius bonum ſæpe, aliquādo etiā ad minus bonum in toto uel in parte ordinatur: quamuis maius minori bono pręſtet. Illa etiā propoſitio, finis pręſtat iis quę ſunt ad finem, eſt uera uniuerſaliter de fine tantum principali & ultimo proprio, non de alio. nam hamus aureus eſt medium ad capiēdum piſcē & pręſtat ipſo piſce, non tamen pręſtat homine qui eſt finis proprius principalis & ultimus piſcationis & piſcium: ſimiliter Chriſtus paſſus eſt propter Eccleſiā; & tamē vita Chriſti præſtat omnibus creatis ēt ipſa Eccleſia: nō tñ pręſtat honore Dei, qui eſt principalis & proprius finis ad quē Eccleſia & uita & mors Chriſti ordinatur: uideatur Soto de iuſtitia & iure lib. 8. art. 5. ubi agit de iuramento. *Reſpon. 6. arg.* Ad ſecundam probationem dico primo, quòd ideo Prælati omnes dicuntur miniſtri Eccleſię quia ſunt ad eius utilitatem: non quia ab ea ſecluſo Papa ſuam habent auctoritatem: nam eam à Chriſto immediatè Papa habet, & eo mediante & per eum cæteri ſuam habent poteſtatem. quo fit ut Papa non miniſter Eccleſię, ſed Chriſti, cuius Vicarius eſt, ea-

put

pur autem eccleſiæ miniſteriale proprie appellatur et omnes agre diuntur ſecundum intentionem eccleſiæ .i. ſecundum intentionem debitam officio eccleſiaſtico in miniſtratione ſacramentorum: et quia vt miniſtri eccleſiaſtici officia eccleſiaſtica habentes operantur. Secundo etiam dici poteſt, vt ait Gaie. a. quod vice et nomine et intẽtione eccleſiæ et vt miniſtri eius omnes operantur etiam ipſe Papa ſi nomine eccleſiæ includatur etiam Chriſtus caput eius: nam verum eſt quod vt miniſtri huius eccleſiæ ratione capitis .i. Chriſti, eius nomine et ſecundum eius intentionem immediate vel mediate ab eo in ſuum corpus eccleſiæ diffuſam, omnes ipſe etiã Papa miniſteria ſua exercent. Sed tandem clarius et forte etiã melius dicamus quod omnes etiam Papa intentioni ſicut et fidei Eccleſiæ catholicæ quæ in his vel in ſanctitate vllo vnquam tempore deficere non poteſt, in ſuis miniſterijs ſe conformare et agere debent. Sed ex hoc non ſequitur Papam eſſe minorem illa in poteſtate, vt ſæpe, et præcipue in reſponſione ad ſecundũ argumentum dictum eſt.

Replica. Si replicetur .i. ſi rex peregre profecturus, vt in exemplo prædicto continetur, reginam ſuam et regnum ſub cuſtodia gubernatoris ſupremi reliquiſſet. Si gubernator ille et regnum et reginæ ipſius honorem et bona deſtrueret: certe abſurdum eſſet dicere quod illa cum magnatum regni conſilio non poſſet illum deponere atq; punire, et ſibi de alio prouidere. Sic ergo in propoſito videtur dicendum quod Eccleſia quæ regina et ſponſa Chriſti eſt, poteſtatem hanc habet a Chriſto ſupra Papam vaſtatorem Eccleſiæ, in caſu prædicto ad ipſum puniendum et deponendum: quanuis ab ipſo Chriſto immediate ille ſuam poteſtatem habeat. Nam neceſsitas mediorum ex finis neceſſitate ſumenda eſt, vt .2. phiſicorum habetur.

Reſpo. ad replicam. Reſpon. ad replicam hanc negando conſequẽtiam, neq; enim eſt ſimile. Nam in caſu illius exẽpli ideo poſſet gubernator ille deponi atq; puniri, quia non ſolum ipſe ſed et princeps cuius ille vicem habet, ſub regni poteſtate eſt: quod quidẽ ſupra ipſum regem regni deſtructorem idem facere poſſet. Non ſic Eccleſia ſupra Papam etiam vaſtatorem eius poteſtatem habet, vt ſæpe dictũ eſt. Argumentum autem ſolum probat, quod et conceditur, quod Eccleſia poteſt Papæ deſtructori reſiſtere, vim vi repellendo, non autem per viã iuriſdictionis aut poteſtatis ſupra illum, ſed alijs modis, vt ſupra in reſpon. ad quartum argumẽ. et latius infra. q. 10. habetur.

Replica. Si ſecundo replicetur, quod prælati etiam Papa ſunt ſolum diſpenſatores bonorum Eccleſiæ. 1. Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros et diſpenſatores miniſteriorum dei. Nam bona quæ diſpenſantur ſunt a Chriſto eccleſiæ relicta vt theſaurus illius. Ergo ipſa in eis maiorem quam Papa poteſtatem habet.

Reſp. ad replicã. Reſpondeo ad antecedẽs, quod illa bona ſunt Eccleſiæ quoad vtilitatem non quoad auctoritatem diſpenſandi: quia non toti Eccleſiæ ſed eius tantum ſacerdotibus atq; prælatis proportionabiliter immediate vel mediate, vt ſupra dictum eſt, Chriſtus hanc poteſtatem diſpenſatiuam contulit. Ideo vti iam diximus proprie potius ipſius Chriſti et bonorum eius miniſtri et diſpenſatores quam Eccleſiæ ſunt. Quod ſi aliquam poteſtatem Concilium habet et exercet excommunicando et indulgentias concedendo: id virtute capitis, id eſt Papæ aut auctoritate quadam communi ex poteſtatibus prælatorum ibi exiſtentiũ conſtituta facit. Et ita negatur conſequẽtia illius argumenti.

Septimo contra eandem ſecundam partem tertiæ opinionis arguitur. Nam Eccleſiæ non ſolum finaliter, id eſt ad eius vtilitatem vt in argumento præcedente dictum eſt: ſed etiam auctoritatiue datæ ſunt claues regni cœlorum a Chriſto immediate poteſtas ligandi atq; ſoluendi et officium paſtorale ſupra omnes et ſupra ipſum Papam, vt patet Mathæi. 18. Si peccauerit in te frater tuus. &c. Nam ibi generaliter dicitur omnibus Apoſtolis et non ſolum beato Petro. Quæcunq; ligaueritis et ſolueritis. &c. vt ait Ieronymus et Hilarius: quod ideo verba hæc Chriſtus omnibus dixit, ne priuata auctoritate reputaretur non audiens Eccleſiam ethnicus et publicanus, ſed diuina auctoritate Eccleſiæ collata. Item ad idem Auguſtinus ſuper Ioannem. et habetur vigeſima quarta. queſt. prima. ca. quodcũq;. ait, quod Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. Et iterum. ſermone decimo ſuper Ioan. de poteſtate ligandi et ſoluendi ait. Hoc Petrus cum omnibus tanquam perſonam gerens ipſius vnitatis accepit. Et in ſermone Petri et Pauli ait. Petrus totius Eccleſiæ geſtabat perſonam: et ideo audire meruit, Tibi dabo claues regni cœlorum. &c. Has claues non ipſe vt vnus homo ſed vnitas accepit Eccleſiæ. Et libro de agone Chriſtiano ait. Eccleſiæ catholicæ perſonam ſubſtinet Petrus inter Apoſtolos: huic enim Eccleſiæ claues datæ ſunt cum Petro datæ ſunt et cum ei dicitur, Paſce oues meas. Argu. 7.

Quod etiam ſuper ipſum Petrum vel Papam hæc auctoritas Eccleſiæ data ſit patet ibidem Mathæi decimo octauo. Si peccauerit in te frater tuus. &c. Dic Eccleſiæ. vbi conſtat quod Eccleſia eſt iudex ordinarius etiam Papæ in puniendo peccatum eius. Ergo et eſt iudex ordinarius ipſius abſolute in omnibus caſibus et cauſis eius. Conſequentia hæc probatur primo. Quia iudex alicuius ordinarius in puniendo, eſt etiam illius iudex ordinarius abſolute, vt habetur in ca pit. licet. de foro competenti. et in capit. nouit. de iudicijs. a doctoribus. Tum ſecundo. Quia iudex et lex non differunt niſi ſicut animatum et inanimatum. ex quinto ethicorum. Sed ad eandem legis auctoritatem ſpectat non ſolum punire

ſed etiam

ſed etiam imperare, vetare, et permittere, ſecundũ Thom.1.2.q.92.arti.2. Ergo ad auctoritatem eccleſiæ, quæ eſt iudex Papæ ordinarius impuniendo ſpectãt etiã alij tres actus prædicti ſuper ipſum.

Reſp. ad. 7.argu. Ad ſeptimum argumentum reſpondeo negando aſſumptum vtrobiq;. Pro quo nota, quod in argumento tria tãguntur. Primum, vtrum omnibus Apoſtolis immediate, an mediante beato Petro, claues eccleſiaſticæ, poteſtasq; paſtoralis a Chriſto data ſint: et quamuis de hoc ſint opiniones Palude et Turre cremata, in Decreto, diſt.19.ca.ita dominus.arti.3. et aliorum doctorum, quas late refert Iacobatius.li.10.arti.7.in.8. probatione ſecundæ opinionis, nunc tamen dicamus cum Gaietano in quodli. de poteſtate Papæ.ca.1.et.2.et.ca.9. et Victoria in.2. relectione de poteſtate Eccleſiæ. q.2. vbi latius de hoc agit, quod Chriſtus immediate ex gratia vel priuilegio ſpeciali ſolis Apoſtolis prædictam dedit poteſtatem, præueniẽs in hoc auctoritatem beati Petri, a quo ordinarie ſicut et nunc a Papa habent omnes eccleſiæ prælati, illam Apoſtoli erant habituri, niſi a Chriſto illis collata eſſet. Salua tamen permanſit ſuprema poteſtas Petri ſuper omnes: quam Chriſtus Mathe.16. Tu es Petrus, et ſuper hanc.&c. Tibi dabo claues regni cœlorũ.&c. illi promiſit: et poſtea Ioan.21. Paſce oues meas, adimpleuit, ſecundum cõmuniter doctores, aut etiam ſecũdum Iacobatium vbi ſupra; Chriſtus illam poteſtatem beato Petro quoad habitum tantum dedit, Math.16. et poſtea Ioan.21. etiam quoad actualem executionem conceſſit, vti de hoc latius infra.q.14.

Secundo tangitur in argumento, vtrum ex hoc primu dicto, et ex Math.18. Quodcunq; ſolueritis et ligaueritis. ſequatur quod illa poteſtas a Chriſto Apoſtolis conceſſa, maneat etiam in eccleſia: et quomodo an.ſ. immediate an mediante Petro et Papa eius ſucceſſore, a quo et per quem tanq̃; a capite miniſteriali loco Chriſti eiusq; vicario omnis poteſtas ſpiritualis diffundatur in totũ corpus eccleſiæ, et in omnia membra eius. Et quãuis in hoc etiam ſint variæ opiniones catholicorum, quas vbi ſupra Iacobatius late proſſequitur: nunc tamen dicamus quod poteſtas ordinis et iuriſdictionis etiam papalis et claues eccleſiaſticæ datæ ſunt beato Petro et Apoſtolis a Chriſto, vt in perpetuum manerent in eccleſia, vt hoc omnes catholici confitentur: et oppoſitum hæreticum eſt. Vtrũ autem immediate vel mediate. Ad hoc dicamus quod non immediate, ſic quod in toto corpore eccleſiæ aut in omnibus fidelibus ſit prædicta poteſtas et claues eccleſiaſticæ: nam hoc conſtat erroneum eſſe, cum nec tota cõmunitas eccleſiæ nec quilibet Chriſtianus habeat poteſtatem ordinis et iuriſdictionis: ſed ſoli Papæ ſucceſſori beati Petri datur a Chriſto, et in eo immediate manet tota poteſtas ſupradicta eccleſiaſtica quam habuit beatus Petrus, et deinde ab ipſo immediate vel mediate in totum corpus eccleſiæ et in membra eius proportionabiliter, virtus, poteſtasq; diffunditur. Vt hoc expreſſe in ca Ita dominus. diſtin.19. et ſuperius in prima probatione.2. partis tertie opinionis habetur. Neq; ex dicta auctoritate Math.18. Quæcũq; ligaueritis et ſolueritis.&c. eo quod omnibus pluraliter id dictum ſit, habetur quod eis ſimul collectiue aut toti cõmunitati eccleſiæ ſimul tantum ſit illa data poteſtas: ſed quod omnibus et ſingulis diſtributiue tantum Apoſtolis et ſucceſſoribus eorum proportionabiliter vt dictum eſt. Sicut Ioan.20. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata.&c. et Math.28. Euntes docete omnes gẽtes, et prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizãtes.&c. et Math.5. Vos eſtis ſal terræ, Lux mũdi, Diligite inimicos veſtros. et ca.7.et.8. et Ioan.15.16. Petite et accipietis, et quodcunq; petieritis dabo vobis. et multa alia eiuſmodi. Cum quo ſtat quod id Math.18. Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo cõgregati.&c. ſpecialiter tali congregationi dumtaxat, vt litera ſpiritualiter exprimit, et nõ aliter promiſſum ſit, quod illi Chriſtus aderit ſpecialiter illuminando vel eius orationem exaudiendo, vel eius ſententiã ratificando et oportune exequendo: nullam tamen iuriſditionem vel poteſtatem illi cõmunitati immediate promittit aut præſtat ibidẽ. Sed neq; ex ſupradictis auctoritatibus Ieronimi, Auguſtini, aliorumq; doctorũ amplius probatur: niſi quod non ſoli perſonæ Petri, ſed eius officio vel dignitati Papali in perpetuum duraturæ in eccleſia, ad eius vtilitatem illa poteſtas et illæ claues a Chriſto datæ ſunt, vt proxime dictum eſt, et quia officium beati Petri ſeu Papæ eſt officium capitis quod in alia mẽbra corporis habet influere: ideo ipſi officio capitali conceſſa, toti etiam corpori eccleſiæ data ſunt atq; dicuntur: et non ſolum finaliter, ſed et formaliter et auctoritatiue toti eccleſiæ ſimul et capiti eius data ſunt, quæ ipſa in ſuo capite accepit: ſicuti toti homini formaliter viſiua potentia datur cũ eius oculis datur, et ipſe habet quod eius oculi habent. Quia ergo vnitas officij cõmunicatiui toti eccleſiæ claues accepit in perſona Petri, ideo dicitur quod Petrus perſonam eccleſiæ gerebat, et quod non vnus ſed vnitas claues accepit. Similiter intelliguntur omnes auctoritates dicentes quod eccleſia habet claues a Chriſto et poteſtatem ſuper omnes, quia.ſ. ea omnia accepit et habet in Papa vicario Chriſti capite ipſius eccleſiæ primo et immediate, et illo mediante in ſuis Epiſcopis alijsq; paſtoribus eccleſiæ ſuper ſubditos ſuos proportionabiliter vt dictum eſt.

Tertio tangitur in argumento dificultas. Vtrũ eccleſia accepit a Chriſto, Math.18. Dic eccleſiæ, poteſtatem ſupra Papam, etiam ad ipſum puniendum. Et hoc iam patet ea ſupradictis quod non. Et ita illa cõſequentia eiusq; probationes nõ procedunt. Illud autem Math.18. Dic eccleſiæ, multipliciter exponitur a doctoribus, vt Gaieta, et Iacobatius vbi ſupra referunt. Sed reſolutoric melior magisq; cõmunis expoſitio eſt. Dic eccleſiæ.i. prælato qui præſidet eccleſiæ generali vel particulari

propor

proporcionabiliter. pro quo notetur vt refert Silueſter in ſua aurea roſea feria tertia poſt tertiam dominicam in quadrageſsima et Iacobatius libro decimo articulo ſeptimo in fine ſecunde opinionis, et libro nono articulo duodecimo queſt. vt ex ipſo textu Matth. 18. et Luce 17. conſtat manifeſte. Hæc verba non dixit Chriſtus ſpecialiter beato Petro: ſed omnibus diſcipulis. Ideo eccleſia in miſſalibus premittit (reſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos) quia ſcilicet omnibus illis loquebatur. Et ſequitur in eiſdem miſſalibus (dixit Symoni Petro) ſed hoc non eſt de textu euangelii. ſed ſuper additum ab Eccleſia, tum quia Petrus erat ſupremus prelatus in ea ad quem precipue zelus animarum et Eccleſie cura ſpectat; tum etiam quia poſtea Petrus ſpecialiter ſuper hoc informari petiuit dicens (domine quotiens peccauerit frater etiam ſepties remittam ei, &c). Ideo Chriſtus illi loquens omnibus loquitur dicens (ſi peccauerit in te frater tuus) q. d. ſi frater in fratrem Chriſtianus precipue in Chriſtianum qui eſt etiam frater ſpecialiter per profeſsionem et cultum eiuſdem fidei Chriſti, vel proximus in proximum qui eſt frater ſecundum naturam omnibus communem. Secundum varias doctorum expoſitiones (in te) i. contra te, iniuriam inferendo vel in te, i. te ſolo ſciente et coram te. Vade et corripe inter te et ipſum ſolum) .i. procede prius vt recta ratio lexque dilectionis Chriſtianæ ad proximum requiritur, quod tibi vis alteri velis et e contrario videlicet vt cum minori diſpendio honoris et rerum, et cum pace Chriſtiana ſine litigioſa contentione res agatur, vt tibi et proximi ſaluti ſecundum Deum ſatis fiat et prouideatur: Quod vtique fiet ſi prius inter te et ipſum amice atque fraterne res componatur, illumque fraterno animo corripias de peccato ſuo. Quod ſi hoc non ſuffecerit (adhibe vnum aut duos) per quos ſcilicet ille de peccato aut de iniuria reus conuincatur ſi ignorat: aut moneatur et ſuadeatur, vt vel ſic conuictus atque confuſus debite tibi ſatiſfaciat et ipſe de peccato emendetur. Quod ſi nec hoc profuerit (nec illos audierit) tunc dic Eccleſiæ ideſt per te ipſum ſi tu es prelatus illius vel per prelatum eius publice nuncia in facie Eccleſiæ illius: tum vt a pluribus ſcientibus admoneatur et confuſus reſipiſcat: tum etiam vt cum conſilio Eccleſiæ ideſt Clericorum punitio illius melius fiat atque pacifice, ſi non reſipiſcat, et ita in Eccleſia primitiua excommunicatio fieri ſolebat, vt inferius habetur. et nunc loco huius publice nuntiationes fiunt a prelatis littere monitorie in facie Eccleſie ante ſententiam excommunicationis. Igitur quis peccator per prelatum ſuum in facie Eccleſie predicto modo nunciandus vel monendus eſt: inde communiter et bene a doctoribus iam exponitur, dic Eccleſie ideſt prelato Eccleſie illius vt ipſum moneat in facie Eccleſie vt

dictum eſt, et adhuc ſenſum vndecima queſtione tertia capitulo precipue, Nicolaus Papa, regi Lothario ſignificat et hanc auctoritatem adducit (quod ſi Eccleſiam non audierit) ideſt ſi ad prefatam monitionem non reſipuerit ſed rebellis permanſerit, (tunc ſit tibi tanquam ethnicus et publicanus) ideſt; ab eius communicatione caueas tanquam ab ethnico et publicano; et hoc poſtquam per prelati excommunicationem fuerit eiectus a communione fidelium: vel etiam ſi non fuerit communicatus caueas ab eius ſocietate quantum commode poteris, ne vel eius exemplo inficiaris, vel illi in ſuo crimine fauere videaris, vel vt ille potius confuſus redeat ad cor ſecundum id primo Corinthiorum ſeptimo. Si quis frater eſt inter vos fornicator aut auarus, &c. Cum huiuſmodi nec cibum ſummere. et ſecūda Timoth. tertio. Cauete ab omni fratre ambulante inordinate, et prima ad Corinthios quinto. Auferte malū de medio veſtri: que enim conuentio lucis ad tenebras? &c.

¶ Quod autem hæc ſit vera Germanaque expoſitio illius loci (dic Eccleſie) ideſt prelato, dicunt expreſſe, Chriſoſtomus, Auguſtinus et Bernardus in epiſtola. 213. ad Innocentium Papam et omnes fere doctores antiqui atque moderni etiam ſcholaſtici, et gloſſa in capitulo ſi peccauerit ſecunda queſtione prima et Innocentius in capitulo nouit, de iudicijs: antiquiſſima etiam conſuetudo et practica omnium fidelium eſt ad idem: nam non ad communitatem Eccleſiæ generalis vel particularis ſed ad prelatos recurritur ab omnibus pro iuſtitia et correptione fratris obtinenda. Quando enim vidimus viros et mulieres iuuenes, aut ſeniores pro huiuſmodi cauſis ad communitatem alicuius Eccleſie vel ad concilium habere recurſum? Item cum ante recurſum ad communitatem, prius vel aliquando ad prelatum recurri debeat, vt ex ipſa pratica conſtat atque ratione: et de prelato ſub hoc nomine mentio non fiat in Euangelio certe conſtat quod nomine Eccleſiæ prelatus hic intelligitur: vel quod nunquam ad prelatum (quod abſurdiſsimum eſt) ſed ad communitatem Eccleſie generalis, vel particularis vel ad concilium recurrendum eſt. Igitur quia Chriſtus nomine Eccleſie prelatos intellexit: ideo continuo vel ipſos apoſtolos prelatos inſtituit ibidem, vel iam inſtitutos vel in poſterum inſtituendos; ſecundum varias doctorum opiniones: illorumque auctoritatem et poteſtatem ſimul declarauit dicens (Amen dico vobis quecunque alligaueritis, &c). Ad predicta omnia facit etiam antiqua conſuetudo Eccleſie primitiue. Nam quando quis erat tunc excommunicandus id a prelato ſimul et a ſua Eccleſia preſente eius habito conſilio fiebat et cum ea ſolennitate que xx. queſtione tertia capitulo debet. ſignificatur: vt quod ille faceret medicus omne ſimul iter a tota Eccleſia, in eodem ſpiritu tanti in excommunicando

communicando quam in abſoluendo ſeruaretur, et hoc innuitur prima ad Corinthios quinto ca pitu. Congregatis vobis, et ſpiritu meo cum virtute domini iudicaui tradere Sathanæ, &c. et ſecunda ad Corinthios. Cui vos donaſtis et ego. Quod et ſignificat Inno. primus in Epiſtola ad Epiſcopos Macedoniæ. capitulo ſexto de photino abſoluendo et reſtituendo in ſuum Epiſcopatum, Cui inquit porrigitis manum porrigo et ego, et cui porrigo porrigite. Et Cyprianus ſermone ſcilicet de lapſis nihil quo ad hoc decernere audebat abſque conſenſu preſbiterorum et plebis vt omnia in pace et ſpiritu eodem melius fieret. Et Chriſoſtomus libro de ſacerdotio, ad idem eſt, et ita conſonat expoſitio doctorum dic eccleſię id eſt prelato, vt publice monitum puniat vel excommunicet rebellem coram Eccleſia ſua vt dictum eſt.

¶ Ex omnibus igitur ſupradictis conſtat aperte, primo quod Matthei decimo octauo communitati Eccleſiæ nulla poteſtas a Chriſto immediate data eſt, ſed ſolum in ſuis ſacerdotibus atq; prelatis et maxime in Papa. Secundo conſtat quod de beato Petro et de Papa eius ſucceſſore nulla ibi mentio ſpecialiter fit, etiam ſi concederetur. quod tamen non conceditur quod toti Eccleſie vel apoſtolis in communi congregatis aliquam poteſtatem conceſſit, non tamen ſupra Papam, cuius ſuprema poteſtas illi collata Matth. decimo ſexto et Ioann. 21. intelligitur reſeruata. Tertio etiam conſtat quod recurſum in ſupra dictis immediate non ad aliquam Eccleſiam particularem vel generalem nec ad concilium illam repreſentans, ſed ad prelatum proportionabiliter, et tandem in grauiſſimis cauſis ad ipſum Papam in quo eſt iuriſditionis ſuprema poteſtas Eccleſie ibidem fieri decernitur a domino Ieſu Chriſto.

¶ Quarto poterat etiam tangi difficultas an in hoc capitulo decimo octauo Chriſtus precipiat correctionem fraternam et iuditialem et ordinem eius pro quolibet peccato proximi vt communiter tenent doctores, an ſolum agat quomodo frater offenſus a fratre ſe debet ad illum habere cum pietate Chriſtiana, et de conſilio dat ordinem correctionis ibidem, vt latius agit Arenalo de correctione fraterna. Sed nunc hoc propter breuitatem omittatur.

Argum.8. ¶ Octauo contra eandem ſecundam partem tertie opinionis arguitur, nam concilium generale ſemper intendit actis Pape et non econuerſo. Ergo eſt ſupra Papam. Conſequentia patet quia hoc eſt alterum ſupra alterum poteſtatem habere: et in propoſito nihil aliud intelligitur. antecedens autem probatur. primo. 25. quæſtione prima capitulo contra. habetur, contra ſtatuta patrum condendere aliquid vel mutare nec huius quidem ſedis poteſt auctoritas. Et capitul. prima ſalus dicitur prima ſalus eſt recte fidei regulam cuſtodire: et a patrum ſtatutis nullatenus deuiare.

¶ Secundo ſpecialiter etiam de ſtatutis humanis factis a concilio idem antecedens probatur per gloſſam in capitulo legimus. diſtin. 93. vbi ait quod ſtatuta concilij generalis preiudicant ſtatutis Pape ſi contradicant. Quod etiam conſtat quia ſtatutum concilij Chalcedonen. preualuit reclamationi Leonis Pape ſuper Conſtantinopolitane ſedis precedentia ſupra Alexandrinam, vt patet in capitulo antiqua. de priui. et. 22. diſtinct. capitulo renouantes. Conſuetudo etiam generalis Eccleſie, abrogat ſtatutum Pape Pontificale.

¶ Tertio idem antecedens probatur nam concilium iudicat etiam de Papa et actis eius, vt patet per Auguſt. Epiſtola. 62. ad Glorium et Eleutium et Felicem, &c. Vbi loquens de depoſitione Ceciliani Epiſcopi Carthaginen. dicit. ecce putemus illos Epiſcopos qui Romæ iudicauerunt non bonos iudices fuiſſe: reſtabat adhuc plenarium Eccleſie vniuerſale concilium: vbi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari, vt ſi male iudicaſſe conuicti eſſent eorum ſententia ſolueretur, &c. Hæc ille. inter illos autem Epiſcopos Rome iudicantes comprehendit Melchiadem Papam vt ex eadem Epiſtola conſtat. Ad idem eſt ca. diffinimus. 22. diſtin. vbi octaua ſynodus generalis Conſtantinopolitana Canonc. 21. poſt illa verba ait. ſynodus vniuerſalis cum conueniente reuerentia quamlibet queſtionem de Rom. ſede exortam audire tenetur et in ea proficere: non tamen audacter ſententiam in Rom. Pontificem dicere. Vnde conſtat quod ſententiam diffinitiuam de Ro. ſede cum reuerentia tamen concilium ferre poteſt. Ad idem eſt etiam ipſe Papa Damaſus, vt habetur inter Epiſtolas beati Ambroſij Epiſtola. 79. vbi ipſe Damaſus ait. Cum huiuſmodi fuerit concilij capuenſis iudiciū vt finitimi bonoſo et eius accuſatoribus iudices tribuerentur: aduertimus quod nobis iudicandi forma competere non poſſet. Nam ſi integra eſſet hodie ſynodus recte de his quæ veſtrorū ſcriptorū ſeries cōprehendit decerneremus. Veſtrum eſt igitur qui hoc iudicium recepiſtis ſententiam ferre, vicē enim ſynodi recepiſtis quos ad examinandū ſynodus elegit. et infra. Vos enim vt ſcripſimus totius ſynodi vice Dei decernitis: nos quaſi ex ſynodi auctoritate decernere non cōuenit. Hæc ibi. Vbi nota quod Papa dicit ſe non poſſe de illa cauſa cognoſcere de qua poſſet ſi ſynodus eſſet integra. i. ſi nihil alijs cōmiſiſſet vbi ipſius ſynodi etiam prouincialis commiſſarij deputati ſunt. Ad idē eſt ca. ſi duo. diſtin. 79. vbi dicitur quod ſi duo de papatu contendāt conciliū eſt iudex eorum, ergo habet iuriſditionē in vtrumque, ex quo nullus eſt alterius iudex ordinarius quin ſit iuriſditione ſuperior.

¶ Quarto idem antecedens probatur. quia ſemper a tempore apoſtolorum fuit vſus Eccleſie primitiue diffinitiones cōcilij nomine et auctoritate ipſius vel Eccleſie non Pape facere et declarare, vt patet actu. 15. viſum eſt ſpirituiſancto et nobis nihil amplius oneris vobis imponere, &c. Item in capitulo placuit. diſtin. decima ſexta

dicitur

dicitur. placuit huic ſanƈte ſynodo vt confirmatã et rata ſint.83.capitula canonũ apoſtolorum. Item in capit.ſicut Sanƈti.et diſtinƈ.16. Beatus Gregorius confitens ſe quatuor concilia generalia ſicut Euangelium tenete ſubdit cauſam dicens, quia dum vniuerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe et non illa deſtruit qui preſumit abſoluere quos illa ligant aut ligare quos illa abſoluunt. Ecce non dicit quod Pape ſed vniuerſali conſenſu, nec quos Papa ligat et abſoluit ſed quos illa ligant et abſoluunt, vtique per aƈtum iuriſditionis. Item oƈtaua ſynodus generalis ait. Hoc autem nolentem intelligere photium in obedientem et rebellem anathematizamus, et a tota Eccleſia Catholica. fecimus alienum, per datam nobis poteſtatem in ſpiritu ſanƈto a primo et magno Pontifice noſtro et Deo liberatore et ſaluatore Ieſu Chriſto. Item in capit. decreuit, diſtinƈt. 8. dicitur. decreuit Sanƈta ſynodus, et non dicit decreuit ſummus Pontifex. Item in capit.nimis, de iure iurando, ipſe Papa auƈtoritate ſacri concilij non propria precipit.

¶ Quinto idem antecedens probatur. quia in oƈtaua ſynodo legitur quod Zacharias Epiſcopus contra ſententias Nicolai et Adriani ſummorum Pontificum dixit. Canon eſt princeps: et contra illum agentes nihil faciunt: quod vero contra hunc etiam Papa facit non acquieſcimus.

p.ad.8 ¶ Ad oƈtauum argumentum reſpondeo negando antecedens: et ad primam eius probationem ex.capit.contra ſtatuta. Dico ſecundum ſanƈtum Thomam in opuſculo.19. contra impugnantes religionem capitulo quarto quod intelligitur quoad ea quæ alias iuris diuini ſunt vel naturalis: et ſic etiam dicit gloſſa ibidem et in capitulo precedente. ſunt quidam. et ad aliud capitulum prima ſalus. ſimpliciter reſpondetur: inſuper quod appellatione patrum ibi principaliter ipſe Papa intelligitur cuius auƈtoritate ſtatuta in concilio fiunt et robur habent. Item ſecundo intelligitur quod Papa ſine cauſa non poteſt licite contra iuſta patrum ſtatuta ab ipſo roborata agere pro arbitrio aut tollere, vt infra.q.8. habetur: cum quo ſtat quod Papa ſit ſupra concilium ea ſtatuens.

¶ Ad ſecundam probationem antecedentis reſpond.ad gloſſ.in capitulo legibus, quod non aſſertiue id dicit: Sed id refert tanquam argumentum contra ipſam, vt patet in capit. nemo,11. q. 3.ad cuius gloſſam ſe remittit. Secũdo dico quod eſt vera de ſtatuto concilij ſuperuenientis ſtatuto Pape, nam ſicut Papa condendo ius contrarium priori illud tollit (vt habetur in capitulo licet.de conſtitu.lib.6. Ita etiam conſtitutio concilij a Papa auƈtorizati conſtitutionem ipſius Pape contrariam tollit. ¶ De vigore autem concilij Chaldonenſ. circa ſedem Conſtantinopolitanam dico quod inde non concluditur ſuperioritas vlla concilij ſupra Papam ſed tolerantia ipſius Pape. Videmus enim ſepe prelatos cedere multitudini magnatum et ſubditorum: quãuis ſi ſua poteſtate vti vellent compeſcere poſſent. Immo et de reclamatione Leonis Pape nihil in diƈtis capitulis habetur, ſed potius humilis locutio patrum concilij dicentium, petimus.

¶ De vi autem conſuetudinis dicitur quod ſi hæc concluderet Eccleſiam ſupra Papam, concluderet etiam Eccleſiam ſupra ſe ipſam eſſe: quia ſtatutum vniuerſalis Eccleſiæ etiam per generalem ipſius conſuetudinem abrogatur. Igitur. Huiuſmodi abrogatio non fit poteſtatiue: ſed executiue ex parte Eccleſiæ vel conſuetudinis, et negatiue ex parte principis, quia ſcilicet non cogit neque reclamat vnde et conſentire videtur.

¶ Ad tertiam probationem antecedentis ex Auguſti.Epiſtola.162. reſpon. ibi loquitur Auguſtinus de recurſu ad concilium habens Pape auƈtoritatem ad id: non quidem propter maiorem auƈtoritatem vel poteſtatem concilij ſimul cum Papa quam ſolius Pape: ſed propter multas alias cauſas, videlicet propter excluſionem ſuſpitionis, et pleniorem cauſæ diſcuſſionem, maiorem ſapientiam et traƈtatum perſonalem maioremque iudicij ſolemnitatem, et alia eiuſmodi quæ apud iudicium humanum ſententiam omni exceptione maiorem reddere videntur. Ideo ex his non ſequitur maior poteſtas concilij ſupra Papam, ſicut nec ipſiuſmet Pape vel iudicis alterius ſupra ſe ipſum, dum ad ipſum plenius informandum vt per ſe vel per alios cauſam traƈtet ab ipſo appellatur vel ſupplicatur. ¶ Et ad capitul. diffinimus, dico quod in illo verbo audaƈter non ſolum modus ſed ipſum potius iudicium in Papa prohibetur. Nam ſi ſolum prohiberet vitium modi iudicandi ideſt audacie et temeritatis, certe non ſolum reſpeƈtu Pape ſed alterius cuiuſcunque tale iudicium audax et temerarium a concilio vitandum eſt. Igitur ibi prohibetur ipſum iudicium concilij in Papam. Quia eſt audax et temerarium: ſicut quando dicimus quod de ocultis cordium nobis non licet temere iudicare: quia ſcilicet tale iudicium diffinitiuum temerarium et illicitum eſt, ſic de iudicio concilij in Papa vbi ſupra eſt intelligendum, quod vitium temeritatis incurreret de Papa iudicando: quamuis poſſit et debeat cum reuerentia audire quæſtiones de Papa et progredi in eis vſque ad veritatis cognitionem et intelligitur regulariter, vt per hoc excipiatur particularis caſus hæreſis aut ſciſmatis in quibus Papa per concilium iudicari aut deponi poteſt. De quibus infra quæſtione vndecima latius agitur. Et ita hæc auƈtoritas eſt potius pro ipſa tertia opinione quæ impugnatur. ¶ Ad aliud Pape Damaſi ex Epiſtola.79. Beati Ambroſij dico nihil inde haberi contra prediƈtam tertiam opinionem. Nam Papa ibidem non negat

potentiam ſed formam iudicandi ſibi competere poſſe. Quod inde patet. quia reddens rationem huius non dicit eſſe impotentiam aut ſubiectionem, ſuam ſed indecentiam dum ait, hoc autem familiare eſt principibus. Immo etiam ſi dixiſſet ſe non poſſe iudicare verum dixiſſet ad predictum ſenſum, nec a conſuetudine principum receſsiſſet qui ea negant ſe facere poſſe quæ indecenter facerent; conſtat aiunt quod indecens eſt determinationes concilij etiam prouincialis ſoluere, quanto magis concilij generalis cuius decreta ipſum etiam Papam iure diuino ligans et naturali non minus quàm propria in foro conſcientiæ ſecundum Thomam. 1. ſecunde quæſtione. 96. artic. 5. quanuis ad penam eorum non ſint aſtricti. Vnde et ſecundum. 25. quæſtione prima capitulo confidimus. et alios canones eiuſmodi ad Roman. Pontificem precipue ſpectat ſtatuta patrum ſeruare.

¶ Ad capitul. ſi duo, diſtinctio. 79. reſpond. id concedendo quod ſcilicet Papa incertus ſubditur concilio: ſed ſi alter certus et indubitatus eſſet, vtique de illo. Eccleſia non iudicaret ſed ipſum potius iuuaret obediendo et antipapam condenando et repellendo. Nos autem de certo Papa ſemper locuti ſumus.

¶ Ad quartam probationem antecedentis ex actu. 15. reſpond. ſic ſæpe Eccleſiam ſtatuiſſe atque feciſſe: ſed an poteſtate partium puta illorum paucorum tantum apoſtolorum an communitatis per accumulationem in communi, an aliquo alio modo puta a Chriſto immediate, vt arguentes falſo exiſtimant, nihil ibi dicitur. Ideo ex hac auctoritate alijs quæ ſequentibus es huiuſmodi non habetur quod Eccleſiam vel concilium habet a Chriſto poteſtatem immediate: neque habetur quod non habet poteſtatem mediante Papa: ſed ſolum quod abſolute concilium habet a Chriſto poteſtatem, quomodo autem vt diximus ibi non habetur. Et optime poteſt debetque intelligi quod ratione Pape ſolius dicitur concilium integrum atque perfectum, et immediate a Chriſto poteſtatem ſaltem iuriſditionis habet. Et ad capitul. placuit. eodem modu reſpondetur quod auctoritate concilij vt ibi includitur Papa vel eius auctoritas et ratione eius dicitur id decreuiſſe. Et ad capit. ſicut ſancti reſpon. dupliciter primo quod ibi Beatus Gregorius non dat pro cauſa auctoritatem immediate a Chriſto datam ipſi concilio, ſed vniuerſalem conſenſum ac per hoc etiam precipue Papæ ipſius, qui in integro concilio vt dictum eſt intelligitur. Neque inde etiam habetur niſi quod concilium vniuerſale habet poteſtatem diffiniendi: id quod ratione Pape maxime verum eſt, vt ait Caietan. ſecundo, et melius dici poteſt quod quoad certitudinem infallibilitatis in diffiniendo de fide, et moribus, quãuis per accidens potius concilij legitimi quam Pape diffinitioni ſtandum eſt, ipſe etiam Papa illi ſtare tenetur vti ſuperius. In prima parte huius tertie opinionis quæ defenſatur dictum eſt: et de hoc loquitur dictum capitul. ſicut ſancti. ſecus quoad poteſtatem iuriſditionis.

¶ Ad aliud de octaua ſynodo eodem modo reſpon. vt ad capitul. placuit, et ad capitul. ſicut ſancti. Ad capitul. decreuit etiam eodem modo reſpon. ad capitul. nimis reſpon. ſecundum Caietan. quod cum integrum concilium habeat poteſtatem vniuerſalem quomodocunque id contingat: et auctoritas quæ eſt ipſius Pape abſolute, et vt propria ſit ipſius concilij pro tunc et vt illi communicata. Ideo ſicut quilibet alius de concilio poſsit dicere auctoritate ſacri concilij ſtatuo, &c. Ita et a fortiori ipſe Papa id dicere poteſt, cum in hoc alijs deterior non ſit. Et ex hoc quod affirmat ſe id concilij auctoritate facere, non dicit ſe aliena, neque negat ſe ſua auctoritate precipue facere: immo vero ſe ſua auctoritate communicata illi concilio facere affirmat: quia auctoritas integri concilij de neceſsitate includit auctoritatem capitis id eſt Papa ſibi communicatam. Nam licet concilium etiam auctorizatum a Papa ſit quid diſtinctum ab ipſo Papa, ſicut Eccleſia alicuius Epiſcopi a ſuo Epiſcopo differt, non tamen oportet quod poteſtas Eccleſie ſit alia a ſui Epiſcopi poteſtate: ſed vna et eadem poteſt eſſe vtriuſque poteſtas quanuis diuerſimode, Epiſcopi quidem vt propria, Eccleſie autem vt illi ab Epiſcopo ſuo communicata. Sic in propoſito eſt de poteſtate Pape et concilij. et ita patet quod per hoc quod Papa affirmat ſe ſacri concilij auctoritate facere non ideo affirmat ſe minorem in auctoritate iuriſditionis ſaltem intenſiue ſimpliciter: quanuis extenſiue et etiam intenſiue per accidens aliquo modo id poſſet concedi vt ſupra declaratum eſt. Vnde quia predicta verba. ſ. precipere aut facere auctoritate concilij in Papa habet ſpeciem minorationis: ideo a ſacris canonibus non ſunt extenſa, ſed more ſimilium locutionum ſunt pie et ſane interpretationi relicta: et quaſi correcta dum Papa in concilio iam dicit ſacro approbãte concilio diffinimus, præcipimus et huiuſmodi. Nam approbare commune eſt poteſtati, ſapientiæ et conſenſui: nec ſuperioritatem nec æqualitatem poteſtatis in approbantibus exigit.

¶ Ad vltimum quod in octaua ſynodo Zacharias Epiſcopus legitur dixiſſe, reſpondeo quod loquebatur de Canone quatenus continebat aliquid pertinens ad fidem: de quo dictum eſt quod diffinitioni concilij ab omnibus etiam ab ipſo Papa ſtandum eſt. Quod ſi de ſtatuto etiam puro humano id intelligatur: certe contra illud Papa licite agere non poterat neque decebat vti ſuperius ad reſponſionem Pape Damaſi ex Epiſtola. 72. Beati Ambroſij dictum eſt, et infra quæſtione octaua, nona, decima latius habetur et ad hoc propoſitũ loquẽs Za

charias

charitas ille intelligitur. Ideo contra poteſtatem iuriſditionis Papæ de qua hic agitur nihil facit.

Argum.9. NOno,contra eandem ſecundam partem tertiæ opinionis arguitur. Nam in concilio Conſtantien.ſub Papa Ioann. 23.anno D. 1415.in eius quinta ſeſſione die. 6. Aprilis, ſic habetur.Hæc ſancta ſynodus declarat quod ipſa in ſpiritu ſancto legitime congregata concilium generale faciens et Eccleſiam Catholicam repreſentans,poteſtatem a Chriſto immediate habet: cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis etiam ſi papalis exiſtat obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem et extirpationem dicti ſciſmatis, et Eccleſiæ prædictæ reformationem in capite et in membris.Hæc ibi. et ſubiungitur aliud decretum huiuſmodi. Item declarat quod quicunq; cuiuſcunque conditionis, ſtatus, dignitatis etiam papalis,qui mandatis , ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſacre ſynodi, et cuiuſcunque alterius concilij generalis legitime congregati,ſuper premiſsis vel ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit condigne penitentiæ ſubiiciatur et debite puniatur , etiam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrendo.Hæc ibi, et in conſilio Baſilen̄ anno domini. 1431. ſub eugenio quarto ſeſſione.2.et.3. 18. et. 33. Hæc decreta confirmantur et iterum ſtatuuntur. quod quidem auctoritate Martini.5. et Eugenij. 4. cœpit celebrari , vt habetur in eius præfatione. in cuius.2.et.3.ſeſione antequam per Eugenium 4. eius diſſolutio tentata eſſet : et poſtea in ſeſſione.18. poſtquam per ipſum Eugenium.4. fuit reualidatum legitimumque concilium declaratum , vt in.16. 17. conſtat aperte ſupradicta decreta celebrata et confirmata ſunt. ¶Quod etiam ſupradictum concilium Conſtantien̄. validum ſit probatur , quia Martinus quintus in bulla condemnationis articulorum.Ioann.V Vicleff ſacro approbante concilio. &c. Vbi ponens interrogatoria dicit. Vtrum credat quod condemnationes Ioannes V Vicleff, et Ioann. Huſſ. et Ieronimi de Praga factę de perſonis libris et documentis eorum per ſacrum generale concilium Conſtantien̄.ſint rite et iuſte factę , et a quolibet Catholico pro talibus tenendę , et aſſerendę. hæc ibi. Vnde cum conſtet quod contra prędictum Ioann.V Vicleff in ſeſsione.8.et contra Ioann. Huſſ. in ſeſſione.15. et contra Ieronimum de Praga.in ſeſſione. 21. per ipſum concilium ſententia lata fuerit : ſequitur quod etiam tunc ante vnionem omnium obedientiarum legitimum fuerit concilium generale. ¶Quod etiam ſupradicta eius decreta de Papa ſpecialiter legitima et valida ſit , inde conſtat quia ipſe Martinus quintus poſtea in vltima ſeſſione eiuſdem concilij approbauit omnia decreta ipſius concilij in materia fidei, quale eſt hoc , vbi ait Papa,quod omnia et ſingula, determinata,concluſa et decreta in materijs fidei per preſens concilium Conſtantien̄. conciliariter ipſe ea tenere et inuiolabiliter obſeruare volebat , et nullo vnquam modo contraire : ipſaque ſic conciliariter facta approbat et non aliter nec alio modo.Hæc ibi. ¶Ex quibus tria colliguntur , primo quod concilium vniuerſale habet auctoritatem a Chriſto immediate et non a Papa,ſecundo quod Papa tenetur ei obedire, tertio quod ipſum concilium habet poteſtatem coactiuam et iuriſditionis ſupra Papam dum eum ſubdit ſuæ punitioni,

¶Et confirmatur quia in eodem concilio Conſtantien̄.ſeſsione.8.et poſtea in dicta Bulla Marni quinti ſic condemnatur articulus iſte , non eſt de neceſsitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias. Error. ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur vniuerſalis Eccleſia , aut concilium generale , aut pro quanto videtur negare primatum Pape ſuper alias Eccleſias particulares. Hæc ibi. Ex qua condemnatione habetur quod concilium vniuerſale ſicut Eccleſia vniuerſalis eſt ſuprema Eccleſiarum,et conſequenter. ſupra Eccleſiam Romanam quæ eſt vna earum : ex quo ibi fit differentia inter primatum concilij et Pape : et de concilio dicitur ſimpliciter quod eſt ſuprema inter alias Eccleſias : de Papa autem quod habet primatum ſuper alias Eccleſias particulares.

¶ Ad nonum argumentum tripliciter ſolet reſponderi,primo ſecundum Caietanum in quodlibeto de Papa capitulo octauo et Turrecremata de poteſtate Eccleſiæ libro tertio capitulo. 59. 100.&c.et multos alios doctores. Quæ reſponſio ſtat in tribus dictis , primo quod illa concilia non ſunt legitima nec auctentica , nam concilium Conſtantien̄. tempore ſciſmatis factum eſt ; et illud eius decretum factum eſt ſolum ab exiſtentibus ſub obedientia,Ioannis. 23. ipſe etiā abſente die.6. Apri. anno dn̄i.1415. et poſtea illi iuncta eſt obedientia Gregorij duodecimi die.4. Iulij eiuſdem anni in.14. ſeſsione. Poſtea demum in ſeſsione. 22. die.15. Octobris anni domini. 1416. obedientia Benedicti. 13. illis adiuncta eſt , et tunc et non ante integrum concilium generale ex omnibus cœpit eſſe et concilij generalis robur habere : et tunc concilium ipſum tacite emendauit quod prius male decreuerat dum eſſet in ſciſmate , nam in ſeſſione. 40. ait Papam debere reformare Eccleſiam in capite et in membris. Reſp. ad 9.argum.

¶Concilium autem Baſilen̄. multo magis dubium eſt, tum quia non legitime proceſsit contra certum Papam Eugeni.4. illum deponendo, tum quia illa eius decreta non fuerunt vnanimiter concluſa,neque cum conſenſu legatorum Pape qui illis intereſſe recuſarunt , neque expectatis oratoribus Caſtellæ et Angliæ quos in via nouerant conſtitutos : nec auditi ſunt multi ſapien

tes qui his decretis reclamauerunt et ipſum concilium propter hoc exiciunt, vt aiunt Turrecremata, et Caietan. vbi ſupra. Tum ſecundo quia hoc concilium non ab omnibus Catholicis vt legitimum acceptatur, quia non in Hiſpania et Anglia et alijs prouinciis, et de eo ſunt adhuc opiniones inter Catholicos. Tum tertio quia dictus Papa Eugenius quartus quamuis poſtea in ſuis Bullis approbauerit dictum concilium quoad eius inchoationem, et proſecutionem: nunquam tamen eius decreta approbauit, immo illa ſupradicta expreſſe reprobauit atque damnauit in libello qui incipit. Moſes ſeruus Dei, &c. vt ait reuerendiſsimus Miranda in ſua ſumma conciliorum in margine ſuper ſeſſionem. 33. concilij Baſileñ. immo et Sixtus quartus in extrauagan. graue nimis, de reliquijs et venera. ſanctorum. Dicit ſuper imaculatã virginis conceptione nihil eſſe diffinitum per Eccleſiam. Vnde patet diffinitionem dicti concilij Baſileñ. in ſeſsione. 36. ſuper hoc non habere pro diffinitione legitimi concilij: neque eam vim ipſum concilium habere quoad alia ſua decreta predicta. Item in concilio Lateranen. tertio ſub Leone. 10. ſeſsio. 11. in Bulla. paſtor eternus. expreſſe habetur quod concilium Baſileñ. poſt eius tranſlationem per Eugeni. Papam factam non fuit nec meretur amplius concilium appellari, et poſtea ibidem facta nullum robur habent. Hæc ibi, de quo et nos ſuperius libro primo in queſtionario quæſt. 43. in fine probationum ſexte concluſionis etiam egimus quomodo quoad aliquod valere poteſt concilium Baſilieñ.

¶ Secundo dicit hæc reſpon. 1. Caietani quod illa approbatio concilij Conſtantien. facta per Martinum quintum in Bulla ſupradicta intelligitur de illo concilio poſtquam plenum atque legitimum eſſe cœpit ex omnibus tribus obedientijs, a parte nobiliori totum denominando ne alicui earum faceret iniuriam.

¶ Tertio dicit quod decreta quæ in materia fidei ipſe Papa confirmauit intelliguntur de decretis in materia fidei formaliter tantum: quando ſcilicet determinatur aliquid vt de fide credendum, vel reſpuendum tanquam contra fidem, quales erant articuli condẽnati contra Ioa. VVicleff. et Huſſ. et Ieronimũ de Praga. non autem intelliguntur de illis decretis quæ in materia fidei materialiter tantum ſunt: quando ſcilicet tractantur res pertinentes quidem ad fidem ſed non vt credende vel non credende ſed alia ratione, qualia ſunt predicta decreta, ideo in prefata approbatione Martini quinti non includuntur. ¶ Sed certe hæc reſpon. quamuis de

Impugnatio predictæ reſponſionis. concilio Baſileñ. bene poſſet admitti: at vero de concilio Conſtantien. non ita: nam quoad illud primum, et ſecundum dictum ſcandaloſa eſt nec videtur vera. Tum primo quia concilium hoc vti legitimum habetur in Eccleſia Roman. ab omnibus fere et vt tale veneratur: quia et tempore ſciſmatis vbi nullus erat certus Papa legitime potuit celebrari: et ita in principio, medio, et fine eius legitimum fuit vt infra etiam quæſt. 6. 411. de hoc agitur. Tum ſecundo quia eius approbatio facta per Martinum quintum de toto ipſo concilio indiſtincte loquens et de decretis eius non eſt cur ad eius partem reſtringatur, neque per hoc ſciſma, ſed vnio et legitima ipſius concilij etiam in principio et medio celebratio facta approbatur. Tum etiam tertio quo ad illud tertium dictum, quia dum generaliter approbantur omnia eius decreta non autem tractata in materia fidei: iam non ſolum decreta formaliter ſed etiam materialiter tantum in materia fidei expreſſe approbantur. Nam et dum ius non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. vt in capitul. ſolite. de maiori. et obedientia dicitur, et quidem falſum videtur quod niſi Papa diffiniendo dicat ſe id de fide credendum aut ſub anathemate in oppoſitum credentes diffinire, non ſit hæreticum oppoſitum tenere, vt ſupra quæſt. 3. in fine argumentorum dub. 2. et. 3. latius habetur. Reſp.

¶ Ideo ſecunda reſpon. Iacobatij. lib. 10. articulo ſeptimo in reſponſione ad. 25. argumentum prime opinionis et articul. 6. et libro quinto articul. 16. et aliorum paucorum eſt quod illud decretum concilij Conſtantieñ. non fuit generale pro omnibus conciliis in quacunque materia decerneretur: ſed ſolum particulare pro illo concilio et in illa materia, vbi de tollendo ſciſmate agebatur. Neque Martinus quintus, neque alius Papa approbauit niſi ea quæ conſiliariter ideſt a toto concilio pleno ibi decreta erant, quale predictum decretum de Papa non fuit ſed ab vna tantum obedientia vt ſupra dixerat. Caietan. Sed certe nec hæc reſpon. ſatiſfacit, quia ſupra dictum decretum expreſſe loquitur etiam de inobedientibus ſtatutis illius et cuiuſcunque alterius ſynodi generalis ſuper premiſſis cauſis et de reformatione morum et alijs de quibus ibi agitur. et ita decretum generale videtur. Reſp.

¶ Igitur ſit tandem tertia meliorque reſponſio quod decretum illud eſt quidem generale pro omnibus concilijs generalibus et pro omnibus cauſis de quibus ibi loquitur; ſcilicet in his que pertinent ad fidem et extirpationem ſciſmatis et reformationem Eccleſiæ: ita quod ſi ei tunc non prouideretur eſſet in perniciem illius; de quibus infra quæſtione ſexta et decima latius agitur quomodo tunc concilium generale etiam inuito Papa poſſet congregari: et eius diffinitioni potius quam Pape in huiuſmodi ſtandum eſt. Vt ſuperius in prima parte tertiæ opinionis quæ hic defenſatur dictum eſt. In his caſibus locum habet et intelligitur decretum illud Conſtantieñ. et eſt validum et verum et non in alijs. Et ita tandem reſpondet pius Papa ſecund. in Bulla. in minoribus. Vbi retractat opinionem quam ante quam

eſſet

eſſet Papa tenuerat quod concilium eſſet ſupra Papam, et ita nihil inde concluditur contra ſecundam partẽ prediɛtæ tertiæ opinionis quæ de poteſtate tantum iuriſditionis agit, ideo quod in eodem decreto conſtantieñ ſubſequitur de punitione contitmatium, debet apte et proportionabiliter intelligi ſecundum varias materias et perſonas: ita videlicet quod alij omnes debite puniantur ſi non obediant. Papa autem certus non tamen hæreticus ſed alias ſcandaloſus et nociuus Eccleſiæ ſi non ſit obediens cõcilio predicto tũc non quidem facto depoſitionis vel punitionis iuriſditioniſq; ſuper eum quæ in concilio nulla eſt. Sed verbo tantum reuerenter quamuis publice reprehendendus eſt, vt ad Gala. 2. Petrus a Paulo fuit reprehenſus: ipſius etiam abuſionibus vt infra quæſt, 10. prouidere atq; reſiſti debet. Si autem Papa hæreticus aut ſciſmaticus vel incertus ſit, tunc per factum ipſum depoſitionis quando deponendus eſt, et non aliter ante quam deponatur puniri poteſt, vt de hoc infra quæſt. 11. Latius agitur, et in hac Reſpon. Caie. et Iacobatius. Vbi ſupra cum multis alijs doctoribus tandem conſentire videntur quamuis non ſatis ſe declarauerint.

Reſpon. ad confirmatio. ¶ Ad confirmationem ſupra poſitam ex Martino. 5. Reſpon. quod illa comparatio inter Eccleſiam vniuerſalem et eccleſiam Roma. aut intelligitur cum ſuo capite Papa vtrobiq; : aut ſine eo; Si cum Papa: tunc neutra ſupra alteram eſt: quia ratione Papæ qui in vtraq; includitur, eadẽ quoq; ſuprema poteſtas in qualibet illarum eſt: ſed neq; tunc apta ipſius ad ſe ipſam eſſet comparatio. Sine Papa vero Eccleſia vniuerſalis vt totum eſt ſuper omnia: deinde concilium generale legitimum illam repreſentans eſſet ſupra omnes particulares Eccleſias etiam ſupra ipſam Romanam Eccleſiam ſumptam: ſine Papa, ſed tunc non eſſet integra et perfecta Eccleſia vniuerſalis neq; Romana ſine Papa Capite ſuo: et ita neq; ipſa Eccleſia Romana dicenda eſſet alia Eccleſia neq; vna Eccleſiarum orbis, neq; ſimpliciter verum eſſet. neque ſequeretur quod concilium eſſet ſupra Roma. Eccleſiam. Item ex hoc quod ibidem Papa dicitur habere primatum ſuper omnes Eccleſias particulares, non negatur ipſe primatus ſupra totam Eccleſiam vniuerſalem. Sic Reſpondet Caietanus. Iacobatius aũt lib. 10. articu. 7. in Reſpon. ad. 14. argum. ſuperaddit quod prediɛta condẽnatio facta per Martinum. 5. potius facit pro prefata tertia opinione quæ hic defenſatur. Nam illic Papa duo facit. 1. condẽnat errorem VVicleff dicentis Eccleſiam Rom. non eſſe ſuper omnes alias Eccleſias, eſt enim ſuper omnes alias ratione Pape capitis ſui et omnium, Secundo dicit errorem eſſe ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam vel concilium generale: pro quanto inde videtur ſequi alius error negans primatum Pape ſupra omnes etiam ſupra totam vniuerſalẽ Eccleſiã. Hæc ille.

Argumentum decimum. Decimo contra eandẽ ſecundam partẽ tertie opinionis arguitur. Nam ſi conciliũ poteſt ſupra Papã in caſu hæreſis vti ſupponitur. Ergo eodem iure eademq; ratione poteſt in alijs caſibus in quibus vaſtaret vel ſcandalizaret Eccleſiam.

¶ Confirmatur primo, quia Papa tenetur ſe a ſcandalo purgare, vti quidam ſummi Pontifices fecerunt puta Sixtus. Leo. Symachus. et Damaſus vt habetur. 2. quæſt. 7. ca. auditum. ca. nos ſi, et ca. omnibus. Et. 2. quæſt. 4. ca. mandaſtis. Hoc autem. Fieri nequit niſi coram iudice qui ſit Pape ſuperior, ſcilicet coram concilio. ergo. ¶ Confirmatur. 2. quia beatus Petrus compulſus eſt rationem reddere de ſuo ingreſſu ad Centurionem, vt actu. 12. habetur.

Reſpon. ad decimũ argumentum. ¶ Reſpon. ad decimum argumentum negando conſequentiam, non enim eſt eadem ratio et ius vtrobiq;. Nam in caſu hæreſis Papa iure diuino vel ſtatim cadit a papatu, vel incipit cadere, et efficitur minor quolibet fideli, vel potius ſubijcitur concilio vt ab eo poſsit iudicari vel declarari ſecundum varias ſuper hoc opiniones. Vt infra quæſt. 41. Latius habetur. ſecus in alijs criminibus eſt.

¶ Ad primam confirmationem Reſpon. dupliciter. 1. Secundum Alexan. de alis, et Turrecrem. lib 3. de Eccleſia. cap. 101. et alios negando maiorem, nam illi Pontifices ex ſupererogatoria humilitate ſe ab illis infamijs purgauerunt vt ſcandalum vitarent: ſed non tanquam coram iudicibus ordinarijs vel ſuperioribus id vt ſubiecti fecerint. Ad quod facit. ca. nos ſi. 2. quæſt. 7. Secundo modo diſtinctius quamuis in idem recidat, Reſpon. quod licet iure diuino ſicut et illi Pontifices fecerunt Papa ſe hoc vel illo modo coram his vel illis ad ſcandalum vitandum vt oportet purgare teneatur: non tamen tenetur humano iure. 1. non tenetur formam iuris ſeruare: ſed poteſt vti libuerit hos vel illos, hoc vel illo modo ad id eligere, et ita illa minor falſa eſt.

¶ Ad ſecundam confirmationem ex actuum 11. ca. Reſpon. quod illa compulſio vel diſceptatio eorum tantum erat qui erant ex circunciſione contra beatum Petrum, quæ nullam ſuperioritatem ſed ambiguam et tumultuariam emulationem preſefert, vt patet ibidem et actu. 15. ca. Item reprehenſio Pape non factis ſed verbis reuerenter facta vt oportet licita eſt etiam ſubditis, vt Galat. 2. de Paulo ſupra dictum eſt. Nec hoc arguit vllam ſuperioritatem. Quãto magis quod in. 2. q. 7. ca. Petrus. ipſe beatus Petrus noluit ſua auctoritate vti: ſed humiliter reddere rationem.

Argumentum. 11. Vndecimo contra eandẽ ſecundam partẽ tertie opinionis arguitur. Nã, diſtin. 99. ca. prime ſedis. habetur quod nec ipſe papa appelletur vniuerſalis, inde ergo videtur quod beatus Greg. ea diſtin. ca. nullus. et ca. ecce. nolens ſe vniuerſalem prelatum Eccleſiæ appellari non locu

tus eſt ex humilitate,vt multi dicunt : ſed ex ne-
ceſsitate,quia.ſ.concilium predictum ita prohi-
buit tanquam ſupra Papam poteſtatem habẽs cui
vir ſanctus obediuit.Et id rationabiliter: quia ſci
licet pluſquam ratio,officiumq; papale exigit illo
nomine vniuerſalis ſibi prebetur,dum ſupra totã
Eccleſiam poteſtatem habere ſignificat.

¶ Et confirmatur .1.quia non minus iuris habet
Eccleſia in clauibus ſibi datis a Chriſto quã in ſuis
rebus temporalibus. Sed horum dominiũ maxi-
me immobilium principaliter eſt in eccleſie com
munitate,cum ipſe etiam Papa non ſit dominus
ſed Diſpenſator eorum ſecundũ Tho.2.2.q.100.
artic.1.ad.7. Ergo ſimiliter Eccleſia principalius
habet claues et poteſtatem Eccleſiaſticam quam
ipſe Papa.

¶ Secundo confirmatur. quia beatus Petrus et
Ioannes actu.8.tanquam inferiores ab illo conci
lio ſeniorum et apoſtolorum miſsi ſunt, ergo ſi-
militer Papa ipſo concilio inferior eſt.

¶ Ad vndecimum argumentũ.reſp. ſecundum
Respon. ad vndecimum argumentum. Thom.in opuſculo.19.contra impugnantẽ reli-
gionem.ca.4.quod Papa approbans dictum con
ciliũ prouinciale in cap.primæ ſedis.ideo ſe pro-
hibet vniuerſalem appellari:non quia nõ habeat
ſupremam auctoritatem a Chriſto immediate ſu
pra omnes et totam Eccleſiam:ſed quia non pre-
ficitur cuilibet Eccleſie particulari vt proprius et
ſpecialis Epiſcopus vel prelatus illius:quia ſic ceſ
ſarent omnium aliorum prelatorum poteſtates.
Sed hoc non obſtante,Papa vere eſt Pontifex Ec
cleſie Rom. Et totius Eccleſiæ prelatus vniuerſa-
lis,vt habetur in ca.in nomine domini diſtin.23.
et ca.quãuis.diſtin.21.et ca.Sacro ſancta,diſtinct.
22.et ca.rogamus.24 q.1.et alibi ſepius ſic appel
latur.Non tamen vult beatus Gregorius ſic appel
lari,propter rationem ſupradictam, ne.ſ.videre-
tur velle alijs adimere nomen et poteſtatem Pon
tificatus:et ad vitandum huius nominis ambitio
nem quã aliqui Patriarche et Archiepiſcopi, gre
corum male affectabant. Ideo humilitatis exem
plum illis exhibuit,vt in li.4.regiſtri,ca.76.vſq;
ca.80.conſtat manifeſte. Immo et in primitiua
Eccleſia,nomina Epiſcopi Archiepiſcopi et Pa
pæ communia erant,nam omnes hi et Patriarche
Papæ vocabantur, et econuerſo , vt videre eſt in
Epiſtolis ſancti Cypriani et apud ſanctum Epi
phanium hereſi.68.et apud alios antiquos, et in
ca.ſane.ver.Itẽ Romanorum.24.q.2. Secundum
gloſſ.et domini.ibidem. et in ca. ſi Papa. diſtin.
40.ſed non propter hoc ſuprema Pape poteſtas
ſupra totam Eccleſiam ab illis negata eſt.

¶ Ad primam cõfirmationem reſp. negãdo cõ
ſequẽtiam. Quia alio modo et alio iure habetur
dominiũ et ius in bonis temporalibus quã in cla
uibus.Nã poteſtas iuriſditionis eſt , monarchica
a Chriſto collata primo et immediate ipſi Pape
in beato Petro,et eo mediante ipſi Eccleſiæ vt ſu
pra dictum eſt.Dominiũ autẽ rerum eſt a donato
ribus hominibus transferentibus illud. in cõmu
nitatem Eccleſie et non in perſonã Pape, ſicut in
Eccleſijs particularibus contingit quod in Epiſco
po ſuo habent poteſtatem iuriſdictionis nõ autem
dominium rerum ſuarum.

¶ Ad ſecundã confirmationẽ ex actuũ.8.reſpõ.
quod ex hoc quod quis mittitur ab aliquo , neq;
ſequitur formaliter miſſum eſſe aut procedere ab
illo,neq; eſſe inferiorẽ illo.Nã ſecundũ doctores,
in primo diſtin.15.et.16.Spiritus ſanctus mittitur
ad extra a ſe ipſo,et filius etiã a ſe et a ſpiritu ſan-
cto,et tamẽ nõ eſt a ſe ipſo neq; inferior ipſo mit
tẽte,quãuis gratia materie in diuinis bene valeat,
filius mittitur a patre vel a ſpiritu ſancto ergo eſt
ab illo,vel aliquo modo inferior illo.ſ. quoad hu
manitatẽ.Sed in propoſito nõ valet , Petrus fuit
miſſus ab apoſtolis vel a cõcilio. ergo eſt ab illis
vel inferior illis,vt dictum eſt.Vel alio modo ſe-
cundũ Florent 3.par.ſum.tit.23.ca.3.§.7.reſp.ne
gãdo antecedẽs,et conſequentiã,nam miſsio quæ
fit per auctoritatẽ mittentis arguit ſuperioritatẽ
ſupra ipſum qui mittitur:nõ autem ea quæ fit per
conſilium , ſuaſionem aut conſenſum ſocialem,
qualis fuit ea quæ actuum.8.facta eſt.

QVÆST. quinta , Quæſt.5.
Vtrũ Papa nõ qui-
dẽ hæreticus ſed a-
lias Criminoſus ſcã
daloſus et pernicio
ſus eccleſie ſymonia
cus vẽditor benefi-
ciorũ et per legũ di
ſpẽſationes iniquas
vaſtãs eccleſiã,poſ-
ſit deponi aut in concilio puniri.

¶ Reſpon.In hoc triplex eſt opinio.1.quod ſic
deponi poteſt et accuſari de hoc ſi bis aut ter ad-
monitus a cardinalibus et Epiſcopis vel etiam a
regibus incorrigibilis adhuc in ſcandalum et per
niciem Eccleſiæ permanet.quodq; ad hoc facien-
dum poteſt eo inuicto concilium generale per ſu
pradictos congregari,quando ad eorum reueren
tem requiſitionem Ipſe Papa illud congregare no
luerit. ¶ Rationes huius opinionis ſunt illæ quæ
inferius in argumentis contra tertiam opinionem
ſubſequentem tanguntur atq; ſoluuntur. Hanc
opinionem tenent,panor.In ca.ſignificaſti.de E-
lectio.et in ca propoſuit. de conceſsi. preben. et
ca.quoties de ſymonia.et in ca. ſicut. de iure iu-
rando.Et in defenſione conſilij Baſilen.et Petrus
de Ancharrano.in tractatu,ſciſmatis, et Ludoui-
cus Pontanus in conſilio.523.et Matheſill. in ad-
ditionibus ad dominum Anton. Debutrio. in.5.
Charta.Et Felinus in cap. nihil. de preſcriptio.et
Alexandrinus in ca.in ſumma diſtin.17.quãuis in
capitul. ſi Papa diſtinctio.40. poſtea oppoſitum
ſenſit. Item Dominicus in dicto capitul. ſi Papa
Item Baldus in capit.clim,de reſcriptis.vbi etiam
latius de hoc agit. Item Decius in conſilio. 151.
columna.3. et multi alij Canoniſte cum Ioanne
de Imola in capit.propoſuiſti.de conceſſ.preben.

Et Petrus Cameraceen.in tractatu de poteſtate ecclеſiaſtica,in nona charta. Vt etiam refert Iacobatius vbi infra. Item hanc opinionem tenent multi theologi, et Almayn de poteſtate Papæ, et Olram in dialogis, et precipue in errores contra Ioan.22.ca.vlt.Et expreſsius Gerſon in.1. par. de auſeribilitate Papæ.et contra Petrum de Luna in dict.22.contra.22.articulos eius.

¶ Sed hæc opinio non eſt tuta:et forte neq; vera: et maxime his temporibus periculoſa eſt,vbi Lutherani contra ſanctam ſedem Apoſtolicam furioſe debaccantur,et per rationes que in.5. opinione habentur efficaciter impugnantur.

Opinio.2. OPinio ſecunda aliquantulo modeſtior eſt, quod ſi Papa ſit ita ſcandaloſus et incorregibilis quod generaret ſcandalum fidelibus circa fidem,non quidem predicando aut docẽdo pertinaciter hæreſim,nam de hoc eſſet idem iudicium ac ſi hæreticus eſſet, de quo infra. queſt.11. agendum eſt:ſed ſi ſolum ſua mala vita ſcandaloſa et incorregibilis exiſtat: ita quod ſepius monitus:quotidie peius viuit,ita quod generat ſuſpitionem apud fideles quod male ſentit de fide nõ credens eſſe peccatum id quod ſic ſcandaloſe et incorrigibiliter agit,aut quod non eſt iudicium vel alia vita atq; punitio poſt mortem. Tunc ergo et non in alio caſu citra hereſim dicit hæc opinio quod ex quo per ſuum factum notorium Papa redditur de fide ſuſpectus,prius monitus a ſupradictis in prima opinione, poteſt et debet interrogari quomodo ſentiat de fide, et an ſentiat ſupradicta eſſe peccata,et aliam vitam atq; iuſtum dei iudicium:nam ad dignitatem ſuam Papalem ſpectat ea declarare. Et ad hoc poteſt cogi per reges vel per imperatorem qui ſunt fidei defenſores, vt inuenitur vigeſima quinta.queſt.prima.capit. ſatagendum.Quod ſi Papa reſpondere et ſe declarare noluerit:tunc ſi reuerenter requiſitus noluerit Cõcilium congregare,poterunt Reges cum Cardinalibus et Epiſcopis illud eo inuito celebrare: et ibi Concilium ipſum contra illum tanquam de fide ſuſpectum procedere poteſt cogendo vt de fide reſpondeat.Quod ſi noluerit, imponatur illi purgatio,vt ſecunda.queſt.prima.capit.primo. Et ſecundum iura decernitur: quod ſi ſe adhuc purgare vel emendare noluerit: tunc contra ipſum tanquam de fide ſuſpectum procedi poteſt etiã illum deponẽdo,ſecundum capit.excommunicamus.1. de hereticis.et eodem titulo lib.6.cap. cum contumacia.Et ratio huius opinionis eſt. Quia par eſt a fide exhorbitare,et alios verbo:vel exemplo,a fide deijcere.ſecunda.queſt.ſeptima.cap.quis ex vobis.alias.ca.Paulus.

¶ Hanc opinionem tenent Ludouicus in conſilio.523.et Roſſellus in ſua monarchia tractatu ſecundo de forma eligendi Papam, charta. 9. et in tractatu Concilij, in queſtione, Vtrum ſententia Pape preualeat ſententie Concilij, colun.20. dicens etiam ad hunc ſenſum eſſe gloſſam in cap.ſi Papa.diſtin.40.pro hac opinione.et.cap. fina. diſtin.50.Et hoc idem tenet Egidius in eodem ca. ſi Papa.cum quibuſdam alijs.et Iacobatius vbi infra dicit hanc opinionem eſſe probabilem quanuis in ea non permaneat.

¶ Dicitq; hæc opinio quod licet Papa non ligetur iuribus ſupradictis et alijs eiuſmodi agentibus contra contumaces tanquam contra de fide ſuſpectos:ex quo eſt ſupra omne ius poſitiuum: ligatur tamen ratione et iure naturali illorum iurium preſuppoſita fide. Secundum notata in ca. 1.de probationibus.et iure diuino ſubijcitur Concilio ratione hereſis de qua ſe ſuſpectum reddit,vt de hoc infra.queſtione.11.latius. ¶ Sed certe neq; hec opinio videtur ſicut nec prima propter eaſdem rationes. Et quia niſi in caſu proprie et vere hæreſis manifeſte et non ſolum preſumpte Papa non habet ſuperiorem in terris, vt infra in tertia opinione hoc latius probatur. Alij autem etiam prelati ex quo habet ſuperiorem in terris vtiq; poſſunt de omnibus criminibus etiam preſumptis iudicari. Et ad hoc videtur expreſſe.cap.ſi Papa. diſtinctione. 40. et ibi gloſſa. Nunc autem pertinacia in quocunq; alio peccato ab hereſi proprie ſumpta,puta in adulterio,ſymonia. &c.non facit propriam hæreſim ſed preſumptam.vt infra in reſponſione ad primum argumentum contra tertiam opinionem habetur.Et contingere poteſt quod Papa non vere hæreticus quanuis incorregibilis et ſuſpectus eſſet:et ita periculoſe verus Papa deponeretur,vt inferius in tertia opinione ſequenti probatur.

IDeo eſt tertia opinio in qua tandem ſtandum eſt,quod verus et indubitatus Papa,excepto crimine proprie hæreſis et ſciſmatis quod veram et propriam hæreſim habet annexam,pro nullo alio crimine quantumcunq; ſcandoloſo et Eccleſiæ pernicioſo et pro nulla alia cauſa poteſt etiam in Concilio deponi: quanuis ibi denunciari et moneri, reuerenterq; reprehendi a Concilio et Regibus et Cardinalibus poſsit et debeat. Opinio.3.

¶ Probatur tripliciter. Primo, quia nullus nec ipſa vniuerſalis Eccleſia neq; Concilium illam repreſentans habet poteſtatem ſupra Papam: neq; ipſe poteſt ab aliquo iudice in terris iudicari ſiue puniri pro quocunq; crimine vel cauſa quacunq;, excepta propria hæreſi et ſciſmate eam annexam habente,vt patet ex ſupradictis in quarta queſtione precedente,ſecundum capit.nemo.capit.aliorum capit.facta. &c. nona. queſt. tertia. et capit. licet.de electione.et.ca.ſi tum.et.ca. nunc autem. diſtinctione.21.et.cap.ſi Papa.diſtinctione.40.et ſecunda.queſt.ſeptima.ca.oues. et ſexta.queſt.prima.cap.oues. et tandem in.ca electionem. diſtinctione.79.vbi ſic dicitur.Electionem ſummorum pontificum ſibi ſoli dominus reſeruauit. et ibi vide gloſſam. et in capit. ſi quis pecunia. diſtinctione.79. Ratio.1.

¶ Nec obſtat primo dicere quod predicta iura intelliguntur regulariter, excepto quando

Papa cōmittit in Eccleſiam eam ſcandalizando, tunc enim non debet gaudere ſuo priuilegio. ſecū dum ca. Suggeſtum. de decimis. et ibi gloſa. Hoc inquam non obſtat. Quia ibi loquitur de priuilegio conceſſo a ſuperiore alicui loco vel perſonis: Hic autem non eſt priuilegium ſuperioris, ſed lex ordinaria a Chriſto ſtatuta id Papæ vicario eius concedens, non perſonæ ſed dignitati Papali: quæ non niſi per ipſum Chriſtum reuocari vel deſtrui poteſt.

¶ Nec obſtat. 2. quod mutata qualitate perſonæ mutatur et mens concedentis illi eam poteſtatē: vel potius reuocata intelligitur illa poteſtas. l. ſicut Cornelius. ff. de ſolutio. et ca. quemadmodum. de iureiurando. Hoc inquam non obſtat, quia poteſtas Papæ a Chriſto non eſt conceſſa cum tali cōditione etiam tacita: neq; id probari poteſt ſed potius oppoſitum, vt infra in reſpon. ad tertiū argu. ad tertiam eius confirmationem habetur.

¶ Nec obſtat tertio, quod ſicut ex dictis iuribus ſolum habetur quod nulla perſona particularis poteſt ius dicere in Papam: non autem excluditur Eccleſia vel Concilium generale. Hoc inquam non obſtat, quia ibi generaliter etiam Cōcilia expreſſe declarantur non habere poteſtatem iudicandi Papam, vt cōſtat in dicto ca. nemo. q. 3. vbi dicitur quod nec ab omni clero et populo poteſt iudicari, et in. ca. nunc autem. 21. diſtin. expreſſe loquitur de Concilio. et in. ca. electionem. diſtin. 79. vt ſuperius eius verba referuntur.

¶ Nec obſtat quarto, quod iudicium Cōcilij vniuerſalis Eccleſiæ, non hominum ſed ipſius dei eſt, et ita per dicta iura non excluditur, vt patet in omnibus Concilijs quorum geſta a Spiritu ſancto dicuntur, et actu. 15. ca. placuit Spiritu ſancto et nobis &c. et Leo Papa in epiſtola. 28. ait. Contra paternorum canonum et Spiritus ſancti ſtatuta in Concilio Niceno, non poteſt quis vllis ſuffragijs adiuuari. Hoc inquam non obſtat, quia non eſt iudicium dei immediate de quo ſupradicta iura loquuntur: ſed mediate. i. mediante miniſterio et iudicio hominum in Cōcilio quamuis a Spiritu ſancto ſpecialiter directo et illuminato, de quo omnia Concilia locuntur: ſicut et abſolutio ſacerdotis dicitur iudicium dei. 15. q. 3. ca. nemo. et de poeni. diſtin. 1. ca. verbum. et ibi glo. et de cōſecratio. diſtin. 4. ca. aliud. ca. quomodo. Quia auctoritate dei id facit ſacerdos cuius miniſter eſt. Illud autē Actu. 15. ſpeciale et immediatum iudicium fuit decretum fuit Spiritus ſancti, ſicut et alia quæ Apoſtolis facienda reuelauit. A quo decreta differunt et iudicia Conciliorum noſtrorum que ſunt hominum immediate vt dictum eſt.

Ratio. 2. Secundo principaliter idem probatur. Nam cū ſupradicta iura expreſſe et generaliter dicant quod excepta hæreſi, pro nullo alio crimine Papa iudicari aut deponi poteſt: et nullum ius ſpecialiter aliud excipiat aut cōcedat. Igitur nec nos excipere debemus. Secundum. ca. ſolitæ. de maiori. et obed. et glo. ibidē. et in. ca. conſuluiſti. 2. q. 4. Si dicatur quod iure diuino vel naturali prædicta exceptio facta eſt vt in argumentis inferius probatur. Contra quia ibidem in reſponſionibus oſtenditur quā inſufficienter probatur intentū, quodq; nullum ius ad idem ſit. Item etiam ſi adhuc id probabile eſſet: ar vero cum non ſit certum ſed opinatum quod iure diuino vel naturali fieri debeat prædicta exceptio; vtiq; fieri non deberet niſi vbi doctores fere omnes ſicut in caſu hæreſis eam exceptionem approbarent. Nam in dubijs, maxime vbi periculum eſt agendi contra ius diuinum, etiā ſi oppoſitæ opiniones eſſent æque probabiles: tunc tutius et certius eligendum eſt, vt in. ca. iuuenis. de ſponſalibus. habetur. Nunc autem in caſu preſenti periculum eſt agendi contra iura diuinū, ſpoliando verum et certum Papam ſua poſſeſſione quam conſtat habere. Et æque aut magis probabile quam oppoſitum eſt quod id fieri non poteſt, vt ex dictis conſtat atq; oſtendit: ergo id fieri nō poteſt. ¶ Quod et confirmatur primo. Quia ſicut doctores ſimul et Eccleſia cōmuniter dicunt in caſu matrimonij quando de eius validitate dubitatur. in. ca. dominus. de ſecun. nuptijs. et ca. inquiſitioni. de ſenten. excōmu. et per totum titulū de reſtitutione ſpoliato: quod nullus eſt expoliandus a ſua poſſeſſione, quouſq; de iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ conſtet ſufficienter. Ita ergo ſimiliter in hoc caſu depoſitionis Papæ dicendum eſt: quia eius cum Eccleſia matrimonium eſt ſpirituale, vt in ca. inter corporalia. et ca. de traſla. epiſcopo. et 7. q. 1. ca. ſicut vir. de hoc latius habetur. ¶ Quod etiam ſecundo confirmatur. Quia ſi in caſu prædicto Papa criminoſus deponi poſſet certe doctores fruſtra laborarent querendo alia remedia quibus prouideretur Eccleſiæ quando Papa citra hæreſim eſſet pernicioſus eidē, ſi certum eſſet quod poterat deponi. Igitur ſi id dubium et incertum, vtiq; et periculoſum eſt dum oppoſitum eſt probabilius, ac periude fieri non poteſt. Nam et qui amat periculū peribit in illo. Eccle. 3. et ad Ro. 3. Non ſunt facienda mala vt veniant bona, nedum vt mala caueantur.

¶ Quod et tertio confirmatur. Nam in caſu hæreſis dubium eſt, vel ſaltem non eſt certū ſed opinatum quod Concilium poſſit deponere Papam, vt patet infra. q. 11. Ergo a fortiori in caſu aliorum criminum citra hæreſim idem magis dubium eſt aut incertum: et per conſequens tutius tunc eſt eligendum: maxime vt diximus dum ipſum æqua aut magis probabile eſt, vti ſuperius. li. 2. de ignorantia. queſtio. 3. latius habetur.

Ratio. 3. Tertio idem probatur. Quia nuſquam legitur quod certus et indubitatus Papa non hæreticus nec ſciſmaticus pro alijs criminibus quantumcunq; ſcandaloſis et pernicioſis Eccleſiæ, aliquando depoſitus aut punitus fuerit ab aliquo legitimo Concilio: quāuis ibi fuerit accuſatus, purgatus et reprehenſus, et aliter circa hoc prouiſum ſit. Vt patet diſtin. 21. ca. nunc autem. de Marcellino Papa idolis thurificante cum ſcandalo Eccleſiæ, licet

ſie licet ex metu id fecerit. Nam ſi tempore ſciſmatis in Côncilio Conſtancien. fuit Papa depoſitus non fuit propter periurium aut aliud crimen:ſed quia verba quædam heretica dixerat que illud ſciſmis nutriebant:et nec certus et indubitatus Papa erat. Quamuis Roſſellus in ſua monarchia quoad hoc aliter dixerit. Similiter ſi Henricus imperator depóſuit Benedictum. 9. et duos alios ſummos pôtifices et fecit eligi Clementem ſecundum, vt legitur in chronicis Romanorũ: hoc ideo factum eſt quia illi ſciſmatici erant et ſciſma fouebant in Ecclesia nec erant Pape indubitati. Item quid facit ad rem vbi de iure queritur, ſi imperator ille de facto id fecit violenter? ſi neq; a Concilio iuridice neq; legitime id factum eſt. Igitur ſi nunquam ab Ecclesia neq; ab vllo legitimo Concilio id legitur factum eſſe: conſtat id fieri non poſſe. Nam in rebus fidei morum et ſacramentorum hoc argumentum validiſſimum eſt. In ſimili caſu vel cauſa contingente nunquam factum eſt. Ergo nec fieri licite poteſt. Nam periculoſe et illicite fit quod ſine auctoritate aut ratione ſufficiente vel manifeſta vel exemplo ipſius Eccleſie, in re dubia vel periculoſa et magni momenti fit, vti ſuperius probatum eſt. Ideo enim Damaſus Papa in epiſtola. 3. tollendos cenſuit corepiſcopos quia non habent fundamentum in Euangelio, vt ibidem late proſequitur. Ad quod etiam facit gloſſa in capit. peruenit. diſtinctione. 93. et capit. conſuluiſti. et capit. monomachiam. ſecunda. queſt. quarta. et capit. hanc. decima. queſt. prima. et cap. amputato. vigeſima quinta. queſt. ſecunda. et capit. contra morẽ. diſtin. 100. et textus ipſius cap. inter corporalia. de translatione epiſcopo. id dicit expreſſe. Itẽ diſtin. vigeſima prima. cap. nunc autem. Item hoc eodẽ argumento expreſſe vtitur beatus Thomas, ſecunda ſecunde. queſt. decima. art. octauo, et duodecimo. ad probandum quod nec infideles violenter ad fidem trahendi ſunt: neq; paruuli eorum ipſis inuitis baptizandi ſunt. quia inquit, Eccleſia nunquam hoc facere conſueuit, ſed generaliter id potius facere prohibet. diſtinct. 45. cap. de iudeis. et cap. qui ſyncera. et cap. quid autem. vbi dicitur: Noua et inaudita eſt iſta predicatio que fidẽ verberibus exigit. &c. Ergo ſimiliter de Papæ depoſitione predictum valet argumentum. Id quod expreſſe etiam in propoſito habetur in. 8. ſynodo generali. actione. 7. vbi referuntur et approbantur decreta Adriani Pape dicentis. Romanum pontificem de omnium Eccleſiarum preſulibus iudicaſſe legimus; de eo vero quenquam iudicaſſe non legimus. Hæc ibi.

¶ Hanc opinionem expreſſe tenent beatus Thomas in. 4. diſtin. 19. q. 2. et Florẽti. 3. par. ſum. titu. 23. capit. 5. et titu. 24. capit. 2. et Palude cum Caietano, in quodlibeto de Papa. libro. 3. capit. 98. et ſequen. et in capit. ſi Papa. diſtin. 40. vbi et dicit Hugonem de Sancto Victore, et Alexandrum de Ales, Bonauẽ. Richardum, et theologos communiter tenere hanc opinionem. Et de iuriſtis Vlrineus in ſum. lib. 6. tractatu. 3. cap. 15. 17. et Imola in. Clementina. Ne Romani. de electione. colum. 17. et Panormita. in cap. grauẽ. de prebendis. quanuis alibi et ſepius tandem tenuerit oppoſitum, cum prima opinio ſupra poſita ibi videatur. Item Inno. in. ca. ex parte. de verborum ſignificatione. et Ioan. Andre. et Cardi. et Hoſtien. in. ca. propoſuit. de conceſſione prebende. et Archidy. et do. Anto. et Alexandrinus ibidem. et in capit. ſi Papa. diſtinctione. 40. et gloſſa in capit. ſi quis pecunia. diſtinctione. 79. et in capit. electionem. eadem diſtin. et in cap. 1. de renuntia. lib. 6. et in capit. ſi Papa. diſtinctione. 40. expreſſe dicens, quod Papa notorie criminoſus et pernicioſus Eccleſie accuſari quidem poteſt, deponi autem niſi pro vera hereſi non poteſt. Hæc ibi. Quanuis aliqui male dicant gloſſam ibidem tenere primam opinionem quod ſcilicet deponi poteſt. Item Ioan. Pariſinus de poteſtate Pape et Roſſellus in ſua monarchia tracta. 2. cum hac tertia opinione tandem ſunt: quanuis iſte Roſſellus paulo inferius ibidem vel ſibi contradicens vel potius ſe ipſum limitans cum ſecunda teneat opinione ſupra poſita. Deniq; hanc tertiam opinionem tenent Iacobatius, libro. 9. articulo. 12. et Sylueſter titul. Papa. queſt. 4. queſt. 15. et titul. Concilium. queſt. 3. et innumeri alij doctores vtriuſq; iuris. Ideo autem nos tantam turbam doctorum recenſere curauimus, tum vt hanc opinionem communem eſſe probaremus: tum etiam quia vt nos latius in alio noſtro tractatu de ignorantia. queſt. 3. egimus ceteris patibus auctoritas plurium grauiorumq; doctorum opinionem magis probabilem atq; neceſſario in fide et moribus tenendam facit.

Argu. 1. Argumentum primũ contra hanc tertiã opinionẽ arguitur quincupliciter. Primo, quia ſecundũ omnes Papa hereticus poteſt in Cõcilio deponi, quanuis in modo ſit varietas opinionum. Sed incorrigibilis, pertinax, et maxime ſi ſimul ſcandaloſus Eccleſie ſit poſt debitas monitiones in quocunq; crimine ſit contumax et de hereſi ſuſpectus et hereticus preſumptione iuris et de iure: contra quam non admittitur probatio. vt habetur diſtinctione. 38. capit. ſi qui ſunt. et diſtinctione. 45. capit. ſed illud. et capit. fina. de penis. et capit. ad apoſtolice. de ſententia et re iudicata. libro. 6. et gloſſa ibidem. et in capit. nouit. eodem tit. et talis punitur vt hereticus ſi ſe non purgat ſufficienter et emendat. capit. excommunicamus. 1. de hereticis. et capit. cum contumacia. eodem titu. libro. 6. et de purgatione canoni. Ergo ſimiliter de Papa dicendum eſt quod depoſitione puniri poteſt.

Reſp. ad. 1. argu. ¶ Ad primum argumentum reſpon. negando conſequentiam. Nam propter hanc hereſim tantum preſumptam vel propter ſuſpitionem hereſis huiuſ, qualẽ facit incorrigibilitas et cõtumacia vt probatũ eſt, Papa iudicari nõ poteſt neq; deponi, neq; puniri neq; ad purgationẽ cogi, vt ſupra

queſt.4 in reſpon. ad decimum argumentum dictũ eſt: niſi pro propria hæreſi proprie & ſtricte ſumpta, aut quando de illa vehementer ſuſpectus eſſet. Ius autem cõmune poſitiuum omnes alios, non autem ipſum Papam ligat aut comprehendit qui ſupra ipſum ius humanum eſt.

Argu.2. SEcundo ad idem arguitur. Nam ſi Papa in caſu predicto deponi non poſſet, hoc eſſet primo quia non habet ſuperiorem in terris a quo iudicari et puniri poſſet, vt dicunt iura ſuperius allegata. Aut ſecundo, quia ratione ſcandali aut nocumenti maioris poſſet pro hæreſi non pro alijs criminibus puniri atq; deponi. Aut tertio, quia non reperitur lex que talem exceptionẽ a iure diuino ſiue communi faciat aut concedat, vt ſcilicet Papa pro talibus criminibus aut pernicioſus Eccleſiæ, deponi poſsit, ſicut de hæretico reperitur. Sed nihil horum obſtat quin deponi poſsit. ¶Nam non primũ, quia ſcilicet non habet ſuperiorem, quia eadem ratione non poſſet pro hæreſi propria iudicari vel vllo modo deponi, quod tamen non cõceditur ab ipſis doctoribus de hac tertia opinione. ¶Neq; ſecundum obſtat, ſcilicet ratione ſcandali et nocumenti maioris in crimine hereſis quam in criminibus alijs. Nam ſi eſſet hereſis oculta nõ noceret Papa niſi ſibi ipſi, nec alios ſcandalizaret, maxime ſi ipſe hereticus ocultus dũtaxat eſſe vult et in publico recte docere et recte regat Eccleſiá, quia ſua ſic intereſt qui ſolũ tenet hereſim Lutheranam quod Papa nullam habet poteſtatem in Eccleſia. Et tamen iſte hereticus ocultus ſi probari poſſet aut ſi ſuſpectus ſit poteſt iuridice accuſari, iudicari, atq; deponi ſecundum cõmuniter doctores in ca. ſi Papa. diſtin. 40. et. ca. in fidei fauorem. de hereti. lib. 6. Ergo etiam propter alia crimina ſcandaloſa et Eccleſie pernicioſa. ¶Neq; tertium obſtat quod ſcilicet non reperitur in iure talis exceptio ſicut de hereſi reperitur. Probatur dupliciter. Primo, quia ipſo iure diuino et naturali ea exceptio facta eſt. Nam pro ſaluando toto corpore Ecclsſie, etiam ipſum caput leſum aut putridũ cauterizandum eſt. Et ipſo iure cuilibet perſonæ et reipub. licitum eſt ſe defendendo ligare et occidere inuaſorem iniuſtum etiam Papam furioſum cũ moderamine inculpate tutele. Ergo a fortiori ipſum Papam deponere quando aliter Eccleſia ſiue Concilium ſibi ab eius nocumento predicto cauere non poteſt. Hæc conſequentia dupliciter probatur. Tum primo Math. 18. Si oculus tuus, id eſt quátumcunq; nobile principaleq; membrum ſit ſcãdalizat te erue eum et proijce abs te. et. 2. q. 7. ca. ſicut. 2. et. 24. queſt. 3. ca. ecce autẽ. vbi dicitur. Ne effectus caput populi alios exemplo ſuæ perditionis interficiat. et. 11. q. 3. ca. ita corporis. dicitur, Ne poſitus ad gubernationem populorum efficiatur ruina multorum. et Galat. 5. Vtinam abſcindantur qui vos cõturbant. et. 1. ad Corinth. 5. Si quis nominatur auarus, fornicator, &c. Cum huiuſmodi nec cibum ſumere, et auferte malũ .ſ. hominem de medio veſtrum. Tum ſecundo probatur illa conſequentia. Quia per conceſsionem factam Pape et legem generalem quod in Papa ſit ſuprema poteſtas et a nemine poſsit iudicari, non derogatur lex alia naturalis: ſed potius ſalua intelligitur et excepta tam de defendendo ſe ipſum cõtra inuaſorem, quam etiam quod ipſum reipubli. principem pernicioſum ipſa reſpublica deponere et abijcere poſsit quando aliter per induſtriã humanam ſibi prouidere non poteſt. Nam et hac ratione bea. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 8. et. 12. et Duran. et Palu. alijq; doctores in. 4. diſtin. 4. et Richar. diſtin. 6. et Soto. diſtin. 5. q. 1. ar. 10 tenent, infideles cogi non poſſe ad fidem et baptiſmum ſuſcipiendum, neq; ipſis inuitis paruulos eorum eſſe baptizandos: quia preceptum diuinum de predicando Euangelium et fidem et de ſalute anime proximi procuranda intelligitur ſaluo iure naturali, ne ſcilicet per hoc alicui in perſona vel rebus ad ſe pertinentibus vlla vis aut iniuria fiat. Ergo ſimiliter in propoſito debet intelligi ſuprema Pape poteſtas, vt dictum eſt.

¶Item ſecundo probatur illa exceptio. Quia reperitur facta iure canonico pro criminibus alijs ſcandaloſis. Immo et ſine crimine pro vitando ſcandalo reipubli. vt patet in. ca. niſi cum pridem. de renuntia. vbi ratione magni ſcandali epiſcopus cogitur renuntiare. et in. ca. presbiterum. et alijs cap. de cleri. egrotan. et. ca. 1. de corpore vitiatis. ſacerdos deponitur. et in. ca. epiſcopus. diſtin. 47. et. ca. ſi quis epiſcopus. et. ca. de his. et. ca. 1. diſtin. 50. et. ca. tantum Daniel. diſtin. 81. propter vſurá et alia crimina ſcandaloſa epiſcopus deponitur ſecundũ iura. Igitur ſimilis exceptio propter eandem cauſam ſcandali intelligitur facta de iure in ipſo Papa ſcandaloſo et pernicioſo: quia ipſa ratio maioris ſcandali et nocumenti totius Eccleſie, magis in eo militat vt dictum eſt. Nam et ſecundum, l. que de tota. ff. de rei vendi. eadem ratio de toto ad totum que de parte ad partem eſt. Item quod illa exceptio de Papa ſcandaloſo et Eccleſie pernicioſo ſit de iure canonico patet, quia vt habetur in. ca. translato, de conſtitu. cũ ſimilibus. deficiente lege expreſſa pro aliquo caſu, ſufficit argumentum vel iudicium ſumere a ſimili vbi eſt eadem ratio, et in. ca. exempla. de fide inſtrum. habetur, quod deficientibus legibus et auctoritatibus recurrimus ad exempla. Nunc autẽ legimus in chronicis Romanorum Papam Chriſtophorũ et Benedictum. 5. et. 9. et Grego. 6. et Ioan. 12. depoſitos eſſe propter alia crimina ab hereſi: et in Concilio Cõſtantien. tres alij depoſiti ſunt. Item ſecundum gloſ. in. ca. ſi quis pecunia. diſtin. 79. ſi coniugatus eligitur in Papam valet electio: ſed ſi vxor ad vouendum continentiam induci non poteſt, tunc Papa debet renuntiare papatum vt ſic poſsit reddere debitum vxori ſine ſcandalo Eccleſie Rom. vt in. ca. licet. de electio. quod ſi nollet renuntiare deponendus eſt per Concilium ſecundum aliquos doctores cum Matheſil. in additionibus ad tractatum. do. Anto. in. 3. charta. Item Feli- Nota.

nus in

nus in.ca.2.de preſcriptio.col.3.dicit quod ratio ne ſcandali vitandi ſi duo ſint ad Papatum electi Concilium poteſt vtriuſq; electionem quaſſare, vt etiã ait glo.in.ca.fina diſtin.63.et in.ca.ſi duo; diſtin.79.que glo.ſecundum Felinum; intelligitur etiam ſi alterius electio teneret: alias conſideratio ſcandali nihil operaretur. Item.3.Regum.2. ſummus ſacerdos Abiathar fuit depoſitus per Salomonem quia cum Adonia conſpirauit: et tamen etiam in illa lege veteri ſummus ſacerdos eiusq; poteſtas erat a deo immediate inſtituta, vt conſtat Exodi.28.29.capitu. ſicut nunc Papalis dignitas atq; poteſtas. Ergo ſimiliter poteſt ſaltem a Concilio Papa deponi pro alijs ab hereſi criminibus ſcandaloſis et pernicioſis Eccleſie.

ſp. ad. gu. ¶ Ad ſecundum argumentum, quod ceteris fortius videtur reſpon.ad maiorem quod ratio quare pro alijs criminibus ab hereſi Papa deponi aut puniri non poteſt eſt illa prima et tertia ratio ſimul que in dicto argumento tangitur, quia ſcilicet non habet ſuperiorem in terris, et Chriſtus in hoc nullam fecit exceptionem. Et ad argumẽtum quod fit quod ſcilicet eadem ratione non poſſet propter hereſim deponi. Reſpon. ſecundũ doctores tenẽtes quod Papa eo ipſo quod hereticus pertinax eſt, eſt etiam ipſo iure diuino papatu priuatus, conceditur conſequentia: et Concilium non priuat ſed iudicialiter declarat Papam eſſe priuatum: et hoc eſt deponere declaratiue et executiue non autem poteſtatiue. Secundum vero tenentes quod non eſt ipſo facto iure diuino vel humano priuatus ſuo Papatu: tunc negatur conſequentia: nec eſt eadem ratio vtrobiq;. Nam in caſu hereſis Papa vel efficitur minor quolibet fideli vt ita Cõcilium habeat poteſtatem ſuper eum, vel ipſe Papa cogitur dare poteſtatem Cõcilio ſupra ipſum vt illum iudicet, vel potius iure diuino in eo caſu eam poteſtatẽ habet, vt infra.queſt.12.latius, quã in alijs criminibus non habet. ¶ Ad minorem autem vbi dicitur quod iure diuino et naturali fit exceptio vt pro ſalute totius corporis etiam caput cauterizetur et pro reipublice defenſione ipſe etiam Papa vim faciens occidatur. Reſpon. conceſſo antecedente negatur illa cõſequentia, quod ergo ſimiliter Papa deponi poſsit a Concilio. Et ratio eſt duplex. Prima ſecundum Caie. quia ſine capite ſuo corpori ſalus eſſe non poteſt bene autẽ ſine alijs membris. Sed hec ratio non valet, quia licet ſine aliquo Papa ipſum corpus Eccleſie ſimpliciter eſſe aut viuere ſpiritualiter non poſsit ſicut nec corpus humanum ſine ſuo capite naturali: at vero ad tempus ſine hoc vel illo Papa (dum mortuus vel alias legitime depoſitus eſt) Eccleſia eſſe poteſt. Ideo ſecunda ratio negandi conſequentiam et potiſsima eſt, quia ſupra Papam nulli nec ipſi Eccleſie Chriſtus poteſtatem dedit. Inde etiam ille auctoritates Mathei.18.et ad Corinthios, et alia iura allegata quoad hoc in alijs a Papa non in ipſo locum habent et intelliguntur, vt puniri et deponi poſsint per ſuos ſuperiores qui id valent in ipſos exercere, vt ſuperius queſtione.4.in reſponſione ad ſeptimum argumentum latius dictum eſt. ¶ Quo non obſtante dico etiam quod quilibet et a fortiri ipſa Eccleſia ſe defendere poteſt a Papa inuaſore eiusq; deuaſtatore illi reſiſtendo eo modo quo infra queſtione.10.plenius habetur. Poteſt etiam vim vi repellere cum moderamine inculpate tutele, ipſum furioſum ligando et forte etiam occidendo ipſum inuaſorem dum aliter contra eius violentiam ſue vite aut pudicitie aut integritati prouidere non poſſet: non tamen per viam iuriſditionis neq; ipſius iuriſditionis actum in illum valet exercere: ac ex conſequenti neq; Concilium poteſt illum deponere: quia hoc iuriſditionem et poteſtatem dicit atq; requirit quam ſupra Papam non habet. Sicut etiam ſubditus ſe ſuamq; pudicitiam defendendo licite forſam poteſt ſuum regem iniuſte inuadentem cum debitu moderamine occidere: non tamen per viam iuriſditionis ipſum occidere aut punire aut regno priuare poteſt. Nam licet quoad ipſum factum ſit maius occidere quam deponere Papam vel Regem: non tamen quoad modum: quia hic actus iuriſdictionis eſt, illic autem non. ¶ Si dicatur: quid ſi non aliter quam per Pape depoſitionem poteſt Eccleſia ſibi prouidere? Dico et ego quod illud medium tanquam illicitum alias et iure diuino ſibi prohibitum capere non poteſt: ſed ad Deum et alias vias iuſte defenſionis pro remedio recurrendum eſt, vt infra queſtione.10. latius agitur. Sicut et mulier; que contra maritum tiranice ſua perſona abutentem bonaq; ſua et ſue domus ſimul dilapidantem non aliter poteſt ſibi prouidere: non ideo poteſt illum occidere veneno, aut ratione aut ſalute priuare: quia media hec ſiue remedia alias illicita aut iure diuino ſibi prohibita ſunt: ſicut etiam fornicari non poſſet vt ſeipſam a morte liberaret. ¶ Si dicatur etiam quod non eſt illicitum ſed iure diuino et naturali conceſſum cuicunq; reipublice ſuum principem pernicioſum ſuaq; auctoritate in ipſius reipublice perniciem abutentem deponere atq; punire: iam ad hoc ſupra queſtione quarta in reſponſione ad quartum argumentum dictum eſt magnam eſſe differentiam inter Papam et alios principes ſeculares qui a ſuis republicis ſuam immediate poteſtatem habent. Ius etiam naturale hoc alijs communitatibus concedit contra vel ſupra principes ſuos: id quod ſimul et ius diuinum reſpectu Pape denegat Eccleſie. Ibi videatur quomodo etiam nullum ius naturale derogatur ex hoc quod pernicioſus Papa deponi aut puniri non poſsit.

¶ Ad ſecũdam probationem quod illa exceptio iure canonico facta eſt, vt in.ca.niſi cum pridem. &c.reſp.negando conſequentiam, neq; enim eſt ſimile de Papa et de alijs prelatis et ſacerdotibus. Nam iſti

Nam iſti omnes habẽt ſuperiorem qui eam punitionem et ius in illos qui iuri communi ſubdun-tur poſſit exercere: Papa autem minime. Item in eorum depoſitione non eſt par periculum, quod tamen in Pape punitione vel depoſitione eſt, vt ex. ca. ita dominus. diſtin. 19. et. ca. ſi papa. diſtin. 40. dictum eſt. Sed neq; in penis ab identitate ra tionis ſemper valet argumentum. quia de reg. iur. Odia reſtringi. &c.

Not. ¶ Ad ca. translato. et. ca. exempla. reſp. negando maiorem quoad exempla. Nam nõ per exempla maxime particularia ſed per generalia que legi æquiualent et eam interpretantur et per leges iudicandum eſt, maxime in foro Eccleſie, ſecũdum gloſſ. in. ca. de quibus. diſtin. 20. et Turrecre. ibidem. et. l. nemo. C. de ſenten, et interlocu. omniũ iudicum §. ſed licet. Vbi enim eſt lex aut ratio, non attenduntur exempla particularia: quia ſepe deficiunt ſaltem in aliqua circunſtantia. ca. ſana. diſtin. 9. Ideo ab his exemplis non valet argumẽtum, vt ait gloſ. in. ca, monomachiam. 2. q. 4. niſi forte in foro conſcientie pro vitando peccato, ſecundum glo. In auten. vt omnes obediant iudi. §. 1. Conceditur autem illa maior quoad rationis identitatem, ſecundum dictum. ca. translato: Sed minor ibi ſubſumenda negatur, quod ſcilicet in noſtro caſu huius queſtionis nõ ſit lex expreſſa: eſt enim quod niſi propter hereſim puniri aut deponi non poſſit: quia non habet ſuperiorem in terris neq; iudicem, vti ſuperius probatum eſt. Item non eſt eadem ratio in Papa et alijs prelatis inferibus. Quia et maius detrimentum Eccleſie ſequitur ex Pape depoſitione vt ex ſupradictis facile conſtat. Et ad exempla ibi ſubſumpta de illorum pontificum depoſitione reſpondeo quod illi non erant pontifices certi et indubitati de quibus tantum hic agimus: aut ſi aliqui erant, tamen de facto violenter et non iure neq; legitime ad inſtã tiam imperatorum depoſiti ſunt, vt de Liberio Papa conſtat et de alijs ſanctis pontificibus qui tiranice depoſiti martirio ſunt coronati. De Ioan. 12. conſtat quod violenter de facto depoſitus eſt etiam ſi malis artibus pontificatum obtinuerit, vt Vincentius in hiſtoriali. li. 25. ca. 86. et Turre Crem. de Eccleſia. lib. 3. ca. 103. latius referunt.

¶ Ad gloſſam autem in. ca. ſi quis pecunia. de Papa vxorato, reſpondeo quod ibi nõ dicitur quod propter hoc poſſit deponi, immo et Matheſil. ait quod ſi Papa habet vxorem et ipſa non poteſt induci ad vouendum continentiam: Papa tenetur illi reddere debitum vel cedet papatui: non dicit quod cogetur cedere aut quod deponetur Inſuper do. Anto. in. ca. licet. de electio: colũ. 7. dicit. quod reddet debitũ et erit Papa: quia nõ repugnat papatui ſicut nec ſacerdotio vt patet in Grecis. Multi etiam volunt quod electio facta de Papa notorie vxorato non retractetur ſed vxor priuetur ſuo iure petendi debitum. De quo Alexandrinus in dicto. ca. ſi quis pecunia. diſtin. 79. facie Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſt. li. 6. ca. 21. dicens quod ſanctus Fabianus vxoratus in Papam electus eſt; ſed factus Papa reliquit vxorem in hoc conſentiẽtem, et vterq; martirio coronatus eſt.

¶ Ad Felinum in. cap. 2. de preſcrip. de duobus electis in Papam, dico id ſolum eſſe verum antequam alter eorum admittatur et recipiatur in Papam, ſimul et quando conſtare non poteſt ſine ſcandalo vter eorum ſit verus Papa et cuius electio bona atq; canonica eſt. Secus autem quando alter eorum iam receptus et certus Papa habitus eſſet: tunc enim deponi non poſſet, nec oppoſitũ dicit gloſ. quanuis Panormitanus et Felinus de ſuo dicant quod gloſſa ſic intellexit quod ſcilicet eſſet deponendus.

¶ Ad vltimum ex. 3. Reg. 2. reſpondeo quanuis aliqui dicant quod Salomon in illo facto peccauit: alij quod illa fuit voluntas dei, ſecus in Papa. Melius tamen dicamus negando conſequentiam: quia non eſt ſimile, nam pontificatus ille veteris legis et ſummus pontifex eius quanuis eſſet a deo immediate inſtitutus vt rex Saul atq; Dauid: non tamen habebat claues regni celorum, neq; virtutem et poteſtatem ſupernaturalem ad ſupernaturales effectus vt noſter pontificatus habet in lege gratiæ. Ideo ſicut illa poteſtas pontificalis et pontifex poterat inſtitui a ſynagoga, exceptis aliquibus actibus et ceremonijs figuratiuis, niſi deus preueniſſet vt ait Victoria in. 1. relectione de poteſtate Eccleſiæ. q. 3. propoſi. 6. et. q. 4. ita poterant ſacerdotes illi deponi. Sicut de rege Saule et Dauide, ſupra. q. 4. In reſpon. ad quartum argumẽtum dictum eſt. Immo, et ſecundum Abulen. 3. reg. 2. cap. q. 28. 31. et Turrecre. de poteſtate Pape. lib. 2. ca. 96. ad quartum. et in decreto, diſtin. 93. ca. obedientiam. q. 2. ad ſecundum. ſecundum bea. Tho. lib. de rege et regno, et Bonauen. in. 4. diſtin. 14. in gloſ. literali ſupra magiſtrum. Pontificatus ille inferior poteſtate regia et illi ſubiectus erat: ſicut et Aaron erat ſubditus Moyſi: et de Eleazar conſtat: nu. 27. et in libris regum ſignificatur. Quod etiam expreſſe ait Burgen. in additionibus ad Nico. Lyr. ſuper id. 1. Pe. 2. Vos genus electum regale ſacerdotium. Ideo non ait regnum ſacerdotale, vt Exo. 19. olim dicebatur. Igitur quia reges pontificibus veteris legis ſuperiores erant nil mirum ſi ex legitima cauſa illos punire atq; deponere poſſent: non ſic in ſtatu legis gratiæ: vbi neq; reges neq; ipſa Eccleſia neq; Concilium illam repreſentans ſupra Papam ius dicere poſſunt.

TErtio ad idem arguitur, nam Math. 8. dicitur. Argu. Si Eccleſiam non audierit ſit tibi tanquam ethnicus et publicanus, id eſt, incorrigibilis per excommunicationem eijciatur a communicatione fidelium, et habeatur vt infidelis. ſecundũ gloſ. ibidem. et in. ca. omnibus. 24. queſt. 1. et. ca. quemadmodum. de iureiurando. et Panor. in. ca. nouit. de iudicijs. Hoc autem generaliter dicitur de omnibus etiam de ipſo Papa ſine vlla diſtinctione, ſecundum gloſſam ordin. Ergo etiam in ipſo Papa locum habet, vt ſcilicet propter incorrigibilitatẽ

ſcanda

ſcandaloſam et pernicioſam Eccleſie eijciatur et deponatur. ¶Et confirmatur primo, quia in epiſtola Clementis Pape ad Iacobum fratrem domini habetur quod beatus Petrus dixit illi. Si mundialibus curis fueris occupatus: non poteris quæ ad ſalutem pertinent plene omnibus diſtinguere: et ex eo fiet vt tu tanquam qui non docueris quæ ad ſalutem pertinens deponaris: et diſcipuli per ignorantiam pereant. Hæc ille. Ergo a fortiori propter incorrigibilitatem pernicioſam Eccleſie eſt Papa deponendus. ¶Confirmatur ſecundo, ex Ioan. 15. Si quis in me non manſerit mittetur foras. &c. et Math. 5. Si ſal euanuerit ad nihil valet vltra niſi vt mittatur foras, id eſt, deponatur et conculcetur ab hominibus. ¶Confirmatur tertio. Quia Papa non accepit poteſtatem in deſtructionem ſed in edificationem Eccleſie. 2. Corinth. 10. et. 13. cap. Non habemus poteſtatẽ in deſtructi. &c. Et qui committit in legem non gaudet beneficio eius. C. de iure delib. l. ſcimus. et. ff. quod metus cauſa l. iſti quidem. et. ca. quia fruſtra. de vſuris. Facit etiam ad hoc quod mutata qualitate perſone cui eſt commiſſa poteſtas mutatur et mens committentis. l. ſicut Cornelius. ff. de ſol uti. ſicut etiam iuramentum atq; promiſsio non valet. ca. quemadmodum. de iureiuran. et. ca. nequis. 22. q. 2.

¶Ad tertium argumentum reſpondeo, quod id Math. 18. Dic Eccleſiæ, intelligitur, id eſt, prelato ſi habet ſuperiorem: ſin minus ipſi deo relinquatur, et talis eſt Papa, immo et ibidem de Papa vel de beato Petro Chriſtus ſpecialiter nihil locutus eſt neq; vlla eius mentio fit nulla etiam poteſtas Eccleſie communitati ibidem collata eſt, vti ſuperius. q. 4. in reſponſione ad ſeptimum argumentum latius declaratum eſt.

¶Ad primam confirmationẽ et epiſtolam beati Clementis reſpondet Caie. in apologia. ca. 27. quod illa non eſt auctentica. Sed hec reſponſio non placet, quia ex illa epiſtola multa ponuntur in decreto que ab Eccleſia probantur et auctoritatem habet apud doctores communiter, vt patet in. ca. ſi inimicus. diſtinctione. 93. et. ca. te quidem. et. ca. ſicut. 11. queſtione. 1. Ideo ſecundo et melius reſpondeo quod ibi non dicitur vt tu deponaris a Concilio, ſed deponaris tantum, et intelligitur, id eſt, puniaris a deo. Quod inde patet, quia beatus Anacletus qui illi ſucceſsit idemq; docuit in cap. eiectionem. diſtinctione. 97. quaſi idẽ declarans ait. Eiectionem ſummorum pontificum ſibi ſoli deus reſeruauit, vt ſcilicet ipſe ſolus puniret Papam qui ſua abuteretur poteſtate. Item tertio beatus Petrus non loquitur ibi diffiniendo vel ſtatuendo ſed hortando ne deo permittente Papa male ſuum officium exercens deponatur vel puniatur de facto ab hominibus per violentiam. Item quarto poteſt intelligi propoſitio probabiliter vel accomode in caſu ſuo, videlicet ne deponaris a Concilio in caſu quo propter hereſim pertinacem Papa deponi poteſt. Ideo ſubſequitur, tanquam qui nõ docueris que ad ſalutem pertinens, id eſt, ſi male docueris hereſim vnde diſcipuli decepti diſpereant.

¶Ad ſecundam confirmationem ex Ioanne. 15. et Math. 5. eodem modo reſpondeo ſicut ad epiſtolam beati Clementis, quod tripliciter bene poteſt intelligi etiam ſi ad Papam acomodentur ille auctoritates que generaliter de omnibus loquuntur.

¶Ad tertiam confirmationem ex. 2. ad Corinth. 10. et. 13. reſpondeo, quod illud intelligitur quo ad exercitium et finem poteſtatis, quia ſcilicet nõ eſt data ad eum finem vt ea quiſpiam abutatur, neq; licite illa quis abuti poteſt, neq; poteſt obligare per iniuſta ſua precepta, vt infra queſtione ſeptima habetur. Non tamen propter abuſum ſtatim caret illa poteſtate: neq; ſub hac conditione ſed cum tali modo vt non male ſed potius bene ſua quiſq; etiam Papa vtatur poteſtate illi collata eſt. Alioqui per quodlibet peccatum mortale etiam ipſo facto ante condemnationem et depoſitionem iudicialem perderetur: id quod hereſim continet pauperum de Lugduno et ſequacium. Igitur deus contulit Pape alijſq; prelatis et ſacerdotibus immo et omnibus hominibus ſuã cuiq; poteſtatem atq; potentiam ad bonum et malum obiectiue, non tamen finaliter ad malum: quia videlicet eam dedit qua bene et male agere poſſent: non tamen vt male ſed bene finaliter agerent. Sicut communiter dicunt doctores in ſecundo diſtinctione. 44. quod deus dedit homini potentiam peccandi vel ad peccandum non tamen vt peccaret. ¶Ad illud autem ex. C. de iure deli. l. ſcimus. reſpondeo, quod hoc priuilegium ne Papa poſsit ab aliquo iudicari ſiue deponi datum eſt illi a deo, non quidem perſone ſed dignitati papali: ideo non habent locum predicte leges que de priuilegio dato perſone vel loco loquuntur. Facit cap. ſi diligenti. et cap. ſignificaſti. de foro competenti. ¶Ad aliud quod mutata qualitate perſone mutatur mens concedentis ex. l. ſi cum Cornelius. &c. Reſpondeo primo, quod id intelligitur quando ſub conditione ſaltem tacita talis qualitatis perſone aliquid illi committitur ſecus ſi non ſub illa ſed ſub modo tantum, vt proxime de omni poteſtate atq; potentia Pape et cuilibet homini data a deo dictum eſt: qui ab eterno ſcit quales omnes futuri erant. Secundo, illa lex loquitur de hominibus ignorantibus futura vel abſentia ſiue latentia, quando etiã homo ipſe habet facultatem ad hunc actum pendentem a voluntate ipſius mandantis vel committentis, vt eſt dominus conſtituens procuratorem: et talis non eſt Eccleſia que ſemel electum Papam reuocare non poteſt, nec id a ſua pendet voluntate.

¶Si replicetur ex Ieronymo in capit. audacter. 8. queſtione. 1. dicente, quod licet Saul fuiſſet electus a Deo: tamen propter peccata ſua iam Deus illum pro rege non habebat. Ergo ſimiliter

Papa rite electus propter incorrigibilitatem perniciosam Eccleſiæ coram deo: et per conſequens apud Eccleſiam a Papatu depoſitus eſt. Reſpondeo negando vltimam conſequentiam. Nam eſſe depoſitum coram deo vel apud deum non eſt illum eſſe regno Papatu aut eius iure vel poteſtate priuatum ſed eſt eſſe indignũ ea poteſtate, quodq; propter hoc etiam deus ab eterno decreuit illum ab ea deponere per mortem opportune: ſicut et factum eſt cum Saule qui a ſolo deo per mortẽ de regno depoſitus eſt, cum quo ſtat quod interim apud Eccleſiam ſuam habeat poteſtatem: neq; ab ea deponi poſſit, ſed a ſolo deo vt dictum eſt.

Argu.4. QVarto ad idem arguitur. Nam deficiente ſuperiore in terris qui iuſtitiam faciat licitum eſt cuilibet ſibi ius dicere. diſtin. 1. ca. ius gẽtium et gloſſa ibidem. et Innocentius in ca. olim. de reſtitu. ſpoliato. Vnde et ſecundum ca. 1. de milite vaſſall. qui contumax eſt, in vſu feudi: vaſſallus poteſt dominum iniuſte ſua retinentem depredari in defectu iuſtitie. Ergo ſimiliter Cõcilium poteſt ſibi ius dicere Papam pernicioſum deponendo in defectu iudicis in terris.

¶ Et confirmatur. Quia ſi Papa pernicioſus poteſt in Cõcilio accuſari, ergo et deponi ſi nõ emẽdatur vel debite purgatur, et poteſt cogi, vt ſe cõpurget. Cõſequentia patet. Nã ad quid prodeſſet eius accuſatio niſi debita eius punitio vel purgatio vel emẽdatio ab illo exigatur vel in eum exerceatur. Antecedens autẽ probatur ſecundũ glo. in ca. ſi Papa. diſtin. 40. ponẽte duos caſus in quibus Papa poteſt accuſari. Primo, in hereſi proprie dicta. Secundo, in preſumpta, qualis eſt incorrigibilitas et cõtumacia, ſecundũ doctores cõmuniter: alias neq; gloſſa neq; textus ſibi conſonarent.

Reſpõ. ad 4. argu. ¶ Ad quartum argumẽtum reſpondeo quod antecedens ſolum verum eſt ad hunc ſenſum quod poteſt bona ſua defendere vim vi repellendo ſecundum ius naturale, et ea iniuſte detenta poteſt occulte ſibi recuperare: aut etiam publice et violenter capere quando ſunt certa et manifeſta et iniurioſe detenta et nullus eſt iudex qui cõmode iuſtitiam faciat. Poteſt etiam ſibi recompenſam facere quando debitum liquidum et certum eſt cũ debitis alijs circunſtantijs quæ a doctoribus cõmuniter feruntur. Non tamen per viam vindictæ aut iuriſditionis poteſt quis ſibi ius dicere et poteſtatem exercere in alium pro delicto puniendo niſi ſuperior eius ſit. Et ita conſequentia nihil valet. Cum quo ſtat quod Pape pernicioſo aut pernicioſa precipienti Eccleſia reſiſtere poteſt, vt infra. q. 10. de hoc latius agitur.

¶ Ad confirmationem reſpondeo, etiam ſi concedatur antecedens de quo latius infra. q. 6. habetur, negatur conſequentia. Nam accuſatio vel denuntiatio prodeſt ad multos effectus, vt inferius queſtione 6. explicantur, negatur autem quod Papa poſſit cogi ad ſe purgandum: quamuis iure diuino ad id teneatur, vt ſupra. q. 4. in reſponſione ad decimum argumentum dictum eſt.

QVinto ad idem arguitur. Quia in ſacra ſcriptura non inuenitur expreſſum quod Papa magis pro peccato hereſis quã pro alio crimine deponi poſſit. Ergo relictum eſt interpretationi doctorum et canonum Eccleſiæ diſpoſitioni, ſicut et alia que indeterminata ſunt. Et ſicut Bonifacius Papa in ſua epiſtola decretali, licet Gratianus ex inaduertentia dixerit illum maniſe fuiſſe, in ca. ſi Papa. diſtin. 40. expreſſit caſum hereſis ſita et caſus criminis ſcandalizantis et vaſtantis Eccleſiam ſi ſit incorrigibilis Papa excipi poteſt, vt ſcilicet pro eo deponi poſſit, vt gloſſa ibidem ſentire videtur, Argu.5.

¶ Et confirmatur. Quia qui poteſt in maius poteſt in minus, vt habetur in cap. ex parte. 3. de decimis. Sed Cõcilium poteſt iudicare Papam de maiori crimine hereſis ipſumq; pro eo deponere. Ergo et de minore aut pro minori alio crimine Eccleſie pernicioſo.

¶ Ad quintum argumentum reſpondeo negãdo conſequentiam. Nam licet in ſacra ſcriptura ſic expreſſum non ſit: eſt tamen quod pro ſola hereſi ſit euitandus et declinãdus hereticus quilibet iam declaratus ſine vlla exceptione: vt infra. q. 11. et cõſtat 2. Theſalo. 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non ſecundum doctrinã quam acceperunt. et. 2. ad Corinth. 6. Nolite iugũ ducere cum infidelibus: que enim ſocietas lucis ad tenebras? &c. et. 2. Ioã. 2. Si quis hanc doctrinã nõ affert nolite eum recipere in domo nec ei aue dixeritis. et ad Titum. 3. Hereticum poſt vnã aut alteram correptionem deuita. Hoc autem vitatio non poteſt commode fieri niſi per heretici depoſitionem et alterius capitis aut Pape ſubſtitutionẽ qui cum corpore Eccleſie communicet et virtutẽ influat ſpiritualem vt conſtat. Inde ergo ſolius heretici Papẽ infertur depoſitio. Quare non eſt verum quod hoc relictum ſit interpretationi doctorum, et canonum ſtatutis vel Eccleſiæ diſpoſitioni: niſi ſicut explanantibus aut declarantibus: quomodo etiam articuli fidei relicti ſunt doctoribus et canonibus ſacris et Eccleſie declarationi, non autem eius conſtitutioni aut editioni. Nam articulos fidei declarare non mutare nec de nouo inſtituere poſſunt doctores et canones Eccleſie. Ita et legem hanc diuinam de Pape depoſitione declarare non mutare aliquid addendo aut ſubtrahẽdo poſſunt. Illas autẽ auctoritates. 1. ad Corinth. &c. iam ſupra in reſponſione ad ſecundum argumentum dictum eſt non de Papa ſed de alijs fratribus eſſe intelligendas. Reſp. ad 5. argu.

¶ Ad confirmationem reſpondeo, quod illa maxima non eſt ſemper vera phiſice loquendo, tam de actu quam de obiecto quam de effectu: niſi vbi minus includitur in maiori quoad actum, vt qui poteſt tria poteſt etiam vnum tantum portare. Quod patet. Nam qui poteſt in actum maiorem ſcilicet intelligere; non poteſt in minorem, ſcilicet odorare neq; palpare vt de angelis liquet. Similiter viſus qui poteſt in obiectum maius puta

lucidum

lucidum non poteſt in minus puta ſonum. Virtus quoq; generatiua hominis poteſt in effectũ maiorem ſcilicet huminem. Homo enim generat hominem: non tamen poteſt generare leonem, neq; formicã. Si autem illa maxima ciuiliter intelligatur ſiue moraliter, vt in dicto, ca. ex parte. ſub alijs verbis inducitur, ſcilicet, cui conceſſum eſt maius, minus quoq; cõceſſum eſſe videtur: tunc intelligẽda eſt ceteris paribus. Non enim archiepiſcopi poſſunt in monachos exẽptos quãuis poſsint in epiſcopos ſibi ſuffraganeos quia nõ ſunt cetera paria. Sic in propoſito cetera paria nõ ſunt. Nam in crimine hereſis quod maius eſt, ſubiectũ.i. Papa mutauit ſtatum Chriſtianitatis: in alijs autem criminibus minoribus in eodẽ ſtatu Chriſtianitatis permanet. Et ita ex parte criminis in hereſi alijsq; criminibus cetera paria non ſunt. Ex parte autẽ maioris vel minoris effectus aut poteſtatis ipſius iudicij minor eſt falſa: quia maius eſt iudicare Papã in ſtatu Chriſtianitatis exiſtentẽ de adulterio aut ſymonia etiam ſcandaloſa et pernicioſa, quam ipſum iam a Chriſtianitate ruentem de hereſi indicare: quia in primo attingitur ſuperior gradus ſtatus quam in ſecundo vt conſtat. Sic reſpondet Caieta. in quodlib. de Papa. ca. 27.

❡ Sed vtrum Papa deponi poſsit propter alias cauſas non criminoſas, puta ſi ſine vlla redemptionis ſiue remedij ſpe captiuus ſit aut amẽtiam perpetuam incurrat, aut ſi nulla ſit ſpes pacis Eccleſie et obediẽtie fidelium et huiuſmodi, niſi per Pape depoſitionem vel renuntiationem et alterius electionem videatur. Caieta. vbi ſupra. ca. 16. 18. vbi de his latius agit.

QVÆSTIO SEXTA. Vtrum Papa non hereticus ſed alias criminoſus incorrigibilis ſcandaloſus et pernicioſus Eccleſie poſſit propter hoc in Concilio accuſari aut denunciari. et tunc Concilium eo etiam inuito congregari poſsit.

❡ Reſpondeo per quatuor dicta, quorum primũ eſt. Quod ſi crimen Pape eſt ita notorium et nociuũ Eccleſie, et ipſe ſepe admonitus a proceribus Eccleſie manet adhuc ita incorigibilis quod inde iam imminet valde probabiliter ruina Eccleſie ſiue fidelium circa fidẽ, puta quia fideles illum imitantes credunt ſe licite agere quod illicitum eſt: tunc vtiq; poteſt accuſari vel denunciari apud Cõcilium, non vt puniatur vel deponatur, ſed vt ibidem melius et efficacius corripiatur, et eius abuſionibus, et periculo predicto obuietur, vel Eccleſiæ catholicæ prouideatur. Et ad id poteſt Conciliũ generale congregari etiã eo inuito eo modo quo inferius habetur. ¶ Ratio horum eſt quia potentes prouidere ne iacturam imminentẽ in fide patiatur Eccleſia ex quacũq; cauſa prouenientem, dum Papa id non facit, vtiq; diuino iure tenentur: et maxime prelati et reges et cardinales et illi omnes qui ſunt primores Eccleſie, vt habetur in. ca. ſit rector. diſtin. 43. et. ca. aduerſitas. §. cum vero. 7. q. 1. ſicut et filij ſue matri in extrema, vel etiam in maxima neceſsitate prouidere tenẽtur. Faciunt ad hoc omnes rationes ſupra inducte. q. 1. in argumentis contra tertiam opinionem que quoad hoc tantum ſunt efficaces. Faciunt etiam omnes doctores omnium opinionum que ſuperius eadem. q. 4. et. 5. referuntur, vti de hoc etiam Iacobatius tandem. lib. 8. arti. 1. et. 2. et lib. 4. arti. 2. vbi ſupra pleniſsime agit.

❡ Sed vtrum hoc etiam ſit verum quando non in periculum fidei ſed morum tãtum Eccleſie generaliter redundat prefatum crimen Pape notorium et pernicioſum, quia ſcilicet fideles bene vident et manifeſte ex fragilitate vel cupiditate vel ex alia cauſa id Papam commitere ſciẽtes eſſe malum: neq; propter hoc aliquis cogitur peccare aut errare: tunc non eſt tam certum quod poſsit Concilium inuito Papa congregari et ibidem ipſe accuſari. Nam varie in hoc ſunt doctorum opiniones. Probabilius tamen tenetur cõmuniter quod ſic quando per id vaſtantur mores et leges Eccleſie, puta per exorbitantiſsimas et ſymoniacas paſſim legum diſpenſationes, et ad plura beneficia indignis notorie collata: et quando per alia eiuſmodi vniuerſaliter vaſtatur Eccleſia: quodq; idem iudicium ſit quando in moribus ſicut quando in fide periclitatur Eccleſia. Nam et fides ad mores rectumq; cultũ dei ordinatur: et ad ſalutem vtrũq; neceſſarium eſt. Ideo dicunt quod etiam tunc inuito Papa Concilium poteſt congregari, vt proxime dicetur vt Eccleſie periculo prouideatur, nam licet ſpõſa inuito ſuo ſponſo ſe ipſam ornare et decorare non poſsit: poteſt tamen ſuam honeſtatẽ tueri et ſe veſtire ne nuda et turpis ſit et appareat, et ſibi cauere ne etiam a ſponſo deturpetur. Ad quod facit quod hac de cauſa congregatum legitur Concilium epiſcoporum Italie Rome fauente imperatore contra Ioan. 12. quia venator et lubricus incorrigibilis et ſcandaloſus erat Eccleſie. Quod et laudat Turrecremata aſſertor dignitatis Papalis in ſum. de Eccleſia. lib. 3. ca. 10. Facit etiam epiſtola Ermilde Pape ad epiſcopos per Hiſpaniã conſtitutos dicens. Difficile eſt vt cuiuſq; cor ſi prauis cogitationibus induretur in ſe patiatur culpandus fieri, cum nouerit ſe iudicium Concilij ſubiturum. Et ita tenet etiã Silueſtrina. titu. Papa. q. 4. et Victoria in. 3. relectione de Papa et Concilio. propo. 23. et Cardinal. in. ca. ſolite. de maio. et obe. nota. 23. et Egidius in. ca. licet. de electione. charta. 23. et in. ca. ſi Papa. diſtin. 40. vbi ipſe et Iacobatius. lib. 8. art. 3. latius de hoc agunt. Similiter hoc tenent doctores de prima opinione ſuperius. q. 4. et. 5. recitati. Itaq; hæc opinio vel ſententia communis doctorum eſt, et tandem Alaba de Cõcilijs. par. 1. ca. 2. reſoluit. ¶ Sed quomodo tunc tale Concilium generale congregabitur? dicunt vbi ſupra Egidius, et Iacobatius. lib. 8. arti. 1. et. 3. et lib. 4. arti. 1. et lib. 3. arti. 1. et. 2. 3. 14. et Silueſter

titu. Concilium.q.4. et titu. Papa.q.4. q.15.alijq; doctores quod prius Papa reuerenter requirẽdus eſt a Cardinalibus et Regibus vt Concilium cogat: quod ſi noluerit: tunc ipſi vel etiam epiſcopi de diuerſis prouincijs interueniente imperatoris vel regum fauore et auctoritate, etiam Papa inuito, ad effectum tantum prouidendi periculo Eccleſie et abuſionibus Pape vt proxime dicetur Cõcilium poſſunt congregare: quãuis Caieta. in hoc contradicat.

Dictum.2. ¶ Secundum dictum eſt quod tale Concilium generale in caſu predicto quanuis legitimum non tamen integrum ſiue perfectum eſt, ob defectum auctoritatis et conſenſus Pape ipſius. Ideo ſolum poteſt ibidem Papa accuſari, vel potius extraiudicialiter denunciari et reuerenter reprehendi atq; moneri vt vel ſic confuſus efficacius emendetur: non tamen poteſt deponi neq; vllo modo a Cõcilio puniri neq; eius poteſtas limitari, vt ſupra. q.4. et.5. et infra.q.7.q.8. habetur. Secundo in eodem Concilio poteſt tractari et prouideri quomodo predictis abuſionibus Pape reſiſtatur, etiam inuocato brachio ſeculari imperatoris et principum Eccleſie ad remedium illius. Quod certe abſq; Pape punitione et coactione et poteſtatis eius limitatione multipliciter fieri poteſt, etiam impediendo et puniendo, participes in ſcelere. Et ita per indirectum erit cauſa correctionis ipſius Pape, vt de his latius infra.q.10 agitur. Et cõſequenter poteſt ibi a Concilio fieri declaratio quod id eſt peccatum et diſpenſatio fieri non poteſt, vt infra.q.9. habetur. Conſonat Turrecrema. in decreto. diſtin. 17.ca.1.art.3 Itaq; licet non ſit cauſa ſufficiens celebrandi Concilium ad Papam deponendum vel puniendum: eſt tamen ad tractandum de cauſa ipſius et ad prouidendum Eccleſie de remedio. Videmus enim quod Concilium cognoſcit de cauſa electionis Pape, vt in.ca.ſi duo. diſtin. 79. et tamen ipſa electio ad Cardinales tantum ſpectat, vt in.ca.licet.de electio. Teneatq; ſententia lata per Concilium contra Papam quoad Eccleſiam militantem. Similiter licet homo non ſeparet quos Deus coniungit et ſunt legitime copulati: Eccleſia tamen cognoſcit quando matrimonium eſt dubium et per eius ſententiam illi poſſunt ſeparari: et ea ſententia valet in foro Eccleſie quouſq; de eius errore conſtet: tunc enim illa ſententia reuocabitur. Sic in propoſito et forte etiam a fortiori de cauſa Pape et Concilij dicendum eſt. ¶ Sed notandum vt diximus quod quia id Concilium nondum perfectum eſt inde in alijs cauſis ſiue negotijs, niſi in ſupradicto negotio et pertinentibus ad ipſum, ſe intromittere aut diſponere non poteſt ſine Pape conſenſu vel auctoritate: quia non eſt niſi vt cõgregatio quedam conſtituens poteſtatem quandam ex ipſis tantum congregatis conſtitutã ad defenſam et remedium Eccleſie. Ideo vt dictũ eſt nullam maiorem poteſtatem habet. In quo Silueſter. titu. Papa.q.4. et Caieta. in quodlib. de poteſtate Pape.ca.16. conſonat expreſſe et alij de doctoribus ſupradictis.

¶ Tertium dictum eſt. Quod in omnibus his cauendũ eſt. primo, quod quantũ fieri poteſt ſemper ſeruetur illibata auctoritas Pape et cũ debita eius reuerẽtia omnia fiant. Secundo maxime cauendũ eſt ſcandalũ tam in ipſo Concilio congregando quã in modo ibidẽ procedendi, et poſtea exequẽdi: ne tunc vel poſt ſciſmata fiãt et alia incõmoda que ex huiuſmodi Cõcilijs contra voluntatẽ Pape congregatis facile poſſunt ſuboriri. Ideo dum his incommodis ſufficienter prouideri nõ poſſet melius eſſet Concilium non cogi, ſed alias vt infra.q. 10. habetur prouidere. Dict[um.3.]

¶ Quartum dictũ eſt vt ait Iacobatius.li. 8. arti. 4. quod tunc crimen Pape dicitur notorium ſcandalizans Eccleſiam, quando poſt aliquot monitiones Cardinalium vel principum adhuc ipſe Papa ſua crimina proſſequitur, ita quod apud prelatos et proceres Eccleſie etiã ſi ſint ſeculares pro maiori eorum parte qui poſſunt intereſſe Concilio tale crimen notoriũ et ſcandaloſum eſt: quãuis enim nõ ſcandalizentur omnes fideles Eccleſie quia vel non vident vel quia ignorant vel non credunt dicentibus Papã id cõmiſiſſe: at vero ſi apud ſupradictos magnates Eccleſie notoriũ et ſcãdaloſum eſt, tunc dicitur totam Eccleſiam ſcandalizare. Quod inde probatur. Quod Eccleſia capitur pro prelatis eius, ſicut Math.18. Dic Eccleſie. ſecundũ glo. ibidẽ. et Chriſoſt. et habetur.7.q.1.ca. ſcire debes. et doctores cõmuniter. et Ephel.3. Vt innoteſcat principibus et poteſtatibus per Eccleſiam.i. per Apoſtolos predicãtes ſecundũ glo. Itẽ Concilium dicitur Eccleſia ſecundũ Panor. in.ca.ſignificaſti. de electio. et Actu.15. Placuit omni Eccleſie eligere viros. &c. et in Concilio Niceno in ſimbolo fidei dicitur quod oppoſitũ dogmatizantes anathematizat catholica et apoſtolica Eccleſia: vbi Cõcilium appellatur Eccleſia. Itẽ Eccleſia capitur pro maioribus in Eccleſia tam clericis quã laycis. 3. Regũ.8. Rex benedixit omni Eccleſie Iſrael. et.1. Paralyp.29. Locutus eſt Dauid ad omnẽ Eccleſiam. Ita etiam cõmuniter dicitur factũ ab Eccleſia ciuitate vel regno vel aliquo collegio. l. cõmunitate quod factum eſt a maioribus vel a maiori eius parte.ca. 1. de his que fiũt a maiori parte.ca. ſic igitur habetur et dicitur factum ab Eccleſia vniuerſali quod fit a Concilio generali vel a maiori parte eius. Dict[um.4.]

¶ Nota etiã quod notorium facti de quo agimus dicitur quod non dubitatur a populo vel a maiori eius parte ſecundũ Vincen. et Calderin. et do. Anto. in.ca. veſtra. de cohabi. cleri. et mulie. vel quod omnes ſepe vidẽt vel videre poſſũt ſecundũ Bald. in auctẽ. quod locũ.q.vlt.C. de collatio. et do. Anto. in repetitione.ca. veſtra: vbi ſupra et proprie dicitur in facto permanente vel continuato. ¶ Pernicies autẽ Eccleſie tunc dicitur quãdo eius leges et mores paſſim vaſtãtur et violãtur per exorbitãtes diſpẽſationes legum et indignas beneficiorũ prouiſiones notorie et cõmuniter factas et huiuſmodi. de quibus infra.q.9. et.10. latius exẽplificatur.

Quaſt.

7 QVÆSTIO SEPTIMA. Verum Concilium poſsit limitare poteſtatẽ Pape, eius leges et ſtatuta tollẽdo vel impediendo ı aut non obediendo et faciendo quod a ceteris Chriſtianis nõ obedatur eidem.

¶ Reſpondeo quod non: niſi ſit lex alias intolerabilis vel peccatum aut iniuſtitiam cõtinens. Sed legi et mandato Pape, etiam ſi durum ſit nec conueniens conſuetudini regionis obediendum eſt. Et ratio eſt, quia in poteſtate iuriſditionis Papa eſt ſupra Concilium vt ſupra.q. 4. probatum eſt. Facit.l.proſpexit.ff.qui et a quibus.et diſt.19. ca. in memoria.et.ca.contra morẽ.diſt.100. ¶ Et hoc quod diximus quanuis durum preceptum ſit.&c. eſt verum maxime in bis que ad cautelã peccati vel ad punitionem criminis ordinantur, vt ait Archidia.in.ca.ſicut.diſt.15. et Dominicus in. ca.in iſtis.ca.diſt.et Cardi.Alexan.ibidem.et Turrecre. in decreto.diſt.4.ca.ideo.art.2. latius agit. ¶ Sed nota exceptionem niſi ſit lex aut mandatum intolerabile aut continens peccatum alias vel iniuſtitiam. Nam ſi Papa precipiat quod alias peccatum contra ius diuinum eſt vel naturale, non eſt illi obediendũ quia Actuum.5. Obedire oportet deo magis quam hominibus quod notiſsimum eſt. Si autem mandatum vel lex iniuſta vel intolerabilis ſit: non tenẽtur fideles obedire. Quod patet prius declarando quando lex dicitur iniuſta. Nam ſecundum.b.Tho.1.2.q.96.arti.4.tunc dicitur lex iniuſta quando non eſt auctoritas in mãdante vel ſtatuente vel quando non eſt ad vtilitatem communem ſed ad commodum temporale priuatum ipſins ſtatuentis vel aliorum amicorum ſuorum vel quando inequaliter ſecundum proportionem cõditionis perſonarum onera diſtribuuntur: vel imponuntur: ita quod alij releuantur alij valde grauantur: etiam ſi ad bonum cõmune talis lex ordinetnr. Ex quacunq; igitur cauſa ex his lex mandatum aut etiam diſpenſatio iniuſta ſit non obligat in conſcientia neq; ſeruanda eſt: niſi forte aliquando propter ſcandalum vitandum ſeruanda ſit.

¶ Quod probatur tripliciter. Primo, ſecundum Auguſtinum.lib.1.de libero arbitrio.ca.15. et lib. 19.de ciui.ca.21. dicentem. Lex eſſe non videtur que iuſta non fuerit. Quod ſi non eſt lex, ergo neq; obligatio ad eam ſeruandam eſt. ¶ Secundo qnod lex ciuilis iniuſta non obligat, ergo nec Ecclesiaſtica. Antecedens patet. Quia poteſtas principum eſt a republica que non dedit eis poteſtatẽ ad id nec ad grauandum ſubditos ſed ad ipſos cõſeruandũ et cõmune bonum: neq; Deus dedit eis poteſtatẽ niſi vt dictum eſt. Prouerb.8. Per me reges regnant et legum conditores iuſta decernunt. Conſequẽtia autẽ probatur. Quia ſimiliter Chriſtus qui Pape dedit eam poteſtatem nõ niſi vt dictum eſt conceſsit ad edificationem et ad paſcendum gregem non ad nocendum ſubditis eosq; grauandum. Neq; enim Papa maiorem habet poteſtatem in ſpiritualibus ad id quam rex in tẽporalibus. Neq; eſt abſolutus dominus Eccleſie et bonorum eius ſpiritualium ſed gubernator ad edificationem.2.Corinth.10.et.13.ca.et Ro.13. Omnis poteſtas a Deo eſt: et qne a Deo ſunt ordinata ſunt. Et quãuis per abuſum ſue poteſtatis eam Papa non perdat: at vero per legem iniuſtam ſubditos obligare non poteſt, neq; eſt obligatio legi illi obediendi. ¶ Et confirmatur, quia Papa nõ habet maiorem auctoritatem ad inferendum iniuriam vel iniuſtitiam quam epiſcopus in ſubditos ſuos. Sed epiſcopi lex aut mandatũ iniuſtum non obligat ſecũdum omnes, ergo nec Papæ. ¶ Tertio probatur idem. Quia ſententia iniuſta ex parte cauſe, qnia ſcilicet nõ tribuit cuiq; quod ſuum eſt a quocunq; feratur ex cauſa quacunq; ſcilicet ex malitia vel ignorantia ſiue ex falſa preſumptione nõ obligat partes in conſcientia: quãuis in foro Eccleſie obliget propter ſcandalũ quouſq; veritas conſtet ſufficienter, ergo nec lex iniuſta vel mandatũ iniuſtum. Quia eadam ratio vtrinsq; eſt. ¶ Et in his expreſſe conſentiunt. B. Tho. vbi ſupra. et Adrianus in.6.quodlib.art.1.et Victoria.in.3. relrctione de poteſtate Pape et Concilij.propo.17. et doctores cõmuniter dicentes quod ſi Papa ferret legẽ iniquam vel iniuſtã, alias vel intolerabilem vel valde grauem vel conturbantẽ totum ſtatum Eccleſie, puta quod Chriſtiani loco decimarum ſoluerent quartam aut quintam partem fructuum vel quod omnes Eccleſiaſtici illi darent ſingulis annis mediam partẽ omnium fructuum atq, redituum Eccleſiaſticorum, et huiuſmodi: vtiq; nõ tenerentur illi obedire. Similiter ſi inſtitueret legem non cõuenientem moribus et conſuetudini ſubditorũ, puta quod clerici orientalis Eccleſie nunc nõ haberent vxores, non eſt recipienda et epiſcopi poſſunt cõtradicere vt ait glo. et Turrecre.in.ca.ideo. diſt.4. et in alijs eiuſmodi caſibns. Et multo minus tenerentur in diſpenſationibus eius iniuſtis in beneficijs Eccleſiaſticis et ſpiritualibus, qne videlicet ſic fierent in fauorem aliquorum priuatorum quod cedunt in grauamen aliorum et iacturam Eccleſie, vt de hoc infra.queſtione.9.et. 10.habetur.

¶ Sed hic eſt maxime notãdum ſecundũ Victo. Not.
vbi ſupra.propo.16.et.25.quod nõ ſpectat ad ſubditos examinare aut determinare quid Papa poſſit aut non poſsit: et quomodo illi parere teneãtur quomodo non. Sed neq; cuiquam licet ab eius mandato quantumcunq; iniuſto propria auctoritate diſcedere. Quod probatur. Tum primo, quia hoc ipſum determinare que ſit poteſtas ſpiritualis alicuius et ad quid ſe extendat eſt actus iuriſditionis et pars gubernationis, que ad ſubditos ſaltem reſpectu ſuperiorum non ſpectat: niſi forte doctrinaliter tantum et opportune cum debitis circun-

ſtantijs ſine executione. Tum ſecundo. Quia ſic decretum habetur.17.q.4. ca. ſi quis ſuadente.§. committunt.et ſequen. quod.ſ.ſacrilegium eſt diſputare de poteſtate principis et maxime Pape. Tum tertio. Quia eſſet irreuerentia conteptusq; Papalis auctoritatis ſi cuilibet hoc concederetur: eſſet etiam in turbationem et diſſolutionem Eccleſiaſtice ierarchie et auctoritatis, ſi quilibet poſſet dicere Papa non poteſt, iniuſtum eſt: et ita ſeſe a Pape mandatis eximeret. Eſſet etiam manifeſtũ inobedientie ſciſmatum et hereſum nutrimẽtum. Immo et hinc hereſes orte ſunt vt ſanctus ait Ciprianus, quia ſacerdoti Dei vel Pape nõ obeditur: ſi quilibet audet dicere quod Papa male facit, quodq; facere non poteſt. Quare etiam ſi Papa erraret: tutius eſt vt in omnibus illi obediatur, vt in principio huius. q. dictum eſt: quam per hoc quod vnus habeat licentiam non obediendi et forſam rationabiliter in vno caſu, alijs daret occaſionem ſcandali, vt videlicet alij etiam in preceptis iuſtis et honeſtis non obediant.

¶ Igitur niſi de iniuſtitia legis ſiue mandati manifeſte conſtaret ſimul et per Concilium vel per Eccleſie primates et principes decretum eſſet quomodo fideles circa id ſe debeant habere vt infra queſt.9.et.10.habetur: vtiq, ipſi Pape etiam dura precipienti vti ſuperius diximus obediendũ eſt. Si autem manifeſte conſtaret eſſe peccatum cõtra ius diuinum vel naturale alias id agere quod precipitur, cauendum eſt. Et ſi quid in fraudẽ et grauamen faceret ſecularium non eſt obediendum, niſi propter ſcãdalum, vt infra.q.15.habetur, dub. 3.queſtiuncula.2.

Queſt.8. QVÆSTIO OCTAVA. Vtrum Concilium poſsit limitare poteſtatem Pape ſtatuendo quod ille non poſsit declarare diſpenſare aut tollere vel derogare leges aliquas pure poſitiuas et Conciliorum.

Propo.1. ¶ Reſpondeo per vnicã trimembrem propoſitionẽ. Quod Papa poteſt in omnibus ſupradictis diſpenſare et ea omnia tollere et derogare, neq; eius poteſtas poteſt per Cõcilium ſic limitari aut impediri quod eius diſpenſatio non valeat et factũ ſecundum eam non teneat in foro Eccleſie, etiam ſi Concilium ſuperadderet decretũ ipſo facto irritans Pape diſpenſationem vel legis abrogationẽ valet predicta ipſius diſpenſatio et abrogatio. Quanuis Papa derogãs cõcedens atq; diſpẽſans, ipſe etiam impetrans et ea diſpenſatione vtens coram Deo mortaliter aut venialiter delinquat.

1. pars probatur. PRima pars quod ſcilicet Papa poteſt in omnibus ſupradictis diſpẽſare et ea omnia tollere et derogare et declarare probatur dupliciter. Primo, quia neceſſe eſt in Eccleſia eſſe poteſtatem in his diſpenſandi pro loco et tempore ſecundũ varias cauſas et caſus cõtingentes, vt etiã habetur.diſt.29.ca.regula. Hec autẽ poteſtas non ſolum eſt in Concilio generali vbi predicte leges ſtatute ſunt auctoritate Papali: quia ad ipſum Cõcilium non poteſt toties haberi recurſus quoties opus eſt. ergo oportet quod ſit in ipſo ſolo Papa capite omnium prelatorum: vltra hoc quod etiã ſinguli prelati ſuam ad hoc limitatam auctoritatẽ habẽt. Et hec ratio procedit etiam ſi teneatur opinio quod Concilium eſt ſupra Papã. Quia et iam ſic decretum eſt quod in omnibus ſtatutis Eccleſie auctoritas Pape intelligitur excepta, vt in.ca.ſignificaſti.de electio.et ad idem eſt.ca. quod dilectio.et.ca.quia. de conſangui. et affini.et.35.q.4. ca.quedã lex. Tum ſecundo idem probatur. Quia Papa eſt generalis commiſſarius et vicarius Chriſti aſſumptus in plenitudinem poteſtatis. 2.q.6. ca.qui ſe ſcit.et.24.q.5.ca quodcunq;. et Ioan.21. Paſce oues meas.et Math.16. Quodcunq; ſolueris et ligaueris. &c.et etiam habetur in.ca.propoſuit. de conceſs.preben.ergo ex ſuo officio paſtorali vt vicarius Chriſti id poteſt: etiam ſi per Eccleſiam non concedatur. Nam et in ipſo tota poteſtas reſidet Eccleſiaſtica. vt ſupra. queſtione.4. probatum eſt.

¶ Et per eaſdem rationes probatur quod Papa poteſt omnes leges Eccleſiaſticas de facto abrogare: et licite etiam id facere poteſt pro temporum et cauſarum oportunitate, vt de diſpenſatione dictum eſt. ¶ Et in his omnibus concordant omnes doctores etiam tenentes Concilium eſſe ſupra Papam: et expreſſe.b.Thom.1.2.q.97.ar.4.et.2.2.q.88.art.10.et opuſcu.19.contra impugnantes religionem.ca.3.et.4.et in.4.quodlibet.ar.13. et Panormi.in.ca.ſignificaſti. de electio. et cõmuniter canoniſte ibidem et in.ca.ſtatutum.de reſcrip. et Ioan.And.ibidem.et in.ca.Eccleſia. de conſtitu. et in.ca.nouit.de iudicijs.et Domini.cõſilio.44. et Silueſter.titu.Papa.q.4.q.15.

2. pars probatur. SEcunda pars predicte propoſitionis quod non poteſt Pape poteſtas per Concilium et eius irritans decretum limitari. &c. etiam ſi teneatur opinio quod Concilium eſt ſupra Papam probatur tripliciter. Primo, quia Papa non habet poteſtatem ſupradictam ad diſpenſandum a Concilio ſed a Chriſto. Ioan. 21. Paſce oues meas.et Math.16. Quodcunq; ſolueris. &c. vt proxime et ſupra.q.4.latius probatum eſt: ergo Concilium non poteſt eam poteſtatem per tale decretum tollere aut limitare: ſicut nec poteſt ordinis poteſtatem in ſacerdote tollere aut limitare ita quod factum non teneat. Nam quoad hoc vtrobiq; ſimile eſt: quanuis propter characterem repugnat quod a ſacerdote tollatur poteſtas ordinis non autem quod a Papa tollatur poteſtas iuriſditionis quoad aliquid, ex quo characterem non requirit: ſed ratione iuriſditionis id concedentis vtriq; eam poteſtatem nemo tollere poteſt aut limitare vt dictum eſt. ¶ Secundo probatur idem, quia quero an leges Conciliorum ſunt exempte a poteſtate Pape vel non. Si non, ergo non obſtante quocunq; decreto Papa poteſt

diſpen

diſpenſare et eas abrogare. Si ſunt exempte ergo etiam ſi tale decretum irritans non fuerit adiectū adhuc erunt exempte et Papa in eis non poterit diſpenſare. Quod abſurdiſsimum et contra omnes doctores eſſet. Hec autem conſequentia probatur. Quia ſicut diuine leges abſolute quia ſunt exempte ab humana iuriſditione etiam ſi nunquā ſit prohibita diſpenſatio nulla poteſtas humana poteſt in illis diſpenſare: ſicut etiam epiſcopus in legibus Concilij et Pape ſuperioris diſpenſare non poteſt: et ideo nulla alia prohibitione opus eſt. Ita in propoſito ſi leges Eccleſiaſtice eſſent exempte a poteſtate Pape, certe ipſe in eis diſpenſare non poſſet etiam ſi tale decretum irritans et prohibitio Concilij ſuperaddita non eſſet. Quod tamen vt diximus abſurdiſsimum eſt. ¶Tertio idem probatur. Quia ſi Concilium irritans poſſet auctoritatem illam diſpenſandi tollere a Papa, cum tamen conſtet illam alicui epiſcopo committere poſſe. Iam ergo in illo epiſcopo eſſet maior poteſtas quam in ipſo Papa ſaltem quoad illū actum iuriſditionis: neq; Papa tunc eſſet omnium paſtor vniuerſalis quoad omnem iuriſditionis actum. Quod certe eius officio paſtorali ſupremo a Chriſto ſibi collato repugnat: nam et eadem ratione Concilium poſſet prohibere ne Papa poſſet concedere indulgentias et abſoluere a cenſuris pro tali vel tali crimine: et ſimiliter aliam quamcunq; partem iuriſditionis adimere: et ita Papa non eſſet Papa nec ſupremus et vniuerſalis paſtor Eccleſie ſaltem in exercitio vel actu ſue poteſtatis.

¶Cum ſupradicta ſecunda parte propoſitionis expreſſe tenent omnes doctores tenentes Papam eſſe ſupra Concilium, nam hoc ſequitur ex illo vt ſupra queſt.4. habetur. et Victoria vbi ſupra pro po.5. Quamuis Gerſon.2.par. de poteſtate Pape. alphabet.1. litera. E. et Panormitanus in tractatu de Concilio Baſilien. nume.18. et alibi ſepius cum multis alijs doctoribus tenentibus Cōcilium eſſe ſupra Papam teneant oppoſitum, dicentes Concilium poſſe limitare Pape poteſtatem modo ſupradicto decretum irritans Pape diſpenſationem ſtatuendo. Sed certe tutius et verius eſt quod id Concilium facere non poteſt per viam poteſtatis et iuriſditionis vt ſupra probatum eſt. Nam indirecte vel per viam declarationis Concilij quod Papa diſpenſare aut tale quid licite agere non poteſt quodq; ſi aliter faciat non ſit illi obediēdum ſed hoc vel illo modo reſiſtendum, eius poteſtas per Concilium non limitari ſed declarari, et eius abuſui obuiari poteſt. Vt de his infra. q.9. et.10. latius agitur.

Tertia pars propo- ſitionis pro- batur. TErtia pars propoſitionis quod ſcilicet Papa diſpenſans et impetrans et illa diſpenſatione vtens errare et peccare poteſt. &c. probatur primo de Papa quod ei nō licet in legibus Eccleſie vel Conciliorum pro ſua voluntate ſine rationabili cauſa etiam vbi nihil continent diuini iuris diſpenſare. Quincupliciter. Primo quia leges Eccleſie et Conciliorum ſunt maxime neceſſarie ad gubernationem Eccleſie, adeo vt ſine illis nec ius diuinū debite poſsit ſeruari. Ergo ſi Papa per irrationabiles diſpenſationes et temerarias tollat omnino vel ex magna parte legum earum obſeruantiam: neceſſe eſt vt hoc vergat in magnum Eccleſie detrimentum, et ex conſequenti id Papa ſine graui peccato facere non poteſt. Antecedens autem conſtat ſi quis imaginetur Eccleſiam ſine legibus humanis: certe magnam ibi videbit confuſionem et inordinationem, neq; fidem neq; religionem Chriſtianam neq; cultū diuinum poſſe conſtare. Nam cum iure diuino non ſit determinatum tempus ad ſuſceptionem ſacramentorum et de Confeſsione, Euchariſtia, et Baptiſmo: nec ratio nec modus nec tempus ſacrificij totiusq; diuini cultus et ieiuniorum ſit: certe nulla ratio nec modus miniſtrationes eorum in Eccleſia defendi poſſet ſublatis legibus humanis: eſſet deformitas intolerabilis ſi ſuo quiſq; viueret arbitrio ſolum intra terminos diuine legis. Idem etiam antecedens probatur. Quia non minus neceſſaria eſt bona gubernatio Eccleſie quam reipublice ſecularis. Sed ad hanc ſunt neceſſarie ſue leges humane vltra ius diuinum et naturale, vt cōſtat manifeſte, ergo et ad gubernationem bonam Eccleſie. Nam ideo ait Iſidorus quod leges facte ſunt vt earum metu humana coherceatur audacia tutaq; eſſet inter reprobos innocentia. Et.1. rethoricorū Ariſt. ait quod melius eſt omnia ordinari lege quam ea dimittere iudicum arbitrio.

¶Secundo probatur idem. Quia ſicut leges nō niſi pro bono communi fieri debent. ca. erit autē lex. diſt.4. ita diſpenſatio que eſt quaſi quedā lex vel legis diſtributio et applicatio, rationem boni communis debet habere: alias potius diſsipatio ſecundū Ber. de conſidera. li.3. quā diſpenſatio erit.

¶Tertio probatur idem. Quia talis diſpenſatio erit in iniuriam aliorum. Quia lex non eſſet equalis neq; iuſta ſi ſine rationabili cauſa aliqui per diſpenſationes eximerentur ab ea alij autem premerentur. Item quia lex vel eſt ipſum ius vel ius eſſe ctus eſt legis. Vnde et ſecundum diuerſas leges dicitur ius naturale diuinum et humanum. Ius autē idem eſt quod equum et equale. Et ita opportet quod lex ſit equalis. Itē ſi in principio legis ſine cauſa rationabili ceteris omnibus paribus legiſlator imponeret legem aliquibus alios autem eximeret: vtiq; faceret illis iniuriam. Ergo eadē ratione et multo magis poſt legem latam: et ita peccaret.

¶Quarto idem probatur. Quia non licet Pape etiam in ſuis proprijs legibus etiam ſecum ſine rationabili cauſa diſpenſare, ergo nec cum alijs. Antecedens patet ſecundum. b. Tho.1.2.q.96. ar.5. ad 3. Quia licet princeps nō ſit ſubditus ſuis legibus quoad penā vel vim coactiuā: tenetur tamē quoad vim directiuā et in foro cōſcientie. extra. de cōſti tu. ca. cū omnes. et Math.23. Imponunt alijs onera grauia ipſi autē nolunt ea digito mouere. i. nec in minimo ea incipere aut facere volūt et ita faciūt

vt alijs intolerabilia ſint vel videantur. Et hoc nõ ſolum eſt verũ ratione ſcandali vel quia eſſet cauſa infirmandi leges, ſed de per ſe: quia alijs iniuriã faceret ſi ipſe princeps cum ſit membrum ſue rei publice non ferat partem oneris legis ſine iuſta cauſa: quanuis vt diximus ſuis legibus quoad vim coactiuam princeps non teneatur.

¶ Quinto probatur idem. Quia ſi non licet Pape leges Eccleſie ſine rationabili cauſa omnino derogare, ergo nec ita paſsim ſine cauſa in eis diſpenſare. Antecedens patet ex ſupradictis: et quia magis eſt abrogare quam diſpenſare. Et maxime id verum eſt de legibus ſpectantibus ad ſtatum vniuerſalis Eccleſie vel ad bonam religionis gubernationem. Puta ſi omnino abrogaret leges de gradibus prohibitis ad matrimonium, de irregularitatibus ex bigamia et homicidio et huiuſmodi. ¶ Conſequentia autẽ hec dupliciter probatur. Tum primo, quia vt habetur de reg. iur. cũ quid vna via prohibetur ad id alia non admittitur. Nunc autem idem effectus ſequitur ex tali diſpẽſatione qui ex legis derogatione vt conſtat: quia ſi paſsim cum omnibus petentibus diſpenſaretur, iam nullus eſſet legis effectus et fruſtra lata eſſet lex. Quid enim iuuat prohibuiſſe bigamos a ſacerdotio et homicidas, conſanguineos etiã et affines intra talẽ gradũ: ſi omnes illi qui volunt per diſpenſationes promouentur et habiles fiunt. Lex enim lata eſt non vt ſine licentia non fieret, ſed vt ita non fieret, Nam et legum natura eſt vt regulariter et in plurimum lex obſeruetur: diſpenſatio autem raro et in caſibus particularibus ex cauſa rationabili fiat. Eſt enim diſpenſatio quaſi quedam legis interpretatio vel relaxatio in caſibus quos legiſlator preuidere non potuit. Igitur peruerſa licentia eſt earum diſpenſationum per quas oppoſitum fit, vt videlicet lex raro ſeruetur: diſpenſatio autem ſine rationabili cauſa regulariter vel vt plurimum fiat ad libitum. Tum ſecundo eadem conſequentia probatur. Quia ſtante lege in ordine ad omnes, vtiq; per hoc quod ſine cauſa iſti paſsim diſpenſantur, alijs fit iniuria que non fieret ſi quoad omnes lex omnino abrogaretur. Nam ſpecies iniurie eſt vt pauperes qui diſpẽſationem habere non poſſunt excludantur: diuites autem ſiue potentes qui diſpenſationem habere poſſunt ſine vlla alia rationabili cauſa ad diſpenſationes admittantur per quas a legibus liberentur.

¶ In omnibus predictis in hac tertia parte propoſitionis expreſſe concordant. b. Tho. vbi ſupra, et Panor. in. ca. non debet. de conſangui. et affini. et vbi ſupra, et infra. q. 10. allegatur. et Silueſt. titu. Papa. ca. 10. et Victoria vbi ſupra. propo. 6. 7. 8. et doctores communiter. ¶ Item ad predicta facit expreſſe. 25. q. 1. ca. 1. et ca. contra. et Baſilius in regulis breuioribus dicens. Oportet hominem quicunq; ille ſit ſubiectum eſſe preceptis Dei aut hominis propter precepta Dei quoties in precepta Dei incidunt aut illa adiuuant: quia male facit qui eis non paret etiam ſi ſit ſupremus Apelles.

¶ Inſuper ipſe Victoria. propo. 9. ait, quod aliqua lex poſſet eſſe in Eccleſia et forte nunc eſt et alique ſunt pure humane, in quibus expediret vt nunquam diſpenſaretur. Quia ſunt tam neceſſarie ad Chriſtiane religionis obſeruantiam, quod ſi aliquando diſpenſatio videatur rationabilis circa aliquem: multo tamen vtilior eſſet Eccleſie eius legis inuiolabilis obſeruatio quam vt aperiatur ianua ad tot diſpenſationes. Exemplum eſſe poteſt de ſtatuto omnis vtriuſq; ſexus. de peniten. et remiſsio. quod quantum ad tempus eſt de iure poſitiuo vt in quadrageſima et paſcha confeſsio et Eucharistiæ communio fiat: non eſt dubium melius eſſe vt nunquam in eo diſpenſetur: quia ſi ſemel locus detur diſpenſationi, forte per ambitionem aut gratiam potentum aut improbitatem hominum diſpenſationes multiplicabuntur cum iuris etiam diuini maximo periculo. Et alique alie ſimiles leges dari poſſunt. ¶ Idem etiam confirmatur. Quia ſe offerunt caſus in quibus videretur cõueniens vt in lege diuina diſpenſetur, vt quod aliquis relinqueret primam vxorem et ſecundam duceret propter pacem regni vel familie: vel duas ſimul haberet: vel vt mentiretur pro aliqua magna vtilitate, vel pro ſaluanda vita corporali alicuius. Et tamen nec Deus in hoc diſpenſat nec reliquit Eccleſie diſpenſandi facultatem. Nimirum quia nouit maius detrimentum ſequuturum ſemel data licentia diſpenſandi quam bonum quod ex tali diſpenſatione etiam alias rationabili poſſet prouenire. Nunquam etiam in veteri lege diſpenſatum eſt vt quis comederet carnes ſuillas neq; alia in illa lege prohibita neq; in aliquo mandato legis illius. Sed neq; in lege noua Chriſtus diſpenſauit vt aliquis non baptizaretur aut non confiteretur: cum tamen poſſent alique cauſe pretendi apparentiores ad diſpenſandum in his quam ſepe ſint in legibus Eccleſiaſticis. Certe niſi Chriſtus optime prouidiſſet expedire Eccleſie ſue vt nunquam in talibus legibus diſpenſaretur poteſtatem diſpenſandi illi reliquiſſet. ¶ Hac etiam de cauſa Gerſon et alij grauiſsimi doctores laudant ſtatuta Carthuſienſium, que in ſua carnium abſtinentia nullam permittunt diſpenſationem non obſtante quacunq; neceſsitate aut periculo mortis. Nempe ne ſi ſemel inciperet diſpenſari, longius ſe extenderet diſpenſatio quam legis obſeruantia.

¶ Similiter ergo dicendum eſt de aliquibus legibus Eccleſiaſticis in quibus ſanctius eſſet nunquam diſpenſare, quam illarum rigorem flectere per diſpenſationem etiam ex alias rationabili cauſa faciendam vt dictum eſt. Nam minus malum eſſet detrimentum particulare aliquando proueniens etiam in vita hominis ex rigoroſa legis obſeruantia ſine vlla diſpenſatione, quam per diſpẽſationem viam aperire ad infirmandas leges valde neceſſarias ad religionis conſeruationem.

¶ Per hoc tamen non negamus aliquem caſum forte poſſe contingere vel ſemel in mille annis,

quando

quando videlicet magnum ſcandalum ſequeretur niſi fieret diſpenſatio : tunc enim merito poſſet diſpenſari: dummodo hoc eſſet lege cautum ne id de cetero arbitrio relinqueretur humano. Semper enim in quncunq; caſu preferendum eſt bonum commune priuato, id quod in diſpenſando maxime attendendum eſt. Minus quoq; malum priuatum maiori communi poſtponendum cenſet beatus Thomas. 1. 2. queſtione. 97. artic. 1. et queſtione. 100. arti. 8. et ſecunda ſecun. queſtione. 88. arti. 12. et doctores communiter cum eo ſunt. Et ita conſtat de primo quod ſcilicet Papa in diſpenſando ſine cauſa errare et peccare poteſt.

¶ Quoad ſecundum videlicet quod etiam peccet eam diſpenſationem impetrans et ea vtens probatur dupliciter. Primo, quia non ſolum conſentit ſed etiam cooperatur peccato Pape male diſpenſantis: immo et eſt cauſa eius et malorum inde ſequentium eam impetrando. Contra id Roma. 1. Digni ſunt morte qui talia agunt et conſentiunt facientibus. ¶ Item ſecundo, quia alijs iniuriam facit : dum per talem diſpenſationem ſe eximit a lege ſine cauſa iuſta. Sicut ſi Rex exigens tributum a ciuitatibus non ſolum ipſe peccaret ſi eximeret aliquos ſine cauſa: ſed etiam ipſi exempti partem oneris non ſubeuntes. Quia ſicut princepa ſuis legibus in conſcientia tenetur, nec ſe ipſum licite eximere poteſt vt ſupra dictum eſt: ita eadem ratione nec alius exemptus vel impetrans ſine cauſa poteſt ea diſpenſatione licite vti. Quia licet non peccet agendo contra illam legem humanam a qua per diſpenſationem eſt liberatus: peccat tamen contra ius diuinum vel naturale, dum ab ea male liberatur, illiq; non ſubditur ſicut et alij, et ſine cauſa cum alijs illam non ſeruat vti iam probatum eſt. ¶ Vnde quod Panormitanus et alij doctores in capit. non eſt. de voto. dicunt quod ſcilicet diſpenſatus a Papa in iure humano etiam ſine cauſa eſt tutus in conſcientia ſolum eſt verum ad hunc ſenſum, quod ſcilicet factum puta matrimonium in gradu prohibito celebratum per illam diſpẽſationem tenet: quodq; non peccat contra illam legem a qua per diſpenſationem liberatus vel exemptus eſt. Cum quo ſtat quod peccat contra aliud ius diuinum vel naturale petens aut etiam vtens tali diſpenſatione vt dictum eſt. Quod conſtat de ſacerdote cum quo diſpenſaretur in Eccleſia Romana vt ducat vxorem, qui vtiq; ſicut et ipſe Papa peccaret.

¶ Sed quis eorum grauius et quomodo peccet? dicendum videtur quod ſecundum grauitatẽ ſcandali aliorumq; malorum que inde ſequuntur iudicandum ſit. Regulariter tamen grauius peccat ipſe Papa. Vtens autem ea diſpenſatione ſine cauſa, puta ad gradu prohibito contrahendum, ad nõ ieiunandum, ad comedendũ carnes in diebus prohibitis, et huiuſmodi que non ſunt in detrimentũ ſiue preiudicium aliorũ, veniali tantũ peccat, niſi vt diximus in caſu quo vel ſcandalum vel preiudicium vel damnum proximorũ faceret illud eſſet mortale.

¶ Cum omnibus ſupradictis conſonant expreſſe Gaieta. prima ſecun. queſtio. 97. arti. 4. et in ſummula. titu. diſpenſatio. et Victoria vbi ſupra propo. 15 et Soto de iuſtitia et iure. lib. 1. queſtione et arti vlti. et Nauarro in ſumma. cap. 23. nume. 42. et, capit. 12. nume. 76. et. capi. 25. nume. 74. et in cõment. ſup. capit. fin. de ſimonia. nume. 3. et. 4 et Silueſt. titu. diſpenſatio. queſt. 2. et. 3. et Turrecremata in decreto, diſtiu. 11. ca. conſequens. et diſtinct. 89. q. 4. ca. domui. et. 12. queſt. 1. cap. non dicatis. et communiter doctores. De diſpenſationibus autem in iure diuino vel naturali in votis et pluralitate beneficiorũ hic non agimus id enim grauius eſt.

QVÆSTIO NONA. Vtrum Cõcilium poſsit poteſtatem Pape limitare declarãdo quod in tali vel tali lege vel caſu non eſt licita diſpenſatio: et ſtatuere quod nunquam fiat etiã per ipſum Papam et quod irrita ſit ipſo facto. Queſt. 9.

¶ Reſpondeo per vnicam trimembrem propoſitionem. Quod ſi ex vſu et experientia aut prouidentia intelligeretur quod diſpenſatio in aliqua vel aliquibus paucis legibus Eccleſiaſticis ſi fieret vergeret in perniciem vel graue damnum Eccleſie vel religionis: tunc Concilium poſſet hoc declarare et determinare: ſimul et ſtatuere quod in tali lege nunquam vel non niſi in tali vel tali caſu ſic qualificato expediret nec liceret nec fieret diſpenſatio. Qua determinatione facta nunquam liceret Pape in ea lege aliter diſpenſare : et in ea aliter ex quacunq; cauſa diſpenſando mortaliter peccaret. Ipſa tamen diſpenſatio ſi fiat et factum ſecundum eam valet et tenet : quanuis ex alia cauſa non valeat nec habeat effectum. Propo.

PRima pars, quod ſcilicet in caſu predicto Concilium poſsit id declarare probatur. 1. pars probatur. Quia certum eſt quod id declarare et diffinire in fide et moribus quid liceat quid nõ liceat decidendo ſpectat ad Concilium legitime cõgregatum de quo loquimur: nam ad id ſolum cõgregari ſine auctoritate Pape non poteſt. Et in ſic definiendo Concilium errare non poteſt, vt ſupra. q. 2. et. q. 4. in. 1. par. illius. 3. opinionis dictum eſt.

¶ Quod etiam id ſtatuere poteſt conſtat. Quia ſi id expedit vti ſuponitur etiam ex queſt 8. precedenti, ergo et id Concilium ſicut et Papa ſtatuere poteſt. Quanuis ſi Papa cõtradiceret non poſſet id promulgari neque vim legis haberet vti ſuperius. q. 4. in. 1. par. 3. opinionis ſecũdum Turrecre. dictum eſt.

¶ Sed certe ipſe Papa id fieri non deberet moleſte ferre. Tum quia per hoc nil ſue detrahitur poteſtati Papali: ſed declaratur et ſtatuitur quod ei expedit facere ad vtilitatem Eccleſie, quam ille pre omnibus procurare tenetur. Sicut neq; illi neq; ipſi Deo iniuriam facit qui dicit quod contra ius diuinum Papa neq; facere, neq; ſine rationabili cauſa in votis diſpenſare, neq; Deus mentiri aut malefacere poteſt. Maxime quia ea declaratio et ſtatutum non niſi in paucißimis grauißimis et valde neceſſarijs legibus fieri deberet: ne Papalis auctoritas ſine vrgente neceßitate limitari aut reſtringi videretur: que vti ſuperius. q. 7. et. 8. dictum eſt per Concilium limitari non poteſt. et ita non niſi in aliqua lege ita neceſſaria vt ex eius diſpenſatione immineat magna pernicies Eccleſie illa declaratio et ſtatutum fieri nõ deberet. Ita etiam improbitati multorum obuiaretur qui multipliciter ipſum Papam fere cogunt inuitum concedere et diſpenſare que nollet et videt ſe id facere non debere.

2. pars probatur.

SEcunda pars ſcilicet ea facta Concilij declaratione et ſtatuto Papa aliter diſpenſando mortaliter peccaret probatur. Tum primo, quia ſi Concilium in hoc errare non poteſt, vt ſupradictum eſt, id iuſte decernit. Ergo ita eſt quod ea diſpenſatio eſt Eccleſie pernicioſa: et ex conſequenti mortalis eſt. Tum ſecundo, quia Papa in iure diuino precipue abſoluto diſpenſare non poteſt, puta in fide et ſacramentis et decalogo. Sed aliqua lex humana eſt neceſſaria ad iuris diuini et religionis obſeruantiam, vti ſuperius. q. 8. dictũ eſt: ita quod ex diſpenſatione eius ſequeretur pernicies religionis vel Eccleſie aut periculum agendi contra ius diuinum, puta ſi ex diſpenſatione cum pueris ſequeretur indebita ſacramẽtorum miniſtratio morum corruptela et nullum bonũ. Et hoc eſt quod per Concilium declaratur et de remedio prouidetur. Ergo cõtra talem declarationem et ſtatutum Papa ſine mortali diſpenſare non poſſet.

Argumentu. n.

SI contra hoc arguatur, quod licet diſpenſatio frequẽs et temeraria vel irrationabilis poſſet eſſe pernicioſa et periculoſa: nõ tamen ea que particularis et raro ex cauſa rationabili fit, puta ſi cũ iſto puero optime indolis vel iuuene erudito et nobili qui re vera plus proderit quã quicunq; alius, diſpenſetur vt fiat epiſcopus: vel quod filius regis vxoratus fiat archiepiſcopus vel Cardinalis, quia ſic tunc opus eſt ad defenſionem Eccleſie cõtra hereticos ſiue tyranos: vel quod religioſus iſte exeat religionem et ducat vxorem ad pacẽ regni et huiuſmodi. Ergo Concilium non poteſt determinare quod generaliter omnis diſpenſatio in tali lege pernicioſa eſt, ſed ea tantum que paßim fieret et temerarie: et ex conſequenti non poſſet declarare et ſtatuere quod in nullo alio caſu emergẽte Papa licite poſſet diſpenſare.

Reſpon.

¶ Reſpondeo negando cõſequentiam. Tum primo, quia leges non reſpiciunt caſus particulares: ſed vt lex iuſta vniuerſaliter feratur et obliget ſatis eſt quod fere ſemper vel vt plurimum expediat, quanuis in aliquo caſu non expediret. Vt patet in lege de non dimittendo vxorem aliam ſuperinducendo, et de non habendo plures ſimul vxores, et de non fornicãdo, et huiuſmodi ex quacunq; cauſa. Quia ſi regulariter id facere liceret vtiq; vt plurimum grauißima mala ſequerentur: quanuis in aliquo caſu vel ſi ſemel aut bis fieret oppoſitum nullum malum immo et bonum potius inde ſequeretur. Ideo ille leges iuſte et indiſpenſabiles ab homine ſunt. Similiter lex humana quod nocte arma nõ portentur propter cedes et inſidias et alia malã communiter aut frequenter inde ſequentia iuſta eſt: vnde qui certus ſe nihil mali facturũ tunc arma portaret vtiq; reus eſſet violate legis: quanuis ratio illius in eo deficeret: ſufficit enim quod eius ratio generaliter in alijs adhuc permaneat. Ideo ſi propter id lata eſſet excommunicatio eam incurreret. Sic in caſu preſenti lex illa generaliter per Concilium lata iuſta eſſet quanuis in aliquo caſu oppoſitum expediret: ita diſpenſatio etiam illo caſu contra legem illam illicita eſſet vt dictum eſt. ¶ Tum ſecundo, quia in moribus non quid fieri poßit ſed quid in eo ſtatu et natura rerum vt plurimum fit oportet attendere: et potius tot annorum experientie quam rationibus humanis ſtandum eſt. Nunc autem videmus quod quãuis multi ſummi pontifices ſanctiq; viri legitime ſuas fecerint diſpenſationes: multi tamen illegitime fecerunt aut etiam faciunt, idq; ſepius ſine culpa ſua ſed vel improbitate vel ſubreptione petentium vel intercedẽtium officialiũ fraude vel aliās. Vnde veriſimile eſt quod ſi in hac vel illa lege maneat diſpenſandi libertas pro ſuo arbitrio, periculum fit manifeſtum quod diſpenſationes ſepe fierent ſine rationabili cauſa cum magno Eccleſie vel religionis detrimento. Igitur ſi aliud remedium niſi hoc ſupradictum adhiberi non poteſt, id certe accipiendum eſt, nam ex duobus malis minus et priuatum eſt eligendum: et maius cõmune bonum in diſpenſationibus pre oculis ſemper habẽdum eſt. Vti ſuperius. q. 8. ex. b. Tho. alijsq; doctoribus habetur. ¶ Vnde et hac ratione. 1. rethori. habetur, quod que commode poſſunt debent lege determinari et paucißima iudicis arbitrio relinqui, quia videlicet vt refert. b. Tho. 1. 2. q. 95. ar. 1. lator legum eas fert in vniuerſali: neq; tunc alterius gratia amicorum aut improbitate petentium aut prece aut precio: ſed ſolum pre oculis habet reipublice bonum et honorem Dei, cui omnes etiam tunc in Concilio fauent. At vero in caſibus particularibus multa occurrunt que etiam optimum virum et iudicem ab equo et bono auertere et flectere poſſunt. Ideo multo liberior atq; ſyncerior eſt ad ferendum leges quam multi iudices boni atq; ſapientes ad iudicandum et diſpenſandum in caſibus particularibus.

¶ Si ad predicta dicatur etiam quod huiuſmodi decretum eſſet omnino nouum et nunquam ſimile factum eſt in aliquo Concilio œcumenico: vbi

tamen

tamen fuerunt ſanctiſsimi et doctiſsimi viri. Ergo non deberet nunc ab aliquo concilio ea nouitas inuentari. ¶ Reſpon. negando conſequentiam, nã (vt aiunt iuriſte cum Auguſtino) diſtingue tempora et iura et ſcripture conſonabunt. Tempore igitur conciliorum antiquorum vix aut raro ſummi Pontifices in legibus eccleſiaſticis diſpenſabant: ſed tanquã oracula diuina ab omnibus ſeruabantur, vt in ipſo iure canonico et conciliorũ geſtis et hiſtorijs videre eſt. Ideo tali decreto tũc non opus erat. Nunc autem verſauice mortaliũ ad eccleſie et religionis obſeruantiam illo aut alio ſimili remedio opus eſt.

...pars pro...batur. Tertia pars prædicte propoſitionis quod ſcilicet ipſa Pape quanuis culpabilis diſpenſatio ſi fieret: factũ ſecundum eam valeret atque teneret, &c. Probatur quia tale decretũ concilij nõ facit de per ſe quod Papa non poſsit valide diſpẽſare: ſed quod licite non poſsit. Nam vt cõſtat ex ſupradictis in.q.8. concilium non poteſt limitare neque reſtringere Pape poteſtatem. Ergo ſi ſine tali decreto Papa poterat diſpenſare: et ea diſpenſatio tenebat: poterit etiã illo poſito atq; tenebit factũ Item quia ſi concilium poſſet non obſtante illo ſuo decreto diſpenſare. Ergo et Papa. quia quicquid poteſt concilium ad iuriſditionem pertinens poteſt et ipſe Papa, vt ex ſupradicta.q.4. facile conſtat. Item quia ſi illud decretum fieret a Papa, aliua ſequens poſſet in illo diſpenſare illudq; irritare quanuis peccaret. Quia par in parem non habet imperium. ſed non habet maiorẽ auctoritatem edictum a concilio quã a Papa, vt dictum eſt. Ergo illius diſpenſatio valida eſt, et factum ſecundum eam tenet, puta matrimonium in gradu prohibito. ¶ Quod autem illa diſpenſatio aliquando non valeat, hoc non eſt ratione cõcilij. l. iuriſpoſitiui preualentis ſupra poteſtatem Pape: ſed aliunde de quo infra.q.10. latius habetur. ibi videatur quomodo hoc verum ſit. ¶ Nota etiam vt ait Alaba de concilijs par.1.ca.2.fo.16. quod vt predicta diſpenſatio Pape ſit valida et habeat vim non ſufficit generalis omnium nonobſtantium derogatio: niſi ſpecialis etiam fiat mentio predicti Canonis aut ſtatuti editi a concilio, aut ſaltim generica mentio ſinodice et conciliaris conſtitutionis, ſecundum Archidiacho. in ca.1. de conſtitu. lib.6. et Felin. in cap. non nulli col.4. de reſcrip.

¶ In omnibus ſupradictis concordant omnes doctores ſupra.q.8. allegati et bea. Thom. panor. Silueſt. titu. Papa.q.15. et victoria in.3. relectione de poteſtate Pape et concilij propo.10. vſq; propo.15. ¶ Doctores autem tenentes concilium eſſe ſupra Papam conſequenter dicerent quod facta tali prohibitione concilij cum decreto irritante diſpenſationem etiã Pape non ſolum peccaret ipſe Papa diſpenſando. l. reuocando aut irritando: ſed etiam eius diſpenſatio et irritatio non eſſet valida neque factum ſecundum eam teneret. Sed victoria vbi ſupra propo.14. dicit quod ſtando in hac opinione quod concilium eſt ſupra Papam ſi concilium prohibeat diſpenſare cum decreto irritante: licet Papa non poſsit irritare tale decretum, et peccet diſpenſando: poteſt tamen diſpenſare itaque diſpenſatio teneret. Sed certe ego non video differentiam quare poſsit hoc et non illud. l. econtra: cum vtrũq; ad poteſtatẽ pertineat iuriſditionis. Ideo ſupradictis ſtandum eſt.

QVÆST.10. ſi vt in queſtionibus precedentibus dictum eſt, Papa non hereticus ſed alias quantumcunq; criminoſus notorijs ſcandaloſus et pernicioſus eccleſiæ, neque deponi neq; puniri neq; accuſari neq; impediri eius poteſtas aut limitari hoc. l. illo modo per concilium poteſt. Quod ergo remedium habebit eccleſia? aut quomodo cum illo ſe habebit ne omnino deſtruatur ſed eius abuſionibus obuietur? Quæſt.10.

¶ Reſpon. facta. l. etiam non facta ſupradicta concilij declaratiõe et decreto vt in.q.9. precedẽte dictum eſt, ſi Papa contra illud diſpenſaret. l. aliud ageret quod manifeſte eſſet illicitum ſimul et in notabile detrimẽtum ſiue perniciem eccleſie. l. religionis: tunc dico quatuor. 1. quod ſubditi fideles in hoc ei non tenentur obedire. Quia ſi tale Pape mandatum lex aut diſpẽſatio eſt iniuſta et nõ obligat, vt ſup.q.7. dictum eſt. Ergo licet non ſpectet ad ſubditos hoc iudicare vt ibidem habetur. At vero poſtquam id manifeſtũ eſt per declarationem concilij. l. alias, itaq; non eſt locus defenſioni atq; coloribus iuſtificantibus factum illud: iam ſubditi non tenentur obedire. Nã ſi non conſtaret notorie de iniuſtitia obediẽdum eſt. Exempli gratia. ſi concilium decreuiſſet quod diſpenſatio cum pueris. l. cum vxoratis ad Epiſcopatum eccleſie pernicioſa eſt: et id fieri prohiberet: et Papa poſtea mitteret vxoratum, puerũm in Epiſcopum dicit hoc primum dictum quod ſubditi illum recipere et in hoc obedire non tenentur. et idem de alijs ſimilibus iudicium eſt. Reſpon.

¶ Secundum dictum limitat primum. Nam ſubditi licet non teneantur Pape in ſupradictis obedire, at vero nõ licet ei ſua auctoritate priuata ſed neque ipſis eſt permittendum mandatis Pape rebellare ſiue per vim reſiſtere, quantumcunque eſſet contra concilij decretum iam dictum. l. contra aliud ius, neque per viam appellationis ad futurũ concilium. Dictum.2.

¶ Quod probatur. Quia eſſet magna irreuerentia et quaſi contemptus ſumme auctoritatis et cauſa turbationis et ſciſmatum aliorumq; malorum, ſi cuilibet hoc cõcederetur reſpectu Pape quod nõ licet in ordine ad ipſum a cuius mandato quantũuis iniuſto nõ licet propria auctoritate diſcedere

vti ſupra.q.7.latius probatur:quod etiam hic maxime locum habet.

¶ Quod etiam non liceat ad futurum conciliũ appellare etiam ſi teneatur opinio quod conciliũ eſt ſupra Papam,inde conſtat quia vltima deciſio in cauſis ſpiritualibus ad Papam ſpectat ſicut ad regem in temporalibus. Sed a rege nunquam appellatur ad regnum etiam congregatum. Ergo nec a Papa ad concilium.Item quia ſi in vna cauſa graui id liceret iure diuino:eadem quoque ratione in omnibus ea appellatio licita eſſet:ex quo ius diuinum in hoc nil diſtinguit. Si autem humano iure dicatur hoc licere:certe ſuper hoc tale ius non habetur ſed potius oppoſitum. vt liquet.9.q.3.ca.ipſi ſunt canones.et.2.q.6.ca.ſi quis ca ad Romanam.et refert etiam Silueſt.titu.concilium q.5.quanuis Panor.Ocham. Gerſon. Almayn et alij oppoſitum tenentes aliter gloſſent predicta iura,vtique contra mentem et textum ipſorum. Item ſuper hoc eſt etiam excommunicatio Papalis per Pium ſecundum et Iulium ſecundum.Ipſo facto inflicta contra appellantes ad futurum concilium,vt refert etiam Silueſt.titul.excommunicatio ſeptimo.§.vltim.et Florent.part.3.titul.24.capit,10.Guictan.in ſummula, et Nauarro in ſumma capitul.27. numer.110. Ex quo aperitur verus ſenſus iurium illorum contra Panormitanum Gerſonem , alioſque doctores ſupra dictos aliter ea gloſantes. Item etiam ſi ſecundum ius liceret , non tamẽ expediret a Papa ad concilium futurum appellare. Quia ex expertis conſtat omnes tales appellationes in ſciſmata et hereſes tandem deſinere et in maiorem eccleſie perturbationem.

Dictũ.1. ¶ Tertium dictum eſt,quod ſupradicta reſiſtentia abuſionibus Pape fieri debet auctoritate publica tantum:ita videlicet quod epiſcopi ſimul.l.in ſuo quiſque concilio prouinciali cum debita reuerentia poſſunt per ſe tali mandato.l. abuſui aut pernitioſe diſpenſationi Pape reſiſtere,dicendo quidem humiliter quod obediunt ſed ſupplicant ab eius executione.Et ita poſſunt et debẽt ei non obedire illam abuſionem non exequendo:idque ſubditis ſuis intimare vt ſimiliter facerent neque, permitterent poſſeſsionem.l.executionem : notificando humiliter et reuerenter ipſi Pape cauſam huius reſiſtentiæ quia ſcilicet eſt ſimoniace factum.l.iniuſtum manifeſte et in perniciem eccleſie.l.ſcandalum eius et religionis deſtructionem:ſimul et ſupplicando vt id reuocare dignetur. vt habetur in capit. ſi quando de reſcrip. Vt ibidẽ notatur cõmuniter a doctoribus: et ſi hoc nõ ſufficeret ecce.2.poſſunt etiã brachiũ ſeculare inuocare,et implorare principes ſeculares,vt eorum auctoritate et potẽtia reſiſtant ſummo Pontifici,impediendo executionem mandatorum eius : et etiam facto vi et armis : non per viam iuriſditionis in Papam ſed iure defenſionis modo predicto , impediant executionem illorum mandatorum:illiſque reſiſtant et comprehendant atque puniant executores ſiue miniſtros talium mandatorum et diſpenſationem.

¶ Probatur tripliciter primo,quia iure naturali vim vi repellere licet,neq; hoc ius poteſt abdicari.l.tolli ab aliqua perſona.l. republica ſeculari.l. ſpirituali. Neque enim dabitur vbi hoc ius per Chriſtum in lege gratie reuocatum ſit cum ſit naturale. Nunc autem Papa per huiuſmodi diſpenſationes atque mandata iniuſta infert vim: quia facit iniuriam,vt ſupra quæſt.7.8.et.9. probatum eſt.Ergo illi reſiſtere cum moderamine ſupradicto licitum omnino et debitum eſt ad tuitionem eccleſie.l.religionis. ¶ Secundo probatur idem. Quia Papa non habet maiorem poteſtatem a Chriſto ad faciendum iniuſtum et iniuriam tam in temporalibus quam in ſpiritualibus:quam rex in ſuo regno.Sed regi iniuſtum.l. iniuriam notabiliter facienti non ſolum iure ſed etiam facto et viribus reſiſti poteſt. Ergo et Pape.

¶ Neque excommunicatio aut quelibet alia cenſura propter hoc inflicta ab ipſo Papa quicquam valet. Quia ſicut mandatum eius ita et ipſa ſententia iam notorie iniuſta ex parte cauſe , eſt ipſo facto nulla et neque tenenda neque timenda eſt.dum modo neque ipſe Papa neque eius auctoritas contemnatur aut irreuerenter alias cum eo agatur.

¶ Tertio omnia predicta probantur et confirmantur auctoritate doctorum omnium eorum etiam qui tenent Papam eſſe ſupra conciliũ. Nã de doctoribus qui tenent cõcilium eſſe ſupra Papam expreſſe cũ ſupradictis cõſentit, Panor.in ca. ſignificaſti.de electio,et ca.2. de maiori. et obedien.et in capit.conquerente,et in capit. litteras. de reſti.ſpoliat.et in capit.ſicut. de iureiurand. et alibi ſepius. ¶ Item Ludouicus Pontanus in cõſilio.523.et Bald.in capit.olim de reſcrip.et gloſ. in capitul.1.de renuntia.et in capitul.tua. de decimis,expreſſe dicunt quod Pape ſtatuenti aut facienti aliquid vnde notabiliter decoloraretur aut turbaretur ſtatus vniuerſalis eccleſie in ſcandalum eius in concernentibus vniuerſalem ſtatum eccleſie et maxime vbi id eccleſia in concilio declararet vt diſtum eſt, vti hoc etiam expreſſe ait Inno.in capitul.quanto.de conſuetu. non eſt illi obediendum ſed cum debita reuerentia et moderatione reſiſtendum eſt. Quod ſi id non ſufficit, armis eſt reſiſtendum vt ſupradictum eſt,ad idem expreſſe eſt Gerſon.alpha.4.d. Alpha.6.n. Alpha.9.C.alpha.24.et cum eo eſt Petrus de monte quoad reſiſtentiam etiam armata manu vim vi repellendo,vbi iudex extra iudicialiter de facto agit.ſecundum.l.prohibitum. C. de iure fiſci libro decimo.et notat Innocen.et Felinus in cap. ſi quando de officio delegati. et doctores in regula.quod quis mandato.de re.iuri. libro ſexto. Item Alexa. de immola.in concilio.142. ſecundo volumine. ¶ Doctores etiam tenentes Papam eſſe ſupra concilium idem dicũt expreſsius.

Nam

Nam palude in tracta de poteſtate Pape. et Turrecremata in ſumma de Eccleſia li. 3. ca. 106. et in decreto diſtin. 4. ca. ideo artic. 1. diſtin. 40 ca. ſi Papa. et diſtin. 23. ca. in nomine domini. et diſtinct, 79. ſi tranſitus. vt etiam refert et tenet Iacobatius lib. 8. artic. 3. in. 6. remedio et artic. 12. cum multis alijs doctoribus, dicunt expreſſe quod ſi Papa theſaurum eccleſie aut patrimonium illius vellet ſuis propinquis. l. alijs pro ſuo priuato commodo dare. l. indebite alienare, aut eccleſiam ſancti Petri diruere vt domos ibidem et hortos ſibi ſuiſque propinquis edificet: non eſt illi obediendum neq; permittendum ſed potius cum debito moderamine illi reſiſtendum eſt. Expreſſe etiam cum ſupradictis cõcordat Inno. Hoſtien. Cardi. Io. Antonius in ca. quanto. de conſuetu. vti ſuperius tactum eſt, dicentes quod ſi Papa vellet deponere aut tollere omnes Epiſcopos orbis. l. aliud facere vnde turbaretur ſtatus vniuerſalis eccleſie, puta quod clerici nullum preuilegium canonis neque fori haberent. l. ſi vellet eligere ſibi ſucceſſorem in papatu. l. ſtatuere cõtra decretum concilij quod Papa poſſet ſibi eligere ſucceſſorẽ, vt beatus Petrus in ca. apoſtolica. 8. q. 1. legitur feciſſe: aut ſi vellet tollere omnio quadrageſimam aut oẽs dies feſtos de eccleſia: aut ſtatuere quod miſſa celebretur ſine veſtibus ſacris et huiuſmodi, non eſt obediendum illi ſed reſiſtendum vt dictum eſt. Concordat etiam cum ſupradictis domini. et Alex. in ca. in iſtis. diſt. 4. et gloſ. in ca. requiritis. §. niſi rigor. 1. q. 7. et ca. ſi illa. ca. 9. et in ca. per principalem. 9. q. 3. et Roſelus in ſua Monarchia dicens quod ad id facit cap. ſunt quidam. 25. q. 1. et ibi Archidia. et notata doctorum ea. nulli. de ſenten. excom. concordant etiam expreſſ. Silueſt. in. Papæ. q. 4 q. 15. idem cum Palude dicens et Gaiet. in quodlib. de poteſtate Pape. cap. 27. aperte ait. reſiſtendum eſt igitur etiam in faciem ipſi Pape publice eccleſiã dilanianti. V. G. ſi non vult dare beneficia eccleſiaſtica niſi pro peccunia aut offitij commutatione: et cum omni obedientia et reuerentia deneganda eſt his qui emerunt talium beneficiorũ poſſeſsio: et allegãda eſt cauſa Simoniæ etiam cum Papa comiſſe. et Simancas de hereti. ca. 5. §. 3. et ca. 44. §. 31. ait quod ſi Papa concederet aliquod reſcriptum aut hereticis abſolueret a penis hereticorum in preiudiciũ offitij ſancte inquiſitionis et periculum fidei, nõ eſt exequendum ſed vt dictum eſt ſupplicandum vt reuocare et emendare dignetur. Vt hoe etiam habet in ſecunda inſtructione Hiſpalen. ca. 3. facta pro inquiſitoribus fidei: et ita quod iuſtũ eſt exequi debet. Ita etiam debite tollitur gladius de manu furioſi et religio et eccleſia defenditur vt dictũ eſt. ¶ Quod etiam armis licite poſsit in predictis, quando aliter non poſſet, Pape reſiſti vt dictum eſt: expreſſe Bal. ait in ca. vt vim. cum. ff. de iuſtitia et iure. et ca. Vnde vi l. 1. et in ca. olim. de reſcrip. et in. l. data opera. ca. de his qui accuſa. nõ poſſunt. col. penul. et in. l. ſi quis ad ſe. C. ad. l. Iulij de vi publi. et late agitur a doctoribus in. l. prohibitum. de iure fiſci. lib. 10. Ad idem etiam. eſt Bar. in tractã. qui ſit rebelles. et facit. tex. ca. ſi. de cõſti. lib. 6. et cardi. in Clem. 1. de celebra. miſſ. et Pañor. vbi ſupra: qui etiam in ca. ſicut ſecundo de iureiurando. ait quod propter hoc Imperator poteſt non quidem eccleſie Ro. ſed perſone Pape eccleſiam deſtruenti indicere bellum pro eccleſie et religionis defenſione. Vbi et ſe ipſum remittit ad ca. in nomine domini. diſt. 23. et ad cap. princeps, et ca. regũ. 23. q. 7. et alia iura allegat ad idẽ et tandẽ cũ ſupradictis Victoria vbi ſupra propo. 22. et Petrus demum. etiam vbi ſupra conſonant expreſſe.

¶ Dictum quartum eſt, quod vt Victoria ibidem propoſitione. 24. optime dicit, duo in omnibus ſupradictis valde conſideranda ſunt. Primum vt ſemper cum maxima reuerẽtia cum Papa ab omnibus etiam principibus agatur: et nullo modo in alijs ei obedientia neq; eius auctoritas denegetur ſed ſolum allegetur quod id eſt iniuſtum et in detrimentum eccleſie. Nam ſi ſemel eius auctoritas inciperet ſperni, tota eccleſia ſciſmatibus et factionibus laboraret et dehoneſtaretur. Secundum eſt quod ſemper et pre omnibus ſcandalum caueatur: et ne propter hoc ſciſmata et factiones oriantur in eccleſiam. Nam hoc maius malũ eſſet quã permittere ſupradictas Pape abuſiones. quare cauendum eſt ne ſi ſemel principibus detur poteſtas reſiſtendi ſummo Pontifici illoq; in aliquo non obediendi, ipſi etiam accipiant in alijs vbi nõ expediat. Dictum. 4.

¶ Precipuum et vltimum tandem in his remedium quod et ordinarium in omnibus tribulationibus et neceſsitatibus eccleſie eſt, ad Deum orando recurrere perſeueranter vt ſue prouideat eccleſie vt viderit expedire: et ita patienter et confidẽter agendo, quod in nobis eſt, ab ipſo remedium oportunum ſperare.

Quæſt. 11.

QVÆST. 11. Vtrum Papa hereticus in concilio accuſari et deponi poſsit.

¶ Reſpond. per tria dicta quorum primũ eſt. Quod hic preſuponitur quod Papa non ſolum in hereſim incidere ſed proprie hereticus pertinax eſſe poteſt ſaltem vt doctor et perſona particularis: et etiam vt Pape in fide et moribus definiendo et vt iudex ſtatuendo, ſi non faciat quod in ſe eſt, vt ſupra. q. 3. habetur. quanuis Alber. Pighius, in ſua Ierarchia eccleſiaſtica li. 4. ca. 8 et lib. 6. ca. 13 id neget, et oppoſitum probare et defendere conetur et Gaietao cum alijs quibuſdam ei conſentientibus. Dictum. 1.

¶ Secundum dictum eſt quod ſi Papa in hereſim nondum damnatã neq; declaratam per eccleſiam incidit et paratus eſt corrigi et eccleſie. l. concilij legitime diffinitionis ſtare vt ſupra. q. 3. in reſponſione 2. dictum.

ſponſione ad tertium argumentum dictũ eſt: non eſt hereticus pertinax nec depoſitus nec deponendus eſt nec puniri poteſt. in quo omnes doctores conueniunt. Similiter etiam ſi de hereſi iam damnata per eccleſiam accuſatus antequam ſit de hereſi conuictus in concilio ſe corrigit et confitetur ſe corrigi paratum eſſe, non debet deponi: ſed ſublata accuſatione ſtatum ſuum retinere poteſt. Secus ſi poſt duas aut tres monitiones conuictus eſt: tunc enim recipietur ad penitentiam papatu priuatus ſecundum gloſam et doctores in capit. excommunicamus de hereticis, et Egidium in ca. ſi Papa diſt. 40. vbi de hoc latius agit.

Dictum. 3. ¶ Tertium dictum eſt quomodo illa priuatio aut depoſitio fit et per quẽ: nam in hoc ſunt opi-

Opinio. 1. niones. Aliqui enim dicunt quod per ipſum ſolum Deum ea priuatio aut depoſitio fit eo ipſo quo hereticus pertinax etiam occultus eſt. Quam opinionem tenent cõmuniter doctores et caſtro de punitione hereticorum lib. 2. ca 23. 24. et Turrecrema. de poteſtate Pape et Iacobatius. li. 8. art. 1. et. 2. et. lib. 4. art. 1.

Opinio. 2. ¶ Alij tenent quod ipſe Papa ſententiam feret, non quidem proprie iuriſditialem in ſe ipſum: quia ſupra ſe iuriſditionem nullus habet: ſed ſententiam feret extra iuditialem habentem vim cuiuſdam ordinationis. l. poteſtatem dabit concilio ſupra ſeipſum vt ab alio deponatur.

¶ Si autem conuictus vel confeſſus prædictã hereſim corrigere noluerit, nec ſe emendare: nec præfatam ſententiam depoſitionis in ſe ipſum ferre, nec poteſtatem ad id concilio committere. l. ſi dicat quidem ſe corrigi paratum eſſe ſed non in tempore antequam conuictus et confeſſus ſuam hereſim eſſet: tunc ſimiliter concilium per modũ cuiuſdam ordinationis declarabit eum hereticũ, priuatumque papatu in perpetuum carcerem retruderet. Quia hereticus iã pertinax et notorius per ſuam confeſſionem. l. per ſententiam declaratiuam conuictus, ſecundum ius diuinum et humanum ca. Achatius. 24. q. 1. ipſo facto deſinit eſſe Papa et iuriſditionem perdit. l. poteſtatem eccleſiaſticam. Et tunc per ſententiam concilij declaratur hereticus, et eijcitur nõ a papatu quem iam non habet, ſed ab eccleſia et vt hereticus punitur vt ait Cano. de locis Theologicis lib. 5. cap. 5. et lib. 6. ca. 8.

¶ Ad ſupradicta tandem in. 8. ſynodo generali actione. 7. referuntur atque probãtur decreta quedam Adriani Pape dicentis. Romanum Pontificem de omnium eccleſiarum preſulibus iudicaſſe legimus: de eo vero quemquam iudicaſſe non legimus. Licet enim Honorio ab orientalibus anathema ſit dictum: ſciendum tamen eſt quia fuerat ſuper hereſi accuſatus. propter quam ſolum licitum eſt minoribus maiorum ſuorum motibus reſiſtere. l. prauos ſuos ſenſus libere reſpuere: quãuis et ibi nec Patriarcharum nec ceterorum antiſtitum cuipam fas fuerit de illo quamlibet proferre ſententiam, niſi eius prime ſedis Pontificis conſenſus preceſsiſſet. Hæc ibi quæ ſatis ad rẽ et omnia ſupradicta et maxime in fauorem ſecunde opinionis ſuperius poſite faciunt. ¶ Hanc opinionẽ etiam probat et tenet Iacobatius vbi ſupra cum multis alijs. et ca. nunc autem. diſtin. 21. pro hac opinione facit. Sed ibidem gloſa videatur.

¶ Alij tenent quod in caſu hereſis concilium eſt ſupra Papam et poteſt illum iudicare atq; deponere pertinacem. hanc opinionem plurimi doctores tenent, et eſt valde communis, quam etiam tenet Turrecrema. diſt. 21. ca. nunc autem. Opinio. 3.

¶ Aliorũ tandem opinio eſt quod nec ſimpliciter nec in caſu hereſis concilium eſt ſupra Papã, neque hic habet ſuperiorem a quo ipſe deponatur in terris: ſed quod deponendus eſt a poteſtate quadam miniſteriali quam habet eccleſia. l. cõcilium eam repreſentans quoad hoc. Que quidẽ poteſtas proprie et directe non eſt ſupra Papam neque ſupra papatum: ſed ſupra coniunctionem papatus ad perſonam et eiuſdem papatus diuiſionem ab ea. Sicut homo generans et occidens hominem habet poteſtatem non quidem ſupra animam hominis, ſed ſupra coniunctionem. l. diſſolutionem anime ad corpus. l. ab eo ex parte materie. Nam vt homo ſit membrum eccleſie capaxq; papatus ſufficit character baptiſmalis etiã ſine fide et charitate: quamuis ſine fide ſit in via corruptionis quantum eſt ex parte ſua vt careat ea poteſtate. l. deponatur. Hereſis autẽ opponitur Chriſtianitati. i. ſtatui Chriſtiano ſolum ex parte ſubiecti. l. ipſius hominis: non ex parte ſtatus Chriſtianitatis, eſt enim hereticus ratione characteris baptiſmalis intra eccleſiam et membrum eius quãuis omnino putridum aut mortuum: et ex hac parte adhuc permanet Papa. Sed ex parte ſua extra eccleſiam fidelium eſt: ideo et eſt deponibilis quia ad finem papatus inhabilis eſt vt Papa ſit et permaneat: neque enim hereticus doctrina vere fidei ſuum gregem vt opportet paſcere poteſt. et ad hunc ſenſum facit id ad Titũ. 3. Hereticum hominem poſt vnam aut alteram correctionem deuita. et omnes alie ſimiles auctoritates adaptãtur. Opinio. 4.

¶ Has omnes opiniones Gaie. in quodli. de poteſtate Pape ca. 17. vſque ad ca. 24. et in apologia ca. 25. cum ſuis fundamentis pertractat: et ſuam hanc vltimam opinionem valde fulcire conatur: et ad aliarum fundamenta reſpondet: et ex dictis ibidem poteſt ad alia argumenta reſponderi. que quia ibi late et docte diſſeruntur non libet hic ea tranſcribere.

¶ Si queratur a Gaieran. quomodo fiant ea que precedunt ſententiam ipſam depoſitiuam Pape? cum ſecundum eum vſque ad illam ipſe Papa manet adhuc in ſua poteſtate ſupra concilium et totam eccleſiam. Reſpon. Vbi ſupra ca. 21. hoc poſſe fieri dupliciter. Primo nõ quidem per poteſtatem coactiuam ſupra Papam: ſed intimando et reprehendendo et huiuſmodi: quia iudicium hoc non ex confeſsione ſua extorta preceptis, cenſuris aut tormentis, ſed ex euidenti facto. l. verbo ha- Dubium.

betur

benir ſi is incorrigibiliter expectatur : quod ſine eius coactione fit. ¶ Alio modo fieri poteſt per poteſtatem coactiuam ſaltem indirecte ſupra ipſum Papam in caſu predicto tamen quoad preambula neceſſaria ad ipſam ſententiam heretici Pape depoſitiuam. et hanc poteſtatem Deus pro tūc in tali caſu deeſt eccleſie tanquam medium neceſſarium ad finem.i.ad ipſam ſententiam depoſitiuã Pape, eo ipſo quo poteſtatem miniſterialem.l. quomodolibet dedit ad Papam hereticum deponendum. Neque enim Deus et natura deficit in neceſſarijs. Et hunc ſecundum modũ magis probat Turrecremata vbi ſupra cum multis alijs et Silueſt.titu.excommunicatio primo,notabili. 3. et tandẽ Soto in. 4. diſtin.22.q.2.artic.2. dicens quod ex quo Papa hereticus non vi et armis ſed ordine et iuditio deponendus eſt. Fit ergo vt per eccleſiam.l.per concilium illum repreſentans et non per alium poſsit ordine iuditiali procedẽdo compelli, vt cõpareat ſua crimina auditurus ſuãque cauſam defenſurus. Alioqui iuris ordo ſeruari non poſſet. Vis autem compulſiua nulla alia eſſe poteſt quam excommunicatio poteſt igitur per illam cogi ad comparendum : atque adeo ſi non paruerit ipſe Papa hereticus illam incurret, ſiue hoc ſit quia concilium in hoc tantum caſu ſit Papa ſuperius, ſiue quia miniſterium eccleſie.l.Pontificis exerceat: ſiue id faciat iure defenſionis ſiue alio modo vt ſupradictum eſt. ¶ Quod autẽ tūc in caſu hereſis etiam inuicto Papa heretico concilium generale poſsit celebrari tum ex predictis tum ex.q.6.precedente liquidum eſt.

QVÆST.12. Vtrũ eccleſia vel Papa in canonizatione ſanctorum errare poſsit. Item vtrum aliquis ſanctus canonizatus ſit aut eſſe poſsit in inferno.

¶ Reſpon.ad primum dubium quod tenentes Papam et ſimiliter concilium generale diffiniendo de fide et moribus errare poſſe conſequenter dicerẽt quod etiã in canonizatione ſanctorum. Tenentes autem oppoſitum etiam oppoſitum dicerent in caſu preſenti. quamuis. Gaietan. et quidam alij tenentes quod Papa de fide et moribus diffiniendo errare non poteſt, non ſatis conſequenter dicant abſolute quod in canonizatione ſanctorum errare poſſit propter rationes que inferius in argumẽtis tanguntur: et ibi ſoluuntur.

¶ Mihi autem dicendum videtur quod neq; Papa neque concilium generale in canonizando aliquem ſanctum ſi faciat quod in ſe eſt errare poteſt. Et oppoſitum dicere certe temerarium et impium quãuis non hereticum nec hereſim ſapiens ſit. Prima pars inde conſtat quod cum canonizatio ſanctorum ad fidẽ et mores aliquo modo pertineat: ibi enim fit profeſsio glorie et gratiæ Dei in eis: et fidelibus imitandi inuocandi atq; colendi proponuntur ab eccleſia, in fide autem et moribus Papa et concilium faciens quod in ſe eſt errare non poteſt, vti ſuperius 41.propo. 9. et. 10. et.q.2.et.q.3. dictũ eſt, igitur nec in predicta canonizatione error eſſe poteſt.

¶ Secunda pars quod oppoſitum dicere ſit temerarium poſitiue et dignum punitione probatur. Quia temerarium eſt dum ſine ratione probabili quiſpiam tenet contra plurima teſtimonia probabilia valde virorum fide dignorum teſtificantium de ſanctitate et miraculis alicuius, ſecundum que illum eccleſia vt ſanctum canonizauit: et contra conſonantem probationem diuturnam totius eccleſie Romane ſiue catholice.

¶ Quod ſit etiam impium probatur. quia eſt cõtra pietatem fidei: ſicut tenere quod in hoc errare non poteſt eſt de fidei pietate credendum vt ait B.Tho.in.9.quodli.art.vlt. quod etiam amplius probatur. Nam omne quod ab eccleſia Romana videlicet a Papa.l.a concilio generali legitimo aſſertiue diffinitur, et omnibus fidelibus proponitur vt ſanctum et venerandum et inuocandum et imitandum, vtiq; quamuis non ſit certum at vero probabiliſsimum eſt quod id ab omnibus eſt vt tale ſub crimine et pena hereſis tenendum. Quia hoc aliquo modo pertinet ad fidem et mores, in quibus Papa et concilium errare non poteſt vt proxime dictum eſt : modo ea ſit diffinitio iuris puta quid licitum quid illicitum : modo ſit facti, puta quod hoc.l.illud ita fuit eſt.l.erit. Nunc autem quando Papa.l.cõcilium ſanctos canonizat: iam aſſertiue diffinit atque proponit omnibus fidelibus eos eſſe vere ſanctos in celo beatos colendos inuocandos et in ſua vita ſancta imitandos. Ergo ita tenendum eſt: et impium eſt oppoſitum tenere. ¶ Dico notanter impium non tamen certitudinaliter hereticum aut hereſim ſapiens eſſe oppoſitum tenere. Quia in prefata conſequentia bona, ex illa maiori que cum ſua probatione non eſt certa de fide ſed valde opinata aut de magna probabilitate fidei, vt cõſtat ex ſupradictis in.q.1. propo.9.et.10.et.q.2.et.3. ſimul et ex prefata minore euidente, ſequitur propoſitio nõ de fide ſed ſolũ de pietate aut probalitate fidei vt illa maior erat. Nam ſecundum omnes vt notum eſt, concluſio ſequitur debiliorem partem premiſſarum. Et ita non certo hæreticum aut ſapiens hereſim, ſed valde probabiliter hereticum aut certe impium et cõtra probabilitatẽ et pietatem fidei eſt dicere quod eccleſia.i. Papa.l. concilium. gen. in canonizatione ſanctorum errare poteſt. ¶ Cũ.B.Tho. vbi ſupra tenẽt Florẽt.3.part.titu.12.ca.8.§.2.et Turrecre.in ſũma.de Eccleſia.q.51.73.et lib.5.ca. 110.et Ambro. Catari.in tracta. de canonizatione ſanctorum et Couarruuias in reſolutionibus li.1. ca.10.num.13.quãuis gloſa in ca.1.de reliq.et ve. ſan.lib.6. et Felinus.in ca. venerabili de teſtib. et

Gaieta.

Gaieta., in quodlib. de indulgentijs. ca. 8. et alibi. oppoſitum male tenuerunt propter rationes que inferius in argumentis tanguntur et ibidem ſoluuntur.

Reſpõ. ad ſecundum dubium.

¶ Ad ſecundum dublum vtrum aliquis ſanctus canonizatus ſit aut eſſe poſsit in inferno reſpon. quod nõ: immo et id dicere temerarium et impiũ inſuper et ſapiens hereſim non tamen hereticum cenſeo. quod ſit temerarium et impium cõſtat ex ſupradictis.

¶ Quod ſit ſapiens hereſim probatur. quia oppoſitum ſapit fidem. Nã id ſapit fidẽ quod in bona conſequẽtia ſequitur ex vna propoſitione de fide et ex alia que licet nũ ſit de fide nõ tñ rationabiliter negari põt. Et ita eſt in propoſito. Nã bene ſequitur in Darij vel in Barbara. omnis vere et finaliter ſanctus eſt in celo beatus et eſt venerandus et inuocãdus et in ſua ſanctitate imitãdus. Sed iſte et quilibet canonizatus eſt vere et finaliter ſctũs. Ergo et eſt in celo beatus et venerãdus, &c. Ecce quomodo in bona cõſequentia ex illa maiori de fide et ex illa minori que non niſi temere irrationabiliter et impie negari põt, vt cõſtat ex ſupradictis, ſequitur illa cõcluſio ſapiens fidẽ: cuius oppoſita, quod. ſ. ſctũs canonizatus eſt in inferno, ideo ſapit hereſim. quod iterũ probatur. Nã iſta propoſitio in bona conſequẽtia in Ferio ſequitur ex vna heretica et ex alia que rationabiliter negari nõ põt. Sic arguendo nullus vere ſanctus eſt in gloria beatus nec venerãdus nec inuocandus nec imitãdus. Sed iſte canonizatus eſt vere ſanctus: ergo ſanctus iſte canonizatus nõ eſt in gloria beatus neq; venerãdus, &c. Sed eſt in inferno, nam ſupponitur quod alibi eſſe non poteſt in eternũ. et ita ſapit hereſim.

¶ Quod nõ ſit certũ id dicere hereticũ eſſe probatur. Quia nõ eſt certũ canonizationẽ ſanctorũ ad fidẽ. l. ad regulam morum et vite omnio pertinere: ſed quodãmodo aut medio modo ſe habet inter ea que pertinent ad fidem et regulã morum que ſunt neceſſario credẽda ad ſalutem et ea que non pertinent ad hec, vt expreſſe ait B. Tho. vbi ſupra. Ergo non eſt hereticum credere quod circa hoc Papa et eccleſia etiam diu errare poſsit. vt patet etiam ex ſupradictis in. q. 3. dub. 2. poſt omnia argumenta.

Argum. 1.

¶ Contra reſolutionẽ primi dubij arguitur. quia quod eſt de fide credendum innititur auctoritati. l. reuelationi diuine et non ſolum humano teſtimonio fallaci. Sed eccleſia canonizãdo ſanctos innititur ſolum humano teſtimonio fallaci de vita et miraculis canonizãdi. Ergo non eſt certum in his errare non poſſe. conſequentia patet cum maiori. et minor probatur. Tum primo quia homines teſtificantes de ſanctitate et miraculis huius l. illius decipi et decipere poſſunt: neque enim de ſe et de alijs poſſunt certitudinem habere infallibilem ſine ſpeciali reuelatione an ſint ſancti et in gratia, et verũ ex gratia et amore Dei bene et perſeueranter vſq; ad mortem operati ſint, Tum etiã ſecundo: quia ſicut eccleſia condẽnando. l. abſoluendo hereticum accuſatum ſecũdum allegata et probata falli et fallere poteſt ſequendo hominũ teſtimonia et opinionem, vt habetur in ca. a nobis ſecundo. de ſent. excommunica. ita et in canonizando ſanctos ſecundum hominũ teſtimonia falli et fallere et errare poteſt.

¶ Reſpon. negando minorem. et ad eius probationes reſpon. quod licet per teſtimonia hominũ inquirat eccleſia de ſanctitate et miraculis vt ita faciat quod in ſe eſt: non tamen illis tantum innititur, ſed precipue illuminationi diuine interiori eiuſque aſsiſtentie ſpeciali: que vt probabiliſsime creditur nunquam in hoc deeſt neque deerit eccleſie canonizanti. Et ita non certum de fide ſed de pietate et probabilitate magna fidei eſt quod eccleſia in canonizatione ſanctorum errare non poteſt vt dictum eſt. in alijs autem ſentẽtijs actuũ et perſonarum particularibus que non pertinent ad fidem et mores eccleſie generaliter vtique eccleſia falli et fallere poteſt. Quia non eadem ibi ratio que in canonizatione ſanctorum ad fidem et mores pertinet eſt. — Reſpon.

Argum. 2.

¶ Secundo ſpecialiter contra reſolutionem ſecũdi dubij arguitur, quia ſecũdum Auguſtinum multa corpora ſanctorum venerantur in terris quorũ animæ cruciantur in inferno.

¶ Reſpon. Nec Auguſtinus nec alius ſanctus doctor id dicit. quod ſi alicubi reperiatur nihil officit: nam non dicit quod multa corpora ſanctorũ canonizatorum per eccleſiã: ſed quod multa corpora. l. multa corpora ſanctorum. Videlicet eorũ qui in aliquibus locis ſiue prouintijs particularibus ſine auctoritate et canonizatione eccleſie Romane ab hominibus vt ſancti habentur et venerantur. id quod in hiſtoria beati Martini legitur, de quodam latrone qui ab hominibus illius prouintie vt ſanctus colebatur: qui tamen per eccleſiam canonizatus non erat, ſic etiã Couarruuias vbi ſupra cum Ambro. cathari. reſpondent. — Reſpon.

¶ Tertio et hoc contra vtriuſq; dubij reſolutionem ſic arguitur. Nam ſicut non pertinet ad fidẽ quod hæc hoſtia. l. illa que in altari a ſacerdote adoranda eleuatur ſit rite conſecrata et adoranda: nec id eccleſia diffinit neq; quod ibi eſt Chriſtus: ac proinde neq; eſt hereticum neque ſapit hereſim, ſed ſolum eſt temerarium dicere quod illa hoſtia non eſt adoranda neque eſt conſecrata neque ibi Chriſtus eſt dum non probatur ita eſſe. Sed ſolum eſt de fide dicere quod hoſtia rite conſecrata eſt adoranda et ibi eſt Chriſtus: et quod oppoſitum dicere hereticum eſt. Ita in propoſito non pertinet ad fidem quod iſte. l. ille canonizatus eſt ſanctus et in gloria beatus et venerãdus aut quod eſt in inferno: ſed ſolum eſt de fide quod ſancti ſunt in gloria beati et venerandi. et oppoſitũ hereticum eſt. — Argum. 3.

¶ Reſpon. negando conſequentiam. quia nõ eſt ſimile nam eccleſia dum canonizat aliquem ſanctum vtique aſſertiue diffinit atque proponit illum — Reſpon.

lum in particulari eſſe vere ſanctum et in glotia beatum atque colendum: non ſic deffinit neque proponit hanc hoſtiam eſſe rite conſecratam et adorandam. Ideo hoc de hac hoſtia non pertinet ad fidẽ, vt canonizatio huius. l. illius ſancti in particulari vt dictum eſt.

…ſt. 13. QVÆST. XIII. Vtrum eccleſia habeat poteſtatẽ ſuper actus animæ pure interiores, præcipiendo, prohibendo, et puniendo.

¶ Reſpon. in hoc eſt triplex opinio. Prima quod
…inio; 1. non vllo modo neq; per ſe ſolos. l. directe et immediate, neque in directe et mediate ſiue per accidens, vt videlicet ſunt cauſæ. l. cõditiones aut qualitates actuũ exteriorũ. l. ordinantur ad eos: ſed ſolũ poteſt præcipere actus exteriores: et ſi ad illos exercendum opus ſit aliquẽ actum interiorẽ habere, tunc ex cõſequenti homo tenetur ad illum: non quidem immediate ex precepto eccleſiæ, ſed ex iure diuino. l. naturali, quo tenemur actum illum apponere qui neceſſarius eſt ad eccleſiæ mãdata ſeruandum et humane operandum.

…io. 2. ¶ Probatur opinio hec quadrupliter. 1. quia eccleſia non poteſt precipere aut prohibere aliquid cuius tranſgreſsionem punire nõ poteſt. Sed nõ poteſt punire actus animæ pure interiores. Ergo neque eos precipere poteſt aut prohibere. Conſequentia nota eſt et maior probatur. quia ſecundũ communem omnium doctrinam quam traddit beatus Thom. 1. 2. q. 100. art. 9. et Turrecremata in capit. cantantes. diſtinct. 92. articu. 5. Lex vana eſt et non habet vim niſi etiam vim coactiuam habeat: vt per metum punitionis et penæ et obediatur. et ita poteſt punire quod poteſt precipere et prohibere: et econtra non poteſt precipere neq; prohibere quod punire non poteſt, vt dicitur in maiori. minor autem probatur. Quia non poteſt punire quod non poteſt cognoſcere: alias enim eſſet irrationabilis et iniuſta et ceca punitio ſine cauſa cognitione. Sed non poteſt eccleſia cognoſcere actus animæ pure interiores, vt cõſtat quia ſolus Deus nouit occulta cordis primi regu. 16. Pſal. 45. prima Corinth. 4. Actuũ primo. Apo. 2. Ergo nec eos punire poteſt.

¶ Sed hæc ratio non probat intentum ſufficienter. Nam ad eam poteſt reſponderi dupliciter. primo negando maiorem. Quia ſuppoſita ſententia catholica contra hereticos quod eccleſia autoritate diuina ſibi collata: immo et poteſtas laica et ius naturale poteſt per ſua precepta ad aliquid ſub æterna pena peccati mortalis ſubditos obligare. l. aliqua precipere quorum tranſgreſſores penam æternam incidere mereantur: quodq; ſubditi tenentur obedire ſuperioribus ſicut et parentibus ſub pena damnationis æternæ. Iam conſequẽter dicimus falſum eſſe quod in prædicta maiori dicitur atque ſupponitur, vt etiam Gerſon. in. 4. lectione de vita ſpirituali male dicit, quod videlicet ſolus ille poteſt edere legem ſub aliqua pena obligantem ſiue precipere ſub aliqua pena qui poteſt penam illam tranſgreſſoribus infligere aut exequi: nam hoc poteſt habere veritatem in his qui humana. l. propria autoritate ſua leges et præcepta facerent, vt ſignificat beatus Thom. 1. 2. quæſtio. 91. articul. quarto: non autem in his qui autoritate diuina præſunt: quales ſunt omnes ſuperiores etiam ſeculares et a fortiori eccleſiaſtici, qui auctoritate diuina ſibi data eo ipſo quo legitimi ſunt ſuperiores poſſunt leges et præcepta facere ſub pena eterna obligantia: etiam ſi per ſe ipſos talem penam infligere, aut exequi, non poſſint: ſed Deus ipſe exequi et punire poteſt. quod patet. Quia prælati poſſunt ſub pena excommunicationis precipere et prohibere: cuius tamen penæ multos effectus ſcilicet priuationem bonorum ſpiritualium ſolus Deus exequi poteſt. Ad quod etiam facit Auguſtin. in epiſtola ad Bonifacium comitem, et in alia epiſtola ad Caſulanum. et habetur diſtinct. 11. capit. in his, et diſtin. 14. capit. ſic omnes. et diſtinct. 20. capit. de libellis. et. 25. quæſt. 1. capit. violatores. et capit. ſeq. Vrĩ hæc omnia clariſsimus Medina de ieiunio. queſt. 8. de neceſsitate ſeruandi ieiunia eccleſiæ plenius probat. et ita patet negatio illius maioris, cuius probatio ex beato Thom. ſecundum prædicta debet intelligi: nec ad maioris probationem facit, ſtat enim quod lex habeat vim coactiuam, eius autem punitio per alium infligenda aut exequenda ſit.

¶ Secundo poteſt etiam reſponderi negando minorem ſi intelligatur de punitione, non quidem iudiciali in foro exteriori aut contenſioſo, ſed in foro conſcientiæ et ſine ſtrepitu iudicij de qua loquimur. Nam in hoc foro bene poteſt eccleſia pro peccato cordis per leges et præcepta penam imponere et ad eam obligare a quocunque exequenda ſit. et ad probationem illius minoris negatur maior, vbi dicitur quod in foro conſcientiæ, vt loquimur, eccleſia non poteſt punire nec iudicare quod non poteſt cognoſcere. Dico enim quod id vtique facere et punire poteſt per viam legis et præcepti puniendo: l. iudicando vt ait Florent. tertia parte titul. 24. capitulo ſeptimo ſecundum Hoſtien. et alios: neque talis punitio eſt iniuſta aut ceca: quia ad eam infligendam et exequendam non requiritur vlla cauſæ cognitio in eccleſia obligante: tum non ab eo ſed a ſolo Deo qui omnia novit ſecundum merita cauſæ fieri debeat vt dictum eſt. Alioqui ſequeretur quod eccleſia non poſſet præcipere nec prohibere actum exteriorem ex tali lege tali animo procedentem: ex quo non poteſt cognoſcere quo animo talis actus exterior fiat niſi per coniecturas. l. per propriam confeſsionem. Quod ſi hoc ſufficit

iam

iam hoc etiam modo poteſt eccleſia cognoſcere purum actum interiorem:et ea conſequenti, quátum eſt ea hac patte humanæ cognitionis,per cóiecturas.l.per propriam confeſsionem,ita poteſt illum præcipere prohibere atque punire, etiam priuſquam cognoſcatur de facto. l. manifeſtetur, ſicut actum exteriorem ea illo interiori precedentem.et ita illa prima ratio non concludit pro hac prima opinione.

Ratio.2. ¶ Secundo probatur hæc prima opinio.quia eccleſia non habet poteſtatem a Deo datam niſi ad paſcendum et gubernandum fideles.Hæc autem gubernatio ooo extenditur niſi ad actus eateriores.quod probatur.quia per actus tantum interiores non.poteſt gubernare fideles:quia oon poteſt excómunicare aut præcipere,ſoluere.l.ligare per actus hos tantum interiores, ergo neq; ſubditorú actus pure interiores cadunt ſub hac poteſtate eccleſiæ gubernatiua.conſequentia valet a correlatiuis.

¶ Sed certe neq; iſta ratio valet. negatur enim minor:et ad eius probarionem negatur illa conſequentia.quia nec eſt ſimile nec arguitur a correlatiuis.Quod patet,nam ideo eccleſia nó poteſt eacommunicare aut precipere per ſolos actus interiores:quia vt eius lex et præceptum obliget opportet quod intimetur et cognoſcatur a ſubditis: quod fieri non poteſt niſi per actus eateriores: et ſimiliter ſoluere et ligare per ſacramenta aut per ſacramentalia non niſi pet actus exteriores ſacramentales ea natura ſua fieri poteſt. Vt autem ſubditi quo ad omnes actus ſuos etiam pure interiores obligentur ſufficit quod lex eccleſiæ illia intimata.l.notificata ſit.Vnde debetet a correlatiuis apte fieri ratio. eccleſia non poteſt gubernare ſoluere aut ligare per ſuos actus tantum interiores.Ergo nec ſubditi poſsunt gubernari ſului aut ligari per illos actus tãtum interiores eccleſię aut prelatorum ſuorum: et iſta eſt bona conſequentia a correlatiuis:ſed nihil probat pro prima opinione.

Ratio.3. ¶ Tertio probatur hæc prima opinio.quia nunquam eccleſia præcepit neq; prohibuit neq; puniuit actus animæ pure interiores, ergo id facere non poteſt.Conſequeotia patet tum quia fruſta eſt potentia quæ nunquam reducitur ad actum. tum etiam quia quod nunquam factum eſt neque fiet dicitur moraliter impoſsibile: maxime in materia fidei et morum.Vt ait gloſ.in cap.peruenit. diſt.93.et ca.conſuluiſti.et ca.monomachiam.2.q.4 et ca.hanc.10.q.1.et ca.amputato.25.q. 2. et ca.contra morem.diſt.100.et in ca. inter corporalia.de tranſla.epiſ.id dicitur eapreſſe. et in diſ. 21.ca.nunc autem.

¶ Sed nec iſta ratio probat intentum.quia illud antecedens poteſt negari.Nam multa concilia atque Pontifices præceperunt prohibuerunt et punierunt actus pure interiores, vt infra in ſecunda opi.in.9.eius prubatione latius habetur ibi videatur.

¶ Quarto probatur hæc prima opinio per au- Ratio.4.
ctoritates de pe diſt.1.ca.cogitatio.et.l.cogitationis de penis. Vbi dicitur quod cogitationis penã nullus patiatur.Item io ca.tua nos et ca.ſicut. de ſymonia et.22.q.5.ca. humanæ aures. et diſt.32. ca.erubeſcant.et ibi gloſ dicit quod eccleſia non iudicat de occultis:quodque hæc ſoli Deo relinquenda ſunt.

¶ Sed neq; hæc ratio valet.Nã poteſt dici quod hæc omnia et alia ſimilia iura loquuntur et vera ſunt in foro tantum exteriori contentioſo aut cũ ſtrepitu iuditij vbi ſtandum eſt probationibus. Nam ibi cum occulta cordis probari non poſsint: non poteſt eccleſia in illo foro ea iudicare atque punire non quidem ex defectu poteſtatis ſed per accidens ea defectu probationum:ſicut nec exteriores actus omnino occultos in eo foro poſſet eodem modo punire.Secus in foro conſcientiæ vbi ſolus Deus illius tranſgreſsionis occultæ interioris.l.exterioris et penæ per eccleſiam impoſitæ cognitor iudex et executor primarius eſt.

¶ Corolarie ſequitur ex hac opinione quod cle- Corolla.
ricus dicens officium diuinum etiam ſi ex propoſito nullam habeat deuotionem nec attentionem interiorem,vtique ſatiſfacit præcepto eccleſiæ in ca.dolentes.de celebra.miſ.neque hæc deuotio.l. attentio interior ibi præcipitur: ſed ſolũ exterior ſcilicet modeſtia et recollectio ne impediatur interior: et illa exterior indeuotio eſt quæ a prælatis cognoſci et ibi puniri mandatur.

¶ Hanc primam opinionem tenent Duran. in 4.diſt.17.q.8.q.14.et Palud.diſt.17.q.7.et diſt.15 q.5.artic.2.conclu.4.et diſt.13. Videtur aliquomodo ad idem ſed magis accedit ad tertiam opinionem quæ inferius habetur. Hanc etiã opi.expreſſe tenent Gerſon.alphabeto.24.littera.e.et.78.g. et Florent.3.parte titu.13.ca. 4.§ 7.licet in tit.24. ca.7.poſtea teneat cũ.2.opi.et in ca. 4. teneat cũ 3 opi.ſequente. Hanc etiam opi.tenet Gabriel in Canon.lect.62.k.et in.4 diſtin.17.q.1.dub. 5. et ad idem videtur beatus Thom.in.4.diſt. 25.q.1. de ſymonia.ad.1 et in.1.2.q.91.art.4.et.2.2.q.11 art.3.et.q.100.art.6.ad.2.et Silueſt. Horæ canon. q.11.et eacommunica:io.7.q.2.et ſum.ange.hereticus. § 2.et hora canonica.§ 27.quãuis iſti duo vbi ſupra potius accedant ad tertiam opinionem quæ inferius habetur maxime quando actus interior eſt cauſa neceſſaria ſine quo actus exterior humanus eſſe non poteſt.l. ſaltem videntur variare.Hanc etiam primam opinionem tenet Medina de oratione.q.19.de poteſtate eccleſiæ reſpectu actuum interiorum:quanuis non reprobet alias opiniunes.et plures alij doctores et Iuriſtæ tenent hanc opi.

¶ Argumenta autem quæ contra eam fieri poſſunt ſunt rationes aliarum ſequentium opinionum:ibi videatur quam vim habeant cõtra eam.

¶ Inſuper ait Medina vbi ſupra quod ſtando in Nota.
hac opinione prima quãuis concedatur, ſicut et cõcedi poteſt,quod licet eccleſia bene poſsit prohibere

hibere et punire actus et omiſsiones exteriores ex certo animo procedentes vti de facto in.Clem.1. de hereticis. §.verum. Prohibet ſub excommunione oe inquiſitorex ex odio procedant oec ex amore omittant procedere in ſuo officio:non tamen eſt concedeodum quod eccleſia poteſt præcipere actus vel omiſsiones exteriores ex certo animo procedentes:ſed ſolum exteriores vt dictũ eſt.et ratio huius diſcriminis eſt. quia ex coonceſſiooe primi non ſequitur qnod eccleſia poteſt prohibere vel punire actum interiorem : ex cooceſsione autem ſecundi ſequitur id conrra opi.ꝙ probatur.Nam ex conceſsione primi quod ſcilicet eccleſia prohibet actus.l. omiſsiones exteriores ex certo animo procedentes:puta quod inquiſitores procedant ex odio. l. omittant procedere ex amore,tunc ſolũ punit quod exterius eſt : quia ſolum illud exigit.Quod inde patet : quia ſi talis inquiſitor omittat ex amore procedere : peccat quidem contra eccleſiam et punitur per eam vt conſtat:et non peccat per illum actum interiorẽ. ſcilicet per amorem ratione cuius omittit : quia ſtat quod amor ille boous ſit.Ergo per hoc quod eccleſia prohibet actum.l. omiſsionem exteriorẽ ex certo animo procedentem non inde ſequitur quod ipſum etiam animum prohibet. Et ſimiliter cum prohibet actum exreriorem ne fiat ex certa ſcientia,non inde ſit qnod etiã prohibet ipſam ſcientiam interiorem quæ in ſe nec mala nec prohibita eſt.¶Quod autem ex conceſsione ſecũdi, videlicet quod per hoc quod eccleſia precipit actum aliquem exteriorem ex certo animo procedentem bene ſequatur quod etiã precipit ipſum animum interiorem : patet. Quia ſi ponamus ꝙ eccleſia precipit in dicto ca.dolentes. vel alibi ꝙ clericus dicat horas cum mentis deuotione et attentione interiori:et tamen ipſe clericus horas integre dicens deuotionem illam et attentionem interiorem ex propoſito non habeat neque velit habere,vtique peccat contra preceptum eccleſiæ ex hipoteſi:et noo commiſsiue cum ipſas horas integre dicat:ſed omiſsiue, nõ quia horas omittit ſed quia deuotionem et attentionem iniunctam quãdo horas dicit non apponit. et ita ſequitur quod directe peccat contra preceptum eccleſiæ precipientis actum interiorem:quod eſt contra preſuppoſitam opinionem. Hæc Medina.

¶ Sed certe hoc eius diſcrimen videtur deficere in tribus.primo vbi ait quod omittens inquiſitor inquirere ſeu procedere ex amore.l. vbi Inquirit ex certa ſcientia non peccat per illum actum amoris interiorem , cum amor ille et illa ſcientia bona et nõ prohibita ſint.et quod hoc ſit falſum inde patet.quia licet in ſe et abſolute bona et nõ prohibita ſint:ſecus eſt in ordine ad talem omiſsionem.l.actum exteriorem : neque amor ille aut ſcientia abſolute in ſe conſiderata eſt circunſtantia qualificans et vitians actum vel omiſsionem exteriorem,ſicut lucrum.l.intentio lucrandi abſolute non eſt mala moraliter oec prohibetur : ſed eius habitudo.l.vt ordinatur ad mutuum.l. ad acceptionem.l.dationem rei ſpiritualis conſtituit vſuram.l.ſimoniam et prohibetur,ſicut etiam locus ſacer aut tempus ſacrum,et ſuſcipere et miniſtrare ſacramenta,in ſe et abſolute bona ſunt et tamen vt habent habitudinem et ordinantur ad aliquos actus etiam in ſe bonos,puta ad actus matrimoniales et ludos et negociationes et alios eiuſmodi, ſiuot circunſtantiæ malæ atque viciantes actus hos quibus coniungnotur quoſque qualificant.et ita ex quo illorum omnium ſimul coniunctio mala ſeu prohibita eſt per eccleſiã : iam etiã vtrumque ſimul et alterum in ordine ad alrerum etiam malum eſt et per eccleſiam prohibetur.

¶ Secundo deficit vbi dicit quod clericus dicens horas canonicas ex propoſito etiam ſcienter euagando ſine attentione et deuotione interiori peccat ex hipoteſi contra preceptum eccleſiæ , ſed noo commiſsiue ſed omiſsiue : quod autem hoc vltimum ſit falſum et quod iſte peccat etiam et precipue commiſsiue probatur. Quia illa horarum recitatio ſic qualificata ſine debita attentione et deuotione actus malus eſt , non quidem ex obiecto ſed ex defectu circunſtantiæ aut modi requiſiti:et ita peccatum etiam commiſsionis eſt,vt ſupra libro primo queſtio.22. dub. 15. latius habetur.

¶ Tertio deficit in illa ratione diſcriminis. Nam preſuppoſito quod ſecundum hanc primam opinionem clericus dicens horas ſine interiori deuotione non peccat contra preceptum eccleſiæ:Iam ſicut ex conceſsione primi , videlicet quod ex hoc quod eccleſia prohibet aliquos actus.l.omiſsiooes exteriores ex certo animo procedentes,non ſequitur quod ipſum etiam animum prohibeat : ita ex conceſsiooe ſecundi videlicet quod ex hoc quod eccleſia precipit aliquos actus exteriores ex certo animo procedentes noo ſequitur quod etiam ipſum animum precipiat interiorem. Vel ſi hoc ſecundum ſequitur ita et primum. quod tamen eſſet coincidere cum tertia opinione ſequente.negare antẽ quod eccleſia poſsit prohibere actus vel omiſsiones ex tali vel tali animo procedentes vtique falſum videtur et contra Clemen. primam de hereticis, Igitur et negare quod eadem ratiooe poſsit etiam precipere actus exteriores ex tali animo procedentes. et ita vtrumque concedendum eſt ab eccleſia fieri poſſe. et hoc eſt magnum argumentum contra hanc primam opi.

¶ Secuoda opinio tenet oppoſitum , videlicet Opinio.2.
quod eccleſia poteſt in actus animæ pure interiores, tam abſolute et per ſe ſolos et immediate:quam etiam in ordioe ad actus vel omiſsiones exteriores , et mediate ſimul cum exterioribus precipiendo et prohibendo illos et puniendo in foro conſcientiæ et ſub pena mortis eternæ a Deo exequendæ.

¶ Probatur decupliciter, primo quia eccleſia Ratio.1.
poteſt guberoare fideles et actus et vitam eorum

ad celeſtem beatitudinem , ligando et ſoluendo atque paſcendo. Quia Chriſtus ei hanc poteſtatem dedit Matth.16.Quodcunque ſolueritis &c. et ca.18.Quæcunque ſolueritis &c.et Ioann. 20. Paſce oues et agnos meos.et Ephe.4.Dedit quoſdam paſtores in edificationem &c.et prima Pe.5. Paſcite qui in vobis eſt gregem &c.Sed ad hunc finem ita neceſſaria eſt gubernatio et ordinatio fidelium quoad actus eorum pure interiores,puta quid credendum quid ſperandum quid amandũ et odiendum et quid timendum ſit : ſicut quoad exteriores:et ita quoad interiores quando abſoluto et per ſe ſunt ſicut quando ſunt cauſæ.l. qualitates aut circunſtantiæ exteriorum et ordinantur ad illos et ſunt ſimul cum exterioribus. Ergo eccleſia poteſt gubernare fideles ligando et ſoluendo per ſuas leges præcepta prohibitiones et punitiones et premia,quoad omnes illos eorum actus et omiſsiones etiam pure interiores : ſicut quando ſunt cauſæ vel qualitates exteriorum et ſimul cum ipſis ſunt. Et quidem hæc ratio mihi fortiſsima eſt pro hac opinione:et contra omnes alias opiniones efficax eſt.

Ratio.2. ¶ Secundo probatur opinio hæc , et eſt confirmatio rationis præcedentis.Quia eccleſia poteſt ſoluere et ligare quoad actus pure interiores etiã quoad occultiſsima peccata cordis per ſe ſumpta quoad culpam et pœnam eorum per ſacramenta : et quoad pœnam eorum per indulgentias,vti ſupponitur ex fide et practica eccleſię. Ergo et quoad ea ipſa poteſt ligare per ſua precepta et prohibitiones et leges et punitiones ſeu penas etiam excommunionis ſaltem in foro conſcientiæ.patet conſequentia.quia par poteſtas eccleſiæ ad ligandum et ſoluendum paſcendumque fideles ſine vlla reſtrictione materiæ horum vel illorum actuum a Chriſto data eſt Math. 16. 18.Io.2n.et Epheſ.4.et.1. Petri. 5. tam extra ſacramentum quam in ſacramento , vti vbi ſupra in prima probatione dictum eſt. Hæc etiam ratio mihi fortiſsima eſt pro hac ſecũda opinione.

Ratio.3. ¶ Tertio probatur ſecunda opinio hæc et eſt confirmatio precedentium probationum. Nam eccleſia poteſt deffinire et declarare tale quid eſſe de fide credendum aut licitum eſſe. Ergo poteſt precipere vt idem credatur : et oppoſitum prohibere etiam ſub excommunicatione : et eius abſolutionem ſibi.l.alteri reſeruare , et ita punire poteſt ſolum actum cordis.l.meris oppoſitum: quãuis eius pene executio a ſolo Deo fieri poſsit , vt ſupra contra primam rationem primæ opinionis probatum eſt.

¶ Et quanuis Gaieta. ſecunda ſecunde queſt.11. articul.3.et Simancas de hereticis capitul. 42. et Couarruuias in regula iuris peccatum. part. 2.in initio ſecundum Victoriam et doctiſsimos alios doctores de prima iam dicta et de tertia ſequenti opinione dicant,quod hereticus mentalis in ſolo corde non eſt excommunicatus, quodque de ſolo peccato hereſis poteſt abſolui a quo poteſt abſolui a ceteris peccatis ſuis nõ reſeruatis quia peccatum reſeruatum non eſt: quod ſi eſſet reſeruatum ab eo non poſſet abſolui.Per hoc tamen non probatur poteſtas ſuper actus interiores:quia reſeruare non eſt habere poteſtatem iuriſditionis neque punire:neque eſt pena , ſed negatio vel ademptio iuriſditionis quam poteſt ſuperior negare etiam in occultis.

¶ At vero contra ipſos replicatur. Nam nullus poteſt neque dicitur tollere aut negare iuriſditionem neque reſeruare ſibi vel alteri aliquem caſum niſi qui habet poteſtatem iuriſditionis in illum.Ergo qui poteſt reſeruari de occultis poteſtatem habet in eis.Item adhuc ratio predicta et conſequentia militat cõtra prefatam euaſionem. Nam ſi non ſolum iure diuino , vt probatum eſt ſed etiam humano vel eccleſiaſtico tenemur ſtare eccleſiæ diffinitioni et credere quod ipſa diffinit et precipit eſſe credendum : et oppoſitum faciens punitur excommunicatione per ipſam eccleſiam,vt habetur in capit.ad abolendam. de hereti.et in concilio Toletano primo,et in aliis conciliis quæ inferius in tertia opi.in.9. eius probatione referuntur et in fine. 16. Toletani concilii: et vti ſupponitur etiam ſecundum ipſos eccleſia non excommunicat niſi rebelles contra precepta ipſius. Ergo poteſtatem habet ſuper actus pure interiores , precipiendo prohibendo atque puniendo.

¶ Quarto eadem ſecunda opinio probatur: Ratio.4. quia eccleſia vel Papa poteſt diſpenſare in voto pure mentali.Ergo eius poteſtas diſpenſatiua ad actus interiores ſe extendit.Ergo et poteſtas eius preceptiua et prohibitiua et punitiua ad eoſdem interiores actus immediate ſe extendit. quia non eſt maior ratio de vna quam de altera eccleſia vel Papæ poteſtate : ex quo equaliter a Chriſto vbi ſupra data eſt.

¶ Si ad hoc reſpondeatur vti Medina vbi ſupra reſpondet negando vtramque conſequentiam. Quia aliud eſt obligationem tollere aliud eam inducere. et poteſt aliquis ſeu aliquid obligationem tollere quod non poteſt nec ſufficit eam inducere.quod probatur. Nam pater poteſt tollere obligationem voti per filium aut filiam emiſsi , vt habetur Numer.30.et ſimiliter vir irritare poteſt votum vxoris : et tamen nec pater filio nec vir vxori obligationem hanc voti imponere poteſt. Similiter conſuetudo vitioſe introducta per certum tempus ſeruata ſufficit tollere obligationem legis de oppoſito : et tamen non ſufficit obligationem legis inducere niſi rationabilis ſit, vt in capitul. fin. de conſuetu.habetur. et ita non mirum ſi Papa veluti communis omnium pater poſsit per diſpenſationem tollere obligationẽ voti mentalis: et cũ hoc non poſsit ad actus cordis immediate obligare.

¶ Contra hoc replicatur. Quia licet de poteſtate humana vel naturali verũ ſit quod poteſt quis obligationẽ tollere quã nõ põt inducere:quia illa

poteſtas

poteſtas non amplius ſe extendit quam recta ratin dictat ad finem ciuilis et humanæ gubernationis. At vero de poteſtate ſupernaturali ſiue diuina ſpecialiter et equaliter a Chriſto data eccleſie ſine vlla limitatione horum.l.illorum actuum ad ligandum et ſoluendum quodcunque ſuper terram, et ad paſcendum fideles ad finem ſalutis eterne, vt ſupra dictum eſt in prioribus probationibus, non videtur negãdum quod eccleſia equaliter poſsit vtrumque, videlicet obligationem tollere et imponere per ſuas leges et precepta etiam ſuper actus animæ pure interiores. Quia ſic illi Deus conceſsit in ſupradictis auctoritatibus.

o.5. ¶ Quinto eadem ſecũda opinio probatur. quia ſuppoſito quod per peccatum mortale exterius de nouo peccatur non ſolum contra preceptum diuinum.l.naturale, ſed etiam contra preceptum eccleſie de ſanctificatione feſti, vt ſupra libro primo in quæſtionario. q. 5. ſecundum opinionem communem probatum eſt. Iam ſequitur quod eadem ratione per peccatum cordis contra idẽ preceptũ eccleſie peccetur: quodque eccleſia poteſtatem habet in actus pure interiores. ¶ Si ad hoc reſpondeatur vt Medina vbi ſupra reſpondet nõ admittendu antecedens preſuppoſitum. et eo admiſſo adhuc negatur conſequẽtia. Quia licet per peccatum interius violetur ſabbatum aut ſanctificatio feſti: et ita peccetur contra ius diuinum.l.naturale de ſanctificatione feſti, non tamen peccatur contra preceptum eccleſie: quia illo precepto nec prohibet nec prohibere poteſt neque punire peccatum pure interius, ſicut neque quoad actus pure interiores quicquam poteſt. ¶ Contra hoc replicatur: quia qua ratione prohibere poteſt et prohibet peccatum exterius in feſto: eadem quoque prohibere poteſt et prohibet interius in feſto. quia ſcilicet contra ſanctitatem feſti principaliter ab ipſa eccleſia in tali precepto intentam vtrumque peccatum eſt, vt ſuperius libro primo. queſt. 5. latius probatur. Item ſicut contra preceptum eccleſie peccatur non ieiunando in quadrageſsima: ita et nolendo tunc ieiunare, quamuis exterius ieiunetur. Quia eiuſdem ſpeciei et contra idẽ preceptum eſt peccatum interius et exterius et actus elicitus et imperatus.

o.6. ¶ Sexto eadem probatur ſecunda opinio: quia eccleſia poteſt prohibere ne actus malus ex animo deprauato fiat, vt in Clem.1. de hereti. et alibi conſtat id prohibuiſſe. Ergo etiam poteſt precipere vt actus bonus exterior ex bono animo fiat. Probatur conſequentia. quia eccleſia poteſt ſtatuere leges hominibus ſalutares ad gloriam. Ad hanc autem hominum ſalutem eternam non minus neceſſarium eſt bona agere quam mala non agere: immo vtrumque homini diuinitus iniunctũ eſt in pſal. 30. Declina a malo et fac bonum. Ergo eccleſia poteſt vtrumque.l.neutrum et cum ſecundum dici non poſsit: ſequitur intentum. Nam eo ipſo quod poteſt precipere vt actus bene moraliter fiat: cum id fieri non poſsit niſi recta voluntate exiſtente. Ergo recta voluntas et intentio ſub eccleſie precepto ſicut et malum ſub eius prohibitione cadere poteſt. ¶ Quod ſi reſpondeatur ſecundum Medina negando conſequentiam et eius probationem, propter diſcrimẽ ſupra aſsignatum in prima opinione in fine eius. Contra hoc replicatur vt ibidem et hic etiã probatur intentum ibi videatur.

¶ Septimo eadem ſecũda opinio probatur ſumpta ratione etiam ex fundamento prime opi. contrarie ſupra poſite. Nam ideo opinio illa dicebat quod eccleſia non poterat precipere aut prohibere neq; punire actus pure interiores quia eos cognoſcere non poterat. Iam ex hoc fundamento ſic arguitur. Eccleſia non poteſt cognoſcere quo animo actus exterior fiat niſi per coniecturas. l. per propriam confeſsionem. Sed hoc modo etiam poteſt cognoſcere purum actum mẽtis interiorem, Scilicet per coniecturas. l. per propriam confeſſionem. Ergo ſicut poteſt prohibere ne actus exterior ex tali animo fiat, puta quod inquiſitor nõ inquirat ex odio nec omittat ex amore, vt habetur in Clem.1. de hereti. §. verum. ſequitur quod etiam antequam de facto cognoſcatur exterius ita etiam poteſt prohibere immediate ne talis animus habeatur etiam omni alio actu exteriori ſecluſo: quodque ita etiam precipere poteſt vt talis actus ex tali animo fiat, puta quod officium diuinum dicatur cum interiori cordis deuotione et attentione, vt habetur in ca. dolentes. de celebra. miſſ. quodque talis animus pure interior ſine vllo actu exteriori fiat, puta quod credatur tali.l.tali eccleſie diffinitioni.l. quod tali tempore cordis contritio aut dilectio Dei habeatur. Quia ex coniecturis.l. ex propria confeſsione cognoſcere poteſt ſi actus ille exterior ex tali animo fiat: aut ſi talis animus purus habeatur nec ne. Quod ſi hoc vltimum negatur etiam eadem ratione negandũ eſt quod eccleſia poteſt prohibere et precipere vt talis actus exterior ex tali animo fiat. Hoc autẽ negare vtique irrationabile eſt et cõtra omnes alias opiniones vt patet ex dictis atque dicendis. Ratio.7.

¶ Item ſicut eccleſia poteſt in actus exteriores per accidens tantum occultos ſecundum alias opiniones, etiam antequam per teſtes manifeſtentur vel exterius cognoſcantur: quia ita probari poſſunt. Ergo eadem ratione etiam in actus omnino interiores: quia etiam per propriam confeſſionem poſſunt manifeſtari atque cognoſci.

¶ Octauo eadem ſecunda probatur opinio. Ratio.8.
quia ſi quis de hereſi ſit bene aut male notatus.l. accuſatus ex ſola ſuſpitione cum tamen vt ſupponitur nec dictis nec factis nec ſignis vnquã hereticauerit: talis coram iudice ſtans interrogatus an credat Chriſtum Deum eſſe.l. aliud eiuſmodi, ille ingenue fatetur quod id huc uſque ſola mente interius non credidit a multis annis nec adhuc credit de preſenti: et hæc confeſsio eius vera eſt. Hic certe iuſte punietur per eccleſiam: et ſi dicat ſe non habere voluntatem vere ſed ficte ad fidem

 redeundi

redeundi.l.penitendi:vtique iuſtiſsime combu-retur.iam conſtat illum iuſte puniri per eccleſiá pro ſolo peccato cordis et hereſi pure mentali.l. interiori.quod conſtat quia ex ſuppoſitione exterius nunquam dicto aut facto aut ſignis hereticauit:et in illa confeſsione quam interrogatus facit exterius non hereticat ſed veritatem dicit: immo ſi oppoſitum diceret mentiretur vti ſupponitur et conſtat.

¶ Nec valet.t.dicere quod ibi eccleſia nõ punit ſolam hereſim mentalẽ ſed vocalem, cum voce ſe hereticum eſſe aut fuiſſe manifeſtet. Non inquam valet,quia voce confitendo quod tenet in mente non errat neque peccat cum veritatem requiſitus aut coactus fateatur. Si enim voce tunc peccaret non poſſent neque deberent inquiſitores precep-tis aut minis ſeu tormentis aut iuramento coge re illum vt fateatur quod tenet aut tenuit in mente. Tum etiam quia confeſsio proprij erroris po tius prodeſt quam obeſt ceteris paribus vti etiam ſupponitur. ¶ Neque ſecundo valet dicere quod voce confitendo ſe credere aut crediſiſſe Chriſtũ non eſſe Deum iam conſequenter voce ſua aſſerit Chriſtum non eſſe Deum. et hæc eſt hæreſis pro qua puniri poteſt: non inquam valet hoc. Nam aliud eſt aſſerere rem ſic eſſe aut fuiſſe: aliud cre-dere rem ſic eſſe. Is autem voce non aſſerit niſi ſe credere aut crediſiſſe Chriſtum non eſſe Deum: quæ aſſertio non eſt hereſis nec inde ſequitur here-ſis ex quo per id non ſequitur quod tũc aſſerat aut credat Chriſtum non eſſe Deum,vti hoc etiã concedunt doctores de tertia opinione ſequenti vt ibidem habetur, latius ibi videatur quomodo qui narrat aut refert ſiue declarat, nihil ſuum age re dicitur,vt habetur in.l.heredes § 1. de teſta. et l.adeo § .cum quis:de acquir.rerum.domi. ¶ Cũ quo ſtat quod ex dicta confeſsione.l.declaratione bene ſequitur et declaratur nunc quod per alium actum ſolum interiorem heretice nunc credit aut olim credidit Chriſtum non eſſe Deum: propter quem actum vt diximus iuſte punitur et nõ pro pter confeſsionem aut declarationem eius. Sicut etiam qui in libris aliorum legit ſimpliciter here ſim quam ipſe in ſuo tantũ corde aut mẽte tenet, nõ eã aſſerit neq; eam ſcribit,neq; qui eam trãſcri bit aut narrat bona fide ad cõciliũ capiendũ.l. ad ſacramentaliter confitendum et non cum animo eam docendi.l.aſſerendi. Neque propter id vllã excommunicationem incurrit, vti hoc etiam la tius habetur in tertia opinione ſequente.

Ratio.9. ¶ Nono probatur eadem ſecunda opinio.per au ctoritates. Nam eccleſia ſepe punit actus tantum interiores,vt patet in concilio Gangrenſi et habe tur in decretis diſt.30.vbi inter alia dicitur. Si quis oblationes que in eccleſia fiunt ſpernendas eſſe crediderit memoriaſque ſanctorũ contemnendas anathema ſit. Et iterum ibidem. ſi quis ieiunia ec cleſiæ putauerit eſſe contemnenda perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit. et iterum ibidem. Si quis nuptias damnans mu-lierem religioſam ac fidelem cum viro ſuo dor-mientem abominandam crediderit,anathema ſit. et iterum ibidem. Si quis carnem manducantem cum bona fide ſine ſanguine et ſuffocato damnã-dum eſſe crediderit,anathema.

¶ Vbi ſola credulitas mentis et cogitatio iudi-ciumque conſcientiæ erronee punitur. Quan-uis doctores tenentes alias opiniones dicãt quod non ſola credulitas et cogitatio ſed exteriora o-pera aut ſigna ex tali falſa credulitate proceden-tia ibi puniuntur. Sed certe contra eos videtur, quia ſi ita eccleſia intellexiſſet facile potuiſſet id declarare aut ſignificare. Item per nulla alia ver-ba poterat clarius et breuius oſtendere ſe ſolos actus interioris credulitatis et cogitationis et iu-dicij conſcientiæ damnare et anathematizare quã per ſupradicta. Igitur ita videtur probabiliter ſa-tis eſſe tenendum.

¶ Ad idem eſt concilium Brachareñ. primum in canone .5. 8. 9. 10. Vbi dicitur ſi quis cre-dit quod aliquas creaturas diabolus auctoritate ſua in hoc mundo facit,aut tonitrua,fulgura et ſic citates ſicut dixit Priſcilianus. anathema. Iterum ibidem. Si quis animas et corpora humana fatali ſigno credit aſtringi.anathema.

¶ Ad idem facit concilium Roman. poſt Nice-num celebratum vbi ſic habetur. Si quis de pa-tre et filio bene ſapit:de ſancto autem ſpiritu non recte crediderit hereticus eſt et anathema ſit. et certe autoritas hec de ſola credulitate mentis interiori loquitur. Nã in mente formaliter et pro prie hereſis eſt atque decernitur et eadem ſimul anathematizatur ſiue punitur ibidem. Item in ca nonibus concilij Epheſini canon.7.dicitur quod aliter ſentientes vel docentes ſint excõmunicati.

¶ Ad idem clarius eſt concilium Toletanum pri mum auctoritate Leonis Pape celebratum vbi in ca.21.to aſſertionibus fidei contra Priſcillianiſtas in eius fine ſic habetur. Si quis contraria eorum articulorum fidei de omnipotentia Dei et de di-ſtinctione perſonarum et aliorum ibi premiſſo-rum dixerit vel crediderit anathema. Item ibidẽ ſi quis dixerit vel crediderit deitatem paſsibilem anathema.

¶ Vbi non ſolum dicere quod exterius eſt cõtra debitam confeſsionem fidei ſed etiã ipſum crede re quod pure interior actus eſt contra ipſam fidẽ interiorem anathemate punitur. Et ita per hæc verba clariſsima excluditur euaſio dicentiũ quod non ſola erronea credulitas ibi anathematizatur ſed exterius opus ex ipſa credulitate procedẽs, vt ſuperius hæc euaſio excluſa eſt. Maxime quia hic expreſſe anathematizatur vtrumque videlicet et falſa credulitas contra fidem et dicere contra re-ctam fidei confeſsionem. Neque poſterius poteſt eſſe declaratio prioris dum prius dicitur quod dĩ cere et poſtea quod etiam credere contra fidem anathema ſit.

¶ Ad idẽ etiam clarius eſt ca. ad abolendam. de heretic. Vbi dicit eccleſia per Lucium Papam.

Vniuerſos qui de ſacramentis eccleſie aliter ſentire aut docere non metuunt, vinculo perpetui anathematis innodamus. Ecce vterq; actus interior et exterior per ſe et diſtincte clariſsime anathematizatur.

¶ Ad idem eſt concilium Conſtantien. in cuius fine tradita eſt forma procedendi contra hereticos eoſque puniendi: et inter alia que ibi ſtatuta ſunt per inquiſitores fidei interroganda, vnũ eſt. Verũ credãt quod id quod in ſacro cõcilio determinatur eſſe credendũ ab omnibus catholicis credendũ et aſſerendũ ſit. Et iterũ. Verũ credant eſſe de neceſsitate ſalutis cõfiteri ſacerdoti. Iterum. Verum credant quod Chriſtiani contemnentes ſuſcipere ſacramentum extreme vnctionis et ſolemnes benedictiones matrimonij mortaliter peccẽt. et ita ſtatutum eſt in hoc cõcilio hec per iudices inquiri vt tãquam hereticos punirẽt quos nõ ita credere reperirẽt. Et ita ex hoc concilio aperte videtur quod eccleſia poteſt ſolã mentalẽ hereſim punire habita eius cognitione per confeſsionem partis: quodq; ſi eccleſia in ſuo iudicio non punit peccata cordis, videtur quod id ſit non quidẽ ob defectũ poteſtatis et iuriſditionis ſed cognitionis: et ita per accidẽs in ſuo iudicio ea non punit que quantum eſt de ſe ex parte ſue poteſtatis vtiq; punire poteſt, et puniret ſicut occulta exteriora ſi probarentur aut cognoſcerentur.

¶ Tandem ad idem eſt concilium Baſilien. in ſeſſione. 38. vbi ſub excõmunione iubetur ne libellũ factum per Eugenium quartum contra ipſum cõcilium quiſpiam publicare approbare ſeu defendere preſumat. l. eidẽ quouis modo aſſentire credere aut fauere. Vbi aperte actus cordis purus etiam prohibetur et anathematizatur. et quamuis concilium hoc non ab omnibus acceptetur vt habens vim concilij: at vero habet vim et auctoritatem doctiſsimorum virorum plurimorum qui id ſtatuerunt et faciunt pro hac ſecunda opinione.

tio. 10. ¶ Decimo, eadem ſecunda probatur opinio per clem. 1. de heret. §. verum. Vbi excõmunicantur Inquiſitores ex odio procedentes. l. ex amore procedere cõtra aliquos in ſuo officio omittẽtes. Itẽ per ca. dolẽtes. de celebratione miſſ. Vbi conciliũ precipit clericis vt diuinũ officium dicãt deuote et ſtudioſe. l. attente. et ita patet quod actus interior illic prohibetur et hic precipitur. ¶ Et quãuis ad has auctoritates prima opinio reſpõdeat negãdo quod ibi vllo modo per eccleſiã prohibeatur. l. precipiatur actus interior abſolute et per ſe vel in ordine ad exteriorem. Et tertia opinio ſequens dicat quod ibi nõ prohibetur neq; precipitur actus interior abſolute: bene tamẽ in ordine ad exteriorem quem qualificat. Ibidem tamen habetur et diſputatur quam vim habeant fundamenta ipſarum opinionũ que ſunt argumenta contra hãc ſecundam opinionem: que et ex ſupradictis rationibus ſolui poſſunt.

¶ Hanc ſecundã opinionẽ tenẽt multi doctores vtriuſq; iuris et precipue Florent. 3. part. titul. 24. ca. 7. quãuis. ca. 4. cum tertia opinione ſequente. et tit. 13. ca. 4. §. 7. teneat cũ prima opinione precedente. Item Adrianus in. 8. quodlibet. et in. 4. ſent. de confeſsione et Albertus Pighius in Ierarchia eccleſiaſtica lib. 6. ca. 16. et glo. in ca. ad abolendam. de hereti. et in clem. 1. eod. ti. §. verum. et in ca. dolentes. De celebra. miſſ. et in ca. cogitationis. de peni. diſt. 1. ad idẽ ſunt Ioan. Andr. Godofred. Raymũ. Paul. Stephanus et Imola. in dic. clem. 1. de hereti. § . verum. et cardin. ibidem §. Vltimo, et Panor. et Ioan. de Anania. in ca. ſi quia epiſcopus. de hereti. et Felinus in. ca. vlti. eo titu. et Tiraquellus in. l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. verb. reuertatur. num. 240. et Bald. in. l. ſi quis nõ dicam. C. de epiſco. et cleri. colum. 1. et Carerius in tractatu de hereticis. nu. 87. et plures alij. Hanc tandem opinionem clariſsimus Medina dicit eſſe ſatis probabilem quamuis ipſe magis probet primam opinionem. quæ ſupra poſita eſt.

¶ Tertia opinio media que et nunc communiter tenetur a doctoribus vtriuſq; iuris ſtat in tribus dictis. primo, quod eccleſia directe nullam poteſtatem habet in actus pure interiores abſolute et per ſe ſumptos: et in hoc concordat cum prima opinione ſupra poſita propter rationes eius que quantum valeant ibidem dictum eſt. et diſcordat a ſecunda opinione iam dicta cuius rationes et fundamenta ſunt argumenta contra hanc partem huius opinionis. Opinio. 3.

¶ Secundo ait quod eccleſia bene habet poteſtatem in actus animæ interiores ad precipiendum et prohibendum et puniendum eos, non ſolum vt ſunt cauſe neceſſario coniuncte vt ait Silueſter, ſed etiam vt ſunt cauſe contingentes aut qualitates aut circunſtantiæ exteriorum actuum. l. omiſſionum. l. vt ordinãtur ad hec exteriora et ea qualificant, vt ait Gaieta. cum alijs et in hoc diſſentit a prima opinione et aliquomodo conſentit cum ſecunda ſupra dicta.

¶ Tertio corolarie dicit quod ſi quis hereſim mentalem aliquo ſigno aut verbo aut ſcripto expreſſerit exterius: vtiq; incidit in excõmunionẽ. Quod eſt limitandum et intelligendum, vt ait Almayn, et Simancas vbi infra allegatur, quãdo per actum. l. ſignum malũ manifeſtatiuum hereſis interioris etiã ſi ſecretiſsime nullo vidente illam exprimit exterius. Secus ſi per actum bonum manifeſtet, puta ſi bono animo ad remedium. l. concilium capiendum in ſacramento. l. extra, ſuam hereſim dicat ſiue declaret: tunc enim neq; peccat neque incidit excommunionem. Secus etiã ſi quia legendo. l. arguendo. l. ex aliorum libris tranſcribendo hereſim quam ipſe in ſuo corde tenet, non quidem cum animo eam aſſerendi ſeu docendi, ſed bona fide hereſim aliorum quam ipſe etiam intus in ſuo corde tenet eam refert aut narrat ſiue tranſcribit: nam hic etiam ſi ex curioſitate. l. alias peccet, non aſſerit hereſim neque incidit excommunionem vt ſuperius in ſecunda opinione in octaua eius probatione latius habetur. Secus etiã

ſi per actum alias malum,nõ tamen ex natura ſua
manifeſtatiuum hereſis aut male voluntatis ſed ſo
lum ex circunſtantia modi loci temporis aut finis
exear in opus exterius,puta ſi hereticus pure men
ralis eũ intentione poſtea aliquem peruertendi
ſcribat illi aut dicat bona uerba amicitiæ aut mu-
tuet pecunias.l.conferat beneficiũ. Nam hic pro
pter hue etiã ſi peccet non incidit excummunio
nem hereticorum:quia actus hi neq; ſunt de ſe.
vel ex obiecto mali neque hereſis manifeſtatiui ex
natura ſua ſunt.

Ratio.1. ¶ Hec opinio quoad ſecundũ et tertiũ dictũ pro
batur tripliciter. primo.quia ea que cadũt ſub hu
mana cognitione cadũt ſub humana et eccleſiaſti
ca poteſtate. Sed actus interiores vt producunt et
qualificãt exteriores poſſunt per illa exteriora co
gnoſci: quia vt talia cadũt ſub noticia ſenſitiua ſi
cut et illa exteriora ab eis qualificata quãtũ eſt ex
natura ſua,quãuis per accidens ſicut occulta exte
riora ex defectu probationũ cognoſci nõ poſsint.
Ergo ratione exteriorũ ab interioribus qualifica
torũ cadunt etiã actus interiores ſub eccleſie pote
ſtate,vt ab ea poſsint percipi et prohiberi atque
puniri.¶Quod inde magis cõfirmatur. Nam cõ
ſtat ex practica eccleſie quod propter actũ exterio
rẽ iuſte inquiritur de intẽtione et volũtate et ſciẽ
tia.l.ignorantia qualiter actus ille factus eſt, vt de
pe.diſt.1.ca.cogitatio.cap.aut facta.et in alijs cap.
que Paulo inferius in tertia probatione allegan
tur.et quãdo quis protulit propoſitionẽ male ſo
nantẽ iuſte inquiritur ab eo et cogitur vt declaret
quo animo et quo ſenſu illã protulit vt ſic debite
puniatur.Igitur ſi quoad inquirendũ cadunt ſub
eccleſie et humane poteſtate vt debite cũ ſuis ex-
terioribus aut exteriora cum illis et ratione illorũ
interiorũ puniantur: ſequitur quod etiam cadunt
ſub eadem poteſtate ad precipiendum prohiben
dum et puniendum actus illos interiores ſimul
cum ſuis exterioribus alias vana eſſet inquiſitio
illa.

Ratio.2. ¶ Secundo probatur eadem tertia opinio, quia
vt conſtat ex titulis de vſuris,et ſimonia, non ſo
lum iure diuino et naturali ſed etiã iure humano
vel eccleſiaſtico vſura et ſimonia prohibita eſt at
que punitur.Hæc autẽ crimina cõſtant ex actu ex
teriori puta ex datione reali mutui.l.rei ſpiritua
lis,ſimul et ex interiori puta ex intentione acci
piẽdi lucrũ.l.rẽ temporalẽ aut preciũ pro mutuo
l.pro datione rei ſpiritualis. Ergo prohibẽdo vſu
rã et ſimoniã eccleſia prohibet actũ vtrũq; ſimul
exteriorẽ et interiorẽ,nõ quidẽ abſolute et per ſe
ſumptũ ſed vt alter ordinatur ad alterũ, aut quali
ficat et qualificatur ab altero.Neq; alter actus ſo-
lus vſura aut ſimonia eſt neq; prohibetur vt con
ſtat:neq; eſt circunſtãtia alterius niſi habeat habi-
tudinẽ aut ordinẽ ad alterum quem qualificat.

¶ Et ita ſimiliter dicẽdum eſt quãdo in Clem.1.
de hereti.§.verum.eccleſia prohibet ſub excõmu
nione ne inquiſitores cõtra aliquẽ ex odio proce
dant aut ex amore omittant procedere in ſuo of-
ficio. Nam ibi vterq; actus ſimul, et interior vt
qualificat exteriorem prohibetur atque punitur.
Nam ſi abſolute.l.ex negligentia ſiue timore o-
mittant,nõ peccant cõtra illã clem.neq; incurrũt
illam excõmunionem: modo alias peccẽt modo
non.Neq; ſi procedãt ex vanagloria.l. ambitiõe,
neq; ſi odiũ.l. amorẽ ſulum ad aliquos habeant
vt cõſtat.¶Et ſimiliter dicẽdum eſt quãdo in ca.
dolentes.de celebra.miſs.precipit eccleſia vt cle-
rici dicãt diuinum officium deuote et ſtudioſe.l.
attente.Nam ibi vterq; actus exterior et interior
non per ſe ſumptus ſed ſimul precipitur,vnus in
ordine ad alterum:et ita interior deuotio et attẽ
tio ibi precipitur vt ordinatur ad exteriorem ho-
rarum recitationem et vt qualificat illam,vt ex ra
tione ſupradicta facile conſtat.

¶ Tertiu eadẽ tertia opinio probatur per aucto Ratio.3.
ritates de peni.diſt.1.ca.ſi quis nõ dicam.ca.quiſ-
quis cum militibus.ca.ſi forte.ca. ſiquis tam maſ
culum .ca.ſi quis pulſatus.ca.ſolicitatores.ca pe-
ne.ca.aut facta.ca.cogitatio.et prima.queſt.4.ca.
quia preſulatus.et gloſ.ibidẽ.ad idẽ etiam eſt.ca.
venerabilibus.§.fi.de ſen.excom. In quibus tri-
bus dicitur quod ratione male voluntatis ex qua
opus maleficij procedit cuius punitio aggraua-
tur:et illa mala voluntas operi exteriorã.l.crimi-
ni attentato coniuncta conſideratur atque puni-
tur grauius cum ipſo crimine ſic qualificato.

¶ Hanc opinionẽ expreſſe tenet Gaieta.2.2.q.11.
art.3.et.4.et in ſumula.tit.hereſis hora canonica.
ad idẽ videtur B.Tho.in.4.diſt.25.q.5.de ſimo-
nia.ad.1.et in.1.2.q.91.art.4.2.2.q.11.art.3.et.q.
100.art.6.ad.6. Si hoc modo intelligatur. quod
ideo dico quia potius videtur ſentire cum.1. opi.
ſupra poſita vt ibi allegatus eſt. pro hac etiã opi-
nione expreſſe eſt Palude in.4.diſt.25. q.5. art.2.
conclu.4.et.Florent.3.part.titu.24.cap.4. quan-
uis in.ca.7.cum ſecunda.et tit.13.ca.4. § .7.cum
prima ſentiat opinione. et expreſtius Almayn.
de poteſtate eccleſie.ca.3.et Driedon.de libertate
Chriſtiana lib.3.ca.5.pag. 90. et Caſtro de puni-
tione hereticorum.lib.2.ca.18. et de lege penali.
lib.2.capitu.15.conclu. prima et ſecunda. et Soto
de Iuſticia et iure lib.10.quæſt.5.artic.5. et victo-
ria in ſuis ſcriptis ſuper ſecundã ſecunde.queſt.11
artic.3.et alibi.et Nauarro in comen. de ſimonia
numer.20.21.fo.118.et Simancas de hereticis. ca.
42 et Couarruuias in regula peccatũ parte ſecun
da.in initio.et plures etiam doctores de ſecunda
opinione et precipue ſum. angc. hora canonica,
.§.27.et hereticus.§.2.et Siluester excommuni-
catio.7.q.2.et hore canonice.q.21. videntur po-
tius ad hanc quam ad precedentes opiniones de-
clinare,maxime quãdo actus interior eſt cauſa ne
ceſſaria.l.ſine quo actus exterior humanus eſſe nõ
poteſt. Alias autẽ ad prefatã primã opinionẽ ma-
gis declinant. Deniq; in hoc tempore cõmuniſsi
ma hæc opinio eſt quę et cõmuniter practicatur.

¶ Contra ſecundum et tertium dictũ huius opi-
nionis pro argumentis ſunt ea fundamenta que

ſupra

ſupra poſita ſunt in prima opi. ibidem etiam ſoluuntur et ex his que hic dicta ſunt facile ſolui poſſunt. Illud etiam quod in fine illius prime opinionis clariſsimus Medina ſuperaddidit dicẽs quod licet eccleſia poſsit prohibere actus.l. omiſsiones exteriores ex certo animo procedentes: nõ tamẽ poteſt precipere aliquos actus ex certo animo procedentes, ibi videatur quomodo ſecundum illam opinionem adhuc falſum eſt, et multo magis ſecundum hanc tertiam opinionem, ſecundũ quam et precipere et prohibere et punire poteſt vtrumq; ſimul actum, etiam interiorem qualificantem exteriorem vt ſupra probatum eſt.

Opinio.4 ¶ In tanta autem varietate opinionũ tot doctiſsimorum virorum noſtri non erat arbitrij cenſurã ſpponere: ſed ne videantur tum irreconciliabiles ſenſus habere: placuit noſtram hic ſententiam ſub melioris iudicij correctione et ſubiectione aperire, per quam magna ex parte predicte conciliantur opiniones. ¶ Et ſit quarta opinio que ſtat in tribus dictis. quorum primum eſt. Quod eccleſia in foro conſcientie poteſt in actus anime pure interiores per viam legis et precepti precipiẽdo et prohibendo illos immediate atque directe, et a fortiori indirecte, illoſq; puniendo pena excõmunionis et alia pena eccleſiaſtica.l. ſpirituali, vt ait ſecunda et tertia opinio in ſecũda eius parte propter rationes ibidem adductas.

¶ Secundum dictum eſt. quod in foro exteriori iudiciali.l. cõtentioſo aut cum ſtrepitu iudicij eccleſia et etiam laica poteſtas poteſt in actus interiores non abſolute per ſe ſumptos ſed vt qualificant exteriores.l. vt ſunt cauſa eorum: ita quod poteſt eos hoc modo precipere et prohibere atq; punire vt ait.3. opi. precedẽs vt ibi probatũ eſt ¶ Cũ quo ſtat quod nõ poteſt eos iudicialiter punire pena exteriori, niſi quãdo ſufficiẽter cõſtiterit quod ita qualificati ſunt exteriores cũ interioribus ſuis a lege prohibitis vt.1. dicebat opin. et ita eccleſia ſiue prelatus iudicialiter nõ punit clericos dicẽtes horas canonicas ſine deuotione et attentione exteriori ſecundũ ca. dolentes. de celebra. miſſ. niſi quãdo notabiliter ſine exteriori modeſtia et recollectione eas dicere aut dixiſſe cõſtiterit, vti ſuperius in.1. et.3. opinione dictum eſt. et ita ſepe etiã per poteſtatem laicam punitur peccatũ aut malũ malo animo intentatũ aut inceptũ quãdo de eo cõſtat licet opere exterius nõ exequatur aut perficiatur. vt patet in ca. de peni. diſt.1. ſupra allegatis in.3. probatione.3. opinionis precedentis. et habetur in.l. ſiquis non dicam rapere. C. de epiſco. et cleri. et in ca. pro humani § ſacri. de homicid. li.6. et in. ca.1. de ſciſmati. Vbi excõmunicantur qui preſumpſerint illi decreto contraire et in ca.1. eo. titu. lib.6. Vbi excõmunicãtur qui habuerint pro cardinalibus quoſdã ibi expreſſos. et in ca. excommunicamus. de heret. § credentes. Vbi excõmunicantur qui ita hereticis credunt quod exterius oſtendũt ſe bonã eorũ eſtimationẽ habẽre cũ conſtet illos hereticos eſſe: aut qui propter id eos reuerẽtur vt ait Caſtro de lege penali lib.2. ca.5. et alij doctores communiter.

¶ Tertium dictum eſt, quod clericus licet peccet contra preceptum eccleſie dicendo horas canonicas ex propoſito ſine vlla deuotione et attentione interiori et exteriori et puniri poſsit vt in duobus dictis precedẽtibus dictũ eſt. At vero vtrũ ſic eas dicẽs teneatur eas iterũ.l. aliud earũ loco dicere aut fructus percẽptos reſtituere: varie ſunt doctorũ opiniones. quorũ aliqui neq; cõſequẽter ad predictas ſuas opiniones loquuntur. probabilius tamẽ videtur quod nõ, vt ait clariſsimus Medina vbi ſupra. q.20. ſecundũ duiã. cũ quibus ſunt Florent. in.3. par. tit.13. ca.4. §.7. Silueſt. et Caſtro et multi alij de.1. et.3. opi. quia neq; eccleſia id in ſuo precepto vult aut intendit. Ita quod etiã ſi ſuo precepto de deuotione et attẽtione in horis dicẽdis apponẽda clericus nõ ſatisfaciat: bene tamẽ ſatiſfacit eidẽ.l. ſecundũ Gaieta. alteri eccleſiæ precepto de horis abſolute dicendis et id acceptat eccleſia ad effectũ hũc vt huic ſuo precepto de dicẽdis horis canonicis ſit ſatiſfactum ſine obligatione ad aliã ſolutionẽ.l. reſtitutionẽ. Deus etiã reſpiciẽs deuotionẽ eccleſie cuius nomine a ſuis miniſtris illa horarũ canonicarũ recitatio fit, ſicut et quod, per organa et alia inſtrumẽta muſica inſenſata cãtatur, ad aliquẽ fructũ vel effectũ acceptat. Et ita forte ſi nõ omnino at magna ex parte cõciliari poſſũt varie que circa queſtionẽ hãc ſunt opiniones.

QVÆST.XIIII. Vtrum apoſtoli equalẽ poteſtatẽ iuriſditionis habuerunt a Chriſto immediate an a beato Petro. Et ſimiliter vtrũ epiſcopi nũc habeãt immediate a Chriſto an a domino Papa ſuam poteſtatem vel iuriſditionem epiſcopalem. Queſt.14.

¶ Reſp. hic duo pũcta tanguntur.1. de apoſtolis 1. punctum 2. de epiſ. quoad.1. de apoſtolis reſp. quod Gaieta. in.1. quodlibe. in principio refert duas opiniones, vtrũ immediate habuerint predictã poteſtatem a Chriſto. et alias quatuor. vtrũ equalẽ poteſtatẽ habuerint.1. opi. tenet quod omnes apoſtoli parem poteſtatẽ a Chriſto immediate habuerũt quod patet.1. Matth.18. quodcũq; ſolueritis, &c. Sicut Petro dictũ erat ca.16. quodcũq; ſolueris, &c. Itẽ Ioannis vlt. paſce oues meas. Paſcere autẽ fit tripliciter.ſ. doctrina vita et correctione. ſed hec omnia omnibus apoſtolis a Chriſto immediate cõceſſa ſunt. De doctrina patet Matth. vlt. docete omnes gẽtes, de vita Matth.5. vos eſtis lux mũdi. ſal terre &c. de correctione patet Ioan.20. quorũ remiſeritis peccata, &c. Et Matth.18. quocũq; alligaueritis, &c. Ergo idẽ in ſentẽtia omnibus apoſtolis immediate a Chriſto quod beato Petro cõceſſum eſt.2. probatur idẽ ad Gala.2. vbi Paulus ait quod Petrus et alij apoſtoli nihil illi contulerunt.ſ. nec doctrine nec poteſtatis ſecundũ Tho. ibidẽ ſed dederũt ei dexteras ſocietatis. Et quod in Antiochia

reſtitit Petro in faciē, &c. Hoc autē nō eſt inter ſubditū et ſupiorē ſed inter ſocios equales. Ergo.

¶ Tertio probatur idem diſt.21.ca.in nouo. Vbi ait Anacletus Papa. ceteri apoſtoli cum beato Petro pari conſortio prediti honorem et poteſtatē acceperunt. Item.24.q.1.ca.loquitur. ait Ciprianus, hoc ceteri apoſtoli erāt ꝙ Petrus fuit pari cōſortio prediti honoris et poteſtatis. Itē Hiero.ſup. ad Galat. et habetur.2.q.7.ca.Paulus. ait quod Paulus Petrum reprehendit quod non auderet niſi ſe nou imparem ſciret.

Opinio.2. ¶ Secūda opinio in alio extremo eſt ꝙ nec parē poteſtatē nec immediate a Chriſto oēs apoſtoli acceperūt: ſed ſolus Petrus immediate a Chriſto poteſtatē accepit oēs ei ſubiecti fuerūt ab ipſo poteſtatē habētes vel a Chriſto per mediū Petri. ¶ Et nō loquimur hic de poteſtate ordinis ſacerdotalis ad cōſecrandū. Nā de hac cōſtat eā oēs in cena immediate a Chriſto habuiſſe, quando eis dixit. Hec quotieſcūq; feceritis. et poſt reſurrectionē eā habuerūt ad abſoluendū et ligandū in ſacramēto immediate a Chriſto dicēte Ioā.vlt. Quorū remiſeritis peccata, &c. Sed loquimur de poteſtate ordinis epiſcopalis et iuriſditionis eius.

Ratio.1. ¶ Hec ergo opinio ſic intellecta probatur.1. quo ad poteſtatē epiſcopalē ex ca.in nouo. diſt.21. vbi Anacletus ait ꝙ Petro Pōtificatus in eccleſia Chriſti primo datus eſt. Itē diſt.66.ca.porro. habetur ꝙ Iacobus fuit ordinatus epiſcopus Ieroſolimitanus a B. Petro, Iacobo et Ioāne, et actū.13. Vbi apoſtoli imponētes manus Paulo et Barnabe dimiſerūt vbi gloſa ait in modū ordinādorū epiſcoporū. et habetur diſ.75.ca.in die dñico. et ita apoſtoli ptātē epiſcopalē a Chro mediāte Petro acceperūt.

Ratio.2. ¶ Secūdo poteſtatē etiā iuriſditionis epiſcopalis ꝙ etiā mediāte Petro acceperint patet, et eſt ſecūda ratio ſecundū beatū Leonē Papā in ſermone.3 ſue ordinationis ſic dicentē. Cū B. Petrus a Chriſto multa ſolus acceperit nihil in quēquā ſine eius participatione trāſiuit. et infra. de toto mūdo Petrus vnus eligitur qui vniuerſarū gētiū vocationē et omnibus apoſtolis cunctiſq; patribus eccleſie preponatur: vt quāuis in populo Dei multi ſint ſacerdotes multiq; paſtores: oēs tñ regat Petrus quos principaliter regit et Chriſtus. et ſi quid eū eo cōmune ceteris voluit eſſe principibus, nūquā niſi per ipſū dedit quicquid alijs nō negauit ſiue cōceſſit. Ita enim Chriſtus diſpoſuit vt ab ipſo Petro tanquā a quodā capite dona ſua velut in corpus totū diffunderet. Hec Leo. et habetur diſt.19. ca. ita dominus. et Euſebius lib.7. hiſtorie eccleſiaſtice eſt ad idem.

Ratio.3. ¶ Tertia ratio ad idē eſt. Quia poteſtas que vni ſoli in ſuo fonte et plenitudine data eſt, nō eſt in alijs niſi per illū et limitata ſecundū eius voluntatē et ordinationē. Alias nō eſſet in illo plene vt in fonte. Sed poteſtas iuriſditionis gubernatiua eccleſie data eſt ſoli Petro in ſuo fōte et plenitudine: et in eo ſucceſſoribus eius Math.16. tibi dabo claues, &c. et Ioa.vlt. paſce oues meas ſecundum Chriſoſt. ibidē dicentē ꝙ hoc nulli alteri vnquam datū eſt. et habetur.2.q.6.ca.decreto. ꝙ ſolus Petrus in plenitudinē poteſtatis vocatus eſt. Vt ſupra.q.1. Arma fidei. propoſitio.8. et.q.4. latius de hoc habetur. Ergo quicquid iuriſditionis collatū eſt alijs apoſtolis non niſi mediante Petro et ſecūdum eius diſpoſitionem collatum eſt.

¶ Quarta ratio. quia a quo quis nō habet ſubditū immediate: certe nec ab eo immediate habet poteſtatē iuriſditionis gubernatiue, ſed alij apoſtoli nō habuerūt immediate a Chriſto aliquē populū aut hominē ſibi ſubditū. Ergo nec poteſtatē iuriſditionis ab eo immediate habuerūt. Maior patet. quia nullus poteſt ſoluere.l.ligare niſi ſubditū de pe. et remiſſ. ca omnis. Nā poteſtas iuriſditionis qua quis poteſt ſoluere.l.ligare relatiua ad ſubditū eſt: relatiua autē ſunt ſimul et poſita ſe ponūt et perempta ſe perimūt. Vt dñs et ſeruus. Prelatus aut iudex et ſubditus. et ita dare et habere iuriſditionem eſt dare et habere ſubditum: et ecōtra. minor etiā patet. Quia Chriſtus ſoli Petro dedit ſubditos omnes fideles. Ioa. vlt. paſce oues et agnos meos. et ca.10. fiet vnū ouile et vnus paſtor. Illud autē Matth.vlt. docete oēs gentes. et Mar.vlt. predicate euāgeliū omni creature. Dixit Chriſtus omnibus et ſingulis vt ipſi inter ſe ordinarēt et precipue Petrus cui omnes erāt ſubiecti. Et ita Chriſtus apoſtolis populos nō diuiſit neq; cōſtat quos quibus aſſignauerit: ſed neq; oēs omnibus et ſingulis ſed ſoli Petro vt dictū eſt aſſignauit. Adde ꝙ poteſtas predicādi nō eſt ptās iuriſditionis gubernatiua eccleſie tāquā ſup ſubditos de qua loquimur: ſicut neq; poteſtas baptizādi et cōſecrādi et tēporalia pro ſpūaliū adminiſtratiōe accipiēdi. Ratio.4.

¶ Hanc.2. opinionē tenet Palude et multi alij et precipue Turrecre. diſt.21.ca.in nouo. et ca. oēs et diſt.19.ca. ita dñs. et in ſumma de eccleſia li.2.ca.32.54. latius. et diſt.66.ca.porro. Vbi et ait ꝙ Iudas licet fuerit apoſtolus electus a Chriſto cū alijs apoſtolis: nō tñ fuit epiſcopus: quia nō fuit a B. Petro ad id ordinatus.l. cōſecratus vt fuerūt alij apoſtoli. et illud pſal.68. epiſcopatū eius accipiat alter intelligitur ꝙ apoſtolatū eius accipiat alter.i. beatus Matthias vt actu.10. habetur. et eum hac ſecūda opi. videtur. B. Thom. vbi infra allegatur.

¶ Et nota ꝙ de equalitate ptātis apoſtolorū mediate.l.immediate data a Chriſto (et preſupponēdo ꝙ B. Petrus habuit ptātē a Chriſto datā ſuper oēs) ſūt quatuor opi.1. ꝙ oēs apoſtoli fuerūt equales in ptāte ordinis etiā epiſcopalis ſicut oēs epiſcopi ſunt equales in tali ptāte. Petrus aūt fuit ſup oēs ptāte iuriſditionis. ¶ Secūda opi. eſt ꝙ oēs apoſtoli in ptāte iuriſditiōis fuerūt pares.i. ſimiles. Sicut leuit.18. dicitur, cauete ne vos ſimiliter eomat cū paria feceritis.i. ſimilia. ¶ Tertia opi. eſt B. Tho.2.2.q.33.art.4.ad.2. ꝙ fuerūt pares aliquo modo quātū ad fidei defenſionē. ¶ Quarta opi. eſt eiuſdem ſup. ad Galat.2. quod omnes apoſtoli fuerunt equales quantum ad executionem auctoritatis: non autem in auctoritate regiminis.

¶ Tertia

Opinio.3. TErtia opi. Gaietani vbi ſupra et aliorum eſt media,que et videtur vtramq; opinionem declarare etconciliare, tenet quod Apoſtoli vt Apoſtoli omnes fuerunt equales et immediate a Chriſto inſtituti. Nō autem vt oues Chriſti, nam vt oues omnes fuerunt ſub cura et poteſtate beati Petri qui ſolus paſtor ouium a Chriſto immediate inſtitutus eſt.

¶ Pro cuius probatione et declaratione not.tria. Nota.1. Primo,quod ad dignitatē Apoſtolatus et ad eius poteſtatem ſecundū Tho.ſup.1.Corinth.12.Deus poſuit in Eccleſia primū Apoſtolos.&c.tria pertinent.Primum eſt auctoritas et poteſtas gubernandi populum Chriſtianum.Secundum,facultas docendi.Tertium,poteſtas miracula faciendi.Et tertium horum ordinatur ad ſecundum et ſecundū ad primum.Que omnia probantur: quia Luc.9. Conuocatis Ieſus duodecim diſcipulis dedit illis virtutem et poteſtatē ſuper omnia demonia et vt langores curarent:et miſit illos predicare regnū Dei.&c.Item.1.Corinth.12.Deus poſuit in Eccleſia primum Apoſtolos vbi gloſ.interlin.dicit primum dignitate et tēpore Apoſtolos omniū ordinatores et iudices.Itē diſt.68.ca.quorum vices.ex Augu.dicitur.Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: patres miſsi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt et cōſtituti epi.Itē in Cōcilio.g.Florēt.ſub Eugenio.4.habetur.Hāc ſcilicet cōfirmationē nō niſi epiſcopus debet cōferre quia de ſolis Apoſtolis legitur quorum vicē epiſcopi tenent quod dabant Spiritū ſanctum per manuū impoſitionem.

¶Ex quibus omnibus conſtat quod Apoſtoli in quantū Apoſtoli habuerunt nō ſolum poteſtatē ordinis ſed etiā iuriſditionis epiſcopalis: nā auctoritas gubernandi populū vel Eccleſiā que eſt propria apoſtolatui ſine iuriſditionis poteſtate nō eſt. Nunc autē a Chriſto immediate Apoſtoli ſunt inſtituti et ſuum Apoſtolatum habuerunt vt patet Math.10.Mar.3.Lu.6.quod Chriſtus fecit eos et vocauit Apoſtolos ſimul.Et Ioan.20. Sicut miſit me pater et ego mitto vos.Et ad Galath.1. Paulus probat ſe Apoſtolū quia neq; ab homine mittēte aut docēte Apoſtolus eſt.Igitur per hoc ſignificatur quod Apoſtoli quoad Apoſtolatus auctoritatē vel poteſtatem fuerunt equales ſimpliciter:ꝙq; hanc poteſtatē ſicut et Apoſtolatū a Chriſto immediate habuerunt. ¶Dixi ſimpliciter quia nihil prohibet ſecundū quid vnum Apoſtolū puta Paulum habere Apoſtolatū digniorē altero vel alijs Apoſtolis,vt glo.interlin.ad Galath.1. ibi qui ſuſcitauit eum a mortuis,ait in perſona Pauli: et ita dignius me cōſtituit per Chriſtū immortalē quā alios per mortale.Et gloſ.ordin.ex Aug.in lib. retracta.eſt ad idē.Ideo ꝙ.b.Tho.ibidē dicit Paulū ad dexterā et Petrum ad ſiniſtrā in bullis Papalibus poni,dignitas enim hec ex parte ſtatus vocātis quia.ſ.eſt immortalis,non facit vocatum Apoſtolum maiorē ſimpliciter ſed ſolum quoad hoc.

Nota.2. ¶ Not.2.ꝙ ſi conſideremus quod etiā ipſi Apoſtoli oues erant Chriſti a quo ſtatutum eſt vt ſit vnū ouile et vnus paſtor:ſic Petrus eſt ille vnicus paſtor vicarius Chriſti cui dictū eſt Ioan.vlti. Paſce oues meas et reliqui ſunt oues vnius ouilis Eccleſie. ¶Et ſi queratur quomodo ſtāt ſimul,quod omnes Apoſtoli fuerunt pares in auctoritate gubernandi Eccleſiam quodq; immediate a Chriſto eam habuerūt:et quod ſolus Petrus fuit inſtitutus paſtor vniuerſalis Eccleſie et auctoritate maior ſuper alios Apoſtolos: ita quod ab ipſo vt a capite in totum corpus Eccleſie poteſtas deriuata eſt?

¶Reſp.ꝙ ſicut in natura dupliciter aliqua fiunt. ſ.naturaliter vt cū homo generat hominē,et infirmus virtute nature ſanatur: et ſupernaturaliter ſicut quando homo creatus eſt a ſolo Deo, et infirmus miraculoſe ſanatur. Ita in Eccleſia dupliciter fit.ſ.ordinarie vt cū ſeruato ordine iuris quis creatur epiſcopus:et de ſpeciali gratia a principe, vt ſi ſtatim aliquis creetur epiſcopus vt contingit Ambroſio.Sic etiam vtroq; modo Chriſtus princeps in Eccleſia primitiua fecit.Nā in inſtitutione Eccleſiaſtici regiminis ordinario iure perpetuo ſeruandi,monarchicū.i.vnius principatū inſtituit: et poſuit Petrum caput vnū totius Eccleſie a quo in omnes poteſtas iuriſditionis et ordinis ordinarie deriuaretur mediate vel immediate.Et hoc intēdunt doctores omnes cum dependentiā ouium a Petro docent,vt patuit in.2.opi.precedente. In erogando autem ex gratia ſpeciali ſicut preuenit Petrum in conferendo Apoſtolis poteſtatē ordinis dum ipſe dominus per ſe ipſum etiā alios Apoſtolos fecit ſacerdotes in cena,et confeſſores poſt reſurrectionē,et ſacramentum confirmationis in die Pentecoſtes.Ita preuenit eundē in dando illis auctoritatē gubernandi ordinandi et iudicādi Eccleſiā vt patet ex auctoritatibus ſupradictis. ¶Et quemadmodum nihil obſtat maioritati ipſius Petri capitis quod alij nō habuerint ab ipſo poteſtatem ordinis:quia hoc non fuit ex defectu poteſtatis in Petro aut ex exēptione aliorum ab eo,ſed ex preuentione ſuperioris qui id prius dedit ſubditis Petri ex gratia quod ordinarie dandum erat eiſdem a Petro: ita etiam nihil officit excellentia poteſtatis iuriſditionis Petri ſuper omnes quod eius ſubditis Chriſtus princeps noſter dedit omnibus Apoſtolis illam poteſtatem ex gratia quam per viam ordinariam a Petro erant ſuſcepturi. Modus itaq; varius dandi et accipiendi poteſtatem clarificat veritatem.In Petro enim et a Petro incipit omnis Eccleſie poteſtas et deriuatur in totam Eccleſiam via ordinaria.Et rurſus aliqui ſubditi Petri plures poteſtates a Chriſto immediate via gratuite preuentionis acceperunt quas a Petro erant accepturi via ordinaria. Et ita vna Eccleſia ſub vno capite Petro habet omnes Apoſtolos immediate a Chriſto poteſtatem ordinis et iuriſditionis habentes ex ſpeciali gratia preuentionis:et habet Petrum ſolum caput ceterorū Apoſtolorum et omnium fidelium:a quo in eos omnes ordinarie poteſtas ordinis et iuriſditionis mediate vel immediate deriuanda eſt.

Nota.3. ¶ Nota tertio ad maiorẽ claritatẽ quod poteſtas Petri in quinq; differt a poteſtate alioꝛũ Apoſtolorũ. Primo, in modo dãdi et accipiẽdi, quia Petro data eſt ordinarie: alijs autẽ ex gratia ſpeciali preuentionis vt dictum eſt. ¶ Secundo in officio, et ſequitur ex prima. Quia Petrus factus eſt vicarius generalis Chriſti, alij vero vt legati vel delegati eius, iuxta illud. 2. Corinth. 5. Legatione fungimur pro Chriſto. et ad Epheſ. vlt. Legatione fungor in cathena iſta. Et hoc importatur per ipſum nomẽ Apoſtoli quod latine dicitur miſſus: quanuis extenſo vocabulo in prefatione miſſe Apoſtoli appellentur vicarij. ¶ Tertio in obiecto poteſtatis quia aliorum poteſtas iuriſditionis nõ erat ſupra ſe inuicem ſed ſuper alios fideles: Petri vero poteſtas erat ſuper ipſos Apoſtolos et ſuper omnes alios fideles. Ioan. vlti. Paſce oues meas. de quorũ numero Apoſtoli vtiq; erant. ſecũdum Chriſoſt. ibi dicentem, Loco mei prepoſitus eſto et caput fratrum tuorum ¶ Quarto in perpetuitate poteſtatis. Quia poteſtas aliorum finienda erat cum vita eorum quia data eſt illis pro ſuis tantum perſonis et non pro ſucceſſoribus eorum: Petri autem poteſtas vſq; ad conſumationem mundi perſeuerat, quia data eſt illi non ſolum pro ipſo ſed etiã pro ſucceſſoribus eius. Et hoc ſignificant doctores dicentes quod data eſt Petro in perſona Eccleſie. Et hinc eſt quod nullus eſt ſucceſſor beati Ioannis Apoſtoli aut Iacobi neq; Pauli. &c. in auctoritate Apoſtolatus vniuerſalis gubernationis Eccleſie ſicut ipſi gubernabant vbiq;, ſed tantum in poteſtate ordinis epiſcopalis et regiminis vnius certe Eccleſie ſuccedunt eis epiſcopi: ſolius autẽ Petri ſucceſſor eſt et dicitur Papa, vt ſupra. q. 1. propo. 8. et. q. 4. latius habetur. ¶ Quinto et vltimo eſt in ipſa eſſentia poteſtatis. Nam auctoritas data cõmuniter Apoſtolis ex vi Apoſtolatus fuit velut potentia executiua, que a beato Tho. vocatur auctoritas gubernandi que executionẽ tantum ſonat. Auctoritas autem data ſoli Petro Ioan. vlti. Paſce oues meas. eſt potentia paſtoralis preceptiua: et ideo vocatur a beato Tho. auctoritas regiminis. Ideo ipſe Tho. ait quod Paulus fuit par Petro in executione non in auctoritate regiminis, quodq; ad Galath. 2. et. 1. Corinth. 12. Regimen Eccleſie (quod ſonat executionem) non auctoritatem regiminis (quod ſonat imperium) eſt cõmiſſum Apoſtolis a Chriſto. Et hac de cauſa in prefatione miſſe Eccleſia eos appellat non vicarios Chriſti abſolute ſed vicarios operis eius, dum ait: Quos operis tui vicarios eidem contuliſti, videlicet vicarios ad exequẽdum. Veruntamen quia ſepe vnum pro altero poni poteſt et ſolet: vbi inueniretur quod fuerũt pares in auctoritate regiminis pie exponendum eſt pro executiua poteſtate vt dictum eſt. Dedit enim Chriſtus omnibus apoſtolis communiter vt exequi poſſent in eis ad quos mittebãtur omnia que Petrus exequi poterat, puta inſtituere Eccleſias et epiſcopos, docere, excõmunicare, &c. Petro autẽ abſolute dedit omnium et ſuper omnes poteſtatẽ. Et ſic Paulus aliquo modo, id eſt, executiuẽ erat par Petro quoad defenſionẽ fidei vt ſup. b. Tho. 2. a. dixit. Que quidem differentia inter poteſtatẽ executiuã et preceptiuã exemplo magis liqueſcit. Nam epiſcopi habent officium predicandi: et fratres predicatores et minores habent oficium predicandi cum ad hoc inſtituti ſint. Sed differenter nam epiſcopi ex propria auctoritate hoc faciunt: religioſi autem prefati auctoritate Pape delegãtis eis in officium hanc predicationis exercende poteſtatem. Sic ad rem proportionaliter de poteſtate gubernandi Eccleſiam in Petro et alijs Apoſtolis fuit. Nam Petrus ex propria auctoritate officij ſui pontificatus gubernabat: alij vero Apoſtoli ex priuilegio Chriſti delegantis eiſdem gubernationis officium.

¶ Eſt ergo reſolutio huius tertie opinionis quod ſolus Petrus habuit vicariatũ Chriſti: et ſolus immediate ab eo poteſtatem iuriſditionis ordinarie accepit: ita quod a Petro omnes alij iure ordinario poteſtatem ordinis epiſcopalis et iuriſditionis erant accepturi et ei erant ſubiecti: et in hoc tantũ eſt vera ſecunda opinio. Cum quo etiã ſtat quod Chriſtus dominus iuris ex ſpeciali gratia vel priuilegio preueniendo delegauit alijs Apoſtolis immediate parem in exequendo poteſtatem iuriſditionis, poteſtatem autẽ ordinis epiſcopalem mediate vel immediate parem omnibus dedit. Vt dictum eſt et in hoc tantum, illa prima opinio etiã eſt vera. Et ſecundum hec limitande et exponẽde et concordande ſunt in veritate ille due priores opiniones, vt hec omnia vbi ſupra proſequitur Gaietanus. Reſolu.

¶ Ad rationes ergo ſuprapoſitas pro prima opinione reſpondeo ad primam ex Math. 18. quod ſolum probatur ſicut et conceditur quod par poteſtas eſt omnibus Apoſtolis a Chriſto immediate conceſſa, ſed diuerſimode: nam Petro prius et ordinarie ſuper omnes etiam Apoſtolos, alijs autem Apoſtolis ex gratia preuentionis ad executiuam tantum gubernationem Eccleſie vt ſupra declaratum eſt. Quod etiam inde patet quia ex hoc quod prius Math. 16. Petro deĩde Math. 18. alijs Apoſtolis predicta poteſtas a Chriſto data eſt. Iam ex hoc ordine inſinuat dominus ordinariũ progreſſum poteſtatis ſoluendi et ligandi quod ſcilicet a Petro ad ceteros deriuanda eſt propter vnitatem capitis et corporis Eccleſie vt ait bea. Tho. in. 4. diſt. 25. et contra gentes lib. 4. et doctores communiter. ¶ Ad illud autem Ioan. vlti. Paſce oues meas. &c. Reſpõdeo quod id ſoli Petro cõceſſum eſt. Vbi plus illi per hec verba quam ceteris per quecunq; verba datum eſt: quia auctoritas regiminis vniuerſalis ſimpliciter hic illi conceſſa eſt a Chriſto, quanuis totum officium paſtorale executiue alibi per alia et alia verba ceteris etiam Apoſtolis conceſſum ſit. Ideo quanuis alij Apoſtoli poſſunt dici delegati paſtores Eccleſie vt in prefatione dicitur. Quos operis tui vicarios eidem cõtuliſti preeſſe paſtores, id eſt, vt operis tui vicarios, Reſp. a 1. ration 1. opi.

rios, ideſt miſſos vt vice tua ad executionem operis tui. Petrus autem factus eſt paſtor ouium Chriſti abſolute et vniuerſaliter vt dictum eſt. ¶ Ad ſecũdum ex Galat.2.reſp.quod Paulus nihil doctrine aut poteſtatis accepit a Petro: non quidem ex defectu poteſtatis in Petro, ſed ex gratuita preuentione qua a Chriſto habuit poteſtatem et ſcientiam, vt ipſe ibidem.ca.1.dixerat. Dexteras quoq; dederunt ſocietatis propter vnitatem fidei quam ducebant. Et non ſolum ſocij ſed etiam fratres in vnitate fidei ſumus. Math.23. Omnes vos fratres eſtis. Quomodo autem vt par illi teſtitit, iam declaratum eſt quod de paritate in executione officij defenſiui fidei intelligitur.

¶ Ad tertium ex auctoritatibus Anacleti, Cipriani, &c. iam patet ex dictis quomodo fuerunt pares Apoſtoli preuentionis gratia et quoad executiuam gubernationem: Petrus autem ſimpliciter et vniuerſaliter ſuper omnes vt declaratum eſt.

Reſpō. ad rationes. opi. ¶ Ad rationes etiam ſecunde opinionis ſupra poſitas ſimul reſp. patet ex ſupradictis. Inſuper quod de poteſtate ordinis nihil refert quod Chriſtus preuenerit Petrum in faciẽdo omnes Apoſtolos epiſcopos, vt gloſ.in.ca.porro.diſt.66.contra textum ſentire videtur, vel quod eos ordinandos Petro reliquerit, vt textus ipſe ſonat. Si enim Petro hoc dimiſit: ordinariũ progreſſum poteſtatis ordinis in ſtatuto curſu non preuenit. Si autem ipſe ordinauit per ſe ipſum gratuita preuentione non reuocatione ſtatuti ordinarij id fecit. De poteſtate vero iuriſditionis iam dictum eſt quod gratuita preuentione per ſe ipſum omnibus exequenda dedit. Qui in ordine dandi vel promittendi ordinarium progreſſum deriuationis illius a Petro ad alios perpetuum fore ſtatuit. Vt ex ſupradictis auctoritatibus colligitur. ¶ Ex quibus omnibus liquet et vt dictum eſt quod ſolus Petrus princeps et caput et paſtor eſt Apoſtolorum omniumq; fidelium: quodq; Apoſtoli ſubditi fuerunt illi vt oues ſuo paſtori: quodq; via ordinaria ab ipſo ſortituri erant poteſtatem ordinis et iuriſditionis: quãuis gratuita preuentione poteſtatem iuriſditionis executiuam equalem a domino habuerint immediate. Poteſtatem autem ordinis epiſcopalem immediate vel mediate omnes etiam a domino equalẽ habuerunt. ¶ Liquet etiam quod licet Petrus Apoſtolus et Papa fuerit ſimpliciter maior ceteris: at vero ſucceſſor eius Linus, Cletus, aut Clemens nõ ſic ſe habebant ad Ioannem Euangeliſtam qui viuebat, ſed aliquomodo vt par et excedens et exceſſus. Erant enim pares in poteſtate executiua regiminis Eccleſie, quia Ioannes poterat ex Apoſtolatu exequi quicquid poterat Petrus et Papa ſucceſſor eius: Papa autem erat excedens in auctoritate regiminis ſicut de Petri auctoritate dictum eſt: quia ipſe non Ioannes erat ſucceſſor Petri et vicarius Chriſti. Erat vero ipſe Papa Linus et alius quilibet exceſſus a Ioanne in dignitate Apoſtolatus: quia Ioannes erat Apoſtolus non autem Linus aut Clemens. Vnde quia Apoſtolis non Pape condendi libros ſacre ſcripture conceſſum eſt a domino illis dicente Ioan. quod Spiritus ſanctus doceret eos omnem veritatem, et Auguſtinus de conſenſu Euangeliſtarum ait quod Lucas et Marcus ſcripſerũt illo preſertim tempore quo ab ipſis in carne viuentibus Apoſtolis probari meruerunt. Ideo preualuiſſet ſententia Ioannis ſententie Lini aut Clementis Pape in doctrina fidei et morum: ſicut modo preualet Euangelium Ioannis ſententie cuiuſq; Pape et totius Eccleſie. Neq; obſtat illud Auguſtini, Euangelio non crederem niſi Eccleſie auctoritas me moneret: quia ipſe Ioannes et quilibet Apoſtolus quoad hoc erat Eccleſia auctoritate Ieſu Chriſti: nam ipſe Ioannes capit. vlti. in perſona Eccleſie quam auctoritate Chriſti gerebat ait. Et ſcimus quod verum eſt teſtimonium eius. Nam ex quo conſtat aliquem Apoſtolum ſcripſiſſe ad doctrinam Eccleſie iam ipſius etiam Eccleſie auctoritate habet. Hec omnia Gaieta. vbi ſupra. et Victoria in. 2. relectione de Eccleſia.q:2.nu.9. &c.

¶ Secundum punctum quoad epiſcopos. Vtrum nunc a Chriſto immediate: an a Papa et per ipſum aut per medium eius a Chriſto ſuam poteſtatem epiſcopalem et iuriſditionem habeant. Punctũ. 2.

Eſt triplex opinio. Prima, quam Caſtro de punitione hereticorum. lib. 2. capit.24. et de hereſibus. titu. epiſcopus. cum multis alijs tenet, quod tam quoad poteſtatem ordinis epiſcopalis quam iuriſditionis epiſcopi eam habent immediate a Chriſto: ſicut Apoſtoli habuerunt. Quanuis hanc vel illam dioceſim aut limitationem in hos vel illos ſubditos non niſi a Papa habent. Quod patet de poteſtate ordinis epiſcopalis diſtincta a communi ſacerdotio ſupra ſacerdotes ad conferendos ordines et ſacramentum confirmationis et alia eiuſmodi: quanuis ſacramentalia habeant a iure Eccleſiaſtico, et in hoc conſonat gloſſa in capit. porro. diſtinctione.66: ¶ De poteſtate etiam iuriſditionis (vbi eſt difficultas) probatur tripliciter. Primo, quia hec eſt annexa vel conſequitur ordinem epiſcopalem: ſicut poteſtas abſoluendi a peccatis in ſacramento conſequitur ordinem ſacerdotalem. Nam epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis ſecundum capit. quorum. diſtinctione.68. et Concilium Florentinum. Sed illi habuerunt a Chriſto immediate poteſtatem iuriſditionis epiſcopalis: ſicut ab eo ſunt inſtituti et non a Petro Mathei.10.et.18. Marci.3. Lu. 6. Ioan. vlti. ergo et epiſcopi. Patet conſequentia. Quia ſicut ex ſucceſſione Pape ad Petrum habetur eius poteſtas immediate a Chriſto: ſic ex ſucceſſione epiſcoporum ad Apoſtolos. Opinio 1.

¶ Secundo probatur idem. Quia Apoſtoli ex inſtitutione Chriſti ſunt Eccleſie paſtores et gubernatores. ergo epiſcopi Apoſtolis ſuccedẽtes habẽt iure diuino hanc poteſtatẽ. Actu.20. Attendite vobis et vniuerſo gregi in quo Spiritus ſanctus poſuit vos epiſcopos regere Eccleſiam Dei: Quãuis

iure

iure humano ſit hec poteſtas determinata circa has vel illas oues tantum ad vitandum confuſionem. Sicut confeſsio de iure diuino inſtituta limitatur humano iure Eccleſiaſtico ad quadrageſimã et ad hos vel illos ſubditos dumtaxat. Sic in propoſito dicẽdum eſt. Itaq; ſi per Papam epiſcopus ſuo priuetur epiſcopatu ob aliqua crimina: tunc erit quidem ſubditis priuatus, non tamen ea poteſtate iuriſditionis quam accepit in ſua conſecratione. Sicut ſacerdos curatus ſi priuetur ſuo curatu abſoluere non poteſt: non quidem propter defectum poteſtatis quam accepit in ſua ordinatione ſacerdotali, ſed quia non habet materiã puta ſubditos in quos illam poteſtatem exerceat, quam ſolum in potentia remota non in propinqua habet, vt alij doctores communiter dicunt. Et huius ſignum eſt quod quando epiſcopi eliguntur et confirmantur: nulla fit illis ab Eccleſia commiſsio iuriſditionis, quod certe Eccleſia non omiſiſſet facere ſi hanc iuriſditionem ab illa epiſcopos habere eſtimaret. ¶Tertio probatur idem per.cap. ita dominus.diſt.19.vbi Leo Papa ait dominum voluiſſe vt illa dona ad omnium Apoſtolorum officiũ pertinerent. Ergo non ex ſola Petri voluntate et cõmiſsione. Item ibidem dicitur non Petrũ ſed Chriſtum hec dona miniſterij in totum corpus Eccleſie diffundere ordine quodam: ita ſcilicet vt ab ipſo Petro quaſi a quodam capite faceret initium, quia prius Petro Math.16.et poſtea Math.18.alijs Apoſtolis idem cõceſsit: vt per hoc ſignificetur eandem eſſe Petri et aliorum Apoſtolorum poteſtatem a Chriſto conceſſam ſed ſubiectam Petro: et quamdiu illi capiti ſuo vniuntur epiſcopi: alias ipſam perderet poteſtatem iuriſditionis vtpote qui ab Eccleſia vel a capite ſuo diuiſi eſſent.

2.Opinio. Secunda opinio eſt aliorum dicentium quod epiſcopi immediate a Deo habent poteſtatem ordinis epiſcopalis: non autem poteſtatem iuriſditionis ſed a Papa immediate, a Deo autem ipſo Papa mediante. Prima pars probatur vt in prima opinione precedente. Secunda autem vt in tertia opinione ſequente.

3.Opinio. Tertia opinio eſt quod vtranq; poteſtatem ordinis et iuriſditionis epiſcopalis epiſcopi habent a Papa immediate: a Deo autem principaliter quidẽ ſed mediante Papa. Et ratio eſt quia a Papa vt a fonte et Chriſti vicario tota poteſtas Eccleſiaſtica ordinis et iuriſditionis deriuatur ordinarie in totum corpus Eccleſie et in membra eius: idq; vel immediate vel mediate. Quia.ſ.ipſe ſolus facit epiſcopos et dat eis poteſtatem prefatã: et ipſe vel epiſcopi faciũt ſacerdotes.&c.ita quod nullis niſi Apoſtolis Chriſtus contulit immediate idq; ex gratia ſpeciali preuẽtionis vtramq; poteſtatem vt ſupra in tertia opinione dictum eſt.

¶ Hec opinio probatur per auctoritates et rationes ſecunde et tertie opinionis que ſuperius in primo puncto de Apoſtolis habentur. Et de poteſtate ordinis epiſcopalis ſpecialiter habetur in. ca.porrò. diſt.66.quanuis glo.ibidem contra textum male ſentiat oppoſitum, vt ibidem optime dicit cum hac tertia opi. Turrecremata et vbi ſupra allegatur, et Gaieta.in.1.quodlib. cum pluribus doctoribus. et Victoria vbi ſupra.in.2.relectione de Eccleſia.q.2.ad idem ſunt.

¶ Ad rationes autem prime opinionis precedentis reſpondeo, ad primam negando conſequentiã et eius probationem. Quia Papa ſuccedit Petro: et epiſcopi Apoſtolis in eo tantum quod ratione officij paſtoralis ordinariè illis collatum eſt vel cõferendum erat. Qualis non eſt poteſtas Apoſtolis a Chriſto immediate per gratiam preuentionis conceſſa: ſed illa tantum que illis ordinaria via mediante Petro et ab ipſo Petro immediate illis cõcedenda erat vt ſupra et in tertia opinione primi puncti latius dictum eſt. ¶Ad ſecundam negatur conſequentia. Quia Apoſtoli non via ordinaria ſed per gratiam preuentionis fuerunt a Chriſto immediate inſtituti paſtores Eccleſie idq; nõ niſi executiue: epiſcopi autem via tantum ordinaria immediate a Papa inſtituendi ſunt. ¶ Ad tertiã reſpon.quod id.ca.ita dominus. de via extraordinaria per gratiam preuentionis loquitur et alie ſimiles auctoritates de Apoſtolis loquentes. Et ita non valet conſequentia de epiſcopis. Illud autem quod ibidem ſequitur quod ordine quodam Chriſtus voluit a Petro et per Petrum dona ſua in corpus Eccleſie diffundere. Vtiq; viam ordinariam potius ſignificat, qua per Petrum et per Papam eius ſucceſſorem mediate ſua dona diffundere vult Chriſtus: ita quod a Papa immediate, a Chriſto autem quanuis principaliter tamen mediante Papa tota poteſtas Eccleſiaſtica deriuatur vt dictum eſt. ¶Si tandem quarto contra tertiam opinionẽ arguatur quod ſi a Papa immediate et ſecundum eius voluntatem epiſcopi habent ſuam poteſtatẽ ordinis et iuriſditionis, ergo ſicut Papa poteſt eis poteſtatem iuriſditionis tollere priuando epiſcopum ſua dioceſi et tollẽdo ſubditos eius, ita quod ſi in eos aliquid facere attentet nihil valeat abſolutio vel ligatio vel excõmunicatio illa. Ita ſimiliter poteſt Papa epiſcopum priuare poteſtate ſacerdotali et epiſcopali, ita quod ſi attentet conſecrare aut conferre ſacramentum ordinis et confirmationis.&c.nihil valeat. Patet conſequentia per eandem rationem, quia a ſua pendet voluntate immediate. ¶Reſpondeo negando conſequentiã. Et ad eius probationem negatur quod illa ſit ratio quare Papa poſsit hoc vel illud facere aut non facere, nam licet a Deo et non a Papa immediate haberent epiſcopi et ſacerdotes poteſtatẽ iuriſditionis ſicut Apoſtoli ex gratia preuẽtionis habuerunt vt ſupra dictum eſt. Bene poteſt Papa ſicut et potuit Petrus tollere aut limitare illam poteſtatem vt ſupra dictum eſt in primo puncto in tertia opi. Et ita nihil facit ad rem quod a Deo vel a Papa mediate vel immediate epiſcopi vel ſacerdotes habeant hanc vel illam poteſtatem vt Papa poſſit vel non poſsit eam tollere vel limitare. Sed ratio diſcri

tio diſcriminis eſt ex parte materie:ita quod ſtante materia debita non poteſt Papa poteſtatē epiſcoporum vel etiam ſacerdotum tollere aut limitare,ita quod non valeat effectus puta quod non valeat conſecratio panis et vini aut chriſmatis aut benedictio veſtium modo ſua modo aliena ſint, et confirmatio et ordinum collatio modo ſint ſubditi modo nō,modo ſacerdos et epiſcopus peccet modo non: quia ſuper tali materia ſacramentorum Papa non habet poteſtatem vt poſsit de materia facere quod non ſit materia neq; econuerſo de non materia facere aut mutare materiam talis poteſtatis,ex quo a Deo talis materia talis poteſtatis facta eſt. Similiter ſtante iam materia iuriſditionis non poteſt facere Papa quod actus eius ſuper eam rite cadens non ſit validus : poteſt tamen tollere et reſtringere materiam huius poteſtatis iuriſditionis , ex quo eſt ei ſoli data Eccleſie gubernatio ſimpliciter.Quia poteſt tollere ſubditos eius ſimpliciter aut quoad aliquid : quibus ablatis iam non manet materia illius poteſtatis que relatiua ad ſubditum eſt.Et tunc actus abſolutionis aut ligationis ſuper tales homines factus nihil valet:quia non erant materia eius aut poteſtatis iuriſditionis. Quanuis ipſa poteſtas iuriſditionis ablata non ſit: ſed manent ſolum in potentia remota , que ad propinquam reducetur quando ſubditos habuerit . Et tunc et non ante nec aliter habebit effectum,modo a Chriſto modo a Papa mediate vel immediate ea poteſtas data ſit.

¶EIVSDEM

Explicit liber quartus.

EIVSDEM FRATRIS ANtonij Cordubenſis ordinis Minorum

Liber quintus, qui eſt de Indulgentijs recognitus et, inſuper additus incipit.

Articulus primus in quo agitur de quiditate, theſauro, et poteſtate, et valore indulgentiarum. Et continet vndecim queſtiones que ſequuntur.

LIBER.V. DE INDVLGENTIIS. Q. PRIMA.

Queſt.1. QVÆSTIO PRIMA. Vtrum aliqua ſatiſfactio pro peccatis iã quoad culpam dimiſsis ſit neceſſaria hic vel in alia vita ante ingreſſum gloriæ.

¶ Pro reſponſione nota quod iam huius quam ſequentis queſtionis de Purgatorio enodatio preſupponitur ad ea omnia quæ de indulgentijs dicẽda ſunt. Que vtpote manifeſta de fide in prima noſtra editione omiſſa ſunt: nunc autem ne nihil huic operi et ordini debito deſideretur breuiſsime prelibanda videntur.

Articu.1. ¶ Sunt igitur in hac queſtione duo articuli. Primus. vtrum poſt peccatum iam quoad culpam et penam eternam dimiſſum maneat aliqua pena tẽporalis a peccatore neceſſario ſoluẽda Deo in hac vel in alia vita ante ingreſſum gloriæ.

¶ Ad quod reſpond. quod ſic: idq; de fide et oppoſitum hereticum eſt. Quia ex ſacra ſcriptura recte intellecta manifeſte colligitur. Id etiam habet generalis traditio Eccleſiæ a tempore Apoſtolorum, et doctores omnes catholici: Conciliorum etiam multorum atq; Pontificum decreta, et in Concilio.g. Tridenti. ſeſsi.6. ca.14. deciſum eſt, et cano.30. quod quia doctores fere omnes et tandẽ Soto de natura et gratia. lib.3. ca.6. et in.4. ſententiarum. diſtin.19. q.1. arti.3. et plenius noſter Vega de iuſtificatione. lib.13. ca.36.37.38. noſter etiã Medina de indulgentijs diſputatione prima ſatis feliciter ac copioſe pertractant, vbi et ad rationes hereticorum in oppoſitum optime reſpondent: nõ placuit ea omnia tranſcribere ſed ad ipſa eorũ ſcripta remittere lectorem.

Articu.2. ¶ Articulus ſecũdus eſt. Vtrum peccatori ſit obligatorium ſub nouo peccato eam ſatiſfactionem in hac vita explere penasq; predictas perſoluere: an poſsit eas reſeruare ſoluẽdas in alia vita: vel poſsit etiam per indulgentias ab ea ſolutione liberari.

¶ Ad quod duo dicimus. Primo, quod non eſt preceptum nec vllo modo obligatorium ſub nouo peccato velle in hac vita pro ſupradictis penis temporalibus ſatiſfacere: ſed licite poteſt peccator velle ad aliam vitam vel ad purgatorium ſatiſfactionem hanc vel ſatiſpaſsionem aut ſolutionẽ penarum reſeruare, vt hoc ſufficienter probat clariſsimus doctor Medina magiſter meus de ſatiſfactione. q.6. et Soto in.4. diſtin. 20. q.2. arti.2. in reſponſione ad tertium argumentum: quamuis doctores aliqui catholici oppoſitum ſentiant. Et ita doctores fere cõmuniter tenent.

¶ Secundo dico quod prefate pene temporales Deo debite poſſunt condonari ſiue remitti multipliciter et precipue per indulgentias. Vti de hoc noſter Medina vbi ſupra. ca.6. vſq; ad. ca.11. latius agit et in hoc libro.5. plenius tractatur in. q. ſubſequentibus et precipue in. q.40. vbi probatur vtile ſanctum et meritorium eſſe indulgẽtiarum acquiſitioni operam dare.

Queſt.2. QVÆSTIO SECVNDA. Vtrum de fide credendum ſit, purgatorium eſſe poſt hanc vitam.

¶ Reſpondeo afirmatiue quod purgatorium eſſe poſt hanc vitam fides catholica tenet. Nam licet ſub hoc nomine purgatorij id in ſacra ſcriptura expreſſe non habeatur: at vero in ſentẽtia ſub alijs verbis recte intellectis id ſignificantibus ibidem continetur: ſicut et limbus olim ſanctorum patrũ, et nunc etiam limbus puerorum ſine fide vel eius ſacramento ab initio mundi decedẽtium ſub alijs nominibus inde deducitur ſufficienter. Id quod per generalem Eccleſie catholice tradditionem et conſuetudinem ſanctorumq; doctorum cõmune omnium teſtimonium atq; ſententiam a tempore Apoſtolorum ad nos vſq; deductã innoteſcit.

¶ Quod autem doctores ab antiquo id teneant et de traditione et conſuetudine Eccleſie catholice teſtificentur preſto ſunt Dyoniſius. li. de Eccleſiaſtica ierarchia. ca 7. Ireneus. lib.4. ca.32.34. Tertullianus ad vxorem de caſtitate. Orige. homilia. 25. et.6. ſuper Exodum. Athanaſius. li. de varijs

quæſtio

queſtionibus.ad Antiochū.q.34.et li.de mortuis. Cyprianus li.1.epiſtolarū epiſt.9.et li.2.epiſt.3.et li.4.epiſt.5.Grego.Nazianzenus adCeſareum fratrē de matre ſua defuncta.Grego.Niſſenus.et Epiphanius hereſi.75.cōtra Aerium.Chriſoſt.homil. 69.ad populū Antiochie.et ſuper.ad Philip.ca.1. Baſilius in Liturgia.et ſuper Eſaiam.et Ambro.in epiſt.ad Fauſtinū,et de obitu Theodoſij et oratione funebri in funere Satyri,et ſerm.10.et in pſal. 118. et ſuper Eſaiā.et Ierony.ſuper Eſa.lib.18.in fine.Augu.in enchiri:ca.66.67.68.ca.69.et.110. et ſer.32.de verbis Apoſtoli,et ad Dulitium.q.1. et.4.et li.10.confeſs.ca.12.et lib.de cura pro mortuis.ca.1.et.4.et ſermo.4.de cōmemo.animarū.et li.de hereſibus.ca.55.et de ciuitate.li.20.ca.21.25. et li.21.ca.24.et li.1.de anima.et eius origine.ca. 9.et habetur in Decreto.diſt.25.ca.vnū orarium. et ca.qui in aliud.B.Greg.li.4.dialog.ca.39.ca.55. et habetur diſt.25.ca.qualis.et.13.q.2.ca.pro obeuntibus.ca.anime.et ſeq.ad idē,et Bern.ſuper Canti. ſerm.66,et Theophilactus ſuper Luc.12.ibi,Eum timete qui poteſt mittere in gehēnam.Et Ioā.Damaſce.in ſerm.de ijs qui in fide obierunt, ſi tamē totus ille ſermo ſuus et nō potius in multis alijs ab hereticis falſatus eſt.Itē.b. Clemēs Romanus de doctrina Apoſtolorū li.6.et clarius.li.8.vt hæc fere omnia refert noſter Horātius de locis catholicis.li.5.ca.24.Itē Concili.Carthaginē.4.ca.95.et Cōcil.Vacar.ca.4.et Agath.ca.4.et habetur.13.q. 2.ca.qui oblationes,et.ca.clerici.et Cōci.3.Tolet. ca.22. et tandē Cōcil.Florēt.ſub Euge.4.vbi Greci ad Eccleſiā redeūtes et recūciliati hanc fidē expreſſe pro falsi oppoſitā hereſim cū alijs abiurauerūt.

¶ Auctoritates autē ſacræ ſcripturæ ſunt ad idē, Nā Math.5.et Lu.12.habetur.Eſto cōſentiēs aduerſario tuo ne tradat te iudici.&c. ſequitur nō exibis inde donec reddas nouiſsimū quadrantē.Secūdū expoſitionē Ambroſij.ſerm.10.et ſuper pſal. 118.ſed hereticis nō cōcludit.Quia et ſecūdū alios catholicos aliter de pena inferni eterna aptius exponitur ita ꝙ nunquā inde dānati liberabuntur.

¶ Itē ad Philip.2.In nomine Ieſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtriū et infernorū. &c. ſed nec hæc auctoritas cōcludit:quia a pluribus catholicis exponitur etiā de damnatis quod.ſ. etiam inuiti confitentur vel recognoſcunt Chriſtum in gloria ad dexteram patris triumphantem.

¶ Itē Apoca.5.ca.Audiui omnē creaturā que eſt in celo et ſuper terrā et ſubtus terrā dicētes: Benedictio honor et gloria ſedēti in throno etc. nūc aūt hec gratiarū actio nō cōuenit exiſtētibus ſubtus terrā niſi animabus purgatorij. Inde ergo vt ait EKius deducitur purgatoriū. Sed certe neq; catholicis hoc quicquā probat,quia Ricardus de ſctō Victore et Albertus magnus ibidē et alij doctores cōmuniter id exponūt vt ipſe textus expreſſe dicit,ꝙ.ſ. Audiui vocē angelorū et ſeniorū dicentiū dignus eſt agnus.i.Chriſtus.accipere.i.habere ſicut et habet virtutē.i.poteſtatē ſuper omnē creaturā que eſt in celo et in terra et ſub terra etiā ſupra demones atq; dānatos vt ſuperius ad Philip.2.dictū eſt, et quod illi omnes.ſ.angeli et ſeniores dicebāt ſedēti ſuper thronū et agno.Benedictio honor &c.

¶ Itē Math.12.Peccatū in ſpiritū ſctūm nō remittetur hic nec in ſeculo futuro.ſ.nec in purgatorio vbi ſolū poteſt eſſe aliqua remiſsio vel dimiſsio penarū,vt ſic exponit Auguſt.de ciuita.li.21.ca.24. 14.et Grego.et Bernar.vbi ſupra et doctores cōmuniter.Sed nec hec auctoritas probat intentū cōtra hereticos.quia Ricardus de ſancto Victore in tractatu de ſpū blaſphemiæ vel de peccato in Spiritū ſanctum alijq; catholici et precipue doctores ſcholaſtici in.2.diſt.43.id exponūt de peccato ſciēter vel ex malicia cōmiſſo:ꝙ nec hic nec in futuro etiā in inferno habet cauſam vt remittatur.i.vt mitius aut leuius puniatur,ſicut habet peccatū ex ignorantia aut ex paſsione cōmiſſum,cuius culpa et pena ſaltē in parte excuſatur vel alleuiatur.

¶ Itē.1.ad Corinth.3.Qui edificat ſtipulā &c.ſic ſaluus erit quaſi per ignē,ꝙ ſecundū Ambro.Ieroni.Aug.Greg.Alchuinū.li.1.ca.3.et docto.cōmu. exponitur de igne purgatorij. Sed hoc hereticis nō cōcludit quia.b.Athanaſius de igne tantū infernali dānatorū id exponit,ad hūc ſenſum ꝙ omne peccatū mortale magis aut minus graue,quod per lignum et ſtipulā ſignificatur,ibi punietur in eternū:ita ꝙ peccator ipſe ſaluus erit ibidē quaſi per ignē.i.permanebit integer ſine corruptione neq; deſinet eſſe cū operibus ſuis:ſed quaſi per ignē magis incorruptus efficietur atq; obdurabitur in illa eterna dānatione.Sed certe hec expoſitio extorta videtur:et cōmunis doctorū illa prior eſt magis cōſona textui et intētioni.b.Pauli,ꝙ.ſ.in igne purgatorij a rubigine leuiū peccatorū et debito penarū tēporaliū tanquā aurū in fornace vir iuſtus vel in gratia decedēs purificabitur ſiue purgabitur.Ideo hec auctoritas valde probat intentū vt etiā Roffenſis contra Lutherum lauſsime differit.

¶ Tandē Thobie.4.Panē tuū et vinū ſuper ſepulturā iuſti cōſtitue.Fruſtra autē talis oblatio fieret niſi ad penarū expiationē. Not.
¶ Itē.2.Machab.12.Iudas Machabeus duodecim millia dragmas argēti miſit Ieroſol. offerri pro peccatis mortuorū &c. ſequitur.Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur. Hec ibi. Et quidem hec due vltime auctoritates manifeſte probant purgatorium.Ideo heretici ſoli nunc negant hos libros Thobie et Machabeorū eſſe canonicos.Qui licet apud Hebreos canonici non fuerunt neq; modo ſint vt ait Ieronimus in prologo ſuper li.Regū:olim etiā de hoc dubiū fuerit in Eccleſia:iā vero certū eſt apud catholicos eſſe canonicos:quia et ab antiquo eos vt tales recepit eccleſia: vt ait etiā ipſe Ieronimus in prologo ſuper libros Machabeorū et Concil.3.Carthaginen.ca.47.cui interfuit Auguſt,qui etiā in li.2.de doctrina Chriſtiana,ca.8.idē cēſet de libris ſupra dictis et Innocē.Papa.1.in epiſtola.3.ad Exuperiū ca.7. et Cōcilijū Florēt.ſub Eugenio.4.et tandē Cōcil. Tridēt. ſeſs.4.idē expreſſe decreuerunt.de quo et nr̄ Medina de

dina de recta in Deum fide.lib.6.latius agit.et latius de indulgentijs.et Medina de ſatiſfactione.q.vlti.et Soto in.4.diſtin.15.q.1.art.4. et diſtin.19.q.1.arti.3.et.q.3.arti.1. de hoc noſter Horantius de locis catholicis.li.5.ca. 23. ¶Per omnia ſupra dicta manifeſte refelluntur heretici dicẽtes quod etiam ſi concedatur vt tenet Eccleſia catholica ꝙ poſt remiſſum peccatum quoad culpam manet obligatio aut debitum pene temporalis ſi nõ omnino per contritionem vel per ſacramẽtum expiata eſt, vt per debitam ſatiſfactionẽ humo penitus expurgatus intrare poſsit in gloriam : non tamen ex hoc inquiunt probatur purgatorium ignẽ poſt hanc vitam manere:quia vel per afflictiones vite huius vel per mortem ipſius tolerantiam tandem omnino anime purgãtur,ipſaq; mortis perpeſsio ipſius anime purgatoriũm finale eſt:vt hoc habetur etiam lib.1.recognitionum beati Clementis. Sed hec certe hereticorum euaſio non valet,quia ſupradicte auctoritates ſacre ſcripture et doctorũ omniũ expreſſe dicunt et manifeſte id quod tradit et credit Eccleſia catholica, ignem videlicet purgatorij aut ipſum locum purgatorij poſt hanc vitam manere vbi iuſtorum anime poſt dimiſſum peccatum quoad culpam a penarum debito purgantur:ad quarum ſolutionem indulgentie et alia ſuffragia et ſatiſfactiones vtiq; proſunt. Liber autẽ ille recognitionum ſub nomine itinerarij Clemẽtis tanquam ab hereticis editus vel potius falſatus iam per Eccleſiam in diſtin.15.ca. ſancta Romana Eccleſia.et diſtin.16.ca.Clementis.apochriphus decernitur:et contra doctrinam et traditionem generalem Eccleſie nullam auctoritatem habet.

Queſt.3. QVÆSTIO TERTIA. Quid ſit indulgentia Eccleſiaſtica.

¶Reſpõdeo omiſſis multis acceptionibus indulgentiæ de quibus latius Iuriſtæ agunt in.ca. indulgẽ. de penit. et remi.lib.6.item extra in.ca.quod autem.eo.titu.et referunt Summiſtæ. Hic loquimur de Indulgẽtia Eccleſiaſtica de qua theologi loquuntur ſpecialiter. Dico ergo quod poteſt dupliciter diffiniri,vno mudo diffinitione deſcriptiua,que ſcilicet explicet quid nominis non curando de alijs omnibus particulis tangentibus omnes difficultates, que quoad quiditatem indulgentiæ moueri poſſunt. Diffinitio enim debet eſſe breuis et clara, vt intelligatur quid per nomẽ de quo agitur importetur,vt ſic conueniant omnes diſputantes in re per tale nomen importata,ne æquiuocare aut paralogizare aut in caſum contendere contingat. Supponitur enim in ſcientia quid nominis rei de qũa agitur et non probatur, vt elicitur ex primo poſterio. ¶Sic ergo breuiter deſcribendo aut diffiniendo indulgentiam,dico quod Indulgẽtia eſt paſtoralis remiſsio,aut relaxatio penæ temporalis,ex peccato contractæ,Deo debite,extra ſacramentum facta. Cuius declaratio patebit ex dicendis. ¶Alio modo et magis in rigore quidditatẽ Indulgentiæ declarãdo poteſt diffiniri. Sed prius oportet notare quod eſt triplex Indulgentia,vno modo abſolute aut ſimpliciter, que dicitur per modum iuriſditionis. Secundo modo Indulgẽtia per modum participationis de qua inferius.q.13. Tertio modo Indulgentia per modum aut per viã ſuffragij,de qua latius infra.q.15.habetur,quia hec ſolum conuenit animabus purgatorij. Nunc autẽ de indulgentia abſolute ſumpta, quæ conuenit viuentibus exiſtentibus de foro Eccleſiæ agendum eſt.

Indu- tiæ d tio.

Indu- tia tr

¶ Indulgẽtia ergo abſolute ſumpta eſt remiſsio iuriſdicialis penæ temporalis pro peccatis actualibus Deo debitæ,facta a prelato Eccleſiæ,de cõmuni Eccleſie theſauro. ¶Iſta diffinitio declaratur primo per ſingulas eius particulas et poſtea probatur. Dicitur ergo quod Indulgẽtia eſt remiſsio, abſolutio,ſeu relaxatio condonatio, ſeu donatio, aut venia totalis aut temporalis:quæ omnia vocabula pro eodem ſummũtur in propoſito quia ſic a doctoribus diuerſimode accipiuntur. In quo notatur quod præfatæ remiſsioni, ſeu abſolutioni pœnarum eſt annexa cõmunicatio ſeu diſpẽſatio theſauri Eccleſie ad faciendam ſolutionem ſeu ſatiſfactionem pœnarum:et ideo alij doctores etiam dicunt,quod Indulgentia eſſentialiter eſt ſolutio pœnarum,vt ſic homo maneat liber et abſolutus a debito pœnarũ,ex quo iam ſic ſunt ei remiſſæ condonatæ aut relaxatæ propter predictam ſolutionem ſeu ſatiſfactionem pœnarum factã de theſauro Eccleſiæ,ſibi per indulgentiam cõmunicato ſeu diſpenſato, de quo,ſcilicet,an ratio et quidditas ſeu eſſentia Indulgentiæ principaliter ſit cõmunicatio ſeu diſpenſatio theſauri Eccleſiæ aut ſolutio ſeu ſatiſfactio pœnarum de prefato theſauro,an potius remiſsio abſolutio ſeu relaxatio pœnarum (vti in hac particula diffinitionis habetur) proxime patebit in probatione huius particulæ. ergo eſt remiſsio vel relaxatio. ¶Dicitur iuriſdicialis,id eſt quod concedere Indulgentiã eſt actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ et non actus ordinis: et ſic ipſa Indulgentia ſeu remiſsio eſt actus iuriſditionis. Et in hoc differt ab abſolutione ſeu remiſſione ſacramentali culpæ ſeu pænæ quæ non ſolum eſt actus iuriſditionis ſacramentalis,ſed etiam ordinis ſacerdotalis. Similiter in hoc differt Indulgentia ab actionibus priuatis,quibus quis ſatiſfacit pro alio,implendo penitentiã pro eo. Per hoc etiam et per primam particulam præcedẽtem differt Indulgentia abſolute ſumpta ab Indulgentia per modum ſuffragij,vt infra.q.15.et ab Indulgẽtia per viam participationis,vt de hoc infra.q.13. dubio.3.latius habetur. ¶Dicitur (pœnæ) quia per has Indulgentias non remittitur culpa, vt de hoc latius.

Indul- tie ab- te ſu- diffin- tus de- ratio.

hoc latius.q.8.per totam quæſt.agitur. ¶Dicitur (temporalis.)Quia reatus pœnæ eternæ non tollitur per indulgentias ſicut nec culpa,vt de hoc infra.q.8.habetur. ¶Dicitur (pro peccatis actualibus.)Quia indulgentia non tollit pœnas debitas aut conſequẽtes ex peccato originali,vt.q.11.latius habetur. ¶Dicitur(Deo debitæ.)Id eſt quæ in ſacramẽto eſt iniuncta,aut quæ deberet iniungi tam in foro Dei quã Eccleſiæ.Nam indulgentia ad forum ſacramentalẽ ſeu pœnitentialẽ aliquomodo pertinet:et per hoc excluduntur pœnæ debitæ in foro cõtentioſo ſeu exteriori,de quo infra.q.6.9.10.latiſsime agitur. ¶Dicitur (facta a prælato,) ad differentiã remiſsionis pœnæ quæ fit in foro ſecreto virtute contritionis aut ſacramẽtalis abſolutionis.Talis enim remiſsio pœnæ non eſt nec dicitur indulgentia Eccleſiaſtica proprie loquẽdo, de qua hic agimus,ſed ſolũ illa quæ fit a prælato vel ab eius auctoritatem ſeu cõmiſsionem habente,vt de hoc latius infra in preſente.q.et.q.12.habetur. ¶Dicitur(de cõmuni theſauro Eccleſiæ,) ad differentiam cõmunicationum bonorum,quæ fiunt a prælatis religionũ ſeu cõmunitatum recipientibus aliquos ad confraternitatẽ ſeu cõmunicationem bonorũ ſpiritualium ſuorũ ſubditorũ. Talis enim cõmunicatio non eſt nec dicitur indulgentia Eccleſiaſtica,quia nec eſt remiſsio , nec eſt actus iuriſditionis,vt de hoc latius infra.q.41. pertractatur. ¶Ab aliquibus additur particula hæc(rationabiliter)quia ſcilicet vt ſit valida indulgentia,et non ſolum nomine ſed in rei veritate ſit indulgentia tanta vt ſonat requiritur quod fiat ex rationabili cauſa ex parte ipſius indulgentiæ et recipientis eam,vt infra quæſtione.20.de hoc latius habetur.Sed quia hoc potius pertinet ad valorem quam ad quidditatem indulgentiæ,et in hoc ſunt opiniones,vt ibi videbitur : ideo nunc hæc particula,ſi placet,omittatur. ¶Et ſic patet declaratio omnium particularum diffinitionis.Quarum probationibus nunc omiſsis,et pro ſuis locis ſupra allegatis reſeruatis , præcipue in hac prima quæſtione morabimur circa duas primas particulas,ſcilicet(remiſsio iuriſditialis)an ſint de quidditate et eſſentia indulgentiæ et quomodo , quia in his ſtat tota fere difficultas huius materiæ.

pro ,in- ilis. ¶ Et primo probatur illa particula (iuriſdicialis)quod ſcilicet indulgentia aut eius conceſsio ſit actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ . Quod probatur dupliciter. Primo,auctoritate capit. quod autem.extra.de pœniten.et remiſsio. Vbi Alexãder tertius reſpõdens archiepiſcopo Cantuarienſi dicit,quod quia nullus poteſt ligari,aut ſolui a non ſuo iudice , ideo indulgentiæ conceſſæ ab aliquo epiſcopo non ſe extendunt ad non ſubditos eius, niſi de conſenſu ſuorum iudicum concedantur. Hæc ibi . Ex quibus patet quod indulgentia eſt actus iuriſditionis abſoluentis ſpiritualiter.Quia actus iuriſditionis eſt actus ſeu operatio iudicis , alioqui fruſtra in eo capitulo daretur ratio dicendo,quod quia nullus poteſt ligari ſeu abſolui a non ſuo iudice ideo indulgentiæ &c.¶Idem patet eodem titulo.capitu. cum ex eo.ibi dicitur quod per indulgentias indiſcretas claues Eccleſiæ contemnuntur,vbi patet quod concedere indulgentiam ſpectat ad claues , non autem ad claues poteſtatis ordinis , vt patebit de hoc latius infra quæſtione duodecima . ergo ad claues poteſtatis iuriſditionis.

¶ Item eodem titulo cap.noſtro. habetur quod prælatus poteſt concedere indulgentias dummodo non excedat modificationem ſibi factam per Papam vel per Eccleſiam,vt etiam idem replicatur in.cap.Romana.eo.titu.li.6. quia alias talis indulgentia vires nõ obtinet:vt hoc habetur expreſſe.eo.titu.li.6.ca.indulgentiæ. Ex quibus videtur quod ſi iſta poteſtas poteſt reſtringi,ita quod vltra reſtrictionem vires non obtineat indulgentia: ergo non eſt actus poteſtatis ordinis ſeu characteris ſacerdotalis,quia talis poteſtas non poteſt reſtringi ſic quod non habeat ſuum effectum validum:ſed eſt poteſtas iuriſditionis quæ reſtringi poteſt modo predicto,vt reſtringitur in dicto.ca. cum ex eo.et.ca.Romana.quia non eſt alia poteſtas Eccleſiaſtica.

¶ Et confirmatur idem.Quia indulgentia eſt abſolutio ſeu remiſsio pœnarum vt dicit alia particula diffinitionis et expreſſe habetur in dicto capit.quod autem.ergo eſt actus iudicis in ſubditum ſuum.Patet hoc,quia non poteſt abſolui niſi ſubditus,vt habetur expreſſe in eodem cap. ergo abſoluens eſt ſuus iudex ſeu prælatus. Patet conſequentia.Quia correlationem mutuam ſubditi et ſuperioris abſoluentis importat abſolutio. ergo talis operatio ſcilicet abſolutio iudicis ſeu ſuperioris vt talis,eſt actus iuriſditionis eius in ſubditum,quia actus iuriſditionis eſt operatio iudicis aut ſuperioris vt talis,ſcilicet vt ſuperior eſt.

¶ Secundo probatur idem. Quia eodem textu Ioan.20.Quorũ remiſeritis peccata &c.et Math. 16. Quodcunq; ſolueritis ſuper terram &c.fundatur auctoritas remittendi peccata. Illic quidem quoad culpam per ſacramenta : hic autem quoad pœnam ſpecialiter per indulgentias,vt patebit in reſpõſione ad argumenta,et infra.q.6 .et.q.7.Sed ibi conceditur poteſtas iuriſditionis quoad abſolutionem a culpa : ergo et hic ſimiliter quoad abſolutionem a pœna per indulgentias. Patet conſequentia,quia eodem modo vtrunq; conceditur ibidem. Secunda.

¶ Et ſic patet quod conceſsio indulgentiæ non eſt actio priuata,puta cum vnus orat aut ſatiſfacit pro alio aut pro ſe.Neq; eſt actus ſolum auctoritatis aut poteſtatis perſonæ communis exercentis vel diſpenſantis aliqua in communi ex auctoritate ſeu officio publico quod habet,puta dando alicui de bonis communibus precium de quo ſoluat creditori:nam ſine iuriſditione poteſt perſona publica id facere nõ ſolum in temporalibus ſed etiã in ſpiritualibus.Poteſt enim communicare bona ſuæ communitatis ſpiritualia alienis ſuper quos

non habet iuriſditionem neq; ſuperioritatem, vt patet ſecundum cõmuniter docto. et infra.q.42. habetur. Imo etiam ſi in ſubditos diſtribuat bona ſpiritualia ſuæ communitatis ſuper quæ habet auctoritatem, non per hoc concedit indulgẽtiam: etiam ſi ſic diſtribuendo vtatur iuriſditione. Quia talis diſtributio debet fieri ſecundum iuſtitiam diſtributiuam, attendendo proportionem perſonarum et meritorum eorum quibus talia bona beneficia ſeu etiam officia ſpiritualia communitatis diſtribuenda ſunt: vt patet.5. Eth. At vero in conceſsione indulgentiæ non oportet quod fiat hoc modo: neq; talis conceſsio Indulgentiæ pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam: ſed eſt actus miſericordiæ et liberalitatis reſpectu eorum quibus conceditur: vt patebit infra in.1.corol. Pertinet tamen ad iuriſditionem ſpiritualem Eccleſiaſticam: et eſt talis ſpeciei iuriſditionis ſcilicet remiſsionis ſeu abſolutionis pœnarum vt dictum eſt. Et ſic communiter tenetur a doctoribus in.4. diſtinctione. 20. Et ideo ſufficiãt præfatæ probationes de quo etiam infra. quæſtione.12. late habetur per totum. ¶Et licet talis poteſtas concedendi indulgentias, cum ſit iuriſditionis et quoad eius inſtitutionem poſsit exerceri in inuitum ſubditum: tamen fructum earum non poſſunt aſſequi niſi volentes et diſpoſiti ſicut nec fructum iuriſditionis pœnitentialis in ſacramento confeſsionis.

¶Secunda particula in qua eſt maior difficultas, quod ſcilicet indulgentia eſt remiſsio, relaxatio, ſeu abſolutio pœnarum (quod idem eſt.) Pro cuius probatione nota, quod in indulgentia ſeu eius conceſsione ſunt multi actus: et ſic ſecundum eos et ſecundum diuerſos reſpectus diuerſimode nominatur. Nam ibi eſt applicatio theſauri Eccleſiæ eiuſq; communicatio facta huic cui conceditur indulgentia: et ſecundum hoc dicitur et eſt diſpenſatio ſeu cõmunicatio theſauri Eccleſiæ. Ibi etiã eſt ſolutio ſeu ſatiſfactio pœnæ debitæ Deo ſecundũ eius iuſtitiam de prædicto theſauro applicato huic homini, per conceſsionem indulgentiæ, ad prædictum effectum ſolutionis ſeu ſatiſfactionis efficiendum, vt ſic fiat abſolutio et remiſsio pœnarum illarum. Et ſecundum hoc dicitur ſolutio ſeu ſatiſfactio, et ſic eſt et dicitur actus iuſtitiæ. Ibi etiam eſt liberalis et miſericors actus iuriſditionis remittentis et relaxantis pœnam Deo debitã pro delicto per virtutem theſauri Eccleſiæ huic homini cui conceditur indulgentia applicati: et ſecundum hoc eſt et dicitur remiſsio, relaxatio, ſeu abſolutio ſeu condonatio pœnæ debitæ, quæ eſt et dicitur actus iudicis ſeu iuriſditionis, vt ſupra in prima particula probatum eſt. ¶Igitur ſunt iſta tria, ſcilicet communicatio ſeu applicatio aut diſpenſatio theſauri Eccleſiæ. Secundo eſt effectus eius ſcilicet ſolutio vel ſatiſfactio pœnarum de prædicto theſauro applicato. Tertio eſt remiſsio, relaxatio, abſolutio ſeu donatio, aut condonatio pœnæ debitæ. Et in his omnes doctores concordant.

¶Quid autẽ horum trium ſit eſſentialiter et principaliter indulgentia, in hoc eſt difficultas et varietas quatuor opinionum.

NAm ſi eſſentialiter et principaliter eſt ſolutio vel ſatiſfactio pœnarũ vt tenet Durãdus, Prima opinio Durandi.
in.4.diſtin.20.q.3. iam non abſoluitur principaliter quis a debito pœnarũ. Neq; eſt actus iuriſditionis: ſed acceſſorie cõcurrit talis actus iuriſditionis remittentis pœnas debitas per indulgentias. Acceſſorie etiã concurrit applicatio ſeu cõmunicatio theſauri, vt inde habeat vnde quis ſoluat pro debito pœnarũ, et non eſt liberalis condonatio pœnæ ſed ſolutio et ſatiſfactio pœnarũ facta de theſauro Eccleſiæ liberaliter cõmunicato per cõceſsionem indulgentiæ: et ſic per conſequens fit remiſsio pœnarum. Et idem dicit Durand. eodẽq; modo fieri in omnibus ſacramentis in quibus dicit quod non eſt formaliter et principaliter vera condonatio neq; remiſsio pœnæ totalis aut partialis, ſed eſt ſolutio de meritis Chriſti per ſacramẽta liberaliter cõmunicatis ſeu applicatis, ad abſolutionem ſeu remiſsionẽ pœnæ: quodq; pro tanto dicitur ibi eſſe liberalis condonatio pœnæ, quia liberaliter cõmunicatur de theſauro Eccleſiæ in ſacramentis et indulgentijs proportionabiliter, vt inde fiat ſolutio et ſatiſfactio vt ſic homo maneat liber et abſolutus a debito præfato: ſicq; ſolum eſt cauſaliter donatio liberalis pœnarum non formaliter. ¶Hanc opinionẽ tenet Durandus propter rationes quæ infra tanguntur et ſoluuntur in probationibus quartæ opinionis et in argumentis.

¶Sed certe hæc opinio Durandi eſt cõtra illud Ioan.20. Quorum remiſeritis peccata &c et Matthei.16. Quodcunq; ſolueris ſuper terrã &c. et cõtra formã Eccleſiæ dicẽtis, Ego te abſoluo a peccatis &c. et Remittimus ſeu relaxamus tot annos pœnitentiæ.

¶Palude autẽ ea diſtin.20.q.4. videtur coincidere cum Durandu quoad indulgentias, licet differat quoad ſacramẽta dicens quod in ſacramẽtis fit condonatio peccatorũ proprie et etiam remiſsio quodq; ideo vocantur ſacramẽta gratiæ, ſed in indulgentijs non niſi ſolutio pœnæ de theſauro cõmunicato per conceſsionẽ indulgẽtiæ. Palud.
¶Sed certe ſi ſentit vt durandus: præfatæ auctoritates Ioãnis. 20. et Math.16. et forma Eccleſiæ dicentis quod per indulgẽtias abſoluitur quis a pœna et quod Eccleſia remittit ei pœnã, vt habetur in. ca. quod autẽ. de pœni. et re. ſunt cõtra eum, vt patebit infra in probatione quartæ opinionis. Itẽ eſt alia ratio præcipue cõtra Palu. quia ſi ſic eſſet quod indulgẽtia principaliter et eſſentialiter eſt ſolutio pœnarũ, certe nõ eſſet niſi quia per indulgentiã applicatur theſaurus Eccleſiæ ad ſolutionẽ pœnarũ faciẽdã. Sed in ſacramento pœnitentiæ etiã applicatur theſaurus meritorũ Chriſti ad ſolutionem pœnæ æternæ et tẽporalis faciendã: et tamẽ ibi eſt cõdonatio et vera remiſsio, relaxatio et abſolutio principaliter et formaliter vt probatum eſt cõtra Durandum ex Ioan.20. et Math.16. et forma Eccleſiæ. Ergo ſimiliter in indulgentia per eandem rationem.

rationem. Si autem Palud.intelligat quod indulgentia principaliter eſt communicatio theſauri ad ſolutionem faciendam, vt aliqua eius verba ſonare videntur: iam concordat cum ſecunda opinione quæ proxime recitabitur et refutabitur

2.Opi. Secunda opinio eſt quod ratio indulgētiæ principaliter ſtat in communicatione diſpenſatiua theſauri ad ſoluendum pœnam. Quodq; ſic nunc et ſemper vſa eſt Eccleſia: minus autē principaliter et cōſequenter ſtat in remiſsione ſeu abſolutione pœnarum. Et ſecundum hanc opinionem conſequenter dicendum eſt quod abſolutio ſeu remiſsio, ſimiliter et ſolutio ſeu ſatiſfactio pœnarum acceſſorie concurrunt ad rationem quidditatiuam Indulgentiæ. Ex eo enim quod per indulgentiam mihi applicatur tantum de pœna recondita in Eccleſiæ theſauro ad faciendam ſolutionē pœnæ debitæ, ſequitur quod æquiualens pœna a me debita eſt iam deo pro me ſoluta de dicto theſauro mihi per indulgentiam communicato: et inde vlterius ſequitur quod ſupradicta pœna a me debita et iam ſoluta eſt etiam mihi remiſſa relaxata, ſeu condonata. Hanc opinionem videtur tenere Palud. vbi ſupra et beatus Thomas ea.diſtin.q. 3.et multi alij doctores, et eſt ſatis cōmunis opinio, propter rationes quæ infra tanguntur et ſoluuntur in quarta opinione et in argumentis.

3.Opi. Tertia opinio tenet quod prius Eccleſia vſa eſt indulgentijs per modū abſolutionis et remiſſionis, et quod tūnc ratio indulgentiæ ſtabat principaliter in abſolutione ſeu remiſsione pœnarum. Poſtea vero temporibus modernis a tēpore Bonifacij octaui vſa eſt Eccleſia indulgentijs per modum diſpenſatiuæ cōmunicationis. Et per conſequens (vt Caie.in.2.quodlibet.refert in materia de indulgentijs. ca. 6.) dicunt quod indulgentia olim et nunc eſt diuerſarum rationum quidditatiuę vel quoad ſuam naturā: quanuis quoad cauſam ſit eiuſdem rationis ſemper, quia.ſ.omnes indulgētiæ ſunt ab eadem poteſtate Eccleſiaſtica a Deo tradita remittente pœnas ſeu diſpenſante theſaurū Eccleſiæ: et etiā quoad vltimum effectum .ſ.quoad remiſsionem ſeu ſolutionem pœnæ debitæ ſunt vnius et eiuſdem rationis et efficaciæ ſemper.

¶Et iſti mouentur ad ſic opinandum ex tenore ipſarum indulgentiarum: quia ſcilicet olim vocabantur relaxationes vel remiſsiones, nunc autem a tēpore dicti Bonifacij octaui dicuntur communicatiue ſeu diſpenſatiue fieri, vt patet in extrauagan. Clementis.6.de pœni.et re.ca.vnigenitus. vbi decernitur indulgentias fieri per modum diſtributionis compenſationis ſeu ſolutionis. Mouentur etiā ex alijs rationibus, quæ infra in ſecundo et tertio argumento tanguntur et ſoluuntur.

¶ Pro nunc autem ſufficiat quod iſta opinio nō eſt vera: neq; enim natura indulgentiæ pendet ex voluntate Eccleſiæ: quāuis Eccleſia poſsit hoc vel illo modo concedere indulgentias: ſed pendet ex ſua natura et ratione quidditatiua quantum eſt de lege Chriſti, ſicut indulgentiæ non habent fundamentum in iure tantum Eccleſiaſtico, ſed precipue in iure diuino legis gratiæ, vt patebit infra quæſtione.5.

¶Item ponere indulgētias diuerſarū rationum in vſu Eccleſiæ diſſonat ab ipſo vſu Eccleſiæ vt patet. Quia Bonifa.8.qui fuit primus auctor Iubilei perēnis, vt habetur in extrauag. de pœnit. et re.ca. antiquorū. Incipit illam indulgentiā Iubilei in dulgentijs magnis cōceſsis a prioribus, maniſeſtās per hoc ſe ſectari veſtigia prædeceſſorū. Item quia Romani pontifices in hodiernū vſq; diē indulgētias tot annorū adiunctis tot quadtagenis concedēdo in capella pōtificali teſtātur aperte ſe modo priſcorū dare indulgētias: etiā apponēdo ſemper explicite clauſulā illā.ſ.In forma Eccleſiæ cōſueta. Ex quibus patet quod intendunt ſequi antiquā formā indulgentiæ: et non inducere nouam alterius rationis. ¶Item diſſonat ab vſu cōmuni doctorū: nā omnes theologi pariter et canoniſtæ tractant de indulgentia tanquā de vnica ſpecifica actione et vnius naturæ, et non vt de actionibus diuerſarum rationum aut naturarum. Ergo nec indulgentiæ nunc et olim ſunt diuerſarū rationū et naturarū: neq; Eccleſia tanquā diuerſis rationibus indulgentiæ vſa eſt in diuerſis modis eas concedēdi. Ideo hæc tertia opinio quatenus præfatam differentiam ponit non valet.

Quarta opinio in qua tandem videtur ſtandum conformiter ad prefatam particulam diffinitionis ſupra poſitæ, eſt quod ratio ſeu natura indulgentiæ ſemper eſt et fuit vnica, tam ex inſtitutione Chriſti, quam in vſu Eccleſiæ: et quod ſtat principaliter in remiſsione, abſolutione, ſeu relaxatione pœnarum: minus autē principaliter et acceſſorie quāuis neceſſario ſtante lege ſtat in cōmunicatione theſauri Eccleſiæ ad ſolutionē pœnarum faciendā. Sic.ſ.quod quia Eccleſia non poteſt libere relaxare pœnam Deo debitam pro peccato: ideo vt remiſsio ſua ſit valida et efficax et habeat vnde remittat et ſoluat pœnam adiungit abſolutioni prædictæ communicationē pœnarum ſolutarum a Chriſto et ſanctis: applicando aliquid earum huic vel illi cui indulgentiam concedit: vt ſic conſequenter ſit ſufficienter ſoluta pœna Deo debita pro peccato: ſicq; ſolutio et ſatiſfactio pœnarum conſequenter vt effectus finaliter intentus in conceſsione indulgentiæ concurrit etiam acceſſorie ad remiſsionem ſeu abſolutionem earum. Et hanc opinionem tenet Caieta.in quodlibet. vbi ſupra et doctores communiter. 4.Opi.

¶Et quanuis præfata differentia videatur aliquibus differentia et ſubtilitas mathematica et ſubtilis, quodq; ideo non ſit talis differentia ponenda, ſed quod ratio indulgentiæ ſtat æque principaliter tam in remiſsione, abſolutione ſeu relaxatione pœnarum, vt dicit præfata particula diffinitionis, quam etiam in communcatione ſeu applicatione theſauri, quodq; idem eſt vtrunq;: tamen in rei veritate magna differentia eſt, et multum facit ad rem: quia hinc pendet intelligentia indulgen-

tiæ per modum ſuffragij, et differentia eius ab indulgentia proprie et ſimpliciter dicta, quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis, vt patet ex ſupradictis et dicendis per totam hãc materiam, maxime in hac quæſtione prima et infra quæſtione decima quinta. ¶ Ideo (ſaluo meliori iudicio) ſtandum videtur in hac quarta opinione ſcilicet quod indulgentia eſt abſolutio ſeu remiſsio pœnæ extra ſacramenta quidditatiue et æque principaliter, ſicut eſt remiſsio pœnæ in ſacramentis virtute ſacramentorum. Et per indulgentias applicare theſaurum, eſt virtute theſauri Eccleſiæ applicati per conceſsionem indulgentiæ facere abſolutionem a pœna extra ſacramenta, ſicut in ſacramentis etiam fit applicatio theſauri meritorum Chriſti virtute quorum fit remiſsio culpæ et pœnæ.

¶ Sicq; conceditur quod licet nõ fiat aliter remiſſio pœnæ per ſacramenta, quam per indulgentiã. Eſt tamen duplex differentia. Prima, quia in ſacramentis fit applicatio ſolum meritorum Chriſti: in indulgentijs autem etiam fit applicatio ſatiſfactionum aliorum ſanctorum, vt patebit infra quæſtione quinta. Secunda differentia eſt. Quia ſacramẽtum ex ipſa Chriſti inſtitutione eſt inſtrumentum applicatiuum meritorum Chriſti, per indulgentiã autem applicatur virtus paſsionis Chriſti et ſanctorum, ſolum per auctoritatem Eccleſiæ ſine aliquo inſtrumento inſtituto a Chriſto. ¶ Et ſic patet declaratio huius quartæ opinionis, et primæ particulæ diffinitionis, quod ſcilicet eſſentialiter et principaliter indulgentia nunc et olim eſt remiſsio ſeu abſolutio pœnarum, ſecundario autem ſeu acceſſorie, quanuis neceſſario eſt communicatio theſauri Eccleſiæ vt dictũ eſt. Quæ et probatur tripliciter.

Primo probatur quod eſt abſolutio vel remiſſio.

¶ Primo, quia indulgentia nunc et olim vſu Eccleſiæ eſt eiuſdem rationis et naturæ quoad ſuam eſſentiam. Sed olim eius ratio et natura fuit principaliter remiſsio ſeu abſolutio aut relaxatio pœnarum, ergo et nunc. Conſequentia patet, et maior eſt ſupra probata in deſtructione tertiæ opinionis. Minor autem probatur per cap. quod autem. extra de pœniten. et remiſſio. vbi Alexan. tertius reſpõdens archiepiſcopo Cãtuarienſi dicit quod quia nullus poteſt ligari aut ſolui a non ſuo iudice ideo indulgentiæ conceſſæ a non ſuo iudice vel epiſcopo non ſe extendunt ad non ſubditos eius niſi de conſenſu propriorum iudicum. Hæc ibi. Ex quibus patet quod ſi indulgentia non eſſet per ſe proprie et eſſentialiter abſolutio ſeu remiſsio, hoc ius non redderet rationem per ſe et propriam quare indulgentia non prodeſt non ſubdito, quia ſcilicet non poteſt ligari vel ſolui, niſi ſubditus. Si enim illa ratio eſt per ſe et proprie data, oportet indulgentiã proprie et quidditatiue conſiſtere in abſoluendo vel ligando: conſtat autem quod indulgentia non eſt ligatio. ergo eſt abſolutio. ¶ Dicere autem quod ille canon non dedit rationem propriam et per ſe ad quæſitum ſeu ad ſuum dictũ, certe hoc nõ cõſonat rationi aut Eccleſiaſticę ſeu Papali decreto: quia ea quæ ſunt per accidens repelluntur a qualibet ſcientia. Quod ſi ille canõ gloſſetur, dicendo quod indulgentia eſt quidẽ abſolutio ſeu remiſsio vt probatur, ſed non eſſentialiter, ſed effectiue. Sic. ſ. quod indulgentia eſſentialiter eſt cõmunicatio theſauri, cauſans ſeu efficiẽs abſolutionẽ vel remiſsionẽ pœnarũ, et quod hoc tantum probat dictũ. ca. quod autem. etiam ſi per ſe et proprie det rationem. Contra hanc gloſſam eſt ſecunda probatio, quæ ſubſequitur.

¶ Secundo probatur idem. Quia ſi principaliter natura indulgentiæ conſiſteret in communicatione, diſpenſatione, ſeu applicatione theſauri Eccleſiaſtici, ſequeretur (vt arguit Caie vbi ſupra) quod epiſcopus Bononienſis poſsit validas indulgẽtias concedere non ſubdito ſuo, modo peccet modo non in tali conceſsione contra legem aut prohibitionẽ ſuperioris. Probatur conſequentia. Quia diſpenſatio ſeu cõmunicatio theſauri non eſt actus iuriſditionis vt talis eſt. Nam ad cõmunicandum alicui theſaurum non requiritur aliqua iuriſditio ſuper illum cui cõmunicatur, ſed ſufficit auctoritas ſeu poteſtas ſuper theſauri diſpẽſationẽ, vt hoc patet in diſpẽſatione theſauri temporalis. Abſolutio autem ſeu remiſsio pœnæ concõmitaretur talem diſpenſationem per viam ſequellæ abſq; alio actu iuriſditionis, quia iam exoluiſſet pœnam debitã de theſauro Eccleſiæ ſibi cõmunicato. Ergo alienus ſubditus qui ſolũ ad quadraginta dies pœnitentiæ teneretur, certe ſequeretur, quod ab epiſcopo Bononienſi per indulgentiam quadraginta dierum ſibi factam aut cõmunicatam, ſic abſolueretur quod ſaltem coram Deo ad nullam pœnam pro peccato luendam teneretur. Huius tamen oppoſitum habetur in dict. ca. quod autem. dum ibi dicitur quod alieno non prodeſt indulgentia niſi de conſenſu proprij iudicis.

Secunda.

¶ Si quis euadere nitatur dicens ad hoc quod quia indulgentia liberat eum cui datur a pœna coram Deo et coram proprio iudice Eccleſiaſtico: quia ſcilicet liberat a pœnitentia iniuncta in foro pœnitentiali, et licet alienus epiſcopus communicando pœnas de theſauro Eccleſiæ non ſuo ſubdito exoluat pro illo pœnitẽtiam iniunctam coram Deo non tamen coram proprio iudice illius: et ideo ille ſubditus remanet ad pœnitentiam iniunctam adhuc obligatus coram ſuo proprio prelato ſeu iudice. Sicut qui ſine aliqua indulgẽtia per alia opera ſatiſfactoria exoluiſſet totam pœnam peccatis ſuis debitam et pœnitentiam iniunctam a ſacerdote non peregiſſet, remaneret obligatus in foro Eccleſiæ ad pœnitentiam iniunctam peragendam. Et ideo Alexander tertius dixit in dicto capitu. quod autem. quod indulgentia non ſubdito non prodeſt. Scilicet in foro Eccleſiaſtico in quo iura fiunt et de quo predict. capitu. quod autem. loquitur. ¶ Sed certe hæc euaſio nil valet propter duo. Tum primo: quia ſi natura indulgẽtiæ principaliter conſiſtit in cõmunicatione theſauri exoluentis pœnam coram Deo, et abſolutio

Euaſio.

Replica.

iudicialis

iudicialis comes ponitur:certe Alexander tertius conſultus non debebat reſpódere negatiue ſimpliciter et abſolute dicendo,quod nõ prodeſt niſi de licentia proprij iudicis:ex quo oppoſitum eſt verum ſimpliciter et abſolute, prodeſt enim coram Deo talis indulgẽtia etiam ſecundum oppoſitum opinãtes. Vnuquæq; enim res ſimpliciter et abſolute iudicatur ſecundum ſuam naturam et nõ ſecundum concomitantia. Imo et debuit abſolute affirmari quod talis indulgentia prodeſt nõ ſubditis:ex quo illam indulgentiam ſecundum oppoſitum opinantem conſequuntur omnes etiam nõ ſubditi quoad principalem et eſſentialem effectũ indulgentiæ, qui eſt ſolutio pœnæ debitæ coram Deo. Ergo propter hoc nõ valet illa euaſio. Tum ſecundo, quia tenendo quod indulgentiæ valent etiam quoad pœnas non iniunctas a ſacerdote(vt infra.q.9.propoſitione.4 latius de hoc habetur:) tunc ex quo in foro Eccleſiæ iam non tenetur ad aliquam pœnam talis homo,ſequitur quod indulgentia ei conceſſa a non ſuo iudice valeret ei omnino. Hoc autem eſt contra prędictum cap.quod autem.vt probatũ eſt ſupra,ergo euaſio nulla.

Euaſio.2. ¶ Si ſecundo quis euadere nitatur dicẽs quod indulgentia eſſentialiter eſt diſpenſatio nõ quælibet ſed iuriſdicialis,ſcilicet ſuper ſubditos tantum: et non proprie diſtributiua ſecundum leges iuſtitiæ diſtributiuæ,ex quo non exigit reſpectum æqualitatis vnius ſubditi ad alterum vt ſupra habetur in probatione illius particulæ (iuriſdicialis:) et nec eſt proprie actus iuſtitiæ moralis:ſed eſt diſpenſatio iuriſdicialis in ſubditos tantum et liberalis ſecundum quod ad Dei honorem et ſpiritualem vtilitatem animarum ſeu Eccleſiæ pertinere videtur: et ideo non principaliter ſed concomitanter eſt abſolutio ſeu remiſsio pœnarum.

Inſtãtia. ¶ Sed certe neq; hæc euaſio quid valet:quia tũc ſequeretur quod eodem modo Papa vel Eccleſia concederet indulgentias viuis ſicut defunctis. Patet hæc ſequela,quia quoad principale vel eſſentiale ipſius indulgentiæ ſimiliter indulgentia conceſſa animabus purgatorij per modũ ſuffragij eſt diſpenſatio et communicatio theſauri et conuenit cum indulgentia ſimpliciter ſumpta quoad viuos ſecundum opinantem:licet differant in anne xis ſeu concomitantibus,puta in iuriſditione annexa quoad viuos et non annexa diſpẽſationi vel commutationi theſauri quoad defunctos. Ratione autem annexorum non diuerſificatur natura et eſſentia rerum. Ergo ratione concomitantis iuriſditionis ipſi diſpenſationi non diuerſificatur natura et eſſentia indulgentiæ quoad viuos et defunctos. Quod autem hoc conſequens ſit falſum probatur. Quia natura indulgentiæ per viam ſuffragij differt eſſentialiter ab indulgentia ſimpliciter dicta. Inſuper et hæc conceditur ſolummodo viuis nõ per modum ſuffragij ſed per viam iudiciariæ abſolutionis:defunctis autem non per viam iudiciariæ abſolutionis ſed per viam ſuffragij,ideſt per viam auctoritatiuæ communicationis ſeu diſpenſationis de theſauro Eccleſiæ vt tenet communiter practica Eccleſiæ, vt latius de hoc habetur infra.q.15.ergo patet quod indulgentiæ defunctorum ſunt eſſentialiter diſpenſationes ſeu communicationes auctoritatiue eis factæ de theſauro Eccleſiæ:concomitanter autem ſeu effectiue ſunt remiſsiones pœnarum(vt ait Gaie.)vel potius ſunt ſolutiones vel ſatiſfactiones pœnarum:et finaliter ſunt remiſsiones et abſolutiones earum,quia ſcilicet tales indulgentiæ eis conceduntur aut talis communicatio et diſpenſatio theſauri eis confertur,vt inde pro debitis ſuis pœnis Deo ſatiſfiat et ſolutum ſit,vt tandem in alia vita vbi ſunt a ſolo Deo talem ſolutionem acceptante ipſis defunctis ſuæ pœnæ debitæ remittantur et a tali debito abſoluantur,vt infra.q.4.in reſpon.ad.3.argu. et.5.latius de hoc habetur. Indulgentiæ autem viuorũ de quibus hic agimus ſunt eſſentialiter et principaliter remiſsiones ſeu abſolutiones pœnarum factæ a prælato Eccleſiæ loco Chriſti: concomitanter autem ſunt communicationes ſeu diſpenſationes de theſauro Eccleſiæ, vt dictum eſt et dicetur adhuc latius in reſponſione ad ſecundum argumentum et.q.4.5.7.et.15.

¶ Tertio principaliter probatur idem.ſ.quod indulgentia ſit eſſentialiter abſolutio ſeu remiſsio pœnarum,cui tamen eſt annexa et concomitatur neceſſario auctoritatiua communicatio ſeu diſpẽſatio theſauri Eccleſiæ,vt prædicta remiſsio ſit eſſicax quoad Deum et Eccleſiam. Nam Eccleſia et Papa ſemper fere olim et nunc vocant indulgentias,remiſsiones,abſolutiones, relaxationes peccatorum, ideſt pœnarum debitarum pro peccatis, vt patet extra.de pœni.et re.ca. quod autem.et.ca.cum ex et eo.titu.li.6.et in extrauag.eo.titu.ca.antiquorum.vbi dicitur. Pleniſsimam omnium ſuorum peccatorum concedimus veniã &c. et ſimiliter in bullis Papalibus infinities id habetur:vbi dicitur quod conceditur pleniſsima remiſſio,indulgentia,venia et abſolutio peccatorum cõferentibus tale quid ſeu viſitantibus talem locum. Et certum eſt quod ibi Papa et Eccleſia nõ loquitur de abſolutione ſacramentali culparum vt patet ex ipſo tenore et circunſtantijs literarum et cõmuni practica et intellectu earum:et quia ſæpe Papa concedit quod Cardinalis tantum diaconus vel alius non ſacerdos concedat pleniſsimã indulgentiam abſolutionem et remiſsionem peccatorum:quia etiam in facto non ſacramentali lucratur quis Iubileum vt pote in viſitatione et eleemoſina aut oratione et huiuſmodi,qui Iubileus dicitur pleniſsima indulgentia et abſolutio peccatorũ ideſt pœnarum pro peccatis:quãuis ſæpe ex tenore literarum ſeu ſtilo curiæ ad maioris gratiæ abũdantiam concedatur etiam facultas abſoluendi ſacramentaliter pleniſsime ab omnibus culpis auctoritate Papali. Et ita patet quod ſic Eccleſia vocat indulgentiam,abſolutionem,et remiſsionem &c. et non poteſt apte gloſſari quod ſit abſolutio cauſaliter aut effectiue aut alio modo ſed formaliter Tertio.

et eſſentialiter vt ſupra probatum eſt in alijs pro battonibus.¶ Similiter etiam doct.theologi et canoniſtæ vocant cõmuniter Indulgentiam abſolutionem et remiſsioné pœnarũ. Et hoc aperte ſenſit Alexan.Hall.4.par.q.83. membro.3. et Bona. quanuis videatur dubius,tamen ad hoc magis declinat.in.4.diſt.20.arti.2.q.2.et.3. vbi ſemper indulgentias vocat relaxationes pœnarum. Item Richar.ea.diſt.20.arti.3.q.1.et arti.4.q.2.quãuis aliqualiter videatur dubius,tamen expreſsius cõcordat cum predictis vocans indulgentias abſolutiones remiſsionesq; pœnarum. Item cõcordat Henricus Ganden.in quodlibeto. Item Cardi.in tractatu de Indulgẽtijs et Iubileo. Item Fran.Mayro.in tractatu de clauib. Item Gerſon in tractatu de abſolutione ſacramentali et de indulgentijs et alibi vbi ſæpe dicit quod dare indulgentias non eſt abſoluere a peccatis quoad culpam,ſed eſt de pœnitentia debita relaxare in toto vel in parte. Itẽ ſumma Angeli.titul.indulgen. ſecundum gloſſam. et notatur cõmuniter a docto.canoniſtis extra de pœnit.et re.ca.quod autem.et eo.titu. li.6.ca indulgentiæ.et tandem Caieta.in ſecundo quodlibeto in materia de indulg.ca.1.2.et.6.et alij plures doctores antiqui et moderni ſic vocauerunt et ſenſerũt vt dictum eſt. ¶Quanuis beatus Thomas.in.4. diſt.20.q.3 et Palud .ea. diſt.et Supplementũ Gabrielis in.4.diſtin.45.q.3. arti 1. et Silueſter titul. indulg.et alij plures doctores teneant oppoſitum dicentes quod indulgentia eſſentialiter et principaliter eſt diſpenſatio ſeu cõmunicatio theſauri propter rationes que poſtea ponentur in argumẽtis et ſoluentur. ¶Tametſi ſi eorum verba et ſenſus inſpiciuntur,forte etiam ſenſerunt nobiſcum, quod .ſ.indulgẽtia ſit eſſentialiter remiſsio vel abſolutio,quod etiam aliqualiter innuitur ex ordine manifeſtati vſus theſauri Eccleſiæ ad vſum indulgentiæ. Nam (vt ait Caie.vbi ſupra) cum doctores viderent Eccleſiam abſq; ſacramẽto dimittere pœnas debitas pro peccatis,nec ab Eccleſia tunc inſtructi eſſent quomodo huiuſmodi remiſsiones valerent ſupponẽtes Eccleſiam abſoluere a vinculo pœnitentiarum et pœnarum in varias inciderunt opiniones de efficacia huiuſmodi remiſsionis ſeu abſolutionis:quibuſdam neſciẽtibus hunc Eccleſiæ militantis theſaurum opinantibus abſolutiones has in foro tantum militantis Eccleſiæ liberare a pœnitentijs,alijs autẽ aliter opinantibus vt latius infra.q.10.habetur. Et tandem ex diuerſitate omnium illarum opinionum oſtẽditur quod pro certo ſupponebatur ab omnibus eſſentia indulgentiæ quod ſcilicet eſſet remiſsio:ad cuius efficatiam inueſtigãdam tot concurrunt opiniones quot infra ponentur. Et ſic patet probatio illius particulæ. Abſolutio vel remiſsio pœnæ.

Corol.1. ¶ Ex omnibus ſupradictis corrolarie ſequitur. Primo,quod indulgentia ſecundũ diuerſos reſpectus diuerſimode nominatur. Nam ſecundũ quod eſt abſolutio et remiſsio ſeu relaxatio pœnæ,ſic eſt et dicitur actus iudicis. Secundum autẽ quod eſt applicatio ſatiſfactionis ad hunc,ſic eſt et dicitur diſpenſatio ſeu cõmunicatio theſauri Eccleſiæ. Secundum vero quod efficit exolutionem pœnæ apud diuinam iuſtitiam per applicatam ſatiſfactionem,ſic eſt et dicitur actus iuſtitiæ. Item ſecundũ quod indulgentia reſpicit hunc cui conceditur eſt remiſsio et relaxatio et etiam donatio liberalis et actus miſericordiæ, ideo dicitur in bullis miſericorditer relaxamus &c.quãuis vt reſpicit diuinam iuſtitiã ſit ſatiſfactio et ſolutio vſq; ad minimum quadrantẽ:eſt enim ſolutio ſed non ab hoc:et hoc eſt maxime gratiæ.quod ſoluatur meum debitũ et non a me ſed de pœnis ſeu bonis aliorum mihĩ liberaliter applicatis,vt infra.q.4. io reſponſione ad.3.argu.arguitur. Ideo in ſola lege gratiæ fit hæc gratia indulgẽtijs et in ſacramẽtis et miſterijs gratiæ,vt de hoc latius infra.q.7.habetur.

Coro.2. ¶ Secundo corrolarie patet differẽtia inter indulgẽtias,et receptionẽ ad cõmunicandum ſeu participandũ de bonis alicuius cõmunitatis ſeu Eccleſiæ totius. Quia indulgẽtia eſt actus iuriſditionis eſſentialiter et remiſsio ſeu abſolutiõ pœnarũ. Nõ ſic in participatione bonorum Eccleſiæ vel cõmunitatis vt de his latius infra. q.42.habetur.

¶ Contra illã particulã iuriſdicialis,vbi dictũ eſt quod concedere indulgentiã et ipſa indulgẽtia eſt actus iuriſditionis:arguitur quincupliciter.

A argu. Cõtra particulam iuriſdicialis. PRimo,quia omnis iuriſditionis actus exerceri poteſt in inuitũ:indulgentiã autẽ nullus inuitus cõſequi poteſt.ergo. ¶Item.2. quia nullus poteſt vti actu iuriſditionis in ſe ipſum, ſed ipſe cõcedens poteſt vti indulgẽtia alijs cõceſſa ſicut et alij quibus cõceditur:alioqui ipſe eſſet deterioris cõditionis.ergo. ¶Item.3.quia archiepiſcopus poteſt in tota ſua diœceſi cõcedere indulgẽtias,vt patet in.ca.noſtra.extra.de pœnit.et re. et tamen conſtat archiepiſcopũ non habere poteſtatem in ſubditos ſuffraganeorum niſi in quibuſdã articulis,extra.de offi.ordi.ca.paſtoralis.ergo. ¶Itẽ.4. quia ad illum pertinet remittere pœnam peccati, ad quem pertinet remittere ipſam culpam. Sed remittere culpam miniſterialiter pertinet ad actum ordinis.ergo et remittere pœnã per indulgẽtiam aut alio quouis modo. ¶Item.5. quia indulgentiæ dantur etiam defunctis exiſtentibus in purgatorio, qui tamen a iuriſditione Eccleſiæ ſunt exempti, vtpote exiſtentes extra hanc vitam, et quos Eccleſia non poteſt ligare nec ſoluere cui data eſt poteſtas ligandi et ſoluendi ſuper terram tantum.

Reſp. ad 1.argu. ¶ Reſpondeo propter duas primas rationes Duran.in.4.diſtin.20. et propter alias tres alij moti ſunt et male ad tenendũ quod concedere indulgẽtias nõ eſt actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ ſed ordinis. ¶Ideo ad eos reſpondeo,ad primum argumentum ſecundum Caieta.in materia de indulgentijs . capit. 5. negando maiorem ſimpliciter. Dico enim quod aliquis actus iuriſditionis poteſt exerceri in inuitum vt patet ſecundum omnes:aliquis autem non,quando.ſ.eſt iuriſditio ſacramentalis

cramentalis

cramentalis vel ad ſacramentum pertinens,vt patet de abſolutione ſacramentali,quæ cum ſit actus nõ ſolum ordinis ſed et iuriſditionis quia.ſ.requiritur quod fiat a ſuo iudice ſeu ſacerdote, et tamẽ non poteſt exerceri in inuitum. Sic etiá Indulgentia aliquo modo ad ſacramentalẽ reducitur pœnitẽtiam quæ iniuncta eſt vel iniungi debeiet. Ideo requirit accipiẽtis diſpoſitionem vt patet ex ſupra dictis nec poteſt habere locum in inuitum.

Reſp. ad. 2. ¶ Ad ſecundum reſp.concedendo maiorẽ quod.ſ.nullus pp̃teſt exercere in ſe ipſum actum iuriſditionis abſoluendo et ligando ſe ipſum.Sed ad minorẽ dico quod dans alijs Indulgentiá nõ lucratur illá illa via.ſ. ea ratione qua data eſt a ſe ipſo,quia et abſoluens alios a culpa ſeu a pœna nõ abſoluit ſe ipſum,ſed nõ eſt ideo deterioris cõditionis quá alij:quia et ſi non per iſtá viam tamen per aliá poteſt illá Indulgentiam conſequi.ſ.cõmittendo cõfeſſori ſuo vt ipſum abſoluat vel concedat illi indulgentiá ſicut ipſe fecit cũ alijs.Ná et hoc modo Papa ſubijcit ſe abſolutioni ſacramentali:et ſimiliter eadẽ ratione poteſt quoad indulgentiá. et concordat Richar.in.4.diſt.20.arti.4.q.1 et cõmuniter doctores.Quáuis concedent indulgentiá eam poteſt lucrari etiam ſi non cõmittat alij ſubijciendo ſe confeſſori,vt dictũ eſt ſed eam participádo, de quo latius infra.q.13.dubio.3.habetur.

Reſp. ad. 3. ¶ Ad tertium reſp.quod poteſtas archiepiſcopi ſuper totá prouintiá ex hoc ipſo quod in quibuſdá articulis affirmatur,manifeſtatur extẽdi ad dandat indulgẽtias in tota ſua prouincia: quodq; ille eſt vnus articulorũ qui in iure canonico numerantur et conceduntur ei ſecundũ Panor.ibidem.

Reſp. ad. 4. ¶ Ad quartum reſpon.cõcedendo maiorẽ ſolum ſi per eandẽ viá fiat remiſsio vtriuſq; , vtpote per viam applicationis ſacramẽti:ſecus ſi remiſsio peccati quoad culpam fiat per viam tantum applicationis ſacramenti remiſsio autẽ pœne per viá applicationis theſauri Eccleſię,vt fit per indulgẽtias. Sicq; patet quod non neceſſario et ſimpliciter ad eundem pertinet ſoluere et ligare quomodocũq;: ſed ſolum quando vtrunq; fit per eandem viam; et ſic negatur conſequentia.

Reſp. ad. 5. ¶ Ad quintũ conceditur antecedens,quod.ſ. animæ purgatorij ſunt libere a iuriſditione Eccleſiæ, ita ꝙ non poſſunt ab ea iudicari abſoluẽdo vel ligádo,ſicut etiá nec de earũ cauſa alterius vitæ poteſt cognoſcere Eccleſia quatenus ſunt in purgatorio.Cõceditur etiá ꝙ per hanc viam abſolutionis ſeu remiſsionis iuriſditialis nõ conceduntur eis indulgẽtiæ.Sed licet per hanc viá nõ poſsint defuncti habere indulgẽtias ab Eccleſia; poſſunt tamen per modũ ſuffragij:et Eccleſia habet auctoritatẽ ſuper theſauro Eccleſie ad cõmunicádum eis de eo, et per cõſequens ad concedendũ illis indulgẽtias per modũ ſuffragij,vt de hoc latius infra.q.15.16. habetur.Nũc autẽ ſolũ agimus de indulgẽtia abſolute ſumpta quádo dicitur ꝙ eſt remiſsio iuriſdictialis,non autẽ de indulgentia defunctorum quæ eſt per modũ ſuffragij.Et ſic negatur cõſequẽtia.

Argum 6. Cõtra particulam. Abſolutio vel remiſſio. ¶ Secundo principaliter,et hoc ſpecialiter cõtra aliam particulam vbi dictum eſt quod indulgẽtia principaliter et eſſentialiter eſt remiſsio ſeu abſolutio pœnarum.Sic arguitur dupliciter. Primo et in ordine ſexto,quia cõmunis doctrina theologorum et canoniſtarum canonizata per Clementem ſextum in extrauag.vnigenitus.de pœnit.et re.decernit indulgentias fieri,per modũ diſtributionis et cõpenſationis ſeu ſolutionis, aut ſatiſfactionis. Dicũt enim quod theſaurus Eccleſie,in quo ſunt recondita merita Chriſti et ſanctorũ,quatenus ſatiſfactoria ſunt non pro ſe ipſis ſed pro alijs diſtribuitur per indulgẽtias in Chriſti fideles,ita quod pœnitẽtiæ noſtræ cõpenſantur per penas Chriſti et ſanctorũ,dum ex illo theſauro conceditur cuiq; quaſi precium penale vnde ſoluat Deo debitá pœnam pro ſuis peccatis.Hæc doctrina ſic canonizata contrariatur prædictæ ſententie, vbi dicitur ꝙ indulgentia eſſentialiter et principaliter eſt abſolutio ſeu per modũ abſolutionis aut remiſsionis: nam longe diſtat actus abſolutionis ſeu remiſsionis iudicialis a predictis actibus,qui non ſunt proprij iudicis ſed cõmunes tam publicis quá priuatis perſonis excepto diſtributionis actu ; cuius tamen differentia ab actu abſolutionis ſeu remiſsionis clare patet ex ſupradictis in probatione tam primæ quam ſecunde particulæ diffinitionis. Verba autem prædictæ extrauagá.vnigenitus.&c. habentur infra in.q.5.ibi videantur. Doctores autẽ tenentes oppoſitũ ad ſupradicta iam recitati ſunt ſupra in fine tertiæ probationis.

Argu.7. ITem ſeptimo arguitur ad idem.Quia inferior non poteſt abſoluere nec remittere debitum ſuperioris aut id ad quod ſuperior obligauit. Sed Deus abſoluendo obligat ad pœnã aliquam tẽporalẽ ſecũdum cõmuniter doct.in.4.diſt.14.et.20. ergo nullus alius poteſt abſoluere vel remittere illam pœná Deo debitam.¶ Propter has rationes tenuerunt aliqui doctores quod indulgẽtia eſſentialiter et principaliter nõ eſt remiſsio vel abſolutio pœne,ſed cõmunicatio theſauri Eccleſiæ vel ſolutio aut ſatiſfactio de theſauro illo cõmunicato.Sed iſte rationes non probant intentum ideo ad eas reſpondetur,

Reſp. ad. 6. ¶ Reſpondeo ad ſextum concedendo illam doctrinam canonizatam:ſed negatur quod cõtrarietur noſtræ ſupradictæ ſententiæ aut opinioni . Et ratio eſt,quia illa doctrina canonizata per Clemẽtem ſextum et vera,non dicit quod indulgentia eſſentialiter et principaliter eſt communicatio vel diſpẽſatio theſauri:ſed docet vnde eſt valor et efficacia indulgentiæ ad remiſsionẽ pœnarũ, quia.ſ. eſt ex diſpẽſatione ſeu cõmunicatione auctoritatiua theſauri Eccleſiæ. Et ad hác efficaciá ſpectat modus ſolutionis,cõpenſationis,diſtributionis,diſpẽſationis,donationis,ſeu cõmunicationis,quádo dicitur quod indulgentie valent qui dantur per modũ diſpẽſationis,et huiuſmodi:et non ſpectát hæc ad principalem et eſſentialem actum indulgẽtiæ qui eſt iudicialis abſolutio ſeu remiſsio pœne , ad

quam requiritur quod fiat a proprio iudice, alias nulla eſt indulgentia vt ſupra probatum eſt. Concomitanter autem eſt diſpenſatio ſeu communicatio theſauri prediĉti vt ſit efficax valor Indulgentiæ,vt ſupra late et ſæpe diĉtum eſt.

Ad.7. ¶ Ad ſeptimum reſpondeo dupliciter. Vno modo ſecundum Tho. Palu. &c. doĉtores tenentes indulgentiam eſſentialiter et principaliter eſſe diſpẽſationem ſeu cõmunicationẽ theſauri, conceditur antecedens et conſequentia vt iacet : ſed per hoc non negatur quin aliquis poſsit alio modo liberare aliquem a pœna cui tenetur,vtpote dando ei aliquid de quo ſoluat debitum ſuum , et hoc modo dantur indulgentiæ. Nam qui ſuſcepit indulgentiam ſecundum hos doĉtores non abſoluitur,per concedentem Indulgentiam ſimpliciter a debito pœnæ,ſed ab ipſo concedente indulgentiã datur illi de cõmuni theſauro Eccleſiæ vnde debitũ ſoluat vt ſic maneat liber et abſolutus a debito pœnæ.¶ Alio modo ſecundum opinionem quartam ſupra poſitã quã nos hic non ſequimur cõtra quã direĉte procedit argumentum tenentem quod indulgentia eſt remiſsio et abſolutio pœnæ,reſpondeo ſecundum Bonauen.in.4.diſt,20.arti.2.q.2. quod proprie loquendo bene poteſt inferior miniſterialiter abſoluere et remittere id ad quod obligat ſuperior ſi ad hoc eſt ſibi conceſſa auĉtoritas aliquo modo ab ipſo ſuperiore,vt patet.Quia ſacerdos abſoluit a debito culpæ et a reatu inferni quia a Deo habet poteſtatẽ miniſterialiter ad hoc. Sic in propoſito prælatus Eccleſiaſticus poteſt quoad pœnas per indulgentias quia a Deo eſt ei conceſſa poteſtas ad hoc,vt patebit infra.q.7.alioqui per idem argueretur quod ſacerdos nõ poteſt miniſterialiter abſoluere a debito culpæ ſed a reatu Inferni aut pœnæ æternæ ad quã peccator obligatur a Deo pro deliĉto.¶ Itẽ poteſt argui ad idẽ. Quod præfata abſolutio ſeu remiſsio pœnarum per indulgentias non poteſt fieri extra ſacramẽta, ſicut nec abſolutio culpæ. Sed eius reſponſio pendet ex quæſtione quinta,ideo illuc reſeruetur.

Quæſt.4. QVÆSTIO IIII. Vtrum ſit neceſſarius Eccleſię aliquis theſaurus ſpiritualis de quo fiant Indulgentiæ. ¶ Reſpondeo quod ſic. Ratio eſt. Suppoſito ꝙ per indulgentiam abſoluitur quis non ſolum ab iniunĉtione ſeu vinculo quo ex precepto ſacerdotis ſeu Eccleſiæ tenetur corã Eccleſia ſeu in foro Eccleſiæ implere pœnitentiam iniunĉtam : ſed et quod abſoluitur corã Deo ab ipſis pœnis debitis pro peccato: modo ſint modo nõ ſint iniunĉtæ a ſacerdote,vt de hoc latius infra.q.9.et.10.

¶ Hoc ergo ſuppoſito probatur intentum ſic. Quia ad remiſsionẽ peccatorum ſiue quoad culpam ſiue quoad pœnã per ſacramenta obtinendã requiritur aliquis theſaurus,puta meritorũ paſsionis Chriſti remanentium in diuina acceptatione (ſtante lege loquor ſemper.) Ergo ad remiſsionẽ peccatorũ quoad pœnã tantũ extra ſacramẽta ſeu per indulgentias requiritur aliquis theſaurus.Cõſequentia patet a fortiori.Quia non eſt maior virtus aut poteſtas cõceſſa a Chriſto quoad remiſsionẽ culpæ aut pœnæ extra ſacramenta,quã per ſacramenta ex vi clauiũ.Antecedens autẽ probatur ex ſacra ſcriptura et doĉtrina Eccleſiæ,vbi habetur ꝙ remiſsio peccatorum eſt effeĉtus paſsionis Chriſti.Ita quod cuicũq; remittitur peccatũ ſiue quoad culpã ſiue quoad pœnã remittitur ex virtute paſsionis Chriſti,quæ virtus ei applicatur per ſacramenta : merita namq; Chriſti fuerũt et ſunt Rom.2. neceſſaria ad remiſsionẽ culpæ et pœnæ omnium Epheſ.1. peccatorũ ſecundũ ſacrã ſcripturã,cuius auĉtoritates quia ſunt multæ et notiſsimæ et claræ adeo vt negari non poſsint niſi a negãtibus ſacrã ſcriptu- 1.Ioan.1. rã,ideo propter breuitatẽ omittuntur . Credimus ca.1. enim in huiuſmodi remiſsione ſicut et in vniuerſis vijs dñi nõ ſolũ miſericordiã ſed et iuſtitiã inueniri.Miſericordiã quidẽ in hoc ꝙ miſeriã peccatorũ Apo.1. Chriſtus cõputat quaſi ſuã: iuſtitiã vero in hoc ꝙ Heb.9. meritũ ac paſsio Chriſti cõmunicatur peccatori, quaſi peccator ipſe pateretur et hoc propter vnionẽ capitis cũ mẽbris et ecõtra:vt ſic peccator debitum Deo ſoluat quaſi de ſuo nõ per ſe ipſum ſed per Chriſti cõmunicationẽ acquiſito , vt patet in baptiſmo:in quo ideo fit plenaria remiſsio peccatorũ,quia baptizatus pleniſsime cõmoritur et cõſepellitur Chriſto.Rom.6.¶ Hĩc probatur idem per extrauag.vnigenitus.de pœnit.et re.vt habetur infra.q.5.ibi vide.

Argu.1. CONTRA prædiĉtã ſententiã catholicã arguitur quadrupliciter.Primo,quia Papa poteſt abſoluere a culpa miniſterialiter, transferendo pœnã eternã in tẽporalem et de foro inferni ad forum purgatorij ſeu tẽporalem pœnarũ: ſicut poteſt ab excõmunicatione et ſuſpenſione et cæteris pœnis Eccleſiaſticis abſoluere auĉtoritate ſua,ſine diſtributione alicuius theſauri neceſſarij ad id. Ergo ſimiliter eadẽ auĉtoritate poteſt remittere pœnas debitas Deo pro peccatis ſine cõmunicatione alicuius theſauri:ſicq; nullus theſaurus requiritur ad efficaces indulgẽtias cõcedendũ. Antecedẽs patet:et cõſequẽtia probatur. quia. Math.16. Quodcũq; ſolueris ſuper terrã &c. eodẽ modo loquitur dãdo poteſtatẽ ad ſoluendũ et ligandũ omne ſolubile et ligabile ab eis modo ſit culpa modo pœna tẽporalis in foro Dei et Eccleſiæ. Alioqui ſi nõ poteſt per indulgẽtias fieri abſolutio pœnarũ ſine diſpẽſatione theſauri Eccleſiaſtici:ergo nec aliç abſolutiones ab alijs pœnis præcipue ab excõmunicatione quando per abſolutionem eius fit quis particeps meritorum Chriſti et Eccleſiæ. Quia eadẽ ratio videtur vtrobiq;.

Argu.2. ITem.2.arguitur ad idẽ.Quia quilibet princeps habẽs plenariã poteſtatẽ in aliqua repu. regulariter poteſt remittere debita peccatoribus in ſua polytia nulla faĉta recõpenſa vel ſolutione : ita ꝙ talis remiſsio eſt efficaciter valida , modo peccet

remittens

remittens modo non,ſed Papa eſt velut princeps habens plenariam poteſtatem a Deo in repupli. Chriſtiana. Matth. 16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. Ergo Papa,et illi quibus ipſe commiſerit, poteſt remittere debita pœnarum temporalium pro peccatis liberaliter omnino indulgẽdo ſinẽ communicatione alicuius theſauri.

argu.3. Item tertio arguitur ad idẽ. ſi de aliquo theſauro neceſſario fieret indulgẽtia:ergo iã indulgẽtia nõ eſſet vere liberalis indulgẽtia,donatio ſeu abſolutio et remiſsio penarũ:ſed potius ſatiſfactio et perſolutio vſq; ad nouiſsimũ quadrantẽ per aliorũ opera alijs cõmunicata. Et per cõſequens vlterius ſequeretur id(quod oẽs negãt).ſ.ꝙ cõcedẽs indulgentiã oneret te ad ſatiſfaciẽdum pro eo cui cõcedit indulgẽtiã. Quod probatur. Quia ex quo ſic Papa nõ omnino liberaliter remittit ſed ſatiſfacit pro alijs de theſauro Eccleſiæ. Ergo manet oneratus ad id.

argu.4. Tẽ quarto agitur ad idẽ. Quia ſi de theſauro aliquo fiũt indulgẽtiæ:ergo virtute clauiũ nõ ſit abſolutio penarũ,ſed trãſlatio operũ aut ſatiſfactionũ,cõtra illud Matth.16. Quodcũq; ſolueris &c. Sicq; indulgẽtia nõ eſſet eſſẽtialiter abſolutio vel remiſsio,ſed trãſlatio vel diſpẽſatio, ꝙ eſt cõtra ſupra dicta in q.1. ¶Itẽ ſequeretur ꝙ idẽ tantũ ꝑ claues ageretur quod de facto ſine clauibus fit. Quia.ſ.ſi aliqua opera Chriſti et ſanctorũ ſũt in theſauro Eccleſiæ,nõ pmittũtur a Deo eſſe ocioſa talia opera ſeu talis theſaurus, ſed de facto nũc et ſemp et ſine vſu clauiũ ſuccurrerẽt quibus poſſẽt.

¶Propter duas primas rationes Frã. Mayro. in 4.diſt.19.et alij pauci doctores propter alias rationes vidẽtur tenere ꝙ nõ requiritur aliquis theſaurus de quo fiãt indulgẽtiæ. et propter eaſdẽ et alias duas nr̃ Medina de indulgẽtijs diſputatione 8.ca.40.41.dicit nõ probari ſufficiẽter theſaurũ eſſe neceſſariũ neq; hereticũ eſſe illũ negare: quãuis ipſe vt probabilius quã oppoſitũ teneat eſſe neceſſariũ,vt.ca.43.44.latius ibi probas. Sed certe nil probãt cõtra nr̃am præfatã ſententiã cõmunẽ et catholicã,et oppoſitũ tenere forſe eſt hereticũ vt probatũ eſt et dicetur infra.q.5. ideo ad rationes præfatas reſpondetur.

Reſpõ. ad primũ argumentũ. ¶Reſpõdeo ad primũ negãdo cõſequentiã.et ratio eſt quia licet vtrũq; poſsit Papa nõ tñ eodem modo,quia eſt ritus Eccleſiæ declarans diuerſos actus diuerſimode fieri poſſe et nõ aliter: quia.ſ. remiſsio culparũ fit per miniſteriũ ſacramẽti per modũ abſolutionis:pœnarũ aũt in foro exteriori Eccleſiaſtico,fit ſolo iuſſu autoritatiuo:pœnarũ vero teporaliũ Deo debitarũ in foro Dei et Eccleſiæ abſolutio fit nõ niſi ꝑ modũ diſpẽſatiõis de theſauro Eccleſiæ vt probatũ eſt ꝑextrauag. Vnigenitus de pœ.et re. ¶Itẽ negatur antecedẽs quoad remiſſionẽ culpæ.dicen.n.quod ad remiſsionẽ culpæ requiritur aliquis theſaurus per ſacramẽtũ pœnitẽtiæ diſpẽſandus.ſ.merita Chriſti vt ſupra probatũ eſt.et ſic dico ꝙ ſicut ad culpæ remiſsionẽ requiritur ſuus theſaurus et ſuo modo per ſacramẽta diſpẽſandus,ita ad remiſsionẽ pœnæ pro culpa Deo debita requiritur ſuus theſaurus ſuo modo etiã extra ſacramẽta diſpẽſandus. ¶Et ad id quod ibi ſubinfertur de abſolutione cenſurarũ: reſpõdeo negãdo cõſequentiã:neq; eſt ſimile. Quia iſta abſolutio pœnarũ per indulgentias reſpicit tertiã partẽ ſacramẽti pœnitentiæ.ſ.ſatiſfactionẽ,et quo eã ſupplet:Chriſti autẽ merita directe ſacramenta reſpiciũt. Itẽ quia abſolutio iſta eſt a pœnis Deo debitis hic vel in alia vita: aliæ autẽ abſolutiones cenſurarũ ſunt iudiciales a pœnis tantũ in hac vita debitis,ideo ad eas remittẽdas ſufficit ſola poteſtas Papæ volẽtis:ad illas vero Deo debitas etiã in alia vita vltra Papæ poteſtatẽ requiritur diſpoſitio ſubiecti,id eſt ipſius hominis et requiritur etiã theſauri Eccleſiæ diſpenſatio rationabilis:quia miniſtri nõ eſt remittere pœnas debitas ſuperiori aut principali niſi diſpenſando.1. Corinth.4. Sic nos exiſtimet homo vt mi. et diſpenſ. et nota ꝙ licet ligare ſeu non ſoluere ſeu nõ diſpenſare theſaurum meritorũ Chriſti,abſolute et pure negatiue accipiendo nõ ſit aliquis actus clauis ſeu poteſtatis ligãdi:tamẽ capiendo reſpectiue et prout includit aliquid poſitiuũ.ſ.iudicium pertinens ad clauem ſcientiæ quo quis autoritatiue iudicatur indignus abſolui et ſic vt indignus repellitur a prædicta abſolutione: tunc talis nõ abſolutio eſt actus Clauis ſeu poteſtatis ligandi ad pœnam ſeu non diſpenſandi theſaurum,vt de hoc latius agitur a doct.in quarto diſtin.19.in materia de Clauibus. et ſic patet reſponſio ad primum argu.

Reſpõ. ad ſecundum argum. ¶Ad ſecundũ reſpõdeo cõcedendo maiorẽ ſolũ in caſu quo princeps poteſt remittere etiam cauſam debiti. quia tũc põt etiã ipſum debitũ omnino liberaliter remittere:alias aũt negatur. Et ideo negatur minor in caſu in quo etiã maior cõceditur. Quia Papa non põt remittere cauſam debiti. Cauſa.n.debiti pene eſt culpa:Papa aũt nõ poteſt omnino liberaliter remittere culpã. Sed ex merito nũ Chriſti diſpenſatione et applicatione in ſacramento:ſicut nec poteſt ad libitum remittere obligationem : qua quis tenetur implere legem Dei: et ita non poteſt ſic omnino liberaliter remittere pœnam debitam pro tali culpa. ¶Itẽ dato ꝙ indiſtincte cõceditur illa maior:tñ minor ſic vniuerſaliter accepta negatur. Quia licet Papa ſit princeps in foro exteriori Eccleſiaſticæ iuriſditionis exterioris, cuius ſignũ eſt ꝙ ipſe eſt ſolutus a pœnis Eccleſiaſticis et legibus vt princeps quia.ſ.nõ põt puniri vt ſubditus ꝑ iudicẽ Eccleſiaſticũ:tñ in foro pœnitentiali vel quaſi pœnitentiali et quoad Deũ eſt ſubditus et põt ſolui et ligari a ſacerdote in tali foro, et põt et debet ſibi negari abſolutio ſicut et reliquis ficte accedentibus ad ſacramentũ pœnitẽtiæ:et ſimiliter in principibus ad forũ Dei ſeu ad Deũ quo ad alios nõ habet omnino liberam poteſtatem ſed limitatam ad metas iuris diuini et rationis vt miniſter et diſpenſator.1. Corinth.4. nunc autem pœna temporalis Deo debita pro peccatis non ſpectat ad forum tantum

extrinſecum ſed ad forum Dei ſeu quodámodo
penitentialem,modo remittatur per Saeramentú
modo non. quod patet es eo quod eſt eiuſdem
rationis cum ſuis alijs partibus quæ remiſſe ſunt
ex virtute elauium.vel per ſatiſſactionem pœnitē
tialem. ideo Papa quo ad hoc non habet poteſta
tem liberam vt princeps ſed vt miniſter et diſpē
ſator.et ſie reſpondet Caiet. in quodlibeto de in
dulgen.q.1.

Reſpon. ad tertiú. ¶ Ad tertium reſpondeo negando conſequentiá
quod ergo indulgentia non eſt remiſsio ſed ſolu
tio,&c.Dico enim(vt ſupra.q.1.corol.1.dictum
eſt) quod indulgentia ſecundum diuerſos ſuos
actus,ſie diuerſis rationibus et nominibus expri
mitur. Nam ſecundum quod eſt abſolutio et re
miſsio pœnæ,ſic eſt et dicitur actus iudicis: et ſe
cundú quod eſt applicatio ſatisfactionis ſeu the
ſauri ad hunc,ſic eſt et dicitur diſpenſatio. et ſecú
dum quod efficit ſolutionem pœnitentiæ debitæ
apud diuinam iuſtitiam ſic eſt et dicitur opus di
uinæ iuſtitiæ.Ideo dico quod indulgentia vt reſpi
cit hunc eui conceditur eſt remiſsio et relaxatio
omnino liberalis : quanuis vt reſpieit diuinam iu
ſtitiam ſit ſolutio vſque ad minimum quadran
tem:eſt enim ſolutio ſed non ab hoc : et hoc eſt
maxime gratiæ,in ſola lege gratiæ , quod ſcilicet
ſoluatur debitum meum non a me,quod in ſaera
mentis legis gratiæ per merita Chriſti largiter fit.
Nam tanto vinculo iunxit Deus iuſtitiam miſeri
cordiæ,vt peccatis noſtris ſic pareere voluerit, ꝙ
tamē per filium ſuum ſuæ iuſtitiæ ſatiſfaceret pro
nobis,quod et abundantioris gratiæ fuit,vt nō ſo
lum debita remitteret, ſed et ſatiſfactorem daret:
id quod Paulus ad. R.3.diuinitus ponderans ait.
Iuſtificari gratis per gratiá ipſius per redemptio
nem quæ eſt in Chriſto Ieſu,quē propoſuit Deus
propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius &c.
Et Ioan.3.SicDeus dilexit mundum vt filiú ſuum
vnigenitum daret vt omnis qui cred.&c. ſic que
patet quod ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ
nil adimitur gratiæ indulgentiarum et miſericor
diarum ex hoc quod ibi interuenit etiam ſolutio
ſatiſſactoria per meritaChriſti et ſanctorum quæ
ſunt theſaurus indulgentiarum. Itaque nou ſunt
incompoſibilia (vt pretendit argumentum)hæc
duo,ſcilicet gratia ſeumiſericordia cum iuſtitia et
ſatiſfactione in indulgētijs.Et ex his patet reſpon
ſio ad aliam ſubſequelam negando illam , quod
ſcilicet ergo concedens indulgentiam obliget ſe
ad ſatiſſaciendum. et ad eius probationem quod
ſcilicet hoc modo ſatiſfacit pro alijs , conceditur
ad bonum ſenſum , ſie ſcilicet quod Papa dan
do indulgentias ſatiſfacit pro alijs , ideſt appli-
cat ſatiſfactionem aliorum de theſauro Eccleſiæ
pro alijs.ſic q; non ſequitur quod ergo obliget ſe
ad ſatiſfaciendum. Aliud eſt enim applicare huic
ſatiſfactionem alienam:et aliud eſt obligare ſe ad
ſatiſfaciendum pro eo.

Reſpon. ad quartú. ¶ Ad quartum reſpondeo negando conſequen
tiam,Nam virtute Clauium per indulgentias fit
non ſolum tranſlatio ſeu applicatio ſatiſfactionú
ſanctorum ad iſtum,ſed et abſolutio iſtius a pœna
debita , vt latius ſupra q.3. dictum eſt. et ſic im-
pletur illud Matth. quodcunq; ſolueris ſuper ter
ram. &c. Et ſimiliter negatur quod ſubſequitur
ibi,ſcilicet quod virtute Clauium nil aliud fiat ni
ſi quod de facto fit ſine Clauibus,et ad probatio-
nem eius vbi dicitur quod merita Chriſti, et ſan-
ctorum non relinquuntur ocioſa &c. Reſpōdeo
quod huiuſmodi opera vt ſatiſfactoria,facta ſunt
pro Eccleſia et non determinate pro hoc vel pro
illo particulari niſi fuerint applicata ab ipſo Deo
vel eius vicario ad hunc vel illum,quæ applicatio
fit per indulgentias.Non ergo de facto operátur
abſque applicatione prefata,quia ſunt omnia:nec
ideo ſunt ocioſa:quia ad hoc ſuaptenatura ſunt or
dinata,vt applicata et non aliter operentur: ſicut
merita Chriſti, non niſi applicata operātur remiſ
ſionem peccatorum:et non ideo dicuntur ocioſa.

QVÆSTIO QVINTA. Quæſt.5.

Vtrum prefatus theſaurus
ſpiritualis Eccleſiæ de quo
fiunt indulgentiæ conſtet
ex ſuperabundātibus me
ritis Chriſti, et ſatiſfactio-
nibus ſanctorum.

¶ Reſpondeo quod ſic. Nota.
pro cuius probatione oportet prænotare , quod
ſecundum communiter doct.(vt etiam refert.Ca
ieta.in.2.quodlibeto.quæſito ſecundo in tractatu
de indulgen.et in tractatu.27.q.q.1.) meritú dif-
fert a ſatiſfactione in duobus proprie loquendo.
Meritú a ſatiſfactione differt. Primo in ſua quidditate. Nam meritum cōdigni
(de hoc enim loquimur) appellatur opus pro-
pter quod operans eſt dignus gloria:ita quod ſi-
bi debetur ſtante lege aut de lege, ſecundum Thi
moth.4.Repoſita eſt mihi Corona Iuſtitiæ , quá
&c.Satiſfatio autem appellatur voluntaria ſolu-
tio pœnæ modo fiat de alias indebito modo non
(de quo nunc non curo : tunc enim debitor pœ-
næ ſatiſfacit iuſtitiæ quando debitam pœnam ex
ſoluit adæquando enim ſolutionem debito certe
ſatiſfacit. Et quanuis rationes iſtæ ſint diuerſæ,ta-
men poſſunt ſepius in eodem opere eſſe ſimul.
Nam poteſt vnum et idem opus eſſe meritorium
ſimul et ſatiſfactorium.

In quocunque bono opere quadruplex officium conſiderandú. ¶ Vnde in quolibetopere bono meritorio et
pœnali , vtpote in ieiunio eſt conſiderandum
quadruplex officium ſeu effectus quem habet ta-
le opus.ſ.bonificandi,medendi,merendi,et ſatiſ-
faciendi. Nam ex eo quod eſt bonum moraliter
bonificat ipſum operantem tantum,et diſponit il
lum ad alia opera bona.Ex eo autem quod eſt ta-
le opus puta ieiunium,medicinam prebet ipſi tá
tum operanti contra carnis concupiſcentiam:ſi-
cut eleemoſyna contra auariciam.Ex eo vero ꝙ a
Charitate procedit ſeu charitate informatur eſt
meritorium gloriæ,ex eo demum quod pœnale
eſt,eſt ſatiſfactorium pro pœna temporali debita

pro

pro peccato:ſoluitur enim pœna per opus pœna le vt tale eſt. Hæc eſt ergo prima differentia formalis inter opus vt meritoriũ, et ſatiſfactoriũ eſt.

Altera differentia meritorii a ſatiſfactorio.

¶ Secunda differen. quoad efficaciã ſeu fructũ vt iã patet ex dictis. Nã meritum nõ excedit perſonã quæ meretur. Nullus enim poteſt de cõdigno mereri alteri gloriã ſed ſibi ſoli, excepto Chriſto, qui meruit omnibus. Quia gratia data Chriſto, eſt grã capitalis ſeu vniuerſalis: gratia aũt aliorũ eſt particularis. Meritũ enim Chriſti et nõ aliorũ ſanctorũ per ſacramẽta ex vi ſacramẽti cõmunicatur nobis et nos ſaluat. Ideo prima. Corint.1. Nũquid Paulus crucifixus eſt pro vobis &c. Similiter et quo ad officiũ bonificãdi et medendi, nõ excedit perſonã operãtis. Nã ex meo bono opere nõ fit alius bonus, ſed ego tantũ: neq; ex meo ieiunio prebetur alteri medicina cõtra cõcupiſcentiã ſed mihi tantũ cui talis medicina eſt applicata vt patet. Satiſfacere aũt põt vnus pro alio eũ vnus ſoluit debitũ pœnale pro alio in tẽporalibus et ſpiritualibus: ideo opus ſatiſfactoriũ ſeu pœnale vt ſatiſfactoriũ eſt põt fieri et cõmunicari alteri, vt patet ex dictis de his latius et pulchre noſter Medina de indulgẽtijs diſputatiõe octaua. ca. 44. 45. 46. agit.

Tria probanda.

¶ Hoc notabili ſuppoſitio iã reſpõdeo ad quæſtiõnẽ in qua ſunt tria probãda. Prima ꝙ theſaurus indulgẽtiarũ cõſtat ex ſatiſfactorijs operibus. Secundo quod ex ſuperabundantibus. Tertio quod Chriſti et ſanctorum.

Probatio primæ par.

¶ Prima particula. ꝙ. ſ. theſaurus indulgẽtiarum cõſtat ex ſatiſfactorijs operibus, vel ex meritis pro vt ſunt ſatiſfactoria, probatur. Quia indulgẽtia vt ſolum indulgẽtia eſt, eſt remiſsio pœnarũ vt ſup. q.3 dictũ eſt et dicetur infra. q.8. ad habendũ autẽ theſaurũ de quo per indulgẽtias ſoluatur illæ pœnæ debitæ, ſufficit ꝙ ſit theſaurus pœnarũ ſeu meritorũ vt ſunt ſatiſfactoria. Ergo ex talibus ſatiſfactorijs cõſtat theſaurus indulgẽtiarũ. Conſequentia patet cũ maiore. et minor etiã patet. Quia indulgẽtiæ ex vi indulgẽtiæ nõ ſuccedit loco ſatiſfactionis debitæ pro peccatis, niſi quo ad vltimũ officiũ ſcilicet quoad vim ſatiſfactiuã quia ex vi indulgẽtiæ vt talis eſt nõ fit homo bonus, nec medicatur nec meretur: ſed ſolũmodo ſoluit de ſibi donato ſeu cõmunicato theſauro Eccleſiæ pœnã quã per ſuã propriã penitentiã ſoluiſſet. Nã ideo cõmuniter doctores cõſulunt lucrãtibus indulgẽtias, vt nihilominus adimpleãt et faciãt ſuas penitentias et alia bona opera pœnalia: predicent etiã meritũ eſſe lõge melius indulgẽtijs puris vt tales ſunt. Non tamen propter hoc vilipendendæ ſunt indulgẽtiæ, ſunt enim ſalutares tollendo pœnã quæ impediret ingreſſum gloriæ. Cõcordat Thõ. in addi. tertiæ partis ſum. q.27. arti.1. et Gerſo. 2. parte tractatu de indulgentijs conſideratione.12. vt de hoc latius habetur infra. ¶ Dixi notanter in dicta probatione minoris quod indulgentia vt talis eſt ex vi indulgentiæ. quia ſi indulgentiæ mixtim intelligatur opus factum quo acquiritur ipſa indulgẽtia, puta eleemoſyna et huiuſmodi: iã ſic indulgẽtia mixta tali operi bono melior eſt quã ſola ſatiſfactio propria aut pœnalis etiam quo ad vim ſatiſfactiuã ceteris paribus: quia nullũ prædictorũ officiorũ ſeu effectũ inuentorũ in ſatiſfactione pœnali ſibi deficit. eſt enim eleemoſyna data pro adquirenda indulgẽtia reddẽs bonũ et diſponens ipſum dantem ad alia bona opera, et præbet medicinam contra cupiditatem ſicut et alia eleemoſyna, et eſt meritoria gloriæ ſicut et alia opera bona facta ex gratia aut charitate, et eſt ſatiſfactoria ex propria penalitate: et vltra hæc ſuperuenit ſibi ſolutio pœnæ ſeu ſatiſfactio ex vi ipſius indulgentiæ.

Secũda particula ex ſuperabundantibus.

¶ Secunda particula, ꝙ ſcilicet ex ſuperabundãtibus ſatiſfactionibus ſupradictis cõſtat predictus theſaurus indulgẽtiarum et nõ ex alijs, probatur. quia ſatiſfactiones illæ quibus ſatiſfactores ipſi indiguerunt pro ſeipſis. Iam ceſſerunt in ſolutionẽ pœnarum debitarũ pro ſuis proprijs peccatis: et ideo iterũ pro alijs ſoluere nõ poſſunt. Similiter et ſatiſfactiones quæ ab ipſis determinate oblatæ ſunt pro quibuſdã alijs nõ poſſunt pro alijs iterũ ſoluere: ex quo iã ſortitæ ſunt ſuum effectum. Ergo ex quo ſatiſfactiones in theſauro repoſitas pro alienis pœnis ſoluendis conſtat et oportet offerri poſſe (vt latius dicetur in tertia particula ſequẽte) ſequitur ꝙ huiuſmodi ſatiſfactiones ſint abundantes, ita. ſ. ꝙ nec pro alijs qui illas egerunt, nec pro alijs hactenus ſatiſfecerint. Hoc enim eſt merita ſeu opera eſſe ſuperflua ſeu ſupabundãtia quo ad officium ſeu effectum aut vim ſatiſfaciendi. Nam quo ad officium ſeu vim meredi. Iã in ipſis ſanctis merẽtibus tantũ habuerũt ſuũ effectum: et in ipſis ſunt iã præmiata quo ad gloriã eſſentialẽ ſeu etiã accidentalẽ, præter Chriſtum cuius merita in nobis ſunt fuerunt et erunt præmiata, vt ſupra dictũ eſt. Et hoc eſt quod cõmuniter dicitur, ꝙ. ſ. ſuperabundãtia merita ſanctorum vt ſunt ſatiſfactoria quæ in illis ſunt, ſunt irremonerata ſeu verius et magis proprie loquendo quæ in ipſis nõ potuerunt habere ſuum effectum ſatiſfactionis ſeu ſolutionis non propter defectum largitatis Dei aut ipſorum operum ſed propter ipſorum operantium aut patientium excellentiam qui non egue runt illa ſatiſfactione ſeu ſolutione pœnarum remunerantur in nobis, ideſt cedunt ad ſolutionem noſtrarum pœnarum debitarum: et ideo reponũtur in communi theſauro Eccleſiæ, ideſt Deus acceptauit eas vt pro noſtris futuris pœnis debitis reſeruentur: vt nobis communicate per indulgentias ſoluant pro nobis et in nobis habeãt ſuum effectum ſatiſfactionis.

Tertia particula. Chriſti.

¶ Tertia particula ſcilicet Chriſti et ſanctorum) probatur, ſuppoſito prius quod illæ ſuperabundantes ſatiſfactiones Chriſti et ſanctorum ſunt nunc et erunt et manebunt interminabiles et infinitæ vſque ad finem mundi. Quod probatur de Chriſto, quia. 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris tantũ

ſed

ſed pro totius mundi, ex qua auctoritate patet ꝙ ſic Chriſti paſsio ſatiſfecit pro peccatis totius mũdi quod ſi totus mundus baptizaretur poſt omnia peccata comiſſa, iam ſtatim euolaret ad cœlũ ex ſatiſfactione meritorum Chriſti pro pœnis illorum, ſed conſtat quod executiue pro paucis tantum ſatiſfacit, ex quo plures ex ſua culpa damnantur. Ergo reliquum meritorum et ſatiſfactionum Chriſti ſuperabundat pro alijs omnibus etiam infinitis ſi infiniti mundi eſſent ſecundum Durandum in quarto diſtin. 20. q. 3. et ſecũdum communiter doct. in. 3. diſtin. 18.

Quod etiam ſancti plus paſsi ſunt aut ſatiſfecerint, quam ipſi debebant pro ſuis peccatis, patet de Iob. 7. Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, et calamitas quam patior in ſtatera: quam ſi arena maris hæc grauior appareret &c. Et ſimile iudicium eſt de innumerabilibus alijs ſanctis martiribus confeſſoribus et virginibus, vt patet de beata virgine quæ nullum habens peccatum, tamen valde paſſa eſt cũ filio iuxta crucem.

Hoc ergo ſuppoſito iam probatur, tripliciter præfata tertia particula quod ſcilicet prædicte ſuperabundantes et interminabiles ſatiſfactiones Chriſti et ſanctorum remaneant in theſauro ſpirituali pro nobis, vt ſcilicet nobis communicatæ per indulgentias pro nobis ſatiſfaciant, tanquam ſi ipſe Chriſtus, et ipſi ſancti viuentes ea intentione feciſſent vt ipſi pro nobis exoluerẽt pœnas debitas noſtris peccatis.

Ratio. Prima probatio eſt ſecundum Thom. in. 4. diſtin. 20. q. 1. art. 3. et communiter doct. ibidem, et Caiet. in quodlibeto vbi ſupra: quia ex diuina iuſtitia et liberalitate non debent huiuſmodi opera vt ſatiſfactoria manere innania aut innutilia. eſſent autem vt ſatiſfactoria infructuoſa ſi proprio fructu ſeu effectu (qui eſt ſatiſfacere) eſſent priuata: et non per accidens, puta quia deeſſent hi in quibus fructificent, ſed et per ſe, quia ſcilicet ſua pte natura omnia ſatiſfactoria ſupererrogationis eſſent infructuoſa: quia ſcilicet nec in ipſis operãtibus nec in alijs ſuum effectum habere poſſent inquantum ſatiſfactoria. ergo.

2. Ratio. Secunda ratio. quia vnitas corporis myſtici ſeu communio eccleſiæ exigit vt quelibet bona ſuorum ciuium quæ poſſunt eſſe vtilia reipublicæ Chriſtianæ ordinata a ſpiritu ſancto Eccleſiam regente, ſint ad vtilitatem ipſius Eccleſiæ et membrorum inuicem. Sed conſtat ſatiſfactoria ſupererogationis cedere poſſe ad vtilitatem Eccleſiæ, vt patet ex eo quod per propriam intentionem ipſorum ſanctorum potuiſſent hæc applicari ad ſatiſfaciendum pro hoc vel illo membro Eccleſiæ debente pro ſuis peccatis ſatiſfacere. Ergo hæc ſatiſfactoria ſupererogatorie facta a Chriſto et ſanctis ad vtilitatem aliorum membrorum Eccleſiæ a Deo vel ab Eccleſia vel ab ipſis ſanctis actualiter vel virtualiter ordinata ſunt. Vtilitas autem propria eorum eſt pro alijs ſatiſfacere, ex quo pro ipſis operantibus non indigentibus ſatiſfacere non poſſunt. Dico autem vtilitas eorum propria, quia non ex communibus ſed ex proprijs ſecundum Ariſt. de rebus iudicandum eſt.

Tertia ratio, quia ad Coloſen. 1. Paulo de ſuis ſatiſfactorijs operibus hoc idem teſtatur dicens. Gaudeo in paſsionibus pro vobis: et adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia. Vbi patet eius intentio adimplentis in propria carne paſsiones defficientes ad conficiendam menſuram a Deo diffinitam pro Eccleſia, et pro ſatiſfactione membrorum eius. Idem autem iudicium eſt de alijs ſanctis quia nulla in hoc videtur ratio differentiæ. Sic beatus Anſelmus et Scholaſtici doctores ad propoſitum exponunt hãc auctoritatem, quam tamẽ alij doctores originales aliter exponũt. Nã Theodoritus et alij quidam, vt referunt Claudius Guillandus, Nico. de lyr. gloſa interline. et Tithelmanus, hunc exhibent ſenſum quod ſicut Chriſtus per ſuam paſsionem redemit Eccleſiam: ita et per paſsiones apoſtolorum aliorumque ſanctorum veluti membrorum ſuorum redemptam congregauit atque collegit in vnum corpus myſticum iuſta id. Ioan. 4. Videte regiones quia iã albe ſunt ad meſſem, et ita ſimiliter ſancti ſemper elaborãt pro Eccleſia ſuſtentanda et multiplicanda in vnitate fidei pacis et charitatis, verbo et exemplo illã ſuperedificãtes: ſed apoſtoli pre omnibus et Paulus pre ceteris vt ipſe ait prima Corinth. 15. Plus omnibus laboraui &c. Alij autem, vt ait Oſius tomo. 1. ca. 48. exponunt non quidem id ita ab apoſtolo Paulo dictũ eſſe quaſi paſsiones quas Chriſtus pertulit pro nobis non ſufficiant ad ſatiſfaciẽdum pro peccatis mundi totius: ſed quod magna pars paſsionum eius adhuc deeſt eius corpori myſtico. i. Eccleſiæ priuſquam omnium perſecutionum Chriſti in ſe et in ſuo corpore myſtico et membris eius ſit finis. Nam vſque ad finem mũdi Chriſtus patitur in ſuis mẽbris ſicut olim Actu. 9. dixit Saule Saule quid me perſequeris? et ita omnes ſancti adimplent in carne ſua ea quæ deſunt paſsionum Chriſti. ideſt paſsiones que illis reſidue et relicte ſunt vt patiantur pro corpore Chriſti. i. Eccleſia ſuſtentanda vt ſecundum priorem expoſitionem dictum eſt. et hoc vt dixi extẽditur etiam a ſcholaſticis. pro Eccleſia Chriſti et membris eius fragilibus iuuandis per opera ſua ſatiſfactoria quæ in theſauro Eccleſiæ reponuntur. Et ita omnes conſonant expoſitiones vt quod altera omittit altera ſuppleat. Ideo duæ priores probationes ſunt efficaciores ad probandum intentũ vt noſter etiam Medina de indulgentijs diſputatione. 8. ca. 43. latius probat. 3. Ratio.

Ad prædictarum omnium trium particularũ, ſimul et dictorum omniũ in hac quæſtione probationem, facit ratio ſeu exemplum ſequẽs. Quia ſicut ſi quis faceret regi aliquod notabile obſequium quod eſſet illi tam acceptũ quod propter id decerneret gratificari, et dona concedere, non

ſolum

ſolum facienti,ſed et omnibus filijs,amicis et pro
pinquis et eis remittere debita: tunc tale obſequiū
ſic acceptū a rege ſeu talis intentio et volūtas ſeu
acceptatio regis diceretur theſaurus illorum filio-
rū ſeu amicorū,ex quo omnibus illis eſt cōmune
cōmuniſq; cauſa moralis ſui remedij ad ſua debita
ſoluēda.ſic in propoſito Deus acceptauit illas ſu
perabundantes ſatiſfactiones Chriſti et ſanctorum
vt omnibus mēbris Eccleſiæ proſint ad ſatiſfaciē
dū,ſecundū quod per diſpenſatorē Eccleſiæ per
viā indulgētiæ fuerint huic vel illi in toto vel in
parte applicatæ de ſatiſfactionibus Chriſti et ſan-
ctorū ſimul ſecūdū q Deo placet:tāquā de cōmu
ni Eccleſiæ theſauro ad redēptionem captiuorū,
id eſt,obligatorum ad pœnas pro ſuis peccatis.
¶ Facit etiā ad omnia ſupra dicta in hac quæſtio
ne expreſſe extrauag.Clem.6.Vnigenitus.de pœ.
et.re.vbi ſic habetur. vnigenitus Dei filius id q
fuit permanēs et q nō erat aſſummēs, vt haberet
vnde hominē lapſū redimeret et pro eo ſatiſface-
ret Deo patri factus homo ſuo præcioſo ſangui-
ne nos redemit.Et infra. Quantū ergo ex inde vt
nec ſup vacua innanis aut ſupflua tātæ effuſionis
miſeratio redderetur:theſaurū Eccleſiæ militanti
acquiſiuit,volēs ſuis theſaurizare filijs pius pater.
Quē quidē theſaurū per B. Petrū cœli clauigerū

Illa litera habet, et propriis et rationabilibus. confiſet ſic [illegible] Cate. ut habetur [illegible]a,q.20 [illegible], pro- [illegible]one. [illegible]

eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris vicarios cōmiſit
fidelibus ſalubriter diſpēſandū, et pro pijs et ra-
tionabilibus cauſis,nūc pro totali, nūc pro partia
li remiſsione pœne tēporalis pro peccatis debite,
tā generaliter quā ſpecialiter,prout cū Deo expe-
dire cognoſcerēt,vere pœnitētibus et cōfeſsis mi
ſericorditer applicandū. Ad cuius quidē theſauri
cumulū beatæ Dei genitricis et omniū ſanctorum
et electorū a primo iuſto vſque ad vltimū merita
præſtare noſcūtur.De cuius cōſumptione ſeu mi
nutione non eſt aliquatenus formidandū,tā pro-
pter infinita Chriſti merita,quā pro eo q quāto
plures ex eius applicatione trahūtur ad iuſtitiam,
tāto magis accreſcit cumulus meritorū. Hæc ibi.
quæ omnia ſunt notanda. ¶ Auctoritas autē huius
decretalis patet ex decreto diſt.19. ca.In cano.vbi
epiſt.decreta. Roma. Pōtificū primus locus au-
toritatis poſt ſacrā ſcripturā decernitur.Et ibidem
ca.1.vbi extrauagātes Apoſtolicæ defendūtur.Pa
tet etiā ſecūdo ex eo q de vna parte ſacramēti pe
nitētiæ,.ſ.ſatiſfactione docet. Conſtat nāq; extra.
de hereti.ca.ad abolendā.Nulli in materia ſacra-
mentorū licere diſſentire ab eo q Eccleſia Roma
na facit et prædicat.Vnde Hierony.ad Damaſum
Papā dicit.Si apoſtolatus tui iudicio fuerit appro
batū,hæreticū ſe experietur qui cōtra dixerit et in
multis locis decreti habetur idē. ¶ Neq; Eccleſia
Rom.ſonniauit aut finxit theſaurū iſtū indulgētia
rū,vt impij lutherani et alij hæretici blaſphemāt,
ſed ex ſacra ſcriptura et ratione ibi et dictis ſancto
rum fundata id probauit: quamuis in ſacra ſcriptu-
ra id expreſſe non habeatur, ſicut nec multa alia
pertinentia ad ſacramenta:quæ tamen ex ſcriptu-
ra elicit Eccleſia ſpiritu ſancto illuminata. ¶ Ideo
forte hereticum eſt dicere et ſentire contrarium
dictis in hac quæſtione in tribus particulis ſupra
dictis de theſauro indulgentiarum,vt etiam infra
queſt.7.patebit.non ſolum eſt hereticum quia cō
tra diffinitionem Papæ in dict extrauag.vnigeni
tus.ſed quia contra ſenſum et vſum et predicatio
nem Eccleſiæ.Ro.dixi forte eſt hæreticum: quia
id non eſt certum ſed valde probabile. Ideo no-
ſter Medina de indulgentijs diſputatione.8. cap.
40.41.43. ait id eſſe probabilius quam oppoſitū
non tamen hæreticum.Quia nec ab omnibus do
ctoribus nec ab ipſo Papa prædictus theſaurus vt
de fide probatur ſed tanquam probabilius quam
oppoſitum vt dictum eſt.Mihi autem vt dixi pro
babilius videtur id diffinitum eſſe de fide, vt pa-
tere poteſt ex his quæ ſupra lib.4.de poteſtate Pa
pæ.q.3.in dubio vlt.latius habetur.

COntra ſupra dicta præcipue cōtra tertiā par- Argum.
ticulā arguitur tripliciter probādo q ex meri
tis aut ſatiſfactionibus Chriſti non cōſtat the
ſaurus indulgentiarum. Primo quia reatus pœne
temporalis non diminuitur ſecundum ſatiſfactio
nem et iuſtitiam,niſi quia æquiualens pœna ſolui
tur per aliquem.Sed Chriſtus non ſoluit pœnam
æquiualentem debitis pœnis omnium hominum.
Ergo talis theſaurus non colligitur ex eius paſsio
nibus aut meritis.Conſequentia patet cum maio
ri,quia ſupponimus ex ſupra dictis quod ſatiſfa-
ctio quæ fit per indulgentias eſt actus iuſtitiæ re-
ſpectu Dei.Ad quam pertinet æqualitas ſolutio-
nis cum debito pœnarum. ¶ Minor autē in qua
eſt difficultas probatur tripliciter. Primo quia pe
na tēporalis debita pro peccato eſt nō ſolū pœna
ſenſus ſed etiam damni pro illo tempore,vt patet
in exiſtentibus in purgatorio, quarum quælibet
eſt maior omnium pœnarum huius mundi in ſuo
genere ſecundum Auguſt. Chriſtus autem non
habuit pœnam damni quia fuit ſemper Beatus et
comprehenſor ſimul et viator: et eius pœna ſen-
ſus non fuit tanta quanta eſt animarum purgato-
rij ſecundum communiter docto.in tertio diſtin.
15.Ergo non fuit æquiualens eius pœna. ¶ Secun-
do, probatur eadem minor.quia dato quod eſſet
æquiualens et ſuperabundans,tamen omnia ope-
ra Chriſti ſunt ei plene remunerata per patrem,
vt Philipen.2.Propter quod et Deus exaltauit il-
lum &c. Alioqui Deus pater illiberaliter egiſſet
cum filio ſuo, ergo non reſtat ei aliud remune-
randum in alijs vel pro theſauro aliorum. ¶ Ter-
tio probatur eadem minor.Quia fieret irreueren
tia meritis Chriſti ſi ſolo pro pœnarum relaxatio
ne per indulgentias expenderentur, cum ipſe per
ea fuerit exemplum omnium martyrum: quia
viliſsimum donorum Dei eſt remiſsio pœnarum
tantum. ¶ Si ad hoc dicatur quod licet per hanc
viam indulgentiæ operentur ſolum pœnarum
relaxationem(quod eſt quidem grande Dei do-
num, licet ſit aliud melius): tamen per aliam
viam ſacramentorum et contritionis et huiuſ-
modi merita Chriſti operantur remiſsionem
culpæ

culpæ et pœnæ et ius ad gloriam. ¶Contra hoc replicatur, quia communiter dicunt doctores, vt ſupra in probatione primæ particule dictum eſt, quod noſtra bona opera ſatiſſactoria ſunt meliora indulgentijs. Sed ſi indulgentiæ ſunt diſpenſationes meritorum ſeu ſatiſſactionum Chriſti pro nobis: et conſtat merita Chriſti vt ſatiſſactoria eſſe infinite meliora, quam noſtra opera ſatiſſactoria. Ergo aut indulgentiæ ſunt meliores quam noſtra bona opera (quod tamen eſt contra communem ſententiam doctorum): aut indulgentiæ nõ ſunt collectæ ex meritis Chriſti: aut omiſsis omnibus operibus noſtris ſatiſſactorijs et præceptis Dei incumbendum eſt indulgentijs et meritis Chriſti participandis per indulgentias.

Argum. 2. SEcũdo cõtra eandẽ particulã arguitur. Quia ſi per indulgentias Eccleſia certitudinaliter impẽdit aut cõmunicat merita Chriſti: tũc aut ego credo opera Chriſti mihi per indulgẽtias applicata ſufficere ad remiſsionem pœnarũ: aut dubito. Si dubito ſecundum commune conſiliũ doctorum dicentium quod poſt indulgentias nihilo minus eſt ieiunandum &c. Quia nemo ſcit an vere conſequutus eſt indulgentias: certe tunc infideliter dubito. Si credo: ergo iam non eſt mihi amplius ieiunandum pro ſatiſſactiõe pœnarum mearum, non enim debeo putare mea opera eſſe meliora quam opera Chriſti mihi communicata. Et per conſequens conſilium illud commune doctorum eſſet inane et friuolum, ſi autem per indulgentias Eccleſia non certitudinaliter impẽdit aut cõmunicat merita Chriſti: certe ſequeretur quod claues Eccleſiaæ nil faciũt, (quod eſt blaſphemũ) et quod indulgentia eſſet incerta donatio et per conſequens impia illuſio fidelium (quod abſit). Ergo vel illud commune dictum doctorum eſt nocinum: quia inde ſequitur aliquod de inconuenientibus prædictis: aut merita Chriſti non ſunt theſaurus indulgentiarum ſi illud dictum doctorum conſtat in veritate, vt patet ex predictis.

Argum. 3. TErtio contra eandẽ particulã arguitur. Quia ſi merita Chriſti eſſent theſaurus indulgẽtiarum. Ergo ſimiliter remitterent pœnã mortis naturalis et alias pœnas naturales ex originali contractas. patet conſequentia per eandem rationem qua et remittunt pœnam eternam maiorem. Similiter ſequeretur quod indulgentiæ non eſſent indulgentiæ ſed ſatiſfactiones per aliũ contra ſupra dicta in quæſtiõe prima. Similiter quod Claues Eccleſiæ non ſoluerent ſed ſatiſfacerent debitum pœnarum pro alio, vt ſupra. q. 4. in quarto argumento habetur. ¶Propter has rationes videtur Frãciſcus Mayro. in 4. diſt. 18. negare quod ex meritis Chriſti. Cõſtet theſaurus aliquis indulgentiarum, quanuis non clare id neget. Sed non concludunt.

Reſponſ. ad. 1. argu. ¶ Reſpondeo ad primum negando minorem ſi intelligatur quod requiritur ſatiſſactio æquiualens ex natura ipſius operis ſeu pœnæ: ſed conceditur ſi intelligatur quod ſit æquiualens vel ex natura ſua vel ex acceptatione ſeu æſtimatione acceptantis, vt patet in contractibus humanis. vbi æquiualens precium iudicatur non ſecundum valorem naturalem rerum, ſed ſecundum vſualem vel vtilitatem aut vſum rei. Et tunc ad minorem dico concedendo quod pœnæ Chriſti ex natura ipſarum non fuerunt tan graues, et per conſequẽs non tan æquiualentes in genere pœnarum, ſicut pœnæ exiſtentium in purgatorio. Fuerunt tamen æquiualentes et ſine proportione excellentes in valore ſatiſſactorio ex æſtimatione et acceptatione diuina, quia Deus pater eas acceptauit infinite ſupra omne debitum omnium et ex dignitate perſonæ Chriſti qui eſt perſona infinita. Qualitas autem perſonæ ſolet valorem meriti augere, vt de hoc latius a doctoribus agitur in. 3. diſtin.

Reſponſio ad ſecundã probationem. ¶ Ad ſecundam probationem minoris. Reſpondeo. Secundum Caieta. in quodlibeto, vbi ſupra in tertio quæſito, et Adrianum. in. 4. de Clauibus, in materia indulgentiarum in reſolutione ad vltimum argumentum principale in fine totius materiæ negando quod opera et merita Chriſti ſint remunerata pleniſsime vel remuneranda poſt in ipſo met tantum, quomodocunq; capiatur remuneratio proprie vel large, vt infra in reſolutione ad ſecundum argumẽtum principale habetur largius de hoc. Quod patet. Quia Chriſtus meruit omnibus hominibus præteritis preſentibus et futuris gratiam et gloriam et remiſsionẽ pœnarũ: ſic que ſemper remunerãtur et remunerabuntur in omnibus qui baptizantur et ſaluantur in meritis Chriſti. Quia ipſe eſt caput corporis myſtici, quod eſt Eccleſia: et ideo gratia eius eſt gratia capitis ſeu communis et indeficiens pro omnibus membris eius. Ideo meritum eius ita ſe habet ad membra eius ſicut meritum cuiuſque priuati hominis ſe habet ad corpus ſuum. Vnde ſicut quilibet homo meretur gloriam nõ ſolum animæ ſed corpori ſuo: ita Chriſtus non ſolũ ſibi, ſed et alijs meruit: Imo et maius quid meruit nobis quã ſibi. Quia nobis meruit beatitudinem quam ſibi ipſi non meruit ſed eam ſine merito habuit per donũ ſingularis excellentiæ, propter dignitatẽ ſuæ perſonæ a principio ſuæ conceptionis, vt communiter dicunt doct. in. 3. diſtinct. 18. illud autem Philip. 2. non dicit merita Chriſti fuiſſe plene remunerata vel remuneranda in ſe ipſo tantum; ſed ſolum narrat duo illius præmia ſcilicet exaltationẽ ſui nominis, et etiam ipſius met: nihilominus tamen præter hæc meruit multa alia ſibi et nobis vt dictum eſt. Imo Chriſtus plura meruit ſufficiẽter quam ei de facto tribuantur quia non ſolum ſaluandis de facto ſed et alijs qui poſſent ſaluari. Et in hoc non fit ei iniuria nec illiberalitas: quia de ſua voluntate ita fit. Similiter pœnalitati eius non omnis fit recompenſatio vel remuneratio in alijs quæ iuſte fieri poſſet et certe deberet, ſi Chriſtus in vim ſatiſſactionis efficaciter illam applicaret. Nunc autem manet ſic contentus quod ſuperſint merita ſua etiam pro alijs qui non participabunt,

Chriſtus et ſibi et nobis meruit.

bunt,ſed ſi voluiſſent poſſent ea participare et remunerari. ¶ Ad tertiam probationem eiuſdem minoris reſpondeo quod non fit irreuerentia meritis Chriſti vt ibidem dictum eſt.

Ad tertiã ad replicatio. ¶ Et ad replicam quæ ibi habetur Reſpondeo quod indulgentiæ non ſunt merita Chriſti ſed effectus efficaciæ meritorum Chriſti: ex quo indulgentię quas conſequũtur Chriſtiani, nil aliud ſunt quam remiſsiones ſuarum pœnarum per merita Chriſti. Vnde ſicut remiſsiones pœnarum non ſunt præferende meritis Chriſti aut impletioni præceptorum Dei aut Eccleſiæ: ita nec indulgentiæ. Cum hoc tamen ſtat quod indulgentiæ ſeu remiſsiones fiant per merita Chriſti: ſicque noſtra opera bona dicuntur meliora indulgentijs id eſt effectibus indulgentiarum qui ſunt remiſsiones ſeu ſolutiones tantum pœnarum temporaliũ, non autem meliora meritis Chriſti aut ſanctorum quæ non ſunt indulgentiæ ſed cauſa efficaciæ indulgentiarũ. Ideo illa replica aſſumit multas propoſitiones falſas: vel ſi veras non tamen formaliter ſed cauſaliter et æquiuoce et ſic nil probat.

Reſponſio ad ſecundum Argumentum. ¶ Ad ſecundum argumentum. Reſpõdeo, quod conſilium illud ſanctorum pium et ſalubre eſt et verum, et claues Eccleſiæ ſicut et ſacramenta efficere aliquid certi poſſunt intelligi dupliciter. Vno modo quantum eſt ex ipſis: et ſic dico quod efficiunt certitudinaliter ſuum effectum: et oppoſitum dicere eſt impiũ. Alio modo per accidẽs: puta propter indiſpoſitionẽ materiæ vel ſubiecti, et ſic contingit non ſolum Claues Eccleſiæ ſed et ſacramenta et ipſam Chriſti paſsionem non habere certitudinaliter ſuum effectum, puta ſi adultus baptizetur ficte cum animo non ſuſcipiendi ſacramenta. Tunc enim nec charatetem ſuſcipit: et ſi cum animo baptizandi ſed in mortali baptizetur, tunc non ſuccipit gratiam. Sic in propoſito quia propter ambiguitatem de diſpoſitione ſubiecti dubitamus de effectu Clauium in hoc homine, et cum hoc ſumus certi quod claues habent ſuum effectum certitudinaliter in ſubiecto diſpoſito ad earum effectum: et ſimiliter indulgẽtia eſt certa donatio diſpoſitis ad illam. Ideo nulla eſt illuſio nec infidelitas, nec friuolum, ſed ſalubre conſilium illud doct. neque eſt inſufficientia meritorum Chriſti aut ſanctorum vt patet ex dictis, et ſimpliciter dicendum eſt quod effectus indulgentiarum eſt certus: quia per ſe ita eſt, licet per accidens aliter contingat: ſicut abſolute dicitur quod ſacramenta certitudinaliter operantur gratiam et ſuos effectus vt dictum eſt. Vide de hoc infra q.5. articul.1. in reſolutione ad ſecundam obiectionẽ contra tertiam opinionem, et in quæſt.17. in reſolutione ad primum argumentum. ¶ Et cum dicitur aut credo opera Chriſti, mihi applicata per indulgẽtias eſſe ſufficientia aut dubito? reſpondeo quod oportet plus addere .ſ. et ſuſcepta ſeu participata a me. Credo enim indubitate merita Chriſti applicata per indulgentiam mihi et a me participata et ſuſcepta ſufficienter exoluere meas pœnas debitas: ſed dubito an illa applicata ſint etiam a me participata: quia dubito an ego fuerim ſufficienter diſpoſitus pro illorum participatione, quod eſt dubium facti per accidens reſpectu effectus clauium aut indulgentiarum. Et rurſus dico, quod etiam ſi credam me participaſſe, volo etiã meas addere ſatisfactiones, non tanquam meliores meritis Chriſti, ſed quia melius eſt duplici via quam vna tantum ſatisfacere: et plura bona ſunt ſatisfacio Chriſti et mea ſimul quam Chriſti tantum ſatisfactio ſola.

¶ Ad tertium argumentum Reſpondeo negando primam conſequentiam et eius probationem. Neque enim eſt ſimile neque proportio a maiori ad minus, quia hoc prouenit non ex natura rerum, neque ex inſufficientia meritorum Chriſti ſed precipue ex diuina ordinatione, qui ſapienter et iuſte noluit ordinare theſaurum Eccleſiæ præfatum ad remiſsionem pœnarum mortis et aliarum ſequentium ex originali aut ex conditione noſtræ naturæ, et propter diſparitatem harum pœnarum ex parte noſtra. Nam pœnarũ noſtrarum quædam ſunt naturales quædam perſonales. Naturales ſunt quas incurrimus propter infectam naturam ex originali peccato, et reſeruantur vſque ad renouationem naturæ in reſurrectione finali ex meritis Chriſti, qui noſtram mortem animæ et corporis moriendo deſtruxit. Et ideo iſtæ pœne naturales non remittuntur per indulgentias quæ ſpectant ad tempus naturæ infectæ, dum ſcilicet durabit mundus iſte. Pœnæ autem perſonales ſunt ad quas tenemur ex noſtris peccatis actualibus, et remittuntur in hac vita per indulgentias. Quia vita præſens eſt tempus purgationis: non quidem purgationis debitorum naturalium ſed perſonalium. Vnde in baptiſmo perſona non natura perfecte ſanatur, et quia mors cũ ſuis pœnalitatibus eſt pœna naturæ: ideo merita Chriſti per indulgentias applicata non ſe extendunt ad eam.

Reſponſio ad.3.Arg.

Mortaliũ pœnæ quædam naturales, quædam perſonales.

¶ Nec valet ratio, quod ſi remittunt pœnã mortis æternæ. Ergo et tẽporalis. Et ratio huius inualide cõſequentiæ eſt, quia pœna ſenſus eterna eſt de numero pœnarũ perſonalium: mors autem tẽporalis eſt de numero naturalium Deo debitarũ. Item quia aliud eſt loqui de meritis Chriſti, ſatisfactorijs abſolute et aliud de eis vt ſuperfluunt ſacramentis: aliud vt per indulgẽtias diſpenſanda relinquuntur. ipſa enim in ſacramentis abſolute tollũt pœnam damni et ſenſus æternam potius per viã concomitantiæ, quam per viam ſatisfactionis: quia reconciliando hoſtem in Dei filium adoptiuum ſequitur quod non eſt puniendus iam pœna hoſtili, quod eſt tollere pœnam æternam: ſoli enim hoſtes exterminatrice pœna digni et puniendi ſunt: filij autem caſtigandi et purgandi ſuapte natura relinquuntur. Theſaurus autem indulgentiarum exhibet Chriſti merita vt præcipuæ ſunt ſatisfactoria vt dictum eſt. et ita patet reſponſio.

¶ Ad alias ſubſequelas, quod ſcilicet indulgentiæ non eſſent indulgentiæ ſed ſatiſſactiones per aliũ &c.Iam patet reſponſio ex ſupra dictis in reſponſione ad tertium et quartum argumentum. q. 4. ibi videatur ſi placet.

Argumẽta contra merita ſanctorum.

Item principaliter contra eandem tertiam particulam precipue contra ly (ſanctorum) arguitur quincupliciter probando quod ex meritis aut ſatiſſactionibus ſanctorum non conſtat prælatus theſaurus indulgentiarum.

Argum. 4. Primo (et in ordine quarto) arguitur ſic. Quia nulla opera ſanctorum ſunt relicta irremunerata. Ergo non manent ſuperabundantes aliquæ ſatiſſactiones eorum pro theſauro indulgentiarum. Conſequentia ſimul et antecedens probatur. Tum primo, Rom.8. Quia non ſunt condignæ paſsiones huius ſeculi ad futuram gloriam &c. Et ſic Deus præmiat ſemper omnes vltra condignum. Tum ſecundo, quia ſecundum hoc opera ſuper erogationis non remunerarẽtur in ipſis ſanctis ſed in nobis: ac per hoc minora eſſent remunerata in ipſis et non maiora opera.

¶ Quod ſi dicatur quod eadem opera ſunt et in ipſis ſanctis et in nobis remunerata: contra hoc ſequeretur quod ergo nulla opera eorum ſunt relicta irremunerata, quod erat antecedens probandum.

Argum. 5. Quinto, arguitur ad idem, quia nullus ſanctorum ſufficienter impleuit in hac vita mandata Dei, ergo nil ſuperabundans fecerunt ſancti: et per conſequens ſancti nil reliquerunt pro theſauro indulgentiarum. Conſequentia patet. et antecedens probatur quinqupliciter. Primo per illud Luc.17. Cum feceritis omnia que precepta ſunt dicite ſerui inuti.ſum. ꝙ debu. fe. &c. ſeruus autem inutilis non vltra ſed minus de bito feciſſe intelligitur. ¶ Secũdo per illud Math. 25. Vbi ſapientes virgines noluerunt alijs communicare de oleo dicentes et timentes ne forte non ſufficiat nobis et vobis. ¶ Tertio, quia omnis ſanctus eſt debitor Deo vt ipſum diligat et ſeruiat ei pro poſſe: imo vltra quam poteſt. quia ſecundum Auguſt. Nullus poteſt implere in hac vita preceptum de diligẽdo Deum toto corde toto anima totis viribus ſuis. Nullus autem id fecit aut potuit facere vt patet ex Auguſti. ibidem. ¶ Quarto quia ſancti per martiriũ quod eſt opus perfectiſſimum: non faciunt vltra quam debent: Imo et vix faciũt debitum ſuum, ergo multo minus in alijs operibus fecerunt pluſquam debuerunt. ¶ Quinto. Probatur idem antecedens per autoritates ſanctorum, puta Aug. di. quod omnibus ſanctis conuenit dicere, dimitte nobis debita noſtra. Qui autem confitetur debitum, nõ ſuper abundat ergo. Item idem Auguſti. lib.1. retracta. ca.19. dicit. omnia mandata implentur quando quicquid nõ impletur ignocitur. Vbi ipſe negat ſanctos impleſſe perfecte omnia mandata Dei dicens. Magis ignoſcente Deo quam implente homine &c. Item lib.5. confeſſ. dicit væ hominum vitæ quantũcunq; laudabili, ſi remota miſericordia iudicetur. Iuxta illud Iob.9. Si etiam iuſtum quidpiam habuero iudicem meum deprecabor. Et ibi Gregorius in moralibus libr.9. ca.1. et lib. 8. ca.13.14. tractans præfata verba Iob. et lib. 4. et 5. ſepius ad idem, et ſuper illud Iob.15. et 25. Stellæ et cœli non ſunt mundi in cõſpectu eius. ſepius idem replicat dicẽs. Quod omnis noſtra virtus et iuſtitia poſita in examine iuſtitiæ Dei potius erit et apparebit iniuſtitia, vt panus menſtruate et vt macula lunæ etc. Secundum pſal.142. In conſpectu eius non iuſtificatur omnis viuens. idem Aug. nullus ſanctus fuit in hac vita ſine peccato. 1. Ioan.1. Si dixerimus quod peccatum non habemus &c. Item Hierony. tractans contra pelagium illud Pſal.31. Beatus cui non imputauit dominus peccatum &c. et infra. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus &c. Dicit, quomodo eſt ſanctus ſi pro impietate ſua orat? itaq; ſancti per orationem et confeſsionem ſuæ impietatis merentur ſibi non imputari peccatum. ¶ Ex quibus omnibus patet antecedens probatum ſimul et conſequentia, ꝙ. ſ. nulla ſunt merita aut opera bona ſanctorum ſuperabundantia. ¶ Quod ſi dicatur quod ſancti habentes aliqua venialia potueũt plura facere quã debuerunt. Contra quia opus bonum etiam optime factum eſt veniale peccatum. Ergo ſemper minus fecerunt quam debuerunt et peccauerunt. Antecedens eſt, Beati Auguſt. vbi ſupra omnia mandata implentur. Contra hoc eſt argumentum ſequens. Euaſio Replica.

Argum.6 Sexto arguitur ad idem. Quia dato quod ſint ſuperabundantia merita et ſatisfactiones ſanctorum, non tamen prodeſſent nobis in theſauro indulgentiarum. Probatur quadrupliciter. ¶ Primo quia ſi merita aut ſatisfactiones Chriſti, ſufficiunt pro prædicto theſauro. Ergo ſuperflue et vane ſuperadduntur etiam merita aut ſatisfactiones ſanctorum et cum iniuria meritorũ Chriſti. Ergo ſicut in ſacramentis nil faciunt, merita ſanctorum cum meritis Chriſti, ita nec extra ſacramenta per indulgentias eadem ratione. ¶ Secũdo probatur idem. Quia merita ſanctorum indigne expenderentur per Eccleſiam ad ſolutionem pœnæ tantum: quia ſolutio pœnæ eſt viliſsimum donum Eccleſiæ. ¶ Tertio. Quia Eccleſia, non pie ageret cum filijs ſuis relaxãdo pœnas. Caſtigare enim filios potius eſt pietatis quam remittere pœnas. ¶ Tũ deniq; quarto. quia Galath.6. Vnus quiſq; onus ſuum portabit. Et.1. Corinth.3. Propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem.

Argum.7 Septimo principaliter ad idem arguitur. Quia non videtur vnde ex ſacra ſcriptura eliciatur quod merita Chriſti, et ſanctorum ſint theſaurus indulgentiarum. Dicere autem quod Eccleſia Rom. ſic decreuit, eſt exponere Eccleſiam irriſioni hereticorum: dum non poſſemus reddere rationem de noſtra fide.

¶ Reſpondeo. Propter prædictas rationes tactas

In his. 4. vltimis argumentis. Franci. Mayro. in. 4. diſtin. 19. expreſſe tenuit, et male quod nullus eſt theſaurus indulgẽtiarum de meritis aut ſatisfactio nibus ſanctorum conflatus quoad indulgentias. Duran. in. 4. diſtin. 20. affirmat quidem ex ſuper abundantibus meritis Chriſti conſtare theſaurũ indulgentiarum: ſed dubitat an de ſanctorum me ritis aut operibus etiam cõſtet præfatus theſaurus: quia non conſtat (vt ipſe dicit) vtrum ſancti voluerunt pro nobis ſic ſatisfacere. Et ſumma Ang. titu. indulgentia, ſequitur hanc opinionem Durã di quamuis dicat quod eſt Frãciſci mayronis. Vbi latius arguit intendens probare etiam per multas autoritates doctorum quod non eſt ponendus ta lis theſaurus ad indulgentias concedendas per Papam diſtribuendus. Sed certe quomodocunq; aliter ſentiat quam dictum eſt, erronee ſentiunt vt ſupra diximus et eorum rationes ſupra tactæ nil probant contra nos, ideo ad ſingula reſpondeatur.

Ad 4. argumentum. ¶ Ad quartum argumentum. Reſpondeo ſecundum Caiet. in quodlibeto vbi ſupra diſtinguẽdo ly. (remunerari) quia poteſt accipi dupliciter. Vno modo proprie, vt reſpondeat rationi meriti, et ſic remuneratio eſt præmiũ pro merito vt me ritum eſt: et ita proprie loquendo de merito con ceditur antecedens ſed negatur conſequentia. Quia merita ſanctorũ quãuis ſint pleniſsime ſibi vltra condignum remunerata et præmiata. Ita ꝙ ipſe etiam eorum ſuperabundantes ſatiſfactiones ſint pleniſsime remuneratæ vel remunerãdæ, ſeu præmiandæ, (nõ enim facio vim in tempore præ teriti vel futuro) in ipſiſmet ſanctis duntaxat: ſicut et ipſimet ſibi ſolis meruerũt de cõdigno: et ita quidquid inde meruerunt totum eorũ erit, ſiue ſit præmium eſſentiale ſiue accidentale. Nihilominus tamen prædicta remuneratio ſeu præ miatio pleniſsima ipſorum non tollit nec minuit vim aliam ipſorum operum, ſcilicet ſatiſfactiuam pro ſe ſeu pro alijs. Quia talis vis ſatisfactiua ſeu ſoluere pro ſe ſeu pro alijs non eſt meritum, mer ces aut remuneratio quæcunque, vt ſupra in pro batione ſecũdæ particulæ in hac quæſtione dictũ eſt. Quod etiam patet, quia ſecundum Scotum et ſequaces etiam in inferno poteſt quis ſatisfacere ſeu ſoluere pœnam temporalem debitam pro pec cato mortali, iam quoad culpam dimiſſo in hac vita, et etiam pro veniali non dimiſſo. Illa autem ſolutio non eſt meritum, neque merces aut præ mium aut remuneratio aliqua vt patet. Similiter in purgatorio qui ſoluit debitum ſuum ſatisfaciẽ do ſeu potius ſatispatiendo per ignem purgatorij non meretur, neque ſic ſoluendo remuneratur ſe cundum omnes doctores: ergo patet quod aliud eſt ſoluere ſeu ſatisfacere pro debito ſuo vel alie no, aliud eſt mereri, præmiari vel remunerari.

Aliud eſt ſatisfacere aliud remunerari. ¶ Sic in propoſito dico quod omnes actus et pœ næ ſanctorum pro quanto fuerunt meritoria ſunt pleniſsime remunerata ſeu præmiata in ipſiſmet tantum gloria eſſentiali ſeu accidẽtali etiam vltra condignum, id eſt, vltra quam ipſis ex natura ope rum ipſorum deberentur, Quia ſic Deus liberaliter ſtatuit. Et ſecundum hoc intelligitur, illud ad Rom 8. Non ſunt condignæ &c. Quia præmiantur et præmiabuntur vltra condignum. Et de hoc præmio nil nobis cedit de operibus eorum directe in gloria, imo et pro quanto talia opera fuerunt illis pœnalia etiam in ipſiſmet ſanctis duntaxat remunerãtur gaudio accidentali: gaudebũt enim de hoc quod plus paſsi ſunt quam peccata ſua meruerunt. Vnde et laureolam ſeu palmã aut inſigne glorioſum habebunt de aliquibus paſsio nibus huius mundi. Sed propter has et qualcunq; alias remunerationes actus ille pœnalis non perdit aliam vim ſuam ſatisfactiuam, ſeu ſolutiuã pœ narum temporalium ſuarum vel aliorum vt dictum eſt. Et cum ſancti fere omnes plus pœnarũ paſsi ſint quam debebant pro ſuis peccatis: inde illud abundans manet pro ſolutione aliorũ: quãtũ quoad vim merendi ſint in eis talia opera pœnalia remunerata. Imo et cum contingeret ſatisfactionem ſuperfluam B. Laurentij ſoluere pro pœna debita Petri penitentis, iam Laurentius habebit in cœlo gaudium accidentale gloriæ de hoc quod ſatisfactio ſua ſuperabũdans ſoluit pro alio pœnitente egente. Et ſic patet negatio primæ cõſequentiæ. ¶ Secundo modo capiendo remunerationem large, negatur antecedens: imo quoad aliquid, ſcilicet quoad vim ſatiſfactoriam ſeu ſolutiuam opera penalia ſupererogatoria eorũ nõ ſunt remunerata totaliter in ipſis ſanctis duntaxat ex quo ad hoc non ſunt remunerabilia in ipſis ſtante lege: et hoc non eſt Dei illiberalitate ſed propter eorum excellentiam, qui talibus ſatisfactioni bus pro ſe non indiguerunt. Et quoad hãc vim ſatisfactiuam remanent in theſauro Eccleſiæ ſupra dicto remuneranda in alijs egentibus vt ſupra dictum eſt. Et ſic patet negatio antecedentis et conſequentiæ. G audientur atque præmium ſanctorum.

¶ Quod ſi ad hoc replicetur. Si eadem opera ſanctorũ ſic large remunerata ſunt in ipſis et in alijs modo prædicto, ergo nulla opera eorum ſunt in ipſis irremunerata. Patet conſequentia. Quia ex quo omne in ipſis remunerabile. ſ. opera meritoria iam in ipſis tantum remuneratũ eſt. Satiſfactoria autẽ opera ſupererogatoria nõ ſunt remunerabilia in ipſis vt dictum eſt ſed in alijs. Ergo nulla opera ſanctorum remunerabilia in ipſis manent irremunerata in ipſis: et ita nil reponunt in theſauro Eccleſiæ. Replica.

¶ Reſpõdeo, negãdo cõſequentias omnes. Quia quãdo dicimus quædã ſanctorũ opera ſeu merita relicta irremunerata nõ fit diſtinctio operũ quaſi quædã fuerint opera eorũ remunerata et quædã nõ, vt replica male interpretatur, ſed fit diſtinctio conditionũ etiã vnius et eiuſdẽ operis ad ſuſe ſen ſum, q: ſi opera ſanctorũ in quantũ ſunt meritoria ſint remunerata in ipſis ſanctis: in quantum autẽ ſunt ſatisfactoria ſunt relicta irremunerata in ipſis ſanctis quoad illud penalitatis quod ſupererogarunt, vt patet ex dictis. Reſpõ. ad replicam.

Altera replica.

¶ Quod ſi replicetur ſecundo quod in ipſis ſanctis tale præmium accidentale ſatisfactorium eſt remuneratum vel recompenſatum in alijs bonis ſpiritualibus, ſcilicet in abundantia auxilij ſpecialis, in cõſolatione ſpirituali. Item ſecundo, quia ipſi applicauerũt ſua ſatiſfactoria pro viuis et defunctis amicis, benefactoribus &c. Quãdo ea fecerũt: ergo nil reſtat reponendum in theſauro Eccleſiæ.

Reſponſio ad replicã.

¶ Reſpõdeo ad primum, ꝙ eſt verum quoad vim meritoriam de congruo vel de condigno, ſecus quoad ſatisfactoriam. Et ad ſecundũ reſpõdeo id negãdo. Multa enim ſatisfactoria reliquerunt nõ applicata pro ſe, ſed in theſauro Eccleſiæ pro cõmuni bono indigẽtium vt ſupra probatum eſt in tertia parte: et patet experientia de ſanctis præſentibus, quia ſic faciunt. Et ſic patet reſpõſio ad primum argumentũ quod eſt quartum in ordine.

Ad.5. arg.

¶ Ad quintum argumentũ, Reſpondeo concedendo antecedens ad hũc ſenſum, ꝙ. ſ. vir ſanctus quatenus ex ſuo libero arbitrio tantum operatur, non impleuit ſufficienter, ideſt ad intentionẽ præcipientis Dei mãdata eius: et ſic conſiderãdo ſunt omnes debitores et peccatores pro aliquando et inutiles, et ſic conceduntur ſicut et procedũt ſanctorum autoritates adductæ ad hoc propoſitum, et quanuis ſecundum quid ſeu cum addito, ſcilicet quod ſancti conſiderati ex ſe tantum ſine gratia Dei nil reliquerunt pro theſauro Eccleſiæ, cõcedi poſsit conſequentia, non tamen abſolute et ſimpliciter loquendo. Quia ſancti conſiderati vt tales ſcilicet vt ſancti, et per conſequens vt ex gratia ſpiritus ſancti moti operantes, bene impleuerunt mandata Dei ſufficienter, et ſepe ſupererogatorie in ijs quæ eos obſeruaſſe laudamus. Et ita abſolute et ſimpliciter et formaliter loquendũ eſt. Et ſic reliquerunt pro theſauro Eccleſiæ et non ſunt debitores ſed potius digni gloria de lege. 1. Ioan. 3. Omnis qui natus eſt ex Deo, nõ facit peccatum ad Ro. 8. ca. In quo clamamus abba pater, et ſecundum Thimoth. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ &c. Et hoc modo nos loquimur. Hic et in hac materia.

Reſponſio ad autori.

¶ Ideo hoc modo ad illud Luc. 17. Serui inutiles ſumus, reſpõdeo quod ibi quod debuimus fecimus ſatis oſtenditur ſeruaſſe mandata ſufficienter. Et talis vir ſanctus licet aliquando quando ſcilicet non ſupererogatorie operatur ſit inutilis, ideſt, non ſupererogans vltra debitũ, ſed ſolum quod debuit faciens: non tamẽ ideo dicitur citra aut minus feciſſe, quam debuit. Vnde ex hac auctoritate nil aliud habetur niſi ꝙ ſancti ex hoc ꝙ ſolũ impleuerũt præcepta Dei, non ſupererogauerũt: cũ quo tñ ſtat ꝙ et ſufficiẽter mãdata implere et inſuper ſupererogare potuerũt et eſſe ſerui Dei vtiles ſibi ipſis et nobis in domo dñi ad theſaurũ Eccleſiæ ſuperaddẽtes. Vel dicuntur ſerui inutiles, ſ. Deo qui nullius eget, ſed tota vtilitas ſanctorũ operũ eſt ipſorũ ſeruorum Dei Deo ſeruiẽtiũ, ad vtilitatẽ nõ Dei ſed ipſorũ ſanctorũ: quod eſt cõtra cõditionẽ ſeruorũ mũdi ſeruientiũ ad vtilitatẽ dominorũ ſuorum. ¶ Ad illud Math. 25. reſpõdeo ꝙ oleũ quod fatuæ petebãt et prudẽtes virgines ſibi ex ſe ipſis nõ ſufficere timuerũt ſpectat ad cõſciẽtiã meriti, non ad penalitates de quibus hic agimus.

Ad. 3. probationem.

¶ Ad. 3. probationẽ reſpõdeo, ꝙ impiũ eſt dicere quẽpiã obligari a Deo ad aliquid ꝙ. ſ. quomõ eſt ſibi pro tũc impoſsibile ſimpliciter: et anathema eſt ſecũdũ Hiero. et ẽt falſum eſt aliquẽ teneri diligere Deũ quãtũ põt, ſic. ſ. ꝙ omittẽdo aliquid ſupererogatoriũ aut ꝙ poſſet facere, peccet: Nã cõſilia quæ tñ quis põt facere nõ cadũt ſub præcepto vt patet.

Quomodo tenemur Deũ diligere.

Quod aũt tenemur diligere Deũ toto corde et ſemp &c. Intelligitur ꝙ nil cõtrariũ Dei dilectiõi fiat corde, mẽte, et opere: et ꝙ parati ſumus habitualiter ſeu virtualiter ad ipſum actualiter diligẽdũ et ſeruiendũ dũ tẽpus neceſsitatis id exegerit. Et quoad actualẽ dilectionẽ oſtẽditur nõ quomõ id neceſſario debeat fieri ſemp, ſed quo tẽdere debem⁹ ſecũdũ Aug. ¶ Ad. 4 probationẽ dico. Quod ſãcti p martiriũ extra articulũ neceſsitatis faciũt plus quã debẽt: quia tũc ſuperogãt: et rurſus in articulo neceſsitãte ad martiriũ pro cõfeſsiõe fidei ſuperogãt ſæpe quoad vim ſatisfactiuã, dũ plus patiũtur volũtarie quam pro ſuis peccatis debẽt. ¶ Ad. 5. probationẽ, ad autoritates Aug. et doct. reſpõdeo ꝙ intelligũtur ꝙ ſancti cõſiderati ex ſe ſine grã Dei ſũt debitores et peccatores, ẽt ſi quid faciũt laudabile et optime et iuſte ſecũdũ humanã iuſtitiã, nõ implẽt mãdata Dei ad eius intentionẽ ideſt meritorie vt ſupra dictũ eſt: ſeu ꝙ aliqñ peccauerũt et ꝙ Deus abſolute ex rigore iuſtitiæ põt ab eis exigere pluſquã p legẽ poſitã exigit miſericorditer. Sed cũ hoc ſtat ꝙ ex diuina grã operãdo ſuperogẽt: et de iuſtitia legis poſitæ merẽãtur ſibi nõ imputari ſuos defectos: et merẽãtur gloriã ſuperogatorie. ¶ Vñ illud vlti. dictũ ibidẽ. ꝙ. ſ. opus optime factũ eſt peccatũ, ſi intelligatur cũ limitatiõe. ſ. ex parte nr̃a tãtũ ſinẽ grã eſt peccatũ ideſt, defectuoſũ ad meritũ, cõceditur: Si aũt intelligatur ꝙ opus bonũ moraliter tãtũ ſine grã ꝙ eſt peccatũ corã Deo omiſsiue et imputabile ad pœnã ſeu culpabile et malũ: certe hoc eſt omnino falſũ ſecũdũ oẽs catholicos et philoſophos. Nõ. n. ſub noua culpa tenemur ad intẽtionẽ præcipiẽtis, neq; tenemur omnia opera bona ſemper referre in vlti. finẽ, aut operari ex grã ſeu charitate. Si vero intelligatur ꝙ ſimpliciter et abſolute et nõ ſecũdũ quid ex nobis tãtũ omne opus bonũ optime factũ ẽt propter Deũ in grã eſt peccatũ veniale, certe eſt impia hereſis lutherana (vt bene agit de hoc Caie. vbi ſupra. et in. 2. quodlibeto in reſpõſiõe. 14. Vbi ẽt declarat et ſaluat quædã dicta ſua in. 2. 2. q. 33. art. 3. et. q. 83. art. 3. eã cõcordãdo). Quia B. Virgo nũquã peccauit etiã venialiter. et. 1. Ioã. 3. Natus ex Deo nõ peccat &c. Illud aũt Ioã. 1. Si dixerimus ꝙ peccatũ nõ habem⁹ &c. Et ꝙ oẽs ſãcti dũ viuũt orare poſsũt. Dimitte nobis debita nr̃a &c. Nõ intelligitur ꝙ ſemp et pro ſemp habuerũt peccatũ aliqđ veniale coæuũ: quãdoq;. n. ſine omni pctõ ẽt veniali fuerũt: ſed intelligit ꝙ qñq; peccauerũt et quod p notabile tẽpus

ſine

ſine aliquo veniali non tranſierũt, niſi ſpeciali Dei gratia præuenirentur, vt Beata virgo: ideſt orare poſſunt pro illo peccato quandiu viuunt. Di. pater noſter &c. et ſic patet reſponſio ad ſecundum argu. De his vide latius apud magiſtrum de Vega de iuſtificatione. li. 11. per totum et præcipue. ca. 24. 36. 37. 38. &c. Et lib. 14. ca. 12. vbi optime declarat id Gregorij ſcilicet omnes virtutes et merita noſtra ſunt vitia, ſi in conſpectu Dei in rigore iuſtitiæ iudicentur: quia ſcilicet omnia bona opera noſtra ad eam puritatem et ſanctitatem exacta: qua Deo deberemus ſeruire quãquam Deus poſſit ex rigore a nobis exigere, tum propter ſuã excellentiam et dignitatem: tum propter ſua in nos beneficia, certe vitia et defectuoſa eſſent et peccata.

Reſponſio ad ſextum argum. ¶ Ad ſextum argumentum Reſpondeo negãdo antecedens. Et ad primam eius probationem reſpondeo negando vtramq; conſequentiam ibi poſitam. Dico enim ꝙ appoſitio meritorũ ſeu ſatiſfactionum ſanctorum extra ſacramenta in indulgentijs ſeu in theſauro indulgentiarũ cũ meritis Chriſti conſonat diuinæ diſpoſitioni. Non quidẽ quod inſufficiens ſit Chriſti ſatisfactio ſola: ſed propter duo, Primo vt ſic honorẽtur ſancti et eorum merita. 1. Corinth. 3. Adiutores Dei ſumus: ſicut propter honorem ſuarum creaturarum vult Deus eas ſecũ coagere naturaliter licet ipſe Deus ſolus ſufficiat vt habetur communiter a doct. in. 2. diſti. 1. &. 37. Secundo vt Chriſti membra ſimilentur ſuo capite Chriſto. Videmus enim diuinã prouidentiam diſpoſuiſſe quod omnia Chriſti membra præſertim præcipua ſibi aſsimilarentur quantum fas eſt. Quia ſcilicet ſunt quidam ſancti aliorum curatores quidam doctores quidam pro alijs merẽtur de congruo tantum, quidam pro alijs impetrant: ita et quidam ſunt alienarum pœnarũ ſatisfactores vt aſimilentur Chriſto etiam in hoc ꝙ pro alijs paſſus eſt ad Coloſ. primo. Adimpleo ea quæ deſunt paſsionis Chriſti. &c. ¶ Alij etiam addunt aliam tertiam cauſam, dicens quod licet paſsio Chriſti ſit infinite ſufficiens: tamen eſt finita quoad efficiam: Quia ſcilicet finitus gradus gratiæ et ſatisfactionis applicatur in ſingulis ſacramentis: et ſic per paſsiones ſanctorum creſcit theſaurus Eccleſiæ quoad efficaciam indulgentiarum. Ita ſcilicet ꝙ ſi pro certa cauſa poteſt concedi vnus annus indulgentiæ virtute paſsionis Chriſti, iam virtute eius et paſsiunum ſanctorum poteſt concedi plus puta duo anni. ¶ Sed certe hæc cauſa ſeu ratio non mihi ſatis placet. Quia finita efficacia finituſque gradus participatus in ſacramẽtis et ſacramentalibus et indulgentijs non prouenit ex finita quantitate theſauri: aut ex hoc quod ſit determinatus tantus gradus illius theſauri a tali operi aut tali ſacramẽto ex opere operato: ſed ex diſpoſitione participantiũ et ex alijs cauſis et conditionibus adiunctis tali actui ſacramentali ſecundum Abulen. ſuper Matth. ca. 16. q. 47. Et ſecundum probabiliorem opinionẽ: licet B. Tho. et aliqui alij doctores oppoſitum dicere videantur, vt de hoc latius egi. li. 1. in noſtro Quæſtionario. q. 3. de valore miſſæ. Et ſic ex dictis patet quod et quare merita ſanctorum faciunt theſaurum indulgentiarum cum meritis Chriſti extra ſacramẽta: theſaurus autem ſacramentorum fit ſolũ ex meritis Chriſti: ſicut et ab eo ſolum ſunt inſtituta et virtute meritorum eius ſolum habent efficatiam, et ita patet reſponſio ad primam probationẽ antecedentis. ¶ Et ſi rurſus quæratur. Ad quid vtilis erit tanta ſuperabundantia ſatisfactionum Chriſti et ſanctorum eius, quanta ſecundum prædicta ſupererit poſt vniuerſale iudicium quando nulli amplius proderit, dum pro nullo quis amplius ſoluere poterit pœnam debitam pro peccatis? Reſpõdeo quod hoc ipſum quod eſt merita ipſius Chriſti et ſanctorum vt ſatisfactoria tam excellenter ſuperare omnes pœnas quæ fuerant ſoluendæ eſt ad gloriã Chriſti et omnium ſanctorum, et ad cõmendandã liberalitatẽ ſalutis electorum et eorũ copioſam redemptionẽ. Nam talis ſuperabũdãtia meritorum et remediorũ teſtatur clare, quod non ex illiberalitate Dei, aut ex inſufficiẽtia ſatisfactionum Chriſti et ſanctorũ et aliorum remediorum dãnati ſunt reprobi quaſi ſolis electis illam ſuffeciſſent: ſed ex eorum propria iniquitate reprobi damnati ſunt pro quibus ſufficiens adhuc remanet ſatisfactio ſi Deus eam applicari ſtante lege decerer. ¶ Ad ſecundam probationem eiuſdem antecedentis reſpondeo quod digniſsime ea expẽdit Eccleſia dum ſatisfactoria tantum ad ſatiſfactoria gloriam accidentalem et vtilitatem egentiũ expendit non enim poſſunt dignius expendi. Et licet remiſsio temporalis pœnæ in comparatione ad dona gratiæ ſit vile donũ: eſt tamẽ proportionatum meritis ſanctorum. vt ſunt ſatisfactoria: quia et ſic non ſunt niſi exolutiua pœnarũ tẽporalium. ¶ Ad tertiam probationem antecedentis Reſpondeo, quod imo piiſsime mater Eccleſia ſuis filijs remittit quos Deus ex rationabili cauſa in adoptionis filios computauit. Nõ enim in omni actu debet mater punire filium, ſed omnia tempus habent: alioqui non deberet peti aut fieri miſericordia et remiſsio pœnarum in ſacramẽtis nec extra ſacramenta, quod abſit.

¶ Ad quartam probationem eiuſdem antecedentis ex illo Galat. 6. Vnuſquiſque onus ſuum portabit &c. Reſpondeo, ibi loquitur Paulus de mercede ſeu remuneratione propie ſumpta, ſcilicet quæ reſpondet operi meritorio vt meritorium eſt: (quod et nos conceſsimus ſæpe vbi ſupra in reſponſione ad primum): non autem loquitur de vi ſatisfactiua ſeu de pœnarum remiſſione, de qua nos hic agimus et dicimus quod vnius ſatisfactio poteſt valere alteri per viam indulgentiæ, vt de hoc latius infra in reſponſione ad octauum argumentum principale habetur quomodo vnius ſatisfactio poteſt alteri valere. Reſponſio ad autoritatẽ Pauli.

¶ Ad ſeptimum argumentum Reſpondeõ, quod licet non expreſſe, bene tamen innuitur in ſacra Reſponſio ad ſeptim. argum.

ſcriptura pariter iuncta ratione recta per fidem illuminata et fundata quod iſte theſaurus indulgẽtiarum habetur vt ſupra probatum eſt ratione et autoritatibus ſcripturæ et doctorum:et in his fundata eſt Eccleſia Rom.ad ſic decernẽdũ rationabiliter facto et verbo,vt in dicta extrauag.Cle.6.vnigenitus de pœni.etremi.dictũ eſt ſupra,et alibi ſæpius.Nolle aũt acquieſcere tot ratiõibus, et auctoritatibus eſt mẽtis indiſciplinatæ. Oportet enim ex 1.Ethico.virũ docilẽ in morali philoſophia et Theologia non quærere cerditudinem Mathematicam,ſed ſecundum quod in tali ſcientia probatur. Nunc autem regula fidei eſt ſacra ſcriptura et Eccleſiæ ſeu concilij determinatio,quæ nõ poteſt eſſe erronea:et communis Catholicorum doctorum conſenſus:quibus qui non credit certe regulam et terminos talis facultatis excedit, hæreticũq; ſe comprobabit. 2. Hiero. vbi ſupra ad Damaſum Papã.Et prędicta ſufficiunt adſufficienter rationem reddẽdam de ea quæ in nobis eſt fide.

Fidei regula Eccleſiæ vel concilij determinatio.

Argum. 8. ¶ Octauo principaliter contra eandẽ.3.particulam præcipue(ex ſatisfactionibus ſanctorum)arguitur.Quia ſatisfactio vnius non poteſt valere alteri viuo aut defuncto.Ergo nec per viam indulgentiæ.Conſequentia patet.Quia fundamentalis ratio theſuri indulgentiarum eſt quod ſatisfactiones Chriſti et ſanctorum poſsint prodeſſe ijs quibus per indulgentias applicãtur, vt patet ex ſupra dictis.Sed ſi non poſſunt prodeſſe alijs certe ſequitur quod theſaurus indulgentiarum non colligitur nec poteſt conſtare ex ipſis.¶Antecedens autem pro minori probatur quadrupliciter quod.ſ. ſatisfactio vnius non poteſt prodeſſe alteri. Primo quia Deus non requirit ſatisfactionem quaſi delectatus in pœna.Sapi.1.et Eſaiæ.1. Heu conſo labor ſuper hoſtibus meis. ſecundum glo. ibidẽ, Deus quaſi inuitus punit, more patris et punit et dolet.Sed requirit pœnam vt medicinam et remedium peccati,et vt antidotum contra culpam. Nunc autem medicina non ſanat egrotum niſi ipſi formaliter hæreat,vt ſupra in principio huius quæſtionis dictum eſt. Ergo ſatisfactio vnius nõ poteſt eſſe medicina alterius nec prodeſt illi.

¶Secundo probatur idem antecedens . Quia ſicut contritio et confeſsio vnius nõ valet alteri ita nec ſatisfactio. Patet conſequentia. Quia ex quo ſunt partes pœnitentiæ videtur eadem ratio de omnibus:et quia non valet indulgẽtia cõtra præceptum ſoluendi debitum pœnæ Matth.3.Facite fructus dignos pœnitentiæ,ex quo ad ſatisfactionem ita tenemur ſicut ad contritionem et confeſſionem.¶Tertio probatur idẽ antecedens.Quia 1.Corinth.3.Vnuſquiſque propriam mercedẽ accipiet ſecundum proprium laborem et Matth.16 et.2.Corinth.5. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. et recipiet vnuſquiſque prout geſsit in corpore ſuo,et Apoc.14. Opera illorum ſequuntur illos,et Pſalm.61:Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua,eſt ad idem et Deuter.25. Pro menſura delicti erit plag.mo.&c.Et Ezechi.14.Ipſi ſoli liberabuntur &c. Nunc autem ſi vnus poſſet pro alio ſatisfacere redderet Deus ſecũdum opera aliena: et non ſoli iuſti liberarent animas ſuas ſed et peccatores per opera aliorum quod eſt cõtra præfatas autoritates.

¶ Quarto probatur idẽ antecedens.Quia Deus decreuit punire hic vel in purgatorio perſonam ipſiuſmet peccantis poſt culpam iam dimiſſam, ergo quicquid ſatisfactionis per aliũ pro illo fiat nil illi proderit.Antecedens patet.Quia ſtante lege ipſemet peccator tenetur hic vel in purgatorio ſatisfacere pro ſuo peccato ſecundum communiter doct.Conſequentia autẽ probatur dupliciter: Primo quia alias eſſet mutatio in Deo ſi alio ſatiſfaciente pro illo non puniretur ipſe peccator hic vel in purgatorio vt decreuerat Deus,ſecundo auctoritate Gregorij.lib.6.morali.ca.12. Cũ ſuperna indignatio ſe ſe vt ita dixerim medullitus mouet hanc oppoſitio humana non remouet:nec cuiuſlibet deprecatio ſe vtiliter objeit, cum ſemel Deus aliquid ab intimis quaſi iraſcẽdo diſpoſuit. Quod et probatur de Moyſe qui non potuit ingredi terram promiſsionis propter peccatũ diffidentiæ iuxta Petram oreb,et habetur.23.q.4. Nabuchodonoſor.Item Hiere.7.et.12.cap. Tu ergo noli orare pro populo hoc &c.et.1.Regn.3.Porro triumphator Iſrael nõ parcet.et glo.Hierony. et Grego.ſuper Hieræ.11.eſt ad idem.

Quarto.

¶ Reſpõdeo ad octauũ argum. principale. Sed prius nota quod in hoc argumẽto tangitur difficultas,.ſ.vtrum vnus pro alio poſsit ſatisfacere et quomodo.Ad quã dicitur cõmuniter et bene ꝙ ſic maxime ſi vterq; ſit in gratia.Ratio quia charitas facit omnia cõmunia,quodq; adiutoriũ vnius proſit alteri ad id quod de lege valere poteſt. Et ad hoc facit articulus fidei,credo ſanctorum communionẽ.Et Galath.6.Alter alterius onera portate.Et in hoc nõ eſt dubiũ,quia et hinc valẽt ſuffragia pro defunctis.Et ad idẽ ſunt cõmuniter doctores in quarto diſtin.20.et etiam.45.

Reſponſio ad octauũ argu. Vtrũ vnus pro alio poſsit ſatisfacere.

¶ Sed vtrũ talis ſatisfactio proſit et valeat ex iuſtitia legis infallibiliter quoad totũ ſuũ fructum, an ſolũ de decẽtia,ſunt opiniones.Nã cõmunis opinio in.4.diſt.16.20.Cũ qua eſt Adria.in.4.de ſatisfactione,et de indulgẽtijs,et Soto in.4.diſt.20 q.2.arti.3.Et Nauarro in tractatu de indulgent. nota.22. §.18.19.et ſeq.et in ca.quando, de conſecratione.diſt.1.ca.20.nu.82.tenet quod ſatisfactio exiſtentis in gratia facta pro alio viuo ſimiliter in gratia exiſtente valet ei ex iuſtitia legis poſitæ a Deo et eius pacto infallibiliter, non ſecus ac ſi pro ipſomet ſatisfactore fieret,licet nõ in tanta quantitate, nec ad tantum effectum ſatisfactionis pœnarum ac ſi ipſemet faceret pro ipſo, idq; ratione ſupra dicta.

¶ Alia eſt opinio clariſsimi doctoris Medina magiſtri mei in codice de oratiõe.q.20. Et aliqualiter in codice de ſatisfactione quæſtio.2.et.5.vbi tenet quod nullus etiam exiſtens in charitate poteſt pro alio ſimiliter in charitate exiſtente in

hac

hac vita vel in purgatorio ſatisfacere de iuſtitia le-
gis aut pacti diuini iam poſiti,ita quod Deus ipſe
infallibiliter talẽ ſatisfactionem acceptet aut de-
beat acceptare ſicut acceptat ſatisfactionem aut
opus meritorium ad gloriam pro ipſo operante:
ſed ſolum ex decẽtia et liberalitate acceptat et eſt
ſatisfactorium tale opus pro eis, pro quibus quis
ſatisfacere intẽdit aut ex merito congrui aut per
viam liberalis impetrationis: quæ dicitur iuſtitia
large ſeu iuſtitia decẽtiæ, quia.ſ. Deũ decet eiuſq;
iuſtitiã mixtã cum miſericordia et liberalitate ta-
le opus ſatisfactoriũ acceptare, ſicut et condeſcen
dere ſuis amicis in ſuis iuſtis petitionibus et obſe
quijs eorum. ¶ Et ratio eius eſt. Quia nuſquam le
gitur talis lex aut Deum generaliter promiſiſſe ſe
talem ſatisfactionem pro alio acceptaturum. Item
quia ſi ſecundum legẽ humanam aliquis crimino
ſus deberet ex ſentẽtia iudicis centum flagellis fla
gellari: et vnus alius volens illum ab illa pœna li
berare in ſe ipſo etiam iudice ſciente illa centum
flagella ſi; onte ſuſcipiat, certe noin ſatisfacit iudi-
ci de iuſtitia legis. Quia iuſte poteſt iudex proce-
dere contra præfatum criminoſum, volens quod
a iuſtitiæ tortoribus ſecundum leges flagelletur.
ita in propoſito cum peccator ob culpam iam di
miſſam ſit ſecundum legem Deo debitor pœnæ
ſeu vindictæ temporalis per ſe ipſum, vel per tor-
tores Dei hic vel in purgatorio exequẽdæ, in quã
fuerat pœna eterna commutata: Ideo ſi quis pro
alio ſuo ſponte aliquid pœnale opus aſſumat, nõ
cedit illi in ſolutum de iuſtitia legis. Quia non eſt
illa pœna nec illo modo quam ex lege pro pecca
to dimiſſo debebat. Ideo et liberum eſt Deo iudi
ci ſupremo ex gratia ſua illam pœnam in toto vel
in parte loco debiti acceptare et non acceptare
ſine vlla vllius legis aut pacti aut iuſtitiæ iniuria.
Pro hac opinione videtur facere B. Tho. 3 parte
q.62. art.5. et refert Soto in.4 diſtin.1. q.3. arti.5.
dicens ꝙ ſolus Chriſtus potuit mereri alijs de cõ
digno. Et eadem ratione ſolus ipſe potuit de iuſti
tia legis pro alijs ſatisfacere: quia eadem ratio eſt
de vtroq;, et ad idem eſt ipſe Tho. q. vlt. arti. 2. di-
cẽs quod in vindicatiua iuſtitia (quæ exercetur in
ſatisfactione) fit recompenſatio per arbitriũ iudi
cis non autem ſecundũ voluntatẽ offenſoris vel of
Obiectio. fenſi. ¶ Neque obſtat dicere, quod ſi vnus ſoluat
debitum pecuniariũ pro alio debitore de iuſtitia
cedit in ſolutũ: pro alio ſaltem viuente. Nunc autẽ
cum opus pœnale vel ſatisfactorium ſit ſolutiuũ
pœnæ debitæ: ergo de iuſtitia legis cedit in ſolutũ
pro alio ſaltẽ viuente exiſtente in gratia.

Reſponſio ¶ Nam ad id reſpondetur negando conſequen-
tiam. Quia non eſt ſimile de debito reali et de de
bito pœnali ob delictũ, maxime quod homo de-
bet Deo Nam primũ eſt tale ꝙ per quẽcunq; de-
bitoris nomine ſoluatur, res eſt ad æqualitatẽ re-
dacta, et ſic cedit in ſolutum: debitum autem pœ
nale ob culpam non ita manet de rigore iuſtitiæ
ſolutum niſi per ipſum debitorẽ et eo modo quo
debetur ſoluatur vt dictum eſt:

¶ Quod ſi dicatur Deum promiſiſſe talem ſa- Obiectio.
tisfactionem pro altero acceptare ſi vterque ſit in
charitate vt patet Galat. 6. Alter alterius onera
portate &c. Et. 2. Machab. 12. Sancta et ſalu-
bris eſt cogitatio pro defunctis exorare: &c. Ergo
de iuſtitia legis valet.

¶ Reſpondeo id negando. Nam ex dictis autori Reſponſi.
tatibus nil aliud habetur, niſi quod vtile et ſalubre
eſt ſatisfacere pro proximis, et eorum onera porta
re: cum quo ſtat quod id valeat et acceptetur nõ
de rigore iuſtitiæ, ſed illud cõmittendo diuine li
beralitati: ſicut et bona quæ fiunt pro exiſtẽtibus
in peccato mortali, et quæ ipſi peccatores faciũt
pro ſe ipſis, quibus vtiq; valent et ſunt vtilia ex
decentia tantum diuir·æ liberalitatis: et ſuffragia
quæ fiunt pro animabus purgatorij valent eis in
toto vel in parte ſecundum beneplacitum miſeri-
cordiæ Dei, et hac iuſtitia decentiæ ſumus certi ꝙ
ſatisfactio et bona opera vnius pro alio facta va-
lent plus vel minus ſecundum cuiuſq; ſuſcipien-
tis dignitatem et Dei liberalitatem ad id. Sic te-
net prædictus doctor, ſicut etiam ait Vega de iu-
ſtificatione, lib. 9 ca. 24. Quod licet per fidẽ cer-
ta ſit efficacia orationũ iuſtorũ apud Deũ: de nul-
la tamẽ oratione ipſorũ in particulari pro ſe aut
pro alijs facta aut certe de pauciſsimis poſſumus
eſſe certi per fidem ꝙ a Deo audiendæ ſint. ¶ Et
ita demum (ſaluo meliore iudicio) videtur quod
hæc opinio clariſsimi doctoris Medina eſt vera vt
ſonat de ſatisfactione vnius pro alio exiſtente in
gratia hic vel in purgatorio, quod.ſ. illi valet ſolũ
de congruo vt dictum eſt. Opinio autem cõmu-
nis eſt vera ſolũ de ſatisfactione facta pro ſe ipſo:
quia de tali ſatisfactione pro ſe ipſo quoad culpã
et etiam quoad pœnam habetur. Matth. 3. Facite
fructus dignos pœnitentiæ, ſecundum Gregor. et
cõmuniter docto. licet ſecundum alios intelliga-
tur ſolum quoad culpam. Item quia pœna tẽpo-
ralis pro peccato iam quoad culpam dimiſſo de-
betur Deo ſoluẽda hic vel in purgatorio: et nõ in
purgatorio tantũ, nec in hac vita tantũ: quia nulla
lex videtur ad id aſtringere, ſecundũ Scotum. Ita
quia ſatisfactio hæc pertinet aliquomodo ad ſacra
mentũ pœnitentiæ cuius eſt tertia pars: et per con
ſequẽs videtur ꝙ ſi fiat pro ſe ipſo in hac vita iam
habet ſuũ effectũ de iuſtitia legis ſicut et aliæ par-
tes huius ſacramenti. ¶ Indulgentiæ autẽ viuorũ
licet habeant vim ſatisfactiuam pro alijs quibus
conceduntur tamẽ ſatisfactio earũ habet vim de
iuſtitia legis quantum ſonant ſi ſint rite cõceſſæ:
quia pro eis eſt lex ſpecialis. Matth. 16. Quodcũ
que ſolueris &c. et Ioã. 20. Quorũ remiſeritis pec
cata &c. Et quia ſuccedunt loco ſatisfactionum
pœnitentialium vt habetur in. ca. Cum ex eo. de
pœni. et re. vt ſupra. q. 3. et infra. q. 8. et. 20. latius
habetur. Secus autem de indulgentijs per modũ
ſuffragij. quoad defunctos de quibus infra, quæ-
ſtio. 16. 17.

¶ Quibus ſuppoſitis, Iam reſpondeo ad octauũ Ad argu 8
argumentum ſupra poſitum, negando antecedẽs.

Et ad eius primam probationem negatur conſequentia. Et ratio eſt, quia falſum eſt quod ibi videtur præſupponi quod ſcilicet Deus vult noſtras pœnas ſolum vt nobis medicinales: nam eas etiã egit, vt per eas ſatisfiat ſuæ iuſtitiæ diuinæ propter offenſam, vt non maneat peccatum impunitum, vt patet. Quia in purgatorio pœna non eſt iam medicinalis ipſis animabus ſed ſolutiua debiti ſecundum iuſtitiam. Ergo quoad hanc rationem ſatisfactio habet rationẽ et vim ſolutionis pro quo fit vt dictum eſt.

Reſponſio ad ſecundam probationem antecedentis

¶ Ad ſecundam probationem antecedentis reſpondeo negando conſequentiã. Et ratio eſt, quia ſecundũ Bonauenturã, et Adrianũ vbi ſupra, contritio et confeſsio ordinãtur vt quis reponatur in ſtatu gratiæ principaliter: vt ſic cõſequenter bona vnius ratione charitatis poſsint alteri cõmunicari et ſatisfactio conſequitur: quia ergo fundamentũ huius cõmunicationis eſt gratia ſeu charitas, ideo nõ eſt ſimile. Alia etiã ratio diſcriminis eſt quia per ſatisfactionem vt talis et vt ſolutio pœnæ debitæ eſt, nullus meretur, neque medetur, neq; efficitur bonus, vt ſupra in principio huius quæſtionis habetur. Per contritionem autem ſic et per confeſsionem vt patet. Ideo hæc non proſunt niſi ipſi operanti nec poſſunt alteri directe applicari quoad hoc: ſatisfactio vero ſic quoad ſuam vim ſolutiuam debiti vt dictum eſt. Item eſt alia ratio diſcriminis: quia ſcilicet eſt obligatio tantum perſonalis ad contritionem et confeſsionem: ideo non poteſt per alium nec per indulgentias ſuppleri vel adimpleri. Obligatio autem ad ſatisfaciendum non eſt de iure diuino ſolum perſonalis abſolute ex natura ſua: ſed eſt alternatiua ſcilicet aut per ſe aut per alium hic vel in purgatorio, vt Deo placuerit acceptare vt dictum eſt, et ita patet differentia et ratio negationis illius conſequẽtiæ.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad id quod ibidem ſubinfertur, quod ſcilicet ſicut non valet indulgentia contra præceptum ſoluendi debitum contritionis &c. ¶ Et ad illud Matth.3. et Luce.3. Facite fructus dignos pœnitentiæ dico quod nõ eſt ad propoſitum. Ibi enim ſi obligatorie intelligatur loquitur de pœnitentia interiori contritionis neceſſariæ ad ſalutem ſimpliciter, ſcilicet vt grauiora peccata grauius licet non intenſiua diſpliceant, et debita cautela cõtra recidiuum apponatur, vt innuit Chryſ. lib.1. de compunctione cordis. Si autem de ſatisfactione etiam intelligatur ſecundum Grego. et doctores etiam ſi eſſet præceptum, cuius oppoſitum cõmuniter tenetur vt refert Soto in.4. diſtin.19. q.1. art. 3. At vero intelligitur proportionabiliter vt ſcilicet quatenus eſt medicinalis per ipſum met fiat, quia non poteſt per alium: quatenus autem eſt ſolutiua pœnæ debitæ et poteſt per alium ſuppleri, ſuppleatur vt oportet. Itaque ſecundum naturam cuiuſque operis fiat dignus fructus pœnitẽtiæ per ſe et per aliũ. Et ita patet ꝙ ſatisfactionẽ pœnalẽ põt homo hic vel in purgatorio per ſe vel per alium facere, niſi ſit iniuncta ſpecialiter à ſacerdote in confeſsione et acceptata a pœnitente. Tũc enim ex præcepto Eccleſiæ tenetur pœnitens implere per ſe, vel per alium de licentia tamen ſacerdotis: per indulgentias autem omnis ſatisfactio poteſt impleri vt infra. q.9. et.10. Latius de hoc.

¶ Ad tertiam probationem antecedentis, Reſpondeo tripliciter. Vno modo ſecundum Tho. in.4. diſtin.45. et Adria. in materia de Indulgentijs et Caie. et cõmuniter doctores. Quod omnes illæ autoritates Matth.16. et.1. Corinth.3. &.2. Corinth.5. et Apocalyp.14. et Pſal. 61. Intelliguntur quod præmiũ eſſentiale vel accidẽtale reſpondẽs bono operi prout eſt meritorium aut demeritorium: non autem quoad vim ſatisfactiuam, vt ſupra, quod alijs verbis ſolet dici ꝙ loquuntur quoad ſtatum hominis non quoad accidentia illi, puta quia non loquuntur quoad vim ſatisfactoriã vt ſupra, et in reſponſione ad quintum argumentũ principale dictum eſt. ¶ Secundo modo clarius reſpondeo ſecundum Roff. ſub articulo. 17. &c. Vſq; ad.22. ꝙ intelliguntur illæ præfatæ autoritates de retributione finali in alia vita ſi homo dũ eſt in via vel in purgatorio nõ aliũde iuuatur. Si enim homo eſt in ſtatu quo iuuari poteſt hic vel in purgatorio certe per indulgentias et per alias vias poteſt ei fieri relaxatio pœnarum per ſatisfactiones aliorum pro ipſo: quia ſic cõceſsit Chriſtus et ſuaſit Paulus ad Gala.6. Alter alterius onera portate. Alioqui ſi perfatæ autoritates ſic nudę ſine ſuo bono intellectu et ſuppletione præfata ſumpta ex ſcriptura et recta ratione intelligerentur vt hæretici eas intelligunt: certe ſequeretur eadem ratione ꝙ nec per ſacramenta poteſt fieri remiſsio culpæ aut pœnæ virtute paſsionis Chriſti, et quod Chriſtus nunquã remiſit proprie peccata noſtra. Quod eſt hæreticũ et contra illud quorũ remiſeritis peccata &c. Ioannis. 20. et Matth. 16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. ¶ Alio tertio modo reſpondeo ſecundũ Bonauenturam, vbi ſupra, ꝙ charitas facit aliena opera eſſe ſua, maxime quando Charitas voluntarie quod ſuum eſt alteri donat rationabiliter donabile, vt in propoſito quoad vim ſatisfactiuam cõtingit, propter communicationem membrorum in eodem corpore myſtico vt ſupra dictum eſt.

¶ Ad illud Ezech.14. Reſpõdeo ſimpliciter ſecũdũ Adria. vbi ſupra, quod procedit de pœna ſeu punitione huius vitæ, quam Deus aliquãdo decreuit nullis precibus vel ſatisfactione abolere: nõ de pœna debita in purgatorio vt latius dicetur in reſpõſione ad quartũ. ¶ Ad aliud Deuterono.25. dico ſecundũ eundem Adrianũ, quod nõ eſt ad propoſitum, quia ad literã loquitur iudicibus Iudæorum ne nimis fœde puniant delinquẽtes, vt patet ibidẽ. Quod ſi ex ſimilitudine ad propoſitũ reducatur: Reſpõdeo quod ſecundũ delictum punitur peccatũ quando debita ſatisfactio ſoluitur per ipſum debitorem aut per alium pro eo: ſicque per indulgentiã non euacuatur debita ſolutio, ex quo

de theſau-

de theſauro Eccleſiæ ſoluitur debitum pœnæ pro
debitore cui conceditur indulgentia vt ſupra di
ctum eſt.

Ad quartã ¶ Ad quartam probationem antecedẽtis reſpõ
deo negando conſequentiam et ad eius primam
probationem, nego eſſe mutationem in Deo. Nõ
enim ſic intelligitur antecedens quod abſolute
Deus decreuerit hominem peccatorẽ in ſuamet
perſona punire, et quod ſimul alius ſit pro eo
pœnam ſoluturus: ſed quod punietur ipſemet
peccator, niſi ipſe vel alius pro eo ſoluerit ſicut et
de lege poſita Deus ſic decreuit vt ſupra in reſpõ
ſione ad tertium ſecundum Roffenſ. dictum eſt,
et ſic conceditur antecedens: ſed negatur conſe-
quẽtia et eius ratio. Imo amplius dico quod ſi
ab æterno Deus circa aliquem hominem aut ge-
neraliter ſtatueret hanc legem, quod ſcilicet ipſe
met homo peccans ſoluat pro ſe ipſo, præſcius
etiam quod alius non ſoluet pro illo; non tamen
ſequitur quod ergo neceſſario ille et non alius ſol
uet pro illo in ſenſu diuiſo: quanuis ſequatur in
ſenſu compoſito: quia poteſt Deus non ſic decre-
uiſſe et ſic potuit præſciuiſſe, quod alius ſoluet
pro illo. Et ſi alterum ponatur in eſſe quod ſcili-
cet Deus de facto decreuit et præſciuit quod ille
et non alius ſoluet pro illo, bene ſtat cum alia de
poſſibili quod ſcilicet Deus poteſt aut potuit op
poſitum decreuiſſe et præſciuiſſe. Quod ſi etiam
iſta de poſſibili ponatur in eſſe tũc deponitur alia
prima: quia duæ contradictoriæ ſeu oppoſitæ de
in eſſe ſeu de facto non ſtant ſimul quia in com
poſſibiles ſunt, vt in materia de futuris contingen
tibus late agitur a doct. in. 1. diſtin. 38. et a dialecti
cis, et non ſequitur vlla mutatio in Deo ex præ
dictis quia de vno eius decreto, quod non fuit ex
quo deponitur ſeu negatur fuiſſe de facto, non trã
ſit Deus ad aliud oppoſitum decretum quaſi de
cernens vnum poſt aliud, ab æterno.

¶ Ad ſecundam autem probationem eiuſdẽ cõ
ſequentiæ præfatæ ex autoritatibus Grego. Hiero.
et Hieremiæ, et Ezechiel. 14. et. 4. Regu. &c Reſpõ
deo ſecundum Adri. vbi ſupra quod loquũtur de
punitione aut flagellatione ſpeciali huius tempo
ris quam Deus aliquando abſolute et omnino de
creuit inferre vt expiari non poſſit, quibuſcũque
lamentis pœnitentiæ, vt ſupra dictum eſt: non au
tem de pœna debita in purgatorio et ipſe Adria
nus in. 4. de contritione. q. 3. in Reſponſione ad
quartum argumentũ et in quarto quodlibeto art.
3. et art. 2. in reſponſione ad primum argumentũ
principale latius hoc tractat. ¶ Quod ſi replicetur
quod pœna damni ex originali quã in limbo ſan
cti patres ante aduentum Chriſti paſſi ſunt non
potuit ſolui per quæcunq; pœnalia eorũ vel alio
rum in mundo. Reſpondeo dupliciter. Vno mo
do, quod illa pœna damni requiſiuit precij exhi
bitionem in actu ex lege Dei ſpeciali: et ſancti pa
tres in limbo ſolum poterant ſatisfacere in virtu
te pretij actualiter exhibendi per Chriſtum. Alio
modo dico quod non eſt ſimile. Quia aliud eſt
de pœna totius naturæ humanæ pro peccato ori-
ginali debita de qua nos hic non loquimur: ad
quam expiandam non valent indulgentiæ: aliud
eſt de pena ſenſus pro peccatis proprijs perſonali
bus debita: de qua hic agimus et dicimus ꝙ ſem-
per potuit et poteſt homo opere ſatisfactorio per
ſe vel per alium hic et in purgatorio ſoluere ſeu
expiare, et hæc ſoluitur per indulgentias de ſatiſ
factionibus Chriſti et ſanctorum vt dictum eſt.

QVÆSTIO. VI. Quæſt. 6.

Vtrum in Eccleſia
ſit a Chriſto cõceſ-
ſa poteſtas remittẽ
di peccata quoad
culpam et pœnam.

¶ Reſpõdeo quod
ſic. Probatur. quia Probatio.
Chriſtus promiſsit
et dedit Eccleſiæ et
eius prælatis in ſuo vicario ſe daturum Clauiũ et
iuriſdictionis poteſtatem tam ſacramentalẽ quã
non ſacramentalem ad ligandum et ſoluendũ pec
cata quo ad culpam et pœnam, vt patet Math. 16.
Tibi dabo Claues regni cœlorum. Quodcunque
ſolueris ſuper terrã &c. vbi ſine vlla diſtinctione
dicitur quodcunq; ſolueris. Ergo tam quoad cul
pam quam quoad pœnã intelligitur promiſsiſſe.
Et certe promiſsionẽ impleuit. Idem patet aper-
te Matth. 18. Quæcunq; ſolueris &c. Et per ſacra
mentum. Ioan. 20. Quorũ remiſſeritis peccata re
mittuntur eis &c. Vbi patet de facto ſine vlla di-
ſtinctione quoad vtrunq; cõceſſa poteſtas per eã
dem rationem omnino. ¶ Quod autem pœnæ
debitæ pro peccatis dicãtur in ſacra ſcriptura pec
cata, et ſint ligamina, quibus homo tenetur ne in
tret cœlum. infra. q. 6. latius de hoc habetur. ¶ Et
cum prædictis omnibus concordat Turrecrema-
ta in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap. 29. dicens inſu
per quod ante reſurrectionem Chriſti Petrus nõ
fuit paſtor vniuerſalis Eccleſiæ ſed poſt (vbi. Ioã.
20. ibi Paſce agnos et oues meas) fuit ei papatus
conceſſus ſicut ante promiſſum eſt ei. Math. 16.
Tibi dabo claues regni cœlorum vt dictum eſt.

¶ Vtrum autem prædicta poteſtas remittendi pec
cata quoad pœnam ſe extendat ad donandũ ſeu re
mittendũ de eis in foro Dei et Eccleſiæ, ita quod
ſi minor pœnitentia imponatur quam requiritur
ſecundũ Dei iuſtitiã ſufficiat ad ſatiſfaciendũ ple-
ne ſeu ſufficienter: ita quod major pœna non exi
gatur ab eo hic nec in purgatorio, ſed Deo plene
ſatisfit cum illa pœnitentia minori: dic quod ſic
dum modo fiat rationabiliter et ex cauſa rationa
bili talis minor taxatio pœnitentiæ. ſ. ſicut fit in cõ
mutatione ſaltem mixta cum diſpenſatione vo-
torũ ſeu debitorũ contractorum ex voto. Ratio
quia ſic videtur ſonare præfata poteſtas iudicialis
collata Eccleſiæ et eius miniſtris a Deo, Math. 16.
18. et Ioan. 20. Quodcunq; ſolueris &c. Solueri-
tis: et quorum remiſeritis peccata &c. Et Paſce
oues et agnos meos &c. Et cõcordat Scotus in. 4.

 diſtin.

diſtin.18. Argumēta quæ cōtra prædicta fieri poſſunt habētur ſupra.q.3.in.2.argumento et eius reſpōſione et infra.q.7.in.1.argum. ibi videantur.

¶ Tandem dic ꝙ poteſtas cōcedendi indulgentias et ad multa alia data eſt ſpecialiter Petro et ſucceſſoribus eius ſummis Pōtificibus. Math.16. Omnibus autem Apoſtolis et Epiſcopis ſucceſſoribus eorum data eſt Matth.18. Quæcunq; alligaueritis &c. Vt noſter Medina de indulgentijs diſputatione quinta.ca.17.19.20. et diſputatione.6.ca.27 latius agit. Sed hæc poteſtas vtrū immediate vel potius mediante Papa ſit in Epiſcopis, plenius egimus et habetur ſuperius.lib.4.de poteſtate Papæ.q.4.in reſp.ad.7.argum. Ibi et.q.14.eiuſdem libri videatur.

Quæſt. 7. QVÆSTIO SEPTIMA. Vtrū in Eccleſia ſit et fuerit ſemper in lege gratiæ poteſtas a Chriſto collata ad remittendum pœnas peccatorum, et diſpenſandū Eccleſiæ theſaurum: et per conſequens ad concedendum indulgentias tam in ſacramento quā extra ſacramentum.

¶ Reſpōdeo ꝙ ſic, vbi tria ſunt probāda. Primū ꝙ in Eccleſia eſt a Chriſto cōceſſa poteſtas ad cōcedendū indulgentias. Secundo quod tam extra ſacramentum quam in ſacramento. Tertio, quod ſemper in lege gratiæ fuit hæc poteſtas.

1. Ratio. ¶ Primum probatur tripliciter. Primo, quia in Eccleſia eſt a Chriſto conceſſa poteſtas iuriſdicialiter ad remittendum peccata quoad pœnas. Talis autem remiſsio eſt indulgētia, ergo, conſequētia patet, et maior probata eſt ſupra. q. 6. minor autē patet ex.q.3. Vbi quidditas indulgentiæ ſtat in remiſsione iuriſditiali pœnarum, vt ibi late dictum eſt: ergo. Et hæc ratio procedit tenendo ꝙ indulgentia eſſentialiter et principaliter ſtat in remiſsione pœnarum.

Secunda. ¶ Secundo probatur idem. Quia commune eſt omni reipublice quod ipſa vel princeps illius poſſit diſpenſare bona cōmunia illius reipu. ſed prædictus theſaurus indulgentiarū eſt cōmune bonū cōmuniſq; theſaurus ſpiritualis Eccleſiæ pro ſuis membris indigentibus. Ergo in ipſa eſt poteſtas ad diſpenſandum. Diſpenſare autem illud eſt cōcedere indulgentias, diſcurſus eſt bonus et maior autem probatur. Tum quia cui cura credita eſt ipſius reipu. eidem quoq; credita eſt diſpenſatio eorū quæ ad commune bonum illius ſpectant. Et ſimiliter ipſa reſp. poteſt de ſuis bonis cōmunibus diſpenſare ſuis partibus: preſertim ſi eſt reſp. libera a dominio alterius, qualis eſt Eccleſia cum Papa aut cum poteſtate Papali quæ ſoli Deo ſubdita eſt. Ideo enim Ioan.20. Paſce oues meas. ſ. ſpirituali doctrina, et applicatione theſauri eiuſque diſpōſatione &c. Quia non limitatur ibi talis paſtus et poteſtas. Ergo non videtur quare ſit per nos limitanda. Tum ſecundo. Quia quilibet poteſt applicare ſua opera ad remiſsionem pœnæ alterius. Ergo a fortiori id poteſt communitas ſeu Eccleſia de ſuo theſauro qui (vt ſupponitur) eſt ſufficientiſsimus et interminabilis: quia ſaltem ſequitur ꝙ de ſua natura id poteſt. Tum tertio patet eadem maior, in ca. Quanto, de trāſlatio. epiſ. et. 24. q. 1. ca. quocunq;. Minor autem patet ex ſupra dictis. in.q.5. Quia præfatus theſaurus eſt relictus a Chriſto Eccleſiæ ex deſponſatione eius cum Chriſto ſponſo ſuo ad filios gratiæ educandum ad gloriam et eorum plenam pœnarum redemptionem.

Tertia. ¶ Tertio probatur idē autoritatibus.2.Corinth.2. Si quid donaui vobis &c. Vbi patet facta remiſſio vlterioris pœnæ peccati illius inceſtuoſi. Ideo præcepit Paulus Corinthijs vt ſint contenti illa pœnitentia illius inceſtuoſi. Talis autem remiſsio aut donatio pœnæ eſt indulgentia vt patet ex dictis quid autem potuit Paulus vt Epiſcopus poteſt Eccleſia. Sed videtur aliquibus quod hæc autoritas in ſenſu vero literali potius loquitur de pœna Eccleſiaſtica debita in foro contentioſo, vt patet ex textu et gloſsis doctorum, ad quam non extenditur indulgentia de qua loquimur vt patet infra.q.8. licet doctores ſcholaſtici extendant ad propoſitum: quæ extenſio contra hæreticos non valet, quibus non obſtan. catholici omnes fere antiqui, vt Cyprianus. libro.3. Epiſtola.15.16.18. Et Tertullianus de pœnitentia, Hierony. et Auguſti. et alij plures dicunt quod in antiqua Eccleſia propter aliorum opera pia pœnitentibus ſolebat mitigari pœna Deo debita. Immo et prædictam autoritatem.2.Corinth.2. Ad hoc propoſitum exponunt Theodoritus et Oecumenius et Theophil. ibidem, vnde et ortum habuerunt indulgentiæ: ideo cōmuniter a doctoribus ſcholaſticis ad propoſitum acceptatur et inter catholicos ſufficit neque debet refutari, vt noſter Medina de indulgentijs diſputatione.4.ca.12.13. &c. fo.22.23. et diſputatione.5.ca.15.fo.42. Latius probat. Item ad idem eſt extrauagans Clementis.6. Vnigenitus. Quæ habetur ſupra.q.5. et multa alia decreta Eccleſiæ quæ habentur infra in hac quæſtione.

¶ Illa ſecunda ratio procedit ſuppoſito quod indulgentia eſt diſpenſatio theſauri. Tertia autē ratio ex autoritatibus præfatis procedit vtroq; modo, nunc indulgētia ſit principaliter remiſsio pœnarum, nunc diſpenſatio theſauri: ideo omnes rationes ſuo modo probant intentum.

Probatio 2. partic. ¶ Secunda particula quæ tangitur principaliter probanda eſt, quod talis conceſsio indulgentiæ poteſt fieri tam extra ſacramentum quam in ſacramento. Quod probatur quadrupliciter. Primo 1. Ratio. quia indulgentia eſt remiſsio pœnarum iuriſdicialis a prælato facta. vt ſupra.q.3 Talis autem remiſſio eſt conceſſa a Chriſto Eccleſiæ vt ab ea et prælatis eius poſsit fieri tam extra ſacramentum quā in ſacramento, vt patet Matth.16.18. et. Ioan.20. Vbi nulla limitatio fit quod non niſi in ſacramēto fiat, vt patet etiam ex dictis.q.6. ergo.

Obiectio. ¶Si ad hoc dicatur quod per eandem rationem poſſet Eccleſia etiam remittere culpam extra ſacramenta:aut quod ſicut culpa ita et pœna non niſi per ſacramenta remittere poteſt, ex quo præfatæ auctoritates concedentes poſſe remitti culpam et pœnam eodem modo loquuntur de vtraq;. Reſpondeo,non eſt ſimile vt ait Caietanus in ſecũdo quodlibeto in tractatu de indulgentijs in.4. quæſito:et cõcordat Palud.in.4.diſtinctione.20. quæſtione.4.articulo.1. licet non tam exacte aut clare. Quia licet in Euangelio non habeatur expreſſe quod remiſsio culpæ fiat per Eccleſiam in ſacramento neq; habetur in Euangelio expreſſe inſtitutio ſacramenti pœnitentiæ ſub hoc nomine ſacramenti:tamen æquiualenter et conſequenter id ibi et inde habetur. Sic ſcilicet quia Eccleſia poteſt remittere culpam mortalẽ.vt patet Matth. 16.18.et Ioan.20.et ſupra quæſtione.6.dictũ eſt. Et non poteſt illa remitti ſine gratia. Ergo in abſolutione peccatorum confertur gratia:et per conſequens talis abſolutio eſt ſignum collatiuum gratiæ:et ergo eſt ſacramentum. Et ſic de primo ad vltimum ex his habetur quod culpa per Eccleſiam non niſi in ſacramento remitti poteſt: pœna autẽ remitti poteſt(vt quæſtione.6.dictum eſt)per Eccleſiam, et ſine gratiæ collatione poſtquam iam eſt culpa remiſſa. Ergo poteſt remitti pœna ſine ſacramento non conferendo gratiam. et ſic patet differentia. ¶Ideo prædicta ratio ſic clarius formetur. Eccleſia poteſt remittere peccata quoad culpam et pœnã(vt ſupra quæſtione.6.habetur.) Ergo et culpam iuxta naturam ſuam,et pœnam ſimiliter iuxta naturam ſuam. Culpa autem non poteſt remitti ſine gratia, gratia autem non poteſt per Eccleſiam conferri niſi per ſacramenta: ergo non niſi in ſacramento. Pœna autem poteſt remitti ſine gratia. ergo ſine ſacramento, etiam quando actualiter Eccleſia non cognoſcit de culpa. Quia non videtur ad quid ſit neceſſaria talis ſacramentalis cognitio de culpa aut de pœna ad remiſsionem pœnæ. Nam ideo requiritur particularis cognitio et confeſsio peccatorum:quia requiritur examinatio cauſæ pœnitentis: et hæc etiam requiritur vt ſciatur a iudice ſacramentali, an debeat abſoluere a culpa,an non,ne fiat iniuria ſacramento ſi indebite aut irritum attentetur:et vt debite pœnitentia taxetur ſi fuerit imponenda. Sed in remiſsione pœnæ præſuppoſita iam remiſsione culpæ coram Deo nihil horum eſt: ergo ad eam in ſacramento vel extra remittendam nulla cognitio cauſæ neceſſaria eſt quomodocũq; fiat. maxime quia nulla lex obligat ad id,vt patet:nam detur illa,certe non dabitur.

¶ Secundo probatur idem. Quia in Eccleſia ſunt multa alia remedia ad remittendum pœnam extra ſacramenta. Ergo Eccleſia habet talem poteſtatem. Patet antecedens de eleemoſyna. Daniel. quarto. Peccata tua eleemoſynis redime &c. et Luc. vndecimo. Date eleemoſynam, et ecce omnia munda ſunt vobis &c. Item remiſsio iniuriæ. Luc.6.et Matth.ſexto. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum dimittet vobis pater veſter celeſtis peccata veſtra &c. Item oratio. Iacobi.5. Oratio fidei ſalua.infir.&c. Et conſtat hæc non intelligi quoad remiſsionem culpæ, quæ ſine aliqua diſplicentia hic non remittitur:neq; prædicta valent ad remiſsionem pœnæ per modum meriti, ſed quia habent peculiarem virtutem ad id ex genere ſuo de lege ſeu ex inſtitutione diuina vel Eccleſiæ ſuper alia opera meritoria. Ergo ſimiliter Eccleſia poteſt per hoc remedium indulgentiæ remittere pœnas extra ſacramenta:ita quod ex natura ſua ad remiſsionem pœnæ per indulgentias non eſt neceſſe quod fiat per viam ſacramenti, quanuis ſatiſfactio ſit pars pœnitentiæ.

Tertia ratio. ¶ Tertio probatur idem. Quia quilibet poteſt applicare ſua opera ad remiſsionem pœnæ alterius extra ſacramentum,ergo a fortiori id poteſt Eccleſia de ſuo theſauro interminabile. Patet conſequentia. Quia ſaltem ſequitur quod ex ſua natura ad diſpenſandum, communicandum, ſeu applicandum alicui bona ſua aut ſibi commiſſa non eſt neceſſe quod fiat per viam ſacramenti, ſicut neq; eſt neceſſaria iuriſditio ſuper eum cui communicatur vt patet ex ſupradictis quæſtione tertia. Et hæc tertia ratio procedit ſecundum tenẽtes quod indulgentia eſſentialiter et principaliter eſt diſpenſatio theſauri.

Quarta. ¶ Quarto probatur idem. Quia non ſacerdos cum ſola claue iuriſdictionis quoad hoc, puta Cardinalis Diaconus tantum et epiſcopus nondum ſacerdos nec conſecratus poteſt concedere indulgentias vt infra quæſtione. propo.ſecunda et tertia et quarta,et non in ſacramẽto, ex quo non habet clauem ſeu poteſtatem ordinis ſacerdotalis,vt ſupra ponitur. Et ad idem eſt practica Eccleſiæ,vt patet.

Probatio 3 partic. ¶ Tertia particula quæ eſt principaliter probanda eſt quod ſemper in lege gratiæ eſt præfata poteſtas in Eccleſia conceſſa a Chriſto. Quæ probatur quadrupliciter. Ratio. Primo,quia præfata poteſtas concedendi Indulgentias ſeu remittendi pœnas extra ſacramenta eſt a Chriſto conceſſa Eccleſiæ,vt ſupra probatum eſt ex Math. decimo ſexto et decimo octauo. et Ioan. vigeſimo. Nam et indulgẽtia eſt remiſsio peccatorum quo ad pœnam. Hæc autem remiſsio ſemper fuit in Eccleſia,et eſt articulus fidei. Confiteor remiſsionem peccatorum. Secunda. ¶Item ſecundo præfata diſpenſatio theſauri eſt a Chriſto conceſſa Eccleſiæ etiam extra ſacramentum,ibi, Paſce agnos meos &c. Ioan. vigeſimo. et ex quo poteſtatem præfati theſauri commiſit ei, et non videtur quando hanc poteſtatem reſtrinxerit ad hoc vel hoc tempus.

Tertia. ¶ Item tertio probatur idem. Quia in extrauagante Clementis ſexti. vnigenitus. de pœnitentijs et remiſsioni. habetur ſic: De theſauro meritorum Chriſti,quem quidem theſaurum per beatum Petrũ cœli clauigerũ eiusq; ſucceſſores ſuos cõmiſsit

fidelibus diſpẽſandum &c.vt ſupra.q.5. habetur.

Quarta. ¶ Item quarto.Quia vbicunq; in iure fit mentio de indulgentijs,fit mẽtio tanquam de re antiqua: neq; reperitur vbi primum fuerint inſtitutæ. Quia præſupponũtur ex inſtitutione Euãgelica et vſu Apoſtolorum ſemper fuiſſe in Eccleſia:licet non ſub nomine indulgentiæ ſemper fuerit vſus earum,ſed ſub nomine remiſſionis peccatorum,ſicut de ſacramento confeſſionis.Ideo dicũt communiter doctores eſſe ex Euangelio : quia a tempore Apoſtolorum ſemper fuit in vſu tanquã obligatorium:et nuſquam reperitur vbi primum fuerit inſtitutum:ſed ſemper fit de illo mentio vt de re antiqua.Fateor tamen quod prima ſcriptura qua ad nos venerunt indulgentiæ ſub hoc nomine eſt illa Alexandri tertij.ab annis hinc fere quadringentis,in.ca. quod autem . de pœniten:et re. item in extrauagan.antiquorum.de pœnitẽ.et re. ¶ Sed illic adhuc fit mentio de illis tanquam de re antiquiſſima.Et Romæ in ſtationibus vrbis conſuetudo indulgentiarum eſt adeo vetuſta vt Altiſiodoren.doctor antiquus in quarto libro de relationibus et poſt ipſum beatus Thom.in.4.diſtin. 20.opinati ſint conceſſas fuiſſe a beato Gregorio. Et quamuis de hoc non ſit aliqua ſcriptura authentica , tamen certum eſt illas fuiſſe conceſſas illis antiquiſſimis ſuſcipientibus Crucem in Hieroſolymam , fuit enim mos antiquus vt qui nomina ſua vel eleemoſynas darent in expeditionem Hieroſolymitanam Cruce ſignarentur,ſicut iſti Commendarij : et propter hoc illis concedebantur largæ indulgentiæ,vt etiam innuitur in hyſtoria triumphi ſanctæ Crucis : vnde in ijs bullis indulgentiarum quæ nunc circumferuntur aduerſus infideles nomen Cruciatæ perſeuerat. ¶ Item de iſtis indulgentijs meminit Innocen.in.ca. excõmunicamus. extrauag.de hæreticis.et credũtur cõceſſæ in parte deciſa illius decretalis.ad liberandum extra. de iudeis. Sed iam in Concilio Lateranẽ.ſub Innocẽtio.3.et habetur in.ca.cum ex eo,extra.de pœnitẽ. et remiſſ.determinatum eſt quod Eccleſia poteſt conferre indulgentias,vt habetur etiam in Clem. de pœni.et re.ca.abuſionibus. et in.6.eo.titu.ca. indulgentiæ. et Clem.6. in ſupradicta extrauagã. vnigenitus.de pœni.et re.et in Cõcilio Conſtan. damnatus eſt vt hæreticus articulus.42. VViclef contra indulgentias:et tandem ſub Leone.10.Lutherus dicens fatuum eſſe credere indulgentias Papæ et epiſcoporum damnatus eſt de eadem hæreſi dicens etiam quod eſt noua inuentio indulgentiarum.

B. Grego. fuit anno dñi.619.

Negare indulgẽtias nõ ſolum hæreticũ ſed etiam cõtra Euangelium.

¶ Eſt ergo hæreſis negare indulgentias,aut dicere non eſſe alicuius valoris , aut quod in Eccleſia non eſt talis poteſtas concedendi indulgentias etiam extra ſacramenta,aut quod non ſemper in lege gratiæ fuit a Chriſto talis poteſtas conceſſa Eccleſiæ.Non ſolum dicimus eſſe hæreticum negare aut dicere prædicta quia eſt contra determinationẽ Eccleſiæ vt multi doctores moderni dicunt: ſed quia eſt contra Euangelium , et contra articulum de remiſſione peccatorum,et contra poteſtatem clauium ad ſoluendum et remittendum peccata , et contra poteſtatem paſtoralem ad paſcendum gregem diſtribuendo theſaurum ſibi commiſſum vt ſupra probatum eſt. ¶ Ex quibus patet quod Roffen.ſub arti.17.18.(vt etiam refert Latomius in tractatu.de indulgẽtijs.)non ſatis bene conceſſit Luthero quod hoc negocium indulgentiarũ non eſt antiquum ſed cœpit multo poſt tempora Auguſt.et Hierony. a tempore Gregorij Papæ . Et eius ratio eſt quia prius in Eccleſia (vt ipſe ait) nondum erat expreſſa notitia purgatorij:imo et vſq; tunc non eſt expreſſe creditum purgatorium. Sed certe hæc eius ſententia et ratio nil valet,quia a tempore Auguſti.et Hierony.erat iam notum purgatorium vt patet:quia Auguſtinus in Enchyridion dicit acerbiorem eſſe pœnã purgatorij quam huius mundi.et Cyprianus doctor antiquiſſimus li. 4. epiſtolarum epiſtola ſecunda,et alij doctores antiquiores ſæpe de purgatorio expreſſe loquuntur quamuis nõ ſub hoc nomine vt ſupra q.2.probatum eſt. Polidorus etiã li.8.de inuentoribus rerum.ca.1. impie vti ſolet primum auctorem Iubilei facit Bonifacium.8.in extrauag.conditorem.de pœni.et remi.cum tamẽ Ioannes monachus qui eo ſimul tempore floruit et Turrecremata in eadem extrauag.dicant vulgatam et antiquam rem fuiſſe tunc Iubileum centeſimo quoq; anno.Et per Bonifacium.8.eſſe innouatũ et ab eo primum in ſcriptis eſſe redactũ nõ inuentum.Quod etiam bene ait Nauarro in tractatu de indulgentijs notabili.7..§..4. quãuis ibidem dicat ſe cum communi doctorum ſententia fateri nullum eſſe in ſacris literis teſtimonium indulgentiarum apertum,nullum etiam antiquorũ doctorum Grecorum aut Latinorum expreſſum teſtimonium.Hæc ille.Qui ſi de teſtimonio aperto ſub hoc nomine indulgẽtiæ intelligit bene quidem:male autem ſi ſub alio nomine remiſſionis veniæ aut condonationis peccatorum quoad pœnam ſentit.Peius etiam ibidem.§.5.approbat dictum Roffenſis vbi ſupra dicentis quod antiquitus nondum erat expreſſa notitia purgatorij vt dictum eſt. ¶ Ideo Duran.in.4.diſtin.20.et alij doctores non conſiderantes quod indulgentia eſt remiſſio peccatorum,ſed ſolum applicatio theſauri, et ſimiliter Caie.licet prius bene tenuerit quod indulgentia eſt remiſſio pœnarũ,male dicunt quod nulla auctoritate ſcripturæ ſacræ vel Auguſtini, Hierony.et aliorum doctorum antiquorum fundantur indulgentiæ ſed ſolum Eccleſiæ auctoritate atq; pontificum a trecentis annis hucuſq; . ¶ Sed certe hoc eorum dictum falſum eſt vt conſtat ex dictis.Nam auctoritate Chriſti in Euangelio expreſſa eſt data poteſtas remittendi peccata et diſpenſandi theſaurum ſpiritualem:et per conſequens poteſtas concedendi indulgentias aut per indulgentias id faciẽdi:ſed per Eccleſiam hoc magis declaratum,et his tẽporibus magis in vſu eſt. Et quidem ſi nunc eſt in Eccleſia poteſtas hæc a

Chriſto

Chriſto conceſſa vt ſupra probatum eſt. Ergo et
ſemper fuit. Nam quero ab eis quando iſta pote-
ſtas de nouo aut primum Eccleſiæ collata eſt? Si
non fuit ab ipſo Chriſto in Petro et in Apoſtolis
et per ipſos in Eccleſia ſimul cum clauibus et po
teſtate paſcendi et peccata remittendi collata: vn-
de hæc noua poteſtas? Et ita noſter Medina de in
dulgentijs diſpotatione. 4. ca. 12. ea. 13. fo. 22. vſq;
fo. 30. et diſputatione. 5. ca. 24. fo. 62. et diſputatio
ne. 8. ca. 42. latiſsime probat a tempore Apoſtolo
rum in Eccleſia eſſe vſum indulgentiarum etiam
pleniſsimarum. Et quidem omnes ſancti a tempo
re Apoſtolorum loquuntur de indulgētijs et fuit
vſus earum licet non ſub nomine indulgentiæ
ſemper, ſed aliquādo ſub eo nomine, vt Chriſoſt.
ſuper id. 2. Corinth. 2. Quod donaui in perſona
Chriſti &c. et Tertullianus de pudicitia: ſæpius
autem ſub nomine Clementiæ, benignitatis, hu-
manitatis, pacis, veniæ, remiſsionis, aut condona-
tionis, vel relaxationis, vt Cypri. in epiſtola ad An
tonia. et libro. 1. epiſtola. 2. et libro. 2. epiſtola. 12.
et libro. 4 epiſtola. 2. et Ambro. libro de pœnitē
tia contra Nouatianos et vbi ſupra. 2. Corinth. 2.
et ibidem Theodoritos et OEcumenius, Hiero
nymus, Auguſtinus et alij communiter doctores,
et Concilium Nicen. cano 11. et Anciran. cano.
5. et Laodicen. cano. 2. vti etiam Medina ſupra re
fert. Et ita ſub nomine remiſsionis aut relaxatio
nis peccatorum aut pœnarum erat in vſu etiam
extra ſacramentum illas concedere licet non tam
ſæpe nec in tanta copia ſicut nunc: ſed fiebant cer
te et paucæ remiſsiones et raro ex cauſa rationabi
li. Nunc autem ſub nomine indulgentiæ et remiſ
ſionis, et relaxationis et abſolutionis pœnarum,
ſeu peccatorum et ſub nomine diſpenſationis et
communicationis theſauri Eccleſiæ fiunt ſæpe lar
giſsime indulgentiæ ex cauſa rationabili. Et quidē
id ex pia Spiritus ſancti diſpoſitione creditur nūc
factum, vt vbi abundat delictum ibi et gratia ſu
perabundet, Roma. 5. vt dicit Alexan. Hall. parte.
4. q. 83. membro. 5. et Bonauen. in. 4. diſtin. 20. et
ibi communiter doctores, vt etiam refert Gabriel
in Cano. lectio. 57. O. P. et eius ſupplementum in
4. diſtin. 45. q. 3. arti. 2. propoſ. 5. Olim namq; nō
erant tot neq; tam grauia peccata, et homines pa
rati erant ſuas implere pœnitentias: nunc autem
contra totum eſt: vnde et Eccleſia Spiritu ſancto
illuminata ad remedium indulgētiarum pro tem
pore neceſsitatis diuinitus ſibi præparatum (vt di
ximus) prouide recurrit. Ideo non eſt cur de tam
abundāti beneficio queramur aut ſcandalizemur
ſed gratias potius agamus.

Argu. 1. Contra ſupradicta præcipue contra ſecundā
particulam vbi dictum eſt quod extra ſacra
mentum poteſt Eccleſia concedere indulgē
tias, arguitur ſexcupliciter. Primo, quia effectus ſa
cramenti non poteſt conferri per aliquem preter
Chriſtum ſine ſacramento; ſed remiſsio pœnæ tē
poralis debitæ Deo pro peccatis eſt effectus ſacra
menti, ergo. Conſequentia patet, et maior proba
tur. Quia conferre effectum ſacramenti ſine ſacra
mento ſpectat ad claues excellentiæ, quas conſtat
non eſſe abſolute communicatas papæ aut Eccle-
ſiæ ſed ſoli Chriſto reſeruatas, vt communis et ca
tholica doctrina doctorum tenet Eccleſiæ. Minor
autem patet. Quia per baptiſmum et per ſatiſfa-
ctionem, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœniten-
tiæ, fit abſolutio a pœnis debitis pro peccatis ſi-
cut et ab ipſo peccato.

Secundo, arguitur ad idem. Quia ſi indulgentia Argu. 2.
eſt abſolutio ſeu remiſsio, ergo eodem modo
fit a peccatis et a pœnis peccatorum. Patet cō
ſequentia. Tum quia indifferenter conceditur
vtraq; poteſtas. Math. 16 & 18 et Ioan. 20. Quorū
remiſeritis peccata. Tum etiam quia vtraq; remiſ
ſio ſcilicet culpæ per ſacramentum et pœnæ per
indulgentias eſt actus iuriſdictionis.

Tertio arguitur ad idem. Quia Eccleſia nō po Argu. 3.
teſt hominibus augere ſeu dare merita aut
premia extra ſacramenta applicando merita
Chriſti et ſanctorum ſeu diſpenſando theſaurū ſpi
ritualem Eccleſiæ. ergo neq; auferre malum pœ-
næ applicando theſaurum extra ſacramenta per
viam indulgentiæ. Antecedens patet, et conſequē
tia probatur, Quia eiuſdem rationis et facultatis
eſt addere ſeu augere bonum et tollere malū, quia
eadem eſt ratio oppoſitorum.

Quarto arguitur ad idem. Quia nulla ratio Argu. 4.
videtur ſufficiens quare ſi indulgentia eſt re
miſsio pœnarum fiat aliter quam per viam
ſacramenti, etiam ſi ſit diſpenſatio theſauri. Quod
patet. Nam illa ratio quæ ab aliquibus ſolet dari,
quod ſcilicet ſicut bona communia Eccleſiæ ſunt
diſpenſabilia per præſidentem Eccleſiæ ita et po
teſtas conceſſa Eccleſiæ poteſt exerceri ab ea extra
ſacramenta, non eſt ſufficiens. Tum, quia petit
principium in antecedente et conſequente. Nam
conceditur quidem quod cōmunia bona Eccleſiæ
ſpectantia ad remiſsionem peccatorū et poteſtas
ei cōceſſa poteſt quidē ab ea exerceri: ſed nō quo
modolibet ſed certo modo a Chriſto taxato. ſ. per
ſacramēta: et dato quod vnū concedatur diſpēſari
ſeu exerceri ſine ſacramento, nō ſequitur quod er
go et quodlibet. ¶ Itē nec valet alia ratio aliorum
quod. ſ. ſequeretur, quod ſuperflue ſatiſfactiones
ſanctorū fruſtra dicerētur repoſitæ in theſauro Ec
cleſiæ ad indulgētias ſi nō poſſunt diſpēſari egen
tibus per indulgētias extra ſacramenta. Quod ſic
probare nituntur. Quia illæ ſatiſfactiones ſancto-
rū nō poſſent cōmunicari per ſacramenta ex quo
non dederunt virtutē aliquam ſacramentis: ſicut
ſatiſfactiones Chriſti quæ dederūt virtutē ſacramē
tis: ſi ergo non poſſent diſpenſari niſi per ſacramē
ta: ergo nullo modo poſſent nobis cōmunicari.
Sicq; fruſtra repoſitæ dicerentur in theſauro Ec-
cleſiæ ad indulgentias. Sed certe hæc ratio etiā vi
detur inſufficiens ad probandū quod indulgētiæ
poſſunt concedi extra ſacramenta. Quia negatur
illa ſequella, et ad eius probationem dico quod li
cet ſatiſfactiones ſanctorum non dederint virtutē
ſacramentis

ſacramentis poſſunt tamen nobis cōmunicari per ſacramenta:ſicut nunc poſt abſolutionem ſacramentalem culparum conceditur per ſacerdotem habentem auctoritatem ad id aliqua indulgentia habētibus bullas vt patet. Sicq; non eſſent fruſtra ex quo aliquo modo ſcilicet per viam ſacramenti et non extra nec aliter poſſunt nobis communicari. Et ita nulla ratio videtur ſufficiēs vt dictū eſt.

Argu.5. ITem quinto arguitur ad idē. Quia dato quod maneat theſaurus ſatiſfactionum,tunc pontificis eſſet ſolum rogare Deum quod applicetur talibus aut talibus viuis aut defunctis,non autem auctoritatiue applicare. Ratio eſt. Quia eius non eſt dominus niſi ſolus Chriſtus cui Apocalipſis octauo, Data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum,quod eſt ante thronum Dei &c. Per hoc autem quod Papa rogat non ſequitur quod infallibiliter,ita Deus acceptet.

Argu.6. ITem ſexto,quia eodem modo ſequeretur quod fuiſſent indulgentiæ in lege veteri:quia eodem modo poſſent pontifices diſpenſare theſaurum ſinagogæ ſpiritualem,ex qua prælatus ecommunitatis poteſt diſpenſare theſaurum eius vt dictum eſt ſupra.

Reſpō ad. 1. argū. ❡ Reſpondeo ad primum diſtinguendo maiorem. Dico enim quod ſine ſacramento in actu vel in voto ſuſcepto conferre effectum eius principalem vel proprium et totalē et ſimpliciter hoc bene ſpectat ad claues ſeu poteſtatem excellentiæ,et ſic ſoli Chriſto conuenit hoc. Et ita conceditur maior ad hunc ſenſum:ſed tunc negatur minor vt patebit. Conferre autem effectum partialem ſeu minus principalem ſacramenti. hoc bene poteſt pertinere ad claues miniſterij et ad alios,et ſic negatur maior. ❡ Et ita iterum et iterum ad minorem dico quod remiſſio pœnæ temporalis debitæ pro peccato non eſt effectus proprius totalis aut ſimpliciter vllius ſacramenti, licet ſit effectus partialis aut ſecundum quid ſacramenti baptiſmi et etiam aliorum ſacramentorum:quia poteſt fieri etiam ſine vllo ſacramento et ſine actu clauiū, vt patet, quia poteſt fieri vel per proprios actus pœnitentis vel amicorum ſatiſfacere volentium pro alio ſecundum communiter doctores, vt ſupra.q.5.in reſponſione ad quintum argumentum dictum eſt.

Ad 2. arg. ❡ Ad ſecundum reſpondeo negando conſequentiam:et ad eius probationem iam reſponſum eſt ſupra in prima probatione ſecundæ particulæ cōtra quā procedit hoc argumētum vbi vide latius.

Ad 3. arg. ❡ Ad tertium argumentum reſpondeo ſecundū Adria.in materia de indulgentijs negando conſequentiam:et negatur quod vtrunq; ſit eiuſdem rationis. Primo quia ſatiſfacere poſſumus ſecundum rigorem iuſtitiæ pro alio ſtante lege:mereri autē gloriam non niſi de congruo et mediate, quia et eſt diuinæ libertatis ſi nos audiat pro alijs. Hæc Ille. ❡ Sed quia hoc nō videtur verū,vt patet ex ſupradictis.q.5.vbi dictum eſt quod ſatiſfacere pro alio non poſſumus ex rigore iuſtitiæ ſed ex condecentia tantum. Ideo ſecundo et melius reſpondeo negando prædictam conſequentiam. Quia Altera reſpon. non eſt in facultate Eccleſiæ cuiquam ſanctorum ſua merita aut premia detrahere et alteri applicare cum hoc eſſet in præiudicium ſanctorum:ſecus de ſatiſfactorijs vt talibus,quia quoad vim ſatiſfactiuam ſuperabundant in ſanctis. De Chriſto autē ſpecialiter dico,quod eius merita vt habent rationē meriti de cōdigno ſunt nobis cōmunicabilia, ſed nō niſi per ſacramēta in actu vel in voto: quia ſic ipſe voluit et ſtatuit:et quia eius gratia eſt capitalis et vniuerſalis et infinite acceptata pro nobis eius merita,et nihil ipſi detrahitur ex hoc,vt latius de hoc doctores in.3. diſtin.18. et ſic ibi non eſt omnino eadem ratio oppoſitorum.

Ad 4. arg. ❡ Ad quartum reſpondeo quod non propter illas rationes ibi tactas in argumento id tenetur,vt in ſecunda particula dictum eſt,quod extra ſacramenta poteſt Eccleſia concedere indulgentias:ſed propter illas quæ ſupra tactæ ſunt quæ ſunt ſufficientiſſimæ.

Ad 5. arg. ❡ Ad quintum. Negatur aſſumptum: et ad eius probationem reſpondeo, quod licet Chriſtus ſit dominus principalis,Papa autem et alij quibus ipſe conceſſerit(vt infra.q.10.habetur) ſunt diſpenſatores a Chriſto auctoritatem diſpenſandi talem theſaurum habentes.

Ad 6. arg. ❡ Ad ſextum reſpondeo negando ſequellam. Quia cum in lege veteri non fuiſſet ſolutio redēptionis facta per Chriſtum:ideo non erat remiſſio peccatorum per viam ſacramenti alicuius, et non erat poteſtas indulgentiarum ad id cōceſſa a Deo vllo modo intra aut extra ſacramētum neq; auctoritas ſeu poteſtas clauis ad id neq; poteſtas diſpēſandi theſaurum qui tunc nondum erat. Et ita patet reſponſio.

Argu.7. SEptimo principaliter contra prædicta, ſpecialiter contra primam et tertiam particulam arguitur. Quia ſi Eccleſia haberet poteſtatē ſemper ad cōcedendum indulgentias,ergo certe hoc feciſſet a principio primitiuæ Eccleſiæ,et non reſeruaret tam excellens auxilium in hæc vltima tēpora,aut detur ratio de hoc.

Reſpō. ad 7. argu. ❡ Reſpondeo concedendo quod Eccleſia a ſuo principio ſcilicet a tempore Apoſtolorum vſa eſt indulgentijs et remiſſione peccatorum,licet non ſub nomine indulgentiæ: quamuis frequentia et abundantia et nomen indulgentiarum ſint reſeruata in hæc vltima tempora,vt ſupra in probatione tertiæ particulæ dictum eſt contra Roffen.et Duran. Ratio autē quare de hoc ſrequēti remedio et abundanti gratia Deus et Eccleſia per Spiritū ſanctum illuminata prouidit in iſtis temporibus tā ſupra tacta eſt ſecundum Alexan. Bonauenturam, et Gabriel. in Cano. lectio.57. O.P.vt ſcilicet in maiori neceſſitate de maiori et vtiliori remedio prouideret iuxta illud ad Ro.5.Vbi abundauit delictum ibi ſuperabūdauit et gratia. Tunc enim minus peccabatur et valde bonis operibus et pœnitentijs

tentijs etiam ſecundum rigorem Canonum pœnitẽtialium inſiſtebatur, vt legitur de multis ſanctis et martiribus in Vitis patrum et alijs hyſtorijs: erantq; homines proni ad prædictas pœnitentias implendas. Ideo tunc non fuit neceſſarius vſus creber et abundans indulgentiarum. Quia forte claues Eccleſiæ inutiliter agerent et ludibrio haberẽtur. Nunc autem ecõuerſo vbi abundat iniquitas et charitas refrigeſcit, neceſſarius et vtilis eſt vſus creber et abundans indulgentiarum, vt vel ſic ad bona opera per quæ lucremur indulgentias et ad gratiarum actionem pro tanto beneficio prouocemur. Et cauẽdum eſt ne ſimus ingrati tanto beneficio aut ne eo abutamur. Ad idem eſt Alexand. Hal. parte. 4. q. 83. membro. 5 et Bonauentura, et cõmuniter doctores: in. 4. diſtin. 20. et Supplementum Gabrielis in. 4. diſtinctione. 45. quæſtione. 3. arti. 2. propo. 5.

Quæſt. 8. QVÆSTIO. VIII. Vtrum indulgẽtiæ vt tales remittant culpam, an pœnam tãtum temporalẽ, et quam pœnam.

Propoſ. ¶ Reſpondeo per vnicam propoſitionem. Indulgẽtiæ vt tales non remittũt culpam, ſed ſolum pœnã temporalem Deo debitam pro peccatis perſonalibus, iam quoad culpã remiſsis et præteritis. ¶ Dicitur quod indulgentiæ vt tales, ſcilicet vt ſolũ habent vim indulgentiæ, ſeu ratione boni operis adiuncti propter quod cõceditur indulgentia, aut ratione alterius conceſsionis ſeu facultatis adiunctæ ad abſoluendũ a peccatis et cenſuris, vt communiter cõceditur in bullis quæ circũferuntur, aut creditur concedi quando cõcedit Papa, quod accipiens bullã aut faciens rale quid abſoluatur plenarie a culpa et pœna vt proxime dicetur in probatione primæ partis huius

Ratio. 1. propoſitionis ¶ Ergo propoſitio ſic intellecta habet duas partes quarũ prima eſt negatiua, quod. ſ. indulgẽtiæ vt tales nõ remittunt culpã. Quæ probatur dupliciter. Primo quia ex quo indulgentia ſolũ ſupplet ſatiſfactionẽ pœnitẽtialem id eſt pœnæ debitæ pro peccato iam quoad culpã dimiſſo, ergo præſupponit remiſsionẽ culpæ iam factam per ſacramentũ aut per contritionẽ. Patet conſequentia et antecedens probatur. Tum quia per indulgẽtiam ſolũ fit ſolutio pœnæ debitæ ex theſauro applicato. Theſaurus autẽ præfatus ſolum conſtat ex ſatiſfactionibus Chriſti et ſanctorũ, vt ſunt ſatiſfactiones pœnarũ vt ſupra. q. 5. dictum eſt. Et ſic patet quod indulgentia vt talis ſolum ſuccedit loco ſatiſfactionis debitæ pro peccato quoad vim ſatiſfactiuã. Tum etiam, quia in. ca. cum ex eo. de pœniten. et remi. habetur quod per indulgẽtias indiſcretas pœnitentialis ſatiſfactio eneruatur. ergo ſuccedit loco ſatiſfactionis pœnæ debitæ. et ergo ſolũ remittit tẽporalem pœnam debitã quæ per ſatiſfactionem pœnitẽtialem remittenda eſſet, nõ culpam. ¶ Hic præſupponitur quod ex peccato manet reatus culpæ et pœnæ ſeu obligatio ad pœnã æternam et talis culpa et obligatio remittitur per contritionẽ aut per ſacramentũ et cõmutatur illa pœna æterna in debitũ pœnæ temporalis: quatenus poſt culpam dimiſſam manet obligatio ad pœnam tẽporalem præfatã hic vel in purgatorio ſoluendã, vt ſupra. q. 1. q. 2. habetur. Et hæc pœna tẽporalis eſt quæ remittitur et ſoluitur per indulgẽtias vt probatũ eſt. ¶ Secundo probatur eadem prima pars. Quia remiſsionem culpæ non poteſt operari quis citra Deũ, niſi vel diſpoſitiue; et hoc fit per contritionem vel miniſterialiter: et hoc fit per miniſtrationem ſacramenti et virtute ſacramẽti. Indulgẽtia autem nil iſtorum eſt vt patet. ergo vt talis eſt indulgentia formaliter nõ remittit culpam neq; Papa per indulgentias poteſt remittere culpam aliquam ſub ratione culpæ. Et in his cõmuniter concordant doctores, vt etiam refert Thomas in addi. tertiæ partis. q. 25. arti. 1. in reſponſione ad tertium. et Floren. parte. 1. titu 10. ca. 3. §. 4. 5. et Silueſt. titu. indulgentia. quæſtione. 10. — Ratio altera.

¶ Vnde patet. Quod ſi peccatũ veniale iam trãſactum habet rationem reatus culpæ vel maculæ diſtinctã ab obligatione pœnæ tẽporalis ei debitæ ſecundum Thomã et ſequaces: tunc illa culpa nõ remittitur per indulgentias neq; pœna tẽporalis ei debita, dum manet ipſa culpa aut eius reatus: ſed oportet quod prius illa culpa ſit remiſſa per aliquã diſplicentiam vel alias, niſi forte indirecte vt ait Nauarro in tractãtu de indulgentijs. nota. 10. §. 14. quatenus ſcilicet pœna peccato veniali debita iam ſublata vel remiſſa per indulgentiam, ipſe quoq;, reatus vel macula qualiſcunq; peccati venialis videtur tolli. Si autem idem ſit reatus culpæ peccati venialis iam tranſacti quod obligatio ad pœnam temporalem ei debitam ſecundũ Scotum et ſequaces: tunc per indulgẽtiam remittitur ille reatus culpæ venialis id eſt illa obligatio ad pœnã temporalẽ niſi actu placeat tale peccatum. Faciũt ad hoc ea quæ infra. q. 11. habetur ſecundũ Adri. contra Palud. ¶ Patet etiam ſecundo, quod illud quod communiter dicitur in bullis, quod. ſ. per indulgentias cõceditur remiſsio peccatorũ intelligitur. i. pœnarũ debitarũ pro peccatis. Nã peccatum ſæpe accipitur pro pœna peccati vt Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa. i. pœna peccatorũ tunc remiſſæ ſunt: et ibi Chriſtus ei cõceſsit indulgentiã plenariã quia iam quoad culpam erãt per contritionem remiſſa peccata eius ſecundũ cõmuniter doct. Item. 1. Petri. 2. Peccata noſtra ipſe pertulit. i. pœnã debitã noſtris peccatis. et. 1. Machab. 12. Vt a peccatis ſoluantur. i. a pœnis debitis pro peccatis huius vitæ, vt hoc etiã refert Supplementũ Gabri. in. 4. diſtin. 45. q. 3. arti. 1. nota. 1. — Secundo.

¶ Patet etiam tertio quod illud quod ſæpe conceditur in iubileis. ſ. indulgentia plenaria a culpa et pœna, in rigore verborum eſt falſum vt ſonat, vt dicit Florent. Silueſter, et Supplementum vbi ſupra. Sed — Tertio.

propter

propter reuerentiam verborum Papæ aut Eccleſiæ ſic ſæpe loquentis et propter vſum loquẽdi poteſt et debet ſano modo intelligi. Sic ſcilicet quod ibi remittitur culpa non quidem ratione indulgẽtiæ, ſed ratione contritionis vel ſacramenti, quæ culpa prærequiritur remiſſa ad conſequendum indulgentiam: vel quia in talibus iubileis et indulgentiis plenarijs a culpa et pœna quoties ſic conceduntur conceditur etiam auctoritas vt talis abſoluatur ſacramentaliter ab omni peccato quoad culpã etiam de reſeruatis vt pie et cõmuniter creditur, et ſic eſt ſtilus curiæ: ſecus a cenſuris niſi ſpecialiter exprimantur aut concedantur. Ideo inoleuit vſus dicentium quod talis indulgẽtia abſoluit a culpa et pœna vt dictum eſt. Quod etiam innuitur ex eo quod in Clem. religioſi. de priuileg. et de pœnit. et remiſs. cap. abuſionibus. Papa prohibet quæſtoribus eleemoſynarũ prædicantibus ne dicant aut concedant indulgentiam plenariam a culpa et pœna facientibus eis eleemoſynas. Et ratio eſt ſecundum Glo. ibidem. Quia talis modus loquendi non permittitur, nec habet verum niſi in indulgentijs plenarijs vel iubileis conceſſis per Papam euntibus in terram ſanctam, vel accipiẽtibus Cruciatam. et ad ſenſum prædictum. ¶ Nota etiã

Nota.

quod aliud eſt concedere indulgentiam plenariã a culpa et pœna, aliud abſoluere plenarie a culpa et pœna, vt de hoc latius infra. q. 41. propoſitione. a. habetur.

Secunda pars propoſitionis probatur.

¶ Secunda pars propoſitionis eſt. Quod indulgentiæ vt tales remittunt ſolum pœnam temporalem Deo debitam pro peccatis perſonalibus iam præteritis et iam quoad culpam remiſſis. *Probatur* primo quod ſolum pœnam remittunt. Quia in indulgentia aliquid operatur remittendo vel ſoluendo, vt patet ex quæſti. 3. et. 7. et non culpã vt dictum eſt. ergo pœnam. ¶ Quod autem ſolum pœnam temporalem et nõ æternam, patet. Quia pœna æterna non dimittitur niſi per id per quod culpa mortalis. Nam eo ipſo quod culpa remittitur, iam conſequenter remittitur pœna æterna hoſtilis et exterminatiua ſeu obligatio ad eam: quia illa non conuenit filijs gratiæ habentibus ius ad hæreditatẽ gloriæ remiſſa culpa mortali. Sed culpa non remittitur per indulgentiam vt dictũ eſt. Ergo idem iudicium de pœna æterna conſequẽte ſeu cõcomitante ipſam culpam. Quæ quidem pœna æterna ſi hic non remittitur iam in inferno fit irremiſſibilis ſtante lege. ¶ Et non curo hic amplius diſputare an pœna tẽporalis debita pro peccato mortali vel etiam veniali iam quoad culpã in hac vita remiſſo ei qui in alio mortali deceſſit remittatur in inferno ſecundum Scotum, an non ſecundum Tho. Probabilius enim mihi ſaluo meliori iudicio videtur quod etiam ſi ſecundum Scotum ibi in inferno tollatur aut remittatur ſatiſpatiendo: tamẽ per ſuffragia viuorum aut per indulgentias non poteſt remitti illa pœna temporalis ibi debita. Quia non eſt in ſtatu quo poſſit iuuari vllo modo ad beatitudinem per aliorum opera: ex quo non exiſtentibus in gratia nec de numero mẽbrorum Chriſti et Eccleſiæ non valet fieri charitatiua cõmunicatio. Quia in inferno nulla eſt redemptio ſecundum cõmuniter docto. in hoc concordãtes, vt etiam refert Gabriel in Can. lecti. 56. litera. S. vt de hoc etiam habetur infra q. 23. in reſponſione ad primum argumentum, ibi vide ſi placet, et concordat Medina de oratione. quæſt. 25. ¶ Ex quo patet error Mayronis et aliquorum dicentium quod per indulgentias remittitur etiam pœna prædicta inferni: et fundãtur in textu de pœnit. diſtin 3 ca. vltimo. vbi dicitur quod bona facta in mortali valent ad tolerabilius iudiciũ ſubeũdum. Sed certe hoc fundamentum eorum nihil facit pro eis. Quia intelligitur prædictum capitulũ non quidẽ ſic quod bona opera ipſorum minuãt pœnam eis debitam in inferno pro alijs eorũ peccatis: ſed quod non agendo malum et faciẽdo bonum non augetur eis pœna inferni, vt cõmuniter gloſſatur a doctoribus, et latius agit Gabriel vbi ſupra et ſumma Ang. titulo. indulgentia. §. 1. Item quia datu quod per eorum bona opera minueretur eorum pœna infernalis: non tamen ſequitur quod etiam per opera aliorum aut quod per indulgentias: quia non poteſt hoc auxilium eis cõmunicari vt dictum eſt, vt etiam de hoc habetur infra. q. 20. per totum et in reſponſione ad primũ argumentum ibidem. Vbi habetur quod requiritur quod ſit in ſtatu gratiæ is cui valere debet indulgentia. Et quidẽ aperte eſt contra eos. ca. tres ſunt. de pœnit. diſtin. 1. ca. verbum. et de conſecra. diſtin. 4. ca. omnes: vbi patet intentum, et facit. ca. maiores. de baptiſmo. §. hic vero dicimus. et expreſſe ad propoſitum facit extrauagã Clemen. 6. vnigenitus. de pœnit. et remi. vbi dicitur quod theſaurum Chriſtus Eccleſiæ militanti acquiſiuit volens ſuis filijs theſaurizare, fidelibus diſpenſandũ, et vere pœnitentibus applicandum &c. Nunc autem damnati in inferno non ſunt de Eccleſia militanti neq; filij, neq; fideles, neq; pœnitentes, ergo eis nullo modo proſunt indulgentiæ ad releuationem ſuæ pœnæ æternæ cuiuſcunq;.

¶ Sequitur alia particula (Deo debitam) quia indulgentia non remittit pœnam iudicialem debitam hominibus aut Eccleſiæ aut in foro cõtentioſo. Ideo ſecundum Thomam religioſi per has indulgentias non liberantur a pœnitentijs ſibi iniũctis in capitulo per ſuos prælatos. Ratio huiꝰ eſt, quia indulgentia ſolum ſupplet tertiam partẽ pœnitentiæ ſcilicet ſatiſfactionem pœnitẽtialem, hæc autẽ eſt Deo debita pro peccatis ergo. Et in hoc concordant communiter doct. Quomodo autem cum hoc ſtat quod per indulgẽtias remittitur pœna temporalis debita tam in foro Dei quam Eccleſiæ, infra. q. 10. habetur.

¶ Sequitur alia particula (pro peccatis perſonalibus) quia indulgentia non liberat a pœnis debitis pro peccato originali vt patet. Quia non a fame, et ſiti, et morte, propter rationes ſupradictas. in. q. 5. in reſponſione ad tertium, neq; ab alijs pœ-

nis contra

nis contractis ex natura peccati cuiuſcunq;, vtpo
te a cæcitate intellectus, prauitate ſeu habitu pra-
uo voluntatis ex peccato actuali prouenientibus:
hæc enim per ſatiſfactionem et per cõſequens per
indulgentiam loco ſatiſfactionis ſuccedentem nõ
tolluntur.

¶ Sequitur alia particula (iam præteritis et quo
ad culpam iam dimiſsis) ita.ſ. et bene ait. Supple-
mẽtum Gabrielis vbi ſupra. arti. 2. propo. 11. coro
lario. 9. et cõcordat ſumma Roſe. titu. Indulgẽtia.
.§. 16. quod ſi quis cõſequitur indulgentias anna-
les de iniunctis pœnitentijs poteſt per eas redime
re pœnitentias annales huius ſeculi ſibi pro tunc
iniunctas a ſacerdote, vel eas ad futurũ ſeculum re
ſeruare pro ſolutiõne pœnarũ ad quas pro pecca
tis iam cõmiſsis tunc tenetur: ſed non poteſt huiuſ
modi indulgentiarũ fructũ reſeruare pro peccatis
in futurũ cõmittendis: ideo pro futuris oportet vt
toties indulgentiã lucretur quoties ea cõmiſerit.
Et ratio huius eſt, quia indulgentia æquiualet et
ſuccedit loco ſatiſfactionis pœnitentialis. Hæc au
tem ſatiſfactio eſt ſolum pro debito iam cõtracto
pœnarũ pro culpa iam remiſſa. Sed de hoc latius
habetur infra. q. 33. 34. vbi agitur de indulgentijs
continuis et perpetuis quomodo valeant. et. q. 42.
vbi agitur quod ſatiſfactoria bona in hoc differũt
a meritorijs quod non poſſunt applicari neq; re
ſeruari in theſaurum pro futuris peccatis: merito-
ria autem ſic.

Quæſt. 9. QVÆSTIO NONA.
Verum indulgẽtiæ remit-
tant pœnas præfatas pec-
catorum modo ſint iniun
ctæ per ſacerdotem modo
non.

¶ Reſpondeo per qua-
tuor propoſitiones. Qua-
Propo. 1. rum prima eſt. Papa poteſt per ſe et per alios infe
riores concedere indulgentias per quas remittan
tur pœnæ peccatorũ tam iniunctæ per ſacerdotẽ
quam etiã non iniunctæ. Ratio. Quia ex Math.
16. 18. et Ioan. 20. Quorũ remiſeritis peccata &c.
poteſt remittere omnia etiã occulta quoad culpã
et pœnã vt ſupra. q. 6. 7. habetur. Et non videtur
vbi ei ſit facta aliqua reſtrictio quoad penas iniun
ctas tantũ. Item in bullis Papalibus habetur ſæpe
quod per tales indulgẽtias plenarias reſtituuntur
homines ad innocentiã ſeu ſtatum baptiſmalem,
hoc autẽ non eſſet verum niſi per tales indulgen
tias remittantur pœnæ Deo debitæ etiã ſi nõ ſint
iniunctæ. Et nota quod hæc reſtitutio ad innocen
tiã baptiſmalẽ intelligitur ſolũ quoad liberationẽ
pœnarũ ac ſi non peccaſſent: non autẽ quoad alia
dona quæ in baptiſmo recipiuntur. Et in hac pro
poſitione quæ loquitur de poſsibili nulla eſt diffi
cultas inter catholicos: omnes enim doctores in
hoc cõueniunt. Sed verũ ita de facto cõcedat Papa
aut alij prælati, in hoc eſt varietas opinionũ. Ideo
quoad hoc ſint aliæ propoſitiones ſequentes.

Propo. 2. ¶ Secunda propoſitio. Diœceſani nõ poſſunt re
gulariter ſecundũ ius cõmune concedere indulgẽ
tias niſi de pœnitẽtijs iniunctis per ſacerdotẽ. Ra
tio: Quia quoad alias pœnas eſt ſibi per Papã et
Eccleſiã ablata ſeu reſtricta poteſtas, vt patet in.
ca. cum ex eo. de pœni. et re. vbi ſolũ de iniunctis
pœnitentijs cõceditur illis talis poteſtas, et in. ca.
noſtro. eo. titu. habetur quod archiepiſcopus po-
teſt concedere indulgentias, ita tamẽ quod ſtatu-
tum generalis Cõcilij (præfati in cap. cum ex eo.)
non excedat. Et idẽ habetur in. ca. Romana. eo. ti
tu. libro. 9. Ex quo patet quod etiam ſi diœceſani
cõcedant indulgentias abſolute debẽt intelligi et
interpretari ſecundum prædictũ ius cõmune. ſ. de
iniunctis tantũ. Et prædicta omnia ſunt vera niſi
per Papã vel Eccleſiã ipſis diœceſanis vel etiã alijs
cõcedatur generaliter vel ſpecialiter quod poſsint
cõcedere indulgentias abſolute vel etiã de non in
iunctis. Tunc enim poſſent ſecundũ tenorem cõ
ceſsionis cõcedere indulgentias de iniunctis et de
nõ iniunctis pœnitentijs ſeu abſolute, et in hac ſe
cunda propoſitione etiã cõmuniter concordãt do
ctores. Sed Nauarro in tractatu de indulgẽtijs. no
ta. 11. §. 9. et. 10. oppoſitũ dicit etiam cõmuniter te
neri quod epiſcopus poteſt etiã de non iniunctis.
ſecundũ ius cõmune cõcedere indulgẽtias quodq;
ita intelligendũ eſt dictũ. ca. cum ex eo. et. ca. no-
ſtro. Ego vero ſtandum cenſeo cõmuni practicæ
et cõſuetudini Eccleſiæ quæ eſt optima legum in
terpres: et forte nunc ita eſt in practica vt ait Na-
uarro contra Caietanum ibidem, et conſonat no-
ſter Medina de indulgẽtijs diſputatione. 4. ca. 14.
et latius diſputatione. 6. ca. 27.

¶ Propoſitio tertia. Quando Papa concedit in- Propo. 3.
dulgẽtias cũ limitatione expreſſa de iniunctis pœ
nitentijs, tunc ſolũ pœnitentiæ iniunctæ vel impo
ſitæ per confeſſorẽ in confeſsione ſacramentali re
mittuntur per tales indulgentias. Ratio. Quia in
dulgentia tantũ et nõ plus valet quantũ ſonat ſe-
cundũ tenorẽ conceſsionis ſi vere et nõ fallaciter
cõcedatur, vt eſt cõmunis regula et practica docto
rũ vtriuſq; iuris et curiæ Romanæ, et hoc habet
veritatẽ in omnibus indulgentijs etiã plenarijs et
cõtinuis et tẽporalibus a quibuſcũq; cõceſsis ſic li
mitate de iniunctis pœnitẽtijs: quia ſolũ iniunctæ
pœnitẽtiæ per confeſſorẽ et nõ aliæ remittuntur.
Ideo ſi nulla pœnitẽtia eſt per confeſſorẽ impoſi-
ta pœnitẽti aliquomodo. ſ. nec ſpecialiter nec ge-
neraliter tunc per talẽ tenorẽ cõceſsionis indulgẽ
tiæ nil ei remittitur. Quod ſi Papa cõcedens indul
gentiã de iniũctis intẽdat etiã de nõ iniunctis cõce
dere indulgentiã, tunc corã Deo talis indulgẽtia rẽ
mittet et pœnas etiã nõ iniunctas. Quia effectus in
dulgẽtiæ non pẽdet ex tenore aut forma verborũ
quæ nõ eſt taxata iure diuino ad cõcedendũ indul
gentiã, ſed ex volũtate cõcedentis vt infra. q. 38. ha
betur. Sed hoc eſt pro regula ſemper habendũ q
niſi manifeſte cõſtet de oppoſita voluntate ſeu in
tẽtione cõcedẽtis ſemper ſtandũ eſt tenori verbo
rũ: et ſecundũ ipſum et cõformiter ad ipſum eſt in
terpretãda volũtas et intẽtio cõcedentis tã in foro

Dei quam Eccleſiæ. Non enim præſumendum eſt concedentem indulgentiam velle oppoſitum ſuis verbis intendere. Et in hac tertia propoſitione et ibi dictis cōcordant communiter doctores. in.4. diſtin.20.et.45. præcipue Duran. diſt.20.et Fran. Mayr. in tractatu de poteſtate clauium. et ſupplemen. Gabrielis late refert in.4.diſtin.45.q.3.arti. 2.propo.11.et Gerſ.in floribus dicens. Dies indulgentiarum referuntur ad pœnitentias pro hac vita iniunctas ſic enim textus ſonat. Hæc ille. Item Adri. in.4.in materia de indulgentijs concluſ. 2. et ſumma Ang. titu. indulgentia.§.1.2. et Silueſt. eo.titu.q.8.et.10.et omnes fere doctores Canoniſtæ in.ca. quod autem.de pœni.et remiſ. ¶Ex ſupradictis infertur, primo quod non valet illa opinio recitata a Paludano in.4.diſt.20.q.4. arti. 2. et Florent. prima parte.titulo.10.ca.3.§.3. dicens quod per talem formam conceſsionis indulgētiæ de iniunctis remittitur etiam pœna non iniuncta ſed iniungenda a Deo vel ſacerdote ſecundū Canones. Ratio huius opinionis erat quia ly (de iniunctis) intelligitur, id eſt, etiam de iniunctis et nō ſolum de iniungendis, ad hunc ſenſum concedo tibi quadraginta dies indulgentiæ de pœnitentia iniuncta, id eſt, de tali pœnitentia qualis claue nō errante deberet iniungi, vt ſcilicet quadraginta dies lucrati de indulgētia tantum tibi valeant quātum illi quadraginta dies qui deberent tibi iniungi tibi valuiſſent ſi tibi iniuncti et impleti fuiſſent. Hæc(inquā) opinio et eius ratio non valet. Quia contra tenorem et formam expreſſam indulgētiæ non valet interpretatio, et quia vt habetur et notāt cōmuniter doctores, extrauag. de verbo. ſigni, cap. olim. et cap. in his. non eſt recedendum a verborum propria ſignificatione niſi de mēte aliud aliquid conſtet. Nam ſimiliter liceret in alijs quibuſlibet textibus interpretari extendendo verba contra tenorem textus: quod non licet doctori cuiquam niſi de mente ſtatuentis vel concedētis vel aliunde ex cauſa cogente et manifeſte conſtaret: et ſolus Papa vel Cōcilium poteſt hoc modo exponere rationabiliter ſcripturam ſacram, vt dicit Auguſtinus de Ancona in libro de poteſtate papæ. quæſtione.67.articulo.1. ¶Si ad hoc ſubterfugiendo dicat præfata opinio, vt dicit ſupplementum Gabrielis vbi ſupra, quod ly de iniunctis ſi extendatur etiam ad iniungendas vt dictum eſt nō capitur improprie ſed proprie, quia pœnitentia iniuncta verificatur de omni pœnitentia taxata a Deo et ipſi debita pro peccatis vel a iure vel a cōfeſſore. Nam iniuncta dicitur pœnitentia quia ad eam homo obligatur abſolute, vel ex ſuppoſitione ſcilicet ſi vult liber eſſe a debito pœnæ et liber gloriam intrare etiam ſi non ſit illi præceptorie impoſita per ſuperiorē. Quod patet. Quia Eccleſia ſic vtitur in ſuis bullis et conceſsione indulgentiæ et extrauag. ca. cum ex eo. de pœni. et remiſ. dicens. Et in remiſsionem iniungimus peccatorū, vt det vel faciat tale quid is qui voluerit lucrari hanc indulgentiam. Ergo cum nomine pœnitētiæ iniunctæ intelligatur omnis pœnitentia a Deo vel Eccleſia vel ſacerdote taxata ſeu impoſita etiā ex ſuppoſitione: videtur quod poſsit comprehendere pœnitentiam taxatam a Deo vel a iure Canonico, etiam ſi non ſit ſpecialiter impoſita ſeu iniuncta per ſacerdotem in ſacramento: et per cōſequens quod comprehendit pœnitentias per ſacerdotem iniungendas vt dicebat illa opinio.

¶Sed certe hoc ſubterfugium pro præfata opinione nihil valet, quod quadrupliciter probatur. Tum primo, quia vt dictum eſt verba in ſuo proprio et potiori ſignificato ſunt intelligenda niſi aliud de mente loquentis rationabiliter conſtet. Nunc autem pœnitentia iniuncta capitur pro iniuncta vel impoſita a iudice ſeu ſacerdote ſpecialiter præceptorie aut conſultorie abſolute vel cōditionaliter aut alio modo: non autem pro pœnitentia a iure aut a Dei diſpoſitione taxata. Quod patet. Iniunctio enim pœnitentiæ ſignificat ſpecialem applicationem iuris ſeu pœnitentiæ taxatæ in iure ſeu decreto Dei ad hunc, et per conſequens ſignificat ſpecialem impoſitionem iudicialem talis pœnitētiæ alias taxatæ aut non taxatæ ſecundum ius. Ius enim non applicat pœnitentias taxatas alicui ſed taxatas oſtēdit. Similiter et Deus in hac vita facit, vt per iudicis ſententiam ſpecialiter applicādo delinquentibus. Sentētia enim eſt applicatio iuris ad hunc: quæ applicatio ex quo fit per ſentētiam iudicis, ergo fit per iniunctionem ſeu impoſitionē illius pœnitentiæ taxatæ ſeu ſtatutæ a iure vel a Deo factam a iudice ſententiam ferente. Et ita ius aut Deus nemini iungit pœnitentiam in hac vita ſed iudex aut ſacerdos. ¶Tum ſecundo quia eo ipſo quod doctores cōmuniter ex ipſo antiquo et adhuc permanente tenore bullarum faciunt differentiam inter pœnitentias iniunctas et iniungendas, et bullæ ipſæ aliquando concedunt de iniunctis aliquādo abſolute ſine vlla limitatione. Sequitur manifeſte quod eſt differentia quando dicitur de iniunctis vt vocabulum ſonat proprie ſumptū. Alioqui vana eſſet talis diſtinctio et tenor diuerſus indulgentiarum ſi omnia inuicem pro ſe ipſis confuſe acciperentur. Itaq; ſicut olim quando in dulgentia concedebatur expreſſe de iniunctis pœnitentijs, intelligebatur de iniunctis tantum per ſacerdotem, ita et nunc debet intelligi idem tenor indulgentiæ perſeuerans. ¶Tum tertio, quia ſic eſt in vſu et practica tam loquētium quam doctorum cōmuniter in præſenti materia: et ſtandū eſt acceptioni vocabuli de iniunctis ſecūdum cōmunem vſum et acceptionem eius vt dictum eſt. Et in his expreſſe concordat Duran. vbi ſupra. q. 4. et Caie. 2. quodlibeto. in materia de indulgentijs, ca.7. cum cōmuniter doctoribus. Quamuis aliquādo ly de iniunctis pœnitentijs aliter accipiatur.

¶Secundo infertur ex ſupradictis, quod non valet illa alia opinio etiā recitata a Palud. et Florēt. vbi ſupra dicens quod quando datur indulgentia plenaria plenior aut pleniſsima de iniunctis, tunc omnis pœnitentia iniuncta et iniungenda in foro

Dei et

Dei et Eccleſiæ remittitur hic et in purgatorio per ſupradictum tenorem etiam expreſſum de iniunctis. Et ratio huius opinionis quoad primam partem eſt quia ex quo cōceditur indulgentia plenaria,ergo de omni pœna etiam non iniuncta per ſacerdotem:alioqui non eſſet plenaria. indulgentia ſi ſolum ad iniunctas pœnitentias reſtringeretur vt ſonat tenor conceſsionis.¶ Sed hæc opinio quoad illam primam eius partem non valet, quia ſtandum eſt tenori verborum conceſsionis vt dictum eſt. Et verbū ſeu clauſula generalis debet reſtringi et intelligi ſecundum limitationem expreſſam adiunctam. Ideo ad rationem præfatā dico, concedendo quod quando conceditur indulgentia pleniſsima de iniunctis non eſt pleniſsima abſolute de omnibus ſed ſolū de iniunctis per ſacerdotem vt dicit tenor indulgentiæ:quas omnes iniunctas non tolleret aut nō remitteret talis indulgentia ſi non eſſet ſic plenaria ſed ſolum annalis aut partialis:ideo eſt plenaria non abſolute ſed limitate quoad iniunctas tantum pœnitentias ſecūdum ipſum tenorem indulgentiæ.

Coroll. 3. ¶ Tertio infertur quod non valet illa alia opinio etiam recitata a Palud.vbi ſupra dicens quod quādo dicitur,Remitto tibi vnum annum de pœnitētia iniuncta ſenſus eſt quod tanto minus punieris in purgatorio quantū ſi vno anno continuo egiſſes pœnitentiam in hac vita.Et hāc opinionem dicit Inno.de pœniten.et remi.quod eſt ſatis conſona æquitati.Dico ergo quod ſi hæc opinio intēdit dicere,quod tunc remittuntur pœnitentiæ vnius anni non iniunctæ non valet:vt patet ex dictis. Si vero intendat quod de pœnitentia tantum iniuncta remittitur ille annus,tūc vera eſt opinio vt patet inferius etiam dicetur et infra.q.32.Illud autem quod præfata opinio ſubnectit quod qui lucratur talē indulgētiam .tenetur nihilominus facere pœnitentiam in hac vita,quomodo intelligatur et ſic verum infra.q.10.late dicetur.¶ Tandem pro concordia et bono intellectu omnium prædictarum opinionum poteſt forte bene dici, quod quando confeſſor generaliter iniungit pœnitenti dicens. Quicquid boni feceris ſit tibi in ſatiſfactionē ſeu remiſsionem peccatorum:tunc videtur quod omnis pœnitentia debita et iniungenda ſit iam iniuncta aliquomodo ſaltem generaliter,quāuis ſub electione pœnitentis:et quod tunc indulgentia conceſſa de iniunctis extenditur etiam ad ſpecialiter iniungēdas,ex quo iam ſunt aliquomodo.ſ.generaliter iniunctæ,vt dictum eſt,vt de hoc latius habetur infra.q.27.propo.4.ſecundū Gerſon.Et ſic forte locuti ſunt doctores prædictarū opinionum quæ prima facie videbantur aduerſæ,et non ſunt, ſi ſic intelligantur et limitētur ad bonum ſenſum. Ideo ſalubre eſt quod cōfeſſor ſemper dicat pœnitēti Quicquid boni feceris &c.vt ſic ei valeāt omnes indulgētiæ:rā de iniūctis quā de iniungēdis.

Propo. 4. ¶ Propoſitio quarta eſt,Quādo Papa cōcedit indulgentiā abſolute nō dicendo de iniunctis:tunc per talem indulgētiam remittitur tanta pœna debita,modo ſit iniuncta a ſacerdote modo nō quātam ſonat tenor indulgentiæ plenariæ aut temporalis totalis ſeu partialis. ¶ Probatur quincupliciter. Primo,quia Papa vel alius cui hoc ſic a Papa vel Eccleſia conceditur,id poteſt,vt patet ex prima propoſitione:et de facto ſic cōcedit.Quod patet. Quia tantū valent indulgentiæ quantū ſonat tenor earum,dum aliud de oppoſita mente cōcedentis non conſtat,ſeu dum cōcedens aliud nō intendit:vt ſupra dictum eſt in tertia propoſitione, et eſt cōmunis practica doctorum.Quod ſi aliter voluiſſet expreſsiſſet.Et vbi ius non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus vt habetur diſtin.50.ca. ſi Euangelica,et de maiori et obe.ca.ſolitæ.§.notandum.et late refert gloſſa.in.ca.conſuluiſti.1.q.5.et gloſ.in.ca.ſaluator.1.q.3.in ver.indefinitæ.et eſt arg.ca.porro.ca.cum et plantare.de priuileg. 1.ratio.

2.ratio. ¶ Item ſecundo probatur. Quia et ſcit et tolerat ſic concedens Papa:quia ſic etiam habet ſtilus curiæ Romanæ et vſus eius et aliorum ſic intelligētium,vt ſonant tenores indulgentiarum abſolute vel limitate. Ergo ſi ſolum intenderet de iniunctis,cum eius tenor verborum loquatur de omnibus abſolute et indiſtincte,ſequeretur quod Papa et Eccleſia deciperet ſine cauſa ſuos filios: præſertim in hoc tempore quando ſcit omnes pœnitentias eſſe arbitrarias,id eſt, volūtarie iniunctas, non ſecundum rigorem canonum pœnitentialiū, neq; ſecundum qualitatem peccati,ſed paruas vel nullas pœnitentias iniungi ſecundum fragilitatē et voluntatem pœnitentium. Quia malunt cum nulla pœnitentia iniuncta ſpecialiter deſtinari ad purgatorium,quam magnam et vix implendā acceptare.Sentiens ergo hoc Eccleſia et volens pie prouidere debitis pœnis filiorum per indulgentias certe nō pie neq; vere prouideret ſi cōcedens indulgentias abſolute et illimitate non intēderet valere niſi limitate de iniunctis pœnitentijs cum ſciat eſſe fere nullas iniunctas pœnitentias.

Tertio. ¶ Item tertio probatur idem. Quia beneficium principis,præſertim quando non eſt in præiudicium alicuius iuris aut perſonæ debet latiſsime interpretari quantū forma verborū patitur proprie ſumpta,vt habetur in.ca.olim.de verbo.ſignifi.et cap.cum dilecti.de donationibus. Item conceſsio principis eſt latiſsime interpretanda,etiam in præiudicium ipſius concedentis,ſi propria forma verborum patiatur:non autem in præiudicium aliorum,vt eſt cap. quia circa. de priuilegijs.in vltima gloſſa et not.per Inno.in.ca.olim.de verborū ſignificatione.et glo.in.ca.licet.de tranſla.epiſco. vbi de hoc late.Quia et contra eum,qui legem dicere potuit,apertius eſt interpretatio facienda.ff. de pact.§.veteribus.et de priuil.ca.quia. in gloſ. et habetur in.l.ſi.ff.de conſti.princi.præſertim ſi ſit quid conceſſum cauſa pietatis,vt not.Panor.in ca.cum dicat.de Eccleſ.ædifi.quia de re.iu.odia reſtringi,et fauores conuenit ampliari. Nunc autem patet quod indulgentia Eccleſiaſtica eſt grande beneficium animarum et fauorabile, et pietas

magna,et in nullius præiudicium.Ergo cum verba conceſsiones proprie ſumpta abſolute et illimitate vt ſonant aperte patiantur etiam in rigore quod intelligantur etiam de nō iniunctis pœnitētijs,ſequitur quod ſic debent intelligi conceſſæ indulgentiæ prædictæ.

Euaſio. ¶ Si ad prædictas probationes ſubterfugiēdo dicatur ſicut dicit Caietanus in quodlibeto, quod Papa ſub formidine ſic abſolute concedit et intelligit ſolū de iniunctis,vt patet ex additione quam apponit dicens quantum claues ſe extendunt &c. Itē quod verba debent intelligi ſecundum formā iuris cōſuetam,vt ipſe Papa expreſſe dicit in cōceſſione indulgentiarum.Nunc autē forma iuris conſueta et antiqua eſt limitate de iniunctis,ergo.

Replica cōtra euaſionem. ¶Contra prædicta ſubterfugia ſic replico,nā primū potius eſt pro nobis,quia ſi Papa cōcedit quātum Claues ſe extendunt:Claues autem ſe extendunt etiā ad non iniunctas,vt ſupra propoſitione prima dictum eſt ſecundū omnes doctores.et ſecundum ipſum Caietanum.ergo intendit etiā de non iniunctis.¶ Ad aliud dico quod licet antiquitus eſſet forma conſueta de iniunctis tantum : nō ideo tamen factum eſt ius,quod non niſi de iniūctis de cætero cōcedantur aut quod nō poſsit eſſe alia forma conſueta iuris in tēporibus modernis. Imo dico quod decenter mutatis tēporibus et cauſis mutatur et forma conceſsionis indulgentiæ. Quando enim taxabantur pœnitētiæ rigoroſæ ſecundum Canones aut qualitatē delicti:tunc ſatis fuit concedere de iniunctis.Nunc autem econtra vt dictum eſt:ideo nunc eſt alia forma iuris conſueta cōcedendi indulgētias abſolute de omnibus etiam de non iniunctis,alioqui deciperet Eccleſia filios ſuos vt dictū eſt.¶Item non habetur in iure quod olim ſolum de iniunctis concedebantur indulgētiæ,ſed potius habetur oppoſitum vt patet, in capi.cum ex eo.de pœni. et remi. vbi prohibetur epiſcopis concedere indulgentias vltra quadraginta dies de iniunctis,ex quo patet quod erat in vſu concedere etiam de non iniunctis plures dies, quamuis Caietanus aliter intelligat præfatum capitulum vt infra patebit in primo argumento. Patet etiam idem quia Innocentius tertius in eodem cap.cum ex eo.conceſsit Iubileum pleniſsimum,et intentio ſua fuit etiam de non iniunctis. vt ibi notat Ioannes Mon.neq; poteſt hoc negare Caietanus , niſi dicendo ſicut ipſe dicit quod hoc fecit vt doctor ſequax illius opinionis et non vt iudex ſeu vt Papa:ſed hoc eſt falſum quia vt Papa id conceſsit. Alioqui iſto modo poſſet Caietanus inualidare omnia decreta et acta pōtificalia: aut dicendo quod id fecit Papa ſemel aut raro ꝙ non eſt iuxta formā iuris conſuetam.Sed certe cōtra ipſum Caietanum videtur quod antiquiſsimis illis Cruceſignatis Hieroſolymitanis cōcedebantur indulgentiæ pleniſsimæ etiā de non iniunctis: de quo nō dubitauit beatus Thomas qui bene viderat Canones indulgentiarum. ergo forma antiqua conſueta non erat ſolum de iniunctis.

¶ Itē quarto principaliter probatur propoſitio quarta.Quia(vt refert Palude in.4.diſtin. 20.q. 4.in fine)cum Pœnitentiarius Romanus iniungeret pœnitentiam conſequutis indulgentiam plenariam,accepit mandatum a Papa vt nō iniungeret pœnitentiam.ergo valet de non iniunctis. 4. Ratio.

¶ Item .5.quia in forma plenariæ abſolutionis quæ conceditur in morte et ſæpe etiā in vita (vt patet in multis bullis huius temporis) cōtinetur, quod illi reſtituuntur ad innocentiam baptiſmalem. Talis autē conceſsio nō eſſet vera nec efficax ſi ſolū ad iniunctas pœnitentias extenderetur illa indulgentia.ergo.¶Et confirmatur.Quia indulgētiæ abſolute quæ dantur pro defunctis non extenduntur ſolū ad iniunctas pœnitentias. Quia non præſupponitur, eos qui ſunt in purgatorio deceſſiſſe ſine impletione pœnitentiarum iniunctarū. ergo extenduntur etiam ad non iniunctas. Quinta. Confirmatio eorum quæ dicta ſunt.

¶ Et cū præfata quarta propoſitione concordāt cōmuniter docto.vtriuſq; iuris vbi ſupra allegati in probatione tertiæ propoſitionis.Et licet aliqui doctores vt Durādus,Caietanus,Altiſiodoren.Albertus Magnus,et etiā Gerſon.et alij videantur dicere quod ſolum ſe extendunt ad pœnitentias iniunctas:tamē plures eorum id dicunt et intelligūt quando et quia ſic ſonat et intelligitur ſecundum eos tenor conceſsionis ſeu indulgētiarum, vt aperte ipſi confitentur:et quia indulgentiæ particulares dierū ſeu annorum ſuis tēporibus ſic expreſſe de iniunctis concedebantur:indulgentiæ autē plenariæ quia ſæpe tunc abſolute et illimitate concedebantur:ideo dicunt quod tales præſertim Papales remittebant etiam pœnitentias non iniunctas. Quia tamen tēporis decurſu omnia cum ipſo vſu mutantur:ideo ſicut nunc crebreſcit vſus et copia indulgentiarū,ita et tenor ſeu forma conſueta mutata eſt,earum maxime quæ a Papa ſeu ab alijs ſpecialiter eius auctoritate cōceduntur. Et ſic talis tenor abſolute et illimitate etiā de nō iniūctis vt ſonat intelligendus eſt. Quoad hanc quartā propoſitionē vide quod habetur infra.q.10.in quarto corollario quod quidem ſatis ad rem facit.

Contra quartā propoſitionē arguitur tripliciter.Primo,quia verba iudicis abſolute poſita ſunt intelligenda ſecundum formā iuris præſertim in materia ſtricti iuris. Sed in iure Canonico loquente de indulgentijs ſolum fit mētio quod valeant de iniunctis: et materia indulgentiarum eſt ſtricti iuris.Ergo quando abſolute et illimitate conceduntur tam particulares , quam plenariæ indulgentiæ debent intelligi ſolum de iniunctis pœnitentijs per ſacerdotem et non de iniūgendis,niſi hoc ſpecialiter exprimatur.Conſequētia eſt bona et maior patet ſecundum capitu. cauſam quæ.de reſcriptis , et.capitu. cum dilectus. de conſuetudine. et ſecundum omnes doctores vtriuſq; iuris , vt etiam late referunt ſummiſtæ. titulo.interpretatio.titu.lex.titu.ſtatutum.titu.gratia.titu.priuilegium. Item.lege. ſi procurator. ff. de conditio.indeb.Minor autem quoad id quod Argu.1

ibi dici

ibi dicitur quod indulgentia eſt ſtricti iuris et ſtricte interpretáda, patet ſecundum nota. per Inno. et Hoſtien.in.ca.licet. de trauſlatio. epiſcopo:et Bald.iu ſua margarita in verb.iudulgentia.et in.l. humanitatis.C.de impulbe.et alijs ſubſti. vt etiam refert ſumma Angelica titu.indulgentia.in prin. et Palud.in.4.diſt.20.q.4.art.3.et communiter doctores,et Nauarro in repeitione de indulgentijs.nota.9.§.8.et.9.dicens quod ideo eſt ſtricte interpretanda indulgentia. Tum quia per eam ſatiſfactio pœnitentialis eneruatur.cap.cum ex eo. de pœniten.er remiſsio. Tum quia eam concedẽs dat aut ſoluit de alieno,id eſt, de theſauto cõmuni Eccleſiæ diſpenſat. Omnis aurem diſpenſatio de alieno eſt odioſa.ca.1.et.2.de filijs presbi.li.6. vel cautiſsime facienda eſt ex cauſa rationabili ſecundum gloſſ.non eſt de voto.et.ca.quanto de iure patro.Ideo et infra.q.33.ſunt multe regulæ Cãcellariæ reſtringeutes indulgẽtiarum cõceſsiones.

¶Quoad illud autem quod ius ſemper loquitur de iniunctis patet. Quia in.ca. cum ex eo. de pœni.et rem. habetur quod diœceſani concedentes indulgentias in dedicationibus,in anniuerſario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remiſsio non excedat: hunc quoq; numerum dierum indulgentiarum literis præcipimus moderari quæ pro quibuſlibet caſibus aliquoties conceduntur,cum Romanus pontifex qui pleuitudinem obtinet poteſtatis hoc in talibus moderamen conſueuerit obſeruare. Hæc ibi et in.ca.noſtro.habetur quod archiepiſcopus libere poteſt per ſuam prouinciam concedere indulgentias ita tamẽ quod ſtatutum generalis Cõcilij ſcilicet ſupradicti capituli.cum ex eo.non excedat. Et idem habetur in.ca.Romana.et.ca.indulgentiæ.eo.tit.li.6. ex quibus patet intentum.

¶Si dicatur quod in prædictis textibus ſolum fit mentio de indulgentijs diœceſanorum nõ de Papalibus aut de alijs conceſsis per ſpeciales Papæ commiſſarios,quodq; ibi limitatur præfata poteſtas ſpecialis quoad indulgentias,vt ibi communiter dicunt doctores,et in.ca.accedentes.de exceſſ. præla.non autem ibi ſtatuitur ius quod ſolum de iniunctis concedantur,aut cõcedi intelligãtur indulgentiæ abſolute conceſſæ per Papam vel per alium.

plica. ¶Contra hoc replicatur et primo contra primũ. Nam in fine prædicti cap.cum ex eo.expreſſe fit mentio de indulgentijs Papalibus cum dicitur. Cum Romanus pontifex qui plenitudinem obtinet &c. vbi patet quod etiam indulgentiæ Papales illo modo ſolent concedi de iniunctis tantum pœnitentijs ſicut et epiſcopales. Patet etiam quod conſuetudo Papæ facit ius in ſuis et aliorum indulgentijs: et ſic ibi ſtatuitur ius epiſcopis et declaratur ſimul quomodo Papa ſolet eas cõcedere.

¶Ad aliud quod ibi fit ſolum linitatio poteſtatis epiſcopalis ſecundum communiter doctores iam ex hoc dicto vtiq, veriſsimo arguitur contra ipſos. Quia ſi indulgentia de iure canonico et communi habet pro ſua materia totali pœnitentias tam iniunctas quam non iniunctas:et epiſcopalis poteſtas ſolum eſt reſtricta quoad iniunctas, ita ſcilicet qnod de ipſis non poteſt vltra quadraginta dies coucedere,ergo de non iniunctis poſſet vltra quadraginta dies conoedere indulgentiam ex quo quoad ipſas non iniunctas non eſt in hoc reſtricta poteſtas. Nunc autem conſequens eſt falſum ſecuudum omnes doctores, ergo et antecedens. Non minor:quia expreſſe habetur in dicto capitulo.cum ex eo.quod quoad iniunctas tãtum pœnitentias poteſt epiſcopua concedere quadraginta dies et non amplius,ergo maior eſt falſa, quod ſcilicet indulgentia habet de iure cauonico et cõmuni pro materia pœuitentias etiam non iniunctas. Ergo ſolum eſt de iniunctis:et pœnitentiæ iniunctæ ſunt totalis materia indulgentiarum de iure canonico et cõmuni vt probatum eſt contra quartam propoſitionem.

Secundo principaliter arguitur ad idem. Quia verba indulgentiarum debent intelligi ſecundum formam iuris conſuetam, vt ipſe Papa dicit expreſſe in ipſa conceſsiune indulgentiarum. Nunc autem forma iuris conſueta et antiqua eſt limitata de iniũctis,vt patet, tum in capi. cum ex eo.de pœniten.et remiſs.tum etiam quia ſtilus antiquua conceſsionis indulgentiarum eſt de iniunctis pœnitentijs:et nunc et in viridi obſeruantia ſua Eccleſiæ Romanæ conſuetudo conſiſtens ſimiliter videtur ad formam antiquam ſe referre dum Papa ſingulis diebus dominicis quadrageſimæ et Aduentus dat omnibus præſentibus quinq; vel ſeptem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia. Exprimendo enim tot dies,annos et quadragenas manifeſtat ſe loqui vt canones pœnitentiales loquuntur taxantes pœnitentias per dies,annos,et quadrsgenas:et per conſequens cum de illis taxatis quadragenis aut diebus adſoluit per indulgentias,iam patet quud illos tantum qui ad illos dies et quadragenas ſunt obligati eo modo quo olim per canones obligabantur ſcilicet per iniunctionem ſacerdotis: et per conſequens ab iniunctis tantum pœnitentijs illorum dierum et quadrageuarum indulgentias conceſſas abſoluere ſeu liberare demonſtrat. Argu.2.

Tertio principaliter arguitur ad idem. Quia conſentaneum eſt rationi vt iudex Eccleſiaſticus iudicet non niſi de delatis ad ſunm iudicium,et non ſe intromittat in alijs iam ab eodem relictis. Sed ſicut illa quæ ad Eccleſiaſticum forũ pœnitentialem non ſunt delata qualia ſunt peccata nullo modo confeſſa,certe rationabiliter ab abſolutione iudicis Eccleſiaſtici ſunt aliena: quia ſicut iudex talis non ligat niſi de cognitis in illo foro,ita non abſoluit niſi de cognitis in eodem: ita etiam delata ad forum Eccleſiaſticum pœnitentialem per confeſsionem,et a iudice punita per minorem pœnitẽtiam,videtur iam derelicta quo ad reliquam partem pœnitentiæ in foro illo Eccleſiaſtico. Quia præſumit Eccleſia confeſſores iam Argu.3.

rite arbitratos iudicaſſe pœnitentes debere ſibi ipſis relinqui quoad reliquum ſatiſfactionis. Ac per hoc Eccleſiaſtica cẽſura pœnitẽtialis fori amplius de illis non ſe intromittit. ergo ſicut ad Eccleſiaſticum iudicem non reddit poteſtas aut eius vſus ligãdi illum quoad reliquam ſatiſfactionem: ita non reddit quoad abſolutionem illius ſatiſfactionis debitæ: vt ſic pari paſſu currat poteſtas et vſus ligandi et ſoluendi.

¶ Propter has rationes tenuit Caietanus in ſecũdo quodlibeto in materia de indulgentijs capitulo ſeptimo, quod indulgentiæ remittunt ſolũ pœnitentias iniunctas quantumcunq; abſolute et illimitatæ concedantur per Papam aut per alium viuis aut defunctis: niſi expreſſe etiam de nõ iniunctis concedantur: id quod fieri poſſe plane conceſſit ſecundum primam propoſitionem ſupra poſitam: ſed quod de facto fiat planius negat: et ſic ſecundum prædicta limitat et interpretatur omnes indulgentias abſolute conceſſas. ¶ Et ita ipſe ſimiliter, et Mayro. in tractatu de indulgentijs ſentire videntur quod indulgentiæ directe et per prius ſe extendunt ad relaxandum vinculum ſeu iniunctionem Eccleſiæ de pœnitentia implenda: indirecte autem et poſterius ad relaxãdum pœnas ipſas iniunctas Deo debitas. Et in hoc differt hæc eorum opinio erronea ab alia etiam aliorum opinione magis erronea tenente, quod indulgentiæ ſolum relaxãt vinculum Eccleſiæ, vt infra quæſtione decima habetur latius in argumento contra eam ibi habito. Sed præfatæ rationes nil cõcludunt: ideo ad ſingulas earum reſpondetur.

Reſpõ. ad 1. argu. ¶ Reſpondeo ad primum, concedendo maiorem quando tale ius non eſt derogatum per conſuetudinem, aut quando aliunde non conſtat ſufficienter de oppoſito: ſecus ſi eſt derogatum aut ſi non eſt iam conſuetudine roboratum, ſeu quando aliunde ſufficienter conſtat de oppoſito, tunc enim non ſunt verba generalia intelligenda ſecũdum talem formam iuris antiqui. Quia conſuetudo eſt optima interpres legum. de conſuetudine. capitulo. cum dilectus, et ſecundũ notata per Ioã. Andr. in capitulo. quod dilectio. de conſanguinitate et affinitate, et. ff. de reb. dubi. l. cum in teſt. et. ff. de verborum obligatio. l. cum qui. et quod conſueuit. 18 diſtinctione. de Siracuſana, vt etiam de hoc Silueſt. titu. interpretatio. quæſtione. 4. et. 5. et titu. priuilegium. quæſtione. 3. ¶ Nunc autem ad minorem. Primo ad primam particulam eius quod ſcilicet in iure Canonico ſolum fit mentio de iniunctis. Reſpondeo quod illud ſolum eſt verum de iure antiquo, quod tamen iam per vſum contrarium et per tenorem alium cõſuetum quoad indulgentias Papales eſt derogatum. Imo et dico quod licet antiquitus ſic concederentur indulgentiæ ſolum de iniunctis: non tamen ideo factum eſt ius quod non niſi de iniunctis concederentur. Neq; habetur in iure Canonico quod non niſi de iniunctis concedebantur indulgentiæ, ſed potius habetur oppoſitum vt ſupra contra euaſionem Caietani dictum eſt, ibi vide. Et dato quod tunc eſſet ius: tamen vt dictum eſt iam deceret mutatis temporibus et cauſis mutata eſt et forma conceſſionis indulgentiæ abſolute, vt valeat etiam de non iniunctis: et nunc ex quo talis eſt forma et tenor conſuetus ſecundum eam eſt intelligenda abſolute indulgentia conceſſa per Papam vt valeat etiam de non iniunctis, vt ſonat, vt ſupra probatum eſt. Nam de indulgentijs diœceſanorum iam ſupra in ſecunda propoſitione dictum eſt, et noſter Medina de indulgentijs diſputatione quarta, capitulo tertio decimo et quarto decimo latius et pulchre reſpõdet ad prædictam et alias rationes Gaietani. ¶ Ad aliud quod in eadem minore habetur, quod ſcilicet indulgẽtia ſit ſtricti iuris, reſpondeo negando illud ſaltem quoad materiam ſuam, circa quam eſt indulgentia Eccleſiaſtica de qua hic agimus ſcilicet quoad remiſſionem pœnarum Deo debitarum imo potius eſt in fauore animarum et beneficium pietatis in nullius præiudicium: et per conſequens cõceſſio indulgentiæ eſt late interpretanda vt ſupra probatum eſt et expreſſe ſic tenere videtur Ioan. Andr. in gloſſa Clementi. vnica. de reliquijs et veneratione ſanctorum. in verb. confeſsis, vbi dicit has remiſsiones. (et loquitur de indulgentijs) amare interpretari nec decet nec expedit, vt dixi extra. de pœnitentijs et remiſsionibus. capit. quod autem. Hæc ille. Et concordat Silueſt. titu. indulgentia. q. 7. parti. 3. et. q. 8. parti. 4. et ſumma Angelica, vbi ſupra et cõmuniter doctores Canoniſtæ. ¶ Illud autem quod in oppoſitum dicunt cõmuniter theologi, dico quod in hoc vocabulo nõ omnes nec plures ſed aliqui theologi ſecuti ſunt Canoniſtas ſeu Legiſtas. Iuriſtæ autem aperte loquuntur et intelligunt id non quidem de indulgẽtia theologice accepta vt nos hic accipimus pro remiſſione pœnarum Deo debitarum, ſed de indulgentia prout eſt idem quod priuilegium, gratia aut beneficium principis: quando ſcilicet conceditur aliquid cõtra ius cõmune, vt late et aperte hoc dicit gloſſa in dict. tex. licet. extra. de tranſla. epiſcopo. et ipſe textus aperte de tali indulgentia ſeu priuilegio loquitur, et ſimiliter Inno. et Hoſtien. ibidem. et ſumma Ange. titu. priuilegium. in prin. et. §. 3. ideo quando ſumma Angelica. titu. indulgentia. et alij ſummiſtæ et doctores dicunt quod eſt ſtricti iuris videntur confuſe et indiſtincte dixiſſe et non ſatis ad rem et ex æquiuocatione vocabuli aliqualiter decepti fuiſſe. Vel propter eorum reuerentiam et melius dico, quod intellexerunt, ſicut et verum eſt, quod indulgentia eſt ſtricti iuris quoad tenorem, modum, et perſonam. Quia ſcilicet ſtãdum eſt tenori verborum in ſua propria ſignificatione, niſi aliud ſufficienter conſtet de mente concedentis: et quia nõ excedit perſonam cui conceditur et quomodo cõceditur et ita quoad hoc conceditur illa pars minoris. Cum quo tamen ſtat quod vt materia fauorabilis et pia ſit late interpretãda ſecundum tenorẽ verborum

Nota.

in ſua

in ſua propria ſignificatione quoad materiã ſuam ſcilicet quoad remiſsionẽ pœnarum iniunctarum et etiam non iniunctarum. Nam et diſpoſitio reſtringibilis tantum extendenda eſt quantum patitur proprietas verborũ eius. ca. ex parte. 3. de decimis. et Aretinus. in. l. cum lege. ff. de teſtamen. et in. capit. in literis. de teſtibus. ait quod diſpoſitio odioſa etiã debet extendi quantũ extenditur et patitur propria verborũ eius ſignificatio. Cui cõſonat ipſe Nauarro in cõmento de Symonia. nu. 5. cõmunisq; doctrina iuriſtarũ. et ita propria ſignificatio indulgentiæ abſolute ſine alia limitatione adiuncta ex vſu et practica præſenti tam iniunctas quam non iniunctas pœnitentias comprehendit, quamuis materia odioſa et ſtricti iuris ſit.

¶ Et ad replicas ibi poſitas, reſpondeo ad primã ex. ca. cum ex eo. quod ſic fuit conſuetudo Papæ olim: nunc autẽ alia eſt eius conſuetudo et forma conceſsionis indulgentiarũ ſæpius abſoluta: ideo alio modo vt ſonat abſolute eſt intelligenda vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundam replicam quod indulgẽtia habet pro ſua totali materia &c. reſpondeo prius notando quod reſtrictio vel limitatio duo importat, alterum quidem poſitiue, alterum autẽ negatiue, ſicut et terminus excluſiuus. Poſitiue quidem dicit quod poſsit in aliquid: negatiue autem quod nõ poſsit in aliud. Et ita limitatio dicit cõceſsionem vnius et negationem alterius. Ita ad propoſitum dico quod materia indulgentiarũ totalis de iure canonico et de ſe eſt pœnitentia tam iniuncta quã etiam nõ iniuncta: quia circa vtrãq; verſatur ſecundum tenorem indulgentiæ vt dictũ eſt. Dico etiam quod poteſtas epiſcopalis eſt limitata quoad vtranq; materiam ſed diuerſimode. Nam quoad partialem materiam præfatam ſcilicet quoad pœnitentias iniunctas eſt limitata poſitiue tantum, quia ſcilicet ſolum eſt epiſcopis conceſſa ſeu relicta poteſtas concedendi de iniunctis: ſed negatiue eſt eorum poteſtas limitata quoad talem materiam præfatam ſeu abſolute tam quoad iniunctas quam quoad non iniunctas. Quia ſcilicet neq; de iniunctis neq; de nõ iniunctis poſſunt epiſcopi concedere ſecundum ius canonicũ ultra quadraginta dies neq; vltra annum in dedicationibus &c. vt habetur in præfato capitulo. cum ex eo. et quia ſic non diſtinxit. Caie. in præfata replica deceptus eſt. Nam conceſſa maiore illius replicæ, ad minorem dico quod epiſcopalis poteſtas ſolum eſt limitata poſitiue non quidem abſolute quoad totalem materiam ſed quoad partialem ſcilicet quoad iniunctas tantum. Negatiue autem eſt limitata abſolute quoad totalem materiam præfatam quoad omnes pœnitentias iniunctas et non iniunctas (vt dictum eſt) vltra illam ſummam taxatam. Et ſic negatur cõſequentia. Quia arguitur a limitatione poſitiue ſecũdum quid ad ipſam negatiue et ſimpliciter ſeu abſolute acceptam, vt patet ex dictis. Si autem teneatur opinio Naua. vt ſupra in fine. 2. propoſitionis habetur, quod ſcilicet illa limitatio de omnibus facta eſt: ita quod tã de iniunctis quam de nõ iniunctis epiſcopi poſſunt 40. dies et non amplius concedere: tunc nil probat replica vel ratio Caietani et facilius illi reſpõdetur omnino negando minorem.

¶ Ad ſecundum argumentũ reſpondeo ad maiorem, quod illa clauſula, in forma Eccleſiæ conſueta &c. Debet intelligi de conſueta tẽpore quo concedens loquitur aut concedit indulgentiã: ſicut ly. hodie, ſtat pro die dominico ſi loquẽs die dominico dicit hodie oraui: et pro die lune, ſi die lune loquatur. Et licet illa clauſula in forma Eccleſiæ conſueta habuit initium a tempore antiquo: manet tamen eius ſignificatio accomode intelligẽda ſecundum tẽpus loquẽtis. Sicut et ſinus Abrææ eſt vocabulum antiquum: quod pro lege veteri ſignificabat limbum ſanctorum patrum: nunc autem quando in officio defunctorum Eccleſia dicit, In ſinu Abrææ angeli deducant te, et in officio Beati Martini, Martinus Abrææ ſinu lœtus excipitur, accipitur pro beatitudinis loco: vt ex ſequentibus patet, cum dicit Eccleſia in offertorio defunctorum, Sed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam quam olim Abrææ promiſiſti et ſemini eius &c. ¶ Ad minorem autem quod ſcilicet forma iuris conſueta eſt ſolum de iniunctis reſpondeo hoc verum eſt de forma conſueta olim, nunc autem non: quia iam eſt alia noua forma conſueta ijs temporibus, vt ſupra dictum eſt. Forma enim indulgentiarum ſæpe variatur vt ait Palud. in. 4. diſtin. 20. q. 4 arti. 3. conclu. 2. et ſecũdum talem formam pro diuerſitate temporum eſt intelligenda conceſsio indulgentiæ et ſecundũ ſtilum currentem in curia Romana qui iam mutatus eſt. Et ad illud quod ſcilicet nunc in viridi obſeruantia manet nomen Quadragenæ &c. dico quod ſicut olim talis forma verborum dierum et quadragenarum intelligebatur ſecundum conſuetudinem et ſtilum tunc vigentem, ita et nunc proportionabiliter ſecundum conſuetudinem et ſtilum præſentẽ, vt ſcilicet tot dies, anni, aut quadragenæ de pœnitentijs abſolute ſcilicet tam iniunctis quam non iniunctis, ſecundum tenorem indulgẽtiæ cõcedi intelligãtur: nam ſingula ſingulis ſuis tẽporibus debent accõmodari, niſi oppoſitũ conſtet de mẽte concedentis vt ſæpe iam dictũ eſt. Et ad hoc idẽ videtur ipſe Caie. in. 2. quodlibeto quæſito. 1. vbi ſic dicit. Indulgentia conceſſa de iniunctis pœnitentijs non abſoluit niſi de iniunctis tantum, niſi forma noua detur. Hæc ille. Quid clarius contra ſe ipſum. Ad. 2. arg. Sinus Abrææ.

¶ Ad tertiũ cõceditur illa maior ſolũ quãdo debet ferri ſentẽtia in rigore iudicij aut iuſtitiæ ſecũdum taxationẽ iuſtã eorũ quæ in tali foro cognoſcũtur et ſgũtur, alias negatur illa maior. Nũc autẽ conſtat quod remiſsio pœnarũ per indulgẽtias nõ fit in rigore iuſtitiæ neq; ſecũdũ taxationẽ meriti lucrantis indulgentias: ſed præcipue reſpectu eius cui cõceditur indulgentia eſt opus miſericordiæ et liberalitatis, vt ſupra. q. 3. dictũ eſt. Et ita nil cõcluditur cõtra. 4. oppoſitionẽ ſupra poſitam. Reſpõ. ad. 3. argu.

Quæſt.10. QVÆSTIO X. Vtrum indulgētiæ remittant pœnas præfatas, tam in foro Dei, quam etiā in foro Eccleſiæ.

¶ Reſpondeo ꝙ ſic. Probatur primo quod in foro Dei, quadrupliciter.
Ratio.1. Primo. Quia oppoſitum dicere eſt cōtra priuilegium conceſſum Petro. Matth.16: Quodcūq; ſolueris ſupér terram, erit ſolutum et in cœlo, et Matth.18. et Ioan.20. Paſce oues meas, quod intelligitur non ſolum de abſolutione culpæ, ſed etiā pœnæ, ſecundū Bonau.in.4.diſtin.20. arti.2.q.2. et Tho. et cōmuniter docto. vt ſupra. q.6. et.7. late
Ratio.2. dictū eſt. ¶ Secundo probatur idē. Quia indulgētia habet quoad ſatiſfactionē eundem effectū quē haberet pœnitētia præſertim iniuncta per ſacerdotem correſpondens tali indulgentiæ ſi talis pœnitentia perfecte expleta fuiſſet. Sed per pœnitentiā iniunctam a ſacerdote digne a pœnitente impletam ſoluitur pœna tēporalis debita, nō ſolū quo ad Eccleſiā, ſed etiam quoad diuinā iuſtitiam. Ergo et per indulgentiā. Cōſequentia patet, et maior probatur. Quia indulgētia ſuccedit loco pœnitētiæ iniunctæ et iniungendæ vt ſupra. q.9. et. q.3. dictū eſt. Itē ex cōmuni ſenſu doct. et Eccleſiæ. Ratio autē ſumpta, a cōmuni ſenſu Eccleſiæ, et doct. eſt tantæ autoritatis vt nō niſi temere oppoſitum quis ſentiat, vt de hoc late Gerſ. alphab. 17. M. N. P. et alphab. 22. C. et alpha. 36. X. et Adrian. in.4. de reſtitu. et Cōradus de contractibus. q. vlti. Mi-
Ratio.3. nor etiam patet ſecundū omnes. ¶ Tertio probatur idē. Quia ſi indulgētiæ nō eſſent niſi relaxationes ſeu remiſſiones vinculi aut præcepti Eccleſiæ de implēdis pœnitētijs a ſacerdote impoſitis. ergo decepta eſſet vniuerſitas fideliū credentiū per indulgentias nō ſolum vinculū Eccleſiæ ſed etiā ipſas pœnas corā Deo remitti: et cōceſſio indulgētiarum per Eccleſiā potius eſſet fraus nociua filijs Eccleſiæ quā pietas materna ab ipſa Eccleſia præten-
Quarta. ta. ¶ Quarto probatur idē. Quia ſic eſt per Clem. 6. in extrauag. vnigenitus. de pœni. et remi. declaratū, vbi expreſſe dicitur quod indulgentia cōceditur pro remiſſione pœnæ tēporalis &c. vt ſupra q.3. habetur et ideo nunc ſæpe pontifices in ſuis Bullis apertius dicunt explicantes quod lucrantes tales indulgentias plenarias reſtituuntur ad innocentiam baptiſmalem, quodq; ſtatim euolarēt ad cælum ſi ſtatim decederent et multa huiuſmodi, concordat latius noſter Medina de indulgentijs diſputatione.5.ca.25.

Secunda pars. SEcunda pars quod ſcilicet indulgētia remittat pœnas debitas pro peccatis etiā in foro Eccleſiæ, probatur ex ipſo tenore indulgentiarū expreſſe de iniunctis. Tum etiā quia Papa poteſt tollere vinculū Eccleſiaſticū, ex quo poteſt in omne ius humanū: et ipſe tenor indulgentiarū fauorabiliū id patitur, præſertim quia et expreſſe ſæpe ponitur in Bullis quod lucrās talē indulgentiā nō teneatur ad aliā pœnitentiā faciendā. Et quia cōmunis ſenſus Eccleſiæ et docto. ſic ſentit. Itē ad hoc facit. ca. cū ex eo. de pœn. et re. vbi dicitur ꝙ per indulgētias indiſcretas pœnitētialis ſatiſfactio eneruatur. Ex quibus verbis dicūt ſum. Ange. et Adria. in materia de indulgētijs ſecundū Panor. quod elicitur intētū. Sed certe modo inde eliciatur modo nō: tamē rationes ſupradictæ ſufficiēter id probāt.

¶ Ex omnibus ſupradictis infertur primo quod Coroll.1. nō valet illa opinio erronea dicens quod per indulgentias remittitur quidē pœnitentia debita corā Deo et Eccleſia, dūmodo ſacerdos qui eam impoſuit cōceſſerit quod per indulgētias poſsit etiā ſolui. Quam opinionē tenuit gloſſa in. ca. quod autē. de pœniten. et remiſs. et aliqui alij Canoniſtæ. Et quod nō valeat patet ſecūdum ſum. Ange. titu. indulgētia. §.1. et Supplementū Gabri. in.4. diſt.45. q.3. arti.2. propo.11. et cōmuniter docto. vbi ſupra: quia videtur arctare poteſtatem Papæ aut ſuperioris, quaſi non poſsit remittere pœnam impoſitam ab inferiore ſuo, cōtra not. in. ca. quod ſuper his. §. rurſus. de voto. Tum etiam quia videtur contra. ca. cum ex eo. de pœni. et re. in verbo eneruatur. Nam etiam cōtra voluntatem et imperium ſacerdotis poteſt pœnitens per indulgētias ſatiſfacere de peccatis coram Deo et Eccleſia. Nō enim poteſt inferior impedire beneficium principis aut ſuperioris ſui. ¶ Sed ſi præfata opinio gloſſæ intelligat quod quando indulgentia conceditur ſolum de iniunctis pœnitentijs, tunc niſi per ſacerdotem ſit aliquid ſaltem generaliter iniunctū vt pote dicendo Quicquid boni feceris &c. non valebit talis indulgentia: talis opinio eſſet vera, vt ſupra dictum eſt. q.9. propoſitio.3. ſecundum Gerſ. in regulis moralibus alphab.25.G. Quia talis iniunctio generalis eſt et dicitur quodammodo licentia ſecundum præfatam opinionem gloſſæ. Poteſt etiam forte ſaluari dicta gloſſa ſi intelligat de pœnitentia iniuncta quoad vim medicinalem vt infra in quarto corollario ſaluatur et explicatur.

¶ Secundo infertur, quod non valet illa alia opi- Coroll.2. nio tenēs quod per indulgētias remittitur quidē pœnitentia debita corā Deo et Eccleſia: ſed cōcedens onerat ſe ad ſatiſfaciendū pro illo cui conceſſit indulgentiā. Et quod hæc opinio etiā ſit falſa, patet. Quia nemo obligatur ad aliquid niſi qui animū obligādi habuit aliquo modo, ſeu qui habere tenetur ex lege aliqua vel obligatione. ff. de acti. et obliga. Nullus autē concedens indulgentias, ſe ad id obligare intendit vllo modo vt patet experientia et ſupponitur, neq; vllo iure obligatur ad hoc, vt patet, quia nō dabitur tale ius. Nam et indulgentiæ conceduntur de theſauro Eccleſiæ qui ſubiectus eſt diſpēſanti vt de eo tanquā de ſibi cōmiſſo rationabiliter diſtribuat egentibus vt ſic ſatiſfiat iuſtitiæ Dei pro egētibus ſine alia obligatione vt ſupra dictū eſt. q.3. et.4. et.5. et.7.

¶Tertio

Coroll. 3. ¶ Tertio infertur quod non valet illa alia opinio
tenens quod per indulgentiã remittitur tam quo
ad Deũ,quã quoad Eccleſiã pœna debita pro illo
peccato tantũ pro quo nõdum quis ſatiſfecit ex ne
gligentia. Non autẽ remittitur pœna quam contẽ
pſit aut noluit implere cum poſſet ſatiſfacere. Et
quod non valeat hæc opinio quoad hanc partem
negatiuam patet. Quia tenor indulgentiæ non di
ſtinguit inter illos,ergo nec nos diſtinguere debe
mus,vt eſt cõmunis regula et practica iuris: et ita
ſi quis eſt iam de peccato negligentiæ aut contem
ptus quoad culpã ſufficienter mundatus certe po
teſt per indulgentias a pœna quacunq; debita libe
rari,de hoc vide infra.q.17.et.q.30.alias rationes
dant alij doct.et ſummiſtæ ad hoc quæ mihi non
placent ideo omittuntur.

Coroll. 4. ¶ Quarto ſequitur ex dictis,quod ſi quis lucra-
tus eſt indulgentiã abſolute conceſſam plenariam
aut tot dierum vel annorũ,nõ tenetur iam imple
re pœnitentiã totidem dierum vel annorũ ſibi in
iunctam a ſacerdote, etiã ſi ſit iniuncta in pane et
aqua aut in alia graui pœnitentia,quia iam per in
dulgentiã ſatiſfecit coram Deo et Eccleſia. ¶ Sed
Lim. nota quod corollarium hoc debet intelligi et limi
tari quod quoad ſatiſfactiuã vim pro peccatis nõ
manet pœnitens obligatus talẽ pœnitentiã imple
re:ſecus autẽ quoad vim medicinalem puta ad re-
frenandũ concupiſcentias. Ideo quãdo pœnitẽtiæ
iniunguntur a confeſſore non ſolũ quoad vim ſa
tiſfactiuã ſed et quoad medicinalem:indulgentiæ
autem ſolum valeant quoad vim ſatiſfactiuam ſe-
quitur quod tunc abſolute non manet pœnitens
liber a pœnitentia iniuncta per tales indulgentias
niſi ex mẽte Papæ cõſtet oppoſitũ,et forte gloſſa
ſupra in primo corollario reprobata ſi ad hunc
ſenſum intellexit recte dixit. ¶ Et quidem quando
conceditur indulgentia plenaria abſolute non di
cendo de iniunctis &c. non videtur dubitandum
de hoc.4.corollario. At vero quando limitate cõ
ceditur indulgentia de iniunctis,tunc ſola pœnitẽ
tia vt dictum eſt iniuncta ſoluitur. q.9.propo.3.
quando vero indulgentia cõceditur abſolute qui-
dem ſed particulariter, puta quia non plenariam
ſed tot dierum aut annorũ puta quadraginta aut
huiuſmodi : tunc probabilius credo quod prædi-
ctum corollarium quartũ eſt verum: dũmodo ta-
lis pœnitens non ſit debitor coram Deo alterius
pœnæ pro ſuis peccatis quã ſit pœna illorum die
rum aut annorum. Quod ideo dico quia ſi pœni
tens ſit debitor.40.dierum iniũctorum a ſacerdo
te et etiam multorum aliorum dierum vel anno-
rum non iniunctorum,et ei concedatur indulgen
tia.40.dierum aut annorum abſolute non dicẽdo
de iniunctis,tunc dico probabilius eſſe quod ſolũ
remittitur ei corã Deo per talem indulgentiã pœ
nitentia.40. dierum aut annorum non iniuncta,
non autẽ pœnitẽtia illorũ.40.dierum iniunctorũ
a ſacerdote. Ratio huius eſt,quia illa indul.40.die
rũ abſolute conceſſa non includit neceſſario illam
aliam quadraginta dierũ iniunctorũ, Quia poteſt
valere pro pœnitẽtia aliorum.40.dierum alias de
bitorum vltra pœnitentiã quadraginta dierum in
iunctorum,quæ pœnitentia quadraginta dierum
non iniunctorum poterit ſolui per aliam viã,ergo
talis indulgentia poteſt valere pro illis quadragin
ta diebus non iniunctis manente obligatione ad
alios.40.dies iniunctos:et ſic credo eſſe verum ni
ſi de mente concedentis aliud conſtet. Et ad id fa
cere videtur cõmune dictum cõſiliumq; doctorũ,
quod ſcilicet non obſtantibus indulgentijs inſtan
dũ eſt etiã bonis operibus et ſatiſfactionibus pœni
tentialibus propter rationes quæ infra. q.40.et.
17.habentur. ¶ Sed quia indulgentia eſt interpre- Additio
tanda ſtricte vt ſupra.q.9.dictum eſt,ideo Nauar
ro in repetitione de indulgentijs nota.11.§ 18. te
net quod de iniunctis tantum eſt intelligẽda, quo
ad eos autem qui nullam habent iniunctam pœ-
nitentiã intelligitur de non iniunctis:vt conceſsio
valeat et inutilis non ſit,et ſic patet declaratio et
probatio prædictorum.

Contra ſupradicta arguitur quod per has in- Argu. 1.
dulgentias maxime quando expreſſe conce-
duntur de iniunctis non remittitur pœna de
bita corã Deo ſed ſolum quoad Eccleſiam. Quod
probatur quadrupliciter. ¶ Primo quia pœniten
tia iniuncta ab homine nõ obligat niſi in foro Ec
cleſiaſtico. Ergo ſimiliter eius abſolutio non valet
niſi in foro Eccleſiaſtico,cõſequentia patet. Quia
abſolutio eſt reſpectu eiuſdem reſpectu cuius erat
obligatio:et quia poteſtas ligandi et ſoluendi eſt
par et reſpectu eiuſdem conceſſa. Antecedens au
tem probatur. Quia Papa non poteſt obligare et
facere reum alicuius pœnæ temporalis vel æter
næ coram Dei iudicio eum qui ſecundum Dei iu
dicium non eſt reus talis pœnæ. Alioqui ligaret
non ligandum contra cõmunem gloſſam docto
rum ſuper illud Matth.16. Quodcunq; ſolueris
ſuper terrã ſcilicet ſecundum Dei iudicium &c.
Itẽ quia ſi non poteſt illam pœnam corã Deo ſeu
in purgatorio infligere.ergo nec ad illã obligare.

Secundo arguitur ad idem. Quia quando vnus Argu. 2.
et idem actus eſt debitus duplici vinculo,ſcili
cet Dei et Eccleſiæ, Eccleſia talẽ abſoluens nõ
abſoluit a vinculo Dei ſed a ſuo Eccleſiaſtico tan
tum. Nunc autem peccator tenetur abſolute ſeu
ex ſuppoſitione aut quomodolibet pro peccato
iam quoad culpam dimiſſo ad pœnitentiam tẽpo
ralem puta.7.annorũ duplici vinculo ſcilicet Dei
et Eccleſiæ vt ſupponitur,ergo per indulgentias
abſoluitur ſolum a vinculo Eccleſiæ non Dei. Cõ
ſequentia patet cum minore et maior probatur.
Quia a lege et obligatione Dei non poteſt etiam
Papa quenquã abſoluere,puta quod non teneatur
quis ſeruare mãdata aut conteri,et ſimiliter quod
non teneatur ſatiſfacere vt Deo tenetur pro pecca
tis ſecundũ Dei decretum:ſed ſolum poteſt abſol
uere a ſuo vinculo Eccleſiaſtico ratione cuius te-
nebantur implere pœnitentes pœnitentiam iniun
ctam,ſicut cum Papa relaxat alicui præceptum ie
iunij aut non communicandi cum excomunica-

tis,non concedit illi quod non impleat præceptū
diuinum vel naturale de ieiunando vel de vitādo
excōmunicatos vt oportet ad ſalutē proximi ſeu
ad vitandum periculum aut ſcandalum aliorum:
ſed ſolum relaxat et abſoluit a vinculo Eccleſia-
ſtico , ita ſcilicet quod non arctetur ſpecialiter ex
vinculo Eccleſiaſtico ad id. Ergo ſimiliter Papa
vel Eccleſia ſolum abſoluit per indulgentias a
vinculo ſuo et non a pœnitentijs debitis Deo in
foro Dei.

Argu.3. TErtio arguitur. Quia pœnitentia voluntaria
de qua Matth.3.dicitur Penitentiā agite &c.
eſt de præcepto Chriſti et de eſſentia pœnitē
tiæ ſpiritualis et per conſequens de neceſsitate ſa
lutis. Eſt enim paſsionum mortificatio et Crux
neceſſario portāda poſt Chriſtū.Luc.9. ergo nō
eſt in poteſtate Papæ vel Eccleſiæ remittere illā.

Argu.4. QVarto arguitur.Quia ſatiſfactio ſacramenta
lis non dicitur ſimpliciter ſatiſfactio quia
ſatiſfacit Deo ſecundum eius iuſtitiam , ſed
quia ſatiſfacit ſecundum ſtatuta Eccleſiæ , ergo et
abſolutio ab illa non eſt abſolutio a ſatiſfactione
ſimpliciter corā Deo debita,ſed a ſatiſfactione ſe
cundum ſtatuta aut iniunctionē Eccleſiæ. Antece
dēs probatur dupliciter,Tum primo.Quia Deo
pro culpa ſatiſfit per pœnam mortificationis pro.
prie et huiuſmodi:Tum ſecundo:quia ſicut dici-
tur abſolutio ſacramentalis tantum quæ tamē co
ram Deo non reponit hominem in ſtatu gratiæ
ſecundum opinionem probabilem beati Thomæ
et aliorum doctorum,ita de abſolutione pœnarū
videtur dicendum quod ſcilicet ſolum ſit a vincu
lo Eccleſiæ in foro Eccleſiæ tantum.

Reſp.ad.1. argu. ¶ Reſpondeo propter has rationes. Aliquī erro
nee tenuerunt id quod argumenta pretendere vi-
dentur,ſed præſatæ rationes nil concludunt. Ideo
ad eas reſpondeo. Ad primū negando antecedens
et conſequentiam,et ad primam antecedentis pro
bationem, quod ſcilicet Papa nō poteſt obligare
et facere reum &c.reſpōdeo ſi intelligat quod Pa
pa nō poteſt iniuſte facere reum,ſeu obligatū corā
Deo eum qui non eſt reus corā Deo, tunc cōcedi
tur quidē ſed nil probat cōtra nos. Nos enim nō
intēdimus ſic dicere quod Papa poteſt iniuſte face
re reum corā Deo ſeu obligare &c.Sed intēdimus
dicere quod Papa vel Eccleſia poteſt iuſte obliga
re corā Deo eum qui poteſt aut debet iuſte ligari
corā Deo:quāuis alias non obligaretur corā eo ſi
talis diſpoſitio Eccleſiæ obligantis non ſuperueni
ret. Et hoc adhuc intelligitur non quidē ſic quod
directe et immediate Eccleſia liget ſeu obliget vo
lendo quod ſit obligatus corā Deo:ſed mediate et
indirecte.ſ.non remittendo auctoritatiue obliga-
tionē qua quis Deo tenetur,aut precipiendo ali-
quid per cuius tranſgreſsionē quis maneat obliga
tus ſeu reus culpæ aut pœnæ corā Deo et nō ſolū
corā Eccleſia.Sic ad propoſitū quoad pœnas iniū
ctas per Eccleſiam dico, quod quædam ſunt ſim
pliciter appoſitæ ab homine ſeu canone,vt exco-
municatio ſeu carcer et huiuſmodi,et hæ nō obli
gant niſi in hac vita dum homo eſt de foro Eccle
ſiæ vt patet.Quædam autem ſunt determinantes
qualitatiue ſeu quātitatiue pœnas alias ſecundum
Deum aut canonem Eccleſiæ indeterminate ſup
poſitas:et iſtæ pœnæ obligant partim in foro tā
tum Eccleſiæ,pro quanto quis nō tenetur niſi in
hac vita implere illas qualitates pœnarū puta ieiu
nando aut dando eleemoſynā et huiuſmodi: par-
tim ſimpliciter apud Deum,pro quanto ſi nō ſe-
cundum iniunctas qualitates ſatiſfecit tenetur ſa-
tiſfacere ſecundū diuinam iuſtitiam in alia vita in
alia pœna æquiualēte pro tota illa pœna quæ eua
cuata fuiſſet ſi ſecundum iniunctas pœnitentias ſa
tiſfeciſſet. Et ſic patet quod Eccleſia per pœniten
tiā ſacramentalem poteſt obligare et obligat in fo
ro Dei et ſimiliter abſoluit in foro Dei. ¶ Ad aliā
probationē prædicti antecedentis, quod.ſ.ſi non
poteſt illam pœnā infligere,ergo nec ad eam obli
gare. Reſpōdeo negando antecedens et conſequē
tiā quia licet Eccleſia ex ſe immediate et directe ſi
ne autoritate ſuperioris Dei non poſſe infligere
talem pœnā purgatorij aut inferni , et per conſe-
quens non poſsit ad illā illo modo obligare:tamē
ſicut poteſt autoritate Dei aliquo modo infligere
talē pœnam exequendā per alium,ita poteſt auto
ritate Dei ad illā obligare modo ſupradicto. Sicut
et iudex delegatus aut ſubordinatus ab Imperato
re ſeu a Papa poteſt obligare ad pœnā aliquam in
fligendā ab alio autoritate Papæ vel Regis et nō
a ſe ipſo. Sic in propoſito. Quia ſic Eccleſia obli
gat ad culpam mortalem,id eſt ad aliquid ſub pec
cato mortali,et ad pœnā æternam ſecundum cō-
muniter doctores contra Gerſon.de vita ſpiritua
li lectione.4.corol.1.et oppoſitum tenere eſt erro
neum:ideo illa negatiua poſita in antecedente et
conſequente negans omne modum eſt falſa.

¶ Item etiam ſi concederetur antecedens prædicti
primi argumenti principalis tamen negatur cōſe
quentia quando quis haberet poteſtatē abſoluen
di ab aliqua culpa vel pœna,ad quā obligare non
poſſet eo modo quo eſt contracta illa obligatio.
vt patet. Quia ſacerdos ſacramentaliter abſoluit a
culpa tranſgreſsionis alicuius præcepti diuini vel
humani ad quod ipſe obligare non potuit neq;
princeps. Patet etiā. Quia ad culpā per ſolū actū
interiorem contrahendā non poteſt Eccleſia obli
gare,ſicut nec ad ipſum actum purum interiorem
nullam dependentiam aut connexionem haben-
tem ad exteriorem actum ſeu omiſsionē, vt tenet
opinio ſatis cōmunis,quæ pro nunc ſupponatur:
licet ergo probabilius et forte verius credā quod
poteſt Eccleſia precipere et prohibere et punire
actū purum interiorē,de quo alias latius. et tamē
tali culpa remiſſa per contritionem,poteſt Eccle
ſia abſoluere per indulgentias a pœna temporali
Deo debita propter illam culpam:quia ad hoc ha
bet poteſtatem et non ad aliud:ſicut et per ſacra-
mentum poteſt abſoluere ab illa culpa. Et ſic
reſpectu eiuſdem culpæ et pœnæ eſt obligatio et
abſolutio,ſed non ab eodem nec eodē modo obli

gante

gante et abſoluente. Hoc enim non oportet quod ſit idem obligans et abſoluens ſeu quod eodem modo quis abſoluatur quo fuit obligatus, vt patet et dictum eſt. Quia datur poteſtas ad alterum ſeu altero modo et non ad aliud ſeu non alio modo. Sicque patet quod licet ſit par poteſtas ligandi et ſoluendi, etiam reſpectu eiuſdem quoad materiam, ſcilicet quoad culpam et pœnam. Matth. 16. Quodcunque ſolueris &c. Non tamen eſt par quoad omnem modũ. Nam peccata quomodocunque contracta ſcilicet a Deo vel Eccleſia obligante ſacerdos tollit directe quoad culpam miniſterialiter per ſacramentum; ita quod abſoluendo facit de peccatore iuſtum: non poteſt tamen ſic directe miniſterialiter ligando facere de iuſto peccatorem coram Deo. Sicque alio modo ſoluit quã ligat ſacerdos quoad culpam. Similiter quoad pœnas alio modo Papa ſoluit quam ligat: abſoluit enim directe miniſterialiter per ſacramentalẽ abſolutionem et per indulgentias a pœnis Deo debitis. Ligat autem ad pœnam ſicut ad culpam indirecte tantum ſcilicet vel non remittendo ex iudicio Clauis, vel præcipiendo aliquid cuius tranſgreſsio conſtituit peccatorem et debitorem pœnæ coram Deo vt ſupra dictum eſt.

Reſpõ. ad 2. argum.

¶ Ad ſecundum argumẽtum principale Reſpõdeo diſtinguendo maiorem. pro quo nota quod abſoluere ſtat dupliciter. Vno modo per viam licentiæ, vt ſit idem quod licentiare ne quis iam teneatur aut ne faciat id quod præceptum eſt ei. Alio modo ſtat abſoluere per viam remiſsionis ſeu indulgentiæ debito culpæ aut pœnæ iam contracto, ita quod eſt remiſsio debiti iam contracti.

Abſolutio per viam licentiæ et per via remiſsionis differunt.

¶ Et differunt iſti duo modi abſolutionis. Nam primus ſcilicet abſolutio per viam licẽtiæ eſt cõmunis omnibus principibus tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, dũ quilibet poteſt ſoluere que ligauit præbendo licẽtiam ſubditis aliquibus, ne teneantur talia ſua præcepta implere. Poteſt enim princeps relaxare generaliter quoad omnes aut particulariter quoad aliquem ex cauſa obligationem vnius præcepti iuris ſibi ſubiecti. Abſolutio autem ſecundo modo per viam remiſsionis debiti iam contracti quoad culpam ſeu pœnam eſt peculiaris B. Petro et ſucceſſoribus, conceſſa ex ſpeciali priuilegio diuino Matth. 16, 18, et Ioan. 20. Vt ſupra. q. 6. et. 7. Dictum eſt, et ita differt a communi poteſtate principum per viam licentiæ ſupra dictam: ad quam non eſt opus ſpeciali priuilegio diuinitus collato ſed ſtatim vt quis eſt princeps habet illam poteſtatem per viam licentiæ ſuper præcepta ſua aut iuris ſibi ſubditi. Item abſolutio hæc ſecundo modo ſpecialiter Petro cõceſſa habet pro materia ea quæ ſunt regni cœlorum, Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum &c. Et ſpecialiter culpas et pœnas Deo debitas pro culpa, vt patet Matth. 16. Quodcunque ſolueris, & Matth. 18, et Ioan. 20. vt ſupra dictum eſt et. q. 6. habetur, et ita differunt illi duo modi abſolutionis. ¶ Nunc iſtis ſuppoſitis reſpondeo ad ſecundum argumentum concedendo maiorem, quod ſcilicet non abſoluit abſolute a præcepto ſeu obligatione diuina primo modo abſolutionis ſcilicet per viam licentiæ: Quia non poteſt abſolute licentiare ad libitum vt quis non teneatur implere Dei præcepta: ex quo non habet poteſtatem abſolute ſupra Dei legem aut ſuper ius diuinum, neque ad eius diſsipationem ſed conſeruationẽ. quo non obſtante bene poteſt ex cauſa rationabili diſpenſare etiam relaxando obligationem iuris diuini ortum habentis ad obligandum ex ſuppoſitione noſtræ voluntatis, puta in votis et iuramẽtis et huiuſmodi ſecundum communiter doctores, de quo alias latius agendum eſt. Poteſt enim Eccleſia determinare ius diuinum indeterminate poſitum, vt preceptum diuinum de confitendo. de obſeruantia ſabbati et huiuſmodi vt proxime dicetur, Sed intelligendo de abſolutione ſecundo modo per viam remiſsionis debiti iam contracti, negatur illa maior. Quia Eccleſia habet autoritatem ex ſpeciali priuilegio diuino, Matth. 16 18. et Ioan. 20. Ad abſoluendum hoc modo a debito peccatorum quoad culpam et pœnam iam contracto, vt ſæpe iam ſupra dictum eſt. Neque hoc eſt poſſe ſupra ius diuinum: ſed eſt miniſterialiter fungi auctoritate diuina modo predicto ſibi conceſſa. Sicque nil valet conſequentia neq; probatio illius maioris quia procedit de abſolutione primo modo per viam licentiæ accepta. Pro cuius etiam declaratione nota quod quando Deus precipit quid indeterminate puta confeſsionem, et Eccleſia inſuper determinando modum et tempus et cui debeat fieri illa confeſsio precepit etiam ipſam confeſsionem diuino precepto iam iniunctam: quanuis ſit alia obligatio: non tamen precipitur alia ſeu iterata confeſsio. Sed eadem vna omnino numero confeſsio quæ prius indeterminate eſt iure diuino præcepta præcipitur determinate quoad tempus et modum &c. ab eccleſia: ita ꝙ nõ tenemur bis cõfiteri vt ſemel ſatisfaciamus vinculo precepti diuini, et iterũ vt ſatisfaciamus vinculo precepti Eccleſiæ: ſed ſemel cõfitẽdo vt determinauit Eccleſia ſatisfit vtrique precepto: quia eſt vnica tãtũ cõfeſsio ſed duplici vinculo nobis iniũcta. Et quanuis Eccleſia poſsit tollere ſuũ vinculũ nõ tamẽ vinculũ precepti diuini vt dictũ eſt. Sic in propoſito dico ꝙ in penitẽtia debita pro peccato ſecundũ iudiciũ aut ius diuinũ, quãdo Eccleſia per ſacerdotẽ vel per canonẽ iniungentẽ tali vel tali modo puta tot diebus in pane et aqua etc. pœnitentiã illã determinate pagẽdã precipit aut ſtatuit, tũc vnica tãtũ pœnitẽtia debita eſt ſed duplici vinculo diuino quidẽ indeterminate Eccleſiaſtico aũt determinate. Ideo ſicut pœnitẽs faciẽdo pœnitẽtiã illã vt Eccleſia determinate precipit aut ſtatuit ſatisfacit vtriq; vinculo Dei et Eccleſiæ: ita Eccleſia abſoluendo per viam remiſsionis ab huiuſmodi pena canonica abſoluit a pena ſimpliciter, Quia a pena et a qualitate ſeu determinatione eius abſoluit.

Qui enim abſoluit a toto,abſoluit a qualibet eius parte. Et ita dato quod Eccleſia non liget niſi ad pœnā Canonicā,nec abſoluat niſi a Canonica,ad huc tamen bene habetur quod ligat et abſoluit coram Deo,a pena ſimpliciter debita pro pecca-to,ex quo ad id habet auctoritatem vt dictum eſt.

Replica. ¶ Si replicetur quod Deus precepit nobis ſatiſfa-cere,aut velle ſatiſpati hic, vel in purgatorio pro peccato iam quo ad culpam dimiſſo.Nunc autem ab impletione precepti diuini non poteſt Eccleſia abſoluere per viam licentiæ. Vt ſupra dictum eſt, ergo non poteſt Eccleſia per indulgentias abſol-uere a debito penarum.Patet conſequentia.Quia abſoluere a debito penarum ſeu eas remittere co ram Deo per indulgentias nil aliud eſt quam ho-minem liberare ne teneatur implere preceptū de ſatiſfaciendo Deo,et per conſequens eſt abſolue-re per viam licentiæ a precepto diuino, quod nō poteſt facere Eccleſia vt dictum eſt.

Reſpōſio. ¶ Reſpondeo vno modo negando maiorem. Quia Deus proprie loquendo non precepit ne-que obligauit nos abſolute per viam precepti ad ſatiſfaciendum ſeu ſatiſpaciendum hic vel in pur gatorio,ita quod ſi non ſatiſfacimus peccemus de nouo.Sed ſtatuit nos non intraturos cœlum niſi prius ſoluamus debitum pœnæ ſatiſfaciendo per nos vel per alios aliquomodo,vt ſupra.q.5.habe-tur in reſponſione ad octauum argumentū princi pale:vel ſatiſpaciendo in purgatorio,et conſuluit nobis ſatiſfacere vt habetur Matth. 3. Facite fru-ctus dignos pœnitentiæ:et precepit nobis vt acce ptaremus predictum Dei decretum de ſatiſfacien do hic vel ſatiſpatiendo in purgatorio vt dictum eſt.

Altera re-ſponſio. ¶ Alio modo tenendo quod eſt preceptum de ſatiſfaciendo aut acceptando ſatiſfacere vel ſatiſ pati hic vel poſt per nos vel per alios Matth.3.Fa cite fructus dignos penitentie,vt ſupra.q.5. Re-ſpondeo negando conſequentiam.et ad eius pro bationem negatur quod remittere penas ſit ho-minem liberare aut licentiare ne teneatur imple-re preceptum,aut ſit abſoluere per viam licentiæ. Dico enim quod potius eſt de theſauro Eccleſiæ applicare ſoluere et ſatiſfacere pro eo , et facere ꝙ ille impleat preceptum de ſatiſfaciēdo per ſe vel per alium vt ſupra.q.5.q.9.et.q.3.et.q.4.et.7.La te dictum eſt et ſupra in principio huius queſtio nis quod indulgentia ſuccedit loco ſatiſfactionis debitæ.

Reſponſio ad.3.argu. ¶ Ad tertium argumentum Reſpondeo ſecun-dum Adrianum vt habetur ſupra q.5. in reſpon-ſione ad octauum argumentum in reſpōſione ad ſecundam rationem,quod illud Matth.3.peniten tiam agite &c.Loquitur de penitentia interne cō tritionis efficacis ad ſalutem,non autem de ſatiſfa ctione pœnarum.Quod ſi etiam de penitentia ex teriore intelligatur quod eſt neceſſaria : dico hoc eſſe verum prout talis pœnitētia exterior et mor tificatio et crux eſt medicinalis curatiua ſeu pre-ſeruatiua peccati:quia vt talis non poteſt ſupple-ri per indulgentias:quatenus autem ſatiſfactoria be ne poteſt ſuppleri per indulgentias vt dictum eſt.

Reſponſio ad.4.arg. ¶ Ad quartum argumentum Reſpondeo ad an teeedens quod ſatiſfactio ſacramentalis dicitur ſa tiſfactio ſimpliciter.i.vere et plene coram Deo et Eccleſia:dum modo agens illam ſit recte diſpoſi-tus ſeu recte illam agat:et non eſt ſatiſfactio dimi nute aut ſecundum quid coram Eccleſia tantum: quanuis aliquando non ſit ſatiſfactio ſimpliciter. i.totalis ſed partialis tantum:quando ſcilicet non eſt impoſita tanta penitentia ſacramentalis quan ta requirebatur quoad Deum. et ad primam pro-bationem antecedentis quod. ſcilicet Deo ſatiſfit per mortificationem propriam &c. Iam reſpon ſum eſt ad tertiū argumētū immediate precedēs.

¶ Ad aliā probationē de abſolutione ſacramentali tantū et nō fructuoſa quoad culpā &c. Reſpōdeo, ſuppoſita illa opinione probabili conceditur an-tecedens illud:ſed negatur conſequentia ſi intelli gatur vniuerſaliter de omni pena Eccleſiaſtica. Quod ſcilicet abſolutio ab ea intelligatur ſolum et valeat in foro Eccleſiæ ſimiliter et iniunctio. Hoc enim eſt falſum vniuerſaliter.Nam aliqua in iunctio penitentie eſt ſolum valida in foro Eccle ſiaſtico et ſimiliter eius abſolutio,vt excommuni catio,carcer &c. Aliqua autem eſt coram Deo et Eccleſia vt ſupra dictum eſt in reſpōſione ad pri mum argumentum,et ratio huius diuerſitatis et negationis conſequentie eſt. Quia in abſolutio-ne ſacramentali culparum non poteſt Eccleſia fru ctuoſe coram Deo abſoluere niſi ſufficienter diſ-poſitum ad gratiam ſuſcipiendam per ſacramen-tum , qualis non eſt is qui ſolum ſacramentaliter abſoluitur:ſi enim eſſet debite diſpoſitus ad gra-tiam tunc etiam quoad Deum fructuoſe abſolutus eſſet.In abſolutione autem penarum per indulgē tias coram Deo quilibet exiſtens in gratia vt ſup-ponitur ad lucrandam indulgentiam faciēs quod Eccleſia imponit ſecundum tenorem indulgen-tiæ eſt ſufficienter diſpoſitus ad eam lucrandum: et per conſequens vt fructuoſe abſoluatur a ſuis penis debitis quoad Deum et Eccleſiam.

QVÆSTIO.XI.

Quæſt.11. Vtrū ſit aliqua differentia inter indulgētiam plenariam pleniorem,et pleniſſimam et Iubileum: et quid importetur per hęc nomina et per illa alia, ſcilicet Carena, Quadragena,Septena.

Propoſ.1. ¶ Reſpondeo per duas propoſitiones quarū pri ma eſt. ¶ Quanuis olim aliud eſſet indulgētia ple naria plenior et pleniſſima et Iubileum nunc autē ex ſtilo curiæ quantum attinet ad rationem indul gentiæ hæc omnia idem ſunt.Probatur.Quia do ctores antiqui et moderni diuerſimode loquuti

ſunt

ſunt de iſtis, vt patet ex Palud. in. 4. diſt. 20. q. vlti. et Supplementum Gabrielis in. 4. diſt. 45. q. 3. art. 1. nota. 3. et. 4. Et Adrianus eſt ad idem in materia de indulgentijs, et cõmuniter doctores, vt innuitur extrauaganti Bonifacij octaui, Antiquorum, de pœni. et re. vbi dicit quod non ſolum plenam et largiorem ſed et pleniſsimam indulgentiã concedit euntibus Romã de quinquageſimo in quinquageſimum annum. Vbi patet tunc tẽporis differentiam fuiſſe inter plenam pleniorem ſeu largiorem et pleniſsimam indulgentiam, quodq; ſtilus curiæ tunc differentiam ponebat. ¶ Sed quæ differentia eſt ſeu erat inter prædicta? Reſpondeo non conſtat de hoc, vt ait Supplementum vbi ſupra dicẽs quod niſi adſit declaratio Pape aut alias per conſuetudinem aut per ſtilum curie non poteſt haberi perfecta certitudo de hoc: ex quo nomina ſunt ad placitum et diuerſi ſummi Pontifices et in diuerſis temporibus ijdem Pontifices nõ eodem modo vſi ſunt et vtuntur his vocabulis. Nã Bonifacius. 8. in dicta extrauagã. antiquorum. innuit differentiam inter plenam pleniorem et pleniſsimam vt dictum eſt, Innocen. autẽ. 3. iubileũ nominat plenariam, quandoq; etiam pleniſsimã indulgentiam, Alexand. Pleniſsimam. Et nũc etiã indifferenter accipiuntur, pro eodem, et ita nõ ſatis conſtat de hoc. Quod etiam patet per opiniones quæ in hoc fuerũt tres quas etiam refert Supplementum vbi ſupra et Palud.

1. Opinio. PRima opinio eſt, quod indulgentia plenaria dicebatur reſpectu pœnitẽtiæ iniũctæ a ſacerdote pro mortalibus tantũ. Plenior autem reſpectu iniunctæ pro mortalibus et venialibus: et ſic communiter tenebatur olim. et de iubileo nil dicit Palud.

2. Opinio. SEcunda opinio aliorum eſt quod indulgentia plenaria erat de penitẽtijs a ſacerdote iniũctis pro peccatis tantũ confeſsis mortalibus et venialibus: plenior autem erat de iniunctis et de iniungendis pro confeſsis tantum. Pleniſsima vero erat de omnibus iniunctis et iniungẽdis pro mortalibus et venialibus confeſsis et etiam inculpabiliter oblitis et ignoratis. Iubileus erat idem quod indulgentia pleniſsima, ſed ſuper addebat quod tunc concedebatur a Papa facultas confitendi et abſoluendi per quemcunque idoneum ſacerdotem ab omnibus peccatis etiam reſeruatis et excommunicationibus. Ratio huius eſt quia ſic erat ſtilus curiæ tunc cui in hoc eſt ſtandum, et quia Bonifacius. 8. in prædicta extrauagante. antiquorum. ſic innuit modo prædicto.

3. Opinio. TErtia opinio aliorum eſt quod indulgentia plenaria eſt reſpectu pene mortaliũ tantũ. Plenior reſpectu penæ mortaliũ et venialiũ. Pleniſsima autem reſpectu etiam culparum venialium. Hanc opinionem refert et nõ aſſerit ſed opinatiue et dubitatiue eam tenet Palud. Vbi ſupra cum alijs: et videtur hæc opinio ſupponere quod aliud eſt remiſsio culpæ venialis aliud remiſsio pœnæ eius, vt tenet Thomas et multi alij doctores communiter. ¶ Probatur hæc opinio quoad plenam et pleniorem. Quia poteſt remitti pena debita mortali non remiſſa pena debita culpæ veniali: ſicut et culpa mortalis poteſt remitti non remiſſa culpa veniali: ſicut et poteſt ſolui pena temporalis debita vni peccato tam mortali quam veniali non remiſſa aut non ſoluta pena alterius peccati mortalis aut venialis.

¶ Quod autem pleniſsima ſit reſpectu culpæ venialium probatur a Palud. vbi ſupra. Quia videtur quod per indulgentiam vt habet rationem cuiuſdã abſolutionis remittitur veniale quoad culpam: ſicut et per confeſsionem generalem nõ ſacramentalem: ſed ad hoc requiritur contritio. Et quantum ad hoc poteſt ſaluari et intelligi quod dicitur in dicta extrauagã. Bonifa. 8. antiquorum de pœni. et re. quod ſecũdum quod magis vel minus deuote. i. contrite de peccatis vnuſquiſq; accederet eo magis vel minus plene recipit indulgẽtiam. Quæ verba dicit Palud. quod non poſſunt intelligi de plenaria remiſsione penæ pro mortalibus tantum: ſed ſolum de remiſsione culpæ quã Papa ad plenum remittere non poteſt niſi homo ad plenum conteratur, ſed ſicut imperfecta contritio de ſe fit perfecta accedente ſacramento pœnitentiæ quoad culpam mortalem remittendam: ita ait Palud. ibidem quod aliqua contritio ſeu diſplicentia quoad culpam venialem non eſſet ſufficiens nec plena, quæ quidem tamen adiuncta cũ Papali abſolutione quæ eſt ſæpe in Indulgentia ſeu cum benedictione Epiſcopali efficitur plena et ſufficiens ad remiſsionem culpæ venialis. Et quia in indulgentia pleniſsima ſemper adeſt illa abſolutio papalis, cum qua leuis diſplicentia inſufficiens de ſe fit ſufficiens ad remiſsionem culpæ venialis: ideo dicit quod indulgentia pleniſsima eſt reſpectu etiam culpæ venialis vt dictũ eſt. ¶ Et per conſequens ait Suplementum quod Paludes debet concedere ſecundum hanc ſuam viam quod qui habet contritionem ſufficientẽ de mortalibus tantum, ſi ei conceditur indulgentia pleniſsima, tunc per eam habet remiſsionem a culpa omnium venialium etiam a pena omnium mortalium et venialium: quia pleniſsima indulgentia includit plenam et pleniorem ſecundum hanc viam.

¶ Sed certe vt ait Adrianus in quarto de indulgentijs hæc opinio et declaratio ipſius Palud. videtur deficere in multis præcipue in tribus. Refutatio 3. Opinio.

¶ Primo quod illa gloſſa extrauagantis prædictæ vbi deuote gloſſatur, ideſt, contrite eſt diſſona ipſi vocabulo et eſt mere voluntaria. Nam deuote non eſt idem quod contrite, vt ex verbis ipſius extrauagant. innuitur et latius habetur infra quæſtione 9. et quæſtione. 32. quomodo debeat intelligi. Primo. ¶ Secundo deficit. Quia dicit quod aliqua contritio culpæ venialis ſit inſufficiens ad talis culpæ remiſsionem. Hoc non videtur rationabile: quia ſi contritio eſt quantumcunque parua ſit delet omne peccatum Secundo.

de quo

de quo talis contritio habetur particulariter aut generaliter:quanto magis quod ad delectionem culpæ venialis ſufficit attritio quæ eſt diſplicẽtia aliqua non attingens perfectionem contritionis: niſi forte Palud. contritionem extendat ad quamcunque peccati diſplicentiam.

Tertio. ¶ Tertio deficit. Quia dicit quod abſolutio papalis aut benedictio Epiſcopalis facit plenam contritionem eam quæ non erat quodq; facit de attrito contritum. Certe hoc videtur difficile immo et impoſsibile de lege. Quia hoc vix reſeruatur ſacramentis in lege gratiæ duntaxat, et quia abſolutio papalis quam per indulgentias impẽdit Papa preſupponit ſtatum gratiæ,ſolumq; concedit pleniſsimam remiſsionem vere penitentibus et confeſsis,vt conſtat in dicta extrauagañ. antiquorum. Ideo propter hæc inconuenientia forte ipſe Paludenon poſuit aſſertiue prefatam tertiam opionẽ.

Opinio.4. QVarta opinio quã tenet Nauarr. in repetitione de indulgentijs notabili.9. eſt, quod indulgẽtia dicitur plenaria que totã penã iniunctã vel iniungendã pro confeſsis tantum tullit. Plenior que totam penã omnibus mortalibus confeſsis debitam tollit,etiam ſi non ſit iniuncta nec etiam in ſacramento iniungenda pre ſua magnitudine et ipſius peccatoris indiſpoſitione vel quia alias Iniungere totam penitentiam non expedit ſed vel hic vel in purgatorio ſoluendam reſeruare. Tota inquam pena hec omnibus mortalibus confeſsis debita remittitur per indulgentiam pleniorem et non per plenariam tantum. Pleniſſima vero dicitur que totam penam mortalibus et venialibus tam confeſsis quam etiam non confeſsis debitam remittit aut tollit. Ratio huius opinionis eſt. Quia cum plenum vno reſpectu poſſit eſſe altero plenius: et conceſſo primo non cõceditur ſecundum : ſit vt niſi predicto modo non ſatis fiat literis Pontificalibus et extrauagantibus ſupra dictis. Antiquorum et vnigenitus. concedẽtibus indulgentiam plenariam,pleniorem atque pleniſsimam , et differentiam inter eas indulgentias facientibus. ¶ Sed hæc opinio forte eſſet vera quando tenor antiquus et ſtilus ille vigebat:nunc autem mutato ſtilo curiæ ipſi et practice vigenti ſtandum eſt vt proxime dicetur.

5.Opinio. QVinta opinio in qua tandem videtur probabiliter ſtandũ , eſt quod quo ad rationẽ indulgẽtie que eſt remiſsio penarũ pro peccatis idẽ eſt Indulgẽtia plenaria, plenior et pleniſsima et iubileus. Cum hac quinta opinio. concordat expreſſe Soto in.4.diſt.21.q.2.art.1.et noſter Medina de indulgentijs. Et illa forma concedẽdi indulgẽtiam plenariam,pleniorem et pleniſsimã, potius valet ad tollendum ſcrupulos qui ex varietate predictarum opinionum oriri poſſunt,quam ad differentiam aliquam earum indulgentiarũ denotandum. Quia hec omnia important remiſsionem omnium pœnarum omniũ peccatorũ mortalium et venialium, tam de iniunctis quã de non iniunctis:tam de confeſsis quam de non confeſsis quomodocunq;. Et hoc habet veritatem quando ſic abſolute ſine vlla limitatione conceduntur ſecus ſi limitate expreſſe cõcedatur de iniunctis aut de confeſsis,quia de illis tantum intelligitur talis indulgentia etiam pleniſsima aut iubileus ſic limitate conceſſus. Quamuis iubileus raro cum limitatione aliqua ſed abſolute ſepius fere conceditur.

¶ Dictum eſt quod quoad rationem indulgentiæ prædicta omnia ſunt idem. Quod ideo dictũ eſt: quia quoad aliud videtur iubileus aliquid aliud importare. Nam quando ſimul cum indulgentia plenaria abſolute conceſſa concedit etiam Papa quod quis poſsit abſolui ſacramentaliter de omnibus caſibus excommunicationibus et peccatis: tunc ſolet dici iubileus et non aliter, vt ait Ioannes de Annania in tractatu de indulgentijs,et cõcordat Florenti. prima parte.titul.10.ca 3. §.3.6. et Supplemẽtum Gabrielis in. 4. diſt.45.q.3.art.1.nota.1.et.3.et art.2.conclu.9.et.11.et Silueſter tit.indulgentia.q.10.part.1. ¶ Ratio horum omnium eſt,quia ſic nunc habet ſtilus curiæ Romanæ,cui in hoc ſtandum eſt,et ſic habetur in multis literis papalibus his temporibus modernis cõceſsis. ¶ Similiter habet ſtilus curiæ et conſuetudo optima legum et conceſsionum interpres , quando Papa concedit quod quis poſsit abſoluĩ plenarie ſacramentaliter,concedit etiam indulgẽtiam plenariam poſſe concedi.

Iubilei vſus quo tẽpore inceperit. ¶ Si queras quando incœpit vſus iubilei generalis?reſpondeo ſecundum Florent. vbi ſupra. §. 6.et.7.ex Ioanne Andr. et communiter doctores: quod creditur incœpiſſe a tempore Bonifa.8 circa annum domini.1300. vt habetur in extrauagan. antiquorum de pœn. et re. ſed de hoc ſupra q.5. latius habetur.

Additio. ¶ Iubileus autem dicitur ſecundum prædictos doctores,a Iobel Hæbraice quod latine eſt initiũ: inde iubileus ideſt initians, quia in lege veteri in illo anno Iubilei incipiebant libertates poſſeſsionum et ſeruitutum et remiſsiones offenſarum, omniaq; redibant ad ſuum priſtinum ſtatũ, vt habetur Leuit.25.et ideo tunc fiebat magnum gaudium et iubilus liberatorum a ſeruitutibus antiquis. ¶ Vel potius dic quod Iobel Hebraice eſt idem quod Buccina latine : quia tempore iubilei Hebrei clangebant Buccinis vt Leuit.25. Et habetur in interpretationibus Bibliæ emendatis. Inde etiam per analogiam a predictis et ethimologiam latinam poteſt etiam Iubileus dici a Iubilo quia per iubileum homini ſpiritualiter renouato et ad gratiam baptiſmalem reducto eſt gaudium magnum conſcientiæ et cordis et oris iubilatio et gratiarum actio laudumq; perſonatio ſecundum illud Pſalmi.80. Buccinate in Næomenia tuba , in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Et huic fauere videtur predicta extrauagans,vnigenitus. de pœ. et re. et quod Iobel interpretetur initium ait gloſ. interli. Leuit.25. Et hiſto. ſcholaſt. Gẽ.14. quod autem interpretetur Buccina ait Nico. lyr. Leuit.25. et Alexandrinus in ſum. de peni. diſt.7. et Tur

cremata vero vbi ſupra dicit iobileum idem eſſe quod remiſsiuum. Nunc autem vulgo dicimus iubileum corrupta litera.o.vt etiam Iſidorus lib.3. ethimolog.loquitur.

Propo.2. ¶ Secūda propoſitio illa nomina Carena, Quadragena, Septena, quæ ponuntur in iure canonico et in bullis, aliquando ſunt nomina indulgentiarum tollentium tantam vel tantam penam ſignatam per Carenam, Quadragenam, Septenam: et ſic communiter ſumuntur in bullis indulgentiarum. Aliquādo autem ſunt preciſſe nomina penarum et ſic communiter ſumuntur in iure communi. ¶ Probatur ſecundum Supplementum vbi ſupra: Primo de Carena quod ſit nomen pœnæ. Pater de accu.ca. Accuſati. Et de ſponſa duorum ca. accepiſti. Vbi Carena dicitur tempus quadraginta dierum in pane et aqua cum ſeptem ſequētibus annis. Et gloſſa in dicto ca. Accuſati. dicit ꝙ Carena eſt vocabulum Longobardorū ſic dictum a carentia hominum, quia acturi illam penitentiā quaſi ſolitarij ſecludebantur a populis ſicut. nu.12 legitur de Maria ſorore Aaron. Et hec penitētia regulariter infligebatur pro quolibet mortali. 33. q.2.hoc ipſum. Quandoq; vero pro qualitate criminis ius maiorem penitentiam imponebat, vt. Hoſtienſis.titu.de pœ.et re.multos caſus ponit: et poterat ſacerdos ex cauſa eam abbreuiare et determinare certos dies et modum.33.q.2.et de hac pena que dicitur Carena habetur diſt.50.ca. in capite, et videtur quod Carena complectitur quadragenam dierum et ſeptenam annorum vt patet ex dictis. ¶ Quod aūt carena ſit ēt nomē indulgētiæ, patet in literis papalibus vbi conceditur Carena indulgētiæ: tunc enim per talē indulgentiā cōceditur tempus quadraginta dierum et ſeptē annorum penitentiæ, ad quam ex vi Carenæ quo tenebatur quando erat nomen penæ vt dictū eſt. Igitur Carena eſt tempus quadraginta dierum et ſeptem annorum penitentiæ aut indulgentiæ.

¶ De Quadragena vero et Septena etiam dico quod aliquando ſunt nomina penæ, quando ſcilicet in iure canonico inueniuntur: aliquando ſunt nomina Indulgentiæ vt in literis papalibus indulgentiarum. Nam notat Iacobus Cardinalis in ſuo tractatu de indulgentijs, et vnde id ſumpſerit neſcio niſi forte ex geſtis ſummorum Pontificum, ꝙ Clemens Papa primus primo inſtituit quadragenam per quam ſignificatur tempus penitētiæ quadraginta dierum, et ſeptenam per quam ſignificatur tempus penitentiæ ſeptem annorum. Nā ſtatuit quod peccatores pro mortali excluderentur ab Eccleſia et pœnitentiam agebant nudo capite aſperſo cinere per illos quadraginta dies, et deinde iniungebatur eis penitentia ſeptēnalis per ſacerdotem, et Innocen. Primus iniungebat pro vno mortali ſeptēnariam modo certo peragendā que dicebatur ſeptena aut ſeptenaria Innocentij, quia forte etiam tunc Papa vel ſacerdos aliud determinabat quid illis diebus erat per hebdomadam a tali peccatore faciendū. Et ſic patet ꝙ et quomodo quadragena et ſeptena ſunt nomina penarū. Sunt autem nomina indulgētiarum in literis papalibus quando conceditur quadragena indulgētiæ ideſt, quadraginta dierum et ſeptena ideſt ſeptem anni indulgentiæ vt dictum eſt. Palud.in.4. diſt.20.q.4.artic.2.conclu. 4. vtitur illo nomine quadragena vt eſt indulgentia quadraginta dierum tantum nil ſuperaddendo de ſeptenali penitentia ſubſequenter ei adiuncta vt ſupra dictū eſt. Forte illa nomina olim ſic fuerunt in vſu: nunc autem vt dicit Palud. non ſunt in vſu quia hec cū tempore variantur, hec Supplementum Gabriel ſra vbi ſupra.

¶ Sed quare in aliquibus bullis conceduntur vltra indulgentiam plenariam tot dies vel quadragenæ de indulgentia ſi indulgētia plenaria remittitur tota pena? ¶ Reſpondeo tum primo, vt ſit abundans cautela propter opiniones ſupra poſitas: ideo manet ſtilus curiæ antiquus quando illæ opiniones vigebant. Tum ſecundo, vt ſi cauſa indulgentiæ non ſufficiens fuerit ad indulgentiā plenariam, ſaltem lucretur illos dies vel quadragenas is cui talis bulla conceditur, vt de hoc latius infra.q.20.

Articulus ſecundus in quo agitur quis et quibus poteſt conferre indulgentias et continet octo quæſtiones, quarum prima eſt et in ordine duodecima ſubſequitur.

QVÆSTIO. XII. Quæſt.12.

Qui ſūt ij qui poſſunt concedere indulgentias.

¶ Reſpōdeo per vndecim propoſitiones, quarū prima propoſitio eſt, Propo.1. Papa in primis, et alij habētes ad hoc iuriſdictionem aliquam ſeu commiſsionē quomodocunq; et nō alij poſſunt cōcedere indulgētias. Ratio quia cōcedere indulgentias eſt actus iuriſdictionis. ergo ille tantum poteſt talem actū exercere qui habet poteſtatem. Et antecedens probatur ſecundum cōmuniter doctores in.4. diſt. 20. et ſecundum Canoniſtas vbi ſupra.q.3, habetur.

¶ Et notāter dictum eſt in propoſitione quod habentes ad hoc iuriſdictionem aliquam ſeu cōmiſſionem quomodocūq; id poſſunt, vt ille quomodocunq; determinet vtrunq; ad hunc ſenſum, ſcilicet ad concedendum indulgentias ſufficit quod quis habeat iuriſdictionem ordinariam vniuerſalem vt Papa in tota Eccleſia, vel ordinariam particularem vt Epiſcopi in ſuis diœceſibus vt infra propo.a.de eis ſpecialiter dicetur, vel quod habeat legitimam cōmiſsionem quamcunq; ſcilicet generalem vel particularem, vt habent legati

Papæ vel alij eius comiſſarij generales ex officio
ſeu ex particulari commiſsione ad id,et quomo-
docunque ſcilicet vel de iure cõmuni ſeu de par
ticulari priuilegio aut conceſsione ſeu ex conſue
tudine legitime preſcripta equiualente priuilegio
aut conceſsioni,vt infra dubio.1. habetur,habeat
præfatam iuriſdictionem ſeu commiſsionem.

¶Ideo de ſingulis diſcurrendo et primo de domi
no Papa,dicimus quod ipſe pre omnibus habet
hãc poteſtatem qnia ipſi precipue conceſſum eſt
poſſe remittere peccata.Matth.16. Quodcunque
ſolueris &c.Et Ioã.20.Paſce oues et agnos meos,
et ſpeciali paſtu per ſacramentum pœnitẽtiæ quo
ibidem ſeqnitur. Quorum remiſſeritis peccata
&c.Quoad culpam et penam vt ſupra.q.6.et.7.
Item qoia qui præeſt toti Eccleſiæ poteſt de com
muni eius theſauro diſtribuere mẽbris Eccleſiæ.
Sed Papa eſt huiuſmodi. quia eſt vniuerſalis pa
ſtor Eccleſiæ habens iuriſdictionem et curam vni
uerſalis Eccleſiæ.Ergo patet conſequẽtia et aſſum
ptum probatum eſt ſupra.q. 7. Minor autem pa
tet Ioann.20. Paſce oues et agnos meos &c. Et
Matth.16.Tu es Petrus et ſuper hanc Petrã ideſt,
ſupra te principem Eccleſiæ et apoſtolorum alio
rum ſecũdum gloſſam Auguſt. et aliorum docto
rum,et vt canit eccleſia,Tu es paſtor ouium prin
ceps apoſtolorum.Item Tu vocaberis Cephas id
eſt caput et princeps aliorum:quia et ſolus Papa
habet plenitudinem poteſtatis extra.ca. Cum ex
eo.de peni.et re. Et ita modo teneatur quod in-
dulgentia eſt principaliter remiſsio , modo tenea
tur ſecundum alios quod eſt communicatio the
ſauri, modo ſolutio pœnarum,patet probata pri-
ma propoſitio et intentum.

2.Propoſ. ¶ Secunda propoſitio. Epiſcopi et Archiepiſco
pi habent iure diuino poteſtatem concedendi in
dulgentias,ſed non in tanta copia vt Papa: neq;
vltra aut contra taxationem ſeu limitationem eis
per Papam vel per Eccleſiam factam.

¶Pro probatione et declaratione nota,quod hic
eſt duplex opinio quoad primam partem huius
Opinio.1. propoſitionis. Prima opinio eſt Durandi. in.4.
diſt.20.q.5.vt etiam refert Palud.ea. diſtinctione
q.4. art.2.quod iure diuino non habent autorita
tem ordinariam ad hoc ſed ex commiſsione Papæ
generali eo ipſo quod Epiſcopi conſecrantur.Ra
tio eius eſt.Quia ille ſolus poteſt diſpenſare com
mune Eccleſiæ theſaurum qui habet curam to-
tius Eccleſiæ, et illi toti præeſt, vt probatum eſt
ſupra et.q.7.quia et in omni polytia videmus ꝙ
ad ſolum habentem curam totius communitatis
pertinet autoritas propria diſpenſandi theſaurũ
communem illius communitatis.Nunc autẽ the
ſaurus quem Chriſtus dimiſsit Eccleſiæ ſponſæ
ſuæ non eſt diuiſus ita quod in vna particulari Ec
cleſia ſit vna pars illius theſauri et in alia alia
pars,ſed eſt vnus et indiuiſus in tota Eccleſia. Er-
go ad illum vnum tantum ſcilicet Papam qui lo
co Chriſti ſponſi Eccleſiæ vniuerſalis preſidet to
ti Eccleſiæ vti ſponſus vniuerſalis eius pertinet au
toritate propria diſpenſare prædictum theſaurũ:
ad alios autem non niſi ex eius commiſsione vt
dictum eſt.Et hæc ratio videtur procedere ſuppo
ſito quod poteſtas concedendi indulgentias per-
tinet ad Papam ratione non tantum iuriſdictio-
nis ſed vniuerſalis curæ paſtoralis quam habet in
totam Eccleſiam. Nam Durãdus negat poteſtatẽ
concedendi indulgẽtias eſſe poteſtatem clauis ſeu
iuriſditionis quod rñ ſupra.q.3. reprobatũ eſt,et
per cõſequens hec Durãdi opinio ſupponit ꝙ in
dulgentiæ ratio ſeu natura eſſentialiter et princi-
paliter ſtat in cõmunicatione theſauri quod etiã
ſupra.q.3.reprobauimus.

¶Ad hanc rationem videtur accedere Silueſtri-
na,titulo.indulgentia.q.5. vbi etiam dicit quod
B.Thomas in quarto diſtin.20.q.4.intendit dice
re quod Epiſcopus habet autoritatem iuriſdictio
nis particulariter in ordine ad ſuos ſubditos tan-
tum:et hoc eo ipſo quod eſt Epiſcopus ex cõmiſ-
ſione generali Papæ ad concedendum indulgen-
tias. Papa autem habet id auctoritate propria. Et
ſic videtur Silueſter cum Durando concordare in
opinione præfata:ſed videtur ab eo diſcordare in
ratione,quia Durandus dicit quod concedere in-
dulgentias pertinet ad poteſtatem prælationis nõ
quidem ratione iuriſdictionis ſed ratione auctori
tatis et curæ ſeu gubernationis. Silueſter autem et
Beatus Thomas dicunt ſecundum cõmuniter do
ctores quod etiam pertinet ad poteſtatem iuriſdi
ctionis. Quod vtiq; verum eſt modo principali-
ter modo minus principaliter id conueniat,vt ſu-
pra.q.3.viſum eſt.Quod autem Silueſter dicit B.
Thomam ſentire,quod Epiſcopi non niſi ex com
miſsione poſſunt concedere indulgentias, falſum
eſt vt patet legenti verba Beati Thomæ in quarto
diſt.20 .q.4.Vbi expreſſe ſentit oppoſitum vt di-
cetur in ſecunda opinione ſequente. ¶ Igitur di-
camus quod præfata opinio Durandi eſt falſa, tũ
propter rationes quæ infra in ſecunda opinione
vera habentur,Tum etiam quia fundatur in falſa
ſuppoſitione,quod ſcilicet ratio indulgentiæ ſtat
in communicatione theſauri,et quod nõ eſt actus
iuriſdictionis.Ideo ad eius probationẽ ſupra poſi
tam reſpondeo etiam admiſſa ſuppoſitione præ-
fata negando aſſumptum.Imo dico quod de com
muni theſauro polyciæ poſſunt alij minores gu-
bernatores eius in ſibi ſubditos tantum diſpenſa
re licet non in tanta copia nec vltra aut contra ta
xationem aut limitationẽ ſuperioris.Quod patet
in propoſito ſacramentorum.Nam Epiſcopus et
etiam quilibet ſacerdos poteſt ſibi ſubdito pro
tunc communicare per viam ſacramenti de com
muni theſauro meritorum Chriſti quoad remiſ-
ſionem culpæ et etiam pœnæ abſoluendo a pec
catis virtute clauis ſibi datæ, et id poteſt iure diui
no autoritate propria diuinitus conceſſa eo ipſo
quod efficitur ſacerdos ſi habet ſubditos. Ergo ſi
militer eo ipſo quo qnis efficitur Epiſcopus et cõ
ſtituitur ſuper aliquam plebẽ iam autoritate pro
pria iure diuino conceſſa poteſt de communi the

ſauro

ſauro Eccleſiæ indulgentias concedere ſibi ſubditis licet non in tanta copia vt Papa ſine aliqua cō miſsione humana ad id.

Euaſio. ¶ Niſi forte dicatur quod conſtituere illū Epiſcopum ſuper talem plebem eſt dare ei commiſsionem generalem ad indulgentias concedēdum de communi theſauro: ſicut et dicit Durādus in ſententia, quod nullus inferior Papa ſine commiſsione aliqua eius ſaltem implicita generaliter in eius conſtitutione gradus Eccleſiaſtici poteſt habere iuriſdictionem vel auctoritatem aliquam abſoluēdi aut communicandi ſeu diſpenſandi vllo modo in ſacramento aut extra ſacramentum de aliquo communi theſauro Eccleſiæ ſpirituali aliquibus etiam ſubditis ſuis. Ideo Epiſcopus vel ſacerdos abſoluens ſuum ſubditum ſacramentaliter a peccatis iam conſequenter diſpenſat de communi Eccleſiæ theſauro ſacramentorum: ſed hoc fit ratione præfatæ commiſsionis implicite quando eſt ei data iuriſdictio in talem ſubditum cui eſt annexa etiam poteſtas diſpenſandi talem theſaurum ſacramentorum. In conceſsione autem indulgentiarum cum non ſit actus iuriſdictionis ſecundū Durandum. Ideo neque neceſſario eſt annexa poteſtas diſpenſandi theſaurum indulgentiarum claui ſeu poteſtati iuriſdictionis alicuius aut ordinis, ergo niſi aliquo modo committatur a Papa, ſicut generaliter et implicite in ſua ordinatione committitur Epiſcopis, non habetur talis poteſtas indulgentiarum.

Replicat. ¶ Sed certe hæc euaſio Durandi vel aliorum pro eo non valet. Tum primo quia negat contra communiter doctores et contra veritatem quod concedere indulgentias ſit actus iuriſdictionis. Tum ſecundo quia negat quod Epiſcopi habeant poteſtatem iuriſdictionis ſaltem mediate aut fundamentaliter ſuper ſibi ſubditos et auctoritatem ad abſoluendum de peccatis iure diuino ſibi datam. Quia etiam fundatur in falſo fundamento, quod ſcilicet in ſacramentis et indulgētijs non ſit remiſsio peccati ſed communicatio theſauri aut ſolutio debiti vt ſupra. q. 3. habetur et impugnatur. Tum tertio quia ſtat bene quod quis nullam habens curam animarum aut Eccleſię vniuerſalis neque iuriſdictionem habeat poteſtatem iure diuino diſtribuendi de cōmuni theſauro Eccleſiæ quo ad remiſsionem culpæ et penæ vt patet. Quia ſimplex laicus baptizans adultum in caſu neceſsitatis, eo ipſo quo habet prefatam poteſtatem miniſterialem in tali caſu baptizandi, iam etiam habet poteſtatem miniſterialem præfatam a Deo conceſſam tunc per illud ſacramentum cōmunicandi ſeu diſpenſandi de communi theſauro Eccleſiæ id eſt de meritis Chriſti ad remiſsionem culpæ et penæ ſicut ſacerdos faceret vt patet. ergo nec opinio nec ratio nec euaſio Durandi valet.

Opinio. 2. Secūda opinio cōmunis et vera eſt que habetur in ſecūda propoſitione ſupra poſita. Quæ probatur. Primo ꝙ iure diuino Epiſcopi habēt poteſtatem concedendi indulgentias, ſicut et ſacerdos habet iure diuino poteſtatem abſoluendi ſacramentaliter a culpa ſuper ſuos ſubditos: licet a iure diuino non habeat ſubditos ſed a iure humano vel a Papa habente curam totius Eccleſiæ, quod probatur dupliciter. ¶ Primo quia ſicut iure diuino ex officio ſuo Epiſcopali poſſunt remittere culpas ſubditorum tantum et etiam eorū penas in ſacramento. Ergo et penas extra ſacramentum: et per conſequens concedere indulgentias. 1. Ratio. Antecedens patet. Quia licet iuriſdictio ei collata in hos vel illos ſeu conceſsio faciens hos vel illos eſſe ſubditos talis vel talis Epiſcopi ſit de iure poſitiuo, et pendens a commiſsione aliqua ſaltem generali Papæ vel alterius: tamen poteſtas clauium ad prædicta eſt de iure diuino collata. Ioan. 20. Quorū remiſeritis peccata: quæ per prædictam Papæ vel iuris humani diſpoſitio nem ſeu commiſsionem de potentia remota reducitur ad propinquam ſeu ad actum: ſicut et de omnibus ſacerdotibus cōmuniter dicitur a doct. et ſic abſolutio ab eis facta in ſubditos tenet virtute iuris diuini conferentis eis prefatam clauem ab ſolutionis vt patet: quia pertinet ad virtutem ſacramenti quod eſt de inſtitutione diuina. Conſequentia autem probatur. Quia hoc pertinet ad poteſtatem clauis et prelationis, vt patet Matth. 16. 18. Quodcunque ſolueritis &c. Vbi fundatur poteſtas concedendi indulgentias vt ſupra. q. 6. et 7. dictum eſt, et predicta poteſtas clauis ad concedendum indulgentias ſeu remittendum peccata extra ſacramentū conceſſa eſt non ſolū Papæ ſed etiam Eccleſiæ prelatis vt patet Matth. 18. Vbi loquitur generaliter apoſtolis quibus ſuccedūt Epiſcopi in dignitate. Quecunque ſolueritis &c. Ergo eo ipſo quo quis efficitur ſeu ordinatur Epiſcopus habet clauē et poteſtatē ad remittendū peccata quoad pœnam extra ſacramentū: et per conſequens ad concedendum indulgentias iure diuino ſicut et ad abſoluendum a culpa in ſacramento quoad ſubditos tantum: etiam ſi per Papam ei nil aliud vllo modo committatur. Secus ſi non habet ſubditos ſeu materiam ſibi per Papam vel per Eccleſiam miniſtratam: tunc enim ſolum habet clauem prefatæ poteſtatis in potentia remota vt ſupra dictum eſt. Neque ex hoc ſequitur quod ſimiliter habeāt hanc poteſtatem alij prelati minores puta curati et ſacerdotes parrochiales, vt de hoc infra propoſitione quinta et ſeptima habetur.

¶ Secundo probatur idem. Quia ad hoc facit. ca. Cū ex eo. de pe. et re. vbi dicitur, quod ante illā limitationem Epiſcopis factam concedebat Epiſcopi indulgētias illimitate. ergo videtur quod ſine vlla cōmiſsione Pape ex ſuo officio ordinario ex iure diuino id poterāt. Sed hec ratio non ſatis cō cludit. Nā ad eā poteſt dici negādo cōſequentiā, quod non ex officio iure diuino ſed ex generali cō mmiſsione Papæ tunc non limitata id poterant. 2. Ratio.

¶ Ideo prima ratio videtur efficatior et ſufficiens, modo teneatur quod cōcedere indulgētias principa

principaliter eſt remiſsio et pertinet ad iuriſdictio
nem, modo non ſed quod eſt communicatiua di
ſpenſatio. Quia eo ipſo quo Epiſcopis iure diui
no quoad ſuos ſubditos eſt data poteſtas diſpēſan
di theſaurum communem Eccleſiæ abſoluendo à
peccatis quoad culpam in ſacramento et à pena
extra ſacramentum vt ſupra, ſequitur intētum vt
probatum eſt de indulgentijs.

¶ Nunc probatur alia particula propoſitionis
quod ſcilicet non in tanta copia vt Papa, puta nō
poſſunt Epiſcopi vel Archiepiſcopi concedere in
dulgentiam plenariam neque tam frequenter etiā
ſuis ſubditis ex officio ſuo iure diuino, vt Papa po
teſt etiam ſi ipſorum Epiſcoporum poteſtas non
eſſet limitata. Probatur, quia prefata poteſtas vbe
rius et principalius reſidet in Papa quam in Epiſ
copis, vt patet Matth.16. Quodcunque ſolueris
&c. Et Ioann.20. Paſce oues et agnos meos &c.
Quia et. ca. Cum ex eo. de pen. et re. habet pleni
tudinem poteſtatis et ſecundum communiter do
ctores. vt ſupra propoſitio. prima habetur. Ergo
Papa poteſt vberius et copioſius quam Epiſcopi
Papa copioſius poteſt concedere indulgētias quā Epiſcopi. ſpecialiter quoad hanc materiam indulgentiarū,
et id ex iure diuino. Qui enim vberiorem pote-
ſtatem habet in theſauro Eccleſiæ plus poteſt de
eo diſpenſare quam Epiſcopi minus poteſtatis ha
bentes, ita quod ſi Epiſcopi Vberius aut copio-
ſius concedant indulgentias quam eis iure diuino
conceſſum eſt, nil faciunt quoad illum exceſſum,

¶ Alij dant aliam rationem ad idem dicētes quod
quia Epiſcopi non habent tam indifficientē the
ſaurum vt Papa, nam theſaurus paſsionis Chriſti
licet ſit infinitus quoad ſufficientiam non tamen
quoad efficaciam: et ſatisfactiones ſuorum ſubdi-
torum non ſunt tam ſufficientes vbi non ſunt tot
martires et ſancti viri ſicut in vniuerſali et primi
tiua Eccleſia: ideo etiā ſi Epiſcopi non prohibean
tur per Papam non poſſunt concedere indulgen
tias plenarias et frequentes ſuis ſubditis vt Papa
poteſt. ¶ Sed hæc ratio mihi non placet. Quia the
ſaurus indulgētiarum de quo Epiſcopi concedūt
indulgētias eſt idem de quo et Papa, quia ſcilicet
eſt theſaurus communis Eccleſiæ et non particu-
laris, vbi ſupra. q.5. Ergo prima ratio videtur me
lior.

Quantitas indulgentiarum nō eſt determinata, ¶ Si queras in qua quantitate poteſt Epiſcopus iu
re diuino concedere indulgentias ſuis ſubditis ſi
non limitetur per Papam? Reſpondeo, nō eſt de
terminata quantitas: ſicut neque eſt determinata
quantitas pœnæ quam virtute clauium poteſt iu
re diuino ſacerdos in ſacramento remittere pœni
tenti: ideo taxatio quantitatis indulgentię ab Epiſ
copis concedēdæ relicta eſt diſpoſitioni Papæ et
Eccleſiæ: ſicut et taxatio iuriſdictionis in ſacramē
to et extra ſacramentum. Quia ſolus Papa eſt pa
ſtor vniuerſalis Eccleſiæ, et iam communiter taxa
tum eſt in ca. Cum ex eo, de peni. et re.

¶ Nunc probatur alia particula propoſitionis ꝙ
ſcilicet vltra taxationem Papæ vel Eccleſiæ Epiſ
copi nō poſſunt cōcedere indulgentias, ita quod
ſi vltra concedant nil faciunt: ſicut nil faciunt ab
ſoluendo a reſeruatis. Ratio eſt. quia ſicut Papa
poteſt limitare poteſtatem clauium ſeu iuriſdi-
ctionis quoad abſolutionem ſacramentalem: ita
et quo ad remiſsionē pœnarum tantum, tam in ſa
cramento quam extra. Vt de hoc latius infra pro
poſitio. 7.

¶ Et cum omnibus ſupra dictis in hac ſecunda
propoſitione concordant communiter doctores
expreſſe. Et Beatus Thomas in. 4. diſt. 20. q. 4. et
Bonauent. et Palud. ea diſt. et Gerſon. in tractatu
de poteſtate Eccleſiaſtica per totum, præcipue Al
phab. 4. I. M. et Supplementum Gabrielis in. 4.
diſt. 45. q. 3. art. 2. propo. 6. et. 8. Et Nauarro in tra
ctatu de indulg. nota. 31. §. 1. &c. Et communiter
canoniſtæ in. ca. Quod autem de pen. et re. et So
to. in. 4. diſt. 21. q. 1. art. 4. et noſter Medina de in
dulgentijs, diſput. 5. ca. 18. 19. 20. 21. et diſputatio-
ne. 6. ca. 27. ca. 30. et Auguſt. de Anchona. de po-
teſtate Eccleſiaſtica. q. 29. articu. 5. Vbi dicit quod
Epiſcopi habent ordinariam iuriſdictionem con
ferendi indulgentias per auctoritatem deriuatam
a Papa: non quidem per particularem diſpoſitio-
nem ſed per iuris taxationem: ideo dicuntur ordi
narij iuriſditione nō particulari diſpoſitione. Ne
que valet dictum aliquorum dicentium Epiſcopū
eſſe ſponſum particularem Eccleſiæ. Dico enim
quod cum Eccleſia ſit vna vniuerſalis vnum tantū
ſponſum habet et non plures. Credo enim vnam
ſanctam Eccleſiam: et in qualibet Eccleſia eſt vnus
et idem Eccleſiæ theſaurus, totus pro neceſsitati-
bus ſingulorum diſtribuendus per Eccleſiæ pre-
latos ſecundum collatam et taxatam eis poteſta-
tem: reſpectu cuius ſolus Papa habet poteſtatem
et iuriſdictionem vniuerſalem, alij vero particula
rem et conſtrictam ex ordinatione diuina: cuius
ordinationis moderamen et determinatio conceſ
ſa eſt Papæ a Chriſto pro Eccleſiæ vtilitate: ſicut
Petro data eſt poteſtas ſubijciendi materiam or-
dinis ſacerdotalis exercitio pro ligatione et ab
ſolutione peccatorum, hæc ille. In quibus verbis
concordat cum ſupra dictis.

¶ Et forte vtraque opinio ſupra recitata poteſt
concordari ſic ſcilicet, quod illa opinio dicens ꝙ
Epiſcopus habet ex commiſsione poteſtatem cō
cedendi indulgentias, intelligatur quod poteſtas
clauium remota iure diuino Epiſcopis conceſſa
ad hoc, ſicut et ad remittendū peccata quoad cul-
pam in ſacramento, non reducitur ad actum neq;
ad potentiam propinquam niſi per conceſsionē
aut commiſsionem ſaltem generalem Papæ con-
ferentis eis ſubditos ſeu materiam; et per conſe-
quens iuriſdictionem in actu ad prædicta. Cum
quo etiam bene ſtat, vt dicit præfata ſecūda pro-
poſitio ſecundum ſecundam opinionē ſupra poſi
tam, quod data Epiſcopis materia ſubditiſque aſ-
ſignatis modo predicto per Papam iam iure diui
no exercent Epiſcopi ſuam clauem iuriſdictio-
nis ſeu poteſtatis ad indulgentias ſicut et ad re-
miſsionem peccatorum vt dictum eſt, et ſic om-

nia conſonant.
Nota.1. ¶ Vbi etiam nota primo quod Epiſcopus ſeu Ar
chiepiſcopus electus et confirmatus in Epiſcopú
ſed nondum conſecratus poteſt concedere indul
gentias ſibi taxatas a iure etiam ſi nō ſit ſacerdos.
et ſimiliter legatus Papæ: quia poſſe concedere
indulgentiam conſequitur iuriſdictionem, quam
diaconi et alij Eccleſiaſtici nō ſacerdotes poſſunt
habere vel commiſſam vt legati vel ordinariam
vt electi, licet non ſint Epiſcopi conſecrati nec ſa
cerdotes ordinati vt habetur in capitul. Tranſmiſ
ſa.de electione.et concordant communiter docto
res theologi et canoniſtæ et ſummiſtæ, vt late de
hoc Panormit.et Ioann.Calderi.agunt. Quanuis
Hoſtienſ.in capitul. Accedentibus.de exceſsi.pre
lato.dicat quod requiritur quod ſit ſacerdos talis
Epiſcopus, vt ex officio ordinario id poſsit iure
diuino, Ioann.20. Quorum remiſſeritis peccata
&c. Et Matth.18. Quæcunque alligaueritis &c.
Sed vt dixi primum verius et communiter tene
tur a doctoribus. Et conſonat Scotus in.4. diſtin.
19. 25. dicens quod poteſtas ordinis in corpus
Chriſti verum eſt prius data apoſtolis a Chriſto
et poſt in corpus myſticum, Ioann.20. Quorum
remiſſeritis peccata &c. Quodq; ſic etiam nunc
eſt ſeparabilis vna poteſtas ab altera: et prius da
tur vna quam altera in ſacerdotum ordinatio-
ne.
Nota.2. ¶ Nota ſecundo quod iam poteſtas epiſcopalis
eſt per Papam et per Eccleſiam limitata commu
niter in iure canonico, vt habetur de peni.et rem.
ca.noſtro.et ca.Cum ex eo.et eo.titu.libro.6.ca.
indulgentiæ. Vbi habetur quod Archiepiſcopus
in tota ſua prouincia tantum, et Epiſcopus in ſua
diœceſi, poteſt concedere in anniuerſario dedica
tionis Eccleſiæ et in alijs caſibus quadraginta dies
de iniunctis penitentiis: ſed in die conſecrationis
Baſilicæ aut cum Baſilicam conſecrat vnum an
num indulgentiæ: et hoc eſt verum etiam ſi plu
res Epiſcopi ſimul concurrant ad concedendum
tales indulgentias in caſibus predictis: quia non
poſſunt iam ordinarie ex officio ſuo vltra conce
dere, vt etiam notat cardin.in Clem. 2.de pœnit.
et re. ¶ Hoc tamen limitat Inno.in dicto cap.cum
ex eo.niſi in foro pœnitentiali in quo poſſunt cō
cedere plures annos ſeu dies, dum modo faciant
diſcrete. Et idem Gemini. in cap.indulgentiæ. de
pe.et re.lib.6.et Ioan.Andre. et ſic tranſcūt com
muniter doctores et ſummiſtæ, et Silueſtrina. Va
leat hæc limitatio vel extenſio quantú valere po
teſt: mihi autem non videtur quod predicti textus
innuant aut concedant prefatam extenſionem
ſeu limitationem, ſed potius oppoſitum vt ſonāt
aperte in dictis caſibus tantum vt dictum eſt. Ne
que videtur vbi fundentur predicti doctores ad
ſic dicendum: niſi forte quia fundantur in illa alia
opinione quod ſcilicet ſacerdos quilibet in foro
pœnitentiali poteſt ſuo penitenti concedere ali
quas indulgentias, ideo limitauerunt et extende
runt prefatos textus ne intelligerentur in foro pe
nitentiali. Sed ſicut ſuppoſitum non eſt verum vt
patebit infra propoſitio.7.ita nec prefata extenſio
textuum. Sed an poſsit etiam de non iniunctis cō
cedere indulgentias has, dicit Nauarro quod ſic,
vide ſupra.queſt.7.propo 3.in fine ibi videatur.
¶ Et ſi queras. ſi excedatur predicta ſumma taxata Obiectio.
vtrum valeant indulgentiæ conceſſæ quoad illum
exceſſum, dic quod non: vt de hoc latius habetur
infra propoſi.7.et queſtione.14.propoſit.6.et di
ctum eſt in hac ſecunda propoſitione.
¶ Propoſitio tertia. legati Papæ poſſunt conce- Propoſi.3.
dere indulgentias etiam perpetuas in terminis ſuę
legationis ſed hoc eis competit ſolum ex commiſ
ſione ſpeciali vel etiam generali domini Papæ,
ſicut et ſtatuta perpetua facere, vt habetur de offi-
cio legati cap.finali.in textu.et gloſſa.
¶ Propoſitio quarta. Cardinales, Patriarchæ et Propoſi.4.
primates ſi non ſunt Epiſcopi non poſſunt ex iu-
re communi ordinarie concedere indulgentias:
ſed vel ex priuilegio vel ex conceſsione ſeu cō-
miſsione ſaltem generali ſeu ex cōſuetudine æqui
ualente commiſsioni generali aut priuilegio poſ
ſunt concedere indulgētias. Sicq; iam quoad hoc
habent iuriſdictionem et dignitatem Epiſcopa-
lem. Itaque videtur quod hi omnes prefati Epiſ-
copali dignitate fulgentes poſſunt ex officio ſuo
et autoritate ordinaria ſibi per Papam vel per Ec
cleſiam predicto modo conceſſa cōcedere indul-
gentias, quia ſic innuitur in ca. Accedentes. de ex-
ceſsi.prelato. vbi Hoſtienſis dicit quod dignitas
Epiſcopalis dicitur iuriſdictio. Item quia ſic habet
practica Eccleſiæ, quod predicti ordinarie conce
dunt indulgentias vt Epiſcopi vt dictum eſt. Et
concordat Supplementum Gabrielis vbi ſupra
propoſitio.8.corolario.3.et communiter docto-
res vtriuſque iuris et ſummiſtæ. Et idem dicit Pa
lud.in quarto diſtinctio.20. queſtione.4.articul.
1.de ſummo pœnitentiario curiæ Romanæ: quā-
uis Turrecremata videatur oppoſitum tenere.
Quia tenet quod ex conſuetudine aut preſcriptio
ne nullus poteſt habere iuriſdictionem aut conce
dere indulgentias, de quo infra dubio primo la-
tius habetur.
¶ Propoſitio quinta. curati non poſſunt ex offi Propoſi 5.
cio neque ordinarie concedere indulgentias. Ra-
tio, quia modo ſint proprie prelati modo non, de
quo nunc non curo, ſunt enim in hoc opiniones
quibuſdam dicentibus quod ſunt proprie prelati
iure diuino inſtituti ſuccedentes ſeptuaginta duo
bus diſcipulis, vt tenet Gerſon. cum alijs: quibuſ-
dam alijs dicentibus cum Beato Thoma quod nō
niſi iure poſitiuo Eccleſiaſtico aſſumpti et inſtitu
ti ſunt, vt coadiutores Epiſcoporum, vt de his ma
giſter. et doctores in quarto diſtinctione. 34. et
Beatus Thomas ſecunda ſecundæ queſtione.184.
articul.6.et.8.et in quarto ſententiarum diſtinct.
20.queſtione.4. et Gerſon. Alphabet.1.litera.O.
in tractatu. de poteſtate Eccleſiaſtica. conſil.3.
agunt. igitur quomodocunque id ſit, ratio prefa-
tæ propoſitionis eſt, quia licet poteſtas remittēdi

peccata quoad culpam et penam et concedendi indulgentias ſit pleniſsime conceſſa Eccleſiæ prelatis: non tamen omnibus equaliter. Sed prelatis qui ſunt precipui gubernatores et ſponſi Eccleſiæ conceſſa eſt iure diuino pleniſsime: inferioribus autem limitate: et id conuenienter vt ſupra dictũ eſt propoſitio.1.et.2. Conſtat autem Epiſcopos eſſe precipuos prelatos gubernatores et ſponſos Eccleſiæ potentes ferre leges et dicere ius et excommunicare: Quia ideo ipſis confertur annulus in conſecratione eorum, vt ſponſis Eccleſiæ: non autem curatis qui ſolũ ſunt coadiutores Epiſcoporum et non poſſunt predicta facere vt Epiſcopi, ergo Epiſcopi habent plenariam poteſtatẽ ad predicta et ad indulgentias iure diuino conceſſam vt ſupra dictum eſt propoſitione ſecunda: curati autem non niſi illam ad quam ſunt aſſumpti et vocati in adiutorium Epiſcoporum, quæ ſolũ conſiſtit in diſpenſatione ſacramentorum, et ita ſolum poſſunt in ſacramento remittere peccata quoad culpam et penam: et non poſſunt extra ſacramenta remittere pœnas: et per conſequens neque ex officio ſuo concedere indulgentias vt dictum eſt. ¶ Et ſi queratur, vnde habetur hæc diuerſitas Epiſcoporum et curatorum? Reſpondeo quod de iure diuino, vt patet de Epiſcopis ſupra propoſi.ſecunda. quod etiam patet. Quia Eccleſia ſpiritu ſancto illuminata, et maxime in remiſſione peccatorum vt patet. Ioan.20. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſſeritis peccata &c. in capitulo. Accedentibus. de exceſsibus prelatorum expreſſe dicit quod abbates concedendo indulgentias extendunt manus ad ea quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis. Vbi patet quod hoc pertinet ad dignitatem Epiſcopalem, ſicut et conferre, ordines maiores et confirmare et nullo modo ad inferiores Item facit ad hoc capitul. Cum ex eo. de peniten. et remiſ. et capit. Accedentibus. de exceſſibus prelatorum et ibi doctores communiter cõcordant, et Soto in quarto diſtin.21. articulo.4 et noſter Medina de indulgẽtijs diſputatione.6.ca.28 Vide ad hoc rationes alias quæ habentur infra propoſitio.7. et in reſponſione ad argumentum ibidem.

Propoſi.9. ¶ Propoſitio ſexta. Abbates. Priores, et Guardiani et miniſtri ſeu magiſtri prouinciales et generales religionum non poſſunt ex ſuo officio concedere indulgentias ſubditis ſuis, quia in dicto capi. Accedentibus. de exceſſ. prelat. id declaratur iure diuino non conceſſum eis ſed Epiſcopis vt ſupra propoſi.5 dictum eſt. ¶ Si dicas quod ſunt veri et proprij prelati habentes curam animarum, vt declarauit Sixtus.4, et alij Pontifices. Ergo poſſunt vt Epiſcopi concedere indulgentias. Reſpondeo non ſunt prelati iure diuino inſtituti et ſucceſſores apoſtolorum in eorum dignitate vel auctoritate epiſcopali neque ſunt proprie ſponſi Eccleſiæ quibus tantum iure diuino. Matth.18. Quæcunque ſolueritis &c. Data eſt poteſtas concedendi indulgentias, vt ait Roffeñ. et noſter Medina vbi ſupra: ſed ex inſtitutione ſeu auctoritate Papæ vel Eccleſiæ, et id ſolum ad diſpenſandum ſacramenta et ad ceteros actus iuriſdictionis et ſuperioritatis ad gubernationem ſubditorum. Ideo ſiquid amplius habent id eſt ex priuilegio generali aut ſpeciali non ex officio neque ex iure diuino. ideo negatur conſequentia, quãuis noſter Medina vbi ſupra. capit.29. oppoſitum opinetur.

¶ Propoſitio.7. ſacerdotes in foro penitentiali ſeu in ſacramento pœnitentiæ non poſſunt ſuis penitentibus concedere indulgentias aliquas proprie loquendo. probatur quincupliciter. Primo quia eſt actus iuriſdictionis et non ordinis ſacerdotalis vt ſupra queſtione.3. dictũ eſt: alioqui non ſacerdos non poſſet concedere indulgentiã, quod eſt falſum vt ſupra propoſi.2.et.4. iam probauimus. Sed ſimplex ſacerdos non habet hanc iuriſdictionem quoad hoc de iure ſuper pœnitentem, quanuis habeat iuriſdictionem ad ſacramentaliter abſoluendum et remitiendum peccata virtute ſacramenti quoad culpam et penam. Non enim poteſt remittere penam debitam coram Deo et Eccleſia vtendo alia forma quam forma ſacramentali, ſicut vtitur Papa aut Epiſcopus concedens indulgentias, vt patet. Quia hoc non eſt in practica Eccleſiæ quod hoc modo ſacerdos ſimplex cõcedat in ſuo officio indulgentias, ſicut concedit habens cõmiſsionem ſpecialem aut ſicut concedit Papa vel Epiſcopus. Propoſi.7. 1.Ratio.

¶ Item ſecundo probatur propoſitio. Quia dato quod tales ſacerdotes haberent iuriſdictionem in penitentem: tamen ex quo non habent eam extra ſacramentum: ergo ſimpliciter non habent eã ad indulgentias. Patet conſequentia. Quia ſi haberent vllo modo, certe eam haberent tam in ſacramento quam extra. Imo potius extra ſacramẽtum: quia ex quo non eſt actus ordinis aut characteris, ſed ſolius iuriſdictionis proprie loquendo vt ſupra queſtione.3. habetur. Ergo proprie talis actus concedendi indulgentias conuenit et poteſt exerceri extra ſacramentum, et non requirit ſacramentum pœnitentiæ ad quod requiritur etiã poteſtas ordinis. Sed non poteſt extra ſacramentum ſacerdos concedere indulgentias ſecundum omnes doctores, ergo nec in ſacramento. Et ergo nullo modo id poteſt ex officio ſacerdotali. 2.Ratio.

¶ Tertio probatur idem. Quia ſimplex ſacerdos non habet poteſtatem ſupra communem theſaurum indulgentiarum, ideſt ſuper merita Chriſti et ſanctorum ex quibus conſtat predictus theſaurus indulgentiarum: quanuis habeat poteſtatem ſuper theſauro ſacramentorum: et quanuis habeat iuriſdictionem ſacramentalem ſuper pœnitentem. Ergo non poteſt concedere indulgentias etiam in foro ſacramentali ſuo pœnitenti. Conſequentia patet. Quia vt poſsit concedere indulgentias directe requiruntur duo. ſcilicet poteſtas ſuper theſaurum communem indulgentiarum diſtribuendum, et iuriſdictio ſuper eum Tertia. Ad conce[...] ſionem [...] dulgent[...] rum pote[...] ſtas et iu[...] riſdictio[...] quiritur.

cui

cui conceditur indulgentia, ideo ſi deeſt iuriſdictio non valet indulgentia proprie ſumpta, de qua hic loquimur quoad viuos vt habetur in ca. quod autem. de pœni. et re. et ſupra queſtione. 3. habetur: licet valeat indulgentia per modum ſuffragij. Quoad defunctos vt infra. q. 15. 16. agitur. Quod ſi deeſt poteſtas diſtribuendi præfatum theſaurum indulgētiarum: etiam ſi habeatur iuriſdictio ſuper ſubditos, non valet conceſſio indulgentiæ, vt patet. Quia ideo prælati religionum et curati non poſſunt ſuis ſubditis ſuper quos habent iuriſdictionem in ſacramento et extra ſacramentum concedere indulgentias, vt ſupra propoſi. 6. et. 5. dictum eſt niſi ex priuilegio, et ita patet conſequentia. Antecedens autem quod ſcilicet ſimplex ſacerdos non habet poteſtatem ſuper theſaurum indulgentiarum patet. Quia non ſunt prelati Eccleſiæ generales vt Papa, nec ſpeciales vt Epiſcopi multo minus quam curati.

Quarta. ¶ Quarto probatur propoſitio, quia curati et prelati religionum hoc nō poſſunt ex ſuo officio ſuper ſuos ſubditos. Ergo non multo minus ſimplex ſacerdos, antecedens patet ex propoſitione. 5. et. 6. et conſequentia patet a fortiori: et quia nō dabitur vbi Papa vel Eccleſia dederit ſimplicibus ſacerdotibus commiſſionem vllo modo ad hoc.

Quinta. ¶ Item et eſt alia ratio. Quia ſi ſimplices ſacerdotes haberent hanc poteſtatem: certe ſicut eſt limitata Epiſcopis multo magis limitaretur ipſis ſacerdotibus, ſed non conſtat de hac limitatione eorum. Ergo vel poſſunt illimitate (quod abſit) vel nullo modo poſſunt concedere indulgentias. Et ad predicta omnia facit. capitu. Accedentibus de exceſſ. prela. vbi dicitur quod concedere indulgentias pertinet ad dignitatem Epiſcopalem vt ſupra propoſitione. 2. dictum eſt. Et concordant communiter doctores in quarto diſtinctio. 20. et Supplementum Gabrielis in quarto diſtinct. 45. propoſitio. 8 corelario tertio et Calderi. in cap. noſtro de pen. et re. et capitu. Accedentibus. de exceſſ. prelat. et Nauarro tractatu. de indulgen. nota 31. § 9. Et noſter Medina vbi ſupra capitul. 28. latius probat. et plurimi Canoniſtæ: licet multi alij oppoſitum opinentur vt patebit. ¶ Ex quo patet quod niſi ſacerdos aut pœnitēs habeat ex ſpeciali priuilegio ſeu commiſſione, quod ſacerdos poſſit concedere indulgentias pœnitenti vanum eſſet poſt abſolutionem ſacramentalem dicere, et concedo tibi omnes indulgentias quas concedere poſſum, ſed quia iā per bullas Cruciatæ et per alia indulta cōmuniter ab omnibus fere habetur commiſſio ſeu poteſtas ad id, ideo bonum eſt id dicere, ſcilicet concedo tibi &c. Vt dictum eſt.

Argum. 1. Contra præfatam ſeptimam propoſitionem arguitur. Quia quantum eſt ex lege diuina quilibet ſacerdos habet iuriſdictionē et poteſtatem habitualem ſeu remotam in quemlibet, et ſuper theſaurum Eccleſiæ, ad abſoluendum a peccatis et ad concedendum indulgentias. Sic ſcilicet quod quamuis non poſſit exire in actum niſi habeat materiam miniſtratam ei per Papam vel per Eccleſiam, per quam miniſtrationem materiæ aut ſubditorum iam prædicta poteſtas remota reducitur ad propinquam non impeditam vt ſic poſſit exire in actum: tamen niſi prohibeatur per Papam vel Eccleſiam poteſt exire in actum exercendo poteſtatem aut iuriſdictionem præfatam ſibi iure diuino conceſſam ſupra ſubditos ſuos, ſed prefatis ſacerdotibus non eſt prohibitum per Eccleſiam concedere indulgentias ſubditis pœnitentibus. Ergo poſſunt concedere etiam indulgentias.

Argum. 2. Item ſecundo arguitur per autoritates doctorum. Quia ſic tenet cardi. in Clemen. Religioſi. de priuili. et Aluarus, et Gloſſa. In capitul. Menſuram, de pœniten. diſtinctione prima et Panormitanus in capitul. ſicut dignum. de homici. et allegat. capitul. Quem penitet. de penit. diſtin. 1. et Innocent. et Ber. in capitul. Quod autem. de penitent. et remiſ. et Archidiacon. in capit. indulgentiæ. eodem titul. lib. 6. et eſt ar. capitul. Deus qui. de pœnitent. et remiſ. propter hæc multi doctores canoniſtæ et cum eis Summa Angelica titul. indulgentia. § 5 et ſumma Roſel. eodem titul. et titul. Penitentia, tenent quod quilibet ſacerdos poteſt ſuo pœnitenti in foro ſacramentali cōcedere aliquas indulgentias, prout ſibi videtur ſecundum Deum: ſicut poteſt eum abſoluere ſacramentaliter a peccatis. et ad iura quæ videntur cōtra eos Reſpondet Summa Angelica, ſecundum Archidiacon. quod procedunt et loquuntur de generalibus et publicis remiſſionibus quas non poſſunt facere niſi Epiſcopi, ſeu quod penitentias iniunctas a ſuperioribus puta ab Epiſcopis ſacerdotes inferiores remittere non poſſunt etiam in foro ſacramentali.

Reſponſio ad 1. argu. ¶ Sed certe nec ratio nec autoritates præfatæ valent pro eis. Nam Reſpondeo ad rationem fundamentalem eorum ſupra poſitam negādo quod ille habeat materiam vel ſubditos quoad hoc: negatur etiam quod habeat poteſtatem ad diſpenſandum theſaurum Eccleſiæ per viam indulgentiæ, quamuis habeat ſubditos et poteſtatem diſpenſandi theſaurum ſacramentorum aut per viam ſacramenti vt ſupra probatum eſt. Conceditur etiā quod eſt capax vt ei detur commiſſio ad concedendum indulgentias: et hoc cuilibet Eccleſiaſtico etiam primæ tonſuræ conuenit, vt infra propoſi. 10. habetur. Ideo negatur quod id poteſt niſi prohibeatur: Imo dico quod id non poteſt niſi ei concedatur aut committatur vt dictum eſt.

Ad ſecundum argu. ¶ Ad autoritates autem ſupra poſitas in oppoſitum Reſpondeo ſecundū Abulen. ſuper Matth. 16. queſtione. 80. quod omnes illi doctores et alij eiuſmodi nil aliud volunt dicere et ſentire, vt etiā bene ait et concordat Siluest. tit. indulgentia. q. 5. niſi quod ſacerdos poteſt pœnā debitā minuere peccatori, non quidem aplicando ei de theſauro indulgentiarum: ſed quadrupliciter Primo augē

do erubeſcẽtiam et contritionem miniſterialiter, vt virtute illius erubeſcentiæ aut contritionis penitens a Deo mereatur remiſsionem pœnarum.

Secundo. ¶ Secundo etiam miniſterialiter applicando ſacramentum, vt ſic ex opere operato vel virtute ſacramenti ſeu meritorum Chriſti in ſacramento applicatorum remittatur penitenti a Deo non ſolum culpa, ſed etiam aliquid de pena tẽporali debita, alicui plus, alicui minus ſecundum diſpoſitionem penitentis, vt hoc refert Bonauentura, in.4. diſtinctione.20.articul. 2. queſtione. 3. et Beatus Thomas ibidem et in additione tertiæ partis vbi ſupra, et Palud. diſtinctione.20.queſtione.4.articul.1.

Tertio. ¶ Tertio ſecundum Bonauenturam vbi ſupra ex meritis ipſius ſacerdotis orantis pro ipſo pœnitente, et etiam ex meritis Eccleſiæ cuius oratio ibi etiam per ſacerdotem applicatur quando dicit miſereatur tui omnipotens Deus &c. Remittitur penitenti aliquid de pena temporali debita.

Quarto. ¶ Quarto. Sacerdos virtute clauium ſeu poteſtate ſua arbitraria rationabiliter et ex cauſa rationabili poteſt remittere penitenti aliquid de pœna debita Deo tam in foro Dei quam in foro Eccleſiæ, ex quo iam non tenetur imponere pœnitentiam ſecundum rigorem canonum penitentialium antiquorum, vt dicit Scotus et ſupra quæſtione. 6. habetur. Cum ergo ſacerdos aliquo iſtorum modorum remittit aliquid de pena debita penitenti, dicunt illi doctores aut plures eorum capiunt nomen indulgentiæ et remiſsionis pœnæ, pro eodem ſine alijs conditionibus requiſitis ad quidditatem indulgentiæ, quod ſcilicet fiat de communi theſauro indulgentiarum vt ſupra queſtione tertia. habetur, et quod præfati doctores acceperunt nomen indulgentiæ large et impropriè pro quacunque remiſsione peccatorum quoad penam vt dictum eſt, patet. Quia etiam Gerſon. in regulis moralibus alphabet. 29. G. vt etiam refert Supplementum Gabrielis in quarto diſtinctione. 45. queſtione. 2. articulo. 2. concluſ. 2. dicit quod virtute clauium et meritorum Chriſti in qualibet confeſsione ſacramentali dantur indulgentiæ ſed quantæ Deus nouit. Ecce quod indulgentias vocat remiſsiones pœnarum illo ſecundo modo ſupra poſito factas ex opere operato ſacramenti: quia et ſic erat vſus loquendi doctorũ vocare indulgentias remiſsiones penarũ quaſcunq; et quomodocunq; factas penitenti. et prefata vocabuli æquiuocatio decepit aliter opinantes. ¶ Quod ſi aliqui doctores vt Archidiacon. et Raymundus vbi ſupra ſeu alij non ſic intellexerunt, vt nos eorum dicta ſupra ad bonum ſenſum gloſſauimus, ſeu ſi eorum verba nõ patiantur predictam gloſſam: dico non eſſe multum curandum de eis quoad hoc: fuerunt enim illius opinionis ſine ſufficiente fundamento et cõtra communiter doctores theologos.

¶ Et forte Innocen et Gemini. et Ioan. Andre. in capitul. indulgentiæ. de pœniten. et remiſ. lib. 6. fuerunt illius opinionis, et ideo conſequenter dixerunt quod Epiſcopus poteſt in foro pœnitẽtiali concedere penitenti vltra quadraginta dies indulgentiæ non obſtante ca. Cum ex eo de pen. et re. vt ſupra propoſi. 2. dictum eſt, et propter hoc etiam Archidiacon. gloſſauit prefactum ca. Cum ex eo. et alia iura quod intelligebãtur de indulgentijs tantum publice et generaliter conferendis, non autem de indulgentijs in foro ſacramẽtali. ſed certe ſicut eorum opinio fundamentalis non eſt vera: ita nec gloſſæ aut limitatiões, aut extenſiones prædictorum textũ que in prefata opinione falſa fundãtur. Ideo Silueſtrina quæ prius contra ſummam Angelicam bene reprobauerat opinionem tenentem quod ſimplex ſacerdos poteſt in foro ſacramentali concedere indulgentias proprie ſumptas: male videtur approbare aliud dictum quod ſcilicet Epiſcopi in foro pœnitentiali poſſunt excedere ſummam taxatam eis per Eccleſiam vel per Papam, et non conſiderauit fundamentum quo moti ſunt illi doctores ad ſic dicendum et gloſſandum prædicta iura vt dictum eſt.

Propoſi. 8. ¶ Octaua propoſitio concilium generale Sede papali vacante poteſt iure diuino concedere indulgentias quia habet plenam poteſtatem. Nam et concilium Baſilieñ. in ſeſsione 24. conceſsit indulgentiam plenariam. in quo expreſſe concordat Panormit. in tractatu ſuper concilium Baſilienſe, quem refert et ſequitur Felinus in tractatu de indulgentijs.

Additio. Sed vnde et quomodo concilium id poſsit: id pendet ex illa alia difficultate de poteſtate papæ et concilij vel Eccleſiæ, in qua variæ ſunt opiniones. de quibus etiã ſuperius egimus in libro. 4. q. 4. vtrum Papa ſit ſupra concilium ibi videatur.

Propoſi. 9. ¶ Propoſitio nona, concilium prouinciale et capitulum Cathredale Sede vacante non poteſt concedere indulgentias: quia eius inſtitutio et poteſtas non eſt de iure diuino conceſſa ſed de iure humano Eccleſiaſtico. Ergo non habet iuriſdictionem et poteſtatem niſi iure Eccleſiaſtico humano: et per conſequens non maiorem nec aliam quam Eccleſia vel Papa vult dare et limitare, vt notatur. 79. diſtinctio. capitul. Nullus Epiſcopus. et ſic non habet dignitatem nec poteſtatem Epiſcopalem de ſe niſi vt dictum eſt ex commiſsione ſeu ex conceſsione Eccleſiaſtica. Cum hac propoſitione nona conſonat Calderi. in capitulo. Noſtro. de pœnitentijs et remiſsionibus et doctores communiter idem dicentes de Vicario generali Epiſcopi, quod non poteſt vt in capitulo. Accedentibus. de exceſsibus prelatorum.

Propoſi. 10. ¶ Propoſitio decima. Ex commiſsione quilibet Eccleſiaſticus etiam primæ tonſure poteſt concedere indulgẽtias. Quia cuilibet poteſt committi concedere indulgentias, cui poteſt cõmitti iuriſdictio Eccleſiaſtica. Hæc autẽ poteſt cuilibet Eccleſiaſtico primæ tonſure committi ſecundum ius et communiter doctores, ergo. Imo et forte

Papa

Papa poteſt committere etiam laico vt concedat indulgentias alicui, et iuriſdictionem Eccleſiaſticam non requirentem ordinem aut actum ordinis Eccleſiaſtici: quia non videtur ratio ſufficiens in oppoſitum. ſed de hoc alibi. ¶ Hic autem nota quod Epiſcopi et alij quibus ex officio ſuo competit concedere poſſe indulgentias, poſſunt committere hoc alijs ſupra dictis, ſcilicet Eccleſiaſticis primæ tonſuræ: niſi per Papam vel per Eccleſiam id eis prohibeatur aliquo modo. Secus ſi hãc poteſtatem habent ex commiſsione ſpeciali non ratione officij. Videantur de hoc doctores et ſummiſtæ latius tit. commiſsio. tit. delegatus. tit. vicarius, et alibi vt oportet ſecundũ ſubiectã materiã.

Propoſi. 11 ¶ Propoſitio vndecima, excommunicatus, aut is qui non habet ſubditum non poteſt concedere indulgentiam. Quia non habet iuriſdictionem in potentia propinqua, ex quo non habet ſubditos aut materiam ſibi miniſtratã: aut ſi habent, tamen ex quo ſunt excõmunicati, habent eã impeditam aut ligatam quoad vſum pro tunc ac ſi non haberent, ſed de hoc latius infra. q. 13. habetur.

Dubium. 1 ¶ Ad prædicta omnia dubitatur primo vtrũ ex conſuetudine poſsit introduci vt curati, vel alij. Poſſunt conferre indulgentias et habere iuriſdictionem.

Reſponſio ¶ Reſpondeo, hic eſt duplex opinio. Prima eſt de Turrecremata et multorum canoniſtarum, quod non. et ſi contra eos arguatur per capitulum. Accedentibus. de exceſſ. prelat. vbi dicitur quod nullo modo abbates poſſunt concedere indulgentias niſi forte ex conceſsione vel alia legitima cauſa poſsint ſe tueri. Vbi gloſſa. dicit. i. niſi per conſuetudinem, reſpondẽt dupliciter. Vno modo: quod illa exceptio. ſ. niſi per conſuetudinẽ, ſolum determinat alias partes eiuſdem textus. ſ. quod non poſſunt cognoſcere de cauſis matrimonialibus nec iniungere publicas penitentias niſi ex conſuetudine. Sed certe hæc reſponſio eſt voluntaria quia illa tota exceptio fertur ſuper omnia ibi contenta et ſupra recitata, de quorum numero eſt non conferre indulgentias, vt patet. Quia non videtur illa ratio diſsimilitudinis aut differentiæ. ¶ Ideo alio modo alij reſpondent ad dictum capitulum dicendũ quod ille textus nihil dicit de cõſuetudine vt patet: ſed hoc addidit gloſſa ſecundũ ſuam opinionem et ſic gloſſauit illum textum.

¶ Alia eſt opinio præfatæ gloſſæ et in capitulo Cum contingat. de foro competente. Et multorum doctorum quod ſic. et adducant multa iura et rationes ad id, quæ tamen non videntur ſufficienter probare intentum. ¶ Mihi autem (ſaluo meliori iudicio et pro concordia omnium doctorum) videtur dicendum quod licet conſuetudo non det iuriſdictionem hanc ſpiritualem neque hoc ius concedendi indulgẽtias: quia pertinet ad remiſsionem peccatorum, cuius poteſtas ſolo iure diuino conceſſa eſt ordinarie, vt ſupra q. 6. et 7. bene tamen poteſt eſſe ſignum quod aliquando fuit vel quod nunc eſt priuilegium ſeu conceſsio aliqua ſeu aliquomodo data per Papã vel eccleſiã. et iſto modo per cõſuetudinẽ tanquã per ſignum conceſsionis habitæ poteſt introduci vt quis habeat iuriſdictionem Eccleſiaſticam, et vt inferiores Epiſcopis conferant indulgentias. Et quidem conſuetudo non poteſt dare iuriſdictionem pendentem ex iure diuino: bene tamen pendentem ex iure humano: ſicut et poteſt valere pro lege humana non pro diuina, et cum hac ſecunda opinio concordat Nauarro tractatu de indul. nota. 31. § . 7. et Panor. in dict. capit. Accedentibus de exceſſ. prela. et ſic forte Cardinales non Epiſcopi poſſunt ex conſuetudine concedere indulgentias vt ſupra propoſi. 4. habetur: cum talis modus concedendi poteſtatem et iuriſdictionem Eccleſiaſticam pendeat aut ſit in Eccleſiæ poteſtate.

¶ Dubitatur ſecundo, Vtrum peccatum mortale tollat aut impediat poteſtatem concedendi indulgentias durante tali peccato. Dubium. 2

Reſponſio Reſpondeo quod non quandiu tolleratur ab Eccleſia et non excõmunicatur nec denunciatur: aut non ſuſpenditur a tali poteſtate. Quia poteſtas hæc indulgentiarum conſequitur iuriſdictionem aut poteſtatem Eccleſiaſticam: quæ nõ fundatur in gratia: et per conſequens non perditur per mortale, et in hoc concordant omnes catholici, vt etiam refert Tho. Bonauentu. Palud. et communiter doctores in quarto diſtinct. 20. et 25. et Hoſtienſ. et facit cap. Dictum eſt. 1. queſtione. 1. et Gerſon. de poteſtate Eccleſiaſtica alphabet. 1. 2. et. 3. et oppoſitum tenere eſt hæreſis pauperum de Lugduno. et licet ſic concedens indulgentias in peccato mortali nõ ſit propinquior Deo per ſanctitatem, quam ſancti viri habent non habentes hanc poteſtatem: tamen eſt propinquior per autoritatem et poteſtatem, et hoc ſufficit. Nam concedere indulgentias non eſt concedere de ſuis meritis ſed de communi theſauro Eccleſiæ ex poteſtate ſibi et non alijs etiam ſanctis ad hoc collata vt dictum eſt. Item licet concedere indulgentias ſit minus quoad vtilitatem propriam concedentis in mortali, quam ſit eas accipere et lucrari in ſtatu gratiæ: tamẽ quoad poteſtatem concedendi eſt maius dare quam accipere ex genere ſuo.

QVÆSTIO. XIII. Quæſt. 13.

Quibus viuẽtibus poſſunt concedi indulgẽtiæ: et qui viuentes poſſunt eas lucrari, et a quibus.

Propoſi. 1. ¶ Reſpondeo per hanc vnicam propoſitionẽ. Illi qui poſſunt concedere indulgentias ſolum poſſunt eas cõcedere ſibi ſubditis ſimpliciter aut ſecundum quid, et non alijs. Ratio quia eſt actus iuriſdictionis. Ergo non poteſt niſi in tunc ſubditum exerceri: ſicut et abſolutio Sacramentalis: neque poteſt indulgentiam

lucrari niſi talis ſubditus, ſicut neque ſacramenta-
Nota.1. liter abſolui. Item idem patet ex capit. Quod au
tem. de pœnitent. et re. et notanter dictum eſt
quod requiritur quod ſit tunc ſubditus concedē
tis quando conceditur indulgentia: quia prelatus
Epiſcopus excommunicatus non poteſt ſuo ſub
dito concedere indulgentiam. Quia ex quo eſt
excommunicatus et denunciatus iam priuatus eſt
pro tunc vſu iuriſdictionis ſuæ: et per conſequens
tunc non habet ſibi ſubditum quoad vſum vt ſu-
pra propo.11.q.12.habetur. Quamuis bene poteſt
talis Epiſcopus excommunicatus ſubijcere ſuos
ſubditos alteri potenti concedere indulgentias, et
ſic concedere licentiam vt poſsint ab alijs Epiſco
pis ſeu potentibus concedere indulgentias eas lu
crari: ſicut et poſſunt alij lucrari ab illis: ſicut et cu
ratus excommunicatus dat licentiam ſuo ſubdito
parrochiano vt poſsit ab alio abſolui, vt hoc ha-
betur etiam aperte in dicto.ca. Quod autem.

Nota. ¶ Item nota ſecundo quod ſufficit quod ſit ſub-
ditus tūc ſimpliciter ideſt quoad omnia: aut ſecū
dū quid, ideſt, quoad lucrandū indulgentias tan-
tum. Sicut et ſufficit eſſe ſubditum ad abſolutio-
nem ſacramentalem, vt patet ex ca. Quod autem.
de pœ. et re. Ideo habētes cōmiſsionem cōceden-
di aliquibus indulgentias bene poſſunt cōcedere,
et illi poſſunt eas lucrari: quia pro tūc ſunt eis ſub
diti quoad id tantū. ¶ Ex quo patet ꝙ indulgētias
papales ab eo vel ab eius commiſſarijs ſpecialibus
habentibus autoritatē generalē cōcedendi indul
gentias omnibus Chriſtianis quilibet poteſt eas
lucrari. Quia quilibet eſt ſubditus Papæ ſimplici
ter et pro tunc, et etiā pro tunc eſt ſubditus predi
ctorū cōmiſſariorū ſecundū quid, ideſt ad lucran
dū indulgentias: niſi forte talis conceſsio eſſet re
ſtricta ad tales vel tales perſonas ſeu habitatores
&c. Quod ſecundū Panor. raro aut nunquam fit.
¶ Similiter oēs exiſtentes de prouincia. Archiepiſ
copi habentes ibi domicilia, poſſunt lucrari indul
gentias ipſius Archiepiſcopi concedentis eas per
totam prouinciā, vt habetur in ca. Noſtro. de pœ.
et re. et ſimiliter omnes exiſtentes de diœceſi, etiā
ſi ſint exempti et religioſi poſſunt lucrari indulgē
tias conceſſas a diœceſanis Epiſcopis in quorum
terminis morantur, vt de hoc ſcilicet de religio
ſis latius infra dubio ſecundo habetur. Et cū predi
ctis omnibus concordat Supplementum Gabrie
lis in.4.diſt.45.art.2.propo.7.corol.4.et Silueſt.
tit. Indulgentia.q.5 et cōmuniter doctores et ſum
miſtæ. et ratio omnium horum eſt, Quia quoad
hoc pro tunc efficiuntur ſubditi talium conceden
tium indulgentias.

Dubio.1. ¶ Dubitatur primo. Quis intelligatur nomine
proprij iudicis, cuius licentia requiritur ad hoc ꝙ
quis poſsit lucrari indulgentias aliorū iudicū ſeu
prelatorum vt dictum eſt, ꝙ requiritur ſecundū
Reſponſio ca. Quod autē. de pœ. et re. ¶ Reſpondeo in hoc
Opinio.1. eſt duplex opinio. Prima dicit ꝙ ſimplex ſacerdos
qui poteſt abſoluere a peccatis poteſt prefatam li
centiā concedere et etiā curatus proprius licet nō
ſit ſacerdos. Quia ſi poteſt licentiare vt ſubditus
ſuus cōfiteatur alteri ſacerdoti: ita ſimiliter poteſt
licentiare vt lucretur indulgentias ab alijs poten
tibus concedere: et poteſt facere eum eſſe ſubditū
illorum pro tunc ad id, licet ipſe non poſsit abſol
uere et concedere indulgentias. Licentia autem
prædicta dicūt ipſi ꝙ cōceditur nō ſolum ſpeciali
ter, ſed et generaliter quādo ſacerdos in abſolutio
ne ſacramētali dicit omnia bona quæ feceris ſint
tibi in remiſsionē peccatorū. ¶ Hanc opinionem
tenet expreſſe Palud. in.4.diſt.20.q.4.art.3. et re
fert etiam Supplementum Gabrielis vbi ſupra. et
de canoniſtis. Hoſtienſis, et ad hanc videtur licet
non finaliter accedere gloſſa in ca. Quod autem.
Cum Panormi. ibidem. et Ioannes dominicus in
ca. indulgentiæ, de pœn. et re. lib.6. et Felinus tra
ctatu de indulgentijs, et Nauarro tracta. de indul.
nota.31. §.13. ſummiſtæ autem recitant ſed non
ſe determinant.

¶ Sed certe hæc opinio non videtur vera neq;
eius ratio ſufficiēs. Quod nō ſit vera patet. Quia
ca. Quod autem. videtur cōtra eam, vt patebit in
fra in ſecunda opinione. Ratio autem prefata non
valet. Quia ideo curatus licentiat ſubditum ſuū
ad confitendum alteri, quia ex officio habet iuriſ
dictionem ſacramentalem ſimpliciter; quāuis nō
quoad vſum propter defectum poteſtatis ordinis
ſacerdotalis. At vero quoad indulgentias nullam
iuriſdictionem aut poteſtatem habet, vt ſupra.q.
12.propo.5.6.et.7. late habetur, ergo non poteſt
dare licentiam ad id, quia nemo dat quod nō ha
bet. et ideo non eſt ſimile.

IDeo eſt alia opinio verior, quod ſcilicet nomi- Opinio.2.
ne proprij iudicis intelligitur proprius Epiſco
pus, qui ſolus poteſt dare prefatā licentiam in-
dulgentiarum. Ratio eſt triplex, Prima quia pro-
prie loquendo, vt verba iuris debent accipi in ſua
propria ſignificatione niſi aliud conſtet ſufficien
ter, nomine iudicis intelligitur is qui habet pote-
ſtatem cum iuriſdictione ordinaria: cum ꝑ materia
indulgentiarum ſit ſtricti iuris ad hunc ſenſum ꝙ
valent non niſi vt ſonant ſecundum proprieta-
tem verborum, vt ſupra queſtione.9. in reſpon-
ſione ad primum argumentum cōtra.4. propoſi.
habetur. Ille autem qui habet talem iuriſdictionē
eſt et dicitur proprie et ſtricte prelatus ſecundum
communiter doctores. et talis eſt ſolus Epiſcopus,
et non curatus nec ſimplex ſacerdos ſecundum
gloſſam in capitulo.2. de iudicijs et Innocentium
in capitu. firmiter. de ſumma Trinitate et fide Ca
tholica et Panormitanum in capitu. Ne pro di-
latione et capit. Omnis de pœniten. et re. vt etiam
late referunt Summiſtæ. tit. prelatus. tit. index. tit.
Epiſcopus.

¶ Secunda ratio. Quia eodem modo vniuoce Ratio.2.
debet accipi iudex a quo debet peti ſeu habe-
ri prefata licentia indulgentiarum, ſicut acci-
pitur iudex cuius indulgentias vult quis lucrari
ſecundum dictum capitulum. Quod autem.
Quia eodem modo loquitur de vtroque iudice
proprio

proprio a quo et ad quem licentiatur vt abſoluatur, et vt lucretur indulgentias proportionabiliter. Sed ſicut iudex qui ſacramentaliter abſoluere habet eſt ſacerdos et ſic ſufficit a ſuo ſacerdote habere prædictam licentiam: ita iudex qui habet cōcedere indulgentias de iure communi eſt Epiſcopus vel eo ſuperior non autem alius eo inferior vt patet ſupra. q. 12. propoſi. 4. 5. 6. 7. Ergo Epiſcopus et non eo inferior poteſt licentiare ad hoc. et quidem dictum capit. Quod autem. innuit quod dictum eſt, vt patet ex argumento ſeu relatione vel cauſa illius decretalis aut reſponſionis.

Tertia. ¶ Tertia ratio quia licentia curati nō requiritur ad hoc quod per indulgentias rite collatas poſsit quis ſe redimere ab iniuncta pœnitentia, vt patet ex dictis ſupra. q. 10. corol. 1. et ſi alicubi Hoſtienſis dicit quod requiritur loquitur de conſilio: et ſimiliter alij doctores: vel non ſatis recte loquuntur ſi oppoſitum ſentiant, vt patet ex ſupra dictis et infra dicetur. Nec requiritur predicta licentia curati aut ſacerdotis nec ſufficit ad ſubijciendum talem ſubditum iuriſdictioni alterius Epiſcopi cōcedentis indulgētias: quāuis ſufficiat ad hoc quod ab alieno ſacerdote poſsit ſacramentaliter abſolui de peccatis vt dictum eſt. Quia et non videtur quod ſacerdos auctoritate ſua poſsit licentiando eximere ſubditū a iuriſdictione ſui ſuperioris Epiſcopi, ſubijciendo illum pro tunc alteri Epiſcopo aut ſuperiori. ¶ Et cum hac opinione eſt gloſſa in dicto capit. Quod autem. tandem dicens quod inferiores prelati Epiſcopis carentes dignitate Epiſcopali non poſſunt huiuſmodi remiſsionem facere, vt Innuitur in cap. accedēn. de exceſſ. prela. et communiter id tenent canoniſtæ vt refert Innoc. in dicto cap. Quod autem: et Bonauen. in. 4. diſt. 20. articulo. 2. q. 3. in fine dicens, proprij iudices Id eſt Epiſcopi. et communiter theologi ibidem. Et ſecundum Guillelmum in ſpecul. vt etiam referunt ſummiſtæ ſufficit conſenſus metropolitani, vt innuitur in ca. Noſtro. de pœni. et remi. et per rationes prefatas.

Dubi. 2. ¶ Secundo dubitatur an religioſi et alij exempti poſsint lucrari indulgentias conceſſas communiter Chriſtianis a Papa, legatis, ſeu a diœceſanis in quorum terminis ſeu diœceſi morantur. Reſponſio Reſpondeo ſecundum ſanctum Thomam in additione tertiæ partis ſummæ quæſt. 17. articul. 2. et in. 4. diſtinct. 20. et Palud. eadem. diſtinct. quæſtio. 4. articul. 3. quod ſic: quodque non ſolum poſſunt eas lucrari de licentia ſuorum ſuperiorum ſed et ſine eorum ſpeciali licentia. Quia de iure cōmuni hoc eis conceſſum eſt. Quia quoad hoc non videntur exempti: quia noluerunt impetrare exemptionem in damnum, ſed in vtilitatem ſuam: eſſet autem ſibi damnoſum ſi eis non poſſent prodeſſe indulgentiæ ſuorum diœceſanorum, cum ſint homines egentes fauore ſpirituali licet ſint in ſtatu perfectionis. Ergo nec ipſi exempti aut religioſi in ſua exemptione hoc intenderūt: neq; Papa concedens exemptionem: ſed potius eorum voluntati virtuali ſe conformauit in ſua exemptionis conceſsione: ſicut in alijs indultis intentio cōcedentis intelligitur conformari intentioni petentis. ¶ Item ſecundo, quia licet non poſsint ligari vel abſolui a peccatis in foro conſcientiæ et ſacramentali per Epiſcopum ſuæ diœceſis: tamen lucrari poſſunt indulgentias et per viam indulgentiæ abſolui a peccatis quoad penam. Ratio quorundam eſt, quia concedens indulgentias non abſoluit proprie, ſed ſecundum quid, ſcilicet diſpēſando de theſauro Eccleſiæ. Quæ diſpenſatio poteſt fieri etiam non ſubdito dum modo in terminis ſuæ diœceſis exiſtat vt dicit Palud. vbi ſupra. Sed certe hæc ratio nil valet. Quia videtur preſupponere quod ratio indulgentiæ non ſtat principaliter in abſolutione vel remiſsione: quodque non eſt actus iuriſdictionis, quod eſt falſum vt ſupra. q. 2. probatum eſt. Ideo prima ratio videtur ſufficiens et efficax. ¶ Quod ſi contra hoc arguatur, quod ergo, religioſus poſſet etiam contra voluntatem ſui prelati exire clauſtrum et dare quid ad lucrandum indulgentias ſecundum tenorem earum: et ſic religio deperiret. Reſpondeo negando conſequentiam ſecundum Thomam vbi ſupra. Quia non poteſt religioſus facere aliquid prædictorum neque aliud eiuſmodi quod eſſet contra regularem diſciplinam aut contra promiſſam ſeu profeſſam obſeruantiam regularem: quia non dantur indulgentiæ ad diſſolutionem eius. Et licet indulgentiæ plus valeant quoad remiſsionem pœnarum: non tamen quoad meritū et præmium: quoad hoc enim plus valet religioſis ſua religionis obſeruantia quam lucrari Indulgentias. Nunc autem maius bonum eſt meritum et præmium gloriæ quam remiſsio pœnarum. Ergo dicatur quod de licentia tantum ſui ſuperioris poteſt religioſus exire clauſtrum et viſitare loca ad lucrandum indulgentias aut dare aliquid ſecundū tenorem earum. Quod ſi ad eas lucrandum requiritur aliquid quod non ſit contra regularem diſciplinam aut obſeruantiam, ſed quod ſalua obedientia et regulari obſeruātia poteſt a ſubdito fieri, puta recitare, orare, aut ieiunare quando per ſuperiorem non prohibetur: tunc bene poteſt religioſus etiam ſine licentia, non tamen contra prohibitionem rationabilem ſuperioris id facere ad lucrandum indulgentias. Quia Papa intendit cōcedere indulgentias ſalua ſemper diſciplina et obſeruantia regulari et non aliter, et concordat ſumma Angelica. titul. Indulgentia. §. 22. ¶ Quomodo autem frater minor, qui ex regula non poteſt accipere pecuniam per ſe vel per inter poſitā perſonam, poſsit procurare pecuniam requiſitam ad lucrandum indulgentias, latius infra. q. 26. in primo dubio ibi habetur de hoc. Nota quō ad religioſos.

¶ Dubitatur tertio, vtrum ipſimet prelati concedentes indulgentias poſsint eas lucrari ſicut et illi eorum ſubditi quibus conceduntur ab eis. Reſpondeo preſuppoſito quod poſſunt eas lucrari, nec in hoc eſt dubiū inter doctores: poteſt enim Dubiū. 3. Reſponſio

eis ſubueniri per indulgentias de theſauro Eccleſiæ ſibi commiſſo ex quo et ſunt membra Eccleſiæ vt alij homines, et non ſunt peioris conditionis quoad hoc ex hoc quod ſunt capita ſicut alia membra Eccleſiæ. Iam punctum difficultatis eſt quomodo poſſunt lucrari indulgentias a ſe conceſſas communiter omnibus ſubditis ſuis. Nam circa hoc eſt triplex opinio.

Opinio.1. PRima opinio tenet quod poteſt prelatus alijs concedens indulgentias eas lucrari diſpenſando ſibi de theſauro indulgentiarum vt alijs viuis atque defunctis diſpenſat, et recipiendo vt alij recipiunt de dicto theſauro diſpenſato. Quam opinionem tenet Nauarro vbi infra cum multis alijs. ¶Sed contra eam tripliciter arguitur. Primo ſecundum Thomam in additionibus tertiæ partis ſum. queſt. 27. articulo quarto et in quarto diſtinct. 20. articulo quinto queſtione. 4. Quia indulgentia debet ex aliqua cauſa pia dari, ad hoc ſcilicet quod quis per indulgentiam prouocetur ad aliquem actum, qui vergat in Dei honorem et vtilitatē Eccleſiæ. Sed prelatus ex quo ex officio habet curam Eccleſiæ et Dei honoris iam non habet cauſam vt ſe ipſum prouocet ad hoc. Ergo nō poteſt facere ſibi indulgentiam vt alijs diſpenſando. ¶ Sed certe hæc ratio non cōcludit. Quia ſtat quod ex officio et inſuper ex alia cauſa et motiuo ſe ipſum prouocet prelatus ad actum bonum quo lucretur indulgētiam. Et ita poteſt negari minor etiam ſi teneatur quod indulgentia principaliter eſt diſpenſatio theſauri, vt videtur ſupponere hęc ratio vt. ſupra. q. 3. habetur.

Ratio.2. Palud. ¶ Secunda ratio ſecundum Palud. in quarto diſtin, 20. q. 4. art. 3. quia inter dantem et recipientem requiritur differentia perſonalis. Sed prelatus dans indulgentiam non diſtinguitur perſonaliter a ſeipſo. Ergo non poteſt dare ſibi ſicut alijs de theſauro indulgentiarum: et per conſequens nec recipere indulgentiam datam a ſe vt alij proprie loquendo. Iſta ratio non concludit: quia videtur nimis niti proprietati et rigori vocabuli dare et accipere, etiam ſi ſupponatur quod indulgentia principaliter eſt diſpenſatio ſeu cōmunicatio theſauri alijs facta, quod impugnatum eſt, ſupra. q. 3.

Tertia. ¶ Tertia ratio ſecundū ipſum Palud. quia qui poteſt cum alio diſpenſare, puta in irregularitate et huiuſmodi, certe non poteſt ex hoc ſecum etiam diſpenſare, niſi quatenus ius ei permittit: et ita proprie nullus ſecū diſpenſat autoritate ſua ſed autoritate iuris aut ſuperioris vtitur tali diſpēſatione. Sed concedere indulgentiam eſt diſpenſare theſaurum. Ergo eo ipſo quo poteſt quis alijs concedere indulgentiam non poteſt proprie loquendo ſibi eam concedere aut diſpenſare præfatum theſaurum. Sed certe nec hæc ratio concludit. Quia æquiuocat in verbo diſpenſare. Nam in maiore accipitur diſpenſatio pro iuris relaxatione, in minore autem pro bonorum communium ſeu theſauri communis diſtributione ſeu cōmunicatione. Quod ſi vtrobiq; accipiatur vniuoce pro theſauri communis communicatione: iam iſta tertia ratio coincidit cum ſecunda precedente, ideo nō valet, vt ibi dictum eſt.

ALia ſecūda opinio eſt, quod prelatus poteſt lucrari indulgentiam a ſe alijs conceſſam, participando et vtendo ea aut theſauro cōmuniter diſpenſato aut communicato. Probatur. Quia cuilibet habenti autoritatem ſuper bonum commune conceſſum eſt et nullo iure prohibetur vt autoritate ſua poſſit vti et participare de bonis communibus vt alij: ne ſit peioris conditionis quam alij, vt ſupra dictum eſt. Sed concedere indulgentiam eſt cōmunicare de cōmuni theſauro. Ergo eo ipſo et ratiōe ſuæ autoritatis prefatæ poteſt inde participare vt alij indulgentias a ſe cōceſſas. Facit ad hoc quod notatur cōmuniter a doctoribus in ca. per venerabilem, qui filij ſunt legitimi. Vbi princeps ſicq; gaudet priuilegio et autoritate ſua vtitur pro ſe ſicut et ceteri. Sic ad propoſitum prelatus dat indulgentias vt caput vel vt prelatus Eccleſiæ, vel vt habens autoritatem diſpenſandi theſaurum: vtitur autem et participat de eis pro ſe vt membrum Eccleſiæ et etiam hoc modo recipit pro ſe. Opinio.2.

¶ Et ſi contra hoc arguatur quod nullus poteſt in ſe ipſum exercere actum iuriſdictionis, qualis eſt conceſſio indulgentiæ vt ſupra. q. 1. Ergo non poteſt vti indulgentijs neque de eis participare. Item nemo poteſt vti ſeu participare de excommunione ſeu abſolutione peccatorum facta a ſe ipſo in ſe vel in alijs. Ergo ſimiliter nō poteſt vti indulgentijs &c. Obiectio. ¶ Reſpondeo ſecundum prefatā opinionē ad primum conceſſo antecedēte ad ſenſum ſupra dictum. q. 8. in reſponſione ad ſecundū argumentū et infra dicetur hic in tertia opinione, ſed negatur conſequentia. Quia aliud eſt exercere actū iuriſdictionis abſoluendo aut concedendo ſibi directe indulgentiam: aliud eſt vti ea aut participare illam: quia hoc non eſt actus iuriſdictionis ſed autoritatis ſibi conceſſæ, vt dictū eſt. Responsio. ¶ Ad aliud reſpondeo negando conſequentiam quia illud eſt actus tantum iuriſdictionis aut ſentētiæ iudicialis quam nemo poteſt in ſe exercere neq; vti pro ſe: in indulgentie autē conceſſione vltra actus iuriſditionis eſt diſpenſatio theſauri ratione cuius poteſt concedens illū participare: et ita poteſt indulgentiā ſibi lucrari per hanc viā participationis vt dictum eſt. ¶ Immo etiā prelatus poteſt lucrari indulgentias committendo alijs auctoritatem vt concedat ei talem indulgentiam, patet ex rationibus infra ponēdis in tertia opinione, et in hoc cōcordant omnes doctores. ¶ Quod autem non ſit neceſſarium hoc modo eas lucrari patet, Quia poteſt lucrari alio modo ſupra dicto ſcilicet, vtendo aut participando de indulgentijs communiter alijs a ſe conceſſis vt dictum eſt. ¶ Hanc opinionē quoad omnes tres eius partes predicto modo declaratam et probatā tenent Thom. et Palud. vbi ſupra et doct. cōmuniter ea diſt. 20. et Supplementū Gabrielis in. 4. diſti. 45. queſt. 3. conclu. 7.

et de

et de Canoniſtis Gaſpar.in.ca.noſtro.de pœni.et remi.et Gemini.in.ca.indulgentiæ.de pœni.et remi.lib.6.et multi alij. Et videtur ſupponere quod indulgẽtia principaliter et eſſentialiter eſt potius diſpenſatio theſauri quam remiſsio pœnarum: id quod ſupra.q.3.improbatum eſt.

Opinio. TErtia opinio eſt, quod non poteſt eam lucrari niſi eo modo in ſpecie, licet nõ eo modo in indiuiduo quo alij, quia ſcilicet non niſi per viam abſolutionis ſeu remiſsionis iudiciariæ. Et ideo eſt neceſſariũ quod autoritatẽ ſuã cõmittat cõfeſſori ſeu alteri, ſe quoad hoc illi ſubijciẽs in ſacramento aut extra, vt ſic ei cõcedat tales indulgẽtias quas ipſe alijs cõceſsit. Alias eas nõ lucrabitur talis prælatus. Itaq; licet prælatus nõ poſsit lucrari indulgentias per viã ſuæ conceſsionis ſicut nec poteſt abſolui a peccatis per viã ſuæ abſolutionis quã alios abſoluit: poteſt tamen eas lucrari per viã conceſsionis ſeu abſolutionis factæ ei ab alio cui ipſe ſuam autoritatem ad hoc commiſerit: ſicut et committit alteri auctoritatem vt ipſum abſoluat ſacramentaliter a peccatis ſicut ipſe alios abſoluit. Sicq; non eſt peioris conditionis prælatus in hoc quam alij, ex quo habet viam ad lucrandum indulgentias vt alij vt dictum eſt. ¶ Et ratio huius opinionis eſt, quia actum iuriſdictionis præſertim per viam ſententiæ ſeu abſolutionis nemo poteſt in ſe ipſum exercere, vt patet ex ſupradictis, et ſecundum communiter doctores. Quia nemo ſe ipſum abſoluere iudicialiter vel ligare poteſt. Facit pro hac maiori.l.penulti.ff.de recept. arbi.l.ille a quo.§.tempeſtiuum.et.ff.ad Senatuſconſul.Trebelli. Nemo enim poteſt eſſe iudex et reus, ſed concedere indulgentias eſt actus iuriſdictionis per viam ſententiæ ſeu abſolutionis iudiciariæ vt patet ex ſupradictis.quæſtione.3.ergo. ¶ Hanc opinionem tenet Vincentius in.ca.cũ ex eo.de pœni.et remi.et Guillelm.in Specu.et Archidia.in.ca.indulgentiæ.de pœni.et remi.lib.6.l.vnica.C.ne quis in cau.et.l.inquiſitio.C.de ſolu.et Caietanus in quodlibetis vt patuit ſupra.q.3.in reſponſione ad ſecundum argumentum. Et ad idem videtur Durandus in.4.diſt.20.q... et alij doctores. Et hæc opinio præſupponit quod indulgentia eſt eſſentialiter et principaliter abſolutio ſeu remiſsio pœnarũ et eſt actus iuriſdictionis, vt ſupra.q.3.habetur, et dictum eſt eſſe probabilius et verius.

¶ Cõtra hanc tertiam opinionẽ arguit Nauarro in tractatu vel repetitione de indulgentijs.notat.26 § 9.dicens quod nemo poteſt alteri dare poteſtatem ſe abſoluẽdi vel ligandi intra et extra ſacramentum, quam non habet in ſe ipſum: vt eſt argu.in.ca.qui per alium.de regu.iur.lib.6.et habetur expreſſe in.l.ſi vniuerſe.C.de lega.et capit.quod autem.de iure patrona. Nam Papa et quilibet ſuperior quando ſacramentaliter abſoluitur a peccatis per ſacerdotem ſibi ſubditum alias, non abſoluitur eo quod ipſe ſuã cõmiſſerit poteſtatẽ, ſed quia ille ſacerdos a ſuperiore vel a iure diuino vel Eccleſiaſtico eam poteſtatem habet reſpectu illius vel cuiuſcunq; materiæ ſibi ſubiectæ. Et quãdo curatus nondum ſacerdos dat ſubdito licentiam vt ab altero abſoluatur quem ipſe abſoluere non poteſt, non dat illi ordinem aut poteſtatem quam non habet, ſed iuriſdictionem dat et materiam ſubijcit, quam ipſe curatus habet, quanuis non habeat vſum eius, in quam ille ſacerdos ſuam exerceat poteſtatem. ¶ Ideo ipſe Nauarro vbi ſupra.§.10.et nota.22.§.21.et ſequen.ſolum diſtinguit indulgẽtiam per modum abſolutionis et per modum diſpenſationis de theſauro Eccleſiæ. Illamq; dicit pertinere ſolum ad ſubditos viuentes: hanc autem ad ipſos prælatos concedentes ſimul et ad animas purgatorij. ¶ Sed cõtra ipſum ſunt argumenta ſiue rationes ſupra poſitæ in prima opinione: ſunt etiam multa inconuenientia quoad pœnitentias iniunctas de quibus ſupra.q.9.dictum eſt.

¶ Quæ autem iſtarum opinionum ſit verior noſtro nõ ſtat arbitrio diffinire: nam illa ſecunda eſt cõmunior quæ et practicatur a prælatis Eccleſiæ. Triplex indulgentia. Quo non obſtante ſaluo meliori iudicio videtur dicendũ quod eſt triplex indulgentia. Prima abſolute ſumpta de qua dicimus quod eſt proprie indulgentia: et eſſentialiter et principaliter eſt abſolutio vel remiſsio pœnarum vt ſupra.q.3.dictum eſt. Et hec præcipue conuenit ſubditis viuẽtibus: quam prælatus vel eius auctoritatem habens ad id ſibi ſubditis pro tunc concedit: quæ et indulgẽtia per modum iudiciariæ abſolutionis appellatur. ¶ Secunda indulgentia eſt per viam ſeu per modum ſuffragij. Et hæc conuenit ſolũ defunctis: et eius ratio principaliter ſtat in cõmunicatione vel diſpenſatione theſauri indulgentiarum. De qua infra.q.15.latius agitur. ¶ Tertia indulgẽtia eſt per viam participationis de cõmuni theſauro indulgentiarum ſuæ auctoritati cõmiſſo. Et ratio huius indulgentiæ eſſentialiter et principaliter ſtat in participatione vel vſu prædicti theſauri ſibi cõmiſsi et alijs communicati: minus autẽ principaliter ſtat in diſpenſatione vel communicatione illius. Et hæc indulgẽtia per viam participationis vel vſus conuenit ſolum prælatis vel habentibus auctoritatem concedendi indulgẽtias: vt per hanc viam poſsint eas ſibi ipſis acquirere, abſq; hoc quod ſuam alteri committant auctoritatem vt ipſis concedat eas indulgentias quas ipſi alijs concedunt, vt bene quoad hoc ſecũda dicebat opinio. Doctores autem tenentes quod indulgentia eſt principaliter abſolutio, loquuntur de indulgentia abſolute ſuis ſubditis viuentibus per ipſum prælatũ eorum aut per alium habentem auctoritatẽ ad id conceſſam. Et ita forte omnia concordantur. Et de hac triplici indulgentia latius habetur infra quæſtione.15.in reſolutione corol.1. vbi habetur quomodo conueniant et differant inter ſe iſti tres modi indulgentiarum, ibi videatur. ¶ Et ſi queratur vtrum ipſe prælatus aut concedens indulgentias alijs volens eas ſibi etiam lucrari

hoc vel illo modo, teneatur implere aut facere ſi
cut alij id quod ipſe alijs taxauit ad lucrandum ta
lem indulgentiam, Infra.q.31.propoſitio.2. videa
tur quia illuc hoc pertinet.

Quæſt.14. QVÆSTIO. XIIII. Quam quantitatẽ indulgẽtiarum poſ
ſunt prælati puta Epiſcopi et Archie
piſcopi in ſuis et aliorum diœceſibus
ſeorſum aut ſimul cum alijs de licẽtia
ipſorum cõcedere ſuis et aliorum ſubditis.

Propo.1. ¶ Reſpondeo per ſex propoſitiones. Prima eſt.
Epiſcopi et Archiepiſcopi de iure cõmuni poſſunt
concedere in ſua diœceſi et in tota ſua prouincia
in anniuerſario dedicationis Eccleſiæ et in omni
bus alijs caſibus quadraginta dies tantum de iniun
ctis pœnitentijs, et etiam de non iniunctis. ſecun
dum Nauarr.vt ſupra.q.7.propo.2.in fine habe-
tur. Sed in die cõſecrationis baſilicæ vnum annũ,
vt habetur in.ca.noſtro.et.ca.cum ex eo.de pœni.
et remi.et eo.titu.ca.indulgentiæ.lib.6. et hoc eſt
verum etiam in foro pœnitẽtiali, licet antiqui do
ctores teneãt oppoſitum, vt ſupra.q.12. propo.2.
dictum eſt. Et hoc eſt verum etiã ſi plures epiſco
pi ſimul concurrant in dictis caſibus: quia omnes
illi ſimul non poſſunt de iure concedere niſi ac
ſi vnus tantum eſſet, vt dictum eſt, vt habetur vbi
ſupra in eo.ca.cum ex eo.et not.Cardinalis in clé
mentina.2.de pœni.et re.

Propo.2. ¶ Secunda propoſitio. Si in largitione indulgen
tiæ concurrunt epiſcopus et archiepiſcopus me
tropolitanus, quorum quilibet cõcedit quod po
teſt de iure, puta quadraginta dies indulgentiæ
ſuis ſubditis: tũc ſubditi epiſcopi habebũt vtrãq;
ſcilicet octoginta dies: ex quo quoad hoc ſunt ſub
diti epiſcopi et metropolitani, quorum quilibet
conceſsit ſuis ſubditis quadraginta dies. Subditi
autem archiepiſcopi tãtum habebunt quadragin
ta dies dũtaxat conceſſos a ſuo archiepiſcopo non
autem ab epiſcopo qui non eſt prælatus eorum.
Qui etiam ſi ſint in epiſcopi diœceſi nõ poſſunt
plus lucrari, vt patet ex propoſitione prima præ
cedente ſecundum Hoſtien. titu.de pœ.et re.§.
Poſsit quis fa. &c. et directo. lib.1. et cõmuniter
ſummiſtas.

Propo.3. ¶ Propoſitio tertia. Si epiſcopus dedit quadra
ginta dies indulgentiæ, et eius ſucceſſor totidem:
non valet niſi pro vnica indulgentia quadragin
ta dierum vt ait Gemini.in.ca.fina.de pœni.et.re.
li.6.ex mente Ioannis Andr.in addi. Specu. quia
per talem multiplicationem veniri poteſt contra
intẽtum decreti.ca.cum ex eo.de pœni.et re. Hoc
ego limitarem, quando in eodem caſu ſeu pro ea
dem vice vterq; prædictorum concederet: ſecus
ſi in diuerſis, quia ſic videtur de mente dicti.capi.
cum ex eo.

¶ Propoſitio quarta. Quilibet epiſcopus poteſt Propo.4.
concedere ſuo ſubdito quadraginta dies ſecundũ
ius cõmune viſitanti talem Eccleſiam, modo illa
Eccleſia ſit in ſua, modo in alia diœceſi. Ratio eſt.
quia talis indulgentia non acquiritur directe lo-
co illi ſed ſubdito exiſtenti intra limites ſuæ iuriſ
dictionis ſui epiſcopi licet expleturus ſit opus fa
ciendum in alio loco alterius iuriſdictionis pro
lucranda indulgentia, vt ait Supplementum Ga-
brielis.in.4.diſtin.45.q.3.propo.8.corol.3. ſecun
dum Palud.in.4.diſtin.20.ſed oppoſitum tenet
Nauarro de indulg.nota.31.§.12. ſecundum Cal
deri.ca.noſtro.de pœ.et re.et Specul.tit.de pœ-
ni.§.1. vbi ait ꝙ epiſcopus nõ poteſt concedere
ſuis ſubditis indulgentiam pro opere pio in alia
diœceſi faciendo etiam de cõſenſu epiſcopi illius
diœceſis.

¶ Propoſitio quinta, ſecundum aliquos, Epiſco Propo.5.
pus licet poſsit ſtatuens in ſua diœceſi concede-
re quod indulgentiæ ſuæ proſint venientibus de
diœceſi aliena cum conſenſu ſui proprij epiſcopi.
ſecundum.ca.quod autem.de pœni.et.re. tamen
non poteſt concedere quod indulgentiæ ab alijs
epiſcopis in eius diœceſi conceſſæ omnibus illis
valeant. Ratio, quia in primo caſu illuc accedẽtes
quodãmodo forum conſequuntur, de foro cõpe
tenti.ca.Romana.§.cõtrahentes.lib.6.et ſic pro
tunc efficiuntur de iuriſdictione illius epiſcopi il
lius diœceſis vbi ſunt. In ſecundo autem caſu in
greditur epiſcopus alienam diœceſim vt ibi iudi
cet ſeu actum iuriſdictionis exerceat, quod facere
non poteſt. Non enim poteſt ligare aut abſolue-
re ſuum parrochianum in aliena diœceſi, alioqui
vnus epiſcopus poſſet centum annos indirecte cõ
cedere, et ſic tenet Guillel.in Specul.et cõcordat
Bonauentura in.4.diſt.20.art.2.q.3.in fine, et Cal
deri.et Nauarro vbi ſupra in.4. propoſitione ha
betur. ¶ Sed certe hæc ratio quoad ſecundam par
tem non valet vt paulo inferius dicetur. Quia ea
quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis ſine ſtrepitu
iudicij vbi alterius iuriſdictio non leditur poſſunt
vbicunq; exerceri. Ideo melior ratio eſt. Quia illi
de aliorum epiſcoporum diœceſibus venientes
non ſunt ſubditi huius epiſcopi in cuius diœceſi
ſunt, vt iſte poſsit eis dare licentiam vt indulgen
tias ab alio conſequantur, quãuis ſint ſubditi eius
pro tunc ad hoc quod indulgentias conceſſas ab
eo conſequantur de licentia ſui proprij epiſcopi,
neq; tales habent licentiam a ſuo epiſcopo ad lu
crandum indulgẽtias niſi illius epiſcopi in cuius
diœceſi ſunt vt dictum eſt et ſupponitur. ¶ Poteſt
autem epiſcopus concedere quod indulgẽtiæ ab
alijs epiſcopis conceſſæ ſubditis ipſius epiſcopi
in diœceſi ipſius epiſcopi valeant eis. Ratio, quia
ſic videtur elici ex.ca.cum ex eo. de pœni. et re.
vbi dicitur quod poſſunt plures epiſcopi cõcurre
re ad concedendum indulgentias in dedicatione
vnius baſilicæ et in alijs caſibus. ergo de licentia
epiſcopi poteſt alius epiſcopus in alterius diœceſi
ſubditis illius concedere indulgentias. Sed hoc vl

timum

tīmum eſt verum ſecundum Palud.et Supplemē
tum Gabrielis,non tamen ſecūdum Specula. Cal
deri.Nauarro,et alios, vt ſuperius in.4. propoſi.
habetur.Imo et videtur dicēdum quod epiſcopus
exiſtēs in alterius diœceſi poteſt ſine vlla illius diœ
ceſani licētia in cuius diœceſi eſt ſuis ſubditis ibi
venientibus concedere indulgentias ſine ſtrepitu
iudicij,ſicut et abſoluere et diſpenſare cū eis ſecre
te et in foro pœnitentiali a caſibus et cēſuris &c.
huiuſmodi. Quia ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdi
ctionis,quando ſcilicet nemo ſe opponit,poſſunt
omni tēpore et loco ſine ſtrepitu iudicij exerceri
quia nullius iuriſdictio leditur.ff. de adop.l.eman
cipari.ff.de officio proconſulis.l.2.et capit.nouit.
de officio legati.et in gloſſa. ¶Ex quo patet vt
ait Siluester.titu.indulgentia.q.5.parti.4. quod li
teræ habitæ a diuerſis epiſcopis dantibus indulgē
tias ijs qui aliquibus faciunt eleemoſynas,non va
lent niſi ſubſint epiſcopo danti prædictas literas
aut niſi habeant licentiam ſeu cōſenſum ſui pro
prij epiſcopi ad hoc.de foro competenti. cap.ſig
nificaſti.et de pœniten.et remiſſio.ca.quod autē.
vbi etiam dicit Panor.quod tutum et valde expe
diens eſt vt volens peregrinari et pia loca viſitare
licentiam habeat a ſuo epiſcopo, vel etiam a pro
prio ſacerdote ſecundum alios quod nō credo ve
rum,vt ſupra.q.13.dubio.1.dictum eſt , ad lucran
dum indulgētias aliorum epiſcoporum. Nam ad
lucrandum indulgentias Papales non oportet vt
ſupra dictū eſt.Et cum prædictis concordat ſum.
Ang.titu.indulgentia.

Propo.6. ¶ Propoſitio ſexta. Prædicti epiſcopi aut alij ſi
mul vel particulariter per ſe concedentes indulgē
tias ſi excedant ſummam eis taxatam non valent
Ratio.1. tales indulgentiæ. ¶Ratio prima.Quia ſic expreſ
ſe habetur in capitu.Romana.et capitu.indulgen
tiæ.de pœni.et remi.lib.6.et cap.noſtro.extra. eo.
titu.vbi dicitur quod indulgentia vires non obti
net ſi ſtatutum Concilij generalis(ſcilicet.ca.cum
ex eo.eo.titu.)exceſſerint,et concordant commu
Altera ratio. niter doctores in.4.diſtinctione.20. ¶Alia ratio
eſt.Quia conferre indulgentias pertinet ad iuriſ
dictionem: ſed hæc poteſt reſtringi per Papam.
Quia licet epiſcopi habeant poteſtatem ordina
riam tamen ſunt ſubditi Papæ:et talis poteſtas po
teſt limitari: ſicut Papa poteſt limitare poteſtatē
epiſcoporum,reſeruando caſus et cenſuras, a qui
bus non poſſunt epiſcopi abſoluere et ſi tentent
abſoluere abſolutio eſt nulla. Ergo ſimiliter quo
ad remiſſionem pœnarum per viam indulgentiæ
facere poteſt : et de facto facit vt patet in capitu.
prædictis.

Obiectio. ¶ Si contra hoc arguitur quod quando in man
dato non apponitur hæc clauſula, Quod ſi ſecus
factum fuerit decernimus irritum aut inane , li
cet fiat contra mandatū,et ſic peccet faciens cōtra
mandatū:tamē tenet factū. Conſtat autē quod in
dicto.ca.cū ex eo,vbi ponitur mandatū taxās po
teſtatē epiſcoporū,non apponitur illa clauſula.er
go licet cōcedens indulgentias vltra ſummā ſibi
taxatā peccet:tamen indulgentia valet. Itē ſicut
epiſcopi prohibiti ſi cōſecrarent eſſet valida cōſe
cratio licet peccarent.ergo ſimiliter in cōceſſione
indulgentiarū vltra taxationem vt dictum eſt.

¶ Reſpondeo.Propter has rationes,Hoſtien.tit. Reſpōſio.
de pœ.et re.§.poſſet quis ſa.&c. et gloſ.in.ca.cū
ex eo.de pœ.et re.et Panor.ibidem,tenuerunt cū
quibuſdam alijs doctoribus contra propoſitionē
ſextā,quod valet indulgentia cōceſſa vltra taxatio
nē.Sed certe eorū opinio eſt falſa: Quia Eccleſia
ſic determinauit in.ca.indulgen.li.6.et.ca.Roma
na.vt ſupra probatū eſt.Et ad rationes eorū. Reſ
pōdeo ad primā ad antecedēs , quod ſufficit quod
in ipſo mādato vel alibi irritetur factū contra mā
datum,vt fit in præſenti propoſito.Quia licet in
ca.cum ex eo.nō irritetur,irritatur tamē in. ca.in
dulgentiæ.et in.ca.Romana.&c.vt ſupra proba
tum eſt.¶Ad aliud de cōſecratione reſpōdeo negā
do conſequentiā.Quia nō eſt ſimile:eſt enim dif
ferentia in hoc,ꝙ cōſecratio nō pertinet ad pote
ſtatē iuriſdictionis ſupra corpus Chriſti miſticū,
ſed ad poteſtatē characteris ſeu ordinis quoad cor
pus Chriſti verū:ideo nō poteſt irritari; ſicut nec
character poteſt deleri neq; materia ſacramento
rū poteſt mutari neq; reſtringi,ſicut poteſt mate
ria iuriſdictionis quæ ſuperiori ſubiecta eſt.Cōceſ
ſio autē indulgentiæ pertinet ad poteſtatē iuriſdi
ctionis vt ſupra.q.3.ideo poteſt deleri tolli et irri
tari,ſicut et ipſa poteſtas iuriſdictionis.

¶ Et ſi quæratur vtrum prædictæ indulgentiæ ex Dubium.
cedētes ſummā taxatam per Papā.vel per Eccleſiā
et irritate vt dictū eſt,intelligantur eſſe irritæ ſim
pliciter quoad totā ſummam dierū ſeu annorū cō
ceſſorum,an ſolū quoad exceſſum ita quod epiſco
pus potens cōcedere quadraginta dies tantū ſi cō
cedat ſeptuaginta dies,an ſolū irritetur quoad il
los triginta ſuperexcedētes. ¶Reſpondeo hic eſt
duplex opinio.Prima.Quod ſolum quoad illum 1.Opi.
exceſſum eſt irrita indulgentia:niſi expreſſe appo
neretur clauſula irritans totam ſummam conceſ
ſam,quæ clauſula in præſenti materia nullo loco
iuris apponitur vt patet.Et ratio eſt,quia in dona
tionibus liberalibus et fauorabilibus qualis eſt cō
ceſſio indulgentiæ,valent conceſſa pro parte legi
tima,licet non pro reſiduo.Quia odia reſtringi fa
uores conuenit ampliari.Et in ſeparabilibus vtile
per inutile non vitiatur.de re.iur.quādo vtile po
teſt ſeparari ab inutili , vt in propoſito contigit.
Et hanc opinionem tenent Ioannes Andre.et Pa
nor.in dicto.ca.cum ex eo.et in ſimili de quinqua
geſima aut centeſima epiſcopi, vt late de hoc Sil
ueſter.titu.donatio.1.q.17.et ſummiſtæ.Et ad hāc
opinionē magis declinat glo.in dicto.ca.indulgē
tiæ.li.6.de pœ.et re.et extra eo.tit.ca.cū ex eo, et
Gerſon in regulis moralibus videtur etiā ad hoc
declinare et cōmuniter canoniſtæ et ſummiſtæ.

¶ Alia opinio tenet ꝙ talis indulgētia eſt omni 2.Opinio.
no nulla ſeu irrita quoad totam ſummam,quia in
ca.noſtro.de pœ.et re.et.ca.Romana. et.ca.indul
gētiæ.eo.tit.li.6.habetur ꝙ poteſt archiepiſcopus

concedere

concedere indulgentias per ſuam prouinciam ita tamen quod ſtatutum Concilij generalis non excedant, et in.ca.indulg.de pœ.et re.li.6. habetur quod indulgentiæ vires non obtinent ſi ſtatutum Concilij generalis exceſſerint ſummam taxatam pro illa vice. Ex quibus verbis videtur poteſtas eorum ſit limitata, quod ſi exceſſerint ſummã taxatã iam pro illa vice talis poteſtas vacat, ex quo conditio non extat ſub qua poteſtas talia relicta eſt. Sicq; videtur pro tunc priuatus epiſcopus ſua poteſtate omnino quoad indulgentias conceden dum contra ſtatutum Concilij: et per conſequẽs illæ indulgentiæ omnes non obtinent vires tanquam conceſſæ a non habẽte poteſtatem tunc ad id: quia trangreſſus eſt ſtatutum Concilij. Et ad regulam Vtile per inutile &c. reſpõdet hæc opinio quod hic nullum eſt vtile conceſſum, ex quo tota illa conceſsio fuit ipſo iure nulla tanquam a nõ habente poteſtatem pro tunc vt dictum eſt. Hanc opinionem tenent Gemini.in dict.ca.indulgẽtiæ. ſecundum Ioan. Monal. et Supplemẽtum Gabrielis.in.4.diſtin.45.q.3.art.2.propo.8.corol.3. cum quibuſdam alijs doctoribus. ¶ Mihi autem videtur quod hæc ſecunda opinio apparet verior ſtãdo in rigore textuum: ſed prima eſt mitior: et ſtãdo in bona intelligentia eorum videtur rationabilior et probabilior. Sed quia totum hoc pendet ex voluntate Papæ, ideo ab ipſo eſſet petenda declaratio, vt dicit etiam Supplementum Gabrielis vbi ſupra: ſicq; facilius ſolueretur omnis quæſtio, ſed interim primæ opinioni ego tutus ſtatem.

Quæſt.15.

QVÆSTIO. XV.
Quid ſit Indulgentia per modum ſuffragij.

¶ Reſpondeo, quod in hoc ſunt quatuor opiniones ſolemnes. Prima opinio eſt quod indulgentia per modum ſuffragij dicitur, quia eſt indulgentia conceſſa pro aliquo bono opere facto pro defunctis, quod quidem bonum opus non valet ipſis defunctis plus aut minus propter præfatam indulgentiam quam ſi nullæ indulgentiæ eſſent conceſſæ. Sicq; indulgẽtia per modum ſuffragij eſt idem quod ſuffragiũ boni operis pro quo conceditur indulgentia applicatũ defunctis. Et hæc opinio præſupponit quod indulgentiæ ex vi indulgentiæ non valẽt defunctis ſed ex vi ſuffragij boni operis pro eis facti vt dictum eſt. ideo dicitur per modũ ſuffragij. Hæc opinio eſt Hoſtienſis, vt refert Gabriel, in cano. lectione.57.H.L. et Calderi.in.ca.noſtro. de pœ. et re, eſt eum Hoſtienſe. ¶ Ratio huius opinionis eſt. Quia Eccleſia non poteſt ſoluere aut ligare neq; diſpẽſare theſaurum Eccleſiæ, niſi in eos qui ſunt ſuper terram de foro Eccleſiæ. Math. 16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. cuiuſmodi non ſunt animæ Purgatorij. Item quia alioqui poſſet ſi vellet euacuare Purgatorium per indulgentias ſi eis plus valerent quam ſuffragium boni operis pro quo conceduntur indulgẽtiæ. Sed certe hæc opinio eſt erronea in ſe et multo magis in ſuo fundamento ſeu ſuppoſito ſupradicto: Quia ſic eis nil valerent indulgentiæ: et Eccleſia deciperet fideles per tales indulgentias defunctorum: et rationes eius nil concludunt, vt patebit infra in reſponſione ad primum argumentum et.q. 20. in reſponſione ad ſecundum argumentum.

2. Opinio.

SEcunda opinio eſt. Quod indulgentia per modum ſuffragij eſt et dicitur ad differentiam indulgentiæ abſolute ſeu proprie ſumptæ quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis: qui modus dicit iudicialem abſolutionem et pœnæ debitæ in aliam pœnam voluntarie ac deuote aſſumptam cõmutationem. Et ille modus iudiciariæ auctoritatis habet locum ſolum in viuis, qui iudicialiter abſoluuntur, et quibus pœna debita in aliã voluntarie ab eis ac deuote aſſumptam cõmutatur. Indulgentia autem per modum ſuffragij habet locũ in defunctis et etiam in viuis. In defunctis quidẽ quia cum defuncti non poſsint per ſe adimplere opus bonum puta eleemoſynam peregrinationẽ et huiuſmodi pro quo conceduntur indulgentiæ, dum illud ex Papæ conceſsione fit ab alio pro eis ad lucrandam indulgentiam: iam opus alterius ſuffragatur eis vt poſsint conſequi indulgentias non minus quam ſi ipſi per ſe opus illud impleuiſſent. Et ſic indulgentiæ proſunt eis per modũ aut per viam ſuffragij, id eſt, propter aliquod bonum opus ab alio factum et eis per modum ſuffragij applicatum. Habet etiam locum in viuis, ſicut cum Papa concedit indulgentias omnibus cõtra infideles pugnantibus aut pugnatorem pro ſe mittentibus: quia tunc pugnantes aſſequuntur indulgentias per modum autoritatis iudiciariæ, mittentes autem per modum ſuffragij, maxime ſi eſſent pauperes non potentes mittere ſuis expenſis et alios ſuus amicus pro illis pauperibus aut eorum nomine mitteret tiam illis pauperibus proficerẽt indulgẽtiæ per modum ſuffragij pro quãto opus pro quo indulgentiæ conceſſæ ſunt ſibi per modum ſuffragij applicatum eſt. Aliud exemplũ Supplementi ad idem. Si claudus nõ poteſt facere peregrinationem pro qua conceduntur indulgẽtiæ: et Papa concedit quod per ſe vel per alium id faciat: aut ſi pauper non poteſt dare decem ſolidos et diues dat pro eo ex conceſsione Papæ; tunc tales indulgentiæ conceſſæ illi claudo aut pauperi ſunt et dicuntur per modum ſuffragij. Et ſic reſolutorie ſecundum hanc opinionem Indulgentia per modum ſuffragij eſt et dicitur quando indulgentia conceditur alicui defuncto aut viuo nõ potenti facere id propter quod conceditur indulgẽtia pro quo alius id fecerit. ¶ Hanc opinionem tenent Gabriel in canone lecti.57. et Supplemẽtum eius in.4.diſt.45.q.3.art.1.not.2. et Nauarro in tractatu de indulgẽtijs nota.19. et.22 § 25. et ſeq. et quidam alij. ¶ Sed certe hæc opinio licet ſit vera quoad primum eius dictum, quod ſcilicet dicitur ad

tur ad differentiam indulgentiæ abſolutæ quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis vt ſupra.q.3. habetur: et etiam quoad ſecundum dictum quod ſcilicet ille modus iudiciariæ autoritatis habet locũ in viuis tantum. Tamen non videtur vera opinio quoad tertium eius dictum principale, ꝙ ſcilicet indulgentia per modũ ſuffragij eſt, vt ſupra reſolutorie diffinita eſt. Deficit enim in duobus. Primo pro quãto ſupponit ꝙ ad lucrandum indulgentiã aliquã et ad eam concedendũ neceſſario requiritur aliquod opus facere, quod non eſt certum et forte nec verum vt infra.q.21.habetur. Deficit ſecundo et præcipue pro quanto dicit ꝙ indulgentia per modũ ſuffragij habet locum in viuis, quod eſt falſum, ſed ſolũ habet locũ in defunctis. Quod

1. Ratio. patet tripliciter. ¶Primo. Quia ex quo ex primo dicto vero ipſius opinionis indulgẽtia per modũ ſuffragij dicitur ad differentiã indulgentiæ abſolutæ quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis. ergo indulgentia per modum ſuffragij non eſt actus iuriſdictionis vt ſupra.q.3.habetur. Nunc autẽ omnis indulgẽtia conceſſa viuis eſt actus iuriſdictionis, modo teneatur quod indulgẽtia principaliter eſt abſolutio ſeu remiſsio, modo ꝙ principaliter eſt diſpenſatio ſeu cõmunicatio theſauri, quod patet. Quia alioqui epiſcopus Bononiẽſis poſſet cõcedere indulgentias ſubdito alterius epiſcopi ſine eius licẽtia, concedẽdo ꝙ ſi ipſe vel alius pro eo pauperi fecerit eleemoſynã conſequatur talem indulgentiam, quod tamẽ eſt falſum vt patet ex.ca. quod autem. de pœ. et re. vt ſupra.q.3.habetur. ergo indulgentia per modum ſuffragij nõ habet lo-

2. Ratio. cum in viuis. ¶Item ſecundo. Quamuis enim viuis poſsit fieri ab aliquo aliquod ſuffragium vel auxilium ſpirituale et corporale ad lucrandum indulgentiam aliquam: non tamen ideo illa indulgẽtia eſt nec dicitur per modum ſuffragij. Patet quia ei fit remiſsio pœnarum eo modo quo per concedentem indulgẽtiam fit alijs viuis quibus nullus alius impẽdit ſuffragiũ aliquod, quia.ſ.fit per viã aut per modum iudiciariæ poteſtatis.

Tertia. ¶Item tertio. Nam etiã ſi concedatur quod ad concedendum et lucrandum indulgentiam eſt neceſſarium facere aliquod bonum opus: tamẽ hæc conditio quod.ſ.quis per ſe aut per aliũ aut alius pro eo potente aut nõ potente facere aut ſe iuuare faciat tale opus requiſitũ ad lucrandũ talẽ indulgẽtiam, nõ eſt conditio neceſſario pertinens ad quidditatem talis vel talis indulgẽtiæ abſolute aut per modum ſuffragij: ſed eſt per accidens et impertinenter conſequitur aut ſe habet ad eius naturam ſeu quidditatem: quãuis ſit neceſſaria et valde pertinens ad indulgentiam eſſe validam et ad eam lucrandã vt patet. ¶Et forte Gabriel et alij eiuſmodi decepti ſunt ex verbis Alexandri Allenſis parte quarta.q.83.membro.5.et Bonauentura.4.diſt.20.art.2.q.5.dicentium quod relaxatio ſeu indulgẽtia proprie dicta non tantũ dicit iudiciariã abſolutionẽ verumetiã dicit aliquã cõmutationem in pœnã aliquã volũtarie aſſumptã et cũ deuotione, et hoc videmus in omnibus indulgentijs: hoc autẽ non poteſt eſſe quantũ ad eos qui ſunt in purgatorio, quia ſunt extra ſtatũ illũ in quo poſſet eis perſuaderi alicuius pœnæ deuota et voluntaria aſſumptio, et ideo nõ competit eis relaxatio proprie niſi forte per mediũ ſiue per accidens. hæc illi. Item Innocẽ. diffiniens indulgentiã per modum ſuffragij; dicit quod eſt non gratis concedere indulgentias neq; directe: ſed pro aliquo opere pio facto per alios pro illis, vtpote pro defunctis nõ potẽtibus ſe iuuare aut facere ꝙ requiritur ad lucrandã indulgentiam. hæc ille. Ex quibus omnibus verbis præfatis nõ elicitur quod indulgẽtia per modum ſuffragij habeat locũ in viuis, neq; quod prædicta ſit diffinitio explicans totã quidditatẽ indulgẽtiæ per modũ ſuffragij eiuſq; differentia ab indulgentia abſolute et proprie ſumpta: ſed ſolum elicitur ex dictis verbis præfatorum doctorũ quod ſuppoſito quod ad lucrandũ indulgentiã requiritur neceſſario aliquod opus piũ; vt tenere videntur præfati doctores cum multis alijs. ergo ex quo defunctus id facere nõ poteſt per ſe neq; ei poteſt proprie et directe fieri indulgẽtia proprie ſumpta ſeu abſolute ſed ſolũ per modũ ſuffragij ſeu mediãte alio, iam eſt neceſſe quod alij ex cõceſsione Papæ faciant illud opus pium pro eo ad lucrandũ ei talem indulgentiã per modũ ſuffragij. Cũ quo ſtat quod in aliquo alio ſtat natura et eſſentia indulgẽtiæ per modum ſuffragij. Aliud eſt enim quod requiritur ad naturã ſeu quidditatẽ indulgentiæ huius vel illius: aliud quod requiritur ad eam lucrandã huic vel illi. Nos autẽ in hac quæſtione agimus de quidditate et differentia indulgentiæ per modum ſuffragij, ab indulgentia abſolute et proprie ſumpta quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis ſeu abſolutionis, et infra.q.17.23.30. agitur de requiſitis ad eam lucrandam.

Tertia opinio eſt quod indulgentia per modũ ſuffragij eſt diſpenſatio ſeu cõmunicatio theſauri indulgẽtiarũ auctoritatiue facta per prælatũ Eccleſiæ, ijs qui ſunt de foro alterius mundi qui nõ poſſunt ſe iuuare ſed ab alijs adiuuari pro quibus opus piũ ad lucrandũ indulgentiã fuerit per alios factũ et applicatũ. Opinio 3.

¶Prima particula patet, quia in hoc eſſentialiter differt ab indulgẽtia ſimpliciter quæ eſt abſolutio ſeu remiſsio pœnarũ per viam iudiciariam poteſtatis. Prima particula.

¶Et ſimiliter ſecũda particula tum ex dictis in ſupradicta ſecũda opinione, tum etiã ex dicendis in quarta opinione ſequente. Secunda.

¶Tertia particula, ijs qui ſunt de foro alterius mundi qui non poſſunt ſe iuuare ſed iuuari, id eſt animabus purgatorij tãtum, quia de ratione indulgẽtiæ per modum ſuffragij eſt quod fiat talibus et non alijs. Quod manifeſtiſsime patet, quia cõmunicatio theſauri indulgentiarũ quæ fit per epiſcopũ Bononiẽſem nõ ſuo ſubdito viuẽti ſuper quẽ nõ habet iuriſdictionẽ, nõ eſt indulgẽtia vllo modo vt patet ex.ca. quod autẽ. de pœ. et re. neq; eſt indulgẽtia per modũ ſuffragij, vt ſupra in reprobatione ſecundæ opinionis probatũ eſt; Tertia.

Indulgentia

indulgentia autem ſeu cōmunicatio theſauri quæ fit ſuo ſubdito viuenti non eſt per modum ſuffragij,ſed indulgentia proprie per modū iudiciariæ poteſtatis vt dictum eſt latius ſupra.q.3.et dicetur in quarta opinione ſequente.ergo talis indulgentia per modum ſuffragij ſolum habet locū in animabus purgatorij.

Quarta. ¶ Quarta particula Pro quibus opus pium &c. ponitur ſecundum doctores tenentes quod vt in dulgentia maxime pro defunctis valeat hoc vel illo modo requiritur aliquod opus pium, quo ſuppoſito cum tale opus non poſsit fieri per animas purgatorij quibus conceditur indulgentia,iam ſequitur neceſſario quod debeat miſericorditer fieri per alios , vt ſic per viam et per medium talis ſuffragij facti per alios talis cōmunicatio theſauri valide perueniat ad animas purgatorij:et inde dicitur ei habetur ratio ſeu natura indulgentiæ per modum ſuffragij.Secundum autem tenētes quod ad concedendum validam indulgētiam viuis aut defunctis non requiritur opus pium ſed cauſa pia, vt de hoc latius habetur infra.q.21. tunc iſta quarta particula ſuperfluit.Sed ideo dicitur per modū ſuffragij quia talibus defunctis miſericorditer ſuffragatur concedens talem indulgentiam ſeu communicationem theſauri.

Prima differentia. ¶ Et ſecundum hanc opinionem indulgētia per modum ſuffragij differt ab omni alio ſuffragio Eccleſiaſtico in tribus,præcipue quoad eius effectū. Primo quia alia ſuffragia valent ſecundum valorem operis:indulgentiæ autem per modum ſuffragij valent ſecundum quantitatem conceſſam ſeu

Secunda. taxatam quantum eſt de ſe. Secundo quia aliorum ſuffragiorum fructus eſt nobis incertus et indeterminatus:fructus autem indulgentiæ per modum ſuffragij eſt nobis certus et determinatus per concedentem vnum vel duos annos indulgentiæ,vel

Tertia. indulgentiam plenariam.&c.Tertio quia fructus aliorum ſuffragiorum non valet animæ cui applicatur ex iuſtitia legis et infallibiliter quoad totū ſuum fructum ſatiſfactorium,ſed ſolum ex miſericordia et liberalitate acceptantis Dei valet in toto vel in parte prout ſibi viſum fuerit decere ſuam liberalitatem talia acceptare attenta dignitate,meritis et idoneitate animæ cui applicatur.Indulgētia autem per modum ſuffragij valet ei cui cōceditur quoad totum ſuum fructum conceſſum ,idq; infallibiliter ex iuſtitia legis ſeu promiſsione Chriſti,ſicut et aliæ indulgentiæ viuis conceſſæ.

¶ Hæc tertia opinio eſt ſatis cōmunis apud do-

Primo. ctores.Sed videtur deficere in tribus.Primo quia tertia particula non videtur eſſe de ratione indulgentiæ per modum ſuffragij,licet ſit conditio cōſequens naturam talis indulgentiæ. Similiter ſecū

Secundo. do deficit.Quia quarta particula non eſt de ratione talis indulgentiæ,ſed eſt conditio requiſita ad conceſsionem indulgentiæ eſſe validam aut debite factam ſeu ad eius fructum cōſequendum. Ter

Tertio. tio deficit in eo quod vltimo dicit quod ſcilicet in dulgentia per modum ſuffragij valet quoad totū ſuum fructum infallibiliter ex iuſtitiā legis ſicut aliæ indulgentiæ viuis conceſſæ , vt de his tribus defectibus ſeu inconuenientibus latius patebit in quarta opinione ſequente.

4.Opinio Q Varta,et vltima opinio eſt,quod indulgētia per modum ſuffragij,eſt diſpenſatio ſeu cōmunicatio theſauri indulgentiarum auctoritatiue facta per prælatum Eccleſiæ,pendens quo ad ſuum fructum ſeu effectum remiſsionis pœnarum a ſola liberali et gratuita Dei acceptatione.

Prima particula. ¶ Prima particula quod ſcilicet eſt diſpēſatio vel cōmunicatio theſauri indulgentiarū,patet.Quia hæc indulgentia per modum ſuffragij eſſentialiter non eſt remiſsio neq; abſolutio pœnarum,ex quo nō eſt actus iuriſdictionis.In quo differt ab indulgētia proprie et abſolute ſumpta quæ eſt per modum iudiciariæ poteſtatis et actus iuriſdictionis:ideo eius natura et eſſentia ſtat principaliter in abſolutione ſeu remiſsione pœnarū vt de hoc latius ſupra.q.3.et infra in reſponſione ad primū argumentum habetur.Item hæc indulgentia per modū ſuffragij non eſt participatio theſauri,quia ille cui conceditur talis indulgentia non habet autoritatem ſuper tali theſauro diſtribuendo : alioqui non eſſet ei neceſſarium ſuffragium alterius ad eam lucrandam.Item quia indulgentia per viā participationis ſolum conuenit ipſis prælatis cō cedentibus indulgētias vt ipſi eas lucrari poſſent, vt ſupra.q.3.dubio.3.et infra in hac quæſtione in corolatijs habetur. Ergo reſtat quod indulgentia per modum ſuffragij eſſentialiter ſit cōmunicatio ſeu diſpenſatio theſauri. Quia nō eſt alius modus indulgentiæ nec eſt dare medium.

Secunda particula. ¶ Secunda particula,ſcilicet Auctoritatiue facta per prælatum Eccleſiæ,patet. Quia talis cōmunicatio theſauri indulgentiarum quæ fit in indulgetia per modum ſuffragij neceſſario habet fieri ab habente autoritatem ſuper cōmunem theſaurum indulgentiarum ad ipſum cōmunicandum per viā indulgentiæ huiuſmodi.Ex quo patet quod remiſſio pœnarum quæ habetur per ſacramenta,per cōtritionem aut per quæcunq; merita de congruo aut per ſatiſfactiones aliorum aut per cōmunicationes bonorum quorumcunq; non ſunt vllo modo indulgētiæ per modum ſuffragij,nec alio modo vt dictum eſt propter defectum huius particulæ.

Tertia. ¶ Tertia particula ſcilicet Pendens quoad fructum ſuum &c.Ita ſcilicet quod Deus(ſtante lege loquor ſemper)non neceſſario quoad totū ſuum fructum ex iuſtitia legis acceptat ſemper prædictā cōmunicationem theſauri pro eo cui conceditur: ſed partim ex iuſtitia legis partim ex liberalitate et gratia,ſicut et omnia alia ſuffragia pro defunctis et omnia bona meritoria de congruo. Nā ex iuſtitia legis certum eſt quod acceptantur et valent aliquid corā Deo pro eo pro quo fiunt: quoad quātitatem autem fructus et quando et quomodo talis fructus concedatur,id pendet ex gratia et liberalitate.Ita quod licet certo et infallibiliter Deus liberaliter

liberaliter acceptet ſupradictam cõmunicatinnem theſauri pro eo cui conceditur indulgentia ſicut et alia ſuffragia Eccleſiæ: non tamen abſoluit ſemper infallibiliter illum a tanto debito pœnarum. Sed aliquando in toto aliquando in parte, prout ſibi placuerit et viſum fuerit decens ſuæ miſericordiæ et liberalitati attenta dignitate aut meritis eius pro quo debet acceptari.

¶ Quod ergo ſit de eſſentia indulgẽtiæ per modum ſuffragij prædicta tertia particula ſic declarata probatur vnice, quia omne ſuffragiũ Eccleſiaſticũ omniſq; ſatiſfactio quomodocũq; et pro quocunq; maxime ſi pro alio fiat habet apud Deum ſuum valorẽ ſperaturq; eius acceptatio non quidẽ neceſſario et infallibiliter per ſolã viam iuſtitiæ legis, ſed ſimul et præcipue vt declaratũ eſt per viã gratiæ et miſericordiæ liberalis. Indulgentia autẽ per modũ ſuffragij eſt de numero ſuffragiorũ Eccleſiæ pro alio factorũ, ergo ipſius valor et acceptatio quoad quantitatem fructus ſperatur a Deo per viã liberalitatis. Conſequentia eſt bona: et minor patet ex ipſo nomine. Nã eo ipſo quo eſt indulgentia, eſt cõmunicatio theſauri ſatiſfactorij: et eo ipſo quo talis indulgentia et cõmunicatio eſt aut fit per modũ ſuffragij, cõſtat quod ingreditur numerũ ſuffragiorũ Eccleſiæ quoad ſuam vim ſeu valorẽ ſatiſfactorium. Ad quod facit Bonauẽtura in.4.diſt.20.dicens quod indulgentiæ defunctorum ſunt de nobiliſsimis ſuffragijs Eccleſiæ: et cũ eo in hoc concordant cõmuniter doctores, et ita patet minor præfata.

¶ Maior autẽ in qua eſt difficultas, quod.ſ. ſuffragia valent quidẽ ſed ad ſenſum ſupradictũ per viã liberalitatis acceptantis Dei. Probatur quadru-
atio. plicitet. ¶ Tum primo ex ſupradictis in.q.13.in reſponſione ad octauum argumẽtum vbi hoc latius probatũ eſt, quod ſcilicet Deus nullibi legitur ſe promiſiſſe acceptaturũ ſatiſfactoria ſuffragia quo ad totũ ſuum fructum pro alio quocunq; : ſed ea fieri ſuaſit et iuſsit in ſpe ſuæ miſericordiæ et libe-
anda. ralitatis. ¶ Tum ſecundo. Quia ex ritu et modo loquẽdi Eccleſiaſtico cui ſtandũ eſt, conſtat omnia quæ ſuffragia viuorum vel mortuorum appellantur in officio diuino fieri per Eccleſiam ſolũ aut ſaltem præcipue ad merendũ de congruo ſeu impetrandũ a diuina liberalitate et miſericordia pro his pro quibus fiunt fructũ ipſorũ ſuffragiorum, puta collationẽ alicuius boni aut liberationẽ alicuius mali culpæ aut pœnæ. Quod patet ex eo ꝙ ſiue pro viuis ſiue pro defunctis talia ſuffragia fiãt ſemper per viã deprecationis offeruntur vt a Deo
Tertia. miſericorditer acceptetur. ¶ Tum tertio. Probatur prædicta maior ſimul et cõfirmatur ratio præcedens, quia ratio ſuffragij proprie ſumpti in vſu Eccleſiaſtico hoc quidẽ innuit. Nam tunc tantũ proprie fit ſuffragium ſeu auxilium alicui ſuper aliqua re, quando eſt ſic egens quod exiſtẽs in tali diſpoſitione nil omnino iuris habet apud ſuum creditorem ſeu iudicem aut dominũ cui debitor eſt, vt per ſe vel per alium per viã iuſtitiæ poſsit pro ſuo debito ſatiſfacere aut ſe liberare aliquid agendo: ſed ſolum poteſt ex liberalitate et miſericordia acceptare volentis adiuuari per alium, et tale auxilium huic impenſum ab aliquo dicitur plenam propriamq; rationẽ auxilij ſeu ſuffragij Eccleſiaſtici habere: alioqui non poſſet dici omnino indigens auxilio ſuffragantis et miſericordia et liberalitate acceptantis Dei ſi aliquo modo per viã iuſtitiæ ſtante lege per ſe vel per aliũ aliquid agendo ſe poſſet liberare a debito pœnarum. ¶ Tum quarto probatur dicta maior per Auguſtinum in Quarto.
Enchiridion.ca.98.et in lib. de cura pro mortuis habenda, et habetur.13.q.2.ca.tempus.et Gregoriũ li.4.dialogo.ca.38.dicentẽ illic (ſcilicet in purgatorio de quo loquitur) nil quiſq; purgationis obtinet niſi hoc bonis actibus in hac vita poſitus vt illic obtineat promereatur. et.ca 57.58. iterum alijs verbis idẽ replicat, vt etiã habetur infra.q.17.dubio.1.ibi vide latius. ¶ Et cũ his videtur concordare bea. Tho.in.4.diſt.45.q.6.art.2.et Richard.ea.diſt.art.vlti.q.3.dicẽs quod impetrare per modũ ſuffragij innititur liberalitati eius qui oratur, et ad idẽ videtur cõmuniter docto.ea.diſt.præter Durã.qui ea.diſt.q.1.videtur aliqualiter diſſonare.

¶ Et ſic patet quarta opinio cũ qua cõcordat Caietanus in quodlibeto.2.in tractatu de indulgentijs.q.5.et.ca.5.in alio tractatu de eo ibidem, exceptis pauculis in quibus diſſonat vt patebit infra in hac.q.et.q.17.et in alijs ſequẽtibus opportune.

¶ Ex ſupradictis in hac quarta opinione, in qua 1.Corol.
probabiliter ſaluo meliori iudicio ſtandũ cenſeo, corolarię patet. Primo quod indulgentia per modũ ſuffragij differt ab indulgẽtia abſolute ſumpta. Quia indulgẽtia per modũ ſuffragij eſt eſſentialiter cõmunicatio theſauri et non eſt actus iuriſdictionis: et eius fructus.ſ.remiſsio pœnarũ purgatorij ſperatur a liberalitate acceptãtis Dei in toto vel in parte: indulgentia autẽ abſolute et proprie ſumpta eſt eſſentialiter abſolutio ſeu remiſsio aut relaxatio pœnarũ et eſt actus iuriſdictionis: et totus eius effectus.ſ.remiſsio pœnarũ ſperatur a Deo ex iuſtitia legis.ſ.infallibiliter ex eius promiſsione Matth.16. Quodcũq; ſolueris ſuper terrã &c. et Ioan.20. Quorum remiſeritis peccata &c. et Matth.18. Quæcunq; ſolueritis &c. ¶ Differt etiã ab indulgentia per modũ participationis ſeu vſus theſauri, quæ conuenit ſolum ipſis prælatis cõcedentibus indulgentias pro ſe ipſis, in duobus. Primo. Quia hæc indulgẽtia per modũ participationis eſt eſſentialiter participatio ſeu vſus theſauri cõmiſsi, et ſecundo quia eius fructus ſperatur et innititur iuſtitiæ legis ſicut et indulgẽtię viuorũ per modũ iudiciariæ poteſtatis, vt de hoc habetur latius ſupra.q.13.dub.3. Indulgentia autẽ per modũ ſuffragij nihil tale habet vt patet ex dictis.

¶ Sequitur ſecundo quod indulgentia per mo- 2.Corol.
dum ſuffragij non dicitur proprie et abſolute indulgentia ſed cum addito.ſ.indulgentia per modum ſuffragij: quia eſſentialiter non eſt remiſsio pœnarum per modum iudiciariæ poteſtatis,

neq; eſt

neq; eſt actus iuriſdictionis,vt ait Bonauentura et Alexander Hall.vbi ſupra et quæſt.3.dictum eſt, latius. Et ideo dicitur indulgentia per modum ſuffragij quia cõmunicatio theſauri fit per modum ſuffragij,ita quod ly.per modũ ſuffragij determinat indulgentiam ſeu cõmunicationem theſauri, conſtituitq; eam in ſua ſpecie diſtinctã ab indulgentia ſimpliciter quæ eſt remiſsio pœnarum per modum iudiciariæ poteſtatis,ſicut differentia cõtrahit ſuum genus efficitq; cum eo ſpeciem ſuam et naturam talis indulgentiæ. Ideo quoties indulgentia conceditur defunctis ſemper fere dicit Papa et Eccleſia quod eis concedit talem indulgentiam per modum ſuffragij. In quo innuitur eius diſtinctio ab indulgentia ſimpliciter vt dictũ eſt.

¶Et inde patet amplius quod natura et nomẽ indulgentiæ per modum ſuffragij non prouenit ex parte conditionum concedentis indulgentiam miſericorditer aut neceſſario alias ad id obligati,nec ex parte ſuffragantis ſeu facientis aliquod opus pium pro defunctis vel alijs ad lucrandum indulgentiam,nec ex parte conditionum concedentis indulgentiã miſericorditer aut neceſſario,vel aliarum conditionum quarumcunq; vndecunq; ſe tenentium aut quomodocunq; requiſitarum ad lucrandum talem indulgentiam pro tali anima purgatorij aut pro alio. Hæc enim omnia ſunt extrinſeca ad naturam indulgẽtiæ. Sed natura et nõmen indulgentiæ per modum ſuffragij prouenit et ſumitur a tali modo cõmunicationis theſauri indulgẽtiarum,quia ſcilicet talis cõmunicatio theſauri fit per modum ſuffragij,id eſt eo modo quo alia ſuffragia Eccleſiaſtica fiunt pro alijs: vt ſcilicet a Deo liberaliter acceptetur. Quia innituntur liberalitati diuinæ quoad ſuum fructũ in toto vel in parte vt ſupra declaratũ eſt. ¶Et hinc amplius patet quod non oportet ponere illam particulã quartam quæ in tertia opinione ſupra poſita eſt, ſcilicet pro quibus opus pium ad lucrandum indulgentiam &c.quia licet ſit cõditio requiſita ad lucrandum indulgentiam hanc pro defunctis:nõ tamen ad conſtituendam naturam huiuſmodi indulgentiæ,item quia non oportet quod per aliũ viuẽtem fiat opus pium,ſed ſufficit quod ab ipſo defuncto quando viuebat factum fuerit opus piũ pro quo ei iam mortuo conceditur indulgentia, vt infra.q.21.latius de hoc habetur. ¶Similiter ſuperfluit quædam alia particula quam ponit Caietanus vbi ſupra, diffiniens indulgentiam per modum ſuffragij dicendo quod talis remiſsio pœnarum quæ a Dei liberalitate ſperatur efficienda animabus purgatorij,a ſolo Deo efficitur. Hæc (inquam) particula licet ſit vera non tamen eſt neceſſaria:neq; cõſtituit naturam huiuſmodi indulgẽtiæ. Nam ex quo talis indulgẽtia conſiſtit eſſentialiter non in remiſsione pœnarum ſed in cõmunicatione theſauri &c.vt ſupra diffinita eſt: iam cõſequitur quod a ſolo Deo talis remiſsio efficiẽda eſt liberaliter. ¶Similiter ſuperfluit quædam alia particula ſupra poſita in tertia opinione in tertia particula.vbi dicitur quod hæc indulgẽtia debeat fieri his qui ſunt de foro alterius mundi:nam licet verum ſit quod indulgentia per modum ſuffragij habet locum ſolum in animabus purgatorij vt patet ex ſupradictis:hoc tamen non conſtituit naturam talis indulgentiæ ſed conſequitur ex ea ſicut riſibile aut beatificabile conſequitur naturam hominis.

¶ Tertio corolarie ſequitur quod non valet dictum Durandi in.4.diſt.20.q.4.dicẽtis quod defunctis poſſunt valere indulgẽtiæ per modum ſuffragij:pro quanto qui indulgentiam recipit faciẽdo id pro quo datur indulgentia ex intentione transfert eam in ſatiſfactionem eius qui eſt in purgatorio. Hæc ille. Ex quibus verbis videtur ſentiſſe quod qui facit opus pium ad lucrandum indulgentiam lucratur eam et ipſi conceditur directe talis indulgentia,et poſt ipſe transfert et applicat in ſatiſfactionem animæ purgatorij: et quia iſte ſic ſuffragatur tali animæ purgatorij ideo dicitur et eſt indulgentia per modum ſuffragij. Et forte idẽ ſenſerunt Alex.et Bonauen.vbi ſupra in fine ſecũdæ opinionis dicentes quod animabus purgatorij non competit relaxatio proprie niſi forte per medium ſiue per accidens. ¶Sed certe ſi ſic eſſet vt prædicta verba Durandi ſonare videntur:iam potius diceretur indulgentia per medium ſuffragij. Nunc autem non niſi per modum ſuffragij eſt et dicitur talis indulgentia. Ergo inde patet quod talis cõmunicatio theſauri ſicut et conceſsio indulgẽtiæ facta animæ purgatorij potius fit per ipſum concedentem indulgentiam:et directe fit ipſi animæ purgatorij potius quam facienti opus pium pro anima purgatorij. Sicut ſi viuenti Papa concederet indulgentiam proprie ſumptã pro quo quis talem eleemoſynam daret:certe ille qui dat talem eleemoſynam non acquirit nec transfert illam indulgentiam in eum pro quo dat illam eleemoſynam:ſicut nec ipſi conceditur illa indulgentia directe aut immediate: ſed ille pro quo ipſe dat illã eleemoſynam. Sic in propoſito dico quod qui facit eleemoſynam pro defuncto ad lucrandum illi indulgentiam ſic a Papa conceſſam,non lucratur vllo modo ſibi ipſi indulgentiam illam: neq; ipſi conceditur: neq; ipſe concedit eam aut transfert in animam purgatorij proprie loquẽdo: ſed ſolus concedens indulgentiam eam concedit immediate et directe ipſi animæ purgatorij, cõmunicando illi theſaurum indulgentiarum pro quo tale opus pium fit per alium ad lucrandum talem indulgẽtiam. Ita quod indulgentia non tranſit per mediũ alterius ad animam purgatorij. Sed pro tanto dicitur quod qui facit opus pium pro anima purgatorij transfert talem indulgentiam in eam,quodq; indulgentia hæc indirecte et per accidẽs tali animæ conceditur aut ad eam peruenit: quia ſcilicet iſte viuus facit opus pium applicans illud pro tali anima,vt ipſa anima lucretur talem indulgentiam ſic illi conceſſam. Et ideo ad talem bonum ſenſum intelligitur quod iſte lucratur indulgentiam tali animæ:

Corola.

animæ:et omnia alia predicta verba Durandi et
Alexan.et Bonauentu.et aliurum doctorum. Et
concordat expreſſe Gabriel in Cano. lectio. 57.
M.Similiter omnia ad dictum bonum ſenſum in
telligantur.

Argu. 1. QVod ſi contra predictam quartam opinio-
nem maxime contra vltimam eius particu-
lam arguatur dupliciter. Primum. Quia ſe
cundum doctrinam Eccleſiæ hereticum eſt dice-
re quod indulgentie non valent,vt habetur in Cõ
cilio Conſtantienſi contra VVicleff.et habetur in
fra,in.q.16.ſequente. Quia et ibi Concilium di-
cit erroneum eſſe negare valorem indulgẽtiarum:
quarum nomine comprehenduntur indulgentie
omnes per modũ iudiciariæ poteſtatis et per mo
dum ſuffragij per eandem rationem. Sed nõ eſſet
error in fide neq; hereſis niſi eſſet aliquomodo
ſufficienter reuelatum a Deo generaliter vel ſpe-
cialiter,quod ſcilicet valent omnibus quibus rite
conceduntur indulgentiæ tam viuis quam defun
ctis. Ergo tales indulgentiæ valent defunctis ſicut
et indulgentiæ viuis conceſſæ ex promiſsione le-
gis ſeu pacto diuino reuelato. Ergo ex iuſtitia le-
gis infallibiliter valent et acceptantur a Deo pro
defunctis ſicut et pro viuentibus:licet talis promiſ
ſio et lex ex Dei liberalitate poſita ſit. Et ergo nõ
eſt differentia inter indulgẽtias viuorum et defun
ctorum quoad hoc quod ex iuſtitia legis aut ex li
beralitate acceptentur.

Argu. 2. ITem ſecundo. Quia ſi valor indulgentiæ per
modum ſuffragij penderet a ſola liberalitate ac
ceptantis Dei ad ſenſum ſupra declaratum. Er
go non eſt certum quod talis indulgentia valet de
functo ſaltem quantum ſonat:ſicut eſt certum de
alijs indulgentijs viuentibus conceſsis. Hoc autẽ
concedere eſt contra cõmunem doctrinã Eccleſiæ
et doctorum,vt patet et quod hoc ſequatur patet.
Quia cum non acceptetur valor talis indulgẽtiæ
niſi vt Deo placuerit et viſum fuerit decens ſue li
beralitati acceptare in toto vel in parte ſecundũ
dignitatẽ maiorem vel minorẽ talis animæ purga
torij:et cũ ſit nobis incerta Dei voluntas eiusq; iu
diciũ dignitasq; talis animæ ad totũ valorẽ indul
gentiæ vel ad eius tantã vel tantã partẽ.Ergo incer
tus eſt valor talis indulgẽtiæ. Propter has et alias
rationes tenet Soto in.4.diſt.20.q 2.art.3. et Na
uar.in tracta.de indulg.nota.22.§.18. et ſeq.ꝙ in
dulgentia per modũ ſuffragij eque valẽt defunctis
de cõdigno ſicut et indulgẽtia per modũ iudicia
riæ abſolutionis valet viuis.Sed non concludunt.

Reſpõ.ad. 1. argu. ¶ Reſpondeo ad primum argumentum.Cõceſ
ſo antecedente negatur cõſequentia prima et om
nes aliæ ſequellæ.Et ratio eſt.Quia licet certũ ſit
ꝙ indulgẽtiæ per modũ ſuffragij valent defunctis
ſicut et omnia alia ſuffragia Eccleſiæ pro defunctis
facta valent eis et ſunt vtilia,ſicut et omnia bona
opera facta pro alio exiſtẽte in gratia vel etiam in
peccato mortali ſunt ei vtilia apud Deũ:et id ha-
bemus de fide,quod.ſ.omnia predicta ſuffragia va
lebũt ſcilicet ex Dei liberalitate vt dictũ eſt,et hoc
ſolũ probat,ſicut et cõceditur argumentũ. Nõ ta
men inde ſequitur neq; cõceditur ꝙ talis indulgẽ
tia aut ſuffragiũ factũ animabus purgatorij valet
eodẽ modo aut ex iuſtitia legis, ſicut indulgentia
viuorũ infallibiliter valet eis ad totũ ſuum fructũ.
Quia licet promiſerit Deus acceptare omnia ſuf
fragia defunctorũ,non promiſsit ea acceptare re
gulariter et infallibiliter ad totũ ſuum valorẽ pro
quacunq; anima offerantur ſeu cõcedantur:ſed ſo
lũ promiſsit acceptare ſecundũ ꝙ viſum fuerit de
cens ſue liberalitati:que attẽdit non ſolũ id quod
decet ipſum liberaliter agentẽ ſed etiã alias circun
ſtantias et precipue dignitatẽ aut merita talis ani
me ad maiorẽ vel minorẽ liberalitatis effectũ par
ticipandũ vt dictũ eſt,vt patet ex ſupradictis,et ſu
pra.q.5.in reſp.ad.8.argu. Indulgentias autẽ pro-
prie aut abſolute ſumptas pro viuẽtibus rite cõceſ
ſas promiſit Deus abſolute acceptare quoad totũ
ſuum fructũ ſeu valorẽ:ſicut et remiſsionẽ pecca
torũ in ſacramento,vt patet Matth.16.18. Quod
cunq; ſolueris et ſolueritis &c.et Ioan.20.Quorũ
remiſeritis:Quod patet exemplo humano. Quia
ſicut ſi dominus temporalis diceret quibuſdã vaſ
ſalis ſuis quod ſi vellẽt ipſi de ſuis facultatibus ſol
uere pro debito delicti quorundam aliorum ami
corum incarceratorum atq; ad penam corporalẽ
dãnatorum,ipſe dominus acceptabit eorum pecu
niariã ſolutionem aut redemptionem pene corpo
ralis pro illis ſecundũ quod ſibi placuerit et viſum
fuerit decens vti miſericordia maiori vel minori,
acceptando in toto vel in parte pro hoc vel illo,
attenta cuiuſlibet dignitate aut meritis ad talẽ mi
ſericordiam et liberalitatem : certe talis dominus
licet ex promiſsione acceptare teneatur:tamen nõ
niſi liberaliter et gratis acceptabit illam ſolutionẽ
in toto vel in parte vt promiſsit. Sic in propoſito
dico quod Deus ſolũ promiſit ſe ea ſuffragia acce
ptaturum pro ea parte ſeu quantitate fructus pro
qua et quomodo ſue liberalitati decens fuerit et ſi
bi placuerit. Cõtra quod nullo modo aget Deus.
Sicq; cõſtat nobis certitudinaliter ſtãte lege ꝙ li-
beraliter agit acceptando ſuffragia omnia pro di
gnis digne et rite oblata,de quorũ numero ſunt
indulgẽtiæ per modũ ſuffragij pro animabus pur-
gatorij:et hoc nõ niſi ſecundũ quod ſue liberalita
ti fuerit decẽs vt ſupra declaratũ eſt. ¶ Et ſicut ait
Vega de iuſtificatione.li.9.ca.24.licet per fidem
certa ſit efficatia orationum iuſtorũ apud Deũ:de
nulla tamen oratione ipſorũ in particulari pro ſe
aut pro alijs facta aut certe de paucisſimis poſſu-
mus eſſe certi per fidẽ ꝙ a Deo ad totũ fructũ vel
etiã ad partẽ eius quod petitur exaudiẽda ſit. Sicut
et ſuffragia quæcũq; pro viuẽtibus facta que eodẽ
modo liberaliter tantũ acceptãtur et valent apud
Deũ,nõ ideo dicuntur inualida aut inutilia eo ꝙ
nõ niſi liberaliter acceptãtur a Deo. Sic etiã de in
dulgẽtijs per modũ ſuffragij dicendũ eſt. Sicut etiã
idẽ ſuffragiũ orationis ieiunij aut eleemoſynæ ab
eadẽ perſona in ſtatu gratiæ ſuffragãte factũ eodẽ
modo pro diuerſis animabus purgatorij certũ eſt

quod eis aliquid valet:et tamen non pariformiter
neq; equaliter pro omnibus acceptatur a Deo in
eadem quantitate fructus,ſed alicui plus alicui mi
nus ſecundum maiorem vel minorem cuiuſq; di
gnitatem ad id, vt patet ex ſupradictis ſecundum
Grego.et Auguſt.ſic de indulgentia per modum
ſuffragij plenaria aut non plenaria vt dictum eſt,
quod non acceptatur a Deo niſi ſecundum quod
ſuæ liberalitati videtur decens, plus vel minus ſe
cundum dignitatem animæ cui conceditur talis
indulgentia.Ita quod non conſideratur iuſtitia di
ſtributiua reſpectu maioris vel minoris dignitatis
vnius animæ ad alteram:ſed proportio dignitatis
animæ ad miſericordiã et liberalitatẽ Dei participã
dam in toto vel in parte vt ſepe declaratũ eſt.

Obiectio. ¶ Si queratur vnde conſtat quod Deus non niſi
cum tali differentia et conditione aut modificatio
ne acceptet indulgẽtias viuorũ:cum de vtriſq; in
dulgentijs abſolute dicatur in Concilio Cõſtañ.
quod ſunt validæ corã Deo vt ſupra in argumẽto
primo tactũ eſt ſine vlla reſtrictione quoad indul
Reſpõſio. gentias per modũ ſuffragij?¶ Reſpõdeo quod pre
dicta differentia inter has et illas indulgentias cõ
ſtat ex ipſo nomine et natura indulgẽtiæ per mo
dũ ſuffragij:quæ eſſẽtialiter in hoc differt ab indul
gentia abſolute ſumpta que eſt per modũ iudicia
riæ poteſtatis vt ſupra probatũ eſt. Ideo vbicũq;
Eccleſia dicit abſolute indulgentias eſſe validas et
vtiles coram Deo pro viuis et defunctis,debet in
telligi ſuo modo et accõmode iuxta ſuam cuiuſq;
naturã. Sic ſcilicet quod indulgentiæ viuorum per
viam iudiciariæ poteſtatis valent ex iuſtitia legis
infallibiliter quantum ſonant ſi ſunt rite cõceſſæ.
Quia ſic promiſsit dominus Matth.16.18.et Ioã.
20.vt dictum eſt:pro defunctis autem non valent
niſi per modum ſuffragij:et per conſequens non
niſi per eum modũ quo alia ſuffragia defunctorũ
valent eiſdem,ſcilicet ex Dei liberalitate: quia in
hoc ſtat ratio ſuffragij vt ſepe dictum eſt. Ecce vn
de conſtat differentia predicta inter valorem hu
ius et illius indulgentiæ, quia ſcilicet ab vtriuſq;
ſua natura talis diſtinctio trahitur.

Reſpõ. ad. 2.argu. ¶ Ad ſecundum argumentũ reſpondeo negãdo
conſequentiã ſimpliciter. Et ad eius probationẽ
dico ꝙ licet nec ex parte cauſæ pro qua cõceditur
talis indulgentia,ſimiliter nec ex parte diſpoſitio
nis ſubiecti ſeu dignitatis eius cui cõceditur indul
gentia ad totalẽ ſeu ad tantum vel tantum fructũ
indulgentiæ:et per conſequens nec ex parte acce
ptationis diuinæ liberalitatis,et conſequenter nec
ex parte applicationis et efficatiæ indulgentiæ, ſit
nobis certitudo aliqua propter incertitudinem
trium predictarũ cauſarum:hoc tamen totum eſt
per accidens. At vero ex parte ipſius indulgentiæ
bene eſt certitudo ꝙ valet defunctis ſicut et viuis
quantũ ſonat quantũ eſt de ſe,quia ſcilicet ſi adſit
cauſa ſufficiens ad tantam indulgentiã,et ſufficiẽs
diſpoſitio et dignitas ſubiecti ſeu animæ cui cõce
ditur vt a Dei liberalitate percipiat fructũ talis in
dulgẽtiæ totalẽ,et adſint omnia requiſita ad fru-
ctum totalẽ indulgẽtiæ participandũ:certe ipſum
totaliter participabit talis anima, valebitq; ipſa
indulgentia ſine dubio totaliter licet ex diuina li
beralitate. Sicut enim certum eſt quod totaliter
valet indulgentia conceſſa viuis diſpoſitis ad eam
lucrandũ ſuo modo per viam iuſtitiæ legis: ſicut
etiam vere et abſolute dicitur certitudinaliter ꝙ
ſacramenta conferunt gratiã ſuſcipientibus ex iu-
ſtitia legis:quia ſcilicet quantum eſt de ſe gratiam
preſtant ſuſcipientibus ſi ſint ſufficienter diſpoſitĩ
ad eam:etiam ſi propter indiſpoſitionem ſubiectã
aliter ſepe contingat, quia id eſt per accidens et
non obſtat regulæ aut dicto generali et abſoluto.
Sicut etiã abſolute certum eſt quod ſuffragia quæ
cunq; pro defunctis,que etiam diuine liberalitati
innituntur ſicut indulgentiæ per modũ ſuffragij
ſunt eis vtilia et valida quantum poſſunt valere
cuiq;,ſcilicet ſi ſint ſufficienter digni ſecundũ Dei
liberalem acceptationẽ.Ita in propoſito dicendũ
eſt abſolute quod certitudinaliter indulgẽtiæ per
modũ ſuffragij valent quãtum ſonant,ſcilicet quã
tum eſt de ſe vt dictum eſt. Cum quo ſtat ꝙ non
eſt certum quod tales indulgentiæ ſemper quibuſ
cunq; conceduntur his vel illis defunctis aut etiã
viuentibus in particulari valeant quantũ ſonant,
propter rationes prefatas. Et quia in defunctis plu
ra requiruntur quam in viuentibus vt indulgen-
tiæ eis valeant quantum ſonant infallibiliter, tum
ex parte ipſorum tum ex parte modi quo eis va-
lent ſeu ex parte liberalis beneplaciti Dei acceptã
tis,vt patet ex dictis.Ideo eſt maior incertitudo ꝙ
tales indulgentiæ eis ſemper et infallibiliter va-
leant quantum ſonant vt dictum eſt. Et ad hoc ex
preſſe facit cenſura Pariſieñ.contra Eraſmum vt
habetur infra.q.14.in reſponſione ad primum ar
gumentum,ibi vide,et ad hoc faciunt ea quæ ſu-
pra habentur.q.5.in reſp.ad.1.argu.et infra.q.16.
¶ Et tandem nota quod conceſsio indulgẽtiæ ple Nota.
nariæ aut non plenariæ in aliqua ſignata quantita
te pro aliquo ſpecialiter facta plus valet illi per
modum ſuffragij,quam ſi generaliter aut indeter
minate aut non plenarie concederetur. Sicut et ſe
cundum cõmuniter doctores ſuffragia quæcunq;
ſpecialia taxata plus valent quã generalia indeter
minata:quia nullus conſequitur indulgentias non
conceſſas eidem quantumcunq; ſit alias dignus ſi
ue viuus ſiue defunctus, quas conſequitur ſi ſint
conceſſæ illi ſi ſufficienter ſit diſpoſitus.

TErtio contra eandem quartam opinionem et Argu.3.
maxime contra primã et vltimam eius parti
culas ſimul ſic arguitur. Quia omnis poteſtas
Eccleſiaſtica Eccleſiæ a Chriſto conceſſa eſt tantũ
ordinis aut iuriſdictionis.Predicta autem poteſtas
conferendi indulgentias per modum ſuffragij eſt
poteſtas Eccleſiaſtica et non ordinis.Ergo eſt po
teſtas iuriſdictionis. Et per cõſequens vniuoce et
eodem modo conceduntur indulgẽtiæ defunctis
ſicut et viuis,et eodẽ modo infallibiliter acceptan
tur a Deo. ¶ Et confirmatur. Quia per eandem
poteſtatẽ concedit Papa vel Eccleſia indulgentias
defunctis

defunctis ſicut et viuis. Quia non niſi quia dominus conceſſit ei talem poteſtatem Matth. 16. 18. Quodcunq; ſolueris et ſolueritis ſuper terram. Et Ioã. 20. Paſce oues meas &c. Talis autem poteſtas eſt iuriſdictionis ibi conceſſa, vt patet ſecundum cõmuniter docto. vt ſupra. q. 3. Ergo et per eandẽ poteſtatem iuriſdictionis conceduntur indulgentiæ viuis et defunctis: et eodem modo poteſtas cõcedendi indulgentias per modum ſuffragij defunctis eſt poteſtas iuriſdictionis, ſicut et poteſtas cõcedens indulgentiam viuis.

Reſpō ad argu. ¶ Reſpondeo ad tertium argumentum concedẽdo quod omnes indulgẽtiæ viuorum et defunctorum tam per modum ſuffragij quam per viã ſeu per modum iudiciariæ poteſtatis ſeu iuriſdictionis ſunt ab eadem poteſtate et per eandem poteſtatẽ iuriſdictionis, capiendo poteſtatem iuriſdictionis large vt ſit idem quod poteſtas clauis includens omnem poteſtatem in corpus Chriſti miſticũ ad ipſum paſcendum etiam per poteſtatem diſpenſatiuam vel diſtributiuã theſauri Eccleſiaſtici et beneficiorum et donorum Eccleſiaſticorum, vt concludunt argumenta. Non tamen per eundem modum: nam per modum iuriſdictionis ſunt tantum in viuos qui ſunt ſubditi et de foro Eccleſiæ: per modum autem ſuffragij ſunt tantum indulgentiæ defunctorũ. ¶ Pro cuius declaratione nota quod poteſtas clauium vel iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſic large ſumpte diſtinguitur in multa aut cõtinet multa, ſcilicet claues ſcientię et poteſtatis ſeu poteſtatem cognoſcendi et ſententiandi ligandi et ſoluendi, et paſcendi gregem ſeu oues Chriſti, modo tales poteſtates ſint diſtinctæ materialiter ſeu quo ad ſubſtantiam ipſarum. Poteſtatem ſimul et quo ad officia ſeu exercicia earum, modo quoad officia earum tantum, de quo nunc non curo, quia eo parum refert ad propoſitum noſtrũ. Sic dico quod hec poteſtas iuriſdictionis ad paſcendũ oues Chriſti per indulgentias habet duplicem poteſtatem ſeu duo officia et extenditur ad duo. Dicit enim poteſtatem ſuper diſtributione et communicatione theſauri Eccleſiæ: dicit etiã poteſtatẽ in ſubditos, modo alterũ ſit principalius altero modo nõ. Quatenus ergo dicit predicta duo ſimul dicitur et eſt proprie indulgentia per modum ſeu per viã iudiciariæ poteſtatis ſeu iuriſdictionis: quia et ſic eſt ſolum reſpectu viuorum qui ſunt ſubditi et de foro militantis Eccleſiæ. Quatenus vero dicit ſolum poteſtatem ſuper theſauro Eccleſiæ diſpenſando ſeu communicando dicitur indulgentia, nõ quidem per viam iuriſdictionis ſed per viam ſeu per modum diſpẽſatiue communicationis de theſauro Eccleſię vt ſupra queſtione. 3 latius habetur. Et cum talis communicatio et indulgentia poſsit concedi non ſubditis aut ijs qui non ſunt de iuriſdictione et foro militantis Eccleſiæ, quales ſunt defuncti qui et non poſſunt ſe iuuare poſſunt autem aliorum auxilium recipere: et talis effectus ſeu fructus committitur liberalitati diuinæ: tunc dicitur indulgentia per modum ſuffragij vt dictũ eſt. Stat enim quod habens iuriſditionem et poteſtatem ad multa non vtatur iuriſdictione per viam iuriſdictionis et ſecundum rigorem eius circa aliquem in aliquo negotio: ſed vtatur ſua poteſtate coniuncta quam habet ad liberaliter et miſericorditer aliquid agendum etiam circa non ſubditum ſibi. Sic in propoſito vt dictum eſt et noſter Medina de indulgentijs diſputatione. 5. capit. 20. fol. 54. latius explicat: quamuis ibi et diſputatione. 7. et. 8. dicat id ad iuriſditionem propriam vel excellentem pertinere. Et ſic patet reſponſio ad formã tertij argumenti, quia conceſſa prima conſequentia negatur illa ſubſequella vbi dicitur Et per conſequens vniuoce et eodem modo &c. Nam licet poteſtas et cauſa indulgentiæ ſcilicet tam indolgẽtie per viam iuriſdictionis quoad viuos, quã per modum ſuffragij quoad defunctos, ſit eadem et ſit vniuoca indulgentia viuorũ et defunctorum quo ad cauſam et poteſtatem: non tamen quoad modum vt dictum eſt. Et ſimiliter reſpondeo ad confirmationem concedendo vt ibi includitur quod per eandem poteſtatem iuriſdictionis Papa vel Eccleſia concedit indulgentias viuis et defunctis: quia ſcilicet eadem eſt cauſa et poteſtas ad concedendum omnes indulgentias viuis et defunctis: non tamen ſequitur quod ergo per eundem modum: nam cõcedendo indulgentias viuis ſubditis vtitur Eccleſia modo iuriſdictionis proprie ſuper eos abſoluendo aut remittendo penas eorum: cõcedendo autem defunctis non niſi modo communicatiuæ diſpenſationis de theſauro ſibi commiſſo &c. que eſt indulgentia per modum ſuffragij vt dictum eſt.

QVÆSTIO. XVI. Quæſt. 16.

Vtrũ Eccleſia poſſit cõcedere indulgentias animabus purgatorij per hãc vel illam viam ſeu per modum ſuffragij.

¶ Reſpondeo quod per modum ſuffragij tantum poteſt illi concedere: et dicere quod id non poteſt eſt hereticum. Probatur dupliciter. Propoſ. Primo, quia Papa poteſt auctoritatiue illis communicare de theſauro communi indulgentiarum ad liberalem et gratuitam remiſsionem penarum a Deo obtinendam. Ergo poteſt illi concedere indulgentias per modum ſuffragij. Patet conſequentia a diffinitione ad diffinitum. Et antecedens probatur quoad omnes ſuas particulas. ¶ Et primo probatur quod Eccleſia ſeu Papa poteſt communicare animabus purgatorij de theſauro indulgentiarum ſibi commiſſo. Quia ſecundum Bonauentu. et Alexan. Hall. et communiter doctores vt ſupra queſtione. 3. habetur, ad efficaciter communicandum alicui aliqua bona, ſufficit quod talis communicator habeat autoritatem ſuper talia

per talia bona cõmunicabilia aut ſuper cõmunicationem eorum, et quod is cui cõmunicatur ſit idoneus et non prohibitus ad talẽ cõmunicationem recipiendã. Quia nil aliud videtur requiri, neq; quod ſit ſubditus cõmunicantis vt patet ex q.3.ſed Papa habet autoritatẽ ad diſpenſandũ de cõmuni theſauro indulgentiarũ,qui eſt cõmunicabilis omnibus indigentibus idoneis.Matth.25. Fidelis ſer.et prud.quem conſti. D.ſup.fami.ſu.vt det illi in temp.tri.menſurã.Ioan.20. Paſce oues meas.vt ſupra.q.5.et.7.Et anime purgatorij ratione egeſtatis et charitatis ſunt oues Chriſti idoneæ ad recipiendum auxilium et cõmunicationem beneficiorum ſpiritualium vt patet.Quia ſi poſſunt recipere auxilia particularia perſonarum et etiam cõmunia auxilia et ſuffragia Eccleſiæ orantis pro eis:quare nõ poſſunt recipere auxilia Eccleſiæ de ſuo theſauro ſatiſfactorio tam per viam ſacrificij quam per aliam viam cõmunicationis? preſertim cum de hoc nulla habeatur prohibitio diuina vel naturalis.Nam detur illa,certe non dabitur.

¶ Item ſecũdo probatur illa alia particula,quod ſcilicet talis communicatio theſauri ſit eis auctoritatiue a prelato Eccleſiæ id eſt autoritate quam prelatus habet ad id. Quia ſecundum Bonauent. vbi ſupra omnis communicatio de cõmuni theſauro Eccleſiæ ad remiſsionem penarum ſit eadẽ auctoritate ſeu poteſtate Eccleſiaſtica ſuper tali theſauro,vt manifeſtiſsime patet. Quia aliãs non poſſet fieri talis cõmunicatio niſi poteſtas aliqua ad id haberetur et eadem poteſtate fieret.Ergo et communicatio de predicto theſauro indulgentiarum que ſit animabus purgatorij ſit autoritate ipſa Eccleſiaſtica conceſſa a Chriſto ad id:modo ſit aut appelletur poteſtas clauium, modo poteſtas cure paſtoralis aut diſpenſatiua:aut quouis alio nomine: et modo diſpenſetur alio modo viuis alio defunctis:modo non. Sufficit enim ad noſtrum propoſitum quod talis diſpenſatio theſauri indulgentiarum viuis et defunctis ſit eadem poteſtate Eccleſiaſtica a Chriſto conceſſa. Quod etiam in ipſis literis Papalibus ſepe exprimitur cum dicitur quod Apoſtolica autoritate a Chriſto cõceſſa concedit Papa defunctis indulgentiam per modũ ſuffragij.

¶ Item tertio probatur illa tertia particula,ſcilicet Ad liberalem et gratuitã &c. id eſt quod eius fructus ſperetur a Dei liberali miſericordia acceptante talem communicationem theſauri ad ſenſum ſupra declaratum in queſtione.15.precedente. In quarta opinione. Quia ſecundum Caietanum vbi ſupra et beatum Tho.in.4. diſtin. 45. queſt. 6.arti.2.et communiter doctores, omnia ſuffragia ſatiſfactoria Eccleſiæ pro defunctis ſolum et præcipue offeruntur Deo acceptanda ab eo liberaliter per viam miſericordiæ, vt ieiunia, orationes,et eleemoſyne,&c et alia huiuſmodi quæ pro defunctis offerri ſolent. Sed iſtæ indulgentiæ per modum ſuffragij ſunt communicationes ſatiſfactorij theſauri factæ eis per modum ſuffragij Eccleſiaſtici. Ergo eodem modo habent ſuam efficaciam et ad naturã ſuffragiorum pertinẽt quo ad hoc.

¶ Cõfirmatur probatio huius tertiæ particulæ. Quia ſecundum Tho.et Bonau.in.4.diſt.20.q.1. et diſt.45.et Caiet.vbi ſupra,pœnæ huius vitæ in ſe ſunt alterius rationis deficientis a penis animarum ſeparatarum : ſicut pena pecuniaria eſt alterius rationis et deficientis a pena corporali ſeu a pena ſeruitutis.Ideo ſicut ſeruitus non redimitur pecunia ſecundum iuſtitiæ rigorem ſed ſecundũ domini acceptationem:ita pene animarum purgatorij noſtris penis aut ſatiſfactionibus nũ redimuntur ſecundum rationem iuſtitiæ,ſed ſecundũ diuine miſericordie diſpenſationẽ ſeu acceptationem.Item quia alter eſt forus noſter in quo nos patimur per voluntariam aſſumptionem ſeu acceptationem penarum:et alter et altior forus in quo animæ ſeparatæ puniuntur vbi nõ eſt voluntaria aſſumptio vel ſatiſfactio ſed ſatiſpaſsio penarum. Et ſic noſter forus eſt mitis quaſi canonicus vel ciuilis,ille autem rigoroſus quaſi ſanguinis et criminalis.

Confirmatio.

¶ Ideo ſi quis propter debitam pecuniam in ſeruitutem iam redactus eſſet vt olim fiebat:aut ſi clericus in forum ſanguinis ex enormitate delicti cecidiſſet:ſicut nõ ſufficeret pecunia ad redimẽdum illũ a ſeruitute nec pene canonice ſufficerẽt ad redimẽdum vitã clerici:ita nõ ſufficiũt noſtræ paſsiones aut ſatiſfactiones ad ſatiſfaciendum ſecũdum iuſtitiã pro penis animarũ purgatorij, quæ tamen ſatiſfactiones ſuffeciſſent ad proportionabiliter ſatiſfaciendum ſecundũ iuſtitiam pro predictis earum penis in hac vita ſoluendis,ante quã in penas alterius rationis eſſent tranſlate et in foro ire et rigoris diuinæ iuſtitiæ,qualis eſt forus purgatorij:ſpectant enim ille pene aliquomodo, ſcilicet quoad modũ licet non quoad durationẽ punitionis,ad ſtatum et conditionem penarũ inferni, vt hoc etiam innuit Gerſon exponẽs illud pſal.6. Domine ne in furore tuo arguas me. ſcilicet in inferno vbi nulla eſt redemptio, Neq; In ira tua corripias me.ſcilicet in purgatorio vbi rigor iuſtitiæ ſeruatur licet ibi ſit redemptio:ſed potius Miſerere mei.&c.ſcilicet in hac vita vbi eſt punitio filialis et miſericors, Hic vre, hic ſeca,&c.ſecundum Auguſtinum.Ergo non eſt nobis via aliqua iuris ad adeundum forum illum purgatorij ad alicuius redemptionem,ſed gratia et miſericordia acceptãtis Dei opus eſt,et ſic patet prima probatio.

Simile.

¶ Secundo principaliter probatur propoſitio ſupra poſita,quia iam ſic declarauit Sixtus quartus, quod ſcilicet indulgentiæ proſunt defunctis per modum ſuffragij dum ad ipſas animas purgatorij per Papã expreſſe extenduntur,vt hoc etiã refert Gabriel in Cano.lect.57.K. et eius Suppl.in.4.diſt. 45.q.4.art.2.propo.3.et iã ex ipſo ritu et practica Eccleſiæ id cõſtat.Quia tẽpore antiquo plurimi põtifices cõceſſerunt defunctis Indulgẽtias etiam plenarias per modũ ſuffragij : de quorũ numero fuit etiã B.Greg.vt habetur in multis ſcripturis antiquis

Secunda principalis probatio.

tiquis et veris Romæ et alibi repertis. et in. 4. libro dialogorum.ca.57.et libro.2.cap.22. videtur beatus Gregorius quod pro defunctis dedit indulgenias per certas miſſas,vt hoc etiam refert Supplementum vbi ſupra. Et licet ipſe non feceris potuit tamē et eius ſucceſſores omnes id facere,ſicut et iam copioſe fit et forte vberius aliquādo et crebrius debito faciunt:cum omnes ſint eiuſdē poteſtatis Papalis cum beato Petro et alijs ſanctis Pontificibus qui id fecerunt et facere potuerunt. Et in Concilio Conſtañ. contra VVicleff condemnatur vt hæreticum dicere quod fatuum eſt credere indulgentias Papæ et epiſcoporum. Ideo hæreticum eſt dicere quod indulgentiæ per modū ſuffragij non poſſunt concedi a Papa defunctis: ex quo Papa et Eccleſia eas ſic concedit vt dictum eſt. Et idem expreſsius contra Lutherum de hæreſi condemnatum eſt,et Inno.in.ca.quod autem.de pœ. et re,et cōmuniter doctores de hoc.

Argu.1. CONtra præfatam propoſitionē arguitur tripliciter. Primo. Quia poteſtas data eſt Petro ſolum ſuper terrā,vt patet Matth.16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c Ergo eius auctoritas non ſe extendit ad eos qui ſunt infra terram ſeu qui ſunt alterius mūdi,quales ſunt animæ purgatorij. Et ita non poteſt per viam indulgentiæ quæ dicit autoritatem quomodocunq; animabus purgatorij ſuffragari.

Argu.2. SEcundo arguitur. Quia ipſe ſtilus literarū indulgētiæ pro defunctis expreſſe et limitate habet quod per modū ſuffragij indulgentia cōceditur animabus purgatorij. Conſtat autē ſuffragiū non ſpectare ad auctoritatem clauium ſed ad miſericordem voluntatem quorumlibet ſuffragari ſeu auxiliari volentium. ergo indulgentia per modum ſuffragij nihil addit ad ipſum bonum opus pium eleemoſinæ et huiuſmodi factū pro defunctis ad lucrandum indulgentiam.

Argu.3. TErtio arguitur. Quia hæc poteſtas concedendi indulgentias per modum ſuffragij defunctis non habetur ex ſacra ſcriptura nec ex ſacris canonibus.

Reſp.1.ad argu. ¶ Reſpondeo ad primum argumentum tripliciter. Primo negādo antecedens vt ait noſter Medina de indulgentijs. Et ratio eſt. Quia ſicut ratione delicti efficitur quis ſecundū iura de iuriſdictione et foro alterius cuius non erat: ita in purgatorio exiſtentes licet abſolute nō ſint de foro et iuriſdictione huius mundi:tamen ratione delictorum in hac vita cōmiſſorum fiunt de foro et Iuriſdictione Eccleſiæ et Papæ,vt patet. Quia mortuus poteſt excommunicari et abſolui ab excōmunicatione,vt habetur.24.q.2.capitu. fina. et alijs capitu. præcedentibus , vt de hoc latius Silueſter,titu.excommunicatio.1.nota.3.et Abulen.ſuper Matth. 16.cap.q.89.et illud Matth.16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c.intelligitur ſic. Quodcunq; vbicunq; fuerit ſolubile ſolueris tu ſuper terram exiſtens dum viuis in mundo &c. vel Quodcūq; ſuper terram,id.eſt vbicunq; extra cœlum vel gloriam. Nam nomine terræ vbi contraponitur cœlo intelligitur omnis locus extra cœlum. Ideo quodcunq; in aqua aere et terra exiſtens in ſuperficie vel intra terram in purgatorio comprehendit id Matth.16.et ad ea omnia extenditur Clauis et poteſtas Papæ et Eccleſiæ. ¶ Sed certe iſta reſponſio non valet. Tum primo , quia illud non habet verum ſecundum communiter doctores quoad iudicialiter ligandum et ſoluendum a peccatis quoad culpam:et eadem ratione nec quoad pœnam propter culpam in foro Dei et conſcientiæ vt patet, quia de peccato cōmiſſo Romæ,poteſt quis abſolui a ſuo prælato ſeu curato in Hiſpania et habere ibi indulgētias,et ſic iudicialiter ligari et abſolui ab eo ibi in foro cōſcientiæ. Tū ſecūdo, quia quoad viuos tantum eſt verum quod ſortiuntur forum ratione delicti non autem quoad defunctos, vt patet. Quia ſicut mortui non poſſunt ligari iudicialiter in foro conſcientiæ ad culpam ſeu pœnas alterius mundi,ita nec ab eis abſolui:nō enim poſſunt exiſtentes in purgatorio ſacramentaliter vel quaſi ſacramentaliter abſolui vel ligari iudicialiter ad pœnas alterius mundi neq; ad ſui ſtatus mutationem neq; excommunicari modo prædicto,quamuis bene poſſunt abſolui ab excommunicatione in hac vita contracta et ſimiliter excommunicari:ſed hoc tantum poteſt fieri in foro Eccleſiæ ſeu contentioſo,nō quoad pœnas alterius, ſed huius vitæ tantum, vt ſcilicet oretur vel non oretur pro eo ſpecialiter et publice , et vt poſsit vel non poſsit in loco ſacro ſepeliri et huiuſmodi,etiam ſi ſint in inferno poſſunt hoc modo ligari excommunicari et abſolui,vt habetur latius de his vbi ſupra.24.q.2.ca.fina. et Silueſter et Abulen. Tum tertio quia gloſſa illa Quodcunq; ſolueris ſuper terrā &c.eſt extorta et diſſona textui vt proxime patebit. (Impugnatio.)

Reſp.2. ¶ Ideo ſecundo ſecundum alios doctores reſpōdeo,conceſſo antecedente negatur conſequentia: pro quanto ibi includitur minor ſubſumenda ſcilicet quod animæ purgatorij non ſunt ſuper terram,quæ minor eſt falſa. Nam animæ purgatorij ſunt ſuper terram quoad ſtatum et quoad ſuā cauſam aliquomodo licet quoad ſuum eſſe ſint infra terram. Quoad ſtatum quidem et quoad cauſam non ſunt omnino in termino neq; in via, ex quo nec ſunt beatæ aut finaliter premiatæ neq; in via merendi aut demerendi : ſed ſunt in medio ſtatu ſcilicet in termino quoad meritum et demeritum et in via quoad premium finale dum detinentur purgandæ in pœnis : et ideo quoad hoc ſunt et aliquo modo ſuper terram,et per conſequens de foro Eccleſiæ et de Iuriſdictione eius et Papæ ſicut et nos viatores , ita ſcilicet vt ſicut quoad punitionem adhuc ſunt in viatorum ſtatu indigentes,ita et quoad releuationem a pœna adhuc ſubſunt iudici viatorum , vt ſic poſſent ſicut et viui iuuari et abſolui per Papam iudiciarie a pœnis per indulgentias. Et iſti doctores hoc modo reſpondentes gloſſant illud Matth.16. Quod

cunq; ſolueris ſuper terram ſic, Quodcunq; exi
ſtens ſuper terram quoad eſſe aut quoad ſtatum
ſeu quoad cauſam ſuam, ſolueris illud erit ſolutũ
in cœlis &c. Et ſic poſſunt ſolui animæ purgato
rij quia ſunt ſuper terram quoad ſtatum et cauſam
vt dictum eſt.

Impugnatio. ¶ Sed certe nec iſta ratio nec expoſitio textus
eſt vera. Non ratio. Quia inde ſequeretur quod in
dulgentiæ conceduntur animabus purgatorij nõ
per modum ſuffragij ſed per modũ iudiciarie ab
ſolutionis vt viuis, quod eſt contra predicta et cõ
tra cõmuniter doct. ¶ Nec expoſitio textus eſt bo
na nec conſona quod patet tripliciter. Primo.
1. Ratio. Quia ſic ſuperflue poneretur ly ſuper terram, ex
quo omne ligabile et ſolubile quoad ſtatum ſeu
quoad cauſam eſt ſuper terrã vt declarant predi-
cti doctores, predicto modo reſpondentes et gloſ
ſantes prefatam auctoritatem. Cõſtat enim quod
de exiſtentibus in inferno et in celo non poteſt in
telligi predicta autoritas ex quo nõ ſunt ſolubiles
aut ligabiles amplius vllo modo ſcilicet quoad
eſſe aut quoad ſtatus mutationem aut quoad cau
ſam, et per cõſequens nullo modo ſunt ſuper ter
ram. Viui autem ſunt ſuper terram quoad eſſe et
quoad ſtatum et quoad cauſam, animæ vero pur-
gatorij ſunt ſuper terram quoad ſtatum ſeu cau-
ſam et per conſequens quoad id quod eſt ligabile
et ſolubile. Ergo ſecundum prefatam expoſitionẽ
ſufficiebat dicere Quodcunq; ſolueris et ligaue
ris erit ſolutum et ligatum in celo: et non oporte
bat addere ly ſuper terram, ex quo omne ſolubile
et ligabile eſt ſuper terram aliquo modo vt dictũ
eſt. Dicere autem quod in tam paucis verbis Chri
ſtus ſuperflue ad liberu verbum non quadrat. Er
go per illa verba Quodcunq; ſolueris ſuper ter-
ram, Chriſtus voluit ſub poteſtate clauium iudi-
ciaria abſolutiua ſeu ligatiua ſubijcere non ſolum
exiſtentes ſuper terram quoad ſtatum ſeu cauſam;
ſed et quoad ſuum eſſe quales ſunt ſolum viui nõ
autem animæ purgatorij vt patet.

2. Ratio. ¶ Secundo patet idem, quia ſecundum Caieta.
in.1. quodlibe. tract. de indul q.5. et in alio tracta.
de eo. ca.5. plus requiritur ad eſſe ſubditum iuriſ-
dictioni viatorum quam eſſe participem aut quã
eſſe in ſtatu viatorum quoad aliquid. Requiritur
enim quod ſua cauſa, quoad id quod ſapit viæ poſ
ſit cognoſci a tali iudice viatorum: nullus enim
poteſt eſſe iudex cauſæ omnino incognoſcibilis
ab ipſo. Nunc autem cauſæ exiſtentium in purga
torio ſunt omnino incognoſcibiles a Papa vel Ec
cleſia militante. Ergo exiſtentes in purgatorio nõ
ſunt de iudicio aut iuriſdictione Eccleſiæ militan
tis neq; de eius foro, neq; ei ſubiectæ et per conſe
quens non poſſunt per Papam ligari vel abſolui
a peccatis vllo modo. ¶ Hæc ratio poteſt ſolui
dupliciter, vno modo concedendo maiorem ſim
pliciter: non tamen quoad aliquam cauſam non
requirentem cauſe cognitionem, qualis eſt conceſ
ſio indulgentiæ, vt ſupra q.7. in probatione ſecun
de particule dictum eſt. Et hec eſt melior inſtan-
tia. Alio modo negando maiorem ſimpliciter te-
nendo opinionem doctorum dicẽtium quod po
teſt Eccleſia ſuper omnino occulta, quod licet nõ
poſsit ea cognoſcere poteſt punire et abſoluere ab
eis: quia ad hoc habet a Deo poteſtatem non ad il
lud. Aut dicendo quod Eccleſia non poteſt ſuper
omnino occulta in corde latentia que nullo ſen-
ſu exteriori percipi poſſunt: bene autem poteſt ſu-
per ſic occulta quod ſenſu exteriori percipi poſ-
ſunt, quamuis per accidens ea nõ poſsit cognoſce
re propter defectum probationis: nunc autem co
gnitio cauſæ animarum purgatorij licet nõ poſsit
haberi ab Eccleſia per accidens propter diſtantiã
loci et ſtatus &c. bene tamen poteſt ei competere
ex poteſtate ei a Chriſto collata. Sed prima inſtan
tia videtur melior.

¶ Tertio patet idem, quod ſcilicet prefata expoſi 3. Ratio.
tio textus non eſt bona. Quia ex ipſa litera Math.
16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. aperte
innuitur quod licet effectus poteſtatis penetret ce
los, quia dicit Erit ligatum et ſolutum in celis, vt
bene dicit Chryſoſtomus ſuper ipſa verba, et re-
fert Alexan. Hall. tamen iuriſdictionis actus ligãs
aut ſoluens terminatur ad hoc quod ſit et exercea
tur ſuper terram, quia dicitur, Quodcunq; ſolue-
ris et ligaueris ſuper terram, ita quod ſuper terram
determinat, quod ſolueris et ligaueris, id eſt quod
cunq; ſolubile fuerit tu ſolueris aut ligaueris ſu-
per terram, illud quoq; erit ſolutum et ligatum in
celis. Quod patet, quia ipſa correſpondentia ver-
borum et ſententiarum textus vbi dicitur, Erit ſo-
lutum et ligatum et in celis, innuit aperte verba
premiſſa, ſcilicet, Quodcunq; ſolueris et ligaueris
ſuper terram, debere eodem modo correſponden
ter intelligi, ſcilicet Quodcunq; fuerit a te ſolutũ
aut ligatum ſuper terram illud etiam erit ſolutum
et ligatum in celo a me vt dictum eſt. Item iſte
ſenſus habetur expreſſe per Eccleſiam. 24. queſt.
2. in. 1. 2. 3. et. 5. capitu. vbi videatur. Quia et ſic cõ
muniter gloſſatur a doctoribus vt ait Bonauentu-
ra in. 4. diſtinctione. 20. queſtione penultima, et
Alexan. Hall. 4 part. queſtione. 83. membro. 5. et
Duran in. 4. diſtinctione. 20. queſtione. 4 et bea-
tus Thomas, et Richar. eadem diſtinctione arti. 3.
queſtione. 3. et Abulẽ. ſuper Math. 16. queſtione
89. 90. ſuper illud, Quodcunq; ſolueris ſuper ter
ram &c. et Gabriel in Cano. lectione. 57. M. et Ca
ieta. vbi ſupra: quamuis alij doctores pauci aliter et
aliter gloſſent vt refert Gabriel vbi ſupra.

¶ Ideo tertio et aliter et melius ad primũ argu Respon.
mentũ ſecundũ prefatos docto. vbi ſupra et cõmu
niter alios doctores predicto modo bene gloſſan
tes illud Math. 16. Reſpondeo, concedendo ante
cedens quod ſcilicet poteſtas iudiciaria ſeu abſolu
tiua non eſt data Petro vel Eccleſiæ niſi ſuper exi
ſtentes ſuper terram aut in hoc mũdo quoad per
ſonam ſimul et ſtatum: non autem ſuper purga-
torium, ex quo ſecundum Geneſ. 42. Mortui non
dicuntur eſſe ſuper terram. Quia ibi dicitur quod
Ioſeph non erat ſuper terram. Et patet purgatoriũ
non eſſe

non eſſe ſuper terram ex eo quod Chriſtus deſcē
dit ad inferos,vbi eſt limbus patruum et purgato
riū ſecundum cōmuniter doctores, licet Gabriel
ſuper Cano.lectio.57.L.ex Bonau.dicat ꝙ ſi quis
contendat vicariū Chriſti habere iudiciariā pote-
ſtatem ſuper exiſtentes in purgatorio,non eſt illi
multum reſiſtendum modo hoc dictet ratio vel
autoritas manifeſta.Tu dic quod nulla ratio nec
autoritas ſufficienter id dictare poteſt:ex quo au
toritas Euangelij.Matth.16.prædicto modo ſecū
dum cōmuniter docto.recte intellecta dicit quod
ſolum ſuper terram habet iudiciariam poteſtatē:
et dicere quod animæ purgatorij ſunt de iuriſdi
ctione Papæ eſt de veritate ſuſpectum vt ait Maio
ris in 4.diſt.20.q.2.quod ſic cenſuit facultas Pari
ſien.vt habetur infra.et.q.18.in fine latius , et ſic
conceditur prima conſequentia ad illum ſenſum;
quod Papa non habet autoritatem iudicialem ab
ſolutiuam ſuper purgatorium:neq; hoc modo po
teſt concedere indulgentias proprie ſumptas per
modū iudiciariæ poteſtatis ſeu abſolutionis. Sed
tunc negatur ſecunda conſequentia quæ loquitur
de indulgentia per modum ſuffragij.Si autem an
tecedens intelligatur et ſimiliter cōſequens quod
non eſt data Petro et Eccleſiæ poteſtas diſpenſati
ua et communicatiua theſauri indulgentiarum ni
ſi ſolo pro exiſtentibus in hoc mundo:tunc nega
tur antecedens.Dico enim quod Papa et Eccleſia
habet autoritatem hāc ſuper præfato theſauro ad
communicandum auctoritatiue de eo omnibus
indigentibus idoneis vbilibet tam in hoc mundo
quam in purgatorio exiſtentibus vt ſic a ſuis pœ
nis ſoluantur:quod eſt concedere indulgentiam
illis per modum ſuffragij:quanuis non poſsit ani
mas purgatorij iudicialiter abſoluere. Communi
care enim auctoritatiue de theſauro Eccleſiæ non
eſt actus iuriſdictionis ſed autoritatis eam conſe
quentis vel communicantis ſeu Clauis ſolum diſ
penſatiue ſeu cōmunicatiue , vt ſupra per totam.
q.15.et.3.dictum eſt.

Replica. ¶ Quod ſi contra hoc replicetur quod in dictis
auctoritatibus Matth.16.et.18. et Ioan. 20. Paſce
oues meas.fundatur poteſtas concedendi indulgē
tias vt ſupra probatum eſt,et.q.6.et.7. habetur.
Talis autem poteſtas in prædictis auctoritatibus
collata eſt poteſtas iuriſdictionis,vt patet ex locis
preallegatis.Ergo ſi Papa vel Eccleſia poteſt ani
mabus purgatorij concedere indulgētias vllo mo
do,nō niſi per modum iudiciariæ poteſtatis ſicut
et viuis id poteſt.Sed hoc modo non poteſt vt ſu
pra reſpōſum eſt.Ergo nullo modo neq; per mo
dum ſuffragij id poteſt.

Reſpōſio. ¶ Reſpondeo negādo primam conſequentiā,et
per conſequens alias conſequentias. Et ratio eſt.
Quia diuerſimode exit in actu prædicta poteſtas:
nunc quidē per modū iuriſdictionis in ſubditos:
nunc autē per modū tantum cōmunicatiue diſpē
ſationis eōcomitantis vt indulgētia per modū ſuf
fragij vt ſupra.q.5.in reſp.ad.3.argu.dictum eſt la
tius ibi videatur,et ſic patet reſpōſio ad.1.argu.

Reſpō ad.2.argu. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondeo quod
ſtilus literarum Apoſtolicarū continet quidē mo
dum ſuffragij,ſed non preciſe, nam cum hoc etiā
continet auctoritatiuā conceſsionem indulgētiæ,
et per vtrunq; ſimul oſtendit auctoritatem cōmu
nicandi vel diſpenſandi et modū ſuffragij in per-
ueniendo ad animas purgatorij.

Reſpō ad.3.argu. ¶ Ad tertium argumentū reſpondeo quod præ
fata poteſtas ſatis habetur ex ſacra ſcriptura ſimul
et ratione ibi fundata et practica Eccleſiæ et eius
diffinitione.Quia Ioan.20.Paſce oues meas,ha-
betur cura paſtoralis non ſolum ad docēdum ſed
ad paſcendum paſtu beneficij ſpiritualis omnes
oues Chriſti vel membra eius vbicunq; exiſten-
tia indigentia et idonea ad Eccleſiæ ſuffragia recī
piendum,quales vt ſupra dictum eſt animæ pur-
gatorij ſunt.Nam ex Eccleſia Romana canonum
conditrice explicatum eſt quod varijs modis Cla
uis vel poteſtas Eccleſiaſtica aperit regnum cœlo
rum membris Chriſti viuis atq; defunctis , vti ex
omnibus ſupradictis in.q.15.et.q.5.et.7. ſatis con
ſtat vt dictum eſt.

Opinio noua. SEd vltra ſupradicta eſt noua quædam opinio
ſatis pia et exaltans poteſtatem Eccleſiæ et mi
ſericordiam Dei quæ vtinam eſſet vera: quam
doctiſsimus noſter frater Michael de Medina in
ſuo tractatu de indulgentijs diſputatione.8.capit.
41.42.vſq; ad finem libri perſuadere conatur.
Quæ ſtat in tribus dictis. Quorum primum eſt.
Quod omnes indulgētiæ ſiue quæ viuis ſiue quæ
defunctis conferuntur, poſſunt fieri et vtplurimū
fiunt eodem modo per poteſtatem iuriſdictionis
ſimul et per diſpenſationem vel applicationē the
ſauri indulgentiarum . ¶ Secundum dictum eſt,
quod aliquando fieri poſſunt et fiunt per ſolā po
teſtatem iuriſdictionis,nullo Eccleſiaſtici theſau-
ri adiuncto auxilio vel diſpenſatione. Et econuer
ſo fieri poſſunt et ſæpe fiunt ſolum per modum
diſpenſationis vel applicationis prædicti theſauri
idq; tam viuis quam defunctis.¶ Tertium dictum
eſt,quod quando indulgentiæ cōferuntur per di-
ſpenſationem vel applicationem dicti theſauri di
cuntur fieri per modum ſuffragij vel auxilij.Et ita
conſtat ex dictis quod indulgentiæ vtplurimum
fiunt tam viuis quam defunctis per poteſtatem iu
riſdictionis ſimul et per modum ſuffragij.Aliquā
do autem per poteſtatem tantum iuriſdictionis.
Aliquando vero per modum ſuffragij duntaxat.

Fundamētū primū. ¶ Probatio horum omnium pendet ex duobus
fundamentis.Primum eſt, vt vbi ſupra diſputatio
ne.7.ca.34.36.ait ipſe Medina, quod papa habet
iuriſdictionem in purgatorio.Quod quadruplici
ter probat.Primo,quia Matth.16.Quodcūq; ſol
ueris ſuper terram &c.vbi nomine terræ compre
henduntur omnes extra cœlum ſunt etiā in pur
gatorio exiſtentes idonei ad recipiendū indulgen
tias et alia beneficia ſpiritualia.Quia ſæpe in ſacra
ſcriptura et maxime vbi terræ contraponitur cœ
lum vt hic,nomine terræ cōprehenditur omnis
creatura quæ extra cœlum eſt etiam ſi in aere vel

in aqua, et in viſceribus terræ vel in purgatorio ſit.vt Gen.1.In principio creauit Deus cœlum et terram,id eſt omnia quæ in cœlo et extra cœlum ſunt,et ca.14.Leuo manũ meã ad dominũ Deum excelſum poſſeſſorem cœli et terræ.et Pſalm.134. Omnia quæcunq; voluit fecit Deus in cœlo et in terra.et Ierem.33.Cœlum et terram ego impleo. et Matth.16.Fiat voluntas tua ſicut in cœlo et in terra.

¶ Secundo probatur idem auctoritate.ca. a nobis.2.de ſententia exco.vbi defunctus excõmunicatus abſoluitur,et impœnitens excõmunicatur. et.24.q.2.ca.vlti.vbi etiam ad probandum hanc poteſtatẽ Eccleſiæ,allegatur id Matth.16. Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c.ad idẽ eſt.B.Grego.li.2.dialog.ca.23.vbi narrans quod ſanctus Benedictus abſoluit quaſdã moniales defunctas quæ viuentes fuerant ab ipſo excõmunicatæ:et interrogatus ipſe beatus Grego.quomodo id fieri potuit poſt mortem earum, reſpondet, quod quia Chriſtus id in beato Petro Math.16.dicẽs,Quodcunq, ſolueris ſuper terrã &c.cõceſsit ijs qui eius vicem ligando et ſoluendo obtinẽt in terra:qui locum ſancti regiminis fide ac moribus tenent.Hæc ille.Et ſimile aliud refert Abulen.Math.16.q.89. Neq; valet dicere quod talis excõmunicatio et abſolutio defuncti potius eſt declaratio et valet ſolũ vt nomine Eccleſiæ publice poſsit vel non poſsit ſpecialiter pro eo orari et ſacrificiũ offerri et corpus eius in loco ſacro ſepeliri. Hoc inquit hæc opinio non valet. Quia Math.16.dicitur quod etiam ratificatur et valet in cœlo illa ligatio atq; ſolutio quæ fit per Eccleſiam in terra per poteſtatem hanc ſupranaturalem collatam a Chriſto.ergo non ſolum valet ciuiliter quoad Eccleſiam, ſed etiam vere ſpiritualiter quoad Deum etiam in cœlo.

¶ Tertio idem probatur.Quia licet defuncti in purgatorio quoad eſſentiã nõ ſint in terra aut ſuper terram: ſunt tamen quoad cauſam, quia ſcilicet ratione delicti quod viuentes in mundo commiſſerunt poſſunt quoad pœnam inde promeritam per Eccleſiam iudicari vel per Papam et ita ligari vel abſolui. Nam ſecundum iura ſortitur quis forum ratione delicti.C.vbi de crimine agi oporteat.l.qua. et in auctẽ.vt omnes obedi.iudici.prouin.

¶ Item quarto idem probatur.Quia animæ purgatorij cum non pertineant ad Eccleſiam triumphantem vt conſtat:certe pertinent ad militantem.Nam non eſt alia Eccleſia media inter has. Papa atem habet iuriſdictionẽ in omnes qui ſunt de Eccleſia militante vbicunq; ſint. Igitur etiam in purgatorio.

¶ Secundum fundamentum huius opinionis eſt,
Fundamentum.2. quod ſicut quando alicui reipub. ſiue prouinciæ aliquis a rege preficitur,vti Romani quondam et nunc Hiſpani externis gentibus preficere conſueuerunt,huic rex ſuam quoq; iuriſdictionis poteſtatem confert vt in ſceleribus aut debitis regijs condonandis et remittendis quodcunq; ſoluerit ſolutum ſit etiam de publico erario diſpenſando. Hic ſi velit omnes qui regijs vectigalibus ſiue tributis ſoluendis non ſunt ſemper ex illa ſibi tradita poteſtate indifferenter abſoluere: non in edificationem ſed in deſtructionẽ regij et publici erarij abutetur ea poteſtate. Igitur aliquando quidẽ iuſtis cauſis ſeſe offerentibus ex illa tantum regia poteſtate ſceleris penas aut debitum condonabit: aliquando autem,cum videlicet rationes tales nõ occurſent que in prefecture accipienda ratione regi probande non videantur,non vtetur ea poteſtate:ſed ſolum ex publico erario ciuitatis cuius debitor ille ciuis et pars eſt,ad ſimiles caſus ab ipſis ciuibus publicis impenſis aſſeruato debitum tantundem reddendo iuſte compenſabit. Huiuſmodi enim multa eraria ad pauperum inopiam releuandam publicis ſumptibus et donarijs in vrbibus erigi ſolent. Aliquando vero cum ſcilicet alique quidem rationes vtendi illa poteſtate apparent,ſed non ſatis ſufficientes: tunc certe vtroq; modo,id eſt partim poteſtate iuriſditionis partim erarij publici diſpenſatiua applicatione debita ſoluet:eo quod neutrius per ſe iuſte cauſę vtendi exiſtant. ¶ Ita per omnia ſummus pontifex a ſummo rege Chriſto in beato Petro ſoluendi et ligandi poteſtate accepta,non vno modo vna eademq; ratione ſemper obligationes penarum condonat: ſed pro diuerſis cauſarum et rerum conditionibus diuerſimode. Aliquando quidem ex ſola poteſtate iuriſditionis a Chriſto accepta, nimirum quando iuſtę rationes huius rei a prudentia et ſpiritu ſuggeruntur:aut quando penitẽs alioqui per externas afflictiones curat bene punire quod male geſsit,ſicuti in Eccleſia primitiua ſeuere penitentibus grauiſsimasq; penitentias libenter implentibus et miſericordiam de reſiduo debito aut de aliquo defectu earum maxime prope mortem petentibus penitentię aut penę debite per has indulgentias iuſte per hanc poteſtatem tantum iuriſditionis condonabantur,vti Cyprianus libro ſecundo epiſtola ſecunda latius oſtendit. Aliquando autem, quando videlicet res aliquantulum anceps et ambigua eſt et peccator neq; omnino per penitentiam ſatiſfacit neq; omnino negligit ſatiſfacere: tunc partim ex predicta poteſtate partim etiam ſimul ex applicatione theſauri eaſdem penas per indulgentias condonat, vti paulo poſt tempora Eccleſiæ primitiuæ fieri ſolebat,vbi charitas feruorq; penitentum tepeſcere cepit: tũc enim relaxationes penarum,per indulgentias per vtranq; poteſtatem hanc iuriſditionis et applicationis theſauri ſimul fieri et appellari ceperunt. Id quod canones penitentiales et doctores ſcholaſtici antiqui vt Altiſiodoren. Thomas, Alexander,Bonauentura,et eiuſmodi plurimi ſatis oſtendunt. Aliquando vero, cum ſcilicet exiles rationes et cauſæ ad eam condonationem penarum inuitant et ſola miſericordia illam flagitare videtur, puta quando conſtante dolore ſufficiente ad re

miſsionem

miſſionem culpe, de penis debitis per impotentiam aut animi fragilitatē peccator non ſatiſfacit: tunc vtique indulgentię licite conceduntur ex aliqua pia cauſa aut fine per ſolam poteſtatem diſpēſatiuam applicando theſaurum indulgentiarum, quem ſibi reſpublica Chriſtiana ex publicis Chriſti et ſanctorum et iuſtorum omnium contributionibus et impenſis ad indigentium releuationem reſeruatum habet. Et hoc modo proprie et plene dicitur viuis et defunctis indulgētia per modum ſuffragij concedi, hoc etiam modo communiter fit in hoc tempore vbi non ſolum corpora ſed etiam animi a feruore charitatis et ab operibus penitentie fere defecerunt. Et horum omnium ratio eſt, nam ſi ſemper prodige ſine iuſta aut ſine vlla cauſa ageret Papa de publico theſauro perſoluens: iam ſua abuteretur poteſtate: et ſimiliter ſi nunquam liberaliter ageret cum indigentibus diſpenſando: tunc enim ocioſa in eo eſſet diſpenſatiua ſua poteſtas. Igitur illo triplici modo iam dicto Papa licite indulgentias validas coram Deo concedit.

Probatur opinio.

¶ His ſuppoſitis fundamētis iā hec probatur opinio quoad primū eius dictū. Nā concedere indulgentias eſt actus iuriſdictionis, eſt etiam actus diſpenſatiuus theſauri indulgentiarum: et alter alteri coniunctus eſt, et Pape a Chriſto conceſſus. Matth. 16. Quodcunque ſolue. ſuper terram &c. Et Ioan. 20. Paſce oues meas, vt ſupra et queſtione tertia et queſtione ſeptima. latius habetur: et Papa habet iuriſdictionem in viuos et in defunctos in purgatorio exiſtentes vt ſupra in primo fundamento probatum eſt. Ergo primi dicti veritas conſtat.

¶ Secundum etiam dictum quoad eius primam partem vbi dicitur quod Papa poteſt per ſolam poteſtatem iuriſdictionis viuis et defunctis concedere indulgentias probatur, quia habet poteſtatem iuriſdictionis ad id ſicut ad remittendum peccata quoad culpam ſibi datam a Chriſto Matth. 16. Quodcunque ſolueris ſuper terram. &c. Ergo etiam ſi nullus eſſet theſaurus indulgentiarum et nulla eſſet poteſtas diſpenſatiua illius: certe ſua iuriſdictionis poteſtate vtens ex rationabili et iuſta cauſa effectum conſequeretur quoad penam ſicut et quoad culpam. vti etiam ſupradictum eſt in Eccleſia primitiua ſepe factum eſſe. Sicut et in republica ciuili ex iuſta cauſa iudex reum abſoluit a pena vel debito regio illudque remittit licet nihil de publico theſauro compenſet vt in ſecundo fundamento dictum eſt. Ita in propoſito Papa facere poteſt. Neque enim theſaurus indulgentiarum eius ve diſpenſandi poteſtas ex natura ſua annexa eſt poteſtati vel actui iuriſdictionis Eccleſiaſtice: ita quod vna ſine altera eſſe aut exerceri non poſſit. Nam conſtat poteſtatem iuriſdictionis eſſe ſolum in ſubditum: diſpenſatiuam autem theſauri etiam in non ſubditum eſſe poſſe et exerceri, vt ſupra et queſtione tertia latius habetur. Quāuis de facto vtraque poteſtas alteri ex Chriſti inſtitutione in Papa Matth. 16. et Ioan. 20. Et ratione huius in eo pluſquam in alijs excellens poteſtas iuriſditionis ſuper omnes etiam eſt. ¶ Secunda pars eiuſdem ſecundi dicti, quod ſcilicet per ſolam poteſtatem theſauri huius diſpenſatiuā aliquando Papa poſſit et ſepe concedat indulgentias viuis atque defunctis probatur: quia nunc vna nunc altera tantum poteſtate vti poteſt vt ſepe dictum eſt.

¶ Tertium dictum ex iam dictis aperte conſtare poteſt.

¶ Sed certe hec opinio cum ſuis fundamentis non videtur ſtare in veritate: et ibi ſaltem quatuor falſa continentur. Nam primo fundamentum primū eius vbi dicitur, quod Papa habet in purgatorio poteſtatem iuriſditionis, licet non ſit erroneum: eſt tamen minus probabile quam oppoſitum et creditur eſſe falſum, eſt etiam contra communem ſententiam doctorum, qui vti ſuperius ait Bonauentura communiter tenent oppoſitum. Qui etiam id Matth. 16. Quodcunque ſolueris ſuper terram &c. Communiter exponunt, vt Gratianus. 24. queſtione ſecunda capitulo primo. Super terram inquit Chriſtus non ſub terras oſtendens quod viuentes pro varietate ſuorum meritorum ſoluere poſſumus vel ligare: de mortuis autem ſententiam ferre non poſſumus. hec ibi. Item eadem cauſa et queſtione in capitulo de communione. Leo Papa ſic ait. De communione priuatis et ita defunctis, horum cauſa iudicio Deī reſeruanda eſt, et in capitulo legatur. Gelaſius Papa ait. Super terram Chriſtus inquit: nam in ligatione defunctum nunquam dixit eſſe abſoluendum. et in capitulo ne quiſquam. Vrbanus Papa ait, Ipſis Apoſtolis Chriſti, voce delegatum eſt, que ligaueritis ſuper terram &c. Ceterum de eo qui in diuino iudicio eſt conſtitutus, nobis fas non eſt aliud decernere preter id in quo dies ſupremus eum inuenit. Item vt refert Maioris in quarto. diſtinctio. 20. dubio ſecundo. facultas theologo. Pariſieñ. cenſuit eſſe de veritate ſuſpectum dicere quod Papa habet poteſtatem ordinariam vel iuriſditionis in purgatorio, vti inferius. q. 18. in fine latius habetur.

Reprobatur opinio illa noua.

¶ Nunc autem in rebus pertinentibus ad fidem mores et ſacramenta dum varie doctorum apparent opiniones et ſacre ſcripture expoſitiones ſi concordari poſſunt in veritate, ita faciendum eſt, nam iura iuribus concordanda ſunt. Secundum capitul. Cum expediat. de electionibus. libro ſexto. ſin minus communis opinio et expoſitio tenenda eſt, niſi manifeſta et certa ratione de falſitate conuincatur: quia illa cenſenda eſt probabilior et verior, vt ait gloſſ. in capitulo finali de peniten. et remiſſ. diſtin. prima. et habetur de conſtitu. cap. 1. et diſtinctio. 16. ca. Iſidorus. et diſt. 19. ca. in canonicis. et diſt. 63. cap. fin. et in. 2. queſtio. 7. ca. puto. vt in noſtro libro. 2. de

ignorantia.q.3.et lib.4.de fide et poteſtate Papæ. queſt.1.arma fidei.propo.6.prope finẽ eius, vbi de doctorum auctoritate agitur, nos latius diſſeruimus. Igitur cum dicte exponens illius vocis ſu per terram auctoritateſq; dicentes quod defuncti poſſunt ligari et abſolui per Eccleſiã facile poſ ſint intelligi quoad Eccleſiam et concordari in ve ritate, vt proxime patebit in reſponſione ad ſecun dam probationem exca.a nobis. Immo etiã ſi nõ poſſent concordari ſtandũ ſit expoſitioni et opinioni communi doctorum atque Pontificum ſupradicte. Sequitur manifeſte eſſe tenendum cum communi ſententia quod Papa in purgatorio nõ habet iuriſdictionem.¶ Quod etiam inde confirmatur. Quia cum ſolum in conceſſione indulgen tiarum pro defunctis ſemper Papa dicat eas concedere per modum ſuffragij: et nunquam abſolute ſicut quando eas viuentibus concedit. Signum igitur manifeſtũ eſt quod ipſe recognoſcit ſe nullã poteſtatẽ iuriſdictionis in purgatorio habere: ꝗꝗ; per hanc poteſtatem illas defunctis ſicut viuentibus non concedit. et ita primum fundamentum ſupradicte opinionis corruit.

¶ Et ad eius probationes ſupra poſitas Reſpondeo ad primam quod non obſtañ. quod vox illa ſuper terram ſepe comprehendit ea etiã quæ ſub terram ſunt in purgatorio vel in inferno: non tamen ſemper: nam ſepius etiam comprehendit ea duntaxat quæ in hoc mundo viuunt aut ſunt, id que fit quando ex ipſa litera vel ratione ſufficiente vel communi doctorum expoſitione aut Eccle ſiæ conſuetudine id elicitur aut conſtat: ſicut ipſe etiam Medina vbi ſupra capit.37. 47. exponit id Matth.18. Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã &c. Vt ex ipſa ratione non debeat extendi ad purgatorium poteſtas Epiſcoporum in Apoſtolis ibi cõ ceſſa. Sic etiã ratione prefata. id Matth.16. Quod cunque ſolueris ſuper terram. nos cum communi ſententia doctorum dicimus non ad purgatoriũ, ſed ad viuentes tantum in hoc mundo extendi vt dictum eſt, et quod hæc vox ſuper terram etiam vbi terre celum contraponitur in ſacris literis ſepius comprehendat viuentes tantum aut exiſtentes creaturas in hoc mũdo, id certe liquet in pſal. 113. celum celĩ domino terram autem dedit filijs hominum, et Pſal.146. Qui operit celũ nubibus et parat terre pluuiam, et Pſal.148. Cõfeſſio eius ſuper celum et terram. et Eccle. 5. Deus in celo et tu ſuper terrã. Et Iohel. 2. et Actu.2. Dabo prodi gia in celo et in terra. et Matth. 5. Nolite iurare per celum neque per terram quia ſcabellum pe dum eius eſt &c Et Matth.6. Nolite theſaurizare in terra ſed in celo. et Luc.12. Faciem celi et terre noſtris iudicare. et Luc.21. Matth. 24. Celum et terram tranſibunt &c. Et Apoca.5. Audiui omnẽ creaturam que eſt in celo et ſuper terrã et ſubtus terram &c. Et Apoca.21. Ego ereo celum nouũ et terram nouam. Et Eccleſia canit. Pleni ſunt ce li et terra gloria tua. Vbi ea tantum que in hac vi ta vel in hoc mundo ſub celo non autem que in inferno et purgatorio ſunt nomine terre aut ſu per terram comprehenduntur.

¶ Ad ſecundam probationem ex ca. a nobis. de ſen.exco.et.24.q.2.cap.vlt. Reſpondeo cum Ca ſtro de punitione hereticorum lib.2.ca.19.ca.20 et Conartuuias in ca.alma mater.de ſen.exco.par. 1. § .11.num.8.fo.100.et ſecundum doctores cõ muniter, quod id non intelligitur de excommunicatione et abſolutione in foro Dei vel quoad principalem et directum effectum eius, videlicet quoad aliam. Quia hec poſt mortem ſtatim eſt in ſtatu ſalutis vel damnatiõis eterne vbi eſſe debet: nec per ſententiam Eccleſiæ poteſt inde mutari nec ſeparari. Sed intelligitur quoad alios effectus minus principales et quoad Eccleſiã, vt ſcilicet pu blice aut nomine Eccleſiæ oretur aut fiat oblatio vel ſacrificiũ ſpecialiter ꝓ illo defũcto, vel nõ fiat vel ei cõcedatur vel denegetur Eccleſiaſtica ſepul tura, et ita quoad hec ipſa excõmunicatio vel abſo lutio defuncti potius eſt quedã declaratio digni tatis vel indignitatis eius quam habuit in vita et cum qua deceſsit. Et per conſequens potius eſt preceptum vel conceſsio facta viuentibus vt per eos predicta fiant vel non fiant ſpecialiter pro ta li defuncto aut circa corpus eius, quod adhuc ſub eſt Eccleſiæ poteſtati, ad eius anime nocumentũ vel vtilitatem quam viuẽs ille promeruit. Quod inde patet. Quia ſi ſententia excommunicationis vel abſolutionis Eccleſiaſtice ad defunctorum ani mas directe pertingeret, iam cum contingat eas in gloria vel in inferno eſſe: tunc certe in foro Dei ligarentur anime que ſunt in celo et abſoluerẽtur que ſunt in inferno, quod abſit. Igitur in foro tan tum Eccleſiæ id fit vt dictum eſt. Quod quia ita ratificatur a Deo in celo vt fit ab Eccleſia in ter ra, ſicut et doctores exponunt id Matth.18. Que cunque ſolueritis in terra &c. Ideo defunctus hoc modo dicitur ligari et abſolui ſuper terram et in celo. ad quod etiam expreſſe facit dictum ca. a no bis. vbi ſic habetur. Vinculũ ergo quo peccator ligatus eſt apud Deum in culpe remiſsione diſſol uitur: illud autem quo ligatus eſt apud Eccleſiam cum ſententia remittitur relaxatur. hæc ibi. Ad idem etiam faciũt Leo Papa: Gelaſius et Vrbanus vbi ſupra. ¶ Et ad B.Grego.in dialog. et Abuleñ. Reſpondeo quod nihil aliud probant quam pro xime dictum eſt, quod ſcilicet abſolutio illa hunc habuit effectum in foro Eccleſiæ quod.ſ. Eccleſię ſuffragia pro illis defunctis ſpecialiter iam fieri il liſq; prodeſſe potuerunt etiam in celo, que ante non ſic prodeſſe poterant: Idque Deus miraculo ſe voluit oſtendere quomodo quæ ligantur et ſol uuntur ab Eccleſia in terra, eodem modo ratificã tur a Deo in celo, tam quoad viuos quam quoad defunctos ſuo modo vt dictum eſt. Neque aliud inde elici poteſt. Nam neque ſanctus Benedictus erat Papa: de quo ſolo dicit illa opinio quod habet poteſtatem in purgatorio quia ei ſoli in B. Petro dicitur Matth.16. Quodcunque ſolueris ſuper ter ram &c. Nam et ſimiliter legitur de beato Ber

nardo

nardo quod excõmunicauit muſcas et ſic eas mira culoſe occidit:non tamen inde arguitur eius pote ſtas iuriſdictionis ſuper eas. Ita nec ex predictis operibus priuilegiatis aut miraculoſis nec ex ab ſolutione vel excommunicatione defunctorũ facta per ſanctum Benedictum vel etiam per quem cunque ſummum Pontificem Eccleſiæ arguitur propria et directa poteſtas iuriſdictionis in purgatorio,ſed quoad Eccleſiam tantum vt dictum eſt.

¶ Ad tertiam probationem reſpondeo, quod defuncti ſunt quidem quoad cauſam adhuc de foro et iuriſdictione Eccleſie indirecte duntaxat et quoad forum exterius Eccleſiaſticum vt dictum eſt:et quoad id tantum ſortitur quis forum ratione delicti:non autem quoad forum ſecretum, interius quoad Deum,vt patet:quia prelatus poteſt ſuum ſubditum a peccatis ſacramentaliter abſoluere vbicunque commiſſis,vt Silueſter confeſſor 1.q.14.latius agit.

¶ Ad quartam probationem reſpondeo quod animę purgatorij ſunt in ſtatu medio : nam partim quoad aliquid pertinent ad Eccleſiam militantem,partim etiam quoad aliquid ad triumphantem:et ita quatenus pertinent ad militãtem ſunt de eius foro et iuriſdictione indirecte duntaxat vt dictum eſt.

¶ Secundo deficit illa opinio in ſecundo fundamento quod non omnino verum eſt. Nam quod ibi ait quod tertio modo per ſolam poteſtatẽ applicationem theſauri indulgentiarum Papa poteſt et ſepe concedit indulgentias quoad defunctos verum quidẽ eſt:quoad viuos autem,vt ibi et in ſecundo dicto dicitur expreſſe,hoc certe falſum eſt. Nam precipua poteſtas concedendi Indulgentias viuentibus ad iuriſditionem pertinet in ſubditos, vt ſupra queſtione tertia latius habetur.et ipſe Medina in ſuo tractatu.capit 20.capit.41. plane confitetur. Et ita licet per ſolam poteſtatem iuriſditionis ſine applicatione huius theſauri indulgentiarum forte poſſint indulgentiæ ſubditis viuentibus,non tamen eiſdem poſſunt per ſolam applicationem eiuſdem theſauri ſine poteſtate iuriſdictionis concedi.

¶ Tertio deficit illa opinio ſepe dicens in predictis fundamentis et in ſuis dictis,quod indulgẽtiæ que defunctis conceduntur fiunt eodem modo ſicut viuis per poteſtatem et per modum iuriſdictionis. Hoc enim eſt falſum. Quia vt conſtat ex ſupradictis Papa non habet iuriſditionem in purgatorio.

¶ Quarto deficit illa opinio in tertio dicto et in ſecundo fundamento dicens,quod quando indulgentiæ fiunt per ſolam applicationẽ theſauri ſunt et dicuntur per modum ſuffragij etiam ſi viuis cõcedantur. Hoc autem eſt falſum de indulgentijs que viuentibus conceduntur,vt patet ex dictis:et quia ſolum quando defunctis Papa cõcedit indulgentias ſemper explicat per modũ ſuffragij id facere. Signum igitur manifeſtum eſt quod viuenti bus abſolute eas concedens nõ per modum ſuffragij,ſed per poteſtatem et modum iuriſditionis concedit,vbi etiam ſupra in hac queſtione.16.et ſuperius.q.15.et.q.3.et.q.13.dubio.3.latius probatum eſt.

QVÆSTIO. XVII. Quæſt.17.

Vtrum ſi indulgentia plenaria cõcedatur vbi animę purgatorij talis anima omnino et infallibiliter liberetur a purgatorio.

¶ Reſpõdeo per vnicam propoſitionem quod animą purgatorij cui conceditur indulgentia plenaria,totaliter et infallibiliter liberatur a purgatorio ſi talem indulgentiam lucratur ſeu acquirit:alias non,niſi ſecundum quod ipſa anima eſt idonea et digna vt talis indulgentia ſicut et alia ſuffragia Eccleſiæ plus vel minus ipſi valeant ex diuina et liberali acceptatione. Propoſ.1. ¶ Probatur prima pars ſcilicet, quod ſi talem indulgentiam lucratur ſeu acquirit quod omnino liberatur. Quia ſicut quoad viuos indulgen.plenaria valet eis qui eam lucrantur et acquirunt quãtum ſonat,et omnino remittitur eis tota pena ſecundum communem doctrinam Eccleſiæ:alioqui deciperentur fideles : ita eadem ratione indulg. plena. per modum ſuffragij conceſſa defunctis ; quia non eſt ratio differentiæ.

¶ Dico notãter ſi eam lucratur et acquirit. Quia ſicut viuus,qui indulgentiam plenariam ei cõceſſam non totaliter lucratur nec acquirit propter defectum alicuius conditionis ſeu circunſtantiæ requiſitæ,nõ liberatur a ſuo debito penarum omninoita et anima purgatorij , ſi nõ totaliter lucratur nec acquirit talem indulgentiam plenariam ei conceſſam propter defectum alicuius conditionis requiſitæ,non liberatur omnino a ſuis penis, ſed ſecundum quod ipſa idonea et digna eſt,vt ait propoſitionis ſecunda pars.

¶ Si dubitetur primo, quæ requiſitur vt anima purgatorij lucretur et acquirat omnino indulgenplenariam ei conceſſam ? Reſpondeo quod tria. Primo,quod ſit ſufficiens cauſa ad tantam indulgentiam concedendam et lucrandam, defectu cuius viuus et defunctus poteſt non lucrari totam illam quantitatem, etiam ſi fiant omnia requiſita, vt de hoc latius infra.q.20.habetur. Dub.1. Reſponſio

¶ Secundo requiritur ſpecialiter quoad defunctos,quod per aliquem viuum fiat debite id quod et quomodo imponitur per concedentem ad talem indulgentiam pro tali anima lucrandam. Et in hoc non eſt dubium,ſicut nec in ſupradictis in hac quæſtione. ¶ Tertio (in quo eſt dubium et diuerſitas opinionum) requiritur quod talis anima ſit omnino idonea et digna , vt tale ſuffragium indulgentiæ plenariæ ei conceſſæ a Deo liberaliter pro ea acceptetur ad totalem et plenarium effectum ipſius indulgentiæ

vt ſonat

vt ſonat: alias non niſi ſecundum quod ipſa ani-
ma eſt idonea &c. Vt dicit ſecunda pars propoſi
tionis.

¶ Quod ergo hoc tertium vt declaratum eſt re
quiratur ſecundum opinionem quartam et vlti-
mam in reſolutione ſupra poſita, in.q.15.artic.1.
probatur dupliciter. Primo, quia ſecundum Aug.
in Enchyridion ca.99. et in lib.de cura.pro mor
tuis habenda vt habetur.13.q.2.ca. Tempus. ſpe
cialia ſuffragia facta pro aliquibus (de quibus lo
quitur Auguſt.) illis tantum proſunt qui cum vi
uerent hec ſibi vt poſteà poſſent prodeſſe meruę
runt. hec Augu. Item Grego. lib.4.dialog.ca.39.
dicit. illic (ſcilicet in purgatorio) nihil quiſq; pur
gationis obtinebit niſi hoc bonis actibus in hac
vita poſitus vt illic obtineat promereatur. Et cap.
57.58. Iterum replicans dicit quod illis ſacræ victi
mæ proſunt qui hic viuendo obtinuerunt vt eos
etiam poſt mortem bona adiuuent que hic pro
ipſis ab alijs fiunt. Hæc ibi. Ex quibus expreſſe pa
tet quod loquuntur de ſpecialibus ſuffragijs: et
cum de animabus purgatorij loquantur, conſtat
quod non omnino prodeſt ſpeciale ſuffragium ei
pro quo fit, quantum prodeſſe poterat vt ſonat
niſi ſecundum idoneitatem et dignitatem anime
recipientis aut pro qua fit. Alioqui nõ eſſet neceſ-
ſarium dicere quod illis tantum proſunt qui cũ
viuerent &c. ſi anima purgatorij de quo ibi agi
tur totum fructum ſuffragij ſpecialiter pro ea fa
cti reciperet infallibiliter. Indulgentia autem per
modum ſuffragij habet naturam et modũ ſuffra
gij Eccleſiaſtici quoad hoc, vt ſuprà.q.15. tandem
vt probabilius reſolutorie dictum eſt et proxime
dicetur. ¶ Igitur ex dictis auctoritatibus duo ex
preſſe eliciuntur. Primo quod omnis anima pur
gatorij poteſt iuuari ſuffragij Eccleſiæ et indul
gentijs per modum ſuffragij. Quia eodem meri
to quo promeruerunt premium eſſentiale finale,
meruerunt etiam ratione charitatis et communio
nis ſanctorum, vt poſsint interim iuuari commu
nione ſanctorum. In quo nullus catholicus dubi
tat. Secundo elicitur quod de facto per ſpecialia
ſuffragia Eccleſiæ ſeu per ſpeciales indulgẽtias per
modum ſuffragij pro aliqua anima conceſſas, ipſa
anima ſpecialius quidem pre ceteris iuuatur, ſed
non niſi quantum hic meruit vt de facto ipſi pro
deſſent ex liberali acceptatione diuina vt dictum
eſt.

¶ Secundo probatur idem ratione. Quia cum
talis acceptatio ſuffragij aut indulgentiæ per mo
dum ſuffragij precipue pendeat ex diuina libera
litate vt ſupra.q.15.in reſolutione dictum eſt, er-
go non infallibiliter ex pacto quod non eſt, Deus
acceptat quoad totum effectum indulgentiæ pro
quacunque anima fiat: ſed ſolum ſecũdum quod
decet ſuam liberalitatem et miſericordiam circa
talem animam. Decentia autem liberalitatis Dei
ſtat in hoc quod ſecundum idoneitatem et digni
tatem et merita cuiuſq; reſpectu talis effectus ſeu
doni acceptet plus vel minus ſuffragia quecunq;
et indulgentias pro illo factas: non autem haben
do reſpectum ad meritum proportionalem vnius
anime ad alteram vel ad debitum iuſtitiæ diſtri-
butiue vllo modo, ex quo ibi nullum eſt debitum
iuſtitiæ ex parte Dei, neque vlla proportio conſi
deratur huius et illius anime inter ſe ipſas: ſed eſt
pura liberalitas aut debitũ decentie ex parte Dei,
quoad plus vel minus de fructu ſuffragij ſeu indul
gentie largiendum anime pro qua fit: et eſt meri-
tum de congruo quoad hoc ex parte ipſiua ani-
me purgatorij, vt patet ex ſupradictis. Et ad hoc fa
cit Matth.7. Qua menſura menſi fueritis &c. Et
Mar.4. et videntur expreſſe concordare Bonauẽ.
in.4.diſt.20.q.penult. et B.Thom.3.parte.q.52.
art.8.ad primum vt infra proxime citantur hi do
ctores. ¶ Et ſic patet probatũ intentum ſecundum
probabiliorem opinionem ſupra reſolutorie reci
tatam et probatã.q.15. ex qua ſequitur hoc quod
hic dictum eſt. Nam ſecundum alios doctores alia
rum opinionum tenentes quod indulgentia per
modum ſuffragij non innititur liberalitati Dei ac
ceptantis ſed iuſtitie ſtante lege et eius pacto: iam
conſequenter eſſet dicendum quod omnis ani-
ma purgatorij pro qua fit opus requiſitum ad lu
crandum indulgentiam plenariam ei conceſſam
lucratur et acquirit eam et omnino liberatur a pur
gatorio, Quia ſecundum eos non requiritur alia
dignitas et idoneitas in defunctis ſicut nec in vi-
uis ad eam lucrãdum infallibiliter, niſi quod ſint
in ſtatu gratiæ quales ſunt anime purgatorij. Sed
vt dixi ſicut horũ doct. opinio preſuppoſita quo
ad quidditatem indulgentiæ per modum ſuffragij
non videtur vera vt ſupra.q.15. viſum eſt: ita nec
id quod inde conſequenter infertur et dicunt ad
propoſitum dubij predicti. Ideo probabilius ſal-
uo ſemper meliori iudicio ſtandũ cenſeo ijs quæ
ſupra dicta ſunt.

¶ Sed dubitatur ſecundo. Quod aut quale meri Dubium
tum dignitas aut idoneitas eſt iſta qua quis fit dig
nus et meretur in via vt poſt in purgatorio illi
proſint omnino aut plurimum ſuffragia et indul
gentiæ? Nunquid nõ ſufficit deceſsiſſe in gratia?
¶ Reſpondeo vno modo ſecundum Caiet. vbi ſu Ratio
pra quod eſt meritum non eſſentiale ſed acciden
tale. Quia cum fructus quem ex ſuffragijs et in-
dulgentijs anime purgatorij percipiũt ſpectet ad
premium accidentale ſcilicet ad remiſsionem pe
narum temporalium. Ergo et meritum predicti
premij eſt accidentale, puta deuotio ſpecialis ad
claues Eccleſiæ donatiuas indulgentiarum, ſolici
tudo ad ſatisfaciendum pro peccatis proprijs, mi
ſericordia ad alios ſtudiumq; ad ſuffragandum
defunctis, et alia huiuſmodi accidentalia merita.
Conſtat autem quod omnes qui in gratia deceſſe
runt exiſtentes in purgatorio non habuerunt ex
æquo talia merita accidentalia in hac vita. Ergo
nec omnes ille ſunt æquæ idoneæ aut digne ad ta
le premium accidentale, ſcilicet ad remiſsionem
penarum participandum ex æquo in toto vel in
parte ex ſuffragijs aut in indulgentijs per modum
ſuffragij

ſuffragij pro ipſis ſpecialiter applicatis. Hec Caietanus vbi ſupra.

¶ Sed certe videtur quod etiam ſit meritum eſſentiale maxime ſupererogatorium, quia per hoc ſit dignus homo premio etiam accidentali in celo iam beatus. Quia ſecundum doctores communiter qui habuit maiorem charitatē in vita maiorem gloriam eſſentialem habet in celo, et etiam accidentale gaudium maius habet de gloria aliorum et de alijs ſpectantibus ad premium accidentale ceteris paribus. Quare ergo non ſic erit in in purgatorio ſuo modo? Ratio autem Caietani non concludit quod ſolum meritum accidentale ſit. Quia negatur eius prima conſequentia. Dico enim quod premium accidentale mereri poſſumus per meritum eſſentiale, et per accidentali, id eſt, per quodlibet opus meritorium glorie eſſentialis et per opus ſpecialiter meritorium glorie accidentalis, de accidētali patet. De eſſentiali iā probatum eſt, quia et per opus meritorium gloriæ et per feruorem charitatis homo ſit dignus non ſolum gloria eſſentiali ſed et accidentali. Maxime quia vix eſt aliquod opus meritoriū gloriæ eſſentialis quin ſit aliqualiter ſatisfactorium et ſupererogatorium ſaltem quoad aliquem gradum glorie, propter aliquem gradum conatus ſeu volitionis meritorie ſupererogatorium vt communiter tenetur a doctoribus. Quanto magis quod poteſt negari etiam antecedens: nam remiſsio penarum purgatorij non ſolum eſt eis premium accidentale: ſed etiam aliquo modo eſſentiale pro quanto tollit impedimentum premij eſſentialis et aperit viam ad id.

Reſpon. 2. ¶ Ideo ſecundo melius videtur dicendū ꝙ etiam per feruorem charitatis et per alia opera meritoria gloriæ eſſentialis in quantū ſunt ſupererogatoria et accidētaliter meritoria et ſatisfactoria, poteſt quiſq; in hac vita mereri vt poſt in purgatorio ſit dignus vt ei ex diuina liberalitate proſint ſuffragia aut indulgentiæ ſpecialiter ipſi applicatæ ex integro aut in parte ſecundū quantitatē ſue dignitatis aut meriti ad id vt dictū eſt. Et ex conſequenti dicendū videtur ꝙ omnis anima purgatorij ex quo eſt in gratia habet idoneitatē aut dignitatē maiorē vel minorem vt ei magis vel minus proſit indulgentia ſpecialiter ei cōceſſa: ſimiliter et alia ſuffragia ſpecialia et generalia generaliter aut ſpecialiter ei applicata ſecundū quod eſt in maiori gratia ſeu charitate et meritis propter plura aut meliora ſua opera bona, quecunq; in hac vita: Sicq; nullus exiſtēs in purgatorio eſt qui ſe abſcōdat a calore huius gratiæ et fructus indulgentiarū et ſuffragiorū ei applicatorū magis vel minus vt dictū eſt, et in hoc expreſſe cōcordat Soto. in. 4. diſt. 21. q. 2. art. 3. et etiā Nauarro in tractat. de indulg. nota. 22. §. 45. quoad ſuffragia que fiūt pro defunctis: quāuis ipſe Nauarro ibidē et nota. 21. tenet cū Caiet. quoad indulgētias pro defunctis, vt latius etiā de hoc habetur infra. q. 30. et ita intelligitur Auguſt. in Enchiridio. et libro de cura pro mortuis agenda et habetur. 13. q. 2. c. Non eſtimemus. Vbi ait quod nō pro quibus fiunt omnibus proſunt ſuffragia ſed illis tantum qui dum viuūt cooperantur vt proſint. In quibus verbis ſolos dānatos excludit Auguſt. qui hic non meruerunt iuuari in alia vita: nam ibi et alibi ſepe dicit Aug. ꝙ omnibus in gratia decedentibus ſuffragia proſunt vt dictum eſt. Et ad hoc facit Auguſt. ſermone. 32. de verbis Apoſtoli, vt nō contriſtemini ſicut et ceteri qui ſpem non habent. dicens, diſpoſitionem debitam defunctorum ad fructum ſuffragiorum percipiendum eſſe fidem et charitatē et cetera bona opera vt dictum eſt. Et ſic etiam tenere videtur communis opinio doctorum et precipue Bonau. in. 4. diſt. 20. q. penultima. dicens. Cū in omni opere ſit miſericordia Dei et iuſtitia: duo ſunt que faciunt ſuffragia valere defunctis ſcilicet dignitas et neceſsitas. Iuſtitia Dei conſiderat dignitatē: digni autem ſunt qui in charitate deceſſerunt et ab alijs membris Eccleſiæ iuuari meruerunt, maxime ſi et ipſi alios adiuuarunt. Miſericordia vero conſiderat neceſsitatem. Hæc ille. Et nota quod in hac autoritate Bonauenturæ miſericordia ſummitur pro benignitate in ſupererogatione bonorum, iuſtitia autem large pro iuſtitia decentiæ, id eſt, pro liberalitate et equitate in retributione premiorum, vt ipſe ait in quarto diſt. 46. articulo ſecundo, queſtione ſecunda. Item beatus Thom. in tertia part. ſum. queſtione. 52. artic. 8. ad primum. loquens de deſcenſu Chriſti ad inferos et quas animas ſanctorum liberauit, magis videtur ad noſtrum propoſitum: licet Caietan. vbi ſupra ad ſuum propoſitum et ad ſuam opinionem reflectat, de quo tamen nunc non multum curo. Vbi communiter doctores ſunt pro nobis cum ipſa recta ratione vt ſupra probatum eſt.

¶ Ex omnibus ſupradictis etiam infertur vnum valde notandum, quod ſcilicet is qui in hac vita dat obliuioni defunctos et negligit ſatisfacere pro ſuis proprijs peccatis, et ſic vult viuere vt vix cū gratia decedat: iſte talis licet non ſit omnino alienus in purgatorio a fructu ſuffragiorum et indulgentiarum: tamen parum ſeu minimam partem fructus eorum participat, quamuis pro eo etiam ſpecialiter ſuffragia et indulgentiæ plenariæ fiant et concedantur. Ratio, quia eſt parum dignus, et per conſequens non eſt dignus totali aut magna parte fructus eorum: et ideo a diuina liberalitate et miſericordia et iuſtitia non acceptantur niſi pro parua parte ſecundum paruam eorum dignitatem. Quia diuina iuſtitia, que omnia pondere numero et menſura conſtituit et iudicat in æquitate iuſte et decenter in illo foro iuſtitiæ et rigore iræ ſuæ quam exercet in purgatorio, vlciſcitur duritiam cordis et incuriam hanc, qua talis homo licet dignus gloria eſſentiali parum tamen dignus eſt ad totalem ſeu magnam partem fructus ſuffragiorum aut indulgentiarum ei applicatarum ex diuina liberalitate Nota. Corol.

percipiendam.

percipiendam. Facit Matth. 7. qua menſura menſi
fueritis &c.

Dub. 3. ¶ Tertio dubitatur quare poſt vnam indulgen-
tiam plenariam pro vna anima purgatorij conceſ
ſam poſtea acquiruntur alie bulle et indulgentiæ
plenariæ: et quare fiunt exequie, miſſe, et oratiō
nes eleemoſyne aut alia eiuſmodi pro illa anima?
Nam ſi vera fuit indulgentia plenaria et Papa pō
tuit illam concedere, iam ſuperfluūt alia predicta:
et ſic ille indulgentiæ pro defunctis videntur eſſe
in diminutionem cultus diuini et aliorum bono
rum operum. ¶ Item ſecūdo. Quare Eccleſia mul
to tempore ante tempus Beati Gregorij non eſt
vſa talibus indulgentijs per modum ſuffragij prō
defunctis? Nam ſi potuit et neglexit certe crudeli
ter pia mater videtur ſubtraxiſſe talia ſuffragia ſi
aliquid eis valerent.

Reſpō. ad primum. ¶ Reſpondeo ad primum. Patet ex dictis quod
(ſtando in opinione ſupra poſita quod indulgen
tiæ per modum ſuffragij innituntur liberalitati ac
ceptantis Dei) potiſſima cauſa eſt. Quia cū quan
titas fructus indulgentiæ pendeat a liberalitate ac
ceptantis Dei vt dictum et ſuppoſitum eſt: et Dei
liberalitas non acceptat fructum ſuffragij vel in
dulgentiæ per modum ſuffragij niſi ſecundum dig
nitatem et idoneitatem animæ pro qua fit: et de
dignitate et meritis talis anime ad totum fructum
talis indulgentiæ ſeu ſuffragij ſecundum Dei iudi
cium nobis nō conſtat: que tamen dignitas requi
ritur neceſſario vt patet ex ſupradictis in tota hac
queſtione. Ideo nō conſtat nobis vtrum talis ani
ma lucrata ſit aut acquiſierit talem indulgentiam
plenariam quoad totū ſuum fructum. Ideo et ac
cipiuntur aliæ bullæ et fiunt caute et neceſſario
alia ſuffragia por tali anima vt dictum eſt. et hec
eſt potiſſima cauſa. ¶ Alie cauſe dantur ab alijs do
ctoribus tenentibus quod indulgentia per modū
ſuffragij innititur Dei iuſtitie et quod infallibili
ter acceptatur a Deo quoad totum ſuum fructū
pro quacunque anima fiat. Quo ſuppoſito dicūt
quod ratio quare accipiuntur alie bulle et fiunt
alia ſuffragia eſt ſecundum Gabriel in Cano. lect.
57. et Nauarro in tracta. de indul. nota. 21. § . 10
quia potuit eſſe defectus ex parte cauſe indulgen
tie, puta quia non ex rationabili et ſufficiente cau
ſa pia forte conceſſa eſt talis indulgentia plenaria.
Secundo ex parte facientium quod requiritur ad
talem indulgentiam lucrandā pro defunctis: quo
rum altero deficiente non acquiritur indulgentia
vt de hoc latius infra. q. 23. et queſt. 39. habetur et
quia propter predicta eſt nobis incertum vtrum
anima purgatorij ſit lucrata talem indulgentiam
ſibi conceſſam, ideo acquiruntur alie vt dictū eſt.
¶ Item ſecundum communiter doctores alia ratio
eſt, quia dato q nobis eſſet certū q talis anima
omnino idonea iam ex liberalitate diuina aut ex
iuſtitia conſecuta eſt talem indulgentiam plenariā
ſibi rationabiliter conceſſam: tamen adhuc debēt
iterari decenter bona opera pro ea, non quidem
ad liberationem eius a penis a quibus iam ſuppo

nitur liberata per talem indulgentiam, ſed pro-
pter quatuor. Primo, quia per alia ſuffragia et ſacri
ficia magis quam per ſolas indulgentias laus et
honor redditur Deo. Secundo quia inde fructus
amplior prouenit ipſis viuentibus facientibus ea
pro defunctis quam ex ipſa indulgentia, que vt
habet vim indulgentie prodeſt ſolum defunctis
quibus conceditur, vt etiam idem Gab. lect. 58. di
cit. Tertio quia ipſi defuncto exiſtenti in celo vel
in purgatorio pro quo fiunt talia bona prouenit
gaudium accidentalis gloriæ ex hoc quod reſpe-
ctu ipſius fiunt in mūdo aliqua bona ad Dei glo
riā: et inde ipſe defunctus vbicunque exiſtens in
purgatorio vel in celo prouocatur ex virtute gra-
titudinis ad orandum pro ipſis ſuffragantibus ei
ſecundum Richar. in. 4. diſt. 45. et ſic non facit in
iuriam martiri qui orat pro eo ſi indigeret tali ſuf
fragio dum ignoratur ipſum eſſe in gloria, vt late
de hoc Gabr. in cano. lect. 56. L. M. et lect. 85. M.
Quarto quia ſuffragia facta pro vno etiam profi-
ciunt alijs animabus purgatorij. Quia minus prin
cipaliter fiunt pro omnibus licet principalius pro
aliquo vel aliquibus fiant, vt patet ex ipſo officio
Eccleſiaſtico: de quo etiam gaudet ipſa anima pro
qua principaliter fiunt. Tandem quinto ſicut pro
paruulis baptizatis non indigentibus Eccleſia fa-
cit ſua ſuffragia et orationes et miſſas, vt refert
Gabriel. lect. 57. et Alex. Hall. parte. 4. q. 42. artic.
vltimo, propter multa bona quæ omnibus inde
eueniunt et ad gloriam Dei: ſic in propoſito pro
anima purgatorij multæ indulgentiæ et bona fiūt
etiam ſi ſit in celo vt dictum eſt. Quanto magis
quod propter multiplices defectus circa hoc con
tingentes vt ſupradictum eſt deberēt homines an
te mortem in ſtatu gratiæ de hoc ſibi prouidere
in teſtamētis ſeu alias, quod ſcilicet acciperentur
omnes bulle occurrentes pro defunctis et ipſis ap
plicarentur, ſicut et mandant alia ſuffragia et miſ
ſas pro eis fieri: quia ſic eis plus prodeſſent quam
ſi alij proprio motu pro eis feciſſent, vt de his
pulchre agit Gab. vbi ſupra et lect. 58.

¶ Et ſi queratur vtrum ſit neceſſe quod ſit in ſta Dubitatiuncula.
tu gratiæ is qui vult lucrari indulgentiam pro de
functo vt talis indulgentia illi defuncto proſit, de
hoc habetur latius infra. q. 23. et. q. 24. et. q. 26. ibi
videatur. Pro nunc autem dico breuiter quod nō:
ſicut neque id requiritur ad hoc quod ſuffragia
que ſacerdos nomine Eccleſiæ facit proſint defun
ctis. Licet ſum. Ange. tit. indulgentia. §. 21. ſecun
dum aliquos doctores teneat oppoſitum. Et ratio
eſt, quia indulgentia eſt opus priuilegiatum ha-
bens ſuum valorem ex opere operato ſeu ex the-
ſauro indulgentiarū: ſicut ex meritis Eccleſiæ nō-
mine cuius offeruntur ſuffragia pro defunctis id
habent, et Nauarro in tract. de indulgen. nota. 17.
§. 4. tenet hoc idem ſecundum Aug. de Ancho
na. de poteſtate Eccleſiæ. q. 32. art. 2.

¶ Et hoc eſt verum niſi Papa concedens indul-
gentiam pro defunctis imponat opus piū quodq;
id fiant in ſtatu gratiæ de quo infra. q. 25. 26. di-
cendum

cendum eſt. Et ſic patet reſponſio ad primum quod querebatur in tertio dubio precedente.

Reſp. ad. 1. contentū in 3. dub. ¶ Ad aliud ibi incluſum, quare ſcilicet Eccleſia tanto tempore neglexit indulgentias pro defunctis? Reſpondeo, quia Deo diſponente a quo illuminatur hoc reſeruauit pro tempore maioris neceſſitatis, vt vbi abundat delictum et negligentia ſatisfaciendi pro noſtris et defunctorum peccatis ibi abundaret et gratia indulgentiarum: et aperirentur theſauri abſconditi reſeruati ad tempus neceſſitatis, vt late dictum eſt ſupra. q. 7. in reſponſione ad ſeptimum argumentum. Ideo et tunc quando non erat vſus ſicut nec neceſſitas harum indulgentiarum per modum ſuffragij pro defunctis, doctores illorum temporum non fecerunt mentionem de eis inter alia ſuffragia pro defunctis. Ideo et locus ab auctoritate negatiue non valet. Loquebantur enim doctores de ſuffragijs tunc vſitatis in Eccleſia.

Argum. 1. ¶ Contra predicta precipue contra propoſitionem et cōtra primum dubium arguitur quadrupliciter. Primo quia ſicut effectus ſacramentorum ita et indulgentiarum eſt certus: et valent indulgētiæ quantum ſonāt: alioqui deciperentur fideles. Nunc autem indulgentia planaria ſonat totalem remiſſionem penarum. Ergo ſicut viuus cui conceditur liberatur infallibiliter ab omni debito penarum ita quod ſi ſtatim moreretur euolaret ad cœlum liber a purgatorio ſecundum cōmuniter doctores: ſequitur quod et ſimiliter anima purgatorij cui conceditur.

2. Argum. ¶ Secundo, quia ſecūdum communiter doctores indulgentia valet per modum ſolutionis ſeu ſatisfactionis pro debito: et per conſequens indulgentia plenaria valet per modum totalis ſatisfactionis pro totali debito penarū. Sed facta integra ſolutione debiti iam debitor ſecundum liberalitatē et iuſtitiam acceptantis fit omnino liber a toto debito. Ergo habita indulgentia plenaria liberatur anima omnino a purgatorio.

3. Argum. ¶ Tertio, quia ſecundū cōmuniter doctores cōcurrētibus tribus. ſ. auctoritate in cōcedēte et pietate in cauſa, et idoneitate ſeu gr̄a in recipiēte fructū indulgētiæ, iā indulgētia habet ſuū effectū infallibiliter quantū ſonat. Nūc autē indulgentia cōceſſa animæ purgatorij a Papa ex cauſa ſufficiente et rationabili hec omnia concurrunt. ergo.

4. Argum. ¶ Quarto, quia ſic predicat Eccleſia per ſuos predicatores, ꝙ. ſ. per talem indulgentiam plenariam ſtatim liberatur anima a purgatorio ſine dubio.

Reſp. ad. 1. Argum. ¶ Reſpondeo ad primū. ad maiorē cōcedendo illā abſolute ſeu quantū eſt de ſe ex parte ſacramentorū et indulgētiæ: ſecus per accidēs ex parte impedimēti aut indiſpoſitionis ſubiecti, vt ſupra. q. 15. in reſpōſione cōtra ſecūdam obiectionē cōtra quartā opinionē habetur, et. q. 5. in reſp. ad. 2. arg. et in hoc ſenſu in quo conceditur maior negatur cōſequētia. Dico enim ꝙ nō omnis viuus aut mortuus cui cōceditur indulgētia lucratur aut acquirit totaliter eā: et hoc propter defectū cauſę inſufficiētis vel indiſpoſitionē ſubiecti aut propter aliū defectū vt ſupra viſum eſt: et ſic per accidēs fruſtratur ſuo fructu. Et ita etiam per accidens ratione predicte indiſpoſitionis aut defectus eſt incertū vtrū eā lucretur anima purgatorij et acquirat omnino et vtrū ei valeat vt ſonat et de eius fructu. Quia incertū nobis eſt de diſpoſitione requiſita et de alijs requiſitis vtrū adſint an nō: quāuis ſit nobis certū ſimpliciter et quātū eſt ex parte ſacramētorū et indulgentiarū de fructu et valore earū vt ſupradictū eſt. Et ſic negatur illa conſequētia: quia arguit a certitudine ſimpliciter ex parte indulgētiarū ad certitudinē per accidēs ex parte cauſe vel ſubiecti ſeu lucrātis. Cū quibus ſtat ꝙ omnis viuus ſeu mortuus acquirēs indulgentiā habet fructū eius vt ſonat vt in prima propoſitione dictū eſt: quia ſi de facto efficaciter acquirit eā, iā preſupponitur omnis diſpoſitio requiſita et nullus defectus in eſſe ad eā acquirendā. ¶ Et ſic fuit expreſſe deciſum in cēſura facultatis Theologice Pariſieñ. cōtra Eraſmū, vbi in tit. 8. de quibuſdā deſiderijs Eraſmi dicit cēſura ſic. Nō eſt aſſerendū ꝙ ſemper per indulgētias ſubito a penis liberentur qui ſunt in purgatorio: nec hoc in ſuis Bullis Pontifices pretendūt: aut ex vi huiuſmodi bullarū Pōtificiarū ſane intellectarū id habetur. Nā cū nō in deſtructionē ſed in edificationē data ſit poteſtas Eccleſiæ: nō pro quauis cauſa oēs quarūcunq; penarū debitores per huiuſmodi indulgētias protinus a debito penarū eripiūtur etiā ſi ſint in charitate. Vnde nulli mortaliū certum eſt quantū per quaſuis indulgētias Deo ſatisfiat pro penis quæ pro peccato debebātur. Neq; tamē ſi certus indulgentiarū valor fidelibus ignoratur ideo contēnende ſunt indulgētiæ &c. Hec ibi. Et ſimile videtur de ſacramētis et ſacrificijs et alijs ſuffragijs pro animabus purgatorij vt ſupra dictū eſt. Et ratio ibi aſsignata. ſ. quia ignoratur an adſit ſufficiēs cauſa requiſita, probat idē de indulgētijs cōceſsis pro viuis: et quoad defunctos eſt alia cauſa peculiaris quare ignoratur an indulgētia ex ſufficiēte cauſa conceſſa valeat eis quantum ſonat ſemper, quia. ſ. ignoratur diſpoſitio et dignitas eorum ad tantam indulgentiam vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum argumentum reſpōdeo negando minorē, quādo nō proceditur ſecundū iuſtitiā ſed ſecundū liberalitatē acceptantis talem ſolutionem in toto vel in parte. Et ſic eſt in indulgentia per modū ſuffragij, que quoad ſuū fructū pendet ex liberalitate Dei acceptātis talē ſolutionē vt ſupra ſepedictū eſt et ſupponitur. Quoad viuos autē indulgētia abſolute cōceſſa innititur iuſtitiæ id eſt, infallibili pacto Dei: ideo facta ſolutione et cōceſſa indulgētia plenaria fit liber a debito is cui cōceditur ſi ſit in gr̄a et adſint alia requiſita &c. Vel aliter et reddit in idē reſpōdeo cōcedēdo totū diſcurſum ſi anima purgatorij acquirit totaliter illā indulgentiā vt dicit prima propoſitio: ſecus ſi non acquirit propter defectū ſue debite diſpoſitionis vt totaliter acceptetur a Deo pro ea. Reſpō. ad 2. Argum.

Si dicas

Si dicas.Deus tenetur acceptare totaliter illam indulgentiam vel ſolutionem factam pro ea.reſpondeo id negando:quia proceditur per viam liberalitatis cui innititur talis acceptatio indulgẽtiæ pro anima purgatorij,vt iam reſponſum eſt.

Reſpõ. ad 3.argum. ¶ Ad tertium Reſpondeo quod maior eſt ſolum vera in indulgẽtia abſolute ſumpta quoad viuos: ſecus in indulgentia per modũ ſuffragij: quia eius effectus pendet a liberalitate Dei acceptantis vt dictũ eſt. Vel ſi ſit vis in nomine idoneitatis per quam non ſolum intelligatur ſtatus gratiæ ſed et dignitas talis animæ ſeu perſone ad talem indulgentiam : tunc conceſſa maiore negatur minor. Dico enim quod non quilibet exiſtens in purgatorio cui conceditur indulgentia eſt omnino idoneus aut dignus ad totalem effectum ſeu fructum indulgentiæ percipiendum a Dei liberalitate licet ſit in ſtatu gratie.Plus enim requiritur in animabus purgatorij vt ſint idoneæ et dignæ tali indulgentia quam eſſe in ſtatu gratiæ:quanuis in viuẽtibus id ſufficiat,vt ſupra probatum eſt dubio primo et ſecundo.

Reſpõ. ad 4.argum. ¶ Ad quartum Reſpondeo quod predicatores Eccleſiæ tunc tantum perſonam Eccleſie gerunt, dum predicant veritatem ſecundum doctrinam Chriſti,et Eccleſie.Ideo ſi eorum verba abſolute dicta quoad hoc ſunt recipienda ſicut et recipienda ſunt et vera:certe debent ad ſuum rectum ſenſum accipi et interpretari ſcilicet quantum eſt ex parte ipſius indulgentiæ et preſuppoſita debita diſpoſitione ſubiecti et alijs requiſitis:ſecus ſi per accidens ex impedimento ſeu indiſpoſitione recipientis aliter contingat vt in reſponſione ad primum dictum eſt. Et quidem ipſa verba abſolute dicta ſic patiuntur et debent interpretari : et ipſi predicatores ſic debẽt caute et ſano modo loqui ad ſenſum Catholicum iam dictum,et aliquando debent explicare ſuum ſanum ſenſum predictorum verborum abſolute dictorum,vt ſimplices debite doceantur et omnibus ſatiſfiat. Alioqui ſi dicerent que neſciunt aut non decet aut quomodo nõ decet quacunque intentione id facerent: iam non ex perſona Eccleſiæ loquerentur: neque in hoc eſſent recipiendi ſed monendi et docendi quo modo es ſentire et loqui deberent. ¶ Cum omnibus ſupradictis expreſſe concordat Caiet.vbi ſupra: licet alij doctores aliter teneant vt ſupra in fine primi dubij dictum eſt.Et contra ipſorum opinionẽ non procederent argumenta prefata, quia in rationibus ibi tactis ipſi fundantur ad oppoſitum opinandum:ſed vt viſum eſt, iam ſufficienter ſolute ſunt : quanuis Caietanus male dixerit in ijs quæ ſupra dubio.2. notata ſunt cõtra eum.

(.?.)

QVÆSTIO. XVIII. *Quæſt. 18.*

Queritur vtrũ Papa poſſit per huiuſmodi indulgentias per modum ſuffragij totũ purgatoriũ ſimul euacuare.

Propoſ. 1. ¶ Reſpondeo quod ſic de potentia abſoluta: non autem moraliter,neque de potentia morali ſecundum quam vix id fieri poteſt idq; nunquam fiet neque factum eſt,Probatur prima pars.Quia etiã ſtante lege non implicat contradictionem neq; eſt cõtra ſacrã ſcripturã aut Eccleſię determinationẽ: et cõſtat potius ex ſcriptura et Eccleſiæ decreto quod habet poteſtatem ad concedendum indulgentias etiã plenarias animabus purgatorij. Ergo in caſu poſsibili abſolute , quo ſcilicet in purgatorio ſint omnes animæ dignę et idoneæ ad totalem fructũ indulgentiæ plenariæ ex liberalitate diuina percipiendum,et ſit cauſa rationabilis et ſufficiens pro tali indulgentia plenaria concedenda cuicunque anime purgatorij pro qua quis viuus tale quid faceret,et viuus faceret quod et quomodo requiritur ad lucrandum indulgentiã pro vna et alia anima et alius pro alia et alijs&c.Et ſic pro omnibus et ſingulis animabus ſimul viuentes lucrarentur ſuas indulgẽtias plenarias : certe iſte caſus eſt logice vel abſolute poſsibilis:et ita in hoc caſu ſpoliaretur purgatorium per indulgentias plenarias cõceſſas ſingulis,quia qua ratione vna anima digna liberaretur omnino a purgatorio per indulgentiam plenariam,eadem ratione et alia et alia et ſic omnes. Et in hoc omnes doctores concordant. Thom.Bonauent.et Auguſt. de Anchona. et alij antiqui et Florent.3.parte ſum.titu.22. ca.5.§.6. vt etiam refert Gabriel.in cano.lect.57.et Caieta. vbi ſupra in.2.quodlib.q.5.de indulgen.et cap.5.

¶ Secunda pars ſcilicet quod non eſt poſsibile moraliter et id nunquam fiet neque factum eſt. Ratio eſt ſecundum aliquos,quia nunquam continget cauſa rationabilis et ſufficiens ad id que tamẽ requiritur vt infra.q 20.habetur late. Et quia non continget oẽs viuos ſufficienter facere opera requiſita pro omnibus et ſingulis animabus vt lucrentur omnes anime ſuas indulgentias plenarias conceſſas.Et has duas cauſas huius ſecunde partis dant communiter doctores prefati preter Caieta. ¶ Sed certe iſte due cauſe non ſufficiẽter probãt intentum . Quia tenendo ſecundum Thomam vt infra.q 20.quod non requiritur quantitas cauſæ piæ ad quantitatem indulgentiæ:iam quelibet cauſa pia ſufficit ad indulgentiam plenariam pro quacunque anima purgatorij.Item etiam ſi teneatur ſecundum communiter doctores quod requiritur quantitas cauſæ piæ proportionata ad quantitatem indulgentiæ:certe facile cõtingere poteſt caſus quo ex tali cauſa pia concedatur indulgentia plenaria tam viuis quã defunctis : immo et de facto ſepe contingit iſte caſus:et Papa cõcedit indulgentiam plenariam tam viuis quam defunctis

facien-

facientibus tale quid, quam etiam defunctis omnibus pro quibus id factum et applicatum fuerit. Dicere autem quod licet Papa concedat: non tamen eſt cauſa pia ſufficiens ad talem indulgentiã plenariam, eſt temere dictum et ſepius falſum: nã ſaltem aliquãdo erit aliqua cauſa pia et ſufficiens: et tunc etiam facile contingere poteſt quod multi viuentes faciant pro omnibus et ſingulis animabus purgatorij id quod et quomodo requiritur ad lucrandum indulgẽtiam plenariam pro ſingulis et omnibus ipſis: et qua ratione vna anima lucrabitur indulgentiam eadem ratione alia et alia et ſic omnes liberabuntur. Ergo due cauſe predicte non ſufficienter probant intẽtum. ¶ Ideo precipua ratio ſeu cauſa predicte ſecundæ partis eſt, quia ſufficiens diſpoſitio et dignitas requiſita ad totalem fructum indulgentie plenarie nunquam videtur contingere vnquam in omnibus animabus purgatorij. Quod patet. Quia cum indulgentia per modum ſuffragij quoad ſuum fructum totalem pendeat ex liberalitate acceptantis Dei vt ſupra. q. 15 ſecundum opinionem probabiliorem reſolutorie dictum eſt: et inde ſequatur quod precipuum acquiſitum ad percipiendũ totalẽ fructum indulgentiæ ſeu ſuffragij facti pro animabus purgatorij ex liberalitate Dei acceptantis ſit dignitas et idoneitas ipſarum ad id: et omnes nõ ſint æque ſufficienter digne ad id vt ſupra. q. 17. dictum eſt. Ergo per quaſcunque indulgẽtias plenarias generales et particulares etiam rationabiliter et ex ſufficientiſsima cauſa pia cõceſſas: et quãtumcunque ſufficienter, per viuos fiat totum ꝙ ad eas lucrandas requiritur pro omnibus et ſingulis animabus purgatorij: non ſequitur quod omnes ille lucrentur vel acquirant eas indulgentias et a purgatoriu liberentur. Quia vix aut nunquã contingere poteſt omnes illas animas æque ſufficienter eſſe dignas æqualibus gradibus glorie eſſentialis et accidentalis et ad hoc munus Dei per has indulgentias equaliter percipiendũ. ¶ Igitur hec videtur melior et potiſsima ratio: que etiam preſupponit illam opinionem probabiliorem ſupra poſitam in. q. 15. et. 17. ad quam conſequenter ita dicendum videtur vt dictum eſt. et conſonat Caiet. vbi ſupra. ¶ Et ita cum in hac materia moraliter loquamur et de potentiã morali: dicendũ eſt abſolute quod Papa per indulgentias totum purgatorium euacuare non poteſt. Aut ſi mauis calumnias euitare, dicamus quod per Pape indulgentias ſtante lege purgatorium euacuari non poteſt. Quare etiam Maioris in. 4. diſt. 20. q. 2. dub. 2. vt etiam refert Nauarro in repetitione de indulgentijs. not. 22. § . 9. dicit facultatem Pariſienſem hanc propoſitionem cuiuſdam Ioannis Angeli (ſcilicet, anime in purgatorio exiſtentes ſunt de iuriſditione Pape: et ſi ille velet poſſet totum purgatorium euacuare) ſic cenſuiſſe. Hec propoſitio eſt in ſe dubia: et ad mentem aſſerentis, per modum iuriſditionis et ordinarie poteſtatis, de falſitate ſuſpecta et ſcandaloſa et nullatenus populo publice predicanda. Hec ibi. Ideo Beatus Thom. et doctores communiter in quarto. diſtin. 20. et. q. 1. dicũt abſolute non poſſe Papam ad libitum purgatorium euacuare. Quod etiam ait Nauarro vbi ſupra. § . 37. 38. et ſequen. et notã. 31. § . 47 48. latius conſonat cum prima parte predicte propoſitionis.

Q VÆSTIo. XIX. Quæſt. 19.
Vtrũ Epiſcopi poſſint etiam concedere indulgẽtias per modũ ſuffragij ſecundum ius commune in ea quantitate defunctis in qua viuis concedere poſſunt.

¶ In hac queſtione decima nona ſunt duo dubia. primum. Vtrum id Epiſcopi poſsint ex poteſtate ordinaria ſue dignitatis epiſcopalis ſi per Papam non eſſet reſtricta. Secundum, vtrum de facto ſit per Papam vel per Eccleſiam ea poteſtas Epiſcoporum ad id reſtricta.

¶ Quoad primum dubium reſpondeo quod id Epiſcopi non poſſunt. In quo communiter doctores conſentiũt: et latius probat noſter Medina de indulgentijs diſputatione ſeptima. ca. 37. et diſputatione. 9. ca. 47. et quidam Chriſtophorus Archiepiſcopus Corcyreñ. li. 2. cõtra Lutherum. Et hoc eſt verum etiam ſuppoſita opinione communi ꝙ Epiſcopi ex ordinaria ſua poteſtate Epiſcopali poſſunt viuentibus ſubditis concedere indulgentias, vt ſupra. q. 12. propoſi. 2. et. q. 14. latius habetur. Quod probatur dupliciter. Primo quia vel indulgentiæ valent et conceduntur defunctis per modum iuriſditionis, vt aliqui tenent vti ſupra. q. 16. dictum eſt: et tunc cum ſolus Papa in hoc habeat plenam poteſtatem intenſiue et extenſiue, vt ſupra queſtione. 12. queſtione. 16. tam ſuper omnes quam ſuper diſtributione theſauri indulgentiarum. Ergo ipſe ſolus id poſſet quoad omnes viuos et mortuos: et Epiſcopi autem ſolum id poſſent forte quoad eos qui dum viuebant in mundo erant ſubditi eorum. Si autem per modum ſuffragij concedunt et valent indulgentiæ defunctis, vti ſecundum communem doctorum ſententiam ſupra queſtione. 15. queſtione. 16. dictum eſt, ergo id ad ſolum Papam pertinet. Quia ad ſupremũ paſtorem Eccleſiæ tantum pertinet eius communem theſaurum indulgentiarum diſtribuere et cõmunicare defunctis qui de foro Eccleſie nõ ſunt, vt ſupra. q. 3. q. 7 q. 15. q. 16. latius probatũ eſt. Secundo probatur idem. Quia cõſuetudo et practica Eccleſię habet vt ſolus Papa defunctis per modum ſuffragij indulgentias concedat, ergo nõ eſt Epiſcopis tribuendum ſuo iure Epiſcopali. Patet cõſequentia. Quia in ſpectantibus ad fidem ſacramenta et mores valet argumentum a conſuetudine etiam negatiue, videlicet hoc nõ fit neq; factũ

eſt in Eccleſia. Ergò non licet, vt habetur in ca. inter corporalia. de tranſla. Epiſcopo. et ſupra in noſtro lib. 4. de poteſtate Pape. q. 5. in. 3. probatio ne. 3. opi.

Dub. 2. ¶ Secũdum dubium eſt. Vtrum de facto per ius cõmune ipſorum Epiſcoporum poteſtas quoad defunctos ſit omnino limitata ita quod illis non poſsint vllas concedere indulgentias nam in hoc ſunt due opiniones.

1. Opinio. ¶ Prima opinio tenet quod quibuſcunque animabus purgatorij poſſunt epiſcopi cõcedere eaſdem indulgentias per modum ſuffragij quas ſuis ſubditis viuentibus concedere poſſunt ſecundũ ius commune: idque etiam ſi dum viuerent non fuiſſent ſibi ſubditi: dum modo id faciant Epiſcopi per ſuos ſubditos viuos ſcilicet imponendo illis ſuis ſubditis quod fuerit faciendum pro tali indulgentia lucranda pro illis defunctis. Ratio huius opinionis eſt. Quia cum Epiſcopi id poſsint ex ſua dignitate ſeu prelatione epiſcopali: et de facto nullibi habetur talis limitatio eis facta, quod ſcilicet defunctis non poſsint concedere indulgẽtias quas poſsint viuis, vt patet etiam ex practica Eccleſie que eſt optima interpres iuris cõmunis, que habet quod Epiſcopi id poſsint, quia et de facto id ita faciũt. Nam et Siliceus Archiepiſcopus Toletanus anno. D. 1551. in quadam ſua bulla conceſsit quaſdam indulgentias per modum ſuffragij defunctis ſicut et Papa concedere ſolet. Et iſte Archiepiſcopus erat vir vtique doctus, et de conſilio etiam doctiſsimorum virorum credendum eſt id feciſſe dum aliud non conſtiterit ſufficienter. Hanc opinionem tenet Supplemẽtum Gabrielis in quarto. diſtinctione. 45. queſtione. 3. articulo ſecundo. propoſitio. 6. et ibidem dicit pro hac opinione eſſe. B Thom. diſt. 20. quæſt. 2. artic. 3. vbi indiſtincte dicit ꝙ prelati Eccleſiæ poſſunt communicare viuis et mortuis de communi theſauro Eccleſie per indulgentias. Nunc autem nomine prelatorum proprie intelliguntur etiã Epiſcopi, vt ſupra. q. 12. propo. 2. &c. itẽ Palud. ea. di. 20. q. 4. art. 3. concl. 6. vbi dicit quod anime defunctorum liberantur per indulgentias prelatorum. Vnde ſicut bona mea poſſum indifferenter viuo et mortuo communicare, ſic et prelatus theſaurũ Eccleſiæ: dũ tamen id pro quo datur mortuo fiat a viuo. hec Palud. et propter hec tenuit Supplemẽtum vbi ſupra vt dictum eſt, dicitq; non eſſe curandum de Innoc. in ca. Quod autem. de pe. et re. qui aliter ſine ſufficiente fundamento opinatus eſt.

2. Opinio. ¶ Secunda opinio eſt. Innn. vbi ſupra. et eã communiter ſequuntur canoniſtæ et Cardi. in ca. In leuitico de pe. et re. diſt. 1. et Nauarro tracta. de In dulg. nota. 22. § . 4. et noſter Medina vbi ſuprà cum multis alijs, quod ſcilicet epiſcopi nullis defunctis vllas indulgentias ſecundum ius commune concedere poſſunt vllo modo. Quia quo ad hoc eſt eorum poteſtas omnino reſtricta in. ca. Quod autem. et. ca. Cũ ex eo. de pe. et re. quia ſic debent predicta. epi. intelligi, vt etiam patet ex communi practica Eccleſiæ que eſt optima interpres legum. Et facit ad id Sixtus quartus declarans indulgentias prodeſſe defunctis per modum ſuffragij dum ad ipſos per Papam expreſſe extenduntur: vt hoc refert etiam Gabriel in Canoni. lect. 57. K. et ad. B. Thom. et Palud. et alios de prima opin. poteſt reſponderi quod ipſi non dicunt quod prelati vel epiſcopi id poſſunt ex vi ſue dignitatis Epiſcopalis vel ex iure cõmuni: ideo poſſunt et debent accommode intelligi, quod ſcilicet prelatus ſupremus vt eſt Papa id poteſt ex ſuã poteſtate Papali: Epiſcopi autem ex illius commiſsione ſpeciali: ſicut et alij quibus id Papa committeret, practica autem Eccleſie potius eſt pro. 2. quã pro. 1. opinio. nam et Archiepiſcopus ille Toletanus forte id fecit ex ſpeciali Pape commiſsione, ſi non errauit ſuam ſequens opinionem: ſicut et prelati errare poſſunt dum ſine doctorum conſilio aliquid faciunt vel ſuas ſequuntur opiniones. Igitur in hoc ſtandum cenſeo communi practicæ Eccleſiæ: que tamen ſecundum varia tempora poteſt variari.

Articulus tertius in

quo agitur de requiſitis ad lucrandum indulgentiam, vt valeat quantum ſonat: & cõtinet tredecim quæſtiones quarum prima et in ordine. 20. ſequitur.

QVIA ſecundum communiter doctores in. 4. diſtinctione. 20. et canoniſtas in capitulo. Quod autem. et capitulo. Cum ex eo. de penitent. et remiſ. et alibi, quatuor cõditiones requiruntur ad lucrandum indulgentias quantum ſonant. Prima quod concedens indulgentiam habeat auctoritatem ad id. Secunda. Quod adſit cauſa pia et rationabilis et ſufficiens ad talem indulgentiam. Tertia quod lucraturus eam indulgentiam ſit capax eius et idoneus ſeu in ſtatu gratiæ. Quarta quod impleat id quod et quomodo taxatur per concedentem ad lucrandum illam indulgentiam. Quatuor conditiones ad lucrandum indulgentias requiſitæ.

¶ Prima conditio ſe tenet ex parte concedentis, ſecunda ex parte ipſius indulgentiæ ſeu conceſsionis eius: tertia et quarta ex parte lucrantium indulgentiam. ¶ Omnes iſte quatuor conditiones ſimul requiruntur et ſufficiunt vt

indulgentia

indulgentia vere et efficaciter lucrantibus valeat quantum ſonat: quarum aliqua deficiente non valet niſi aliquando minus aliquando nihil, vt patebit in omnibus ſequentibus. Ideo de ſingulis conditionibus predictis agendum eſt in hoc tertio articulo. Et quia de prima iam ſatis dictũ eſt in queſtione tertia et queſtione.12. et queſtione.13.&c. Ideo hic omittitur et ſupponitur quod lucraturus indulgentiam proprie ſumptam nõ per modum ſuffragij debet eſſe aliquo modo ſaltem pro tũc et quoad hoc ſubditus cõcedentis, vt ſupra.q.13.habetur. Nunc de alijs tribus conditionibus reſtat agendum in.q. ſequentibus. Et ideo ſequitur.q. 20.

Queſt.10. QVÆSTIO. XX. Vtrum requiratur cauſa pia ad valorẽ indulgentiæ quantum ſonat: et tanta cauſa pia proportionata ad tantam quantitatem indulgentiæ.

Propoſi.1. ¶ Reſpondeo per vnicam propoſitionem que talis eſt. Ex parte cauſe indulgentie vt valeat quantum ſonat requiritur pia cauſa, et ſufficiens ſeu proportionata ad illam tantam indulgentiam efficaciter conſequendam. Qua non exiſtente ſolum tenet et valet indulgẽtia illa pro ea parte ſeu rata pro qua illa pia cauſa ſufficiens exiſtit ſecundum Dei iudicium.

¶ Iſta propoſitio habet tres partes. Prima eſt quod requiritur pia cauſa. Secũda quod ſit ſufficiens ad tantam indulgentiam. Tertia quod ea non exiſtente ſolum tenet pro rata &c. Vſque in finem. ¶ Pro declaratione et probatione propoſitionis nota

Nota.1. duo. Primo quod ſtando in rigore et proprie loquendo aliud eſt cauſa indulgentiæ, aliud cauſa concedentis indulgentiam: ſicut aliud eſt cauſa belli, aliud eſt cauſa bellantis ſeu cauſa mouens bellantem ad bellum vt patet. Quia poteſt eſſe cauſa iuſta belli ex parte cauſe non autem ex parte bellantis, vt quando rex malo animo ſe vindicandi aut ex ambitione ſeu cupiditate mouet bellum ad recuperandum res ſuas ſeu ad puniendũ malefactores, vt communiter dicitur a doctoribus ex Auguſt. in ca. Quid culpatur.23.q.1. ſic ad propoſitum poteſt eſſe cauſa iuſta obiectiua ipſius indulgentiæ: quanuis ſit iniuſta cauſa finalis ex parte concedentis, puta quia concedens indulgentiam iuſtam et rationabilem ex iuſta cauſa ſimul mouetur ex alia cauſa in ſuo corde dominante. Exempli gratia, cum conceditur indulgentia dantibus talem eleemoſynam ad bellum contra infideles ſeu ad reparationem talis Eccleſiæ: tunc eſt pia cauſa indulgentie ideſt pro qua cõceditur indulgentia: quanuis concedens indulgentiam ſimul moueatur principaliter ex cupiditate et quãuis intendat conuertere et conuertat ipſam eleemoſynam indulgentiæ in alios vſus prophanos: tunc enim eſt cauſa iniuſta et irrationabilis tantum ex parte concedentis indulgentiã prefatam. ¶ Hic ergo in tota hac queſtione et materia agitur de cauſa indulgentie, non de cauſa concedentis indulgentiam. Et ab alijs doctoribus cauſa indulgentie dicitur cauſa obiectiua conceſſionis ſeu indulgentie: et cauſa autem concedentis dicitur cauſa finalis conceſſionis ſeu concedentis. ſed in verbis non moremur dummodo conſtet de vero ſenſu vt dictum eſt. Doctores autem non multum curantes de rigore et proprietate verborum confundunt communiter vtrumque, dicentes quod cauſa indulgentie ſeu ex parte concedentis indulgentiam debet eſſe pia et rationabilis: et intendunt loqui ſemper de cauſa indulgentie de qua eſt ad propoſitum non de cauſa concedentis indulgentiam vt dictum eſt. Intendimus ergo in hac propoſitione dicere quod cauſa indulgentiæ ſeu pro qua conceditur indulgentia requiritur quod ſit pia: quanuis concedens indulgentiam aliunde moueatur malo animo ſeu fine: hoc enim non vitiat cauſam neque valorem ipſius indulgentiæ, quia et per accidens ſe habet ad eam: ſicut neque intentio praua Pape diſpenſantis miniſteria ſeu ſacramenta diuina ſeu in votis, vbi eſt legitima cauſa diſpenſandi, vitiat iuſtam cauſam diſpenſationis vel diſpenſationem iuſtam ex parte cauſe. Nota.2.

¶ Secundo nota quod cauſam indulgentie eſſe piam nihil aliud eſt, quam quod id pro quo aut propter quod conceditur indulgentia ſit ex ſe ſeu ex relatione aliqua ad Dei honorem ſeu ad vtilitatem Eccleſie temporalem ſeu ſpiritualem ſeu ad ſalutem animarum (hoc enim eſt eſſe quid pium). Ideo omne opus bonum dicitur eſſe plũ quia aliquo modo ſaltem virtualiter de ſe aut ex genere ſuo ad Dei honorem ordinatur ſeu ordinabile eſt: puta quando indulgentia conceditur pro eleemoſyna, ieiunio, oratione, confeſſione, Euchariſtie ſumptione, viſitatione Eccleſie, auditione predicationis, pro labore vtili Eccleſie, pro ſocietate, preſentia, honore, aut deuotione, ad prelatos ſeu actus Eccleſiaſticos, ſeu ad claues Eccleſie, habita ſeu habenda, et alia huiuſmodi. Vt de hoc infra queſtione.21.22. habetur. Ideo opera prophana aut indifferentia nullo modo ordinata nec ordinabilia ad Dei honorem aut vtilitatem Eccleſie, non ſunt nec dicuntur pia cauſa indulgentie vllo modo, puta ſi indulgentiæ concedantur ſolum propter bibendum in fine menſæ aut prandij, vt aliqui idiotæ putant, aut propter eundum ad ludos ſeu ſpectacula prophana &c. Huiuſmodi: ſecus ſi vt poſt potationem charitatiuam agant gratias Deo, aut vt in ludis non prophanis audiant diuina et huiuſmodi pia. Iam

enim aliquo modo charitatiua potatio et ludorũ ſacrorum tantum ſpectatio ordinantur recte ad Dei honorem ſeu vtilitatem Eccleſie vel animarum, et non aliter: et ſic poteſt eſſe cauſa pia, vt patet ex dictis et infra dicendis queſt. 21. vbi agitur vtrum poſsit eſſe cauſa pia indulgentiæ et ſufficiens ſine aliquo opere pio faciendo ad eam lucrandam ibi videatur.

1. pars propoſitionis. ¶ His notabilibus ſuppoſitis iam probatur prima pars propoſitionis, quod ſcilicet requiritur neceſſario pia cauſa indulgentie vt illa indulgentia ſit valida coram Deo: ita quod aliter nihil omnino valebit coram Deo. Que probatur dupliciter.

Ratio. 1. Primo, quia conferre indulgentias pertinet ad remiſsionem peccatorum quoad penas. Hec autem remiſsio non poteſt ſine cauſa pia et rationabili fieri in ſacramento, et multo minus extra ſacramẽtum. Ergo. Patet conſequentia cum maiore ex ſupradictis. q. 3. et. 5. et. 7. Minor autem probatur, Quia pertinet ad poteſtatem arbitrandi que ſine cauſa rationabili non poteſt quid valide coram Deo agere aut remittere de pena debita: ſicut nec de culpa. Quia non poteſt Papa audiens meam confeſsionem remittere mihi culpam ſine debita diſplicentia: quia irrationabiliter ageret. Ergo eadem ratione non poteſt totam penam ſine cauſa rationabili remittere videns me parum contritũ et cum magnis peccatis, tam in ſacramento quam extra. Quia vtrumq; pertinet ad eandem poteſtatem clauis: et eodem modo erraret clauis in remiſſione pene ſicut et culpe, vt de hoc infra in ſeptima probatione ſecũde partis habetur, et ſupra. q. 6. dictum eſt.

Euaſio. ¶ Si ad hoc ſubterfugiendo dicatur non eſſe idem iudicium de remiſsione culpe et pene in ſacramento et extra per indulgentias. Quia in hac remiſsione penarum per indulgentias concurrit liberalis diſpenſatio theſauri, ratione cuius poteſt Eccleſia liberius ſine cauſa remittere penas per indulgentias: non ſic in remiſsione culpe: aut pene

Replica. 1. ſacramentaliter facta. ¶ Contra hoc replicatur dupliciter. Tum primo quia etiam eſt diſpenſatio ſui theſauri ſacramentalis ideſt meritorum Chriſti in remiſsione ſacramentali culpæ aut pene, vt ſupra queſtio. 3. et. 4. et. 2. latius habetur. Tum ſecundo quia diſpenſatio theſauri indulgentiarum ex quo eſt liberalis et virtuoſa non autem prodiga neq; vicioſa. Ergo licet non innitatur iuſtitie, bene tamẽ innititur rationi et cauſam exigit rationabilẽ. Nemo enim diceretur liberalis qui ſine cauſa rationabili tale quid prodige donaret: ſicut neque ſi ob tantam que ad remunerandum ex ſe obligaret.

Ratio. 2. ¶ Secundo probatur eadem prima pars. Quia prelati ſunt diſpenſatores miniſteriorum Dei. 1. Pe. 4. et. 1. Corinth. quarto. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti et diſpenſatores miniſteriorum Dei. vt etiam habetur in extrauag. Vnigenitus. de pe. et. re. nunc autem diſpenſatoris poteſtas non ſe extendit vt ſine cauſa et contra intentionem domini, ſcilicet Chriſti et ſanctorum ſed potius ſecundum eam diſpenſet theſaurum ſibi commiſſum. ergo. Patet conſequẽtia cum maiore.

¶ Minor autẽ probatur dupliciter. Primo, quia diſpenſatio niſi ſecundum intentionem domini fiat ſine cauſa non valet, vt patet etiam in rebus temporalibus: quia ideo poteſt diſpenſator de bonis ſibi commiſsis diſpenſare, quia dominus conſentit: alias non poſſet diſpenſare de alieno: nec valeret diſpoſitio ſine conſenſu domini. Chriſtus autem et ſancti non intenderunt quod ſine cauſa rationabili, ſed potius vt ad honorem Dei vt vtilitatem Eccleſie ſeu animarum, et per conſequẽs ex cauſa pia diſtribueretur theſaurus eorũ. Quia nec Chriſtus ipſe qui habebat poteſtatem excellentiæ vnquam remiſsit alicui totam penam ſine cauſa: ſed Magdalenæ conceſsit indulgentiã plenã. ex cauſa rationabili. Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multũ, et Math. 9. de paralytico. et cap. 15. de Cananea et cap. 8. de Centurione. et Luc. 18. de ceco illuminato. Oſtendit Chriſtus ſe non feciſſe miſericordiam niſi ex cauſa rationabili fidei vel deuotionis petentium: vt ſimiliter doceret nos ita facturos et non aliter.

¶ Si ad hanc rationem ſubterſugiendo dicatur ꝙ ſolum concludit quod prelatus diſpenſans de theſauro ſine cauſa peccat quidem ſed bene tenet factum: ſicut quando ſine cauſa diſpenſat in cauſis matrimonialibus et beneficijs &c. huiuſmodi. Euaſio.

¶ Contra hoc replicatur, quia non eſt ſimile, nam quatenus cauſæ matrimoniales et matrimoniorum impedimenta ſunt de iure Eccleſiaſtico poſitiuo valet in eis diſpenſatio facta ſine cauſa legitima: ſecus ſi eſſent de puro iure diuino, puta quod pater contrahat cum filia aut filius cum matre. In collatione vero beneficiorum vt teneat collatio et titulus ad ea etiam ad plura ſimul quouſque per ſuperiorem irritetur, cauſa eſt quod ſit perſona Eccleſiaſtica: cui ſi conferantur collatio non fit omnino ſine vlla cauſa: quanuis coram Deo peccabit qui ſine cauſa ſufficiente id fecerit: quanuis etiam in foro Eccleſiæ dum de oppoſito non conſtat preſumatur iuſta cauſa: et quia Papa non habet in hac vita ſuperiorem iudicem, et ideo valeat talis diſpenſatio. Sic dico de conceſsione indulgentie quod nullo modo valet coram Deo ſi ſine vlla cauſa pia fiat: licet tolleretur vt valeat in foro Eccleſie, vt dictum eſt et dicetur latius infra in prima et ſeptima probatione ſecunde partis huius propoſitionis. Replica. ¶ Secundo probatur prefata minor quia. 1. Corinth. 4. et. 2. Corinth. 10. habetur. Non habemus poteſtatem in deſtructionem ſed in edificationẽ. Vbi patet quod poteſtas que habetur ad edificandum ſpiritualiter non habetur ad deſtruendum Eccleſiam ſeu theſaurum eius ſpiritualem dilapidandum: et per conſequens quod corã Deo nõ valet quod fit a non habente poteſtatem ad id. Nunc autem conceſsio indulgẽtie ſine vlla cauſa eſt Eccleſie deſtructio et dilapidatio theſauri ſpiritualis:

quia

quia per tales indulgentias indiſcretas et ſuper fluas eneruatur ſatisfactio penitẽtialis,vt habetur in ca.Cum ex eo.de peniten. et remiſ.vt habetur infra in probatione ſexta ſecunde partis huius propoſitionis.ergo. ¶ Item ad predicta omnia fa cit extrauagans Clem.6.Vnigenitus.de penitent. et remiſſi.vbi dicitur.Quem quidem theſaurum per beatum Petrum eiuſque ſucceſſores , ſuos in terris vicarios Chriſtus commiſit fidelibus ſalu briter diſpenſandum : et pro pijs et rationalibus cauſis,nunc pro totali remiſſione pene tempora lis nunc pro partiali pro peccatis debite , tam ge neraliter quam ſpecialiter , prout cum Deo expe dire cognoſcerent, vere penitentibus et confeſſis miſericorditer applicandum. ¶ Ex quibus patet quod non valet opinio quam refert ſed non te net eam Palud.in.4.diſt.20.q.4.artic.1. quod in dulgentia ſine vlla cauſa conceſſa eſt omnino va lida coram Deo et Eccleſia licet concedẽs peccet. Et communiter doctores tenent contra hanc fal ſam opinionem. Nam requiritur cauſa pia licet forte non aliquod opus pium vt dictum eſt, et in fra q.21. latius dicetur,conſonat noſter Medina de indulgentijs diſputatione.9.ca. 48. in reſpõſio ne ad ſextum argumentum.fo 121.et.122.

2.pars pro poſitionis ¶ Secunda pars propoſitionis, et ſufficiens ad il lam tantam indulgẽtiam ſic ſcilicet quod ſicut ad collationem indulgentiæ requiritur cauſa pia: ita neceſſario quod ſine illa non valet indulgentia vt in prima parte dictum et probatum eſt: ita etiam dicit hec ſecunda pars quod ad valorem et effica ciam tante indulgentie puta centum vel mille an norum requiritur neceſſario quod illa cauſa pia ſit ſufficiens digna et proportionata ad tantã quã titatem indulgentie: alioqui non valebit niſi pro ea parte et rata ſecundum quam eſt cauſa propor tionata,vt dicit tertia pars propoſitionis. Et hec ſecunda pars non eſt omnino a doctoribus ſic ap probata quod non patiatur difficultatem : ſed po nitur tanquam probabilior et communiter a do ctoribus magis probata. Nam circa hoc ſunt qua tuor opiniones ſolemnes quas refert B.Thom. 3. par.ſum.in addi.q.25.art.2.et ipſe et communiter doct.in.4.diſt.20.q.1. precipue Durand.ea. diſt. q.4.et ſummiſte referunt plures alias parum ap parentes parumq; a predictis differentes. Ideo ſo lum has quatuor opiniones pertractabo.

1.Opinio. PRima opinio tenet ꝙ quecũq; cauſa pia adſit dummodo ſit cauſa pia , omnis indulgentia valet ſolũ ſecundũ menſurã fidei et deuotionis ſuſcipiẽtis indulgentiã:nõ autẽ ſemper quantũ indul gẽtia ſonat , neq; quantũ predicat Eccleſia,niſi ad ſit predicta diſpoſitio ſecundũ quã quãtificatur in dulgẽtie valor. Dicit enim hec opinio ꝙ Eccleſia predicat ſimpliciter et vere indulgentias valere quantũ ſonãt quantũ eſt de ſe , ſi ſcilicet adſit ſua debita diſpoſitio fidei et deuotionis proportiona ta:ꝙ ſi aliter cõtingat id eſt per accidens ex defe ctu diſpoſitionis prefate,vt ſupra.q.17. in reſpõ. ad.1.argum.et in locis ibi allegatis dictũ eſt. Dicit etiam hec opinio quod Eccleſia ſic ſimpliciter predicat valere quantum ſonant indulgẽtie:et nõ declarat fidelibus veritatẽ quomodo valeant vt ſo nant,ſcilicet ſi adſit proportionata diſpoſitio : vt. quadam pia fraude Eccleſia alliciat fideles ad be ne faciendum. Sicut mater que promittens filio pomum ipſum ad ambulandum prouocat. Hanc opinionem tenet Raymũ,et Albert. Mag.vt refe runt Ioan.Andr.et Panor.in ca. Quod autem.et ca.Cũ ex eo.de pe.et re.et ſum.Ang. ti.indulgẽ. §.2. et Adrianus in.4.in materia de indulgen tijs.Et Florent.1.parte ſum.titul. 10. ca.1. § .3.et quidem hec opinio vt prima facie ſonat eſt falſa: et cõmuniter reprobatur a predictis doctoribus eam referentibus propter rationes que proxime dicentur in fine ſecunde opinionis.

SEcunda opinio eſt quod indulgentiæ valẽt ſo lum ſecundũ menſurã rei date vel facte prout in forma conceſſionis continetur,pariter et ſe cundum deuotionem et laborem ad indulgentiã conſequendam, iuxta eſtimationem iuſtam et re ctam penſata conditione perſone et vtilitate ſeu neceſſitate Eccleſiæ : quia vno tempore Eccleſia plus indiget tali opere aut ſubſidio pro quo da tur indulgentia quam alio tempore. hec opinio eſt Altiſidioren.ſ.lib.4.ſummæ.q.1.et.3.de relaxa tionibus.vt hoc etiam refert Adrianus.vbi ſupra. quod etiam eam ſecuti ſunt olim communiter ca noniſte et ſolemniter refertur per Innocen. Ioan. Andr.Panormi.Hoſtienſ.&c. in capitul. Quod autem. et capitul Cum ex eo. de penitentijs et remiſſionibus. ¶ Sed hec opinio vt prima facie ſonat eſt falſa et communiter reprobatur a theo logis vt ſupra et a Panormitan.et quamuis Adria. pro hac opinione reſpondeat ad rationes contra eam factas:tamen in ea non ſtat vt ſonat. Et ratio falſitatis eius et precedentis opinionis eſt. Tum quia ſi ſic eſſet : potius indulgentia eſſet,commu tatio quam liberalis remiſſio: et nil valeret vltra opus aut deuotionem requiſitam ad eam lucran dum.Tum ſecũdo ſequeretur quod Eccleſie pre dicatio eſſet falſa:cum quandoque indulgẽtia pre dicetur ab Eccleſia longe maior quam ſecundum iuſtam eſtimationem tale opus aut deuotio me reatur,vt patet in ſtationibus Rome vbi inſtitute ſunt a beato Gregor. largiores indulgentie pro breui labore et opere &c.Et quia pro eadem cau ſa ſeu re aliquãdo maior aliquãdo minor indulgẽ tia conceditur ab Eccleſia. Nunc autem ſecundũ Auguſtin.in Epiſtola ad Hieronim. ſi in predica tione Eccleſiæ aliqua falſitas concederetur non eſſent Eccleſiæ documenta alicuius auctoritatis ad roborandam fidem. Ideo iſte due opiniones prefate vt ſonant communiter reprobantur a do ctoribus. ¶ Dico notanter vt prima facie ſonant: nam ſi intelligantur prout opus aut deuotio ſeu fides per modum circunſtantie faciunt ad rationẽ cauſe pie ipſius indulgentie vt videlicet ſit magis vel minus ſufficiens ad ipſam indulgentiam:tunc certe poſſunt bene ſaluari in veritate et cõcordari 2.Opinio.

cum opinione communi, vt infra queſtione. 29. queſtione.32.in tertio eius corolario habetnr de hoc de latius. ¶Et ad primam rationem ſupra poſitam poteſt bene reſponderi quod non ſequitur quod indulgentia ſit commutatio: non enim intendit illa opinio dicere quod non valet indulgentia vltra valorem operis quod fit pro ea lucranda,ſed quod valor indulgentie indeterminate conceſſe quoad id quod ex vi indulgentiæ datur vltra valorem operis quantificatur ſecundum menſuram ſeu valorem operis circunſtantionati, prout magis vel minus accedit ad ſufficientiam cauſe pie ipſius indulgentie vt dictum eſt. Sicut communiter dicitur a doctoribus quod Deus in ſacramentis confert gratiam et remiſsionem penarum ex opere operatn quantificatam tamen ſecundum menſuram diſpoſitionis ſuſcipientis ſacramentum. Sic eſt de indulgentia indeterminate conceſſa facienti tale quidı ſecus ſi eſt determinata quantitas indulgentie, vt infra.q. 29.et queſtione.32.in tertio eius cotolario latius de hnc.

¶Ad aliud negaretur quod inde ſequatut predicatio Eccleſiæ falſa: ſed prouida et circunſpecta, ocultando veritatem non neceſſariã rudibus,idq; ex cauſa rationabili.ſ.ne ea cognita deſpiciant bona opera,et ſcandalizenrur vt infirmi.Et hoc intendit dicere opinio dicẽs quod Eccleſia pia fraude allicit fideles ad bonũ: non quidem fraude mẽdacij, eum ſimpliciter et de ſe ſit vera predicatio vt dictũ eſt,ſed fraude ſimulationis aut occultationis veritatis nõ neceſſarie.Et id ex cauſa rationabili et ad pium finẽ ſupradictum:ideo dicitur pia fraus,vt ipſe Altiſidiorenſis vbi ſupra expreſſe dicit.Et licet pro paruo et aut pro eodẽ npere nunc largiot indulgenria nunc minor cõcedatur: tamẽ reſpectu aliquo erit maius opus quoad hunc quã quoad illum:et erit ſufficiens ex relatione ad talẽ indnlgentiam reſpectu hnius aut tali tempore et non reſpectu alicuius nec alio tempore:et ſic valebit ei indulgenria ſecundũ ratã vt dicit tertia pars propoſitionis ſupra poſite. ¶Sicque poteſt ſaluari vtraq; npinio ſupradicta ad bonum ſenſum, de quo latius infra.q.29.et.q.32.habetur.ſed vt dixi quia prima facie aliter ſonare vidẽtur ideo cõmuniter reprobantur predicte due opiniones.

3.Opinio. ¶Tertia opinio eſt ꝙ valent indulgẽtie quantũ ſonant:nnn quidem ex proportione ad deuotionem ſeu fidem vt tenebat prima opinio : neq; ad datum vel factũ vt ſecunda npinio dicebat: neque ad cauſam ſeu ſufficientiam aut cõdignitatem ſeu quantitatem cauſe pie vt dicit quarta opinio proxime recitanda ſecundum propoſitionem ſupra poſitam:ſed ex proportione ad abundantiam theſauri indulgentiarum:ita.ſ.ꝙ indulgentia quantũcunq; magna et pleniſsime cõceſſa:ex quacunq; pia cauſa valet apud Deũ quantũ ſnnat:et quecunq; pia cauſa eſt ſufficiẽs ad efficaciã quantecũq; indulgẽtie:quãuis concedẽs peccet,nõ quidẽ vt dilapidator ſed vt aliquo modo prodigus et indiſcretus diſpẽſator theſauri indulgentiarũ,ſi ita inordinate cõcedat indulgentias pro leuibus cauſis pijs quod propter hoc homines ab operibus peniteñtiæ et ſatiſfactionibus reuocentur.¶Inſuper addit Palud.in.4.diſt.20.q.4.art.1.conclu.1.dum modo quis nõ laboret prohabendis illis indulgentijs ſciens non ſubeſſe ſufficientẽ cauſam piã conceſſionis indulgẽtiæ:ſi enim hoc ſciẽs velet ſibi cõcedi indulgentiã illã iã peccaret,inducẽdo concedẽtem ad culpabiliter concedendũ indulgentiã illã ſine ſufficiente cauſa pia:et per cõſequens iam ex hoc efficitur indiſpoſitus ad illam indulgentiã lucrandũ:quam tamen alij lucrabuntur vt dictũ eſt. Et cum hac additione concordat Floreñ. 1. part. ſum.tit.10.ca.3 § .1.et Supplementum Gabrielis in.4.diſt.45.q.3.artic.1.nota.1.¶Opinionem autẽ prefatã etiã ſine additione aut limitatione predicta tenet B.Th.in. 4.di.20. art 3.q.1.et in additione.3. part.q.25.ar.2.et ea.diſt.20.Durã.q.4.et Supplementũ Gabrielis vbi ſupra et art.3.propo. 12.corolario 7.et omnes fere thomiſte.et Floreñ. 1.part.tit.10.ca.3.§.1.et Dioni.ciſtercieñ. in.4.diſtin.20.q.3.et noſter Medina de indulgentijs vbi ſupra.Et Silueſter.tit. indulg.q 3. et aliqui etiam volunt adducere B.Bonauen.ea.diſtin.20.q.6.et Richar.ea.diſtin.articu.5.q.1.&c.Ad hanc opinionem : cum tamen In rei veritate Bonauentura et Richar.teneant potius cum quarta opinione ſequente, que ſecundum propoſitionem ſupra poſitam proxime recitabitur.Ibi patebit.Alij autem volunt quod Beatus Thom. non ſenſerit cum hac tertia opinione et gloſſant eius verba alio et alio modo.Nam Adrianus gloſſat eum vno modo , et Caietan. alio et alij alio modo dicentes, quod beatus Thomas per cauſam piam intelligit etiam rationabilem et ſufficientem condignã et proportionatam ad tantam indulgentiam , quod que ſic Beatus Thomas potius ſenſit cum quarta opinione proxime recitanda vt infra in Reſpon. ad primum argumentum ponunturverba et gloſſe verborum Beati Thom. Tu autem dic quod beatus Thom.potius ſenſit et tenuit cum hac predicta tertia opinione,et eius verba expreſſe id exprimunt : quia et ex propoſito recitauit et reprobauit vbi ſupra quartam opinionem que infra ponetur.Et ſic intellexerunt et tenuerunt cum Beato Thom. Durand. et Palud. et thomiſtæ : ideo tanquam princeps huius opinionis inter Theologos illam tenentes poſitus eſt.

¶De canoniſtis vero etiam tenet prefatam opinionem multitudo magna eorum qui ſunt puri canoniſte in capit.Quod autem.et capit.cum ex eo.de penitentijs et remiſsionibus et gloſ. in extraua.antiquorũ.de pe.et remiſ.et cũ eis Turrecremata.in ca.quis aliquando. §. Item in leuitico.de peni.diſtinctin.1.numer.22.23.24. 87. Nam iſta opinio eſt valde celebris et communis apud doctores vtriuſq; iuris.

¶Rationes quibus fundatur iſta npinio ſunt duæ precipue. Prima quia exiſtente ratione 2.Ratio. 3.Opinio

ſeu

ſeu cauſæ diſpenſationis bonorum communium ſibi commiſſorum tam quoad diſpenſationem quam etiam quoad determinationem ſeu taxationem talis diſpenſationis eorum, diſpenſatio a diſpenſatore ipſorum facta valet de facto, quanuis ipſe male vel indiſcrete diſpenſans peccet. Nunc autem exiſtente quacūq; pia cauſa eſt ratio et cauſa intenta a Chriſto et ſanctis ad diſpenſandum theſaurum Eccleſiæ per indulgentias: et eius theſauri prelati Eccleſiæ et precipue Papa ſunt diſpēſatores et determinatores ſeu taxatores quantitatis indulgentie per eos concedendæ Ergo exiſtente quacunque pia cauſa ſeu ratione diſpēſatio quātecunque indulgentie taxate per prelatos precipue per Papam valet de facto quantum eſt ex parte cauſæ. ¶Conſequentia patet. et maior probatur quoad id quādo ſcilicet bona communia ſunt commiſſa quoad diſpenſationem eorum. Quia ideo diſpenſatio credita eſt alicui aliquorum bonorum communium vt ea diſpenſet ſecundum intentionem domini principalis: ſic quod quando ſecundum eius intentionem expenduntur iam diſpenſantur ex cauſa ex qua poſſunt de facto diſpenſari. Et notanter in eadem maiore dicitur, Quando talia bona ſunt commiſſa etiam quoad taxationem ſeu determinationē quantitatis diſpenſationis eorum, Quod ideo additum eſt, quia quando ſola diſpenſatio ex cauſa credita eſt et nō taxatio effectus ſeu quantitatis, vt contingit in miniſtratione ſeu diſpenſatione ſacramētorum que pertinet ad poteſtatem ordinis, quorum ſacramētorum effectus non poteſt determinari ab homine ſtante lege ſed a ſolo Deo: non enim poteſt ſacerdos taxare quantum de pena debita remittatur in ſacramento penitentie virtute ſacramenti aut quantum gratie ibi conferatur, quia hoc pendet a Dei ordinatione et voluntate attenta diſpoſitione ſuſcipientis: tunc nō habet locum illa maior, ſed ſolum, quando vtrumque ſcilicet tam diſpenſatio bonorum quam etiam taxatio quantitatis eorum diſpenſande eſt commiſſa poteſtati diſpenſatoris, vt contingit in diſpenſatione eorum que pertinent ſolum ad clauem ſeu poteſtatem iuriſdictionis, vt in abſolutione a cēſuris excommunicationis et irregularitatis et in diſpenſatione votorum et iuramentorum in caſibus diſpenſabilibus et in promotionibus indignorum ad dignitates et prelaturas: in quibus et alijs eiuſmodi effectus et eius taxatio ſubiacet poteſtati diſpenſantis: et ideo facta tenet de facto quanuis promotor et promotus peccent ſimul vel alter tantum, vt dicit predicta maior, que ad hunc ſenſum poſita et probata eſt. ¶ Minor vero probatur quoad illud, quod ſcilicet quecunque cauſa pia eſt ratio et cauſa intenta a Chriſto et ſanctis ad diſpenſandū theſaurum indulgentiarum. Quia intentio Chriſti et ſanctorum fuit relinquere prefatum theſaurum diſpenſandum ad Dei honorem et vtilitatem Eccleſie et animarum vt ſupra. q. 5. et. 7. habetur. Sed quandocunq; eſt pia cauſa adeſt Dei honor et vtilitas Eccleſiæ ſeu animarum, ergo quandocunq; ad eſt quecunque cauſa pia poteſt diſpenſari theſaurus indulgentiarum ſecūdum intentionē Chriſti et ſanctorum. Quod autē Papa et prelati ſint diſpenſatores huius theſauri patet ex ſupradictis q. 7. quod etiam non ſolum diſpenſatio ſed et taxatio quantitatis huius theſauri diſpenſandi ſit cōmiſſa Pape et alijs prelatis potentibus concedere indulgentias intra limites ſue auctoritatis, patet. Quia effectus diſpenſationis pertinentis ad clauē tantum iuriſdictionis ſubiacet arbitrio diſpenſantis vt ſupradictum eſt. Huiuſmodi autem eſt diſpenſatio theſauri indulgentiarum: quia pertinet ad clauem ſeu poteſtatem ſolum iuriſdictionis vt ſupra. q. 3. habetur. Et cōfirmatur predicta minor. Quia pro eadem cauſa ſufficiente ad maiorem indulgentiam in arbitrio Pape eſt concedere minorem et maiorē indulgentiam. ¶Et hac ratione B. Thom. et alij de hac opinione inferunt duo. Primo quod cauſa pia non requiritur ad hoc quod ſecundum eam debeat menſurari quantitas indulgentiæ: ſed ad hoc quod intentio Chriſti et ſanctorum, quorum ſatisfactiones communicantur poſsit ad ipſum peruenire cui indulgentia conceditur: et vt ſeruetur intentio eorum in ſic diſpenſando theſaurum indulgentiarum: quantitas autē effectus indulgentiarum ſequitur et attenditur ſeu menſuratur ſecundum quantitatem ſue cauſe quaſi effectiue, que eſt ſuper abundantia theſauri indulgentiarum, nō autem deuotio, labor, aut opus aliquod ſeu diſpoſitio eius qui lucratur indulgentias neque cauſa pia pro qua conceditur indulgentia: et ideo nō oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem indulgentiæ ſed ad abundantiam theſauri vt dictum eſt. 1.Corol.

¶Secundo conſequenter inferunt quod qui ſic ex cauſa pia quacunque concedit quantumcunq; magnam indulgentiam non eſt neque dicitur dilapidator theſauri Eccleſiæ: ſed bene eſſet dilapidator ſi ſine vlla cauſa pia diſpenſaret. Neque eſt proprie prodigus diſpenſator theſauri, ex quo ad Dei honorem et ſalutem animarum diſpenſat exiſtente aliqua cauſa pia: quanuis ſit indiſcretus diſpenſator, et ideo peccat ſi ex hoc retrahuntur homines ab operibus penitentie et ſpernunt opera bona propter ſuperfluas indulgentias. Neque ſit nimis magnus forum de miſericordia Dei. Deus enim remittendo culpam et obligando ad penā non ordinauit eam non poſſe vel non debere ſolui per alium pro debitore: ſed exigit ſolutionem ſiue per ſe ſiue per alium ſoluat: et ſic fit ſatiſfactio Deo per indulgentias, cum de theſauro indulgentiarum ſoluitur Deo pena debita, vt ſupra. q. 3. 5. et. 7. latius habetur. Sicq; in remiſsiōe penarū per indulgentias non eſt omnino pura et liberalis remiſsio: nec proprie eſt exolutio debiti: ſed quoad Deum eſt ſatisfactio et ſolutio de alieno, ideſt de theſauro indulgentiarum applicato ad hunc: et hoc pertinet ad iuſtitiam: reſpectu autem ipſius cui conceditur indulgentia eſt liberalis donatio 2.Corol.

ſeu diſpenſatio theſauri vt ſupra in locis allegatis
dictum eſt. Ideo non requiritur tantus rigor in
hac remiſsione penarum per indulgentias neque
tanta ſufficientia cauſe, ſicut requiritur ad remiſ-
ſionem culpe et debiti alterius vbi eſt omnino pu-
ra et liberalis remiſsio debiti Deo, vbi requiritur
ſufficiens diſpoſitio et cauſa ſufficiens ad remiſ-
ſionem talis debiti culpe per puram et liberalem
Dei miſericordiam quanuis infallibilem ex pacto
diuino ſtante lege. Hec illi doctores.

¶ Sed certe iſta prima ratio non cõcludit. Quia
deficit in maiore et in minore, vt infra in prima
probatione quarte opinionis et in reſponſione
ad primum argumentum contra eam latius oſten
ditur. Et illud quod ibi illatum eſt etiam refuta-
tur infra in prima probatione quarte opinionis.
tam quoad primum quam quoad ſecundum illa
tum ibi videatur.

2. Ratio. 3. Opinio. ¶ Secunda ratio fundamentalis huius tertie opi
nionis eſt. Quia Eccleſia ſic predicat facit et do-
cet, patet quadrupliciter. Primo. Quia eadem cau
ſa ſeu ratione ſtante Eccleſia modo maiorem mo
do minorem dat et predicat indulgentiam vt pa
tet. ¶ Secundo quia ſepe (vt Rome contingit) Pa
pa concedit indulgentiam plenariam pro ſola vi
ſitatione alicuius Eccleſiæ etiam ſine manibus ad
iutricibus: et in die ſancto Paſche data benedictio
ne papali ſuper platea ſancti Petri pronuntiant
duo Cardinales indulgentiam plenariam omni
bus ibi preſentibus. Itẽ pro recitatione paucularũ
orationum Pater noſter et Aue Maria, ſepe con
ceditur indulgentia plenaria. Item in ſancta Ma
ria de Angelis alias de Portiuncula prope Aſsiſiũ
conceditur ſingulis annis die ſecunda Auguſti in
dulgentia plenaria omnibus contritis et confeſsis
viſitantibus dictã Eccleſiam: et iſta indulgentia eſt
valde autentica, quia miraculoſe ſeraphico patri
noſtro Franciſco cõceſſa eſt oretenus a domino
Ieſu Chriſto beata virgine apparente et interce
dente et miraculoſe per Papam approbata eſt cũ
tota curia Romana ſimul et diuulgata per cardi-
nales et epiſcopos et tandem literis autenticata. Si
enim iſte cauſe ſunt ſufficientes (ex quo Papa et
Eccleſia non poteſt errare in tangentibus fidem
mores et ſacramenta et ſic practicat et predicat vt
dictum eſt) ad conceſsionem indulgentiæ etiam
plenariȩ: certe nulla videtur eſſe cauſa pia tam par
ua que non ſit etiam ſufficiens quantecunque in-
dulgentie etiam pleniſsime. ¶ Tertio probatur
idem. Quia ſecundum omnes doctores commu-
niter et doctrinam Eccleſiæ indulgentiæ valẽt quã
tum ſonant: alioqui eſſet mẽdax predicatio Eccle
ſiæ ſeu fraudulenta, quod dicere impium eſt. So-
nant autem indulgentie plenarie ſepe ex paruiſsi-
ma cauſa, ergo. ¶ Probatur quarto idem. Quia in
ca. Cum ex eo. de peni. et re. ſic habetur. Ad hec
quia per indiſcretas et ſuperfluas indulgentias
quas quidam prelati Eccleſiarum facere non ve-
rentur: et claues Eccleſiæ contemnuntur et peni-
tentialis ſatisfactio eneruatur: decernimus &c. Ex
quibus verbis patet quod Eccleſia preſupponit
ſeu innuit quod indulgentie indiſcrete et ſuper
flue facte ſunt efficaces et valide de facto quis huis
concedẽs peccet. Et quod hoc ibi innuatur, patet,
ex hoc quod in dicto ca. non dicitur quod tales in
dulgẽtiæ ſunt inualide aut nullius efficacie, quod
certe diceretur ſi ita eſſet: ſed ſolum dicitur quod
per eas datur occaſio cõtemptus clauium &c. In
dulgentie autem indiſcrete et ſuperflue ſunt et di
cuntur que conceduntur pro cauſa non ſufficiẽte.

¶ Quod ſi ad hoc reſpondeatur, vt Caieta. In tra Euaſio.
ctatu. de indulgen. reſpondet, quod ibi Papa lo
quitur de indulgentijs indiſcretis tantum quoad
euentum, quando ſcilicet indulgentie alias rite cõ
ceſſe ex cauſa ſufficiente, tamen ex circunſtãtijs
extrinſecis pariunt occaſionaliter contemptum
clauium ipſarum aut operum penitentialiũ, pro
pter frequentiam et multiplicationem talium in
dulgentiarum rite conceſſarum: quia tales bene
ſunt valide. Non autem loquitur textus de indul-
gentijs indiſcretis et ſuperfluis ex cauſa, quando
ſcilicet fiunt in magna quantitate ſine cauſa ſuffi
ciente et proportionata: tales enim ſunt inualide.

¶ Contra hanc euaſionem replicatur probando Replica.
intentum. Quia in dicto ca. ſuperflue indulgentie
videntur dicere aliud vltra indiſcretas, ita ſcilicet
quod indiſcrete dicantur quoad euentum vt di-
ctum eſt: ſuperflue autem quoad quantitatem re-
ſpectu cauſe parue et inſufficientis. Alioqui fru-
ſtra ponerentur verba illa ſi nil operantur, quod
abſit. Nam ſecundum doctores communiter ca-
noniſtas, verba preſertim canonizata per Eccle-
ſiam in literis papalibus aliquid debent operari.
Quod etiam patet in eo. capitulo inferius. Q̃ tã
prouidendo tali abuſioni indulgentiarum indiſ-
cretarum et ſuperfluarum, decretum eſt à conci-
lio illo cum Papa quod prelati non poſſent ma-
iorem indulgentiam concedere quam vnum an-
num in dedicatione Eccleſiæ et quadraginta dies
tantum in quocunque alio caſu quacunque cauſa
pia exiſtente. Ex quo patet quod ibi ſolum ageba
tur de abuſionibus prelatorum aliquorum conce
dentium magnam quantitatem indulgentiæ ex
quacunque parua cauſa pia, poſtquam ſolũ huic
abuſioni prius relate modo predicto prouiſum
eſt, ne ſcilicet vltra quantitatem ibi ſignatam con
cedere poſſent. De iſtis ergo indulgentijs ſuper-
fluis ex parte cauſe, quia ſcilicet ſunt nimis magne
reſpectu parue cauſe pie, loquitur textus quod per
eas claues contemnuntur &c. Non autem q̃ ſint
inualide aut inefficaces vt dictum eſt.

¶ Sed certe adhuc nec iſta rõ aut eius ꝓbationes
probãt ſufficiẽter intẽtũ huius. 3. opini. licet iſta
vltima ꝓbatio ex dicto textu ſit apparẽtior infra
tñ ſoluetur in fine huius. q. in reſpõſ. ad. 4. proba-
tionẽ. 3. argumẽ. ¶ Additio autẽ ſeu limitatio illa
quã ſupra poſuit Palud. Florẽ. et Supplementũ ad
prefatã opinionẽ ſcilicet dum modo quis non la
boret pro habẽdis illis indulgentijs &c. nil omni
no valet ad propoſitũ neque ad iuſtificandũ pre-

fatam

ſatam opinionē. Quod patet dupliciter. Primo,
quia licet iſte talis ad cuius petitionem concedi
tur talis indulgentia ſine cauſa ſufficiēte aut pro
portionata peccet mortaliter et ſit incapax eius
fructus dum eſt in illo peccato: tamen poteſt per
condignam penitentiam dignificari ſicut et alij
peccatores: et per conſequens contritus et confeſ
ſus poteſt eas lucrari ſicut et alij ſecundum for
mam indulgentie ſi eſt valida vt dicit opinio: ex
quo vt ſupponitur Papa non excepit illum vllo
modo. Tum ſecundo, Quia quod ipſe ſit dignus
vel indignus ad eam lucrandam hoc nil facit ad
cauſam indulgentie eſſe ſufficientem vel nō vel
ad indulgentiam eſſe validam de ſe vel inualidā
ex parte cauſæ, vt hic loquimur, non autem de rē
quiſitis ex parte lucrantis indulgentiam, de hoc
enim infra. q. 23. agēdum eſt. Igitur illa limitatio
nil valet ad tuendam illam opinionem quia im
pertinens eſt.

Opinio. 4 et ſecūda pars propoſitionis QVarta opinio in quā tandem ſaluo melio
ri iuditio ſtandum eſt, que et videtur pro
babilior et cōmunior, eſt ea que in prima
propoſitione in ſecunda eius parte poſita eſt, ꝙ
ſcilicet requiritur quod cauſa pia ſit proportio
nata et ſufficiens ad tantam quantitatē indulgen
tiæ: alias nō valebit niſi ſecundum ratam &c. vt
ſupra declaratum eſt. Et hanc opinionem tenent
nunc cōmuniter doctores theologi moderni qui
acutius rem hanc inueſtigarunt. vt Gerſon. 2. par
te ſum. tract. de indulgētijs et tract. de abſolutio
ne ſacramentalis cōfeſsionis et alibi ſepius, et Au
guſt. de Anchona lib. 4. de poteſtate Pape. q. 30.
art. 4. et. 5. et Adrianus in. 4. de clauibus. in tract.
de indulg. et Caiet. in. 2. quodlibeto in tracta. de
indulg. et Bonauē. in. 4. diſt. 20. q. 6. cum Alexā.
Hall. videtur magis ad hanc opinionē accedere,
quanuis non ſatis clare: cū ibidem. q. 6. Bonauēt.
dicit quod cauſa indulgentie eſt attendenda ſecū
dum rectum iudicium et eſtimationem quā ha
buit vel habere debuit concedens indulgentiam.
Nam ſupponendum eſt quod dona Spiritusſan
cti donentur cum equo libramine: alioqui eſſet
irriſio et falſum dicere quod is qui mille peccata
cōmiſsit ſit liberatus per indulgentias pro tribus
obolis vel denarijs. Hæc ille. Vbi expreſſe loqui
tur de cauſa indulgentiæ. Et eodē modo Richar.
ea. diſtin. art. 3. queſt. 2. magis videtur accedere ad
hanc opinionem ſicut et Bonauentura: quanuis
aliqui velint eos ad tertiam opinionem ſupra po
ſitam inflectere.

¶ Rationes fundamentales huius quarte opinio
nis et ſecunde partis propoſitionis ſunt ſeptem.
Ratio. 1. huius 4. opinionis Prima, diſpenſatio bonorum Eccleſiaſticorū quo
modocunq; cōmiſſorum, que non eſt valida ex ſo
lo imperio diſpenſantis neq; per diſpenſantem at
tingi poteſt efficaciter verbo et opere per viam fa
cti ſed ſolo verbo diſpenſantis, non valet de facto
niſi fiat rationabiliter ſecundū intentionē domini
principalis ſcilicet Chriſti. Nunc autē diſpenſatio
theſauri indulgentiarū eſt huiuſmodi, quia ſcilicet
eſt inualida ex ſolo imperio diſpenſantis: et nō po
teſt attingi ab eo efficaciter verbo et opere per
viā facti ſed ſolo verbo eius. Ergo non valet de fa
cto niſi fiat rationabiliter ſecundum intentionem
Chriſti. Intentio autē Chriſti et ſanctorū eſt quod
ſicut non valet diſpenſatio theſauri indulgentiarū
niſi ex cauſa pia ſeu rationabili fiat: ita nec tante
indulgentie diſpēſatio niſi adſit rationabilis et ſuf
ficiens et proportionata cauſa ad illam quantitatē
illius tante indulgentie. Ergo ſicut cauſa rationabi
lis eſt neceſſaria ad indulgentiam eſſe validam: ita
ad tantam indulgentiā eſſe validam eſt neceſſaria
ſua cauſa rationabilis proportionata illi quātitati
indulgentie. Vtraq; cōſequentia patet. Quia ſicut
ſimpliciter ad ſimpliciter ita magis ad magis.

¶ Ad maioris autem probationem prius nota Nota.
ſecundum Caieta. vbi ſupra quod licet Pape pote
ſtas ſuper cōmunia bona Eccleſie ſpiritualia et tē
poralia ſit diſpenſatiua vt in probatione minoris
dicetur: tamen res ſubiecte huiuſmodi poteſtati di
ſpenſatiue diuerſimode illi ſubduntur et diuerſi
mode ab illa attinguntur: et quantum ad propoſi
tum ſpectat ſunt in triplici differentia. Nam que
dam ſunt valida ex ſolo imperio diſpenſantis quā
uis male fiant ex culpa diſpenſantis, vt ſunt diſtri
butiones beneficiorum facte indignis, et diſpenſa
tiones matrimoniorum in caſibus diſpēſabilibus,
abſolutiones et diſpenſationes a cenſuris et huiuſ
modi de iure poſitiuo de quibus iura dicunt quod
multa fieri prohibentur que facta tenent. Et ſic
patet quod hoc genus rerum validarū ex ſolo im
perio diſpenſantis poteſt a poteſtate diſpenſatiua
diſpenſantis attingi ſeu efficaciter fieri dupliciter,
ſcilicet diſpenſatione recta aut regulata et etiā nō
recta ſeu non regulata, et quomodocunq; fiat eſt
valida de facto vt dictum eſt. ¶ Secundo, ſunt alia
inualida quidem ex ſolo imperio diſpenſantis, ſed
cum hoc a diſpenſante poſſunt attingi et fieri ver
bo et opere per viam facti tantum, vt eſt dilapida
tio bonorum immobilium Eccleſiæ. Si enim pon
tifex ſuo libito terras Eccleſie donaret aliquibus,
donatio eſſet inualida: quia non eſt dominus bo
norū Eccleſie ſaltem immobilium ſecundum cō
muniter doctores: et ſi de facto et bullis poneret
in poſſeſsionē eos quibus donauit, nō propterea
transfertur dominium rerū illarum immobilium
in illos, quāuis poſſeſsio tranſeat in illum. vt. 12. q.
2. ca. ſine exceptione, et ibi doctores et Nauarro
tract. de indulg. nota. 15. §. 10. Et ſic patet ꝙ hoc
ſecundū genus rerum a poteſtate pontificia diſpē
ſatiua vnico modo valide attingitur, ſcilicet diſpē
ſatione propria dicta ſeu regulata, ſed ab ipſo pon
tifice ſeu diſpenſante aliter de facto attingitur ſed
inualide, puta diſpenſatione aut dilapidatione et
huiuſmodi. ¶ Tertio ſunt alia inualida quidem
ex ſolo imperio diſpenſantis que etiam cum hoc
per viam facti a diſpenſante attingi non poſ
ſunt opere ſed verbo tantum diſpenſantis, vt eſt
diſpēſatio votorum, et remiſsio obligationis Deo
acquiſitæ, et eſt remiſsio culpæ aut pœnæ Deo

debite, et collatio donorum ſeu gratiarum ſpiritualium ex ſe. Si enim votum caſtitatis ſolo imperio ad libitum Papa diſpenſet, aut culpã et pœnam propter culpam remittere conetur, ſeu gratiam gratum facientem aut gratis datam aut aliud donum ſpirituale aut characterem ſacramentalem conetur Papa conferre alicui aliàs nõ diſpoſito ad id, aut ſine neceſſariis requiſitis ad talem collationem eſſe efficacem, ſed ſolo imperio ad libitum: certe conſtat talem diſpenſationem donationem aut remiſſionem eſſe inualidam et nullam coram Deo. Et ideo circa hec et circa diſpenſatione theſauri ſpiritualis indulgentiarum, vt hoc etiam ait Adrianus in. 4. in materia indulg. nullum actum, per viam facti poteſt Papa habere niſi actum verborum inefficacẽ: executio enim cuiuſcunq; operis pontificij ex ſolo imperio emanana non attingit ad aliquid prædictorum Et ſic patet quod hoc tertium genus rerum vt dictum eſt tam a poteſtate diſpenſatiua ſeu pontificia quam ab ipſo diſpẽſante ſeu pontifice vnico tantummodo de facto et efficaciter attingi poteſt, ſcilicet diſpenſatione proprie dicta ſeu regulata et rationabili operatio, ne: quanuis ſolo verbo poſsit attingi inefficaciter ab ipſo diſpenſante vt dictum eſt.

¶ Iſtis ergo prenotatis iam patet probatio maioris ſupra poſite in prima cõſequentia cum ſuis particulis, quod ſcilicet diſpenſatio bonorum Eccleſiaſticorum quomodocunq; cõmiſſorum, ſcilicet tam quoad diſpenſationem quam etiã quoad taxationem quantitatis eorum, que non eſt valida ex ſolo imperio diſpenſantis &c. Ita quod nõ eſt de primo neq; de ſecundo ſed de tertio tantũ genere rerum diſpenſabilium ſupradicto, non valet de facto niſi fiat ſecundum intentionem domini principalis Id eſt Chriſti vt dicitur in maiore ſupra poſita. Que propoſitio ſic declarata ſe ipſam probat. Quia vt patet ex dictis in tertio genere rerum ſolum eſt valida talis diſpenſatio quando ſit rationabiliter. Rationabiliter autem tunc tantum ſit quando ſecundum intentionem Chriſti ſit. Ergo patet maior ſupradicta probata ex ſupra declaratione ſupra poſita.

¶ Minor autem vbi eſt difficultas probatur. Primo quod concedere indulgentias eſt actus poteſtatis diſpenſatiue Eccleſiaſtice de theſauro cõmuni indulgentiarum quanuis etiam ſit actus iuridictionis, vt patet. 1. Corinth. 9. Diſpẽſatio mihi credita eſt et. ca. 4. et. 1. Pet. 4. Sic nos exiſtimet homo vt diſpenſatores &c. vt de hoc latius ſupra. q. 3. 4. 5. et. 7. habetur.

¶ Quod autem talis diſpenſatio theſauri indulgentiarum ſit de tertio genere rerum diſpẽſabilium prædicto, ſcilicet inualida ex ſolo imperio diſpenſantis et cum hoc per viam facti attingi nõ poteſt opere ſed ſolo verbo diſpẽſantis, probatur. In hoc enim ſtat difficultas huius rationis. Quia conſtat non eſſe de primo genere rerum diſpenſabilium que ſunt valida ex ſolo imperio diſpenſantis. Quia Papa non poteſt concedere indulgẽtias hac ſola ratione quia vult ſine cauſa pia ſeu rationabili ad libitum: et ſic dare ad libitum ſine cauſa pia ſeu rationabili non valent indulgentiæ ſecundum cõmuniter doctores cuiuſcũq; opinionis, vt ſupra probatum eſt in prima par. propoſitionis et ſecundum cõmunem doctrinam Eccleſiæ. Item quia ſi cõmunia bona ſpiritualia immobilia Eccleſiæ non poteſt Papa donare valida donatione ad libitũ ſeu ex hac ſola cauſa quia vult: ergo nec ſpiritualia. Quia non minus ſunt precioſa et chara Chriſto et Eccleſiæ bona cõmunia Eccleſiæ ſpiritualia quam temporalia. ¶ Si ad hoc dicatur non eſſe ſimile: quia donatio temporalium eſt cum damno Eccleſiæ, ſpiritualium vero non. Contra hanc euaſionem replicatur. Quia habere damnum annexum aut nõ habere haberſe per accidens ad poteſtatem diſpẽſatiuam, vt patet ex hoc quod etiam quibuſdam habentibus damnũ annexum donatio ex ſolo imperio eſt valida, vt eſt diſtributio dignitatum et prelationũ &c. Quãto magis quod talis diſpenſatio theſauri indulgẽtiarum per indulgentias indiſcretas ſepe eſt cum ſpirituali damno Eccleſiæ, vt habetur in. ca. cum. ex eo. de peni. et remiſs ergo non eſt de primo genere diſpenſabilium. ¶ Quod etiam non ſit de ſecundo genere ſupradicto, patet ex hoc quod per viam facti nullum actũ operis efficacis, ſed ſolius verbi actum Papa poteſt habere circa illam. Nõ enim poteſt transferre poſſeſſorium de facto horum bonorum, (ſicut poteſt reſpectu temporalium:) ſed ſolius Dei opus eſt, et ſolus Deus poteſt opere per viam facti attingere liberationem penarum ipſi debitarum, ſicut et liberationem a debito culparum et votorũ huiuſmodi ei acquiſito, et ſolus Deus poteſt per viam facti opere ſuo efficaci attingere collationem donorum ſeu gratiarum ſpiritualium, puta collationem gratiæ et charitatis et poteſtatis ſeu characteris ſacramentalis et huiuſmodi. Ergo ſimiliter collationem aut diſtributionem theſauri indulgẽtiarum ad remiſſionem penarum ei debitarum. Et ita patet quod diſpenſatio theſauri indulgentiarum non eſt de ſecundo genere ſupradicto. ¶ Reſtat ergo quod ſit de tertio genere. Tum a ſufficiente diuiſione, tum etiam quia: vt patet ex dictis habet cõditiones tertij generis rerum diſpenſabilium. Et per conſequens patet intentum quod ſcilicet diſpenſatio theſauri indulgentiarum non valet de facto niſi ſit rationabiliter facta ad intentionem Chriſti. Et ſic patet prima conſequentia cum ſua antecedente.

¶ Ideo ſecundo principaliter probatur prædicta propoſitio ſeu quarta opinio. Quia vt dictũ eſt rationabilitas cauſe eſt intenta a Chriſto et ſanctis vt diſpenſatio indulgentiarum ſit rationabilis et valida. Sed rationabilitas cauſe ex ſua natura dicit menſuram et proportionem ſecundum rectam rationem ipſius cauſe intẽte ad talem diſpenſationem. Ergo vt diſpenſatio tante indulgẽtie ſit rationabilis et valida neceſſario requiritur Ratio. 2.

pia cauſa

pia cauſa rationabilia et ſufficiẽs ſeu proportinoata ad illam tantam indulgentiam. Conſequentia eſt bona,et maior patet ex ſupradictis. Minor autẽ probatur. Nam rationabilitas cauſe non dicit cauſam ipſam intentã abſolute et generaliter ſumptã,ſed ipſam cauſam intentã et ſecundũ rectã rationẽ cõmenſuratam et proportionatã ad diſpenſationẽ talium bonorũ attentis debitis circunſtãſtijs et alijs requiſitis ad id. Nam rationabilis cauſa ex ſua natura dicit reſpectum predicte cõmenſurationis et proportionis ad ſuum effectũ prefatum. Aliud enim eſt eſſe cauſam abſolute et generaliter intentã,aliud eſt eſſe cauſam rationabilẽ. Illud namq; non dicit reſpectũ caſuum particulariũ:hoc autẽ ſic. Ideo ergo ad eſſe cauſam rationabilẽ diſpẽſationis indulgentiarũ requiritur quod ſecundũ exigentiã caſuum ſit talis theſauri diſpenſatio cõmenſurata et proportionata ſecundum rectã rationẽ ſue cauſe talis diſpẽſationis tãte indulgentie:et econtra tante indulgentie diſpenſatio ſit proportionata ſue cauſe pie,ad quam talis diſpẽſatio indulgentie ex ſe ordinatur tanquã ad ſuam cauſam ſcilicet tanta indulgẽtia ad tantũ honorẽ Dei et vtilitatem Eccleſie ſeu animarum proportionate ordinatur. Alie probationes ſequentes etiam faciunt ad probationem huius minoris.

Ratio.3. ¶ Tertio principaliter probatur idem. Quia ſi propria cauſa quantificat ſuum effectum, ita quod quantitas effectus conſequitur ſuam propriã cauſam etiã ſecundũ Tho. vbi ſupra. ergo ſicut diſpẽſatio vt ſit rationabilis neceſſario cauſatur a cauſa rationabili et proportionata tante diſpenſationis:ita tanta diſpẽſatio debet ab ea neceſſario cauſari. Patet conſequentia. Suppoſito quod eiuſdẽ rationis eſt diſpenſatio indulgentie et diſpẽſatio tante indulgentie : vtrunq; enim eſt diſpenſatio tertij generis ſcilicet ſolum rationabiliter diſpenſabilium vt ſupra in prima probatione dictũ eſt. Alioqui ſi non requiritur predicta cõmenſuratio et proportio , ſequeretur quod diſpenſatio ipſa dependeret a propria cauſa rationabili: quantitas autem diſpenſationis non dependeret a ſua propria cauſa rationabili ſeu legitima ipſius quantitatis, quod ſecũdum philoſophie proceſſum eſſet monſtrum. Nam in reliquis magnitudo effectus reſpondet magnitudini cauſe illius rei. Magnus enim calor ex magnitudine calefacientis procedit: et ſic de alijs. Eſſet etiam contra determinationem Eccleſie in extrauag. Clemen. 6. vnigenitus. et habetur infra in ſexta probatione principali huius quarte opinionis.

Ratio.4. ¶ Quarto principaliter probatur idem. Quia ſicut diſpenſatio rationabilis theſauri indulgentiarum aduerſatur donationi ad libitum: ita contrariatur diſtributioni incommenſurate ſeu improportionate ad ſuam cauſam piam indulgentiæ. Nam conceſsio indulgentie ſine cauſa eſt diſſipatio et inualida ſecundum omnes doctores cõmuniter vt ſupra probatum eſt. Sed tanta diſsipatio et tam ſine cauſa eſt conceſsio indulgentie magne pro paruiſsima cauſa : ſicut conceſsio parue indulgentie pro nulla cauſa. Ergo eſt tanta diſsipatio et inualida conceſsio illius ſeu vtriuſq; indulgentie. Probatur minor. Quia tam eſſet diſſipator princeps aut diſpenſator dans centum de bonis communibus pro parua cauſa, ſicut ſi pro nulla. Similiter ſi Papa mecum diſpenſaret ad tria beneficia curata pro cauſa que non ſufficeret niſi ad duo:certe eſſet diſsipator et ſine cauſa rationabili diſpenſaret:et talis diſpenſatio eſt irrationabilis ad illa tria et inualida coram Deo:neq; ille diſpenſatus cui de hoc debite conſtaret eſſet tutus in conſcientia ſecundum communiter doctores et bea. Tho. ergo requiritur predicta proportio cauſe et quantitatis indulgentie. ¶ Si dicatus quod quoad diſpenſandum in illo tertio curato beneficio nulla eſt cauſa:et quod quoad illud diſpenſatio non valet,bene tamen quoad alia duo. Similiter ego dico et in propoſitionis tertia parte habetur,quod ad illam quantitatem indulgentie excedentem nulla eſt cauſa: et ideo quoad illum exceſſum non valet coram Deo illa diſpenſatio indulgentie vt dicit propoſitio et opinio noſtra. **Euaſio.** ¶ Et quidem ridiculum videtur dicere quod vnum Aue Maria in quocunq; caſu et tempore ſit cauſa æque rationabilis ad indulgentiam centum dierum et centum mille annorum et ad indulgentiam plenariam cuilibet homini et ſingulis diebus : cum Deus ipſe omnia faciat numero pondere et menſura.

Ratio.5. ¶ Quinto principaliter probatur idem. Quia ſecundum Tho. 3. parte. q. 6. art. 5. et ibi Caieta. et prima ſecun. q. 91. &c. et Gerſon, 2. parte. in regulis moralibus, et ſecundum rectam rationem regula doctorum eſt, quod quando a priori non poteſt ſufficienter cognoſci voluntas diuina qualis ſit in ſuis preceptis et quomodo velit ea ſeruari, procedatur a poſteriori vt ſcilicet ex his que videmus in humana politia rationabiliter fieri, aſſurgamus ad diuinam legem et voluntatem ſimiliter interpretandam et intelligendam. Nunc autẽ videmus in humana politia tam Eccleſiaſtica quã ciuili ; quod ſi quis relinqueret aliquos redditus ad maritandum puellas nubiles ciuitatis ſeu ad aliam vtilitatem communitatis, ſit indeterminate nõ taxando quantum huic vel illi in hoc vel illo caſu : tunc intelligitur quod talis diſpenſatio fiat rationabiliter et proportionabiliter ad perſonas et cauſas ſeu caſus occurrentes, ita quod ſi notabiliter aliter fieret diſpenſatio prodiga et irrationabilis etiam ſine damno aliorum:certe eſſet nõ ſolum irrationabilis, ſed et contra intentionem ſeu voluntatem obiectiuam domini principalis : et per conſequens inualida diſpenſatio quoad illum exceſſum notabiliter improportionatum. Ergo ſimiliter in propoſito dicendũ eſt. Quia manet in Eccleſia theſaurus a Chriſto et ſanctis relictus diſpenſandus per indulgentias ex pia cauſa ſic indeterminate : ſed intelligitur quod rationabiliter diſpenſetur ex tali vel tali cauſa pia proportio-

nata vt dictum eſt. Nunc autem conſtat quod ſicut non eſt rationabilis diſpenſatio theſauri temporalis in quantumcunq; et nimis magna quantitate, ex quacũq; cauſa vtili et parua et improportionata: ſic non eſt rationabilis neq; ſecundũ ſed potius contra intentionem obiectiuam Chriſti et ſanctorum, diſpenſatio nimis magnæ quantitatis indulgentiarum pro quacunq; pia cauſa quantũcunq; parua et non proportionata ad tantã quantitatem indulgentiæ: et per conſequens nõ eſt valida talis indulgentia quoad illum exceſſum notabiliter improportionatum tali cauſe.

Confirmatio. ¶ Et confirmatur. Quia diſpenſatio tertij generis ſupradicti in prima probatione eorum ſcilicet que non ſunt valida ex ſolo imperio diſpẽſantis, neq; per viam facti ab eo attingi poſſunt opere ſed verbo tantum, pro quanto eſt rationabilis eredita Petro et ſucceſſoribus eius, debet imitari diſpẽſationem factam a Chriſto, omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Sic enim agẽdo formam inſtituit noſtrarum actionum. Sed Chriſtus eundem theſaurum diſpenſat cõmenſurate et proportionabiliter conſideratis cõſiderandis, vt patet ex differente eiuſdem diſpenſatione per ſacramẽtum baptiſmi quo pena tota dimittitur, et per ſacramentum penitentiæ quo non tota ſed pars remittitur regulariter. Ergo rationabile eſt quod ſimiliter et nõ aliter ſit eredita ſuo vicario applicatio dicti theſauri proportionabiliter et rationabiliter facienda. Et conſequentia tenet. Quia nõ eſt maioris poteſtatis diſpenſator et vicarius quã eius dominus principalis: neq; maiorem et abſolutiorem poteſtatem creditur dominus principalis dediſſe ſuo vicario, quam ſit ea qua ipſe vſus fuit regulariter ad inſtructionẽ illius et aliorum. Alias eſſet vere et proprie prodigus et dilapidator potius quam diſpenſator ſi aliter faceret. Nõ enim is tantum dicitur prodigus et dilapidator qui ſine vlla omnino cauſa diſtribuit bona ſibi cõmiſſa: ſed etiam is qui nimis notabiliter ſine cauſa ſufficiente et proportionata effundit, vt patet in rebus humanis vt dictum et probatum eſt.

¶ Ratio. ¶ Sexto principaliter probatur idem auctoritate. ca. falſas. de penitent. diſt. 5. vbi ſic habetur. Falſas penitentias dicimus que nõ ſecundum auctoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. vbi gloſſ. Ideſt ſi minor penitentia imponitur quam canones penitẽtiales determinant niſi ex cauſa temperẽtur: aut ſi minor quam crimini debetur conſideratis conſiderãdis imponitur, penitentia falſa eſt et non ſecundum auctoritatẽ patrũ. Hec gloſſa. Quãuis illud quod gloſſa dicit de canonibus penitentialibus habuerit locum olim: non autẽ nunc quãdo penitẽtiæ ſunt arbitrarie vt alibi de hoc latius. Ergo eadem ratione ſunt falſe indulgentiæ et nullius valoris quoad exceſſum, quando ſine cauſa rationabili et ſufficiente conſideratis conſiderandis nimis notabiliter vt dictum eſt conceduntur. Patet conſequentia. Quia indulgentie ſuccedunt loco penitẽtiarum debitarum vt habetur in. cap. cum ex eo. de peni. et remi. vt ſupra. q. 5. 7. et. 8. ¶ Item in. ca. cum ex eo. de peni. et remi. ex Concilio Lateranẽ. ſub Innocen. 3. ſic habetur. Ad hec. Quia per indiſcretas et ſuperfluas indulgentias quas quidam Eccleſiarum prelati facere non verentur, et claues Eccleſie contemnuntur et penitentialis ſatiſfactio eneruatur, decernimus &c. Ex quibus verbis patet, vt ait Caieta. in. 2. quodlibeto. tract. de indulg. ca. 8. quod indulgentie alique ſunt indiſcrete et ſuperflue. He autem non ſunt niſi ille que excedunt notabiliter proportionem ſue cauſe pie pro qua conceduntur: non enim videtur que alie ſint ſuperflue et indiſcrete. Patet etiam ꝙ tales indulgentie indiſcrete et ſuperflue non adimplent ſatiſfactionem penitentialem: ex quo vt ait textus ipſam eneruant: eneruare enim idem eſt quod deſtruere ſeu innutilẽ reddere, opponitur enim ad hoc quod eſt adimpletio ſatiſfactionis penitentialis, vt patet ex ſupradictis. q. 5. et. 7. et. 8. Ergo per tales indiſcretas et ſuperfluas indulgentias non conſequitur quis ſatiſfactionem penitẽtialem Deo debitam adimpletam eſſe pro ipſo de theſauro Eccleſie. Probatur hec conſequentia. Quia ſi per tales indulgentias hoc cõſequeretur, non eneruaretur ſed potius adimpleretur ſatiſfactio penitentialis. Sed dum huiuſmodi ſuperflue et indiſcrete indulgentie ſunt infructuoſe quoad dictum exceſſum ſecundum rei veritatem et ſatiſfactionem penitentialem coram Deo adimplendam: iam etiam penitentes putando eas ſibi prodeſſe omittunt ſatiſfactionem penitentialem Deo debitam: ſicq; in veritate eneruatur in foro Dei ſatiſfactio penitentialis vt dicit textus. Nam in foro Eccleſie bene liberaretur ab obligatione implendi penitentiam iniunctam, quatenus ei reſpõdet predicta indulgentia etiam ſuperflua et inualida corã Deo, et eſſet valida in foro Eccleſie ſicut et diſpenſatio irrationabilis votorum: immo multo magis, quia etiam ſi ſine vlla cauſa Papa abſoluit penitentem a penitẽtia iniuncta, valet talis abſolutio in foro Eccleſie licet nõ in foro Dei. Quia eorum que ſunt humani iuris Papa cenſetur dominus: non ſic obligationum Deo queſitarum: quia non dominus ſed diſpenſator eſt talium bonorum ſibi cõmiſſorum: et ratificat dominus ea tantum que Papa facit claue non errante nec diſcordante a iudicio et voluntate Dei. ¶ Item ad idẽ facit extrauagans Bonif. 8. antiquorũ. de pe. et re. vbi conceditur vere penitentibus et confeſsis qui viſitarent baſilicas vrbis Rome ſub forma ibi preſcripta quolibet centeſimo anno non ſolum plena et largior ſed et pleniſsima venia omniũ peccatorum. Et poſt additur ſic. Vnuſquiſq; tamen plus merebitur et indulgentiam efficacius conſequetur qui baſilicas ipſas amplius et deuotius viſitauerit. Hec ibi. Vbi nota quod poſt indulgentiam etiam pleniſsimam conceſſam dicitur quod efficatius eam conſequetur qui deuotius viſitauerit. Vnde innuitur quod niſi ſufficienter deuote

quis

quis viſitauerit non cõſequetur illam indulgentiã pleniſsimam,ſed ſolũ ſecũdum proportionẽ cauſe ſcilicet ſecundum quod magis vel minus deuote viſitauerit ſic magis vel minus de illa indulgentia conſequetur. De quo etiam latius infra.q.29. habetur. ¶Item ad idẽ facit Clem.6. in extrauag. vnigenitus.de pe.et re.vbi ſic habetur.Quẽ quidem theſaurum per.B.Petrũ celi clauigerũ eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris vicarios cõmiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum:et proprijs et rationabilibus cauſis,nunc pro totali nunc pro partiali remiſsione pene temporalis pro peccatis debite tam generaliter quam ſpecialiter,prout cũ Deo expedire cognoſcerent,vere penitentibus et confeſsis miſericorditer applicandum.Hec ibi.Vnde patet ex proprijs et rationabilibus cauſis quod nõ ſolũ rationabiles ſed et proprias oportet eſſe cauſas quantitatis indulgentiarum,nunc totalis nũc partialis remiſsionis penarum : et per conſequẽs ſequitur ꝙ non ſunt cõmunes omnes cauſæ piæ indulgentiarũ ad totalem et partialem remiſsionem:ſed aliqua pia cauſa eſt propria et rationabilis ad partialem que non eſt ad totalem remiſsionem,alioqui non eſſet cauſa propria remiſsionis ſed quelibet cauſa pia eſſet cõmunis partiali et totali remiſsioni,cuius oppoſitum ſonat litera predicta,vt eam ſic legit Caie.¶Sed alij legũt et pro pijs et rationabilibus cauſis &c. que litera habetur cõmuniter in extrauag.Et ex hac litera nõ procedit ratio predicta Caietani, ſed ex ly rationabilibus cauſis.Nam inde videtur quod non omnis cauſa pia eſt rationabilis ad quantãcunq; quantitatem indulgentie:et quia rationabilitas cauſe dicit cõmenſurationẽ et proportionem eius ad quãtitatem indulgentie vt ſupra probatum eſt. Et ad hoc facit quod ibi dicitur,Prout cum Deo expedire cognoſcerent,vt patet ſincero animo intuenti.¶Ad idem eſt cenſura Pariſien.contra Eraſmũ. tit.8.vbi habetur ſic.Cum non in deſtructionem ſed in edificationem data ſit poteſtas Eccleſie,nõ pro quauis cauſa omnes quarumcunq; penarum debitores per indulgentias protinus eripiuntur a debito penarum etiam ſi ſint in charitate.Vnde nulli mortalium certum eſt quantum per quasuis indulgentias Deo ſatiſfiat pro penis que pro peccato debẽtur &c.vt ſupra.q.17.in reſp.ad primũ argu.habetur latius ibi videatur. ¶Item ipſimet de tertia opinione ſupra poſita dicunt hoc idem contra ſe ipſos conformiter ad hanc noſtrã quartam opinionem et propoſitionem coacti ipſa ratione et veritate. Nam.B. Tho.in.4.diſt.45.q.2. art.3.queſtiuncula.2.ad vltimum argu. et Palud. vbi ſupra,vt etiam refert et tenet Floren.1. parte ſum.tit.10.ca.3 §.2.et.3.par.tit.22.ca.5.§.6.et.7. et Silueſt.tit.indulgentia.q.7. dicunt quod Papa non poteſt extrahere omnes animas purgatorij per indulgẽtias,quia hoc eſſet irrationabile. Hec illi.Ex hoc ergo patet quod diſpenſatio indulgẽtiarum ſi eſt irrationabilis non eſt valida. Nunc autem patet irrationabilem eſſe ſi fiat improportionate notabiliter ad cauſam piam : modo fiant pro defunctis vt ipſi dicũt,modo pro viuis vt probatum eſt,ſimiliter. B. Tho.Paluda.Durand. vbi ſupra dicunt quod eſſet irriſorium dicere quod quis toties lucretur indulgentiam magnam quoties intraret et poneret pedes et regrederetur viſitando Eccleſiam in die indulgentiarum: quia eſt irrationabile:et quod ideo Papa vel noluit vel nõ potuit ſic concedere tantam indulgentiam ex tali cauſa pia tam notabiliter inſufficiente aut iniuſta.Iam ex hoc eorum dicto patet clare cõtra eos quod requiritur ſufficiens et iuſta et proportionata cauſa pia ad quantitatem indulgentie , vt ſit rationabilis et valida quantum ſonat coram Deo.

¶ Et facit ad predicta quod in Clemen.1.de reliquijs et venera.ſanctorum.non conceditur tanta indulgentia aſtantibus Primæ Tertiæ &c. quanta Matutinis et Miſſæ:et omnes indulgentie conceſſe in iure canonico ſunt moderatiſsimæ et ſuis cauſis proportionatæ.

¶ Septimo principaliter probatur idem ſecundũ Adria.in.4 de clauibus.in materia indulgẽtiarum ſic.Quia nõ eſt valida remiſsio ſeu relaxatio obligationis Deo acquiſite ex voto vel iuramẽto, niſi fiat ex cauſa ſufficiente et proportionata ad talem remiſsionem . ergo nec remiſsio ſeu relaxatio obligationis Deo contracte ex delicto,niſi ex cauſa ſufficiente et proportionata:qualis eſt remiſsio penarum Deo debitarum ex peccato per viã indulgentiæ. Antecedens patet ſecundum cõmuniter doctores et ſecundum Tho.ſecun.ſecun.q. 88.art.11.12. Conſequentia autem tenet a fortiori.Quia obligatio ex delicto fortior videtur ſaltẽ non minor,pro quanto cum maiore gratia et pietate pro offenſa valde demeritoria ex ſe Deo contracta eſt contra peccatorem. 7.Ratio.

¶ Hæc ratio poteſt ſolui concedendo totum diſcurſum,non ſimpliciter ſed ſolum quando vtrobiq; eſſet pura et omnino liberalis remiſsio obligationis. Nunc autem in remiſsione obligationis penarum per viam indulgentie non eſt tam pura et liberalis remiſsio ſicut in remiſsione obligationis ex voto, vt patet, Quia in remiſsione obligationis ex voto aut iuramento eſt omnino liberalis remiſsio obligationis ſine alia ſatiſfactione, ideo requiritur cauſa ſufficiens.In remiſsione autem obligationis penarum ex delicto per viam indulgentiæ,licet quantum eſt ex parte Dei ſit liberalis remiſsio,eſt tamen non pura ſed mixta cum ſatiſfactione theſauri Eccleſiæ diſpenſato ad dictã ſatiſfactionem Deo faciendam , vt ſupra queſtione.3.et.4.latius habetur.Ideo ſimpliciter negatur predicta conſequentia in propoſito indulgentiarum:ſicut eam negãt beatus Tho.et Palud. vt habetur ſupra.

¶ Sed certe predicta ratio et eius intentũ poteſt aliter fortificari. Sic ſcilicet quia etiam Papa non poteſt in ſacramento remittere de pena Deo debita pro peccatis ſine cauſa rationabili et ſufficiẽte:

neq;

neq; totam penam pro patua cauſa ſeu diſpoſitio
nis penitentis reſpectu talis remiſsionis toralis pe
ne.ergo neq; extra ſacramentum per viam indul
gentie. Antecedens patet etiam ſecundum docto
res fauorabilius loquentes de ſacramento peniten
tie. Quia poteſtas ſacerdotalis arbitraria non po
teſt remittere culpam aut penam valide coram
Deo, niſi rationabiliter ex cauſa ſufficiente et pro
portionata id faciat conſideratis conſiderandis:
alias Deus non ratificabit claue errante. Et multo
magis hoc eſt verum ſecundum Tho. et ſequaces
vt ſupra. q. 7. habetur. Conſequentia autem patet
a ſimili ſeu potius a fortiori. Quia vtrobiq; eſt li-
beralis applicatio ſui theſauri ſcilicet meritorum
tantum Chriſti in ſacramento, et ipſius et ſancto-
rum in indulgentijs: et vtrobiq; eſt ſatiſfactio pe
narum de dicto theſauro ibi applicato. Sicq; vtro
biq; eſt iuſtitia, vt ſupra. q. 1. et. 2. habetur, ſimul et
remiſsio obligationis penarum pro delicto iam
quoad culpam dimiſſo contracte: et vtrobiq; fit
talis remiſsio virtute clauium, vt patet et ſuppo-
nitur ex ſupradictis: quia et indulgẽtie ſuccedunt
loco ſatiſfactionis penitentialis iniuncte aut iniun
gende per ſacerdotem in foro ſacramentali pro
peccatis. Ergo vtrobiq; eſt omnino eadem ratio
quoad applicationem predicti theſauri. Ideo hec
ratio videtur etiã efficax et fundamentalis ad pro
poſitum. Alie rationes quia non videntur tam ef
ficaces omittuntur.

Corol. ¶ Ex dictis omnibus patet quod non valet hec
conſequentia. Valet diſpenſatio theſauri facta ex
cauſa pia. ergo valet diſpenſatio quantecunq; quã
titatis ex quacunq; cauſa pia. Patet error. Quia in
antecedente intelligitur rationabilitas diſpẽſatio-
nis abſolute et indiffinite ſumpte: in conſequen-
te autem non ponitur ſed potius oppoſitum ex-
plicatur, ſcilicet irrationabilitas diſpenſationis in
particulari. Ex quo diſproportio cauſe ad effectũ
explicatur in particulari. Æquiualẽter enim argui
tur ab indefinita ſeu indeterminata, ad vniuerſalẽ
diſtributiuã ſeu etiã ad aliquã ſingularẽ ſignatã:
ſicut ſi argueretur ſic, Poteſt vxor ex cauſa pia ali
quid erogare ſine licentia mariti. ergo poteſt ex
quacunq; cauſa pia quantũlibet erogare. Vel ſic.
Poteſt homo licite occidi a iudice ſecundum alle
gata et probata propter vtilitatem ſeu neceſsitatẽ
reipub. ergo propter quamcunq; neceſsitatem ex
quacunq; cauſa. Vel ſic. Propter honorem ſunt
poſtponende diuitie. ergo propter quencũq; par
uum honorem quantumcũq; magne diuitie. Vel
ſic. Poteſt ſacerdos miniſterialiter in ſacramento
diſpoſitis conferre remiſsionem pene ſeu effectũ
ſacramenti. ergo cuilibet diſpoſito poteſt cõferre
quantumcunq; magnum effectum voluerit. Sicut
ergo conſtat manifeſte has et alias eiuſmodi con
ſequentias nõ valere, ita nec illam ſupra poſitam
in noſtro propoſito. Quã tamẽ videtur facere B.
Tho. et alij de tertia opinione ſupra recitata. Et
2. pars pro poſitionis. ſic patet ſecunda pars propoſitionis probata.
¶ Tertia pars propoſitionis, quod non exiſtẽte
ſufficiente cauſa pia ad tantam quãtitatem indul
gentie tunc ſolum tenet et valet illa indulgentia
pro ea parte ſeu rata pro qua illa cauſa pia ſuffi-
ciens eſt ſecundum Dei iudicium. ¶ Probatur ſe-
cundũ Adria. vbi ſupra, quia vtile per inutile non
vitiatur regulariter, dum poteſt diſcerni per Deũ
ipſum a quo pendet talis diſcretio et acceptatio,
vt ſupra. q. 12. in dubio primo habetur. et concor
dãt. B. Tho. Duran. Palud. et alij, vt habetur infra
q. 22. et. 29. vbi dicunt quod duorum facientium
idem opus pro lucranda indulgentia indetermi-
nate poſita vnus lucratur plus quam alius ſecun
dum quod magis accedit ad cauſam indulgentiæ:
quia et idem opus eſt decens reſpectu vnius et nõ
alterius ad lucrandum tantam indulgentiam. Sic
in propoſito dico quod eadem cauſa aliquando et
cum talibus circunſtantijs et reſpectu vnius per-
ſone aut temporis eſt ſufficiens ad tantam indul
gentiam, et non reſpectu alterius, nec etiam reſpe
ctu ipſius alio tempore et cum alijs circunſtãtijs,
niſi ad minorem quantitatem indulgentie vti de
hoc latius infra. q. 22. et. 29. id quod certitudinali
ter ſolus Deus ſcit ſemper et infallibiliter, qui et re
tribuere nouit ſingulis in numero pondere et mẽ
ſura. Et ad hoc facit cenſura Pariſien. cõtra Eraſmũ
tit. 8. que habetur ſupra. q. 16. in reſp. ad primum
argu. ibi videatur.

¶ Ex quo infero quod falſum ne dicam erroneũ Nota Corola.
eſt dicere abſolute, quod indulgentia aut quod ta
lis indulgentia nil valet. Ratio. Quia licet conſtet
quod non eſt ſufficiens cauſa pia ad tantam indul
gentiam (quod tamen vix conſtare poteſt vt habe
tur infra in reſpo. ad tertium argu. et. q. 22.) et li
cet non valeat quantum ſonat: valet tamẽ aliquid
pro rata ſecundum ſufficientiam cauſe vt dictum
eſt in hac tertia parte propoſitionis. Et cum ſem
per ſit aliqua cauſa pia ſufficiens ad aliquam partẽ
indulgentie: ergo aliquid valet ſemper lucranti il
lam cum alias debita diſpoſitione vt ſupponitur.
Et ita patet corolarium. ¶ Item niſi cõſtet de inſuf
ficientia cauſe ad tantam indulgẽtiam, temerariũ
et dignum punitione eſt dicere quod non valet
quantum ſonat. Quia dum de oppoſito non con
ſtat manifeſte, ſemper pro Papa eſt preſumẽdum
in foro Eccleſie, vt habetur diſt. 40. ca. nõ nos. cũ
gloſſ. vt infra. q. 22. et infra in reſp. ad tertium ar
gumẽtum, in hac ea. q. habetur. ¶ Igitur quia nul
la forte eſt tam parua cauſa pia abſolute et ſecun
dum ſe conſiderata que nõ poſsit eſſe magna cau
ſa et ſufficiens ex reſpectu ſeu relatione aut ex cir
cunſtantijs: ideo noli iudicare an iſta vel illa cauſa
pia poſita pro lucranda indulgentia ſit omnino
ſufficiens an non ſi non vis errare. Nam et pro vi
ſitatione Eccleſie ſancte Marie de Angelis prope
Aſsiſsium die ſecunda Auguſti eſt indulgẽtia ple
naria. Que indulgentia eſt maxime auctoritatis
cum beatus pater Franciſcus viuens oretenus a do
mino Ieſu Chriſto eam obtinuit, teſte beata virgi
ne Maria, et Angelis: et per Papam et Cardinales
confirmata eſt: et per miracula diuulgata, vt habe
tur in

inter hyſtori. eius feſti Portiuncule ſecunda die
Auguſti. Ideo prudenter et Chriſtiane pie ſimul
et vere conſulit Gerſon in. 2. part in tract. de in
dulg. conſid. 12. dicens. Conſilium igitur eſt ſanũ,
vt ſolum abſq; curioſa diſcuſsione de preciſa vel
euidente et certa quantificatione ſeu menſuratio
ne indulgentiarum huiuſmodi (adde ſeu earum
cauſarum) ſtudeat homo piis eas acquirere ſecun
dum qualitatem ſue vocationis: pondus autem va
loris illi relinquat, illi qui omnia fecit et facit in
numero, pondere et menſura. Hec ille. ¶ Et ſecun
dum omnia ſupradicta debent moderate intelli-
gi alia dicta Gerſ. in. 2. par. tract. de indul. conſid.
8 dicens ſic. Solus Papa Chriſtos poteſt illam tot
dierum et annorum mille millium indulgentiam
concedere, qualis poſita reperitur in diuerſis con
ceſsionibus Papalibus ſub diuerſis temporibus lo
cis et cauſis. Et forte talis enormitas conceſsionis
ab aliquibus queſtuoſis vel aliter male motis con
ficta eſt. Hec ille. ¶ Item quod idem conſid. 9. di
cit ſic. Indulgentiarum conceſsio rationabilis pre
ſupponit in conferente auctoritatẽ a Chriſto fun
datam in Euãgelio vel ex ipſo explicatam: preſup
ponit idoneitatem et impletionem conditionis
appoſite in indulgentijs, vtpote quod ſit vere con
tritus et cõfeſſus aut huiuſmodi, et faciat hæc aut
illa: preſupponit tertio cauſam conceſsionis ſeu di
ſtributionis huiuſmodi indulgentiarum legitimã,
claue ſcilicet Eccleſiæ nõ errante neq; Chriſto re
probante, vbi non certa et euidens notitia requi
ritur, ſed æſtimatio bone fidei et probabilis conie
ctura: ſicut in diſtributione theſauri materialis de
fiſco regio vel Eccleſiaſtico Papa vel Rex ſeu alius
diſtributor rationabiliter attenderet. Hec ille ibi.
¶ Item quod conſid. 10. dicit ſic. Indulgentiarum
conceſsio per tot milia necdum dierum ſed et an
norum videtur difficulter ſaluabilis poſt remiſsio
nem pene eterne et commutationem in tempora
lem. Conſtat enim quod nec homo ſingularis in
hac vita poteſt aut debet obligari ad tot annos pe
nitentiam agendum, cum non victurus ſit per mi
leſimam partem tot annorum et nemo ad impoſ
ſibile obligatur. Cõſtat preterea quod dum mun
dus finem habebit finietur purgatorium, et con
ſequenter dies penarum ſuarum. Hec ibi. ¶ Item
quod idem in tractatu de abſolutione confeſsio
nis ſacramentalis alphabe. 33. litera. K. dicit ſic.
Addatur ad premiſſa, quod poteſtas prelatorum
in dando indulgentias non eſt niſi quedam pote
ſtas diſpenſationis: que debet eſſe rationabilis et
ad edificationem. Et ideo ſi dent ſine cauſa ratio
nabili has vel illas indulgentias, vtpote pro ſolo
intuitu fauoris humani vel alio tali modo, non
oportet quod indulgentiæ tantum valeant quan
tũ ſonant. Preterea fatue ſunt et ſuperſtitioſe que
dam intitulationes de indulgentijs viginti mille
annorum, vel tali modo qui dixerit quinq; Pater
noſter ante talem imaginem &c. et eſſet per prela
tos prouidendum: quia cedit hoc in contemptũ
et irriſionem indulgentiarum, neq; continet veri

tatem. Vnde plenaria indulgentia vix ſolebat da
ri pro paſſagio terre ſancte. Conſtat tamen quod
factum pro quo ſunt indulgentie magis priuile-
giatum eſt quam aliud ceteris paribus. Hec ibi.
¶ Item quod Bonauent in 4. diſtin. 20. queſt. 6.
dicit, quod ſcilicet irriſorium eſt et falſum dicere
quod is qui mille peccata cõmiſit ſit liberatus per
indulgentias pro tribus obolis vel denarijs et hu
iuſmodi.

¶ Dico ergo quod hec et alia ſimilia dicta do-
ctorũ ſunt moderate interpretanda vt ſupra dictũ
eſt: et caute loquendo in his, attento quod irratio
nabilitas cauſe pie poteſt diuerſimode conſiderã
ri, et non eſt noſtrum de ea iudicare dum de op
poſito non conſtat manifeſte. Et ipſemet Gerſon
poſtea in. 3. par. ſum. in tract. de directione cordis
cõſid. 29. et. 30. alphab. 69. litera. I. in quibuſdam
alijs ſimilibus caſibus dicit ita caute pie et mode-
rate eſſe interpretandũ et agendum vt dictum eſt.
¶ Ad illud autem quod ſuperius Gerſon dixit de
purgatorio, quod non tantũ durabit vt ſonãt ille
indulgentie tot millium annorũ. Reſpõdeo tripli
citer. Primo. quod licet conſtaret ꝙ tamen incer
tum eſt purgatoriũ tot millibus annorum nõ du
raturũ: at vero Papa ita abundanter tot millia an
norum de indulgentia concedit ex ſuppoſitione
ſeu cõditione vt ait Armachanus, ſi videlicet pur
gatorium tanto tẽpore duraret et talis homo tan
te pene debitor aut reus eſſet: quod quia incertũ
eſt, ideo ad maiorem cautelam ex pietate Papa pro
cedit abundanter ad poſsibile ſe extendens. ¶ Se-
cundo etiam dici poteſt quod etiam ſi cras mun
dus et purgatorium terminaretur: pena extẽſiua
tot annorum reduceretur ad intenſiuã etiã vnius
hore, vti cõmuniter dicunt doctores de viuenti-
bus in fine mundi obnoxijs multis annis penarũ
hic vel in purgatorio, qui per illam vehementem
penam breui tempore perpeſſam plene purgabũ
tur, ita quod quoad tales penas tot annorum redu
ctas aut reducendas ad breues ſeu intenſiores hic
vel in purgatorio ea indulgentia tot millium an-
norum locum habet. ¶ Tertio, et fere in idem reci
dit, dici poteſt quod etiã ſi eſſet verum quod ait
Soto in. 4. diſt. 21. q. 2. art. 1, quod mille annis pe
nitentiæ iniunctæ vel iniungende in hac vita ad
implende, vix reſpondent decem anni in pur-
gatorio vixq; ibi decem annis aliqua anima tor-
queatur: quia acerbitas intẽſioq; penarum ſupplet
durationem temporis et penarum extenſionẽ vt
dictum eſt. Quamuis inquam hoc eſſet verũ, quod
tamen incertum eſt et oppoſitũ verius eſſe infra
in. q. 32. probabitur: tamẽ adhuc eo ſuppoſito op
time ſaluatur veritas indulgẽtie viginti et centum
mille annorum et vltra. Nam indulgentie pontifi
cales tot dierũ vel annorum intelliguntur de die
bus et annis nõ purgatorij ſed vite huius, quibus
videlicet penitẽs hic deberet penam iniunctã vel
iniungendam ſoluere, vt inferius. q. 32. habetur et
ipſe etiam Soto vbi ſupra optime probat. Nunc
autẽ cõſtat eſſe multos adeo magnos peccatores

quod

quod in vno anno plus quam viginti mille pecca
ta venialia et mortalia committant corde ore et
opere ea ſepiſsime frequentantes: quibus ſi ſecun
dum canones penitētia in hac vita imponeretur:
certe plus quam bis aut tercentum mille annis ſi
viuerent penitere deberent: vel ſaltem ſunt debi
toras tot annorum penitentie iniuncte vel iniun
gende in hac vita; quamuis illis in purgatoriu vix
decem anni reſpondeat. Ergo indulgētie tot anno
rum intelliguntur de illis annis penitentie debite
in hac vita, nō de totidem annis purgatorij: et de
illis intellecte non irrationabiles nec irriſorie ſed
vere ſimul et pie et ſepe multis peccatoribus vti
liſsime et neceſſarie ſunt, ſi vti ſupponitur ex pia
et rationabili vel ſufficiente cauſa fiant. Quod et
ipſe Soto tandem concedit ibidem. ¶ Quare non
ſolum falſa et temeraria ſed et impia periculoſa et
ſcandaloſa ijs temporibus irriſio illa Gerſonis et
alioqui pij atq; doctiſsimi Soto vbi ſupra eſt, qua
tot annorum indulgentia ab illis irridetur vt dictū
eſt. Sanctus autem Bonauen. vbi ſupra non quan
titatem indulgētie tot millium annorum, ſed no
tabilem defectum cauſe pie rationabilis et ſuffi
cientis et proportionis eius ad quantitatem tante
indulgentie vbi de hoc conſtiterit ſapienter irri
det, vt ex omnibus ſupradictis facile liquet. Et cū
his omnibus ſupradictis concordat expreſſe no
ſter Medina de indulgentijs diſputatione. 9. cap.
38. in reſpon. ad. 6. argu ſo. 122. 123.

Argu. 1. CONtra primam partem propoſitionis vbi di
citur quod eſt neceſſaria cauſa pia vt valeat
indulgentia arguitur. Nam vt theſaurus Ec
cleſiaſticus ſpiritualis diſpenſatus in ſacramento
aut per viam ſacramenti penitentie valeat ad effe
ctum remiſsionis penarum ex opere operato ſeu
virtute clauium ſufficit diſpoſitio, puta contritio
ex parte ſuſcipientis, preſuppoſita auctoritate diſ
penſatiua et iuriſditione ex parte diſpenſantis vel
conferentis, ita quod nulla alia cauſa pia puta ora
tio, ieiunium vel eleemoſyna aut peregrinatio vel
aliud opus inductiuum aut meritorium illius rei
diſpenſate requiritur vt illa valeat theſauri diſpē
ſatio in ſacramento penitentie. Ergo ſimiliter ad
eundem effectum remiſsionis penarum ipſarum
virtute clauium eadem diſpoſitio ſuſcipientis ſuf
ficit, nec alia pia cauſa aut pium aliud opus requi
ritur vt valeat theſauri diſpenſatio extra ſacramē
tum aut per viam indulgentie. Patet conſequen-
tia per eandem rationē. Quia vtrobiq; eſt et ſup
ponitur poteſtas clauium et iuriſditionis, et diſpē
ſatio eiuſdem theſauri Eccleſiaſtici ſpiritualis, et
ad eundem effectum remiſsionis penarum earun
dem ex vi clauium et poteſtate Eccleſiaſtica diſpē
ſatiua procedentem, vt conſtat et ſupponitur ex
Euaſio. ſupradictis. ¶ Si reſpondeatur negando conſequē
tiam: quia nō videtur eadem ratio vtrobiq;: nam
illa diſpenſatio theſauri per viam ſacramenti fit
per poteſtatem ordinis et non ſolum iuriſditio
nis, ſecus diſpenſatio theſauri per viam indulgen
Replica. tie. ¶ Cōtra. Quia id nihil obſtat, eſt enim imper
tinens et per accidens quod iuriſditioni et diſpē
ſationi predicti theſauri ſit vel nō ſit poteſtas or
dinis adiuncta. Quod probatur dupliciter. Pri
mo, quia diſtributio huius theſauri per hanc vel
per illam viam a quocunq; fiat non fit formaliter
nec oritur niſi a tali poteſtate illius diſpenſatiua,
et non ab ea vt ſacerdotalis ſed ſolum vt eſt diſpē
ſatiua procedit. Quod inde liquet quia ſacerdos
ſi nō habet iuriſditionem et poteſtatem huius the
ſauri indulgentiarum diſpenſatiuam non poteſt
hac vel illa via illum diſpenſare. Secundo idē pro
batur. Quia ſi pia cauſa requiritur ad huius the-
ſauri validam diſpenſationem, ideo eſt quia natu-
ra et ratio diſpenſationis id exigit neceſſario, ex
quo eſt cōmenſurata diſtributio boni cōmunis ad
particulare ſecundum S. Tho. et ſupra probatum
eſt. Ergo vbicunq; fuerit talis diſpenſatio theſau
ri modo habeat ordinem ſacerdotalem coniun
ctum modo non, ſemper erit eadem ratio et na-
tura predicte cōmenſurationis vel diſpenſationis,
et erit neceſſaria cauſa pia etiam in ſacramento:
nam ea que ſunt de natura et eſſentia rei non va-
riantur per ea que extrinſeca ſunt ſiue per acci-
dens. Quod inde magis apparet: quia etiam ſacer
dos dum in ſacramento arbitratur minorem debi
to penitentiam penitenti iniungendo, vtiq; non
valet nec acceptatur a Deo ad totalem penarum
remiſsionem ſi rationabiliter ex cauſa tale nō fiat
arbitrium ſecundum cōmunem doctorum ſentē
tiam. Conſtat autem quod diſpēſatio eius theſau
ri per viam ſacramenti ad dictum effectū eam cau
ſam vltra diſpoſitionem ſuſcipientis non requi-
rit vt dictum eſt. Ergo ratio et natura diſpenſatio
nis ipſam cauſam piam preuiam indulgentie mi
nime requirit vt pretendit argumentum.
¶ Reſpondeo, in hoc argumento queritur vtrū Reſpō ad
ratio et natura diſpenſationis theſauri ſpiritualis 1. argu.
neceſſario requirat aliquā cauſam piam vltra po
teſtatem concedentis et diſpoſitionem ſuſcipien
tis, vt ipſa diſpenſatio coram Deo ſit valida, et ab
eo acceptetur ad illius fructum vel effectum. Nā
ſi dicitur quod non, iam certe habetur intentum
argumenti contra ſupradictam propoſitionem.
Si dicatur quod ſic: tunc ſequeretur quod etiam
per viam ſacramenti requiritur, cuius oppoſitum
conſtat manifeſte. Igitur ad hoc dicamus quod
eſt duplex diſpenſatio altera que fit cum taxatio-
ne fructus vel effectus qui diſpenſatur: et hec eſt
proprie diſpēſatio vel diſtributio theſauri aut bo
ni cōmunis ad perſonas particulares. Altera que
fit ſine predicta taxatione et poteſtate taxandi: et
hec proprie non diſpenſatio boni communis ad
particulares ſed potius applicatio theſauri appel
latur. Illa prior non poteſt fieri ſine cauſa pia vel
rationabili: quia de ſua natura eā requirit, ex quo
eſt cōmenſuratio boni cōmunis ad particulares.
vti ſuperius probatum eſt. Et hec eſt que exerce-
tur in diſpenſatione votorum et in remiſsione pe
narum quando per ſacerdotem fit arbitratio mi-
noris penitentie que ab eo taxatur etiam in ſacra

mento,

mento,et in conceſsione indulgentie vbi fit remiſ
ſio penarum taxando dies vel annos extra ſacra
mentum.Ideo niſi adſit pia cauſa vel rationabilis
non valet coram Deo nec ab eo acceptatur ea diſ
penſatio in his que ipſi debita ſunt.

¶ Secunda autem diſpenſatio que fit ſine taxa
tione vtiq; fieri poteſt ſine alia cauſa in ſubie
cto diſpoſito a potente diſpenſare ſuper ea quæ
Deo debita ſunt. Et talis eſt diſpenſatio theſauri
per viam ſacramenti ad infuſionem gratiæ et re
miſsionem peccatorum quoad culpam et penam
eternam et temporalem eorum ex opere operato
aut virtute ſacramenti. Horum enim quantitas
fructuum a ſolo Deo taxatur ſecundum diſpoſitio
nem penitentis,non a ſacerdote nec ab ipſo etiã
Papa ſacramenta conferente. Nam ſacerdos ſolũ
per ſacramẽtum applicat theſaurũ meritorũ Chri
ſti:ipſe autem Chriſtus acceptat quidem ſed non
totaliter,id eſt non ad totum fructum eorum ſed
ſecundum diſpoſitionẽ ſuſcipientis taxat quanti
tatem gratiæ et remiſsionis penarum quam hic
vel ille debeat participare. ¶ Ex his patet reſpon
ſio ad argumentum negando conſequentiam. Et
ad eius probationem negatur quod ſit eadẽ ratio
diſpenſationis theſauri ad remiſsionem penarum
per viam ſacramenti et per viam indulgentie.Illic
enim eſt diſpẽſatio large,id eſt applicatio theſau
ri meritorum Chriſti ſine quantitatis taxatione,
ideo nõ requiritur alia cauſa:hic autẽ eſt proprie
cum quantitatis aut fructus taxatione facta a pre
lato diſpẽſante:ideo rationabilis aut pia cauſa ne
ceſſario requiſita eſt.¶Hinc etiam patet quod nõ
valet alia reſponſio que ad predictum argumentũ
ab aliquibus ſecundum Palud.in.4.diſt.20.q.4.
et Floren.1.par.tit.10.ca.3.§.1.dari ſolet negãdo
conſequentiã,et dicendo non eſſe ſimile:nam in
remiſsione inquiunt pene temporalis per viã in
dulgentie eſt diſpenſatio theſauri ad cõpenſatio
nem vel ſolutionem pene debite Deo faciendã:
et ita ibi non eſt omnino liberalis diſpenſatio vel
remiſsio penarũ:et ideo ibi requiritur aliqua cau
ſa rationabilis.In remiſsione autẽ eiuſdem pene
temporalis per viam ſacramenti quamuis ſit diſpẽ
ſatio theſauri ad eundem effectum,non tamen ibi
fit vlla alia compẽſatio vel ſolutio penarum:et ita
ibi eſt omnino liberalis diſpenſatio atq; remiſsio
pene ſicut et culpe virtute ſacramenti:ideo non
requiritur alia cauſa vltra diſpoſitionem ſuſcipiẽ
tis.Hec inquam ſolutio non ſatisfacit argumẽto.
Tum quia ita in ſacramento ſatisfit Deo pro cul
pa et pena de theſauro meritorum Chriſti ibi diſ
penſato:fitq; ſolutio , ſicut fit per indulgentias.
Tum etiã quia modo ſit omnino liberalis remiſ
ſio penarum hic aut illic,modo non: atvero quan
tum eſt ex parte ipſius diſpenſationis theſauri cer
te vtrobiq; eſt omnino liberalis theſauri dona
tio:quamuis inde ſubſequenter fiat ſolutio debiti
remiſsioq; penarũ vt ſupra.q.3.latius dictum eſt.
Igitur natura ipſius diſpenſationis theſauri attẽ
denda eſt,maxime ſecundũ Tho.ceteroſq; docto
res tenentes,ꝙ ratio et natura indulgentie preci
pue vel ſaltẽ neceſſario in diſpenſatione theſauri
cõſiſtit:ſolutio autẽ atq; remiſsio vel abſolutio pe
narum ad illam conſequũtur.Et ita non obſtan
te hac ſolutione adhuc ſupradictum currit argu
mentum:niſi vt ſopra melius diſtinguendo de du
plici modo diſpenſationis reſpondeatur.

Contra ſecundam partem propoſitionis tri — Argu.2.
pliciter et in ordine ſecundo principaliter
arguitur.Quia ſi requiritur neceſſario pro
portio cauſe pie ad quantitatem indulgentie,hoc
ideo eſſet vt effectus proportionaretur ſue cauſe
vt patet ex dictis. Quia nõ videtur alia ratio ad
id. Sed cauſa indulgentie videlicet pietas non eſt
propria cauſa indulgẽtie,ſed paſsio Chriſti et ſan
ctorũ applicata huic vel theſaurus Eccleſie quod
idem eſt.vt patet ex ſupradictis.q.2.et.3.Ergo ad
iſtam cauſam propriam indulgẽtie et non ad aliã
pro qua conceditur indulgentia oportet ꝙ pro
portionetur ipſa indulgentia ſeu remiſsio penarũ
vt ſit valida.Hec conſequentia patet quia propor
tio effectus attenditur et reſpondet ad ſuum cor
relatiuum,ſcilicet ad ſuam cauſam propriã efficiẽ
tem ſeu per modũ efficientis ſe habentem et non
ad aliam,vt patet.ergo. Tunc vltra. Indulgentia
vt ſit efficax debet proportionari ſue cauſe pro
prie per modũ efficientis ſe habenti,ſcilicet abun
dantie theſauri Eccleſiaſtici. Nunc autem iſta abũ
dantia eſt infinita:quia eſt ſufficiens ad remiſsio
nem quantumcunq; magnarum penarum om
nium et quotieſcunq; applicetur omnibus et ſin
gulis per indulgentias,vt ſupra.q.5.habetur. Er
go quantumcunq; magna indulgentia cõcedatur
cuiq; et quotieſcunq; pro quacũq; pia cauſa iam
cauſa propria illius et cuiuſcunq; indulgentie,ſci
licet abundantia predicti theſauri eſt cauſa ſuffi
ciens , et per conſequens proportionata ad effe
ctum et efficaciam illius et cuiuſcunq; indulgen
tie:et ita valida eſt omnis indulgentia quantum
ſonat ex quacunq; cauſa pia fiat.

Tertio arguitur ad idem,et eſt replica contra — Argu.3.
reſpõſionem que poteſt dari.Nam ſi dicatur
quod non ſolum requiritur quod cauſa pro
pria effectiua ſeu per modum efficientis illius in-
dulgentie ſit ſufficiens:ſed etiã cauſa indulgẽtie
pro qua conceditur talis indulgentia vt dicit ſe-
cunda pars propoſitionis.Contra hoc ſic replica-
tur.Quia ſi ſufficientia talis cauſe pie requiritur.
ergo nil prodeſt quod auctoritate Pape aut alte-
rius ſuperioris concedatur talis indulgẽtia:et per
conſequens non plus quis lucratur per indulgen
tias quam ſine illis faciendo idem ex eadem cauſa
pia.Probatur cõſequentia.Quia ſiue ſuperior ſeu
Papa cõcedat tantã indulgentiam ſeu remiſsionẽ
penarũ,ſiue nõ:certe Deus dimittit de penis tan
tum quantũ meretur illud opus ſeu cauſa pia.

Quarto arguitur ad idem. Quia predicatio — Argu.4.
doctrina et practica Eccleſie eſt cõtra ſecun
dam partẽ propoſitionis:ergo ipſa eſt falſa.
Antecedẽs probatur quadrupliciter vt ſupra prõ

batum eſt in ſecunda ratione fundamẽtali tertie opinionis ſupra poſite ibi videatur vt prolixitas vitetur.

Reſpõ.ad 2.argu. ¶ Reſpondeo ad ſecundum argumentum ſecundum Caie.in.2.quodlibeto,prius notando quod aliud eſt cauſa indulgentie,aliud cauſa conceſsionis indulgentie.Nam cauſa indulgentiæ eſt cauſa remiſsionis penarum. Cauſa autem conceſsionis indulgentie eſt cauſa pia pro qua conceditur talis indulgentia aut remiſsio penarum. Igitur cauſa indulgentie id eſt remiſsionis penarum eſt abundantia theſauri,que etiam eſt cauſa propria effectiua ſeu per modum efficientis ipſius. Cauſa autem conceſsionis indulgentie que aliquando dicitur cauſa indulgẽtie eſt ſolum cauſa pia pro qua conceditur ipſa indulgentia. Hoc ergo preſuppoſito reſpondeo ad formã argumenti,conceſſa prima conſequentia cum ſuo antecedente et conſequente vt iacent,quia ſolũ loquitur et conceditur de cauſa propria indulgẽtie ſeu remiſsionis penarum que eſt abundãtia theſauri vt dictum eſt: ſed negatur ſecunda conſequentia:fit enim æquiuocatio arguendo a cauſa propria indulgentie ad cauſam conceſsionis indulgẽtie.Ac ſi argueretur clarius ſic.Cauſa propria indulgentie que eſt abundantia theſauri,eſt ſufficiens pro qualibet indulgẽtia valide applicata ſeu conceſſa huic vel illi:ergo cauſa pia pro qua conceditur indulgentia eſt etiã ſufficiens cauſa ad applicationem ſeu diſpenſationem ſeu conceſsionẽ indulgentie cuiuſcunq; eſſe validam.Que conſequentia patet quod eſt inualida:quia fit equiuocatio vt patet.Si vero vtrobiq; vniuoce loquatur de cauſa propria conceſsionis indulgentie tam in antecedente quã in conſequẽte in vtraq; cõſequentia:tũc patet falſitas vtriuſq; antecedentis,nam cauſa pia legitima et proportionata pro qua conceditur indulgentia cõſtituit actum conceſsionis indulgentie in hoc quod eſt eſſe rationabilẽ diſpenſationem aut conceſsionẽ indulgentie:et per cõſequens eſſe cauſam propriã cõceſsionis indulgentie huius vel illius.¶ Si autẽ vtrobiq; intelligatur vtraq; conſequentia de cauſa propria indulgentiæ,ſicut Caiet.et Adria. vbi ſupra volentes ſaluare beatum Tho.dicunt quod Tho.intellexit et locutus eſt de cauſa propria indulgentie:tunc certe nihil concludunt ad propoſitum pro ſua tertia opinione ſupraposita, quod ſcilicet ex quacunq; cauſa pia concedatur quantũcunq; magna indulgentia eſt valida quãuis diſpẽſans peccet,ſicut neq; inde concluditur ꝙ quantumcunq; magnã remiſsionẽ penarũ ex quacũq; cauſa pia ſacerdos in ſacramento faciat aut concedat eſt valida corã Deo talis conceſsio aut remiſsio vt paulo ſuperius dictũ eſt,ideo conſtat quod paralogizatus eſt.B.Tho.et ſequaces a cauſa indulgentie ad cauſam conceſsionis indulgẽtie, vt ex ſuis verbis ſupra poſitis in tertia opinione patet intuenti.¶ Alij volunt ſaluare bea. Tho.dicentes quod per cauſam piam intellexit cauſam rationabilem.Nam quod pium eſt eſt etiam rationabile:et per conſequens cauſa pia et rationabilis et ſufficiens ad talem indulgẽtiam ſunt idem.Et ſic volunt ipſum Thomam reducere ad quartam opinionem ſeu propoſitionem ſupra poſitam. ¶ Sed certe non ſic ſenſit beatus Thom.vt patet ex eius verbis vbi ſupra in tertia opinione recitatis: vbi nititur probare quod quelibet cauſa pia eſt rationabilis et ſufficiens ad quamcunq; quantitatem indulgentie. Quod certe non egeret probatione ſi idem eſſet cauſa pia rationabilis et ſufficiens:et ſupra in fine ſexte probationis huius ſecunde partis que impugnatur recitantur verba beati Tho. dicentis quod irrationabilis et inualida eſt indulgentia conceſſa pro quacunq; cauſa pia improportionata inſufficiente et iniuſta reſpectu talis indulgentie.Et ſic patet eius intentum. Et quidẽ libentiſsime ad hanc quartam noſtram opinionem et propoſitionem admitteremus auctoritatem tanti doctoris,niſi ipſe in.4.diſtinctione.20. hanc opinionem expreſſe recitaſſet et tantopere reprobaſſet:ad quã tamen in diſtin.45.poſtea cõfugiſſe videtur.

¶ Ad tertium argu.reſpondeo ſecundum Adrianum vbi ſupra diſtinguendo antecedens. Nam aliud eſt cauſa equiualens ſufficiens ſeu adæquata ad remiſsionem penarum ſeu indulgentiarum. Aliud eſt cauſa ſufficiens ad diſpenſationẽ indulgentie ſeu ad conceſsionem remiſsionis penarum per indulgentiam.Et patet differentia. Nam illic attenditur ſolum ſufficiens adequatio et equiualentia operis aut obſequij aut vtilitatis inde ſperate ad ipſas penas que remittuntur per indulgentias.Hic autem non attenditur ſed rationabilitas et ſufficientia cauſæ piæ ad actũ applicationis ſeu conceſsionis indulgentiæ, pro qua ſcilicet cauſa pia rationabile videtur quod huic prelatus digne et liberaliter de theſauro ſibi commiſſo in tanta quantitate diſpenſet aut cõcedat remiſsionem penarum per hanc viam indulgentie.¶ Exemplum, ſicut adminiſtrator reipub.facit de cõmuni bono reipub.diſtribuens benemeritis aut laborantibus pro reipub.non quidem ſtricto cõmertio preciſe tantum in precio quantum valet labor ſuſceptus pro repub.ſed vltra meritum vt aliquid gratie de publico reportent,ſemper tamen in proportione ad cauſam vel ſecundum alium reſpectum. *Sicut* etiã de publico licite fit alicui remuneratio quia laborauit prodeſſe pro gratia beneuolẽtie quãuis nõ profecit,eſt tamẽ dignus vt ei liberaliter bene fiat gratis quãuis ad proportionẽ vt dictũ eſt. *Sicut* etiã in relaxationibus aliarum obligationum Deo queſitarũ requiritur ſufficiẽs cauſa, ſic quod preſumatur rationabiliter ꝙ Deus vult ex tali cauſa per prelatũ fieri gratis remiſsionẽ tanti reatus ſeu obligationis,vt in diſpẽſationibus et cõmutationibus votorũ et iuramentorũ et huiuſmodi.*Sic* dico in propoſito ꝙ vt ſit valida applicatio theſauri per indulgẽtias aut cõceſsio remiſsionis penarũ per indulgentias,requiritur cauſa ſufficiens ad talem liberalem applicationẽ ſeu cõceſsionem

predictam:

Reſpõ.ad 3.argu.

predictam:non autem requiritur æquiualens cauſa ad ipſam remiſsionem penarum ſtricto cōmercio:neq; quod ipſa diſpoſitio ſuſcipientis talē indulgentiā promereatur:nam eo caſu non indulgētia liberaliter cōceſſa ſed iuſta retributio eſſet vt probat argumentum. Sed requiritur cauſa rationabilis et proportionata vt ipſa conceſsio nō prodiga ſed liberalis ſit et valida vt ſupra probatum eſt. Et ſic patet reſponſio ad argumentū:quia conceſso antecedente ad ſenſum iam dictum et declaratum negatur conſequentia. Stante enim cauſa ſufficiente ad liberalem diſpenſationē indulgētie, ſtat ſimul quod auctoritate clauis diſpenſantis theſaurū aut concedentis remiſsionē per indulgētias plus recipitur per illas quam ſine ipſis per idē opus et ex eadem cauſa reciperetur.

Reſpō.ad. 4.argum. ¶ Ad quartum argumentum reſpondeo negando antecedens. Et ad eius primam probationem quod ſcilicet Eccleſia pro eadem cauſa concedit modo maiorem modo minorem indulgentiā &c. Reſpondeo quod hoc eſt verum ſtādo ſemper intra latitudinem et limites cauſe rationabilis et ſufficientis, vbi ſcilicet adhuc manet proportio ſeu ſufficientia cauſe pie ad maiorem et minorem indulgentiā:tunc enim eſt in arbitrio concedentis concedere maiorem aut minorē indulgentiā ſtāte cauſa ſufficiente etiā ad maiorem: et virtute illius conceſsionis nullus conſequitur maiorē remiſsionem ea que conceſſa eſt, quamuis adſit cauſa ſufficiens ad maiorē. Nec in hoc fit alicui iniuſtitia: ex quo illa conceſsio indulgentie eſt liberalitatis et non debiti. In opere autem mere liberalitatis nulla eſt iniuſtitia. Et quia ad hoc interuenit conſenſus ſaltem tacitus eius qui vult lucrari talē indulgentiā Sicut cum ſtatuitur brauium omnibus procurantibus aliquā vtilitatē cōmunitatis: certe qui maiorē procurat et meretur maius premium, preſumitur cōtentus cum illo paruo brauio cōſtituto omnibus illis procurantibus:preſertim quia propter indulgentias acquiſitas non perdit quis quod ſibi alias debetur coram Deo pro illo opere bono ac ſi non eſſet coniunctum cum indulgētijs, vt de hoc latius infra.q 40.habetur.

Ad 2.probationem. ¶ Ad ſecundam probationem antecedentis que videtur eſſe replica contra reſponſionem prefatam.quod ſcilicet ex communi practica Eccleſiæ, vt Romæ ſepe contingit. Patet quod Papa et Eccleſia Romana concedit pro ſola viſitatione Eccleſiæ et pro recitatione paucorum Pater noſter et Aue Maria et huiuſmodi, maximam indulgentiā etiam plenariam:et die Paſchæ concedit Papa indulgentiam plenariam omnibus aſtantibus &c. vt ſupra habetur in corolario. ¶ Reſpondeo ſecundum Caieta.in ſecundo quodlibe.de indulgētijs.ca.9.quod magnitudo ſeu ſufficiētia cauſe nō ſolum debet attendi abſolute ſecundum ſe id eſt nō ſecundum quantitatem operis pij in ſe ſeu reſpectu materiæ tantum·ſed etiam et potius relatiue, ſcilicet ſecundum reſpectum ad bonum Eccleſie et Dei honorem inde rationabiliter ſperatum cum ſuis circunſtantijs. Pietas enim ſeu vtilitas cauſe dicit predictam relationem et reſpectum, ita quod idem labor, eadem eleemoſina eadē oratio:ſeu deuotio et huiuſmodi, eſt quandoq; parua cauſa et ratio, quandoq; magna indulgentiæ maxime etiam plenarie ratione circunſtantiarum: licet ratione materie videatur eadem cauſa et ratio ſemper ſed non eſt eadem in veritate. Eſt enim eadem cauſa et ratio ſecundum ſe et abſolute tantum, non eſt autem eadem relatiue aut reſpectiue ſumpta ſed eſt multo maior ſeipſa abſolute ſumpta. verbi gratia. viſitatio Eccleſie. S.Petri. licet ſit ſecundum ſe æqualis abſolute facta hodie et in anno iubilei:non autem eſt æqualis relata ad bonū Eccleſie:quia relata ad profeſsionem vnitatis Eccleſie ſub vno capite Chriſti vicario, ad quod in anno iubilei refertur ab ipſa Eccleſia et toto orbe, eſt magna cauſa indulgentie etiam pleniſsime: et ſimiliter manere in platea ſancti Petri in die Paſche pro benedictione Papali non eſt abſolute magna cauſa indulgentie, relatiue autem ſic, quia ſcilicet ibi eſt profeſsio predicta et quod profitemur ſeruare viuam auctoritatem vniuerſalem et pleniſsimam Romani pontificis, et ſic de alijs.

¶ Sicq; patet quod nulla eſt tam parua pia cauſa abſolute ſumpta, que reſpectiue non ſit maxima et ſufficiens aliquando magne indulgentie ſecundum varietatem caſuum et circunſtantiarum, vt patet de indulgētia plenaria Portiuncule prope Aſsiſsium die ſecunda Auguſti, pro ſola viſitatione Eccleſie:que indulgentia eſt certiſsima quia a domino Ieſu Chriſto oretenus conceſſa beato patri noſtro Franciſco, vt habetur in hyſtoria eius feſti die ſecunda Auguſti. Et ideo non eſt mirum ſi ex eadem cauſa abſolute conſiderata nunc maior nunc minor indulgentia valide concedatur. Quamuis etiam predicta varietas indulgentiarum aliunde poſsit prouenire, hinc ſcilicet quod cauſa legitima et ſufficiens tante diſpēſationis nō intelligitur punctualiter indiuiſibiliterq;, ſed in quadam latitudine probabilitatis moralis: intra quam etiam ſi indiſcrete prelatus det indulgentiā et ideo peccet:valet tamen predicta conceſsio coram Deo et reputatur ab eo cauſa ſufficiēs ad id.

¶ Ideo cum dicitur quod omnis pia cauſa que abſolute et reſpectiue conſiderata eſt ſufficiens intra latitudinem ad tantam indulgentiam, ſufficit vt ſit valida talis indulgentia: negatur tamen quod omnis pia cauſa eſt talis ſemper et vbiq;: et ideo negatur abſolute quod ex quacunq; cauſa pia cōceſſa indulgentia quantacunq; ſit valida quātum ſonat coram Deo vt dictum eſt. Ad exempla autē ſupra poſita dico quod forte eſt cauſa ſufficiens reſpectiue ad tantam indulgentiam:quod nō eſt noſtrum iudicare ſed Pape, cum hoc negocium pendeat ex facto, vt ſupra in corolario et infra. q. 21.et.22.habetur. Ideo nil contra nos.

¶ Ad tertiam probationem antecedentis, quod ſcilicet ſi non valerent indulgentie vt ſonant deciperentur fideles &c. reſpondeo ſecundum Caiet. Ad 3. probationē.

et Adria.vbi ſupra quod illud ſolum eſt verum de
indulgentia rite cōceſſa et ſuppoſito quod ex cau
ſa rationabili ſufficiente ſit cōceſſa alias nō. Neq;
in hoc Eccleſia aliquem decipit.Quod patet.Tū
primo.Quia ſicut poteſt Papa errare in facto pu
tando eſſe cauſam ſufficientem ad diſpenſationē
ſeu cōmutationem votorum:ſic in propoſito pu
tando eſſe cauſam ſufficientem tante indulgētie
que non eſt,poteſt vt homo errare in tali ſuo mi
niſterio et vſu clauium abſoluendo vbi nō eſt cau
ſa ſufficiens:et tamen talis error non imputatur
Eccleſie,ex quo hec non fiunt eo modo quo ipſa
Eccleſia ſpiritu ſancto inſpirata aut Chriſtus in-
ſtituit eſſe facienda.Et ſic predicat predicta vale-
re vt ſonant ſuppoſita legitima cauſa et quod rite
fiant:ſicut predicat hoſtiam eſſe adorandam dū
in miſſa eleuatur,ſuppoſito implicite quod ſit ri
te conſecrata. Nam aliud eſt loqui de doctrina
Eccleſie vel Pape in qua non poteſt eſſe error:
aliud de operibus Pape et de facto ſingularium
actionum in quibus poteſt eſſe error et peccatum
Pape,vt de hoc latius infra.q.22.et reſponſione
ad argumenta habetur.Neq; fideles aut doctrina
Eccleſie eſt de hoc vel illo particulari facto aut in
dulgentia aut cauſa indulgētie in particulari vtrū
ſit ſufficiens et valida an non:ſicut non eſt fides
aut doctrina Eccleſiæ quod hec vel illa hoſtia eſt
conſecrata aut non:ſed ſolum eſt de vniuerſali ſeu
generali,quod ſcilicet indulgentia rite cōceſſa aut
ex legitima et ſufficiente cauſa pia eſt valida quan
tum ſonat,et quod hoſtia rite conſecrata eſt ado
randa et huiuſmodi.¶Tum ſecundo patet idem.
Quia generales clauſule debent reſtringi et intel
ligi ſuppoſitis alijs requiſitis : ſicut etiam dicitur
quod abſolutio ſacramētalis eſt vera et efficax,ſci
licet ſi rite fiat et in ſubiecto diſpoſito et quātum
eſt ex parte ſua.Sic in propoſito, quando dicitur
quod indulgentia valet quantū ſonat intelligitur,
exiſtentibus diſpoſitis et facientibus vt decet ad
eam conſequendam, ſi etiam indulgentia ſit rite
conceſſa ex cauſa ſufficiente.Alioqui qui nude tā
tum ad ſonum verborum ſine grano ſalis intelli-
gunt non ab Eccleſia ſed a ſe ipſis ad pauca reſpi
cientes decipiuntur.Tum tertio quia ſic decreuit
cenſura Pariſieñ.cōtra Eraſmum tit.8.vt habetur
ſupra.q.16.reſpon.ad primū argu.ibi videatur.

Nota. ¶ Sed hic notandum eſt quod Caieta. vbi ſupra
exemplificans dicit quod Eccleſia poteſt in facto
canonizationis ſanctorum errare:ſed hoc eſt fal-
ſum et impium vel ſcandaloſum et temerarium,
vti de hoc ſupra,lib.4.q.12.latius habetur,et bea
tus Tho.in.9.quodlibeto.art.16.et cōmuniter do
ctores ſunt contra eum in hoc.

Ad.4. probationem. ¶ Ad quartam probationem antecedentis ſum
ptam ex cap.cum ex eo.reſpondeo concedendo
quod Papa ibi loquitur tam de indulgentijs in-
diſcretis ex euentu aut aliunde quam de indiſcre-
tis et ſuperfluis ex cauſa,vt ibi probatur ex ipſo
cap.contra reſponſionem Caieta.et aliorum ſimi
liter et male gloſſantium ; ſed negatur illa maior
quod ſcilicet ibi innuit Papa quod tales indulgen
tie ſint valide.Nec valet ratio ibi poſita quod Pa
pa non dicit ibi eſſe inualidas. ergo innuit eſſe
validas tales omnes indulgentias.Nam locus ab
auctoritate negatiue non valet.Similiter enim ex
ipſo cap.ego arguerem contra ipſus non eſſe vali
das ex quo Papa ibi non dicit eſſe validas. Quod
ſi iſta ratio non valet pro me. ergo nec ſimiliter
pro te.Neq; oportebat textum explicare genera-
liter eſſe validas aut inualidas omnes illas indul-
gentias indiſcretas quoad euentum,et ſuperfluas
quoad cauſam,de quibus omnibus ibi agit : cum
nec omnes eſſent valide nec omnes inualide: ſed
alique quales ſunt indiſcrete quoad euētum ſunt
valide:indiſcrete autem ſeu ſuperflue quoad cau-
ſam ſunt inualide quoad illum exceſſum vt ſupra
dictum eſt.Ideo prudēter textus ſic loquitur ſine
alia explicatione. ¶Si replicetur quod doctores
gloſſantes dicunt quod omnes ſunt valide.Reſpō
deo.Dicunt et gloſſant ſecundum ſuam opinio-
nem quam non probant,quam etiam nos ſupra
efficacius reprobauimus.Quanto magis quod et
ipſe textus potius ſonat pro noſtra opinione et
propoſitione ſupra poſita,quod ſcilicet indulgen
tie indiſcrete et ſuperflue ex cauſa ſint inualide
quoad exceſſum.Nam ibi dicitur quod per tales
indulgentias ſuperfluas eneruatur ſeu deſtruitur
ſatiſfactio penitentialis.ergo non impletur apud
Deum per illas indulgentias:et ita ad impletionē
ſatiſfactionis penitentialis talis indulgentie ſunt
inualide,vt ſupra late deductum eſt.

QVÆSTIO. XXI. Quæſt.21.
Quid ſit cauſa pia
pro qua debet con
cedi indulgentia.

¶ Reſpondeo per Propoſi.1.
tres propoſitio-
nes. Quarum pri
ma eſt quod om-
nis cauſa ſeu om-
nis actus qui ex ſe abſolute aut relatiue conſidera
tus vergit in honorem Dei ſeu in vtilitatem ſpiri
tualem aut temporalem Eccleſie , eſt et dicitur
cauſa pia conceſsionis indulgentie. ¶Ratio eſt.
Quia ſicut in policijs humanis theſaurus reipu-
blice propter duo maxime rationabiliter expen-
ditur,ſcilicet ad honorem principis , vt fecit Aſ-
ſuerus,Heſter primo, vel ad vtilitatem commu-
nitatis , vtpote quando dantur donatiua ſeu bra
uia aut munera militibus propter defenſionem
aut obſequium reipublicæ factum aut facien-
dum. Sic etiam rationabiliter fit in propoſi
to : quomodocunq; illa cauſa ſeu opus ver-
gat in honorem Dei et vtilitatem Eccleſie ab
ſolute aut reſpectiue ratione circunſtantiarum
vt ſupra in fine queſtionis precedentis in re
ſponſione ad quartum argumentum habetur.

ſecus de alijs actibus qui nullo modo ſunt boni moraliter, nec ad honorem Dei ſeu vtilitatem aliquam Eccleſie ex ſe aut ex circunſtantia, qualis eſt ludus prophanus, comedere, bibere, et huiuſmodi indifferentia omnino aut vana que ratiunabiliter ad Dei honorem et vtilitatem Eccleſie ordinari non poſſunt. Quia talia non poſſunt eſſe cauſa pia indulgentie vllo modo ex ſe neq; ex circunſtantia: neq; propter Deum recte fieri poſſunt vt ſupra de hoc etiam queſtione.20.in ſecundo notabili, et ſuperius lib.1 in noſtro queſtionario, queſtione.33.plenius habetur. Cauſa etiã pia eſt concedendi indulgentias, vt fideles promoueantur ad opera pietatis ad Deum et proximum, puta ad eleemoſynas, ad penitentiam, ad deuote ſuſcipiendum ſacramenta, et orandum, et ad fidem ſpem et charitatem exercendam, et huiuſmodi, vti noſter Medina de indulgentijs diſputatione.9.capitu.38.fo.119.122.123.in reſponſione ad quintum et ſextum argumentis latius agit. Et cum his concordant expreſſe Bonauentu.in.4. diſtinctione.20.artic.2.queſtione.4 et beatus Tho.ea. diſtinct.artic.3.queſtione.3. et communiter doctores. Sed virum ad cauſam piam ſeu actũ pium requiratur quod ſit meritorius aut moraliter bonus, videatur de hoc infra.queſt.25.

¶ Vbi etiam nota quod talis actus pij cõmuniter ſunt actus exteriores vergentes ad Dei honorem et ad vtilitatem Eccleſie, vt eſt viſitatio conſtructio reparatio inſtitutio templorum, veſtimẽtorum et vaſorum ſacrorum, pontium et eleemoſynarũ, beneficiorum proportionabiliter, et pro auditione et predicatione verbi Dei et officiorũ diuinorum, pro aſſiſtẽtia ad id, et pro alijs eiuſmodi puſſunt concedi indulgentie vt pro cauſa pia, quia hec omnia ordinantur mediate vel immediate ad ſpiritualia et Dei honorem et vtilitatem Eccleſie vt dictum eſt.

Arg. ¶ Quod ſi contra hoc arguatur, quod eſt ſymoniacum dare ſpirituale pro temporale. Sed indulgentia que eſt remiſsio penarum aut diſtributio theſauri ſpiritualis Eccleſiaſtici eſt quid ſpirituale ſupernaturale a Spiritu ſancto vt patet: exterior autem actus eleemoſyne aut alterius operis predictorũ eſt quid tẽporale et corporale et pretio eſtimabile pro quo cõceditur ipſa indulgentia. ergo nõ poteſt niſi ſimoniace pro ipſis cõcedi et acquiri indulgẽtis. ergo in ipſis nõ ſtat ratio cauſe pie.

Reſpon. ¶ Reſpondeo ſecundum Tho. vbi ſupra art. finali concedendo maiorem, ſolum quando ſpirituale daretur principaliter vel finaliter pro tẽporali: ſecus autem quando minus principaliter, puta pro temporali prout eſt medium ſeu ordinatũ ad aliquid ſpirituale. Nam cum temporalia ad ſpiritualia ordinentur et habeant connexionẽ in hac vita: ideo temporalibus propter ſpiritualia ſimul vtimur. Et cum ſic facimus ſcilicet cõferendo ſpiritualia pro tẽporalibus ordinatis ad ſpiritualia: iam non pro temporalibus ſed pro ſpiritualibus finaliter et principaliter facimus. Et ſic negatur minor pro quanto ibi dicitur quod pro temporali datur indulgentia finaliter aut principaliter: datur enim pro temporali ordinatu ad ſpirituale ſcilicet ad Dei honorem et vtilitatem Eccleſie vt dictum eſt. ¶ Sed contra hanc reſponſionem replicatur. Nam ſymonia eſt dare beneficium Eccleſiaſticum pro ſubuentione pauperum, aut pro pecunia conuertenda in opus fabrice et in alios pios vſus ſeu cauſas eiuſmodi vt eſt textus in cap. ex multis.1.queſtione.3.ergo non excuſat a ſymonia ordinatio temporalium in finem ſpiritualem vt ſic pro eis poſsit indulgentia conferri. Et quidem non eſt dubium quin Papa committeret ſymoniam contra ius diuinum ſi venderet indulgentias pro temporalibus ad ſpiritualia ordinatis quomodocunq;. Ideo ſecundo modo.

¶ Reſpondeo ſecundum Adria.in.4.in materia de indulgentijs, quod indulgentie nullo modo conceduntur pro temporalibus finaliter neq; minus principaliter: neq; pro pretio puta non pro ea quotta pecuniæ que eroganda decernitur in defenſionem fidei et huiuſmodi: ſed pro pietate, ſcilicet in premium boni affectus quo efficaciter cupiunt homines rem aliquam facere in Dei honorem et vtilitatem Eccleſie ſubueniendu pauperibus aut fabrice &c. huiuſmodi iuxta modum a Papa taxatum: et vt fideles animentur ad Dei honorem et vtilitatem Eccleſie procurãdam eo modo et eo opere quomodo a pontifice per tales bullas proponitur. Et eſt ſimile de orationibus quas fundimus pro benefactoribus a quibus capimus anniuerſaria et deſtributiones. Et facit ad hoc Bonauen. vbi ſupra, qui poſt Alex. Hal. dicit quod non datur ſpirituale pro temporali, ſed cõmutatur maior pena in minorem et reſiduum ſoluit paſtor Eccleſiæ gratis de theſauro Eccleſiæ. Vel dicitur ſecundo, ait ipſe, quod non datur indulgentia pro eleemoſyna exteriori cõſiderando datum ſed fructum, ſcilicet quod ex radice bone aut pie voluntatis procedit. Hec Bonauen. cuius vltimũ dictum concordare dicit Adrianus et allegat pro ſua reſponſione ſupradicta. Facit etiam pro hac reſponſione tenor multarum bullarum vbi dicuntur indulgentie dari loco manualium diſtributionum, et vt per eas fideles animentur ad opera pietatis et cultum diuinum: et quod ideo Eccleſia nititur quodãmodo preuenire fideles miſticis muneribus benedictionum de theſauro Eccleſie &c. vt etiam hoc refert et concordat Supplem. Gabrielis in.4.diſtin.45.q.3.art.1. nota.1. et art. 2.propo.11.corol.8. Et ſecundum hoc debet intelligi predicta reſponſio beati Tho. ¶ Quod ſi me magis vrges dicam tibi cum Adrian.in.9. quodlibeto contra beatũ Tho. quod cum ſymonia non ſit niſi quando ſpirituale ſupernaturale datur vel accipitur pro temporali tanquam pro pretio: non eſt ſymonia quantumcunq; detur pro eo finaliter ſeu principaliter, quia non datur indulgentia pro temporali tanquam pro pretio: ſicut non eſt ſymonia quando indulgentia conceditur pro orã

tione, ieiunio, et viſitatione vel peregrinatione. Si vero daretur pro eo tanquam pro pretio etiã ſi minus principaliter vtiq; eſſet ſymonia. Sicq; non concludit argumentum vllo modo. ¶ Si dicas forte Papa intendit tales pecunias ad alia prophana conuertere et ſimoniace dare indulgẽtias. Reſpondeo primo quod id de Papa non debet eſtimari dum manifeſte non conſtat. Item dato quod ſic intendat Papa: tamen ex quo pro cauſa indulgentie proponitur tale opus pium, quod de ſe eſt etiam prouocatiuum fidelium ad opera pietatis et ad cultum diuinum ſeu ad Dei honorem, et vt tale aſſumitur a fidelibus volentibus lucrari indulgentiam per illud opus pium ſibi taxatum: iam cauſa indulgentie aut conceſsionis eius eſt pia. Et quamuis intentio finalis concedentis eſſet impia: intentio tamen obiectiua proponens tale opus vt pium ad lucrandum indulgentiam eſt de ſe pia et motiua et directiua fidelium ad opera pietatis: et hoc ſufficit vt ſit cauſa pia ad concedendum indulgentias et ad eas lucrandũ, vt ſupra etiam queſtione. 20. in primo notabili dictum eſt.

Propo. 2. ¶ Secunda propoſitio. Pro actu omnino ſpiritualí tantum ſicut et pro exteriore opere pio poteſt concedi indulgentia. Et talis actus tantum ſpiritualis eſt cauſa pia indulgentie etiam ſi non adſit actus exterior pius. Exemplificatur ſimul et probatur. Quia pro oratione interiori tantum ſicut pro exteriore facta pro Papa pro Eccleſia pro defunctis poteſt concedi indulgentia aliqua: et ſimiliter pro orantibus et contemplantibus coram tali imagine, vt patet ex practica Eccleſie. Et quia tale opus vergit ad Dei honorem et vtilitatem ſpiritualem Eccleſie, ergo eſt pium et cauſa pia indulgentie. Imo ait Durand. in. 4. diſtinctione. 20. queſtione. 4. et Turrecremata in cap. quod autẽ. et capit. cum ex eo. de peniten. et remiſ. vt etiam dicit Supplementum Gabrielis in. 4. diſtinct. 45. queſt. 3. artic. 2. propo. 10. et Mayro in tractatu de clauibus. et Caietanus in quodlibet. tracta. de indulgent. et alij doctores: quod licet ſine cauſa pia non valet indulgentia vt ſupra queſt. 17. dictum eſt: tamen poteſt concedi valida indulgentia ſine hoc quod imponatur aliquod pium opus faciendum ſeu aliquid dandum, ſed ſolum quia forte olim aliquid factum eſt: ratione cuius Papa dat rationabiliter indulgentiam, vt cõtingit morientibus dari indulgentiam qui nec faciunt nec poſſunt nunc aliquid facere aut dare neq; alij adſunt qui faciant pro eis aut ſi adſint non tamen eis imponitur aliquid pro illis morientibus faciẽdum ad lucrandam talem indulgentiam: etiam ſepe Papa concedit preſentibus vel euntibus ad ſermones abſolutionem ſeu indulgentiam aliquam penarum non imponendo eis aliquid dandũ ſeu agendum, ſed ſolum quia habent ſeu habuerunt fidem aut deuotionem et reuerẽtiam ad ſacramẽta ſeu claues Eccleſie et huiuſmodi. Quod videtur habere rationẽ cauſæ pie et merito, nam predicta fides ſeu deuotio preſens futura aut preterita propter quam conceditur indulgentia vergit ad Dei honorem et ſalutem aliorum ſeu vtilitatem Eccleſie, ex quo fideles ad ſimilia et alia pia opera prouocantur. Cum quibus etiam concordat Palud. in. 4. diſt. 20. q. 4. art. 1. et facit Math. 8. et. 9. et. 15. et Luc. 7. et. 18. vbi Chriſtus propter fidem et deuotionem petentium miſericordiam fecit etiã miraculum. Et Nauarro in tracta. de indulgen. nota. 22. §. 33. dicens quod iuſte quidam conceſsit indulgentiam plenariam cuidam doctori iã mortuo pro eo quod viuens defendit Papã poſſe concedere indulgentias defunctis.

¶ Propoſitio tertia. Etiam ſi talis plus actus ſpiritualis aut corporalis ſit obligatorius poteſt pro eo vt pro cauſa pia concedi indulgentia. Quia indulgentie ſuccedunt loco ſatiſfactionum, vt habetur de peniten. et remiſ. cap. cum ex eo. et ſupra. q. 5. et. 8. ſed opus obligatorium non deſinit propter hoc eſſe ſatiſfactorium, vt patet in penitentijs obligatorie iniunctis per ſacerdotem et per Eccleſiam. ergo indulgentie conceſſe pro operibus pijs obligatorijs ſunt ſatiſfactorie et valent ſicut conceſſe pro ſupererogatorijs. Item quia oratio pro Eccleſia tempore neceſsitatis, ſubuentio pauperum, redemptio captiuorum, defenſio et predicatio fidei, defenſio Eccleſie ab infidelibus tempore neceſsitatis ſunt obligatoria ea lege diuina vt ſupponitur: et tamen pro ipſis actibus vt libentius et melius fiant poſſunt concedi ſicut et de facto conceduntur indulgentie per Papam et Eccleſiam. Similiter etiam Papa poteſt concedere indulgẽtias principibus Chriſtianis inter quos ſunt bella Eccleſiam fatigãtia etiam iniuſta ex cauſa, vt ad pacem redeant vt reſtituant terras male vſurpatas, vt remittant iniurias et huiuſmodi. Item pro communicando et confitendo die Paſche aut alio tempore quo alias de iure tenentur Chriſtiani, vt patet ex practica Eccleſie. Nam licet opus pro quo conceditur indulgentia ſit priuilegiatum ad hunc ſenſum quod per id adquirimus indulgentias et non per aliud: non tamen eſt nec requiritur quod ſit priuilegiatum ad hunc ſenſum quod debeat eſſe de conſilio aut ſupererogatorium aliquo modo. Propo. 3.

¶ Si contra hanc propoſitionem arguatur quod Bonau. in. 4. q. 20. art. 2. q. 4. dicit quod nec pro opere ſpirituali, puta pro orãdo pro Eccleſia, pro pace et huiuſmodi: nec pro opere alias neceſſario, vt pro remiſsione iniuriarum et huiuſmodi, neq; pro ingreſſu religionis, conceduntur neq; debent concedi indulgentie, neq; iſta conſiderat concedens indulgentiam ſed pro opere penali voluntario indigentis tali indulgentia.

¶ Reſpondeo ex hoc dicto Bonau. ecce Silueſtrina. titu. indulgentia. queſtione. 6. libere dicit quod pro remiſsione iniuriarum et huiuſmodi obligatorijs nõ poteſt concedi indulgẽtia, quodq; ſic ſenſit Bonauentura vbi ſupra. Sed certe ipſe Silueſt. nõ bene intellexit illũ: quia vbi ſupra ſolũ

dicit

dicit quod pro eiuſmodi obligatorijs et alijs ſupradictis ab eo non ſolent neq; debent concedi indulgentie neq; illa conſiderat concedens indulgentiam. Cum quo ſtat quod poteſt concedi indulgentia pro illis: et poteſt illa conſiderare concedens indulgentiam vt probatum eſt. Et quidem tempore ſuo loquutus eſt Bonauentu. vbi talis vſus vigebat: nunc autem viget vſus et etiam pro predictis concedantur indulgentie vt patet. Ergo ſicut nunc abundat miſericordia et gratia indulgentiarum etiam de non iniunctis penitentijs ita et pro operibus ſpiritualibus etiam obligatorijs, etiam religioſis viris in ſtatu perfectionis conceduntur indulgentie: et licet non concederentur non per hoc tollitur quin poſſint concedi vt dictum eſt. Et ſic concordat et dicit ſum. Ange. tit. indulg. §. 15.

Corol. 1. ¶ Ex omnibus ſupradictis inferuntur tria corolaria. Primum, ſecundum Adri. in. 4. de indulgē. quod quando indulgentie conceduntur pro viſitatione alicuius Eccleſie: cauſa pia talis indulgentiæ non eſt ſola preſentia aut viſitatio corporalis, vt quidam ſimplices opinantur: quia illa non vergit in Dei honorem aut vtilitatem Eccleſiæ: ſicq; non eſt cauſa pia: ſed cauſa pia talis indulgētie eſt deuota viſitatio, quia hec eſt ad Dei honorem &c. Hec ille. Et per deuotam viſitationē aut preſentiam intelligitur etiam fidelis et proteſtatiua fidei et obedientiæ Eccleſie actualiter ſeu virtualiter ex ſe aut ex genere ſuo aut ex circunſtantia ſeu relatione aliqua, vt ſupra propo. prima, et in fine queſtionis precedentis in reſpon. ad quartum argu. ſecundum Caie. dictum eſt: niſi aliquid aliud ſpecialiter per deuotam viſitationem Eccleſie aliquando ſuperaddatur requiſitum ad lucrandum aliquam indulgentiam ex tenore conceſſionis, puta dicendo cum feruente deuotione cordis viſitauerit aut cum deuotione viſitauerit et huiuſmodi: tunc enim vltra fidelem viſitationem requirirur deuotio cordis ſecundum tenorem conceſſionis. Ideo ſi illa Eccleſie viſitatio ſit ſolum corporalis ſicut viſitatio plateę aut alterius domus ſeu fori non procedens aliquo modo ex fide ſeu pietate nec aliquid cauſe pie ad Dei honorem ſeu vtilitatem Eccleſiæ continet vllo modo in ſe, vt dictum eſt, non eſt cauſa pia indulgentiæ alicuius.

Corol. 2. ¶ Secundo infertur quod cauſa pia ad lucrandū indulgentias conceſſas bibentibus poſt prandium ſi quæ ſunt vt vulgo feruntur, non eſt abſolute bibere poſt prandium, quia hoc nec ad Dei honorem nec ad vtilitatem Eccleſie vllo modo facit: nec eſt bibere tunc propter Deum, quia talis actus ſicut ludus aut alia huiuſmodi prophana nullo modo ex ſe aut ex tali tantum circunſtantiā ſunt ſecundum rectam rationem referibilis in Dei honorem aut vtilitatem Eccleſiæ, ſicut nec alia vana aut ſuperſtitioſa. Sed cauſa pia eſſet benedictio menſæ, ſeu gratiarum actio poſt prandium aut potationem, aut tali tempore oratio: quia facta etiam ſi non potaret lucraretur quis indulgentiam talem propter id conceſſam. Patet ex dictis et ſupra queſtione vigeſima in ſecundo notabili.

¶ Tertio infertur quod bene valent indulgentiæ conceſſe dicentibus Pater noſter per calculos oratorios intra latitudinem cauſæ piæ. Corol. 3. Eſt enim cauſa pia orare per illos: quia ibi eſt profeſſio fidei et obedientia ſeu deuotio ad Eccleſiam et eius claues, quæ non ſunt in oratione per alios non benedictos nec aſsignatos per habentem auctoritatem ad id. Item quia illi calculi habent rationem ſacramētalium. Quod patet. Quia cum in Eccleſia ſint quædam ſacramentalia que licet per ſe nō conferant gratiam neq; venialia remittant: tamē ad id conferunt accedente deuotione fidelium et ad remiſsionem penarum pro peccatis iam quo ad culpam dimiſsis debitarum: idq; ex Papæ vel Eccleſiæ inſtitutione, vt eſt aqua benedicta: nam eius aſperſio deuota eſt actus religionis et penitētie virtualis: et ideo peccatum veniale dimittit et penam debitam in toto vel in parte ſecundum deuotionem ſuſcipientis, ſecundum Tho. in. 4. diſt. 16. q. 2. artic. 2. queſtiuncula. 4. et in. 3 par. q. 65. artic. 1. ad. 6. et. 8. et. q. 87. artic. 3. Que ſi non eſſet benedicta nec per Eccleſiam inſtituta vt ſacramentale quoddam, certe aſperſio non eſſet actus religionis nec deuotionis nec penitentie virtualis, nec haberet predictum effectum. Et idē iudicium eſt de exorciſmis Eccleſiæ habentibus ſuos ſpeciales effectus ſpirituales. Nunc autem ad efficiendum aliquid ſacramentale nil refert cuius materie ſit vt patet in varietate ſacramentalium. Ergo Papa poteſt calculos oratorios vel inſignes Agnus Dei et huiuſmodi efficere ſacramentalia. Et ergo actus deuotionis ad eos erit Dei cultus et religio et profeſsio Dei. Et cognito quod ad remiſsionem penarum peccatorum iam ſint ſacramentales effecti certe oratio eis mediantibus facta et hoc fine eſt quedam penitentia vel deuotio virtualis: et ex conſequenti illi calculi ſacramentales cooperabuntur ad illarum penarum remiſsionem maiorem quam ſi non talis religionis et deuotionis actus concurreret cum oratione per alios calculos non ſacramentales emiſſa, et quam ſi eadem oratio non eo fine fuerit et deuotione. ¶ Si dicatur quod illi calculi oratorij ſepe non ſunt benedicti ſed ſolum electi vel tacti etiā per aliquem ſecularem etiam per mulieren ſecundum Papę conceſsionem. Reſpondeo id nil obſtat: quia ſicut materia ſacramentalium non eſt limitata: ita nec forma ſeu modus efficiendi ea ſacramentalia, vt patet in capitu. aqua. de conſecratione. Eccleſiæ vel altaris. vbi reconciliatio Eccleſiæ quæ nulla eſt iudicata, per ſolam tolerantiam et voluntatem Pape pro reconciliatione habita eſt: vel proprius loquendo Eccleſia alias non reconciliata, ſola voluntate Pape eſt reconciliata. Reconciliatio autem ſpecies ſacramentalium eſt. et beatus Thomas in. 3. par. queſtione. 87. artic. 3.

quamlibet orationem ad hunc effectum dedica
tam ſacramentalem dicit,ita quod quouis modo
Papa eiuſmodi calculos oratorios vel imagines
vel aliud quoduis pro ſacro nobis obtulerit et
quouis modo dedicauerit actu vel officio ſpiritua
li,conſimilem effectum talis reuerentia erga ſic
oblata et offerentis auctoritatem a Chriſto ma
nantem eſt diſpoſitio qua oratio fiat Deo acce
ptior et pro peccatis magis ſatiſfactoria etiam ex
genere ſuo,et conſequenter conuenientior eſt vt
eius cauſa et intuitu maiores concedantur indul
gentiæ.Ideo et reuerenter ſuſcipiende ſunt licet
aliquantulum prodige videantur, tum quia vt di
ctum eſt maxima eſt latitudo diuine largitatis et
miſericordie in huiuſmodi. Tum etiam quia etſi
ſuperexcedant tamen vtile per inutile non vitia
tur vt ſupra.q.20.dictum eſt.

Quæſt. 22.

QVÆSTIO.XXII.

Vtrum eo ipſo quod in bulla Papali exprimitur aliquid pro cauſa talis indulgentiæ ſit cenſenda rationabilis cauſa ipſius indulgentiæ coram Deo et Eccleſia.

Propo.1. ¶ Reſpondeo per duas propoſitiones quarum
prima eſt. Quod debet rationabilis preſumi et
iudicari in foro Eccleſiæ dum de eius irrationa
bilitate notabili non conſtat manifeſte. Quia ſi
cut ſententia iudicis preſumitur iuſta et rationa
bilis niſi de oppoſito conſtet ſufficienter et ma
nifeſte,vt diſtinctione.40.capitu. non nos.cum
gloſſ.et ſecundum omnia iura ita ſimiliter in pro
poſito et in diſpenſationibus Papalibus;per ean
dem rationem vt etiam de hoc ſupra queſtione.
20. in corolario dictum eſt.In quo non eſt du
bium.

Propo.2. ¶ Secunda propoſitio.Quoad Deum non om
nis cauſa in bulla expreſſa eſt rationabilis et ſuf
ficiens ad tantam indulgentiam, niſi vere aut
ſecundum probabilitatem moralem ſit talis.
Probatur primum.Quia in huiuſmodi rebus fa
cti particularis poteſt Papa errare aut male age
re ex ignorantia, fragilitate ſeu malitia, ſicut in
alijs ſimilibus actibus particularibus abſolutionū
diſpenſationum conceſsionum et commutatio
num tam in temporalibus quam in ſpiritualibus
bonis adminiſtrandis et ſententijs Eccleſiaſticis
ferendis. Sicq; licet non poſsit errare in remiſ
ſione peccatorum, ita quod cui rationabiliter
aut efficaciter peccata remiſerit non ſint remiſ
ſa : bene tamen poteſt errare in vſu clauium pu
tando aut tentando remittere vbi non poteſt
propter defectum cauſe vel alterius requiſiti:
ſicq; poteſt errare clauis quoad vſum tam in ſa
cramento quam extra. Claue autem errante
Deus non acceptat ſecundum communiter do
ctores et veram doctrinam Eccleſiæ. Neq; eſt
recurrendum ad aſiſtentiam Spiritusſancti, in ijs
ne permittat Papam errare. Nam vt patet ex di
ctis et ex practica communi ſepius in huiuſmo
di actionibus particularibus errauit et errat Pa
pa male abſoluendo aut diſpenſando ex non le
gitima cauſa ei relata vt legitima &c. Immo in
maiori cauſa permiſit Spiritusſanctus errare Pa
pam aliquando, ſcilicet in cauſa ſpectante ad ma
trimonium, de qua habetur extra.de ſponſa duo
rum. capitu. licet. vbi Alexander tertius dicit,
Quanuis aliter a quibuſdam predeceſſoribus no
ſtris ſit aliquando iudicatum &c. quod longe
plus eſt quam dare indulgentias indiſcretas ex
cauſa vt patet. Tum quia erat cauſa ſacramenta
lis, tum quia iudicialiter actum eſt. Nec obſtat
quod acceſſus ad indulgentias et earum ſuſceptio
ſit quedam Chriſtiane fidei profeſsio,et per con
ſequens in ijs que tangunt fidē non poteſt Papa
vel Eccleſia Romana errare,ſicut nec in canoni
zatione ſanctorum propter eandem cauſam ſe
cundum Thomam.9.quodlibeto,artic.6. Nam
reſpondeo quod acceſſus ad indulgentias in ge
nerali eſt profeſsio fidei Chriſtiane ſicut et ado
ratio Hoſtie, non autem in particulari. Volo
dicere quod fides Chriſtiana eo modo quo eſt
de Indulgentijs non eſt de hac vel de illa indul
gentia : ſed ſicut fides noſtra circa ſacramentum
Euchariſtie eſt quod ſub hoſtia rite cōſecrata cōti
netur corpus Chriſti, non autem quod iſta ho
ſtia eſt conſecrata neq; ſub hac hoſtia que pro
ponitur adoranda eſt corpus Chriſti, ex quo
vtrunq; poteſt eſſe falſum quod fidei Chriſtia
ne ſubeſſe non poteſt ſaltem immediate. Ita cir
ca indulgentias (non curando pro nunc quo
modo ſpectent ad fidem) fides noſtra eſt quod
indulgentia rite conceſſa eſt valida : et non
ſpectat ad fidem an iſta indulgentia ſit rite con
ceſſa et valida, an iſta cauſa eius ſit rationa
bilis et ſufficiens. Et ſimile eſt de alijs ſimili-
bus ſingularibus quæ non ſpectant ad fidem
ſed ad humanam opinionem ſeu credulitatem,
quæ eſt de his ſingularibus et poteſt falli vt di
ctum eſt. Canonizatio autem ſanctorum licet
ſit particulare factum in ſe eſt tamen cōmune
quoad vtilitatem ſeu damnum Eccleſiæ,ex quo
pertinet ad cultum diuinum et imitationem vi
tæ Chriſtianæ : ideo ibi eſt ſpecialis et ſignata
profeſsio fidei, et Papa et Eccleſia ſpecialiter
de illo facto ſeu ſancto agens quod in ſe eſt
committens reliquum ſpeciali Dei gubernatio
ni : decernit ibi eſſe ſanctitatem imitandam et
proteſtatiuam fidei noſtre : ideo id pertinet ad
fidem et bonos mores, et ibi non poteſt erra
re, vt latius et pulchre agit Ambroſius Chata
rinus in tractatu de gloria ſanctorum ſecundum
Thom.vbi ſupra,licet Caietanus in tractatu de
indulgentijs, queſito. 2. et alibi ſepius quoad

canoniza-

canonizationem ſanctorum dicat oppoſitum, de quo ſupra lib. 4. q. 12 latius habetur. Ergo quantum attinet ad indulgentias dicendum eſt quod acceſſus ad indulgentias in communi eſt quidẽ proteſtatio fidei: acceſſus autem ad hanc indulgẽtiam particularem ſicut adoratio huius hoſtie procedit ex fide tanquam ex cauſa remota, et ex humana credulitate huius hoſtiæ ſeu indulgentiæ cauſe et huiuſmodi tanquam ex cauſa proxima. Et quia effectus ſequitur conditionem cauſe proxime ſicut concluſio minorem ſeu infirmiorem premiſſam: Ideo poteſt concurſus iſte ſeu iudicium hoc falli abſque detrimento fidei Chriſtiane tam in Papa quam in alijs vt dictũ eſt.

¶ Et ita quoad Deum non erit cauſa rationabilis et ſufficiens ad talem indulgentiam niſi vere aut probabilitate morali ſit talis: tunc enim cenſetur quoad Deum rationabilis cauſa pia: ſicut ad diſpenſandum in votis aut iuramentis et ad remittendum penas peccatorum in ſacramento virtute clauium ſufficit cauſa rationabilis probabiliter iudicata talis: et tunc Deus acceptat ac ſi vere eſſes cauſa rationabilis vt ſupra queſtione ſexta, ſecundum Scotum et alios communiter doctores dictum eſt. Et in hoc ſpecialiter concordat Gerſon. alphabet. 34. litera. A. in tracta. de indulgen conſide. 9. vt ſupra queſtione vigeſima. in corol. habetur, vbi dicit quod non requiritur certa et euidens notitia cauſæ: ſed exiſtimatio bone fidei et probabilis coniectura moralis requiritur et ſufficit: ſicut in diſpenſatione theſauri materialis de fiſco regio vel Eccleſiaſtico Papa vel rex aut alius cuius eſt diſpenſare rationabiliter animaduerterit. Et concordat Supplementũ Gabrielis in quarto, diſti. 45. q. 3. nota. 1. et Caietan. vbi ſupra.

Dubium. ¶ Sed quoad predicta dubitatur vtrum ſit cauſa rationabilis ad tantam indulgentiam illa que in bullis, que nunc communiter circunferuntur, exprimitur per Papam, vbi dicitur quod quicunque ſiue diues ſiue pauper dederit duos nummos argenteos pro tali neceſſitate ſeu pia cauſa Eccleſiæ et huiuſmodi lucretur illam totam indulgentiam plenariam.

Reſpon. 1. ¶ Reſpondeo, hic eſt duplex modus dicendi. Primus quod non eſt rationabilis neque ſufficiens cauſa reſpectu omnium indiſtincte ad tantam indulgentiam: et per conſequens quod non omnes æqualiter lucrantur illã indulgentiã corã Deo vt loquimur nunc: quia nõ reſpectu cuiuſlibet eſt æque ſufficiẽs et rationabilis cauſa ad tãtã indulgentiã vt patet. Quia minus eſt valde diuiti dare duos argenteos quam pauperi dare duos obolos, neque Papa in talibus bullis intendit quod æqualiter valeat omnibus dantibus duos argenteos ſiue diues ſiue pauper ſit. Quia ante 20. vel. 40. annos retroactos maius ſubſidium imponebatur nobilibus quam alijs in bulla: ſed poſtea iſti queſtores et negociatores cruciate experti quod nobiles non recipiebant indulgentias, petierunt a Papa vt faceret meliorem forum. Sicq; propter eorum improbitatem Papa conceſſit, ſed cum hac limitatione ſcilicet in forma antiqua, et quantum claues Eccleſiæ ſe extendunt vt patet in originali. Ex quo patet quod non intendit nos decipere nec concedere vltra quam poteſt. Nec quod æqualiter omnibus valeat. Sed iſti queſtores non curant de hac clauſula quia clauderet burſam.

Reſpon. 2 ¶ Alio modo et magis pie et forſam poteſt dici, quod licet priuatim non poſſit dari tanta indulgentia plenaria regi pro duobus argenteis ſicut vetulæ pauperi, vt dictum eſt: tamen per conceſſionem communem bene poteſt. Quia illa cauſa in communi ſic propoſita eſt ſufficiens reſpectu pluri morum licet non reſpectu quorundam aliorum. Et ita habet locum et effectum tota illa indulgentia in plurimis et generaliter aut in communi conceſſa. Sicut et cauſa eſt ſufficiens in communi et ſimpliciter que non eſt in particulari conceſſione vel reſpectiue. Sicut quando communiter conceditur eadem indulgentia omnibus viſitantibus limina Apoſtolorũ in anno iubilei vel alio tempore: tunc eſt cauſa rationabilis in communi quoad omnes: et quilibet de prope et de longe viſitans robuſtus et ſanus debilis et infirmus lucratur illam indulgentiam. Sic in propoſito de eleemoſyna et ieiunio et oratione communiter omnibus impoſitis pro lucranda indulgentia videtur dicendum. Quia cum tali circunſtantia vt ſcilicet communiter fiat ab omnibus, videtur eſſe cauſa ſufficiens, que ſine hac circunſtantia non eſſet. Sicut etiam leges ex cauſa rationabili et communiter manente ſunt iuſte et obſeruande etiam ab ijs ſi commode poſſunt apud quos in particulari tantum ceſſat illa cauſa ſecundum communiter doctores, vt de hoc agit Soto de iuſtitia et iure libro primo quæſtiõe ſexta articulo octauo. ita videtur dicendum in propoſito ſecundum hanc opinionem que videtur pia et probabilis. Creditur tamen probabiliter valde quod licet ſit cauſa ſufficiens in communi et ſimpliciter vt dicit hec opinio: non eſt tamen ſufficiens reſpectiue ad perſonas omnes particulares, puta ad valde diuites ad omnem illam indulgentiam lucrandam vt ſonat. Sicut lex valens in communi non habet vim obligandi illum in quo omnino ceſſat tota ratio legis, puta pro tempore neceſſitatis et huiuſmodi. Sicque videtur quod ſolum lucrabũtur de illa indulgentia diuites quatenus acceſſerint ad proportionẽ cauſe ſufficiẽtis reſpectu ipſorum dando eleemoſynam. vt infra. que. 29 latius habetur.

¶ Cõtra ſecũdã propoſitionẽ ſupra poſitã arguitur quadrupliciter. Primo quia ex hoc ſequeretur ꝙ predicatio Eccleſie eſſet falſa. Secũdo ꝙ doctrina Eccleſiæ Romane periclitaretur. Tertio ꝙ deciperetur populus Chriſtia. ab Eccleſia ſi in veritate nõ lucraretur illã indulgẽtiã corã Deo ex illa cauſa vt ſonat. Quarto quia iã nõ valeret indulgẽtia — Argum. 1. Secundum Tertium. Quartum.

 quantum

quantum ſonat.

Reſp. ad. 1. ¶ Reſpondeo ad primum negando ſequelam: Pro quo nota quod predicatio Eccleſie quoad hoc et alia huiuſmodi tripliciter ſe habet. Vno modo narratiue prout ſcilicet narrat contenta in ipſa Bulla, et hic nulla eſt falſitas quia narratio eſt vera. Secundo modo doctrinaliter docendo opiniones doctorũ: et ſic poteſt predicare falſa ſi opinio predicata eſt falſa. Et ideo ad preſeruandum predicationem Eccleſie ab huiuſmodi falſitate, debent predicatores, quia nomine Eccleſie ex officio predicant ad populum, nõ aſſertiue ſed expreſſe dicere quod opinatiue aut recitatiue dicunt aut predicant. Alloqui tanquam aſſertiue dictum nomine Eccleſie ſicut alia que predicant intelliguntur predicaret: quod ſi ſit falſum merito puniuntur vt falſarij: quia nomine Eccleſie falſum predicant quod ipſa non predicant nec predicandum exhibuit ſed opinandum tantum et vt opinatum eſſe declarandum. Tertio modo doctrinaliter docendo vt doctrinam fidei vt talem: et ſic non eſt periculum falſitatis in predicatione Eccleſiæ huiuſmodi, quia ſicut fides non ſe extendit ad iſtã particularem indulgentiam aut iſtã cauſam indulgentie iſtius: ita nec doctrina Eccleſiæ ſe extendit ad iſtam indulgentiam aut iſtam cauſam nec ad hec ſingularia vt ſupradictum eſt.

Reſp. ad. 2. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondeo id negando, nam aliud eſt loqui de doctrina Pape aut Eccleſiæ Romanæ, quæ vt dictum eſt non poteſt errare aut periclitari in rebus fidei et morũ: aliud de operibus eiuſdem in quibus poteſt eſſe error facti et peccatum Pape vt ſupradictum eſt. Nunc autem doctrina Pape et Eccleſie eſt indulgentias non niſi ex rationabilibus cauſis dari. Vbi etiam continetur quod debet eſſe cauſa ſufficiens vt ſupra. q. 20. probatum eſt, factũ autem quod in bullis indulgentiarum continetur ſi quandoque periclitaretur nõ ideo doctrina Eccleſiæ periclitatur.

Reſp. ad. 3. ¶ Ad tertium argumentum. Reſpondeo id negãdo. Dico enim quod populus in huiuſmodi non decipitur ab Eccleſia: ſed vel a propria credulitate, aut ab humanis opinionibus, aut ab indiſcreto facto dantis indulgẽtiam, aut ab omnibus ſimul. Sicut etiam poteſt decipi adorando hoſtiam non conſecratam in miſſa. Nam ad doctrinam Eccleſiæ non ſpectant hec ſingularia facta, vt ſupradictum eſt.

Reſp. ad. 4 ¶ Ad quartum argumẽtum. Reſpondeo negãdo illud ſimpliciter. Dico enim quod illa communis ſententia intelligitur tripliciter, vno modo negatiue; ſic ſcilicet quod indulgentie non plus valent quam ſonant, nam videtur hec communis ſententia diuulgata ad excludendas extenſiones indulgentiarum vtpote fauorabilium ad ea que ſub earum tenore non continentur vt ſciatur quod ad hoc ſunt ſtricti iuris vt ſupra q. 9. in reſponſione ad primum argumentum habetur. ¶ Alio modo intelligitur et eſt vera illa cõmunis ſentẽtia quod valent quantum ſonant, ſuppoſito quod ſint rite conceſſe ex cauſa ſufficiente et alijs requiſitis vt ſupra. q. 20. in reſponſione ad quartum argumentũ. ¶ Tertio modo quod illa ſententia eſt ſimpliciter vera in foro exteriori ſeu Eccleſiaſtico, in quo ſtatur preſumptionibus iuris niſi oppoſitum cõſtet, vt ſupra propoſ. prima. habetur. Et eſt etiam vera ad tollendum obligationem Eccleſie implẽdi penitentias iniunctas a confeſſore: quia iam per tales indulgẽtias etiam omnino inualidas coram Deo, ſi ſunt conceſſe per Papam vel per concilium aut per habentem eius auctoritatem ad id, deobligatur quis ab eis implendis in hac vita: quia princeps poteſt tollere preceptum et obligationem inferioris: et Papa vt princeps poteſt tollere omnem obligationem ex ſolo iure humano conſurgentem: quoad Deum autem non valet talis indulgentia niſi ſecundum proportionem cauſe ſufficientis vt ſupra hic et quæſtione. 20. ſepe dictum eſt.

QVÆSTIO. XXIII Quæſt. 23.

Quæ requirãtur et ſufficiant ex parte lucrantis indulgentiam ad eam lucrandam?

¶ Reſpõdeo quod ex parte lucrãtis indulgentiam requiruntur et ſufficiunt due conditiones vt indulgentia valeat ei quantum ſonat. Prima conditio eſt quod ſit in ſtatu gratie. Secunda quod adimpleatur id quod et quomodo imponitur faciendum ad lucrandum talem indulgentiam. Iſta propoſitio eſt communiter doctorũ tam Canoniſtarum quam theologorum. Propoſ. 1.

¶ Et probatur primo quod requiratur ſtatus gratie; quia ſecundum Thom. in. 4. diſt. 20. et in addi. 3. par. q. 27. art. 1. et Gerſon. in tract. de abſolutione ſacramẽtali, et de indulgentijs, et communiter doctores, indulgentia ſolum valet ad remiſſionem penarum tẽporalium Deo debitarum pro peccatis iam quoad culpam dimiſſis, vt habetur ſupra. q. 8. ergo manẽte culpa mortali aut eius reatu non prodeſt remiſſio penarum per indulgentias: et ita requiritur ſtatus gratie: cui eſt incompoſſibilis reatus mortalis de lege: et non eſt ſtatus medius vt patet. Itẽ quia ſecundum Adria. in materia de indulgen. conclu. 3. contra intentionem Chriſti et ſanctorum nulli poſſunt eorum opera ſatisfactoria communicari. Sed Chriſtus et ſancti operati ſunt illa: et noluerunt niſi ad vtilitatem ſanctorum membrorum Chriſti, non autem membrorum diaboli cuiuſmodi ſunt exiſtentes in mortali applicari, ergo. et ad hoc idem facit extrauag. Clem. 6. Vnigenitus. de pe. et re. et ca. tres ſunt. de peniten. diſtin. 1. et auctoritates quæ recitantur ſupra queſtione quinta. et etiam queſtione octaua. per totum ibi vide. Sed an exiſtens in mortali poſſit pro alijs exiſtentibus in gratia lucrari indulgentias, infra. dicetur. q. 26. Condit. 1.

propo.

propoſi.3.

Cõditio.2 ¶ Quod etiam requiratur ſecũda cõditio,ſcilicet adimpletio eius quod et quomodo taxatur. Probatur ſecundũ Tho. vbi ſupra.q.30.art.3 et Palud. diſt.20.q.4.art.3.et cõmuniter doctores. Quia nõ exiſtente cõditione nõ conſequitur quis id quod ſub tali cõditione et modo datur. Et hoc eſt verũ ex quacunq; cauſa quis omittat facere ex infirmitate,paupertate et huiuſmodi. ¶ Neq; in beneficijs principis voluntarijs et ſic cõditionatis et modificatis volũtas reputatur ꝑ facto. Volũtas enim corã Deo pro facto reputatur quoad eſſentialẽ premiũ:ſecus quoad accidentalia premia ſeu beneficia:ſecus etiã quoad homines. Et ideo niſi forma indulgẽtie id habeat nõ poteſt vnus pro alio eam lucrari,vt infra de hoc.q.26.latius habetur : quia quoad hoc eſt ſtricti iuris et nõ valet vltra quam ſonat vt ſupra dictum eſt.q.22.in reſp: ad quartũ argumentum et.q.9.in reſponſi:ad argumentum primum. Et adeo hoc eſt verũ ꝙ ſecundũ Florẽ. 1.par.ſum.tit.10.cap.3.§.4. et Palud. vbi ſupra nõ ſufficit partẽ adimplere vt quis lucretur partẽ indulgentiæ : ſed aut totũ et eo modo quod et quomodo imponitur,aut nihil. Exempli gratia. Si quis ex forma indulgẽtie teneatur quinq; dies intra annũ ieiunare et orare quinquies Aue Maria:et ex negligẽtia aut impoſſibilitate nõ niſi tres dies ieiunat aut omittit Aue Maria,nõ cõſequitur illã indulgentiã nec partẽ eius ex vi indulgentie: quãuis aliunde ex ipſo boni opere mereatur aut ſatisfaciat æque vel amplius vt oportet. ¶ Itẽ qui iturus vltra mare ſe accingit ad lucrandũ indulgẽtiam ſecundũ formã conceſſionis,ſi moriatur in via nõ cõſequitur illã. Quod ſi daretur indulgẽtia omnibus ſummẽtibus crucem cõtra infideles, et quantũ in ſe eſt vadit in expeditionẽ terre ſancte, iã eo ipſo quo crucẽ aſſumpſit et ſe exponit expeditioni predicte ſi moriatur in via eam lucratur. Quod ſi cõcedantur tranſfretãtibus:tũc nõ lucratur eã niſi vltra mare tranſfretet. Quod ſi dicatur eũtibus in terrã ſanctã,tũc moriens in via illã conſequitur:immo et dũ iter agit in terrã ſanctã viuus lucratur eã dũ eſt in ſtatu gratie. Si autẽ quis ſummendo crucẽ nõ intẽdit ire niſi dominus ſuus vadat cũ quo intendit ire:iam illo domino mortuo aut nolente ire nõ tenetur ille alius ire:quia deficit cõditio intẽta ſub qua tacite ſe obligauit ſed tale eius propoſitũ condinationatũ eũdi in terram ſanctã nõ ſufficit ad illã indulgẽtiã lucrandã ſi interim moriatur,quã tamẽ lucraretur cũ propoſito abſoluto eundi ſumẽdo crucẽ, vt forma Bulle cõcedit ſumẽtibus crucẽ vt ſupradictũ eſt. Hec Palud. Et ratio horũ omniũ eſt, Quia ſic ſonat tenor cõceſſionis qui eſt maxime attẽdendus. ¶ Vnde fit ꝙ quia antiquitus cõcedebatur indulgẽtia plenaria ſub hac forma,ſ.ſumẽtibus crucẽ et eũtibus vltra mare cũ effectu,vt dicit Hoſtiẽ. extra. de iudeis ca. ad liberãdã. Ideo Bonau. in.4.diſt.20.q.4.art.2. dicit ꝙ qui nõ vadit vltra mare nõ lucratur illã indulgentiã ſumẽdo ſolũ crucem aut proponẽdo ire et incipiẽdo iter,quia nõ intelligitur dari pro ſola bona volũtate ſed pro effectu.ſ.trãſfretatiõis. Nũc autẽ quãdo antiqua forma in minorẽ mutata eſt et quotidie variatur,ſtandũ eſt tenori et forme cõceſſionis indulgẽtie et ſic agẽdũ eſt ad eã lucrandũ vt dictũ eſt. ¶ Que omnia ſunt vera et intelligũtur quãdo id ꝙ imponitur eſt quid determinatũ aut ſignatũ ſimiliter et modus faciẽdi determinatus. Quod ſi indeterminate quid imponatur agẽdũ pro lucrãda indulgẽtia dicẽdo, Qui orauerit aut viſitauerit deuote talẽ Eccleſiã: tũc vtrum quilibet quomodolibet orãs aut quacũq; deuotione viſitãs talẽ Eccleſiã,lucretur totã illã indulgentiã aut partẽ tantũ magis aut minus ſecũdũ quod magis aut minus implet et accedit ad illã cauſam indulgẽtie,latius habetur infra.q.29. et.32. ¶ Et ſic patet ꝙ et quomodo requirũtur ille due cõditiones vt habet prima propoſitio,quod autẽ ſufficiant infra.q.30.late habetur de hoc.

1. Argumẽ. Contra primã cõditionẽ arguitur. Quia qui eſt in gratia põt mereri alteri etiã exiſtẽte in mortali gratiã et multa alia bona ſpũalia et tẽporalia et penarũ releuationẽ. Sed indulgẽtie hãbẽt efficaciã ex hoc ꝙ ſatisfactiones Chriſti et ſanctorũ applicãtur huic. Ergo habẽt effectũ etiã in illo qui eſt in mortali ſaltẽ quoad penas debitas ꝑ ſuis peccatis iã alias quoad culpã dimiſſis, preſertim ſi vt ſupponitur Papa ex propoſito velit cõcedere indulgẽtias etiã talibus exiſtentibus in peccato mortali vt eis valeant quãtũ valere poſſunt. Antecedẽs patet proutraq; parte. ¶ Cõſequẽtia aũt probatur. Quia ſi exiſtẽs in mortali põt ſatisfacere pro ſuis debitis penarũ pro peccatis iã quoad culpã dimiſſis ſecũdũ opinionẽ Scoti et ſequaciũ quã hic ſuppono. Ergo multo melius valebit ſatiſfactio Chri. et ſctõrũ ꝑ indulgẽtias applicata exiſtẽti in pctõ mortali,quoad penas debitas pro peccatis iã quoad culpam dimiſſis. Quia validior et gratior eſt apud Deũ ſatiſfactio et opus amici iuſti tã pro ſe quã pro alio quã opus aut ſatiſfactio inimici. ¶ Quod ſi nõ admittatur opinio preſuppoſita ſicut nec eã admittũt Thomiſte et alij: tũc alio mõ ꝓbatur predicta cõſequẽtia. Quia ſi peccator pro ſe ipſo ꝑ ſua bona opa licet nõ meritoria gloriæ,ſimiliter et homo iuſtus pro alijs exiſtẽtibus in mortali per ſua bona opera ſatiſfactoria et meritoria meretur ſaltẽ de cõgruo ſeu impetrat bona ſpũalia et tẽporalia et releuationem ſeu liberationẽ a malis tẽporalibus huius vitæ quo ad corpus et animã, pctõr quidẽ pro ſe,iuſtus aũt pro alio etiã exiſtẽti in mortali ſecũdũ cõmuniter doctores. Ergo et talia opera valẽt eodẽ modo et eadẽ ratione ad impetrandũ ſeu merendũ de congruo remiſſionẽ penarũ tẽporaliũ Deo debitarũ pro peccatis iam quoad culpam dimiſſis. Ergo ſi per viam indulgẽtie talia opera Chriſti et ſanctorum applicẽtur exiſtentibus in mortali valebunt eis quoad prefatam remiſſionem penarum Deo debitarum hic vel in purgatorio pro peccatis iã quoad culpam dimiſſis.

¶ Si

Euaſio. ¶ Si negatur iſta vltima conſequentia. Quia intentio Chriſti et ſanctorum non fuit quod talibus ſua opera applicarentur aut valerẽt, ſed membris Chriſti exiſtentibus in gratia vt ſupra dicebatur in probatione propoſitionis.

Replica. ¶ Contra hanc euaſionem replicatur probando quod intentio Chriſti et ſanctorum fuit vt ipſis etiam valerent vt dictum eſt. Quia Chriſtus et ſancti orauerunt pro exiſtẽtibus in mortali, et pro eis etiam paſſus eſt Chriſtus ſufficienter et voluit illis proficere ſuã paſsionẽ et ſua merita quoad eorũ culpã et penã ſufficienter, vt redẽptor totius mũdi. Ergo voluit Chriſtus ſua opera et labores efficaciter omnibus prodeſſe quantum ipſi erant capaces et diſpoſiti, et quãtũ ipſis prodeſſe poterant ſtãte lege quoad culpam et penam peccatorum. Et idem credendum eſt de alijs ſanctis quod ſimiliter voluerunt quantum eis licuit et competit eis ſuo capiti Chriſto in hoc ſe conformare. Poſſunt autem predicta eorum opera prodeſſe exiſtentibus in mortali quoad remiſsionem penarum debitarum pro peccatis iam quoad culpã dimiſsis: ex quo quoad hoc ſunt capaces et diſpoſiti vt patet ex dictis hoc vel illo modo. Ergo prelatus concedens talibus indulgentias ad predictam remiſsionem penarũ predictarum non facit contra ſed ſecundum intẽtionem Chriſti et ſanctorum: ex quo non manet vllus reatus culpe impediens talium penarum remiſsionem vt dictum eſt. ¶ Et confirmatur hoc. Quia alias ſequeretur quod talis ſatisfactio eſſet fruſtrata ſuo effectu et nil omnino valeret apud Deum. Quod Patet, quia ſi nil valet ipſi exiſtenti in mortali pro remiſsione dictarum penarum ad quam applicatur indulgentia: neque valet alicui alteri cui non applicatur: neque ipſi operanti vel applicanti, quia (vt ſupponitur) ipſe non eget ſua ſatisfactionẽ. Ergo nulli prodeſt talis ſatisfactio, ſicque omnino perit tale bonum opus et ſimiliter indulgentia.

Reſpõ. ad argum. ¶ Reſpondeo, in argumento tangitur difficultas vtrum indulgentie valeant ad remiſsionem penarum debitarum pro peccatis iam quoad culpam dimiſsis ei qui eſt in mortali: et vtrum Papa poteſt ſic concedere: et vtrum pro talibus penis quis ſatisfacere poſsit pro alio exiſtente in mortali.

¶ Ad quod dico quod non: propter rationes ſupra poſitas in probatione propoſitionis, pro cuius maiore declaratione, nota ſecundum Adrian. vbi ſupra et Supplementum Gabrielis in. 4. diſt. 45. art. 3. dub. 7. quod licet quis exiſtens in mortali poſsit ſatisfacere vel de iuſtitia vel de congruo pro ſuis peccatis iam quoad culpam dimiſsis ſecũdum Scotum et ſequaces: et quãuis peccator poſſit ſibi per bona opera de genere aut moraliter non tamen meritoria gloriæ mereri de congruo aliqua bona ſpiritualia et corporalia vel temporalia, et liberationem a penis temporalibus huius vite, et mitigationem penarum purgatorij, ſecundum communiter doctores: non tamẽ hoc fit per viam iuſtitie pure aut iuſtitie legis: in quo conueniunt communiter doctores: neque per viam ſatisfactionis proprie ſecundum Tho. quia ſatisfactio proprie ſecundum eum pertinet ad iuſtitiã: ſed per viam gratie ſeu miſericordie. Similiter licet iuſtus poſsit pro alio etiam peccatore mereri omnia predicta quæ peccator poteſt ſibi ipſi mereri: tamen id omne fit per meritum congrui vel decentiæ tantum: non autem per viam iuſtitie, neque per viam ſatisfactionis proprie que pertinet ad iuſtitiam, vt de ijs latius habetur ſupra. q. 5. in in reſponſi. ad. 8. argumentum et vltra ibi dicta alia ratio eſt. Quia vt vnus poſsit de lege quoad vim ſatisfactiuam cõmunicare ſua bona alteri aut pro alio ſatisfacere modo predicto, requiritur vnio per charitatem vt membra inter ſe et ad caput ſcilicet ad Chriſtum et per conſequens requiritur ſtatus gratie vtriuſque aut vtrobique: ratione cuius eſt communio operum ſanctorũ in charitate et fide viua non autem mortua fundata. Ideo nullus poteſt pro alio ſatisfacere aut bona ſpiritualiter quoad predictam vim ſatisfactiuam communicare niſi de congruo tantum et niſi vterque ſit in ſtatu gratiæ aut in charitate. Nũc autem remiſſio penarum que fit per indulgentias pertinet ad ſatisfactionem propriam, que de theſauro Eccleſie per indulgentias applicatur ad ſatisfaciendum, ſic quod coram Deo cenſeatur ſatisfeciſſe per viã iuſtitie is cui conceditur talis indulgentia vt ſupra. q. 5. dictum eſt, ergo ſatisfactiones Chriſti et ſanctorum non poſſunt per viam indulgentie applicari etiam ipſi exiſtenti in mortali: et indulgentie nõ poſſunt vllo modo eis concedi vt dictũ eſt.

¶ Ex quo infero quod opinio quam refert Gabriel in cano. lectio. 56. litera. S. quod ſcilicet pro exiſtentibus in inferno poteſt iuſtus ſatisfacere pro penis peccatorum mortalium et venialium eorum iam quoad culpam dimiſſorum, nullo modo videtur vera neque vllam probabilitatem habere: ex quo nulla eſt communio fidei aut charitatis ad eos, in qua fundatur de lege poteſtas ſatiſfaciendi pro alio: neq; ad hoc eſt vlla Dei lex aut promiſsio: ſed potius in oppoſitum quia nõ ſunt in ſtatu quo ſint capaces vllius redemptionis vt dicetur. Ideo et non ſunt capaces vllius ſuffragij: quia Chaos magnum inter nos et illos. Luc. 16. et ibi iam nulla redemptio: licet Mayro. et quidem male oppoſitum dixerit vt ſupra. q. 8. in. 2. part. propoſ. latius de hoc habetur. et concordat Medina de oratione. q. 25. ibi vide et ſupra. q. 5. Corol.

¶ His ergo ſuppoſitis reſpondeo ad argumentũ in forma negando conſequentiam primam. Et ratio eſt quia licet vnus poſsit ſibi vel alteri mereri illa bona hoc tamen non eſt niſi per viam meriti de congruo tantum: ſatisfactio autẽ que per viã indulgentie fit et applicatur eſt per viam iuſtitie et ſatisfactionis vt dictum eſt: ideo nil cõcluditur cõtra nos. Et ad probationẽ conſequentie reſpondeo dupliciter. Vno modo etiã ſuppoſita opinione Scoti reſpondeo negando conſequentiam. Et ratio eſt. Quia licet pro ſe quis poſsit ſatisfacere

non

non tamen pro alio niſi de congruo, et dummodo vterque ſit in ſtatu gratie vbi ſit cõmunicatio charitatis vt dictum eſt. Et quanuis opus amici et iuſti ſit gratius Deo quam opus inimici: nõ tamẽ quoad omnem effectum et modũ vt patet. Quia ad merendum ſorti vitam eternam non tantum valent merita Beate virginis Mariæ quantum valet diſpoſitio et merita propria ipſius ſortis. Sic quanuis ad merendũ de congruo alteri aliqua bona plus grata et valida ſint coram Deo opera iuſti quam iniuſti: non tamen quoad vim ſatiſfactiuam pro alio peccatore, ex quo non eſt charitas vtrobique vbi fundatur ratio communicationis ſatiſfactionum vt ſupradictum eſt. ¶ Alio modo ſuppoſita opinione B. Tho. Reſpondeo negando illam vltimã conſequentiã poſitam ad probationem prime conſequentię principalis. Et ratio eſt. Quia licet bona opera valeãt per viam meriti de congruo ad impetrandum alteri bona aliqua et remotionem malorum et penarum temporalium ſperando hoc a liberalitate diuina: non autem per viam iuſtitie et ſatiſfactionis proprie, niſi vterq; ſit in gratia vt dictũ eſt: ideo negatur quod per indulgentias poteſt fieri talis applicatio: ex quo via indulgentie eſt via iuſtitie et ſatiſfactionis proprie vt patet ex dictis. ¶ Et ad replicam Reſpon. ſecundum omnem viam doctorum, quod intẽtio Chriſti et ſanctorum fuit quod valerent ſua opera modo predicto his omnibus qui eſſent capaces ſ. per viam meriti de congruo tantum ijs qui permanent in mortali: per viam autem proprie ſatiſfactionis et iuſtitie exiſtẽtibus in gratia. Et quia via indulgentie eſt ſolum via iuſtitie ſatiſfactioniſque, ex quo ſatiſfactoria tantum vt talia ibi applicantur ad ſatiſfactionem tantum efficiendã penarum, non autẽ vt ſunt meritoria vllo modo vt ſupra. q.5. et.8. per totum latius habetur. Ideo negãda eſt illa minor et conſequentia, quod ſcilicet talia ſatiſfactoria opera Chriſti et ſanctorũ que per indulgentias applicantur poſſunt efficaciter valere exiſtentibus in mortali vllo modo: quia nõ eſt communicatio charitatis et per conſequens nec diſpoſitio requiſita in eis, neq; ſunt capaces vt eis per viam proprie ſatiſfactionis et iuſtitie cõmunicentur ſatiſfactoria Chriſti et ſanctorum vt ſupra dictum eſt. ¶ Sed neque ratione indulgentie et ſatiſfactionis vllam vim de congruo meritoriã habent vt illis hoc modo valere poſſint aut cõmunicari, et cum his cõcordat Tho. 3. par. ſum. in additi. q.27. art.1. contra aliquos tenẽtes oppoſitum.

Ad repli.

Reſpõ. ad confirmationem.

¶ Ad confirmationem, reſponſio patet ex dictis. et inſuper dico ſecundum Adria. vbi ſupra, quod in caſu quo quis ſuam ſatiſfactionẽ applicaret alicui exiſtenti in mortali: tunc fructus ſatiſfactionis reuertitur ad facientem ſi eget, iuxta illud Matth. 10. Si ibi non fuerit filius pacis ad vos reuertetur, et Pſalm. 34. Oratio mea in ſinu meo cõuertetur: quia in illis tranſlationibus eſt conditio implicita, ſcilicet ſi illi quibus applicantur ſint capaces et egentes. Si tamen de induſtria quis vellet nil iuris ſibi reſeruare ſed totum transferre in alium incapacem aut non indigentem vtpote in non baptizatum aut in exiſtentem in gloria aut in exiſtentem in mortali et huiuſmodi: tunc fateor quod ex ſtultitia ſua perdet redũdantiam vtilitatis ſatiſfactorie: ſed tunc manet in theſauro Eccleſiæ ſicut et alia ſatiſfactoria eorum qui non indigent, que nulli applicantur.

¶ Similiter opinãtur aliquĩ probabiliter quod dum recenter baptizatus facit multa opera penalia que in nullam transfert, et primum peccatum quod ipſe committit poſt talia opera eſt mortale: tunc ipſe ex illis ſuis operibus iam factis nullam expiationem per viam ſatiſfactiõis habere poteſt. Quia non antequam peccaret, ex quo nullius pene debitor erat: neque poſt, ex quo illa iã nõ ſunt ſua nec ſibi applicata, neque ſibi reſeruare potuit vt infra. q.42. latius habetur de hoc. Eccleſia tamẽ non videtur ius ſuum perdere quod habet in bonis filiorum. Nam per indulgentias ac ſi innocẽs ille perſeueraſſet alijs applicare poteſt: et ipſi poſtea reſurgenti ſicut et alijs poteſt applicare per indulgentias: modo ſint mortificata ipſi facienti modo non, hoc enim parum refert ad rem, licet Adria. vbi ſupra in hoc videatur aliquam vim facere. Nota tamen quod qui eſt in mortali licet nõ lucretur indulgentias: tamen per bonum opus ꝙ facit ad eas lucrãdũ meretur de cõgruo alia bona ſpũalia et temporalia ſecũdũ cõmuniter doctores.

Argum. 2.

Secundo principaliter, et ſpecialiter cõtra ſecũdam conditionẽ ſupradicte propoſitionis arguitur. Nã Eccleſia debet ſe cõformare diuino iudicio. Sed Deus remunerat bonã voluntatẽ quãdo non eſt facultas operis. Ergo quãdo quis ex impotẽtia nõ implet opus piũ pro quo cõceditur indulgentia videtur ꝙ ſufficiat bona voluntas ad eã lucrandũ in toto vel in parte, vt ſic cõformiter ad Dei iudicium remuneretur per Eccleſiam.

Reſpõ. ad 2. argum.

¶ Reſpondeo dupliciter, vno modo negãdo antecedens ſimpliciter. Nã Eccleſia non iudicat de omnino per ſe occultis, qualis eſt voluntas: Deus autem ſic. Ideo in hoc nun tenetur nec poteſt Dei iudicio ſemper ſe conformare. Item licet iudicaret de occultis quãdo de eis cõſtat aliquo modo: non tamen tenetur in opere liberalitatis et gratie ſe conformare diuino iudicio aut legi: poteſt enim Deus eſſe liberalis quando Eccleſia rationabiliter non eſſet liberalis, non enim tenemur niſi legi diuine obliganti nos conformare: item non ſemper eodem modo. ¶ Alio modo reſpondeo, conceſſo antecedente negatur cõſequentia. Quia Deus nõ remunerat bonã voluntatem ſemp quo ad premia accidentalia, vt patet de aureolis ſecundũ cõmuniter doctores: ſed quoad premiũ eſſentiale. Et ſic Eccleſia nõ remunerat ſolã bonã volũtatẽ quoad hoc accidẽtale premiũ Indulgentiarũ. Itẽ dico ꝙ ſicut Deꝰ premiat ſolũ faciẽtẽ ꝙ et quomõ ipſe vult et exigit: ſic Eccleſia remunerat ꝑ indulgentias in ijs tantũ qui faciũt quod et quomodo ipſa imponit faciendum et non aliu modo.

Quæſt.24.

QVÆSTIO.XXIIII.

Pro quo tempore teneatur eſſe in gratia is qui vult lucrari indulgentiam: an ſcillicet pro tempore quo facit opus pium pro ea lucrãda, an pro tempore quo quis debet eam lucrari.

Propoſ. ¶ Reſpondeo per vnicam propoſitionem quod ſcilicet pro tempore quo ſecundum tenorem conceſsionis debet lucrari indulgentiam: tunc et non ante tenetur eſſe in gratia ad eam ſibi lucrãdum: niſi aliud explicetur in tenore conceſsionis indulgentie. Declaratur ſimul et probatur. ¶ Pro quo nota quod quatenus pertinet ad rem, quãuis tria ſint tempora ſcilicet conceſsionis indulgentie, et operis faciendi pro ea lucranda, et vſus ſeu lucrationis ipſius indulgentie, vt patet quod hec ſunt tria tempora diſtincta quando Papa concedit dãti talem eleemoſynam vt ſemel in vita et ſemel in morte poſsit plenarie abſolui &c. Tunc enim hodie fit conceſsio, et cras opus eleemoſyne, et vſus ſeu lucratio indulgentie fit forte hinc ad annum. Quanuis ergo iſta tria tempora ſint diſtincta: tamen ſepe concurrunt omnia aut duo ſimul nunc hoc nunc illo modo. Ideo non curando nunc de tempore conceſsionis indulgentie quia nil refert ad propoſitum, dicamus quod dupliciter poteſt aut ſolet concedi indulgẽtia. Vno modo ita quod tempus operis faciendi pro lucranda indulgentia et tempus ipſius fructus ſeu lucrationis indulgentie concurrant ſimul ſeu ſint vnum et idem. Excẽpli gratia. vt quando Papa concedit indulgentiã viſitanti talem Eccleſiam quando eam viſitat, aut preſentibus ſuæ miſſe aut eius abſolutioni tali tẽpore quando eam facit, aut confitentibus quando abſoluuntur &c. Et de hoc modo conceſsionis communiter dicunt doctores in quo nullus fere diſſentit quod requiritur quod ſit in gratia tunc quando id agit pro quo conceditur talis indulgentia. Nam non eſt in poteſtate euiuſquam volentis eam lucrari vt trãſferat ſeu differat vſum fructum ſeu lucrationem eius in poſterum. Et ratio horum eſt quia ſic ſonat tenor eiuſdem.

¶ Alio modo ſolet concedi indulgẽtia. Sic quod aliud ſit tempus operis et aliud ſit tempus lucrationis indulgentie aut fructus eius. Vt quando datur indulgentia ſemel in vita et ſemel in mortis articulo ſuſcipienti crucem aut danti duos argenteos, aut recitãtibus tot Pſalmos vel Aue Ma. aut porrigẽtibus manus adiutrices, quod poſſent poſtea plenarie abſolui et concedi indulgentia plenaria eis per confeſſorem: vbi patet aliud eſſe tempus operis aliud lucrationis indulgentie aut fructus eius. Et de hoc eſt duplex opinio: quarum cõmunior et verior et magis pia vt mihi videtur eſt quod non eſt neceſſe quod homo lucraturus talẽ indulgentiam ſit in gratia pro illo tempore operis, ſed pro tempore lucrationis indulgentie aut fructus eius ſecundum tenorem conceſsionis vt dicit propoſitio ſupra poſita et ſic tenet Floren. 1. par. ſum. tit. 10. ca. 3 § .5. et Palud. in. 4. diſt. 20. q. 4. art. 3 conclu. 1. et expreſſius Silueſter. titu. indulgen q. 10. et. q. 7. et gloſ. in extrauagan. Antiquorum. de pe. et re. et Felin. ſerm. de indulg. col. 7 et ſum. Tab. ti. indulg. q. 4. et allegatur ad id B. Thom. quodlibeto. 2. art. fin. vbi tamen hoc non dicit et expreſſe concordat Soto in. 4. diſt. 21. q. 2 art. 3. fo. 985. B. ¶ Quod probatur quincupliciter.

Primo, quia Papa poteſt predicto modo concedere: et vult ſic concedere, niſi quando oppoſitum explicat ſpecialiter in tali modo conceſsionis. Ergo tenet modo predicto indulgẽtia. Probatur antecedens quod Papa poteſt quia adſunt omnia requiſita ſcilicet auctoritas in dante, pietas in cauſa, et diſpoſitio gratie in ſubiecto pro quando debet ſuſcipere fructum indulgentie. Quod autem ad opus eſſe pium non requiratur ſtatus gratie aut quod ſit meritorium infra. q. 25. habetur latios. Ergo poteſt. Et quod ſic Papa velit niſi oppoſitum explicet in dictis tenoribus indulgentiarum patet. Quia ſtandum eſt tenori indulgentie ſic ſonãti eſſe intentionem Pape non diſcordantem a ſuis verbis: precipue quia beneficium principis eſt late et fauorabiliter etiam contra eum interpretandum quantum patitur proprietas verborum quãdo non eſt in preiudicium tertij, niſi de eius voluntate alias oppoſitum conſtet, vt ſupra. q. 9. in probatione quarte propoſ. habetur. 1.Ratio.

¶ Secunda ratio. Quia ſic eſt in practica Eccleſiæ in multis iubileis qui nunc cõceduntur et predicantur eſſe de mente Pape quod ieiunetur tribus diebus et oretur et detur eleemoſyna, et interim examinentur cõſcientiæ et poſt fiat confeſsio et receptio euchariſtie, et ibi conſequantur indulgentiam plenariam. Certe in tali Iubileo nõ oportet eſſe gratiam quando ieiunatur et oratur et datur eleemoſyna, ex quo poſtea ſequitur examinatio conſcientie et confeſsio per quæ homo reponatur in ſtatu gratie ad digne communicandum et lucrandum indulgentiam. Et ſimile iudiciũ de ſimilibus formis habendum eſt. 2.Ratio.

¶ Tertia ratio, quia precepta et indicta Eccleſiæ non obligant ad intentionem precipientis, vt ſcilicet fiant meritorie ſeu in ſtatu gratie quantum eſt ex vi ſtatuti Eccleſiæ, puta ieiunare in quadrageſima et ſoluere decimas et ſeruare feſta et huiuſmodi: immo neque precepta diuina puta de honorando parentes, de reſtituendo et huiuſmodi. Ergo nõ eſt ſine cauſa ſufficiente preſumendum quod velit nos amplius vrgere imponendo opera pia pro lucrandis indulgentijs. Alioqui durum videretur dicere quod toto tempore anni quo quis peregrinatur aut ieiunat magno tempore pro lucrãda aliqua indulgentia in vita vt in morte teneatur eſſe in gratia ad illam lucrandum. 3.Ratio.

¶ Quarta ratio, quia ſicut ſecundum formã Bulle etiam exiſtens in mortali poteſt facere pro alio quod iniungitur, puta dare eleemoſynam ad lucrandum illam indulgentiam alteri exiſtenti in 4.Ratio.

gratia,

modo ſit in hac vita modo in purgatorio, vt de hoc infra.q. 26. Ergo ſimiliter poteſt in mortali facere opus de genere pium ad lucrandum ſibi indulgentiam poſt in ſtatu gratie,dum forma cōceſſionis id patitur vel ſupponitur in hoc ſecundo predicto modo quo concedi ſolent indulgent.

Ratio.5. ¶ Quinta ratio. Quia alias ſequeretur quod bulla cōcedens danti duo regalia vt propter hoc eius confeſſor poſtea in vita vel in morte illi concedat indulgentiam,non ipſi prodeſſet quoad hoc ſi in mortali ille duo regalia dedit. Et quod hoc ſequatur ex oppoſita opinione cōſtat. Quia licet indulgentia vel remiſſio penarum nō in bulle acceptione vel regalium illorum datione acquiratur ſed in abſolutione vel concesſione ſacerdotali poſtea facienda,tamen opus pium.i.datio duorum regalium pro quo illa indulgentia conceſſa eſt factum in mortali peccato non valet:neque prodeſt ad lucrandum illam indulg:ſecundum illam oppoſitam opinionem. Concedere autē hoc conſequens duriſsimum certe videtur et contra practicam cōmunem Eccleſie que huiuſmodi bullas dantibus duo regalia ad bellum cōtra infideles et ad Eccleſias conſtruendas ſepe cōcedit. ¶ Ideo predicta.1. opin. vera videtur atque tenenda quādo vt dictū eſt forma conceſsionis id patitur,vel niſi in conceſsione indulgentie oppoſitum explicetur. Nam ſecus eſſet ſi tenor conceſsionis aut bulle ſignificaret quod ipſum opus pium fiat in ſtatu gratie,vel quod tunc acquiratur indulgētia:tunc enim oportet quod fiat in gratia,in quo dubium nō eſt. Exēpli gratia. Si bulla concedit indulgentiam dantibus duo regalia ad bellum contra infideles, vel ſe aſcribentibus confraternitati corporis Chriſti,vel orantibus quinque Pater noſter coram ſanctiſsimo ſacramento et huiuſmodi: tunc non lucratur hanc indulgentiā ſi quando quis dat illa regalia vel ſe aſcribit et orat ſit in mortali:bene tamen lucraretur poſtea alias indulgentias in eadem bulla conceſſas pro alio opere,puta pro viſitatione Eccleſiæ vel oratione pro pace ſi quando viſitat et orat ſit in ſtatu gratiæ.

¶ Nota quod quando opus pium pro quo conceditur indulgentia debet fieri in gratia vt tunc ipſa indulgentia acquiratur vt dictum eſt, ſufficit quod illud tantum fiat in gratia quod pro cauſa proxima et principali aſsignatur ad lucrandū eā indulgentiam:et nō oportet quod etiam id quod pro cauſa remota aut minus principali illius indulgentie aſsignatur fiat in gratia. Vt in hoc bene ais Nauarro in repetitione de indulgentijs. nota. 19.§.16.et.§.19. exempli gratia. Si quis oraret et ieiunaret pro pace aut pro victoria regis,ſi id in gratia faceret vtique lucraretur indulgentiam cōceſſam orantibus et ieiunantibus pro pace et pro victoria quanuis ipſa pax atque victoria mortaliter fieret:quia hec cauſa remota indulgentie eſt. Similiter licet peregrinantes Romam vel in initio vel in progreſſu vie ſepe mortaliter peccarēt, ſi tamen Romam peruenientes in ſtatu gratie cōfeſſi Eccleſias preſcriptas viſitarent, certe lucrarētur indulgentiam propter id conceſſam: quia iſta viſitatio eſt principalia et proxima cauſa pia illius indulgentie.

¶ Nota etiam ſecundum Nauarro vbi ſupra ꝙ quando opus pium debet fieri in gratia ad lucrādum indulgentiam vt dictum eſt: ſi totum illud opus fiat in mortale non prodeſt ad illam acquirendum,prodeſſet autem ſi aliqua pars eius fieret in gratia ſaltem ad lucrandum partem illi indulgentie reſpondentem. Puta ſi decies ieiunat vel viſitat Eccleſiam in ſtatu gratie cōfeſſus &c. et decies in mortali peccato, hic lucratur mediā partem indulgentie conceſſe viſitantibus Eccleſiam vel ieiunantibus viginti diebus:quāuis ſi nō ieiunaſſet vel non viſitaſſet ingreſſus ſed quindecim tantum diebus etiam in ſtatu gratie, nihil illius indulgentie lucrarētur. Quia ea eſſe videtur intentio concedētis vt ſupra queſtione. 23. dictū eſt. Et ſimiliter dicatur de opere pio cuius vna pars eſt vno tempore māla et alia alio tempore continuata eſt moraliter bona. Quia tota puta viſitatio vel peregrinatio vel ieiunatio reputatur bona ad lucrandum indulgentiam vel eius partē illi reſpondentem vt dictum eſt.

¶ Secunda opinio tenet abſolute quod requiritur quod opus pium quod ſit ad lucrandum indulgentiam fiat in ſtatu gratie ſemper eo modo ſupra declarato. Quam opinionem tenet Nauarro vbi ſupra et Caiet.in quodlib.de indulgentijs. ca.9.et.q.2.de eodem,propter rationes ſequentes que ſunt tria argumenta contra opinionē precedentem. Opinio.2.

¶ Primo quia Papa non intendit quod tale opus pium ad lucrādum indulgentiā ſi fiat in mortali ſufficiat quando aliud eſt tempus operis et aliud lucrationis indulgētie. Ergo requiritur ꝙ fiat in gratia. Patet conſequentia.et antecedēs probatur. Quia tenor conceſsionis hoc innuit vbi dicitur, Secundum antiquā et conſuetā formā indulgentiarū concedimus &c.antiqua autē forma (que etiā ſi nō exprimatur in clauſula gn̄rali debet intelligi) dicit ſic. Omnibus vere penitētibus et cōfeſsis qui viſitauerint talē Eccleſiā vel peregrinationē fecerint Romam &c.vel qui ſumpſerint crucem vel manus porrexerint adiutrices,vel ieiunauerint tot dies &c. vnde patet quod cum ordinate vtrunque exprimitur, ita quod primo loco exprimitur ſtatus gratie per veram penitentiam et confeſsionem, et ſecundo exprimitur opus nō qualitercunque ſed vt ipſa gratia afficiat operantem tempore operis,ergo manifeſte patet ex forma Eccleſiæ conſueta haberi quod penitentia ſeu gratia debet cōcomitari neceſſario ipſum opus pium pro quo conceditur talis indulgentia. Argum.1.

SEcundo arguitur ad idē. Quia cauſa indulgentie debet eſſe pia et opus pium, vt patet ex ſupradictis queſtione. 21. Sed opus factum in mortali non eſt pium,neq; ibi eſt vera pietas, ex quo non eſt Deo honorificum ſine charitate et gratia. Ergo non ſufficit ad indulgentiam. Argum.2.

Tertio

Argum. 3. TErtio arguitur ad idem. Quia theſaurus vitalis non niſi pro cauſa et opere vitali ſeu viuo diſpenſatur et communicatur. Opus autem extra gratiam factum nõ eſt viuum ſed mortuũ: et indulgentia eſt theſaurus vitalis. Ergo pro opere extra gratiam facto non diſpenſatur. Conſequẽtia patet. Et maior probatur dupliciter. Primo. Quia cauſa indulgentie ex quo eſt cauſa et radix communicationis et diſpenſationis theſauri requiritur quod ſit viua per vitam gratie et charitatis, que eſt cauſa communicationis ſanctorum vt ſupra. q. 23. dictum eſt. Item ſecundo. Quia ſicut theſaurus ciuilis non niſi pro cauſa ciuili diſpenſatur ſeu communicatur: ita et theſaurus vitalis non niſi pro cauſa vitali aut viua. Sicque patet maior. Minor autem probatur. Quia indulgentia ad vitam eternam introducit tollendo impedimenta penarum et ex cauſa viua procedit ſcilicet ex meritis Chriſti et ſanctorum, et a cauſa principali cõcedente indulgentiam ſcilicet a Chriſto, et eius auctoritate collata. Ergo eſt theſaurus vitalis.

Reſpõ. ad 1. argum. ¶ Reſpõdeo propter has rationes. Caiet. et Nauarro. vbi ſupra tenẽt oppoſitum ad ſupra dicta. Sed certe iſte rationes et argumenta non concludunt. Ideo ad ea reſpondeo ad primum argumentum negando quod Papa et Eccleſia intendat ꝙ requiratur gratia tempore operis: et ad probationem de tenore in forma conſueta &c. dico quod nihil probat propter duo. Tum primo quia non eſt ſtandum ordini illorum verborum. Nõ enim ponitur ille ordo vt ſignificet ordinem operũ piorum agendorum, ſed ad meliorem congruitatem modi loquendi, quia ſcilicet ſic melius explicatur quod intenditur et imponitur. Quia ſi illi ordini eſſet neceſſario ſtandum ſequerẽtur hec abſurda; ſcilicet quod prius requiretur penitentia et cõfeſſio quã cõceſsio indulgẽtie, ex quo in dicta forma poſt penitentiam et confeſsionem dicitur Concedimus tot annos indulgẽtie. Sed quia diceret Caieta. quod conceſsit Papa ex tunc pro tẽpore confeſsionis &c. ideo omiſſo hoc ſequeretur aliud abſurdum. Quod ſcilicet ſecundum Caiet. ſicut prerequiritur penitentia ita etiam confeſsio ante vel ſimul cum ipſo opere ieiunij aut eleemoſyne, ex quo vtrumque ſcilicet vere penitentes et confeſsi ponitur ſimul in illa forma: quod tamen conſtat falſum. Nam ſepe vt patet experientia in noſtris temporibus in talibus iubileis dicitur quod prius ieiunent tot dies et faciant eleemoſynam et poſt examinati confiteantur in triduo, et ſic communicantes lucrentur indulgentiam. Ergo non erat neceſſarium quod eleemoſyna fierit ſemper in gratia ¶ Tum ſecundo dico quod dato ſed non conceſſo quod adhuc illa forma verborum ſic deberet ordinate intelligi et fieri: tamen quando nõ exprimitur illa forma verborum olim cõſueta, iam non valeret ſua ratio neque probaretur quod Papa ſic intendat ſed vt verba ſonant ſecundum cõſuetudinem vigentem et practicam ſui temporis. Nam et forma indulgentiarum per tempora variatur; et que fuit olim conſueta nõ eſt modo. Cõſuetudo autem et practica vigens eſt optima interpres legum et conceſsionum humanorum. ca. cũ dilectus. de conſuetudine. Et ſecundum communiter doctores et refert Palud. in. 4. diſt. 20. q. 4. q. 4. art. 3. et ſupra. q. 9. in. 4. propoſ. et reſpon. ad argum. contra eam late habetur.

Reſpõ. ad 2. argum. ¶ Ad ſecundum argumentum reſpondeo negãdo minorem. Nam ſicut colere Deum exterius die feſto et vouere religionẽm et alia eiuſmodi in mortali facta, ſunt de genere ſuo opera pia et latrie ad honorem Dei, licet non perfecte ex quo non ſunt meritoria: ita et opera eleemoſyne ieiuniorum et orationis et huiuſmodi pro quibus cõceditur indulgentia ſunt de genere ſuo pia et ad vtilitatem Eccleſiæ, licet non fiant in charitate. Alioqui pro eis non poſſet Eccleſia concedere indulgentias: quod tamen ſupra probatum eſt ſcilicet poſſe, et id non negat Caieta.

Reſpõ. ad 3. argum. ¶ Ad tertium argumentum reſpõdeo diſtinguẽdo maiorem. Nam ſi intelligatur de theſauro propriẽ vitali qui ſcilicet dat vitam gratiæ et glorie ſeu qui eſt ipſa gratia et gloria: tunc conceditur maior, quod ſcilicet ad eum participandum requiritur cauſa vitalis id eſt meritum aut diſpoſitio vltima ſufficiens, qualis eſt contritio et huiuſmodi requiſita ad gratiam. Sed tũc minor eſt falſa: nam theſaurus indulgentiarum vt talis non confert vitam gratiæ aut gloriæ aut aliquem gradum eius, ſed remotionem impedimẽti penarum ad gloriã iam debitam vt ſupra. q. 5. et. 8. habetur. Si autem illa maior intelligatur de theſauro vitali qualitercunq; per ſe et per accidens diſponente aut remouente prohibens ad vitam gratiæ ſeu gloriæ: tũc eſt falſa. Non enim requiritur opus vitale id eſt in gratia factum ad habendum theſaurum hunc ſcilicet characterem ſacramentalem Batiſmalem aut ſacerdotalem per quẽ homo diſponatur poſt ad gratiam et gloriam licet remote: neq; quod ſatisfactio fiat in gratia ad ſatisfaciendum pro ſuis culpis iã dimiſsis, valet enim talis ſatisfactio etiã corã Deo poſtea adueniẽte ſtatu grãe, vt hoc etiã cõfitetur ipſe Caiet. in quodlibeto in. q. de ſatisfactione. Valet etiam tale opus bonum ſatisfactorium ſaltem vt meritorium de congruo ad gratiam et releuationem penarum etiam ſi fiat in mortali, vt ſupra. q. 23. in reſponſione ad primum argumentum habetur. Et ad primam probationẽ maioris in hoc ſenſu aſſumpte reſpondeo ꝙ æquiuocatur de cauſa indulgentiæ multipliciter, nã cauſa indulgentiæ quaſi effectiua eſt theſaurus Eccleſiæ. Cauſa autem indulgentiæ id eſt conceſsionis ſeu actiue communicationis indulgentie eſt opus pium pro quo cõceditur indulgentia. Cauſa autẽ indulgentiæ. i. communicatio ipſa ſiue ſeu participationis aut receptionis fructus indulgentie eſt gratia ſeu charitas cum indigentia ſuſcipientis vt patet ex ſupradictis. q. 20. in reſponſione ad primum argumentum et queſt. 23. in reſponſione ad primum argumentum. ¶ Sicque nihil aliud cõ-

cluditur

.Sicque nihil aliud concluditur niſi quod requiritur quod ſuſcipient indulgentiam ſit in charitate quando eius fructum debet ſuſcipere ſibi communicatum. Quia charitas ſeu gratia eſt id ratione cuius poteſt fieri capax vt poſſint ſibi valere ſatiſfactiones Chriſti et ſanctorum ſibi applicate per indulgentias, vt nos ſupra diximus. Et ad hunc ſenſum conceditur illa tota probatio ſi loquatur de cauſa indulgentie .i. cõmunicationis paſſiue ſeu receptionis fructus indulgentie: quia requiritur vita gratiæ in ſuſcipiente fructum. Si autem loquatur de cauſa indulgentie. i. conceſsionis indulgentie: tunc negatur conſequẽtia illa quod ergo ad opus pium quod eſt cauſa conceſsionis aut communicationis actiue indulgentie requiratur quod fiat in gratia, nam ad actiue communicandum ſufficit auctoritas et cauſa rationabilis quod eſt opus piũ ex genere vt dictũ eſt. Si vero in antecedente ſumatur cauſa indulgentie vno modo et in conſequente alio modo iam nil valet conſequentia ratione æquiuocationis. ¶ Ad ſecundam probationem maioris ſupradictæ ſcilicet ſicut theſaurus ciuilis &c. Reſpondeo vno modo vt ſupra ad argumentum reſponſum eſt diſtinguendo de theſauro vitali. Alio modo reſpondeo negando ſimpliciter conſequentiam. Quia non eſt ſimile. Nam expenſio theſauri ciuilis nõ eſt honorifica regi aut vtilis reipublice niſi pro cauſa ciuili diſpenſetur, hoc enim importat ly cauſa ciuilis. Diſpenſatio autem theſauri indulgentiarũ ſemper eſt Deo honorifica aut vtilis Eccleſiæ dum pro opere pio etiã facto a peccatore in peccato mortali fit, vt ſupra et .q.21. et infra .q.25. habetur. Ideo formalius et melius argueretur dicendo quod ſicut theſaurus ciuilis nõ niſi pro cauſa ciuili: ita theſaurus Eccleſiaſticus ſpiritualis indulgentiarũ nõ niſi pro cauſa Eccleſiaſtica .ſ. vergente ad Dei honorẽ ſeu vtilitatem Eccleſiæ poteſt diſpenſari. Sed tunc non poſſet probari minor, ꝙ ſcilicet opus pium niſi fiat in gratia non eſt cauſa Eccleſiaſtica ſcilicet ad vtilitatem Eccleſiæ aliquo modo, ſed potius probaretur oppoſitũ, vt ſupra. Et ea ratio potius pro nobis eſſet.

Quæſt. 25.

QVÆST. XXV.

Vtrũ requiratur ꝙ tale opus pium pro quo conceditur indulgẽtia fiat in gratia, aut quod ſit meritorium aut moraliter bonum: an ſufficiat aliquando ꝙ ſit actus bonus ex genere licet moraliter malus. Et quo fine vel intentione fieri debeat.

Notabile. ¶ Reſpondeo per vnũ notabile et tres propoſitiones. ¶ Notabile eſt quod loquẽdo de bonitate aut malitia morali nõ autẽ entitatiua, actus dicitur bonus ex obiecto ſeu ex genere aut ſimpliciter qñ cadit ſupra materiã approbatã aliquo iure diuino naturali vel humano precipiente aut cõſulente, vt eſt orare dare eleemoſynam &c. et econtra actus de genere malus aut ſimpliciter dicitur quãdo cadit ſupra materiã reprobatã vel prohibitam aliquo iure de predictis, vt capere ſeu detinere rẽ alienam inuito domino quod eſt furari, accedere ad nõ ſuã quod eſt fornicari &c. indifferens autẽ actus dicitur quãdo cadit ſupra materiã nõ approbatã neq; reprobatam aliquo iure, vt comedere ambulare &c. ¶ Item nota ꝙ actus malus ex circunſtantia dicitur quãdo nõ cadit ſupra materiã vllo iure reprobatam ſed ei accidit circũſtantia ipſum actum vitians, vt orare vbi, quando, quomodo, quantũ non oportet, aut propter finẽ indebitum vitiantẽ, puta propter vanã gloriã &c. malũ autẽ vtroque modo ſcilicet ex genere et circunſtãtia dicitur quod vtriuſq; illorum rationem habet, ſcilicet materiã aliquo iure reprobatam ſimul et circunſtantiam vitiantẽ, vt furari propter fornicari aut econtra. ¶ Similiter triplex eſt actus bonus ſcilicet ex genere tantũ, ex circũſtantia tantum, ex genere et circunſtantia ſimul. Et iſte actus bonus ex circunſtantia et genere ſimul dicitur ſimpliciter et perfecte moraliter bonus et virtuoſus. Quia eſt actus liber et deliberatus conformis recte rationi dictanti de omnibus requiſitis ad perfectam bonitatẽ moralẽ. Quando vero actus caret aliqua circunſtantia requiſita pro tunc aut habet aliquã viciantẽ dicitur malus moraliter ſimpliciter et vicioſus, ex quo eſt difformis recte rationi, ad quam requiritur plenitudo omniũ requiſitorũ: et malũ dicitur ex defectu cuiuſcunq; pro tunc requiſiti, quia licet ſit actus bonus ex genere tantũ, eſt tamẽ ſimpliciter malus moraliter vt dictum eſt. ¶ Item nota ex Angeſt. in moralibus ca.8. quod circunſtãtia adiacens vel aſsiſtens tantũ actui ipſum nõ afficiens, non viciat actum tanquã ei impertinẽt, vt ſi quis ieiunet cum vanagloria: ſi autem afficeret actũ vitiaret illum, vt ſi ieiunaret propter laudem humanã principaliter, vel ſi prelatus fornicaretur, vel habens votum caſtitatis duceret vxorẽ. Similiter circunſtãtia mouens ſi afficit actũ viciat illum, vt qui altitudine dignitatis facit quod non conuenit ei, abutens dono: ſi autẽ non afficiat nõ vitiat, vt qui ex vanagloria mouetur ad ieiunãdũ: tale ieiuniũ eſt bonũ ſi nõ habeat vanam gloriam pro obiecto aut fine. Circunſtãtia autẽ mala informant actum ſemper vitiat illum: et hoc eſt quãdo habetur pro fine ſeu pro obiecto ipſius actus, puta ſi volo ieiunare propter vanam gloriã: talis volitio tendens in vtrunque ſcilicet in ieiunium et in vanam gloriam eſt vitioſa. ¶ Quomodo autem actus malus ex genere poteſt bonificari per circunſtantias, et eſſe aut fieri ſimpliciter moraliter bonus, vt occidere hominem auctoritate publica et zelo iuſtitie aut auctoritate Dei: vel dolere de bono proximi ex zelo iuſtitie, vel cognoſcere non ſuam inuincibiliter eſtimatam eſſe

ſuam,vt Iacob cognouit Lyam,vt Gerſon.in regulis moralibus dicit et Angeſt.vbi ſupra et alibi docto.non eſt pro nunc de hoc agendum. Qui voluerit videat ſupra lib.2.de ignorantia quæſt.23. ibi latius.¶ Actus autem meritorius eſt actus moraliter bonus propter Deum ſume obedientialiter dilectũ factus, modo fiat ex charitate ſeu gratia inclinante aut comproducente actum, modo in gratia aſsiſtente,vt tenet Angeſt.in moralibus. ca.8.agens de circunſtantia finis. Secũdum Bonauent.in ſecundo diſtinct.41. articulo primo quæſtione.3. § .35.et Caietan.1.2.quæſtione.109.articulo ſecundo et.8.et alij docto.de quo nunc nõ diſputamus.

Propoſi.1 ¶ Hoc ergo ſuppoſito ſit prima propoſitio. Nõ eſt neceſſe quod opus pium quod fit ad lucrandũ indulgentiã ſit meritoriũ, niſi id ſpecialiter ex tenore indulgẽtie requiratur.Probatur. Quia nõ requiritur quod fiat in gratia,vt ſupra.q.21. habetur,niſi quãdo eſt ſimul tempus operis et fructus indulgentie. Ergo multo minus requiritur quod ſit meritorium.Patet conſequentia , quia ad eſſe meritoriũ plus requiritur quã fieri in gratia.Ergo etiã quãdo eſt ſimul tẽpus operis et fructus indulgentie nõ requiritur quod tale opus piũ ſit meritoriũ:ſed ſufficit quod tunc fiat in gratia : niſi ex tenore indulgentiæ aut alio iure requiratur ꝙ fiat meritorie,puta quando conceditur indulgẽtia celebranti aut communicanti tali die: tunc enim ratione cõmunicationis qne nõ poteſt fieri digne et fructuoſe quoad remiſsionẽ culpe niſi etiã merito ric fiat regulariter:ideo ad fructũ indulgẽtie tunc percipiendũ in tali actu requiritur quod fiat meritorie.Et ſic patet prima propoſitio.

Propoſi.2. ¶ Propoſitio ſecũda. Probabiliter valde dici poteſt quod ad lucrandum indulgentiam non eſt neceſſe quod opus pium iniunctum ſit perfecte et ſimpliciter ex genere et circũſtantijs moraliter bonum. Probatur. Quia non videtur Eccleſia nos arctius obligare ad actum meliorem pro lucranda indulgentia,quam ad impletionem precepti. Sed ad impletionem precepti non nos obligat ꝙ faciamus actum plene moraliter bonum,ergo nec ad lucrandam indulgentiam. Conſequentia patet : et maior probatur. Quia non videtur ratio quare Eccleſia arctius nos velit obligare ad id, cũ ad finem intentum in opere pio pro lucranda indulgentia non plus requiratur ad eſſe pium quã ad eiſe impletiuũ precepti vel detur ratio de hoc. Minor autem probatur ſuppoſita opinione communi quod per opus bonum ex genere licet ſit moraliter malum et culpabile ex circunſtantia poſſumus implere regulariter preceptum Eccleſie et Dei,vt patet. Quia qui honorat parentes aut ieiunatur orat dat eleemoſynam et reſtituit ex vanagloria aut ex cupiditate culpabili aut alio malo fine,certe implet predicta precepta,licet culpabiliter agat contra alia precepta,in eodem actu qui eſt moraliter malus eo quod habet circunſtantiam vitiantem vt manifeſtiſsime patet ex ſupradictis,vt refert Gerſon. in regulis moralibus. et Angeſt.in moral.capit.6.in primo textu. in reſponſ.ad.15.argumentum. Solum enim opus moraliter bonum ex genere precipitur et requiritur in predictis et ſimilibus preceptis.Igitur ſimiliter in propoſito dico quod non requiritur regulariter quod tale opus pium ſit moraliter bonũ perfecte, ſed ſufficit quod ſit actus ex genere bonus et pius et ad honorem Dei et vtilitatem Eccleſiæ ex ſe ſeu ex relatione qualis ex tenore bulle imponitur,licet ſit moraliter malus et culpabilis ex circunſtantia mala , puta quia per vanam gloriam aut alias vitiatur mortaliter aut venialiter talis eleemoſyna vel ieiunium.Et hoc eſt verum etiam ſi requiratur quod talis actus fiat in gratia : quia poteſt eſſe moraliter malus ex circunſtantia venialiter tantum vitiante cum quo ſtat gratia:et poteſt acquiri fructus indulgentie iũe quoad penas peccatorum iam quoad culpas remiſſorum. Secus ſi ex tenore indulgentie vel alias requiratur quod ſit actus meritorius,vt celebrando aut communicando:tunc enim requiritur etiam quod ſit moraliter bonus:non enim ſtat eſſe actum meritoriũ quin ſit moraliter bonus,vt ſupponitur ſecundũ veram et catholicam doctrinam.

¶ Si arguatur quod actus pius pro quo conceditur indulgentia eſt meritum de congruo ad ſtipendium ſpirituale indulgentiarum. Ergo requiritur quod ſit ſaltem moraliter bonus. Nam moraliter malus non videtur habere rationem vllã meriti ſed potius demeriti etiam de congruo. Obiectio.

¶ Reſpondeo,vno modo poteſt negari antecedens:ſed ille actus eſt conditio iniuncta que poterat nõ iniungi aut imponi exiſtẽte alias cauſa pia vt ſupra.q.22.habetur. Alio modo conceſſo antecedente negatur conſequentia. Nam actus moraliter mali non quatenus ſunt mali ſed quatenus habent rationem bonitatis ex genere habent rationem meriti de congruo ad aliqua bona temporalia et ſpiritualia,vt dicit Aug.li.5. de ciuitate Dei. ca.12.15.quod Romani meruerunt a Deo imperiũ mũdi pro iuſtitia et alijs actibus ſuis ſtrenuis et bonis ex genere, quos tamẽ dicit egiſſe ex vanagloria et eſſe moraliter malos actus. Similiter actus bonus ex genere eſt pius.i.ad honorẽ aliquẽ Dei et vtilitatẽ Eccleſiæ quatenus habet predictã bonitatẽ,non quatenus eſſet moraliter malus aut culpabilis,et eſt meritorius de congruo et pius ex genere ſuo,vt hoc etiam dicit Gerſon. in regul. mora.et communiter doct. et talem bonitatem et pietatem eleemoſyne aut ieiunij genericam requirit Eccleſia ad lucrãdũ indulgẽtias.Et ſic patet ſecũda ꝓpoſitio,ꝓbabiliter poſita ſecũdũ cõiter do. Reſpõ.

¶ Si autẽ teneatur alia opi. Adr.in materia de indul.et de reſti.vbi agit de bñficijs Eccleſiaſticis et in materia de penitẽtia et tandem in materia de confeſsione dub.4.quod ſcilicet coram Deo non impletur preceptum aliquod neque ſatiſfactio valet neq; opus piũ pro quo cõceditur indulgẽtia niſi ſit act⁹ moraliter bon⁹:ꝙq;talis actus precipitur et impo-

et imponitur et non ſolũ actus de genere bonus: tunc iã patet ꝙ aliter eſſet dicendũ. Cum quo cõcordat Caiet.vbi ſupra.q.21.allegatus et Nauarro tract.de indulg.nota.19.vbi etiam ait cũ Adri. quod adeo requiritur opus moraliter bonũ quod ſi eſſet culpabile quanuis venialiter per illũ nõ lucraretur quis indulgentiam.Et hanc ſuã opi. limitat Nauarro ibidem,vt ſupra.q.25.illam opi. de ſtatu gratiæ limitauit.Sed vt dixi propoſitio ſupra poſita videtur probabilior et ſecundum communiter doctores vt probatum eſt.Tu autem elige vt placet.

¶ Tertia propoſitio.Actus pius pro quo conceditur indulgentiã requiritur et ſufficit ad eam lucrandam quod ſit ex genere ſuo bonus:et ꝙ principaliter ex intentione actuali ſeu virtuali fiat ad lucrandũ talẽ indulgentiã ſecundũ formã conceſſionis talis indulgentie. ¶Probatur primo quod requiratur quod ſit bonus ex genere ſuo; quia deficiente bonitate generica nõ habet vnde habeat bonitatẽ.Quia regulariter loquẽdo preſupponitur ad bonitatẽ moralem,et requiritur aliqua bonitas,ſicut et ad eſſe piũ.i.Deo honorificũ et vtile Eccleſie requiritur aliqua bonitas:et cum nõ requiratur perfecte moralis ex circũſtantijs vt patet ex propo.2.neq; poſsit eſſe moralis alia niſi generica.Ergo generica requiritur et ſufficit regulariter.Dico regulariter: quia actus malus ex genere poteſt aliquando per ignorantiã inuincibilẽ eſſe moraliter bonus,vt cognoſcere nõ ſuam eſtimatam inuincibiliter eſſe ſuã:et de aliena re inuincibiliter eſtimata ſua dare eleemoſynã Pauperi &c. et talis actus etiam credo quod ſufficiat ad lucrandum indulgentiam:quia quoad obiectum formale ſeu intentionale cenſetur bonus ex genere ſeu ex obiecto,licet quoad materiale aliter ſit, vt latius de hoc habetur ſuperius lib.2. de ignorantia queſtione.23.

¶ Secundo requiritur ꝙ principaliter fiat ex intentione actuali ſeu virtuali ad lucrandum indulgentiam &c.Quia ſi non hac intentione ſed alio fine principaliter fiat,puta ſi principaliter quis viſitat Eccleſiam aut adit ſanctum Iacobum,Hieruſalem,aut in expeditionem terræ ſancte, aut dat Eleemoſynã,aut ieiunat,ex cauſa auaritie, recreationis aut honoris mundani,aut viſitandi parẽtes ſeu amicos ; aut vt ſatisfaciat pro alias debito et huiuſmodi:non autem principaliter facit pro illo fine lucrandi indulgentiã:certe non lucratur illã per tale opus. Quia non eo modo et qualitate ſit quomodo imponebatur:neque vllo modo fit pie vt requiritur ad eum finem ad quem imponitur tale opus principaliter. Ergo requiritur et ſufficit quod tale bonum opus : ex genere et piũ fiat pie et ad id ad quod ex tenore bulle imponitur fiat principaliter et ex intentione actuali ſeu virtuali. Quod tunc fit quando fit principaliter pro lucranda indulgentia,vt habetur in forma cõceſsionis vt dictum eſt.Ex predictis patet quod ſi quis vadit ad ſanctum Iacobum ad viſitandum parentes principalius et minus principaliter pro lucranda indulgentia,ſic ſcilicet quod non niſi pro viſitandis parentibus tunc iret:non lucratur eam. Si autem contra, principalius pro lucranda indulgentia et minus principaliter pro viſitandis parẽtibus,ſic ſcilicet quod nihilominus tũc iret etiam ſi non eſſent ibi parentes viſitandi: tunc bene lucratur illam.Si vero æque principaliter vadit propter vtrunq; :etiam lucratur illam : quia ſimultas alterius finis ſeu intentionis æque principalis nõ excludit alium:niſi ſint illi duo fines incompoſsibiles ſaltem de lege ; vt ire ad lucrandũ indulgentiam ſimul et in deſpectũ concedentis aut ad fornicandum et huiuſmodi : vel niſi ſint duo vltimi fines,quales non ſunt in propoſito , vt latius Angeſt.in moralibus ca.8.vbi agit de circũſtantia finis,et ca.14.de his agit,et Nauarro in ca.quando de conſecra.diſt.1.in.ca.6.§.14.

QVÆSTIO. XXVI. Quæſt.26.

Vtrum et quomodo vnus pro alio poſsit lucrari indulgentiam.

¶ Reſpõdeo per tres propoſitiones. Prima eſt,nullus poteſt pro alio viuo aut defũcto lucrari indulgentiam, niſi hoc ei ſpecialiter concedatur ſecundum formam bulle aut conceſsionis. ¶Probatur ſecundum Palud.in.4.diſtin.20.q.4.art.3.concl.6.et B.Thom.in addi.3.par.q.27.artic.3.et communiter docto.eadem diſtin.20. quia qui dat indulgentiam applicat cui et quomodo vult:nõ autem ille qui implet conditionem ; vt patet ſupra q.3.Ergo licet quilibet poſsit valorem ſatisfactorium ſui operis alteri applicare:non tamen valorem indulgentie conceſſe pro illo opere niſi hoc ei concedatur. Item quia indulgentia eſt ſtricti iuris quoad hoc vt non valeat vltra tenorem conceſsionis vt ſupra.q.9.in reſpon.ad.2.argumentum habetur. ¶Et nota quod quando ex conceſſione Pape vnus alteri lucratur indulgentiam nõ dat illi talem indulgentiã:quia talis datio eſt actus iuriſdictionis quoad viuos , ſuperioritatis autem ſupra theſaurum Eccleſiæ communicandum quoad viuos et defunctos quibus talis indulgentia cõceditur.Ideo ſolus Papa ſeu prelatus concedit talem indulgentiam quam vnus alteri lucratur ex bulle conceſsione.Et dicitur eã alteri lucrari quia facit pro eo id quod requiritur vt ille alius eam lucretur ſecundum formam conceſsionis . Ex quo patet quod id quod aliqui doctores dicunt quod ſcilicet indulgentia ex intentione ſuſcipientis trãſfertur in illum qui eſt in purgatorio , intelligitur ſano modo,non quidem ſic quod ipſe communicat anime purgatorij indulgentiam de theſauro Eccleſiæ:neque quod ipſe prius lucretur ſibi indulgentiam et poſt tempore vel natura communicet illam anime purgatorij.Quia talis communicatio etiam per modum ſuffragij pertinet ad au-

Propoſi.1.

ctoritatem ſuperioritatis ſuper tali theſauro, que auctoritas ſoli Pape aut prelatis conuenit vt ſupra q.3.et.15.late dictum eſt. Sed intelligitur quod ipſe facit tale quid requiſitum vt anima purgatorij lucretur talem indulgentiam ei conceſſam a Papa ſecundum tenorem conceſsionis vt dictum eſt.

Coſol.1. ¶ Patet etiam ex dictis ꝙ qui aliquẽ pro ſe mittit Romam aut ſanctum Iacobũ pro lucranda indulgentia: tunc niſi habeat conceſsionẽ ꝙ ſic mittendo ipſe lucretur indulgentiã ac ſi ipſe iret, non lucratur illam: licet mereatur et ſatisfaciat voto ſi quod habet de viſitando talem locum per ſe vel per alium. Is autem qui mittitur et venit loco alterius ſi venit cum debita intentione lucrandi ſibi etiam indulgentiam (vt ſupra q.25. propoſi.3. habetur) lucratur eã ſibi et meretur, quãuis ſimul impleat votum alterius et lucretur alteri illam indulgentiam ex tenore cõceſsionis, vt ait Abulẽ. ſuper Matth.19.

Propoſi.2. ¶ Propoſi. ſecũda. Licet quis (modo ſit debitor penarũ pro ſuis peccatis modo non) bene poſsit pro alio promereri aut lucrari indulgẽtias ad ſenſum ſupradictum: nemo tamẽ quantũcunq; ſit in gratia et nullius indulgẽtie indigens poteſt transferre in aliũ fructũ indulgẽtiarũ quas iã ſibi lucratus eſt. Hec propoſitio eſt Adria. in.4. in mate. indulg. concl.5. que probatur ſecundũ eũ: quia ſicut nõ poteſt quis in aliũ transferre gratiã abolitionis culpe, ita nec remiſsionem pœnæ. ¶ Hec ratio non videtur efficax. Nec eſt ſimile de culpa et pena, vt patet de ſatisfaciente pro alio quoad penã pro peccatis iam quoad culpã dimiſsis, ideo melior ratio eſt. Quia iam ille indulgentie habuerũt ſuũ effectũ in lucrãte, vel redierunt ad theſaurum Eccleſiæ: ideo non poſſunt applicari niſi per modum indulgentiæ de nouo requirantur alteri, vt de hoc infra q.42. in.2. puncto habetur.

Propoſi.3. ¶ Propo.3. exiſtens in mortali peccato poteſt alteri exiſtenti in gratia lucrari indulgentias ſecundũ formã conceſsionis: niſi hoc ſpecialiter ex bulla aut alias alio iure caueatur. ¶ Probatur. Quia nõ requiritur ſtatus gratie niſi pro eo tẽpore quo quis lucraturus eſt indulgentiam ſeu fructũ eius ſibi ipſi, vt ſupra q.24. et.25. dictum eſt. Ergo ſufficit ad lucrandũ indulgentiã alteri ꝙ in eo ſtatu talem actum faciat qualis requiritur et ſufficit ad lucrandũ ſibi: ex quo per hoc non tollitur debita diſpoſitio gratie eius pro quo acquiritur talis indulgentia, vt de hoc etiã quoad defunctos ſpecialiter dictum eſt, ſupra q.17. in fine dub.4. licet ſum. Angel. tit. de indulg. §. 21. ſecundũ aliquos teneat oppoſitum. Et hoc eſt verũ etiam quãdo quis motu proprio ſecundũ tenorẽ cõceſsionis vult acquirere alteri viuo aut defuncto indulgentiã, in quo poſſet eſſe aliqua dificultas vt ſupra q.25. habetur. Nam ſi mãdato aut prece alterius faciat pro eo id quod per bullã imponitur ad lucrandũ indulgentiã ſecundũ tenorẽ bulle: tunc nil obſtat ꝙ talis miniſter exequẽs ſit in mortali vt cõmuniter dicunt doctores: vt refert etiam Gabriel in canon. lect.58. litera. V.X. &c.

¶ Sed ad predicta dubitatur, vtrũ quando forma indulgẽtie nõ cõcedit ꝙ quis eã poſsit alteri lucrari, is qui mãdat ſeu procurat ꝙ alius det pro eo talẽ eleemoſynã requiſitã ad lucrandũ indulgentiã: aut qui ratificat talẽ dationẽ eleemoſyne pro eo, lucretur indulgentiam ac ſi ipſe dediſſet? Dub.

¶ Reſpondeo quoad primũ ꝙ ſic. Nã licet quedã ſint opera que quoad ipſum genus et ſubſtãtiã operis requirũt perſonalẽ operationẽ ad hoc ꝙ dicãtur fieri per talẽ perſonã, vt eſt viſitatio Eccleſiæ, oratio, ieiuniũ et huiuſmodi, nullus enim proprie dicitur hec facere niſi per ſe faciat nõ autem quãdo per aliũ: ideo niſi bulla cõcedat nõ poteſt quis hec facere ad lucrandũ indulgentiã pro alio, vt ſupradictũ eſt: etiã ſi ille alius ratificet ea nomine ſuo geſta. Sunt tamẽ alia opera que ad hoc ꝙ iſte dicatur proprie ea facere nõ requirũt perſonalẽ iſtius executionẽ eorũ: ſed ſufficit ipſius cauſalitas, ſic ſcilicet quod alius eius iuſſu prece ſuaſione aut cauſalitate ea faciat pro eo: vt ſunt opera que politice et ciuiliter vel in cõmuni modo cõcupiſciendi ſic intelligũtur, puta dare, mutuare, emere vendere, accipere, et huiuſmodi. Non enim is tantum dicitur dare eleemoſynam proprie qui perſonaliter exercet per ſe talem actum, ſed etiam qui precipit aut quomodocunque mandat dari per alium ſeruum vel amicum. Ideo qui per ſuum famulum vel amicum dat eleemoſynam in bulla taxatam mandans dari pro ſe, bene lucratur indulgentiam ac ſi ipſe dediſſet: et impleuit quod bulla impoſuit dandũ in ſua propria ſignificatione polytica vt polytice talia accipiebantur vt dictũ eſt. Reſpõſio.

¶ Verum eſt ꝙ etiã ſi dominus mãdet et per famulum mittat eleemoſynam, ſi tamen ipſe famulus nõ dat efficaciter eã vt bulla diſponet ſed ſibi rapit perdit vel aliud facit: tunc ipſe dominus nõ lucratur indulgentiã, licet per eũ non ſtetit neq; ipſe fuit in culpa ꝙ non daretur. Quia nõ eſt impleta conditio in effectu, ex quo nec per ſe nec per alium efficaciter dedit vt bulla diſponit. ¶ Ex his ſequitur quod frater minor qui etiã de licẽtia prelati non poteſt per ſe vel per interpoſitam perſonam accipere pecuniam aut ſuper eius expenſione auctoritatem habere ex vi regule ſue: poteſt tamen per amicum ſpiritualem pecuniã procurare vt detur pro eo ad lucrandum indulgentiam, ſicut et ad alias rei neceſſarias ſibi procurandas ita etiam ad bullam et indulgentiam habendam, et quoad hoc dicitur ipſe facere per ſe quod bulla dandum imponit, vt hoc etiam ait ſumm. Roſ. titul. indulgentia. §. 17. et Ioann. Maioris, in quarto diſtinctio. 20. quia et talis eſt intentio Papæ, vt patet ex communi practica et ex tenore bullarum. Et ſic patet reſponſio ad primũ quod in dubio querebatur.

¶ Quoad aliud ſcilicet vtrum ſit idem iudiciũ de ratificante quod nomine ſuo datũ eſt per aliũ non rogatũ, puta ſi quis proprio motu dedit eleemoſynã et accepit bullã pro alio ſeu indulgẽtiã

ac ſi

ac ſi ipſe a principin mandaſſet autē procuraſſet id dari pro eo. Reſpõdeo videtur probabiliter ꝙ ſic. Quia ratihabitiō retrotrahitur et mãdato cõparatur. de re.iu. maxime in talibus operibus et actibus ad quorum propriã ſignificationem non requiritur executio perſonalis vt dictũ eſt, qualis eſt hec. Maxime hoc videtur verũ quando qui habet curã aut poteſtatẽ alterius dat pro eo eleemoſynam pro lucrãda indulgentia, vt patet pro filio &c. non tamẽ per hoc excluditur amicus pro amico vt probatũ eſt. Et ad hoc videtur etiã practica huius temporis, que eſt optima interpres voluntatis Pape et tenoris bullarũ. ¶ Et nota ꝙ ex eo tẽpore quo ille, pro quo per alium data eſt eleemoſyna, eam ratificat et non ante cenſetur ipſe eã dediſſe et bullam accipere. Nota etiam quod hec nõ eſt cõceſſio indulgẽtie per modũ ſuffragij vt ſupra. q. 15 late habetur. ¶ Et concordat Soto eſi omnibus ſupradictis in. 4. diſt. 21. q. 2. art. 3. quia hoc non eſt niſi donare pecuniam alteri ad capiendũ bullam. Secus eſſet ſi oraret ſponte ſua, vel eleemoſynam daret vel viſitaret Eccleſiam pro alio pro lucranda indulgentia ſi ipſe eſſet in peccato mortali, de quo ſupra. q. vigeſima quarta latius habetur.

Queſt. 27 QVÆST. XXVII. Vtrum ad lucrandum indulgentiã conceſſam vere penitentibus et confeſſis de omnibus peccatis de quibus corde contriti et ore cõfeſſi fuerint, ſufficiat confeſſio quadrageſimalis tantum, et generalis etiã de oblitis et ignoratis: et quomodo intelligãtur alie ſimiles formę, et quomodo impleri debeant ad lucrãdum indulgentiam eo modo conceſſam.

Propoſ. 1. ¶ Reſpõdeo per ſeptẽ propoſitiones. Prima eſt. Confeſſio actualis preſens preterita vel futura nõ requiritur ex vi indulgentie et ad eã lucrandũ: ſed requiritur et ſufficit ſtatus gratiæ niſi concedens imponat talem confeſſionẽ aut reconfeſſionem. Probatur prima pars ex ſupradictis. q. 24. 25. vbi de hoc late habetur. ¶ Secunda pars. ſ. niſi concedens imponat &c. Patet. Quia in eius arbitrio eſt concedere indulgentiã ſub tali onere ſeu cõditione confeſſionis aut recõfeſſionis. Dico vel recõfeſſionis: quia licet abſolute non poſſit etiã Papa nos obligare ad reconfitendũ iam ſemel rite confeſſa: poteſt tamẽ ex ſuppoſitione ſeu conditione, vtpote ſi volumus lucrari indulgentiã ꝙ non aliter lucremur niſi recõfiteamur: ſicque talis reconfeſſio non eſt abſolute inuoluntaria: quia ex ſuppoſitione ſeu in ſua cauſa eſt volũtaria: quamuis in ſe ſola conſiderata eſſet inuoluntaria, vt communiter docto. in. 4. in materia. de confeſſione tractant. ¶ Sed nota quod nunquã fere Papa ſic concedit indulgentias ſub conditione reconfeſſionis niſi ſpecialiter exprimatur hoc ſcilicet quod iterata eorumdẽ cõfeſſio fiat, ſed de cõfeſſione tantũ nondum confeſſorum peccatorum intelligitur confeſſio ibi iniũcta de qua quo modo ſit intelligẽda eſt dubium: ideo quoad hoc ſint propoſitiones ſequentes.

¶ Propoſitio ſecunda. Forma hec omnibus vere penitentibus et confeſſis cõcedimus indulgentiã omnium ſuorum peccatorum, poteſt intelligi tripliciter ſecundum triplicem opinionem. Propoſ. 2. ¶ Prima opinio eſt de Turrecremata, et Floren. 1. par. ſum. tit. 10. ca. 3. §. 5. et Supplement. Gabrielis in 4. diſt. 45. q. 3. art. 3. dubi. 1. que ſtat in duobus pũctis: quorum primum eſt, quod ad lucrandum talem indulgentiam requiritur et ſufficit quod quis tunc confiteatur vel quod ante ſaltem in quadrageſima ſecundum Eccleſie preceptum fuerit confeſſus. Quod horũ alterũ requiratur, patet. Quia tenor indulgentie requirit cõfeſſionem et contritionem ſeu veram penitentiam. Ergo requiritur confeſſio proprie accepta: ex quo indulgẽtie ſunt ſtricti iuris quoad hoc ꝙ. ſ. in ſua propria ſignificatione eſt earum forma intelligenda, hec autem eſt confeſſio actualiter et ſacramentaliter et non in ſolo voto iam facta, vt patet: quia ibi diſtinguitur confeſſio a penitentia et contritione, dũ vtrũque ſimul vt eſt diſtinctum a ſe inuicem in predicta forma imponitur: alioqui ſufficiſſet dicere omnibus vere penitentibus. Ergo requiritur confeſſio ſacramentalis actualis et non ſufficit confeſſio in voto. ¶ Quod autem ſufficiat confeſſio ſacramẽtalis facta illo anno ſecũdũ preceptũ Eccleſie, patet tripliciter. Primo. Quia verba generalia iudicis ſunt ſecundum formam iuris generalis interpretanda. Ergo ſufficit quod talis ſit confeſſus ſecundum ius ſemel in anno. Secundo, quia Papa in tali conceſſione non intendit inducere ad confeſſionem ſed ad eleemoſynam vel ad aliud opus pium pro quo conceditur indulgentia, et vt quis ſit capax indulgentie addit quod ſit contritus et confeſſus. Ergo ſufficit quod ſic ſit contritus et confeſſus quod ſit capax indulgẽtie. i. in ſtatu gratie. Hoc autem poteſt haberi per contritionem de peccatis commiſſis poſt confeſſionem quadrageſimalem ſecundum ius. Ergo hoc ſufficit. Tertio quia ex quo tenor bulle non dicit quod ſit tunc de nouo contritus et confeſſus, ſufficit iam facta confeſſio ſecundum ius cum ſtatu gratie, qui per contritionem haberi poteſt. ¶ Secundum punctũ huius prime opinionis eſt quod per talem formã indulgẽtie habebit quis remiſſionẽ omniũ peccatorũ ſuorũ vſque tunc cõmiſſorũ ſimpliciter vt ſonat tenor cõceſſionis ſine vlla exceptione: ſecus ſi concedatur ſolum indulgentia de omnibus peccatis de quibus corde cõtritus et ore cõfeſſus fuerit: tũc enim licet ſufficiat cõfeſſio facta ſecũdũ ius vt ſupradictũ eſt: non tamẽ habebit indulgentiã niſi de illis tantũ peccatis de quibus eſt cõtritus et cõfeſſus ſacramentaliter in ſpeciali vel generali vt

infra propoſi.3.habetur vt ſonat forma concéſsionis huius. Ideo oportet ea cõfiteri ſaltẽ in generali vt ad ea extendatur indulgentia. Quod ergo ſu prædicto modo vere contritus et confeſſus lucratur indulgentiã prefatã etiã quoad peccata inculpabiliter oblita et ignorata in confeſsione. Ratio eſt. Quia Papa nõ ſtrictius exigit confeſsionẽ ad lucrandũ indulgentiã quam ad implendũ preceptum de confitendo. Sed tali precepto ſatisfit cõfitendo cum debita examinatione etiam ſi ex obliuione ſeu ignorantia nõ tamẽ notabiliter culpabili maneant aliqua mortalia nõ ſpecialiter cõfeſſa. Ergo ſimiliter impletur hec conditio de cõfitendo ad lucrandum indulgentiam. Alioqui videretur Papa imponere impoſsibile, aut etiam defraudare, cum ſepe concedat de omnibus rite aut debite confeſsis. Et facit etiam ad hoc quod dicitur communiter ſecundũ predictos doctores ꝙ quando forma indulti continet quod ſiquis tenetur alteri reſtituere aut ſatisfacere ſatisfaciat, intelligitur ſic et quomodo commode poteſt: nã id dicitur ciuiliter poſſe quod iure et cõmode ſine maiore damno poteſt fieri. Quod ſi nullo modo poteſt in toto vel in parte reſtituere: certe dicunt ꝙ nihilominus lucratur talem indulgentiã ſi alias eſt debite diſpoſitus: quia dicunt quod nõ eſt credibile Papam per has cõditiones impoſsibiles aliquibus velle eos fruſtrare fructu indulgentiæ. Ergo prædictũ ſecundũ punctum eſt verum, maxime quãdo bulla nõ limitat indulgentiã, de omnibus peccatis de quibus corde contritus et ore cõfeſſus eſt, ſed abſolute de omnibus peccatis ſuis cõceſsit indulgẽtiã, vt ſonat predictus tenor indulg.

2.Opinio. ¶ Secunda opinio eſt Silueſtrinæ.tit. indulgẽtia q.7.et ſum Ange.§.17.et Roſe.eo.tit.ſecundum Palud.in.4.diſt.20.q.4.art.3.conclu.1. et Panor. in ca.omnis vtriuſq; ſexus.de peni.et re. et Ioan. Andr.in ca.quod autem.eo.tit.et gloſſ. in Clem. vnica.de reliqui.et vene.ſanctorũ, et Ioã.de Imo. et Cardi.ibidẽ, et Felin.ſerm.de indulg.colum.6 et Gerſon.Alphab. 33. litera. in tracta.de indul. conſi.3.que opinio ſtat in duobus punctis. Quorum primũ eſt quod in ſupradicta forma Indulgentie nõ requiritur confeſsio ſacramentalis tũc vel ante illo vel alio anno preterito facta ſecundũ ius vel alio modo: ſed ſolum requiritur et ſufficit quod habeat propoſitum confitendi ſecundum ius ſcilicet in quadrageſima. Quo habito cum vera contritione fit capax indulgentie, et implet illam conditionem, et poteſt illam ex tũc lucrari etiam ſi ante non ſit confeſſus per decẽ annos. Quãuis ſtando in rigore vt dicit Gerſon.vbi ſupra et in regulis moralibus Alphab.25.litera. G videtur quod requiritur confeſsio facta ſaltem ſecundũ ius vt ſupra in primo puncto dicebat prima opi. ¶ Ratio huius primi puncti huius ſecunde opi.eſt triplex. Prima. Quia qua ratione nõ requiritur confeſsio ſacramentalis nunc facta vt dicebat.1.opi.eadem ratione nec olim ſecundũ ius facta requiritur. Quia Papa non intendit neq; exprimit ꝙ nunc vel olim ſit cõfeſſus. ¶ Sed certe hec probatio nil valet. Quia bulla expreſſa dicit omnibus confeſsis: et cõſtat loqui de cõfeſsione ſacramẽtali vt ſupra in opi.1.probatũ eſt. ¶ Secũdo probatur. Quia (vt refert Silueſt. vbi ſupra) ſic fuit reſponſum et declaratũ in concil. Cõſtantienſ. ꝙ.ſ.ſufficit propoſitũ cõfitẽdi ſecũdũ ius. vt habetur in quodã libello cuiuſdã patria de ordine predicatorũ. ¶ Sed certe ſi predictus libellus ſufficeret ad faciendũ fidẽ de hoc etiã ſufficeret pro hac opinione: ſed nõ ſufficit: quia neſcitur quis et quo modo id ſumpſit, neque in libro conciliorũ habetur id. ¶ Tertio probatur idem. Quia ſic videtur iam eſſe in practica et conſuetudine que eſt optima interpres legum et diſpoſitionũ humanarum: et niſi Papa aliud exprimat ſeu aliam formã apponat, ſic eſt intelligẽda predicta forma quoad hoc. ¶ Secundum punctum huius prime opi.eſt quod valet talis indulgentia ad remiſsionem omnium peccatorum etiam oblitorum et ignoratorum vt dicebatur in ſecundo puncto.1.opi. propter eaſdem rationes.

¶ Tertia opinio eſt Caiet.in.2.quodlibet.in tracta.de indulg.q.10.et aliquorum antiquorũ. Que opi.ſtat in duobus pũctis. Quorum primũ eſt ꝙ requiritur vera penitẽtia ſimul et cõfeſsio ſacramẽtalis de omnibus mortalibus commiſsis nõ cõfeſſis vſque ad illud tempus quo quis eſt lucraturus talẽ indulgentiã: alioqui nõ lucrabitur illã nec in toto nec in parte, et ratio eſt quia in predicta forma indulgentie ponuntur due cõditiones diſtincte.ſ.quod ſit vere penitens ſeu contritus et ꝙ ſit cõfeſſus, ergo vel vtrũq; requiritur et ſufficit ſecũdum formã iuris tantũ.ſ.tempore quadrageſime eſſe impletũ aut implendũ illo anno, vel vtrũque ſimul requiritur tunc eſſe impletũ aut impleri tẽpore lucrationis indulgentie. Quia eodẽ modo ſimul ponitur vtraque cõditio requiſita. Sed conſtat contritionẽ verã requiri de omnibus vſque tunc cõmiſsis. Ergo et confeſsionem ſimul ſacramentalem vt dictum eſt. Alioqui ſufficeret dicere vere contritis ſeu penitentibus. Hec ratio militat contra vtramque opinionẽ ſupra poſitam. ¶ Item eſt alia ratio. Quia ſi intelligatur de iam cõfeſsis ſolum ſecundũ formã iuris (vt dicebat prima opinio), iam ſequitur contra ipſos ꝙ tales indulgentie non valerẽt niſi confeſsis ſingulis annis ſecundũ ius: et par cõſequens ꝙ ſi omiſiſſet quis vno vel illo anno cõfiteri nõ poſſet lucrari talẽ indulgentiã etiã ſi tunc extra tẽpus iuris cõfiteretur ad eã lucrandũ. Quod tamẽ cõcedere eſt contra omnes doctores et contra intentionẽ Pape et practicam Eccleſiæ. Ergo prima opinio quoad hoc nõ valet. ¶ Secundũ punctum huius.3.opi.eſt quod predicta indulgentia ſolum valet quoad penitentias iniunctas pro ſuis peccatis confeſsis et oblitis &c. ſed hoc procedit ſuppoſita alia ſua opinione quod nulle indulgẽtie valẽt niſi quoad penitẽtias iniunctas a confeſſore. Que opi. ſupra reprobata eſt.q.9.propoſi.4.et ibidẽ in reſp.ad.1.argum.

¶ Igitur

Opinio.4. ¶ Igitur inter tot opiniones doct. videtur mihi (ſaluo meliori iudicio) quoad ſupradictam formam indulgẽtie tandẽ dicendũ: primo quod ſtando in tenore dicte forme qui eſt maxime attendẽdus, ſicut requiritur vera penitẽtia ita et ſacramẽtalis confeſsio ſimul de omnibus mortalibus commiſsis vſq; ad tempus fructus indulgentiæ, vt dicebat.3.opi. Caiet. in primo pũcto, et propter rationes ibi poſitas: niſi cõmunis practica Eccleſiæ ſit aliquãdo in oppoſitũ: Quod ideo dico, quia tũc cõſuetudo talis ſcita et tollerata a Papa videtur eius mentẽ interpretari pie et fauorabiliter ꝙ ſufficeret cõfeſsio in voto vt dicebat.1.opi. ſupra poſita in.1.pũcto. Et ſic cõcordãtur illi doctores. vt ibi etiã innuitur ex dictis Gerſ. ¶ Secũdo dico ꝙ predicta indulgẽtia valet ad remiſsionẽ penarũ omniũ ſuorũ peccatorũ abſolute vt ſonat tenor indulgẽtiæ, tã cõfeſſorũ quã inculpabiliter oblitorũ et ignoratorũ vt dictũ eſt in ſecũdo puncto prime et ſecũde opi. quãuis rationes ibi poſite nõ probẽt intentũ. Nõ eſt enim incõueniẽs ꝙ Papa imponat pro lucrãda indulgẽtia aliquã conditionẽ impoſsibilem aliquibus .ſ. infirmis, puta viſitationẽ Eccleſie aut expeditionẽ Hieruſalẽ aut ieiuniũ, qui ideo nõ lucrabũtur talẽ indulgentiã: tamẽ erit poſsibilis alijs: aut ꝙ in tãta parte peccatorũ aut de tot et nõ de alijs peccatis lucretur quis talẽ indulg. Ideo precipua ratio huius ſecundi puncti eſt, quia tenor indulg. nil excipit. Ergo cõcedit ꝙ de omnibus etiã oblitis lucretur talẽ indulgentiã qui cõtritus et cõfeſſus fuerit. Quia vbi ius nõ diſtinguit nec nos diſtinguere debemus, vt habetur in gloſ. ca. ſolite. de maiori. et obedi. ¶ Cũ hac noſtra.4.opi. cõcordat Nauarro tract. de indulg. nota.18. addẽs pro ratione, ꝙ ideo Papa talẽ cõfeſsionẽ iniũgit vt totius ratione eius homo fiat cõtritus et lucretur indulg. et vt ſit pars cauſe vel operis pij ſufficiẽs ad tenẽdã indulgentiã, quodq; ideo etiã Papa ſepe dicit in bullis ꝙ tales indulgẽtias cõcedit cõfeſsis vel ijs qui intra mẽſem vel intra tot dies cõfeſsi fuerint: quia ſi talis cõfeſsio haberi poteſt de mortalibus nondũ vſq; tunc cõfeſsis neceſſaria eſt ad lucrandũ illã indulgentiã: ſecus ſi cõfeſsio fieri nõ poteſt ex defectu cõfeſſoris vel ex obliuione vel ex alia impotẽtia vel cauſa alia legitima, quia tũc ſufficit cõtritio vel ſtatus grẽ ad eã lucrãdũ. vt etiã ait ſum. Ang. vbi ſupra: quia ea preſumitur Pape intẽtio iuſta, et gloſ. in extrauag. antiquorũ. de pe. et re. ¶ Ex quo ſequitur ſecũdũ Nauarro vbi ſupra, ꝙ queſiturus plenariã indulg. quã bulla cõfraternitatis corporis Chriſti cõcedit ijs qui ſe illi addicũt, eodẽ die quo nomẽ illi dat oportet vt ſit cõfeſſus: quia cõtritis et cõfeſsis conceditur illa indulgentia tunc: et ſimiliter dicatur de indulgentijs corporis Chriſti et conceptionis B. Virginis, et alijs eiuſmodi que ad inſtar anni iubilei concedi ſolẽnt.

Propoſi.3. ¶ Tertia propoſitio eſt. Quando conceditur indulgentia ſub hac forma, Cõcedimus ſeu cõcedatur ei qui hoc vel hoc fecerit indulgentia omniũ ſuorum peccatorũ de quibus corde contritus et ore cõfeſſus fuerit, vel de omnibus ſuis peccatis ore cõfeſsis, eſt triplex opi. quarum prima ſtat in duobus punctis cõtentis in opi.1. ſupra poſita in 2. propoſ. nullã enim facit differẽtiã inter hãc formã et illã, preter illud quod in.2. puncto eiuſdem opinionis ibi notatũ eſt quando venit hec forma indulgẽtie. Opinio.1.

¶ Secũda opinio ſtat in duobus pũctis. Opinio.2. Primũ eſt ꝙ requiritur cõfeſsio ſacramẽtalis facta ſicut et cõtritio de omnibus vſq; ad tẽpus fructus huius indulgẽtiæ cõmiſsis, et nõ ſufficit cõfeſſio ſecundũ ius facta illo anno, neque ſolum propoſitũ poſtea confitendi. ¶ Secundum punctũ huius.2.opin. eſt, quod talis indulgẽtia etiã plen. ſolũ valebit ad remiſsionẽ peccatorũ tunc confeſſorum: non autẽ ad remiſsionem olim iã confeſſorũ neq; oblitorũ aut ignoratorũ inculpabiliter. Ratio omniũ horũ eſt (vt dicit opinio) quia ſic ſonat tenor cõceſsionis prefate. Itẽ quia in bulla Africæ in qua talis tenor habebatur dicebatur cõſequenter ꝙ cõcedit Papa ꝙ talis indulgẽtia etiã extẽdatur et valeat quoad peccata olim cõfeſſa: ex quo videtur quod ſi id ſpecialiter nõ expreſsiſſet certe non includeretur neq; intelligeretur in predicta forma de qua nunc agimus. ¶ Sed certe iſta ſecũda opinio nõ eſt vera neq; cõmuniter tenetur neq; eius rationes quid probãt. Quia neque tenor indulgentie ſic ſonat quod ſ. requiratur tunc cõfeſſio aut reconfeſsio: neq; ex eo quod Papa aliquando ſpecialiter expreſsit quod valeret quoad peccata olim cõfeſſa, nõ inquã ſequitur quod ſi non expreſsiſſet nõ ſic valeret: nam dici põt ꝙ ideo ſic expreſsit vt tolleretur omnis occaſio dubitandi, maxime vbi ſunt diuerſe opiniones: ideo ad maiorem declarationem expreſsit id quod et quomodo bulla intelligebatur.

Opinio.3. IDeo tandem eſt tertia opinio cõmunis et vera. Que ſtat in duobus punctis. Quorum primũ eſt, quod in predicta forma nõ requiritur actualis vlla confeſsio tũc aut ante ſeu illo anno facta ſecũdũ ius, ſed ſtatus gratie tantũ. Ratio. Quia ex quo forma indulgẽtie nõ dicit quod concedatur confeſsis et cõtritis vt dicebatur in prima forma ſupra poſita in ſecũda propoſitione: neq; dicitur de confeſsis tũc aut ſuo cõfeſſori, ſed ſolũ dicitur vt ſupponitur, quod facientibus tale quid concedatur indulgẽtia de peccatis de quibus corde contriti et ore confeſsi fuerint. Ergo ſufficit quod ſit capax indulgentie in ſtatu gratiæ. ¶ Quod ſi in tali forma diceretur quod talis indulgẽtia concedatur ei per confeſſorẽ: iam videtur requiri confeſſio actualiter tũc facienda eo modo quo infra propo.6. habetur. ¶ Secundum punctum huius tertie opi. eſt, quod talis indulgentia ſolũ valebit quoad peccata vſque tunc iam contrita ſimul et confeſſa quocunque tempore. Quia ſic ſonat tenor predicte forme indulgẽtie. Ideo non remittuntur peccata oblita aut ignorata in cõfeſsione ſacramentali etiam omnino inculpabiliter, niſi ſint iã aliquo modo confeſſa ſacramentaliter ſecundum ius vel

 alioqui

aliquo tempore vt infra propo. 6. et.7.habetur. Immo licet tale peccatum inculpabiliter oblitum poſtea quis confiteatur ſacramentaliter tranſacto tempore lucrandi illam indulgentiam, poſtea nõ lucrabitur illã de illo peccato. Quia tenor indulgentie ſolum erat de ſacramentaliter confeſsis vſque tunc quando lucrabatur illam. Et ita fuit practicatum inter multos doctores tempore Sixti.4. et ſic tenet Gerſon.in tracta.de abſolut.ſacramentali Alphab.33.litera.K.et Supple.Gab.in.4.diſt.45.q.3.art.2.propoſ.8.et art.3.dub.1.et ſum.Ang.tit.indulg. § .2.et ſum.Ro.et cõmuniter docto. per rationem predictã. ¶Quãuis Floren.1.part.ſum.tit.10.ca.3.§ 5.et Turrecremata et Silueſter.tit indulgẽtia.q.8.q.10.et Nauarro tracta.indulg.nota.30.§.11.et.12.dicant poſſe pie dici quod inculpabiliter oblita et ignorata remittuntur per talem formam indulgentiæ: ſicut et per illã aliã formam ſupra poſitam propo.2.et cum his concordans Adr.in.4.par.mat.de indulgẽ dicit inſuper ſic eſſe in communi opinione doctorũ. ¶Sed ſalua reuerentia debita nec cõmunis opinio id tenet neque tenor indulgentie ei ſuffragatur vt dictum eſt. Neq; eſt ſimile de hac forma et de illa alia forma ſupra poſita in propo.2.vt vbi dictũ eſt. Niſi forte pro cõcordia dicatur ꝙ illa oblita vel ignorata iam cenſentur ore cõfeſſa ſi penitens in confeſsione ſacramentali aliquando facta poſt particularẽ aliorum confeſsionẽ intendebat illa includere in generali omniũ oblitorũ et ignoratorũ cõfeſsione. Tunc enim id ſufficit ad abſolutionẽ ſacramentalẽ de eis habendã et ad lucrandũ indulgentiã, vt videtur innuere Adrian.vbi ſupra et latius dicetur infra propoſ.6.et.7. circa hoc. Ideo ait Gerſon.vbi ſupra. Videtur ergo quilibet quantũ expediat nõ dari obliuioni peccata ſed illa expreſſe cõfiteri habita copia ſacerdotis. ¶Sed vtrũ per predictam formam indulgentiæ requiratur etiã confeſsio aliqua ſpecialis aut generalis aliquãdo facta de venialibus vt ad eorũ penas extẽdatur et valeat talis indulgẽtia, dicit Adria.vbi ſupra ꝙ ſic, alioqui non valebit eis talis indulgẽtia niſi ea quis confeſſus fuerit in ſpecie aut in genere modo predicto conſequendo aliquẽ effectum remiſſionis per ſacramentalẽ abſolutionem, vt etiã de hoc latius habetur infra.propoſ.6.et.q.28.

Propoſ.4. ¶ Quarta propoſitio eſt. Quãdo indulgẽtia conceditur ſub hac forma.ſ. cõceditur indulgẽtia plenaria de iniunctis penitẽtijs, quomodo debeat intelligi. Reſpondeo per duo puncta. Primũ eſt ꝙ niſi ibi exprimatur quod tũc ſeu illo anno fiat cõfeſsio ſeu quod cõfeſſor concedat talẽ indulgentiã, non eſt neceſſaria cõfeſsio tũc vel olim facta, ſed ſufficit ſtatus gratie vt ſupra propoſ.3.habetur in.3.opi.ibi tandem poſita. ¶Secundũ punctũ eſt quod talis indulgentia ſolũ valet quoad penitẽtias vſque tunc iniunctas ſacramentaliter a ſacerdotibus. Ratio. Quia ſic ſonat forma indulgẽtie et ſic cõmuniter tenetur. Ideo ſi nil eſt aliquo modo a ſacerdote iniunctum, certe nil remittitur per talẽ formam indulgentie etiam plenarie de iniunctis tantum penitentijs conceſſe. Sed nota quod vt dicatur penitentia iniũcta ſufficit quod ſacerdos cũ alicuius breuis penitentie impoſitione vt cõmuniter fit, poſtea ſimul relinquendo arbitrio penitentis generaliter iniũgat aut dicat omnia bona quæ feceris et mala quæ paſſus fueris ſit tibi in remiſſionem peccatorum, talis enim iniunctio generalis et relicta arbitrio penitẽtis (vt ait Gerſ.in regulis moralibus Alphab.25.G.) videtur ꝙ prodeſt et ſufficit ad hoc ꝙ omnes penitẽtie ſpecialiter iniũgende ſint et dicãtur iã quodãmodo iniũcte generaliter vt ſic indulgẽtia predicta extẽdatur etiã ad ſpecialiter iniungendas. Et forte ſecundũ hoc intellexerunt Floren.1.par.ſum.tit.10.ca.3.§.5.et Turrecrem.quãdo dixerunt ꝙ etiã penitentie que claue non errante eſſent iniungende remittuntur per predictam formã indulgentiæ plenarie de iniunctis penitentijs: et etiam Palud.in.4.diſt.20.q.4.art.1.idem dicit, quod eſt intelligendũ quãdo iã generaliter ſunt iniuncte vt dictum eſt: alias nõ videtur habere veritatẽ, ex quo forma indulgentiæ aperte reclamat ſimiliter et opinio cõmunis. Neque enim dicitur penitentia iniuncta ea quæ eſt a canone tantum ſtatuta: ſed ea que eſt a iudice impoſita aliquomodo vt dictum eſt et etiam latius habetur ſupra.q.9.propoſ.3.

¶ Propoſitio quinta. Quãdo forma indulgentie ſiue ylla limitatione abſolute dicit ꝙ facienti aut danti tale quid cõcedatur talis indulgentia, et nõ dicit per quẽ debeat ei cõcedi: tũc ſecundũ Florẽt. vbi ſupra et Silueſt.tit.indulg.q.10.quilibet etiã laicus cui per Papam poteſt iuriſdictio Eccleſiaſtica cõmitti poteſt talem indulgentiã concedere. Quia per talem formã videtur Papa ſic cõcediſſe, quod ſcilicet per aliquẽ concedatur: et cũ non ſignauerit per quẽ iã. Ergo videtur cõmiſsiſſe cuicũque voluerit ipſe lucraturus talẽ indulgentiã. Hec ille: ¶Sed forte melius videtur ꝙ non oportet ꝙ per aliquem concedatur: ſed quod videtur ipſo facto conceſſa ac ſi diceret, quod ipſe concedit talẽ indulgentiam, vt infra habetur in fine huius propoſ.et nõ requiritur vlla cõfeſsio. Et valet talis indulgentia etiam quoad peccata oblita et ignorata et etiam non confeſſa: ex quo ipſa bulla nil excipit neque reſtringit. ¶Quod ſi bulla ſignaret per quẽ deberet concedi talis indulgentia dicẽdo ꝙ confeſſor electus eam concedat: tũc eſſet neceſſaria aliqua confeſsio (de qua infra propoſ.6.habetur) in qua cõfeſſor concedat ipſam indulgentiã. Similiter ſi bulla diceret ꝙ predicator cõcedat talem indulgentiam audientibus ſermonẽ, requiritur ꝙ ita fiat vt tenor bulle explicat: alioqui non lucrabitur talem indulgẽtiã quis niſi poſt auditũ ſermonẽ predicator ipſe eã cõcedat. ¶Quod ſi tenor cõceſsionis dicat quod tali facienti tale quid ipſo facto cõcedatur aut ꝙ cõceditur per Papã talis indulgentia: tunc ipſo facto eã lucratur nec requiritur quod per aliquẽ alium cõcedatur. Quia Papa ex tunc pro nunc eam illi concedit. Propoſ.5.

¶ Propoſitio

Propoſi.6. ¶ Propoſitio ſexta. Quando in bulla ſeu conceſ
ſione dicitur vel requiritur confeſsio aut cõfeſſor
ad lucrandum indulgentiam, intelligitur de con
feſsione ſacramentali, et de confeſſore ſacraméta
li qui eſt ſolus ſacerdos habens poteſtaté audien-
di talem penitenté. Ratio. Quia cum indulgétiæ
ſint ſtricti iuris quoad hoc (vt ſupra. q. 9. propoſ.
4 et in reſp. ad. 1. arg. ibi habetur) in ſua propria
ſignificatione ſunt eius verba intelligenda et ſecũ
dum ius. Nunc auté in materia clauium et ſacra
mentali, qualis eſt cõfeſsio et contritio que in in
dulgentiarũ collatione exigitur, cõfeſsio et cõfeſ-
ſor proprie et ſecundũ ius eſt ſacramentalis vt di-
ctum eſt. Ergo licet ad lucrandũ indulgentiã quã
tum eſt ex ſua natura non requiratur cõfeſsio aut
cõfeſſor ſacramentalis ſupradictus, requiritur ta-
men ex impoſitione cõcedentis ſub tali conditio
ne, que debet modo predicto et non aliter intelli
gi. ¶ Et cõfirmatur. Quia ſicut quãdo datur indul
gentia de ore cõfeſsis intelligitur de ſacramenta
liter cõfeſsis vt ſupra propoſ. 4. et. 5. et ſecundũ cõ
muniter docto. habetur. Ergo ſimiliter vbicunq;
requiritur cõfeſsio et cõfeſſor intelligitur de ſacra
métali vt dictũ eſt. Concordat Supplem. Gabr. in
4. diſt. 45. q. 3. art. 3. dub. 1. ¶ Cõfeſsio auté ſacramé
talis eſt cõfeſsio particularis peccatorũ: eſt etiã ſe
cundũ cõmuniter doct. generalis quedã cõfeſsio
que poſt particularé fit de alijs oblitis et ignora-
tis in cõmuni recognoſcendo et accuſando ſe de
illis ſpecialiter corã ſuo ſacerdote in foro ſacramé
tali: quãuis in hoc aliqui doctores cõtradicant aut
negét. Secus de cõfeſsione illa generali que fit in
principio miſſe aut in prima ſeu cõplectorio aut
etiã in principio cõfeſsionis ſacramétalis dicédo
Cõfiteor Deo &c. hec. n. aut alia ſimilis extra ſacra
mentũ facta nulla omnino peccata in numero aut
ſpecie cũ circunſtantijs ſpecificãs nõ eſt proprie
ſacramétalis ſecundũ cõmu. doct. neq; ſufficit ad
lucrandum indulgentiã requirentem confeſsio-
nem vt dictum eſt.

Corol. ¶ Ex quo infertur q nõ valet opin. Floré. 1. par.
ſum. tit. 10. ca. 3. §. 5. et Silueſt. tit. indulgen. q. 10.
neq; opinio Nauarro in tract. de indulg. nota. 30.
§. 8. et. 9. quãuis pie non aſſertiue eam teneat, et
aliorũ dicentium, q quando forma indulgentie
dicit quod cõfeſſor idoneus concedat eam ſorti,
ſi nõ dicit q ſit ſacerdos, tunc ſi nõ adſit ſacerdos
poteſt quilibet clericus etiã prime tõſure ſeu etiã
laicus eam concedere facta cõfeſsione tantũ gene
rali. ſ. Confiteor Deo &c. Et ſimiliter dicunt quã
do bulla concedit q quis confeſſus et cõtritus lu
cretur talé indulgentiã, aut q confeſſo et cõtrito
concedatur a confeſſore talis indulgétia. Quia ſi
ſit contritus cũ propoſito ſacramétaliter confité-
di ſecundũ ius poteſt vt dicunt iſti facta predicta
tantũ confeſsione generali Cõfiteor Deo &c. cle
ricus ſeu laicus in abſentia ſacerdotis concedere
indulgentiã illã. Et ratio eorum eſt. Quia ad lu
crandũ indulgentiã ex natura ſua non requiritur
confeſsio ſacramétalis ſicut neq; ad remiſsionem
penarũ que fit per indulgétias: ergo niſi exprima
tur in bulla nõ requiritur. Sed certe vt dictũ eſt ta
lis confeſsio ſacramétalis requiritur ex impoſitio
ne Pape ſub tali cõditione concedentis, cuius inté
tio ſatis exprimitur in ſignificatione confeſsionis
et confeſſoris ſi proprie et ſecundum ius vt acci
pi debét capiantur vt probatum eſt.

¶ Propoſitio ſeptima. Quando ad lucrandum indulgentiam deberet quis confiteri: et tamé ami Propoſi.7.
ſit non quidem vſum rationis ſed loquelam tan
tũ: tunc ſufficit confiteri vt mutus confitetur per
ſigna æquipollentia confeſsioni vocali ſacramen
talé. ¶ Secus ſi nullo modo poteſt peccata inti
mare confeſſori per ſigna predicta. Neq; enim
ſufficiunt generalia ſigna contritionis tantum: li
cet hæc ſigna generalia contritionis ſufficiant ad
abſolutionem ab excommunicatione et ſecun-
dum quoſdam doctores etiam ad abſolutionem
a peccatis ſicut et generalis confeſsio ſacramenta
lis de oblitis et ignoratis, vt ſupra propo. 6. dictũ
eſt. Concordant Floren. et Silueſt. et Supplemé.
Gabri. vbi ſupra. Pie tamen mihi videtur quod
talis cõfeſsio ſufficiat etiã ad lucrãdum talé indul
gentiam, ſicut et ad abſolutionem ſacramentalem
peccatorum obtinendam. Ex quo aliquo modo
ſacramentalis eſt, vt infra. q. 39. in. 2. puncto prin
cipali habetur. ¶ Si autem bulla ſpecialiter conce
dat indulgentiam de ore confeſsis vel ei qui fue-
rit ore confeſſus: dicit Supplemen. Gabrie. vbi ſu
pra artic. 2. propoſ. 8. quod non ſufficit confeſsio
per ſigna quantumcũq; particulariter explicatiua
peccatorum. Sed certe hoc ego non credo potius
enim videtur quod tali non potenti aliter confi-
teri ſufficiat per talia ſigna particularia. Quia ex
quo Papa non intendit exigere confeſsionem ni
ſi ſacramétalem ſecundum ius vel iuridicam, qua
lis cenſetur iſta facta per ſigna a mutis non poté
tibus aliter confiteri. Ergo licet exprimat de ore
confeſsis vt cõmuniter ſolet fieri, non eſt exclu dé
da alia æquiualens facta a mutis et non potenti
bus aliter confiteri. Neq; ſtãdum eſt in tam ama
ro rigore verborum, vt ait gloſſ in Clementi. vni
ca. de reliquijs et vene. ſanctorum. ſed potius hic
habet locum Epicheia. Concordat Florent. vbi ſu
pra. ¶ Si vero quis amiſit loquelã ſimul et vſum
rationis per amentiam freneſim aut alio quouis
modo: tunc in caſu quo ſecundum bullam requi
rebatur confeſsio ſacramentalis non lucrabitur
indulgentiam: ex quo impleri non poteſt cõditio
requiſita ex quacunq; cauſa, vt ſupra queſt. 23. ha
betur. Quanuis Florent. vbi ſupra dicat quod tali
bene poteſt confeſſor concedere indulgentiam:
et ille eam lucrabitur quoad peccata iam alias
confeſſa tantum: ſed quomodo hoc ſit verum
dictum eſt ſupra propoſ. 2. et. 5. &c. ſed vt proxi
me dixi videtur quod ſi oſtendit ſigna contritio
nis poteſt et debet ei talis indulgétia et abſolutio
ſacramentalis impendi: non autem ſi nulla ſigna
contritionis tunc vel ante priuationem rationis
et loquele oſtendit. ¶ Quod ſi tenor indulgentie

hsbet quod confeſſor electus ab eo ei concederet
indulgentiam:et ipſe ante electionem confeſſo-
ris priuetur vſu rationis:tunc ſi ante talem priua
tionem vſus rationis elegit aut dixit ſe velle per
quencunq; aut per aliquem ſignatum confeſſorē
ſibi concedi indulgentiam:quilibet aut ille ſacer
dos ſignatus qui illum in confeſsione poterat au
dire poteſt in tali caſu etiam extra confeſsionem
ſacramentalem ſi talis confeſsio vt ſupra dictum
eſt alias ex tenore conceſsionis ad id non requiri
tur concedere talem indulgentiam. Si autem in
dicto caſu non elegit talem ſeu aliquem confeſſo
rem expreſſe aut id non declarauit, quauis intē
debat et volebat eligere:non valet ei concedi ta-
lis indulgentia. Quia tenor indulti electionem
confeſſoris et non ſolum voluntatem eligendi re
quirit vt ſupponitur. Quanuis Floren. vbi ſupra
et Silueſt. dicant quod ſufficit voluntas eligendi,
ſed vt dixi contra eos eſt tenor indulti et Supple
men. Gabri. vbi ſupra. propoſ.8. Et imputet ſibi
qui cum poterat omiſit eligere confeſſorem ad id
in tali caſu, et alij caueant ſimilem negligentiā.
¶ Stando in rigore ita videtur vt ait Supplemen.
Gabri. ſed de bona æquitate videtur quod ſuffi-
cit voluntas eligendi ſecundū Florent. Tum quia
Papa ſic creditur velle: tum etiam quia per predi
ctam formam potius videtur Papa in fauorem lu
crantis indulgentiam concedere vt poſsit eligere
quem vellet confeſſorem quam in eius preiudi
cium ipſum arctare, et maxime in tali caſu quo
priuatus loquela vel vſu rationis tunc vel ante ſi
gna contritionis oſtendit vt dictum eſt. Concor
dat Nauarro in tract. de indulg. nota. 30. §. 11.
Quod ſi vtens loquela vel vſu rationis ex negli
gentia omiſit eligere confeſſorem qui ſibi conce
deret indulgentiam non lucrabitur eam vt ſupra
dictum eſt. ¶ Quomodo autem cum talibus pri
uatis vſu rationis prope mortem ſe debeat habere
cōfeſſor circa hec et alia eiuſmodi, latius habetur
infra. q.39. quia ſecundum Gerſ. faciat quod po
teſt et quod melius eſt, valeat quod valere poteſt
coram Dei miſericordia, et nil omittatur de poſ
ſibilibus fieri vtiliter.

Quæſt. 28. QVÆSTIO. XXVIII.
Vtrum quando forma in
dulgentiæ eſt de peccatis
ore confeſsis, requiratur
confeſsio aut contritio ali
qua de venialibus pecca
tis, vt ad ea extēdatur præ
dicta indulgentia.

Propoſi. 1. ¶ Reſpondeo per duas propoſitiones, quarum
prima eſt. Si tranſacto peccati venialis actu ma
net ratio culpæ quoad reatum ſeu maculam ſecū
dum Tho. et ſequaces: tunc requiritur quod talis
culpa per contritionem aut diſplicentiam aliquā
aut per confeſsionem generalem vel particularē
de eis ſacramentaliter factam aliquo modo deleta
ſit vt quoad eius penam poſsit extendi indulgen
tia aliqua: ſecus ſi ſecundum Scotum non manet
ratio culpe vt ſupra q.8. propoſ.1. habetur. Et in
hoc concordant cōmuniter doctores. et Adria.
in.4. in mate. de indulg. vt infra habetur.
¶ Propoſitio ſecunda. Poſt deletam culpam ve Propoſi. 2.
nialium, ſecundum Tho. aut ſecundum Scotum.
hoc vel illo modo vt dictum eſt: ita quod iam nō
manet niſi reatus ſeu obligatio ad penam tempo
ralem, vtrum ſit neceſſaria aliqua confeſsio venia
lium vt predicta indulgentia de ore confeſsis ad
ipſa venialia extendatur: ſicut et quoad mortalia
iam quoad culpam dimiſſa dictum eſt ſupra. q.
27. propoſ.2. et.3. ¶ Dico quod ad hoc eſt duplex
opinio. Prima Adria. in.4. in mat. de indulgen. Opi. 1.
quod requiritur aliqua confeſsio ſacramētalis ſpe
cialis aut generalis de eis: alioqui non valebit eis
talis indulgentia niſi ea quis cōfeſſus fuerit ſacra
mentaliter in genere aut in ſpecie modo ſupradi
cto in queſtione. 27. propoſ.6. et.3. conſequendo
aliquem effectum remiſsionis per ſacramentalem
abſolutionē. Et ratio huius eſt. Quia tenor indul
ti ſupradicti vt ſupponitur id requirit, ſcilicet ta
lē confeſsionem de peccatis ad quorū penas ſe ex
tendere habeat talis indulgentia: et nō eſt maior
ratio de mortalibus quam de venialibus, ex quo
tenor indulgentiæ nil excipit nec limitat. ergo
intelligendus eſt de confeſsione ſecundum ius re
quiſita proportionabiliter ad peccata, ſcilicet de
confeſsione ſaltem generali ſacramentali pecca
torum omnium inculpabiliter oblitorum et ig
noratorum et venialium omnium in generali: ta
lis enim confeſsio eſt que ſecūdum ius diuinum
et humanum talibus peccatis venialibus et morta
libus oblitis debetur.
¶ Altera opinio eſt quod de venialibus nulla Opi. 2.
confeſsio requiritur ad lucrandum talem indul
gentiam de ore confeſsis. Ratio. Quia nō requi
ritur confeſsio ſpecialis aut particularis: ex quo
hec ſecundum ius nō eſt neceſſaria de venialibus,
immo et eſt impoſsibilis de omnibus venialibus.
Papa autem non intendit ad impoſsibile obliga
re: neq; confeſsionem non neceſſariam impone-
re ſed iuridicam, qualis eſt particularis de morta
libus. Ergo nec requiritur confeſsio generalis ve
nialium quia hec aut non eſt ſacramentalis aut nō
eſt iuridica de qua habetur in cap. omnis vtriuſq;
ſexus. de peni. et remiſs. et Ioan. 20. Quorum re-
miſeritis peccata &c. Nam ibi de confeſsione ſa
cramentali particulari peccatorum intelligitur ſe
cundum cōmuniter doctores. Papa etiam loqui
tur et intelligitur de eadē confeſsione ſacramenta
li et iuridica cum dicit de peccatis ore confeſsis:
ſed non intelligitur de particulari venialium vt
ſupra probatum eſt. ergo non intendit vllo mo
do de vlla confeſsione venialium. Hanc ſecundā
opinionem tenet Nauarro in tracta. de indulg. no
ta. 30. §. 6. et nota. 18. §. 17. et Floren. 1. par. tit. 10.
ca. 3. §. 10. et cōmuniter doctores.
¶ Mihi autem (ſaluo meliori iudicio) videtur
quod requiritur confeſsio particularis de venia
libus

libus notabiliter agrauantibus memorie occurrē
tibus, ſine nimia eorum examinatione aut anxia
perſcrutatione, ſicut de mortalibus etiā alias quo
ad culpam remiſsis: et propter eandem rationē.
quia ſic videtur tenor indulgentiæ vt ſupra. q. 27.
propoſ. 5. habetur. De alijs autem requiritur et ſuf
ficit confeſsio ſacramentalis generalis ſeu in gene
re de venialibus, ſicut et de inculpabiliter oblitis
et ignoratis mortalibus, et ſicut de eis que nō poſ
ſunt cōmode particulariter confiteri vt ſupra di-
ctum eſt loco allegato et propoſ. 6. videatur. Et ſic
concordant Adria. et Floren. et cōmuniter doct.
in hoc. Neq; ex hoc Papa nos obligat ad impoſsi
bile neq; imponit confeſsionē preter ius: licet im
ponat confeſsionem nō obligatoriam de veniali
libus ſicut et de mortalibus vt ſupra dictum eſt.

Queſt. 29. QVÆST. XXIX.
Quando indulgē
tia conceditur fa-
cientibus tale quid
determinatum aut
indeterminatum;
puta porrigētibus
manus adiutrices
aut eleemoſynam
aut tot argenteos
pro fabrica pro bulla aut laborantibus in opere
fabrice, aut viſitantibus talem locum ſacrum, aut
orantibus tot Pater noſter coram tali imagine,
aut ieiunantibus tali die, aut confitentibus et reci
pientibus Euchariſtiam et huiuſmodi, vtrum eam
æqualiter lucretur quilibet id determinatū opus
faciens. Et ſimiliter ſi eſt indeterminatum, vtrum
æqualiter eam omnino lucretur is qui parū ſicut
qui multum facit de tali opere pio. Similiter qui
magis et qui minus deuote id facit.

Reſpon. ¶ Reſpondeo. Quod ſi id quod imponitur et ſit
pro lucranda tali indulgētia eſt cauſa pia ſufficiēs
ad tantā et talē indulgentiā; modo ſit indetermi
natū modo determinatū in ſua quātitate per Pa-
pā concedentē: quilibet id faciēs lucratur eā æqua
liter ſicut cōceditur: et qui plus facit nō plus lucra
tur. Quod ſi non ſit ſufficiēs abſolute vel reſpecti
ue ad tantā indulgentiā: tunc non æqualiter ſed ſe
cundū ratā et proportionē cauſæ aſsignate ad tan
tā indulgentiā lucratur quilibet, reſpectiue. ſ. ſecū
dū quod reſpectu ipſius perſone tale opus impoſitū
taliter ab eo factū magis vel minus accedit ad cau
ſam ſufficientē aſsignatā talis indulgētię, ſic magis
vel minus lucratur de illa indulgētia, vt ſup. q. 20.
latius habetur de his. ¶ Sed quia de nulla fere cau
ſa pia determinate ſeu indeterminate aſsignata
per Papā cōſtat manifeſte quod ſit corā Dei iudicio
ſufficiēs ad tantā quantitatē indulgentie vt ſup. q.
22. dictū eſt, ideo etiā nō cōſtat quod quilibet æquali
ter lucretur dans duos argēteos in bulla aſsigna-
tos. Quia et talis eleemoſyna poteſt eſſe cauſa pia
ſufficiens ad tantā et totā illa indulgentiā reſpectu
vnius puta pauperis et non reſpectu alterius puta
diuitis. Et ſimiliter viſitatio Eccleſiæ facta ab eo
qui deuotius aut de lōge venit cū magno labore
poteſt eſſe cauſa ſufficiēs reſpectu eius ad totā illā
indulgentiā aut magis accedere ad ſufficientē cau
ſam aſsignatā pro illa indulgētia; quā viſitatio fa
cta ab alio qui nō tā deuote aut nō de tā longe ve
nit. Ideo nō niſi ſecundū ratā et proportionē cau
ſe ſignate per Papā ad talē indulgentiā magis vel
minus de illa indulgentia lucrabitur vt dictū eſt.
Et ad hoc facit extrauag. Boniſ. 8. antiquorum. de
pe. et re. vbi poſtquā vere penitētibus et confeſsis
viſitātibus baſilicas vrbis Romæ ſub forma ibi ex
preſſa cōceditur indulgētia pleniſsima omnium
ſuorū peccatorum: ſtatim ibi ſubinfertur, Vnuſ-
quiſq; tamē plus merebitur et indulgentiā effica-
cius cōſequetur qui baſilicas ipſas amplius et de-
uotius viſitauerit: Hæc ibi. Ex quo patet quod mens
etiā Pape eſt quod niſi ſufficienter deuote viſitauerit
ita vt ſit ſufficiens corā Dei iudicio cauſa tante in
dulgētiæ, non lucrabitur totā illā niſi ſolū ſecun
dū ratā et proportionē talis cauſe ad indulgentiā
vt dictū eſt ſecundū Dei iudiciū et noſtrā proba
bilitatē. Concordat Adri. ad hoc etiā facit cēſura
Pariſieñ. contra Eraſmū. ¶ Ad hoc etiā faciunt cō
muniter doct. antiqui puta. B. Tho. in. 4. diſt. 20.
q. 3. et queſtiun. 2. in reſp. ad. 3. et in addi. 3. par. q.
25. art. 1. ad. 3. et Floren. 1. par. ſum. tit. 10. ca. 3. § 3.
et Palud. ea. diſt. 20. q. 4. art. 2. et Durād. ead. diſt.
et ſummiſte omnes, et canoniſte ſecundū Inno. in
ca. quod autē. de pe. et re. dicētes quod quando inde
terminate cōceditur indulgētia porrigētibus ma-
nus adiutrices fabrice aut huiuſmodi: debet diues
dare ſecundū ſuam conditionē. ſ. rex vt rex miles
vt miles et pauper vt pauper: alioqui diues nō lu
crabitur tantam indulgentiā dando vnum dena-
rium quantā lucrabitur pauper dādo denarium.
Hec illi. Item Bonauen. ea. diſt. 20. q. vlti. dicit quod
collator indulgentiarū ſecundum rectū iudicium
conſiderat et ponderat cauſam pro qua dantur in
dulgentiæ: et ſecundū quod homines plus vel mi
nus accedunt ad cauſam illā, ita plus vel minus
participāt de indulgētia. Vnde cum ſtationes in
vrbe Roma cōſtitute ſunt pro peregrinis: nō tan-
tum lucrētur de eis illi qui ſunt prope et in vrbe
ſicut venientes a remotis. Quantum ergo eſt ex
parte dantis (adde tu et ex parte indulgētie) tantū
valent indulgentie quantū promittunt: nō tamē
æqualiter omnibus, ſed ſecundū eſtimationē quā
habuit vel habere debuit cōcedens indulgentias:
quā tamen nō oportet exprimere quia fideles de
bēt credere quod dona Spirituſſancti æquo librami
ne donētur. Hec ille. Et videtur cōcor. Richar. ea
diſt. art. 3. q. 2. licet nō aperte, et Gerſon. vt allegati
ſunt ſup. q. 20. in proba. 3. par. propo. in corol. ibi
ad propoſitū videatur. Et ratio predictorū docto.
ſolū videtur eſſe ea que ſupra dicta eſt, quia. ſ. Pa
pa rationabiliter intēdit in ſuis indulgētijs deter
minate aut indeterminate cōceſsis quod eas omnino
lucretur qui ſufficientiā talis cauſe ad tales indul
gētias attingit. Alias ſecus niſi ſecundū ratā vt di
ctum eſt. ¶ Et ſecundum hunc intellectum ſeu
ſententiam

ſententiam forte poſſunt in hoc concordare et intelligi. Raymu. et Altiſio. Richar. et alij doctores antiqui dicentes quod ſecundum menſurã fidei, deuotionis laboris ſeu operis, ita plus vel minus, intenſiue aut extenſiue participat quis de indulgentia (vt recitatum eſt ſupra. q. 17. in. 1. et. 2. opi. et habetur infra. q. 32. in. 3. corol.) quia per hee magis vel minus accedit ad ſufficientiam talis cauſe ſignate ad talem et tantam indulgentiam vt dictũ eſt. Preſupponitur etiam quod fiat id totũ quod et quomodo imponitur pro lucranda tali indulgentia: alias nil lucrabitur vt ſupra. q. 28. habetur. ¶ Quod ſi predicti aut alij doctores nõ ſic patiuntur intelligi, ſed aliter ſicut et Supplemen. Gabri. in. 4. diſt. 45. q. 3. arti. 2. propoſi. 10. et gloſſ. in dicta extrauag. aliter intelligit: et aliter ſentit ipſe dicens quod qui æqualiter facit quod bulla imponit æqualiter lucratur totam illam indulgentiam ſine vlla differentia: et ſic gloſſant illam extrauag. antiquorũ. quod vnuſquiſq; plus merebitur &c. ſcilicet quoad premium eſſentiale ſeu etiam quoad releuationem penarum ex vi ſui operis ſeu deuotionis. ſecus ex vi indulgentie &c. Sed certe hic eorũ ſenſus et gloſſa neq; rationi neq; predictæ extrauag. conſonare videtur. Ideo conſequenter ad dicta ſupra. q. 20. et. 22. videtur ſtandũ his quæ dicta ſunt in preſenti. q. ſaluo meliori iudicio.

¶ Si queratur qui fieri poteſt vt deuotio peregrini qui penitens et confeſſus vel in ſtatu gratie quindecies viſitauerit Eccleſias preſcriptas ſine deuotione non pertingat ad iuſtam cauſam totius indulgentie: aliud autem ſic cum magna deuotione? ¶ Reſpondeo vt patet ex dictis quia idẽ opus vno modo et cum aliquibus circunſtantijs et ab vno homine factum erit ſufficiens cauſa totius indulgentie ab eo lucrande: et nõ ab alio nec a ſe ipſo ſi alio modo fiat. Ideo vna et eadem indulgentia multis queſita, alijs queritur plenius quam alijs, vt hoc etiam ait Nauarro tract. de indulg. nota. 11. et nota. 15 §. 10. et nota. 31. §. 34. 35. vbi cum omnibus ſupradictis concordat. Et ita tandem poſtea tenet predicta gloſſa et Nauarro vbi ſupra. ¶ Et hinc patet quod ſi duo regalia, attẽtis alijs circunſtantijs ſeclnſa circunſtantia ſeu relatione ad perſonam dantem, eſt cauſa ſufficiens ad totam indulgentiam ſeu indulgentias que conceduntur: tunc omnes diuites et pauperes dãtes illa duo regalia ſecundum tenorem conceſsionis lucrantur omnes indulgentias conceſſas: alias autem non, ſed pro rata vt dictum eſt. Nam licet illa duo regalia ſint cauſa ſufficiens ad indulgentiã pleneriam quando in communi pro omnibus id bulla concedit: ſi tamen non eſt reſpectu omniũ aut ſingularium perſonarum, puta valde diuitũ: tunc ipſi diuites dantes duo regalia non æque lucrabuntur aut non totas illas Indulgentias vt pauperes dantes ipſa duo regalia, ſed ſolum pro rata ſecundum quod accedunt ad ſufficientiam cauſe plus vel minus, vt ſupra. q. 22. in reſpon. ad dub. habetur. Si tamen quis non dederit illa duo regalia ſignata in bulla ſed vnum tantum: tunc nil de illa indulgentia lucrabitur vt ſupra. q. 23. habetur et patet ex dictis.

QVÆSTIO. XXX. Quæſt.xxx

Vtrum ex parte lucrantis indulgentias vltra ſtatum gratie et impletionẽ operis impoſiti requiratur aliquid aliud, puta fides, deuotio aut alia dignitas ſeu diſpoſitio ad lucrandum indulgentiam.

¶ Reſpõdeo per duas propoſitiones. Prima eſt. Propo.i. Quod licet ex parte ipſius lucrantis indulgẽtias requiratur ad ſtatum gratie illa deuotio fidei qua credat in genere ſeu ſaltem implicite Eccleſiam dare poſſe indulgentias: non tamen requiritur quod credat prelatum ſeu Papam ex hac ſeu tali cauſa poſſe concedere hanc ſeu quancunq; voluerit indulgentiam. Probatur prima pars. Quia illa fides requiritur ad ſtatum gratiæ: alioqui eſſet infidelis vt patet ex ſupra dictis. q. 7. Secunda pars probatur ſecundum Adria. in materia de indulg. conclu. 1. Quia ſi quis propter cõtrarietatem opinionum dubitet an indulgentiæ valeant omnino quantum ſonant, an ſolum ſecundum proportionem cauſæ pro qua conceduntur: non facit cõtra fidem Eccleſie: ex quo ſolum opinatur cum doct. vt licet. Quia et de his particularibus factis nõ eſt fides vt ſupra. q. 19. 20. habetur: et per conſequẽs non ponit obicem effectui indulgentiarum. Si tamen nihilominus vult facere quod pro illa lucrãda inſtitutum eſt, valeat quantum valere poteſt: certe hoc non impedit fructum indulgẽtiæ: ſicut nec dubium vtrum ſit ſufficiens cauſa diſpenſationis impedit quin ſit ſufficienter a Papa diſpenſatum cum ipſo in eo in quo vere potuit diſpenſare. Imma ſicut dubium ſeu etiam credulitas de cõtrario quod ſcilicet ad hunc dolorem Deus non dimiſerit peccatum, ſtat cum hoc quod ſcilicet Deus plene remiſit: ita ſimiliter in propoſito. Et ſecundum predicta limita et intellige doctores qui dicunt requiri aut non requiri predictam fidem, diſtinguendo vt dictum eſt.

¶ Propoſitio ſecunda. Ad lucrandum indulgen- Propo.ij. tias viuentibus conceſſas nõ requiritur alia dignitas ſeu diſpoſitio vltra ſtatum gratiæ et impletionem operis impoſiti quantum eſt ex parte lucrãtis indulgentias. Probatur. Quia ſi aliud requiritur, hoc eſſet vt impleretur conditio operis impoſiti per concedentem: et hoc non. quia vt ſupponitur id non imponitur. Vel ſecundo requiritur ad hoc quod eſſet capax indulgentie: et hoc non, quia ad id ſufficit ſtatus gratiæ: vt ſupra. q. 23. habetur. Vel tertio requiritur ad hoc quod ei valeret indulgentia quantum ſonat: et hoc non: quia ad id ſufficit quod ſit conceſſa ex cauſa ſufficiẽte ad eam: non enim cõmenſuratur fructus indulgẽtiæ diſpoſitioni ſuſcipientis, ſed ſue cauſe pro qua cõ-

ceditur

ceditur vt ſupra.q.20.habetur latius. Vel quarto requiritur ad hoc quod a Deo infallibiliter acceptetur quantum ſonat pro eo cui conceditur: et hoc non: quia ex iuſtitia legis orta ex ſuo pacto liberali ſtante lege infallibiliter acceptātur indulgentie a Deo quantum ſonant pro viuo cui conceduntur quantumcunq; alias ſit aut fuerit negligens aut indignus tali miſericordie, vt patet ſupra.q.5.ex Matth.16. Quodcunq; ſolueris &c. et et ſic nihil aliud requiritur vltra predicta. Et ita tenent communiter theologi et canoniſte. ¶ Dictum eſt in proportione quantum eſt ex parte lucrantis indulgētias. Nam deuotio vel fides poteſt eſſe circunſtantia ratione cuius cauſa pia indulgentie reſpectu huius ſit ſufficientior ad maiorem fructū indulgentie. Sicq; quatenus per modum circunſtantie reducitur ad cauſam indulgentie poteſt requiri plus vel minus ad plus vel minus de indulgentia lucrādum vt ſupra.q.20.et.29.dictum eſt. Ideo multi doctores multas alias conditiones dixerunt ad id eſſe requiſitas, puta fidem, deuotionem, laborem, quantitatem rei dare vel facte, vel operis pij ad lucrandum indulgentiam, vt ſupra queſtione.20.he opiniones relate ſunt. Et ſolum habens veritatem quatenus hec faciunt ad ſufficientiam cauſe vel operis pij ad illam indulgentiam vt ſepe dictum eſt. Vide etiam infra queſtione.32.in fine. ¶ Quoad indulgentias autem defunctorum per modum ſuffragij forte requiritur alia dignitas, vt ſupra queſt.15.et.16.et.17.latius habetur ibi videatur. Nam hic de indulgētijs proprie dictis quoad viuos agimus.

Argu.1. Contra hanc ſecundā propoſitionē arguitur triplicitet. Primo, quia nullus indignus aliena ſatiſfactione pro pena a ſe debita cōſequitur apud Deū veraciter fructū indulgētie: ſed quilibet quantūcunq; in ſtatu gratie exiſtēs negligēs ſatiſfacere per ſe ipſum eſt indignus aliena ſatiſfactione. Ergo nullus negligēs ſatiſfacere per ſe ipſum etiā ſi ſit in ſtatu gratie acquirit fructū indulgētie totaliter ſed ſolū vt dignus eſt. Conſequētia patet, et maior probatur. Quia indignus ſatiſfactione aliena eſt ſimiliter indignus indulgētia: cū indulgentia locū ſatiſfactionis habeat penarū de theſauro Eccleſie vt ſupra.q.3.habetur. Nunc autē indignus indulgētia non cōſequitur eius fructū. Quia diſtributio diuinorū ſolū habet locū in debite diſpoſitis, quales nō ſunt illi qui ſunt indigni talibus diſtributionibus, que a Deo principaliter ab Eccleſia autē miniſterialiter fiunt. Et ita patet maior. Minor autē ꝙ.ſ.quilibet etiā in gratia ſi eſt negligens ſatiſfacere per ſe eſt indignus aliena ſatiſfactione &c. probatur. Quia licet ſatiſfactio ita ſit opus perſonale ꝙ poteſt eſſe capax amicabilis adiutorij, ex quo fit per exteriora bona inter quæ cōputantur amicitiamē indignus amicabili adiutorio eſt indignus aliena ſatiſfactione. Sed cōſtitutus in gratia negligens per ſe ſatiſfacere eſt indignus amicabili adiutorio; ex quo amicorum eſt idē velle et idē nolle. Et per cōſequens ſi ego nolo per me ſatiſfacerē, par eſt vt amicus hoc nolit. Alioqui nō amice ſed iniuſte id peterē ab amico, allegās ei onera grauia et nolēs digito ea tāgere.

Secundo arguitur ad idem. Quia in qualibet bene ordinata republica quantumcunq; rationabilis cauſa adeſſet aliquando diſpenſandi cōmunem theſaurum in ciues grauatos ære alieno negligentes tamen ſoluerē; cenſerentur indigni auxilio de tali theſauro: et per conſequens nō fuit intentio domini talis theſauri quod ſolueretur de eo pro talibus qui poſſunt et non curant de ſuo ſoluere, qui propter hoc indignos ſe redunt tale ſubuentione. Alioqui foueretur negligētia, et alij iſtorum exemplo ad ſimilem negligentiam prouocarentur. Legis autem eſt facere non negligentes ſed virtuoſos.1.polyt. Ergo cum Eccleſia ſit a Deo bene ordinata: non eſt æquum vt aliter ſe habeat circa ſuum theſaurum ſpiritualem diſpēſandum talibus indignis et negligentibus notabiliter per ſe ſatiſfacere. Hoc enim eſſet eneruare ſatiſfactionem penitentialem et fouere negligentiam, neq; Deus acceptaret. ¶ Et hoc cōfirmatur ex antiqua forma indulgentiarum, vbi cōceditur indulgentia vere penitentibus. Vere autem penitens non ſolum dicitur is qui non eſt in mortali: ſed etiam poſitiue is qui habet affectum et ſolicitudinem ad ſatiſfaciendum per ſe vt tenetur, cuiuſmodi non eſt is qui negligens eſt vt ait Richar. in.4.diſt.20.art.3.q.1. Quod etiam innuitur ex eo quod de iniunctis penitentijs indulgentia conceditur. Nam inde colligitur quod talis debet acceptare penitentiam illam iniunctam cum propoſito exequendi debite per ſe ipſum: alioqui non eſt vere penitens.

Argu.2. (margin, beside "Secundo arguitur")

Cōfirma. (margin, beside "Et hoc cōfirmatur")

Argū.3. Tertio arguitur ad idem. Quia ad plenariam remiſſionem penarum per viam ſacramenti penitentie non ſufficit ſtatus gratie ex parte ſuſcipientis vt ſic ſit dignus tali remiſſione. Ergo neq; ad eam per viam indulgentie. Antecedens patet: alioqui quilibet in ſtatu gratie confeſſus conſequentur huiuſmodi plenariam remiſſionē penarum ex vi ſacramenti, quod patet falſum. Conſequentia probatur tum primo. Quia ſacramentum eſt potius et efficacius quam indulgētia: tum ſecundo. Quia Deus principalis diſtributor theſauri per ſacramenta eſt lōge liberalior quam quilibet pontifex, vt patet.

Reſpō. ¶ Reſpondeo propter has rationes Caieta. in ſecundo quodlib.q.1.de indulg. et Nauarro tract. de indulg.nota.21.dicens etiam hanc opinionem eſſe probabiliorem et tutiorem et omnibus ſuadēdam, quanuis omnino non reprobet aliam opinionem cōmunem quam nos hic tenemus et defenſamus, tenent quod vltra ſtatum gratie ad lucrādas quaſcunq; indulgentias legitime conceſſas requiritur quod homo habeat hanc dignitatem, quod ſcilicet fuerit et ſit diligens et paratus libenter acceptare et exequi per ſe penitentias debitas rationabiliter iniunctas aut iniungendas per confeſſorem: alioqui qui negligens eſt in hoc ſperans

per alios

per alios et per indulgentias ſatiſfacere hic vel in purgatorio non lucrabitur tales indulgentias in toto et forte etiam ſecundum ipſum neq; in parte quantumcunq; alias ſit in gratia et faciat quod imponitur. Quia Deus non acceptat pro tali indigno. Dicitq; quod .B. Tho. ſic ſentit: et ſi aliter dicere videatur id non ex ſua mente ſed ex mẽte et opinione aliorum id locutus eſt. Ad doctores autem cõmuniter oppoſitum tenẽtes dicit Caie. quod de eis non curat, quia non tam bene vt ipſe rem hanc conſiderauerunt. Sed certe hec opinio Caietani ſi quid valet habet locum de indulgentijs per modum ſuffragij defunctis cõceſſis vt ſupra .q.15.et.17. habetur: quoad viuos autem non eſt vera: et temere ipſe reſpondet: et eius motiua predicta pro eo nõ concludunt. Nam ad ſingula reſpondeo.

Reſpõ. ad. 1. argum. ¶ Ad primum ergo argumentum reſpondeo negando antecedens pro vtraq; parte. Pro maiori quidem quando dona non diſtribuuntur ſecundum rigorem iuſtitiæ ſimul et ſecundum dignitatem ſuſcipientis, ſed precipue ſecundum liberalitatem et cauſam pro qua fit talis diſtributio, vt fit in indulgentijs ſuppoſita capacitate per gratiam et alijs requiſitis vt dictum eſt. Multa enim dona Deus dat nobis alias indignis que et petimus vere dicentes non ſumus digni &c. ergo ſimiliter hic. Minor etiam negatur. Et ad eius probationẽ dico quod dignus adiutorio amicabili et liberali eſt eſſe in ſtatu amicitie et gratie tam quoad homines quam quoad Deum: ſecus de adiutorio ſecundum rigorem iuſtitie ſine liberalitate. In indulgentijs autem eſt adiutorium liberalitatis, vt ſupra .q.3. dictũ eſt. Nam vt etiam idem Nauarro vbi ſupra nota. 21. §. 4. et. 5. quanuis ad aliud propoſitum contra Caiet. ait, ratio quare bona et ſatiſfactiones vnius proſunt alteri cui applicantur eſt cõmunicatio in charitate, ratione cuius ſunt membra viua eiuſdem corporis Chriſti miſtici. Ergo eadem ratio ſufficit vt ſuffragia Eccleſiæ et indulgentiæ poſsint viuis et mortuis ſpecialiter et generaliter prodeſſe quibus applicantur. Nam eo quod amicus meus ſit negligens in ſuis negotijs non eſt indignus vt ego illi ſuccurram: immo ad amiciciam pertinet vt amicus amici defectus ſuppleat etiam ſpirituales. Gratia autem quę facit Dei amicos facit etiam eos dignos quibus Eccleſia vtpote membris ſuis ſubſidia Chriſti impertiatur, vt optime hoc ait Soto in.4. diſt.21. q.2. art.3. et ita ſancti voluerũt neq; radicẽ cõmunionis ſcilicet charitatem quoad hunc effectum tollere potuerunt neq; voluerunt, quanuis Nauarro vbi ſupra dicat oppoſitum.

Reſpõ. ad. 2. argum. ¶ Ad ſecundum argumẽtum reſpondeo. Quicquid ſit de antecedente negatur conſequentia. Quia Deus ſolum dignitatem gratie reputat ſufficientem dignitatem ad eius liberalitatis ſimul et mixte iuſtitie dona per indulgentias ſuſcipiendũ: quia nullius eget et ex largitate circa vnum non poteſt minui eius theſaurus indulgentiarum ad largiendum alijs etiam infinitis egentibus: ſicut neq; theſaurus aliorum donorum eius. Neq; ex hac eius liberalitate et miniſtrorum eius ex legitima cauſa diſpenſantium fouetur per ſe negligentia hominum lucrantium indulgentias: quanuis per accidens occaſionaliter homines tali miſericordia abutentes in ſua negligentia foueantur. Sicut neq; ex liberalitate Dei et miniſtrorum eius remittentium peccata hominum per ſacramenta toties quoties fouetur per ſe negligentia hominum: neq; inde datur ſed accipitur incentiuũ peccati: quãuis ſi alias indiſcrete fiat poſsit concedẽs indulgẽtias ſicut et peccatorum remiſsiones quoad culpam per ſacramenta peccare et nihil facere: ſicut qui ex cõfidentia hac eas acceptaret aut peccaret. Hoc tamẽ eſt per accidens et ex defectu hominum. Neq; enim propter tales occaſiones per accidens eſt tale cõmune et neceſſarium fere omnium remedium quoad remiſsiones penarum omittendum. ¶ Ad confirmationem reſpondeo quod vere penitens ſolum dicit ſtatum gratiæ quantum attinet ad propoſitum: et ad huiuſmodi declarationem contra ficte penitentes ponebatur olim illa particula, vt patet ex cõmuni practica et vſu Eccleſie. Similiter de iniunctis penitentijs dico quod ſolum requiritur talis diſpoſitio animi ad implendum iniunctam penitẽtiam quæ ſufficiat ad reponendum ipſum in ſtatu gratie: licet Richar. ad aliud propoſitum vbi ſupra vere dicat quod per vere penitentem excluditur negligenter penitens et ſatiſfaciens.

¶ Ad tertium argumentum reſpondeo negãdo conſequentiam. Quia in ſacramento remiſsio pene que virtute ſacramenti ſeu ex opere operato cõceditur quantificatur à Deo ſecundum diſpoſitionem et dignitatem ſuſcipientis: illa vero quæ virtute indulgentie conceditur non niſi ſecundum voluntatem concedentis ſimul et ſufficientiã cauſe pie pro qua conceditur. vt ſupra .q.20. in reſp. ad primum argumentum. ¶ Et ad primam probationem conſequentie reſpondeo quod ſacramẽtum non eſt potius quam indulgentia quomodocunq; nec ad quemcunq; effectum: quia ſcilicet non ad remiſsionem penarum vniuerſaliter vt patet. Et ad ſecundam reſpondeo quod licet Deus ſimpliciter ſit liberalior homine: non tamẽ ſecundum quid nec quomodocunq; nec ad quẽcunq; effectum: Quia non oportet vt patet. Nam Deus per ſacramentum ex opere operato non remittit omnem penam ſemper et cuilibet: homo autem ſæpe id et laudabiliter facit, iniuriam ſimul et totum intereſſe ſuum remittendo homini etiam indigno tali beneficio. Patet etiam. Quia ipſe Deus maiorem effectum gratie et remiſsionem penarũ confert in vno ſacramento, puta in Baptiſmo ex opere operato, quam in alio puta quam in Penitentia et Euchariſtia &c. et vnum effectum cõfert in vno ſacramento quem non in alio. ¶ Igitur ex dictis patet quod non eſt reſpuendum illud conſilium Palud. et Adri. et aliorum doctorũ, quod

Reſpõ. ad. 3. argum.

ſcilicet

ſcilicet ad lucrandum indulgentiam de iniunctis
tantum penitentijs conceſſam, homo viliter con
fiteatur faciens ſibi iniungi magnam penitentiam
debitam ſuis peccatis: quam tamen non inten-
dit per ſe implere ſed redimere per indulgentias:
quãuis Caietanus vbi ſupra hoc reprobet et irri-
deat, et Soto in. 4. diſtinctione. 21. queſtione. 2.
ar ticulo.1.ſimiliter.

Quæſt.31. QVÆSTIO. XXXI.
Vtrum clerici et religioſi
Eccleſiæ pro cuius viſita-
tione conceduntur indul
gentiæ poſſunt ſicut alij
eas lucrari licet ibi cõmo-
rentur, et quomodo ſimi
liter Prælatus concedens
indulgentiam poſsit ſicut alij eam lucrari: etiam
ſi non faciat vt alij quod ipſe impoſuit.

Propoſi.1. ¶ Reſpondeo per duas propoſitiones. Prima
eſt. Quando conceditur indulgentia viſitantibus
talem Eccleſiam ſeu porrigentibus manus adiu-
trices aut eleemoſynam illi Eccleſiæ: tunc clerici
illius Eccleſie etiã ibi cõmorantes poſſunt eam lu
crari vt alij, niſi aliud exprimatur in bulla. Quia
non ſunt deterioris conditionis illi quam alij nec
excipiuntur illi in bulla. Ergo cum in eorum fa-
uorem indulgentia concedatur poſſunt eam vt
alij lucrari. Quod etiam facit pro religioſis vt ip
ſi poſsint vt alij lucrari indulgentias conceſſas vi
ſitantibus eorum Eccleſias, etiã ſi ad hoc habeant
ſpeciale priuilegium vt etiam alio modo poſsint
eas lucrari: videantur eorũ priuilegia quoad hoc.
Concordant Floren.1.par.ſum.tit.10.ca.3.§ 2.et
Silueſter tit.indulg.q.8.ſecundum Tho.et ſum.
Roſ.eo.tit.§.23.et cõmuniter doct.

¶ Sed nota primo, quod quando conceditur in
dulgentia venientibus et benefacientibus tali lo-
co ſeu Eccleſiæ et nil aliud dicitur: tunc dicit Feli
nus in ſermone de indulg. quod ſecũdum Nico.
Lyr. in ſuis quodlib. clerici illius Eccleſiæ ſeu lo-
ci non lucrantur illam indulgentiã quia non vide
tur intentio cõcedentis dirigi ad hoc, ſed vt alios
alliciat ad deuotionẽ illius loci et vt ſubueniatur
miniſtrantibus vt poſsint ſeruire illi loco aut Ec
cleſie. Hec ille. ¶ Sed cum hoc pendeat ex volun-
tate concedentis, non id videtur certũ niſi aliter
cõſtet: maxime cum predicta verba poſsint bene
etiã ad fauorem ipſorum clericorum aut religio
ſorum interpretari vt ipſis etiam valeant tales in
dulgẽtie vt dictum eſt. ¶ Nota.2. ſecundum ſum.
Roſ.tit.Indulg §.22. quod quando conceditur in
dulgentia intereſſentibus diuinis officijs in Eccle
ſia, tunc ſi ex neceſsitate celebratur extra Eccleſiã
ſub tentorio, vel ſi propter turbam non poſſunt
omnes eſſe intra Eccleſiã: preſentes ſtantes extra
Eccleſiam lucrantur illam indulgentiam: quia ſic
videtur eiſe de intentione concedentis in tali ca
ſu non excogitato: et concordant Palud. et de no
uo Caſtro. licet gloſſ. in Clemẽ.1. de reliqui. et ve
ner. ſanctorum teneat oppoſitum.

¶ Propoſitio.2. Prelatus cõcedens indulgentiã Propoſ. 2.
poteſt eam lucrari ſicut alij faciendo quod requi-
ritur ad eam lucrandam. ¶ In hoc concordant cõ
muniter doctores vtriuſq; iuris, quia non eſt dete
rioris conditionis. Licet in modo ſit differentia
opinionũ vt ſupra. q. 3. dub. 3. ¶ Sed vtrũ talis pre
latus volens lucrari tales indulg. a ſe conceſſas te
neatur implere cõditiones ſeu facere opus a ſe im
poſitũ omnibus cõmuniter: an poſsit in hoc quo
ad ſe diſpenſare ſeu cõmutare illud in aliud opus
quod loco illius ipſe faciat ad talem indulgẽtiam
lucrandũ. ¶ Reſpõdeo, in hoc videtur eſſe duplex
opinio. Prima Richar. in. 4. diſt. 20. art. 4. q. 3. et Opi.1.
Palud. ea. diſt. q. 4. art. 3. et aliorũ, quod non niſi
ſub ea forma que alijs concedit poteſt etiam ipſe
Papa lucrari talẽ indulgentiam vt alij. ¶ Alia opi Opi.2.
nio eſt Supplem. Gabr. in. 4. diſt. 45. q. 3. art. 2. pro
poſ. 7. quod non tenetur implere in propria for
ma opus generaliter iniunctum, ſed poteſt in hoc
ſecum diſpenſare, et aliud opus pium loco illius
faciendo poteſt lucrari illam indulgẽtiam. Ratio
eſt. Quia cum aſsignatio talis vel talis operis pij
pro tali indulgentia pendeat ab ipſius concedẽtis
voluntate. ergo ſicut poteſt cum alijs in particula
ri diſpenſare aut cõcedere eis quod faciẽdo aliud
opus a cõmuniter aſsignato lucrẽtur talem indul
gentiam, vt patet quia loco viſitationis iniunctæ
ad lucrandũ indulgentiam poteſt Papa cõcedere
ſicut et de facto cõcedit quod infirmus diues aut
religioſus oret, ieiunet, aut det eleemoſynam. Er-
go ſimiliter poteſt ſecũ Papa facere per ſe aut per
ſuum confeſſorem dũmodo ſit cauſa ſufficiẽs ad
ad talem indulgentiã vt ſupponitur. Et ad hoc ac
cedit. B. Tho. in. 4. diſt. 20. ar. 5. q. 4. dicens, quod.
etiã ſi requiratur idẽ opus pro alijs non tamẽ pro
prelato ipſo, quia nõ habet cauſam vt ſe ad hoc
prouocet &c. Sed hec ratio nõ concludit. Ideo ra
tio ſupra poſita videtur ſufficiens et melior. Et fa
cit ad hoc Caiet. 1. 2. q. *96*. art. 5. quod prelatus po
teſt ſecum diſpenſare in lege et ſtatuto ſuo. ¶ Et
forte Rich. et Palud. &c. non intenderunt contra
dicere huic ſecunde opinioni ſed ſolum dicere ꝙ
ſi prelatus impleat conditionem vt alij. i. ſi faciat
opus pium requiſitum ad lucrandum indulgen-
tiam lucrari poteſt vt alij: alias non: ſuple niſi ſecũ
diſpenſans impleat in æquiualenti alio opere. In
generali enim locutione particulares caſus intelli
guntur excepti. Ergo ſiue hoc ſiue illo modo in-
tellexerunt tenetur vt ſupra dictum eſt.

QVÆST. XXXII. Quæſt.32.
Dubitatur quales
anni, dies, ſeu re-
miſsiones peccato
rũ huius vitæ vel
purgatorij reſpon
dent annis, die-
bus, aut remiſsio-
nibus cõceſsis per
indulgentias.

¶ In hac

¶ In hac quæſtione.32.ſunt tria dubia enodan-
Dub 1. da. Primum quando conceditur indulgentia tot
dierum et annorum, an intelligatur de tot diebus
Dub.2. et annis continuis aut interpolatis. ¶ Secundũ an
intelligatur de diebus et annis penitentie debite
Dub.3. et faciende in hac vita an in purgatorio. ¶ Tertiũ
vtrum pene vnius diei vite huius reſpondeat al-
ter etiam dies pene in purgatorio aut plus vel
minus temporis ibidem.

Propoſi.1. ¶ Ad hec igitur tria dubia reſpondeo per tres
propoſitinnes. Quarum prima eſt, quod per in
dulgentiam tot dierum intelliguntur dies conti
nui vel interpolati. Per indulgẽtiam autem vnius
vel plurium annorum intelliguntur dies aliquan
do quidem continui aliquando autẽ interpolati.
¶ Pro cuius declaratione nota quod cannniſte va
rie apellant et diſtingunt hos dies et annos. Nam
quidam dicunt dies vtiles eſſe idem quod conti
nui, puta per.40. dies continuos ieiunando. Et
ſimiliter annus vtilis dicitur continuus quan-
do ſcilicet ſine interuallo per vnum annum con
tinuum penitentia facienda eſt, puta ſingulis die
bus ieiunando vel orando. Cõmunes autem dies
dicuntur interpolati, puta ſi intra vnum annum
vel duos deberet quis.40.dies ſemel in hebdoma
da vel in menſe ieiunare. Et ſimiliter annus com
munis dicitur interpolatus, quando ſcilicet intra
vnum vel duos annos vno die ſingulis hebdoma
dibus vel menſibus ieiunetur. ¶ Alij aliter acci
piunt dies et annos vtiles cõmunes et interpola
tos. Vnde cõfuſio oritur et varietas opinionum.
¶ Nam ſum.Roſ.tit.indulg. §.21.dicit quod nõ
niſi dies et anni continui vel annus continuus de
bent intelligi. Adria.in.4. de indulg. eſt dubius.
Nauarro autem in repetitinne de indulgentijs no
ta.31 §.39.et.40.ait quod ſecundum Hoſtien.in
cap.cum ex eo.de peni.et re.dies indulgentiarum
debent intelligi vtiles: anni vero interpolati: ſed
ad ſenſum quem explicat ipſe Nauarro ibidẽ con
ſonat cum ſupradicta prima propoſitinne.vt hoc
etiam ait Silueſt.tit.de indulg.q.8.et ſum. Ange.
eo.tit.§.3.et Ioan. Andr.et Panor.et docto. com
muniter dicentes quod per indulgentiam tot die
rum puta. 40. ſimpliciter conceſſam remittitur
penitentia tot dierum etiam ſi dies illi penitentie
nõ ſint cõtinui ſed interpolati, vt ait prima pars
propoſitionis. Per indulgentiam autem vnius an
ni ſimplieiter nõ dicendo de iniunctis intelligun
tur.365.dies condonari modo ſint continui mo
do interpolati, modo ſint iniuncti modo non. Ita
quod ſi quis ex iniunctione ſacerdotis teneretur
orare vel ieiunare duobis annis interpolatis vel
alternatis diebus: per talem indulgentiam vnius
anni qui continet.365.dies quibus tenebatur in
terpolate penitere ſuo debito ſatiſfacit. Sed in
hoc videtur Nauarro contrarium ſentire dicens
quod per indulgentiam vnius anni non tollitur
niſi penitentia vno anno implenda etiam ſi ſolis
quinquaginta diebus eſſet in eo penitendum, pu
ta ieiunando vel orando ſingulis quartis ferijs
vnius anni: et quidem de penitentia vnius anni in
iuncta videtur ſatis probabilis opi. hec, vt ex pro
xime dicendis amplius patebit. ¶ Ex quo fit.1.vt Corol.1.
indulgentia.40.dierum aliquando remittat quan
tum indulgentia vnius anni. Aliquando indulgen
tia vnius anni plus quam indulgentia trecentorũ
dierum: aliquando minus quam viginti, quando
ſcilicet minus quam viginti diebus intra vnum
annũ ex iniunctione ſacerdotis eſſet penitẽdum.
Ita etiam indulgentia vnius anni de iniuncta pe
nitentia poteſt cõtinere plures vel pauciores dies
iniunctos intra ipſum annum implendos.

¶ Secundo ſequitur quod per indulgentiã vnius Corol.2.
anni de iniuncta penitẽtia nil remittitur ſi nullus
annus iniunctus eſt: et ſi qui anni ſunt iniuncti nõ
cõdonatur penitentia tot dierum puta.365. quot
vnus annus habet. ſed tot dierum quot et quomo
do a confeſſore iuſſus eſt penitens intra illos an-
nos penitere: ita videlicet quod ſi ex iniuncto ſa-
cerdotis tenebatur duobus annis ieiunare vel ora
re interpolatis diebus, non remittitur niſi vnus
annus de illa penitẽtia iniuncta, et manet obliga
tus ad alterũ annũ interpolatis diebus orandũ vel
ieiunãdum vt ſibi erat iniunctum. Quod ſi ea in
iuncto ſacerdotis teneretur vno anno interpola-
tis diebus orare vel ieiunare: tunc per eam indul-
gentiam vnius anni liberatur. Et ſimiliter de vno
et multis menſibus et quadragenis abſolute vel
de iniuncta penitentia ſicut dictum eſt de anno
abſolute vel de iniuncta penitẽtia dicendum eſt.
Quia cum indulgentie ſuccedant loco penitentia
rum iniunctarum vel iniungendarum corã Deo
et Eccleſia: et ſtricte interpretanda ſint vt ſupra.
q.5.et.9.in reſpon.ad primum argumentum di-
ctum eſt, ergo ſolum valent eo modo quo per ta
le tẽpus ille deberet impleri vti iã declarauimus.

¶ Quoad ſecundum dubium, ſcilicet an indul- Propoſ.2.
gentiæ tot dierum et annorum intelligantur de
diebus et annis vite huius an purgatorij. Reſpon
deo per ſecundam propoſitionem quod intelligi
tur de diebus et annis vite huius non purgatorij:
et de penitentijs in hoc ſeculo iniunctis vel iniun
gendis: et de penis purgatorij reſpondentibus in
tanto aut maiori aut minori tempore illis annis
et penitentijs vite huius. Quoad primam et ſecũ
dam partem probatur vt optime ait Soto in.4.
diſt.21.q.2.art.1.ſecundum cõmuniter doct. Tum
primo, quia forma indulgentie non eſt Remitti-
mus aut relaxamus tot dies aut annos pene ſed pe
nitentie. Pena autem purgatorij non eſt proprie
penitentia: quia non eſt voluntarie aſſumpta: ſed
eſt perpeſsio pene per vindicem iuſtitiam Dei in
flicte, quamuis ſit patienter aut voluntarie tolera-
ta. Tum ſecundo. Quia indulgentie ſuccedunt
loco ſatiſfactionum penitentialium que in ſacra
mento deberent imponi: hee autem ſunt in hac
vita tantum, vbi ſolum iniungi et impleri debe
rent. Ergo de huius vite annis et diebus et penitẽ
tijs ille indulgentie intelliguntur.

¶ Quod etiam intelligatur de penis correſpon
dentibus

dentibus in purgatorio vt ait vltima pars propoſ. inde conſtat:quia indulgentie remittunt penas Deo debitas in foro eius et Eccleſiæ vt ſupra.q. 10.latius habetur.¶Pro cuius ampliori declaratio ne nota has tot annorum dierum et quadragena rum indulgentias vel relaxationes et remiſsiones fieri ſecundum formam canonum antiquorum vbi pro quocunq; peccato mortali ſi eſſet graue imponi iubentur ſeptem anni penitentie, et pro grauiſsimo etiam decem et plures.Et quanuis ex cano.non imponantur ſemper illi anni ſed pau ciores : tamen per illam minorem penitentiam non remittitur niſi pena purgatorij que reſpon det iniunctæ que adimpletur:et ex conſequenti in dulgentia tot dierum vel annorum iniunctorum non remittit niſi ſolum illam penam purgatorij que reſponderet iniunctæ ſi adimpleretur. Si autē indulgentia ſine limitatione de iniunctis conce dit tot dies et annos penitentie vel remiſsionis abſolute, intelligitur de illis etiam qui meditata ratione eſſent iniungendi,et quorum penitens ſecundum ſua peccata reus eſſet,et penarum que in purgatorio his reſpondent ſecūdum iudicium atq; iuſtitiam Dei.Itaq; tantum penarum in pur gatorio remittitur per eam indulgentiam quan tum remitteretur ſi in hac vita ille penitens ſuffi cienter penitentiam egiſſet illis diebus aut annis quibus ſecundum legem vel ſtatutum Dei et Ec cleſie penitere deberet : et in his concordant do ctores communiter,et expreſſe Durand. in. 4. di ſtinctione.20.et Palud.ea.diſtinct.queſt.4. artic. 2.et Florē.1.par.ſum.tit.10.ca.3. §.3.et Supplem. Gabr.in.4.diſt.45.q.3.art.2.propoſ.10.et Silueſt. tit.indulgētia.q.4.quāuis ibi male mordeat ſum. Ange.eo.tit. §.2.quaſi aliter ſenſerit.

Corol.1. ¶Ex ſupradictis ſequitur. Primo, quod indul gentia tot dierum vel annorū abſolute eſt vtilior quam indulgentia totidem dierum vel annorum de penitentia iniuncta:quia per illa remittuntur dies et anni penitentie debite etiam grauiſsime tam iniunctæ quam non iniunctæ : que preſtat in dulgentie totidem annorum et dierum penitētie tantum iniunctæ vt patet ex dictis.

Corol.2. ¶Sequitur.2. quod quanuis indulgentia vnius anni penitentie iniunctæ vel iniungende ſicut et indulgentia plenaria quantum eſt ex parte ſua ab ſolute æqualiter omnibus valeat ſiue remittat: ſe cus autem proportionabiliter quātum eſt ex par te debiti aut debitoris et intenſionis ſeu acerbita tis penitentie aut pene cuius hic et in purgatorio reus eſt. Nam plus remittitur ei qui acerbio ris pene intra illud tempus debitor eſt,quā ei qui minoris in eodem tempore reus eſt. Per accidēs enim eſt quod plus aut minus grauem penitentiā aut penam extenſiue et intenſiue debeat is cui in dulgentia plenaria conceditur vel vnus annus in dulgentie:dum tota illa pena debita illo tempore remittitur quantam tenor indulgentiæ ſonat vt ſepe dictum eſt.

Propoſi.3. ¶Quoad.3.dubium,ſcilicet vtrum pene debite in vno die vite huius reſpondeat alter etiā dies et idem tempus pene in purgatorio, an plus mi nus ve temporis ibidem.Ad quod reſpondet ter tia propoſitio quod quanuis in hoc ſint opinio nes:cōmuniter tamen tenetur quod non ſolum al ter dies ſed etiam plus temporis penarum reſpō det in purgatorio vni diei penitentie vite huius, et per conſequens per vnum diem indulgentie plus remittitur quā remitteretur per penā vnius diei in purgatorio.Et ratio eſt.Quia hic eſt forus miſericordie et voluntarie ſatiſfactionis et meri torie:illic autē forus rigoroſus iuſtitie et ſatiſpaſ ſionis tantum non voluntarie aſſumpte, quanuis patienter et voluntarie pena illa tolerata ſit vt ſu pra dictū eſt.Ideo ad ſatiſfactionem ſolutionēq; penarum vnus dies vel annus penitentiæ ſaltem magne in hac vita preſtat ſimili tempori diei vel anni,immo et multis diebus et annis in purgato rio.Quanto gratior preſtantiorq; eſt Deo volun taria ſui ipſius punitio quam neceſſaria paſsio et toleratio. Sicut et modicum aurum preſtat ma gno ferri aut plumbi ponderi et quantitati.Ideo et vtilior eſt indulgentia concedens vnum annū vel quadraginta dies penitētie iniunctæ vel iniun gende,quam vnum annum vel quadraginta dies pene purgatorij,et in ſupradictis concordant ex preſſe Palud.Adri.et Nauarro vbi ſupra cum cō muni ſententia doctorum.

¶Alia eſt opinio magiſtri Soto in.4.diſt.21.q. 2.artic.1.in oppoſitum.Dicit enim quod vni an no penitentie vite huius non reſpondet alter an nus immo nec forte vnus menſis pene in purga torio:et ex conſequenti quod per indulgētias re mittere mille annos penitentie debite in hac vita nō eſt remittere decem in purgatorio:quodq; pe na vnius diei in purgatorio plus ſepe valet ad ſo lutionem debitarū penarum quā pena vnius an ni iniuncti vel iniungendi implenda in hac vita, quia licet penitentia vnius anni vite huius ceteris paribus plus valeat ad ſatiſfactionem penarū qua tenus eſt voluntaria vt ait prima opinio: at vero ex alia parte quia ſcilicet pena purgatorij ſine cō paratione acerbior eſt,inde plus valet pena vnius anni illic quam hic ad ſatiſfactionem vel ſolutio nem:quia cetera paria non ſunt.Tanta autē pena et tam acerba in eodem tempore,puta in vno an no,plus hic quam in purgatorio valet ratione vo luntarij vt dictum eſt.¶Quo fit, ait ipſe Soto,vt nemo ſit qui in purgatorio fuerit vel futurus ſit viginti annis:et forte neq; decē quantūcunq; pec cator magne pene debitor obierit.Quia in decē annis per acerbitatem pene ibi perſoluet penitē tiam mille annorum et vltra in hac vita debitam adimpleri.Vnde quia remittere mille annos peni tentie per indulgentias non eſt remittere in pur gatorio decem:inde indulgentia mille annorum et amplius etiam veritatem habet,vti ſuperius.q. 20.in illo corol.latius declaratum eſt. Opi.2.

¶Sed hec opinio nō videtur:neq; eius ratio va let.Que ſtat in hoc quod acerbitas penarum pur Reprobatur.1.opi

gatorij ſuperat rationem voluntarij in penis vite
huius eodem tempoꝛe perpeſsis ad effectum ſolu
tionis aut ſatiſfactionis Deo faciẽde. Cuius oppo
ſitum verius eſt vt ait opinio cõmunis ſupra poſi
ta: quod inde liquet: nam vix eſt tam acerba pe-
na in purgatorio que vno tãtum die purget ma
gnum peccatorem debitorem multorum annorũ
penitẽtie pro multis et magnis peccatis ſuis: quẽ
tamen vehementiſsima in hac vita contritio atq;
acerbiſsima flagellatio vel tribulatio ſiue marti-
rium vel etiam religionis ex magno Dei amore
facta profeſsio eodem die aut etiam minori tẽpo
re perdurãs profecto purgaret. Id quod doctores
omnes cõcedunt neq; ipſe Soto negat ſed expreſ
ſe affirmat in. 4. diſt. 15. q. 1. art. 4. et diſtin. 19. q. 1.
art. 3. et. q. 2. art. 1. 2. et. 3. Igitur ratio voluntarij ſu
perat acerbitatem penarũ purgatorij, et ea ratio
ne vnus dies penitentie vite huius plus ſoluit pe
narum debitarum quam vnus et multi dies pena
rum purgatorij: et per indulgentiam vnius diei
remittuntur plures dies in purgatorio.

Corol. ¶ Ex omnibus ſupradictis corolarie etiã ſequi
tur quod ſicut in hoc mundo. 40. dies penitentie
plus valent ei qui eam cum magna deuotione ad
impleret, quam alteri qui eum minori eandẽ exe
queretur: ita et quadraginta dies indulgẽtie plus
valent hic et in purgatorio illi qui cum maiore
charitate ſeu deuotione labore vel quantitate rei
date vel facte ad illam lucrandũ accedit, ad ſuarũ
penarum debitarum ſolutionem et non ſolũ ad
meritũ gratie et glorie. Quia per hoc iſte magis
accedit ad cauſam ſufficientem ad maiorẽ fructũ
illius indulgentie participandum vt ſupra. q. 20.
et. 29. latius probatum eſt. Et ita intelligitur Ri
char. in. 4. diſt. 20. art. 3. q. 2. dicens quod quando
indulgentie generaliter cõceduntur puta quicũq;
dederit eleemoſynam pro tali loco vel opere cõ
ſequatur vnum annum de indulgentia &c. tunc
pares ſunt quoad remiſsionem extenſionis pœne
qui plus dat et qui minus ſed impares quoad re
miſsionem intenſionis: quod enim eſt parum di
uiti eſt multũ pauperi &c. Quod intellige quod
quatenus per hec magis accedit ad ſufficientiam
cauſe vel operis pij eo plus intenſiue et etiã exten
ſiue lucratur de ea indulgentia vti ſuperius dictũ
eſt, et cum dictis in hoc corolario conſonat etiã
B. Tho. Albertus Mag. et Turrecremata. et Her
ueus et Palud. in. 4. diſt. 20. q. 4. art. 2. et Floren. 1.
par. ſum. tit. 10. ca. 3. § . 3. et Supplemen. Piſani. et
ſum. Ro. tit. indulgẽtia. et Silueſt. eo. tit. queſt. 4.
alijq; doctores vtriuſq; iuris ſi predicto modo in
tellecti concilientur, quanuis prima facie diſſona
re videantur.

Articulus quartus

in quo agitur de duratione, precioſitate, et predi
catione indulgentiarũ, et de modo concedendi et
lucrãdi indulgẽtias in articulo mortis: et cõtinet.
9. quæſt. quarũ prima et in ordine. 33. queſtio eſt.

QVÆST. XXXIIII. Quæſt. 33.
Vtrum poſsit quis
toties quoties aut
tãtum ſemel lucra
ri indulgentiã con
ceſſam indetermi
nate ſeu imperpe
tuum aut etiam to
ties quoties.

¶ Reſpõdeo per Propoſ.
vnicam propopoſitionem que talis eſt. Quando
conceditur indulgentia indeterminate ſeu in per
petuum aut ſignanter toties quoties: tunc intra
illud tempus poteſt quis eam lucrari toties quo
ties voluerit faciendo quod alias ad eam lucran
dum requiritur. Secus quãdo determinate indul
gentia conceditur ad tempus limitatũ: tunc enim
ſemel tantum intra illud tempus poteſt quis eam
lucrari. ¶ Prima pars que expreſſe loquitur quan
do perennis indulgentia conceditur puta. 40. die
rum aut indulg. plen. omnibus orantibus tot Pa
ter noſter, aut quando per magnum tempus ſeu
indeterminate quoad vices conceditur talis in
dulgentia orantibus aut dantibus tale quid vſq;
ad duos annos vel &c. Et probatur. Quia ſic cen
ſetur voluiſſe Papam ſeu concedentem a cuius
voluntate pendet hoc vt patet. Quia non videtur
Papam id conceſsiſſe magis pro prima vice aut
pro tali tempore quam pro alio non ſignato aut
pro alijs vicibus: ex quo indiſtincte id concedit.
Ergo fauorabiliter contra concedentem eſt inter
pretanda talis conceſsio fauorabilis. Quod intel
lige et limita niſi talis reiteratio cederet in deri-
ſionem indulgentie: quam deriſionem probabi-
le eſt Papam non intendiſſe: puta ſi quando cõ
ceditur indulgentia perpetua viſitantibus talem
Eccleſiam, quis millies in die eam viſitaret ingre
diendo et reingrediendo: certe non toties lucrare
tur: ſed neq; bis in die niſi ſemel tantum. Quia
propter vitandam talem irriſionem cenſetur Pa
pa non niſi pro ſemel in die perpetuis tẽporibus
conceſsiſſe. Et quia a voluntate Pape totum hoc
pendet: ideo quando de eius voluntate nõ aliter
conſtat ita eſt iudicandum et tenendum vt dictũ
eſt. Ideo Nauarro de indulgentijs, nota. 31. §. 37.
concordans cum ſupradictis ait ſecundum Felin.
et Lyr. quod qui ſtatutis horis vel temporibus
vadit ad Eccleſiam ad orandum vel audiendum
verbum Dei non cauſa fraudis neq; irriſionis ſed
deuotione motus, poſſet ſepe eodem die talem
indulgentiam perennem lucrari ſed non toties
nec tali modo vt fraus quedam et irriſio appa-
reat: et quando conceditur indulgentia celebran
tibus aut communicantibus diebus dominicis,
intelligitur de ſemel in tali die: et ſic de ſimili-
bus. Et in his concordant expreſſe Palud. in. 4. di
ſtin. 20. queſt. 4. artic. 1. et Tho. Duran. queſt. 4.
et alij cõmuniter theologi: et de canoniſt. Felin.
in ſuo tracta. de indul. et alij communiter in cap.
fin. de peni. et remi. lib. 6. et in extrauag. ca. quod

autẽ.et ca.cũ ex eo.eo.titu.et cõmuniter ſummi
ſtæ.Et ad id facit practica et conſuetudn que eſt
optima interpres legũ et conceſsionum humana
rũ.Licet vt ait Durã.de hoc nõ poſsit vbiq; con
ſtans certitudo haberi ſine Papali declaratione.

¶ Secunda pars etiã patet per eandẽ rationem.
Inde liquet ꝙ quando conceditur indulgentia ta
li die a veſpera in veſperã viſitãtibus talem Eccle
ſiam vel intra duos aut octo dies viſitantibus talẽ
Eccleſiam vel viſitantibus Eccleſiam talibus die-
bus feſtis puta dedicationis aut domine noſtre
per ſingulos annos et huiuſmodi,quod ſemel tã
tum intra illud tempus poteſt quis lucrari talem
indulgentiam : prorogatur autem per duos aut
octo ſeu plures dies vt ait Durandus vbi ſupra vt
qui non poteſt venire ad lucrãdum vna hora ſeu
die veniat alio die aut hora non autem vt ſepe ve
niens ſepe lucretur.Quia et ſic eſt practica cõmu
nis niſi de voluntate Papæ aliud conſtet aliquan
do.Et in hoc etiam concurdant doctores cõmuni
ter vbi ſupra et.B.Tho.3.parte ſumme.q.25.art.
2.ad.4.in addi.3.par.quanuis ſum. Ange. tit.in-
dulg.§.4.et ſum.Roſ.§.12.teneant ſecundum In
no.et Guille.in Specu.quod quando indulgentia
conceditur pro viſitatinne Eccleſie etiam pro tẽ
pore determinato,intelligitur toties quoties etiã
in eadem die ſicut ſi in perpetuum cõcederetur:
quia et ſic practicatur in ſancta Maria de Angelis
prope Aſsiſsium et alibi. Sed certe ad hoc poteſt
ei reſponderi quod generaliter ſtandũ eſt vt nos
diximus in propnſitione ſecundum cõmuniter
doctores et cõmunem practicam.Quod ſi alicu-
bi ſpecialiter aliter practicatur,id forte habebit lo
cum ibidem tantum ex ſpeciali Pape conceſsio-
ne aut voluntate ſaltem tacita ſeu interpretatiua
dum ſcit et tolerat ex cauſa rationabili : nam et
ſepe cõmunis error facit ius.argumen. diſtin. 95.
ecce egn.quia ſcilicet ſepe eſt cauſa aliqua que fa
cit qund princeps conſentiat etiam licite vt vali-
de fiat qund alias non valeret , vt gloſſat Gerſon
in regulis moralibus alphab.24.E.Sed his nõ ob
ſtan.iam conſuetudo interpretatur quod quãdo
indulgentia conceditur per multos dies puta in-
fra nctauam viſitantibus vel orantibus &c.poſsit
quilibet quolibet die illam lucrari ſemel in quo-
Not. liber die.Conſuetudo autem optima interpres le
gum eſt.ca.fin.de conſue.

Regule Cancellarie. ¶ Et quoad hnc eſt regula Cancellarie.57.vbĩ
dicitur quod indulgentia pro certis feſtis cuiusli
bet anni futuri conceſſa reſtringenda eſt vſq; ad.
20.annos.¶Item quod indulgentia conceſſa ali-
cui Eccleſie vel capelle tacita alia quamlibet par
ua illi prius conceſſa nil valet,quomodo hec re-
gula ſit intelligenda infra.q.35.habetur. ¶Item re
gula.58.prohibitum eſt,ne ſuper indulgentijs in-
ſtar alterius pij loci conceſsis expediantur litere
generaliter inſtar indulgentiarum illi conceſſarũ
niſi expecificentur que ſint ille. ¶Item regula.
59.quod ſi indulgentia petatur ſimpliciter pro
feſto vel feſtis alicuius pij loci et Papa conceſſerit
per Fiat tantum: ſi Eccleſia cathedralis vel inſi-
gnis collegiata aut ſolemne monaſterium fuerit,
tres alioqui duo anni et totidem quadragene : et
per Fiat vt petitur cathedrali vel collegiali vel mo
naſterio quatuor,alij tres anni conceſsi videntur.
Hec ibi. ¶Et ſecundum hec intelligantur ea que
in hac.33. queſt.dicta ſunt niſi de ſpeciali Pape
intentione per literas ipſius aut per legitimam
conſuetudinem aliud conſtet. Quia vt ſupra.q.
9.in reſponſione ad primum argum.indulgentia
ſtricte interpretanda eſt.

QVÆSTIO. XXXIIII. Queſt.34.
Vtrum quando quis lu-
cratur ſepius aliquam in-
dulgentiam ſic conceſſam
toties quoties , tantundẽ
Arithmetice an Geome-
trice lucretur vna vice ſi
cut altera.

¶ Reſpondeo per duas propoſitiones. Prima Propoſi.1.
eſt. Quando conceditur quantitas ſignata puta.
20.anni de indulgentia pro qualibet vice:tunc tã
tundem Arithmetice , ſcilicet viginti annos pro
qualibet vice lucratur qui talem indulgentiam ac
quirit.Similiter quando conceditur indulgentia
plenaria pro qualibet vice , ſic plenarie lucratur
qualibet vice:quia ſic expreſſe ſonat conceſsio et
voluntas concedentis in quo non eſt dubium.

¶ Propoſitio ſecunda.Quando conceditur in- Propoſi.2.
dulgentia confuſe et ſucceſsiue , puta tertia pars
aut quarta peccatorum pro qualibet vice:tunc in
telligitur cõceſſa ſolum tertia aut quarta pars ali-
qualiter Geometrice,id eſt de reſidua pena cui te
netur obnoxius.exempli gratia.Quando cõcedĩ
tur indulgentia tertie partis peccatorum viſitan-
tibus talem Eccleſiam toties quoties: tunc ſi pri-
ma vice per primam viſitationem conſequitur re
miſsionẽ tertie partis:puta ſi eſt debitor ſexagin
ta annorum conſequitur viginti annos de illa in-
dulgentia:et per ſecundam vicem lucratur non
quidem totidem viginti annos,quod eſt Arithme
tice tantum vt prius:ſed lucratur tertiam partem
de reſiduo penarum quibus tenetur quãdo lucra
tur indulgentiam,puta de quadraginta annis reſi
duis lucrabitur.14.circiter annos tantum. Et in
tertia vice etiam tertiam tãtum partẽ de reſiduis.
27.annis penarum lucrabitur.Qund eſt Geome-
trice tantum lucrari talem indulgentiam ſeu pro
portionabiliter.Et ſic quantumcunq; et quoties
cunq; lucretur talem indulgentiam tertie partis
etiam ſi nullum aliud debitum penarũ incurrat,
ex quo prima vice cepit talem indulgẽtiam lucra
ri nunquam omnino per illam liberabitur. quia
ſemper manebit pena que proportionabiliter
ſeu Geometrice per tertias tantum partes dimi-
nuta ſucceſsiue nunquam totaliter minuetur. Si
cut ſi lineam tripedalem ſucceſsiue minuere velis
per tertias partes reſidui , proportionabiliter au
ferẽdo nunquam ſtabit totalis ablatio:ſicut neq;

ſi per medietates proportionabiliter diuidatur.
vt eſt tritum in Philoſophia.¶Et ratio huius pro
poſitionis ſic intellecte et declarate eſt: quia ſic
creditur velle et intendere concedentem et non
aliter.Quia ex tenore conceſsionis tertie partis
conſtat quod intendit de tertia parte debitarum
penarum ad quas pro tunc obligatur quando lu
cratur talem indulgentiam. Ergo ſimilis eſt ratio
de ſecunda et tertia vice,quod.ſ.tertiam tantũ par
tem penarum quibus tunc eſt obnoxius lucratur
per talem indulgentiam. Et ita eſt æqualitas Geo
metrica non Arithmetica in omnibus illis vici
bus.Et in hoc concordat gloſſ.in capit. tempus.
13.queſt. 2.et Supplem.Gabri.in.4.diſt.45.queſt.
4.artic.3.dub.3.licet ibi pro ratione det quãdam
regulam Cancellarie que infra ad aliud propoſi
tum habetur:nunc autem huic propoſito non vi
detur quadrare.Concordat etiam Adria.in mate
ria de indulgẽ.et reſpondet ad argumenta ex.4.
via.et tandem cõmuniter doctores.

Nota. ¶ Sed ad maiorem declarationem nota quod
ſtat quod per plures actus et per plures vias per
ſe et per alios in vna ſeu pluribus Eccleſijs contri
buendo ſeu orando lucretur quis ſemel tantum
talem indulgentiam.Quia omnia illa reputantur
facta vna vice aut ſemel tantum. Exempli gratia.
ſecundum Adri.Si quis ſemel per tres familiares
ſuos indiſtinctis Eccleſijs aut in eadem Eccleſia
contribui iuberet per quemlibet quod requiritur
pro lucranda indulgentia. Tunc enim ſtat quod
omnes ille contributiones etiam totales æquiua
lent vni tantum aut vni vici:ſicq; ſolum cõſequi
tur ſemel remiſsionem tertie partis Geometrice
per omnes illas ac ſi ſemel contribuiſſet vt dictũ
eſt. Sicut ſi daret duos argenteos aut tres vbi
vnum tantum opus eſſet ad lucrandum ſemel in
dulgentiam illam. ¶Item ſecundo ſtat quod
æquiualeant ille diſtributiones pluribus vicibus,
quodq; ſepius lucretur talem indulgentiam per
tales plures actus et vices diſtinctas:et tunc ſi ſuc
ceſsiue fiunt illi actus vel vices,etiam lucratur ſic
ſucceſsiue vna vice poſt aliam,ita quod in ſecun
da vice lucratur tertiam partem Geometrice vt ſu
pra dictũ eſt.et ſic de alijs vicibus. ¶Item tertio
ſtat quod ſepius lucretur talem indulgentiam per
tales plures actus æquiualentes multis vicibus diſ
iunctis:et tunc ſi ſimul fiunt ille vices vel actus ſi
mulq; lucratur toties illam indulgentiam, dico
quod lucratur predictas tertias æquales in nume
ro Arithmetice,puta viginti annos qualibet vice:
ſicq; per illas tres vices ſimul liberatur a toto de
bito puta.60.annorum penitentie debite.Ratio
huius eſt. Quia non eſt maior ratio de vna vice
quam de alia,ex quo ſimul fiunt vt ſupponitur.
ergo ſi per vnam vicem remittuntur viginti an
ni de penis tunc debitis:ita etiam per aliam,quia
talis eſt tertia pars penarum tunc debitarum que
per quamlibet vicem tunc ſimul remittitur de
illis.60. annis tunc debitis. ¶Licet in hoc vlti
mo oppoſitum teneat Adria. vbi ſupra, dicens
idem eſſe iudicium de hoc et de ſecũdo caſu pre
cedente quando ſucceſsiue fiunt ille vices, quod
ſcilicet ſolum proportionabiliter Geometrice re
mittitur tertia pars vt ſupra dictum eſt. Quia(vt
inquit) licet a parte rei non ſit ſubordinatio ter
tiarum partium penarum debitarum ſicut nec il
lorum actuum aut contributionum: ſicq; non
ſit a parte rei maior ratio de vna vice aut de vna
tertia parte quam de alia, ex quo omnes ille vi-
ces ſimul fiunt,et remittuntur ſimul ille tertie pe
narum (vt ſupponitur,) quia nec nos poſſumus
illas aſsignare: tamen quia Papa ſic Geometrice
et ſubordinate conceſsit et Deus illi ſe confor-
mat:ideo Deus qui ſcit et poteſt illas diſtincte de
ſignare ſic etiam acceptat. Et ideo eſt in arbitrio
acceptantis Dei quam tertiam pro qua vice re-
mittat Geometrice vt dictum eſt. Sicut ſi ſoluen
do ſimul tres denarios pro tribus quorum quili-
bet debet vnum:in arbitrio creditoris eſt quem
pro illo vel illo capiat non tamen omnes pro
vno. Hec Adria. ¶Sed certe eius ſuppoſitum
quod ſcilicet Papa in hoc caſu ſic intendit ſicut
ſi ſucceſsiue fierent ille vices,videtur falſum:non
enim intendit niſi de remiſsione tertiarum pene
debite tempore quo quis lucratur indulgentiam:
que tertie cum ſint equales Arithmetice tali tem
pore quando omnes tres tertias per tres contri-
butiones aut vices ſimul factas lucratur. Ergo
Arithmetice et omnino non autem Geometrice
eas lucratur vt ſupra dictum eſt ſaluo meliori iu
dicio. ¶Et idem iudicium eſt de eo vel ijs qui ſi
mul vel ſucceſsiue bis lucrantur aliquam indul
gentiam tertie aut quarte partis peccatorum per
aliqua opera pia pro aliquo defuncto per modũ
ſuffragij,ſicut dictum eſt quando ſimul vel ſucceſ
ſiue pro ſe lucratur per eandem rationem.

QVÆST. XXXV. Quæſt.35.
Vtrum per multi
plicatas conceſsio
nes ſeu bullas in
dulgentiarum etiã
quis eas omnes lu
cretur multiplica
tas per vnum et
eundẽ actum piũ
ab illis omnibus
aſsignatum,aut toties lucretur indulgentiam ple
nariam quot bullas habet.

¶ Reſpondeo tanquã probabilius quod ſic.Exẽ Reſpon.
pli gratia. Quoad primum,ſcilicet quoad multi
plicatas indulgentias.Quia ſi vnus Papa cõceſsit
ieiunãtibus in vigilia Corporis Chriſti.20.annos
indulgẽtie et alius pontifex totidẽ pro eodẽ actu,
et alius totidem:ita qui ſemel ieiunat illa vigilia
lucratur omnes illos ſexaginta annos ſimul. Et
idẽ iudicium eſt de diuerſis põtificibus quorum
quilibet concedit.20.annos viſitãtibus talẽ Eccle
ſiã,aut ei eleemoſynã faciẽtibus,aut orãtibus tale
quid.Quia per vnã tantũ viſitationẽ eleemoſynã
aut

aut orationem lucratur omnes illas ſimul indulgentias ab omnibus illis cōceſſas. Ratio huius eſt. Quia ſic videtur eſſe intentio Pape concedentis, vt patet ex practica et cōſuetudine indulgentiarū conceſſarum intereſſentibus diuino officio in feſto corporis Chriſti et indulgentiarum conceſſarum mendicantibus, vt patet in eorū priuilegijs. Item quia ſicut per vnum actum aut peccatū poteſt quis incurrere plures cēſuras excōmunicationis ſuſpenſionis irregularitatis et huiuſmodi agrauatas ſupra eundē actum et hominē: ita videtur fauorabiliter velle Papam accumulare indulgentias pro eodem actu. Alioqui fruſtra eſſet ſecunda conceſsio ſi nil adderet precedenti. ¶ Eodē modo et per eandem rationē eſt dicendū quando multi pontifices concedunt quilibet tertiam partem peccatorum pro tali actu, quia ſcilicet per tres cōceſsiones omnes tres tertie æqualiter in numero et ſic omnes pene debite ſimul remittūtur. Licet Supplem. Gabr. in. 4. diſt. 45 art. 3. dub. 3. ſecundū Tho. de Argentina aliter ſentiat, tamen predictis probabilius ſtandū eſt. Ad quod etiam faciunt ea quæ in. q. 34. precedēti cōtra Adrianū dicta ſunt. ¶ Quoad aliud etiam quod ſcilicet quot bullas quis habet toties poteſt lucrari indulgentiā cōceſſam in illis, ſic ſcilicet, quod per vnā bullam cōceditur indulgentia viginti annorū viſitanti talem Eccleſiam aut facienti eleemoſynā, et per aliā bullam idē conceditur: tunc ego poſſum per vnicam viſitationē aut eleemoſynā intendere lucrari illos viginti annos dūtaxat conceſſos per illam vnam bullā: et per aliam viſitationem aut eleemoſynam lucrari tunc aut poſt alios viginti annos ſecundū aliā bullam ſeu conceſsionē: et gaudere nunc vna bulla tantū et poſt alia &c. Similiter quando per vnam bullā conceditur quod quis poſsit abſolui plenarie ſemel in vita et ſemel in articulo mortis: et per aliam conceditur idē: et per aliam idē: tunc vna vice poteſt homo gaudere aut vti illa vna bulla qua voluerit, et alia vice alia, tam in vita quā in preſumpto articulo mortis vt bulla cōcedit vt de articulo mortis latius habetur infra. q. 39. in primo puncto. ¶ Et ratio eſt. Quia ſic iudicandū eſt velle pontificem, vt ſcilicet proſit nobis ſua multiplicata conceſsio indulgentiarum: que niſi ſic intelligatur non prodeſſet vt ſupradictum eſt. Et ad idem etiam eſt practicata conſuetudo. Item quia idem eſt iudicium de omnibus iſtis indulgētijs pro vita et pro articulo mortis preſumpto, vt patet. Quia non eſt ratio differentiæ. Nunc autē quando per plures bullas conceditur quod quis poſsit ſemel in articulo mortis abſolui plenarie, cōmuniter dicunt doctores quod ſuppoſito quod intelliguntur de articulo mortis preſumpto vt infra. q. 39. habetur, tunc poteſt quis in vno articulo mortis preſumpto conſequi indulgentiā plenā virtute vnius bulle et in alio articulo mortis aliam ſeu iterū virtute alterius &c. Ergo ſimiliter eſt dicendum de alijs indulgentijs vt dictū eſt. Et forte hoc modo poſſet quis lucrari ſtationes vrbis Ro. ſepius in die, faciēdo toties ſecūdū tenorē bullarū quot bullas habet ad hoc. ¶ Predicta omnia intelliguntur niſi in generali aut in caſu particulari oppoſitum conſtet de mente cōcedentis: a cuius voluntate totum hoc pendet: regulariter autē ſtandum eſt dictis probabilius. ¶ Quod ideo dico quia multi doctores tenent oppoſitum maxime contra hoc vltimū de multiplicatis vicibus ſecundū multitudinem bullarū: nam et refert Supplem. Gabrielis vbi ſupra quod eſt. 57. regula Cācellarie curiæ Ro. ſic dicens, Voluit Papa quod in literis indulgentiarum ponatur clauſula, quod ſi Eccleſie vel capelle vel alias aliqua indulgentia fuerit per ipſum conceſſa de qua inibi ſpecialis mentio facta non eſt: huiuſmodi litere ſint nulle. Hec ibi. Si enim Papa habuiſſet notitiam primi priuilegij prius dati, forte non ita facile dediſſet ſecundum. Notanter dicitur in hac regula per ipſum conceſſa: quia ſecus ſi epiſcopus vel alius Romano pontifex conceſsit ibidem indulgentias: tunc enim videtur valere etiam non facta mentione de priore cōceſsione per verba predicte regule. Hec Supplem. ¶ Que regula quomodo etiam valeat et practicetur iudicent curiales: ſatis eſt noſtro propoſito ꝙ Papa poteſt facere contra eam: quodq; per eam non probatur quod nō poſsit quis toties lucrari indulgentiam quot bullas aut cōceſsiones habet a diuerſis pontificibus conceſſas, vt ſupra dictum eſt tanquam probabilius eſſe tenēdum. ¶ Nota etiam quod predicta omnia ſolum intelliguntur de indulgentijs. Nam quoad alias conceſſiones contentas in bullis, puta ad comedendum oua aut carnes temporibus alias prohibitis et ad diſpenſandum et abſoluendum a cenſuris et caſibus non plus valent centum quam vna eiuſdem tenoris vt patet.

Regula Cācellarie

¶ Ex omnibus predictis ſequitur quod quando Papa concedit indulgentiam aliquam cōmitantibus ſacrū corpus Chriſti, intelligitur toties quoties ſecundum aliquos doctores. Quod videtur probabilius et magis practicatum. Alij dicunt vt Supplem. Gabri vbi ſupra dubi. 4. ſecundum Palud. &c. quod intelligitur ſemel tantum in die. ¶ Item quod quando Papa concedit indulgētiam audientibus officium diuinum ſeu miſſam tali feſto vel in tali Eccleſia, dicit Supplementum Gabri. vbi ſupra quod etiā intelligitur ſemel in die, ſicut quando celebrantibus aut cōmunicantibus concedit, et quod idem iudicium eſt quando id concedit audientibus in Eccleſijs: dicitur enim tunc in Eccleſijs pluraliter non vt ſemel lucretur in vna Eccleſia et iterū in alia ſed vt neglectum in vna poſsit ſuppleri in alia ſeu reiterari, ita tamen vt ſemel tantum lucretur quis talem indulgentiā in die, quodq; ſic intelligitur et innuitur in. cap. ſi diuinū. Clem. de reliq. et venera. ſanctorum. vbi referuntur conceſsiones Vrbani. 5. de indulgētijs corporis Chriſti. et in extrauag. Eugenij. 4. referētis Vrbanum et Martinum. 5. Ratio huius intellectus eſt quia vt dicunt dicti doctores ſic eſt mens

Corol.

Pape vt patet ex dictis. ¶Item dicit ibidem Supplem. quod celebrantes diuina ſeu miſſas, a fortiori lucrantur indulgentias conceſſas audientibus. ſ. reuerēter preſentibus et cōmunicantibus tunc. Quia eo ipſo quo celebrant interſunt et cōmunicant: ſed non lucrātur eas dupliciter, ſcilicet vno modo quia cōmunicant aut interſunt, et alio modo quia celebrant, ſed ſolū ſemel et vno modo, quia ſcilicet perfecte celebrant. Quia ſic eſt intentio concedentis vt patet ex practica ſic interpretante. ¶Item dicit ibidē quod ſi ſacerdos in priuato legit ſolus ad partē in Eccleſia horas canonicas ante vel poſt horarū collegialiter factam celebrationē, etiam ſi interſit horarū tali celebrationi: ſemel tantum lucratur talē indulgentiam cōceſſam dicentibus officiū in feſto aut infra octauā corporis Chriſti. Quia ſic eſt mens concedētis vt dictū eſt: quod ſi aliter intenderet aliter eſſet dicendū vt patet ex dictis. Ideo videatur tenor conceſsionū indulgentiarū et ſecundū illū iudicetur dū aliter ſufficiēter non cōſtiterit de mēte cōcedentis.

Quæſt. 36. QVÆST.XXXVI. Quātum durat indulgentia, et quomodo et quando incipit, aut deſinit valere, et quomodo poteſt ſuſpēdi et reuocari.

Propoſi. 1. ¶Reſpondeo per quatuor propoſitiones: quarū prima eſt. Indulgētia illimitate aut ad tempus non determinatum conceſſa durat in perpetuū quouſq; ſufficienter et certo reuocetur, aut quouſq; perierit locus vel perſona cui cōceſſa eſt. Probatur. Quia ex tenore conceſsionis ſic patet eſſe de intentione concedentis dum oppoſitū non conſtiterit ſufficienter in aliquo caſu. Quod ſi expreſsit limitatum tempus eius valoris, dicendo per quinq; annos tātum ſeu vſq; ad quinquenium: tunc non valet vltra, et ipſo facto expirat talis indulgentia: alias non ſi eſt ad tempus indeterminatum vt ait propoſitio. Etiā ſi interim aut ſtatim Papa eam concedens moriatur non expirat talis indulgentia per mortē Pape concedētis, vt habetur de re. iur. Decet conceſſum a principe beneficium eſſe manſurum. lib. 6. et concordat Palud. in. 4. diſt. 20. q. 4. art. 1. et Innoc. in. cap. quod translationem. de offi. lega. et facit quod not. Lapus. in. ca. fin. de reſcriptis. lib. 6. et ſequitur Gemini. ibidem. et ſimiliter gloſſ. et doctores in ca. cum ad hoc. de cleri. non reſi. et Landul. in Clemē. fin. de elect. et Silueſt. titu. indulg. q. 5. § . 7. et ſum. Ang. et Ro. &c. docto. vbi etiā dicit Silueſter quod hoc facit valde ad omnes literas gratioſas nō periudicatiuas, et ad hoc quod ſaluus conductus nō expirat per mortem concedentis. Pro quo etiam vide gloſſam ſingularē in. ca. cum ex eo. de elect. lib. 6. nec obſtat. l. fina. ff. de penis. quia loquitur in penalibus. Videantur tamen regule Cācellarie que ſupra. q. 33. in fine poſite ſunt. Et idē dicendū eſt ſecundū gloſſ. in. ca. fi. de offi. legati. vt ait Silueſter vbi ſupra, de indulgentijs quas legati concedunt ſubuenientibus locis pijs et huiuſmodi: quia durant etiā poſt finitam legationē et poſt mortē ipſorū legatorū, ſicut et eorum ſtatuta etiā ſi in eis contineatur pena excōmunicationis. Et concordat Panor. ſecus de indulgētia ſeu potius licētia eligendi ſibi confeſſorē vel non reſidēdi in beneficio et huiuſmodi: quia talis licentia expirat per mortē concedentis legati ſeu finito eius officio, niſi ſit facta cū cauſe cognitione et conſenſu ſui capituli: quia eſt periudicatiua Eccleſie. Et ſic tene. (ait Silueſt. et ſum. Ange. et doct.) quod in cōceſsione ſeu licētia preiudicatiua talis gratia cōceſſa per Pape inferiores ſine cauſe cognitione expirat finito officio cōcedentis aut per eius mortē: ſecus ſi cōcederetur a Papa, vel ſi non eſſet alteri preiudicatiua, vel ſi concederetur auctoritate Pape, vt idē ſummiſte latius dicūt. tit. gratia. et ſic cōcordant docto. ¶Idē etiam dicendū eſt in indulgētijs aliorū prelatorū, vtpote epiſcoporū archiepiſcoporū &c. ſecundū Palud. quod. ſ. non finiuntur per mortē concedentiū, ſicut nec indulgētie legatorū: quia et ſic eſt in cōſuetudine optima legū interprete. Ratio autem huius quā aſsignat Silueſt. vbi ſupra, quia. ſ. concedunt indulgētias auctoritate Pape, nō valet. Nā epiſcopi cōcedunt indulgētias auctoritate ſua ordinaria ſecundū cōmunem et verā opinionē contra Durand. vt ſupra. q. 10. propo. 2. habetur: et tamē nō expirant per mortē concedentiū. ergo ratio eſt ſupra dicta. ſ. quia ſic ius ſtatuit, conſuetudine id ſic interpretāte. Et ita patet propoſitio quoad primā partē eius. ſ. quouſq; ſufficienter reuocētur &c. de quo in propoſitionibus ſequētibus habetur quomodo reuocari et perire poſſunt indulgentiæ. ¶Nulla etiā gratia Pape iā ſignata expirat per mortē eius ante literarū expeditionē ſecundū Rotā. in antiq. 882. vt ait Felin. et Decius et de Ripa. et Cardi. in rub. de cōſtit. vt tenet et refert Nauarro. de indulg. nota. 31. § . 26. vbi de his latius. Valet autem omnis gratia et indulgentia ſecundum ius cōmune, niſi Papa aliud diſponat aut velit, ſtatim vt ſignatur. ca. inſtitutionis. 25. q: 2.

¶Propoſitio. 2. Indulgentia poteſt valide et licite ſuſpendi et reuocari ad tēpus vel in perpetuū: qua reuocatione facta iam nō amplius valet talis indulgentia. ¶Probatur. Quia ſi ſolū valet indulgentia ad voluntatem concedentis. ergo ea mutata deſinit valor eius. Item quia ex quo concedēs eſt ſupra diſpoſitionem poſitiuam precipue a ſe factam, poteſt valide et licite ex cauſa rationabili ſuſpendere et reuocare gratias et facultates alias liberaliter ſine contractu politico pertinente ad iuſtitiam cōmutatiuam aut etiam diſtributiuam per eum conceſſas: et eſt valida talis ſuſpenſio et reuocatio etiam ſine vlla cauſa facta, licet reuocator talis peccet ſine rationabili cauſa id faciendo. In hoc concordant docto. cōmuniter in. ca. 1. Propoſi. 2.

de conceſsi.

de conceſsi.preben.lib.6.precipue Gemini.ibidẽ et Silueſt.tit.gratia. §.2.et tit.indulg.q 5.et ſum. Ang.et Roſ.eo.tit.et conſonat cõſuet.et ſic ſaluatur practica Eccleſie et ſummorũ pontifi.ſepe ſuſpendentium indulgentias.Id enim non ſolũ valide ſed et licite fit ſi ex iuſta cauſa(vt preſumendũ eſt dum de oppoſito non conſtat manifeſte)id faciunt,ſcilicet vt fideles ſepius efficaciter alliciãtur ad noua opera pia eleemoſynarũ orationũ viſitationum ieiuniorũ,et huiuſmodi ſpiritualiter et tẽporaliter vtilia et neceſſaria Eccleſie:ad quæ non ſic allicerentur efficaciter ſine tali ſuſpenſione ſi eſſent ſecuri de ſuarũ bullarum iam ſemel acceptarũ irreuocabili valore. ¶Itẽ quia licet princeps regulariter cõtra ſuum contractũ venire nequeat ca.1.de probatio.tamen ſecundũ omnes et precipue Bald.in.l.fin.ff.de Senat.et Felin.in dict. ca. 1.de probatio.et nota.doctorum in.ca.que in Eccleſiarum.de conſtitu.poteſt iuſta de cauſa cõtrauenire tollere et reuocare etiam ſi pretio interueniente ſit cõceſſa,vt Nauarro.tract.de indulg.nota.28.§.7.etiam ait in nota.31.§.28.ad predicta etiã facit regula iuris.16.decet.lib.6.et ibi gloſſa. et Philip.Franc.et doct.cõmuniter. Nam vt ibi ait gloſſa fina.licet ſit decens non tamen neceſſarium eſt quod beneficium principis ſemper maneat.Nam etiam ſine cauſa quanuis nõ deceat poteſt reuocari per eum et auferri.

Arg.1. ¶ Contra hoc arguitur tripliciter.Primo,Imperator non poteſt reuocare priuilegiũ conceſſum alicui pro aliqua pecunia niſi illã ei reſtituat.ergo nec ſimiliter Papa indulgentias niſi reſtituat id

Arg.2. quod pro eis lucrandis datum eſt. ¶Itẽ ſecundo. Quia donatio et diſtributio etiam liberalis facta de bonis cõmunibus non reuocatur ſine cauſa et de meritis eius cui donatum aut diſtributũ eſt,ſecundum cõmuniter doct. vt etiam ait Silueſt.tit. donatio.1.q.12.13.ergo et ſimiliter in indulgẽtijs

Arg.3. liberaliter condonatis. ¶Item.3.quia ſicut Deus dans vel promittens dare gratiam vel gloriã pro aliquo opere non poteſt ſtante lege negare aut reuocare ſine demeritis eius cui promiſit.Ergo nec ſimiliter Papa concedens indulgentiam; ex quo ſuo principi Deo et regule et voluntati eius infallibili tenetur ſe conformare in diſtributione theſauri indulgentiarum ſibi cõmiſsi.

Reſp6.ad.1.argu. ¶ Reſpondeo ad primũ negando conſequentiã. Quia illic eſt contractus polyticus pertinens ad iuſtitiã cõmutatiuam in quo emitur priuilegiũ aut huiuſmodi:hic autẽ non,ſed eſt liberalis donatio indulgentie ex parte concedentis de theſauro Eccleſie vt ſupra.q.3.cotol.1.habetur: quanuis non fiat ſine cauſa pia alliciẽte homines ad pia opera. Ideo talia pia opera eleemoſyne ſicut opera ieiunii aut orationis pro quibus eſt conceſſa indulgẽtia,non ſunt eis reſtituenda:neq; in hoc defraudãtur homines,quia ſatis premij eſſentialis et accidẽtalis a Deo receperunt in re aut in ſpe pro illo pio opere ab eis debite facto.Neq; illa pia opera fecerunt aut dederunt in precium indulgẽtie: ſed vt meritum congrui pro premio indulgentie, vt ſupra.q.21.propoſitione.1.habetur.

¶ Ad ſecundum reſpondeo negando conſequentiã.Neq; eſt ſimile.Dico enim quod antecedẽs et ratio illa ſolum procedit et habet veritatẽ in bonis que iam per talem donationem in ius et dominiũ donatarij tranſierunt:que ex quo iam ſortita ſunt ſuum effectum non poſſunt reuocari.Et ſimiliter cõcedo quod poſtquã indulgentia alicui cõceſſa ſortita eſt ſuum effectũ, vtpote quia virtute eius remiſſa eſt tãta vel tanta pena ſecundũ eius tenorẽ,non poteſt reuocari id quod remiſſum et donatũ eſt,ita ꝙ iam remiſſum et donatũ non ſit. Sed quoad id quod nõ eſt remiſſum,et nõ eſt ſortita effectum talis indulgentia poteſt ſuſpendi et reuocari ne deinceps habeat effectum et valorem: ex quo quoad id non eſt facta donatio et remiſſio in effectu vt dictum eſt. Reſp6.ad.2.argu.

¶ Ad tertiũ reſpondeo negando conſequentiã. Reſp.ad.3. Quia nõ eſt ſimile.Quia gratia et gloria eſt merces operis debita tali homini de lege.Indulgẽtia autem non eſt niſi premium de congruo datum pro opere pio,et vt per eam homines alliciãtur ad opera pia vt per allectiuum. vt ſupra.queſt.3. et queſt.21.allegatum eſt. Ideo tale premium et allectiuum poteſt licite ſuſpẽdi et reuocari,vt per alterum ſimile, ſcilicet per aliam indulgentiam homines alliciantur ad ſimilia opera pia vt dictũ eſt.Et idem iudicium eſt de alijs conceſsionibus contentis in bulla ad confitendum; ad abſoluendum,ad comedendum alias prohibita: quia eadẽ ratione poſſunt ſuſpendi et reuocari.

¶ Propoſitio tertia. Reuocatio bulle ſeu indul Propoſi.3. gentie non nocet neq; tollit eius valorem in foro Dei et Eccleſie ante ſufficientem certificationem de tali reuocatione ſeu ſuſpenſione:niſi Papa aliter aliquando intendat.¶Prima pars patet.Quia ſic eſt intentio Pape concedentis aut reuocantis ſeu ſuſpendentis,quod ſcilicet non habeat effectũ nec vllo modo noceat ante ſufficiẽtem notitiam eius,vt patet ex practica et ſecundum cõmunem intellectum doctorum,vt late agit Gemini.de cõceſsio.prebẽ.ca.1.lib.6.et Domini.ibidem et Nauarro de indulg.nota.31.§.28,vbi etiam ait idẽ eſſe iudicium de ſuſpẽſione.Et ſic fuit determinatum per docto.cõmuniter in dict.ca.1. quia olim Calixtus Papa conceſsit indulgentiã plen. omnibus dantibus ſubſidium:quã indulgẽtiam poſtea ſucceſſor eius reuocauit:et tamẽ determinãt doct. ibidem quod illi omnes qui ſubſidium dederunt illo intermedio tẽpore a die reuocationis vſq; ad diem notitie lucrati ſunt illam indulgẽtiam:et cõcordat Silueſt.titu.indulg.q.5.et tit.gratia.§.2. et ſum.Ang.et Roſ.eidẽ tit.§.7.&c.¶Secunda pars,ſcilicet niſi Papa aliter aliquando intendat patet.Quia quoad Deum et conſcientiam totum hoc pendet ex voluntate cõcedentis etiã non notificata,vt.ſ.valeat ſuſpẽſio et reuocatio ex tẽpore quo Papa voluit non valere et reuocauit.Quoad forum autem cõtentioſum et in foro Eccleſiæ nõ

valebit conceſſio aut reuocatio et ſuſpenſio, niſi a tempore ſufficientis noticie aut notificationis, aut niſi expreſſe appareat ex tenore reuocationis aut literarũ Papam velle quod talis reuocatio aut ſuſpenſio habeat locum a tẽpore quo facta eſt ſeu a tali die etiã ſi non ſit notificata, vt dicit Gemini: et docto. vbi ſupra, et Silueſt. vbi ſupra. tit. gratia. §. 2. Nam licet lex non habeat virtutem obligandi niſi a tẽpore ſufficiẽtis promulgationis: reuocatio autẽ vel ſuſpenſio legis et diſpoſitionis cuiuſcunq; habet vim etiã ſi non ſit promulgata a tẽpore quo talis reuocator voluit illã non valere. Plus enim requiritur ad edificandum quã ad deſtruendũ: et plus ad obligandũ et cõcedendũ quã ad deobligandũ deſtruendũ et reuocandũ. ¶ Sed vt dicit ſum. Roſ. tit. indulg. §. 7. raro vel nunquã Papa intẽdit reuocationẽ indulgentiarũ valere ante eius ſufficientẽ notificationẽ, tã in foro conſciẽtie quã Eccleſie, ſed vt ſupra dictum eſt poſt eius ſufficientẽ notificationem. ¶ Vtrum autẽ priuilegiũ ſumat vires ſtatim vt conceditur etiam ante notificationẽ, vide Silueſt. tit. priuilegiũ. q. vlti.

Propoſ. 4. ¶ Propoſitio. 4. Indulgentia cõceſſa expirat per aduentũ alterius poſterioris que primã non cõpatitur ſecum, vtpote ſi in largitione indulgẽtie in diẽ dedicationis Eccleſie cõcurrunt multi concedentes, puta archiepiſcõpus et epiſcopus &c. ſolũ valet illa poſterior cũ omnes non poſsint habere locũ vt ſupra. q. 14 propoſ. 1. 2. &c. ¶ Expirat etiã indulgentia deſtructo tali loco cui cõceſſa eſt ſic ꝙ dedicatione aut edificatione iterata talis locus indigeat: ſimiliter mortuis perſonis quibus tantũ illa indulgentia conceſſa erat. vt ait Palud. in. 4. diſt. 20. q. 4. art. 1. ¶ Sicq; patet in ſumma ex omnibus ſupradictis ꝙ indulgentia expirat cõmuniter per reuocationẽ aut ſuſpenſionẽ perpetuam aut tẽporalem, et per aduentum poſterioris nõ compatientis primam, et per deſtructionem loci aut perſonæ cui conceſſa eſt.

Quæſt. 37. QVÆSTIO. XXXVII.

Vtrum indulgentie ſimiliter et licentia aut cõceſſio data alicui ad abſoluendum de peccatis caſibus et cenſuris extendatur et valeat quoad peccata et caſus et cenſuras, contracta et cõmiſſa ſeu cõmittenda et contrahenda poſt conceſsionem illius indulgentie ſeu facultatis, etiam ſi cum confidentia talis conceſsionis committantur, an ſolum quoad cõmiſſa et contracta ante conceſsionem illam.

Propoſi. 1. ¶ Reſpondeo per tres propoſitiones, quarum prima eſt. Quoad indulgentias ſtandum eſt earũ tenori: ita quod ſi indulgentia ſonat vt ſemel poſſim illam lucrari: tunc certum eſt illam ſolum valere quoad cõmiſſa peccata vſq; ad tempus quo talem indulgentiam lucrabor: et non ad futura, vt dicunt cõmuniter doctores et ſum. Roſ. tit. indulg. §. 16. et patet ex ſupradictis. q. 8. Ideo ſi nũc ego plenarie abſolutus per indulgentiam plenariam e vita decederem, certe ſtatim volarem ad celum niſi alia mortalia aut venialia poſt talem indulgentiam cõmiſsiſſem. Quod ſi indulgentia ſonat toties quoties, aut quod ſepius illã poſsit quis lucrari in anno aut in perpetuũ: tunc patet quod toties aut ſepius de cõmiſsis tantum vſq; ad tempus illud quo illam indulgentiam lucrari voluerit valet indulgentia. Ratio horum eſt. Quia ſic ſonat tenor indulgentie cui eſt ſtandum vt dictum eſt.

¶ Propoſitio ſecunda. Si in facultate cõceditur poſſe abſolui aut diſpenſari toties quoties, aut indeterminate in perpetuum, aut vſq; ad tale tempus: intelligitur etiam de cõmittendis poſtquam talis facultas cõceſſa eſt et quoties voluerit, vt patet tum ex tenore, tum etiam ex conſuetudine ſic interpretante. Hoc eſt verum niſi oppoſitum cõſtet ſufficienter de voluntate concedentis, puta ſi dicit de cõmiſsis vſq; ad tempus conceſsionis ſeu notificationis: tunc enim non valet ad cõmittenda peccata &c. aut ſi alia huiuſmodi verba apponantur. Sed Soto de iuſtitia et iure. lib. 8. q. 4. art. 3. ait eſſe differentiam inter facultatem conceſſam in bullis Cruciate abſolute ad abſoluendum a peccatis reſeruatis, et ad diſpenſandum in votis. Nã facultas abſoluendi a peccatis extenditur etiam ad peccata quæ poſtquã bullam ſuſceperit quiſq; cõmiſerit: facultas autem diſpẽſandi aut etiam cõmutandi vota non niſi de illis votis que edita ſunt ante bulle ſuſceptionem. Hec ille. Sed certe ratio quam ibi dat non ſatiſfacit. Ideo tenori conceſsionis et practice, vt dictum eſt, ſtandum cenſeo in vtroq;. Sed ſi abſolute facultatem diſpenſandi in votis ipſa bulla concedat, probabile eſt vt ſtricte interpretetur vt ſecundum Soto dictum eſt. Nam de conceſsione ad cõmutandum non videtur eadem probabilitas. ¶ Sed etiam aduertendum eſt quod in bullis vix aut nunquam reperitur conceſſa facultas diſpenſandi ſed cõmutandi vota. Et quamuis Soto vbi ſupra aliud ſignificet, tamen in bulla Cruciatẽ ſancti Antonij expreſſe cõceditur facultas non quidem diſpenſandi ſed cõmutandi votum religionis ſimplex et perpetue caſtitatis non ſolemnizatum per profeſsionem. Propoſ. 2.

Nota

¶ Propoſitio tertia. Quando in facultate nõ excipiuntur ea que cum confidentia talis facultatis commiſſa fuerint: de rigore videntur conceſſa, vt ſcilicet ad eam etiam ſe extendat talis facultas: alias ſecus. Hec propoſitio videtur probabilis ſtando in rigore talis conceſsionis nil excipiẽtis: Quia priuilegium late interpretandum eſt contra concedentem maxime in fauorabilibus que non ſunt in preiudicium tertij, vt ſupra. q. 9. propoſ. 4. habetur, qualis eſt talis conceſſio prefata ſicut et quelibet facultas ad abſoluendum de reſeruatis quibuſcunq;. Item quia ex quo aliquando in bullis ſeu facultatibus huiuſmodi fit expreſſe talis exceptio, quod ſcilicet virtute talia facultatis Propoſ. 3.

cultatis

cultatis non poteſt abſolui ab ijs que cum confi-
dentiis etius commiſerunt. Ergo quando talis ex
ceptio nõ ponitur videtur cõceſſa, quia quando
ius nõ excipit nec nos excipere aut diſtinguere de
bemus; vt habetur ſupra. q. 9. propoſitio. 4. late.
Item quis ius non dicit quod ipſo facto priuile-
giũ amittit qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate: ſed
dicit ꝙ priuilegiũ meretur amittere: et ita ſecun-
dũ merita innuit priuationem vel declarationem
amiſsionis nõ ipſe iure aut facto fieri ſed poſſe et
debere fieri: ſicut dicit Aug. ꝙ peccator eſt indi-
gnus pane quo veſcitur: nõ tamẽ eo ipſo quo pec
cat eſt priuatus iure ꝙ habet in ſuo pane. Itẽ quia
licet clauſula ſeu exceptio generalis in cõceſsione
et lege intelligatur appoſita licet nõ exprimatur:
predicta tamẽ exceptio nõ eſt generalis in omni-
bus cõceſsionibus vt patet: quia aliquando poni-
tur aliquando non in facultatibus fauorabilibus.
Ergo ſic videtur probabiliter ſtando in rigore di
cendum. Et videtur concordare Silueſter. titu. in
dulg. q. 10. par. 5.

¶ Quod ideo dico in rigore quia ſi de mẽte cõ
cedẽtis aliud probabiliter preſumatur aut cõſtet:
tũc talis cõceſsio aut priuilegiũ nõ extẽditur ad ea
que cũ cõfidentia eius cõmiſſa fuerint poſt talem
cõceſsionem vt patet: quia a voluntate conceden
tis pẽdet totũ hoc. ¶ Unde quia in generalis con
ceſsione aut facultate cõtra ius cõmune nõ preſu-
mitur quis cõcedere velle id quod nõ eſſet ſpecia
liter cõceſſurus, vt eſt cõmunis regula vtriuſq; iu
ris. Specialiter autẽ nõ eſſet quis cõceſſurus id vn
de eſſet incentiuũ peccãdi, quale videtur eſſe ſi cõ
cederetur facultas etiã ad ea que cum confidentia
eius cõmitterentur: quia et ſemper eſt interpreta
tio faciẽda vt vitetur delictũ, vt habetur in. l. 1. C.
de his qui. § . ſi fundũ. Hinc videtur quod conce
dens nõ intẽdit ꝙ ad ea facultas ſua extendatur.
Et per cõſequens videtur ꝙ ad ea nõ valet niſi ex
preſſe concedatur, quodque vt ſecurius hoc ſit
tenendum. Immo et abſolute ſic querentibus et
non querentibus dogmatizandum eſt ad terro-
rem et preſeruationem peccati, quia etiam pre-
dicta tertia propoſitio non eſt ſatis certa etiam
in rigore ſed dubia, licet probabilius videatur
id quod ipſa dicit in rigore tenendum. In du-
bijs autem tenendum eſt ſecurius quod ſcilicet
talis facultas non ſe extendit ad ea que cum eius
cõfidentia cõmittuntur: niſi cõſtet de oppoſita vo
luntate concedẽtis, aut in caſu particulari quo di-
ſpendiũ immineret ſi circa talia nõ valeret talis fa
cultas abſoluendi, quia et ſepenumero cõtingere
poteſt deſperatio aut huiuſmodi niſi taliter iã cõ
miſſa abſoluantur et diſpenſentur aliquando virtu
te talis facultatis: dummodo illi notificetur quod
talis facultas iã nõ ei valebit ad alia cũ eius confi-
dẽtia de cetero committenda propter rationes ſu
Nota. predictas. De his etiã vide Silueſ. tit. priuileg. q. 3.

¶ Sed nota ꝙ tunc tantũ dicitur quis peccare cũ
cũ confidentia talis facultatis quãdo ex talis facul
tatis cõfidentia mouetur ad cõmittendũ id ad ꝙ
nõ moueretur ſine ea. Nõ dico ꝙ quãdo nõ com
mitteret illud ſi talem facultatẽ nõ haberet: ſed di
co ꝙ quando nõ moueretur ad id niſi ex tali con-
fidẽtia, tunc dicitur ex tali confidẽtia peccare: eſt
namq; differẽtia inter hec. Stat enim ꝙ ſi ego nõ
haberẽ talem facultatem et tã facile remediũ cer-
tũ, cauerẽ ſolicitius ne inciderem in talia reſerua
ta: at vero cũ video mihi facile remediũ per talem
facultatẽ adeſſe, ſicut et ad alia non reſeruata: cer-
te nõ curo magis illa cauere ac ſi reſeruata non eſ
ſent vel ſicut alia non reſeruata pro quibus facile
remediũ haberetur, et tamen in hoc caſu eſt verũ
ꝙ talia ego non cõmitterẽ ſi talẽ facultatem nõ
haberẽ, ſed tamen hoc nõ eſt poſitiue cũ confidẽ-
tia bulle aut (quod idẽ eſt) cauſaliter ex confidẽn
tia bulle peccare: dum talis confidentia nõ eſt cau
ſa poſitiue mouens ad peccandum: ſed eſt cauſa
priuatiua ſeu cõcomitans ad peccatum, dũ per ta
lem confidentiã ego negligentior indies fio ad ca
uendũ diligẽtius talia reſeruata quã ſi talem facul
tatẽ non haberem: et per conſequens hoc non eſt
prebere aut ſummere cauſaliter incentiuũ peccan
di, ſed eſt per talem confidentiã auferri ſpecialem
ſollicitudinem cauendi talia reſeruata. ¶ Quod ſi
ego non ſolũ ex tali confidentia facultatis eſſem
negligens ad cauendum reſeruata ſicut non reſer
uata: ſed inſuper mouerer ſpecialiter ad exequen
dum praua deſideria ſeu paſsiones quibus etiam
alias ad talia reſeruata inſtigor et moueor: tunc ve
re proprie talis confidẽtia facultatis eſt cauſa po
ſitiua aut poſitiue mouẽs ad peccatũ et preſtans
incentiuum ad id: et talis dicitur proprie cum cõ
fidẽtia ſeu potius ex cõfidẽtia talis facultatis pec-
care. Sicut quando aliqui dicerẽt et deliberarẽt ſe
cũ dicentes, accipiamus hanc bullã et occidamus
illum quia abſoluemur per illam, vel bullã habe-
mus quã poſſumus abſolui occidamus illum &c.

¶ Et iſte talis nõ poteſt abſolui virtute talis facul
tatis quãdo in facultate excipitur explicite aut im
plicite is qui cũ cõfidentia facultatis peccat vt ſu-
pradictum eſt. Ille autẽ alius ſupradictus qui ſolũ
ſit negligens per talem facultatem ad cauendum
reſeruata ac ſi non eſſent reſeruata; videtur ꝙ be-
ne poteſt abſolui virtute talis facultatis etiam ex
preſſe excipientis eum qui cum eius confidentia
peccaret. Et ratio huius eſt: Quia virtute talis ex-
ceptionis ſolum excipitur is qui proprie et poſi-
tiue ex tali confidentia mouetur ad peccandum
et ſumit inde incentiuum peccati. Quia et hoc ſo
lum intendit concedens precauere quando talem
exceptionem expreſſe aut implicite facit. Quia et
in conceſsione ſuæ facultatis certe intendit libera
re eos, quibus eam concedit, a maiore ſolicitudi-
ne adhibenda circa abſolutionem a reſeruatis,
quam ſi non eſſent eis reſeruata. Alioqui periculo
ſum et fere ſemper ſcrupuloſum eſſet habere ta
les facultates; niſi ſic intelligantur proprie vt di-
ctum eſt. Cum cuilibet peccanti in reſeruatis fere
ſemper occurrat cognitio aliqua de tali faculta-
te et remedio et intentio aliqua ſe remediandi

poſt commiſſum tale peccatum reſeruatum ſicut non reſeruatũ: quia ſi putaret non patere ſibi remediũ niſi difficile, ſicut exiſtẽti in articulo mortis: certe ſolicitius caueret omnis homo peccãs tã in reſeruatis quam in non reſeruatis. ¶ Et nota ꝙ talis exceptio eius qui cum confidentia talis facultatis peccaret ſemper intelligitur de peccatis in futurũ poſt habitam talem facultatem: non autem de commiſsis in preteritum cum confidẽtia habẽdi ſeu impetrandi talem facultatem ſeu bullam. Quia per talem conceſsionem vel exceptionem ſolum intendit concedens precauere incentiuum delinquendi, quod reſpectu futuri tantum eſt.

Quæſt.38. QVÆS. XXXVIII. Quæ ſit forma verborũ in conceſsione indulgentiæ?

Reſpon. ¶ Reſpondeo ꝙ non eſt aliqua forma ſpecialiter aſsignata: ſed quecunque forma ſignificans indulgentiam concedi cum debita et conſona intentione ſufficit. Probatur quia actus iuriſdictionis ſolius, qualis eſt iſte vt ſupra.q.3.habetur) nõ habet certam formam: cum totum hoc dependeat ex voluntate concedentis. Et in hoc concordant communiter doctores. Vt etiam expreſſe ait Gerſon. in tracta. de abſol.ſacra. Alphap.33.K. et Floren.1.par.ſum. tit.10.ca.3.§.5. ¶ Ex quo patet primo quod quando Papa concedit per ſe ipſum indulgentiam ex nunc pro tunc alicui facienti tale quid, puta viſitanti Eccleſiam et huiuſmodi: tunc ipſo facto lucratur illam abſque hoc quod aliquis confeſſor illam concedat. Quando vero Papa non ſic concedit, ſed concedit aut committit alicui puta confeſſori aut predicatori quod eam concedat facienti tale quid: tunc non lucratur quis illam niſi ille (cui Papa ſic commiſit) concedat, vt ſupra.q.22. et latius.q.27.propoſ.5.habetur. Quia niſi talis forma ibi taxata aut modus ſeruetur non valeret indulgẽtia. Raro autem vel nunquam Papa imponit aliquam formam ſeruandam in conceſsione indulgentie, licet imponat modum ad eam lucrãdum. Vnde illa forma que ſolet poni in bulletis, dicendo miſereatur tui &c. vbi ponitur valde lõga explicatio abſolutionis et conceſsionis indulgẽtie, ſecundum Florent. vbi ſupra non ponitur a Papa neque eſt in originali bulla: ſed ponitur a cõmiſſarijs, vt ſic in ſumma ſciantur et explicẽtur caſus et ſententie a quibus quis poteſt abſolui virtute bulle. Ideo non eſt neceſſario ſeruanda ex vi indulti vt dictum eſt. ¶ Et ſi queras que forma cõmuniter eſt obſeruanda circa hoc: reſpondeo ſecũdum Florent. vbi ſupra. et Silueſt. tit. indulgentia. q.10.5.par. quod quia communiter in bullis dicitur quod confeſſor plen. remiſsionem tali perſone largiatur: ideo tunc videtur cõueniens forma: quod premiſſa abſolutione ab excommunione et peccatis ſecundum facultatẽ indulti dicendo miſereatur tui &c. indulgentiam et abſolutionẽ &c. dicatur ego auctoritate ſanctę Eccleſie mihi commiſſa ſeu auctoritate qua nunc fungor te abſoluo ab omni vinculo excommunicationis et reſtituo te ſacramentis Eccleſie et ab omnibus tuis peccatis: et concedo tibi indulgẽtiam plenariam ſeu remiſsionem pleniſsimam omnium peccatorũ tuorum in nomine patris et filij &c. Quod autẽ additur, de quibus corde contritus et ore cõfeſſus &c. non debet dici niſi id in tali indulto exprimatur: quia nocet. Similiter nec illud, preter ea que cum confidentia huius indulti commiſiſti &c. non debet dici niſi id in tali indulto exprimatur. Quia nocet, vt bene hoc ait Silueſter vbi ſupra quod ſic eſt intelligendus et limitandus Floren. et alia verba etiam ſuperfluunt et ſepe nocent: Ideo nõ ſunt dicenda ſecundum Gerſon. vbi ſupra. Item vtrum ei qui ex quacunque cauſa non eſt confeſſus peccatum debeat dici, abſoluo te a peccatis, vide infra.q.39.2.puncto. ¶ Ideo tutius eſt ſecundũ Gerſo. vbi ſupra, quod quis petat concedi ſibi indulgentiam talem ſecundum Pape conceſsionẽ et intentionem, quodque conferens ſupradicto modo concedens ſic dirigat ſuam intentionem ad gratiam a Papa conceſſam ſiue explicetur ſiue nõ illa intentio et conceſsio Pape: et iſta forma eſt ſufficiens tam pro ſanis quam pro exiſtentibus in articulo mortis. Imo et dicit Florent. vbi ſupra quod etiam ſi non ſeruetur predicta forma ſi tenor indulti eã non requirit, ſufficit quecunque alia æquiualens, puta dicendo, do tibi illam indulgentiam que continetur in tuo indulto, ſeu quam Papa cõceſsit tibi poſſe dari, etiam ſi nõ dicatur in nomine patris &c. ſimiliter ſi dicat dominus te abſoluat a tua culpa et pena, ſeu concedat tibi indulgẽtiam quam tibi Papa conceſsit aut ſecundum gratiam tibi a Papa conceſſam, ſufficit: quamuis hoc videatur dubium, pro quanto is cui Papa commiſit vt indulgentiam concederet non videtur concedere quid ſecũdum formam indulti, ſed ſolum deprecatiue committere Deo vt ipſe concedat. Valeat quod valere poteſt.

QVÆSTIO. XXXIX. Quæſt.39. Quomodo agendum eſt cum exiſtente in articulo mortis quoad concedendũ indulgentias et quoad omnia alia ad eius anime ſalutem pertinentia.

¶ Reſpondeo per tria pũcta. Punct.1. Quorum primum eſt. Quando conceditur indulgentia pro articulo mortis vtrum intelligatur de vero articulo mortis an de preſumpto, an de vtroque, ad quod dico tria. ¶ Primo quod quã do Papa expreſſe dicit pro vero articulo mortis: tunc patet quod de vero tantum articulo mortis intelligitur. Quando autem abſolute dicit pro ar

ticulo mortis: tunc intelligitur tam de articulo vero quam de probabiliter preſumpto quomodocunque. Et ratio horum eſt: quia ſic rationabiliter preſumitur de voluntate Pape dum aliud non cõſtat. Sicut extrema vnctio pro articulo mortis vero et preſumpto ex infirmitate intelligitur et non ſolum pro vero articulo mortis. Et in hoc cõſentiũt expreſſe Gerſon. et Floren. vbi ſupra in. q. precedẽti habentur allegati et Supplemen. Gabri. in 4. diſt. 45. q. 4. art. 3. dub. 1. ¶ Et nota quod aliud eſt articulus mortis, aliud periculũ mortis. Nã articulus mortis dicitur quando quis eſt iam in pũcto mortis, ita ꝙ iam de eius vita probabiliter deſperatur vndecumq; id proueniat. Periculũ autẽ mortis dicitur quãdo quis eſt in tali actu quod eſt quidẽ timendũ de morte, modo de vita deſperetur modo nõ: vndecũq; tale periculũ proueniat, puta ab infirmitate, vel quia eſt in bello, peſte, ſeu nauigatione periculoſa, aut in partu difficili &c. Bulla autem concedit aliquãdo pro articulo et raro pro periculo mortis. Sepe tamen alterũ pro altero in vſu loquendi et apud iuriſtas vſurpatur. Et ideo licet in rigore verborum ita ſit, vt ait etiam Soto in. 4. diſt. 18. q. 4. art. 4. fo. 870. b. at vero cum mortis periculum et timor valde inſtat et imminet mors veriſimiliter: tunc etiam eſt et cẽſetur articulus mortis, in quo bulla concedit abſolutionem et indulgentias fieri poſſe, vt hoc prudenter ait Couarrubias in ca. alma mater. de ſen. excom. part. 1. 2. §. 11. nu. 8. fo. 102. in quo etiã cõcordare videntur doct. communiter ibi ab eo allegati cum magiſtro Soto vbi ſupra, et Syluest. in terdictum. 5. q. 7. et abſolutio. 1. q. 4. et Panor. in ca. quod in te. de pe. et re. vbi exemplificat de grauiter parturientibus.

Nota: Articulus mortis, et periculũ mortis.

Dict. 2. ¶ Secundo dico quod quando indulgentia conceditur pro vero articulo mortis: tũc nõ lucratur illã quis in articulo mortis tantũ probabiliter preſumpto, etiã ſi ei concedatur a ſacerdote. Ratio. Quia ſolũ pro vero articulo mortis cõceſſa eſt. Et tũc nõ plus valent mille bulle cõcedentes indulgentia plen. pro vero articulo mortis, quam vna eiuſdẽ tenoris vt patet. ¶ Si autẽ cõcedatur ſemel tantũ pro articulo mortis ſimpliciter, ꝙ idẽ eſt, ꝙ pro articulo mortis probabiliter preſumpto: tũc ſemel tantũ poteſt in tali articulo mortis probabiliter preſũpto lucrari talẽ indulgẽtiã: et poſtquã ſemel ſic eã fuerit lucratus ſiue in primo ſiue in ſecũdo aut alio articulo mortis preſumpto: iã nõ poterit eã lucrari amplius, nec illa bulla gaudere aut vti ad idẽ. Quia ſortita eſt totũ ſuũ effectũ, ſed ſi habet aliã bullã aut facultatẽ ſimilem ad idẽ poteſt illa vti in alio articulo mortis preſumpto aut vero, ſemel tantũ. Et ſimiliter de alijs eiuſdẽ tenoris dicatur. Quia quod hoc toties in tot articulis mortis preſũptis poteſt vti, quot bullas aut facultates habet ad hoc. Et tũc nihil valet aut prodeſt dicere ꝙ reſeruetur pro alio articulo mortis vero vel preſumpto: ex quo Papa id nõ concedit: ꝙ ſi id cõcedit, etiã ſi id ei nõ dicatur nihil obeſt, vt infra in. 3. dicto habetur latius. Ratio huius eſt. Quia ſic videtur intẽtio Pape cõcedẽtis ſemel tãtũ pro articulo mortis: alioquĩ illud ſemel nil efficeret. Et concordant communiter doctores.

Dict. 3. ¶ Tertio dico, ꝙ quãdo indulgẽtia cõceditur pro articulo mortis ſimpliciter nõ dicẽdo ſemel, tunc ſuppoſito ꝙ intelligitur de articulo mortis vero vel etiam preſumpto vt in primo dicto habetur vtrum valeat ſemel tantum vt in ſecundo dicto habetur aut toties quoties, in hoc ex triplex opinio.

Opin. 1. ¶ Prima eſt Floren. et Silueſt. tit. indulg. q. 10. et Supplem. Gabrielis vbi ſupra et cõmuniter doct. ꝙ ſolũ valet ſemel ac ſi Papa expreſſiſſet ſemel vt ſupra ſecundo dicto habetur. Ratio. Quia ex quo quis ſemel vſus eſt priuilegio indeterminate conceſſo: iã expirat per primã vicẽ, niſi in ipſo priuilegio aut bulla exprimatur ꝙ poſſit eo vti toties vt ſepe dicitur in bullis propter hanc cauſam.

Opin. 2. ¶ Secunda opinio aliorum eſt quod ſi confeſſor aut alius ſecundũ formã indulti concedens talem indulg. quando eam concedebat addidit ꝙ ſi de hac infirmitate vel hac vice nõ obieris reſeruetur tibi talis indulgentia pro vero articulo mortis (vt cõmuniter ponitur vt in formularis abſolutionũ in bulletis): tunc non lucratur eã tũc ſed reſeruatur pro alio articulo mortis vero vel preſumpto vt ibi dictum eſt. Quod ſi id non addatur: iam ſi prima vice lucratus eſt talem indulgentiam, non poteſt iterum eam lucrari, quia non valet niſi ſemel, vt dicebant doct. 1. opinionis.

¶ Sed certe non videtur quare talis reſeruatio pro alio articulo mortis fiat ſi id Papa non concedit, maxime ſi homo habens bullam intendit quod habeat effectum tunc in illa prima vice, vt fit quando non requiritur quod concedatur in tali articulo ipſa indulgentia per aliquem confeſſorem aut per alium, ſed Papa ipſe ex nunc pro tunc in tali articulo mortis concedit ei talem indulgentiam pro tali opere pio facto, ideo communiter non tenetur hec opinio.

Opin. 3. ¶ Tertia opinio eſt quod toties quoties homo venerit ad articulum mortis poteſt lucrari talem indulgentiam: quia non expirat per qualecunque vices homo vtatur ea, quia ſicut alie conceſſiones conceſſe pro articulo mortis aut pro tempore infirmitatis, puta ad abſoluendum de peccatis et cenſuris in articulo mortis, ad celebrandum domi ſue et communicandum et audiendum diuina tempore infirmitatis et in articulo mortis, intelligũtur toties quoties in talibus articulis occurrentibus vt patet ex practicata cõſuetudine. ergo ſimiliter eadem ratione eſt intelligendum de indulgentia indeterminate conceſſa. Sicut etiã dicitur ꝙ extrema vnctio ſolũ eſt pro articulo mortis, intelligitur de quolibet articulo mortis probabiliter occurrẽte ꝙ habet fructũ ſuũ. Sic etiã de indulgentia predicta. Quia indefinita iuris equiualet vniuerſali niſi de mẽte Pape aliter cõſtet aliquãdo. et hãc opin. pie tenere videtur. Gerſon in

tract.

tract.de abſolu.ſacram. Alphab.33.K.vbi poſtquã de articulo mortis vero locutus fuerat, ſtatim de indulgentia pro articulo mortis abſolute conceſſa dicit quod pro quolibet articulo mortis homo petat ſibi concedi indulgentiam et ei concedatur vt ſupra.q.38.dictum eſt.¶Et ad rationes.1.opin. quod ſi aliquando in bullis exprimitur toties quoties et quod reſeruetur, pro alio articulo mortis vero &c. Dico id poni ad maiorẽ declarationem: ſeu etiam ad reſtrictionem hanc quod ſolum valeat indulgẽtia illa pro vero mortis articulo vt dicebat.2.opi.quando vero nil tale dicitur in bulla, certe non videtur quare debeat reſtringi: cum fauores ſint ampliandi quantum patitur proprietas verborum:et beneficium principis ſit late interpretandũ, maxime fauorabile et in nullius preiudicium vt ſupra.q.9.propo.4.habetur late. Priuilegium autem quod eſt proprie priuilegium.ſ. militans cõtra ius vt priuata lex bene expirat per primam vicem quanuis eo vtitur vt dicunt iuriſte communiter, vt eſt licentia conceſſa ad abſoluendum de reſeruatis, niſi aliud conſtet de mente concedentis, vt ſupra.q.37.habetur.

Punct.2. ¶Secũdum punctum. Que forma abſolutionis ſit ſeruanda et diligẽtia vt in articulo mortis quis lucretur indulgentiam conceſſam? ad quod reſpõdeo per tria dicta, quorum primum eſt, quod indulgentia plenaria pro articulo mortis concedenda per confeſſorem vel per alium ſecundum tenorem indulti non concedatur infirmo antequam probabiliter appareat quod vult expirare quãdo iam non videtur ei facultas peccandi ſaltem mortaliter aut notabiliter, vt ſic ſtatim moriendo euolet ad celum cum illa indulgentia plenaria ſine vllo defectu acquiſita: ſecus ſi haberet aliquem defectum vt ſupra.q.17.in reſponſ.ad primũ argumẽtum habetur ſecundum cenſuram Pariſieñ. cõtra Eraſmum. Ideo ſi ante tale punctum ei concedatur talis indulgẽtia poteſt interim peccare: et quo ad talia peccata poſtea commiſſa nõ valebit ei indulgentia iam conceſſa, ſed opus erit pro eis alia ſatisfactione: quam tamen in tali articulo ipſe vix habere aut preſtare poteſt niſi in purgatorio.

¶Et creditur quod hac de cauſa in ordinario Romano ſtatutum eſt, quod quando religioſo infirmo datur ſacramentum extreme vnctionis tũc ſacerdotes omnes ipſum abſoluant: que quidem tamen abſolutio non eſt proprie ſacramentalis neque a peccatis ex quo talis non niſi in ſacramẽto fieri poteſt et de his que aliquo modo in foro ſacramentali cognouit ſacerdos vt iudex ſecundum communiter docto. abſolutio ergo illa que fit cõmuniter a ſacerdotibus ſimul eſt ſolum quedam deprecatio Eccleſiæ ad impetrandum remiſſionẽ culparum ſeu penarum aut alia bona et remotionem impedimentorum ad bene moriẽdum: ſicut fit confeſſio generalis in miſſa et alijs horis officij diuini: vel eſt quedam abſolutio iuriſdictialis ab excommunicationibus ſeu alijs cenſuris ſeu penis Eccleſiaſticis ſi eis forte tenetur obnoxius aliquo modo. Et huic cõſonat quod in aliquibus religionibus poſt mortẽ talis infirmi fit talis abſolutio, et antequam fiat inquiritur a circunſtãtibus dum corpus debet ſepeliri, vultis quod abſoluatur? vt fit apud Carthuſien. et aliquando apud ſeculares idem fit cũ corpus non ſepeliretur niſi Epiſcopus aut alius prelatus mandaret et creditores cõſentirent. Aut talis abſolutio non eſt niſi quedam conceſſio indulgentie plen. tunc quãdo iam preſumitur eſſe in vltimis. Preſupponit enim ordinarium Ro. quod vſque tunc nondum cõceſſa eſt ſaltem publice vt conſtet: et quod ad hoc habetur in ordine conceſſio aliqua ſaltem implicite facta de tali indulgentia, ex quo tale ordinarium eſt quoad hoc per Papam et Eccleſiam conditum aut cõfirmatum, vt Gerſon. refert in tractatu de abſolutione defuncti Carthuſieñ. Alphab.33. litera. M. vnde id quod habetur in dicto ordin. Rom. quod ſcilicet talis abſoluatur ab omnibus ſimul, cõſtat non eſſe neceſſarium: quia ſufficit vnus et vni tantum committit Papa vt concedat indulgentiam et abſoluat a cenſuris et vnus tãtum id efficit: ſed ideo fit ſimul ab omnibus: quia ille orationes deprecatorie ſcilicet miſereatur tui &c. indulgentiã &c. eo erunt efficaciores et validiores quo a pluribus dicentur, plus enim valet oratio multorum quam paucorũ ceteris paribus: et vt ipſe infirmus amplius confortetur et conſoletur et eleuetur ad Deum videns quod omnes orãt pro eo loco etiã Eccleſie: et vt ab eo tollatur ſcrupulus ſi quis forte erat nec iã dubitet de intentione aut de effectu conceſſionis ſi fieret per vnum tantum.¶Forma autem abſolutionis et conceſſionis indulgẽtie eſt illa que ſupra.q.38.habetur ita quod concedens et abſoluens intendat abſoluere et concedere quantum et quomodo poteſt quacunque auctoritate ordinaria aut delegata licet eam non exprimat, dicendo auctoritate priuilegiorum noſtri ordinis aut auctoritate Pape mihi commiſſa &c. quia nõ eſt neceſſe et forte aliquando inutile et noxium eſſet id exprimere. Sufficit ergo intentio predicta cum forma abſolutionis ſupra poſita.

¶Et ſi queratur vtrum taliter concedens et abſoluens debeat dicere abſoluo te a peccatis, quãdo ille infirmus aut mortuus non eſt confeſſus tunc ille aliqua peccata vllo modo in ſpeciali aut generali per ſigna &c. propter impotentiam loquele aut propter priuationem vſus rationis aut quia non adfuit confeſſor antequam moreretur. Dubium.

¶Reſpõdeo. Primo certiſſimum eſt quod mortuus a peccatis quoad culpam abſolui non debet nec poteſt: quia non eſt de foro Eccleſie neq; particeps ſacramentorum, neque poteſt iam ſtatum ſalutis aut damnationis mutare ex quo viator nõ eſt. A peccatis autem quoad penam temporalem quam in purgatorio patitur liberari ſeu abſolui poteſt, non quidem per viam iudiciarie poteſtatis ſed per viam ſuffragij vt ſupra.q.16. late dictũ eſt: de hoc quomodo ſcilicet talis abſolutio fieri poſſit in fine huius reſponſionis dicetur.¶Secun- Reſpõſio.

do.

do.At vero vtrum abſolutio ſacramentalis cade-
re poſsit ſuper peccata viuentium oblita et igno-
rata generaliter tantum confeſſa: aut etiam ſuper
omnino inculpabiliter omiſſa et nec generaliter
confeſſa:in hoc eſt duplex opinio.

Opinio.1. PRima eſt Abulen.ſuper Matth.16. q. 79.et
clariſsimi doctoris Medina de confeſsione.
q.53.vbi de confeſsione oblitorum agit, et
multorum aliorum doctorum quod nõ niſi ſuper
ſpecialiter confeſſa: quodque confeſsio generalis
non poteſt eſſe materia huius ſacramenti niſi ſo-
lum ſpecialis.Ideo neque ſacerdos poteſt nec de-
bet abſoluere niſi de ſpecialiter confeſsis. Addit
Abulenſ.vbi ſupra,quod ſi abſoluere attentat gra
uiter peccat.

Ratio.1. ¶ Ratio huius opin.eſt triplex. Prima. Quia ſa-
cerdos vt pote iudex ſacramentalis non poteſt ſen
tentiã ferre abſolutionis ſacramentalis ſine cogni
tione cauſe peccatorum in particulari ſibi confeſ
ſorum.Quod patet.Quia in cõcilio Triden. ſeſſ.
3.ſub Iulio.3.ca.5.ſic dicitur. Conſtat ſacerdotes
iudicium hoc incognita cauſa exercere non poſſe
&c.Item quia ideo ex Ioannis.20.ca.Quorum re
miſſeritis peccata remittũtur &c.deducitur obli
gatio confeſsionis in particulari ſecundũ cõmuni
ter doctores:quia requiritur predicta cauſe cogni
tio.Inde et ſecundum eoſdem,ſacerdos dormiens
aut non audiens aut ignorans peccata ſibi confeſ
ſa non poteſt abſoluere,neque abſolutio impenſa
eſt valida aut ſacramentalis. Ideo et talis cõfeſsio
eſt reiteranda.Ergo ſola confeſsio ſpecialis pec-
catorum non ſolũ in voto ſed realiter facta eſt in
precepto Chriſti,et materia huius ſacramenti.

Ratio.2. ¶ Secunda ratio.Quia materia huius ſacramen
ti ſunt actus penitentis.ſ.cordis contritio, et oris
confeſsio, vt hoc expreſſe ait concil.Florent.ſub
Eug.4.Ergo ſine oris confeſsione non poteſt eſſe
materia,neque ſacramentum.et Concil. Trident.
ſeſſ.14.can.9.habetur.Si quia dixerit non requiri
confeſsionem penitenti: vt ſacerdos eum abſolue
re poſsit.anathema ſit.

Ratio.3. ¶ Tertia ratio.Quia ſi talis abſolutio eſſet ſacrã
mentalis.Ergo ille penitens poſtea etiã memoriã
habens peccatorum et facultatẽ ea ſpecialiter con
fitendi ad id non teneretur:quia qui ab aliquo de
bito ſemel et legitime abſolutus eſt,non poteſt iu
ſte et rationabiliter eodem debito obligari. Secũ
dum extrauagant.Benedicti 11.inter cũctas.de pe.
et re.et extrau.Ioan.22.vas electionis.eodẽ. titu.
Conſequens autem negatur ab omnibus doctori
bus communiter dicentibus quod ille tenetur po
ſtea particulariter confiteri. Ergo non erat ſacra
mentaliter confeſſus et abſolutus.

Opinio.2. SEcũda eſt opinio cõmunis doctorũ in.4. diſt.
17.et. 21.quã etiã ſequitur expreſſe Beatus Tho.
ea.diſt.21.q.2.ad.2.et Gabr.ea.diſ.17.q.1.dub.
2.Richar.Palud.Gerſ.&c.quod ſuper inculpabili
ter oblita et ignorata cadere poteſt abſolutio ſa
cramentalis ſi ſint generaliter confeſſa: quodq; ta
lis confeſsio generalis ſuo ſacerdoti in ſacramẽto
ſeu ſacramentaliter facta etiam de mortalibus eſt
materia huius ſacramenti.

ADdo et probabiliter ego et ſit.3.opi.ꝙ etiã Opinio.3.
vbi nõ poteſt quis vllo modo cõfiteri quia
ſenſu vel loquela priuatus eſt:ſi ſigna cõtri
tionis oſtẽdit et maxime in periculo mortis:vtiq;
poteſt et debet ſacramentaliter abſolui a peccatis
quoad culpã et penã.Et ibi eſt materia huius ſacra
mẽti.¶ Hec opinio.3.et.2.precedẽs probatur qua
drupliciter.Primo quia materia huius ſacramẽti Ratio.1.et
eſt penitens ſubditus cõfitens quomodo poteſt.ſ. 3.opinio.
ſpecialiter per verba ſi poteſt, vel per ſigna et nu
tus aut per ſcriptũ aut quomodocũq; poteſt ſaltẽ
generaliter ſi nõ aliter poteſt.Quod patet. Quia
ſecundũ omnes doctores mutus per ſigna confi-
tẽs aliqua peccata et nõ alia que per ſigna explica
ri nõ poſſunt:certe ab omnibus peccatis ſacramẽ
taliter abſoluẽdus eſt.Quia ſigna cõtritionis equi
ualent cõfeſsioni generali de alijs peccatis ſuis.Er
go etiã vbicũq; fuerit talis neceſsitas excuſãs a cõ
feſsiõe ſpeciali vt in caſu preſenti de quo agimus,
etiã ſi nulla peccata ſint ſpecialiter cõfeſſa eadem
ratio et iudiciũ habẽdum eſt.Nã qua ratione ali-
qua peccata nõ ſpecialiter cõfeſſa in caſu neceſsi-
tatis poſſunt eſſe materia ſacramẽti,eadẽ et omnia
nõ ſpecialiter ſed generaliter tantũ aliquo modo
cõfeſſa vt dictum eſt.Si dicatur hoc eſſe verũ quã
do eſt ſimul aliqua cõfeſsio ſpecialis alicuius vel
aliquorũ peccatorũ et nõ aliter.Contra.Quia per
talẽ confeſsionẽ ſpecialẽ alicuius peccati nec fit
nec deſinit eſſe materia ſacramẽti generalis illa cõ
feſsio aliorum peccatorũ facta per nutus aut ver-
ba.Nam ſi ex ſe ſine illa ſpeciali non poterat eſſe
materia:certe nõ poteſt fieri materia ex hoc ꝙ ad
iũcta ſit alia materia.Et eadẽ ratione ſi erat mate
ria cũ ſpeciali cõfeſsione alicuius peccati: nõ deſi
nit eſſe materia per hoc quod alia materia.i.ſpe-
cialis confeſsio alicuius peccati adiuncta non ſit.
Nã eius natura nõ mutatur per aſsiſtentiã vel nõ
aſsiſtentiã alterius materie vel cõfeſsionis ſpecia-
lis.¶ Secũdo probatur hec ſecũda et tertia opinio.
Quia abſolutio ſacramentalis ex opere operato
preſtat primã gratiã ipſi cõfitẽti vt ſupponitur ſe
cundũ cõmunẽ opinionẽ,vt lib.1.ſuperius in que
ſtionario.q.1.latius egimus.Et illa gratia ſacramẽ
talis de lege æque repugnat tã peccatis oblitis et
ignoratis et inculpabiliter omiſsis etiã in cõfeſsio
ne,quam etiam ſpecialiter confeſsis, vt patet quia
non poteſt vnum mortale a Deo ſine alio remit-
ti.Ergo huiuſmodi abſolutio ſacramentalis om-
nia predicta peccata tam ſpecialiter quam non
ſpecialiter confeſſa per gratiam ſacramentalem re
mittit quoad culpam et penam eternam et tem-
poralem.

¶ Neque valet euaſio clariſsimi doctoris Medi-
na vbi ſupra dicentis quod id fit ſolũ aptitudinali
ter ſeu potius principiatiue,quia.ſ.ſacramentum
gratiam preſtat que de ſe eſt apta nata excludere
omne mortale etiam oblitum:nõ tamen actu om
nia mortalia remittit quoad culpam vel penam.

Nam

Nam contra hanc euaſionem arguitur. Quia con
ſtat etiā actu et perfecte omnia mortalia etiā obli
ta ſimul a Deo eodē modo eſſe remiſſa per gratiā
ſacramentalem que nullum mortale compatitur.
Hec autem prima gratia remiſsiua peccatorū nō
niſi virtute ſacramenti vt ſupponitur collata eſt.
Ergo ſacramētalis abſolutio ſortita eſt ſuū effectū
ſuper omnia mortalia etiam oblita et inculpabili
ter omiſſa. Et ergo ibi eſt ſacramentum et mate-
ria ſacramenti vbi et reſpectu quorum peccatorū
ſuus ſacramentalis effectus videlicet prima gratia
eſt. ¶ Neque ſecundo valet alia aliorum euaſio di
centium quod ſicut prius fit abſolutio ſacramēta
lis ſuper non reſeruatis duntaxat per ſacerdotem
qui non niſi de illis non reſeruatis abſoluere po-
teſt: et tamen iam ex conſequenti per gratiam ſa
cramentalem omnia mortalia etiam reſeruata ſi-
mul remittuntur a Deo, licet non remittantur a
ſacerdote non habente poteſtatem ſuper illa: ita
etiam contingit in oblitis et alijs non ſpecialiter
confeſsis, quod ſcilicet gratia effectuſque ſacramē
talis indirecte aut ex conſequenti ſe extendit ad
illa remittenda: non autem abſolutio ſacramen-
talis que reſpectu eorum non eſt, quia materia ſa
cramenti huius non ſunt. ¶ Contra hanc euaſio-
nem arguitur. Quia non eſt ſimile. Illic enim in
abſolutione reſeruatorum non eſt materia ſacra-
menti: ex quo penitens etiam confitens nō eſt ſub
ditus illius ſacerdotis quoad illa reſeruata: hic au-
tem in abſolutione oblitorum et inculpabiliter
omiſſorum eſt materia: quia penitens ſupponitur
ſubditus quoad omnia que aliquo modo generali
ter tantum cōfitetur, quod ſufficit dum amplius
fieri non poteſt vt ſit materia huius ſacramenti,
vt probatum eſt et probabitur amplius.

Tertia.

¶ Tertio probatur opinio, quia vt ait Medina vt
ſupra, in articulo mortis qui iam perdidit loque-
lam vſumq; rationis in quo tamen apparent vel
preceſſerunt ſigna contritionis poteſt et debet ſa
cramentaliter abſolui: quia neceſsitas inquit caret
lege. Quod etiam ſignificatur in cap. qui recedūt.
26.q.6. ex concilio Arauſicā. cap. 12. et in cap. is
qui. et in cap. his qui. ea.q. vbi dicitur quod ſubito
obmuteſcens vel in freneſim conuerſus baptizari
et penitentiam .i. abſolutionem ſecundū gloſſam,
et reconciliationem et euchariſtiam accipere po
teſt ſi voluntatis preterite teſtimonium aliorum
verbis habetur aut preſentis ſuo nutu. Vnde pa-
tet quod non ſolum de reconciliatione et abſolu
tione ab excommunicatione, ſed etiam de ſacra-
mentali a peccatis que precedere debent dignam
euchariſtie ſumptionē dū fieri poſſunt ſimul agi-
tur ibidem. Igitur confeſsio generalis per verba
vel ſigna dum aliter in ſpeciali fieri nō poteſt ſuf
ficit pro materia huius ſacramenti ex inſtitutione
Chriſti atque precepto. Nam ſi nō ſufficeret: cer
te neque in articulo mortis poſſet eſſe materia ne
que ſacramentum. Articulus quippe mortis natu
ram et ſubſtantiam ſacramenti mutare nō poteſt.
Ad quod etiam facit manuale dioceſis Burgenſis
et conſuetudo ſacerdotum curatorum abſoluen-
tium eiuſmodi.

¶ Quarto probatur opinio. Quia abſolutio ſa- Quarta.
cramentalis poteſt cadere ſuper venialia generali
ter tantum confeſſa: idque quoad remiſsionem
culpe et pene ipſorum, ſecundum communiter
doct. ergo et ſuper mortalia inculpabiliter omiſ-
ſa generaliter per verba vel ſigna tantum confeſ-
ſa. Patet conſequentia. Quia materia ſacramenti
non variatur ex hoc quod quis teneatur vel nō te
neatur hec vel illa peccata confiteri. Id enim ad
materiam et ſubſtantiam ſacramenti impertinens
eſt. Et ita patet ſecunda ſimul et tertia opinio pro
batā.

¶ Ad primam autem rationem prime opinio- Ad ratio-
nis Reſpondeo quod antecedens eſt verum regu nem .1. opi
lariter: non tamen in omnibus caſibus vel per ac- nionis ad
cidens maxime in neceſsitate. Quod patet etiam primam.
in foro cauſarum ſeu ciuili quando non ſecundū
merita cauſe ſed ex liberalitate fit abſolutio rei,
aut quando non poteſt haberi ſufficiens cauſe co
gnitio. Item ſine vlla cauſæ cognitione fit abſolu
tio vel remiſsio penarum per indulgentias: que ta
men abſolutio pertinet ad ſententiam iudicialem
vt habetur in ea. quod autem. de peni. et re. vt ſu-
pra. q. 3. latius habetur. Sic etiam in propoſito in
foro ſacramentali cōtingit in caſu neceſsitatis vel
obliuionis vt dictum eſt. Et nihil aliud habetur
ex Ioan. 20. et concilijs, niſi quod confeſsio ſpe-
cialis peccatorum ſi poteſt, vel ſi non poteſt ſaltē
generalis verbo vel ſigno vt fieri poteſt ex inſtitu
tione et precepto diuino neceſſaria et ſufficiēs ma
teria eſt huius ſacramenti vt dictum eſt. Quod ſi
cognitio cauſe in particulari requiritur: vt ait cō
cil. Tridē. id vtique eſt verum, tum vt ſacerdos
ſciat a quibus peccatis quoad culpam poſsit aut
debeat abſoluere, tum etiam vt penitentiam de-
bitam poſsit imponere, vt hoc explicatur in eo-
dem concilio ibidem. Igitur ad abſolutionē quo-
ad culpam eorum a quibus ſacerdos poteſt abſol
uere, non eſt neceſſaria particularis ipſorum con-
feſsio in caſu neceſsitatis vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundam rationem ex concilio Floren. ſi- Ad ſecūdā
militer reſpondeo quod ibi loquitur regulariter
et per ſe tantum et ſecundum quod communiter
fieri debet. Quod patet. Quia ex eo quod dicit re
quiri oris confeſsionem, non excludit quod in ca
ſu neceſsitatis ſufficiat confeſsio per ſigna et nu-
tus et per ſcripturam vt patet ſecundum commu
niter doct. et ergo ſimiliter eadem ratione non
excludit quod in caſu neceſsitatis ſufficiat confeſ
ſio generalis per ſigna vbi ſpecialis haberi non po
teſt vt dictum eſt. Sicut ipſum et alia concilia di-
cunt quod contritio eſt pars et materia ſacramēti
confeſsionis: quo nō obſtā. attritio probabiliter
eſtimata contritio poteſt per accidens eſſe pars et
materia eiuſdem ſacramēti, vt ſupra. li. 1. q. 2. in. 4.
opinione latius habetur.

¶ Ad tertiam rationem reſpondeo negando con Ad tertiā
ſequentiam. Quia ad implendum preceptum di-
uinum

uinum et Eccleſiaſticum de ſpecialiter confitendu,a cuius impletione durante obliuione vel impotentia excuſatus eſt,tenetur penitens dum cõmode potuerit.Et per abſolutionem ſacramentâlem a peccatis precedentem non eſt a predicta obligatione ſimpliciter abſolutus,ſed ex ſuppoſitione dumtaxat,ſcilicet dum alias in ſpeciali confiteri non poteſt.Extrauag.autem Benedi . 11. et aliorum doctorum rationes in oppoſitũ expreſſe loquuntur et ſunt vere quando quis eſt rite cõfeſſus et abſolutus vti tenebatur, Ita quod iã ſimpliciter ſue ſatisfecit obligationi : tunc enim vt iterum confiteatur et abſoluatur rationabiliter cogi nõ poteſt . In caſu autem preſenti nondum ſimpliciter ſue obligationi de ſpecialiter confitẽdo penitens ſatisfecit vt dictum eſt . Adde quod ex ſuppoſitione poteſt quis cogi per ſuperiorẽ vt iterum confiteatur etiam ſi in ſpeciali rite cõfeſſus et abſolutus ſit,vt latius de hoc Adria. de confeſsione.q.5.et Medina itidẽ de confeſ.q.36. de iteratione cõfeſsionis agit : Hec opinio accipiatur vt probabilis et pia , quamuis communis opinio doctorum ſit in oppoſitũ.Ideo ſaluo meliori iudicio proponitur:quamuis eam valde impugnet Soto in.4.diſtinctione. 18.queſtione . 2. art.5.

Reſp. ad dub.reſolut. ¶ Igitur ad dubiũ ſupra poſitũ reſpõdeo reſolutorie,quod ſalubriter fit abſolutio ſacramẽtalis a peccatis ſuper eũ qui in articulo mortis ſigna cõtritionis oſtẽdit ,etiã ſi nullo alio modo tunc cõfiteatur quia iã non poteſt loquela aut etiã vſu rationis ante mortẽ priuatus.et ratio patet ex ſupra dictis.Tũ primo.Quia ſuper peccata tali modo per ſigna ſaltẽ generaliter cõfeſſa abſolutio ſacramẽtalis et poteſt et fieri debet.Tum ſecundo. Quia etiã illo dato quod.ſ. nõ poteſt niſi ſuper cõfeſſa quoad culpã mortaliũ:at vero quoad penã et remiſsionẽ venialiũ ſecundũ Scotũ et ſequaces poteſt cadere abſolutio talis etiã nulla contritione aut diſplicentia de illis habita dummodo actualiter nõ placeãt,etiã ſi ſpecialiter nullo modo ſint cõfeſſa ſed ſolũ generaliter:immo et ſecũdũ cõmuniter doctores generalis tantũ cõfeſsio ſufficit ad remiſsionẽ culpe eorũ cum aliquali diſplicentia.Tum tertio quia quoad remiſsionẽ penarũ tantũ poteſt fieri indulgẽtia ſine vlla confeſſione premiſſa(vt ſupra.q.27.habetur)quãdo id Papa nõ requirit.ergo ſi talis ſacerdos id intẽdẽs .ſ.abſoluere quantũ et quomodo poteſt,vel a culpis vel a penis aut per viã ſacramenti aut indulgẽtie dicit abſoluo te a peccatis,bene agit intendens quod valeat quod valere poteſt.Peccata enim dicũtur etiã pene debite pro peccatis vt ſupra.q.8. habetur.Ad hoc etiã facit priuilegiũ cõceſſum ordini ſancti Hieronimi,ꝙ.ſ.gratia quã habet idem ordo vt fratres poſsint abſolui plenarie intelligatur etiã de peccatis quocunq; tẽpore confeſsis licet tũc ea nõ cõfiteantur,vt hoc habetur in cõpẽdio priuilegiorũ mẽdicantiũ.tit.abſolu . extraordinaria quoad fratres.§.13.Et hoc etiã habet locũ quoad defunctos,licet eis indulgẽtie non valeant per viã abſolutionis iudiciarie ſed per modũ ſuffragij vt ſupra.q.16.habetur.Quia ſi ſacerdos dicẽs abſoluo te a peccatis intẽdat vt dictũ eſt,defũcto illi cõcedere indulgentiã quoad remiſsionem penarũ quantũ & quomodo poteſt ſecundũ Dei iudiciũ et voluntatẽ,qui nõ alligatur verbis,bene agit.Maxime quia et in hoc ſunt etiã opiniones, fiat quod fieri poteſt,valeat quod valere poteſt apud Deum et Eccleſiam. ¶ Si ad ſupradicta dicatur quod periculoſum eſt expectare vſque ad talem articulum quo quis laborat in extremis ad concedendum illi indulgentiam vt dictum eſt, ex quo poſſet mors tam repente irruere quod non eſſet locus concedendi indulgentiam illam. Reſpondeo. Verum eſt quod poteſt occurrere tale periculum. Ideo quando probabiliter immãneret aut timeretur , vtilius eſſet cito concedere indulgentiam et omnia alia requiſita agere diſerete et diligenter. Quando vero periculum tale non timetur , tunc dictum eſt eſſe vtile expectare, ſed cum diligentia ſemper et ſolicitudine adſit ſacerdos paratus vt ſecundum tenorem bulle concedat ei indulgentiam plena ; et faciat alia requiſita antequam expiret infirmus . Ad quod expedit ꝙ infirmus ſui cõpos eligat aliquẽ ſacerdotẽ qui eum ſi forte fuerit priuatus loquela aut vſu rationis abſoluat et cõcedat indulgentiã ſecũdũ tenorẽ indulti.Et ſemper reſeruet aliquã bullã. ſeu indulgentiã pro articulo mortis virtute cuius abſoluatur et ei indulgentia concedatur vt dictũ eſt hic et ſupra.q.35.et.38.et.q.27. ¶ Sed omnia hec pericula ceſſant quãdo Papa ipſe cõcedit pro tali articulo mortis indulgẽtia pro tali opere pio nõ imponẽdo nec cõmittendo alicui ꝙ eã concedat ſed ipſe ex nũc pro tũc eã cõcedit,id quod raro cõcedit,vel quãdo concedit ꝙ ſi cõtigerit mori ſine confeſsione, dũmodo ante mortẽ in eo apparuerint ſigna cõtritionis,vel ſi ſubito obierit,ꝙ habẽs talẽ bullã lucretur talẽ indulgentiã plen.vt cõtinetur in bulla cõtra Africã:vel ſi nõ potuerit eligere confeſſorẽ vel ſi oblitus fuerit eligere , vt cõtinetur in priuilegijs mendicantiũ,ꝙ tunc moriens in ſtatu gratie cõſequatur indulgentiã plen. ſeu ſi dixerit ꝙ qui in ſtatu gratie obierit in habitu fratrum minorũ,vt conceſsit Leo. 10 . et alij pontifices , vt habetur in compendio priuilegiorum mẽdicantium , conſequatur indulgen. plen.que gratia eſt vberrima nil requirens neque periculum habens ad lucrandum talem indulgentiam,ſed quod in ſtatu gratie moriatur in habitu predicto ſaltem poſito ſuper ſe , vt habetur in forma indulti . ¶ Nota tamen quod ſi quis ex notabili negligentia expectaret , mori ſine confeſsione aut ſine electione confeſſoris, indignus eſſet lucrari indulgentiã prefatam conceſſam cum hac conditione,ſi contigerit mori ſine confeſsione aut ſi nõ potuerit eligere cõfeſſorẽ &c.et forte talẽ indulgẽtiã Ideo nõ lucraretur,quia bulla ſolum id conceſsit quãdo a caſu ſic obijt ſine

confeſ

confeſsione aut ſiue electiōe confeſſoris ex obliuione aut impotentia, non autem quando deliberate aut ex notabili neglig̃etia talem caſum et impoſsibilitatem incurrit, vt patet ex ipſo bulle tenore et ex concedentis intentione.

2.Dictum. ¶ Secundum dictum eſt. Quando infirmus in articulo mortis perdidit iam loquelam ſimul et vſum rationis: ſi ante petierat ſacramentum cōfeſſionis et alia ſacramenta ſeu confeſſorem, ſeu ſi oſtenderat ſigna contritionis et boni Chriſtiani, et non viuebat in peccato mortali notorie: qui vt ſupponitur nullo modo nec per ſigna poteſt ſpecialiter confiteri: tūc ſacerdos dicēdo, Miſereatur tui &c. abſoluat eum a cenſuris ſi quibus ligatus eſt: et etiā dicat abſoluote a peccatis, valeat quod valere poteſt vt ſupradictum eſt: et concedat ei indulgentias quas concedere poteſt ſecundum bullas quas habet vt ſupra habetur. Poteſt etiā et deber illi miniſtrari ſacramentū euchariſtie et extreme vnctionis poſt abſolutionem prefatam, ſi creditur quod ſine periculo euomendi recipiet euchariſtiā alias non. Quod ſi talis priuatus loquela ſimul et vſu rationis erat talis conditionis qui ſecundum ſuum modum viuēdi aut ſecundum ſtatum in quo perdidit loquelam et vſum rationis, aut in quo morte preoccupatus eſt erat in mortali peccato notorie non factis ſignis contritionis tunc preſumit Eccleſia in malo ſtatu permanere et decedere. Ideo tunc non eſt remedium hominum ſed commendetur Deo qui poteſt ſuſcitare mortuos, et ei etiam tūc gratiam contritionis preſtare. Ideo nulla abſolutio ei debet impendi: ſed neque debēt ſui propinqui et amici omittere miſſas et alia ſuffragia pro eo poſt mortem facere celebrari et indulgētias pro eo accipere ac ſi in bono ſtatu receſsiſſet. Quando autem infirmus perdidit quidem loquelam non tamen vſum rationis: tunc ſi poteſt ſaltem per ſigna confiteri aliqua peccata confiteatur et abſoluatur vt dictum eſt etiam a peccatis. Quod ſi non poteſt confiteri vllo modo, procuretur quod ſigna contritionis aut Chriſtiani faciat et oſtendat: et fiat cū eo vt dictum eſt. Quod ſi iſte (de quo loquimur priuatus lingua ſed non vſu rationis) ſit talis cōditionis quod viuebat in mortali notorie ſaltem quando articulus mortis ipſum preoccupauit, et nulla ſigna contritionis aut Chriſtiani oſtendit: tunc perſuadeatur ad id quātum poſsibile fuerit vt moriatur vt Chriſtianus in ſtatu ſalutis, querendo ab eo ſi vult ſacramenta et alia huiuſmodi vt infra in tertio puncto habetur. Et ſecundum quod ipſe ſe cerit et ſe diſpoſuerit ſic fiat cum eo vt oportet ad ſalutem. Qui ſi tandem nullo modo vult mori vt Chriſtianus, relinquatur ſoli Deo, vt dictum eſt de moriente in mortali ſiue ſignis contritionis: quia multo peius preſumitur de iſto.

3.Dictum. ¶ Tertium dictū ſit, quod propter defectus multiplices ſupradictos et alios vndecunq; prouenientes et impedientes ne quis in articulo mortis lucretur indulgētiam plenariā ſibi conceſſam vtile et expediēs cōſilium eſt, quod infirmus ante quā priuetur facultate loquele et vſu rationis, procuret lucrari omnes indulgentias quas quomodocū que potuerit, recitando vel alio modo: inſuper quod ipſemet precipiat in teſtamento aut alias aut roget aliquos de quibus magis confidat quod pro eo accipiant bullas aut lucrentur indulgētias pro defunctis ſtatim vt ipſe expirauerit. Et ad hoc relinquat aliqua ſua bona ſignata ſi habet: et precipue hoc commendet religioſis qui ſecundum ſua priuilegia poſſunt defunctis multas indulgētias applicare: et ipſi ſolent in hoc eſſe diligentiores. Nam ſi ipſe infirmus id mandet ſeu roget, plus ei valebit quam ſi alius proprio motu pro eo iā defuncto id faceret ceteris paribus, tam quoad premium eſſentiale quam quoad accidentale et ſatiſfactionem penarum: maxime ſi quando id precepit aut rogauit fieri pro ſe talia ſuffragia erat in ſtatu gratie aut quādo id ratificauit: quāuis quoad fructum ſatiſfactionis inde prouenturum ex opere tantum operato ipſorum ſuffragiorum indulgentiarum ſeu ſacrificiorum æqualiter habebit a quocunq; et per quemcunq; fiant et mandentur ceteris paribus, vt de hoc latius Gabriel. in Canō. lectio. 57. litera. E. V. X. et lect. 58. per totum.

¶ Tertium punctum eſt. Pro inſtructione infirmi et circunſtantium quomodo ſe debeant habere vt infirmus moriatur in ſtatu ſalutis et vt Chriſtianus. Dico quatuor ſecundum Gerſo. in tripartito ſeu tractatu de arte moriendi. Alphab. 32. G. &c. ¶ Primum dictum eſt. Infirmus admoneatur quod recognoſcat ſe eſſe ſubditum morti neceſſario et Dei voluntati, quodque cum hac lege ipſe cum alijs omnibus hominibus in mundum hūc peregrinus aduenit, vt ſcilicet perviam vite huius recte ambulantes in Dei ſeruitio tandem in fine vite huius in noſtram patriam intremus ad quietem et premium eternum: quodque propter hoc mortem, que via eſt immo etiam cōmunis omnium etiam Chriſti et ſanctorum ad gloriam accepte libenter ex iuſſu Dei: alias ad penam eternā velit nolit eam patietur. ¶ Item ſecundo quod recognoſcat Dei beneficia preſtita in tota vita et quaſi ſibi mutuo accommodata, preſertim quod nunc hora mortis dedit Deus cognitionem verā, et non morte ſubita cum multis alijs periculoſe preoccupatus eſt, et quod ideo libenter et fideliter eſt reſtituendum Deo repetenti corpus et animā et omne aliud bonum temporale ſuum, quod hucuſque conceſsit ad vſum iocundum vite et ad merendum lucrandumque diuitias et regnū glorie: et propter hoc ei inſuper gratias agat pro vſu talium conceſſo, dicens cum Iob. 1. ca. Dominus dedit dominus abſtulit ſit nomen domini benedictum ſcilicet pro vſu hucuſque conceſſo. Et in eius miſericordia precipue ſperando et liberalitate petat humiliter veniā de peccatis et abuſu ſuorum donorum in vita contra dominum benefactorem cōmiſsis. ¶ Item tertio recogitet infirmus ſe multum in vita peccaſſe vnde potius penā mereretur:

Punct. 3

Dictum. 1

retur: quodq; ideo nunc in recompenſam et ſatiſfactionem peccatorum equo animo ferat etiã mortem a Deo illatam aut permiſſam, et eã acceptet offeratq; Deo in predictam ſatisfactionem: oretque vt eam Deus miſericorditer ſic accipiet. Sicque recompenſabit penas purgatorij et faciet de neceſſitate virtutem meritum et remedium peccatorum: et econtra ſi inuitus et impatienter, aut ſi nil horum faciẽdo neceſſario vt beſtia ſine fructu moriatur. ¶ Hic quarto recogitet. Quod poſt hanc horam mortis nunquã habebit remedij opportunitatem neque penitentie: et quod ideo tũc cogitet de ſalute anime ſue nil ſolicitus de alijs tẽporalibus non neceſſarijs ad anime ſalutem: que ſtatim ab eo peribunt in eternũ velit nolit ac ſi ea nunquã habuiſſet. Et ideo de illis etiam de filijs nil curet ſed ea omnia commendet cõmittatque Deo et alijs quibus ſecundum legem Dei cõuenit de illis curare. Nam Deo eſt maior cura de omnibus omni tempore: et ipſe Deus erit ſolicitus de eis multo melius, ſi homo de Dei honore et voluntate ſolicitus ipſius Dei cure fideliter et confidenter ſua committat. Curet ergo ſalutem animæ ſue vt Deus vultet in hoc rem ſuam et filiorum et domus ſue melius agit Deo placens: rogetq; aſtantes vt orent pro eo: faciatq; oportune teſtamentum ſuum vt oportet, diſponendo ſi poteſt, et habet vnde diſponat: aut ſi non poteſt committat hoc alteri cui ipſe confidit.

Dictũ.2. ¶ Secundũ dictũ eſt ꝙ admoneatur infirmus vt cõfirmetur in fide, gaudẽs ꝙ Chriſtianus eſt, et cõfiteatur ibi fidẽ Chriſti et articulos et ſacramẽta etc. ¶ Secũdo petat a Deo vere ex corde veniã peccatorũ: habeatq; verũ propoſitũ emẽde ſue vite ſi vixerit: rogãs Deũ pro gratia ad hoc faciẽdũ et debite nunc de peccatis conterendũ. ¶ Tertio videat ſi habeat conſcientiam de aliquo peccato mortali nõ cõfeſſo: optet et petat a Deo illuminari vt habeat notitiã mortalitũ ſi qua habet vt debite doleat confiteatur et ſatisfaciat. Oportet etiã et velit efficaciter ablata vel detẽta iniuſte ſtatim reſtitui ſi poteſt vt tenetur, ſecundũ valorẽ facultatẽ ſuarũ etiã vſque ad omniũ ſuorũ bonorũ ceſſionẽ et renuntiationẽ vbi alias debita ſatisfactio fieri nõ valeret vt oportet: cogitãsq; per mortẽ ipſam ipſo facto eſt ſtatim ipſe neceſſario ſine fructu illã facturus: niſi nũc viuens eã libere faciat vt tenetur et vt poteſt, efficaciter diſponendo ꝙ fiat tũc ſi ſine maiori detrimẽto poteſt fieri, aut ſtatim poſt mortẽ per heredes efficaciter fiat ſi credit probabiliter ꝙ ita fiet: alias nõ moritur in bono ſtatu. Silueſ. teſti. 5. q. 7. et Nauarro in ſum. ca. 17. nu. 67. 68. ¶ Quarto indulgeat etiã corde et opere efficaciter omnibus iniuriãtibus propter Deũ, a quo ipſe tũc maiorem miſericordiam et indulgentiam ſperat: et ſimiliter petat ab omnibus ſibi remitti.

Dictũ.3. ¶ Tertiũ dictũ. Quod ipſe infirmus cõmendet ſe Deo in tali articulo mortis in cuius manus, ſ. filius Dei eſt, ad quẽ tũc vadit ad iudiciũ. ¶ Secũdo petat ab eo paradiſum in meritis Chriſti vt liberetur ab inferno et a diabolo, dicẽs corde et ore illud Pſal. 30. In te domine ſperaui. ſ. nõ in me neque in meis meritis et virtutẽ ſed in tua miſericordia et virtute qui ſperãtes in te adiuuas: Ideo in virtute tua et iuſtitia, libera me. i. in tuis meritis quæ pro me et mihi iuſte meruiſti homo factus da mihi nũc ea mihi et ius eorũ, vt per fidẽ et charitatẽ tanquã membrũ tuũ tibi vnitũ, faciã ea eſſe mea et tanquã mea nũc ea in iudicio Deo patri et tibi iudici et dño meo exhibeã: vt virtute eorũ iudicatus excã premiatus ad gloriã. Et in hoc articulo maxime inſtetur ab eo et circũſtantibus, vt ſcilicet habeat fiduciã miſericordie Dei in meritis Chriſti, allegãdo rationes et auctoritates ſcripture et Sanctorũ ad id opportunas ſine vlla diſputatione. ¶ Tertio petat etiã auxilium beate Marie et Angeli cuſtodis et ſanctorum quibus deuotus eſt: a quibus omnibus vt ab amicis ſpiritualibus et fidelibus quos viuens coluit poſtulet auxilium in neceſſitate hac ipſis ſe humiliter et fiducialiter commendans.

¶ Quartũ dictũ eſt. Quod ſi patiens nondũ Eucharistiã aut extremã vnctionẽ ſuſcepit interrogetur an ad eadẽ ſacramẽta ſit paratus ſuſcipiẽda: et ad id valde ſuadeatur vt velit ꝙ efficaciter et debite fiãt circa eũ, ſi etiã vltra ea quæ ſupra in ſecũdo pũcto principali dicta ſunt veriſimiliter appareat infirmũ nõ eſſe ſatis ſufficiẽter paratum, apponatur remediũ vt melius fieri poteſt vel per confeſſionẽ et per alia ſacramẽta, vel eidẽ manifeſtando periculũ in quo eſt et quod incurrit ſi nõ faciat ſupradicta ſufficiẽter ad anime ſalutẽ, et attendatur an ſit excõmunicatus et ſubmittat ſe Eccleſiæ omnino vt abſoluatur vt oportet: et videantur bulle quas habet et ſecundũ eas oportune abſoluatur et ei indulgentia concedatur, vt ſupra in. 2. puncto habetur. ¶ Secundo ſi infirmus nõ laborat morte feſtina ſed ſpacioſa legãtur interim coram eo aliqua deuota ad que ipſe magis afficitur, vt ſic recordetur ſui et eorũ ad que tenetur et eleuetur cor eius ad Deũ. ¶ Tertio nõ detur tali infirmo nimia ſpes vitæ: ſed potius vt ſupra dictum eſt in primo dicto huius tertij puncti principalis, admoneatur ſepe: quia per talem falſam ſpem poteſt homo facile perire ſine debito remedio, ideo inſtanter moneatur vt per contritionem et cõfeſſionem et alia ſacramenta procuret anime ſalutem et etiam corporis ſi Deo placuerit et expedierit: ſicq; quietetur et ſecurior erit. ¶ Quarto nullo modo ſi fieri poteſt amici carnales vxor filij vel diuitie aut alia negotia ad eius memoriã reducãtur: niſi quantũ requiritur ad ſalutẽ morientis dũ alias conuenientet hoc nõ poteſt omitti, vt eſt reſtitutio vel aliud in teſtamẽto ſeu alias neceſſario faciendũ ad conſenſum et preſentiã illorũ requiſitã et huiuſmodi. ¶ Quod ſi breuitas mortis hec omnia predicta fieri nõ ſinit, fiant ea que magis neceſſaria et expedientia ſeu accommoda ſunt ad ſalutem, vt par totam hanc queſtionem habetur.

Poſtremũ dictum. 4.

Quæſt.40.

QVÆSTIO. XL.

Vtrum dare operá indulgentijs acquirendis ſit bonum et meritorium conſonumq; viris perfectis: et vtrum indulgentiæ ſint vtiliores alijs ſuffragijs.

Propoſi.1. ¶ Reſpondeo per duas propoſitiones. Quarum prima eſt. Dare operam indulgentijs eſt nón ſolum moraliter bonum et fructuoſum: ſed etiá meritorium, et conſonum viris perfectis. ¶ Probatur quod ſit moraliter bonum. Quia cum iſte actus lucrandi indulgentias, qui nil aliud eſt quam ſatisfacere per alium (cum fructus indulgentie prius ſit de theſauro Eccleſiæ ſatiſfacere pro peccatis vt ſupra.q.5.habetur,) non ſit ex ſuo genere malus vt patet, quia nullá deformitaté importat: neq; habet imperfectionem moralem annexam, quia cú feruente charitate et promptiſsima volúrate ſatisfaciendi per ſe vt tenetur hic vel in purgatorio ſtat ꝙ tali modo.ſ. per Chriſti et ſanctorú penas velit fideliter ſatisfacere, et nihilominus alijs operibus ſanctis eo magis intédere, quo liberior ſit a pena debita et quo gratior propter hoc eſſe debet. Et ita patet quod non habet rationem mali: ſed potius boni moralis ex genere. Quia eſt appetitu recto appetibilis talis actus, vtpote ablatiuus impedimentorum ad gloriam. Ná pene debite peccatis impediunt ingreſſum ad gloriá quo vſq; ſoluátur ſatisfaciédo aut ſatiſpatiédo hic vel in purgatorio. ¶ Quod etiam lucrari indulgétias ſit meritorium et fructuoſum patet ſi ex charitate propter Deum fiat vt alij actus boni. ¶ Quod etiam ſit conſonum viris perfectis in ſtatu perfectionis exiſtentibus patet. Quia continue ſuſpirátibus ad gloriam cupientibuſq; diſſolui et eſſe cú Chriſto conſonant omnia recta acceleratiua glorie celeſtis. Indulgétia autem ex quo eſt ſatisfactio aut habet vim ſatisfactionis, iam per cóſequens aufert impedimentum penarum et eſt acceleratiua gloriæ. ergo. Et confirmatur hoc. Quia omnibus quantúcúq; perfectis cóuenit dicere quotidie, Dimitte nobis debita noſtra &c. in quorú numerú conſtat eſſe debitú pene pro peccatis. Quod aút cóſonat petere cóſonat et querere modo alias licito, qualis eſt indulgentie modus. Non tamen propter indulgétias ceſſandum eſt ab alijs bonis operibus et ſatisfactorijs: vt patet. Quia id melius et tutius eſt ſi vtraq; modo quam ſi vno tantú modo homo curet Deo ſatisfacere.

Argum. 1. Contra predicta dum vltima arguitur tripliciter. Primo. Quia ſatisfacere de ſe nó eſt mereri neq; eſt actus meritorius, vt patet de exiſtétibus in purgatorio, et etiá in inferno ſecundú Scotú. qui ſalté de venialibus et mortalibus iam quoad culpam in vita remiſsis ſatisfaciunt non tamen merentur. Patet etiam in via de exiſtentibus in mortali peccato ſatisfacientibus pro iam remiſſis. Patet etiam quia ſoluere debitum nó eſt mereri. Nunc auté lucrari indulgentiá nil aliud eſt quá procurare ſatisfactionem aut ſatisfacere ſeu ſoluere de alieno, vt patet ſupra.q.3.et.5.ergo contra omnes partes prime propoſitionis.

Argum. 2. Item ſecundo arguitur probádo. Quod etiam ſi ſit meritorium non tamen eſt conſonú viris perfectis. Quia indulgentiæ ſunt relaxationes penarum debitarum. Perfectorum auté eſt penas potius amplecti non fugere: ex quo tales debent ſentire crucem Chriſti et ei compati velle vt legitur de beato Andrea Laurentio &c.ergo.

Argum. 3. Tertio arguitur ad idem. Quia ſecundum cómuniter doct. habés indulgétias melius facit ſi per ſe ipſum adimplet penitentiam debitá quam ſi propter indulgentias illam omittat. Perfectorum autem eſt æmulari chariſmata meliora. Ergo imperfectorum eſt indulgétijs incumbere.

Reſp.ad.1. ¶ Reſpondeo ſecundum Caieta.in.2. quodlibe. q.2.de indulgentijs ad primum conceſſa maiore diſtinguo minorem. Nam lucrari indulgentias.i. recipere fructum earum (quod eſt ſatisfacere de alieno et per conſequens liberari a debito) conceditur quod vt tale non eſt meritoriú: et ſic ad húc ſenſum conceditur conſequentia. Sed lucrari indulgentiam, ideſt facere opus pium pro lucranda indulgentia et eius fructus ſatisfactorios habédo, bene eſt meritorium non ſolum ex genere operis, puta ſubuenire Eccleſie aut orare et huiuſmodi: ſed etiam ex intentione facientis, quia ſcilicet mouetur ex charitate ad hoc vt gloriæ impediméta tollantur vt dictum eſt. Et in hoc ſenſu procedit propoſitio, in quo et negatur predicta minor, et conſequentia. ¶ Patet enim quod lucrari indulgétias ſeu dare operam eis acquirendis, ideſt facere bona opera pia ex charitate ad honorem Dei et vtilitatem Eccleſie pro eis acquirédis bene eſt meritorium: ſicut et omne aliud opus bonum eiuſdem conſiderationis factum non pro lucrandis indulgentijs. Neq; enim ex hoc quod opus ſit ad ſatisfaciendum ſeu ex hoc quod eſt ſatisfactorium deſinit eſſe meritorium, vt patet ſecundum communiter doct. imo ceteris paribus melius eſt opus factum pro lucranda indulgentia quam ſi nó fieret pro ea lucranda: Quia vltra ſuam bonitatem predictam contrahit bonitatem maiorem ex illo fine bono et pio ſcilicet ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis: inſuper eſt fructuoſius tale opus ad ſatisfaciendum per viam indulgentie: et ſic quoad hoc eſt priuilegiatum ex opere operato ſeu virtute indulgentiarum. Igitur ex vtraq; predicta parte eſt ſimpliciter melius ceteris paribus. Quod dáco dúmodo ꝓcedat ex equali conatu fide charitate et æqualiter cótinuatú et cú æqualibus circúſtátijs alijs: ná ꝓpter alicuius horú exceſſú aut defectú poteſt eſſe magis vel minus bonum. Et ſic expreſſe dicit Gerſon.2. part. ſum.tractatu. de indulgentijs. conſider. 12. alphabet. 34. A. quod fructuoſior et acceptabilior Deo et hominibus eſt

operatio

operatio bona talibus indulgentijs innitens quã
altera ſimilis non innitens ceteris paribus.Et con
cord.Tho.in.4.diſtinctio. 20.et Angeſt. in mo
rali.ca.8.
Reſp.ad.2. ¶ Ad ſecundum reſpondeo concedendo mi-
norem ad hunc ſenſum,quod.ſ. perfectorum eſt
amplecti penas promotiuas ſui vel aliorum ad
meritum ſeu ad gloriam.Negatur autem ad hunc
ſenſum,quod perfectorum ſit amplecti ſeu itera
re penas ex propris culpa impeditiuas glorie,qua
les ſunt pene Deo debite pro peccatis que per in
dulgentias ſoluuntur.Sed potius eorum eſt quã ci
tius poſſunt et licite ab eis liberari, vt expediti ſẽ
per et parati intrare ad nuptias glorie inueniãtur:
Reſp.ad.3. ¶ Ad tertium reſpondeo.Negando conſequen-
tiam.Nã licet ſit melius ſatisfacere per duas vias:
ſ.per viam indulgentiæ et per viam proprie ſatiſ
factionis ſimul,quam per vnam tantum viam in
dulgentie:et melius per ſe quam per aliũ, ex quo
per alium fit ſola ſatisfactio,per ſe autem aut per
opus proprium non ſolum ſatisfactio ſed et boni
tas operantis et medicina et meritum eſſentialẽ
et accidentale acquiritur vt ſupra.q.5.in notabili
habetur.Cum hoc tamen ſtat quod perfecti æmu
lando chariſmata meliora ſectentur etiam indul-
gentias vt expeditiores ſint ad nuptias glorie vt
dictum eſt.¶ Ex his dictis ſequitur quod imperfe
ctionis eſſet querere indulgentias vt poſt illas ha
bitas homo tepide Deo inſeruiat : et minus mo
dele cauteleq; peccatis et vitijs extirpandis im-
pendat,vt ait Nauarro in quodam tractatu de in
dulgentijs. Cum ſupradictis etiam concordat So
to in. 4. diſtinctione . 21 . queſtione . 1. articu-
lo 1.
Propoſ.2. ¶ Propoſitio ſecunda. Indulgentie ſunt vtilio
res quam alia ſuffragia et opera ad celeriorem
penarum liberationem.¶ Probatur.Quia ex quo
valent quantum ſonant.Ergo ſi quis vere conſe
quitur indulgentiam plen ſtatim liberatur a toto
debito,hoc autem non fit tam celeriter per alia
ſuffragia aut ſacrificia,in quibus non datur remiſ
ſio peccatorum quo ad penam tam plenarie ſed
ad proportionem operis operati et operãtis: neq;
tam cito poſſunt alia opera fieri quam cito po
teſt quis lucrari indulgentiam plen.faciẽdo quod
ad eam lucrandum requiritur,vt patet. Et in hoc
concordat Gerſ.in tract.de abſolut. ſacramen. al
phab.33.K. et tract.de indul.ſecundũ etiam Ang.
de Anchona.et Floren.3.par.ſum. tit.22.ca.5. 9.
7. et communiter doct.et precipue Alex. Hall.
4.par.ſum.q.42.art.vltimo.et Bonau.in. 4. diſt.
20.queſt.5.vbi dicunt quod indulgentie ſunt de
nobiliſſimis et efficaciſsimis ſuffragijs Eccleſie, et
Beat.Thom.in.4.diſt.20.dicit quod indulgentie
ſunt vtiliſsime ad celerem liberationem anima
rum purgatorij. Et idem dicit Gabriel in Can.
lect.57.litera.K.addens quod non eſt certior mo
dus ad citius liberandũ animas purgatorij:quãuis
aliã opera et ſuffragia ſint vtiliora quoad premiũ
eſſentiale et accidẽtale et quoad alia bona et quo
ad alios effectus.
¶ Dubitatur primo ſi tam precioſe et vtiles ſunt Dub.1.
indulgentiæ et dare operam ipſis:quare ergo Ec
cleſia tanto tempore diſtulit earũ vſum et conceſ
ſionem tam pro viuis quam pro defunctis?¶ Item Dub.2.
ſecundo.Quare cõmuniter a doctoribus ſuadetur
tanquam melius ꝙ detur opera bonis alijs operi
bus ſatisfactorijs?¶ Itẽ tertio.Quare poſt vnã in- Dub.3.
dulgentiã plenariã acquiruntur aliæ ſiũtq; alia ſuf
fragia et miſſe,idq; fieri ſuadetur pro viuis et pro
defunctis?¶ Quarto. Vtrum peccet is qui pauperi Dub.4.
occurrenti et petenti negat eleemoſynam reſeruãs
eam pro lucranda indulgentia? ¶ Reſpondeo ad Reſpõ. ad dub.1.
primum vt ſupra.q.7. in reſponſione ad.7.argu.
habetur. ¶ Ad ſecundum reſpondeo ꝙ operatio Reſ. ad.2.
propria valet ad multos effectus ad quos non va
let aliena: et quia melior eſt duplex via quam vni
ca tantũ vt dictum eſt in reſpõſione ad tertiũ arg.
cõtra.1.propoſ. et quia per talia alia bona opera
magis dignificatur homo vt ei indulgẽtie magis
valeãt in purgatorio vt ſupra.q.17.habetur.¶ Ad Reſ. ad.3.
tertiũ reſpondeo vt ſupra.q.17.per totũ precipue
in dub.3.et in eius argumentis habetur ibi videa
tur. ¶ Ad quartum reſpõdeo quod ſic in caſu quo
erat illi pauperi danda eleemoſyna de precepto,
vt pote ſi erat in extrema neceſsitate vel quaſi:vel
etiam ſecundum Thomã et alios ſi erat in magna
valde neceſsitate et ipſe erat diues valde abundãs.
Ratio quia non ſunt facienda mala vt veniant bo
na.ad Ro.3.Neque precepta ſunt omittenda pro
ſupererogatorijs. Dicu quod tunc peccat nõ qui
dem dando pecuniam pro indulgentia,ſed omiſſi
ue eam non dando aut illam denegãdo pauperi.
Si autem pauper non eſt in tali caſu quo alius te
neatur facere ei eleemoſynã : tunc non peccat ei
non dando et reſeruando pro indulgentia. Patet.
Quia ex ſuppoſitione nõ peccat nõ dãdo,ex quo
ei nõ tenetur dare etiã ſi pro indulgentia nõ reſer
uet.¶ Quod ſi cõtra hoc arguatur quia videtur in
ordinatum et illicitũ poſtponere maius bonum
eleemoſyne minori bono. ſ. lucrationi indulgen
tiarum. ¶ Reſpondeo ꝙ nõ eſt illicitum poſtpo
nere maius bonum minori bono quãdo quis nõ
obligatur ad illud maius bonũ: dũmodo non pre
eſtimetur illud minus bonum tanquam dignius
et aliud melius eſtimetur indignius eo:tunc enim
fierit peruerſio iudicij et iniuria Deo eiuſque con
ſilijs vt ait Gerſo.in regulis moralibus. Et proba
tur illud.Quia non obligatur quis ad ſumme bo
num actum poſsibilem , alioqui non daretur gra
dus in actibus bonis : et in omnibus actibus non
ſumme bonis concurrentibus cum ſumme bonis
eſſet peccatum aut defectus culpabilis et nihil eſ
ſet de cõſilio et ſupererogatione, ſed totum poſsi
bile et melius eſſet in precepto.Quæ omnia ſunt
manifeſte falſa.Hinc dicit Caietan.in.2.quodlibe
to.q.3.de indulg. et in Ientaculo primo queſtio
ne prima,quod licet melius faceret qui ſuas pecu
nias daret in eleemoſynam quam ſi eas expen-
deret in officijs humanis et pompa funerali alias

licita defunctorum ſecundum decentiam ſtatus: que omnia ſunt potius ſolatia viuorum ſecundũ Auguſt. non tamen peccat expendẽdo eas in predictis funeralibus: ex quo talis actus humanus exequiarum ſecundũ ſtatũ perſone et morem patrie non eſt inordinatus, neq; tunc tenetur illas pecunias pauperibus erogare vt ſupponitur. Et adhuc facit Math. 26. vbi dominus Magdalenam defendit, contra diſcipulos obijcientes illi quod precioſum vnguentum quo multis pauperibus ſubueniri potuiſſet in vnum opus humanum expenderit, affirmans quod bonum opus operata eſt: vbi ex ſubiniuncta ratione. ſ. pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum, docuit Chriſtus quod occurrentibus duobus bonis altero continuo et altero pro inſtanti cõmoditate, licitum eſt omiſſo tunc maiori bono ex ſuo genere ſed non tũc neceſſario date operam minori pro tunc occurrenti.

Quæſt. 41. QVÆSTIO. XLI. Vtrum et quo modo peccent predicantes indulgẽtias indiſcretas et abſoluentes a culpa et pena, et quæſtores predicantes indulgentias ſub qua forma debeant predicare.

Propoſ. ¶ Reſpondeo per tres propoſitiones, quarũ prima eſt. Religioſi predicantes indulgẽtias indiſcretas grauiter peccant non tamen incurrunt aliquã

Prima. penam ipſo facto. Probatur. Quia in Clem. religioſi. de priuilegijs. ſic habetur. Religioſis etiam in virtute ſancte obedientie et ſub interminatione maledictionis eterne diſtrictius inhibemus, ne in ſermonibus ſuis Eccleſiarũ prelatis detrahãt, aut etiam retrahant laycos ab Eccleſiarum ſuarũ frequentia vel acceſſu: ſeu indulgentias pronunrient indiſcretas. Si qui vero aliquid de premiſsis attentare preſumpſerint per duos menſes ſubiaceant penis illis que ſecundum eorum regulã vel ſtatuta pro grauibus criminibus ſeu culpis conſueuerunt imponi: ſuper quibus abſq; manifeſta neceſsitate cum eis non valeat diſpẽſari. Hec ibi. ¶ Vbi nota primo quod ſecundum Silueſt. tit. indulg. q. vltima. indulgentie dicuntur indiſcrete tripliciter. Vno modo quando non ſunt cõceſſe de facto, vt ait gloſ. in dicta Clem. alio modo quãdo cõcedi non potuerunt de iure, vtpote quia concedens non habebat auctoritatẽ ad concedendũ indulgentias aut non in tanta quantitate: vt ſi Epiſcopus excederet. 40. dies indulgẽtie ſeu limitatione. ca. cũ ex eo de pe. et re. aut facultatẽ Papalem ſibi conceſſam, vt ait hoc Palud. et concor. Card. in dict. Clem. Alio tertio modo dicũtur indiſcrete quando probari nõ poſſunt, vt ait Zenzeli. at. de probati. ca. quoniam. et. ca. poſt ceſsionẽ. Et de fide inſtru. ca. 2. ¶ Sed an ſemper peccent mortaliter religioſi predicantes indulgentias indiſcretas quocunq; illorum modorum: dic ꝙ ſic quando ſcienter vere vel interpretatiue predicant indulgentias indiſcretas primo aut ſecundo modo ſcilicet indulgentias non veras aut nõ validas. Et ſimiliter quando indiſcretas tertio modo ſcilicet quando non ſunt probabiles aut veriſimiles ſed dubie. Secus ſi eſſent certe cõceſſe ſed probari nequirent iudicialiter ſeu in foro exteriori. Hec Silueſt. et ſum. Ang. vbi ſupra. Secus etiam ſi indicijs probabilibus crederetur eſſe vere cõceſſas ab eo qui poteſt concedere: quia tunc temere non faceret, arg. ca. 1. ca. afferte. et ca. illud. de preſumptio. Et quanuis ſint etiam indulgentie indiſcrete que ſine iuſta cauſa conceduntur: tamen in propoſito preſenti non vocantur indiſcrete niſi vt dictũ eſt. Quia de ſuperiorum factis alij iudicare non debent. ca. inferiur. 21. diſt. et ca. cum inferior. de maiori. ¶ Nota etiam: quod per eandem rationẽ Nota. 1.
non videntur a mortali excuſari clerici predicãtes indulgentias indiſcretas modo predicto vt religioſi: quãuis dicta Clem. de religioſis loquatur. Vt ait Florent. 3. par. tit. 18. ca. 4. et Nauarro de indulgent. nota 31. § . 45. ¶ Item nota quod nomi- Nota. 2.
ne predicationis in propoſito videtur poſſe intelligi prohibita omnis publica pronũtiatio taliũ indulgentiarum ita quod ad publicam notitiam talis pnnuntiatio indulgentiarum perueniat, quia textus Clem. vbi ſupra expreſſe prohibet ne pronuntient indulgentias indiſcretas: et non dicit ne predicent ſed ne pronuntient. Et quia finis prohibitionis prefate militat vtrobiq;. Ad rationem autem cauſe finalis eſt lex intelligenda, vt refert Silueſt. tit. lex. q. 16. et. 17. &c. ſecundum communiter doct. ſed ſtando in rigore litere videtur quod ſolum publica pronunciatio indulgentiarũ indiſcretarum in ſermonibus intelligitur prohibita per dictam Clem. quia de hoc ſolum ibi agitur, vt patet ex precedentibus: niſi in fraudẽ fiat poſt ſermonem aut loco ſermonis predicta indulgentiarum pronunciatio: tunc enim is committit in legem qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem: et fraus et dolus non debet alicui patrocinari. Ideo ſi ſine predicta fraude religioſi publice pronuncient predictas indulgentias alibi, non in ſermonibus aut predicationibus Eccleſiaſticis, non peccarent contra predictam Clement. peccarent tamen contra aliud ius: quia de ſe eſt illicitum id ſcienter agere, quia eſt decipere populum. ¶ Item tertio nota ſecundum Nota. 3.
Silueſt. et ſum. Ang. vbi ſupra et concord. Cardi. Zenzeli. &c. doct. quod ſolum religioſi incurriũt peccatum contra dictam Clement. quando predictas indulgentias indiſcretas predicant in ſuum fauorem ex talibus indulgentijs predicatis prouenturũ eiſdem, vbicunq; et quibuſcunq; conceſſas predicent tales indulgẽtias, ad inſtantiã aut nõ inſtantiam aliorum. Secus ſi non ad ſuũ fauorem.

Quia dicta Clem.predicta omnia ibi cõtenta prohibet religioſis, ne ſcilicet intuitu ſui fauoris faciant aut ſuorũ conuentuum aut religionum directè vel indirectè.Cum quo ſtat quod etiã peccent mortaliter ea predicando et faciendo non ad ſuũ fauorem quia ratione alterius iuris diuini vel naturalis eſt illicitum talia taliter agere vt dictũ eſt.

Propoſ. 2. ¶Propoſitio ſecunda.Religioſi abſoluentes aliquem a culpa et pena peccant mortaliter et ipſo facto incurrũt excõmunicationẽ Pape reſeruatã. Quia in dicta Clement. expreſſe id eis ſic prohibetur.

Nota. ¶Vbi nota quod abſoluere a culpa et pena non eſt idem quod concedere indulgentiam plenariam:quia cõcedere indulgentiã plenariã eſt ſolũ abſoluere a pena:culpa autẽ nõ abſoluitur per indulgẽtie plenarie cõceſſionẽ,ſed preſupponitur alias abſoluta vt patet ex ſupradictis.q.8.Abſoluere ergo a culpa et pena(quod hic prohibetur)eſt reddere hominem mundũ ab omni culpa et ſine debito alicuius pœne,quod eſt lõge pluſquam indulgentia plenariã et ideo merito tales preſumptuoſi excõmunicantur ſi aliquẽ abſoluerint. Et ad hũc abuſum accedunt predicãtes bullas dicẽtes ꝙ per eas et per indulgentias plenarias reducuntur ad innocentiã baptiſmalem quod videtur eſſe idẽ aut plus quã abſoluere a culpa et pena vt videtur ſtando in rigore:nam ad bonũ ſenſum forte eſſet tolerandum ſicut ad bonum ſenſum toleratur quando dicitur quod conceditur indulgentia plenaria a culpa et pena vt ſupra.q.8.habetur. Quibus non obſtãtibus ſtat quod ex ſimplici abſolutione ſacerdotis excellenter contritus et confeſſus conſequatur a Deo abſolutionem a tota culpa et pena.Cum predictis his expreſſe concordat Caietan.in ſumula.tit.excommu.ca.64.et Zabarela.et Zẽzeli.in dicta.Clem.et ſum. Ang.et Ro. tit.excommunicatio. excepto eo quod de innocẽtia baptiſmali dictum eſt. ¶Ex quo patet ꝙ abſoluens ſolum a pena concedendo indulgentiam plenariam alicui qui ſibi vel alteri confeſſus aut etiã nõ confeſſus eſt,nõ incidit hanc excommunionẽ: licet male faciat ſi ad id non habet auctoritatem. Alias vt bene dicũt communiter doctores vbi ſupra.licet Silueſt.titul.excõmunicatio.7.q.4.dub.13.dicat quod incidit excõmunicationem ſicut ſi a culpa et pena abſolueret ſi non habet autoritatem concedendi talem indulgentiam plena. ſed certe eius motiua non concludunt pro eo contra communiter docto. aliud eſt enim concedere indulgentiam plenariam, aliud abſoluere a culpa et pena vt patet ex dictis: et Papa ſolum excommunicat abſoluentes a culpa et pena ſimul quaſi virtute indulgentie aut alterius indulti , vt tollatur occaſio erroris qui ex talibus verbis et modo loquendi ſuboriri poteſt. Ideo ſi religioſus confeſſor habens auctoritatem concedendi ſuo penitenti indulgentiam plenariam poſt confeſſionem et remiſſionẽ culparum dicat Abſoluo te a culpa et pena:certe in rigore incurret prefatam excommunionem quam non incurreret dicendo Concedo tibi indulgentiam plenariam,propter predicta licet Silueſt.oppoſitum dicat quoad vtrumque. ¶ Et nota quod nunquam incurritur prefata excommunicatio niſi quis ſcienter ſic preſumeret a culpa et pena abſoluere:non autem ſi ignoranter putans ſimplici animo vtrumque eſſe idẽ.Et ideo multi excuſantur. Quia ſic textus expreſſe ſonat ſolum contra preſumptuoſe id facientes.

Propoſ.3. ¶Tertia propoſitio.Omnes queſtores bullarum predicantes eas indulgentias debent ſub certa forma predicare per ius taxata. Quia in.ca. cum ex eo.de pe.et re.ſimiliter in Clem.abuſionibus.eo. tit.datur et precipitur certa forma talia predicandi,et examinandi tales queſtuarios et predicatores bullarum et indulgentiarum. Ibi videatur. Quia ius commune eſt ab omnibus obſeruandũ quia clarum et prolixum eſt omittitur.

Dubium. ¶ Sed ad predicta omnia dubitatur.Vtrum ſeculares virtute bullarum Cruciate aut fabrice aut huiuſmodi lucrentur indulgentias plenarias vrbis Rome?

Reſponſ. ¶ Reſpondeo quod ſi in ipſis bullis hoc contineatur ſufficienter eſſe ſic de mente Papæ non eſt dubium . Tunc enim bene poſſunt lucrari , ſed vtrum de facto hoc in eis contineatur:dicũt multi in huiuſmodi ſatis inſtructi quod non : et per conſequens quod virtute earum non poſſunt lucrari tales indulgentias plenarias vrbis Rome. Tum primo,quia in ipſis bullis originalibus nulla penitus mentio fit de talibus indulgentijs plenarijs:ſed ſolum de ſtationibus aut de indulgentijs abſolute nõ exprimẽdo de plenarijs, id quod neceſſario requirebatur ad hoc vt eas promereri poſſent, ſic enim habetur in quadam regula Cancellariæ apoſtolice:et ſic etiam habet ſtilus curie Romane,cui in hoc eſt ſtandum: niſi ſpecialiter derogetur ſecundum communiter doctores. ¶ Tum Secundo.Quia Secundum communem regulam iuriſtarum precipuam et validam in hac materia,bulla Pape non plus valet quam ſonat vt ſupra. q.22. et eſt ſtricti iuris quo ad hoc quod ſecundum limitationem et clauſulam iuris communiter conſuetam eſt interpretanda indulgẽtia, vt ſupra.queſt.9.in reſponſ.ad.1.et.2.arg. Nunc autem regula Cancellarie predicta et ſtilus curie nunc cõſuetus habet quod niſi exprimatur indulgentia plenaria,ſolum intelligitur de non plenarijs et de indulgentijs ſtationum Rome vt dictũ eſt.¶ Tum tertio.Quia in predictis bullis conceditur expreſſe indulgentia plenaria ſolum pro ſemel in vita et in articulo mortis.Fruſtra autem de his duabus indulgẽtijs plenarijs ſolum fierit mẽtio ſi verum eſſet quod Papa concederet tot et toties indulgentias plenarias ſicut in ſumario impreſſo continetur et ſicut predicatur.¶Tum quarto,quia vt notum eſt apud curiales et ſcientes aliquid de rebus et pratica curie Romane non poteſt ibidem obtineri vna indulgẽtia plenaria pro vna Eccleſia ſiue capella extra vrbem Romam niſi pro multis centenarijs ducatorum et huiuſmodi,Non eſt ergo veriſimile aut etiam rationi

conſonum neque cauſa ſufficiens quod pro duo-
bus argenteis concederetur tanta multitudo in-
dulgentiarum plenarum toties quoties vt habe-
tur in predicto ſummario impreſſo et vt predi-
catur. ¶ Nota quod quando dico indulgentiam
concedi pro ducatis, non dico precium ſed cau-
ſam piam aut motiuam ad concedendum indul-
gentias ſi concedens talem indulgentiam ſaluan-
dus eſt vt ſupra. q.21.in reſp.ad arg. contra pri-
mam propoſ.habetur.

Argum. ¶ Quod ſi contra predicta hec arguatur quod
in ſummario impreſſo quod predicatur et datur
accipientibus huiuſmodi bullas continentur mul
te indulgentie plenarie vrbis Rome et ſic predi
catur quod omnes accipiẽtes illas bullas poſſunt
Reſpon. illas indulgentias lucrari. ¶ Reſpondeo. dicit col
lect. compendij priuilegiorum ordinum mendi-
cantium.tit.indulg. ſtationũ quoad fratres poſt
§ .19.fo.81.et ſpeculũ fratrũ minorũ vnde hoc
ipſe deſumpſit, quod non eſt multum curandũ
de iſtis ſummarijs, ex quo non continẽtur in bul
lis originalibus neque inde poſſunt talia ſumma-
ria deduci in veritate: ſed ea cõponuntur ſic a cõ-
miſſarijs ſeu queſtoribus bullarum ex inaduertẽ-
tia ſeu ignorantia ſeu forte aliquando lucri cau-
ſa aut alia ratione de qua nunc non curo: ſufficit
enim propoſito quod non extrahuntur ad verita
tem a bullis originalibus quoad hoc: ideo talibus
ſummarijs non eſt magna fides adhibẽda ſed ori
ginalibus. Quod etiam patet. Quia in ipſis ſum
marijs etiam continentur ſepe multa alia que in
digent limitatione et declaratione vt a falſitate li
berentur multa etiam alia manifeſte falſa ſine vl-
la excuſatione. Quia ponuntur ibi multe indul-
gentiæ que Rome non habentur. Vt in feſto ex-
pectationis beate Marie, de quo feſto nulla men-
tio eſt Rome. Idem de feſto dedicationis portiũ
cule vel ſanctæ Mariæ de Angelis de ordine fra-
trum minorum prope opidum Aſsiſsium. Et ſic
de alijs ibidem contentis: quæ licet ſint conceſſa
fratribus minoribus vbicunque exiſtentibus pro
pter particularia priuilegia ipſorum: non tamen
conceduntur ſecularibus ratione bullarum predi
ctarum, niſi hoc in ipſis bullis ſpecialiter aliquan
do exprimatur. Quare ſummaria male aſſumun-
tur et componuntur per commiſſarios aut que-
ſtores vt dictum eſt ex ſummarijs indulgentiarũ
ordinum mendicantium et preſertim ordinis mi
norum vt patet omnia intuenti. Similiter et pre-
dicatoribus bullarum non eſt multa fides adhi-
benda in hoc: ex quo non ſe conformant verita-
ti Eccleſiæ et ipſarum bullarum originalium: ne
que in hoc predicant doctrinam Eccleſie aut Pa
pe, dum eius veritati non ſe conformant ex igno
rantia aut alia de cauſa quacunque. Hæc ex colle
ctore vbi ſupra. ¶ Quod vtrum verum ſit aliorũ
eſto iudicium: id enim pendet de facto. Nullus au
tem negat Papam poſſe bullas hoc etiam modo
de indulgentijs plenarijs ex legitima cauſa conce
dere. In his tamen omnibus caute loquendum cõ
ſulo pro et contra attẽto tenore bulle originalis,
vt vitetur falſitas ſimul et ſcandalum puſillorum
et forte etiam aliquomodo phariſeorum. Quia
et non expedit vbique aut ſemper veritatem quo
modolibet et a quocunque declarari et predica-
ri, dum neceſsitas fidei et morum id non requi-
rit, aut dum malum aliquod ſine maiori fructu
probabiliter timetur ex tali veritatis non neceſ-
ſarie ad ſalutem predicatione. Quia Amos.5. Pru
dens illo tempore tacebit quoniã dies mali ſunt.
Ideo conſiderentur omnia prudenter et ſapienter
et attendatur tenor bullarum originalium: et ſecũ
dum id detur opera lucrandis indulgẽtijs: et pru
denter omnino predicentur: et prudentius erro
ribus predicatis et in bullarum ſummarijs con-
tentis reſiſtatur, vel oportune et caute taceatur;
ſeu potius in ſecreto ipſi predicatores aut prelati
ſeu bullarum commiſſarij humiliter ſine populi
ſcandalo de hoc moneantur: reliqua Dei iudicio
et correctioni relinquantur.

Articulus quintus

in quo agitur de receptione ad participationem
bonorum perſone ſeu cõmunitatis: et de quibuſ-
dam dubijs circa aliqua contenta in bullis
et compoſitionibus: et continet tres
tantum queſtiones quarum
prima et in ordine.
42. ſequitur.
(.?.)

QVÆSTIO.XLII. Queſt. 42
Vtrum quis poſ-
ſit recipi ad com-
municationem bo
norũ alicuius per-
ſonę ſeu commu-
nitatis aut congre
gationis, et quo-
modo et per quẽ,
et ad quid valet, et
in quo differat ab indulgentia.

¶ Reſpondeo per quatuor puncta. Quorũ pri Punctũ. 1
mum eſt. Solum poſſumus de noſtris bonis aut
commiſsis noſtre diſpoſitioni prodeſſe alteri du
pliciter. ſ. per viam ſatisfactionis et per viam me
riti: via ſatisfactionis conſiſtit in exſolutione ſeu
redditione æquiualentis ad penam que redimi
tur in toto vel in parte. Via autem meriti conſi
ſtit in aliquali dignitate habendi ſeu impetrandi
ſibi vel alteri aliquid tanquam aliqualem merce
dem ſeu premium operis quod dicitur merito
rium, non curando nunc an ſit meritum congrui
digni aut condigni: et quomodo eſt talis digni
tas et vnde: et quomodo eſt merces tali merito
reſpondens, de quibus doctores latius in ſecun
do, diſtinctione. 27. et alibi.

¶ Et

Nota. ¶ Et nota qnod eſt duplex differentia inter participantes de bonis aliotum pet viam ſatiſfactionis tantum ſeu qnoad ſatiſfactionem tantum: et participantes de bonis aliorum per viam meriti, vel quoad meritum tantum. Prima differētia eſt. Quod via ſatiſfactionis ſeu participium ad ſatiſfactionem requitit ſpecialem intentionem et applicationem eius qui cōmunicat tale opus ſatiſfactorium alteri:ita quod niſi illi ſeu illis ſit applicata ſpecialiter talis ſatiſfactio vel niſi ſint illi recepti ad participandum de ſatiſfactionibus alicuius perſone ſeu cōmunitatis non proderunt eis talia bona ſatiſfactoria ad ſatiſfaciendum pro ſuis peccatis. Quia alias ſequererur qnod quicunq; exiſtens in chatitate eſſet immunis ab omni pena propter infinitatem theſauri Eccleſie quē participat per ſacramentà aut per cōmunionem ſanctotum ratione charitatis. Vel ſaltem ſequeretur quod exiſtēs in maiori chatitate eſſet debitor minoris pene in hoc ſeculó et in futuro. Quod patet eſſe falſum ſecundum Scotum in.20. quodlibeto. Ergo ex ſola intentione facientis ſeu applicantis habetur participatio ad ſatiſfaciendum.

Prima differentia.

¶ Participatio autem ad merēdum ſeu potius ad merita ſeu per viam meriti de bonis alterius non ſemper requitit ſpecialem intentionem et applicationem. Nam poteſt dupliciter alicui valere meritū alterius. Vno modo ratione vnionis que fit per charitatem etiam ſine ſpeciali intentione et applicatione facientis directa ad ipſum participantem, iuxta illud Symboli Credo ſanctorum communionem, et illud Pſal.118. Particeps ego ſum omnium timentium te. Quia et ſicut cum inter aliquos eſt contracta ſocietas omnium bonorum quicquid vnus lucratur eſt omnibus cōmune: ſic in propoſito ſpiritualiter, quia charitas eſt ſpiritualis amicitia et ſocietas connectens mēbra Eccleſiæ. Et hoc modo peccator etiam non excōmunicatus non eſt per ham viam vnionis particeps alicuius boni quod fit in Eccleſia: quia non eſt membrum Chriſti viuum per charitatē quam non habet: et nulla eſt conuentio Chriſti ad Belial cuius membrū miſticum eſt peccator; qui vt membrum mortuū a Chriſto non recipit influentiam a toto corpore nec a capite cui non vnitur nec ab eo viuificatur. Et hec eſt cauſa quare diabolus dicitur habere poteſtatem in peccatore quocunq; vt in pecore ſuo, vt ſecundum Ambroſ. habetur. 24.q.1. miramur. ¶ Alio etiam modo valet oratio ſeu bonum alicuius alijs per viā meriti participantibus, ratione ſpecialis intentionis ipſius orantis ſeu facientis ſeu applicantis tale bonum ſpecialiter pro illis quibus applicat, diſtincte aut confuſe, pro vno ſeu pro multis. Quia ſcilicet deſiderat oratione ſeu bonis ſuis vel ſue congregationis prodeſſe illis certis perſonis quibus ſic ſpecialiter applicat vt dictum eſt. Et hoc modo poteſt valere iuſto et impio. Sed hoc ſolū illis valet per viam gratie et liberalis miſericordie Dei ſeu impetrationis a Chriſto capite Eccleſiæ; qui vt dominus omnium nulli obnoxius poteſt cuicunq; voluerit beneficia impartiri ad preces et merita amicorum et iuſtorum. Vel vt cōmuniter dicitur hoc fit per merita tantum de cōgruo: que ſoli liberalitati concedentis innituntur. Nō enim Deus obligauit ſe ſeu promiſit infallibiliter et regulatiter conceſſurum omne etiam bonum expediens quod vir iuſtus ab eo petierit pro alio quocunq;, aut bona vnius remuneraturū aliquo modo hic vel in gloria in alio homine quocunq; et quomodocunq, voluerit vir iuſtus: ſed aliquando ſic aliquando nō prout ſibi placuerit et viſum fuerit. Et ideo dicitur per viam meriti de cōgruo bona vnius alteri valere ſi pro eo applicentur ex intentione vt dictum eſt. Et ſic dicit Auguſti. quod niſi Stephanus oraſſet forte Paulus ſaluatus no eſſet. et de Carolo Magno audita eſt vox: Egidij merito Carolo peccata dimitto. ¶ Et ſic patet quod hoc modo ſpecialis intentionis valde prodeſt recipi ad participandum de bonis alicuius hominis ſeu congregationis in ſpeciali: licet ſint merita congrui aut Dei liberalitati innitētia quoad hoc vt dictum eſt. Quia ſi peccator eſt ſic receptus, tunc participat de talibus bonis per ſolam intentionem applicantis. Quod ſibi valebit ad multa vt infra in ſecundo puncto habetur. Si autem eſt iuſtus in ſtatu gratie, tunc participat de talibus bonis dupliciter, ſcilicet ratione vnionis charitatis et ratione ſpecialis intētionis applicantis: quod eſt melius ſcilicet duplici via quam vna tantum participare: quia et nullus participaret id quod ex ſpeciali intentione applicantis poſſet participare niſi ei cōmunicaretur ex tali intētione, tam quoad vim ſatiſfactiuam quam quoad meritoriam, etiam ſi eſſent valde ſancti et benefactores. Et oppoſitum dicere eſt error VVicleff damnatus in Concilio Conſtantień ſeſſ.8. vbi ſic habetur. Speciales orationes applicate vni perſone per prelatos vel religioſos non plus proſunt eidem quam generales ceteris paribus. Error.15. Hec ibi. Et iſta ſupradicta eſt prima differentia inter participium ſatiſfactionum et meritorum.

¶ Secunda differentia eſt. Quia per participium ad ſatiſfaciendū ſeu ad ſatiſfactoria tantum, fiunt peioris conditionis omnes participantes quoad hoc. Quia minuitur eorum vtilitas ſatiſfactoria ſaltem proueniens ex opere operantis ex multitudine participantium: licet forte non ea que prouenit virtute ſacramenti ſeu operis operati ſi tale opus habet virtutem ſatiſfactoriam ex opere operato, vt ſuperius latius egimus. lib.2. in queſtionario. queſt.3. de valore miſſe. Similiter et bonum ſatiſfactorium ipſius facientis minuitur ſibi ex multitudine participantium quoad virtutem ſatiſfactoriam prouenientem ex opere operantis vt dictum eſt: quanuis aliunde ei augeatur ex charitate, qua ſic alijs egentibus ſua ſatiſfactoria applicat: quia et per hoc meretur de cōgruo remiſſionem ſuarum penarum et omnia alia que per

2. Differēt.

per bonum opus quis ſibi et alteri mereri poteſt. Ideo ſimpliciter eſt melior ſua conditio ex hoc quod ex charitate pro alijs ſatiſfacit de ſuis ſatiſfactorijs bonis, vt dicit Richar. vbi infra. et Palud. &c. Vnde ſi totum ſuum bonum ſatiſfactorium proueniens ex virtute operis operãtis dederit ſeu applicauerit alteri: tunc nihil de tali ſatiſfactorio remanet ſibi pro ſuis peccatis: et multo minus remanet alijs poſtea receptis ſeu quibus poſtea applicauerit. Quia cum talis virtus ſatiſfactoria ex opere operantis ſit finita: certe diuiſa in multis ſeu alijs applicata, iam minus aut nil remanet alijs aut ſibi. Sicut ſi ego ſoluero communi creditori cui ego obligor in centum: cui etiam Petrus et Martinus in centum quilibet eorum obligatur: certe illi tãtum cedit in ſolutionẽ debiti pro quo intendo et volo centum ſoluere et nõ pro alio. ¶ Verũ eſt tamen quod ſi intendit ſatiſfacere pro illo qui non eſt capax puta pro damnato vel pro exiſtente in mortali vel in gloria: tunc fructus ſatiſfactorius reuertitur ad faciẽtem ſi eget pro ſuis peccatis: ſi ſaltem virtualiter erat talis intẽtionis quod pro ſe faceret ſi crederet non proficere illi cui applicare intendebat. vt Math. 10. Pax veſtra ad vos reuertetur. et Pſal. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur &c. Si vero ipſe non eget reponitur in theſauro Eccleſiæ. ¶ Participium autem meritorium nõ minuitur ex multiplicatione participantium. Non enim fit deterior conditio alicuius multiplicatis electis et ſanctis et bonis operibus ſed melior. Et ratio eſt, non quidem quia incipientes participare incipiant etiam de ſuo cõmunicare alijs: nam paruuli baptizati incipiunt propter charitatem participare et nil de ſuo communicant alijs: quia nil adhuc operati ſunt. Immo licet quilibet participans etiam alijs cõmunicaret de ſuo bono opere meritorio, non tamen ſemper cõmunicat æquale eis bonis que ipſe participat. Igitur non eſt hec ratio ſed ea que dicta eſt. Quia ſcilicet ex multiplicatione electorum et bonorũ operum non fit peior ſed melior conditio electorum et participantium. Quia Deus cuius miſericordie et liberalitati talis fructus innititur magis ex hoc honoratur magisq; complacetur illi. Ideo et regulariter magis ſperatur talis fructus meritorum vt proſit omnibus quibus communicantur et ipſi operanti, licet aliquando oppoſitum circa aliquem aut aliquos contingat ſecundum Dei ſpeciale iudicium et beneplacitum, vt in ſecundo puncto latius habetur. Hec ex Richar. in. 4. diſt. 45. et Palud. latius eadem diſt. q. 1. artic. 1. et. q. 2. art. 2. et Adri. in. 8. quodlib. art. 3.

2. punctũ. ¶ Secundum punctum eſt. Ad quid valet tale participium ad merita alicuius ſeu aliquorum? nam de participio ad ſatiſfactoria iam dictum eſt. Dico ergo quod non valet ad hoc quod ipſi participantes ex hoc immediate ſine ſuo bono opere et diſpoſitione habeant gratiam gratum facientẽ ſeu charitatem: ſicut nec ad meritum aut premiũ glorie. Quia nullus poteſt vllo modo mereri alteri immediate gratiam iuſtificantẽ aut aliquid horum ſtante lege: ſed ſolum mediate, id eſt poteſt mereri de congruo quod Deus det alteri gratiam conuerſionis ſeu auxilium aut bonam motionẽ cordis et illuminationem: cui alter ſi velit cõſentire debite diſponatur ad gratiam &c. vt communiter dicitur a docto. in. 2. diſt. 27. quod pro nũc ſupponatur. Quod etiam patet. Quia ſtat, virum ſanctum in magno gradu charitatis non eſſe receptum ad participationem ſpecialem meritorũ alicuius aut aliquorum: peccatorem autem aut habentem paruam charitatem eſſe receptum ad participium multarum religionum et ſanctorũ. Imo etiam ſi quis vellet alteri applicare auferendo a ſe ipſo ſuum meritum quoad gratiã et gloriam eſſentialem, non poſſet id facere neq; Deus acceptat ſtante lege: et forte peccaret ſi ſcienter id tentaret conando contra Dei legem poſitam charitatis ad ſe prius habende quoad hoc, vt dicit Scotus in quodlib. 20. vbi loquitur de valore ſpecialiſsimo operis boni meritorij. Similiter tale participium meritorum nõ valet ad hoc quod per id ipſi participantes habeant bonitatem aut medicinam formaliter et immediate bonificantem eos et medentem contra vitia. Nam quoad hec nullum opus tranſit perſonam operantis vt ſupra. q. 5. id habetur. ¶ Valet ergo tale participium meritorum alicuius perſone ſeu congregationis, ad habendum a Deo gratiam conuerſionis et cordis illuminationem (vt de hoc ſupra latius dictum eſt) et ad virtutum profectum: valet etiam ad preſeruationem a peccatis et liberationem et preſeruationem a morte et alijs malis ſpiritualibus et corporalibus, et ad collationem bonorum ſpiritualium et temporalium ſeu corporalium, et huiuſmodi quæ vnus alteri poteſt de cõgruo mereri ſeu impetrare a Dei miſericordia liberali. Sicut per merita Abrahe dominus liberauit Loth. Gen. 19. et propter iuſtos parcit et benefacit iniuſtis, vt de his cõmuniter docto. in. 2. diſt. 27. et. 36. et ſpecialiter. B. Tho. in addi. 3. partis. q. 27. art. 1. et latius Palud. in. 4. diſtin. 45. q. 2. art. 2. Rich. ea. diſt. et Supplem. Gabr. ea. diſt. q. 2. artic. 3. dub. 6. et Adria. vbi ſupra. in. 8. quodlib. artic. 3.

¶ Tertium punctum. Quis poteſt cõmunicare Punct. 3.
bona alteri? Ad quod ſunt nouem dicta. ¶ Primũ Dictũ. 1.
eſt quod quilibet poteſt alteri applicare ſeu communicare bona ſua propria, tam quoad vim ſatiſfactoriam quam meritoriam de congruo vt dictum eſt. Et ſimiliter bona ſuorum ſuper que habet auctoritatem. ¶ Probatur primum. Quia ratione charitatis poteſt quilibet de ſuis bonis cõmunicare in quantum non prohibetur. Hoc autem non prohibetur ſed ſuadetur ad Gala. 6. Alter alterius onera portate. et, Orate pro inuicem vt ſaluemini. Iacobi. 1. Et quia ſi temporalia bona poſſumus cõmunicare ex charitate: quare nõ potius ſpiritualia? Ad predicta etiam valent ea quæ ſupra habentur. q. 5. in reſponſ. ad. 8. argu. principale,

pate, et ea que ſupra premiſſa ſunt in primo et ſecundo puncto. ¶ Secunda autem pars huius primi dicti, quod ſcilicet quis poteſt alteri cõmunicare bona ſuorum ſuper que habet auctoritatem, puta is qui preeſt alicui congregationi poteſt cõmunicare bona ſue congregationis applicãdo bona eorum et intentionem ipſorum de ſua cõgregatione ad hunc vel illum ſeu illos determinate diſtincte aut confuſe. Probatur. Quia eo ipſo ꝙ habet curam congregationis habet auctoritatem diſpenſatiuam cõmunium bonorum ipſorum de congregatione, vt probatum eſt. q.7. et facit. cap. quanto. de transla. et. 24. q.1. ca. quocunq;. Item quia ſi quilibet poteſt bona ſua applicare. ergo et prelatus qui eſt caput pro ſuis membris poteſt bona ipſorum, ſicut ipſi poſſunt alijs ex cauſa rationabili applicare. Patet conſequentia a fortiori: Item idem patet auctoritate ſancti Iuonis Carnatenſis epiſcopi antiquiſsimi. qui cepit concedere literas per quas applicantur ſuffragia ſubditorũ. et auctoritate Anſelmi et aliorum ſanctorum et etiam tenet. B. Tho. in. 4. diſt. 20. q. 4. et Palud. et Richar. et doct. in. 4. diſtin. 45. vbi ſupra. et Vualden. in. 3. tomo de ſacramentalibus. tit. 10. contra VVicleff. dicentem hoc eſſe cõmentum religioſorum. Ergo patet quod prelatus, prior, guardianus, prouincialis, generalis, et huiuſmodi poteſt cõmunicare bona cõmunia ſpiritualia ſuorũ ſubditorum quoad vim ſatiſfactoriam et meritoriã vt dictum eſt.

Dictum. 2. ¶ Secundum dictum eſt. Quod generaliter nõ poteſt prelatus communicare ea bona quæ quis eius ſubditus in particulari facit pro ſatiſfactione ſuorum peccatorum ſi ipſis eget talis ſubditus ea faciens, niſi ad hoc aliquo modo talis ſubditus conſentiat. Ratio. Quia ex quo quoad ſatiſfaciendum tale opus fit eius ſolius cui applicatur: et fit particulariter ab ipſo ſubdito pro ſe actualiter vel virtualiter ſic intendente: et per conſequens non fit bonum cõmune ſue congregationis ſed particulare ipſius perſone operantis quoad dictã vim ſatiſfactoriam. Ergo ſuper hoc regulariter prelatus non habet poteſtatem tollendi a ſubdito et cõmunicandi alteri eo inuito. Et in hoc concordant cõmuniter doct.

Dubium. ¶ Sed ex quo ſubditus talem ſuum bonum ſatiſfactorium quo ipſe eget poteſt cõmunicare alteri quoad predictam vim, verũ poſsit etiam Papa vel alius eius ſubditi prelatus eo inuito preuenire communicando tale opus eiusq; intentionem applicãdo alteri cui ipſe prelatus et non cui ſubditus voluerit?

Dictum. 3. ¶ Quoad hoc eſt tertium dictum quod regulariter non poteſt. Quia prelatus etiam Papa non

Nota. poteſt applicare niſi ea quæ cederent in theſaurũ ſue cõmunitatis ſi non applicarentur, aut bona cõmunia ſue congregationis. Sed non cedunt in theſaurum vel in bonum cõmune cõgregationis niſi ea que ſuperſunt facienti. Ergo licet ſubditus poſsit tollere a ſe ſibi neceſſarium et alteri dare et applicare: non tamen poteſt eo inuito facere id eius prelatus etiam Papa. Quia non in omnibus abſolute ſubditur ſubditus ſuperiori: neq; in omnibus eius bonis ſpiritualibus habet poteſtatem plenariam prelatus aut Papa, ſed in ſpiritualibus tantum ſuperabundantibus cõmunicabilibus vt dictum eſt. ¶ Quo non obſtante etiam dico quod in caſu et ex rationabili cauſa poteſt ſed raro prelatus applicare alijs bona predicta ſatiſfactoria neceſſaria ſubditorum ſuorum. Quia ſicut ipſi ſubditi poſſunt id facere: ita ſimiliter eorum caput prelatus in caſu et ex cauſa vt dictum eſt. Quia ad id tunc faciendum habet rationabilem cauſam. Item quia poteſt prelatus ſubditis egentibus pro ſe ipſis iniungere pro tunc aliqua opera ſatiſfactoria ad que ipſi non tenentur alias, puta orationem diſciplinam et huiuſmodi pro alijs ex cauſa vt patet. Multa enim non poſſunt fieri regulariter que poſſunt et debent fieri in caſu particulari ex cauſa rationabili in omnibus fere materijs. Ita probabiliter videtur quod quoad vtramq; partem huius tertij dicti dicendum ſit.

Dictum. 4. ¶ Quartum dictum. Bona ſatiſfactoria ſubditorum quibus ipſi facientes non indigent pro ſe ipſis bene poſſunt tam ipſi quam eorum prelati applicare alijs quibus voluerint: et in hoc eſt locus preuentioni, quia ſcilicet qui prius applicat alicui quod nondum eſt per aliquem ipſorum applicatum valet illa prior applicatio ſi non impediatur a ſuperiore. Quod ideo dico, quia ſi ipſe prelatus ſuperior inuito ſuo ſubdito applicaret aliquibus aliqua bona ſatiſfactoria ſuperabundantia que ſubditus facit: valeret talis applicatio ſuperioris, et nõ poſſet ſubditus talis ea applicare alijs contra applicationem ſuperioris. Quia quoad talia ſuperabundantia que poſſunt fieri cõmunia congregationis prelatus ſuperior habet poteſtatẽ ſupra ſubditum ad cõmunicandum ea, vt de hoc. B. Tho. 3. par. ſum. queſt. 26. artic. 1. in add. 3. par. et etiam Silueſter titu, indulg. q. 5. ¶ Quamuis credibile ſit quod hoc nunquã ſuperior ſic facit aut Papa, nec intendit contra ſuorum ſubditorum rationabilem voluntatem alteri applicare niſi in caſu et cauſa et raro vt in tertio dicto precedenti dictum eſt. Alioqui valde alligati eſſent prelati inferiores ſuperioribus et Papæ et ſeſe impedirent, ſi ſe intromitterent ſuperiores in rebus pertinentibus ad inferiores, ſi per hãc viã per ſuperiores aut per Papã regulariter tolleretur ab ipſis inferioribus poteſtas applicandi benefactoribus aut alijs bona ſatiſfactoria abundantia ſuarum cõgregationum. Et multo magis alligati eſſent ſubditi ſuis prelatis, ſi ab eis tolleretur regulariter per eoſdẽ prelatos ne de his ſuis ſatiſfactorijs poſſent ſatiſfacere applicando aliquid pro ſuis parentibus, amicis et pro alijs quibus ſpecialiter quomodocunq; obligantur. Et ſi quãdo Papa aut prelatus ſuperior id vellet ex cauſa in caſu aliquo applicare predicta bona contra applicationem particularem ſubditorum: expediret tunc quod hoc notificarent

earent ipſis ſubditis ſeu inferioribus; ne deciperent aut deciperentur applicando pluribus vel ſepius vnum et idem opus nunc his per ſuperiorē nunc alijs per inferiores: ex quo pluribus applicatum eſt minoris valoris in ſingulis quoad vim ſatiſfactiuam ex opere operantis prouenientem: et ſi totum per ſuperiorem alicui egenti applicatur, iam nil manet pro alijs, vt patet ex ſupradictis in.1.puncto principali.

Dictum. 5. ¶ Quintum dictum eſt. Bona ſatiſfactoria que ſubditus facit particulariter per ſe non applicando ea alicui ſeu aliquibus ſpecialiter, ſed pro tota Eccleſia generaliter, aut pro indigentibus in purgatorio, aut in hac vita pro benefactoribus amicis, ſeu pro ijs quibus Deus vult valere, et huiuſmodi: ſimiliter bona que facit in cōmuni, vt diſciplinas vigilias orationes et ieiunia, et huiuſmodi que in cōmunitate facit cum alijs religioſis ſimul ſeu per ſe, ex ſtatuto regule aut conſtitutionum ſuarum, aut ex diſpoſitione ſeu precepto prelati: talia inquam bona dicuntur cōmunia congregationis quanuis ipſe ſubditus eis egeat. Et talia poteſt prelatus etiam inuito ſubdito communicare alijs ſpecialiter quoad vim ſatiſfactoriam. Cōcordat beatus Tho. vbi ſupra.

Dictum. 6. ¶ Sextum dictum eſt. Quoad vim meritoriam ſupradictam omnia bona cuiuſcunq; ſubditi et cōgregationis tam particulariter quam etiam communiter facta, tam ſupererogatoria quam etiam neceſſaria ſeu obligatoria, tam ipſe ſubditus qui ea facit quam quilibet eius prelatus mediatus vel immediatus etiam Papa: quilibet inquam eorum per ſe et ſimul, ante vel poſt quam facta fuerint, poteſt ea applicare quibuſcunq; voluerit. Quia quoad hoc nulli fit preiudicium. Imo et cōditio operantis et applicantis ſeu cōmunicantis et participantis ſeu participantium melior fit ex tali multitudine participantium, tam propter vnionem charitatis, quam etiam propter maiorē bonitatem operis boni applicati. Quia inde eſt Deo gratius et acceptius ceteris paribus, vt ſupra dictum eſt in.1.et.2.puncto principali.

Dictum. 7. ¶ Septimum dictum eſt. Prelatus ſupremus vt Papa poteſt cōmunicare bona omnium ſuorum inferiorum tam perſonarum quam prelatorum quam congregationum ſibi ſubditarum modo ſupradicto: non tamen econtra ſed ſolum bona ſibi ſubditorum hominum aut congregationum poteſt quilibet prelatus alijs applicare ſeu cōmunicare, vt dictum eſt et patet ex dictis. Quia et minus includitur in maiori: et non econuerſo: nec æquale in æquali includitur: nec par in parem habet auctoritatem. Concordat. B. Tho. et cōmuniter docto. vbi ſupra.

Dictum. 8. ¶ Octauum dictum eſt. Bona opera quoad vim ſatiſfactoriam ſi ante quam fiant vel dum fiunt nō applicantur per facientem vel per ſuperiorem aliquibus actualiter vel virtualiter, iam de cetero poſtquam facta ſunt non poſſunt applicari alteri per ipſum facientē neq; per prelatum. Neq; ego faciens neq; prelatus poſſumus reſeruare noſtrā vel congregationis opera quoad dictam vim ſatiſfactoriam vt ſint repoſita et reſeruata tanquam in theſauro pro alio tempore futuro quo voluero aut indiguero vt tunc per me vel per prelatum mihi vel alteri applicentur. ¶ Ratio huius eſt; non quidem quia quoad dictam vim ſolutiuam aut ſatiſfactiuam pro debito penarum talis ſatiſfactio habet ſtatim vt fit ſuum effectum vt aliqui dicūt: hinc enim ſequeretur quod non poſſent talia reſeruare etiam in theſauro Eccleſie ad Indulgentias &c. Sed ratio eſt. Quia nullus poteſt particulariter theſaurizare ſibi vel alteri theſaurum ſatiſfactorium particularē: et per cōſequens neq; de eo diſtribuere aut alicui cōmunicare. Quod patet a poſteriori. Quia alioqui ſequeretur quod bona ſatiſfactoria religioſorum eis abundantia nunquā reconderentur in cōmunem theſaurum Eccleſie: ſed ſemper manerent ſub poteſtate eorum vel prelati ad applicandum ea poſtea cui voluerint: et a fortiori quod opera religioſorum defunctorum non poſſent applicari per indulgentias aut vllo modo: ex quo quilibet pro tali tempore aut neceſſitate futura ſibi vel alijs talia opera theſaurizaſſet in vita vt ſibi tunc valerent aut applicarētur: et ſimiliter de omnibus Chriſtianis idem ſequeretur. Et per conſequens ſequeretur per hunc modum quod non eſſet theſaurus cōmunis Eccleſiæ collectus de ſatiſfactionibus religioſorum aut aliorum ſanctorum dum viuerēt. Quod abſit. Vt patet ex ſupradictis in.1.puncto principali. Et ad id videtur Bonauent. in.4.diſt.20.q.3. Ergo dicatur quod ſi non applicantur talia ſatiſfactoria ante vel dum fiunt vt ſupra dictum eſt, reponuntur et reſeruantur a Deo in cōmune theſauro Eccleſie: vt ſic ſolum per potentes concedere indulgētias per viam tantum indulgentie diſtribuantur ipſis vel alijs, vt ſupra.q.5.et alijs ſequētibus habetur.

¶ Quoad vim autem meritoriam tam ipſe qui facit quam prelatus quicunq; eius mediatus vel immediatus poteſt ſemper ante vel poſt cōmunicare ſeu applicare talia bona preterita preſentia et futura quibuſcunq; voluerit, vt virtute talium meritorum mereatur de congruo ſeu potius impetret ipſi vel alijs bona ſpiritualia et temporalia et liberationem et preſeruationem malorū: quod non eſt proprie meritum ſed impetratio predictorum, que aliqualiter pertinet ad premium aliquod meritorum precedentium de congruo habendum ſibi vel alijs in hac vel in alia vita. Sicut propter merita precedentia Abraham et alij ſancti impetrabant a Deo ſeu Deus conferebat alijs bona temporalia et huiuſmodi, de quibus ſupra in.1.puncto principali dictum eſt. Et de his bonis quoad vim meritoriam non congregatur theſaurus indulgentiarum vt ſupra.q.5.habetur. Et hoc modo per viam meriti ſeu impetrationis valet cōmunicatio bonorum ſuorum preteritorum et cōceſſio eorum quam aliqui pie faciunt aliquibus exiſtentibus in articulo mortis ſeu etiam iam de

functis:

ſińctiis:non autem quoad vim ſatiſfactoriam preteritam,que iam non eſt in ſua poteſtate vt dictū eſt. ¶Sed nota quod. prelati et alij applicantes alijs bona ſua vel ſue cōmunitatis intendunt regulariter applicare quantum cōmode poſſunt vt valeant eis quantum valere poſſunt ſine ſuo aut ſue cōmunitatis detrimento:niſi quoad vim ſatiſfactiuam de ſuis bonis aliud ſpecialiter intendant, vt ſupra dictum eſt in.2.et.3.dicto.

Dictū.9. ¶ Nonum dictum eſt. Quod quia talis cōmunicatio ſeu receptio ad participationem bonorum congregationis et huiuſmodi cōmuniter fit a prelatis informatis de talibus perſonis quod quia ſunt benefactores ordinis ideo recipiuntur ad cōmunicationem bonorum ordinis vt patet ex ipſis literis confraternitatum. Ideo notetur quod ſi talis cauſa propter quam recipiuntur non eſt vera, quia ſcilicet non eſt talis benefactor vt ibi ſupponitur, non valet ei talis receptio ad participationem, niſi ſecundum ratam, ſcilicet ſecundū quod fuerit benefactor. Quia deficiente cauſa finali ſeu conditione conceſsionis deficit ipſa conceſsio, et non valet niſi quantum acceſſerit ad cauſam talis conceſsionis. Quod ſi ſine vlla cauſa ſed ad libitum quis vult recipere aliquem ad participationem bonorum ſuorum ſeu congregationis ex pura charitate motus aut motu proprio: tunc bene valebit ei talis cōmunicatio et participatio ſecundum intentionem cōmunicantis ei ſua bona, quo ad ſatiſfactoriam vim et meritoriam: et etiam ſecundum ſuam diſpoſitionem participantis quo ad vim meritoriam ſpeciatim, vt latius egimus de hoc in libro primo queſtionarij. queſt. 3. de valore miſſe.

Punct.4. ¶ Quartum punctum. Que differentia ſit inter cōmunicationem prefatam bonorum ſuorū aut cōmunitatis factam alicui, et indulgentiam? Dico quod eſt quadruplex differētia. ¶Prima quia prelati vel alij ſie applicantes ſua vel ſue cōmunitatis ſuffragia ſeu bona opera quecunq; non vtuntur claue iuriſdictionis vllo modo: neq; remittūt aut relaxant penas peccatorum. In indulgentiarum autem cōceſsione ſic eſt talis iuriſdictio proprie et abſolute vt ſupra.q.3.habetur: ſed ſolū applicant ſua ſatiſfactoria alijs ex charitate ſine vlla auctoritate ſuper eos quibus applicant etiam non ſubditis.

¶ Secunda differentia eſt. Quia in indulgentijs ſicut et in ſacramentis applicantur merita paſsionis Chriſti et hoc non niſi per clauē Eccleſiæ: et precipue indulgentiæ fiunt de cōmuni theſauro Eccleſie etiam quando conceduntur animabus purgatorij per modum ſuffragij: et ſemper fiunt auctoritate poteſtatiua ſuper tali theſauro cōmuni cōmunicando vel diſpenſando vt ſupra.q.8. et.15.16.habetur. Cōmunicatio autem bonorum ſuorum aut congregationis nil tale habet. Nam non fit per clauem Eccleſiæ neq; de cōmuni theſauro Eccleſiæ, ſed de bonis ſuis aut ſue cōgregationis: neq; fit auctoritate poteſtatiua ſuper theſauro Eccleſiæ aut ſue perſone aut cōmunitatis, ex quo non poteſt theſaurizare particulariter vt dictum eſt, ſed ſolum fit poteſtate communi naturali quam quilibet habet in ſuis bonis aut ſibi commiſsis ad diſtribuendum ſeu donandum ea dum ea habet. ¶Et inde fit quod per indulgentias liberatur homo in foro Dei et Eccleſiæ a penis debitis etiam iniunctis per confeſſorem vt ſupra.q.10.habetur. Quia conſtat de infinitate talis theſauri Eccleſiæ ſeu de eius ſufficiētia, et quia fiunt auctoritate eius qui a lege et obligatione Eccleſiæ poteſt liberare per talem ſatiſfactionem per viam indulgentiæ. Huiuſmodi autem communicationes bonorum etiam ſi fiant ſpecialiter quo ad ſatiſfaciendum etiam ſi fiant per Papam, cum non fiant niſi de bonis perſonarum aut congregationum, que nec ſunt infinita nec conſtat eſſe ſufficientia ad talem ſatiſfactionem: ideo per eas non liberatur quis in foro Eccleſiæ a penitentijs iniunctis per ſacerdotem, neq; habent virtutem indulgentie: ſed communicationes et ſuffragia dicuntur. Concordat in hoc ſpecialiter. B. Tho. in. 4.diſt.20.et in addi.3.par.ſum.queſt.26.artic.1.

¶Tertia differentia eſt. Quia quoad vim ſatiſfactoriam non poſſunt applicari bona perſone aut communitatis iam facta: ſed ſolum preſentia vel futura: neq; poſſunt reſeruari in theſaurum in futurum vt dictum eſt in tertio puncto principali in ſeptimo dicto ſupra poſito. Per indulgentias autem applicantur ſatiſfactiones preterite Chriſti et ſanctorum repoſite in communi theſauro Eccleſiæ ad hoc ſpecialiter, vt vbi ſupra habetur et ſupra.queſtione.5.

¶ Quarta differentia eſt. Quia indulgentie vt tales valent ſolum ad ſatiſfactionem penarū Deo debitarum pro peccatis vt ſupra.q.5.et.8.et.6. Communicationes autem bonorum valent precipue ad impetrandum bona aut remotione malorum aut penarum per viam meriti de congruo: valent etiam ad ſatiſfactionem penarum ſi hoc aliquo modo ſpecialiter intendit ipſe applicans, alias non: vt patet ex dictis.1. puncto principali et.2.ſimiliter.

¶ Quinta differentia eſt, quod indulgentiæ valent ſolum quoad ſatiſfactionem tantum peccatorum iam cōmiſſorum ante tempus quo quis lucratur fructum earum, vt ſupra.q.37.38. Cōmunicationes autē huiuſmodi bonorum valent etiā ad remedium preteritorum preſentium et futurorum malorum et bonorum impetrationem et conſeruationem, et ad ſatiſfactionem penarum debitarum ſi vt dictum eſt ſpecialiter ad hoc applicantur. ¶Harum differentiarum prima eſt potiſsima et eſſentialis et etiam ſecunda, cetere autem ſunt optime licet nō tam eſſentiales.

(?)

Queſt. 43. QVÆSTIO. XLIII. Quæ ſint et quomodo intelligantur multa dubia eorum quæ cōmuniter in bullis Cruciatarum et indulgentiarum continentur.

¶ Reſpōdeo tametſi plurima dubia poſſunt occurrere precipua tamen ſunt ſex.

Dubi. 1. ¶ Primum eſt. Quid conceditur quando bulla concedit quod qui eam acceperit abſoluatur aut poſsit abſolui ab horis non recitatis: et quomodo id intelligitur. Nam ſi intelligitur de peccato: certe non eſt reſeruatum, et per conſequens nō eget tali facultate ad id: neq; propter hoc incurritur aliqua cenſura: neq; tenetur officium vnius diei culpabiliter omiſſum recitare in alio die, ex quo fuit obligatio temporalis, vt etiam dicunt cōmu-

Reſpon. niter ſummiſte tit. hora canonica. ¶ Reſpondeo. Videtur quod virtute talis conceſsionis aut bulle concedit Papa quod non teneatur ille clericus ſoluere in æquiualente ad vtilitatem Eccleſie fructum horarū omiſſarum, ad quem fructum clericus ratione clericatus aut beneficij tenebatur, vt referunt. B. Tho. Palud. Floren. 3. par. ſum. tit. 13. cap. 4. §. 6. et per conſequens quod talis manebit liber a reſtitutione quam ſecundum docto. tenetur facere de fructibus beneficij perceptis non recitando horas canonicas. vt latius agit Soto de iuſtitia et iure. li. 10. q. 5. art. 6. et Nauarro in ſum. ca. 25. nu. 121. ſecus de omiſsione miſſarū aut aliorum officiorum de quibus Papa non loquitur.

Dubi. 2. ¶ Dubium ſecundum. Quomodo intelligitur quod in bulla conceditur, quod ſcilicet quis poſſit abſolui ab irregularitate mentali: cum nulla ſit irregularitas mentalis, neq; per ſolum actum mētalem incurratur, ſed per exteriorem commiſsionem ſeu omiſsionē, quātumcunq; quis in corde

Reſpon. ſuo propoſuerit etiā occidere Papā. ¶ Reſpōdeo. Vere eſt improprius modus dicendi irregularitatem mētalem: quia nulla talis eſt vt diximus. Sed poteſt intelligi tripliciter. Primo, dicendo quod per talem irregularitatem intelligitur irregularitas occulta ſeu ſecreta maxime illa que prouenit aut contracta eſt ex culpa occulta cuiuſcunq;. Et ideo dicitur mētalis quia ſic eſt ſecreta quod prouenit a praua intentione vel a peccato habente radicem in mente, qualis eſt irregularitas proueniens ab ordinatione ſeu celebratione culpabili eius qui cum propter peccatum ſeu factum occultum eſſet excōmunicatus nondum denunciatus, vel ſecrete ſuſpenſus aut patiens defectum nataliū ex culpa patris ſui ſacerdotis qui illum ſecreto habuit ex coniugata, aut cum eſſet occultus ſimoniacus et huiuſmodi ſic ordinatus eſt vel celebrauit. Quia talis irregularitas poteſt abſolui ſeu diſpenſari per talem bullam. Et ratio huius conceſſionis fuit forte ne occaſione talis irregularitatis reuelaretur peccatum occultum in dedecus et infamiam alicuius: et forte etiam propter aliquos doctores cum gloſſ. in. ca. periculoſe. de pen. diſt. 1. tenentes contra cōmuniter doctores quod clericus qui tentauit homicidium nec tamen illud opere cōmiſit quia non potuit eſt irregularis tanquam de homicidio licet in effectu non ſit homicida. Et ita tenet Nauarro in ſum. ca. 27. nu. 210. fo. 751. dicēs quod ad vitandum ſcrupulos qui ex hac opi. gloſſe et ſequaciū poterant ſuboriri id in Cruciatis ſcrupuloſius poſitum eſt: et ita ad nihil aliud ea conceſsio valet. ¶ Et ſecundum hanc declarationem forte per talem bullam ſeu cōceſsionem non poſſet quis diſpenſari ab occulta irregularitate proueniēte aliunde, vtpote ex bigamia aut homicidio iuſto vel etiam iniuſto occulto et huiuſmodi. Et ſic tenuit clariſsimus doctor Medina. Sed certe ſi concederetur ratio prefata ne ſcilicet occulta reuelentur in dedecus aut preiudicium cuiuſcūq;: iam probabiliter diceretur quod etiam a quacunq; irregularitate occulta virtute talis conceſsionis poteſt fieri diſpenſatio. Et ad predicta facit quod in Concilio Baſilieñ. ſeſsi. 24. propter quedam pia opera ibi ſignata conceſſum eſt aliquibus quod abſoluerētur ab irregularitate occulta. Et forte bullarū impetratores aut datarij ſeu ſcriptores qui ex dicto Concilio hanc irregularitatem tranſtulerunt, ignoranter putauerunt idem eſſe mentalem et occultam ſeu ſecretam irregularitatem. ¶ Alio modo et forte melius dici poteſt quod intelligitur de irregularitate que originaliter et principaliter propter factum vel omiſsionem ex culpabili animo vel intentione ſpecialiter prohibita procedentem contracta eſt, puta quando quis excōmunicatus eſt quia egit vel omiſsit aliquid ſcienter doloſe preſumptuoſe aut propter lucrū vel precium temporale aut ex odio amore timore aut ex tali animo ſeu intentione ſpecialiter ibi prohibita: et ſic excommunicatus ſi celebrat vel ordines recipit irregularis fit: talis irregularitas dicitur mentalis: quia originaliter et principaliter ex illo animo culpabili prouenit ſine quo excōmunicatio et irregularitas in illo facto vel omiſsione non contraheretur. Et de hac credo quod virtute Cruciate poſſe diſpenſari conceditur: non autem quando propter ipſum factū exterius culpabile ſine tali animo irregularitas incurritur, puta propter homicidium, bigamiam ſimoniam cōuentionalem in ordine vel beneficio et huiuſmodi: ab ijs enim irregularitatibus inde cōtractis virtute huiuſmodi Cruciate diſpenſari non poteſt quantumcūq; occulta ſint, ſecundum hunc ſecundum modum quem meliorem exiſtimo. ¶ Vel potius tertio tandem videtur quod ibi Papa concedit id quod nuper in Concilio Trident. ſub Pio. 4. ſeſſ. 8. que eſt in ordine omnium ſeſsionum ſeſsi. 24. ca. 26. conceſſum eſt hoc modo. Liceat epiſcopis in omnibus irregularitatibus et ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea que oritur ex homicidio voluntario: et exceptis alijs de

ductis

ductis ad forũ cõtentioſum, diſpẽſato. Hec ibi.

Dub. 3. ¶ Dubium tertiũ. Quomodo intelligitur quod ibidem etiam habetur quod ſcilicet virtute talis bulle quis poſsit abſolui ab omnibus caſibus Pape reſeruatis, preterquam ab homicidio voluntario. Et ratio dubitandi eſt. Quia peccatum homicidij voluntarij non eſt caſus Pape reſeruatus a iure, ſed neq; etiam epiſcopis, ſed ſolum ex conſuetudine eſt reſeruatum epiſcopis. Dicere autẽ quod ratione exceptionis prefate iam per talem bullã Pape reſeruatur, potius videtur ablatio cõceſsionis quam conceſsio fauorabilis: ſic enim fauorabilius eſſet non accipere talem bullam.

Reſpon. ¶ Reſpondeo. Aliqui dicunt quod ibi ſolum excipitur excommunicatio Pape reſeruata propter homicidium voluntarium perſone Eccleſiaſtice. Et ratio eſt, quia cum exceptio debeat referri ſolum ad caſus de quibus ſua regula generalis loquitur: et in dicta bulla de excommunionibus tantum Pape reſeruatis agatur; vt patet etiam ſecũdum ſummiſtas titu. caſus. titu. excommunicatio. vbi nullum peccatum niſi habeat excõmunionem annexam Pape reſeruatur a iure: et propter nullum homicidium niſi perſone Eccleſiaſtice excommunicatio ſit vlla Papalis a iure, vt patet quia in extrauagã. Pauli. 2. et ſi dominici. de peni. et remiſſ. presbytericidium Pape reſeruatur. Ergo de hac tantum dicta excõmunicatione propter homicidium perſone Eccleſiaſtice illa exceptio intelligenda eſt.

¶ Sed hec opinio ſeu declaratio non ſtat. Tũ quia ſolum presbytericidium exciperetur ſecundũ dictam extrauag. Tum etiam quia tam in quadam alia ſequẽti extrauag. Six. 4. et ſi dominici. tit. eo. quam etiam in ipſiſmet bullis expreſſe excipitur mutilatio et occiſio cuiuſuis perſone in ſacris cõſtitute. Ergo videtur quod per exceptionẽ homicidij aliquid aliud diſtinctum ab homicidio perſone Eccleſiaſtice in ſacris cõſtitute intelligatur: alioqui bis idẽ fruſtra in ipſa bulla exciperetur. ¶ Alij dicunt quod intelligitur ſolum quoad diſpenſationem irregularitatis ex homicidio contracte. Sed neq; hoc videtur. Quia in bulla nulla fit mentio de hoc ſed de abſolutione a caſibus et cẽſuris, in quibus non includitur diſpenſatio: et in materia ſtricta ſeu odioſa non ſunt verba extendenda vltra propriam ſignificationem niſi alſunde id conſtet. ¶ Alij dicunt quod intelligitur ſolũ in terris Pape ſubiectis, in quibus homicidium quodcunq; voluntarium Pape reſeruatur, modo habeat excõmunionem annexam modo non, vt etiam refert Silueſt. tit. caſus. q. 4. Sed nec hoc valet quia talis bulla cõceditur pro Hiſpania et alijs terris regi Hiſpanie ſubiectis, vbi de iure non eſt talis homicidij reſeruatio. ¶ Alij dicunt quod ſicut violatio libertatis Eccleſiaſtice eſt jam caſus Papalis per proceſſum curie vt ait Silueſt. titu. caſus. queſt. 4. ita et homicidium quodcunq; volũtarium, licet olim eſſent iſti caſus epiſcopales de iure vel conſuetudine: et ideo in bullis inter caſus Papales annumeratur exceptum. Sed quia vix ſic practicatur neq; videtur moribus vtentium id approbatum; ideo ſumma Armilla titu. caſus. §. 10. § 11. dicit homicidium non eſſe caſum Papalem nec epiſcopalem, niſi in foro contentioſo et quando ad ipſorum tribunal defertur in foro iudiciali. ¶ Sed tandem nota quod iam in bulla Pij. 4. contra infideles anno domini 1563. declaratum eſt quod excipitur homicidium voluntarium quoad irregularitatem. Ideo de hoc non eſt amplius dubitandum. ¶ Nota etiam vt ait Soto in. 4. diſtin. 22. queſt. 2. art. 3. fo. 1025. quod quãdo Papa concedit vt quis poſsit ab omnibus excommunicationibus abſolui prius ſatiſfacta parte: tunc non poteſt prius fieri abſolutio, ſed prius facienda eſt parti ſatiſfactio vt ait tenor bulle: aliter autem facta abſolutio non valeret non ſeruata forma commiſsionis. Et nomine partis intelligitur creditor propter cuius debitum ille excõmunicatus erat: non autem iudex, tabellio aut alius cui non niſi poſt ſententiam iudicialem pena aliqua iudicialiter inflicta vel aliqua quotta per ſententiam ei aſsignanda eſt.

¶ Dubium quartum eſt. Quid intelligatur nomine cenſure quando in bulla cõceditur facultas abſoluẽdi ab omni cenſura Eccleſiaſtica. Dub. 4.

¶ Reſpõdeo ſecundum Soto in. 4. diſt. 22. q. 3. artic. 1. et diſt. 3. q. 1. art. 10. quod ibi non includitur irregularitas que non eſt pena delicti ſed ratione facti aut defectus ſignificationis aut indecentie contrahitur, qualis eſt qui propter bigamiam, orbitatẽ membri, homicidium quodcunq; etiam iniuſte factum contrahitur. Hec inquam irregularitas nomine cenſure Eccleſiaſtice que eſt pena delicti nõ comprehenditur nomine cenſure: neq; poteſt abſolui ab ea vel diſpenſari virtute bulle. Sed nomine cenſure a qua per bullam poteſt abſolui intelligitur omnis pena que ratione tantum peccati per modum pene contracta eſt vt excõmunicatio ſuſpenſio, etiam irregularitas que ſolum propter delictũ in penã eius a iure vel iudice cõtracta eſt. Reſpon.

¶ Dubium quintum. Quid intelligitur per põpam moderatam quando in bulla ſeu priuilegio conceditur tempore interdicti poſſe ſepeliri cum pompa moderata? Dub. 5.

¶ Reſpõdeo quod intelligitur quod poſsint ter pulſari campane pro ſuis clamoribus pro viris defunctis, bis autem pro feminis, vt in tali regione alias fieri ſolet. ſ. in Hiſpania. Itẽ quod clerici et religioſi cantãdo deferant ſepeliendumq; cadauer, dummodo non dicant aliud officium diuinũ aut defunctorum aut miſſam niſi id quod in ordinario ad deferendũ ſepeliendũq; cadauer ordinatũ eſt. Et ſic habetur declaratum in bulla Cruciate contra Africam datã per Leonẽ. 10. anno D. 1516. Sed in bulla cõtra infideles data per Iuli. 3. anno domini 1552. habetur declaratum: quod per põpam moderatã intelligitur ꝙ fiat dimidium ſolẽnitatis que alias cũ cantibus et cãpanis cõmuniter fieri ſolet cũ perſonis eiuſmodi qualitatis. Et hoc idẽ declaratur in dicta bulla Pij 4. anno domini 1564. et 1565. Inſuper relin- Reſpon.

quitur arbitrio ordinarij ſi ibi fuerit vel curati. Et in Hiſpania cõmuniter per pompam moderatam tẽpore interdicti practicat conſuetudo quod publice in tono cantando et cum tribus ſolitis clamoribus campanarum deferatur ſepeliaturq; cadauer, Eccleſie ianuis apertis ſecundum quod in ordinario habetur ſine miſſa niſi ad miſſam aliquam ſpecialis cõceſsio habeatur. Sicq; in hoc ego conſuetudini ſtandum cenſeo. ¶ Aliud autẽ eſt ſepelire ſolenniter vt patet: aliud vero eſt ſepelire in ſilentio, quod eſt ſine vlla ſolennitate et põpa et ſine officio ſepelire in Eccleſia. Quod quo modo iam clericis liceat decedentibus qui ſeruauerunt interdictum ſecundum ius. vide Silueſt. tit. interdictum. 5. q. 8. &c. vbi de his latius. Et hoc ex ſpeciali priuilegio conceſſum eſt familiaribus religionum: ſed iam per ſuas bullas pompa conceditur moderata vt ſupra dictum eſt.

Dub. 6. ¶ Dubium ſextum. Quomodo fieri debent diſpenſationes in foro conſcientie tantum ſuper matrimonijs in tertio gradu conſanguinitatis aut affinitatis que a cõmiſſarijs Cruciate virtute ipſius conceduntur. ¶ Reſpondeo attento diligenter ipſius originalis Cruciate tenore per quinq; puncta.

Punctũ. 1. ¶ Primum eſt, quod ipſa bulla Cruciate cõcedit cõmiſſarijs auctoritatem diſpẽſandi ſolum in foro conſcientie ſuper tertio gradu cõſanguinitatis vel affinitatis illicite cõtracte. Ex quo ſequitur quod ſi tale impedimentũ eſt iam deductũ ad publicũ forũ Eccleſiæ iudicialem, aut ita publicũ ꝙ propter id eſſet ſcandalũ ſi tales matrimonium attentarent ſine debita diſpenſatione manifeſta: tunc virtute predicte bulle Cruciate non poteſt cum talibus diſpenſari. Quia ſolum pro impedimentis ſecretis et pro foro conſcientie id cõceditur cõmiſſarijs Cruciatarum que vſq; ad noſtra tẽpora peruenerunt. Quod ſi de cetero quid amplius conceſſum fuerit vt ex ipſarum Cruciatarũ tenore facile perſpici poteſt: vtiq; liberabimur a tot ſcrupulis et difficultatibus quoad hoc.

Punct. 2. ¶ Secundum pũctum eſt et ſequitur ex primo, ꝙ. ſ. predicte diſpẽſationes a predictis ſecretis impedimentis in foro conſcientie per prefatos Cruciate cõmiſſarios quando diſpenſare contingerit, non debent publice fieri neq; cum notarijs in ea forma qua publice conſtet de eis, ſed ſolum ipſis partibus aut eorum confeſſori ſecrete: neq; ipſe cõmiſſarius in ſolo foro conſcientie diſpẽſans debet tale occultum impedimentum aut eius diſpẽſationem publicare: neq; publicã ſcripturam dare vt virtute talis eius diſpenſationis matrimoniũ publice celebretur.

Punct. 3. ¶ Tertium punctum eſt quod etiam ſequitur ex predictis, quod ſcilicet virtute prefate ſecrete diſpenſationis in foro conſcientie tantũ facte debet matrimonium hoc modo celebrari, videlicet ſi tale matrimonium iam fuerat inter eos attentatum debet nõ quidem in publico ſed ſecrete inter eos ſine vllo teſte ratificari vt ipſa Cruciata diſponit. Si autẽ nondũ erat attentatũ: tũc poterit publice et ſolenniter celebrari, dummodo tale impedimẽtum eiuſq; diſpenſatio ſecreta maneat inter ipſos tantum contrahentes et confeſſorem eorum ne vllo modo ad publicum perueniant.

¶ Quartum punctum eſt. Si talia impedimenta publica vel quomodocunq; publicata iam virtute predicte Cruciate diſpenſata ſunt, ſicq; inter taliter impeditos matrimonia contracta aut potius intenta ſunt: oportet a Papa remedium habere vt poſsint ratificari, ex quo (vt dictum eſt) virtute talis Cruciate non poteſt eius talis commiſſarius ſuper ea diſpenſare. Quod ſi ipſe commiſſarius etiam ignoranter per ſuas literas publice diſpenſans vel alias quomodolibet facit publicũ quod erat ſecretum, ſicq; abſtulit circunſtantiam ſecreti cum qua et non aliter poterat diſpenſare: ſibi imputet et prouideat aut faciat ſuper talem defectum per Papam prouideri vt dictũ eſt. Interim tamẽ caueatur ne vllo modo ſcrupulus ingeratur aut mala conſcientia formetur illis qui ignoranter cũ bona fide ſunt in ſuo matrimonio coniuncti, atq; cum tuta conſcientia putantes ſe per legitimam diſpenſationem contraxiſſe: ſed in ſua ignorantia inuincibili et in bona ſua fide relinquãtur etiam per totam vitam ipſorum, dũ ſine ſcandalo et minori malo prouideri non poteſt. Secus ſi ſunt culpabiliter ignorãtes, vt hoc latius et pulchre clariſsimus doctor Medina de confeſsione. q. 26. pertractat. Punct. 4.

¶ Quintum punctũ eſt. Quod quia in predictis Cruciatis videtur ſolũ conceſſa auctoritas ipſis cõmiſſarijs ad diſpenſandũ ſuper impedimentis occultis in tertio gradu conſanguinitatis vel affinitatis illicite contracte: expedit a Papa habere interpretationẽ qua ipſe declaret ſuam intentionẽ fuiſſe id concedere etiã ſuper cõſanguinitate vel affinitate licite cõtracta, aut habeatur facultas Pape vt poſsit diſpenſare vel ipſe diſpẽſet in omnibus matrimonijs iam cõtractis in publicis et occultis impedimentis cõſanguinitatis et affinitatis licite aut illicite contracte vt poſsint publice vel occulte ratificari. Quia diſpẽſatio precedens ſuper his fuit inualida vt patet ex ſupradictis: Et vt dixi ſemper caueatur ne turbentur conſcientie eorum qui ex ignorantia manent in ſuis matrimonijs cũ bona fide et cõſcientia tuta. Hec enim ſolũ dicta ſunt vt moneãtur et de cetero caueant prelati et cõmiſſarij aut etiã alij quos inuincibilis ignorãtia non excuſat. De alijs dubijs circa alias clauſulas contentas in bulla aliaſq; cõceſsiones videatur ſupra. q. 34. et ſequẽt. quomodo intelligi debeãt. Quoad hoc autẽ iã prouiſum eſt in Cõcil. Tridẽt. ſeſſ. Punct. 5.

QVÆST. XLIIII. Quæſt. 44.

Vtrum illi qui ſecundum bullam compoſitionis cõpoſiti ſunt ſuper incertis que ex furto aut alias illicite acquiſierunt et ſunt obnoxia reſtitutioni ſed ignorantur eorũ domini

ſeu

ſeu creditores quibus reſtituẽda ſunt, maneant iã in cõſcientia tuti et liberi a reſtitutione reſidui in pauperes aut in cauſas pias vt ante compoſitionẽ tenebantur.

Opinio. 1. ¶ Reſpõdeo. In hoc eſt duplex opinio. ¶ Prima tenet quod taliter cõpoſitus non eſt tutus in conſcientia neq; liber: ſed manet obligatus reſtituere ſeu diſtribuere reſiduũ in pauperes aut in cauſas pias pro ipſis creditoribus: excepto niſi ipſe ſit adeo pauper quod niſi cũ magna indecentia ſui ſtatus alias reſtituere aut viuere non poſſet: tunc enim ipſi vt pauperi poteſt remitti per hanc viã cõpoſitionis. ¶ Probatur dupliciter. Primo quia Papa non poteſt alicui dare ſeu remittere de alieno ſeu in preiudiciũ domini talis rei: niſi ratione punitionis propter delictũ: que cauſa nũc ſupponitur ceſſare in preſenti. Sed talis remiſsio incertorũ per viã cõpoſitionis eſt in preiudiciũ dominorũ talium incertorũ niſi fiat vt dictũ eſt. ergo nec Papa id poteſt neq; cõpoſitus poteſt ea retinere. Conſequẽtia patet cũ maiore et minor probatur. Quia bona obnoxia reſtitutioni alieni domino licet ignoto ſunt iure naturali atq; diuino debita et reſtituẽda ipſi domino modo poſsibili, ſic. ſ. q̃ ſi in propria forma ei reſtitui nõ poſſunt, ſunt in æquiualenti tẽporaliter vel etiã ſpiritualiter reſtituẽda, ita quod ad eius vtilitatẽ tẽporalẽ vel ſpiritualẽ cedant aut diſtribuãtur quantũ poſſibile eſt. ¶ Quod patet dupliciter. Primo quia ignorãtia vel incertitudo creditorum paruo vel magno tempore durans nõ tollit ab eis titulũ aut dominium ſuum neq; illud alteri preſtat: alioqui nõ maneret ſic ignorãs obligatus reſtituere, quod abſit. Nam in. ca. ſi res. 14. q. 6. dicitur quod nõ remittitur peccatũ niſi reſtituatur ablatum: quod etiã de incertis intelligitur, vt expreſſe declaratur in. ca. cum hi. de vſuris. et idẽ ait Chryſ. homil. 15. ſuper. 1. Corinth. 5. ca. Neq; ſi poſtea tales creditores apparerent et cognoſcerentur deberẽt ei reſtitui qui extarent ſi ſuum titulũ vel dominiũ propter eorum incertitudinẽ preteritã perdidiſſent. Talis ergo ignorantia vel incertitudo creditorũ hoc tantũ operatur, vt. ſ. liberũ ſit debitori in hec vel illa opera pia ſecundũ ius diuinum, vel ſecundũ ius cõmune in pauperes ſolũ et nõ in alia pia opera vt ait Nauarro in ſum. ca. 26. nu. 29. ſecundũ. ca. cum tu. de vſuris. et. ca. cum ſit. de iude. ad illorũ ſalutem vel vtilitatẽ reſtituere vel diſtribuere. Igitur cum talia incerta pertineãt adhuc ad dominium illorum creditorũ licet ignotorum, nõ poteſt quiſpiã etiam Papa ſine iuſta cauſa facere quin eis modo poſsibili reſtituantur ita vt ad eorum vtilitatẽ temporalem vel ſpiritualẽ cedant, ſic. ſ. quod in pauperes vel in pia opera propter Deum nomine ipſorũ diſtribuantur vt Deus qui illos bene nouit repẽdat eis temporaliter vel ſpiritualiter vt ſibi placuerit. ¶ Secundo probatur idem aſſumptum. Quia quãdo fama vel membrũ aut vita in propria forma reſtitui non poteſt: manet obligatio reſarciendi in alijs bonis temporalibus in fauoribus et huiuſmodi que intra genus bonorum temporalium computantur ſecundum cõmuniter doct. Sic ergo in propoſito dum ignoto creditori reſtitui non poteſt debet in pauperes nomine eius diſtribui vt dictum eſt. Idq; de iure diuino et naturali etiam omni diſpoſitione humana ſeu Eccleſiaſtica quoad hoc ceſſante. Quia ſic debitor recte rationi et creditorum intẽtioni debite ſe conformat. Ideo enim Eccleſia iuſq; ciuile huic recte rationi creditorumq; intentioni ſecundum ius diuinum et naturale ſe coaptans ſtatuit vt talia incerta ad vtilitatem creditorum ignotorum in pauperes erogentur. Itaq; licet determinatio quomodo in quibuſve operis pijs ſint talia incerta diſtribuenda ſit ab humana lege Eccleſiaſtica et ciuili ſeu ſtet in arbitrio debitoris: tamen ipſa reſtitutio ſeu diſtributio taliter facta quod cedat ad ipſorum dominorum ſeu creditorum vtilitatem temporalem vel ſpiritualẽ eſt obligatoria iure naturali et diuino vt probatum eſt. ¶ Et id expreſſe dicit beatus Tho. 2. 2. q. 62. art. 5. et ibi Caiet. et in epiſtola ad Duciſſam Brauantie idem dicit de reſtitutione incertarum vſurarum a iudeis habitarũ. et habetur in dicto. ca. cum tu. de vſuris. et. ca. cũ ſit. de iudeis. et Sco. in. 4. diſt. 15. q. 2. in reſp. ad. 2. argu. et cõmuniter doct. et Silueſt. titu. reſtitutio. 8. q. 2. et. 3. et titu. inuenta. q. 1. vbi et late de hoc agit. ¶ Igitur ſi reſtitutio predictorum incertorum ad vtilitatem creditorum ignotorum modo predicto debetur iure diuino et naturali: iam ſequitur quod contra tale ius et in preiudicium creditorum cognitorũ aut incognitorum Papa per has cõpoſitiones aut per alium modũ agere aut diſpenſare nõ poteſt, niſi ex cauſa rationabili et pia ad id ſufficiẽte, qualis in talibus compoſitionibus non videtur, dum quaſi pro nihilo ipſis debitoribus diuitibus magna aut pene tota quantitas debiti remittitur. Quod ſi creditoribus ignotis in peccato mortali decedentibus talia eorum bona prodeſſe non poſſunt: iam eis ſuccedit Eccleſia ad ſuam vtilitatem vel ad honorem Dei, et non aliter talia bona Eccleſiaſtica diſtribuenda ſunt. ¶ Secundo principaliter probatur hec prima opinio. Quia ſi dicatur quod talia incerta iam pertinẽt ad Eccleſiã vel ſaltem eorum diſpoſitio vt in pios vſus expendantur, ſicut et omnia alia mobilia bona communia Eccleſiaſtica temporalia et ſpiritualia ad vtilitatem Eccleſiæ et ſuorum membrorum et ad honorem Dei: quia Chriſtus eſt heres vniuerſorum in ſuis membris, Heb. 1. vt ait Alex. Hall. 4. q. 86. membro. 2. artic. 2. tunc ſequitur alterum ex duobus, ſcilicet quod vel eorum diſpenſatio non niſi ex rationabili cauſa pia proportionata ad tãtam quantitatem remiſſam fieri valide poteſt coram Deo, id quod intendit hec opinio: vel quod ſine vlla cauſa facta totalis illa donatio ſiue remiſsio valet ita quod debitor iam reſtituere non teneatur, quod abſit et abſurdum videtur. ¶ Et quod alterutrum ſequatur, probatur de primo quod

ſcilicet non niſi ex rationabili cauſa &c. Quia licet cõmunia bona Eccleſie temporalia et ſpiritualia ſint commiſſa Pape diſpenſationi, vt in.ca.ſignificaſti.de electione.nõ tamen ad libitum eius ſine cauſa ſed ex cauſa pia et rationabili, quia id importat nomen et auctoritas diſpenſatoris, vt ſcilicet ad vtilitatem Eccleſie et honorem Dei ſecundum rectam domini voluntatem diſpenſatio fiat et valeat coram Deo et non aliter, vt patet ex 2.Corinth.10. Non habemus poteſtatem in deſtructionem ſed in edificationem. et ſecundum Ber. lib.3.de conſideratione ad Eugeniũ, et Auguſt.ſerm.119.de tẽpore.et habetur.ca. decimæ. 16.queſt.1. Nam et idem eſt iudicium de poteſtate Pape diſpenſatiua theſauri ſpiritualis et theſauri temporalis Eccleſiaſtici ſibi commiſſi. Sed diſpenſatio illius theſauri ſpiritualis per indulgentias non valet niſi ex rationabili cauſa fiat vt ſupra.queſt.20.latius habetur.ergo neq; diſpenſatio iſtius theſauri temporalis. Et ita requiritur in eo qui componitur cauſa rationabilis ad tantam quantitatem, alioqui non in edificationem ſed in deſtructionẽ potius erit Eccleſie talis cõpoſitio predicta ſi diuiti tanta quãtitas quaſi pro nihilo remittatur et iniquitatis fomentũ prebebitur iniquis vt patet. ¶ Neq; valet dicere quod in hoc eſt iuſta cauſa talis compoſitionis, quia ſcilicet per hanc viam ille debitor libẽter dat quod aliter nõ daret ad vtilitatem Eccleſiæ. Hoc inquam non valet: quia ſi nollet reſtituere totum debitum: iam per has compoſitiones a mortali peccato non liberatur: ſi autem vellet, iam non bene conſulitur Eccleſiæ et pauperibus et creditoribus ipſis ignotis. Decime autem que per Papam et Eccleſiam cõceduntur regibus alijsq; principibus, dantur quidem ex cauſa rationabili quia in fauorẽ fidei et Eccleſiæ ſuis ſumptibus pugnarũt et huiuſmodi: in compoſitionibus autem predictis non ita fit.

Euaſionis refutatio prima.

¶ Quod autem ſequatur alterum, ſcilicet quod ſi ſine cauſa rationabili et ſufficiente id fieri poteſt, ergo ſine vlla cauſa totalis remiſsio ſiue donatio facta valebit &c probatur. Quia ſi omnino id ſubeſt voluntati Pape: Iam qua ratione poteſt a tanto poteſt et a toto debito debitorem illum et a reſtitutione per talem remiſsionẽ gratis et ſine vlla cauſa de facto liberare: modo ipſe Papa peccet modo non. Hoc autem concedere eſt abſurdum, quod ſcilicet ab obligatione iuris diuini vel naturalis et a debito reſtitutionis Papa illum liberet, vel diſpenſet in iure abſolute diuino vel naturali. Quia ſicut non poteſt Papa diſpenſare cum illo in acquirẽdo, ita neq; in alienum vel vſuram retinendo, vt patet in.ca.ſuper eo.et.ca.cum tu. de vſuris. ¶ Igitur cum hoc vltimum concedendum non ſit, ſequitur quod concedendum eſt primum illud, ſcilicet quod compoſitio predictorum incertorum niſi ex cauſa rationabili fiat non valet coram Deo &c. quod eſt intentum huius opinionis. ¶ Neq; valet dicere, quod ſicut ſi ſacerdos diceret huiuſmodi debitori, Ego celebrabo toties quouſq; tuum debitum exhauriatur ſacrificijs: et que mihi daturus eras tibi reſerua: iam hic debitor eſſet tutus. ergo conſimiliter ſi Papa tot indulgentias concedat vero domino, aut de bonis ſpiritualibus Eccleſiæ vel ſubditorum illi communicet tot quot pro eleemoſyna totius debiti quod illi remittitur dari poterant creditori: iam ius debiti concederet. ¶ Hoc inquã non valet. Quia hoc non fit in cõpoſitione neq; fieri poteſt. Quia indulgentiæ et communicationes bonorum ſpiritualium aut ſuffragiorum non ſunt ad hoc intente: neq; pro eis poſſet Papa ſibi debitum applicare ſicut ſacerdos pro onere ſacrificij: neq; ſimiliter indulgentiæ vt ſacrificium poſſunt vero domino prodeſſe ſine cauſa pia rationabili ad ſic eas concedendum, vt patet ex ſupra dictis queſt.20. ¶ Quod ſi oppoſitum practicatur a Papa: id certe non valet. Nam hec non eſt conſuetudo Eccleſiæ docentis vel approbantis id tanquam licitum et validum: ſed eſt conſuetudo perſonarum ſua poteſtate abutentium: qui abuſus in multis alijs Papalibus diſpenſationibus votorum beneficiorum et aliorum huiuſmodi ſepe contingit. Que omnia in iudicio diuino neq; valent neq; acceptantur, ſed ad punitionem reſeruãtur opportunam. ¶ Hanc opinionem tenet Silueſt.titu.reſtitutio.8.queſt.8. et multi doctiſsimi viri moderni, et Couarruuias in regula Peccatũ. par.3. § .1.fo.312.313. et Soto in.4.diſt.21.queſt. 2.artic.4.

Euaſio.2.

Refutatio

¶ Secunda opinio tenet. Quod licet Papa et ſi nulliter taliter compoſitus pro tam parua quantitate et ſine ſufficiente cauſa rationabili peccet, tamẽ valet talis cõpoſitio, ita quod ſic compoſitus etiã ſi diuiſimus ſit reſiduum pauperibus aut pijs cauſis diſtribuere aut reſtituere nõ tenetur. ¶ Probatur dupliciter. Primo. Quia ſi teneretur hoc ideo eſſet. Primo. Quia vel eſſet in preiudiciũ ipſorũ creditorũ ignotorũ. Aut ſecundo, quia eſſet in preiudiciũ Eccleſiæ in cuius vtilitatẽ talia incerta deberent expendi. Aut tertio, quia eſſet in preiudicium pauperũ ſeu piarum cauſarũ in quas deberent etiam expendi. Aut tandẽ quarto, quia talis compoſitio per aliquod ius naturale diuinũ vel humanum inualidaretur, ratione cuius Papa tanquam non don dominus talium incertorum aut tanquã non liber diſpenſator eorum talem remiſsionẽ per viam cõpoſitionis facere nõ potuit. Sed nihil horum impedit. ergo valet. Conſequentia patet cum maiore a ſufficienti diuiſione: quia non videtur quare nõ valeat niſi ex aliqua de predictis cauſis. ¶ Minor autem probatur. Quod prima cauſa non impedit, quia.ſ.eſt in preiudicium ignotorum creditorũ. Nam licet talia incerta ſiot neceſſario reſtituenda neq; per debitorẽ poſſint retineri ſine voluntate eius qui ea concedere poteſt, in quo nõ eſt dubiũ vt in prima probatione prime opi.habetur. At vero ſi in tali retentione actu elicito vel debito conſentiat vel remittat dominus eorum vel is qui remittere poteſt: iam

Opinio.2.

Ratio.1.

iam licite ea debitor retinebit etiam ſi nō ſint in-
certa,vt patet ſecundū omnes doctores et verita-
tē:et in hoc nullū preiudiciū faceret creditoribus
incertis aut etiā certis vt cōſtat. Nunc autē per cō-
poſitionē pro tam parua qnātitate Papa et Rex,
cui talia bona ad cauſam piam applicātur, faciūt
predictam reſidui remiſsionē,vt patet ex ipſa bul
la compoſitionis:et ipſe Papa,et Rex de eius con
ſenſu poteſt eam valide facere,modo peccet pro
dige faciens modo nō. ¶Et quia in hoc ſtat tota
dificultas id probatur. Quia ſicut de bonis incer
tis et certo domino ſeu poſſeſſore vacantibus li-
cet habeant dominum ſed ignotum (que Hiſpa-
ne dicuntur Moſtrencos. Gallice autem expaue)
poteſt Rex ipſe diſponere , ſicut et de facto per
ſuas leges diſponit quomodo poſt debitas procla
mationes et diligentias ſi domini eorum non ap-
pareant interim applicentur fiſco aut theſauro re
gio ad vtilitatem reipublice et pro neceſsitatibus
patrie ſupportandis:cuius caput eſt princeps ad
quē pertinet eorū aliorūq; bonorū cōmunium
diſpoſitio et adminiſtratio. Ita ſimiliter eadēq; ra
tione de bonis incertis bene vel male acquiſitis
obnoxijs reſtitutioni ad prouidendum conſcien-
tijs ipſorum debitorum poteſt princeps Eccleſiæ
ſcilicet Papa diſponere, quomodo ſi domini aut
hæredes non inueniantur aut ſi non niſi difficili
me reperiri poſsint interim applicentur fiſco aut
theſauro Eccleſiæ temporali ad vtilitatem Eccle-
ſiæ et pro neceſsitatibus eius generaliter vel ſpe-
cialiter:cuius caput eſt ipſe Papa ad quem perti-
net libera omnium bonorum communium Ec-
cleſiæ et maxime mobilium diſpoſitio et admi-
niſtratio. Quia et ſic preſumitur de rationabili vo
luntate ipſorum dominorum incertorum viuorū
aut defunctorum,quod ſcilicet talia eorum bona
incerta cedant atque tradantur ad publicam vtili
tatem reipu. vel Eccleſiæ proportionabiliter vt
dictum eſt , quam naturali et Chriſtiana pietate
ſeu charitate dilexerunt. Et ſic ſtatuentes et facien
tes quicunque illi ſint iam cenſentur illa in pios
vſus tradidiſſe,ſaltem quouſque appareant ipſi ve
ri domini bonorum predictorum: ſicut et in pios
vſus dediſſe cenſentur illi qui alia bona tempora
lia Eccleſie tradiderunt vel relinquerunt, vt a Pa
pa adminiſtratore bonorum Eccleſie ſicut et alia
bona communia eiuſdem Eccleſie adminiſtrētur.
Igitur ſicut alia bona temporalia communia Ec-
cleſie Papa liber eorum adminiſtrator poteſt da-
re debitaq; remittere quibuſcunque, ita quod ta-
lis donatio ſiue remiſsio culpabiliter vel inculpa
biliter facta teneat: ſic etiam de his bonis incertis
ſimiliter eius libere adminiſtrationi et diſpoſitio
ni commiſsis per viam compoſitionis remiſsis di
cendum eſt. ¶Et ſequitur vlterius quod licet ta-
lia incerta non niſi in paupetes vel in pia opera
per quoſcunque diſtribui poſsint ſicut et alia bo
na cōmunia tēporalia mobilia Eccleſiæ. Cū hoc
tamen ſtat ꝙ ſi de facto etiā culpabiliter hec vel
illa per Papā vel per alium de eius auctoritate in
alios vſus diſtribuātur:talis deſtributio vel remiſ
ſio etiam in foro cōſcientie tenet: etiā ſi per leges
Eccleſiaſticas aliter cautū ſit. Quia Papa vti ſupe
rior legibus pure Eccleſiaſticis quatenus tales
ſunt nō ligatur , vt dictū eſt et amplius dicetur in
ſecūda probatione ſequēte. Ipſi autem debitores
incertorū alijq; Papæ inferiores quicūq; illi ſint,
ex quo ſuper tali cōmuni theſauro Eccleſiaſtico
diſpenſando nullam poteſtatem habent inſuper
et legibus Eccleſiaſticis aſtringuntur diſponenti
bus quod non niſi in pauperes talia incerta diſtri
buantur, nullo modo poſſent ſine Pape licētia aut
cōceſsione niſi in pauperes ea valide diſtribuere.
¶Patet igitur quod per dictas compoſitiones nō
fit preiudicium ipſis veris dominis incertis, ſicut
neque alijs qui bona Eccleſie per Papam admini
ſtranda relinquerunt vt probatum eſt.

¶Secundo probatur quod nec fit preiudiciū Ec Secundo.
cleſie. Quia ſicut donatio Pape etiam culpabili-
ter facta tenet de alijs bonis communibus mobili
bus Eccleſiaſticis eius diſpoſitioni et libere admi
niſtrationi cōmiſsis : ſimiliter et de ſuis reditibus
Eccleſiaſticis, modo ſit dominus eorū modo non
ſed liberrimus diſpenſator et adminiſtrator eorū
quanuis non niſi in vſus pios expendi debeant.
Ita ſimiliter de his incertis eius diſpoſitioni et ad
miniſtrationi commiſsis dicendum eſt , propter
eandem rationem, quia ſcilicet hec et illa bona tē
poralia mobilia Eccleſie ad eundem finem vel ef
fectum et eodem modo a quibuſcūq; relicta ſint
ſunt eiuſdem Pape libere diſpoſitioni et admini
ſtratione ſine vlla conditione commiſſa. Neque
quoad hoc eſt vlla differentia in his et illis bonis
Eccleſie mobilibus : neque ſub alia conditione
hec quam illa Pape adminiſtrationi et diſpoſitio
ni libere commiſſa ſunt, vt patet: nam detur illa.
Sicut et de vacātibus (que Hiſpane dicūtur Mo-
ſtrencos) que fiſco regio traduntur dicitur com-
muniter quod eodem modo poteſtati regie ſub-
duntur, quo et alia bona communia mobilia ad
eius fiſcum pertinentia ſeu eius poteſtati regie ad
bonum reipublice commiſſa. ¶Et notanter dico
ſemper de his bonis mobilibus communibus Ec
cleſie. Nam de immobilibus conſtat quod ea Pa
pa alienare non poteſt: neque mobilia ad certum
vſum Eccleſie relicta poteſt ad alium vſum maxi
me prophanum conuertere ſine cauſa rationabi
li. Et ſi aliter fieret non valeret coram Deo neq;
donatio teneret. Quia in his fuit talis voluntas
dantium. Neque Papa manſit liber eorum admi
niſtrator niſi ex cauſa rationabili vt dictum eſt, vt
de his latius agit Abulenſis ſuper Math. capitul.
6. queſtione. 74. et queſtione. 75. et Caietan. in
quodlibeto. vt habetur ſupra queſtione vigeſi-
ma, in ſecunda part. propoſitio. et quarte opi-
nionis, ſecundum communiter doctores, licet alij
aliter dicant. ¶ Ergo cum Papa ex plenitu
dine poteſtatis vt liberrimus diſpenſator predi-
ctorum incertorum aliorumq; mobilium bono
rum communium Eccle ſue adminiſtrationi com

miſſorum valide ea donare aut remittere poſsit: licet ſine cauſa rationabili id faciens vtiq; peccet, vt ſupradictum eſt: ſequitur quod in hoc non facit contra iuſtitiam neq; preiudicium ipſis dominis incertis aut etiam Eccleſiæ, vtens iure ſuo: ſaltem vt ſit valida donatio vel remiſsio predicta. Sed neq; ſubeſt legibus Eccleſiæ, vt princeps et caput eius, qui et eſt ſupra omne ius humanum ſecundum communiter doct. ex ca. ſignificaſti. de electione. Vbi habetur quod in omnibus ſtatutis Eccleſiaſticis auctoritas Pape intelligitur excepta. ¶ Quod Papa ſit liberrimus diſpenſator bonorũ mobilium Eccleſiæ quodq; poteſt ea diſtribuere et remittere et donare et trãſigere per viam compoſitionis, patet. Quia habet plenitudinem poteſtatis ſuper omnes et omnia hec. ca. ad honorem. de autho. et vſu. pali. et Turrecrem. in ca. ſi res. 14 q. 6. et Florent. ſecũda par. tit. 2. ca. 6. et quia Chriſtus cuius ipſe vicarius eſt habet patrimoniũ omnium rerum Eccleſie. ca. cum ſecũdum apoſtolũ. de preben. et cap. cum ex eo. de electione. libr. 6. ¶ Immo vt ait Soto in. 4. diſt. 21. q. 2. art. 4. ſi iure gentium vel naturali reſpu. ſuccedit loco domini ignoti ad bonum commune. Et Rex et Papa vt caput reipu. habet reipu. auctoritatem in hoc. Ergo ſicut ſi reſpu. ea donaret in toto vel in parte eſſet valida donatio: ita et Rex et magis Papa facere poteſt: quanuis prodige aut alias male faciẽdo peccent, tamẽ valet remiſsio vt debitor maneat liber a reſtitutione.

Tertio. ¶ Tertio probatur quod nec ſit preiudiciũ pauperibus aut alijs pijs cauſis &c. quia totum id, ꝙ ſcilicet his vel illis vſibus hoc vel illo modo talia incerta applicẽtur, pendet a iure tantum humano Eccleſiaſtico vel ciuili non autem a diuino vel naturali quanuis conſonet illi ſicut et omnes leges humane. Quod patet. Quia ius diuinum vel naturale de his et alijs bonis Eccleſiaſticis non eſt niſi quod ad Dei honorem et Eccleſie vtilitatem vt patrimonium Chriſti expendantur. Nunc autem cum Papa ſit ſupra omne ius humanum vt dictũ eſt: et pauperibus et pijs cauſis poſsit de illis vel de alijs bonis ſecundum obligationẽ iuris diuini et naturalis ſufficienter prouideri: et expẽſio taliũ incertorum ſicut et aliorũ bonorũ mobiliũ et Eccſiaſticorũ Pape commiſſorum facta in alios vſus ſine rationabili cauſa nõ ſit contra iuſtitiã ſed ſolũ contra cõmunem legẽ diuinã de debite et rationabiliter ea expendẽdo vt dictũ eſt: iam ſequitur quod ſi Papa etiam culpabiliter aliter ea expẽdat vel remittat quibuſcunq;, talis donatio vel remiſſio tenet etiam in conſciẽtia: neq; ex hoc preiudicium aut iniuſtitia pauperum aut piarũ cauſarũ allegari poteſt. Alij autem Pape inferiores qui legibus eius et Eccleſie tenentur aſtricti (vt diximus) niſi de licentia Pape non liberantur, neque liberare alios poſſunt quin in pauperes talia incerta diſtribuãtur.

Quarto. ¶ Quarto probatur, Quod nec talis cõpoſitio aut Pape remiſsio aliquo iure inualidatur. Quia ius humanũ ſi quod eſſet nõ valet impedire Papã, qui eſt ſupra illud vt dictũ eſt, ius autẽ diuinũ vel naturale impediẽs ſeu inualidãs nõ apparet: nã detur illud, certe nõ dabitur: licet precipiat ꝙ debite talia bona Eccleſiaſtica in dictos vſus expendãtur. Contra quod agens Papa peccabit quidẽ, nõ tamen per id inualidatur eius in alios vſus expẽſio, donatio ſiue remiſsio de dictis bonis ſibi cõmiſsis: ex quo neque eũ tali conditione, quod ſcilicet ea in dictos et non in alios vſus expẽdat: ſed cum tali modo vt debite expendantur, eius libere adminiſtrationi (vt ſupradiximus) cõmiſſa ſunt.

¶ Secundo principaliter probatur hec ſecunda opinio. Quia ſi iſti debitores talia incerta in cauſam plã belli contra infideles dediſſent: et poſtea Rex ipſe vel Eccleſia ſiue pauper aliquis cui ea dederunt redderet illis de alijs vel de ipſis bonis tãtundẽ quantũ per bullã cõpoſitionis remittitur eis: certe eſſent omnino tuti in conſcientia et liberi a reſtitutione. Sed hoc ipſum æquiualẽter fit per viã cõpoſitionis. Quia Papa et Rex de eius conſenſu cui totũ id applicatur libere remittit totũ reſiduũ, vt libenter atque facilius colligatur ipſa pecunia neceſſaria et iſti debitores dent quantitatẽ ibi taxatã, vt expreſſe hoc dicitur in ipſa bulla cõpoſitionis. Nam nõ alio modo a debitoribus tam facile colligerẽtur omnia incerta, neque quãtum ad expeditionẽ illã vel aliã piam cauſam exequendã opus eſt, niſi predictã remiſsionẽ de reſiduo debito per hanc viã cõpoſitionis faciẽdo. Ergo ipſi debitores manent liberi a reſtitutione reſidui et tuti in cõſciẽtia, modo alias hinc inde peccetur modo nõ. ¶ Quod et cõfirmatur. Quia in ipſa bulla cõpoſitionis dicitur expreſſe ꝙ predicta cõpoſitione facta, maneãt in cõſcientia tuti et liberi a reſtitutione reſidui ij qui ſic cõpoſiti fuerint. Dicere autẽ hoc eſſe erroneũ vel ſuperadditum vel eſſe abuſum Pape ſimiliter et reprobare hãc cõſuetudinẽ Pape vel Eccleſie ſine ratione manifeſta (que in preſenti nõ apparet vt patet ex dictis et ex reſpõſionibus ad fundamẽta prime opinionis) temerariũ certe eſt et periculoſum in foro cõſciẽtie et Eccleſie. ¶ Propter has igitur rationes videtur hec ſecũda opinio tenẽda: quãuis prima opinio cõſulenda quidẽ, nõ tamẽ vt omnino neceſſaria dogmatizanda ſit. Hãc etiã opinionem tenẽt multi doctores quos refert Florẽ. 2. par. tit. 2. ca. 6. in fine. et Silueſ. tit. reſtit. 8. q. 8. quãuis ipſi Florẽ. et Silueſt. oppoſitũ potius cũ. 1. opi. tenere videantur. Hãc etiã ſecundã opinionẽ videtur expreſſe tenere Alex. Hall. 4. par. q. 86. mẽbr. 2. art. 2. vbi ait talia incerta eſſe Eccleſie ꝙq; poteſt ea dare cui voluerit, ſecũdũ id Nu. 5. Si nõ fuerit qui recipiat dabũt dño et erunt ſacerdotis &c. immo et Floren. vbi ſupra dicẽs ꝙ Papa habet plenitudinẽ poteſtatis ſuper bona Eccleſiaſtica: et ſine cauſa nõ poteſt ea licite diuitibus dare que erãt dãda pauperibus bene tamẽ ex cauſa rationabili: et nõ dicit ꝙ talis donatio facta ſine cauſa eſt inualida. Similiter et Medina de reſtitutione, q. 3. licet ſol-

Ratio. 2.

uat rationes prime opinionis, ſolum dicit quod ex iuſta cauſa donatio vel remiſsio de predictis incertis à Papa per hanc viam compoſitionis facta tenet:et non dicit quod facta ſine cauſa valet vel non valet. Ideo non ſe videntur ſatis explicare neq; pro hac vel illa parte determinare. Nos autẽ (ſaluo meliori iudicio) probabiliter tenemus cũ hac ſecunda opinione vt dictum eſt. Hanc opinionẽ tenet etiã Nauarro in tract. de Indulg. nota. 29 §. 4. et Soto in. 4. diſtin. 21. q. 2. art. 4. quamuis non niſi ex cauſa iuſta talem compoſitionem factã cenſeat validam omnino eſſe in conſcientia. Qui ſi intelligat ſic compoſitum eſſe in culpa niſi iuſta cauſa adſit bene quidem: ſi autem intelligat non manere liberum a reſtitutione, tunc cũ 1. opin. precedente ſentiret nam non ſatis ſe declarat in hoc. Qui tamen ibidem multa alia notanda ponit que ex tenore pendent bullarum compoſitionis. Et Couarruuias vbi ſupra dicit hanc opinionem eſſe probabilem: dummodo quando verus dominus rerum apparuerit illi reddantur vt infra in. 1. dub. habetur, et omnia fideliter fiant ſine fraude.

Reſp. ad. 1. rationẽ 1. opinionis. ¶ Ad rationes autẽ. 1. opinionis reſpondeo. Ad primã, ꝙ vt patet ex dictis ex cõſẽſu debito dominorũ incertorũ talia bona cedũt Eccleſie ſub poteſtate diſpẽſatiua Pape, ſicut et alia bona Eccleſiaſtica: et ideo ipſe Papa vel illi puta pauperes vel reges quibus ad cauſam piã belli cõtra infideles vel ad regni defenſionẽ et huiuſmodi Papa applicauit et maxime de cõſenſu Pape poſſunt ea vel dare vel remittere cui voluerint: qua remiſsione facta nõ tenebitur ſic cõpoſitus ea reſtituere, ſicut neq; bona certa Eccleſiaſtica ſibi remiſſa. Neque in hoc Papa diſpẽſat contra ius naturale vel diuinũ, ſicut neq; qui ſibi debitũ certũ remittit: ſed per talẽ remiſsionẽ tollitur materia reſtitutionis vt patet. Neque ex eo ꝙ incognitus creditor eſt perdit dominiũ ſuũ: ſed ex eius cõſenſu debito ratione cuius ſuccedit Eccleſia et Papa quouſque verus dominus appareat vt ſic diſponat de eis vt de alijs bonis Eccleſiaſticis ſine vlla alia conditione: quia et ſic ab ipſis dominis talia eorum bona incerta iam ad cauſam piam Eccleſie relicta cenſentur vt ſupra dictũ eſt. ¶ Auctoritates autẽ omnes dicẽtes quod neceſſario ſunt in pauperes vel in alios pios vſus diſtribuenda, intelliguntur ſicut et verum eſt niſi per eum qui poteſt puta per Papã vel de conſenſu eius illis debitoribus remittãtur. Sicut et omne alienũ eſt reſtituẽdũ ſuo dño, ſcilicet niſi per ipſũ remittatur: qualis remiſsio per bullas ſit compoſitionis, vt ſupra probatum eſt.

Reſp. ad. 2. ¶ Ad ſecundam probationem conceditur quod ſine vlla cauſa totalis remiſsio incertorum per Papam vel Eccleſiam facta tenet: modo fiat culpabiliter modo non. Sicut et totalis remiſsio aliorum bonorum certorum debitorum Eccleſiaſticorum teneret et liberaret debitorem ab obligatione reſtituendĩ quia vt dictum eſt in hoc non diſpenſatur contra ius naturale: ſed Papa liberrimus eorũ diſpenſator qui id facere poteſt remittit et copiam facit alijs per viam compoſitionis remittendi. ¶ Et licet omnia quæ Papa poteſt cadant ſub diſpenſatiua eius poteſtate: non tamen æqualiter. Nam quedam ſunt ſub eius poteſtate diſpenſatiua libertima ſine vlla conditione, ita quod licet requiratur cauſa rationabilis vt debite fiãt et prohibeantur aliter fieri: tamen ſi aliter fiant tenent: ex quo quo ad ipſum factum liberrime ſine vlla conditione irritante vel inualidante poteſtatem habet, qualis eſt abſolutio a cenſuris, diſpenſatio in gradibus humana tantum lege prohibitis, collatio beneficiorum et ordinum indignis aut minus dignis, et alia eiuſmodi multa que ius aut titulum ad aliquid conferunt in foro Eccleſie, et de eorum numero eſt talis compoſitio aut incertorũ remiſsio per viam compoſitionis, ſicut et aliorũ mobilium bonorum comunium Eccleſiaſticorũ ſine rationabili cauſa diſtributio. Sunt tamen alia in quibus Papa non habet tam liberam poteſtatẽ diſpenſatiuam quoad ipſum factum in foro Dei, quia Deus ipſe non conſentit in tale factum niſi recte fiat ſeu claue non errante ſecundũ cõmuniter doctores ex Matth. 16. Quodcũq; ſolueris etc. Et hæc ſi male fiant non valent coram Deo, vt eſt abſolutio a peccatis indigno collata, aut collatio indulgentiarum ſeu remiſsio penarum purgatorij ſine rationabili cauſa, et alia eiuſmodi pertinẽtia ad remiſsionem culpe vel pene vel collationẽ gratie et donorum ſpiritualium in foro conſcientie ſeu ab ipſo Deo ſupernaturaliter et diuinitus faciendam. Sicque patet quod non eſt idem iudicium de poteſtate Pape diſpenſatiua theſauri ſpiritualis et temporalis licet ad eandem poteſtatem ſpectet vtrunque vt dictum eſt.

¶ Sed quid ſi poſt predictã cõpoſitionem appareant ipſi domini taliũ incertorũ? Reſpondeo, ꝙ debitores tenentur illis reſtituere ea dũtaxat que extant in ſua forma ſeu ſubſtantia licet alterata: et ſimiliter quantum ex ipſis incertis bonis ditiores effecti ſunt: non autem alia. Tunc autem ſunt ex eis effecti ditiores ſecundum Caiet. 2. 2. queſt. 62. art. 6. quando loco talium incertorum bonorum debitores ipſi habuerunt lucrum aut preciũ ex eis: aut ſi tantundẽ de ſuis bonis cõſumpſiſſent ſi talia incerta non haberent aut non cõſumerẽt. Et totum hoc eſt reſtituendum veris dominis apparentibus, et non amplius ſicut neque id quod iam in pauperes aut in pias cauſas diſtributum eſt neque id quod bona fide iam conſumptum eſt ſi inde (vt dixi) debitor ipſe ditior non effectus eſt. Ratio horum eſt quia talis remiſsio ſolum fieri potuit per Papam dum non apparebat verus dominus cui talia bona erant reſtituenda: quia nec taliter ipſe cõſentit neque debuit conſentire, neque recta ratio dictat aliter Papam vel principẽ agere aut ſtatuere poſſe. Ergo apparente vero dño nõ eſt iam cur iure ſuo atq; dominio priuetur et impediatur ad ea rehabẽdũ que extant in ſe vel in ſuo æquiualẽte, ſcilicet quantũ Dub. 1.

ex

ex eis debitor ditior factus eſt vt iam diximus:nã ad alia que nullo modo extant ſed bona fide conſumpta ſunt nullũ ius manet alicui,vt etiã de hoc latius Silue.tit.reſt.8.q.4.ſecũdũ cõiter doct.agit.

Dub.2. ¶ Et ſi rurſum queratur. Vtrũ alij a Papa poſsint predictã remiſsionẽ per viã compoſitionis efficere. Reſpondeo quod non niſi de licentia aut conſenſu Pape. Quia ad ſolũ principem Eccleſie pertinet diſpenſatio communiũ bonorũ ipſius Eccleſie:et non ad alios niſi de eius licentia aut conſenſu. Nunc autem predicta incerta cenſentur in theſauro Eccleſie temporali vt ſupradictũ eſt. Ergo non niſi ad Papã pertinet eorũ diſtributio et per viã compoſitionis remiſsio. Item quia contra ius Eccleſiaſticũ diſponens quod nõ niſi in pauperes talia diſtribuantur nullus Pape inferior agere aut diſponere poteſt,vt ſupradictũ eſt. ¶ Quod ſi alicubi eſſet conſuetudo ꝙ Epiſcopi poſſent predictam facere cõpoſitionem,que conſuetudo legitima ſufficeret derogare legẽ aut facere legem in toto vel in parte:tũc bene liceret ſecundũ eã Epiſcopis agere quouſq; Papa reclamaret:quia ibi cõſenſus Pape tacitus cenſetur. ¶ Et cum his cõcordant Silueſter tit.reſtit.8.q.7.q.8.ſecundũ Florẽ. Palud.et Laurẽ.et alios doct.quos ego quoad hoc ſic limito et intelligo vt dictum eſt.

¶ Principes autem ſeculares de predictis incertis que ad theſaurum Eccleſie pertinẽt.nullo modo ſe intromittere poſſunt,ſed ſolum de incertis que non ſunt illicite acquiſita ſed perdita vel errantia ſiue vacantia (que Hyſpane dicuntur moſtrencos.) Gallice expaue). Quia hec ad theſaurũ pertinent reipublice ſecularis et ad bonam politiam eius pertinet diſponere de his ad vtilitatem reipu. Ideo princeps ipſius poteſt diſponere de eis eaq; cui voluerit ad libitum applicare. Quia totum id de conſenſu ſaltem debito ipſorũ dominorum ignotorum fit,vt ſupra probatũ eſt. ¶ Sed quare princeps ſecularis in his inuentis aut errantibus et non etiam in alijs incertis male acquiſitis contra iuſtitiam ſe intromittere poteſt?cũ vt ſupponitur tam hec quã illa vtpote aliena ſint neceſſario reſtituenda vel in pias cauſas aut in pauperes eroganda? Reſpondeo quod princeps ſecularis ſolũ ſe poteſt intromittere in gubernatione et diſpoſitione rerum temporaliũ et perſonarũ quatenus ad finem propriũ ipſius poteſtatis ſecularis ſpectant. Talis autem ſecundũ Tho.1.2.q.99.ar.2 3.4.et latius.q.100.art.2.et ibi Caiet.eſt finis et felicitas naturalis puta pax et iuſtitia politica. Ideo in ſpectantibus ad hunc finem conuictũq; pacificum et nõ amplius ſe intromittere poteſt. Hoc autem in propoſito ſolum locũ habet quoad bona ſecularia incerta vel inuenta que nõ iniuſte acquiruntur vt patet. Nam in illicite aut iniuſte acquiſitis eſt reordinanda conſcientia cum Deo: ad quod ſicut et ad theſaurum Eccleſiaſticum temporalem vel ſpiritualem poteſtas laica ſe nõ extẽdit ſed ſolum Eccleſiaſtica. Ergo de illis tantũ licite acquiſitis incertis vel inuentis princeps ſecularis diſponere poteſt,quia et in hoc ipſi domini incerti actu debito conſentiunt vt ſupradictum eſt. Et tales leges de his diſponentes Papa etiam quoad forum conſcientie probat et confirmat: nam forum et poteſtatem ſecularẽ et quæ ad ipſam pertinet Papa nec turbare nec vſurpare intendit.

¶ Quibus nõ obſtantibus etiam dico, ꝙ quantum attinet ad conſcientiã in omnibus incertis et inuentis obnoxijs reſtitutioni ſeu que ad ius et dominium alterius pertinent,etiam Papa ſe intromittere et diſponere poteſt modo ſint iniuſte acquiſita modo non. Quia ſecundũ Tho.vbi ſupra ad ipſum ſpectat conſcientijs ſubditorũ prouidere. Et quoad hoc habet poteſtatẽ in omnibus perſonis et bonis temporalibus quatenus ad ſalutem ſpiritualem et finem ſupernaturalem beatitudinis ordinantur:quia talis eſt finis proprius Eccleſiaſtice poteſtatis. Ergo ad ipſum Papam paſtorẽ omnium ſpectat prouidere quomodo ius diuinũ quoad hoc ſeruetur:et pro ſalute dominorũ ignotorum et pro exoneratione conſcientiarum ipſorum debitorum omnia talia incerta obnoxia reſtitutioni diſtribuãtur vel applicentur. Quod fit dũ fiſco ſeu theſauro Eccleſiaſtico applicãtur. Tũc enim iam in cauſam piam diſtribui ſeu applicari cẽſentur in quo et ipſi creditores incogniti actu debito conſentiunt vt ſupra.

¶ Tertio dubitatur. Si de incertis male ablatis Dub.3. quis debeat viginta millia:et bulla concedit quod dando duo regalia ſit liber vſq; ad quinq; millia. dubitatur inquam vtrum ille dando octo regalia accipiens quatuor bullas ſit liber ab omnibus viginti mille:cũ intendat accipere vnam pro quinque mille,et alteram pro alijs quinque mille &c. Reſpondeo quod niſi Papa in bulla id exprimeret,ego illum non liberarem : neque ille bulle ad id valerent. Quia cum ſit materia vel conceſsio odioſa in preiudicium creditorum,et ſtricti iuris, ſtricte ſecondum rigorem et proprietatem verborum dum aliud non conſtiterit interpretanda et intelligenda eſt. Et ita practicatur quod de alio debito vltra quinque millia ipſi debitores cum commiſſaris Cruciate ſe componunt.

FINIS.

LAVS DEO.

¶ Hec omnia mea opera et quelibet alia ſcripta et ſcribenda correctioni ſancte matris Eccleſie et cuiuſlibet melius ſentientis humiliter ſubmitto:nec aliud ſentio neque ſentire volo.

¶ Impreſſus Venetijs in officina Iordani Zileti, vſq; ad fo. 288. ſecundi tomi. Inde vero vſq; in finem Toleti excuſſum perfecte in officina Ioannis de Ayala, Anno domini. 1570. die vero 14. Octobris.

Summarium queſtíonum primi libri qui queſtionarium theologicum inſcribitur. Et continet quinquaginta ſeptem queſtiones que ſequuntur.

QVÆSTIO.I. Vtrũ ſacramentũ penitẽtie ſe extẽdat habeatq; virtutẽ ad remiſsionẽ culpe et pene eterne. fol.7.

Queſtio.2. Qualis diſpoſitio aut diſplicẽtia peccati requiratur et ſufficiat cũ hoc ſacramẽto ad primã grã iuſtificãtẽ. f.10.

Queſtio.3. Vtrũ miſſa, orõ vel aliud ſuffragiũ et bonũ opus pro multis factũ eque proſit ſingulis ac ſi pro vno tãtũ eorũ fieret. Et eque ſit ſatisfactum ſingulis eorum quibus id ſpecialiter promiſſum eſt. fol.38.

Queſtio. 4. Que ſint iuſta ſtipẽdia miſſarum vltra que ſacerdos capere non poteſt. fol.64.

Vbi ſex dubia tractantur. 1. Vtrũ liceat recipere ſtipendia vſq; ad quantitatẽ pro vna miſſa lege aut conſuetudine taxatam. fol.64.

Dub.2. Vtrum liceat recipere vſq; ad decentem ſacerdotis et familie ſubſtentationem. fol.64.

Dub.3. Vtrum per Pape diſpenſationem liceat plura ſtipendia recipere. fol.66.

Dub.4. Vtrũ ſtipendiũ miſſe poſsit ita lege taxari etiam ſub excõmunicatione, ne plus nec minus detur vel recipiatur. fol.67.

Dub.5. Vtrũ quis licite accipiat abundãtia ſtipẽdia miſſarũ faciẽs eas p alios celebrari pro minori ſtipendio reliquũ ſibi accipiens. fol.68.

Dub.6. Vtrum valeat miſſa celebrata pro eo cui poſtea alius puta Petrus eã applicauerit. fo.69.

Queſtio.5. De adoratione Chriſti et ſanctorũ et imaginum. Et cõtinet decẽ dubia. Quorũ primum eſt quid et quotuplex eſt adoratio, et quomõ differt ab honore et veneratiõe. fo.70.

Dub.2. Quomodo et quare Deus adorandus ſit. fol.71.

Dub.3. Vtrum et quomodo alij a Deo ſint adorandi et precipue humanitas Chriſti. fol.72.

Dub.4. Vtrum et quomodo imagines ſint adorande. fol.74.

Dub.5. Quomodo Crux Chriſti et eius ſanguis nunc in mundo repertus: et paſsionis eius inſignia ſint adoranda. fol.84.

Dub.6. Vtrum ſint alique adoratiões exteriores ſoli Deo exhibende. fol.87.

Dub.7. Vtrum ſit preceptũ de colendo vel adorando Deum et Imaginem eius et ſanctorum et Crucem. &c. fol.88.

Dub.8. Quãdo tenemur Deum adorare et colere, et vtrũ teneamur aliquos dies feſtos ad id inſtituere: et quomodo. fol.88.

Dub.9. Vtrum teneamur Deum adorare in aliquo loco determinato. fol.90.

Dub.10. Vtrum Eccleſia conuenienter loquatur ad in animata dicens. O Crux aue ſpes vnica &c. Et laudate Deũ Sol et Luna &c. fol.90

Queſtio.6. Vtrum circunſtantia feſti ſit mortalis et neceſſario confitenda. fol.91.

Queſtio.7. Vtrum in ſomno vel etiam in vigilia mortaliter etiam fornicando pollutus licite ſummat Euchariſtiã aut celebret illa die iã ſufficienter contritus et confeſſus. fol.100.

Queſtio.8. Vtrum quoties in ſtatu gratie aliquis ſumit Euchariſtiã vel celebrat actualiter diſtractus vel per actum venialiter culpabilem accipiat augmentũ charitatis et gratie. fol.102.

Queſtio.9. Vtrum per quodlibet opus meritoriũ augeatur gratia charitas et gloria. fo.104.

Ibi ſunt.4.dubia. Primũ, quomodo habitus infuſi augeantur. fol.104.

Dub.2. Vtrum quilibet actus procedens a charitate ſit meritorius gratie et glorie et illam augeat. fol.105.

Dub.3. Vtrum charitas augeatur per quemlibet actum meritoriũ etiã valde remiſſum. fol.106.

Dub.4. Vtrum ad meritum et intenſionem habitus infuſi plus valeat vnus actus valde intenſus quam plures remiſsi: et an aliquando equiualeant. fol.110.

Queſtio.10. Quid ſit peccatũ originale: et in quo ſtat ratio formalis eius, fol.111.

Queſtio.11. Vtrũ Epiſcopus poſsit diſpẽſare in gradibus matrimonij Pape reſeruatis, quando eſt caſus occultus nec poteſt ad Papam haberi recurſus nec cõmode remediũ adhiberi. Et quid ſit cõſulendũ taliter impeditis. fol.121.

Queſtio.12. Que ſit pena inceſtuoſi, et quis poſsit cum illo diſpenſare. fol.126.

Queſtio. 13. Vtrũ ſtuprator virginis teneatur aliquid reſtituere vel ſatisfacere. fol.131.

Queſtio.14. Vtrum venditor ſolus ſciens aut credens abundantiã merciũ vel frumẽti et huiuſmodi ad locũ breui ſuperuenturã, propter quã preciũ earũ notabiliter minuetur, poſsit ſine mortali et obligatione reſtitutionis ſimiles ſuas alias merces ibidem vendere pro maiori precio currente. fol.134.

Queſtio.15. Vtrũ vere et fructuoſe poſsit quis de vno mortali pctõ actualiter cõteri et nõ de alijs etiã memorie occurrentibus. fol.139.

Queſtio.16. Vtrũ iure diuino ſit ſemp cõfeſsio mortaliũ premittẽda ſũptiõi euchariſtie. f.141.

Queſtio.17. Quomodo ſint qualificãde propoſitiones theologice, et quot ſunt qualitates earum. fol.146.

Queſtio.17. Vtrum clericus de redditibus ſuis Eccleſiaſticis teneatur in pauperes et in pios vſus erogare reſiduum, excepta ſua ſueq; familie decente ſubſtentatione. fol.167.

✠

¶ Queſtio.19. Vtrum prelatus Eccleſiaſticus iure diuino teneatur ad perſonalem reſidentiam in ſuo Epiſcopatu vel curatu, et vtrum non reſidens teneatur fructus reſtituere. fol.176.

¶ Queſtio.20. Vtrum liceat ex diſpēſatione pluta beneficia poſsidere. fol.184.

¶ Ibi habetur dubium quid agendum ſit cum eo qui iam multa beneficia male habet vel obtinuit, et vtrum reſtituere vel reſignare alterum eorum teneatur. fol.189.

¶ Queſtio.21. Vtrum annue penſiones beneficiorum et preſtimonia poſsint aſsignare laicis et alijs clericis, et an iſti pēſionarij propter hoc aliquid recitare teneantur. fol.189.

¶ Queſtio.22. Vtrum prelatus pro vſu ſui officij ſpiritualis licite poſsit aliquid accipere vel exigere ſubtrahendo ſpiritualia. fol.192.

¶ Queſtio.23. De ſenſualitate et motibus eius.

¶ Vbi ſunt ſedecim dubia. Quorum primum eſt, quid ſit ſenſualitas: et qui ſint actus et motus eius. fol.196.

¶ Dub.2. Quid eſt appetitus ſenſitiuus. fol.197.

¶ Dub.3. Vbi eſt et ſubiectatur appetitus iſte ſenſitiuus. fol.198.

¶ Dub.4. Vtrum in nobis experiri poſsimus hos actus vel motus appetitus ſenſitiui. fol.198.

¶ Dub.5. Que ſit cauſa horum actuum ſenſualitatis, et a quo et quomodo producuntur. fol. 198.

¶ Dub.6. Vtrum his actibus ſenſualitatis reſpondeant alij ſimiles in voluntate. fol 199.

¶ Dub.7. Vtrum predicti actus ab actibus ſenſualitatis in voluntate producti aut eis correſpondentes ſint liberi an naturales et neceſſarij. Fol. 200.

¶ Dub.8. Vtrum hos actus ſenſualitatis impedire poſsimus, et quomodo. fol.200.

¶ Dub.9. Vtrum omnes actus ſenſualitatis ſupradicti in.1.dubio ſint peccata mortalia an venialia: modo naturaliter modo libere producantur. fol.201.

¶ Dub.10. Vtrum conſenſus voluntatis interpretatiuus in ſenſualitatis actum vel motum ſiue delectationem ſuper materia ſub mortali prohibita ſit mortalis. ¶ Quod alijs verbis ſolet queri, vtrum iſti motus vel actus vel delectationes ſenſualitatis ſint mortalia antequam ratio aduertat, quando poſſunt facile euitari et homo ex negligentia illa non aduertens non euitauit ſed diutius immoratur in eis. fol.204.

¶ Dob.11. Vtrum conſenſus in delectationem obiecti mortaliter prohibiti tantum ſine conſenſu in ipſum opus vel actum exteriorem ſit peccatum mortale. fol.209.

¶ Dub.12. Vtrum motus ſenſualitatis ſint mortales in coniugatis et viduis. fol.211.

¶ Dub.13. Vtrum ſit mortale ſpōſis de futuro aut procis aut alijs deliberate delectari de comertio carnali futuro cum Bertha pro quādo erit ſua aut ſi eſſet ſua, et de talibus actibus cum illa ſi eſſet ſua delectari. fol.211.

¶ Dub.14. Vtrum motus ſenſualitatis poſsit effici mortalis ex voluntate precedente, puta ſi quis deſideret hos motus habere, et delectari, vel ſi illos procurat ſumendo electuaria et huiuſmodi vt illos habeat propter delectationem vel ſanitatem vel propter alium finem, ſi inquā ex hoc poſtea motus ille ſequatur ſit mortale peccatum. fol.212.

¶ Dub.15. Vtrum quoties motus iſti ſunt peccata, ſint peccata commiſsionis an omiſsionis. fol. 212.

¶ Dub.16. Vtrum motus ſenſualitatis ſint peccata quoties in voluntate eſt omiſsio ad illos reprimendum. fol.213.

¶ Queſtio.24. Vtrum Papa poſsit diſpenſare in voto ſolēni caſtitatis vel religionis. fol.213.

¶ Queſtio.25. Vtrum Papa poſsit diſpenſare in matrimonio tantum rato non conſummato. fol. 216.

¶ Queſtio.26. Quando quis teneatur ad eleemoſynam: et ad aliud adiutorium temporale et ſpirituale proximo impendendum. fol.220.

¶ Ibi eſt dubium de eleemoſyna ſpirituali vtrum pro liberando proximum a peccato mortali et damnatione eterna teneamur pati detrimentum rerum honoris et vite. fol.227.

¶ Queſtio.27. Vtrum ſine mortali poſsit quis alteri indignari et iraſci, denegādo illi etiam loquelam vel ſalutationem, propter aliquam offenſam. fol.229.

¶ Queſtio.28. Vtrum pro honore Dei, aut pro ſpirituali proximi ſalute, liceat velle et petere a Deo carere gratia aut gloria ad tempus, vel etiam in eternum. fol.235.

¶ Queſtio.29. Vtrum liceat mentiri aut cognoſcere non ſuam, pro vitāda alicuius morte corporali aut graui ſcandalo, aut pro liberanda rep. ab iniuſta oppreſsione ſiue tyrānide. fol. 236.

¶ Queſtio.30. Vtrum nouicij religionum preſertim ordinis noſtri fratrū minorū poſsint ſacramētaliter abſolui a peccatis etiā intra ordinē reſeruatis, et a cēſuris Eccleſiaſticis, abſq; licētia prelatorum eiuſdē ordinis, per illos ſacerdotes per quos poſſent abſolui ſi in ſeculo permanerent: an quoad hoc omnino teneantur ſicut profeſsi eiuſdem religionis, ita quod abſolutio aliter impenſa ſit nulla. fol.241.

¶ Queſtio.31. Vtrum adultera, vel teſtis aut homicida etiam occultus aut quilibet alius dānificator teneatur damnum in rebus fama vel vita proximi illatum, cum proprie fame et vite detrimento reparare. fol.246.

¶ Queſt.32. Vtrū omne turpe lucrū licite detur ꝓmittatur et recipiatur: et reſtituēdū ſit. f.253.

¶ Vbi ſunt duo dubia. Primū. Vtrū omnis actus contra legem ſit nullus. fol.260.

¶ Dub.2. Vtrū liceat Deo ſeruire, et ipſum amare propter premiū tēporale vel ſpirituale. f.263.

¶ Queſtio.34. Vtrum domini tẽporales teneantur ſuis famulis ſatisfacere vltra ſtipendiũ illis taxatũ ſi fuit diminutũ. Et ecõuerſo vtrum famuli poſsint pro ſibi debito occulte ſuffurari vt ita ſibi ſatisfaciant. fol.274.

¶ Queſtio.35. Vtrũ occultus criminoſus incurrat excommunicationem, ſuſpenſionem vel irregularitatem propter crimen eius occultum ipſo facto inflictam. fol.275.

¶ Queſtio.36. Vtrũ et quomodo lex penalis ipſo facto penam infligens obliget delinquentẽ ad ipſam penam. fol.281.

¶ Queſtio. 37. Vtrũ iudex licite poſsit aut etiã debeat iudicare ſecundum allegata et probata, condẽnando probatũ reum, quẽ ipſe alius priuatim certo nouit innocentem. fol.295.

¶ Queſtio.38. Vtrum pro defenſione vite liceat occidere quẽcunq; iniuſtũ inuaſorẽ. fol.315.

¶ Ibi ſunt tria dubia. Primũ, vtrũ pro vita ſeruanda liceat alicui priuato occidere machinantẽ aut inſidiantẽ in futurã mortẽ illius, per calũnias vel fraudes teſtiũ, vel per venena, vel per alios modos nõ violẽtos: ſicut licet et occidere violentum et iniuſtum inuaſorem. fol.322.

¶ Dub.2. Vtrũ fugiẽs in equo iniuſtũ inuaſorẽ poſſit licite protererere puerũ ſibi obuiũ vel in via iacẽtẽ et ſic ipſũ occidere, vidẽs ſe aliter euadere nõ poſſe. Et ſimiliter qui aliũ impellit in flumẽ vel precipitiũ, vt ipſe mortẽ euadat. fo.323.

¶ Dub.3. Vtrũ pregnans vel in partu periclitans, ad ſeruandũ vitã ſuã, in caſu quo eã aliter ſeruare non poſſet, licite poſsit ſumere medicinã vel aliquid facere idq; per aliũ procurare, vnde aborſus et mors fetus iã animati certiſsime ſequatur. Et vtrum ſimiliter Medicus vel obſtetrix id facere poſsit. fol.323.

¶ Queſtio.39. Quomodo teneantur iniuſte bellantes. Illi etiam ad quos aliqua bona ex bello inſulanorum peruenerunt. fol.324.

¶ Queſtio.40. Vtrũ Iudei et alij infideles colentes vnicum Deum adorent verum falſum vel fictum Deum. fol.328.

¶ Queſtio.41. Vtrũ ſicut filius Dei proprie fuit miſſus et venit in mundũ quãdo homo factus eſt: ita et ſpũſſanctus proprie et nõ ſolũ appropriate tẽporaliter mittatur, et veniat ad nos inuiſibiliter per gratiã, aut viſibiliter vt in ſpecie ignis et colũbe legitur veniſſe. Et quid aliud importet ſpũm ſanctũ dari nobis in ſe vltra dationẽ eius in dono grẽ vel charitatis. fol.329.

¶ Queſtio.42. In quo principalius conſiſtat formalis beatitudo patrie. fol.331.

¶ Queſtio.43. Quomodo excommunicatio iniuſta liget. fol.335.

¶ Vbi ſunt tria dubia. Primũ, quomodo intelligẽdũ et interpretandũ ſit quando per iudicẽ excõmunicatio per viã precepti vel ſtatuti in aliquẽ vel aliquos ſpecialiter et generaliter fertur in omnes qui res has vel illas retinẽt vel acceperũt etiã in recõpenſationẽ debiti: aut qui id vel talis criminis auctorẽ nouerũt, niſi ipſi iudici reuelẽt. l. dño reſtituãt, vel huiuſmodi. f.344.

¶ Dub.2. Quando ad preceptũ ſuperioris generale vel ſpeciale excomunicatione vel iuramẽto aggrauatũ ſubditi cogũtur vt qui nouit talis criminis aut facti, puta furti vel homicidij, auctorẽ occultũ reuelet vel teſtificetur ꝙ quiſq; ſcit vidit vel audiuit: Vtrũ qui id ſolus vel cũ alijs duobus aut tribus nouit et adhuc inter eos tantum ſecretum eſt, teneatur contra aliũ et contra ſe ipſum reuelare. fol.345.

¶ Dub.3. Vtrum ad preceptũ ſui iudicis teneatur quis confiteri delictum ſuum non plene probatum contra ſe ipſum. fol.349.

¶ Queſtio.44. Vtrum beata virgo Maria habuerit vnquã peccatũ actuale vel originale. fo.351.

¶ Queſtio.45. Vtrum in beata virgine fuerit vnquam fomes peccati. fol.381.

¶ Queſtio. 46. Vtrũ beata virgo habuerit iuſticiã originalẽ. Et ſimiliter Chriſtus dñs. fo.386.

¶ Queſt.47. Vtrũ ſtãte lege beata virgo deſcẽdiſſet ad limbũ ſi ante Chr̃m mortua fuiſſet. f.390.

¶ Queſtio.48. Vtrũ beata virgo in triduo mortis Chr̃i pmãſerit mater ipſius Chr̃i et Dei. f.392.

¶ Queſtio.49. Vtrũ beata virgo (ſi ei daretur optio) preeligeret perpetuã virginitatẽ ſine maternitate Dei, an eſſe mater Dei ſine virginitate. Similiter vtrũ preeligeret carere peccato originali vel ad momẽtum potius quam Dei maternitate vel contra. fol.393.

¶ Queſtio.50. Vtrum exiſtẽs in mortali peccato denuo peccet orando, predicando, iudicãdo, et actum ſanctum et bonum, vel officium ſuũ ſpirituale vel ſeculare exercendo. fol.399.

¶ Queſtio.51. Vtrũ oratio deprauetur per hoc ꝙ homo abſolute petit a Deo quod vult non ſe ſubmittens volũtati diuine. Et que volũtas diuina ſit illa cui nos ſubmittere et conformare tenemur, et quomodo. fol.406.

¶ Queſtio.52. Quomodo ſit loquendum et arguendum in terminis diuinis. fol.415.

¶ Queſtio.53. Vtrũ pro hoc ſtatu vbi intellectus eſt materie immerſus prius homo cognoſcat minus aut magis vniuerſalia vel ſingularia, vel prius cõfuſe quã diſtincte, videlicet vtrũ prius cognoſcat hanc rẽ puta Petrũ vel Bruneiũ quã quod ſit homo vel equus, et prius quod hec res ſit homo vel equus quam quod ſit animal, corpus, ens, an econuerſo. fol.429.

¶ Queſtio.54. Vtrũ ſit licitum ſtatutũ quo ſola ratione generis Hebreorũ Sarracenorũ Tributariorũ et huiuſmodi aliqui repellũtur ab officijs dignitatibus et muneribus Eccleſiaſticis vel ſecularibus vel cõfraternitatibus vel aliqua ſocietate. fol.432.

¶ Dub.1. Quis ſit preferẽdus in prelationibus et muneribus publicis et Eccleſiaſticis: is ne qui trahit originẽ ab Hebreis et infidelibus: an qui ab antiquis Chriſtianis progenitus eſt. Similiter qui ſemper fuit bonus an ſit preferendus ei qui aliquãdo fuit malus, ceteris paribus exiſtẽtibus vtrobiq;. fol.446.

¶Queſtio.55. De futuris contingentibus, in quo duodecim dubia ſunt. Primū eſt quid et quo tuplex eſt poſsibile et futurū cōtingēs. f. 447.

¶Dub. 2. Quid et que ſit propoſitio determinate vera et falſa. fol. 447.

¶Dub. 3. Vtrum aliqua propoſitio poſsit incipere eſſe vera vel falſa. Et mutari de veritate in falſitatem, et econuerſo. fol. 448.

¶Dub. 4. Suppoſito quod non omnia de neceſsitate eueniunt, ſed multa contingenter, ita ꝙ poterant non fieri vel non euenire, et multa fiunt que poſſunt non fieri, iā dubitatur verū ad ſaluandū hāc contingentiam in rebus et libertatem in operationibus humanis neceſſariū ſit ponere libertatē in prima cauſa, videlicet in Deo, an ſufficiat in cauſa ſecūda. f. 451.

¶Dub. 5. Vtrum Deus habeat ſcientiam aut preſcientiā certā determinatā euidenrē et infallibilē omniū etiā futurorū contingentiū. f. 454.

¶Dub. 6. Vtrum Deus poſsit aliquid de nouo cognoſcere quod prius non nouit. fol. 456.

¶Dub. 7. Vtrum Deus poſsit ſcire plura aut pauciora quam ſcit. fol. 459.

¶Dub. 8. Suppoſito quod Deus certo euidēter et infallibiliter ſcit omnia preterita preſentia et futura, queritur per quid et quomodo determinatur diuinus intellectus ad ſic ab eterno ſciendum ea et precipue futura contingentia. fol. 460.

¶Dub. 6. Vtrum ſit potentia et libertas noſtre voluntatis ad oppoſita pro codē inſtāti. fol. 464.

¶Dub. 10. Vtrum cum voluntate Dei efficaci et ſtante eius concurſu immediato et ſufficiente, de quo ſupra dubio quarto et octauo dictum eſt, ſtet ſimul libertas noſtre voluntatis et contingentia in rebus. fol. 467.

¶Dub. 11. Vtrum cum ſcientia vel preſciētia Dei clara determinata et infallibili ſtet ſimul contingentia in rebus et libertas noſtre voluntatis. fol. 471.

¶Ibi etiam eſt dubium quomodo propoſitio de preterito pendet ex altera de futuro contingente. fol. 473.

¶Dubitatur etiā ibidē. Vtrum abſolute dicendū ſit ꝙ predeſtinatus neceſſario ſaluabitur: et ꝙ pōt condēnari, et ecōuerſo de preſcito. f. 478.

¶Dub. 12. Vtrū ad preteritū ſit potētia. fol. 478.

¶Queſtio. 56. Vtrum predeſtinationis et reprobationis hominum ſit aliqua ratio vel cauſa ex parte ipſorum preter diuinā voluntatē. fo. 481.

¶Queſtio. 57. De bello infidelium et inſulanorum vtrum ſit iuſtum, et quomodo ſit diuulgandum Euangelium inter eos. fol. 490.

¶In hoc ſunt ſex dubia. Primum, vtrum Chriſtus vt homo nobiſcum viuens habuerit dominiū totius mundi, et poteſtatem tēporalem ſuper omnes homines etiā reges et regna. fol. 490.

¶Dub. 2. Vtrum Imperator habeat dominiū poteſtatem et iuriſditionem temporalem totius mundi in omnes homines et ſuper omnia tēporalia mundi. fol. 491.

¶Dub. 3. Vtrum Papa habeat dominium temporale et poteſtatem ſuper omnes homines et res omnes et regna mūdi et maxime fideliū. f. 491.

¶Dub. 4. Vtrum Papa habeat poteſtatē ſuper infideles non idolatras et ſuper bona eorum ratione infidelitatis qua nolūt recognoſcere Chriſtū neq; baptizari et eſſe Chriſtiani. fol. 497.

¶Dub. 5. Vtrum Papa habeat poteſtatem ſuper infideles idolatras et ſuper bona eorum: et propter hoc poſsit eos punire et debellare et vi et armis cogere vt ſuam relinquant idolatriam. fol. 498.

¶Dub. 6. Quis modus habendus ſit in caſu quo licitū eſt infideles et idolatras debellare ad predictum finem tollendi idolatriam et diuulgādi euangelium et plantandi fidem Chriſti. fol. 505.

Summarium queſtionum ſecundi libri qui eſt de Ignorantia, et continet triginta queſtiones que ſequuntur.

QVÆSTIO. I. Quid et quotuplex eſt ignorantia. fol. 1.

¶Queſtio. 2. Quid ſit facere ꝙ in ſe eſt ad ſciendum, quid ue requiratur ad vincendū ignorantiā culpabilē de aliquo vt tam quis dicatur id inuincibiliter ignorare. fol. 6.

¶Queſtio. 3. Vtrum faciat quod in ſe eſt ad ſciēdum quantum eſt ex parte diligentie humane, et ſit tutus in conſcientia, is qui ſequitur opinionem aliquorum doctorum qui ſibi magis placent, ſi contingit quod illos ſequendo errat cum eis. fol. 11.

¶Queſtio. 4. In quibus poteſt cadere ignorātia inuincibilis. fol. 22.

¶Ibi eſt difficultas vtrum de fide Chriſti poſsit dari ignorantia inuincibilis. fol. 24.

¶Item vtrum facientem quod in ſe eſt Deus illū ſtret, et det illi gratiam infallibiliter et ſtatim. fol. 26.

¶Queſtio. 5. Vtrum noticia ſupernaturalis vel fides Dei et Chriſti fuerit ſemper et nūc ſimpliciter neceſſaria ad iuſtificationem finalem q; ſalutem. fol. 34.

¶Queſtio. 6. Vtrum ignorantia ſit peccatum: et quomodo. fol. 43.

¶Queſtio. 7. Vtrum ignorantia ſit cauſa peccati: et quomodo. fol. 47.

¶ Queſtio.8. Quid ſit ex ignorantia et ignoranter: quid ex paſsione vel infirmitate: quid ex malicia vel ex habitu peccare. Et quomodo paſsio preualeat contra rationem. fol.49.

¶ Queſtio.9. Quid et quotuplex eſt prudentia vel dictamen prudentiale. fol.55.

¶ Queſtio.10. Vtrum proprius actus prudentie proprie et ſtricte ſumpte ſit recte precipere circa agibilia. fol.59.

¶ Queſtio.11. Vtrum libertas prius in intellectu ſit quam in voluntate. fol.63.

¶ Queſtio.12. Vtrum ſtante recto iudicio prudẽtiali de aliquo agendo vel omittẽdo ſtet ſimul mala voluntas in oppoſitum difformia illi iudicio: an neceſſario ſe illi conformet. fol.66.

¶ Queſtio.13. Vtrum in omni peccato ſit aliqua ignorantia defectusq; rationis, ita quod omne peccatum ex aliqua ignorantia vel potius inconſideratione aliquo modo procedat. fol.74.

¶ Queſtio.14. Vtrum omne peccatum Chriſtiani.i. hominis baptizati non heretici ſit ex defectu fidei. Et vtrum exiſtens in mortali poſsit vere dicere Credo in Deum. fol.77.

¶ Queſtio.15. Quomodo malicia exeecat intellectum, et maxime circa principia prudẽtialia. Et quomodo qualis vnuſquiſq; eſt talis ei finis videtur. Et vtrum ſtet diſſentire primis principijs practicis et ſpeculatiuis euidentibus, et propoſitionibus per ſe notis; et aſſentire oppoſitis. Item quomodo omnis malus eſt ignorans. fol.78.

¶ Queſtio.16. Vtrum et quare omnis ignorantia excuſet a culpa actum ſuum. fol.82.

¶ Queſtio.17. Vtrum omnis ignorantia inuincibilis precedens iuris vel facti vel circunſtantie ex nulla culpa proueniens excuſet ſimpliciter a culpa. fol.88.

¶ Queſtio.18. Vtrum ignorãtia inuincibilis precedens ex culpa propria proueniens, qualis eſt ignorantia culpabiliter ebriorum excuſet omnino a culpa. fol.91.

¶ Queſtio.19. Vtrum ignorantia inuincibilis cõcomitãs iuris vel facti excuſet a culpa. fol.100.

¶ Queſtio.20. Vtrum ignorantia vincibilis affectata ſimpliciter excuſet a culpa. fol.104.

¶ Queſtio.21. Vtrum ignorantia vincibilis craſſa et ſupina iuris vel facti alleuiet vel aggrauet culpam. fol.105.

¶ Queſtio.22. Vtrum ignorantia probabilis iuris vel facti omnino excuſet a culpa. fol.106.

¶ Queſtio.23. Vtrum ignorãtia inuincibilis excuſet actum a malicia morali: ita etiã quod actus ille neq; ſit neq; dici debeat peccatum aut malum ſed potius moraliter bonus. fol.109.

¶ Queſtio.24. Vtrum ignorãtia mutet ſpeciem peccati vel actus, videlicet vtrum peccatum illud ſit eiuſdem ſpeciei moralis cuius eſſet ſi fieret ſcienter. fol.117.

¶ Ibi eſt dubium vtrum ignorantia de ſe venialis excuſet actum a malicia mortali. Et vtrum ignorãtia mortalis leuioris ordinis excuſet peccatum a malicia mortali grauioris ordinis. Et ſecundo econuerſo vtrum mortale peccatum venialiter ignoratum faciat illam ignorantiam eſſe mortalem: et vtrum mortale grauioris ordinis aggrauet ignorantiam mortalem leuiorẽ trahendo illam ad grauiorem ordinẽ. fol.121.

¶ Queſtio.25. Vtrum inuincibilis ignorantia tãtum pene non culpe excuſet a culpa. fol.122.

¶ Queſtio.26. Vtrum ignorantia tantum facti excuſet a pena legis humane. fol.123.

¶ Hic ſunt duo dubia. Primum. Vtrum qui ex ſua culpa deuenit in ignorãtiam inuincibilem, puta in ebrietatem furiam et ſomnũ: et ita ebrius furioſus vel ſomnians hominem occidit, in foro conſciẽtie incurrat irregularitatem propter homicidium a iure inflictam, (nam de excommunicatione et alijs penis a iure ſtatutis iam dictum eſt quod in foro conſcientie illas nõ incurrit.) Et ſimiliter vtrum a iudice propter id iuſte puniatur. fol.126.

¶ Dub.2. Verũ vbi cauſa ſequẽtis homicidij ignorati, puta vbi opus illicitum cui quis operam dabat, aut negligentia aut in cautela fuit ſolum venialiter culpabilis, inde incurratur excõmunicatio et irregularitas que pro delicto homicidij inde ſequentis a iure infligitur. fol.127.

¶ Queſtio.27. Vtrum ſcienter cõmittens peccatum vel actum alias lege naturali vel diuina dãnatum, incurrat penam legis humane id etiam prohibentis, ſi ipſam legem humanam inculpabiliter vel probabiliter ignorat. fol.128.

¶ Queſtio.28. Vtrum ignorantia vincibilis iuris vel facti excuſet a pena iuris humani ſi non ex dolo nec ex lata culpa commiſſum eſt contra illud. fol.135.

¶ Queſtio.29. Vtrum peccatum ex malicia ſit grauius. Deinde ex paſsione: deinde ex ignorantia. Et quod eorum ſit magis periculoſum. fol.137.

¶ Queſtio.30. Vtrum liceat deliberare complacere in actibus malis, ſed per ignorantiam vel impotentiam a culpa excuſatis: modo illi actus preteriti modo adhuc futuri ſint. fol.143.

Summarium queſtionum tertij libri qui eſt de Conſcientia: et continet.14. queſtiones que ſequuntur.

(.:.)

QVÆSTIO.I. Quid ſit ſynderesis et conſcientia:et vbi ſubiectentur. fol.146.
℄ Queſtio.2. Quid ſit fides et opinio,ſcrupulus,et dubium. fol. fol.154.
℄ Queſtio.3.Qui et quot ſunt effectus et denominationes ſcrupuli et conſcientie. fol.157.
℄ Queſtio.4.Quomodo liget vel obliget conſcientia recta et erronea.Et vtrum liceat agere contra illam. fol.158.
¶ Hic ſunt ſex dubia. Primum, vtrum qui cõtra rectam obligatorie dictantẽ agit id quod alias malum eſt peccet duplici malicia. fol.162.
¶ Dub.2. Vtrum plus peccet homo conformãdo ſe conſcientie erronee an ſe illi difformando. fol. 163.
¶ Dub.3.Que differentia ſit inter conſcientiam ligare et obligare. fol.163.
¶ Dub.4. Penes quid attenditur grauitas omiſsionis contra conſcientiam. fo.167.
¶ Dub.5.Cuius ſpeciei ſit peccatum contra conſcientiam. fol.167.
¶ Dub.6. Vtrum detur perplexitas inter duo mala culpe et pene. fol.167.
℄ Queſtio.5. Vtrum et quomodo peccet is qui agit id de quo dubitat an ſit peccatum, non compulſus lege aut precepto ſuperioris ad id agendum. fol.168.
¶ Hic ſunt tria dubia. Primũ,vtrum dubitans ſpeculatiue quod aliquid ſit mortale in ſe teneatur etiã dubitare practice eſſe ſibi mortale. fol.169.
¶ Dub.2. Inter duo mala culpe vtrum eorum ſit eligendum. fol.171.
¶ Dub.3. Vtrum et quomodo fides admittat ſecũ aliquam dubitationem non trahentem in oppoſitum credibilis. fol.174.175.
℄ Queſtio.6. Vtrum Eccleſie ſiue prelato teneamur obedire quãdo certum eſt eſſe licitũ id ꝙ precipitur:dubium vero an id ille nobis poſſit precipere. fol.176.
℄ Queſtio.7. Vtrum peccet mortaliter is qui ad preceptum Eccleſie vel ſuperioris agit quod ſcit vel valde dubitat eſſe mortale,ſi certus eſt quod id non agendo aut non obediendo nõ peccabit. fol.180.
℄ Queſtio.8. Vtrum quis teneatur obedire ſuperiori precipienti quãdo dubitat de vtraq; parte contradictionis,videlicet ſi dubitat ſe peccare obediendo et non obediendo. fol.180.
¶ Ibi agitantur diuerſi caſus. Primo de dubitante matrimonium ſuum eſſe verũ cũ Bertha quia audiuit eſſe ſeruã, ſecundum ca.propoſuit.de coniugi.ſeruo. ¶ Secundus caſus eſt in ca.dñs. de ſecun.nupti. de dubitãte de vita prioris cõiugis qui tamen in tali dubio alteri nupſit.
¶ Tertius caſus eſt in ca.Inquiſitioni.de ſen.ex com.de dubitante eſſe validum matrimoniũ ſuum propter quamcunq; cauſam. ¶ Quartus caſus eſt de dubitãte iuſtam eſſe cauſam belli. ſecundum ca.quid culpatur. fol.183.184.186.
℄ Queſtio.9. Vtrum qui inter probabilia dubia opinionesve doctorum verſatur, ad preceptũ vel conſilium ſuperioris vel legis,contra ſuam ipſius opinionem licite agat quod opinatur eſſe malum in ſe. fol.188.
℄ Queſtio.10. Vtrum aliquando liceat agere cõtra cõſcientiã ex precepto ſuperioris aut legis. Et vtrum ſit id diſpenſabile per hominem,aut etiam per ipſum Deum. fol.191.
℄ Queſtio.11. Vtrum ſynderesis & conſcientia poſsit extingui,deprauari, aut impediri. Et quomodo. fol.194.
℄ Queſtio.12. Vtrum et quomodo conſcientia, dubium,et ſcrupulus poſsint deponi. fo.200.
℄ Queſtio.13.Quibus modis generalibus rationabiliter deponitur conſcientia, et inquietudo etiã culpabilis et erronea conſcientie, et dubium et ſcrupulus. fo.202.
℄ Queſtio.14.Quibus modis ſpecialibus rationabiliter deponuntur ſpeciales aliqui ſcrupuli et inquietudines et dubia cõſciẽtie. fo.208.
¶ Ibi etiã agitur cõtra ſcrupulos ſi homo eſt preſcitus vel predeſtinatus. fo.212.

Summarium queſtionum quarti libri qui eſt de Poteſtate Pape & de Fide:& continet.14.queſtiones que ſequuntur.

QVÆSTIO. I. Que ſunt fundamenta vel arma fidei que fidelis habere debet contra omnes hereſes et errores. fo.215.
℄ Queſtio.2. Vtrũ concilium generale diffiniendo circa fidem et mores errare poſsit. fo.258.
℄ Queſtio.3. Vtrum Papa diffiniendo de fide et moribus errare poſsit. fo.260.
¶ Hic ſunt tria dubia.1.Si Papa nõ faciens quod in ſe eſt errare poteſt non tamen perſeueraret: quid in illo tempore paruo intermedio dum eius error aperitur faciendum eſt a fidelibus:obedient ne ſequendo illum errorem an non? fo.270.
¶ Dub.2. Vtrum cuicunq; diffinitioni Papali de fide et moribus ſtandum ſit ſub crimine et pena hereſis. fo.270.
¶ Dub.3. Vtrum ad hoc quod ſub crimine et pena hereſis diffinitio Pape teneatur requiritur quod expreſſe ibi aſſertiue dicatur quod id vt de fide diffinitur vel ſub crimine hereſis teneatur, et huiuſmodi. fo.272.273.
℄ Queſtio.4. Vtrum concilium generale ſit ſupra Papam vel econuerſo. fo.274.

eius ſed alias criminoſus ſcandaloſus et perniciofus eccleſie, ſymoniacus venditor beneficiorum et per legum diſpenſationes iniquas devaſtans Eccleſiam, poſsit in concilio deponi atque puniri. fo.296.

¶ Queſtio. 6. Vtrum Papa non hereticus ſed alias criminoſus incorrigibilis pernicioſus Eccleſie poſsit propter hoc in concilio accuſari: et tunc concilium eo etiã inuito an cõgregari poſsit. fo.305.

¶ Queſtio. 7. Vtrum concilium poſsit limitare poteſtatem Pape, eius leges et ſtatuta tollendo vel impediendo aut non obediendo, et faciendo quod a ceteris Chriſtianis non obediatur eiſdem. fo.307.

¶ Queſtio. 8. Vtrum concilium poſsit limitare poteſtatem Pape ſtatuendo quod ille non poſſit declarare diſpenſare aut tollere vel derogare leges aliquas poſitiuas & conciliorum. fol. 308.

¶ Queſtio. 9. Vtrũ conciliũ poſsit poteſtatẽ Pape limitare declarando quod in tali vel tali lege vel caſu non eſt licita diſpenſatio: et ſtatuẽdo quod nunquam fiat etiã per ipſum Papam et quod irrita ſit ipſo facto. fo.311.

¶ Queſtio. 10. Si poteſtas Pape impediri aut limitari non poteſt: quod ergo remedium habebit Eccleſia contra Papam pernicioſum et quomodo cum illo ſe habebit ne omnino deſtruatur ſed eius abuſionibus tantum obuietur. fo.313.

¶ Queſtio. 11. Vtrum Papa hereticus in concilio accuſari et deponi poſsit. fo.315.

¶ Queſtio. 12. Vtrum in canonizatione ſanctorum Eccleſia vel Papa errare poſsit. Item vtrũ aliquis ſanctus canonizatus ſit vel eſſe poſsit in inferno. fo.317.

¶ Queſtio. 13. Vtrum Eccleſia habeat poteſtatem ſuper actus anime pure interiores, precipiendo, prohibendo, & puniendo. fo.319.

¶ Queſtio. 14. Vtrum Apoſtoli poteſtatem iuriſdictionis equalem habuerunt a Chriſto immediate an a Beato Petro. Et ſimiliter vtrum epiſcopi nunc habeant immediate a Chriſto an a Papa ſuam poteſtatem iuriſdictionis epiſcopalem. fo.327.

Summarium queſtionum quinti libri qui eſt de Indulgentijs. Et continet. 44. queſtiones que ſequuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVÆSTIO. I. Vtrum aliqua ſatiſfactio pro peccatis iam quo ad culpam dimiſſis ſit neceſſaria hic vel in alia vita ante ingreſſum glorie. fol.334.

¶ Queſtio. 2. Vtrum de fide credendum ſit. Eſſe purgatoriũ poſt hanc vitam. fol.334.

¶ Queſtio. 3. Indulgentia Eccleſiaſtica quid ſit. fol. 336.

¶ Queſtio. 4. Vtrum ſit neceſſarius Eccleſie theſaurus aliquis ſpiritualis de quo fiant indulgẽtie. fol.344.

¶ Queſtio. 5. Vtrum prefatus theſaurus ſpiritualis eccleſie de quo fiunt indulgentie conſtet ex ſuperabundantibus meritis Chriſti et ſatiſfactionibus Chriſti et ſanctorum. fol.346.

¶ Queſtio. 6. Vtrum in Eccleſia ſit a Chriſto cõceſſa poteſtas remittendi peccata quoad culpã et penam. fol.359.

¶ Queſtio. 7. Vtrum in Eccleſia ſit et fuerit ſemper in lege gratie poteſtas a Chriſto collata ad remittendum penas peccatorum: et diſpenſandum ipſius Eccleſie theſaurum per indulgentias, tam in ſacramento quam extra ſacramentum. fol.360.

¶ Queſtio. 8. Vtrum indulgentie vt tales remittant culpam an penam tantum temporalem. fol. 365.

¶ Queſtio. 9. Vtrum indulgentie remittant prefatas penas peccatorum modo ſint iniuncte per ſacerdotem in confeſsione modo non. fol. 367.

¶ Queſtio. 10. Vtrum indulgentie remittant prefatas penas tam in foro Dei quam etiam in foro Eccleſie. fol.374.

¶ Queſtio. 11. Vtrum ſit aliqua differentia inter indulgentiam plenariam, pleniorem, et pleniſſimam et Iubileũ. Et quid importetur per hec nomina, et per illa alia ſcilicet, carena, ſeptena et quadragena. fol.378.

ARTICVLVS SECVNDVS.

QVeſtio. 12. Qui ſunt qui poſſunt concedere indulgentias. fol.381.

Queſtio. 13. Quibus viuentibus poſſunt cõcedi indulgentie: et qui viuẽtes poſſunt eas lucrari et a quibus. fol.389.

¶ Queſtio. 14. Quam quantitatem indulgentiarum poſſunt prelati et Archiepiſcopi in ſuis et aliorum dioceſibus ſeorſum aut ſimul concedere ſuis et aliorum ſubditis. fol.394.

¶ Queſtio. 15. Quid ſit indulgentia per modum ſuffragij. fol.396.

¶ Queſtio. 16. Vtrum Eccleſia poſsit concedere indulgentias animabus purgatorij per modũ ſuffragij. fol.403.

¶ Queſtio. 17. Vtrum ſi indulgentia plenaria cõ

cedatur vni anime purgatorij, talis anima omnino et infallibiliter a purgatorio liberetur. fol. 411.

¶ Queſtio.18. Vtrum Papa per has indulgentias totum purgatorium euacuare poſsit. fol. 416.

¶ Queſtio.19. Vtrum Epiſcopi poſsint etiam de functis concedere indulgentias per modum ſuffragij in ea quantitate qua viuis concedere poſſunt. fol. 417.

ARTICVLVS TERTIVS.

QVeſtio.20. Vtrum requiratur cauſa pia vt valeat indulgentia quantum ſonat: et tanta cauſa pia proportionata ad tantam quantitatem indulgentie. fol. 419.

¶ Queſtio.21. Quid ſit cauſa pia pro qua debet concedi indulgentia. fol. 436.

¶ Queſtio.22. Vtrum eo ipſo quod in bulla explicatur aliquid pro cauſa pia talis indulgentie ſit cenſenda rationabilis et proportionata cauſa ipſius indulgentie coram Deo et Eccleſia. fol. 440.

¶ Queſtio.23. Que requirantur et ſufficiant ex parte lucrantis indulgentiam ad eam lucrandum. fol. 442.

¶ Queſtio.24. Pro quo tempore teneatur eſſe in gratia is qui vult lucrari indulgentiam. An ſcilicet pro eo tempore quo facit opus pium ad eam lucrandum, an pro tempore quo debet eam lucrari vel fructum eius. fol. 446.

¶ Queſtio.25. Vtrum requiratur quod tale opus pium pro quo conceditur indulgentia fiat in ſtatu gratie, aut quod ſit meritorium, aut moraliter bonum: an aliquando ſufficiat quod ſit actus bonus ex genere vel obiecto licet ſit moraliter malus ex circumſtantia. Item quo fine vel intentione fieri debeat. fol. 449.

¶ Queſtio.26. Vtrũ et quomodo vnus pro alio lucrari poſsit indulgentiam. fol. 451.

¶ Queſtio.27. Vtrum ad lucrandum indulgentiam conceſſam vere penitentibus et cõfeſsis de omnibus peccatis de quibus corde contriti et ore confeſsi fuerint, ſufficiat cõfeſsio quadrageſimalis tantum, et etiã generalis de oblitis et ignoratis. Et quomodo intelligantur alie ſimiles forme, et quomodo debeãt impleri ad lucrandum talem indulgentiam. fol. 455.

¶ Queſtio.28. Vtrum quando forma indulgentie eſt de peccatis ore confeſsis, requiratur cõfeſsio aut contritio aliqua de venialibus peccatis vt ad ea extendatur predicta indulgentia. fol. 458.

¶ Queſtio.29. Quando indulgentia conceditur facientibus tale quid determinatum vel indeterminatum, puta porrigentibus manus adiutrices, aut eleemoſynã, aut tot argenteos, pro bulla, pro fabrica, aut laborantibus in opere fabrice, aut viſitantibus talem locũ ſacrum aut orantibus tot Pater noſter coram tali imagine, aut ieiunantibus tali die, aut confitentibus et recipientibus ſacramentum Eucharistie, et huiuſmodi, vtrum eam equaliter lucretur qui cunq; id determinatum opus faciens. Et ſimiliter ſi eſt indeterminatum vtrum equaliter et omnino eam lucretur is qui parum ſicut qui multum de tali opere pio facit. Similiter quis magis et qui minus deuote id facit. fol. 459.

¶ Queſtio.30. Vtrum ex parte lucrantis indulgẽtiam vltra ſtatum gratie et impletionem operis pij impoſiti requiratur aliquid aliud, puta fides deuotio aut alia dignitas vel diſpoſitio ad lucrandum indulgentiam. fol. 460.

¶ Queſtio.31. Vtrum clerici et religioſi Eccleſie pro cuius viſitatione conceduntur indulgentie poſsint eas lucrari ſicut alij licet ibi cõmorentur. Similiter quomodo ipſe prelatus concedens indulgentiam poſsit eam lucrari, et ſi non faciat ſicut alij id quod ipſe ad eam lucrã dum impoſuit. fol. 463.

¶ Queſtio.32. Dubitatur quales anni dies et remiſsiones peccatorum huius vite vel purgatorij reſpondeant annis diebus et remiſsionibus conceſsis per indulgentias. fol. 463.

ARTICVLVS QVARTVS.

QVeſtio.33. Vtrũ poſsit quis toties quoties aut tantũ ſemel lucrari indulgentiam cõ ceſſam indeterminate vel in perpetuum, aut etiam toties quoties. fol. 466.

¶ Queſtio. 34. Vtrum quando quis ſepius lucratur indulgentiam ſic conceſſam toties quoties tantundem Arithmetice an Geometrice lucretur vna vice ſicut altera. fol. 467.

¶ Queſtio.35. Vtrum per multiplicatas conceſſiones vel bullas indulgentiarum etiam quis eas omnes lucretur multiplicatas per vnum et eundem actum pium ab illis omnibus aſsignatum: aut ſi toties lucrabitur indulgentiam plenariam quot bullas habet. fol. 468.

¶ Queſtio. 36. Quantum durat indulgentia. Et quomodo et quando incipit et deſinat valere. Quomodo etiam poteſt ſuſpendi et reuocari. fol. 470.

¶ Queſtio.37. Vtrum indulgentia et ſimiliter licentia aut conceſsio data alicui ad abſoluẽdum a peccatis caſibus et cenſuris extẽdatur et valeat quoad peccata et caſus et cenſuras, cõtracta et commiſſa et etiam cõmittenda et contrahenda poſt conceſsionem illius indulgentie vel facultatis, etiam ſi cum confidentia eius cõ mittantur, an ſolum quoad commiſſa et cõtracta ante illam conceſsionem. fol. 472.

¶ Queſtio.38. Qualis forma verborum ſit in cõ ceſsione indulgentie. fol. 474.

¶ Queſtio.39. Quomodo agendum ſit cum exiſtente in articulo mortis quoad concedẽdum illi indulgentias, et quoad omnia alia ad eius anime ſalutem pertinentia. fo. 474.

¶ Queſtio. 40. Vtrum dare operam indulgentijs acquirendis ſit bonum et meritorium et conſonum viris perfectis. Et vtrum indulgengentie ſint vtiliores alijs ſuffragijs Eccleſie. fol. 482.

¶ Queſtio. 41. Vtrum et quomodo peccent predicantes indulgentias indiſcretas et abſoluentes a culpa et pena. Item queſtores predicantes indulgentias quomodo id facere debeant. fol. 484.

ARTICVLVS QVINTVS.

QVeſtio. 42. Vtrum quis poſsit recipi ad cōmunicationē bonorū alicuius perſone vel cōmunitatis vel congregationis, et quomodo, et per quem: et ad quid valet, et in quo differat ab indulgentia. fol. 486.

¶ Queſtio. 43. Quomodo intelligantur multa dubia que in bullis Cruciatarum et indulgentiarum continentur. fol. 492.

¶ Queſtio. 44. Vtrum illi qui ſecundum bullā Compoſitionis compoſiti ſunt ſuper incertis que ex furto vel alias illicite acquiſierunt et ſunt obnoxia reſtitutioni, ſi ignorātur eorum domini vel creditores quibus erant reſtituenda, maneant in conſcientia tuti et liberi a reſtitutione reſidui vel expenſione in pauperes vel in cauſas pias vti ante compoſitionem tenebātur. fol. 493.

Explicit tabula queſtionum.

Tabula alphabetica ſententiarum omnium quinq; librorum.

A

ABSOLVTIO ſacramentalis non eſt cōferenda ſcienter impenitētibus aut nolentibus recedere a peccato mortali. lib. 1. fo. 13.14.

Abſolutio ſacramentalis infoi mis vel non fructuoſa an ſit vere ſacramentalis et impletiua precepti.lib.1.fo.14.15.17.18.19.

Abſolutio ſacramentalis an remittat culpam et penam eternam,et conferat primam gratiam iuſtificātem.lib.1.fo.7.

Abſolutio ſacramentalis an probabiliter tantum contritis conferat primam gratiam iuſtificantem.lib.1.fo.23.24.

Abſolutio tantum penarum tēporalium fit per indulgentias.lib.5.fo.358.

Abſoluere eſt eius cuius eſt ligare,et quomodo. lib.5.fo.343.376.377.

Abſoluere et ligare iudicialiter ſeipſum homo non poteſt:neq; ad id alteri potestatem dare. lib.5.fo.393.

Abſoluere poteſt Eccleſia ab eo ad q̄ ligare non poteſt apud Deū.li. 4.fo.319.lib.5.fo.376.377.

Abſolutio duplex per viam licentie et per viam iuſtitie et remiſsionis.lib.5.fo.377.

Abſoluere vtroq; modo quomodo poteſt Eccleſia ab obligatione queſita Deo.lib.5. fo. 374. 376 377.

Abſolutio ſacramentalis an ſit conferenda nō potenti etiam per ſigna cōfiteri in articulo mortis.lib.5.fo.476.vſq,.481.

Abſolui an quis poſsit de cōmiſsis poſt cōceſsionem , et cum confidentia eius aut bulle.lib.5. fo.472.473.

Abſolutionis forma.lib.5.fo 474.

Abſoluere a caſibus Pape reſeruatis etiā ab hereſi ſi ſint occulti an poſsit epiſcopus.lib.1.fo.125.

Abſolutio in articulo mortis qualis et quomodo.lib.5.fo.476.vſq;.481.

Abſoluentes a culpa et pena taxantur. Et dicentes quod per bullas Cruciate reſtituitur homo ad innocentiam baptiſmalem. lib.5.fo 485.

Abſolui per bullam ab horis non recitatis quid ſit.lib.5.fo.492.

Abſolui per bullam ab omnibus preterquam ab homicidio voluntario quid ſit.lib.5.fo.493.

Abſolui ab omnibus cenſuris quid ſit. libro.5. fo.493.

Abſolui ab excōmunicatione prius tamen ſatiſfacta parte quid ſit.lib.5.fo.493.

Abſolui ab irregularitate mentali quid ſit.lib.5. fo.492.

¶ De his et infra,Confeſsio,Sacramētum,et Penitentia,vide.

¶ Actus ex genere et circunſtantia bonus et malus et indifferens.lib.2.fo.109 lib.5.fo.449.

Actus poteſt permutari de bono in malū,et econuerſo.lib.2.fo.109.

Actus poteſt permutari de ſpecie in ſpeciem,et quomodo.lib.2.fo.110.

Actus formaliter et equiualenter vnicus elicitus non poteſt eſſe bonus vel meritorius ſimul et malus.libro.1.fo 393.403.libro.2.fo.112.libr.5. fo.354.

Actus vnde ſummat ſpeciē.lib.2.fo.109.110.117.

Ad actum bonum et malum quanta deliberatio requiritur et ſufficit.lib.1.fo.201.

Actus bonus an poſsit eſſe ſimul cum alio actu malo.lib.1.fo.403.

Actus alias bonus an vitietur ex hoc quod fit in peccato mortali.lib.1.fo.399.403.

Actus quomodo vitietur ex alio actu vel circunſtantia aſsiſtente vel concomitante,quomodo non.lib.1.fo.403.

Actus idem poteſt eſſe medij et finis.lib.1.fo.80.

Actus duarum potentiarum eſt ſimpliciter illius potentie a qua elicitur et a qua eſt quoad ſubſtantiam ipſius actus.lib.2.fo.60.

Actus interioris bonitas et malicia quomodo deriuatur in exteriorem.lib.2.fo.99.

Actus intrinſece bonus et malus an dari poſsit. lib.3.fo.192.

Actus malus quomodo aggrauatur ex euētu vel ſequella.lib.2.fo.94.98.

Actus interioris bonitas quomodo augetur per exteriorem.lib.2.fo.99.

Actus liber immediate et mediate. libr.2.fo.72. 73.112.

Actu debito volens an cenſeatur id actu elicito velle.lib.1.fo.122.

Actus indifferens quomodo detur. lib.2.fo.109.

Actus bonus an vitietur ex hoc quod fit amore alicuius premij vel timore.lib.1.fo.257.263.

Actus factus contra legem an validus ſit.lib.1. fo. 260.lib.5.fo.395.

Actus liber non deliberatus nec plene liber quis ſit.lib.1.fo.200.202.lib.2.fo.61.62 95.

Actus voluntatis quidam liberi quidam naturales.lib.1 fo.199.200.

Actus liber in ſe et in ſua cauſa.lib.2.fo.95.

Actus vnus valde intenſus preſtat multis remiſsis. lib.1.fo.110.

Actus quilibet a charitate procedens eſt meritorius gratie et glorie.lib.1.fo.105.

Actus quilibet meritorius an ſemper augeat gratiam

tiam et charitatem : et quando : et quomodo. lib.1.fo.105.106.
Actus intellectus an preſtet actui voluntatis. lib. 1.fo.133.
Actus ſenſualitatis qui ſint: et quomodo ſint peccata. lib.1.fo.196.201.
Actuum progreſsio de vna potentia ad aliã quo modo fiat. lib.1.fo.197.199.
In actus occultos pure anime interiores an Papa et Eccleſia habeat poteſtatem. lib.4.fo.319.
¶ Adam in ſtatu innocentie qualis erat. lib. 1.fo. 386.387.
¶ Adoratio quid et quotuplex: et quomodo differt a cultu, honore, et veneratione. libro.1. fo.70.
Adoratio non eſt actus intellectus ſed voluntatis. lib.1.fo.70.
Adorandus quare Deus ſit. lib.1.fo.71.
Adorationes alique exteriores Deo proprie conueniunt. lib.1.fo.87.
Adoratio humanitatis Chriſti et ſanctorum qualis ſit. lib.1.fo.72.73.
Adoratio Crucis, et ſanguinis, et aliorũ inſigniũ Chriſti. lib.1.fo.84.85.86.
Adoratio imaginum qualis ſit. libro.1.folio.74. vſq;.84.
Adoratio quando et vbi fieri debeat. libro.1.fo. 88.90.
Adoratio imaginum vnico ne an pluribus actibus fiat. lib.1.fo.80.81.
Adorationis preceptum an ſit. lib.1.fo.88.
Adorent ne vere aut verum Deum, Iudei et infideles. lib.1.fo.328.
Adoranda ne ſit imago et pictura ſancte Trinitatis: et Chriſti in ſpecie Agni. lib.1.fo.84.
¶ Aduocatus et medicus et alij quomodo teneantur indigentibus ſuccurrere. lib.1.fo.223.226.
¶ Adultera quomodo reſtituere teneatur pro ſuo filio adulterino. lib.1.fo.246.
¶ Affectio voluntatis trahit ad ſe iudicium rationis. Infra, Voluntas.
¶ Amare Deum propter aliquod premium an liceat. lib.1.fo.258.263.
Amor Dei multiplex, infra, Dilectio, et Diligere.
¶ Anima noſtra quomodo eſt vt tabula raſa. lib. 2.fo.153.
¶ Anni et dies indulgentiarum qui et quales cõceduntur. lib.5.fo.464.465.
¶ Appellare a Papa ad Concilium non licet. lib. 4.fo.280.291.313.
¶ Appetitus multiplex, et vbi ſit. libro.1.fo.196. 197.198.
Appetitus naturalis et animalis differentia. lib.2. fo.56.
¶ Apoſtoli an habuerint a Chriſto immediate ſuam poteſtatem. lib.4.fo.327.
Apoſtolis in communi an Chriſtus dederit aliquam poteſtatem quam non dedit ſingulis. lib.4.fo.288.289.
¶ Apoſtata a fide an ſit de Eccleſia et Chriſtianus. lib.4.fo.253.
¶ Aqua benedicta quomodo remittat venialia et penas peccatorum. lib.5.fo.439.
¶ Argumentum in fide et moribus validum eſt negatiue, hoc modo, Hoc in ſimili caſu nunq; factũ eſt, ergo fieri nõ poteſt. lib.4.fo.299.
Argumentum a ſimili et ab exemplo quomodo valet. lib.4.fo.300.302.
Arguendum et loquendum in terminis diuinis quomodo ſit. lib.1.fo.413.
¶ Approbatur vel confirmatur per Papã aliquid formaliter vel expreſſe, et interpretatiue vel tacite. lib.1.fo.150.
¶ In articulo mortis exiſtẽti quomodo indulgẽtia et abſolutio a peccatis cõcedenda ſit. lib.5. fo.476.477.
¶ Articulus mortis et periculũ mortis differunt. lib.5.fo.475.
¶ Aſſumptio beate Virginis in corpore et anima an ſit de fide tenenda. lib.1.fo.150.
¶ Attritio et contritio quid et quotuplex et quomodo differant. lib.1.fo.12.13.15.23.25.28.26.
Attritio quomodo fiat contritio, et de attrito cõtritus in ſacramento. lib.1.fo.26.
Attritio qualis ſufficiat cum ſacramento ad gratiam. lib.1.fo.23.
¶ De his ſup. Abſolutio, et inf. Sacram. pñie.
¶ Arte artẽ fallere quomodo liceat. lib. 1.fo.323.
¶ Augentur habitus infuſi, et quomodo. libro.1. fo.104.
Augetur gratia et charitas per quemlibet actum meritorium, et quomodo, et quando. libro.1. fo.105.106.

B

Beatitudo formalis an principalius ſit in intellectu an in voluntate. lib.1.fo.113.
Beneficiorum pluralitas an liceat etiã ex diſpenſatione Pape. lib.1.fo.184.
Beneficia plura poſsidens ex diſpenſatione ſine cauſa rationabili an teneatur fructus aliquos reſtituere. lib.1.fo.189.
Beneficia omnia an requirant perſonalem reſidẽtiam. lib.1.fo.176.
Beneficia plura ſine iuſta cauſa poſsidens an debeat abſolui niſi alterum eorum reſignet. lib. 1.fo.188.
¶ Beneficium principis late debet interpretari. lib.5.fo.369.
¶ Bonitas et malicia actus interioris quomodo augetur per exteriorem: et per euentum ſiue ſequellam. lib.2.fo.94.95.118.
Benefacere propter premium ſpirituale vel temporale an liceat. lib.1.fo.258.263.
De bonitate et malicia actuũ, ſupra, Actus.
Bonum cõmune melius et eligibilius eſt quã priuatum. lib.1.fo.235.fo.394.494.
Bonum melius quomodo eſt eligibilius. lib.1.fo. 235.394.fo.494.lib.5.fo.483.
Bonum minus quomodo ad maius ordinatur. lib.4.fo.286.

Bonum minus poſtpoſito maiori eligere an liceat.lib.1.fo.263.264.394.494.et lib.5.fo.485.

Bona Eccleſiaſtica clericorum ſuperflua decentie ſunt pauperibus eroganda.lib.1.fo.167.

Bona noſtra ſpiritualia poſſumus alijs communicare dupliciter. Et quomodo hec communicatio et bonorum noſtre communitatis nobis ſubiecte differat ab indulgētijs.lib.5.fo.337.338.

Minus bonum poſtponendum eſt ſolum pro ſaluando maiori cuius eſt pars vel in quo conſeruatur.lib.1.fo.235.394.494.

¶ Bellum contra Inſulanos quomodo licite fiat. lib.1 fo.491.vſq;.508.

In bello contra Inſulanos bona capta an reſtituē da ſint et quomodo.lib.1.fo.524.

¶ Blaſphema propoſitio: et blaſphemia quid ſit: eiusq; punitio ad quem pertineat. lib.1.fo.163.

¶ Bulla Cruciate concedens facultatem abſoluendi et diſpenſandi an etiam ad futura, et ad cōmiſſa cum eius confidentia extendatur. libr.5. fo.472 473.

Bullarum Cruciate multa dubia declarātur.lib.5. fo.493.vſq;.495.

Per bullas Cruciate an quis lucretur indulgētias plenarias vrbis Rome.lib.5 fo.485.

Per bullam compoſitionis an ſint tuti qui cōpoſiti ſunt.lib.5.fo.495.

Bulle Cruciate poſſunt licite reuocari: et quando finiuntur cōceſsiones earum.lib.5 fo.470.471.

C

IN canonizatione ſanctorū Papa an errare poſſit. Et vtrum aliquis ſanctus canonizatus ſit vel eſſe poſsit in inferno. libro.4.fol.317.libro.5. fo.440.

¶ Charitas et gratia quomodo augeatur. Et vtrū per quemlibet actum meritorium et quando augeatur.lib.1.fo.104.105.106.

Charitas et gratia quomodo eſt forma virtutum. lib.2.fo.77.

Charitas quomodo facit communionem ſanctorum.lib.1.fo.39.

Ex charitate an quis teneatur ſuccurrere indigentibus cum ſuo detrimento.lib.1.fo.220.227.

¶ Carere gratia vel gloria ex charitate vel alia cauſa an liceat velle et petere a Deo.lib.1.fo.233.

¶ Carena et quadragena penitentie et indulgentie quid ſit.lib.5.fo.381.

¶ Carnis tentatio eiusq; motus quando et quale peccatum eſt.lib.1.fo.197.201.203.

¶ Caſtitatis votum ſolenne an ſit diſpēſabile per Papam.lib.1.fo.213.

¶ Cenſure nomine quid intelligatur. li.5.fo.495.

¶ Cauſa pia et rationabilis indulgentie que ſit. lib.5.fo.419.427.434.437.vſq;.440.

Cenſura ſepe incurritur pro peccato veniali et ſine illo.lib.2.fo.127.

¶ De cenſura Eccleſiaſtica, infra, Excomunicatio, Irregularitas, Pena.

¶ Cecitas mentis, infra, Execatio intellectus.

¶ Circunſtantia actus quid ſit.lib.4.fo.321.

Circunſtantia multiplex vitians et non vitians actum.lib.5.fo.449.

Circunſtantia peccati coexiſtentis quomodo vitiat actum bonum quomodo nō.lib.1.fo.402.

Circunſtantie quomodo aggrauēt, minuant, mutentq; ſpeciem moralem actus vel peccati, quomodo non.lib.2.fo.109.87.94.95.118.

Circunſtantia aliqua diminuit plus malicie a maiori quā a minori peccato.lib.1.fo.209. lib.2. fo.121.

Circunſtantia diei feſti an ſit mortalis neceſſario confitenda.lib.1.fo.91.

¶ Clauſula generalis ſecundum ius commune interpretanda eſt.lib.1.fo.344.345.426. et lib.5. fo.371.372.

¶ Clauis ſacramentalis ad quid ſe extendat, infra, Sacramentum penitentie.

¶ Clerici tenentur ſuperfluum decentie pauperibus erogare.lib.1.fo.167.

Clerici an teneantur preſtare ſubſidia regi. lib.1. fo.176.

¶ De Clericis, ſupra, Beneficium, infra, Diſpenſatio, Penſio, Reſidentia.

¶ Coactio et metus differunt.lib.1.fo.240.

¶ Cognitio noſtra omnis an oriatur a ſenſu.lib. 2 fo.153.

An prius per intellectū cognoſcamus magis aut minus vniuerſale.lib.1.fo.429.

Cognoſcat ne ſenſus vniuerſalia.lib.1.fo.451.

Cognitio Dei naturalis an ſufficiat ad ſalutem ſine ſupernaturali.lib.2.fo.34.

¶ Cognoſcere quam quis dubitat eſſe ſuam vxorem an liceat.lib.2.fo.183.184.185.

¶ Communicare cum aliquo genere perſonarū in aliquo an licite prohibeatur. libr.1. fo.432. 436.437.

Communia quomodo facit charitas bona fideliū, et quomodo.lib.1.fo.39.lib.4.fo.254.

Communicare bona ſua et ſue cōmunitatis quomodo quis poteſt: et ad quid valeat: et quomodo differt ab indulgentijs. lib.5.fo.337.338. fo. 486.vſq;.491.

Communio ſanctorum que ſit.lib.1.fo.39. lib.4. fo.254.

¶ Commiſsionis an omiſsionis peccatū ſit actus malus ex defectu actus interioris requiſiti. lib. 1.fo.212.213.

¶ Conceſsio principis reſtringenda an amplianda ſit.lib.5.fo.370.

Conceſsio ad abſoluendum a reſeruatis quātum duret. Et vtrum valeat ad commiſſa et cōmittenda cum fiducia eius.lib.5.fo.470.472.473.

¶ Concurſus Dei multiplex. Et vtrum cū eo ſtet libertas noſtre voluntatis.lib.1.fo.469. Infra, Voluntas.

¶ Confeſsio ſine abſolutione non eſt proprie ſacramentalis nec impletiua precepti. libr.1.fo. 14.20.

Confeſsis attritis quibus ſacramentum confert primam gratiam iuſtificantem.lib.1.fo.23.24.

Confeſsio ſine vlla diſplicentia de offenſa Dei et ſine propoſito cauendi non eſt ſacramentalis. lib.1.fo.12.13.
Confeſsio propter aliquem finem humanum ali quãdo eſt ſacramẽtalis aliquãdo nõ.lib.1.fo.13.
Confeſsis ſine debito dolure et propoſito cauen di abſolutio impendẽda non eſt.lib.1.fo.13.14.
Confeſsio an de iure diuino precedere debeat ſumptionem Euchariſtie.lib.1.fo.141.
Confiteri circunſtantiam diei feſti an teneamur. lib.1.fo.91.
Confeſsio quando et qualis ſit neceſſaria ad lu crandum indulgentiam.lib.5.fo.453.vſq;.458.
Confeſsio venialium an ſit neceſſaria ad lucrandũ indulgentiam.lib.5.fo.458.
Confeſsio qualis ſufficit vt homo poſsit abſolui a peccatis etiã in articulo mortis. libr.5.fo.457. 477.vſq;.480.
¶ De his etiã infra,Sacramentũ penitentie.
¶ Confiteri delictum ſuum ſuo iudici vel ſuperio ri ſub iuramento vel excõmunicatione id exi genti an criminoſus teneatur.lib.1.fo.349.
¶ Cum confidentia bulle peccare quid ſit, et an ralis poſsit abſolui.lib.5.fo.472.473.
¶ Conformari voluntati diuine quomodo tenea mur.lib.1.fo.406.
¶ Compoſiti per bullas compoſitionis an ſint tu ti in conſcientia.lib.5.fo.495.
¶ Confirmatio per Papam in rebus fidei ſit ex plicite et implicite.lib.1.fo.150.
¶ Complacere in actu illicito ſed per ignorantiã vel impotentiam vel alias a culpa excuſato an liceat.lib.2.fo.143.
¶ Conſcientia quid ſit,et quomodo differat a ſyn dereſi,ratione et prudentia. libr.3.fo.146.147. 148.149.
Conſcientie diſcurſus et cõcluſio quomodo fiat. lib.3.fo.148.
Conſcientia et ſyndereſis vbi ſubiectentur. lib.3. fo.149.
Conſcientie ſcrupulus quid et quotuplex ſit.lib. 3.fo.156.
Conſcientie et ſcrupulorũ proprietates, effectus; et nomina,videlicet cõſcientia recta, erronea, ſana,tranquilla,cauteriata,bona,mala,et huiuſ modi.lib.3.fo.157.
Conſcientia recta et erronea quomodo obligat vel ligat.lib.3.fo.158.
Contra conſcientiam rectam et erroneam vtrũ agere liceat.lib.3.fo.158.159.160.vſq;.168.
Contra conſcientiam et dubium de mortali an agere liceat quando non cogitur homo prece pto vel lege ſuperioris.lib.3.fo.168.
In dubijs quid agendum ſit. libro.3. folio.168. vſq;.176.
Contra ſcrupulos an agere liceat. lib.3.fo.172.
Contra dubium de auctoritate ſuperioris preci pientis id quod conſtat licitum eſſe an tenea mur obedire.lib.3.fo.176.
Vtrum peccet is qui ad preceptum ſuperioris agit quod ſcit vel dubitat eſſe mortale ſi cer tus eſt quod non obediendo non peccabit.lib. 3.fo.180.
Dubitans quod vxor quam habet ſit ſua quid fa ciet.lib.3.fo.183.vſq;.186.
Vtrum peccet non obediens ſuperiori quando dubitat de vtraq; parte quod ſcilicet tam obe diendo quam non obediendo peccat.lib.3.fo. 180.vſq;.187.
Inter dubia probabilia, vel inter opiniones ad conſilium alicuius vel preceptum ſuperioris an liceat agere contra propriam opinionem. lib.3.fo.188.vſq;.191.
Vtrum aliquando liceat agere contra conſcien tiam ex precepto legis vel ſuperioris. libro.3. fo.191.
Vtrum agere contra conſcientiam ſit diſpenſabi le per Papam aut per ipſum Deum.libr.3.fol. 191.192.
Vtrum conſcientia et ſyndereſis poſsit extingui, deprauari,aut impediri.lib.3.fo.194.
Cõnſcientia dubium et ſcrupulus vtrum depo ni poſsint rationabiliter et quomodo. libr.3. fo.200.202.
Speciales modi atq; remedia ad ſpeciales ſcrupu los conſcientie deponendum.lib.3.fo.208.
¶ De his infra,Prudentia,Ratio.
¶ Concilium generale faciens quod in ſe eſt in fi de et moribus diffiniendo errare non poteſt. lib.4.fo.239.258.260.
Concilium prouinciale faciens quod in ſe eſt in his errare poteſt ſed raro.lib.4.fo.243.
Concilia aliqua generalia quare in his errauerũt. lib.4.fo.241.242.259.
Concilium Cõſtantieñ.et Baſilieñ.quomodo in his tantum ſaluãtur ab errore. lib.1.fo.352.lib. 4.fo.293.
Concilij generalis diffinitioni in fide et moribus ſub crimine et pena hereſis ſtandum eſt. Et quando cognoſci poteſt quod ea diffinitio ta lis eſt. lib.1.fo.149.150. lib.4.fo.239.240.241. 261.270.vſq;.274.
Concilij generalis diffinitioni etiam Papa ſtare tenetur.lib.4.fo.240.241.249.275.282.
Concilij.g.diffinitioni potius quam ſolius Pape ſtandum eſt.lib.4.fo.240..275.276.282.
Concilij.g.an Pape ſimul cum Cardinalibus ſen tentie cui potius ſtandum ſit.lib.4.fo.276.
Concilij.g.decretum non habet vim coactiuam niſi per Papam expreſſe vel tacite cõfirmetur. lib.4.fo.249.277.280.281.
Concilium.g.quomodo repreſentat vniuerſalem Eccleſiam.lib.4.fo.240.245.287.
Concilium.g.an habeat a Deo immediate ſuam poteſtatem.lib.4.fo.244.287.
Concilium.g.an poſsit omnia que Papa poteſt. lib.4.fo.244.245.287.306.
Concilium.g.an ſit ſupra Papam,vel econuerſo. lib.4.fo.250.274.vſq;.296.
Concilium.g.an in canonizatione ſanctorũ erra

re poſsit.lib.4.fo.317.

Concilium.g.an poſsit Papam deponere vel punire per crimen aliud ab hereſi. lib.4.fo.296.

Concilium.g.an poſsit poteſtatem Pape impedire vel limitare ne diſpenſet aut ne ſtatuat neq; precipiat circa aliquid.lib.4.fo.307.308.

Concilium.g.an poſsit declarare quod Papa tale quid facere non poteſt.lib.4.fo.311.

Concilium.g.an poſsit deponere Papã propter hereſim.lib.4.fo.315.

Concilium.g.ſolus Papa poteſt congregare. lib. 4.fo.280.305.

Concilium.g.an in aliquo caſu poſsit etiam inuito Papa congregari.lib.4.fo.305.

Ad Concilium.g.a Papa appellari nõ poteſt.lib. 4.fo.280.291.313.

Concilium.g.dicitut Eccleſia.lib.4.fo.306.

Concilium.g.ad quid congregatur ſi ſufficit diffinitio Pape.lib.4.fo.249.

Concilium Conſtantieñ.an legitimum et validum ſit.lib.4.fo.293.294.

Concilium Baſilieñ.an nunc valeat et habeat vim Concilij.lib.1.fo.352.370.

¶ Confirmatio Concilij expreſſa:et tacita vel interpretatiua.lib.1.fo.150.

¶ Concurſus Dei multiplex. Et an cum eo ſtet libertas voluntatis.lib.1.fo.469. Infra, Volũtas.

¶ Conſenſus quid et quotuplex formalis et interpretatiuus.lib.1.fo.201.

Ad conſenſum bonum et malum quanta deliberatio requiritur et ſufficit. lib.1.fo.201.202.

Conſenſus liber formalis in motum mortalem ſenſualitatis,aliquando nullum, aliquando veniale,et ſepe mortale peccatum eſt.libro.1.fol. 204.205.

Conſenſus liber interpretatiuus tantum vel delectatio de re mortali an ſit mortalis antequam ratio aduertat.lib.1.fo.205.vſq;.209.

Conſenſus in ſolam delectationem et nõ in opus an ſit mortalis.lib.1.fo.209. De hoc latius infra,Delectatio,Senſualitas.

Conſenſus in actum malum per ignorantiam vel impotentiam vel coactionem a mortali excuſatum an ſit mortalis.lib.2.fo.143.

Conſentiens actu debito an cenſeatur actu elicito conſentire.lib.1.fo.122.

¶ Conſuetudo optima interpres legum.lib.5.fo. 372.373.

Conſuetudo que et quomodo dat iuriſdictionẽ. lib.5.fo.389.

Conſuetudo quomodo derogat legem Pape et Eccleſie.lib.1.fo.129.130.lib.4.fo.291.

Quod non eſt conſuetum in rebus arduis et in fide et moribus attentare illicitum eſt. libr.4. fo.299.

¶ Conſulere an liceat alicui vt ſequatur opinionem vel conſilium alterius quod conſulens eſtimat erroneũ vel illicitum eſſe:quãuis ille alius id ſequens et ignorans credat licitũ eſſe. lib.2.fo.143.lib.3.fo.189.191.

¶ Contingens quid et quotuplex. lib. 1.fo.447.

¶ Contingentia in rebus an eſſet ſi Deus non libere ageret.lib.1.fo.451.

Contingentia in rebus an ſaluetur cum ſcientia et preſcientia et voluntate et cõcurſu diuino. lib.1.fo.467.471.

¶ Contritio de aliquibus et nõ de omnibus mortalibus memorie occurrentibus an ſufficiat aliquando ad gratiam.lib.1.fo.139.

¶ De Contritione plura,ſupra,Attritio.

¶ Correctio proximi cum notabili detrimento an ſit ſub mortali obligatoria.lib.1.fo.227.

¶ Credo in Deum an vere dicere poſsit qui eſt in mortali peccato.lib.2.fo.77.

¶ Chriſtus vt homo an habuerit dominium temporale totius mundi.lib.1.fo.490.

Chriſtus vtrum habuerit juſtitiam originalem. lib.1.fo.390.

¶ Crux Chriſti quomodo et quando adoranda ſit.lib.1.fo.84.86.

¶ Cruciata,ſupra,Bulla.

¶ Culpa et dolus quid et quotuplex.libro.2.fol. 135 136.

¶ Curati an ſint proprie prelati iure diuino inſtituti.lib.5.fo 385.386.

D

DAmnum ſpirituale et temporale proximi an teneamur cum noſtro detrimẽto vitare.lib. 1.fo.223.224.225.

¶ Pro damnatis an liceat orare.lib.1.fo.413.

Damnatus in inferno exiſtens an aliquando reſuſcitatus ſit.lib.1.fo.413.

¶ Dare nemo poteſt quod nõ habet.lib.5.fo.393.

¶ Debitum petere aut reddere in matrimonio dubio an licitum et aliquando obligatorium ſit.lib.3.fo.183.vſq;.186.

¶ Decentie ratio duplex:et an probet Deum aliquid feciſſe ſupra legem.lib.1.fo.371.

¶ Decipere deceptorem an liceat.lib.1.fo.323.

¶ Delectatio quid ſit.lib.1.fo.197.

Delectatio nõ eſt in carentibus vſu rationis.lib. 1.fo.197.

Delectatio an ſit peccatum,quando,et quale.lib. 1.fo.203.205.209. De hoc, Conſenſus, Senſualitas.

¶ Deliberatio quid et quotuplex,plena,ſemiplena,formalis,et interpretatiua.lib.1.fo.201.

Deliberatio quanta requiritur et ſufficiat ad bonum et malum.lib.1.fo.201.202.

¶ Deus an poſsit ſcire plura quam ſcit.libro.1. fo.459.

Dei ſcientia multiplex.lib.1.fo.456.

Deus quomodo ſcit futura contingentia. lib.1. fo.454.460.

Deus an ſciat aliquid de nono.lib.1.fo.456.

Dei concurſus et voluntas,ſcientia et preſcientia quomodo ſtet cum contingentia rerum,et cũ libertate noſtre voluntatis.lib.1.fo.467.471.

Dei veri fides et cognitio qualis requiratur et ſufficiat ad gratiam et gloriã,ſupra, Cognitio,

infra, Fides et Ignorantia. lib.2.fo.34.

Deus an det omnibus neceſſaria ad ſalutē. lib.1. fo.30 31.451.lib.2.fo.26.27.39.et lib.4.fo.243.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri. libr.1.fo. 481.lib.2.fo.26.39.

Deus facienti quod in ſe eſt quomodo adeſt et ſuccurrit. libr.1.fo.30.31.libr.2.fo.26.27.39.et lib.4.fo.243.

¶ Deum diligere vel ei ſeruire propter aliquod premium an liceat.lib.1.fo.258.363.

¶ Dilectio Dei triplex. Item duplex, naturalis et ſupernaturalis. Et qualis requiratur et ſufficiat ad gratiam.lib.1.fo.28.29.30.31.

¶ Denunciare vel celare ſeipſum vel alium criminoſum occultum quomodo quis teneatur ad mandatū ſuperioris iuramento vel excōmunicatione aggrauatū.lib.1.fo.344.345.349.350.

¶ Deſiderare carētiam gratie vel glorie ex aliqua cauſa an liceat.lib.1.fo.233.

¶ Defenſio ſui moderata contra violentiam licēta cuiq; eſt.lib.1.fo.315.316. lib.4.fo.282.284. 301.306.314.315.

¶ Dictamen preceptiuum, infra, Prudentia.

¶ Dies et anni indulgentiarum qui et quales ſint hic et in purgatorio.lib.5.fo.464.465.

¶ Diffinitio de fide multiplex.lib.1.fo.150.lib.4. fo 270.271.272.273.

Diffinire aliquid eſſe de fide vel contra eam ad quem pertineat.lib.1.fo.149.150. lib.4.fo.239. 245.258.260.275.

¶ Diſpenſare cum inceſtuoſo quis poſsit.libro.1. fo.128.

Diſpenſare in caſibus occultis matrimonij et huiuſmodi de iure Pape reſeruatis quis poſsit. lib.1.fo.121.

Diſpenſare in voto ſolenni caſtitatis vel religionis an Papa poſsit.lib.1.fo.213.

Diſpenſare vt homo faciat contra conſcientiā an Deus poſsit.lib.3.fo.191.192.

Diſpenſare in matrimonio tantum rato non conſummato an Papa poſsit.lib.1.fo.216.

Diſpenſare in pluralitate beneficiorum quis poſſit.lib.1.fo.184.

Diſpenſare in reſidentia prelatorum quis poſsit. lib.1.fo.176.177.179.

In diſpenſando preponendum eſt bonum cōmune maius.lib.4.fo.309.310.

Diſpenſatus ſine cauſa legitima in lege humana an ſit tutus in conſcientia.lib.4.fo.311.

Diſpenſans an diſpēſatus ſine cauſa quis grauius peccet.lib.4.fo.311.

Diſpenſare in aliquibus legibus nunquā expedit nec licet.lib.4.fo.310.311.

Diſpenſare in legibus Eccleſie an Papa poſsit.lib. 4.fo.308.309.

Diſpenſationi inique cauſam preſtans et ea vtēs an peccet.lib.4.fo.309.310.311.

Diſpenſationes in gradibus prohibitis occultis ſecundū bullas et alias cōceſsiones quomodo ſecrete fieri debeāt per cōmiſſarios.li.5.f.494.

Ad diſpenſandum et cōmutandum vota vtrū licentia extendatur ad futura.lib.5.fo.472.473.

Diſpēſare in obligatione queſita Deo quomodo poteſt Eccleſia quomō nō.li.5.fo.334.376.377.

Diſpenſabilium rerū triplex genus.libr.5.fo.425.

Diſpenſatio theſauri ſpiritualis fit in ſacramētis et in indulgentijs aliter et aliter. lib.5.fo.344. 345.fo.432.433.

Diſpenſatio duplex, ſcilicet ſine quantitatis taxātione et cum ea.lib.5.fo.423.431.433.

Diſpenſatio ſine cauſa nulla eſt. Sine ſufficiēte autē cauſa aliquando nulla aliquando culpabilis ſed valida eſt.lib.5.fo.480.425.431.433.

¶ Diſtribuenda ſunt in pauperes bona clericorū. lib.1.fo.167.

¶ Diſtributio completa in terminis diuinis an ſit.lib.1.fo.414.

¶ Diſtinguere non debemus vbi ius non diſtinguit.lib.4.fo.298.lib.5.fo.369.

¶ Diuina nomina quotuplicia.lib 1.fo.414.

In diuinis terminis quomodo loquendum et arguendum ſit.lib.1.fo.413.vſq;.429.

¶ Doctorum ſanctorum concors ſententia in fide eſt manifeſtum ſignum veritatis: et illi ſtandū eſt.lib.4.fo.228.vſq;234.

Doctores quomodo poſſunt exponere ſacrā ſcripturam. Ibidem. et fo.304.

Doctorum concors ſententia et ſenſus ſemper refellitur ab hereticis.lib.4.fo.228.

Doctores omnes ſacros in fide et moribus et in expoſitione ſacre ſcripture decipi et errare impoſsibile eſt ſtāte lege.lib.4.fo.228.229.

Doctores quādo diſsident inter ſe: cui eorum ſententie vel opinioni ſtandum ſit. lib.2.fo.11.14. et lib.4.fo.230.231.

Doctorū ſcholaſticorū auctoritas.li.1.fo.160.161.

Doctorū ſentētie cōtradicens aliquando hereticus, aliqñ temerarius tantū eſt.li.1.fo. 160.161.

Doctoris alicuius approbati ſententia excuſat et ſufficit ad probationem.lib.2.fo.13.14.

¶ Dolus et culpa in quo differant et quotuplex ſit.lib.2.fo.135.136.

¶ Dominica dies an ſit de iure diuino. Et qui tūc nō poteſt audire miſſam an teneatur ad aliquē actū latrie vel dilectionē Dei.lib.1.fo.88.90.

¶ Dominiū tēporale mundi vtrum Chriſtus Papa et Imperator habeant.lib.1.fo.490.491.

¶ Domini temporales an teneantur ſatiſfacere famulis ſuis ſeruientibus pro ſalario valde diminuto. Et an ipſi famuli poſsint id ſuffurari in recompenſam.lib.1.fo.265.275.

¶ Dormiētes vtrum in ſomno vſum rationis vel liberi arbitrij poſsint habere, et mortaliter peccare, vel mereri.lib.2.fo.97.

¶ Dubium quid ſit.lib.2.fo.156.

Dubium practicum et ſpeculatiuum, abſolutū et reſpectiuum.lib.2.fo.169.187.

Dubitatio aliqua an ſtet cū fide.lib.2.fo.174.175.

Dubitans ſpeculatiue debet etiā practice dubitare niſi iuſta cauſa excuſetur.lib.2.fo.169.185.

Dubitans an vxor quam habet ſit ſua quomodo ſe debeat habere.lib.2.fo.183.vſq;.186.

¶ De dubijs latius ſupra, Conſcientia.

E

EBriorum peccata an nouam habeant culpã vel maliciam.lib.2.fo.91.92.

¶ Eccleſia eſt vna ſancta catholica et apoſtolica.lib.4.fo.215.

Eccleſia quomodo eſt tota pulchra et ſine macula.lib.4.fo.217.255.

Eccleſia nunquam deficiet neq; vera fides in ea. lib.4.fo.217.264.265.

Eccleſia in vno tantum manere non poteſt.lib.4. fo.216.

Eccleſia conſtat ex iuſtis et peccatoribus etiã preſcitis.lib.4.fo.250.

De Eccleſia an ſint excõmunicati, ſciſmatici, heretici, et apoſtate a fide.lib.4.fo.253.316.

Eccleſia militans eſt viſibilis et manifeſta. lib.4. fo.250.

Eccleſia non duplex ſed duplex eius pars, ſcilicet bonorum et malorum.lib.4.fo.255.

Eccleſia catholica eſt ſemper et vbiq; et apud omnes fideles eandem veram fidem habens.lib. 4.fo.215.216.217.

Eccleſia in fide et moribus errare et deficere tota non poteſt.lib.4.fo.218.264.265.

Eccleſia vel Papa in canonizatione ſanctorum an errare poſsit.lib.4.fo.317.lib.5.fo.440.

Eccleſia etiam que nunc eſt poteſt declarare fidẽ et ſacram ſcripturam: non tamen eam mutare neq; nouum articulum fidei condere. libr. 4. fo.219.220.

Eccleſia huius temporis quomodo eſt eiuſdem auctoritatis cum Eccleſia primitiua, et quomodo exceditur ab illa.lib.4.fo.218.

Eccleſia an ſit maioris auctoritatis quam ſacra ſcriptura vel Euangelium.lib.4.fo.218.

Eccleſie catholice et vere fidei tria certiſsima ſigna ſunt hec, Sanctitas miraculis comprobata, Antiquitas traditionum et ſucceſsionis põtificum, et concors doctorum omnium ſenſus in fide et moribus.lib.4.fo.224.

Eccleſia ſimul cum Papa non habet maiorem poteſtatem iuriſdictionis quam ſolus Papa: licet habeat maiorem certitudinem illuſtrationis infallibilitatis et plura dona.lib.4.fo.250.274. 275.285.287.

Eccleſia vel Concilium an ſit ſupra Papam vel econuerſo.lib.4.fo.250.274.275.

Eccleſiam quomodo repreſentet Concilium generale.lib.4.fo.240.245.287.

Eccleſia vniuerſalis an habeat maiorem poteſtatem quam Eccleſia Romana.lib.4.fo.285.295.

In Eccleſia Romana nunquam defecit neq; deficiet vera fides. lib.4.fo.234.235.264.265.276.

Ab vrbe Ro. an ſedes Apoſtolica poſsit alio trãſferri.lib.4.fo.237.

Eccleſia Ro. et ſedes Apoſtolica diffiniendo de fide et moribus errare non poteſt: et oppoſitũ dicere hereticũ eſt. lib.4.fo.235.264.265.267.

Eccleſia Romana a Chriſto fuit inſtituta caput omnium Eccleſiarum: et habet ſua priuilegia ſuper omnes atq; primatum.lib.4.fo.235.276. 287.288.

Eccleſie catholice tribunal et iudicium et ſedes Apoſtolica eſt in Eccleſia Ro. et quod et quale illud ſit.lib.4.fo.235.277.287.288.

Eccleſia an habeat a Chriſto immediate poteſtatem.lib.4.fo.244.277.285.vſq;.290.331.

Eccleſie catholice et Romane conſenſui et vſui generali ſtandum eſt contra omnes nouitates in fide et moribus.lib.4.fo.216.219.256.

Eccleſia habet varios gradus et officia ſemper. lib.4.fo.216.

Eccleſia quomodo accepit claues a Chriſto et vnitas Eccleſie in beato Petro.lib.4.fo.288.

Dic Eccleſie, Math.18. quomodo intelligitur.lib. 4.fo.288.289.

Eccleſia tenetur ſequi ſententiam Pape et Concilij in rebus fidei.lib.4.fo.240.262.

Eccleſia quomodo eſt libera quomodo non.lib. 4.fo.283.

Eccleſia multipliciter accipitur.lib.4.fo.306.

Eccleſiam ſcandalizans peccatum quod et quale eſt.lib.4.fo.306.

Eccleſie intentioni quomodo omnes etiam Papa in ſuo miniſterio ſe conformare teneantur. lib.4.fo.287.

Eccleſia an poſsit Papã deponere, punire, et eius poteſtatem impedire vel limitare, ſupra, Concilium, infra, Papa.

In Eccleſia eſt poteſtas remittendi peccata quoad culpam et penam.lib.5.fo.359.377.

Eccleſia poteſt concedere indulgentias. lib.5.fo. 359.360.

Eccleſia quomodo poteſt abſoluere et ligare et obligare et facere reos apud Deum. libr.5.fol. 376.lib.4.fo.319.

Eccleſia an habeat poteſtatem in purgatorio, et an poſsit mortuos excõmunicare, infra, Papa.

Eccleſia et Papa an habeat poteſtatem in actus occultos anime pure interiores. lib.4.fo.319.

Eccleſia neminem decipit.lib.5.fo.436.441.442.

¶ In electionibus an ſemper ceteris paribus preponendus ſit is qui ſemper fuit bonus ei qui aliquando fuit malus.lib.1.fo.446.

¶ Elemoſina quibus quãdo et quomodo ſit obligatoria.lib.1.fo.220.vſq;.229.fo.172.

Ad elemoſinam clerici ſpecialiter tenentur de reſiduo decentie.lib.1.fo.167.172.

Elemoſina an ſit preponenda acquiſitioni indulgentiarum et alijs operibus.lib.5.fo.

¶ Emere vel vendere pro precio currente an licite poſsit qui ſolus ſcit penuriam vel abundãtiam mercium, vel augmentum vel diminutionem precij vel monete proxime futuram. lib. 1.fo.134.

¶ Epikeia vel equitas quid ſit, et ad quid et quomodo valeat in legibus et dubijs intelligẽdis.

lib.3.fo.204.205.

¶ Epiſcopi an ſuá poteſtatẽ habeãt immediate a Chriſto an a Papa.li.4.f.327.331.infra, Prelatus.

Epiſcopus in quibus poteſt diſpenſare. lib.1.fo. 125. Vide etiam infra, Prelatus.

¶ Error quid et quotuplex.lib.2.fo.1.

Error intolerabilis in ſentẽtia quis et quotuplex eſt.lib.1.fo.355.336.

Error in fide vel erronea propoſitio que ſit.lib. 1.fo.158.

Errare circa principia practica euidentia et per ſe. nota eiſq; diſſentire ex paſsione malicia vel affectione an homo poſsit.lib.2.fo.50.52.78.79. 81.lib.3.fo.195.196.

¶ Eternum duplex. Et an ſit neceſſarium. libr.1. fo.454 474.

¶ Euangeliũ ſcriptum vel predicatum aut reuelatum an ſit maioris minoris vel equalis auctoritatis quam Eccleſia.lib.4.fo.218.

Euangelium quomodo diuulgandum ſit inter infideles.lib.1.fo.505.506.

¶ Euchariſtiam ſummenti in ſtatu gratie an ſemper ipſa gratia augeatur.lib.1.fo.102.

Euchariſtiam ſumpturus an iure diuino teneatur mortalia prius confiteri.lib.1.fo.141.

Euchariſtiam ſumens poſt pollutionem mortalẽ in ſomno vel vigilia an peccet mortaliter ſi cõtritus et confeſſus ſit.lib.1.fo.100.

¶ Euentus quomodo augeat maliciam actus precedentis.lib.2.fo.94.95.118.

¶ Euidentia quid et quotuplex ſit. libr.1.fo.455. lib.2.fo.78.79.

Euidentie et primis principijs an homo poſsit diſſentire.lib.2.fo.78.79.lib.3.fo.195.196.

¶ Execcatio intellectus quomodo a paſsione malicia et affectione proueniat. lib 2 fo.50 52.53. 78.79 81.lib.3.fo.195.196.

Excecari propter peccata multi permittuntur a Deo.lib.2.fo.9.

Excecati propter peccata quid facere debent vt a Deo illuminentur.lib.2.fo.8.

¶ Executor iuſtitie an exequi debeat ſententiam iniuſtam.lib.1.fo.299.

¶ Ab exẽplo et a ſimili quomodo valeat argumẽtum quomodo non.lib.4.fo.300.302.299.

Per exempla quomodo iudicandum eſt quomodo non.lib.4.fo.299.300.302.

¶ Excõmunicatio iniuſta multiplex, et quomodo obliget et timenda ſit, quomodo non.libr.1. fo.335.vſq; 351.

Sub excõmunicatione quando precipitur vt qui ſcit crimen occultum et huiuſmodi reueler, quomodo quis teneatur quomodo non.lib.1. fo.344.345.vſq; 351.

Excõmunicari Papa an poſsit.lib.4.fo.316.317.

Excõmunicari mortuus et abſolui quomodo poſſit.lib.5.fo.408.410.

Excõmunicatus dubitatus an vitãdus ſit.li.2.f.157

Excommunicandi modus in Eccleſia antiqua. lib.4 fo.289.

Excommunicatus occultus an poſsit aliquando ſcienter celebrare.lib.1.fo.279.280.

Excommunicari an quis poſsit pro peccato iam omnino preterito.lib.2.fo.130.131.

Excõmmunicari an quis poſsit ſine vlla premonitione.lib.2.fo.130.

Excõmunicationem aliaſq; cenſuras an occultus criminoſus incurrat.lib.1.fo.275.

F

FAcere quod in ſe eſt quid ſit, quidve requiratur ad id.lib.2.fo.6.26.39.

Facienti quod in ſe eſt an Deus ſemper et ſtatim adſit: et quomodo. lib.1.fo.30.31. et lib.2. fo.24.26.39.lib.4.fo.243.

Factum cõtra legem an validum ſit.lib.1.fo.260. lib.5.fo.395.

¶ Fauores ſunt ampliandi.lib.5.fo.369.

¶ Fama an ſit reſtituenda cum iactura fame et vite.lib.1.fo.246.vſq; 252.

¶ Famuli ſuffurantes a ſuis dñis in recõpenſam ſalarij diminuti quomodo teneãtur. li.1.fo.275.

¶ Fallere volentem fallere an liceat.lib.1.fo.323.

¶ Felicitas patrie in quo actu precipue cõſiſtat. lib.1.fo.331.

¶ Feſti diei circunſtantia an ſit neceſſario confitẽda.lib.1.fo.91.

Feſtorum inſtitutio an ſit de iure diuino facienda.lib.1.fo.89.

An is qui die feſto miſſam audire non poteſt teneatur alio actu Deũ tunc colere.lib.1.fo.90.

In die feſto non tenemur Deum diligere neq; cõteri de peccatis.lib.1.fo.90.

¶ Fides quid et quotuplex ſit, et quomodo differat ab opinione.lib.3.fo.155.

Fides an compatiatur aliquam dubitationem.lib. 3.fo.174.175.

Fides cum reuelatione Prophetarum et Apoſtolorum quomodo maiorem illis certitudinem dedit quá noſtra fides cõmunis.lib.3.fo 175.

Propoſitio de fide que ſit.lib.1.fo.146.

Propoſitio ſapiens fidem et accedens ad fidẽ que ſit.lib.1.fo.151.

Propoſitio de pietate et probabilitate fidei et accedens ad fidem que ſit.lib.1.fo.151.152.

De fide aut contra fidem aliquid eſſe quis poſsit diffinire. libr.1.fo.149.150. libr.4.fo.239.245. 258.260.275.

De fide aut contra fidem aliquid eſſe poteſt multipliciter diffiniri per Papam et Concilium. lib.1.fo.50.lib.4.fo.270.271.272.273.

Fidei obiectum duplex.lib.1.fo.145.

Fides quomodo formatur charitate. lib.2 fo.77.

Fides de Deo explicita vel eius cognitio ſupernaturalis an ſemper fuerit ſimpliciter omnibus neceſſaria ad ſalutem.lib.2.fo.34.32.33.

Fides Chriſti implicita vel explicita quãdo et quomodo fuerit omnibus ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem.lib.2.fo.34 40.

Fides de Chriſto implicita que ſit. libro.2.folio. 34.35.

Fidei de Deo an detur ignorantia inuincibilis. 2.fo.22.134.36.

Fidei de Chriſto an detur ignorātia inuincibilis. lib.2.fo.24.40.42.

Ex defectu fidei an omne fidelium peccatū procedat.lib.2.fo.77.

Peccator alias fidelis an vere dicat, Credo in Deum.lib.2.fo.77.

Fides vera eſt vna et eadem ſemper et vbiq; et apud omnes fideles.lib.4.fo.215.217.257.

Fides vera in Eccleſia catholica nunquam deficere poteſt.lib.4.fo.217.218.264.265.

Fides vera in Eccleſia Ro.nunquā defecit neq; deficiet.lib.4.fo.234.235.264.265.276.

Fides ſicut et Eccleſia in vno tantum homine manere non poteſt.lib.4.fo.216.

Fidei vere et Eccleſie catholice tria ſigna certiſsima.lib.4.fo.224.225.

De Fide credende ſunt generales tradditiones Eccleſie vltra ea que in ſacra ſcriptura expreſſa ſunt.lib.4.fo.219.

Fides non compatitur varietates et nouitates In eatet hec ſunt certa hereſum ſigna. libr.4.fol. 256.225.

Fidei credibilium ſunt quinq; iudices aut gradus eorum aut teſtimoniorum eius.lib.4.fo. 257.258.

In Fide et moribus diffiniendo Concilium generale et Papa faciens quod in ſe eſt errare non poteſt. Vide, Concilium, Papa.

Ad fidem infideles cogēdi non ſunt. li.1.fo.445. 505.506.lib.4.fo.299.

Ad fidem quomodo trahendi ſunt infideles. lib. lib.1.fo.505.506.445.

¶ Finis preſtat his que ſunt ad finem quomodo. lib.4.fo.286.

Finis multiplex principalis et minus principalis, et quis horū vitiat actum.lib.1.fo.263.264.

Propter finem vel premium tēporale vel ſpirituale ab eo ſeparatū an liceat ſeruire Deo ipſumq; diligere.lib.1.fo.257.263.264.

Finis precepti duplex: et quis eorum cadat ſub precepto.lib.1.fo.91.192.

Finis aliquando eſt obiectum aliquando circunſtantia actus.lib.2.fo.109.lib.5.fo.

Ad malum finem quomodo poteſtas ſit vel non ſit.lib.4.fo.303.307.Infra, Poteſtas.

Fini ſpeciali precepto ea que cōtrariantur prohibentur etiam ipſo precepto.lib.1.fo.92.

Qualis vnuſquiſq; eſt talis ei finis videtur.lib.2. fo.78.79.81.

¶ Fomes peccati quid ſit.lib.1.fo.381.

Fomitem peccati an habuerit Chriſtus et beata virgo Maria.lib.1.fo.381.

¶ Fornicari pro ſaluanda vita vel vitādo alio peccato an liceat.lib.1.fo.236.

¶ Fraude fraudem elidere an liceat.libro.1,fol. 395.

¶ Fructus miſſe vel ſacramenti quantus participatur ab eo cui applicatur.Infra, Miſſa.

¶ Furans in recompenſam eius quod ſibi debetur an reſtituere teneatur.lib.1.fo.265.

¶ De futuris contingentibus.lib.1.fo.447.

G

GRatia an per quodlibet opus meritoriū augeatur.lib.1.fo.104.105.106.107.

Gratia an differat a charitate.li.1.fo.104.105.

Gratie Pape et legatorum quantum durant,et an poſsint reuocari.lib.5.fo.

¶ Ex genere Iudeorum vel ſarracenorum procreati an licite repellantur a dignitatibus ſeu muneribus et cōgregationibus aliquibus.lib. 1.fo.432.

¶ Generale verbum et clauſula ſecundum ius debet intelligi.lib.1.fo.344.345.426. et lib.5.fol. 371.372.

H

HAbitus infuſi quomodo augeantur.lib.1.fo. 104.105.

¶ Hereſis vel heretica propoſitio que ſit, et quomodo differat ab errore in fide.libr.1.fol. 152.158.

Hereſim ſapiens propoſitio que ſit.lib.1.fo.157.

Hereticam propoſitionem diffinire aut de fide quis poteſt.Supra, Fides.

Hereticus relapſus quis ſit.lib.1.fo.156.

Heretici an ſint de Eccleſia.lib.4.fo.253.

Hereticum eſt diffinitioni Pape vel Concilij in fide et moribus non ſtare:et qualis ea diffinitio debeat eſſe. Supra, Concilium, Eccleſia, Fides. Infra, Papa.

Hereticare an poſsit Papa.lib.4 fo.247.248.261. 315.Infra; Papa.

Hereticus occultus ab epiſcopo poteſt abſolui. lib.1.fo.125.

¶ Homicidium quod prohibetur iure naturali et diuino.lib.1.fo.300.301.

¶ Occidere ſeipſum ex mandato iudicis an quis licite poſsit.lib.1.fo.287.

Occidere inuaſorem ex intentione an liceat. lib. 1.fo.315.

Occidere inſidiantem vite an liceat.lib.1.fo.322.

Homicidium voluntarium reſeruatum in bulla Cruciate quid ſit.lib.5.fo.493.

Homicida quomodo teneatur reſtituere.lib.1.fo. 251.252.

¶ De hoc, infra, Occiſio.

¶ Honor quid ſit, et quomodo differat ab adoratione et veneratione.lib.1.fo.70.

¶ Que ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe quomodo.lib.1.fo.421.

I

IDolatre an poſsint debellari vt relinquāt idolatriam.lib.1.fo.498.505.

¶ Ieiunij preceptū an violetur per exceſsiuā rei non prohibite manducationē vel quantitatē. lib.1.fo.99.

¶ Ignorantia quid et quotuplex ſit.lib.2.fo.1.

Quid requiratur ad faciendū quod in ſe eſt vt ignorātia cēſeatur inuincibilis et excuſet.li.2.f.6.

Vt inuincibiliter quis ignoret ſequendo aliquã opinionem erroneam, et excuſetur quid requiratur. lib. 2. fo. 11. 12. vſq; 21.
Ignorantia inuincibilis in quibus cadere poteſt, in quibus non. lib. 2. fo. 22.
Ignorantia inuincibilis de Deo an dabilis ſit. lib. 2. fo. 22. 34. 36.
Ignorãtia inuincibilis de Chriſto et eius fide an ſit. lib. 2. fo. 24. 40. 42.
Ignorantia an ſit ſpeciale peccatum, et quando. lib. 2. fo. 43.
Ignorantiã an ſit cauſa peccati, et quomodo. lib. 2. fo. 47.
Ignorantia quomodo facit inuoluntarium: et nõ voluntarium. lib. 2. fo. 47. 48.
Quid ſit peccare ignoranter, ex ignorantia, ex fragilitate vel paſsione; ex malicia vel ex habitu. lib. 2. fo. 49.
Ignorantiam et cecitatem mentis quomodo inducat paſsio et malicia, et quomodo hec preualeant contra rationem, ſupra; Error, Excecatio. lib. 2. fo. 50. 52. 78. 79. 81.
Ignorantia an ſit in omni peccato vel aliquis defectus rationis aut fidei. lib. 2. fo. 74. 77.
Omnis malus eſt ignorans, et quomodo. libro. 2. fo. 80.
Ignorantia omnis an excuſet a culpa, et quomodo. lib. 2. fo. 82.
Ignorantia omnis inuincibilis iuris vel facti precedens ex nulla culpa proueniens an omnino excuſet a culpa. lib. 2. fo. 88.
Ignorantia omnis inuincibilis precedens ſed ex culpa proueniens vt eſt ignorantia culpabiliter ebriorum an omnino excuſet a culpa. lib. 2. fo. 91. 92.
Ignorantia inuincibilis concomitans iuris vel facti an omnino excuſet a culpa. libro. 2. fo. 100.
Ignorantia aliqua inuincibilis aggrauat culpam. lib. 2. fo. 89. 91.
Ignorantia inuincibilis affectata an ſimpliciter augeat culpam. lib. 2. fo. 104.
Ignorans partim inuincibiliter partim vincibiliter an ſic operando peccet. lib. 2. fo. 90.
Ignorantia vincibilis craſſa et ſupina iuris vel facti an excuſet vel aggrauet culpam aliquando. lib. 2. fo. 105.
Ignorantia probabilis iuris vel facti an omnino excuſet a culpa. lib. 2. fo. 106.
Ignorantia inuincibilis an excuſet omnino actũ a malicia morali, ita vt nõ ſit neq; dicatur peccatum actus ille. lib. 2. fo. 109. 110.
Ignorãtia inuincibilis an ita excuſet a malicia morali quod talis actus ſit et dicatur moraliter bonus. lib. 2. fo. 110. 111.
Ignorantia an mutet ſpeciem moralem actus vel peccati. lib. 2. fo. 117. 118.
Ignorantia venialis an excuſet a mortali culpa: et mortalis vtrum aggrauet mortaliter. lib. 2. fo. 121.
Ignorantia inuincibilis tantum pene an excuſet a culpa et pena legis violate. lib. 2. fo. 122.
Ignorantiã facti tantum non iuris an excuſet a pena legis. lib. 2. fo. 125.
Ignorans inuincibiliter legem humanam an eius penam incurrat cõmittens actum per eam ſimul et per aliam legem diuinam vel naturalẽ ſibi notam prohibitum. lib. 2. fo. 128.
Ignorantia inuincibilis facti vel iuris an excuſet a pena iuris humani non ſciẽter neq; doloſe ſed ex lata culpa violati. lib. 2. fo. 135.
Peccatum ex Ignorantia eſt leuius quam ex paſsione vel malicia. lib. 2. fo. 137.
Peccatum ex ignorantia difficilius curatur et periculoſius eſt. lib. 2. fo. 141. 142.
In actibus a culpa mortali per Ignorantiã, coactionem vel impoſsibilitatem excuſatis an liceat complacere ante vel poſt illam ignorantiam vel impoſsibilitatem. lib. 2. fo. 143.
¶ Illegitimus occultus an ſit irregularis ſacros ordines ſuſcipiendo. lib. 1. fo. 279.
¶ Imaginũ adoratio et pictura, ſupra, Adoratio.
¶ Impedimentum habens occultum matrimonij per quem poſsit diſpenſari: et quid interim faciet. lib. 1. fo. 121. 125.
¶ Imperator an ſit dominus mundi. lib. 1. fo. 491.
¶ Imperium an intellectus an voluntatis ſit. lib. 2. fo. 59. 60.
¶ Impoſsibile reale et logicũ an ſit dabile, ſignificabile, intelligibile, et volibile. lib. 2 fo. 65. 66.
¶ Imprudentia, infra; Prudentia.
¶ Inceſtuoſi pena ſecundum ius, et a quo poteſt diſpenſari. lib. 1. fo. 126. 128.
¶ Inconſideratio ſicut ignorantia eſt in omni peccato. lib. 2. fo. 74. 77.
¶ Indigentibus remedio quomodo medicus aduocatus et alij ſuccurrere teneantur. lib. 1. fo. 220. 223. 227.
¶ Indifferens actus quomodo detur. lib. 2. fo. 109.
¶ Indulgentia quid et quotuplex. libro. 5. fo. 336. fo. 393. 399.
Indulgentia per modum ſuffragij quid ſit. lib. 5. fo. 396. 397. 399.
In Indulgentie cõceſsione quot actus cõcurrunt. lib. 5. fo. 338. 342. 346.
Indulgentia differt a cõmunicatione bonorum et ſue communitatis. lib. 5. fo. 337. 338. fo. 486. vſq; 491.
Ad Indulgẽtias requiritur theſaurus de quo ſiãt. lib. 5. fo. 345.
Indulgentiarum theſaurus conſtat ex ſuperabundantibus ſatiſfactionibus Chriſti et ſanctorũ. lib. 5. fo. 345. 347.
Per Indulgentias que pene remittantur. lib. 5. fo. 351. 365. 366. 367.
Indulgẽtia a culpa et pena an ſit. li. 5. fo. 365. 366.
Indulgentias Eccleſia concedere poteſt, et quo iure. lib. 5. fo. 359. 360.
Indulgentia plenaria, plenior, et pleniſsima, et Iubileus quid ſit. lib. 5. fo. 378. 379.

Indulgentiarum vſus quando cepit in Eccleſia. lib.5.fo.361.362.363.

Vltra Indulgentiam plen.quare conceduntur tot quadragene.lib.5.fo.381.

Indulgentiarum abundantia quare nunc potius quã olim.lib.5.fo.363.364.fo.415.

Indulgentias negare hereticum eſt. lib.5.fo.362. 363.401.

Indulgentie nõ proſunt exiſtentibus in inferno. lib.5.fo.366.fo.444.

Indulgentie ſolum proſunt exiſtentibus in gratia.Ibidem.

Indulgentias a ſe conceſſas prelati quomodo lucretur.lib.5.fo.391.392.393.399.

Per Indulgentias an remittantur pene iniuncte et non iniuncte.lib.5.fo.367.

Indulgentie an ſint ſtricti iuris et ſtricte interpretande.lib.5.fo.371.372.373.467.

Per Indulgentias remittitur pena Deo debita in vtroq; foro.lib.5.fo.374.

Indulgentias qui,et quibus,et in qua quãtitate cõcedere poſſunt.lib.5.fo.381.382.385.389.394.

Indulgentias concedendi poteſtatem an det conſuetudo.lib.5.fo.389.

Indulgentias non poteſt concedere excõmunicatus nec hoc alteri cõmittere. Poteſt tamen ſuo ſubdito dare licẽtiam vt eas ab altero lucretur, ſicut et ꝙ ab alio abſoluatur a peccatis quodq; ſe illi ſubijciat.lib.5.fo.390.

Indulgentiam in qua quãtitate poteſt epiſcopus aliusq; prelatus concedere.lib.5.fo.394.

Indulgentias per modum ſuffragij animabus purgatorij Papa concedere poteſt.lib.5.fo.403.

Per Indulgentiã plen.vtrum anima ſtatim liberetur a purgatorio:et quare querũtur alie indulgentie et alia ſuffragia.lib.5.fo.411.414.

Per Indulgentias vtrum Papa poſsit totum purgatorium euacuare.lib.5.fo.416.

Ad lucrandum Indulgentiã alteri viuo aut defuncto an requiratur quod faciens pro illo opus pium ſit in gratia.lib.5.fo.414.

Indulgentias per modum ſuffragij an epiſcopi poſsint concedere defunctis.lib.5.fo.417.

Ad lucrandum Indulgentiam que requirantur. lib.5.fo.418.

Ad lucrandum Indulgentiam quantum ſonat an requiratur cauſa pia et proportionata quãtitati ipſius Indulgẽtie.li.5.fo.419.420. vſq; 436.

Cauſa Indulgentie eſt aliud a cauſa cõcedentis indulgentiam vel a cauſa conceſsionis Indulgentie.lib.5.fo.419.434.438.

Cauſa pia Indulgentie que et quale opus ſit.lib.5. fo.419.436.438.

Indulgentie indiſcrete que ſint.lib.5.fo.484.

Cauſa pia Indulgentie non abſolute ex obiecto ſed etiã ex relatione et circunſtantijs conſideranda eſt.lib.5.fo.419.427.435.

Indulgentia maior et minor pro eadem cauſa dari poteſt.lib.5.fo.421.422.423.435.

Indulgentia tot dierum et annorum hic et in purgatorio quomodo intelligatur. libr.5. fol.431. 463.464.

Indulgentiam concedere pro elemoſina vel alia pia cõtributione nõ eſt ſymonia, ſicut nec pro orõne ieiunio et viſitatione Eccleſie.li.5.f.457.

Indulgentia orantibus per calculos benedictos et potantibus poſt prandium quomodo valeat,quomodo non.lib.5.fo.439.

Indulgentie cauſa ſufficiens an ſemper ſit ea que per Papam in bulla proponitur.lib.5.fo.440. 459.460.

Indulgentia an valeat quantum ſonat.libr.5.fol. 441.442.459.460.

Ad indulgentiam lucrandum que requirãtur ex parte illam lucrantis.lib.5.fo.442.

Indulgentiam vtrum lucretur qui moritur in via peregrinationis aut viſitationis. libro.5. fo.443.

Ad Indulgẽtiam lucrandũ an vltra ſtatum gratie requiratur alia dignitas.lib.5.fo.460.461.

Quare conceduntur tot millia annorum Indulgẽtie quot nec hic nec in purgatorio eſſe nec homines pati poſſunt.lib.5.fo.432.465.

Indulgentiam vnus pro alio et per alium quomodo lucrari poteſt.lib.5.fo.451.452.

Qui vadit pro alio Romam pro Indulgentia an lucretur illam ſolus vel etiã alius. lib.5.fo.452.

Indulgentiã an lucretur is qui partẽ tantũ operis pij taxati adimplet.lib.5.fo.443.460.

Indulgentiam lucraturus quando tenetur eſſe in gratia.lib.5.fo.446.447.448.

Pro lucranda Indulgẽtia opus pium taxatum an debeat fieri in gratia:et an debeat eſſe meritorium,et moraliter bonum. lib.5.fo.446.447. 448.449.450.451.

Ad lucrandum indulgentiam quam intentionem homo habere debeat. lib.5.fo.443.449. 450.451.

Ad lucrandum Indulgentiam de contritis et confeſsis an requiratur confeſsio tunc facienda,et qualis,lib.5.fo.453.vſq;.458.

Ad lucrandum Indulgẽtiam an requiratur quod confeſſor aut alius eam concedat tale opus piũ facienti,an ipſo facto eam lucretur, libr.5.fol. 456.457.

Vt Indulgentiam conceſſam pro opere pio indeterminato quis lucretur, quomodo intelligatur tale opus faciendũ,puta porrigentibus manus adiutrices et huiuſmodi. li.5.fo.440.445. 459.460.

Indulgentias cõceſſas pijs locis poſſun lucrari clerici et religioſi ipſorum locorũ. lib.5.fo.463.

Exiſtens in mortali an poſsit alteri viuo et defuncto acquirere indulgentiam.lib.5.fo.452.

Indulgentias conceſſas intereſſentibus diuinis et pijs locis poſſunt aliquando lucrari qui pre neceſsitate foris exiſtunt.lib.5.fo.463.

Indulgentias quoties quis lucrari poſsit. libr.5. fo.466.469.

Indulgentiarũ regule Cãcellarie.li.5.fo.467.469.

De Indulgentia an tantum lucretur quis vna vice ſicut altera.lib.5.fo.467.468.

Eandem Indulgentiam vtrum toties quis lucretur quot bullas habet.lib.5.fo.468.469.

Indulgentia quando incipit finitur et ſuſpēditur vel reuocatur et durat.lib.5.fo.470.

In conceſsione Indulgentie qualis forma ſit.lib.5.fo.474.

Indulgentia et abſolutio a peccatis in articulo mortis quomodo cōcedenda ſit.lib.5.fo.474.475.476.

Virtute bullarum abſoluentes a culpa et pena dicentesq; quod per eas homo reſtituitur ad innocentiam baptiſmi taxantur et puniuntur. lib.5.fo.485.

Indulgentias indiſcretas religioſi predicantes puniuntur.lib.5.fo.484.

Indul.lucrari an preſtet quam alia bona facere. lib.5.fo.482.483.351.

Preſtat acquirere Indul.pro defunctis quā eos relinquere vt in purgatorio ſatiſfaciant. lib.5.fo.482.483.

Indulgentias lucrari an preſtet quam eam quantitatem pauperibus erogare.lib.5.fo.483.

Indulgentias plen.vrbis Ro.an quis lucretur virtute Cruciate.lib.5.fo.485.

¶ Inferni aliqua pena an per Indulgentias remittatur et per Eccleſie ſuffragia. li.5.fo.366.444.

Pro exiſtentibus in Inferno nullus ſatiſfacere poteſt.lib.5.fo.444.

Pro exiſtente in Inferno an liceat orare. libr.1.fo.410.413.

De Inferno an aliqui aliquando ſint reſuſcitati. lib.1.fo.413.

¶ Infidelitas que et an peccatum ſit.lib.2.fo.33.

Infideles an vere vel verum Deum colant et adorent.lib.1.fo.328.

Infideles ad fidē cogendi non ſunt et quomodo. lib.1.fo.445.505.506.507.lib.4.fo.299.

Super Infideles an Papa habeat poteſtatem. lib.1.fo.408.

¶ Innocentem probatum nocentem an iudex debeat condēnare.lib.1.fo.295.

¶ Inimicitiarū vel odij ſigna oſtēdere nō ſalutando nec loquendo an liceat.lib.1.fo.229.

¶ Iniuſta ſententia an teneat et timenda ſit in cōſcientia.lib.1.fo.335.340.

Iniuſta lex que ſit:et an obliget.lib.1.fo.337.340. lib.4.fo.307.

Iniuſtam ſententiam an miniſter iudicis debeat exequi.lib.1.fo.299.

¶ Irregularitas contrahitur ex facto ignorato dā do operam rei illicite et etiam rei licite ſed incaute.lib.2.fo.125.126.127.

Irregularitas ſepe ſine culpa et pro ſolo peccato veniali contrahitur.lib.2.fo.127.

Irregularitatem pro facto et peccato occulto an quis contrahat ipſo facto.lib.1.fo.275.276.

Irregularis an ſit illegitimus occultus. libro.1. fo.279.

Irregularitas aliqua eſt cenſura aliqua non.lib.5. fo.493.

Ab Irregularitate mentali abſolui quid ſit. lib.5. fo.492.

¶ Inſulani an poſsint debellari propter idolatriā: et vt illam relinquant.lib.1.fo.408.505.506.

Ab Inſulanis vel ab Indis capta quomodo ſint reſtituenda.lib.1.fo.324.

¶ Inſignia Chriſti quomodo ſint adoranda. lib. 1.fo.85.

¶ Intellectus an preſtet voluntati.lib.1.fo.333.

Intellectus an precipiat et moueat voluntatem. lib.2.fo.58.59.

In Intellectu an ſit libertas prius quam in voluntate.lib.2.fo.63.

Intellectus an prius cognoſcat magis vniuerſale. lib.1.fo.429.

¶ Interpretanda eſt latiſsime conceſsio principis in fauorabilibus.lib.5.fo.370.

Interpretanda eſt ſtricte indulgentia, et cōceſsio odioſa.lib.5.fo.371.372.373.467.

Interpretanda ſunt ſecundum ius verba iudicis generalia. libr.1.fol.344.345.426. libro.5.fol. 371.372.

Interpretatio ſemper facienda eſt vt vitetur peccatum.lib.5.fo.473.

¶ Inuoluntarium, quid ſit.lib.2.fo.47.48.138.

¶ Iubileus quid ſit et quomodo differat ab indulgētia plen.et pleniſsima, et quare ſic vocetur. et quando incepit.lib.5.fo.379.380.

¶ Iudei et infideles vtrum vere vel verum Deum adorent.lib.1.fo.328.

Ex Iudeorū genere nati vtrum licite repellantur ab officijs et congregationibus.lib.1.fo.432.

¶ Iudex an debeat iudicare ſecundum allegata et probata.lib.1.fo.295.

Iudicis verba generalia ſecundum ius intelligenda ſunt. libr.1.fo.344.345.426. libr.5.fol. 371.372.

Iudex in mortali ſuum officium exercens an peccet.lib.1.fo.405.

Iudicare aut agere ſecundum exempla quando liceat quando non.lib.4.fo.299.300.302.

Iudex an ordinem iuris ſemper ſeruare debeat. lib.1.fo.295.297.314.315.

¶ Iudices quinq; ad veritatem fidei cognoſcendum.lib.4.fo.257.258.

¶ Idem ius an ſit ſemper vbi eadem ratio eſt.lib. 1.fo.123.124.

¶ Ius ſibi dicere quiſq; poteſt in rebus ſuis deficiē te ſuperiore qui ius dicat.li.1.fo.275.li.4.f.302.

¶ Iuriſdictio tota Eccleſiaſtica deriuatur a Papa immediate vel mediate. lib.4.fo.244.fo.249. 250.274.277.

Iuriſdictionem in ſeipſum nemo poteſt exercere, nec alteri dare.lib.5.fo.392.393.

Iuriſdictionis poteſtatem in purgatorio Papa nō habet.lib.5.fo.402.vſq;.411.

Iuriſdictionem aliquam humanā poteſt dare conſuetudo:non autem diuinam lib.5.fo.369.

Iuriſdictio quãdo poteſt in alieno territorio exerceri, quando non. lib. 5. fo. 349. 395.

¶ Iuſtitie actus debitos pro pecunia dare aut negare illicitum eſt. lib. 1 fo. 192. 257.

¶ Vbi ius non diſtinguit neq; reſtringit: nec nos id facere debemus. lib. 4. fo. 298. lib. 5. fo. 369.

¶ Iuſtitia originalis an fuerit in Chriſto et beata virgine Maria. lib. 1. fo. 389. 390.

Iuſtitia originalis quid ſit, et quis ſtatus eius, et qui ſint eius effectus. lib. 1. fo. 386. 387. 388.

L

LEx penalis multiplex. lib. 1. fo. 281.

Lex penalis ipſo facto priuans dominio an etiam priuet iuſtam bonorũ poſſeſsionẽ: ita quod reus teneatur etiam ante ſententiã iudicis bona ſua fiſco vel alteri traddere. libro. 1. fo. 281.

Lex patitur Epikeiam quando et quomodo. lib. 3. fo. 204. 205.

Contra legem actus factus an validus ſit. libr. 1. fo. 250.

Lex diuina non precipit: nec patitur nenias: nec tollit bonã ciuilitatem aut hominum cõuictũ alias licitum: nec obligat ad aliquid vnde homo appareat inciuilis vel fatuus: nec obligat ad difficilima in ſe et via poſsibilia. libr. 3. fol. 205. 206. lib. 1. fo. 204.

Pro lege habendus eſt cõmunis ſenſus vitaq; bonorum hominum. lib. 3. fo. 206.

Lex iniuſta que ſit et an obliget in cõſcientia. lib. 1. fo. 337. 338. 339. 340. lib. 4. fo. 307.

Lex vt iuſta ſit et obliget in omni caſu reſpicit ea que vt plurimum contingunt, et valet etiam ſi eius ratio in particulari homine deficiat vel in aliquibus paucis, et ſi manet in generali adhuc obligat illos et omnes alios. libro. 4. folio. 309. 310. 312.

Legibus et mandatis manifeſte iniuſtis et illicitis etiam Pape non tenemur obedire. Alias autẽ ſic ſi non ſint manifeſte iniuſta etiam ſi dura ſint. lib. 1. fo. 337. vſq; 340. lib. 4. fo. 307.

Legibus etiam ſuis princeps et Papa quomodo tenetur. lib. 4. fo. 291. 309.

Lex quomodo ad ſimilia ſe extendit. libro. 4. fol. 302.

Lex eadem an ſit vbi eadem ratio eſt. libro. 1. fol. 123. 124.

Legis penam an incurrat qui ignoranter contra eam egit ex lata culpa.

¶ Libertas voluntatis in quo ſtat. libr. 1. fol. 464. 467. 200. lib. 2. fo. 63. 64.

Libertas an prius in intellectu quam in voluntate ſit. lib. 2. fo. 63.

Liber actus et deliberatus plene et ſemiplene. lib. 1. fo. 200. 202. lib. 2. fo. 61. 62. 95.

Liber actus non plene liber nec deliberatus. lib. 1. fo. 200. 202. lib. 2. fo. 61. 62. 95.

Liber actus cum ſola apprehenſione intellectus. lib. 1. fo. 202. lib. 2. fo. 61. 62. 95.

Liberi an ſint primi motus. libr. 1. fol. 200. 202. 203. 204.

Libertas contradictionis, contrarietatis, et cõplacentie. lib. 2. fo. 73. 112.

Liber actus in ſe et in ſua cauſa. libro. 2. folio. 73. 98. 99.

Liber actus mediate et immediate. libro. 2. folio. 73. 112.

Liberi arbitrij vel rationis vſum habens quis ſit. lib. 1. fo. 199. 200. lib. 2. fo. 61. 62. 97.

Liberi arbitrij vel rationis vſum an dormiens vel in ſomno quis habere poſsit. libr. 2. fo. 61. 62. 97.

Ad liberi arbitrij vel rationis vſum puer perueniens an poſsit eſſe in ſolo peccato originali. lib. 2. fo. 39.

Libertas noſtre voluntatis an ſtet ſimul cum concurſu diuino et eius voluntate ſcientia ſiue preſcientia. lib. 1. fo. 467. 471.

¶ De Libertate, infra, Voluntas.

¶ Loquendum eſt in theologicis ſecundum vſum ſanctorum. lib. 1. fo. 414.

M

MAior obligatio dupliciter accipitur, et quomodo deobligat a minori. lib. 1. fo. 219. 321.

Maior eſt orbis vrbe Ro. quomodo. lib. 4. fo. 285. 295.

Maior an ſit Eccleſia vniuerſalis quam Eccleſia Ro. et quam Papa. lib. 4. fo. 285. 286. 295.

Maius eſt totum ſua parte quomodo. libr. 4. fol. 285.

Qui poteſt in maius poteſt in minus quomodo et quomodo non. lib. 4. fo. 304. 305.

Maius bonum aliquando ad minus ordinatur. lib 4. fo. 286.

Maius bonum an ſemper preeligendum ſit. lib. 5. fo. 483. Supra, Bonum.

¶ Malicia et paſsio quomodo peruertunt iudicium rationis, ſupra, Excecatio.

¶ Malum maius poſtpoſito minori cauendum eſt. lib. 1. fo. 247. 248. 321. 494. lib. 3. fo. 167. 170. 171. 172. 177.

Inter duo mala, vtrũ detur perplexitas. lib. 1. fol. 247. 248. 321. lib. 3. fo. 167. 170. 171. 177.

Malum certius poſtpoſito minus certo ceteris paribus cauendũ eſt. lib 1. fo. 247. lib. 3. fo. 167. 170. 171. 172.

Malum quod eſt in preiudicium tertij habet rationem maioris mali magis euitandi. lib 3. fo. 171. 177.

Malum culpe quod bene fieri non poteſt, vt fornicari, mentiri, et idolatrare, non eſt faciendum pro ſaluanda vita. lib. 1. fo. 124. 236.

Minus bonum poſtponendum eſt pro ſaluando maiori bono cuius illud eſt pars vel in quo conſeruatur et non pro alio. libro. 1. folio. 235. 394. li. 4. fo. 494. Supra, Bonum.

¶ Maleficium maleficio deſtruere an liceat. lib. 1. fo. 323.

¶ Maria virgo fuit ab omni peccato actuali et originali. lib. 1. fo. 389.

Maria non habuit fomitem peccati. libro.1.folio.34.

Maria non habuit iuſtitiam originalem ſed aliquos eius effectus per gratiam. libro.1.folio.389.

Maria an deſcendiſſet ad limbum ſi ante Chriſtũ mortua eſſet.lib.1.fo.390.

Maria in triduo an fuerit mater Chriſti vel Dei. lib.1.fo.392.

Marie aſſumptio glorioſa in anima et corpore an ſit de fide tenenda.lib.1.fo.150.

Maria an preeligeret virginitatem quam Dei maternitatem ſi alterum tantum horum eſſet habitura.lib.1.fo.393.394.

Maria an preeligeret carere peccato originali potius quam Dei maternitate ſi illi daretur optio.lib.1.fo.399.

Maria quomodo habet aureolam martirij. lib.1. fo.397.

Maria quomodo habuit aliquam ignorantiam. lib.2.fo.1.

¶ Materia ex genere bona et mala et indifferens que ſit.lib.2.fo.109.

Materia ex genere bona et mala et indifferens quomodo per circunſtantiam de bona in malam et econuerſo mutari poteſt. libro. 2.folio.109.

¶ Matrimonij impedimento occulto ligatus per quem poſsit diſpenſari:et quod remedium interim erit.lib.1.fo.121.125.

De validitate Matrimonij dubitans quid faciet, et qui ſcit impedimentum dirimens illud.lib. 2.fo.183.vſq;.186.

Matrimonium tantum ratum non conſummatũ an ſit diſpenſabile per Papam.lib.1.fo.216.

¶ Medicus et aduocatus quomodo teneantur ſuccurrere indigentibus illorum officio.lib.1.fo. 223.226.

¶ Mentiri pro ſaluanda vita an liceat.libro.1.folio.236.

Mendacium mendacio eludere an liceat.libr.1. fo.236.323.

¶ Meritum congrui et condigni. libro. 1.folio. 40.51.

Sub merito congrui et condigni qui fructus miſſe cadant.lib.1.fo.40.vſq;.44.fo.51.

Merita Chriſti quomodo applicētur vni vel multis in miſſa.lib.1.fo.38.

Meritorij et ſatiſfactorij operis differentia. lib.1. fo.51.lib.5.fo.346.347.487.488.

Ad meritum maius plus facit intēſio vnius actus quam multitudo vel frequentia aut continuatio multorum remiſſorum.lib.1.fo.110.

Merita Chriſti et ſanctorum an ſint plene premiata.lib.5.fo.347.350.353.

Meritum vnius poteſt alteri valere dupliciter. lib.5.fo.486.487.488.

¶ Metus et coactio vel violentia differunt. lib.1. fo.240.

¶ Miracula ſunt certiſsima ſigna veritatis fidei et Eccleſie catholice.lib.1.fo.363.364.lib.4.fo. 225.226.

Miracula vera quomodo diſcernuntur a falſis. lib.4.fo.227.

Miracula an aliquando fecerint heretici et infideles.lib.4.fo.226.227.

Miracula non omnia ſed qualia attendit Eccleſia in ſuis diffinitionibus et canonizatione ſanctorum.lib.1.fo.363.364.

¶ Miſſa pro pluribus dicta an tantum valeat ſingulis ac ſi pro vno quolibet tantum eorum diceretur.Quinq; ſunt opiniones circa hoc.lib. 1.fo.44.49.

In Miſſa eſt ſacramentum et ſacrificium et oratio.lib.1.fo.38.

Fructus Miſſe ex opere operato et operantis et eorum differentia.lib.1.fo.38.55.

Fructus Miſſe prouenienꝭ propter merita Eccleſie an ſit ex opere operato an operantis. lib.1. fo.38.

Fructus Miſſe duplex , ſcilicet per viam ſatiſfactionis et per viam impetrationis aut meriti ſiue congrui ſiue condigni. libro.1.folio. 41.42.

Miſſa tripliciter valet et applicatur,ſcilicet generaliſsime , ſpecialiſsime , et ſpecialiter medio modo.lib.1.fo.39.

Sacrificium Miſſe vt tale vtrum ex opere operato conferat gratiam et remiſsionem mortalium ei pro quo ſpecialiter offertur. lib.1.fo.40.41. 42.43.

Petens pro ſe Miſſam celebrari ſolum petit fructum ex opere operato ſibi ſpecialiter applicari et ex merito Eccleſie:niſi aliud explicet. lib. 1.fo.53.63.

Fructus Miſſe et ſacramentorum ex opere operato an ſit ita finitus quod ſit iam generaliter taxatus et determinatus a Deo pro quocunq; regulariter.lib.1.fo.53.54.

Fructus Miſſe et ſacramentorum etiam ex opere operato participatur ſecundum diſpoſitionem ſuſcipientium quibus applicatur. lib.1. fo.60.61.

Vtrum qui plus dat pro celebratione Miſſe recipiat plus de eius fructu quam alij et quam ſi ipſe minus dediſſet.lib.1.fo.61.

Miſſa ſpecialiter alicui vel aliquibus applicata plus valet eiſdem quam ſi generaliter tantum ipſis applicaretur.lib.1.fo.49.50.

Miſſe celebratio confuſa pro eo qui poſtea illã commendauerit, vel cui ipſe vel alius eam applicauerit an illi proſit.lib.1 fo.69.

Miſſam quotidie an ſacerdos plebanus teneatur pro ſuo populo celebrare.lib.1.fo.69.

Vtrum Miſſam vnam celebrans ſpecialiter pro multis ſatiſfaciat ſingulis eorum a quibus ſua iuſta ſtipendia per legem vel conſuetudinem taxata vel non taxata recipit atq; promiſit, etiam ſi ad id diſpenſatio Papalis accedat.lib. 1.fo.63.vſq;.66.

Vtrum ſtipendium Miſſe ſic lege taxari poſsit vt etiam ſub excommunicatione precipiatur ne minus eo detur neq; recipiatur. libr.1.fol. 67.68.

Miſſam celebrans pro vno cum pro alio ex lege pacto vel precepto ſuperioris illam celebrare teneatur an ſatiſfaciat. Et cui illorum proſit il la Miſſa.lib.1.fo.44.

Accipiens vnum regale pro vna Miſſa et faciens eam per alium pro dimidio celebrari an teneatur aliquid reſtituere.lib.1.fo.68.69.

Miſſam in die feſto non audiens an teneatur alio actu tunc colere Deum.lib.1.fo.90.

¶ Monialis,infra,Nouicius.

¶ Mortem pati potius quam mentiri vel fornicari tenemur.lib.1.fo.236.

Mortem proximi cum noſtro detrimento an cauere teneamur. libr.1. fo. 223.326.227.228. 229.235.495.

Mortis articulus et periculum mortis differunt. lib.5.fo.475.

In Mortis articulo quomodo cum infirmo agendum eſt.lib.5.fo.475.vſq;.481.

Mortuus an poſsit excõmunicari et abſolui.libr. 5.fo.408.410.476.

¶ In mortali peccato orans vel actum bonũ exercens an peccet.lib.1.fo.399.vſq;.406.

¶ Motus triplex,naturalis,ſenſualis,et rationalis, in homine eſt.lib.1.fo.196.197.

Motus primus vel ſenſualitatis quis et quotu plex,et quale peccatum ſit.lib.1.fo.197.201.

Motus ſubreptitij qui et vbi ſint, infra, Senſualitas.lib.1.fo.197.198.199.

Motiua vis multiplex.lib.1.fo.199.197.

Motiua vis que ſubiacet rationi,que non.libr.1. fo.197.

Motus anime quid, et quotuplex. libr.1.fol.196. 197.

Motus et actus anime pro eodem ſumuntur:licet aliquomodo differant.lib.1.fo.197.

Mouens vt motum ſi neceſſario mouetur neceſſario mouet.lib.1.fo.452. 453.

¶ Mulier ligata occulto impedimento matrimonij cum non ſuo quid faciet.lib.1.fo.125.

Mulier que filium adulterinum ſuo marito ſuppoſuit ad quid teneatur.lib.1.fo.246.

N

Neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem quid ſit. lib.2.fo.6.27.

Neceſsitatẽ patiẽti quomodo aduocatus et medicus et alij ſuccurrere teneantur. lib.1.fo. 223.226 227.228.

¶ Negligentia duplex.lib.2.fo.45.

¶ Neophiti qui prohibentur aſſumi ad officia et dignitates qui ſint.lib.1.fo.446.

¶ Nomina diuina quotuplicia ſint. libro.1.folio.424.

¶ Notitia intuitiua et abſtractiua quid. libro.1. fo.455.

¶ Nouicius an poſsit abſolui a reſeruatis per quẽ cunq; potentem abſoluere a non reſeruatis an teneatur aſtrictus vt profeſſus eiuſdem religionis.lib.1.fo.241.

¶ Nouitas in fide certum ſignum et via ad hereſes eſt.lib.4.fo.225.256.

Nouitas in fide ſuſpecta vel erronea eſt. lib.4.fo. 225.256.257.

¶ Notorium quid et quotuplex eſt. libro.4.folio.306.

O

Obedire in dubijs,vel contra conſcientiam, vel contra opinionem propriam quomodo liceat, et homo teneatur, quomodo non.libro.2.folio.176.vſq;.191. Supra, Conſcientia.

¶ Obiectum voluntatis quoad velle eſt bonum, quoad nolle eſt malum verum vel apparens. lib.2.fo.69.70.

Obiectum materiale et formale fidei.libro.1. folio.146.

¶ De Obiecto actus moralis,ſupra, Actus.

¶ Obliuio equiualet ignorantie inuincibili. lib. 2.fo.90.

¶ Obligationem eſſe maiorem vel minorem ſtat dupliciter.lib.1.fo.219.321.

Obligare et facere reum et abſoluere apud Deum quomodo poteſt Eccleſia.lib.5.fo.376.377.

Ab obligatione queſita Deo quomodo Eccleſia abſoluere poteſt quomodo non.libr.5.fo.344. 376.377.

¶ Obſtinatus duplex. Et an licite oret. libro.1.folio.405.

¶ Occaſione mortis dans an ſemper peccet mortaliter.lib.1.fo.266.267.

¶ Occiſio hominis iure naturali que prohibeatur.lib.1.fo.300.301.

Occidere ſeipſum ex iudicis mandato an liceat. lib.1.fo.287.

Occidere inuaſorem ex intentione quid ſit et an liceat.lib.1.fo.315.

Occidere innocentem vel eum tradere occidendum an liceat.lib.1.fo.295.306.307.

Occidi an poſsit vnus pro alio.libro.1.folio.307. 308.

Occidere inſidiantem vite an liceat.libro.1.folio. 322.

Occidere fetum in vtero vel alium innocentẽ vt alios mortẽ euadat an liceat.lib.1.fo.323.

¶ De hoc,ſupra,Homicidium.

¶ Occultus criminoſus quomodo ligetur vel nõ cenſuris et penis iuris vel iudicis ipſo facto in flictis contra eum.lib.1.fo.275.

Occultum criminoſum quomodo quis teneatur reuelare quando ſub excommunicatione vel iuramento ſpecialiter vel generaliter precipitur.lib.1.fo.345.vſq;.351.

Occultus excommunicatus vel ſuſpenſus iniuſte an llcite poſsit celebrare.lib.1.fo.269.270.
In occultis quis poſsit diſpenſare et abſoluere. lib.1.fo.125.126.
In occultis actibus anime pure interioribus an Papa et Eccleſia habeat poteſtatem.lib.4.fo.319.
¶Odium duplex ſcilicet abominationis et indignationis.lib.1.fo.229.230.
Odij vel rancoris ſigna ad proximum oſtendere non ſalutando an liceat.lib.1.fo.229 230.
¶Officium ſuum in mortali exercere an liceat ſine nouo peccato.lib.1.fo.400.405.
Pro officij executione ad quam homo tenetur an liceat aliquid exigere vel accipere,vel nolle exequi ſine pecunia.lib.1.fo.192.257.
¶Omiſsionis an cõmiſsionis peccatum ſit actus in alius ex defectu actus interioris requiſiti. lib.1.fo.212.213.
¶Opinio communis et probabilior tenenda eſt. lib. 2. fol. 12.13.14.15. lib.4. fol.230. lib.5. fol. 409.
Opinionem probabiliorem que cauſe illam efficiant.lib.2.fo.14.
Opinio quid ſit,et quomodo differat a preſumptione et ſuſpicione.lib.3.fo.155.156.
Opinionem erroneam aliquorum ſequens an excuſetur.lib.2.fo.12.13.15.
Contra opinionem propriam facere quomodo liceat,et homo teneatur aliquando, quomodo non.lib.3.fo.188.vſque.191.
An liceat conſulere vt alter ſequatur opinionem vel conſilium alterius cum ipſe oppoſitũ opinetur.lib.2.fo.143.lib.3.fo.189.191. De his ſupra,conſcientia.
¶Opus operatum et operantis.lib.1.fo.38.55.
Opus meritorium differt a ſatisfactorio.lib.1.fo. 51.lib.5.fo.346.347.487.
In opere bono ſunt multi fructus vel effectus.lib. 1.fol.39.40.51.et libro.5. fol.346.347.fol.486. 487.
Opera bona ſunt meliora indulgentijs quomodo.lib.5.fo.351.482.483.
Opera ſanctorum ſuor bona et preceptorum impletiua.lib.5.fo.353.354.
Opera bona repugnat vt ſint mala ſiue peccata et econuerſo.lib.1.fol.403.lib.2. fol.112. lib.5. fol.354.
Opus moraliter bonum multiplex. lib.2.fo.109, et lib.5.fo.449.
Opera vnius poſſunt alteri communicari et applicari multipliciter.lib.1.fo.39.40.51.et lib.5. fo.486.487.
Operis boni fructum ſatiſfactorium an reſeruare quis poſsit in futurum.lib.5.fo.490.
Ex opere operato an equalis gratia et fructus omnibus conferatur in ſacramentis et in miſſa. lib.1.fo.51.53.60.
¶De Operibus,ſupra,Actus.
¶Oratio aliquando congrua exauditur aliquando non.lib.1.fo.51.
Oratio pro pluribus quomodo valeat ſingulis eorum quomodo non,ſupra,Miſſa,Opus.
Orare in mortali an liceat ſine nouo peccato. li. 1.fo.400.vſque.404.
Oratio mala vel male etiam venialiter facta nil meretur. lib.1.fol.103. 405. lib.2.fol.112.lib.5. fol.354.
Oratio ſine attentione vel deuotione an ſit licita et impletiua precepti. lib.4. fol.319. vſque 327.
Orare pro damnatis an liceat.lib.1.fo.413.
¶Ordo iudiciarius regulariter ſeruandus eſt,licet aliquando non.lib.1.fo.295.297.314.315.
¶Originale peccatum,infra,Peccatum.
Originalis iuſtitia an fuerit in Chriſto et beata virgine.lib.1.fo.389.390.
Originalis iuſtitia quid,et quis ſtatus eius. lib.1. fo.386.387.388.

P

PApa quomodo poteſt diſpẽſare in voto ſoleoni caſtitatis vel religionis, et in multis alijs,quomodo non,ſupra,Diſpenſatio.
Papa quomodo poteſt concedere indulgentias, ſupra,Indulgentia,infra,Purgatorium.
Papam eſſe in Eccleſia eſt de iure diuino. lib. 4. fo.235.236.274.278.287.
Papa eſt ſupremum caput totius Eccleſie. lib. 4. fo.235.236.274.278.287.
Papa an poſsit ſedem apoſtolicam ab vrbe Rõ. alio transferre.lib.4.fo.237.
Papa diffiniendo in fide et moribus errare nõ poteſt ſi facit quod in ſe eſt. lib.4.fo.245.250. 260.276.
Dicere Papam ſic errare poſſe an ſit hereticum. lib.4.fo.262.267.
Papa in alijs etiam diffiniendo vt Papa errare poteſt etiam ſi faciat quod in ſe eſt.lib.4.fo.248. 270.271.272.et lib.5.fo.440.
Papa in canonizatione ſanctorum an errare poſſit.lib.4.fo.317.lib.5.fo.440.
Papa poteſt hereticare: et id aliquando fecit. lib. 4.fo.247.248.261.315.
Pape Nico.3. declaratio cum extrauagã. Ioan. 22.et aliorum Pontificum decreta que ſibi ipſis videntur cõtraria conciliantur.lib.4.fo.262. 263.
Papa ſtare tenetur diffinitioni Concilij generalis.lib.4.fol.240.241.249.275.281.
Plus ſtare tenemur diffinitioni Concilij generalis,quam ſolius Pape.lib. 4. fol.240.275.276. 281.
Pape ſimul et Concilij generalis diffinitioni in fide et moribus ſub crimine et pena hereſis ſtare tenemur,et quomodo et qualis ea diffinitio eſſe debeat.lib.1.fo.149.150.lib.4.fo.239.240 241.261.270.vſque.274.
Ad Papam pertinet iure diuino Conciliũ generalem congregare.lib.4.fo.280.305.

Sine Papa et eo inuito poteſt in aliquibus caſibus Concilium.g.congregari, et quomodo. lib.4.fo.305.

Papa eſt ſupra Concilium quoad poteſtatem iuriſditionis,non quoad certitudinē iudicij vel veritatis in diffiniendo. lib.4.fo.250.274.vſq; 296.

Pape confirmatio in diffinitionibus Concilij, ad quid neceſſaria ſit. lib.4.fo.249. 277.279. 280.

Pape et ſedis Apoſtolice et Eccleſie idem tribunal eſt,et ꝙ et vbi ſit. lib.4.fol.265. 236.267. 276.287.

Sine Pape conſenſu ſententia Concilij non habet vim coactiuam ſed directiuam. lib.4. fol. 249.277.280.

Per Papā et a Papa immediate vel mediate tota poteſtas Eccleſiaſtica in totam Eccleſiā deriuatur a Chriſto. lib.4. fo.244.277.285.vſq; 290.

Papa a Chriſto immediate ſuam poteſtatem Papalem et iuriſditionem habet. lib.4. fol.235. 236.274.275.276.&c.

Papa propter nullum crimen citra hereſim deponi, puniri vel accuſari poteſt in concilio. lib.4.fo.296.vſq;.307.

Papa an teneatur ſe purgare a crimine & quomodo.lib.4.fol.295.

Pape poteſtas an per concilium vllo modo limitari poſsit.lib.4.fol.307.308.

Papa an poſsit diſpenſare et agere contra leges conciliorum lib.4.fol.308.309.311.De hoc ſupra Concilium et Diſpenſare.

Papa an teneatut ſuis legibus et conciliorum.lib. 4.fol.311.

Cum Papa ſcandaloſo et Eccleſiam vaſtante quo modo agendum ſit.lib.4.fol.313.

Papa an poſsit excommunicari.lib.4.fol.317.

Papa vtrum habeat iuriſditionem in purgatorio. lib.5.fo.402.403.405.vſq;.411.

Papa an habeat poteſtatem aliquam ſuper infideles,et idolatras.lib.1.fo.497.498.&c.

Papa an habeat poteſtatem ſuper omnia temporalia et regna mundi,vel fideliū. lib.1.fol.491. vſque.497.

Papa vel Eccleſia an poteſtatem habeat in actus anime occultos pure interiores.lib.4.fo.319.

Papa hereticus an in concilio poſsit deponi. lib. 4.fo.315.

Papa an poſsit ſibi ſucceſſorem eligere, et leges Eccleſie omnino abrogare vel abolere. lib.4. fol.314.315.

Papa ſolus poteſt totum quod ipſe ſimul cū Eccleſia poteſt. Nec maior poteſtas ordinis et iuriſditionis eſt in tota Eccleſia ſimul cum Papa quā in ipſo ſolo Papa. lib.4.fol.250.274.275. 279.284.287.

Papa et rex inſtitutus a Deo vt Saul Dauid et Moyſes et Aaron in quo differant quoad inſtitutionem,poteſtatem et deſtitutionē.lib.4. fo.282.283.284.

Papa eſt ſupra reges et temporalia. Olim autem reges erant ſupra Pontifices veteris legis et naturalis.lib.4.fo.302.

Papa an ſit et dicatur Pontifex vniuerſalis.lib.4. fol.256.

Pape olim vocabātur etiam Epiſcopi, Archiepiſcopi,et Patriarche,et ecōuerſo.lib.4.fol.296.

Pape etiam dura precipiēti ſi nō ſint iniuſta manifeſte obediendum eſt.lib.4 fo.307.

Pape etiam iniuſta precipienti nō obedire vel ei reſiſtere propria auctoritate priuatis hominibus non licet.lib.4.fo.307.313.

De Pape auctoritate iudicialiter diſputare non licet.lib.4.fol.307.308.

A Papa ad concilium appellare non licet. lib.4. fo.280.291. 313.

Papa quomodo eſt miniſter Eccleſie vel potius Chriſti et vicarius eius:ſucceſſor autem nō vicarius beati Petri.lib.4.fo.282.283.286.

Papa quomodo in ſuo miniſterio intentioni Eccleſie ſe conformare et ſecūdum eam agere teneatur.lib.4.fo.286.287.

Papa an poſsit eſſe vxoratus.lib.4.fo.300.302.

¶Participare de bonis alterius vel communitatis quomodo differat ab indulgentia.lib.5.fo.357. 358.486.vſque.491.

¶Paſsio corrumpit turbatq; iudicium rationis. lib.2.fo.50.53.lib.3.fo.195.196.

¶Paupertatem in communi quomodo Chriſtus et apoſtoli habuerunt.lib.4.fo.263.

¶Peccare ex ignorantia, ex paſsione, et ex malicia,quid ſit.lib.2.fo.49.vſque.55.

Peccatum ex ignorantia,ſupra,Ignorantia.

Quod peccatum ex predictis eſt periculoſius et grauius.lib.2.fo.137.vſque.142.

¶Peccatum aggrauatur ex euentu vel ſequella, quomodo.lib.2 fo.94.95.118.

Peccatum commiſsionis an omiſsionis ſit actus malus ex defectu alicuius actus interioris requiſiti.lib.1.fo.212.213.

Peccare cum confidentia bulle vel venie quid ſit. lib.5.fo.473.

In peccato ſunt offenſa,inimicicia,macula,reatus culpe reatus pene,obſcuratio intellectus et al in mala.lib.1.fo.119.

Sine peccato actuali an ſtante lege homo eſſe poſſit in hac vita.lib.1.fo.365.366.

Peccatum additum peccato aliquando aggrauat aliquando minuit culpam.lib.1.fo.209.lib.2. fo.84.93.118.121.122.

Per peccatū poteſt homo deobligari ab aliquo opere ad quod tenebatur.lib.2.fo.93.

Peccatum mortale obligans ad infernum erat in lege nature.lib.2.fo.122.

Peccatum neutrum cauens quia nō poteſt ſimul vtrūq; ſed alterum tantum cauere quomodo peccet.lib.1.fo.209.lib.2.fo.90.

Peccatum etiam veniale nō eſt meritorium apud Deū alicuius premij etiam temporalis: poteſt

tamen eſſe via et medium ad id. lib.1. fol. 103. 403.lib.2.fo.112.lib 5.fo.354.

Peccatum quoad culpam et penam quomodo remitti poteſt.lib.5.fo.365.366.

Peccati pena que remittitur per indulgentiā qualis ſit.lib.5.fo.351.365.367.

Peccatum nouum an ſit exercere actum ſanctum vel bonum vel officium ſuum in peccato mortali.lib.1.fo.400.vſque.404.

Propter peccata parentum vel aliorum an quis iuſte puniatur.lib.1.fo.441 vſque.444.

¶Peccatum originale quid ſit.lib.1.fo.111 116.

Peccatum originale vbi ſit vel ſubiectetur. lib.1. fo.117.

Peccatum originale an eſſe poſsit ſine actuali in habente vſum rationis.lib.2 fo.39.

¶Pena ipſo facto per legem inflicta, an ita incurratur vt criminoſus illam teneatur ſtatim ante ſententiam iudicis perſoluere bona etiā ſua fiſco vel alteri reſignando. lib.1.fo.281.

Penarum ipſo facto inflictarum multiplex differentia.lib.1.fo.281.

Penam ſibi infligere poteſt exiſtens ſimul reus et iudex et executor.lib.1.fo.285 286.

Penam aliquam ſine vlla culpa an tranſgreſſor legis humane incurrere poſsit.lib.1.fo 335.vſque 351.

Penam cenſurarum et excōmunicationis an quis ſine culpa incurrat Ibidem.

Penam legis an incurrat eam ignorans, ſupra, Ignorantia.

Pena peccati qualis remittatur per indulgentias. lib.5.fo.351.365.367.376.

¶Puniri an iuſte quis poſsit propter peccatū alterius.lib.1.fo.441.vſque.444

¶Penitentie Sacramentum,ſupra,Abſolutio,infra,Sacramentum.

¶Penitere fructuoſe de aliquibus et non de omnibus ſimul mortalibus memorie occurrentibus an quis poſsit ſtante lege.lib.1.fo.139.

¶Penſiones et preſtimonia quomodo,et quibus, et qua de cauſa licite fiant.lib.1.fo 189.

Penſionarius an teneatur ad horas vel aliquid aliud recitandum.lib.1.fo.191.192.

¶Perplexitas inter duo mala quomodo dari poſſit,quomodo non lib.1.fo.247.248.321.et lib. 3.fo 167.170.171.177.

¶Pertinacia quid ſit.lib.1.fo 152.vſque.157.

¶Petere a Deo vel optare carentiam gratie vel glorie vel familiaritatis eum eo ex aliqua cauſa an liceat.lib.1.fo.235.

¶Periculum mortis quid ſit.lib.1. fo.265. et differt ab articulo mortis.lib.5.fo.475.

¶Beatus Petrus fuit a Chriſto inſtitutus paſtor et caput totius Eccleſie.lib.4.fo.235.277.

Beatus Petrus quanto tempore Rome viuens tenuit ſedem apoſtolicam.lib.4.fo.236.

Beatus Petrus et Paulus eadem die ſimul Rome paſsi ſunt.lib.4 fo.236.

¶Pluralitas beneficiorū etiam ex diſpenſatione an liceat.lib.1.fo.184.

¶Pollutione nocturna etiā in vigilia fedatus verū contritus iam et confeſſus poſsit eadem die celebrare.lib.1.fo.100.

Pollutio nocturna vel diurna naturaliter ſequens an ſit peccatum.lib.2.fo.116.117.

¶Pontifex ſummus Synagoge erat minor rege, et per illum et per Synagogam puniri et deponi poterat ex aliqua cauſa rationabili.lib.4. fo.302.282.283.284.

¶Poſsibile multipliciter capitur. libro.1. folio. 447.

¶Poteſtatem ad malum quomodo quis habet a Deo,quomodo non.lib.4.fo.303.307.

Poteſtas Eccleſiaſtica non perditur per peccatū. lib.4.fo.253 307.

Poteſtas Eccleſiaſtica tota deriuatur a Chriſto per Papam immediate vel mediate in corpus Eccleſie.lib.4.fol.244.277.285.vſque.290.

Poteſtas maior an ſit in Eccleſia vel in Concilio ſimul cum Papa quam in ipſo ſolo,ſupra, Eccleſia, Papa.

De poteſtate principis iudicialiter diſputare nō licet.lib.4.fo.307.308.

Poteſtati reſiſtere vel nō obedire propria auctoritate priuatis non licet,niſi in manifeſte illicitis et iniuſtis.lib.4.fo.307.313.

Qui poteſt in maius poteſt in minus quomodo ſic quomodo non.lib 4.fo.304.305.

Poteſtas par ad ligandum et ſoluendum quomodo eſt in Eccleſia. lib.4. fol.319 lib.5. fol.376. 377.

Poteſtatem ſuper infideles et idolatras an habeat Papa.lib.1 fol.497 vſque.505.

Poteſtatem ſuper actus anime pure interiores occultos an habeat Papa vel Eccleſia.libro.4 fo. 319.

¶De his,ſupra,Concilium,Eccleſia,Papa.

¶Contra preceptum agit qui contra eius finem agit.lib 1.fol.92.

Preceptum ne ſtipendium minus detur vel recipiatur an licitum ſit.lib.1.fo.67.

¶Preceptiuum dictamen vel imperium an ſit in intellectu.lib.2.fo.59.

¶Predeſtinatio et reprobatio et preſcientia Dei non neceſsitat hominem. libr.1.fol.467.471. lib.3 fo.213.

Predeſtinationis tentatio quomodo ſedetur. lib. 3 fo.212.

Predeſtinationis et reprobationis cauſa que ſit. lib.1.fo.481.lib.3.fo.212.

¶Potentia ad oppoſita pro eodem inſtanti an ſit.lib.1.fo.464.

Potentia ad preteritum an ſit.lib.1.fo.478.

¶Predicande quomodo ſint indulgentie. lib.5. fol.484.

Predicatio Eccleſie ſemper eſt vera.lib.5.fo.436. 441.442.

Predicantes indulgentias indiſcretas religioſi puniuntur.lib.5.fo.484.

Predicare quis poſsit.lib.1.fo.400.

Predicare in mortali an ſint mortale. libr.1.fol. 400.

¶Prelatorum reſidentia vtrum neceſſaria et diſpenſabilis ſit.lib.1.fo.176.177.179.

Prelatus pro vſu ſui officij alias debito aliquid exigere actus ſpirituales denegando nō poteſt lib 1.fol.192.257.

¶Propter premium temporale vel ſpirituale an liceat ſeruire Deo et amare.lib.1.fo.258.263.

Premiata ſunt omnia merita Chriſti et ſanctorū et quomodo non.lib.5.fo.347.350.353.

¶Preſumptio mediat inter ſuſpicionem et opinionem.lib.3.fo.155.156.

¶Preſtimonia,ſupra,Penſiones.

¶Primi motus qui ſint, et quando et qualia peccata ſint.lib.1.fo.197.201.

¶Princeps ſuis legibus quomodo teneatur.lib.4. fo.311.

¶Principia diſcurſus practici,infra,Prudentia.

¶Probabile quid ſit,et a quibus cauſis fiat.lib.2. fo.14.15.

¶Promiſsio turpis an obliget, et ſit reſtituendū. lib.1.fo.253 254.

¶Propoſitionū theologarū qualificatio, quid ſit propoſitio de fide,ſapiens fidem,heretica,ſapiens hereſim,erronea,ſuſpecta, maleſonans, blaſphema,ſcandaloſa &c. lib.1.fol.146.vſque 167.

Propoſitio determinate vera,quid et quotuplex. lib.1.447.448.

Propoſitio vera creata,increata, et an ſit mutabilis in falſitatem,vel econtra,et an poſsit incipere eſſe vera,et an ſit eterna, infra, Veritas.

¶Propoſitio dependet ab altera in veritate vel falſitate dupliciter.lib.1.fo.473.

Propoſitioni euidenti an poſsimus diſſentire: et oppoſite aſſentire,ſupra,Euidentia.

¶Proximi neceſsitati ſpirituali et temporali cū noſtro detrimento an ſub mortali ſubuenire teneamur.lib.1.fo.220.223.226.227.vſq;.229. et fo.172.

¶Prudētia et imprudētia quid et quotuplex. lib. 2.fo.55.

¶Prudentie proprie ſumpte proprius actus an ſit recte precipere,et quomodo.lib.2 fo.59.

Stante recto iudicio prudentiali an ſtet ſimul voluntate oppoſitum velle aut ſe illi non conformare.lib.2.fo.66.

Prudētie ſunt plures actus. lib.2.fo.59.60.et.lib. 3.fo.148.149.

Prudentialis diſcurſus quomodo fiat.lib.2.fo.58. lib.3.fo.148.

Prudentie ratio an corrumpi,cecari, deprauari, aut etiam extingui et obliuioni tradi poſsit, et quomodo,ſupra, Excecatio,infra,Ratio.

¶Pueri quando dicuntur vſum rationis primo habere.lib.2.fo.97.

Pueri ad vſum rationis peruenientes an poſsint prius venialiter quam mortaliter peccare, aut cum ſolo peccato originali decedere.lib.2.fo. 36.37 39.

¶Puniri an iuſte quis poſsit pro peccato alterius, ſupra Peccatum,Pena.

¶Purgatoriū eſſe de fide eſt.lib.5.fol.324.355.362.

Purgatorij pena an plus purget quā pena huius vite in eodem tempore.lib.5.fo.465.

Purgatorij dies et anni huius et alterius vite de indulgentia qui et quales et quomodo intelligantur.lib.5.fol.431.464.465.

Purgatorium non erit poſt finem mundi. lib. 5. fo.430.431.

Quare indulgentie tot millium annorum conceduntur quot nec hic nec in purgatorio eſſe, nec homo pati poteſt.lib.5.fol.431.465.

In purgatorio Papa nō habet iuriſdictionem. lib. 5.fo.402.403.405 vſque.411.

Animabus purgatorij valēt indulgentie per modum ſuffragij.lib.5.fo.403.

A purgatorio vtrum anima ſtatim liberetur per indulgentiam plen.lib.5.fo.411.

In animabus purgatorij que requirantur vt indulgentie et ſuffragia totum ſuum effectum in illis habeant.lib.5.fo.413.

Purgatorium an poſsit euacuari per indulgētias. lib.5.fo.416.

Q

QValificatio propoſitionum theologarum. lib.1.fo.146.

¶Quadragena peniētie et indulgētie quid ſit,et quare conceditur vltra indulgentiā plen. lib 5.fo.381.

¶Queſtores bullarum Cruciate quomodo ſe habere debeant.lib.5.fo.484.485.

R

RAtio an poſsit abſorberi,cecari,et deprauari ab affectione et paſsione,et tradi obliuioni. lib. 2 fo.50.53.78 79 vſque 81.lib.3. fol.195. 196.

Ratio recta vel practice vera et ſpeculatiue.lib.2. fo.56.57.113.114.115.

Rationis vel liberi arbitrij vſum an dormiēs vel in ſomno quis habere poſsit.lib 2.fo.97.98.

Rationis vſum qui et quando habere dicantur. lib.2.fo.97.98.61.62.lib.1.fo.202.

Rationi ſubiacet aliqua vis motiua, aliqua non. lib.1.fo.196.197.

Ratio legis vbi eſt eadem vtrum ibi ſit idem ius et eadem lex.lib.1.fo.123.124.

¶De Ratione,ſupra, Conſcientia, Ignorantia,Prudentia, Puer.

¶Reatus culpe et pene.lib.1.fo.119.

¶Receptio ad participādum de bonis ſuis et ſue communitatis quomodo et quid ſit et prodeſt,et differt ab indulgentijs.lib.5.fol.486.vſque.491.fo.337.338.

¶Relapſus hereticus quis ſit.lib.1.fo.156.

¶In recompenſam ſalarij diminuti famulus occulte capiēs an licite faciat et reſtituere teneatur.lib.1.fo.265.

¶Religionis votum ſolenne an ſit diſpenſabile per Papam.lib.1.fo.215.

Religioſi an poſsint lucrari indulgentias diœceſanorum vbi ipſi ſunt.lib.5.fo.391.

Religioſi poſſunt lucrari indulgẽtias ſuarum Eccleſiarum.lib.5.fo.

Religioſi predicantes indulgentias indiſcretas,et abſoluentes à culpa et pena puniuntur. lib.5. fo.484.

¶Remiſsio penarum que fit per indulgẽtias differt ab ea que fit per ſacramenta vel alio modo.lib.4.fo.338.343.

Remittere debitum culpe et pene quomodo Papa poteſt et Eccleſia.lib.5.fo.343.359.

Remittere obligationem queſitã Deo poteſt Eccleſia.lib.5.fo.344.376.377.

¶Remunerata omnino an ſint omnia merita Chriſti et ſanctorum.lib.5.fo.347.350.353.

¶Reprobationis et predeſtinationis cauſa ex parte noſtra an ſit.lib.1.fo.481.lib.3.fo.212.

Reprobationis tentatio quod remedium habeat. lib.3.fo.212.

¶Reſidentia prelatorum quomodo ſit de iure diuino, et an ſit diſpenſabilis per Papam. lib.1. fol.176.177.179.

¶Reſtituere capta in bello et ab Inſulanis quomodo quis teneatur.lib.1.fo.324.

Reſtituere vel ſatisfacere pro ſalario diminuto quomodo domini ſuis famulis teneãtur,quomodo non.lib.1.fo.265.274.

Reſtituere famulus occulte rapiens in recompenſam ſalarij diminuti quomodo teneatur.lib.1. fo.275.

Reſtituere vel ſatisfacere ſtuprator virginis an teneatur.lib.1.fo.131.

Reſtituere cum detrimẽto fame et vite an homo aliquando teneatur.lib.1.fo.246.vſque.253.

Reſtituendum turpe lucrũ an ſit et cui.lib.1.fol. 253.vſque.265.

¶Reſuſcitati ab inferno damnatorum an aliqui aliquando fuerint.lib.1.fo.413.

¶Reuelationi diuine non credere an ſemper hereticum ſit.lib.3.fo.147.148.

Reuelationes ſanctorum non omnes ſunt ſtatim repellende.lib.1.fo 152.362.363.

Reuelatio facta Prophetis et Apoſtolis maiorem certitudinem quam fides infuſa et catholica preſtitit eis.lib.3.fo.176.

Reuelationi facte de ſua dãnatione quomodo homo credere,et ad quid tunc teneatur.lib.1.fol. 409.410.412.

Reuelare peccatum ſuum ſecretum et aliorum, ſupra,Denunciare,Occultum.

¶Reuocari poſſunt indulgentie et alie gratie et priuilegia,et quomodo et quando id fiat,et valere incipiat ea reuocatio. libro.5. folio.470. 471.

¶Rex Saul et Dauid electus a Deo erat minor regno et ab eo poterat deponi. lib.4. fol.283. 302.

S

SAcra ſcriptura an ſit maioris auctoritatis quã Eccleſia et quam traditiões eius.lib.4.fo.218.

Sacre ſcripture ſenſus poteſt declarari per Cõcilium et per Papam et per traditiones Eccleſie,et per doctores,quibus omnibus ſtandum eſt.lib.4.fo.257.258.De his,ſupra,Concilium, Eccleſia,Doctores,Fides,Papa.

¶Sacramenti penitẽtie tres partes.lib.1.fo.34.35.

Sacramentum hoc confert primam gratiam iuſtificantem.lib.1.fo.7.8.

Sacramentum hoc ſe extẽdit ad remiſsionẽ culpe et pene eterne et temporalis.lib.1.fo.7.8.

Sacramentum hoc confert primam gratiam attritis tantum qui probabiliter eſtimant ſe eſſe cõtritos.lib.1.fo.23.

Sacramentũ hoc quoad predictũ effectũ quomodo differt a Baptiſmo et Euchariſtia. l.1.fo.27.

Sacramentum hoc quomodo facit de attrito contritũ,et de attritione contritionẽ.lib.1.fo.26.

Sacramentalis abſolutio non eſt conferenda impenitentibus aut nolentibus efficaciter recedere a ſtatu peccati.lib.1.fo.13.14.

Sacramentum hoc an detur,verum et validũ ad implendum preceptum de confitendo : ſed informe et infructuoſum.lib.1.fo.14.17.

Sacramentum hoc non eſt vbi nullus dolor de offenſa Dei nullumq; propoſitum cauẽdi in futurum eſt.lib.1.fo.14.

Sacramentum hoc non eſt vbi non eſt abſolutio ſacramentalis.lib.1.fo.14.16.20.

Sacramentum hoc iure diuino precedere debet ſumptionem Euchariſtie in his qui mortaliter peccauerunt.lib.1.fo.141.

In ſacramento et in ſacrificio miſſe an detur equalis gratia et fructus omnibus ex opere operato.lib.1.fo.60.61.

Sacramenta omnia cõferunt primam gratiam iuſtificantem omnibus attritis qui ſunt probabiliter contriti,ſed differenter.lib.1.fo. 27.28.

¶De hoc Sacramento,ſupra, Abſolutio, Confeſsio,Attritio,Contritio.

¶Sacramentalia quomodo remittant peccata venialia et penas.lib.5.fo.439.

¶Sacrificium Miſſe,ſupra,Miſſa.

¶In recompenſam ſalarij diminuti famuli a ſuis dominis rapientes an et quomodo illis teneãtur reſtituere.lib.1.fo.275.

¶Salutare et reſalutare inimicum an ſit obligatorium ſemper.lib.1.fo.229.

¶Sãguis Chriſti quomodo ſit adorãdus.li.1.f.80.

¶Sãctificati in vteris matrũ ſuarũ qui ſint.li.1.f.353

¶Sanctorum imagines quomodo adorande,ſupra, Adoratio.

¶Sanctorum communio in Eccleſia que ſit.lib.1.fo.39.lib.4.fo.254.

¶Sanctus aliquis canonizatus in inferno eſſe nõ poteſt,neque in ſanctorum canonizatione Papa errare poteſt.lib.4.fo.387.

¶Satisfacere p debito hominib9,ſup.Reſtituere.

¶ Satisfactorij et meritorij operis coram Deo differentia.lib.1.fol.91.lib.5.fo.346.347.487.

Satisfacere Deo vnus pro alio an poſsit, et quomodo.lib.5.fo.356.357.

Satisfactoria ſunt opera Chriſti de iuſtitia. lib.5. fo.357.

Satisfacere pro ſe ipſo an poſsit exiſtens in mortali peccato.lib.5.fo.444.445.

Satisfactio pro peccatis iam quoad culpam remiſſis ante introitum glorie neceſſaria eſt. lib.5. fo.354 et fo.358.

Satisfacere pro damnato iam in inferno an quis poſsit.lib.5.fo.366.444.

Satisfacere pro alio exiſtente in mortali peccato an quis poſsit.lib.5.fo.366.444.445.

De ſatisfaciendo pro peccatorum pena Deo debita an preceptum ſit.lib.5.fo.334. fo.358.378.

¶ Pro ſcandalo vitando an liceat mentiri,et ſcienter cognoſcere nō ſuam,et quid tūc faciet mulier perplexa.lib.1.fo.236.

Pro ſcandalo paſsiuo vitando an teneatur homo poſtponere temporalia. lib.1.fo.223.226.227. 228.229.

Cum ſcandalo aliquid facere quomodo non precepit Eccleſia.lib.1.fo.123.lib.2.fo.206.

Propter ſcandalum vitādum deponitur ſacerdos et Epiſcopus leproſus non autem Papa.lib.4. fo.300.302.

¶ Scrupulus conſcientie quid ſit.lib.3.fo.156.

Scrupulorum remedia.lib.3.fo.202.vſque in finē fo.216.

¶ Sedes Apoſtolica,ſupra,Papa,et Eccleſia.

¶ Senſus an cognoſcat vniuerſalia.lib.1.fo.431.

¶ Sēſualitas quid ſit,et vbi ſubiectetur.li.1.fo.196.

Sēſitiuus appetitus quid et vbi ſit.li.1.fo.197.198.

Senſibilis vis,apprehenſiua et motiua,et hec motiua multiplex.lib.1.fol.196.

Senſualitas differt a vi cōcupiſcibili et iraſcibili. lib.1.fo.196.

Senſus interiores et exteriores multi ſunt. lib.1. fo.196.

Motus ſenſitiuus quid et quotuplex ſit. lib.1.fol. 196.197.

Motus naturalis et ſenſualitatis qui et quomodo ſubiacent rationi, qui et quomodo non. lib.1.fo.196.197.207.208.

De potentia ſenſitiua exteriori ad ſenſitiuam interiorem quomodo fiat progreſſus in actibus ſuis.lib.1.fo.197.199.

Senſitiui appetitus motus qui dicantur tentatio carnis proprie et improprie.lib.1.fo.197.201. 203.

Senſualitatis motus primo et ſecundo primus. lib.1.fo.197.

Senſualitatis motus an in nobis experiamur.lib.1. fo.198.

Senſualitatis motus a quo fiant ſiue proueniant in nobis lib.1.fo.198.

Senſualitatis motibus,vtrum reſpondeant alij ſimiles in voluntate producti.lib.1.fo.199.208.

Motus vel actus predicti in volūtate producti veſpondētes illis motibus ſenſualitatis an ſint naturales an potius liberi.lib.1.fo.200.208.

Senſualitatis motus quomodo reprimere poſsimus.lib.1.fo.200.208.

Senſualitatis motus vel actus omnes an ſint peccata.lib.1.fo.201.vſque.205.

Senſualitatis motus a demone excitati peccata nō ſunt.lib.1.fo.203.

Senſualitatis motus ex cauſa vitabili procedēs aliquando eſt peccatum veniale,aliquando et ſepius mortale eſt cauſam illam non euitare,aliquando nullum peccatū eſt.lib.1.fo.203.204. 205.

Conſenſus interpretatiuus vel delectatio moroſa in motum iātum ſenſualitatis in materia mortaliter prohibita antequam ratio periculū aduertat an ſit mortalis.lib.1.fo.205.

Conſenſus liber vel voluntatis motus actualis in ſenſualitatis motum duntaxat aliquando nullum aliquando veniale aliquādo mortale idq; frequentius eſt.lib.1.fo.204.205.

Conſenſus actualis in delectationem tantum obiecti mortaliter prohibiti ſine cōſenſu in opus vel in actum exteriorem prohibitū an ſit peccatum mortale.lib.1.fo.209.

Potens vnum tantum motum ſenſualitatis refrenare,ſi nō refrenat ipſum vel alterum vel vtrūq; ſimul inſurgentem quomodo peccet,lib.1. fo.209.

Senſualitatis motus in cōiugatis et viduis an ſint mortales ſicut eſſent in alijs.lib.1.fo.211.

Vtrum eiſdem viduis et coniugatis ſit mortale in predictis motibus et in memoria ipſorū actuum preteritorum et futurorum deliberate delectari.lib.1.fo.211.

Vtrum ſit mortale ſponſis de futuro delectari in actibus futuris cogitatis.lib.1.fo.211.

Vtrum motus ſenſualitatis poſsint effici mortales ex voluntate precedente.lib.1.fo.212.

Motus ſenſualitatis quando ſunt peccata an ſint commiſsiones an omiſsiones.lib.1.fo.212.

Vtrum motus ſenſualitatis ſint peccata quoties in voluntate eſt omiſsio reprimendi. lib.1.fo. 213.

Motus ſubrepticij qui ſint, et vbi,et quale peccatum.lib.1.fo.204.205.

Sententia paſtoris iniuſta quomodo timenda ſit et liget.lib.1.fo.335.vſque.351.

Sententiam iudicis iniuſtam an miniſter exequi debeat.lib.1.fo.299.

Sepelire cum Pompa moderata quid ſit.lib.5.fo. 494.

Seruos an fiat liber per baptiſmum.lib.1.fo.441.

Seruitutem qualē incurrerint Iudei propter ſuā perfidiam.lib.1.fo.441.

Seruire Deo propter aliquod premium quomodo liceat.lib.1.fo.258.263.

Signa tria vere fidei et Eccleſie catholice. lib. 4. fo.224.225.

Signũ hereſis eſt nouitas in fide.lib.4.fo.225.256.

¶Sillogiſmus expoſitorius etiam in diuinis quomodo teneat.lib.1.424.

Sillogiſmus prudentialis quomodo fiat.lib.2.fo.58.lib.3.fo.148.

¶Syndereſis,ſupra,Conſcientia,Prudentia.

¶Sinus Abrahe pro beatitudine,nunc accipitur.lib.5.fo.373.

¶Symonia an ſit pro executione officij ſpiritualis alias debita aliquid accipere vel nolle exequi niſi aliquid detur.lib.fo.192.257.

¶In ſomno an poſsit haberi vſus rationis.lib.2.fo.97.98.

¶Spiritus naturalis,vitalis,et animalis,qui et vbi ſint.lib.1.fo.196.

¶Spiritus ſanctus an proprie an appropriate detur homini vel mittatur viſibiliter aut inuiſibiliter.lib.1.fo.329.

Spiritum ſanctum dari in ſe vltra donum gratie quid ſit.lib.1.fo.330.

Spiritus ſanctus an detur homini inuiſibiliter quotiens augetur tantum intenſiue gratia habita:an potius quando ſic augetur extenſiue ꝙ ſimul datur donũ vel auxilium ad nouum vel excellentem actum vel vſum vel ſtatum gratie puta ad martyrium vel ad vincendum grauiſſimam tentationem et huiuſmodi.lib.1.fo.331.

¶Sponſalia,ſupra,Matrimonium.

¶Statutum ne ſtipendium minus detur vel recipiatur pro aliquo opere an licitum ſit.lib.1.fo.67.

Statutum repellens aliquos ab aliquo munere officio dignitate vel ſocietate ſola ratione generis an licitum ſit.lib.1.fo.432.446.447.

¶Studioſitas quid ſit.lib.2.fo.45.46.

¶Stuprator virginis ad quid teneatur.lib.1.fol.131.

¶Subſidia regi preſtare de bonis Eccleſiaſticis an clerici teneantur.lib.1.fo.176.

¶Subſtantia,Subſiſtentia,et Subſiſtere,quid ſit.lib.1.fo.420.

¶Succurrere indigentibus quomodo aduocatus et Medicus et alij teneantur.lib.1.fo.225.226.227.228.229.

¶Suſpenſus propter crimen occultum an poſsit occulte officium ſuum exercere.lib.1.fo.279.280.

Suſpẽſus occultus a quo poſsit diſpẽſari.li.1.f.125

Suſpenſio Bullarum,ſupra,Reuocatio.

¶Suſpicio quid,et quomodo differat a preſumptione et opinione.lib.3.fo.155.156.

Suſpicio triplex,leuis,vehemens,et violenta.lib.1.fo.160.

T

TEmeraria propoſitio que et quotuplex.lib.1.fo.162.

Tentatio carnis que ſit.lib.1.fo.197.201.203.

Tentationum et ſcrupulorum remedia.lib.3.fo.202.vſque.216.

¶In theologicis loquẽdũ eſt vt ſancti locuti ſunt et eiſdem verbis.lib.1.fo.414.

¶Tepidus euomitur a Deo quomodo.li.2.f.142.

¶Totum eſt maius ſua parte.lib.4.fo.285.

¶Tempus quo incipiunt et durant et finiuntur indulgentie et alie gratie et priuilegia et ſtatuta,et reuocationes eorum.lib.5.fo.470.471.

Quanto tempore durat licentia aut conceſsio ad confitẽdum et diſpenſandũ.lib.5.fo.470.472.

¶Tradditionibus generalibus Eccleſie ſicut et ſacre ſcripture ſtandum eſt.lib.4.fo.219.

¶Theſaurus indulgentiarum eſt neceſſarius,et cõſtat ex abundantibus ſatisfactionibus Chriſti et ſanctorum.lib.5.fo.345.347.490.Supra,Indulgentie.

Theſaurus ſacramentorum conſtat ſolum ex meritis Chriſti.lib.5.fo.347.356.

Theſaurizare ſpiritualiter ſibi vel alteri,quis poſſit.lib.5.fo.490.

¶Turpe lucrum an licite detur,promittatur,et accipiatur,et reſtituendũ ſit.li.1.fo.253.vſq;.265.

V

VEndere et emere vel contractare pro precio currente merces vel aliud eiuſmodi an licite poſsit is qui ſolus ſcit earũ abundantiam vel pecuniam,vel precij vel monete mutationem proxime futuram.lib.1.fo.134.

¶Verba iudicis generalia ſecundum ius intelligẽda ſunt.lib.2.fo.344.426.245.lib.5.fo.271.372.

¶Veritas practica,et ſpeculatiua quid ſit.lib.2.fo.56.57.113.114.115.

Veritas fidei et Eccleſie catholice per tria ſigna certo et manifeſte cognoſcitur.lib.4.fo.224.

Veritas creata et increata.lib.1.fo.474.

Veritas in falſitatem et falſitas in veritatẽ an mutari poſsit.lib.1.fo.449.474.

Veritas poſt falſitatem et falſitas poſt veritatẽ an ſuccedat.lib.1.fo.449.

Vera ꝓpoſitio an incipere poſsit.li.1.f.448.449.

Veritas eterna duplex,et an ſit ſemper neceſſaria.lib.1.fo.454.474.

¶Vis vel violentia vel coactio et metus differunt.lib.1.fo.240.

¶Virginis ſtuprator ad quid teneatur.li.1.fo.131.

¶Virtus naturalis,vitalis,et animalis que et vbi ſint.lib.1.fo.196.197.

Virtutes aliquas etiam theologicas infuſas eſſe an ſit de fide.lib.4.fo.270.

¶Vis anime apprehenſiua et motiua multiplex.lib.1.fo.196.

¶Voluntas an preſtet intellectui,an econuerſo.lib.1.fol.333.

Volũtas an ſit prius libera ꝙ intellectus.li.2.f.63.

Voluntas quomodo eſt primum mouens,et ſimiliter intellectus,ſed diuerſimode.lib.2.fo.58.

Voluntas an potius imperet vel precipiat quam intellectus lib.2.fo.63.64.

Volũtatis obiectũ quoad velle eſt bonum,quoad nolle eſt malũ verũ vel appareñs.li.2.fo.69.70.

Voluntatis noſtre libertas in quo ſtat.lib.1.fol.464.467.lib.2.fo.63.

Voluntatis noſtre libertas differt a diuina. lib.1. fo.464.
Voluntatis noſtre libertas an ſit ad oppoſita pro eodem inſtanti.lib.1.fo.464.
Voluntatis noſtre libertas an ſtet cum voluntate diuina vel eius concurſu.lib.1.fo.467.
Voluntatis noſtre libertas determinat et modificat voluntatem diuinam eiuſq; concurſum generalem vel habitualem et eſt aliquo modo prior quam concurſus Dei actualis particularis.lib.1.fo.469.470.
Voluntatis noſtre libertas ſtat ſimul cum ſcientia et preſcientia Dei et cum eius predeſtinatione et reprobatione, ſimul etiam cum his ſtat contingentia rerum.lib.1.fol.471.475.vſque.478.
Voluntatis diuine libertas eſt prima cauſa contingentie rerum.lib.1.fo.451.
Voluntati diuine quomodo nos conformare teneamur.lib.1.fo.406.vſque.413.
Voluntas diuina antecedens et cõſequens, et hec determinata et indeterminata abſoluta et cõditionata.lib.1.fo.406.
Voluntas noſtra an poſsit in oppoſitum ſtante pleno dictamine oſtenſiuo.lib.2.fo.66.
Voluntas viatoris quomodo poſsit neceſsitari quomodo non.lib.1.fo.199.200.lib.2.fo. 67.
Qui vult finem an neceſſario velit medium cognitum eſſe neceſſarium ad illum finem. li.1. fo.320.321.
Qui vult antecedens bone conſequentie cognite et volite an neceſſario velit conſequens cognitum ſequi ex illo. lib.1.fol. 268.320.321.lib. 2.fo.67.
Voluntas ad ſolam apprehenſionem intellectua an poſsit actum libere elicere.lib.1 fo.202.lib. 2.fo.61.62.95.
Voluntatis actus elicitus quilibet eſt liber:nõ autem quilibet eſt plene liber neq; deliberatus. lib.1.fo.200.202.lib.2.fo.61.62.95.
In voluntate an reſpondeant ſimiles actus actibus ſenſualitatis.lib.1.fo.199.208.
Voluntas an dominari poſsit motibus ſenſualitatis.lib.1.fo.196.197.200.201.207.208.
Voluntatis affectio quomodo preualeat rationi, eam diſtrahendo, peruertendo, cecãdo, et extinguẽdo.lib.2.fo.78.79.vſq;.81. lib.3.fo.195. 196.
Volontas an dominari aut preualere rationi ſic poſsit quod homo diſſentiat euidẽtie et aſſentiat oppoſito.lib.2.fo.79.80.81.et lib.3.fo.195. 196.199.
Voluntas quomodo naturaliter amet bonũ.lib.3. fo.154.199.
Velle carere gratia aut gloria ex aliqua cauſa an liceat.lib.1.fo.233.
Velle conditionatum de aliquo quomodo liceat quomodo non.lib.1.fo.399.406.411.412.
Volens actu debito an cẽſeatur ſemper velle actu elicito.lib.1 fo.122.
Inuoluntarium quid et quare dicatur. lib.1.fol. 240.lib.2.fo.138.
¶Votum ſolenne caſtitatis vel religionis an ſit diſpenſabile per Papam.lib.1.fo.213.
Votum an neceſſario ſit de opere virtuoſo ex genere et circunſtantijs.lib.1.fo.270.271.
Votorum diſpenſatio et cõmutatio, Vide ſupra, Diſpenſatio.
¶Vſus rationis, ſupra, Ratio, Somnus.

Laus Deo.

Sequuntur Additiones et Errata iã emendata in primo tomo.

(.?.)

IN PROLOGO. fol.1.pagina.1.lin. penultim. lege transfert in alias nouum. ¶Pag.2.lin.30.nunc autem.et lin.penultim.curauimus. ¶Fo.2.pag.2.lin.12.auctoritati. ¶pag.1.col.1.lin.19.lege.iure abſoluunt.et lin.33.in.4.¶pag.2.col.1.lin.20.reuiuiſcentes.et lin. 31. leproſi iam ſanati.et col.2.lin.3.adde.et expreſsius in ſeſsi.14.ca.6. et canon.9.et.10.et lin.23.de ſacramentis. ¶pag.4.col.1.lin.13. ipſius data eſt.¶pag.5.col.2.lin.50.in.4. ¶pag.8.col.1.lin.54. eſt etiam. ¶pag.10. col.2.lin.46.Almayn.¶pag.11.col.1.lin.42.tunc fit. ¶pag.13.col.2.lin. 44.ſed non intuitu.¶pag.14.col.2.lin.32.dele,ergo.¶pag.15.col.1.lin. 6.quod ad alia.et lin.40.committit.¶pag.16.col.1.lin.44.dicto.et lin. 55.precipere.¶pag.17.col.2.lin.57.etiam ſi in.¶pag.18.col.2.lin.25.etiam attritio.¶pag.19.col.2.lin. 32.attrito.¶pag.20.col.1.lin.48.differentie.¶pag.22.col.1.lin.23.tenetur.et col.2.lin.38.recognoſceret,ex quo iam recognoſcit defectum vere contritionis nec ad eam conatur.et lin.41.clarius.

¶Pag.23.col.2.lin.34.tritua adde.et in hoc hec quarta opinio differt a tertia precedente: nam illa tertia opinio dicit quod non requiritur hec animi preparatio:ſed quod etiam ſi penitens ſciat ſe nõ eſſe vere contritum ſi non manet in affectu peccati eſt ſufficienter diſpoſitus vt per hoc ſacramentũ gratiam obtineat.Hec autem quarta opinio dicit quod non niſi ſit probabiliter contritus vt dictũ eſt,de quo &c. Additio.

¶Ea.pag.23.col.2.lin.52.53.deleatur totum hoc,aut diſpoſitio ad gratiam obtinendum per ſacramẽtum.¶pag.24.col.1.lin.14.recognoſceret,vel quia non credit id eſſe neceſſarium:tunc enim &c. et lin.16.in fine.adde.quamuis in hoc illa tertia opinio precedens dicat oppoſitum. ¶pag.25.col.1.lin. 4.in canone lecti.8.et col.2.lin.10.adde.et Soto in quarto diſt. 6.q.1.artic.7.hoc idem dicit fieri in omnibus ſacramentis.¶pag.26.col.1.lin.42.de totalibus.et col.2.lin.41.naturale.¶pag.30.col.2.lin. 9.operetur.¶pag.32.col.1.lin.53.ipſe.¶pag.33.col.2.lin.27.delectionis.et lin.59.ſed ſecundo.¶pag.34. col.2.lin.29.doctores contritio eſt materia.¶pag.35.col.2.lin.52.ponatur in margine.Argumentum quartum.¶pag.37.col.1.lin.52.qui ſic cognoſceret.et col.2.lin.28.29. quid ad veram contritionem requiratur:et ſi eam.¶pag.39.col.2.lin.6.ſacramentis.et lin.54.nec gloria eſſentialis. ¶pag.41.col. 2.lin.24.adde:ſed adhuc illa prima opinio non valet.¶pag.42.col.2.lin.42.quia et.¶pag.43.col.2. lin.23.venialia.et lin.57.ſacrum. ¶pag.44.co.1.lin.2.nota ſecundum. ¶pag.45.col.2.lin.5.diuiſa. et lin.35.et quod ſufficiat. ¶pag.46.col.1.lin.57.illud.et col.2.lin.14.meriti vel impetrationis. et lin.28.detrahitur.et lin.54.reſpectu augmenti.¶pag.48.col.2.lin.51.ſummam Ange. ¶pag.51.col. 2.lin.9.dicentis quod.¶pag.54.col.2.lin.47.prima pars.¶pag.56.col.2.lin.32.ritus. ¶pag.61.col. 2.lin.15.ibidem.et Soto in quarto.diſt.6.q.1.art.6.¶pag.62.col.2.lin.13.paſſum.et lin.32.quod fit. ¶pag.63.col.1.lin.31.prouenientem. ¶pag.64.col.1.lin.28.primum eſt. ¶pag.67.col.1.lin.21.aggrauatum. ¶pag.68.col.1.lin.12.auariciam. ¶pag.70.col.2.lin.41.quod ad. et col.2.lin.57.dulia. ¶pag.79.col.1.lin.5.Origene.et col.2.lin.8.negatur.et lin.52.formale. ¶pag.82.col.2.lin.41.in conſequente.et lin.57.perlatum.¶pag.83.col.2.lin.50.adoretur.¶pag.88.col.1.lin.16.ſeruans.¶pag.92. col.1.lin.58.hoc eſſe.¶pag.99.col.2.lin.44.replice. ¶pag.108.col.2.lin.9.actuũ. ¶pag.111.col.1.lin. 54.ſecundo.¶pag.113.col.2.lin.14.communiter.¶pag.117.col.1.lin.33.excogitari. ¶pag.118.col.1.lin. 2.quoniam.et col.2.lin.2.poſterorum.¶pag.119.col.2.lin.30.et.et lin.46.eſt.¶pag.120.col.1.lin.20.ſecũdum reales.et col.2.lin.34.executio.¶pag.122.col.1.lin.45.ſed communiter.

¶Pag.125.col.2.lin.39.adde,et talis contractus occultus ſufficit ad matrimonium in tali caſu licet non iterum fiat in facie Eccleſie vel preſente parrocho et teſtibus ſecundum Concilium Tridẽ. poſtquam iam ſemel in facie Eccleſie id factum eſt. Additio.

¶pag.126.col.2.lin.26.in tale.¶pag.129.col.2.lin.9.vxor. ¶pag.135.col.2.lin.41.iniuſtum. ¶pag.143. col.2.lin.48.probat.et Victoria de ſacramentis. §.77.fo.57.¶pag.145.col.2.lin.8.pluribus.et lin.55. q.78.et Medina.et lin.42.confeſſor. ¶pag.149.colu.1.lin.11.conſtet.et lin.29. non tamen peccato. ¶pag.150.col.2.lin.43.q.44.et lin.penultim. adde. et Soto in quarto diſtinct.43.q.2.art.1.fo.416.b. ¶pag.151.col.2.lin.38.in Papam.¶pag.152.col.2.lin.47.ſacramentorum.¶pag.154.col.1.lin.32. genitalis.¶pag.157.col.2.lin.16.veritati.et lin.57.in quarto.¶pag.159.col.2.lin.50.rigoroſum.et lin.52.eliciti.¶pag.160.col.2.lin.16.aitiſq;.¶pag.166.col.1.lin.42.Ioan.Huſſ.

¶Pag.167.co.2.lin.19.adde,et idem iudicium eſt de quibuſdam alijs bonis quaſi patrimonialibus, Additio.

qualia ſunt ea que ipſi clerici ex ſua induſtria acquiſierunt predicando, celebrando, cantando, et alia eiuſmodi exercendo. Et lin. 41. vſumfructum vel quaſi vel potius adminiſtrationem eorum. ¶pag. 168. col. 1. lin. 14. 15. Adde, et hec opinio vt iam cõmunis effecta ſecundum quam eſt adhuc maior difficultas ſupponatur: licet ſit alia opinio oppoſita, quam late defendit Nauarro in tractatu de redditibus Eccleſiaſticis. ſecundum quam nullum dubium eſt in. q. preſenti..

¶Ea. pag. 168. col. 1. lin. 28. clerici etiam ſi ſint domini eorum ſpecialiter &c. ¶pag. 169. col. 2. lin. 28. venerunt. ¶pag. 171. col. 1. lin. 32. paraſitis vel alijs ex liberalitate abſq; intuitu vere non ficte elemoſine vel cauſe pie, ſed &c. ¶pag. 172. col. 1. lin. 18. quantitate tum perſone ipſius clerici et dignitate et qualitate eius, tum pauperum &c. Et col. 2. lin. 36. tolle, magis. ¶pag. 173. col. 1. lin. 52. adde. et latius in tractatu de redditibus Eccleſiaſticis. ¶Pag. 175. col. 1. lin. 6. ea lege et col. 2. lin. 20. licite ad cauſas propbanas donare &c. ¶pag. 176. col. 2. lin. 18. quia et cauſa pia videtur, vt. ¶pag. 179. col. 1. lin. 23. quia. et col. 2. lin. 46. iure lib. 10. ¶Pag. 181. col. 2. lin. 45. ad quintum. ¶pag. 182. col. 2. lin. 16. tantũ eſt. ¶pag. 185. col. 1. lin. 48. rationabili. ¶pag. 187. col. 1. lin. 32. deleatur, ideſt incolarum. ¶pag. 188. col. 1. lin. 14. cedit. ¶pag. 190. col. 2. lin. 3. beneficium diuina. ¶pag. 191. col. 1. lin. 48. illi. ¶pag. 192. col. 1. lin. 1. tolle, primum. et lege. ſecundum. et lin. 44. adde. q. 18.

Additio. ¶Pag. 194. col. 1. lin. 13. adde. ceſſante autem ſcandalo non videtur mortale. Si quis antequam miniſtret ſpirituale conueniat de ſtipendio debito vel conſueto, vel ſi id prius exigat vel accipiat vt litigia vitentur, vti hoc ait Gaieta. in ſummula. titu. ſymonia. ¶pag. 195. col. 1. lin. 44. non quomodolibet. ¶Pag. 196. col. 1. lin. 1. iure tantum. ¶pag. 201. col. 1. lin. 53. naturaliter. ¶pag. 203. col. 2. lin. 1. aut incentiua. ¶pag. 203. col. 2. lin. 54. refutatur. ¶pag. 205 col. 1. lin. 28. dictat. ¶pag. 206. col. 1. lin. 27. uitat. ¶pag. 208. col. 1. lin. 2. crude. et col. 2. lin. 12. illecebram. ¶pag. 211. col. 1. lin. 6. diuum. et col. 2. lin. 52 procis. ¶pag. 213. col. 2. lin. 2. in toto homine. et lin. 46. diferitur. ¶pag. 214. col. 2. lin. 34. contractum. ¶pag. 215. col. 2. lin. 16. nomine. ¶pag. 216. col. 2. lin. 35. quod. ¶pag. 217. col. 2. lin. 11. adde. et Nauarro in ſum. ca. 18. in addi. ad ca. 22. nu. 21. dicit ſe etiam ad idem multas diſpenſationes obtinuiſſe. ¶pag. 220. col. 1. lin. 48. hi conſequenter. ¶pag. 224. col. 1. lin. 37. atque ipſe vel alius. ¶pag. 226. col. 2. lin. 56. mutuando. ¶pag. 233. col. 1. lin. 31. ſiue gratia. et col. 2. lin. 22. vbi. ¶Pag. 234. col. 1. lin. 37. in quarto. ¶Pag. 236. col. 1. lin. 12. adde. ca. 18. et lin. 37. vitando. ¶pag. 238. col. 1. lin. 50. morali. et col. 2. lin. 8. qui ſcienter recte fieri.

Additio. ¶Pag. 239. col. 1. lin. vltim. poſt ly. in decretis, adde. 14. diſtinct. capitu. quod ait. et. 32. queſt. 5. itane. et ex Gregor. lib. 8. morali. ca. 2. habetur expreſſe in. 22. queſt. 2. capitu. ne quis arbitretur &c. et col. lin. 27. adde. ſed de hoc ſcilicet quomodo vbi eſt ignorantia vel dubitatio inuincibilis inter duo etiam intrinſece mala culpe, ſit tunc minus vel incertius malum eligendum, et deſinat tunc eſſe malum culpe, inferius libro tertio de conſcientia queſt. 4. in fine, et latius queſt. 5. propoſitio. ſecunda habetur. et lin. 36. ea. col. 2. alterius illatam ab extrinſeco. ¶pag. 240. col. 1. lin. 18. lege. ca. 1. et. 8. et lin. 29. que ſufficit.

¶Ea pag. 240. col. 1. lin. 33. adde, nam et Beat. Thom. in quarto diſtinct. 29. queſt. 1. artic. 1. et Panor. in capitu. ſacris. de his que vi metuſve cauſ. fi. &c. dicunt quod vis eſt coactio abſoluta ab extrinſeco illata, vt cum quis alium corporaliter impellit. Sed metus eſt vis conditionata ſine violentia corporali, vt cum quis proijcit merces in mare ne pereat in tempeſtate: vel cum ei dicitur, niſi feceris hoc ego te interficiam. Igitur quod fit ex metu eſt ſimpliciter voluntarium licet nõ plene vt dictum eſt. Quod autem dicitur tertio Eth. capitu. 1. quod qui ſic operatur fortaſsis agit ſimpliciter inuitus, intelligitur quia ſcilicet extra talem caſum et metum conſtitutus id non faceret neque vellet vllo modo: quia id de ſe non eſt rationabiliter appetibile quod facit ex metu. ¶Eadem pag. 240. col. 1. linea vltim. lege, verbo, coitus, verbo, mendacium, verbo, peccatum. hereſi. 7. Et ad idem eſt contra Martinum vbi ſupra. Nam et beatus Ieronym. in Apologia, contra Ruffinum non probat ſed magis condẽnat Origenem. Qui Strotemate. 6. ſecundum Platonem dicebat licitum eſſe mendacium et vtile reipu. pro ſalute corporali et pace ſeruanda: et legibus et magiſtratibus pro reipubli. bono temporali conuenire.

Additio. ¶Pag. 241. col. 2. poſt. linea. 14. adde, ſi tandem arguatur quod ſi non datur perplexitas inter duo peccata maxime ſi ſint intrinſece vel neceſſario mala ita quod homo culpabiliter agat quodcunq; illorum faciendo vel omittendo, vti ſupponitur ex communi et vera ſententia catholica, quia eſſet repugnantia et contra ius diuinum hominem ſimpliciter obligari ad impoſsibile. Ergo licitũ eſt alterũ eorũ, puta minus, aut incertius peccatũ ex eis tũc eligere pro vitando maiori aut certiori. Et tũc deſinit eſſe peccatũ vel malũ culpe imputabile, ſicut qñ fit ex ignorãtia inuincibili et eadẽ ratione impoſsibilitatis. ¶Reſpon. negãdo conſequentiam, neq; talis caſus admittendus eſt neq; eſt poſsibilis, quia repugnat quod aliquid ſit intrinſece malũ et quod ſciẽter fieri licite poſsit neq; tunc eſt perplexitas, quia in eo diſcrimine potius moriendum eſt quam vt alterũ illorum intrinſe-

ce malorum ſcienter fiat:et per mortem euitatur vtrũq; peccatum et eius euaſio patet. ¶pag.243.col.1.lin.42.non tamen.et col.2.lin.49.decima quarta. ¶Pag.250.col.1.lin.6.prodere.et col.2.lin.21.aperienti.¶Pag 256.col.1.lin.2.in offenſam.et col.2.lin.37.non deobligantur.et lin 42. vel omittendum.¶Pag.259.col.2.lin.18.vtilia vel.¶Pag.260.col.1.lin.43.dicti. ¶Pag.261.col.1.lin.2. lex.9.19.¶Pag.263.col.2.lin.42.ad dubium.¶Pag.264.col.1.lin.50.adde.ad idem eſt Conciliũ Triden.ſeſſi 6.canone 31.vbi ſic habetur, Si quis dixerit iuſtificatum peccare dum intuitu eterne mercedis bene operatur.anathema ſit.¶Pag.275.col 1.lin.1.pajes.et lin 3.dominus.et li.40.diſt.2.et col.2.lin.9 notabiliter diminutum.¶Pag.276.col.2.lin.45.quomodoeũq; occulto. ¶Pag.278.col.2.lin.30.autem.

¶Pag.280.col.1.lin.28.tur in quarto diſt 18.q.2.art.5 et diſt.12.q.2.art.4.quanuis ibi potius teneat Additio. oppoſitum.Ad idem eſt etiam Victoria de ſacramentis.§.78.fo.58.Verum eſt quod plerique illorum non loquuntur de excommunicato ſed ſolum de innodato alijs caſibus reſeruatis et cenſuris quanuis eadem ratio etiam de excommunicato videatur.Sed certe Soto vbi ſupra.diſt.22.vt diximus et gloſſa in ca.de his.1.diſt.50.quoad excommunicatum eum Hugo et alijs magis videntur oppoſitum tenere,id quod ego tutius et forſam verius exiſtimo,excepta excommunicatione indubitanter nulla de qua loquitur ſupradicta gloſſa in dicto. ca. ſolet. Nam de alijs excommunicatis etiam iniuſte quantumuis occultis etiam Richar.&c.

¶Ea.pag.280.col.2.lin.7.iniuncto.et lin.vlt.quintam opinionem.¶pag.281.col.1.lin.9.dictat.et lin.53.vel etiam.et lin.vlt. et talis eſt. ¶Pag.288.col.2.lin.30.ad inducendum.et lin.51.quia non. ¶Pag.291.col.1.lin.21.fida.et lin.55.at ex.¶Pag.294.col.1.lin.32.et obligant.¶Pag.295.col.2.lin.27.protegitur.et lin.47.infra in fine huius queſtionis.Igitur &c ¶Pag.296.col.1.lin 12.nullum. ¶Pag.298.col.2.lin.12.atque ſupplicio.et lin.56.quia,ca.cum Eccleſia. de electio.¶Pag.299.col.1.lin.9.non poteſt.et col.2.lin.1.iudicet.¶Pag.300.col.1.lin.10.naturali.et.lin.44.et non eſt.¶Pag.301.col.2.lin.26.ex intentione.et lin.40.condere.et lin.55.Alexander.¶Pag.304.col.2.lin.49 noſtrarum.et lin.51.preceptiua ¶Pag.306.col.2.lin.12.patet quincupliciter.tum primo.¶Pag.308.col.1.lin.1.q.54.¶Pag 310.col.2.lin.28.debitam.¶Pag.311.col.2.lin.46.illum actum.¶Pag.312.col.1.lin.58.innocentem.¶Pag.313.col.1.lin 24.conſeruatione.et lin.38.ex malitia.et lin.39.per ſe neceſſaria. et col.2.lin 3.ſeruare.et lin.6.dele.non poteſt.et lin.34 nonin.et lin.55.alias non.¶Pag.314.col.1.lin.31. conuictus.et col. 2.lin.10.dele.ſiue.et lin.20. procedit. ¶Pag.315.col 1.lin.47.errorum. col.2. lin.41. inquiſitio.et lin.49.iniuſtum.¶Pag.316.col.1.lin.39.opinionem.¶Pag.317.col.2.lin.9.preuiſus.et lin.vlt.vt habeatur. ¶Pag 318.col.1.lin.8.primo.quia.et lin.15.occidat.¶Pag.319.col.1.lin.25.peierare.et col. .lin.44.nõ quia pro.¶Pag.320.col.2.lin.27.licite occidat.¶Pag.321.col.1.lin.9.facit ca.ſi culpa tua. de iniuri. et dam.dato.et lin.21.ſic petens.¶Pag.322.col.1.lin.50.elargiri.¶Pag.323.col.1.lin.vl.alterius ab iniuſto innaſore,vt ſupra.¶Pag.326.col.1.lin.28.quod ſit beſtialis. ¶Pag.327.col.2.lin.35.habuerit faciat. et lin.58.hac de cauſa. ¶Pag.328.col.2.lin.25.adorator.et lin.49.adorationes. ¶Pag.330.col.1.lin.27.quod autem Eccleſia.et col.2.lin.51.non tamen. ¶Pag.331.col.1.lin.2.et hoc fit.et col.2.lin.49.beatificum.¶Pag.332.col.2.lin.39.rationali.et lin.40.totius.¶Pag.333.col.1.lin.56.meritum.et col.2.lin.12.13.viſione et tẽtione. et lin.27.in patria.et lin.31.nobilitas.et lin. 45. liter.art.5. ¶Pag.339.col.2.lin.23.contra non ſeruantes.¶Pag.340.col.2.lin.13.vtique.¶Pag.342.col.2.lin.21. ita quod. ¶Pag.343.col.2.lin.48.non ſemper eſt. ¶Pag.345.col.2.lin.5.exigitur.et lin. 7. exigitur.et lin.9.malo. et lin.14 procedendum. ¶Pag.347.col.1.lin.5.vel pendentis.et.lin.15.ſit. ¶Pag.348.col.1.lin.29.generale.¶Pag.349.col.1.lin.24.procedere.¶Pag.350.col.1.lin.19 dele totum hoc,etimen eius eſt notorium de eo.et lege.contra eum.et lin.24.conditionibus vel aliqua illarum. ¶Pag.351.col.1.lin.2. ex torqueant.¶Pag.352.col.2.lin.30.lege.¶pag.370.et lin.57.licito.¶pag.353.col.1.lin.12.tolle.de ſacro ordine predicatorum.et lin.14.lege.fo.369.et col.2.lin.1.ſtatuuntur.¶pag.354.col.2.lin.47.Iulianus hereticus.¶pag.355.col.2.lin.vlt.lege.q.10.¶pag.356.col.2.lin.16.dum.¶pag.357.col.1.lin.2.decentie.¶pag.358.col.1.lin.2.quando.et lin.48.illo.¶pag.363.col.1.lin.24.reuelationi.et lin.53.illam¶pag.366.col.1.lin.9.admiſit.et lin.19.in epiſtola.¶Pag.367.col.1.lin.30. ſine.et col.2.lin.39.illuſtratur.¶pag.368.col.1.lin.44.aliqua.et col.2.lin.17.num ex principibus.et lin.38.vigeat.et lin.52.tolle, de ordine predicatorum.¶pag.369.col.1.lin.3.ſcientificos.et lin.42.eaſdem.et col.2.lin.16.non determinando.¶pag.370.col.1.lin.40.eidem.et col.2.lin.27.ratione.¶Pag.374.col.1.lin.3.et Bede.et lin.21.a nexu. ¶pag.375.col.2.lin.26.accidunt ad. ¶pag.376.col.2.lin.55.concilij. ¶pag.378.col.2.lin.3.lege.q.10. ¶pag.381.col.1.lin.39.infeſta.et col.2.lin.36.ſenſualitas.et lin.55.ablato. ¶pag.382.col.2.lin.2.tius ferri in.et lin.30.abſit.¶pag.390.col.1.lin.5.ſpecialiter.lin.48.adde,et Abulcñ. in tertia paradoxa.ca.161.163.¶pag.393.col.1.lin.51.ſorio.¶pag.396.col.2.lin. 47.carere.¶pag.398.col.1.lin.43.Chriſto.¶pag.402.col.1.lin.vlt.quando.¶pag.404.col.1.lin.31.dele,et vera. et lin 33. quia efficaciter.et lin.57.non penitendi.¶pag.409.col.1.lin.13.conſequentis. ¶pag.415.col.1.lin.28 pro illo niſi ſolum quando verificatio fit in ſenſu formali,immo. et lin.30. quod identice verificatur.et lin.37. idẽtice non formaliter et ideo.¶pag.416.col.1.lin.6.q.32.art.2.et.q.39.et.lin.19.pater vel paternitas

eſt.et col.2.lin.40.identice non ſemper formaliter verificantur de eſſentia et perſonis et relationibus in numero.et lin.vltim.ſi nullam. ¶pag.417.col.1.lin.19.ſignificantia.

Additio. ¶ Pag.418.col.1.lin.52.adde,idem de ſuis notionibus vel relationibus dicatur, quod ſcilicet identice non formaliter iſte ſunt vere , paternitas creat,et eſt creās,gubernat omnia,et ſapit et ſapiens eſt. et lin.53.in margine ponatur quarta regula de terminis notionalibus et relatiuis. ¶pag.419.colu.1. lin.11.adde,eadem ratione,quia ſcilicet relationes ſunt notionalia a parte predicati ſemper tenentur formaliter:ideo proprie loquendo non vere dicitur quod paternitas generat,et quod filiatio generatur,quod ſpiratio ſpirat vel ſpiratur,ſecundum beat.Thom.prima part. queſt. 32. artic.2. et queſt. 39.artic.1.et alibi.¶pag.420.col.2.lin.vlti.adde , et Damaſce.lib.3.ca.4.ait. In Chriſto cognoſcimus duas naturas et vnam hipoſtaſim ex vtraque effectam et cōiunctam ideſt in duabus naturis vnitis eſt vna hipoſtaſis vel perſona que Chriſtus eſt.¶pag.421.col.1.lin.31.et Dioniſius Carthuſieñ. in primo diſtinct.2.queſt.5.et doctores communiter.¶pag.423.col.1.lin.5.vtique. ¶pag.425.col.2.lin.2. hec differentia. ¶pag.429.col.2.lin.55.indicatiua diſtincta et reſolutiua prius cognoſcuntur. ¶pag. 430.col.1.lin.5.prius.et lin.24.ſubſtantialitate. ¶pag.449.col.1.lin.38.vna. ¶pag.455.col.2.lin.40. Reſpon.vt bene.¶pag.457.col.1.lin.22.cognoſcit.¶pag.459.col.1.lin.35.eſſe veram.¶pag.461.col.1. lin.20.ſunt ante omnem. ¶pag.462.col.2.lin.20.ad cognitionem. ¶pag.463 col.1.lin.38. quidem tunc in primo ſigno vere.et lin.39. ſunt certo cognite. et lin.42. durum etiam videtur.et col.2.lin. 43.et facturus.

Additio. ¶ Pag.464.col.1.lin.46.et comprehendit etiam cauſas contingentie eorum, modo ſit determinatio ſue diuine voluntatis in quocunque ſigno ante vel poſt futura, modo ſit eternitas vel idea vel aliud quodcunq;.Inde ergo.et lin.50. vt nūc eſt.et col.2.lin.13.noſtra.¶pag.470.col.1.lin.21.voluntas in ſecundo ſigno preuiſa.et lin.24.tunc in ſecundo ſigno et non ante. et colun.2.lin.25.vt ſic.et lin.penultim.et vltim. in noſtra eſt poteſtate vt in ſecundo determinatus. ¶pag.471.col.2.lin.9. facta vel facienda. ¶pag.475.col.2.lin.21.pro tali tempore. ¶pag 476.col.1.lin.56.hec.¶pag.477. col.2.lin.25.tollere et impedire.

Additio. ¶ Pag.478.col.1.lin.10.adde.Itaq; predeſtinatio ex parte Dei eſt certa et infallibilis et immutabilis et ineuitabilis,ideſt non impedibilis ab alio:cum quo ſtat quod non eſt abſolute neceſſaria:quodq; predeſtinatus contingenter vel euitabiliter ideſt mutabiliter ex parte ſua ſaluabitur. ¶pag.479.col. 1.lin.37. rationale. ¶pag.481.col.1.lin.55.dare gloriam quantum eſt ex parte ſua.et lin.57.beatitudinem. Quia ponitur impedimentum vel quia non impletur conditio vel potius modus requiſitus ad eius conſecutionem.et lin.48.dandi his potius quam alijs media.

Additio. ¶ Et col.2.lin.18.reuiſtis.adde, ſed quidam Ioannes Bononieñ. dicit quod non eſt conditionalis: quia ſic ſuſpēderetur vſq; ad euentū cōditionis:et ita diuina volūtas et predeſtinatio pēderet ab operibus noſtris:que ideo eſſent cauſa vel ratio illius.Sed vt ipſe ait eſt abſoluta: quamuis ſit quaſi modalis donatio vel predeſtinatio hec:que non ſeruato modo etiam ab eterno reuocatur.Igitur &c.¶Ea. pag.481.col.2.lin.21.in fine adde,ſecundum doctores communiter : quamuis predictus Ioannes Bononieñ.et Catharinus et alij dicant illam Dei voluntatem antecedentem eſſe etiam predeſtinationē primariam:cum tamen potius prouidentia vel diuina voluntas appellanda ſit.et lin.59. intelligētie omnia poſsibilia:et per noticiam.et lin.49.et in ſecundo diſt.20.et lin.54.titudinis:et ordinauit illis eam dare quantum eſt ex parte ſua.

Additio. ¶ Pag.482.col.1.lin.22.peccata.et lin.47.adde, vel melius et clarius ſecundum Origene. Chryſoſt. et Cyrillum ſuper id Ioan.10.cognoſco oues meas.et Adamum. Dioniſ.Carthuſieñ.Gaieta. Trithelman.&c.et conſonat Auguſt.de correctione et gratia.ca.7.et.8.et de predeſtina. ſancto. et de bono perſeuerantie lib.2.ca.17.et Bernard.ſermone.78.ſuper Canti.quos Deus preſciuit ſcilicet noticia approbationis et dilexit et elegit ad gloriam,hos et predeſtinauit ſcilicet ad media efficacia ad illam:et hos poſtea in tempore exequendo vocauit ad fidem et gratiam:et tandem hos magnificauit in gloria.Ita quod preſcire approbando diligendo et eligendo ad gloriam eſt prius reſpectu ipſius finis:et predeſtinare ad media ad ipſum finem eſt poſterius natura.Et hoc ſignificatur ad Rom.8. vbi dicitur,Predeſtinauit nos conformes fieri imagini filij ſui ſcilicet per gratiam et imitationem vite Chriſti Ieſu:et poſt in tempore eſt horum executio ſcilicet vocatio,iuſtificatio et magnificatio. ¶pag.483. col.1.lin.23.ſaltem conditionaliter vel modaliter ordinati vel vocati.et lin.44. vt iuſte. et colu.2.lin. 2.ſed proprie eſt quedam prouidētia generalis ad omnes homines.et lin.52.tenuit Ioan.Bononieñ. et.¶pag.484.col.1 lin.15.ſint ordinati ad gloriam vel.et lin.35.ſaluandos vel ordinatos ad gloriam. et col.2.lin.54.obtinerēt:quare etiam aliquibus ſanctis maiorem gratiam et maiora dona Deus dat quam alijs illos preueniēdo in benedictionibus his.¶pag.485.col 1.lin.1. tenuit Gabriel in.1.diſt.41. dub.1.et latius.et col.2.lin.47.miſericordiam dabo.

Additio. ¶ Pag.486.colu.1.lin. 23. adde , Illud autem Matth.25. Dedit illis talenta ſecundum propriam cuiuſque virtutem,intelligitur quod Deus dat gratiam gratificantem maiorem vel minorem ſecundū

cuiuſq; diſpoſitionem cum auxilio diuino. Alia autem dona et gratias gratis datas Deus dat ad vtilitatem Eccleſie ſecundum dona naturalia cuiuſq;, vt ibidem ait Chriſoſt. in imperfecto. omilia.53.et Hierony.et Abulen.Math.25.q.133. Et lin.40. vt ſupradicta. Et lin.53. aut meritoriam. ¶Pag.487.col.2.lin.16.poteſt. Ait ergo. miſerebor,ſcilicet vocando, eum cui miſertus ſum, ſcilicet predeſtinando,et miſericordiam preſtabo,ſcilicet dando gloriam cui miſerebor,ſcilicet dando gratiam et opera meritoria,ſecundum Auguſt ſuper Ezo.33.lib.2 et Anſel.et Nico.Ly..et alios ibidẽ et ad Ro.9.ca.¶pag.488.col.2.lin.1.Auguſt.ad Simplicianum.¶pag.489.col.1.lin.42.43.non dare et permittere peccatum. Et deleantur inde omnia alia verba intermedia. Et col.2.lin.14. ad Ro.9. cum Ioanne Bononieñ.et alijs.¶pag.491.col.2.lin.penult.Anglici.¶pag.495.col.2.lin.7.diſt.25. ¶pag.497.col.1.lin.17.preſecit.¶pag.501.col.1.lin.28.illata ex animo blaſphemandi et iniuriandi, ſicut.Et lin.47.dederat et ad vitandum ſcandalum populi Dei.Ideo. ¶pag.502. col.1. lin.57. adde. Et facit ad idem gloſſa in cap.poſt miſerabilem.de vſuris. ¶pag.503.col.1.lin.33. confitendi. ¶pag. 504.col.1.lin.47.ſed auctoritas hec non videtur efficax.Et.lin.57.adde. Sed aduerte quod Auguſti. ibi dicit,Ecce in noſtris fundis ſunt;et ante oculos habemus idola eorum : et tamen non deijcimus ea &c.Ideo videtur loqui non de defectu poteſtatis facti ſed iuris.Et ita hec auctoritas certe videtur ſatis efficax pro hac ſecunda opinione communi:niſi dicatur aliud quod mihi non occurrit vt plene ſatiſfaciat.Et col.2.lin.55.probabilis. ¶pag.505.col.1.lin.3.dominium. ¶pag.506.col.1.lin.48. cum rationibus.¶pag.507.col.1.lin.17.ſpem.Et lin.55.debellatorum.Et col.2.lin.7. dem dominorum.Et lin.24.multo potentiores.

Errata in ſecundo Tomo.

PAGINA. 9.col.2.lin.9.lege, de varietate. ¶Pag.10. col.2. lin.6.fruſtra autem.¶pag.12.col.2.lin.5.non debent.¶pag.13.col.1.lin.15.in poſſeſsionẽ. ¶pag.14.col.1.lin.21.vel mores.¶pag.17.col.1.lin.28.non ducatur. ¶pag.22. col.1.lin.penult.Ruidiaz. ¶pag.26.col.2. lin.42.pereunt, vti de hoc latius agit Soto in.4.diſt.5.q.1.art.2.fo.252.274.et art.11. ¶pag.27. col.1.lin.13. dicuntur.¶pag.29.col.1.lin.32.puro.Et col.2.lin.35.nullam.¶Pag.33.col.1.lin. 14.ad quartum.¶pag.34.col.1.lin.11.per duas propoſitiones. ¶pag.35.col.2. lin.40.hac. Et lin.vlt. contritio autem. ¶pag.37.col.1. lin.14. facientem. ¶pag.42.col.1.lin.vlt.poſt.Et col.2.lin.30.adultis. ¶pag.43.col.2.lin.49.quid. ¶pag.48. col.2.lin. 10.minorem quando.¶pag.51.col.2.lin.4.motionem.Et lin.51.electio.¶pag.53.col.1.lin.35.adde.et q.78.art.1.Et lin.40.7.Eth.ca.3. ¶pag.54.col.2.lin.17.Secundo contra. ¶pag.55.col.2.lin.19. agibilium.i.pro.¶pag.56.col.1.lin.46.Ethi.ca.2.Et col.2.lin.2.6.Eth.tracta.2.ca.3. et tracta.4.ca.1.et.2. Et lin.12.hec ibi.et.7.Eth.ca.1.Item et.Et lin.52.7.Eth.ca.3. ¶pag.60.col.2.lin.5.6.Eth.tracta.3.ca. 2. ¶pag.62.col.2.lin.6.in.q.11. Et lin.56.et.q.11. ¶pag.63. col.1. lin.22.completine. ¶pag.67.col. 1.lin.21.actuali et.¶pag.68.col.2.lin.33.ſecunde propoſitionis ¶pag.76.col.2.lin. 40.affectus.¶pag. 79.col.2.lin.vl.minuitur.¶pag.91.col.2.lin.51.excuſet.¶pag.94.col.2.lin.1.preuidere.¶pag.95.col. 1.lin.29.et nõ.Et lin.vlt.limitetur.¶pag.99.col.1.lin.1.dicitur.Et lin.27.art.4. Et col.2.lin.28.eius eſt in.q.¶pag.102.col.2.lin.10.a per ſe.¶pag.112.col.2.lin.48.et eque.¶pag.113.col.2.lin.55.mulier. ¶pag.114.col.2.lin.41.In margine pone, Reſp.ad.1.argu. ¶pag.115.col.2. lin.57. quia ſi. ¶pag.121. col.1.lin.56.interpretatiue.¶pag.124.col.2.lin.44.ex eo.¶pag.130.col.2.lin.55. vlla hominis premonitione.¶pag.131.col.2.lin.45.adde.et Victoria in materia de excommunicatione. §. 6.fo.254.dicit quod ſufficit pro monitione prohibitio legis diuine vel humane contra quam peccatur. ¶pag.134. col.1.lin.2.excludat.¶pag.135.col.2.lin.54.qui.¶pag.138.col.2.lin.53.adſit nolitio.¶pag.139.col.2.li. 5.impedit. ¶pag.146. col.2. lin.3. lege, remurmuratio. Et lin.22. operabilibus. ¶pag.149.col.2. lin.1.naturalis. ¶Pag.151.col.1.lin.32.et principiariue. ¶Pag.152.col.2.lin.24.amittit. ¶Pag.153.col. 2.lin.5.conſcientia. ¶Pag.160.col.2.lin. 47. conſonat Gerſon et Medina in Alphonſina.fol.36. ¶Pag.161.col.1.lin.47.obligemur. ¶Pag.162.col.2.lin.24.quia contra. ¶Pag.166. col.2.lin.51.experientie.Et lin.25.malus. ¶ Pag.167.lin.36.Adde.Sed per dubitationem vel ignorantiam inuincibilem poſſunt ſpoliari a ſua malicia:et tunc non erunt intrinſece mala.Et tunc minus vel incertius malum pro vitando maiori vel certiori et reſpectu eius habet rationem boni et licite eligitur et fit, vt infra.q.5.propo.2.latius habetur.¶Pag.171.col.1.lin.7.inequale malum. Et lin.11.euentu. Si talis caſus daretur qui tamen negatur a multis,tunc locus eſſet gratificationi.Et lin.12. non peccatur culpabiliter,quia.Et lin.28.malum ſed cum.Et lin.44.malum ſed cum.Et col.2.lin.14. officioſum nõ quidem certo ſed probabilius.Et lin.16.puta parricidium.Et lin.50.rationem.Ad idem etiam vide Additio.

tur caſus cap.inquiſitioni. de ſent.excom.et facit.ca.nemi.et.ca.duo mala.diſt.13. ¶Pag.172.col.1. lin.1.et expreſſe. Et ad hoc idem ſunt multi caſus de non vitando excõmunicatum dubitatum, et de matrimonijs dubitatis, et de iurando cauteloſe pro vitando patris vel etiam alterius proximi preiudicio in caſibus occultis ineuitabilibus et periculoſis, de quibus infra.q.6.et.q.8.latius habetur. ¶Pag.176.col.1.lin.13.nec ego. ¶Pag.178.col.1.lin.9.de predicto. ¶Pag.180.col.1.lin.1.reſtituere. ¶Pag.184.col.1.lin.10.probare non poſsit. Et lin.54.licite poteſt. ¶Pag.185.col.1.lin.18. dele ly.i.altero cõmune. Et.lin.47.48.iuſta. Et col.2.lin.44.illicitam. ¶Pag.186.col.1.lin.14.opinionis. ¶Pag. 187.col.2.lin.42.expectari. Et lin.56.mandanti. ¶Pag.195.col.2.lin.49.non phiſica. Et lin.51.quoad materiale. ¶Pag.196.col.1.lin.43.in applicatione. ¶Pag.198.col.1.lin.38.quod dicet. ¶Pag.199.col. 2.lin.14.rectum. Et col.2.lin.4.eſt etiam. ¶Pag.207.col.1.lin.37.principia. ¶Pag.211.col.2.lin.47.potius diligant. ¶Pag.213.col.1.lin.6.alloqui. Et lin.45.lib.2.q.56. Et col.2.lin.11.cum ea. ¶Pag.215.col. 2.lin.36.lege, profitemurq; fidem. Et lin.41.itaq;. ¶Pag.216.col.1.lin.38.non eſſet. Et col.2.lin.21. Igitur vna Eccleſia catholica. Et lin.40.loquitur. ¶Pag.218.col.1.lin.4.que. Et lin.17.accendit. ¶Pag. 219.col.1.lin.34.eius. Et col.2.lin.9. Adde. Forte etiam melius dici poteſt quod licet in auctoritate quoad nos Eccleſia preſtet ſacre ſcripture non tamen in veritate. Et lin.54.credentiam. ¶Pag.220. col.2.lin.53.permanſerit. Et lin.57.conſuetudines. ¶Pag.222.col.1.lin.3.abiuratio. ¶Pag.224.col.1. lin.55.diſſenſionis. ¶Pag.229.col.2.lin.35.proficiuntq;. ¶Pag.230.col.2.lin.5.doctrinam. ¶Pag.232. col.1.lin.27.tam exercitatos. ¶Pag.235.col.1.lin.18.preſtigias. ¶Pag.236.col.1.lin.2.meo. Et lin.10. regni. ¶Pag.237.col.1.lin.53.primo. ¶pag.239.col.1.lin.46.ſeſsione.8.et.15. ¶pag.247.col.1.lin.37. decet. Et col.2.lin.26.in ſe eſt, vt ait Silueſter.titu.fides.47. ¶pag.248.col.1.lin.25.q.7. refert quod aliqui aperte Et lin.34.prave. Et lin.39.conatur. Et Silueſter dicit ibidem. Et lin.46.factia. ¶pag. 249.col.2 lin.56.tacite. ¶pag.252.col.1.lin.46.congregatis. Et col.2.lin.16. Eccleſiam. ¶pag.255.col. 2.lin.44.in Germania. ¶pag. 256. col.2.lin.6. de ſe ipſis. Et lin.54. minime. Et lin.57. maximus. ¶pag.258.col.1.lin.33. Eccleſie non formaliter ſed obiectiue. Et lin.35.humana induſtria et teſtificatio. Et lin. 39. patrum induſtria, inquiſitio, et teſtificatio. Et col. 2. lin. 10. a faciendo. ¶pag.261.col.1.lin.23.ea omnia. Et lin.47. Adde. Immo et iam illuminatus ex aliqua cauſa motus libere id facere poteſt. ¶pag.262. col.2. lin.45.fecit. ¶pag.264. col.2. lin.45. Adde.vt ait lib. 6.ca.2. ¶pag.265. col.1. lin.8. in octaua. Et lin.42. in ſexta Synodo. ¶pag.267. col.2. lin.9. cap. 7.et.8. ¶pag.268. col.1. lin.2.aſsiſtat. Et lin.8. vnquam. Et col.2. lin.46. decreta. ¶pag.270. col. 1.lin.47. conſequentia. Et col.2.lin.11. omnia que. Et lin.24. Concilium. ¶pag.272.col.2.lin.36. K:et Ambro. Catharinus cõtra errores Caietani.lib.6.fo.562. expreſſe eſt ad idẽ dicens. ¶pag.276. col.1.lin.55.predeceſſoris. ¶pag.277.col.1.lin.9.procedentis. ¶pag.284.col.1.lin.41.quo iure. Et lin. 47.vim vi. ¶pag.285.col.1.lin.10.dicet poteſtates. Et lin.17.et ad. Et lin.27.Papa vt Papa et caput. ¶pag.286.col.2.lin.5.et.6.vilius atq; deterius eſt. Et lin.25.qui fuit. Et lin.49.honori. ¶pag.279. col.2.lin.46.Eccleſia. ¶pag.281.col.1.lin.24.transferendorum. Et lin.50.in.3.probatione. ¶pag. 286.col.1.lin.52.ſexto. Et col.2.qui fuit. ¶pag.287.col.1.lin.2.agere dicuntur. ¶pag.289.col.1.lin.6. quod viri. Et lin.31.requirit. Et col.2.lin.15.prima. ¶pag.290.col.1.lin.11.ſermone quinto de lapſis. ¶pag.291.col.2.lin.38.ſimiliter. Et lin.48.legimus. Et col.2.lin.47.in Papam. ¶pag.293.col.1.lin. 56.ſint. ¶pag.294.col.1.lin.13.dãnauit. ¶pag.297.col.1.lin.5.Ocham. ¶pag.298.col.2.lin.vlt.q.5. ¶pag.299.col.2.lin.5.opinione. ¶pag.305.col.2.lin.5.q.4. ¶pag.309.col.2.lin.18. miniſtrationis. ¶pag.313.col.2.lin.49.eis. ¶pag.314.col.2.lin.2.diſpenſationum. ¶pag.315.col.2.lin.30.illiq;. Et lin.vlt.diffinitioni. ¶pag.317.col.1.lin.4.tantum. Et lin.7.dedit. Et col.2.lin.6.q.1. ¶pag.322.col. 2.lin.13.reſeruare. ¶pag.324.col.1.lin.46.conſilium. ¶pag.335.col.1.lin.12.lege, dulcitum. Et lin. 29.uarẽt. ¶pag.343.col.2.lin.1.Sexto principaliter. ¶pag.344.col.1.lin.35.vel a reatu. ¶pag.346.col. 2.lin.15.cõmunia. ¶pag.348.col.2.lin 29.pre omnibus. Et.lin.55.particularum. ¶pag.350.col.2.lin. 36.diſt.18. ¶pag.351.col.1.lin.51.q.15. ¶pag.358.col.1.lin.5.exigit. ¶pag.359.col.2.lin.20.eius prelatis. Et lin.36.q.8. ¶pag.364.col.1.lin.36.dele ly, et iterum. ¶pag.369.col.2.lin.12.nec nos. ¶pag.387.col. 1.lin.22.dele, non. ¶pag.398.col.2.lin.29.q.13. ¶pag.402.col.2.lin.35.q.17. ¶pag.407.col.1.lin.55. in actum. Et col.2.lin.24.ſatis. ¶pag.410.col.2.lin.11.quoad animam. ¶pag.430.col.2.lin.6.lege, diſcerni, videlicet per Deum. Et lin.26.lege.q.17.fo.415. ¶pag.434.col.1.lin.31.dele, patet quod. ¶pag. 439.col.1.lin.8.vt etiam. ¶pag.445.col.2.lin.11.in nullum alium. ¶pag.452.col.2.lin.21.22.concipiendi. ¶pag.460.col.1.lin.6.ſupra.q 20. ¶pag.463.col.2.lin.6.ſupra.q.15.

¶ Demas delas Erratas deſte libro que van pueſtas eneſtastres hojas,ay las Erratas ſiguientes.
¶Pag.5.col.1.lin.43.contriticio,lege contritio.¶pag.12.col.1.lin.25.magnitudiue,lega magnitudi
ne. ¶pag.13.col.2.lin.28.volutatem,lege voluntatem. ¶pag.20.col.1.lin.penul.in quaria , lege in
quarto.¶pag.21.col.2.lin.45.ad hae,lege ad has.¶pag.24.col.2 lin.22.ſupra,lege infra.¶pag.499.
colu.1.lin.54. et comedunt innocentes , lege et comedunt inuitos innocentes. ¶pag.504.colu.1.
lin.47.deleatur certe.et ibi eſſe,lege videtur.¶pag 507.col.2.lin.31.ille,lege illi. ¶ Enel ſegun-
do tomo.¶pag.31.col.2.lin.6.inplleita,inplicita. ¶pag.54.col.1.lin.1.ibi ethico.adde.c.3. ¶pag.
63.col.2.lin.29.complectiue,lege completiue.et iterum lin.38.¶pag.88.col.1.lin.23. ſeptimum,ſe-
ptimo.¶pag.106.col.2.lin.5.excuſent,lege excuſet.¶pag.122.col.2.lin 53.eterno,lege eterna.¶pag.
137.col.1.lin.46.in hae lib.3.lege.in lib.3.¶pag.139.col.1.lin.27. pertranſuertitur,lege,tranſuerti-
tur.¶pag.140.col.2.lin.40.quartum,lege quarto.¶pag.146.lin.4.deleatur queſtionarij teologici.
et lin.6.col.1.punctum,lege articulum.¶pag.159.col.1.lin.34.q,quod.¶pag.165.col.2.lin.45.illū,
illud.¶pag.166.col.1.lin.53.effectice,effectiue.et lin.53.lege communē.et lin.40.intelligitur.¶pag.
171.col.1.lin.2.man,lege nam.¶pag.172.col.1.lin.17.in denegando,lege denegando.¶pag.174.lin.
15.magis talis,magiſtralis.¶pag.175.col.1.lin.33.ideo reſpondeo,lege ideo ſecundo reſpōdeo.et lin.
39.apredendit,aprehendit. ¶pag.189.col.2.lin.43.diſſentionis,lege diſſenſionis. ¶pag.191.col.1.
lin.22,errorem,et errorem. ¶pag.196.col.1.lin.41.intellige,intelligitur. ¶pag.197.col.2.lin.51.ad
mones,ad omnes ¶pag.198.col.1.lin.2.Hieremias,Hieremie.¶pag.199.col.1.lin.21.propoſitionio
ni,propoſitioni.et col.2.lin.4.partleipie,participia.¶pag.202.col.2.lin.26.mirmicolioni,mermi-
colconi.¶pag.205.col.2.lin.23.vel de modice,vel modica.¶Pag.206.col.1.lin.50.et,lege eſt.et col.
2.lin.2.et Ioannes Andreas,lege et Ioannem Andream. ¶pag.207.col.1.lin.47.Bernar.lege Ber-
nardi.¶pag.213.col.2.lin.31.quod ſecundū non eſt,lege quod nō eſt ¶pag.216.col.1.lin.23.et ad id,
ad id.¶pag.218.col.1.lin.29 eſſent,eſſet. ¶pag.230.col.1.lin.32.foglio,folio. ¶pag.232.col.2.lin.15.
atq; querendum,lege quarendum.¶pag.240.col.2.lin.39.fol.223.fol.228.et lin.51.et ipſo,ab ipſo.
et.lin.56. diuinitus.alias diuinitus.¶pag.242.col.1.lin.32.conſilium,concilium. ¶pag.247.col.2.
lin.penult.capitulo,capitulum.et iterum capitulo licet,capitulū licet. ¶pag.249.col.1.lin.53.capi
tulo.21.capitulum.21.et lin.56.capitulo.14.capitulum.14.¶pag.261.col.2.lin.21.ad tertiam,ad ter-
tium.¶pag.262.col.2.lin.45.ratio.reſponſio.¶pag.273.col.1.lin.56.concillit,concilijs. ¶pag.275.
col.1.lin.21.ſuplectiue, ſupletiue.et iterum col.2.lin.8. ¶pag.287.col.2.lin.30.et habebitur,lege et
habetur . ¶pag.288.col.2.lin.14.idligite,diligite. ¶pag.290.col.1.lin.50. econuerſio,econuerſo.et
col.2.lin.32.vt hatur.vt habetur.et lin.55.eclecleſiæ,eccleſiæ. ¶pag.292.col.2.lin.51.loqueatur, lo-
quebatur.¶pag.293.col.2.lin.14.Marni,lege Martini.et lin.18.vuerſalis,vniuerſalis.¶pag.294.col.
1.lin.19.diffinitium,difinitum.¶pag.296.col.1.lin.penult.llctū,dictum. ¶pag.301.col.2.lin.5.aforti
ri,afortiori.¶pag.302.col.1.lin.32.inferibus,inferioribus.¶pag.306.col.2.lin.38.Iem.Item. ¶pag.
307.col.1.lin.55.dedis,dedit.¶pag.315.col.1.lin.58.et ca.lege.et.C.et lin.59.ea.lege.C.¶pag.317.col.
2.lin.1.el,et.et lin.18.prabatur,probatur.¶pag.319.col.2.lin.37.contenſioſo,cōtentioſo. ¶pag.320.
col.2.lin.28.intrior.interior.¶pag.326.col.2.lin.52.potuis,potius.¶pag.331.col.2.lin.8.Ioanns.Ioan
nis.et lin.vltim.epiſcogos,epiſcopos.¶pag.339.col.1.lin.51.diſtribunis,diſtributionis.et col.2.lin.
56.in comuncatione,in communicatione.¶pag.340.col.1.lin.30.eſſentiatiter,eſſentialiter. ¶pag.
343.col.1.lin.11.pteſt.poteſt.¶pag.344.col.2.lin.46.ſalueris,ſolueris.¶pag.345.col.1.lin.2.repu-
pli.repu.¶pag.347.col.1.lin.26.ſuppoſitio,ſuppoſito. ¶pag.349.col.1.lin.17.expreſſe,expreſſe.
¶pag.354.col.1.lin.22.conſiderando,conſiderandi.¶pag.356.col.1.lin.11.cerditudinem , certitudi-
nem.¶pag.358.col.2.lin.30.perfare,prefate. ¶pag.362.col.1.lin.15.nome,nomine. ¶pag.377.col.
lin.42.ſatisfaiamus,ſatiſfaciamus.¶pag.380.col.1.lin.2.delenonem,deletionem,et lin.49.et eſt
¶pag.383.col.2.lin.57.cōmmiſsione,cōmiſsione.¶pag.384.col.penul.lin.31.indifficiente,indeficie
tem.¶pag.388.col.2.lin.11.textum,textuum.¶pag.389.col.1.lin.25.poſunt,poſsint.¶pag.401.col.1.
lin.26.dele.et.¶pag.403.col.2.lin.13.ſubſequella.ſubſequela.et lin.44 illi,illis.et iterū. lin.4.illi,
illis.¶pag.408.col.1.lin.21.dele.in.¶pag.410.co.2.lin.57.era,erat.¶pag.413.col.1.lin.16.acecītali,
accidetale . et col.2.lin.18.neceſeitas,neceſsitas.¶pag.415.col.2.lin.57.totatiliter.totaliter.et iterū
lin vlti.lege totaliter.¶pag.417.col.1.lin.56.velet.vellet.¶pag 418.col.1.lin.6.potectas,poteſtas.
¶pag.435.col.2.lin.39.diſpēſtionis,diſpēſationis.¶pag.437.col.1.lin.40.tēporale,tēporali.et.col.
2.lin.26.pee,per.¶pag.440.col.1.lin.7.Chricto,Chriſto.¶pa.442.col.1.lin. 18.predicar,predicar.
¶pag.447.col.2.lin.8.mortale,mortali.¶pag.454.col.2.lin.36.impeium,impletū. ¶pag.456.col.
1.lin.25.vbi,ibi.¶pa.457.col.1.lin.33.cōplectorio,cōpletorio. ¶pa.459.col.2.lin.31. duet.debet.
¶pag.461.col.1.lin.25.habens,habent.col.2.lin.12.tale,tali.et lin.41. conſequentet,conſequeretur.
¶pag.462.col.1.lin. 43.ſis,ſit.¶pag.466.col.2.lin.33 ef,et.¶pag.469.col.2.lin.15.ſin,int.et lin.55.
tnuitur,innuitur.¶pag.473.col.2.lin.27.generalia,generali.¶pag.477.col.1.lin.31.re.iteranda,rei-
teranda ¶pag.479.col.2.lin.34.indulgemia indulgentiam.¶pag.480.col.2.lin. 40.glorim,gloriā.
¶pag.486.col.2.lin.30.hum,hanc.¶pag.495.col.2.lin.14.operis,operibus.¶pag.496.col 2.lin.46.
dele,don. ¶ Eſta bien y fielmente Impreſſo,y el molde correcto por el original por do ſe mā-
do imprimir con las Erratas de arriba. En Madrid doze de Deziembre de mil y quinientos y ſe
tenta años. Tiene eſte libro dozientos y cinquenta y ſeys pliegos. El licenciado Roſſa.